Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS ATHENIENSIS, PHILOSOPHI SVMMI AC PENITVS DIVINI OPERA, QVAE AD NOS extant omnia, per IANVM CORNARIVM Medicum Physicum Latina lingua conscripta.

Eiusdem IANI CORNARII Eclogæ decem, breuiter & sententiarum, & genuinæ verborum lectionis, locos selectos complectentes.

Additis MARSILII FICINI Argumentis & Commentarijs in singulos dialogos: cum Indice rerum memorabilium elaboratissimo.

Societatis Jesu. Burgis. 1862.




Bibliotheca
Facult. Philosophiae
Prov. Cast. Orient. S.J.


01285

TRAIDO DE ONA EN 1956
AL SEPARARSE LA FACULTAD

BASILEAE, M▸ D▸ LXI▸

Cautum est priuilegio D. Ferdinandi Imp.ne quis Typographorum intra quinquennium hanc editionem imitetur.





TRAIDO DE ONA EN 1956
AL SEPARARSE LA FACULTAD

Universidad de Deusto
Biblioteca

CORNARIVS, IN PLATONEM.

Diuina, humana, alta, ima, in cælo, inq́ barathro,
Quicquid agunt homines, quicquid agitq́ deus:
Omnia sunt vni (inquantum est homo dico) Platoni
Cognita, cum recto & tradita iudicio.

AMPLISSIMIS ATQVE PRVDENTISSIMIS VIRIS, CONSVLI, SENATVIQVE VNIVERSO CEleberrimæ urbis Francofordiensis, ad Mœnum sitæ, Dominis & Patronis suis obseruandis, Achates Cornarius Medicus S. P. D.

DIV MVLTVMQVE *mihi deliberanti, cuinam Mecænati* PLATONEM *hunc à felicis memoriæ Parente meo, magna cura & diligentia Latinæ linguæ redditum, & Eclogis passim interiectis ab immensis erroribus vindicatum inscriberem, viri prudentissimi, reuoluentiq́ apud me quosnam habuisset in vita sua patronos beneuolentissimos ac benesi centissimos, quorum meritis tantus philosophus esset nuncupandus: ex multis in primis occurrit* SENATVS *vester amplissimus, cuius splendori & magnificentiæ præ cæteris eum deberi iudicaui: tum quòd ipse vrbis vestræ alumnus fuerim, tum quòd parẽs meus liberali stipendio isthuc vocatus, medicam artem non paucis annis in ea exercuerit: vbi singulari i amore à cunctis optimatibus fuit amplexus, adeò vt etiam in Patriciorum ordinem (quod paucis cõtingit) fuerit adscitus. Huius itaq́ patriæ amoris, tum parẽtis mei, qua vos vestriq́ ciues aduersus ipsum vsi estis, uenerationis, tum reliquarum virtutum vestrarum præstantiæ, qua multas Germaniæ ciuitates (quod absq́ inuidia dictum sit) superatis, memor, non potui mei parentis* PLATONEM *(sic voco eum qui ipsius lingua Latinè iam loquitur) cuiusquã patrocinio submittere, quàm vestræ* REIPVB. *Verum ne rem parui momenti vestræ Amplitudini dedicare videar, paucis indicabo, quid hac noua conuersione sit præstitum. Fuit quidem hic diuinus Philosophus ante annos nõ adeò multos per* MARSILIVM *Ficinum, sui temporis, fortasis & nostri, philosophum excellentissimum in Latium traductus, argumentisq́ perspicuis ac cõmentarijs concinnis aptissimè illustratus, ita ut nihil amplius in Platone desiderari posse videretur, imprimis cum tantis tamq́ insignibus viris (vt ipsemet Ficinus affirmat) censendum ac dijudicandum, priusquam euulgaret submiserit, quorum tunc calculo fuerat comprobatus. Dein rursus ab acerrimi iudicij viris duobus collatione ad Græcum codicem emendatus, vt meritò tandem potuisset iudicari integer. Veruntamen quum post tot celebrium hominum labores, parens meus ipse cum Græcis exemplaribus quatuor, impressis tribus, & vno manu scripto, ex bibliotheca Hassenstenia, generosi Baronis D. Henrici Vuildefelsii beneficio ac opera impetrato, cõferre cœpisset, proh Deum quàm innumera deprehendit, quæ tum veram lectionem non referrent, tum genuinam sententiam non exprimerent: quibus non alio modo commodius succurrere potuit, quàm noua interpretatione. Nequis verò suspicetur temerè illam esse productam, à superioribus tam verbis quàm sententia dissidentem, Eclogas in singulos dialogorum Platonis genuinorum quaterniones, qui sunt numero nouem, iuxta Thrasyli distinctionem, quam secutus est, scripsit, & unam in spurios & falsò ipsi adscriptos, quibus locos insigniter deprauatos indicat, ipsorũq́ rectam lectionem proponit, & explanat, (vnde Eclogis nomen est) argumento simul breuissimo Platonis scopum singulis dialogis propositum denotans. Illarum Eclogarum non minor est vsus apud hunc authorem, quàm Emblematum apud Dioscoridem, & Dolabellarũ apud Paulum Aegineta: quos tres scriptores clarissimos paucis ante mortem annis latinitate donauit, cum Sy-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nesij scriptis, quæ extitere Græcè omnibus, qui apud omnes syncerè doctos magno habentur in precio. Ex his quatuor authoribus pactus est de tribus cum Frobenio & Episcopio edendis, quartum, videlicet Aeginetam, alij sibi amico communicauit: quorum opera & sumptibus nũc passim venales prostant, lectores qui se emãt & legant præstolantes. Adiecit etiam in fronte operis Platonis vitam ex Diogene Laertio traductam, quo authore Thrasyli diuisionẽ imitatus est, quæ res effecit cur hic nihil in Platonis laudes digredi opus fuerit, cùm hoc vena suauiori, exquisitioriq; industria tum Marsilius, tum Laertius præstiterint, adhæc alter perpetuò interpretem quasi agens fidus adsit Achates, alter factorũ ipsius buccinator eximius. Cur verò ex tam multis præclarisq; parẽtis mei lucubratiõibus, quatuor harum tantũ meminerim, siquis miretur, modestiæ id meæ adscribendũ sciat, qui nolim ipsius ἐγκωμιαστὴς videri, ne audiam quod prouerbio dicitur, Τίς πατὸς αὐτὸς, ἐμὶ καὶ ὁ λαίμονες ὑοὶ; cum etiam reliqua eius literaria monumẽta apud eruditissimum Bibliothecæ scriptorem pulchrè recenseantur, vbi tamen istorum mentionem nullam facit, quod nondum in vulgus exierant, quando opus suum prodibat. Habet insuper ista parentis mei translatio etiam aliena quædam, Chalcographorum iudicio (cui me opponere nolui) inserta, ac addita, quæ operæprecium haud mediocre illis, & lucis ad locos authoris obscuros adferre permultum sunt visa: uidelicet Marsilij ipsius argumenta, & commentaria singulis dialogis præmissa, vt antè fuerant impressa: præterea ijdem Indicem in quo quicquid toto in opere tractatur memorandum, conscribendum & subdendum curauerunt. Sed omissis his ad Vrbem vestram mea se referat oratio, quæ non solum Emporij nomine, quo nullũ habet Germania superior celebrius, laudatur: sed ob mirandam MAGISTRATVS vestri (qui ex multis, indigenis tamẽ ferè omnibus, tam Legum Iurisprudentibus quàm externarum nationũ ac linguarum expertis cõstat) prudentiã, cuius singulari dexteritate litigantium mercatorum cõtrouersias vno aut altero iudicio deciditis, simul etiã ob innatum vestrum in literas amorẽ, quibus moris est liberos non tantũ in Germaniæ Academijs instituendos curare: imò etiam in Galliam ac Italiam, vbi præstantissimi iurisconsulti & aliarũ facultatum professores docent, transmittere, nullis parcentes sumptibus donec institutum studium cõpleuerint: tum domum reuocatos Reipublicæ administrationi adhibetis. Nec his cõtenti, etiam aliundè præstantes in vtraq; facultate viros honestis soletis conducere salarijs, ne vlla ex parte vestra Respublica uel Prudentum consilijs, vel Medicorum auxilijs destituatur, quibus duabus rebus ciuitas bene instituta plurimum ornatur atque iuuatur. De antiquis autem Vrbis vestræ familijs patritijs, quas multas habet, opibus & virtute à maioribus per manus traditis, præclaras, hic nihil commemorabo, ne dum singulas percensere, & describere molior, adulari ipsis velle videar: tum plane superuacaneum & irriti laboris sit, si rem rectè mecum perpendo, in ijs laudandis occupari: cum quotannis nundinæ bis apud vos celebrentur, ad quas mercium tractandarum gratia, ex omnibus ferè Christiani orbis nationibus peregrini commeant, quibus præter alios ciues hæ potissimum præbent hospitium, vnde vt ipsis ignotæ sint non potest fieri. NEQVE de fortitudine vestra bellica libet verba facere, cuius nuper insigne specimen dedistis, dum grauissimam acerrimorum hostium obsidionem tam animosè propulsastis, vt infecta re ipsis cedendum fuerit, quamuis Vrbs vestra tunc non tam munita fossis & aggeribus fuerit, quàm nunc est. RELIGIONEM verò vestram ac pietatem omnes norunt, qui Frãcofordiam frequentant, ciuitatem ad Mænum fluuium

fluuium sitam, amplissimis ædificijs, tum ad merces, tum ad mercatores excipiendos aptissimis, tum areis latissimis equorum mangonizationi adaptatis instructam. Quæ omnia cum pro dignitate à me prædicari non possint, satius duxi rudi hac delineatione rem notare, quàm operosa pictura male exprimere, gnarus vestram Amplitudinem, si non meam, quæ tenuis est, parentis tamen mei eruditionem adhuc suspicere & venerari, propter quem non solum, verumetiam propter tanti Philosophi existimationem spes est hanc dedicationem vobis non fore ingratam. Optimè valete Viri prudentissimi, & IANI CORNARII parentis mei vigilijs & industria tralatum PLATONEM vestro patrocinio defendite, vestræq; me adscribite clientelæ. CREVCENACI

VIII. Calend. Septemb. à nato Seruatore mundi Christo.

M. D. LXI.

Præfationis Achatis Cornarij ad Ampliss.
Senatum Francofordiensem,
FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS VITA EX DIOGENE LAERTIO,

Iano Cornario Medico Physico interprete.

Ariston Perictione aut Potone

PLATO Aristonis & Perictiones aut Porones filius, Athenienſis fuit. Hęc ad Solonem genus referebat. Huius enim frater erat Dropides, cuius filius Critias, huius Callæſchrus, huius Critias unus ex triginta & Glaucon, huius Charmides & Perictione, cuius & Aristonis Plato, ſextus à Solone. At Solon ad Neleum & Neptunum genus referebat. Dicunt etiam patrē ipſius genus ad Codrum Melanti filiū referre, qui à Neptuno deſcendere narrant à Thraſyllo. Speuſippus autem in libro qui inſcribitur Platonis cœna funebris, & Clearchus in Platonis encomio, & Anaxilides in ſecundo de philoſophis, dicūt Athenis rumorem fuiſſe, quòd Ariſton Perictionę ut quæ pulchra eſſet, uim inferre uoluerit, & uoti compos factus nō ſit, & ubi à uiolentia deſtitiſſet, Apollinis faciem uiderit. Vnde puram à nuptijs ſeruauerit uſq; ad partum. Et naſcitur Plato, ut Apollodorus in chronicis ait, octaua & octoageſima Olympiade, Thargelionis menſis, qui Aprilis eſſe putatur, die ſeptimia, qua Delij Apollinem natum dicūt. Moritur autē ut Hermippus dicit, dum in nuptijs cœnat, primo anno octauæ & centeſimæ Olympiadis, quū uixiſſet annū unum ſupra octoaginta. Neanthes autem dicit ipſum quarto & octogeſimo ætatis anno mortuū eſſe. Eſt igitur iunior Iſocrate ſex annis. Hic enim ſub Lyſimacho, Plato uero ſub Aminia natus eſt, ſub quo Pericles mortuus eſt. Erat autem de tribu Collyteus, uelut dicit Antileon in ſecūdo de tēporibus. Et natus eſt ut quidā uolunt in Aegina, in domo Phidiadę filij Taletis, uelut ait in uaria hiſtoria Phauorinus, patre ipſius eò ad ſortem inhabitandi cū alijs miſſo, & Athenas reuerſo, quando à Lacedæmonijs Aeginetis opem ferentibus expulſi ſunt. Sed & magnificas expēſas fecit Dione ſumptus ſuppeditante, ut ait Athenodorus octauo de affectionibus. Fratres habuit Adimantū & Glauconē, & ſororem Potonen, ex qua erat Speuſippus. In literis eruditus eſt apud Dionyſiū, cuius etiā meminit in redamatorib. Exercitatus eſt apud Ariſtonē Argiuū luctatorē, à quo etiā Plato mutato nomine uocatus eſt, quū antea Ariſtocles ab auo appellareť, quemadmodū Alexander in ſucceſsionibus dicit. Alij uero ob orationis amplitudinē ſic appellatū eſſe uolunt: aut quia latam frontē habebat, ut ait Neanthes. Sūt & qui luctatū ipſum eſſe dicūt in Iſthmijs, ſicut etiā Dicęarchus in primo de uitis: & pictoriæ ſtudioſum fuiſſe, & poemata ſcripſiſſe, & primū quidem Dithyrābos, deinde etiā carmina & Tragœdias. Gracilem autem admodū uocem habebat, uelut etiā Timotheus Atheniēſis in libro de uitis ait. Dicit Socrates per ſomniū uidiſſe, ſe cygni pullum inter genua habere, qui etiā cueſtigiò productis pennis euolarit, iucūdo clangore edito, & poſtridie Platonē ipſi cōmendatū eſſe, & ipſum dixiſſe hanc illā auē eſſe. Philoſophabať ab initio in Academia. Deinde in horto circa Colonū, ut Alexāder in ſucceſsionib. dicit ſecundū Heraclitū. Poſtea uero quū tragœdia decertaturus eſſet, ante Dionyſiacū Theatrū audito Socrate poemata exuſsit, ac dixit.

Mors Platonis

Iſocratis natiuitas

Pericles mors

Speuſippus ex ſorore Platonis

Plato ante Ariſtocles

Socratis ſomnium

Huc ades ô Vulcane, Plato nunc te indiget ultrò.

Hinc itaq; uigeſimū agens ætatis annū Socratem audiuit. Illo uero è uiuis ſublato, adhæſit Cratylo Heraclitео, & Hermogeni Parmenidę philoſophiam ſequenti. Poſtea octo & uiginti annos natus, ut ait Hermodorus, Megara ſe cōtulit cū alijs quibuſdā Socraticis ad Euclidē. Deinde in Cyrenen abijt ad Theodorū mathematicū. Et illinc in Italiā ad Pythagoricos Philolaum & Eurytum: & hinc in Aegyptum ad prophetas, quo etiam Euripidem ipſi comitem fuiſſe dicunt, & iſthic morbo correptū, à ſacerdotibus aquæ marinæ curatione liberatum eſſe, & inde dixiſſe.

Euclides

Sic diluit mare omnium mala omnia.

Sed & ſecundum Homerum dixiſſe, omnes homines Aegyptios medicos eſſe. Decreuerat autem Plato etiam cum Magis congredi, Verum ob Aſiæ bella ſententiam mutauit. Reuerſus autem Athenas in Academia morabatur. Eſt autem gymnaſium ſuburbanū nemoroſum, ab Heroe quodam Academo nominatum, quemadmodum Eupolis in deſertoribus dicit,

Aegyptij omnes Medici

Academia

In curriculis umbroſis Academi dei.

Sed & Timon in Platonem inuehens dicit,

Ante omnes ibat latiſsimus ille, cicadis
Eloquio aſsimilis ſuaui, quæ circa Ecademum
De arbuſtis edunt iucundos uoce ſuſurros.

Priſus enim per E Ecademia appellabať. Hic igiť philoſophus etiā Iſocrati amicus erat, & ipſorū cōuerſationem quandā de poetis, habitā in agro apud Platonē hoſpitio excepto Iſocrate, conſcripſit Praxiphanes. Et ipſum ter militaſſe dicit Ariſtoxenus, ſemel quidē aduerſus Tanagram. ſecūdo ad Corinthū, tertio in Delio, ubi etiā rei optimæ geſtæ præmiū tulerit. Permiſcuit Heracliteas

Platonis uita ex Diogene Laertio.

cliteas & Pythagoricas & Socraticas diſputationes. Nā in rebus ſenſui expoſitis, ſecundū Heraclitū: in rebus intelligētię ſubiectis, ſecundū Pythagorā: in ciuilibus, ſecundū Socratem philoſophabať. Quidam dicūt, ex quibus & Satyrus eſt; ipſum Dioni in Sicilią ſcripſiſſe, ut emeret ſibi tres Pythagoricos libros à Philolao minis centū. Etenim opulētus erat ut aiunt, acceptis à Dionyſio pluribus cp octoginta talentis, ut etiā Onetor tradit in libro qui inſcribiť, an ſapiens lucri ſtudioſus erit. Multū uero ab Epicharmo comico poeta adiutus eſt, cuius etiā plurima trāſcripſit, uelut dicit Alcimus in quatuor ad Amyntā libris. Vbi etiā in primo hęc dicit. Videť etiā Plato ex Epicharmo uſurpare: Cōſiderandū eſt inquit Plato, ſenſui quidē expoſitū eſſe, id quod nū quā neq; in quali, neq; in quāto permanet, ſed ſemper fluit & tranſmutať, uelut ex quibus quis ſuſtulerit numerū, ea neq; æqualia, neq; aliqua, neq; quāta, neq; qualia ſunt. Hæc aūt ſunt quorum ſemper ortus, eſſentia uero nunquā eſt. Intelligētiæ uero ſubiectū eſt, ex quo nihil decedit, neq; accedit. Hoc autē eſt ſempiternorū natura, quā ſimilem & eandē ſemper eſſe contingit. Sed & Epicharmus de ſenſui expoſitis, & intelligētiæ ſubiectis apertè dixit: Sed ſemper Dei aderant, & nunquā relinquebant. Quæ uero ſemper adſunt, ſimilia ſunt, ſemper autē per eadem. At dicitur quidē Chaos primū deorū fuiſſe. Quomodo uero, quū fieri nō poſsit ut quicquā primū ab aliquo ueniat: Nō ergo quicquam primū uenit, neq; per louē, ſecundū. Quæ uero nunc nos ita dicimus, hæc ſunt. Ad numerū imparē, aut ſi uis parem, apponere uis numerū, aut etiā præſentem accipere: aut uideť tibi etiā idem eſſe: Non certè mihi. Neq; uero ad menſurā quæ craſſa eſt, apponere quis uult aliud ſolidū corpus, aut ab ea quæ prius eſt reſecare, ut adhuc illa menſura extet. Nō enim ſic nūc uidet etiā homines. Alius enim augeſcit, alius deficit, omnes autē per omne tēpus in trāſmutatione ſunt. Quod uero tranſmutať ſecundū naturā, & nunquā in eodē manet, aliud ſanè fuerit ab eo cp immutatū eſt. Et tu profectò & ego heri alij, & nūc alij ſumus, & rurſus alij, & nūquā ijdem, ſuxta hanc rationē. Quin & hæc dicit Alcimus. Tradunt ſapientes animam alia per corpus ſentire, uelut dum audit & uidet: alia ipſam per ſeipſam cogitare, citra omnem corporis uſum. Quare etiā ea quæ ſunt, partim ſenſui expoſita eſſe, partim intelligētia ſubiecta. Qua de cauſa etiā Plato dixit, eos qui uniuerſi principia cognoſcere cupiunt, oportere primum ipſas per ſeipſas ideas ſiue ſpecies diſtinguere, uelut ſimilitudinē, & unitatē, & multitudinem, & magnitudinē, & quietē, & motum. Secūdo ipſum per ſeipſum pulchrū, & bonū, & iuſtū, & huiuſmodi cōſtituere. Tertio quæ ſpecies inter ſe cohærēt cōſiderare, uelut ſcientiā, aut magnitudinē, aut dominiū, ita ut cogitent ea quæ apud nos ſunt, eo cp illorū participes ſumus, eiuſdē cū illis nominis eſſe: uelut uerbi gratia, iuſta quidē quæ iuſti ſunt, pulchra uero quæ pulchri. Eſt autē unaquæq; ſpecies ſempiterna, & intelligētię, & affectionis exors. Quare etiā dicit in natura ſpecies cōſiſtere, uelut exēpla. Reliqua uero his ſimilia eſſe, & horū ſimilitudines conſiſtere. Epicharmus itaq; & de bono, & de ſpeciebus ſic dicit. Num eſt tibiarū cantus res quædā? Maximē. Homo igitur tibiarū cantus eſt. Nequaquā. Age uideamus. Quid uero tibicen aliquis tibi homo eſſe uideť, aut nō ita? Maximē. Nonne & de bono ſic ſentire uideris. Bonum quidē rem eſſe ipſam per ſeipſam: quiſquis autē diſcēdo cognouerit illud, bonus iam fit? Quemadmodū ſi tibiarū cantū tibicen didicerit, aut ſaltationē ſaltator, aut texturā textor, aut quiduis huiuſmodi eodē modo quodcūq; uoluerīs, nō idem fuerit ipſa ars, attamē artificioſus. Plato in ſententia de ideis dicit, ſi quidē eſt memoria, ideas ſeu ſpecies in his quæ ſunt eſſe, eo cp memoria quieſcētis alicuius & manētis ſit, maneat aūt nihil aliud q̄ ideę. Quo enim modo inquit cōſeruarentur animalia, ſi nō ideā attingerēt, & ad hoc intelligentiā naturaliter accepiſſent? Nūc autē recordātur ſimilitudinis & alimēti, qualis illa ipſis ſit, indicātia per hoc, omnib. animalib. à natura inſitam eſſe ſimilitudinis intelligentiā. Quapropter etiā ea quę eiuſdē generis ſunt percipiūt. Quomodo igiť Epicharmus? Sapiētia eſt ô Eumę nō in uno ſolū, ſed quęcūq; uiuūt, omnia etiam intelligentiā habent. Nam fœminīnū gallinarū genus, ſi cōſiderare uis debile eſt, & ſobolem uiuam nō parit, ſed ouis incubat, & facit ut animā habeat. Sapientiā autem hāc naturā ſolam habere nouit: Erudita eſt ab hac eſt. Et rurſus. Nihil miri eſt me hæc ita dicere, & ipſos ſibīpſis placere, & ſibi uideri pulchrē à natura ſe habere. Nā canis cani pulcherrimus eſſe uideť, & bos boui, & aſinus aſino, & ſus ſui. Atq; hæc quidē & huiuſmodi per quatuor libros Alcimus affigit, utilitatē quæ Platoni ex Epicharmo cōtigit ſignificās. Quòd aūt neq; ipſe Epicharmus ſuā ſapiētiā ignorauerit, etiā ex his cognoſcere dať, in quibus futurū ęmulatorē prædiuinat. Vt autē ego puto. Videor enim mihi hoc apertè uidere, cp horū meorum ſermonū adhuc aliquādo mentio fiet, & quis acceptis ipſis, & metro quod nūc habent diſſoluto, ueſte induet & purpura, uerborū uenuſtate exornata, & ut quí ægrè ſuperari poſsit, alios facile ſuperari poſſe oſtēdet. Videť autē Plato etiā Sophrōis libros Mimographi neglectos primus Athenis intuliſſe, & ex ipſis habitus & affectus expreſsiſſe, ipſoſq; ſub capite ipſius inuētos eſſe. Ter autē in Siciliā nauigauit. Primū ad uidendū inſulam & crateras, quādo etiā Dionyſius Hermocratis filius, qui Tyrānus erat, ad colloquiū ipſum coegit. Quum itaq; de tyrānide diſſereret, & nō hoc melius eſſe diceret, quod ipſi ſolum conduceret, ſi nō etiam uirtute præſtaret, offendit ipſum, Iratus enim uerba tua in-

Triplex philoſophia Platōis

Diuiſio Platōis

Plato ex Epicharmo tranſcripſit

Epicharmi locus

Epicharmi locus alius

Epicharmi diuinatio de Platone

Plato ter in Sicilia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quit, senectam olent: & Plato tua uero tyrannidē olent, inquit. Hinc indignatus tyrannus, primū ipsum occidere uoluit. Deinde à Dione & Aristomene rogatus hoc quidē non fecit. Tradidit autem ipsum Polidi Lacedæmonio, qui eo tēpore legatus ad ipsum uenerat, ut eū uēderet. Et ille perductū ipsum in Aeginā uendidit. Quo tēpore etiā Charmandrus Charmandridæ filius ipsi mortis iudiciū dictauit, iuxtā legem apud ipsos latā, ut qui primus ex Athenien sibus insulā ingressus esset, indicta causa occideret. Erat aūt ipse qui legē tulerat, uelut Phauorinus inuaria historia tradit. Quū autē quidā per lusum dixisset, philosophū esse qui ingressus esset, ipsum dimiserunt. Quidā uero uero in concionē ipsum adductū esse tradunt, & dum seruaretur, nihil omnino loquutū esse, sed prōptè euentū expectasse. Illi uero occidendū ipsum non decreuerūt, sed uendendū captiuorū more iudicauerūt. Redimit itaq; ipsum ex fortuna præsens Anniceris Cyrenæus uiginti minis, uel ut alij uolūt triginta, & remittit Athenas ad amicos. Hi uero statim argentū remiserūt, quod ipse nō recepit, sed dixit, nō solos illos dignos esse, qui Platonis curam gerant. Aliqui uero Dionē argentum misisse dicūt, & illum nō admisisse, sed hortulum ipsi eum qui in Academia est emisse. De Polide uero rumor est, ipsum à Chabria superatum, & postea in Helice submersum esse, quum dæmoniū ipsi significasset, quòd propter philosophū hæc ei contingerent, uelut etiam Phauorinus in primo memorabiliū tradit. Nec uero quieuit Dionysius, sed recognita scripsit ad Platonem, ut nihil mali de ipso prædicaret: & Plato rescripsit, non tantum sibi ocij esse, ut Dionysii meminisset. Secūdo porrò ad Dionysiū iuniorem uenit, petens terram & homines, qui secundum ipsius rempublicā uicturi essent. Ille uero quanquā promisisset, non fecit. Quidam uero traduntin periculo ipsum fuisse, uelut qui Dioni & Theodotæ persuaderet, insulam ab ipsis in libertatem asserendam esse. Quando etiam Archytas Pythagoricus, scripta ad Dionysium epistola, ipsum excusauit, & ad Athenas conseruauit. Est autem epistola, hæc. Archytas Dionysio sanitatem. Misimus omnes qui Platonis amici sumus Lamiscum & Photidam, recepturi uirum iuxta promissionem à te factam. Rectè autem feceris si illius studij memineris, quo ab omnibus nobis efflagitasti Platonis ad te profectionem, dum peteres ut ipsum exhortaremur, & promitteremus tum alia, tum quæ ad securitatē pertinerent, & quādiu mansurus, & quum abiturus esset. Memineris etiam te plurimi feciss ipsius aduentum, & dilexisse te eo tempore ipsum uelut nullum alium ex tuis. Quòd si qua asperitas oborta est, humaniter agere conuenit, & nobis uirū illæsum reddere. Hæc enim si feceris, iusta facies, & nobis gratificaberis. Tertio Siciliam adijt recōciliaturus Dionem Dionysio, sed nihil assequutus, re infecta in patriam rediit. Vbi rempublicam non attigit, etiamsi eius peritissimū fuisse ex scriptis eius constet. Causa autem fuit quòd populus iam alijs reipublicæ administrationibus adsueuisset. Scribit Pamphilus uicesimo quinto cōmentariorum, Arcades & Thebanos dum magnam ciuitatem conderent, inuitasse ipsum ut legislatorem. Verum ubi ipse cognouisset illōs æqualitatem non uelle, profectus nō est. Fama est & Chabriæ ipsum adstitisse exercitus duci, in capitali causa, quū nullus ciuiū hoc facere uoluisset, quando etiā ascendenti in arcem cum Chabria, Crobylus sycophanta obuiam factus dixit, ut aliū in iudicio defendas progrederis, ignorans etiam te Socratis cicutam expectare. Ipsum autē dixisse, & quando pro patria militabam pericula sustinui, & nunc pro officio propter amicū sustinebo. Primus hic sermonem per interrogationē induxit, ut Phauorinus octauo uariæ historiæ prodit. Et primus modū quæstionis secūdum resolutionem Laodamanti Thasio inuexit. Et primus in philosophia Antipodas nominauit, & elementum, & dialecticam, & poemata, & numerū & ideas, & qualitates, & extremorum planam superficiē, & Dei prouidentiā. Et primus ex philosophis orationi Lysiæ Cephalisij cōtradixit, exponens ipsam iuxta dictionē in Phædro. Et primus grammaticę uim considerauit. Primusq; omnib. ferè qui ante ipsum fuerūt cōtradixit. Quæritē autē cur nō meminerit Democriti. Hic inquit Neanthes Cyzicenus, quū in Olympia ascēdisset, omniū Gręcorū oculos in se cōuertit: quādo etiam cū Dione cōgressus est expeditionē aduersus Dionysiū parante. In primo aūt memorabiliū Phauorini fert, Mithridatē Persam Platonis statuā in Academia collocasse, & inscripsisse, Mithridates Rhodobati filius Persa Platonis imaginē Musis dicauit, quam Silanion fecit. Tradit Heraclides iuuenē Platonē adeò uerecundū & moderatū fuisse, ut nunquā cōspectus sit immodico risu uti. Quū uero talis fuerit, tamē & ipse Comicorū morsus sensit. Theopemptus itaq; in Autochare ita dicit. Vnum enim neq; unum est: Duo uero uix unum sunt, ut ait Plato. Sed & Anaxandrides in Theseo ait.

Oleas ubi is uorauit ut sapiens Plato.

Quin & Timon ipsum sic perstringit.

Fingendiq; Plato gnarus miracula finxit. *Et Alexis in Meropide.*
Rectè hic ades, nanq; ipsa nunc animo anxia,
Sursum deorsum obambulans uelut Plato,
Sapiens nihil, sed crura lassa comperi. *Et in Ancylione.*
Ignota dicis, curris & uelut Plato,

Cepamq;

Aegineticum lex cōtra Athenienses

Tyranni contemptus

Archytæ epistola

Plato cur nō attigerit rēpub.

Inuēta Platonis

Democriti non meminit Plato

Morsus poetarum in Platonē

Cepamq; cognosces nitrumq; prouidus. *Et Amphis in Amphicrate.*
At hoc bonum, quod tu per hanc posse assequi
Te nunc putas here, id noui minus quid est,
Platonis illud quàm bonum pulcherrimum.
Artende ob id. *Et in Dexidemide.* Heus ô Plato
Nosti nihil, solummodo sed toruus es
Vultu, cochlea ut grauis supercilia eleuans.
Et Cratinus in subdititio.
Nimirum homo es tu, animamq; habes, Platonis at
Modo haud scio, ast habere te tamen puto.
Et Alexis in Olympiodoro.
Corpus meum mortale homo quidem fuit,
At mortis exors euolans auram petit.
Nónne hæc scholæ Platonicæ? *Et in Parasito.*
Aut cum Platone solitarium loqui.

Subsannat ipsum & Anaxilas in Botrylione, & Circe, & diuitibus. Aristippus autem in quarto de priscis delicijs tradit ipsum amasse Asterem adolescentem, qui cum ipso in Astrologia exercebatur. Sed & Dionem de quo diximus. Quidam etiam Phædrum dicunt. Declarant autem amorem ipsius hæc epigrammata, quæ ab ipso in illos conscripta sunt. *Amores Platonis*

Dum stellas Aster spectat meus, ô utinam tunc
Sim cœlum, ut multis ipsum oculis uideam. *Et aliud.*
Stella prius uiuens fulgebas Lucifer, at nunc
Mortuus effulges Hesperus Elysiis.
In Dionem autem sic scripsit.
Parcæ Hecubæ lachrymas, Troianis dira puellis
Voluerunt mala, mox dum has uidet alma dies.
At tibi ubi parta est præclaro gloria Marte,
Non hinc spes ullas dij superesse uolunt.
In patriaq; iaces, præstat tibi ciuis honorem,
O qui me insanum reddis amore Dion.

Hoc Epigramma etiam sepulchro ipsius inscriptum esse in Syracusis tradunt. Sed & Alexiden amauit, & Phædrum uelut dictum est, & in ipsos hoc Epigramma fecit.

Hoc solum nunc dixit Alexis, uisus ut esset
Pulcher, & undiq; mox omnibus attrahitur.
Quid mi anime os monstras canibus, mox deinde remittes
Fortasis, Phædrum nónne ita perdidimus?

Dicunt etiam ipsum habuisse Archeanassam, in quam hoc Epigramma fecit.

Archeanassam habeo ciuem Colophonis amicam,
Cuius & in rugis insidet acris amor.
O miseri accessit quos illa in flore iuuentæ.
Quàm uobis ingens flamma petita fuit.
Sed & in Agathonem hoc.
Basia dans Agathoni, animam per labra tenebam,
Namq; ut abire uolens illa misella aderat. *Et aliud.*
Malo ego te iacio, tu si me diligis, illud
Suscipe, & imperti uirginitate tua.
Sin minus, id quod ego nolim, tamen hoc cape, & inde
Collige, q̄ formam perbreuis hora rapit. *Et aliud.*
Malum ego, sed me iactat amans te, tu annue contrà
Xantippe, ambobus nam cito marcor adest.

Dicunt etiam illud in Eretrienses sagena circumdatos ipsius esse.

Euboeæ fuimus Eretrum genus at prope Susas
Condimur, heu nostra tam procul à patria. *Et illud.*
Sic Venus ad Musas,
Hæc Venus ad musas: Venerem exhortescite nymphę,
In uos armatus aut amor insiliet.
Cui contrà Musę: lepida hæc ioca tolle precamur,
Aliger hûc ad nos non uolat ille puer. *Et hoc.*
Aurum qui reperit, laqueum abijcit: alter amisso
Auro, collo aptat quem reperit laqueum.

Sed &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Platonis uita

Xenophon à Platone diſſẽſit

Sed & Molon hoſtili aduerſus ipſum animo prędítus,non hoc inquit, mirũ eſt, ſi Dionyſius in Corintho eſt,ſed ſi Plato in Sicilia.Videtur autẽ & Xenophõ nõ beneuolo erga ipſum fuiſſe animo.Proinde uelut cõtentioſi ſimilia ſcripſerũt,Sympoſiũ,Socratis apologiam,moralia memorabilia,Deinde alter rempublicã,alter Cyri inſtitutionẽ.Et in legibus dicit Plato, ſigmẽtum eſſe ipſius inſtitutionẽ.Nõ enim eiuſmodi eſſe Cyrũ.Et quũ ambo Socratis meminerint,alter alterius nuſquã mentionẽ fecit:præterquã ꝙ Xenophon Platonis meminit libro tertio memorabiliũ.Ferẽ etiam Antiſthenes quũ ſcriptũ ſuum quoddã recitare uellet,rogaſſe ipſum ut adeſſet, & percũctante Platone quid recitare uellet,illũ reſpõdiſſe,de eo ꝙ non ſit cõtradictio : Et quum Plato dixiſſet,quomodo igitur tu de hoc ipſo ſcribis?& docuiſſet ipſum euerti,ſcripſit dialogũ

Sathon dialogus in Platonẽ

cõtra Platonẽ,Sathonẽ inſcriptũ.Atꝙ hinc iam obalienatis inter ſe animis uixerunt.Dicũt etiã Socratẽ quũ audiuiſſet recitare Platonẽ dialogum Lyſim,dixiſſe ô Hercules cꝫ multa de me mẽtitur adoleſcens.Non pauca enim quæ Socrates nõ dixit,ſcripſit hic uir.Inimico etiã fuit Plato aduerſus Ariſtippũ animo.Proinde in dialogo de anima carpens ipſum dicit eum non affuiſſe Socrati moriẽti,ſed in Aegina & propẽ fuiſſe.Habuit etiam aduerſus Aeſchinen cõtentionem. Tradũt autem etiã hunc apud Dionyſiũ in exiſtimatiõe fuiſſe,& ipſum ubi ad illũ in rerũ penuria ueniſſet,à Platone quidẽ contemptũ eſſe,ab Ariſtippo uero Dionyſio cõmendatũ. Et ſermones quos Critoni attribuit,in carcere de fuga cõſiliũ Socrati danti, Aeſchinæ fuiſſe Idomeneus tradit:ſed ipſum eos illi attribuiſſe,eo ꝙ huic infenſus eſſet.Et ipſius Plato nuſcꝫ in ſuis ſcriptis

Scripta Platonis iudicata

mentionẽ fecit,præterquã in dialogo de anima,& in apologia. Ariſtoteles porrò dicit ſermonũ ipſius ſpeciẽ,mediũ inter poema & pedeſtrẽ ſermonẽ locũ obtinere.Hũc ſolũ apud Platonẽ permiſiſſe Phauorinus alicubi dicit,quũ dialogũ de anima recitaret,reliquos aũt diſceſsiſſe omnes.Quidã etiã dicũt Philippũ Opuntiũ leges ipſius trãſcripſiſſe,quũ prius in cera eſſent.Huius etiã Epinomidẽ eſſe dicũt.Euphorion & Panętius dixerũt principiũ de republica ſæpe inuertũ eſſe inuerſum ac mutatũ.Ipſam uero rempublicã ferẽ totã in Protagoræ contradictorijs Ariſtoxenus ſcriptã eſſe dicit.Fama eſt primũ ſcripſiſſe ipſum Phędrũ, Habet enim iuuenile quiddam hoc argumentũ.Diccarchus etiã ſcriptionis modũ totũ reprehẽdit,uelut faſtu elatũ.Porrò

Dicta Platonis

quũ Plato quendã uidiſſet teſſeris ludentẽ,reprehẽdiſſe ipſum dicit,& ubi ille dixiſſet ſe ob rem paruã reprehẽdi,ac cõſuetudo inquit,parua nõ eſt. Interrogatus an memoria ipſius futura eſſet uelut priorum,reſpõdit,nomẽ primũ aſſequi oportet,deinde multæ memoriæ erũt.Ingreſſo quãdoꝙ ad ipſum Xenocrate,flagella inquit ſeruũ,ego enim nõ poſſum, eo ꝙ iratus ſum. Sed & ad ſeruũ quendã dixit,flagellaſſem te,niſi iratus eſſem.Quũ in equo ſediſſet,ſtatim deſcendit ac dixit ſe ueritũ fuiſſe,ne inani faſtu corriperẽ.Ebrioſis cõſulebat ut ſpeculo uterentur. Fore enim ut ab huiuſmodi turpitudine deſiſterent. Bibere uero ad ebrietarẽ,nuſquã decere dicebat, pręterꝫ in dei qui uinũ dediſſet feſtis. Multus etiã ſomnus ipſi diſplicebat. Itaꝙ in legib.dicit, Dormiẽs uerò nullius quiſcꝫ precĳ eſt. Dixit ueritatẽ iucũdiſſimũ eſſe ex omnib. quæ dicerent: aut ut alĳ,dicere uera.Sed & de ueritate in legib.ita dicit. Pręclarũ quiddã eſt ueritas ô hoſpes, arcꝫ durabile.Verũ id perſuadere nõ facile uideť. Quin & memoriã ſui aut in amicis, aut in li-

Mors Platonis

bris relinquere cupiebat.Et ipſe plerũcꝫ ſedẽ mutabat,uelut quidã dicũt.Et mortuus eſt eo quo diximus modo,Philippi regis anno decimo tertio,uelut Phauorinus libro tertio memorabiliũ dicit:à quo etiã ipſum obiurgatũ eſſe refert Theopõpus. Myronianus autẽ in ſimilibus, Philonem prouerbĳ mentionẽ facere dicit,de Platonis pediculis,uelut ipſe ita mortuus ſit. Et ſepul-

Pediculi Platonis

tus eſt in Academia,ubi plurimo tẽpore philoſophatus eſt.Vnde etiã Academica appellata eſt ab ipſo ſecta.Et deductũ eſt funus ab omni populo,qui iſthic eſſet. Teſtamentũ autẽ in hũc modum fecit.Hęc reliquit & legauit Plato.Prędiũ in Hepheſtiadũ regione,cui ab Aquilone uicina eſt uia ex tẽplo in Cephiſiadis,ab auſtro Herculis templũ in Hepheſtiadũ regiõe:ad Solis exortũ Archeſtratus Phrearius:ad occaſum Philippus Cholidenſis:Hoc nulli liceat necꝫ uendere, necꝫ permutare,ſed ſit Adimãti filĳ quoad fieri poteſt. Et prædiũ in Eriſiadum regione,quod à Callimacho emi,cui ab aquilone uicinus eſt Eurymedõ Myrrhinuſius:ab auſtro Demoſtratus Xypeteron:ab ortu Eurymedon Myrrhinuſius:ab occaſu Cephiſſus:argenti minas tres:Phialã argenteã pendentẽ drachmas centũ ſexaginta quincꝫ.Poculũ pẽdens drachmas quadraginta quincꝫ:annulũ aureũ,& inaurẽ aureã,ambo ſimul põderis drachmarũ quatuor,obolorũ triũ. Euclides Lapicida debet mihi minas tres. Artemidem dimitto liberã.Seruos relinquo Tychonem,Bictam,Apolloniaden,Dionyſiũ.Supellectilem ſcriptã,cuius exemplar habet Demetrius. Nemini uero quicquã debeo.Curatores aũt ſint Soſthenes,Speuſippus,Demetrius,Hegias,Eurymedon,Callimachus,Thraſippus.Et hoc quidẽ modo teſtamentũ condidit. Cæterũ Epigrãmata ſepulchro ipſius inſcripta,hæc ſunt. *Primum hoc.*

Epitaphia Platonis

Iuſtitia cunctis præſtans,uitaꝙ modeſta,
Hoc ſitus in tumulo diuus Ariſtoclees.
Si quenquam ad magnos ſapientia uexit honores,
Hunc citra inuidiam uexit & ipſa uirum.

Et alte-

ex Diogene Laertio.

Et alterum hoc.

Corpus habet gremio contectum terra Platonis,
Mens ſed habet ſuperũ tecta beata deũm.
Diuinum quem iam ueneratur quiſquis honeſtus,
Et probus eſt,cuius uel procul eſt regio.

Et aliud recentius.

Quid monumenta ſuper uolucrum regina uolaſtis?
Tu mihi dic ſuperũ quam tueare domum?
Diua ego ſublati in cœlum feror umbra Platonis,
Terrenum at corpus Attica ſeruat humus.

Eſt & noſtrum ita ſe habens.

Ni doctum Græcis genuiſſes Phœbe Platonem,
Prorſus nemo animis qui medeatur erat.
Corporis eſt medicus ſatus ex te Aſclepius ægri,
Aeternæ ut ſapiens eſt animæ ipſe Plato.

Et aliud.

Produxit nobis Aſclepion atꝙ Platonem
Phœbus,ut hic corpus curet & ille animum.
Coniugium celebrare uolens,quam condidit olim
Vrbem adit ipſe,louis quamꝙ ſolo poſuit.

Et Epigrammata quidem hæc ſunt. Diſcipuli uero ipſius fuerunt, Speuſippus Athenienſis, Xenocrates Chalcedonius, Ariſtoteles Stagirites, Philippus Opuntius , Heſtiæus Perinthius, Dion Syracuſanus, Amyclus Heracleotes, Eraſtus & Coriſcus Scepſii, Timolaus Cyzicenus,Euæon Lampſacenus,Pithon & Heraclides Aenĳ,Hippothales & Callippus Athenienſes,Demetrius Amphipolites,Heraclides Ponticus,& plures alĳ. Cum quibus etiam mulieres duæ , Lasthenæa Mantinica,& Axiothea Phliaſia:quæ etiam uirili habitu uſa eſt,ut Dicæarchus ait.Quidam etiam Theophraſtum audiuiſſe Platonem tradunt. Et Hyperiden rhetorem Chamæleon dicit,itẽꝙ Lycurgum.Polemon ſimiliter de Demoſthene narrat.Sabinus dicit etiã Mneſiſtratũ Thaſiũ,citans in quarto Meleticæ materiæ,& ueriſimile eſt. Quãdoquidẽ uero Platonis meritò ſtudioſa es,& apud quoſuis philoſophi dogmata ambitioſẽ quæris,neceſſariũ arbitratus ſum ſubſcribere & ſermonũ ipſius naturã,& dialogorum ordinem,& inductionis impetum, quoad fieri poteſt elemẽtari modo,& in ſumma,ut necꝫ hæc de uita ipſius collecta tractatio dogmatũ illius exors ſit.Noctuã enim Athenas,ut prouerbio dicit,ſi ſpeciatim ſingula tibi exponere deberẽ.Dialogos itaꝙ primũ ſcripſiſſe dicũt Zenonẽ Eleaten,Ariſtoteles autẽ in primo de poetis, Alexamenũ Styrenſem aut Teĳon,uelut etiã Phauorinus in memorabilibus dicit. Videť aũt mihi Plato ſpeciẽ hanc abſoluiſſe,& primas uelut pulchritudinis,ita etiã inuẽtionis ferre. Eſt autẽ Dialogus ex interrogatione & reſpõſione compoſitus,de philoſophica quadã & ciuili quæſtione,cũ decenti morũ expreſsione earũ perſonarum quæ aſſumũtur, & cum dictionis apparatu. Dialectica uero eſt ars diſſerẽdi,per quã aliquid aſſerimus aut reprobamus, ex interrogatione & reſponſione eorũ qui diſputant.Platonis itaꝙ ſermonis duo ſupremi ſunt characteres,& qui exponit,& qui interrogat. Qui exponit,in alios duos characteres diuiditur,in eũ qui in ſpeculatione uerſatur,& eum qui in actione.Et prior ex his,in naturalem & rationalem diuiditur:poſterior in moralẽ & ciuilem.Eius etiam qui interrogat,duo primi ſunt characteres,& qui in exercitatione,& qui in contẽtione uerſatur.Et prioris quidem ſpecies duæ ſunt,altera uelut obſtetricis,altera tentatiõis:poſterioris item duæ,& quæ indicat,& quæ euertit. Nec nos latet alios aliter differe dialogos tradere.Dicunt enim alios ex ipſis dramatis inſtar eſſe, alios exponẽdi modũ ſequi, alios mixtos eſſe. Verũ iſti magis Tragico quàm philoſophico modo dialogorum differentiam nominauerũt.Sunt autem naturalis characteris,uelut Timæus:Rationalis autẽ Politicus,& Cratylus,& Parmenides,& Sophiſta:Moralis,Apologia,Criton,Phædon,Phædrus, Symposium,Menexenus,Clitophon,Philebus,Epiſtolæ,Hipparchus,& Amatores : Ciuilis autem, Reſpublica,Leges, Minos, Legum appendix,& Atlanticus: Obſtetricis inſtar, Alcibiadæ duo, Theages,Lyſis,Laches:Tentatiõis,Euthyphron,Menon,Ion, Charmides, Theæterus:Indicatio nis,Protagoras:Euerſionis,Euthydemus,Hippię duo,Gorgias. Et de dialogo quidẽ quid ſit & quæ ſint eius differẽtię,hæc ſufficiunt. Quoniã uero multa eſt diſſenſio:& alĳ quidẽ aſſerũt ipſum dogmata proferre ac decernere,alĳ uero negant,age etiam de his tractemus.Ipſum itaꝙ

Diſcipuli Platonis

Prouerbium

Dialogus qd ſit

Dialectica quid ſit

Dialogorum Plat. diſtinctio

decer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Platonis uita

decernere,est dogma & decretum ponere,sicut leges ferre,est leges ponere.Dogmata uero ac decreta appellantur utroq; modo,& id quod opinamur,& ipsa opinio.Ex his autem id quod opinamur,propositio est:opinio uero suspicio.Proinde Plato de his quidem quæ cognouit pronũciat:falsa autem redarguit:de obscuris suspensam sententiam tenet. Et de his quidem quæ sibi uidentur pronunciat per quatuor personas,Socratis,Timæi,Athenien sis hospitis, & Eleatę hospitis.Sunt autẽ hospites isti,non ut quidam putauerũt Plato & Parmenides, sed figmenta sine nomine sunt.Nam & quæ Socratis & Timæi sunt,& Plato recẽsens decernit. De fallis autẽ ut redarguantur inducit Thrasimachum,& Calliclem,& Polum,Gorgiamq; ac Protagoram:Hippiam item & Euthydemum,& consimiles.Dum uero demõstrationes facit, plurimo utitur inductiõis modo,eoq; nõ unius modi,sed bifariã.Est etenim inductio sermo qui per uera quędam, simile sibijpsi uerum congruè infert.Duo autẽ sunt inductionis modi,& qui per cõtrarietatem fit,& qui ex consequentia.Qui igitur per contrarietatem fit,est ex quo eũ qui interrogatur, circa omnem responsionem,sequetur cõtrarium.Velut uerbi causa.Meus pater à tuo patre,aut alius est,aut idem.Si igitur alius est à meo patre tuus pater,quum à patre alius sit,pater non fuerit.Si uero idem est cum meo patre,quum idem sit cum meo patre,meus fuerit pater. Et rursus,Si nõ est animal homo,lapis fuerit aut lignum. Non est autem lapis aut lignũ:Est enim animatum, & ex seipso mouetur:Animal ergo est.Si uero animal est,animal autem & canis & bos,fuerit etiam homo animal & canis & bos.Et hic quidem est inductionis per contrarietatem & pugnam modus.Quo utitur non ad decernendum,sed ad redarguendum.At consequentiæ modus duplex est,alter quidem id quod particulare quæritur,per id quod particulare est, demonstrat:alter autem id quod uniuersale est,per particulare. Et prior modus rhetoricus est, posterior dialecticus . Velut in priore quæritur, an hic occiderit. Demonstratio est inuentum ipsum esse illo tempore cruentatum.Rhetoricus autem est hic inductionis modus . Nam & rhetorica circa particularia,& non uniuersalia uersatur.Quærit enim non de ipso iusto, sed de particularibus iustis.Alter autẽ modus Dialecticus est,prædemonstrato uniuersali,per particularia.Velut quęritur,an sit anima immortalis,& an uiui sint ex mortuis,quod demonstratur in dialogo de anima per uniuersale quoddam,quòd ex contrarijs sint contraria,& ipsum hoc uniuersale ex quibusdam particularibus asseritur,nimirum quòd somnus ex uigilijs est, & uicissim : & maius ex minore, & uicissim,siue modo contrario & ecõtra.Hoc autẽ modo utebatur ad cõfirmanda ea quæ sibijpsi uiderentur.Quemadmodum uero olim in Tragœdia,prius quidem solus chorus rem representabat,postea uero Thespis unum histrionem inuenit,quo chorus interquiesceret: & Aeschylus secundum:Tertium autem Sophocles,& sic Tragœdiam compleuerunt.Sic etiam philosophiæ ratio,prius quidem unius formæ erat, utpote naturalis : secundam autem apposuit Socrates moralem:tertiam uero Plato dialecticam disserendi rationem addidit,& philosophiam perfectè absoluit. Thrasylus porrò dicit ipsum etiam secundum tragicum quaternionẽ dialogos edidisse,uelut illi quatuor dramatis certabant,Dionysijs,Lenæis, Panathenæis, Chytris.Quartum autem ex his erat Satyricũ.Quatuor uero dramata uocabantur quaternio.Sunt itaq; inquit,omnes genuini ipsius dialogi sex & quinquaginta,republica in decem diuisa,quã etiam inueniri ferè totam apud Protagoram in contradictorijs, dicit Phauorinus uariæ historiæ secundo:legibus autem in duodecim:quaterniones autem nouem,republica unius libri lo cum obtinente,& legibus unius. Primum igitur quaternionẽ ponit,qui commune argumentum habet.Vult enim ostendere qualis sit philosophi uita,& duplici utitur inscriptione singulorum librorum,altera à nomine,altera ab ipsa re.In hoc quaternione qui primus est,præit Euthyphron,siue de sancto:Est autem dialogus in specie tentationis:secundus est apologia Socratis,& est moralis:tertius Criton, siue de eo quod agendum est, item moralis:quartus Phædon, siue de anima,moralis. Secundus quaternio est,in quo præit Cratylus, siue de nominum rectitudine,rationalis:Theætetus siue de scientia,tentationis specie:Sophista,siue de eo quod est, rationalis:Ciuilis,siue de regno,rationalis. In tertio est Parmenides,siue de ideis,rationalis: Philebus,siue de uoluptate,moralis:Symposium,siue de amore,moralis:Phædrus,siue de pulchro,moralis. In quarto est Alcibiades primus,siue de hominis natura,obstetricis specie : Alcibiades secũdus,siue de oratione ad deum,obstetricis specie:Hipparchus, siue lucri studiosus, moralis:Amatores,siue de philosophia,moralis. Quintum quaternionem habent Theages, aut de sapientia,obstetricis specie:Charmides,aut de temperantia, tentationis specie : Laches, aut de fortitudine,obstetricis specie:Lysis,siue de amicitia,obstetricis specie. Sextũ obtinent Euthydemus,siue contentiosus,euersionis specie:Protagoras,siue sophistę,indicationis specie: Gorgias,siue de rhetorica,euersionis specie:Menon,siue de uirtute,tentationis forma. Septimũ occupant Hippiæ duo,primus,siue de pulchro:secundus,siue de mendacio,euersionis forma:Ion,siue de Iliade,tẽtationis:Menexenus,aut Epitaphius,moralis. In octauo sunt hi, Clitophon,siue exhortatorius,moralis:Politia,siue de iusto,ciuilis:Timęus,siue de natura,naturalis:Critias,siue Atlanticus,moralis. In nono habentur Minos,siue de lege,ciuilis ; Leges, siue de legum

Hospitũ personæ in Platone

Inductio qd sit, et duo eius modi

Tragœdia completa

Philosophiam absoluit Plato

Quaterniones Platonis nouẽ

ex Diogene Laertio.

de legumlatione,ciuilis:Legum appẽdix,aut philosophus, ciuilis:Epistolæ tredecim,morales: In quibus præscripsit felicem successum : Epicurus autem felicem uitam : Cleon sanitatem. Ex his scripsit unam ad Aristodorum,ad Archytam duas,ad Dionysium quatuor,ad Hermeam et Erastum ac Coryscum unam, ad Laodamantem unam,ad Dionem unam, ad Perdiccam unã, ad Dionis cognatos duas. Atq; hic quidem ita distinguit,& quidam alij.Aliqui uero, de quorum numero est etiam Aristophanes grammaticus, in terniones diuidunt Platonis dialogos. Et primum ponũt, in quo est Respublica,Timęus,Critias:Secundum in quo Sophista,Ciuilis, Cratylus:Tertium in quo leges,Minos,Legum appendix:Quartum in quo Theætetus, Euthyphron,Apologia:Quintum in quo Criton,Phædon,Epistolæ. Reliquos singulatim & citra ordinem.Initium autem faciunt alij uelut dictum est à Republica, alij ab Alcibiade maiore,alij à Theage,alij ab Euthyphrone,alij à Clitophõte,alij à Timæo,alij à Phędro,alij à Theęteto.Multi uero apologiam in principio collocant. Degeneres porrò & nothi dialogi ex confesso hi sunt, Midon,siue Hippostrophus:Eryxias,siue Erasistratus:Alcyon:Acephalus,siue Sysyphus: Axiochus:Phæaces:Demodocus:Chelidon:Septima Epimenides.Ex quibus Alcyon Leontis cuiusdam esse uidetur, uelut Phauorinus in quinto memorabilium dicit. Cæterum nominibus usus est Plato uarijs,ut ne tractatio rudibus ita conspicua esset.Peculiarissimè quidem sapientiam esse putat eorum quæ intelligentiæ subiecta sunt,& eorum quæ reuera sunt scientiam,quã circa deum & animam à corpore separatam esse dicit.Peculiariter autem sapientiam & philosophiam uocat eam quæ diuinæ sapientiæ appetentia est. Communiter autem dicitur apud ipsum sapientia,etiam omnis peritia:uelut quum sapientem dicit opificem. Vtitur etiam ijsdem nominibus,in diuersis significationibus.Φαῦλος itaq; qui uilis est,apud ipsum dicitur etiam de simplici,uelut etiam apud Euripidem in Lycinnio de Hercule fertur,sic.

Hunc simplicem,integrumq;,maximè & bonum,
Sapientiam qui omnem tenet in operibus,
Loquacitatis imperitum.

Vtitur autem ipso Plato aliquando etiam de pulchro:quandoque etiam de moderato. Sæpe uero etiam diuersis nominibus,in eadem significatione utitur. Ideam itaq; etiam speciem nominat,& genus,& exemplum,& principium, & causam. Vtitur etiam contrarijs uocibus de eadem re.Quod itaq; sensui expositum est,& quod est uocat,& quod non est:quod est quidem,eo quòd ortus ipsius est: quod non est autem, propter assiduam mutationem. Et Ideam appellat quod neque mouetur,neque manet,& idem,& unum,& multa. Idem uerò etiam in pluribus alijs facere solet. Est autem expositio sermonum ipsius triplex. Primum enim docere oportet, quid est unumquodque ex his quæ dicuntur. Deinde cuius gratia dictum est,utrum uelut præcipuum, aut in imaginis parte, & ad dogmatum confirmationem, aut ad confutandum eum cum quo disputat.Tertio an rectè dictum sit. Quandoquidem uero etiam signa quædam libris ipsius apponuntur,age etiam de his aliquid dicamus. χ litera assumitur ad dictiones & figuras, & omnino ad Platonicam consuetudinem χχ duplex, ad dogmata & placita Platonis peculiaria.χ. punctis circumpositis, ad electas sententias & pulchras scriptiones pertinent.χχ. duplex punctis circumpositis ad aliquarũ emendationes. ⸌ Obelus siue ueru pũctis circumpositis,ad temerè reprobata. ⸍ Sigma contra sigma oppositum,ad duplices usus, & scripturarum transpositiones. ⸎ Cornu siue apex,ad philosophiæ institutionem. ✻ Stellula siue asteriscus, ad dogmatum consensionem. / Obelus siue ueru, ad reprobationem. Et hæ quidem notæ sunt,& tot libri,quos si quis recens editos perlegere uoluisset,Antigonus mercedem hoc facientibus præbebat,uelut Carystius in libro de Zenone refert.Placita uero Platonis hæc, erant. Animam dicebat esse immortalem, & quæ ad multa corpora transiret, ipsaq; induceret principiumq; habere arithmeticum,corpus autem Geometricum.Definiebat ipsam ideamesse spiritus penitus separati. Motum autem habere per se,& tres partes. Rationalem enim ipsius partem in capite sedem habere:iracundam in corde : cõcupiscentem circa umbilicum & hepar consistere.Complecti uero ipsam ex medio semper circumcirca corpus, & ex elementis constare:& diuisam secundum harmonica interualla duos circulos connexos efficere. Ex his internũ sexies dissectum,omnes circulos septem efficere,& hunc quidem iuxta diametrum intrinsecus in sinistra situm esse:alterum uero iuxta latus ad dexterã. Quapropter etiam ipsum quũ unus sit prævalere,alterum enim intrinsecus diuisum esse.Et hunc quidem eiusdem esse, illos autem alterius:hunc quidem animæ motum esse dicens,hanc autem,& errantium motus,totius.Quũ autem ita se habeat sectio,quæ ex medio ad extrema ipsi adaptatur, cognoscere ea quæ sunt & adaptare,eo quod habet in seipsa elementa secundum harmoniam:& fieri opinionem quidẽ iuxta alterius dum dirigitur circulum,scientiam uero iuxta eiusdem circulum.Duo uero omnium principia pronunciauit,deum & materiam. Illum etiam mentem appellat & causam. Esse autem materiam formæ exortem,& infinitam,ex qua fieri corporum concrementa. Quum autem ipsa aliquando sine ordine moueretur,eam à deo in unum locum congregatam esse dicit,

Epistolarum præscriptio

Terniones Platonis.V.

Nothi dialogi, Platoni attributi

Sapientiæ appellatio

Φαῦλος significatio

Ideæ significatio

Expositio Platonis

Notæ in Platonis dialogis

Antigonus mercedem Platonis lectorib. persoluit

Placita Platonis

Duo principia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut qui ordinem confusione meliorem duxisset. Conuersam uero esse hãc essentiam in quatuor elementa, ignem, aquam, aerem, terram: ex quibus & ipsum mundum, & quæ in ipso sunt generari. Solam autem terram immutabilem esse dicit, causam afferens figurarum ex quibus composita est differentiam. Aliorum enim figuras eiusdem generis esse dicit. Omnia enim ex uno prolixo triangulo composita esse, Terræ uero propriam esse figuram. Ignis enim elementũ esse Pyramidem, aeris octangulum, aquæ uicenangulum, Terræ uero cubum. Vnde neq; terram in hæc transmutari, neque hæc in terrã. Nõ esse autem singula in proprios locos discreta, eo quòd circumuolutio constringens & ad medium congregans, parua coagmentat, magna disparat.

Mundus qualis factus sit

Quapropter dum species mutant, etiam locos mutare. Mundum uero unum esse factum, quia etiam sensui expositus sit, à deo constructum, animatumq; esse, eo quòd præstantius sit animatum inanimi: & hocopificium optimæ causæ propositum esse: unum etiã ipsum, & non infinitũ constructum esse, eo quòd etiam exemplar unum esset, à quo ipsum creauit: pilæ uero formaro tundum, eo quòd etiam conditor talem figuram habet. Illum enim alia animalia cõplecti, hũc autem omnium figuras: læuem autem & nullum instrumentum circumcirca habentem, quòd nullus sit ipsorum usus. Sed & incorruptum permanere mundum, eo quòd non dissoluitur in

Cœlum causa originis omniũ

id quod non est. Et totius quidem originis causam esse cœlum, eo quòd bonum beneficiũ esse solet: cœli uero originis optimam causam. Eius enim quod inter ea quæ facta sunt optimũ est, causam esse id quod optimum est inter ea quæ intelligentię subiecta sunt. Quare quum talis sit Deus, optimo uerò simile sit cœlũ, ut quod pulcherrimũ sit, nulli sanè simile fuerit ex his quæ facta sunt, sed soli deo. Cõstitutũ aũtesse mũdũ ex igne, aqua, aere, terra: ex igne quidẽ, quo uideri possit: ex terra aũt, ut solidus sit: ex aqua uero & aere, ut proportione correspõdeat: Solidorũ enim facultates duobus medijs correspondent, ut unũ fiat totũ: ex omnibus aũt, ut perfectus sit

Tempus qd sit

& incorruptus. Tẽpus aũt sempiterni imaginẽ factũ esse. Et illũ quidẽ semper manere, cœli uero motum tempus esse. Noctem enim & diem & mensem & eiusmodi, temporis partes esse: Quare absque cœli natura tempus non esse: Simul enim cũ ipso contingere ut & tempus sit. Post temporis ortum Solem & lunam & errantia facta esse. Quo uero manifestus esset temporum numerus, & animalia numero participarent, Solis lumen accendisse deum. Esse autem supra terrę circulum lunam, Deinceps uicinum ipsi Solem, In supernis uero stellas errantes. Animatum autẽ esse penitus, eo quòd animato motui alligatus sit. Quo uero mundus fieret perfectus simsliter ut intelligentiæ subiectum animal, aliorum animalium naturam factam esse. Quandoquidem igitur ille habebat, etiam cœlum habere oportuisse: & habere quidem deos ut plurimũ igneos. Esse uero reliqua genera tria, uolatile, aquatile, pedestre. Terram autem esse antiquissimam omnium deorum qui in cœlo sunt. Factam uero esse ut noctem & diem faceret. Quum autem in medio sit, circa medium moueri. Quoniam uero causæ duę sunt, inquit, alia quidem propter solã

Causę rerum duæ

esse, alia uero ex necessaria causa dicendum est. Hæc autem sunt aer, ignis, terra, aqua, quæ non sunt absolutè elementa, sed suscipiendi uim habent. Esse autem hæc, ex triangulis quæ inter se componuntur, & in hæc dissolui. Elementa uero ipsorum esse, & prolixum triangulum, & æqui

Elementa uera quæ sunt

laterum. Principia igitur & causas relatas duas esse, earumq; exemplar esse deũ & materiã: quã necesse est formæ expertem esse, uelut etiam alia suscipiendi uim habentia. Causam uero horũ ex necessitate esse. Dum enim suscipit ideas, generare essentias, & propter facultatis dissimilitudinem moueri: & dum mouetur, ea quæ mouentur ex ipsa uicissim mouere. Hæc autem prius quidem temerè & confusè mota esse, postquàm uero incœpit constituere mundum ex his quæ suscipiendi uim habent, à deo congruè & ordinatè facta esse. Causas enim etiam ante cœli creationem duas fuisse, & tertiam ipsam originem, sed non manifestas, uerum uestigia solum & confusas. Postquàm autem mundus factus est, ordinem etiam has accepisse. Ex omnibus aũt quæ essent corporibus cœlum factũ esse. Videtur autem ipsi deum uelut etiam animam incorporeã esse. Sic enim corruptionis & affectionis exortẽ esse. Ideas aũt statuit, uelut etiã antea dictũ est, causas quasdã & principia, ut talia sint quæ natura cõstituta sunt, qualia sunt ipsa. At uero de

Bonorũ & malorum ratio

bonis & malis talia dicebat. Finẽ quidẽ esse assimilationẽ ad deũ, Virtutẽ aũt sufficere ad felicitatẽ, sed in super instrumẽtis opus habere corporis bonis, robore, sanitate, sensuũ subtilitate, & similibus: & bonis externis, uelut diuitijs, & generis claritate, & gloria: Sapientẽ tamẽ nihilo minus felicẽ fore, etiamsi hæc nõ adsint. Hunc ipsum etiã rempublicã administraturũ esse, & uxorẽ ducturũ, & latas leges non transgressurũ, & si fieri possit, leges etiã patriæ suæ laturũ esse, si non penitus desperatas res uidet, in summa populi corruptione. Arbitratur etiã deos humanas res inspicere, & dæmones esse. Et pulchri notionẽ primus pronunciauit eã esse, quæ ex laudabili et rationali & utili & decenti ac conuenienti hæreret. Hæc autẽ omnia hærere ex eo quod cõsequitur naturã, & in confesso est. Disseruit etiã de nominum rectitudine, ut etiã scientiã rectè respondendi ac interrogandi primus ipse constituerit, ut qui abundè ipsa usus sit. In dialogis aũt etiã

Iustitiam esse legem dei

Iustitiã legem dei esse putauit, quo fortius ad iusta facienda exhortaretur, ut ne etiam post mortem pœnas subirent malefici. Vnde etiam fabulosior quibusdam putatus est, eo quòd eiusmodi nar-

di narrationes scriptis suis inseruit, quo per obscurũ modũ, quòd posi mortẽ res ita se haberẽt, ab iniustis factis abstinerent. Et hæc quidem sunt ipsius placita. Diuidebat autem inquit Aristoteles, res in hunc modum. Ex bonis alia sunt in anima, alia in corpore, alia extrinsecus: uelut Iustitia & prudentia & fortitudo & temperantia huiusmodi, in anima sunt: Pulchritudo uero & bonus habitus & sanitas & robur, in corpore: Amici uero & patriæ felicitas & diuitiæ, in extrinsecis. Bonorum igitur tres species sunt, alia in anima, alia in corpore, alia extrinsecus. Amicitiæ etiam tres species sunt, alia enim est naturalis, alia hospitalis, alia socialis. Naturalẽ itaq; hanc dicimus, quam parentes ad liberos habent, & cognati inter se. Hanc autem etiamalia animalia habent. Socialem uero uocamus ex consuetudine oborientem, & nulla generis cognatione, sed uelut Pyladæ ad Orestẽ. At hospitalis amicitia est quæ ex commendatione contingit, & per literas ad hospites & externos. Quidã apponunt quartam amatoriam. Reipublicæ species quinque sunt, alia enim est popularis dominij, alia optimatum, tertia paucorum principatus, quarta regni, quinta Tyrãnidis. Populare itaq; dominium est in ciuitatibus in quibus populus dominatur, & magistratus ac leges per seipsum eligit. Optimatum uero respublica est, in qua neq; diuites, neque pauperes, neq; illustres principatum obtinent, sed optimi quiq; ciuitati præfecti sunt. Paucorum principatus est quum à censibus eliguntur magistratus. Pauciores enim sunt diuites quàm pauperes. At Regnum aliud secundum legem, aliud secundum genus est. In charagine igitur secundum legem: Est enim ciuile: In Lacedæmone uero & Macedonia secundum genus. Ex quodam enim genere faciunt regnum. Tyrannis est in qua compulsi aut coacti ciues alicuius imperium sustinent. Iustitiæ quoq; species tres sunt. Vna circa deos, Altera circa homines, Tertia circa uita defunctos. Qui enim secundum leges sacrificant, & sacrorum curam gerũt erga deos nimirum pij sunt. Qui uero mutuum & depositum reddunt, erga homines iustè se gerunt. Qui uero monumentorum curam suscipiunt, erga defunctos. Scientiæ item species tres sunt, Vna enim in actione consistit, Altera in effectione, Tertia in speculatione. Sciẽtia itaque edificandi & fabricandi naues, effectrices sunt. Opus enim ipsorum effectum uidetur. Ciuilis autem & tibia canendi ac Citharam pulsandi & huiusmodi artes, in actione uersantur. Non enim uideri potest quicquam per ipsas factum, sed agunt aliquid. Alius enim tibia canit, & citharam pulsat, alius rempublicam administrat. At Geometrica & Harmonica & Astrologica, in cõtemplatione consistunt. Neque enim agunt, neque efficiunt quicquam, sed Geometra considerat quomodo lineæ inter se habent: Harmonicus sonos: Astrologicus astra & mundum. Cæterũ Medicinæ species quinque sunt, Vna quæ medicamentis curat: Altera quę manu: Tertia quę uictu: Quarta in morborũ cognitione uersatur: Quinta auxiliatrix est. Pharmaceutice itaque appellatur, quæ per medicamenta morbos sanat: Chirurgice quę secando & urendo sanat: Diætice quæ per uictum morbos summouet. Quarta per cognitionẽ morbi opitulatur. Quinta auxilium ferendo confestim à dolore liberat. Lex porrò duplex est, altera scripta, altera non scripta: Et quandoquidem in ciuitatibus respublica administratur, scripta est: quæ uero ex consuetudine fit, ea non scripta appellatur: uelut non progredi nudum in forum, neque muliebrem uestem induere. Hæc enim nulla lex prohibet, & tamẽ non facimus, eo quòd non scripta lege prohibemur. Sermones quintuplices sunt, Vnus est quo hi qui rempublicam gerunt in concionibus utuntur, qui ciuilis appellatur. Alter est quem rhetores scribunt & ad ostentationẽ profe runt ad laudes, & uituperia, & accusationes. Et hæc species rhetorica est. Tertius est quo idiotæ inter se colloquuntur. Hic sanè modus appellatur idioticus. Quartus est quo paulatim interro gantes & ipsis respondentes colloquuntur. Hic autem uocatur sermo dialecticus. Quintus est quo artifices de sua arte disserunt, qui uocatur artificiosus. Musica in tres species diuiditur. Est enim una quæ per os solum contingit, ut cãtilena: Altera quę per os & manus, ut ad Citharam cantus: Tertia per manus solum, ut citharæ pulsatio. Nobilitas in species quatuor diuiditur. Vna est quum progenitores præstantes & boni & iusti fuerint, tunc ex his natos nobiles esse dicunt. Altera est, si maiores potentes & principes fuerunt, tunc ex his genitos nobiles esse dicũt. Tertia est, si maiores celebris nominis fuerint, uelut ab imperio militari, aut certaminibus in quibus coronati sunt. Nam & eos qui ex his nati sunt nobiles appellamus. Quarta species est, si quis ipse magno ac generoso animo præditus fuerit. Nam & hunc nobilem esse dicũt. Et hæc præstantissima nobilitas est. Pulchritudo quoque in tres species diuiditur, Vna enim laudata est, uelut facies formosa: altera usum sui præbet, uelut instrumentum & domus & huiusmodi, ad usum pulchra sunt: quæ uero ad leges & studia & huiusmodi pertinent, ad utilitatẽ pulchra sunt. Anima item in tres species diuiditur. Vna enim rationalis est, altera cupida, tertia iracũda. Ex his rationalis causa est consultandi, & computandi, & cogitandi, & taliũ omniũ: Cupida uero animæ pars, causa est concupiscendi cibi, & coitus, & omnium huiusmodi: Iracũda pars causa est fiduciæ, & uoluptatis, & doloris, & iræ. Perfectæ uirtutis species sunt quatuor, Vna prudẽtia, altera iustitia, tertia fortitudo, quarta tẽperantia. Ex his prudentia causa est res rectè agendi: Iustitia uero in commercijs ac contractibus iustè agendi: Fortitudo efficit ut quis in periculis

Bona triplicia

Amicitiæ species.3.

Reip. species. 5

Iustitiæ species.3

Scientiæ species.3

Medicinæ species.5.

Lex duplex

Sermones quintuplices

Musicæ species 3.

Nobilitas quæ druplex

Pulchritudo triplex

Animæ species.3

Virtutes.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis & horrendis rebus non cedat, sed maneat: Temperantia facit ut quis cupiditates superet, & à nulla cupiditate in seruitutem adigatur, sed temperatè uiuat. Principatus diuiditur in quinq; partes, primam secundum legem, secundam iuxta naturam, tertiam secundum consuetudinẽ, quartam secundum genus, quintam iuxta uiolẽtiam. Qui igitur in ciuitatibus principes sunt, ubi à ciuibus electi fuerint, secundum legem imperant. Secundum naturam uero mares, nõ solum inter homines, sed etiam inter alia animalia. Mares enim ubique ferè fœminis dominant. Principatus autem secundum consuetudinem talis est, quali pædagogi pueris imperant, & doctores discipulis. At secundum genus principatus talis quidam dicitur, quali Lacedæmonij reges imperant. A quoda m enim genere regnum est. Sed & in Macedonia eodem modo imperant. Nam & illic ex genere regnum constituitur. Si uero compulsis aut ui coactis ciuibus inuitis imperant, talis principatus iuxta uiolentiam esse dicitur. Rhetoricæ orationis species sex sunt. Quum enim bellum gerere iusserint, aut aduersus aliquẽ auxilia ferre, hæc species exhortatio appellatur: quum uero neque bellum gerere, neq; auxilia ferre uoluerint, sed quietem agere, talis species dehortatio est. Tertia species est, quum quis se ab aliquo iniuria affectum esse dicit, & multorum malorum autorem proponunt. Hęc sanè species accusatio appellatur. Quarta species apologia siue defensio uocatur, quum quis se nihil iniustè fecisse ostendit, neque aliud quicquam absurdi commisisse. Quinta species est, quum quis aliquem laudat, & præstantẽ ac bonum esse ostendit, & talis species Encomium appellatur. Sexta species est, quum quis aliquem uilem esse ostendit, & uocatur talis species uituperium. Rectè dicere in quatuor modos diuiditur, Vnum quæ dicere oportet, alterum quot dicere oportet, tertium ad quos, quartum quando dicere oportet. Quæ igitur dicere oportet, sunt ea quæ & dicenti & audienti commodũ allatura sunt. Quot uero dicere oportet, in eo situm est, ut neq; plura neque pauciora his quę satis sunt dicantur. Ad quos autem dicere oportet, ut si coram senioribus alicui dicendũ sit, conuenientes senioribus sermones proferat: si uero coram iunioribus, conuenientes iunioribus. Quando uero dicere oportet, situm est in eo ut quis neque prius, neque posterius dicat. Sin minus hæc præstet, ut peccet & male dicat. Beneficentia diuiditur in quatuor modos. Nam aut pecunijs, aut corporibus, aut scientijs, aut sermonibus contingit. Pecunijs quidem quum quis egenti opem tulerit, ut pecuniarum copiam habeat: Corporibus autem beneficium præstatur, quum quis uapulanti adest & auxiliatur. Qui uero eruditunt, & medentur, & boni aliquid docent, hi scientijs benefaciunt. Quum autem alius pro alio ad iudicium auxiliarium se sistit, & orationem aliquam ex æquitate pro ipso habet, hic sermone beneficium præstat. Finis rerum in quatuor species diuiditur. Vnum quidem finem res secundum legem accipiunt, quum decretum per suffragia fit, & hoc lex perficit. Secundum uero finem res secundum naturam accipiũt, & dies, & annus, & tempora. Tertium finem res secundum artem accipiũt, uelut est ars ædificandi: domum enim quis perficit: & ars fabricandi naues: Nam & naues quis absoluit. Quartus finis rebus secundum fortunam contingit, quum aliter, & non ut quis opinatur eueniunt. Facultas quatuor species habet. Vnam qua mente considerare & suspicari possumus: Alteram qua corpore possumus quid, uelut progredi, & dare, & accipere & huiusmodi: Tertiam qua militum & pecuniarum copia potentiam habemus, unde rex magnam facultatem & potentiam habens uocatur. Quarta uero facultas in patiendo, & bene ac male faciendo consistit. Nam & ægrotare, & eruditi, & sani fieri possumus, & omnia huiusmodi. Humanitatis species tres sunt. Vna quæ per compellationem fit, uelut fit quum quidam quemuis obuium compellãt, & porrecta dextera salutant. Altera quum quis cuiuis infortunato opem fert. Tertia humanitatis species est, in qua quidam alios cœnis excipiendi studio tenentur. Felicitas in quinq; partes distribuitur. Prima ipsius pars est consilij præstantia: secunda sensuum subtilitas & corporis sanitas: tertia in rebus agendis successus: quarta bona apud homines existimatio: quinta pecuniarum abundantia & rerum ad uitam utilium. Et consilij quidem præstantia contingit ex eruditione, & ex multarum rerum experientia. Sẽsuum autem subtilitas ex corporis partibus, uelut si quis oculis uidet, & auribus audit, & naribus & ore sentit ea quæ sentire oportet, hoc sanè ipsum sensuum subtilitas est. Successus aũt contingit, quum quæ quis spectat rectè peragit, prout præstantem uirum decet. At bona existimatio est, quum quis bene audit. Abundantia uero est, quum quis ad uitæ usus ita se habet, ut amicis benefaciat, & liberaliter ac opulenter subministret. Cui uero omnia hęc adsunt, hic perfectè felix est. Artes in tres species diuiduntur, primam, secundam, & tertiam: Prima igitur est quæ metalla eruit, & ligna cædit. Sunt enim hæ præparatoria. At fabrilis ferraria arma facit: lignaria ex lignis tibias & lyras. Tertia uero usum habet, uelut equestris frenis utitur, militaris armis, Musica tibijs & lyra. Bonum in quatuor genera diuiditur. Vnum quo eum qui uirtutem habet priuatim bonum esse dicimus: Alterũ quo ipsam uirtutem & iustitiam bonam esse dicimus: Tertium quemadmodum sunt cibi, & exercitia commoda, itemq; medicamenta: Quartũ quo bonũ esse dicimus artem canendi tibia, & histrionicam & huiusmodi. Ex his quæ sunt, quædam sunt mala, quædam bona, quædam neutra. Ex his

Principatus quintuplex

Rhetoricæ orationis species 6

Dicendi rectè modi quatuor

Beneficentia quadruplex

Finis rerum quadruplex

Facultas quadruplex

Humanitatis species.3

Felicitatis partes.5

Artes esse triplices

Boni genera quatuor

Res triplices

his mala quidem dicimus hæc quæ semper lædere possunt, uelut intemperantiam, insipientiã, iniustitiam, & huiusmodi. Quæ uero his contraria sunt, bona sunt. Quæ uerò aliquando prodesse, aliquando lædere possunt, uelut deambulare, & sedere, & edere: aut omnino neque prodesse, neque lædere, ea neque bona, neque mala sunt. Legum bonitas in tribus generibus consistit. Vno si leges fuerint præstantes: altero, si in latis legibus ciues permanserint: Tertio, si uigentibus legibus, commodè & consuetudinibus & studijs utantur, & uitam degant. Legum quoque peruersitas in tribus generibus consistit. Vnum est, si leges & ciuibus, & externis fuerint damnosæ: alterum, si constitutis non pareant: Tertium, si omnino nulla lex sit. Contraria in tria genera diuidũtur, uelut bona malis contraria esse dicimus, ut iustitiam iniustitiæ, & sapientiam insipientiæ, & huiusmodi. Mala uero etiam malis contraria sunt, ut prodigalitas illiberalitati, & iniustè torqueri, contrariũ habet iustè torqueri & huiusmodi mala malis cõtraria sunt. Contraria quoque sunt neutra neutris, uelut pauperem esse, & diuitem esse: Vtrunq; enim per se neque bonum, neque malum est, & tamen contraria sunt. At graue leui, & uelox tardo, & nigrum albo, uelut neutra neutris contraria sunt. Bonorum genera tria sunt. Quædam enim habere possumus, quibusdam participamus, quædam nos ipsos esse oportet. Quæ igitur habere possumus, ea fieri potest ut habeamus, uelut est iustitia & sanitas. Quibus uero participamus, ea ut habeamus fieri non potest, participare uero ipsis possumus, uelut ipsum bonum fieri non potest ut habeamus, ut tamen eius participes simus fieri potest. Quæ uero nos ipsos esse oportet, ea sunt quibus neq; participamus, neq; ea habere possumus, sed esse oportet, uelut præstantem esse, & iustum esse bonum est. Hæc enim neq; habere possumus, neque ipsis participamus, sed adesse oportet, & præstantem esse, & iustum esse. Consultatio in tria genera diuiditur. Vnum enim est quod ex præteritis temporibus sumitur: alterum quod ex futuris: Tertium quod ex præsentibus. Quæ igitur ex præteritis sumuntur, exempla sunt, ueluti quid perpessi sunt Lacedæmonij ubi fidem habuerunt. Quæ uero ex præsentibus, uelut ostendere muros debiles, timidos homines, frumentum ac cibum modicum. Quæ uero ex futuris, uelut ex suspitionibus non uiolare legationes, ut ne Græcia gloriam perdat. Vox in duas species diuiditur. Vna enim animata est, altera inanimata. Animata quidẽ, animaliũ uox est: Inanimata uero, sonus & sonitus. Et animatæ uocis alia scribi literis potest, alia scribi nõ potest. Hominũ eñ uox scribi potest, animaliũ scribi nõ potest. Ex rebus quæ sunt, aliæ diuidi possunt aliæ diuidi nõ possunt. Quæ uero diuidi possunt, partim similiũ partiũ, partim dissimiliũ sunt. Diuidi igitur nõ possunt, quæ diuisionem non habẽt, neq; ex aliquo composita sunt, uelut est, unitas, & punctũ, & sonus. Diuidi uero possunt, quæ ex aliquo composita sunt, uelut syllabæ, & consonantiæ, & animalia, & aqua, & aurum. Et similium quidem partium sunt, quæ ex similibus cõposita sunt, & nihil differt totum à parte, nisi multitudine, uelut aqua, & aurum, & quicquid huiusmodi est. Dissimilium uero partium sunt, quæ ex dissimilibus partibus composita sunt, uelut domus & eiusmodi. Ea quæ sunt, partim per seipsa, partim ad aliquid dicuntur. Quæ igitur per seipsa dicuntur, sunt ea quæ in interpretatione nullo insuper opus habent. Hæc autem sunt, uelut homo, equus: & alia animalia. Nullum enim ex his per interpretationem processit. Quæ uero ad aliquid dicuntur, sunt ea quæ interpretatione aliqua indigent, uelut maius aliquo, & citius aliquo, & pulchrius, & similia. Nam maius minore maius est, & citius aliquo citius est. Sic uero etiam prima diuidebat secundum Aristotelem. Fuit & alius Plato philosophus Rhodius, discipulus Panætij, uelut tradit Seleucus grammaticus in primo de philosophia. Et alius peripateticus, discipulus Aristotelis. Et alius Praxiphanis filius. Et ueteris Comœdiæ poeta alius.

Legum bonitas triplex est, itẽq; peruersitas

Contrariorum genera.3

Bonorum genera. 3

Consultatio triplex est

Vox duplex

Rerum diuisio

Per se res

Ad aliquid res

Platones alij

PLATONIS VITAE EX DIOGENE LAERTIO,
IANO CORNARIO INTERPRETE,
FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS VITA, ET PRIMO GE= nealogia & Geneſis, Marſilio Ficino authore.

PLATO Athenienſis Ariſtonis et Perictiones ſiue Potonæ filius à Neptuno genus utrinq; ducit. Nam Solon à Nereo & Neptuno deſcendit. Solonis uero frater Dropides Critiam maiorem genuit: à quo Calæſcerus ortus duos habuit filios, Critiam ſcilicet minorem, qui unus ex triginta Athenarum gubernatoribus fuit, at Glauconem Charmidis & Perictiones patrem. Perictione uero Ariſtoni nupta, Platonem peperit & Adimantum & Glauconem. Fœminã quoq; Potonam: quæ Eurymedonti nupta, peperit Speuſippum. Rurſus Ariſto Platonis pater à Codro filio Melanti deſcendit, cuius iterum in Neptunum ſicut & Solonis originem referunt. Ferunt Athenis celebre eſſe, Ariſtonem Perictionæ cum eſſet ſpecioſiſſima congredi cognatum eſſe. Verum fuiſſe illius conatus irritos, uidiſſeq; in ſomnis Apollinem, atq; ab eo iuſſum mundam à coniugali copula quoad pareret, ſeruauiſſe. Quod & Laertius & Polycrates ſcribunt. Naſcitur Athenis uel in Aegineâ à Troiæ captiuitate anno ſeptingeteſimo quinquageſimoſexto ab Vrbe condita trecenteſimotertio, ante Chriſti aduentum quadringenteſimo uigeſimotertio. Platonis Geneſim qualem adoleſcens audiuerat in libro de Amore ſignificauit: ſed nunc adducam, qualem Iulius Firmicus Aſtronomus deſcribit. Cuius opinionem hac in re exiſtimo ueriorem. Eſt autem eiuſmodi: In aſcendente aquario Mars, Mercurius, Venus. In ſecunda, Sol in piſcibus. In quinta, Luna in Geminis. In ſeptima, Iupiter in Leone. In nona, Saturnus in Libra. Hanc Geneſim Iulius Firmicus aſſerit ſignificare uirum, qui mirabili eloquentia polleat, cœleſtiq; ingenio ad omnia ſecreta diuinitatis accedat.

Educatio, indoles, eruditio, ſobrietas Platonis.

FErtur, cum in cunis eſſet, labijs infantis apes mel infudiſſe, eloquentiæ futuræ præſagium. Aiunt Socratem uidiſſe per ſomnium oloris pullum ſibi in gremio plumeſcere, qui continuo exortis pennis, expanſis alis in altum euolans, ſuauiſſimos cantus ediderit. Poſtridie quum à patre ſibi Plato commendatus eſſet, hunc eſſe cygnum quem uiderat dixiſſe. Poetico ſtylo in adoleſcentia floruit. Elegias compoſuit, & tragœdias duas, quas & ipſe igni dedit, cum primum animum ad philoſophiam applicuiſſet. Primis literis à Dionyſio præceptore imbutus eſt, deinde Socratem audiuit uigeſimum annum ætatis agens. Poſt Socratis mortem Cratylo Heracliti diſcipulo, & Hermogeni Parmenidis philoſophiam tuenti ſeſe accõmodauit. Cum eſſet annorũ duo de triginta, Megarã ſe ad Euclidẽ cũ aliis Socraticis contulit. Hinc Cyrenem profectus, Theodorum mathematicum audiuit, atq; inde in Italiam ad Pythagoreos Philolaum & Archytam Tarentinum Eurytumq; conceſſit. Ab his in Aegyptũ ad prophetas et ſacerdotes ſe recepit. Decreuerat ad Indos Magoſq; progredi: uerum propter Aſiæ bella à propoſito deſtitit. Regreſſus demum Athenas, in Academia uitam duxit: quem in ſalubrem Atticæ locum dicitur elegiſſe, quòd etiam diuus Baſilius & Hieronymus comprobant, ut nimis bonus corporis habitus ceu uitiis nimia luxuries amputaretur. Erat enim & ſpecioſiſſimo & robuſtiſſimo corporis habitu. Vnde & à latis humeris, ampla fronte, & egregio totius corporis habitu orationiſq; ubertate, Plato eſt nuncupatus: cum ante nominatus fuiſſet Ariſtocles. Nihil in eo deforme, niſi fortè uox aliquantulum gracilis, & neſcio quid ſub ceruice gibboſum eum aliquantulum deformabat. ob Academiæ habitationem paſſus eſt quartanam febrem menſes decem atq; octo: ſed ſobrietate & diligentia ſua uires poſt febrem ualidiores quàm ante recuperauit.

Militia & nauigatio Platonis trina.

MILITAVIT ter. Primo in Tanagram, ſecundo in Corinthum, tertio in Delum, ubi etiam uictoria potitus eſt. In Siciliam ter nauigauit. Primo ut inſulam & Aetnea miracula crateresq; uideret. Agebat tũc quadrageſimum ætatis annum: quo etiam tempore Dionyſius Hermocratis filius ut ſecum loqueretur, impulit: ubi cum ille de tyrannide diſſereret, dicens non id præſtare quod ſibi ſoli eſſet utile, niſi uirtute etiam excelleret, offenſum tyrannum atq; iratũ dixiſſe aiunt: Verba tua otioſorum ſenũ ſunt. At ille: Et tua inquit, tyrannidẽ ſapiunt. Ad hæc indignatũ tyrannũ primo quidem illum necare uoluiſſe. Deinde uero à Dione & Ariſtomene obſeratum, id minime effeciſſe: uerum Polidi Lacedæmonio qui per id tempus legatus ad ſe uenerat, eum tradidiſſe ut uenundaretur. Eum ille in Aegina adductum uendidit. Quo tempore & Charmander tanquam mortis reum accuſauit. Sanè iuxta peruulgatam apud eos legem, capitale erat, ſi quis Athenienſiũ eã inſulã adiiſſet. Cæterum cum à quodam fuiſſet allegatum, diſciplinæ gratia eò philoſophum aſcendiſſe, legemq; illam de hominibus, non de philoſophis qui ſuper homines ſunt, loqui, abſolutum eum dimiſere, neq; occidendum, ſed uendendum decreuerunt. Aderat fortè Anniceris Cyrenaicus, qui eum uiginti minis redemit, remiſitq; Athenas ad amicos. Polidem uero à Cabria ſuperatum, & poſtmodum in Elice fuiſſe ſubmerſum fama eſt, dæmonio ſibi nunciante talia illum philoſophi gratia perpeti. Non tamen quieuit Dionyſius. Verum cum cognouiſſet quæ illi contigerant, ſcripſit Platoni, orans ne in ſe maledicta intorqueret. Ad quem ille ſcripſit, non tantum ſibi à philoſophia ſupereſſe otij, ut Dionyſij meminiſſet. Obtrectatoribus quibuſdam Platonẽ à Dionyſio derelictum obiectantibus reſpondit, immo uero à Platone Dionyſius eſt relictus. Secundo profectus eſt ad Dionyſium iuniorem, ab eo & Dione philoſophandi gratia acerſitus: hac quoque ſpe ductus, ſe ſuis conſilijs effecturum, ut illic ex tyrannide, aut reſpublica fieret, aut regnum: uiſumq; quod iamdiu uehementer optabat, gubernationem ſcilicet quandam maxime philoſophicam, in qua uel gubernent philoſophi, uel gubernatores philoſophentur. Putabat enim ciuitates non aliter poſſe miſeriam euitare. Id omne non ui aut

Platonis uita per Marſilium Ficinum.

aut dolo, ſed philoſophicis rationibus perſuaſo Dionyſio fieri cupiebat. Sed quarto ferè menſe poſt Platonis acceſſum, Dionyſius falſis impulſus calumnijs Dionẽ quaſi tyrannidi inſidiatẽ expulit. Platonẽ uero libenter amplectabatur. At Plato in patriã rediit. Tertio acceſit, Dionem Dionyſio reconciliaturus, & ab utroq; iterum atq; iterũ obſecratus, rogatus etiam ab Archyta. Tunc & Dionyſius uitatam illi triremem obuiam miſit, & Archedemum Pythagoricum oratorem, nobilesq; permultos, & ipſe quadrigis albis egredientem excepit. Poſtulauit Plato promiſſam Dionis reſtitutionem, atq; inſuper urbem ac homines qui iuxta conſtitutam ab eo rempublicam uiuerent. Idq; ille quanquam pollicitus, implere detrectauit. Cum uero Plato palam Dionyſium redargueret, quod fefelliſſet fidem, tum ſibi de Dione reſtituendo, tum Theodoti ſuo de Heraclide feruãdo: infenſum deinde habuit Dionyſium: unde in ſummo uiuebat periculo, ne à militibus interficeretur. Sed Architas Tarentinus Salmiſcum miſit ad Dionyſium oratorem unà cum naui, rogans ut Platonem dimitteret. Ille eum dimiſit, ac præbuit commeatum: Plato in patriam rediit. Dionyſius paulo poſt à Dione ciuibuſq; pulſus tyrannide, criminis in philoſophum commiſſi pœnas dedit. Plato miro quodã honore exceptus eſt in patria. Ibiq; ad Rempub. accerſitus accedere noluit: quia plebs malis ſe moribus aſſuefecerat.

Quibus Plato leges dederit.

FErtur Arcadas & Thebanos condita ciuitate honeſtæ magnitudinis, rogaſſe illum, ut eam rempublicam inſtitueret. Verum illum cum eos intellexiſſet æqualitatem ſectari nolle, profectum non eſſe. Syracuſanis uero expulſo tyranno leges dedit. Et Cretenſibus Magneſia nuper condita ſiue inſtaurata ciuitate, ſcripſit leges duodecim in libros digeſtas. Miſit ex familiaribus ſuis Ariſtonymũ ad Arcadas legibus inſtituẽdos, ad Ilios Phormionẽ, ad Pyreos Meledimũ.

Continentia, grauitas, comitas Platonis.

VIxit autem cœlebs & ſobrius admodum, & ut Aurelius Auguſtinus perhibet, caſtus. Vnde & in ſenio ſacra naturæ feciſſe dicitur, ut ſe apud uulgus à crimine ſterilitatis abſolueret. Iuuenis adeo uerecundus adeo cõpoſitus fuit, ut nunquã ridere, niſi modice, deprehẽſus ſit. Iratũ uero uidit nemo. Vnde apud Platonẽ educatus puer cũ ad parentes reuerſus uociferantem uideret patrem, nunquam inquit hoc apud Platonem uidi. Semel tantũ clã ſubiratus eſt puero grauiter delinquenti. Sed Xenocrati inquit: Cæde tu hunc puerum: Ego enim quia iratus ſum, nequeo. Edebat quolibet die aut ſemel tantum, aut bis, parciſſime. Dormiebat ſolus. Contrariam uitam multum uituperabat. Ad amãdos adoleſcentes, quemadmodum & Socrates ſuus uocabatur paulo pronior, uerum uterq; tam ratione continens quàm ſenſu procliuis. Quàm diuine iſti amauerint, & quo pacto quæ de amore locuti ſunt, exponãtur, ſatis in libro de amore tractauimus. Optabat memoriam ſui uel in libris, uel amicis relinquere. Et ſi melancholicus erat, profundiſſimiq; ingenij, ut ſcribit Ariſtoteles, iocis tamen pluribus utebatur, atq; Xenocratem & Dionem ſeueriores ſæpiſſime admonebat, ut Gratijs ſacra facerent, quo iucundiores gratioreſq; redderentur. Platonis autem grauitati comitas erat admixta.

Diſcipuli Platonis præcipui.

DIſcipuli eius fuere, Speuſippus Athenienſis, Xenocrates Calcedonius, Ariſtoteles Stagirites, Philippus Opuntius, Heſtiæus Perinthius, Dio Syracuſanus, Amycles Heracleotes, Eraſtus & Coriſcus Scepſij, Timolaus Cyzicenus, Hebion Lampſacenus, Pithon & Heraclides Aenij, Hippothales & Calippus Athenienſes, Demetrius Amphipolites, Heraclides Ponticus, & complures alij: & cum his mulieres duæ, Laſthenia Mantinea, & Axiothea Phlyaſia: quæ uirili utebantur ueſte. Theophraſtum item illius fuiſſe auditorem ferunt, & Hyperidem oratorem. Chamælon & Lycurgum, & Demoſthenem fuiſſe ipſius ſtudioſum, & Meneſiſtratum. Veſtibulo Academiæ inſcriptum erat. Nemo huc geometriæ expers ingrediatur. Quod quidem non ſolum de linearum, ſed etiam de affectuum debita menſura uolebat intelligi.

Eloquentia, ſapientia, autoritaſq; Platonis.

STylus Platonis ut ait Ariſtoteles, medius inter ſolutam orationem & carmen fluit, ſuauitas & copia tanta, ut Cicero Platonem & intelligendi & dicendi grauiſſimum autorem fuiſſe dixerit. Adiecit, ſi Iupiter humana lingua loqui uoluiſſet, non alia quàm Platonis lingua fuiſſe locuturum. Doctrina uero tãta in eo, ut cum ante illum omnes inter Græcos illuſtres, ad externas gentes ſapientiæ gratia peregrinati fuiſſent, poſt Platonis tempora cæteræ nationes Athenas conſuxerint, & Ariſtoteles tam miro ingenio præditus, ac nouæ hæreſis auidiſſimus, cum Platonem iam penè adultus audiſſet, uiginti eum continuos annos audiuerit. Adde quòd priusquàm adiret Platonem, iam literis proiectus erat. Deinde Platonem ſolum habuit præceptorem. Mitto quod à Cicerone ſcribitur: Malo cum Platone errare, quàm cum cæteris recte ſentire. Præterea quòd unà cum Panætio illum appellat Homerum philoſophorum. Mitto illud Quintiliani: Quis dubitet Platonem eſſe præcipuum, uel acumine diſſerendi, uel eloquendi facundiæ diuina quadam & Homerica? Multum etiam illius oratio ſupra proſam orationem, & quam pedeſtrem Græci uocant, ſurgit: ut mihi non humano ingenio, ſed Delphico quodam oraculo uideatur inſtinctus. Diuina quadam ſapientia & probitate mirabilem autoritatem etiam in patria, quod rariſſime fieri ſolet, ſibi comparauiſſe uidetur. Reuerſus ex Sicilia Plato, cum ad magnificentiſſimam illam Olympiorum celebritatem quaſi quendam orbis terrarum conuentum perueniſſet, tam lætis cunctorum occurſibus exceptus eſt, ut è cœlo deus ad mortales demiſſus uideretur. Ludos deſeri, Athletarum ſpectacula relinqui, pugiles ſolos omitti cerneres: & quod admirabilius eſt, qui tam longis terrarum marisq; tractibus, paſcendo rum oculorum animorumq; & aliorum gratia ad Olympia uenerant, omnis uoluptatis obliti Platonem adibant:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Platonis uita

Platonem intuebantur, in Platone perinde atq; amœnißimo diuersorio cõquiescebant. Cum tragœdiam quis referret, nec quißpiam præter Platonem adesset, obiectantibus quibußdam dedecori esse illi quòd nemo præter unum adesset, respondit ille: Et hic unus plus est, quàm Athenienßis populus.

Charitas, magnanimitas, ſanctimoniaq; Platonis.

QVAM magno & constanti animo: præsertim in amicorum causa fuerit, declarant eius epistolæ. Tyrannum sæpe quòd iniuste gubernaret, quodúe amicos falleret, etiam præsentibus testibus audacter redarguebat, tantum abe rat ut illi assentaretur. Mitto minutiora illa, quale illud est quod iusserat Dionysius in conuiuio ut singuli purpura induti saltarent, saltauit protinus Aristippus: Plato uerò noluit: dicens non conuenire philosopho muliebria. Et contemptus tyranni, Dionisiq; defensio. Præterea Gabriæ fortißimo duci Crobylus accusator improbus diem dixerat, & capitis iudicium intentauerat. Quocirca cum à reliquis destitutus ciuibus metu periculi in arcem ascenderet, solus Plato auxilium præstaturus semper illi adfuit. Cum uero calumniator Crobylus ut eum à patrocinio deterreret minitans dixisset: alijs defensionem præstaturus aduentas, ignorans quòd te quoq; Socratis uenenum expectat. Ipse respondit: Olim Crobyle cũ patriæ dignitati militabam, in tolerandis periculis haud segnis eram: nunc pro officio, & amici salute licet ferrum ac uenena mineris & ignem, nullum recuso discrimen. Cum Socrates carcere iniustißime inclusus esset, Plato pecunias congregauit, ut redimeret innocentem. Et dum iudicium agebatur, ascendens in suggestum, sic cœpit orare: Cum minor natu sim uiri Athenienses omnibus qui tribunal ascenderunt. Verum tyrannici iudices ueriti, ne autoritate & eloquentia sua ciues moueret, interpellauerunt repente, reclamauerunt, descende. Plato domum abijt. Nam quantum illi malæ mentis morbo, tantum hic tunc morbo corporis laborabat. Socratis uero persecutores pœnas paulo post dederunt. Cum ex condiscipulis quidam instigaretur inuidia Xenocratem adeo Platoni gratum acceptumq; esse, ut in eum conflaret inimicitias, multa in Platonem Xenocratis maledicta renunciauit. Plato medio sermone criminationem respuens, obaudit. Instat obtrectator uultus seueritate crimen affirmans. Deniq; deos omnes, ac deas obtestanti, Plato ut ab eius sese pertinacia solueret, esto inquit. Sed ea Xenocrates fide ac grauitate pollet, ut nisi sic expedire iudicasset, dicturus ea nunquam fuisset. Grauitatem magnanimitatemq; Platonis imitatum fuisse Xenocratem dilectum eius discipulum, testis est uita Xenocratis apud Diogenem, quæ quidem est fortitudinis et sanctitatis exemplar. Imitatum quoq; fuisse Dionem, Plutarchus est testis. Præterea Philiscus Lycurgi oratoris uitam describens: Magnus uir inquit fuit Lycurgus, multáq; sunt ab eo gesta præclare, quæ facere nemo potuisset qui non fuisset Platonis auditor. Demosthenes cum Antipatrum fugeret: Archiæ blandis uerbis se ei uitam seruaturum pollicenti, absit, inquit, ut uiuere turpiter malim quàm honeste mori: postquàm Xenocratem & Platonem de immortalitate animi differentes audiui. Idem scribens ad Heracleodorum quendam condiscipulum suum, atque eum reprehendens, quòd postquam Platonem audiuerat, negligeret bonas artes, & uitam parum honeste duceret, Nonne, inquit, erubescis ea negligere, quæ à Platone accepisti? Dionysius ad Speusippum scribens, ait: Plato quidem gratis sua limina terentes docebat. Tu uero tributa exigis, & à uolentibus ac nolentibus accipis. Laertius quoque carpit eundem, quòd non sicut Xenocrates Platonis castitatem & fortitudinem, mansuetudinemq; fuerit imitatus. Illud uero de fortitudine Xenocratis tacere non possum, quòd cum Platoni Dionysius diceret: Caput tibi quispiam tollet, Xenocrates qui aderat, inquit, Nemo istud prius quàm meum hoc abscindet.

Sententiæ & prouerbia Platonis.

DE Aristotele & Xenocrate hæc Plato dicebat. Hui qualem equum, qualemq; asinum iungendos assumpsi, Aristoteles quidem freno indiget: Xenocrates uero calcaribus. Erat inter discipulos eius lautus nimium, & curandæ cutis studioßißimus adolescens, Quem Plato rogauit: Quousq; tibi carcerem ædificare perges? Quoties hominem amore irretitum uideret, ille aiebat, proprio in corpore mortuus est, uiuit in alieno. Addebat: Qui se ipse aiterius gratiâ deseruerit, omnium esse miserrimũ: quippe qui neq; se poßideat ulterius, neq; alterum. Platonis quidam familiaris uir doctus, eum orabat ut sibi aures paulisper accommodaret libellum à se æditum lecturo. Rogatus subinde à Platone, quæ libri esset inscriptio, respondit, Contradicendũ non esse. Cui Plato: cur igitur ipse hoc facis? Cur contradicentibus contradicis? Cur me consulis, si tibi prohibes contradici? Leo ciuis potens in cœtu carpebatur, quòd magnas & immodestas in senatu uociferationes habuerat. Plato hoc ipsum, inquit, est uere leonem esse. Diogeni Cynico dicenti, quod humana quidem ista uideret, ideas uero nequaquam. Cui mirum inquit? Oculos enim quibus ista uidentur habes & uteris, mente uero non uteris, qua sola illæ cernuntur. Mirantibus discipulis, quod Xenocrates in omni uita seuerus, nescio quid risui excipiendum dixisset: Quid inquit miramini inter spinas aliquando rosas & lilia nasci? Ad iuuenes crebro dicere solebat: Otio labores anteponite, nisi forte rubiginem splendori præstare putatis. Iuuentutem ad beatam uitam hac ratione sæpißime incendebat. Contrariam uirtutis ac uoluptatis naturam animaduertite. Huius enim momentaneam dulcedinem subita pœnitentia sequitur, dolorq; perpetuus: illius autem breues labores, æterna uoluptas. Cum uidisset quendam aleæ ludentem, arguit: & cum ille, quàm parua reprehendis diceret, Plato respondit: At non est paruum cõsuetudo. Ebrijs & iratis consulere solitus erat, sese ut in speculo studioße intuerentur: ab eiusmodi statim fœditate discessuros. Ebrietatem & somnum ualde detestabatur. Aiebat plurimum referre ad pueritiam educandam ut honestis solum gaudere pueri assuescerent. Alioquin uoluptatem dicebat escam esse malorum. Addebat sanitatem animi ueram esse philosophiam, cæteras uero facultates non tam philosophiam quàm ornamenta uideri. Nihil sanæ menti suauius esse quàm uera dicere & audire. Veritate enim nihil est melius uel durabilius. Interrogantibus quibusdam, quænam possessionum genera filijs essent potißimum comparanda: Ea dixit quæ non grandinem, non hominum uim, non ipsum denique Iouem extimescerent. Demodoco de filij eruditione consultanti, qualis inquit in arbusculis plantandis dirigendisq;, talis & in filijs gignendis, & instituendis cura esse debet. Hic labor, illic uoluptas. Cauendum autem ne in hoc sopiti, in illo

Per Marsilium Ficinum.

in illo plus quàm uigiles uideamur. Philedono cuipiam Platonem carpenti, quòd non minus in discendo quàm in docendo studioßus ac sedulus esset, & quoad discipulus esse uellet interroganti: quoad inquit meliorem ac peritiorem esse me nõ pœnitebit. Interrogatus quidnam inter peritum imperitumq; interesset: quod inter medicum ægrotumq; respondit. Principibus nullum præstantius prædiorum genus esse dicebat, quàm eorum familiaritates hominum, qui cauponari nescirẽt. Principi non aliter necessariam esse sapientiam, quàm corpori animam. Beatißimas fore respublicas, si aut philosophi dominentur, aut saltem qui gubernant, diuina quadam sorte philosophentur. Nihil enim pestilentius esse potestate & audacia, quam ignorantia comitetur. Tales quoq; subditos esse solere, quales principes uideantur. Magistratui non proprium bonum, sed publicum cogitandum: non partem solum ciuitatis quandam, sed totam esse curandam.

Quantum Plato neglexit Humana, quantum diuina dilexit.

REpetebat quotidie sola æterna esse uera: Temporalia uero uerisimilia. Dormire in corpore animum. Et quæ sensus appetit aut timet, nihil aliud esse quàm somnia. Itaq; hæc omnia penitus contemnenda. Et ut mala uitentur quibus plenus est mundus, ad æterna confugiendum: aliter enim deuitari non posse. Ipse quoq; quæ præcipiebat, impleuit. Nã eum & hæreditario quodam iure & ciuium fauore princeps in Republica esset futurus, omnem prorsus ciuilem repudiauit dignitatem. Cum patrimonio ditißimus esset, fratribus largitus est omnia præter suburbanum prædiolum, quam academiam nominabant, hoc solo contentus uixit. Et si præceptor amicusq; principum extitit, diuitias tamen ab his nullas accepit. Solebat rex Dionysius dicere, Aristippus semper pecunias petit, Plato semper libros. Adde quod neq; uxorem duxit, neq; uixit in urbe, ab omnibus liber, soli seruiens ueritati. Vnde diuus Hieronymus inquit: Plato Aegyptum & Archytam Tarentinum eamq; oram Italiæ quæ quondam magna Græcia uocabatur, laborioßißime peragrauit, ut qui Athenis magister erat & potens, cuiusq; doctrinam Academiæ gymnasia personabant, fieret peregrinus atq; discipulus, malens aliena uerecunde discere, quàm sua impudenter ingerere. Deniq; cum literas quaſi toto orbe fugientes persequitur, captus à piratis & uenundatus, etiam tyranno crudelißimo paruit captiuus, uinctus est seruus. tamen quia philosophus, maior ea mente se fuit. Hæc Hieronymus.

Pietas & gratitudo Platonis.

GRatus deo fuit, à quo principium cogitandi, dicendi, agendi omnibus in rebus, & faciendum dicebat esse, & ipse semper efficiebat. Præterea deo gratias agebat quotidie, quòd homo natus esset non brutum: quòd Græcus nõ barbarus: quòd temporibus Socratis. Quàm gratus præceptoribus fuerit, omnibusq; amicis, testimonio sunt eius dialogi. In quibus mirifice eos omnes honorat, atque Socrati libros suos attribuit. Non solum enim illum in omnibus penè dialogis disputantem inducit, sed etiam omnia à se composita, scribit non sua, sed Socratis esse.

Quæ Plato affirmarit.

IN his quæ sensibus subiacent, partes Heracliti tuebatur. Porrò in his quæ ad intelligentiam pertinent, Pythagoræ maxime acquiescebat. In rebus autem ciuilibus Socratem suum amplectebatur, quæubiq; assequebatur, hæc sunt. Deum omnibus prouidere. Animas hominum immortales esse. Bonorum præmia, malorum supplicia fore. Augustinus in libro contra Academicos inquit, Christi autoritatem omnibus anteponendam, Si autem rationibus agendum sit, apud Platonicos reperire se dicit, quod sacris Christianorum literis non repugnet. Idem Dionysius Areopagita significauit: Eusebius postea & Cyrillus latius declarauerunt. Hinc Augustinus in libro De uera religione: Platonici inquit paucis mutatis Christiani fierent. Atque in confessionibus, narrat se procemium Ioannis Euangelistæ fermè totum apud Platonicos reperisse. Propterea in secundo de Ciuitate dei inquit: Labeo Theologus apud gentiles, Platonem inter semideos connumerandum putauit, sicut Herculem atq; Romulum: semideos autem heroibus anteponit, sed utroq; inter numina collocat. Veruntamen istum quem appellat semideum non heroibus tantum, uerumetiam dijs ipsis præferendum esse non dubito. Vnde inquit se Platonicos ante alios elegisse, quia de rebus diuinis atque humanis rectius admodum quàm cæteri philosophi senserint. Quod & Marcus Varro antea iudicauerat, & Apuleius Platonem, non tantum heroibus superiorem fecit, sed dijs æqualem, quia uidelicet diuinarum rerum adyta penetrauerit. Plato tanta fuit modestia præditus, ut cum mirabilem sibi autoritatem ante alios comparauisset, tamen interrogatus à quodam quatenus præceptis suis parendum foret, respondebit: quoad in terris appareat sacratior aliquis, qui fontem omnibus ueritatis aperiat, quem deniq; sequantur omnes. Addidit, nihil suo, sed diuino tantum lumine reperisse. Quid autem in philosophia senserit, satis in libro de Amore, & Theologia nostra tractauimus.

Reditus Platonis in patriam cælestem & laudes.

NAtali suo decesßit, & annum unum atq; octoginta impleuit, sine ulla dubitatione. Ideo magi, qui tũc Athenis erãt, Platoni immolauerunt, amplioris fuisse sortis quàm humanæ rati, quia consummauisset numerũ perfectißimum, quem nouem nouies multiplicata conficiunt. Atq; quod mirum est, ad huc in ea ætate, & in eo ipso die scribebat. de quo Cicero inquit: Est etiam quiete, & pure, atque eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus, qualem accepimus Platonis, qui uno & octogesimo anno scribens mortuus est. Seneca etiam affirmat id Platoni sobrietatis & diligentiæ beneficio contigisse. Alij inter scribendum, alij discumbentem in nuptijs remotis dapibus inter discrendum ad superos reßisse. Aristoteles in tẽplo aram Platoni statuamq; sacrauit hoc epigrammate: Aram Aristoteles hanc Platoni dicauit, uiro quem nefas est à malis laudari. Addit Aristoteles.

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Platonis uita per Marsilium Ficinum.

Qui solus uita, doctrina, moribus, ore
Admonuit cunctos, & monimenta dedit:
Vt uirtute queant felicem ducere uitam.
Nulla ferent talem secla futura uirum.

Adiunxerunt & sapientes alij in Platonis laudes carmina plurima: sed præcipua epigrammata tria. Primi hæc est sententia: Temperantia iustitiaq; excelluit omnibus, tantum uero sapientia superauit, ut omnem prorsus inuidiam superauerit. Secũdi hic est sensus: Plato in deorum numerum est translatus. Longinquæ hunc nationes honorant: qui diuinam uitam ipse nouit, aliisq; monstrauit. Tertij sententia est huiusmodi. Phœbus Aesculapium genuit & Platonem, ut ille corporibus, hic animis mederetur. Præterea Mithridates Persarum rex Platonis statuam in Academia ita locauit inscriptam: Mithridates Rhodobati filius Perses Musis imaginem Platonis dicauit, Syllanionis opus. Ex his omnibus id Plato est consequutus, ut Græci Aristotelem quidem dæmonium: Platonem uero diuinum cognominauerint. Quia uidelicet ille & uita humanus & scientia naturalis maxime fuerit, Hic autem scientia simul & uita sese potissimum ad diuinum contulerit.

Apologia de moribus Platonis.

Finem iam uobis imponam, si pauca quædam rursus addidero. Sunt plebei quidam uersificatores, qui immerito poetarum sibi nomen usurpant. Hi tam morum dissimilitudine quàm malignitate inuidiæ prouocati, in optimũ quemq; impudentissime ludunt. Quibus summa quædam licẽtia in bonos potius quàm in malos cõceditur. Tales igitur olim poeticuli, diuinum Platonem à Græcis Apollinis filium, & Socratem ab Apolline Græcorum sapientissimum iudicatum mordere non dubitarunt. Quorum impietatem Laertius Diogenes simmopere detestatur. Atq; ut ipse declarat, ridicula etiam comicorũ conuitia Aristippus auxit Cyrenensis, homo pessimus, & optimi cuiusque suorum temporum aduersarius, qui sicut alios pleroſque modestissimos doctissimosq; ficta quadam historia uituperauit, sic etiam Socratem præceptorem, & condiscipulos suos Xenophontem atq; Platonem: finxitq; horum nomine carmina quædã in scorta puerosq; lasciua, uidelicet ut falso magnorum philosophorum exemplo liberiorem ipse peccandi licentiam nanciscceretur. Verum Aristoteles cui ueritas magis quàm Plato fuit amica, tam falsas in uirum sanctum calumnias sustinere non potuit. Nam in Elegijs ad Eudemum, illa de Platone quæ in superioribus diximus, cecinit: id illi maxime tribuens, ut prophani non solũ uituperare Platonem ullo pacto non debeant, uerumetiam sub prætextu laudis sanctum illius nomen ore prophano nominare non audeant. Neq; Elegia contentus fuit: sed etiã, ut tradit Olympiodorus, præclaram orationem de Platonis laude composuit. Obmutescant igitur apud superos inferni canes, atq; apud inferos latratu Cerberum comitentur.

Nos autem Platonis uitam, & sapientiam iudicio sapientum approbatissimam ueneremur, atq; unà cum Apuleio Madaurensi libere proclamemus. Nos Platonica familia nihil nouimus nisi festum, Letum, cœleste, supernum.

INDEX PLATONIS DIALOGORVM,

IVXTA THRASYLVM IN NOVEM QVATERNIONES diuisorum.

PRIMVS QVATERNIO.		fol. 1
Eutyphron, siue de sancto.	Sub tentationis specie.	fol. 1
Socratis Apologia.	Moralis.	11
Crito, siue de eo quod faciendum est.	Moralis.	23
Phædon, siue de anima.	Moralis.	33
Ecloga. 1.		63
SECVNDVS QVATERNIO.		71
Cratylus, siue de nominum rectitudine.	Rationalis.	71
Theætetus, siue de scientia.	Sub tentationis specie.	103
Sophista, siue de quod est.	Rationalis.	137
Vir ciuilis, siue de regno.	Rationalis.	164
Ecloga. 2.		190
TERTIVS QVATERNIO.		196
Parmenides, siue de Ideis.	Rationalis.	196
Philebus, siue de uoluptate.	Moralis.	216
Symposium, siue de amore.	Moralis.	280
Phædrus, siue de pulchro.	Moralis.	308
Ecloga. 3.		332
QVARTVS QVATERNIO.		336
Alcibiades primus, siue de natura humana.	Sub perscrutationis specie.	336
Alcibiades. II. siue de oratione ad deum.	Sub perscrutationis specie.	352
Hipparchus, siue lucri studiosus.	Moralis.	358
Amatores, siue de philosophia.	Moralis.	362
Ecloga. 4.		366
QVINTVS QVATERNIO.		368
Theages, siue de sapientia.	Sub perscrutationis specie.	368
Charmides, siue de temperantia.	Sub tentationis specie.	375
Laches, siue de fortitudine.	Sub perscrutationis specie.	388
Lysis, siue de amicitia.	Sub perscrutationis specie.	400
Ecloga. 5.		409
SEXTVS QVATERNIO.		414
Euthydemus, siue litigiosus.	Sub confutationis specie.	414
Protagoras, siue Sophistæ.	Sub ostentationis specie.	432
Gorgias, siue de Rhetorica.	Sub confutationis specie.	460
Menon, siue de uirtute.	Sub tentationis specie.	498
Ecloga. 6.		511
SEPTIMVS QVATERNIO		517
Hippias maior, siue de pulchro.	Sub confutationis specie.	517
Hippias minor, siue de mendacio.	Sub confutationis specie.	529
Ion, siue de Iliade.	Sub tentationis specie.	537
Menexenus, siue Epitaphius.	Moralis.	544
Ecloga. 7.		551

QVATER-

Universidad de Deusto
Biblioteca

OCTAVVS QVATERNIO 553

Clitophon,siue exhortatorius. Moralis 553
De republica,uelut unus liber. Ciuilis. 555

Diuiditur autem in Dialogos X.hoc modo.

De repub.siue de iusto. Primus. 555
De repub.siue de iusto. Secundus. 571
De repub.siue de iusto. Tertius. 585
De repub.siue de iusto. Quartus. 602
De repub.siue de iusto. Quintus. 616
De repub.siue de iusto. Sextus. 632
De repub.siue de iusto. Septimus. 648
De repub.siue de iusto. Octauus. 661
De repub.siue de iusto. Nonus. 674
De repub.siue de iusto. Decimus. 691
Timæus,siue de natura. Naturalis. 729
Critias,siue Atlanticus. Moralis. 765

Ecloga. 8. 772

NONVS QVATERNIO. 778

Minos,siue de lege. Ciuilis. 779
Leges,siue de legumlatione,uelut unus liber. Ciuilis. 786

Diuiduntur autem in dialogos. XII.hoc modo.

Legum,siue de legumlatione. Primus. 786
Legum,siue de legumlatione. Secundus. 799
Legum,siue de legumlatione. Tertius. 811
Legum,siue de legumlatione Quartus. 827
Legum,siue de legumlatione Quintus. 838
Legum,siue de legumlatione. Sextus. 850
Legum, siue de legumlatione. Septimus. 869
Legum,siue de legumlatione. Octauus. 887
Legum,siue de legumlatione Nonus. 890
Legum,siue de legumlatione. Decimus. 918
Legum siue de legumlatione. Vndecimus. 932
Legum, siue de legumlatione. Duodecimus. 946
Epinomis,hoc est legū appendix,siue philosophus. Ciuilis. 963
Epistolæ Tredecim. Morales. 972
Ecloga. 9. 1005

Atq; hi sunt nouem quaterniones,& simul dialogi Platonis gemini quinquaginta sex, si liber de republica in decem,& leges in duodecim diuidantur.

PLATONI ADSCRIPTI DIALOGI SPVRII.

Axiochus,siue de morte. fol. 1015
De Iusto. 1018
De uirtute,an doceri possit. 1020
Demodocus,siue de consilio dando. 1022
Sisyphus,siue de consultando. 1025
Eryxias aut Erasistratus,siue de diuitijs. 1028
Definitiones. 1035

HIS ACCESSIT.

Timæi Locri de anima mundi,& natura,Liber Doricè scriptus. 1038
Ecloga 10. 1045

ARGVMENTVM MARSILII FICINI

FLORENTINI IN EVTHYPHRONEM, VEL DE SANCTO.

EVTHYPHRO *totus in confutatione uersatur. Quo factū est,ut nōnulli Platonicorū hunc librum quemadmodū Euthydemū & Hippiam,litigiosum uocauerint. Sed reuera,dum falsas Euthyphronis de sanctitate opiniones Socrates confutat,uenantibus ueritatem illius uestigia signat. In hoc igitur libro,atq; etiam in Gorgia sanctitatē Plato nominat eam iustitiæ partem, quæ suum deo tribuit. Suum tribuit deo qui illa quæ sine medio accepit à deo,deo reddit. Corpus quidem ut Plato in lib. De natura disputat,ab elementis quatuor,naturalem speciei cōplexionem à cœlestibus sphæris,partes animæ quæ trahuntur affectibus à dæmonibus & animis siderum sphærarūq; susceptimus:rationem uero ac mentē nostri parentis imaginē,ab ipso mundi totius opifice sine ullo cœlicolarum aut dæmonum ministerio. Hæc itaq; dei sunt,hæc deo reddēda,atq; hæc retributio sanctitas nūcupatur. Quam præcedit pietas, religio sequitur. Est enim pietas dei parentis agnitio. Sanctitas,eius quod dei est,deo agnito retributio. Religio,eius quod deo redditum est assidua meditatione iustisq; operibus cū deo ipso indissolubilis religatio:ut merito sapiens ille dixerit, funiculum triplicem difficile solui,funiculum inquam ex pietate,sanctitate,religioneq; connexum. Pietas sanctitatē excitat,sanctitas pietatē cōfirmat & sancit. Sanctitas quoq; religionē mouet. Religio religat sanctitatem: prius enim hoc uel instinctu,uel inspiratione,uel admonitione opus est,quo deum unum nostrum esse parentē fide indubia cogitemus,quam pietatem esse uolunt. Cum quis ista cōcepit,mox omnē mentis & rationis intentionē in deum noscendum amandumq; figit. Atq; hunc in cognoscenda amandaq; diuinitate frequentem intuitum sanctitatem Mercurius quoq; definit. Ex hac fluenti in deum intentione mentisq; ardore fit ut omnia dei opera,instituta,mādata meditemur exerceamusq;,& assiduo quicquid ad eius uenerationē pertinet,relegamus. Quamobrem nos ipsos relegendo religantes deo, religiosi sumus. Hac autē definitione & distinctione præmissa,quæ de sanctitate in Euthyphrone,uel alibi à Platone dicūtur,perspicua fiunt. Cūq; dicitur sanctum quod amatur à deo,uerum est: sed quia sanctum,amatur à deo,nō quia amatur, est sanctum. Et quia amatur amatum est,nō tamen quia amatum,amatur:quoniam nō idem est omnino sanctum atq; amatum. Neq; enim sanctitatis ratio in ipso amatum esse,sed ipsa potius retributione ac deuotione consistit. Præterea cum dicitur,Sanctitas cura ministra dei,uerū quoq; dicitur. Sed ad quod opus dei ministra? Ad cōuersionem animæ. Opus enim dei est,creare,cōuertere,purgare,illuminare,perficere. Cum primum per pietatis instinctū inspirādo cōuertere deus ad se incipit animū, illa ipsa assensio qua sese libenter in cōuertentem deum animus ipse restituit,sanctitas nuncupatur,quæ quidē ministra dei est ad cōuersionē perficiendā. Additur postremo. Sanctitas scientia uouēdi,& sacrificādi deo. hoc maxime ad religionē pertinet,quæ sanctitatē ut diximus,comitatur. Vouēdo petit,sacrificādo dat. Quid petit à deo? seipsum. Quid deo dat? seipsum. Ideam,si quæ in mēte diuina est,petit,quā Mercurius petijt à Pimādro. Dat aūt naturam suam Ideæ participem.*

Pietas
Sanctitas
Religio
Funiculus indissolubilis

PLATONIS ATHENIENSIS PHILOSOPHI SVMMI,

EVTHYPHRON, AVT DE SANCTO, *Sub tentationis specie.*

Iano Cornario Medico Physico interprete.

DIALOGI PERSONAE.

EVTHYPHRON. SOCRATES.



VID NOVI ô Socrates accidit, quòd tu relictis in Lyceo conuersationibus:nunc hic circa regis porticum uersaris? Nō enim & tibi causa agenda est aduersus regē,quemadmodum mihi. SOC. Non sanè Athenienses causam uocant ô Euthyphron,sed actionem. EVT. Quid ais? actionem ut apparet quis contra te instituit. Nam de illo certus sum,quòd tu non aduersus alium. SOC. Nequaquā. EVT. At alius te accusauit. SOC. Maximè. EVT. Quis ister? SOC. Neq; ipse ualdè uirum noui ô Euthyphron. Iuuenis enim quidā & ignotus esse mihi uidetur:appellant tamen ipsum ut arbitror Melitum. Est autē de populo Pittheus, si quem forte nosti Pitthea Melitum,rigente capillo,& non ualdè barbatum,uerum naso adunco. Lyceum

Universidad de Deusto
Biblioteca

co. EVT. Non noui ô Socrates, at quam actionem aduersus te instituit? SOC. Quam? Non illiberalem ut mihi uidetur. Nam adolescẽtem tantam rem moliri, non uile quiddam est. Ille enim uelut ait, nouit quomodo adolescentes corrũpuntur, & qui sint qui ipsos corrumpunt: & sapiens quispiam esse uidetur, & imperitiam meam conspicatus, ut qui æquales ipsius corrumpam, prodit accusaturus me apud rempub. uelut apud matrẽ: *Reipub. prima cura circa adolescentes* & uidetur mihi solus reipub. munus rectè auspicari. Rectum enim est primã adolescentium curam habere, quo optimi euadant: quemadmodum bonum agricolam par est nouellas plantas primum curare. Deinde uero etiam alias. Et sanè etiam Melitus fortassis primum nos, qui adolescentium germina corrũpimus, uelut ait, expurgat. Postea uero seniorum cura suscepta, plurimorũ ac maximorum bonorum reipub. author erit. Id quod ut contingat, consentaneũ est ex eo qui huiusmodi principiũ dedit. EVT. Vellem equidem ô Socrates, uerũ timeo ne cõtrarium accidat. Fermè enim ab ipsis laribus incepisse mihi uidetur rempub. affligere, qui te iniuria afficere aggreditur. Atq; dic mihi quibus tuis factis adolescentes te corrumpere ille dicit. SOC. Absurda auditu sunt ô admirande. Dicit enim me facere deos, & ut qui nouos faciam deos, ueteres negare, & horum ipsorum causa, uelut ait, actionem contra me instituit. EVT. Intelligo ô Socrates, ex eo *Dæmonium Socratis* quòd Dæmonium tibi ubiuis adesse dicis, hinc adeò uelut contra nouantẽ res diuinas, actionem hanc instituit, & ut calumniaturus ad iudicium se sistit, gnarus huiusmodi, calumniæ exposita esse apud uulgus. Et me sanè quum quid in concione dico, de diuinis futura ipsis prædicẽs, uelut insanum deridٍent, etiamsi ex his quæ prædixi, nihil unquam quod non uerum esset dixerim. Attamẽ inuident nobis omnibus qui tales sumus. Verum nulla ratio ipsorum habenda est, sed contrà nitendum. SOC. At deriderí quidem ô *Inuidia Athenienſium* chare Euthyphron, nullius fortassis negocij res est. Athenienſibus enim ut mihi uidetur, non ualdè curæ est, si quẽ doctum esse putent, modo ita ut ne suam sapientiam doceat. Quẽ uero etiam alios tales facere putant, ei infesti sunt, siue ex inuidia uelut tu dicis, siue alia de causa id faciant. EVT. In hac sanè re quomodo erga me affecti sint, non adeò experiri cupio. SOC. Fortassis equidem tu rarũ teipsum exhibere uideris, nec tuam sapientiam docere uelle. Ego uero uereor ne præ humanitate uidear ipsis quicquid habeo omnibus hominibus effusè dicere, non solum absq; mercede, sed ea etiam libenter addita, si quis me audire uelit. Si quidem igitur uelut nunc dicebam, me derisuri essent, quemadmodum tu tibi contingere dicis, nihil sanè horrendi esset ludentes & ridentes in iudicio uersari. Si uero seriò agent, hoc iam quò euasurum sit, obscurum est, præterquam uobis, qui uates estis. EVT. At fortassis nihil negocij erit ô Socrates, Verũ & tu ex animi sententia causam tuam ages, & ut arbitror, ego etiã meam. SOC. Est ne tibi ô Euthyphron causa aliqua? Reús ne es, an actor? EVT. Actor. SOC. Aduersus quem? EVT. Aduersus quem agens rursus insanire uideor. SOC. Quid uolantem' ne aliquem persequeris & accusas? EVT. Multum sanè abest ut uolet, qui iam ualdè senex est. SOC. Quis ille? EVT. *Pater à filio cædis accusatur* Meus pater. SOC. Tuus ô optime. EVT. Maximè. SOC. Quod uero est crimen, & cuius rei causa, EVT. Cædis ô Socrates. SOC. Hercules. Profectò ignoratur uulgo quo modo rectè hoc fiat. Non enim cuiuslibet esse arbitror, hanc causam rectè agere, sed eius qui longè iam in sapientia progressus sit. EVT. Longè equidem per Iouem ô Socrates. SOC. Est ne quis ex domesticis qui à patre occisus est? aut nimirũ res ita se habet. Neq; enim pro alieno, cædis actionem patri intentares. EVT. Ridiculum est ô Socrates, quòd differre quid putas, siue alienus, siue domesticus sit qui occisus est: Et nõ hoc solum obseruare oportere, an iure occiderit qui occidit, aut nõ. Et si quidem iure, sinere: sin minus, accusare, etiamsi is qui occidit eiusdem foci ac mensæ particeps sit. Æ quale enim inquinamentum fit, si tali conscius conuerseris, & nõ teipsum & illum actione in iudicio expies. Nam qui perijt, minister quidam meus erat, & ut agrum colebamus in Naxo, illic nobis mercenariam operã præstabat. Debacchatus igitur & ira cõcitatus in quendam ex nostris domesticis, ipsum occidit. Pater itaq; ligatis manibus ac pedibus ipsius, in fossam quandam ipsum coniecit, & uirum huc misit qui ex iuris interprete percunctetur quid sit faciendum. Interea temporis uinctũ illum parum curabat, & uelut homicidam negligebat, nihil referre putans si etiam ille morereturٍ id quod etiam accidit. Nam præfame, & frigore ac uinculis moritur prius, quàm nuncius ab interprete rediret. Ob hæc sanè

sanè & pater, & alij domestici indignãtur, quòd ego pro homicida patrem cædis reum peragam. qui neq; occidit, uelut illi dicunt, neq; etiamsi maximè occidisset, de tali curandum esset, quum homicida fuerit ille qui perijt. Impiũ enim esse filium patri cædis actionem intentare, male gnari ô Socrates, quomodo diuinum numen de sancto & non sancto sentiat. SOC. Tú ne ô Euthyphron ita exactè de rebus diuinis quomodo se habeãt scire te putas? itemq; de sanctis & nõ sanctis, ut his ita peractis, uelut tu dicis, nõ timeas dum aduersus patrem actionem instituis, ne tu rem impiam perpetres? EVT. Nulla mei utilitas mihi esset ô Socrates, neq; ab aliquo ex uulgo Euthyphron differret, si non eiusmodi omnia exactè callerem. SOC. Próinde optimum mihi fuerit ô admirande Euthyphron, ut discipulus tuus fiam, & ante actionem aduersus Melitum hæc ipsa protester, ac dicam, quòd ego & in superiore tempore diuinas res nosse plurimi fecerim, & nunc postquam me ille leuiter sentire, & de diuinis res nouando delinquere dicit, discipulus tuus factus sim: & si quidem ô Melite dicam, cõfiteris Euthyphronem circa talia sapientem esse, ac rectè sentire, etiam me putes, & ne reum peragas: sin minus, illi præceptori prius litem intendas quàm mihi, ut qui senes corrumpat, me & suum patrem, & medem doceat, illum autem admoneat ac castiget. Et si quidem mihi non pareat, neque actionem intermittat, aut pro me tibi iudicium dictet, hæc ipsa dicam in iudicio quæ coram ipso protestatus sum. EVT. Per Iouem ô Socrates si me accusare aggredietur, inuenerím ut arbitror ubi putris est. Et multò prius de illo, quàm de me, in iudicio sermo fiet. SOC. Et ego sanè ô chare sodalis hæc ita statuens, discipulus tuus fieri cupio, ut qui sciam quòd & alius quispiam, & hic Melitus, te neq; uidere uidetur: me uero ita acutè, sedulò ac facile conspexit, ut impietatis actionem intentarit. Nunc igitur per Iouem dic mihi id quod modo clarè te scire affirmabas, quidnam pium esse dicas & impium, & de cæde, & de alijs: aut non est idem in omni actione sanctũ ipsum sibijpsi? & rursus quod non est sanctum omni sancto contrarium, ipsum autem sibijpsi simile, & unam quandam secundũ impietatẽ, ideam habens, quicquid id sit quod impium esse debet. EVT. Omninò ô Socrates. SOC. Dic itaq; quid sanctum esse dicas, & quid non sanctũ. EVT. *Sanctũ est sontes accusare* Dico itaq; sanctum esse id quod ego nunc facio, iniusto, aut circa cædes, aut circa sacrilegia, aut aliud quid huiusmodi delinquẽti, iudicium dictare, siue pater is sit, siue mater, siue quicunq; alius. Nõ autem accusare, impium. Nam uide ô Socrates quàm magnam tibi legis coniecturam referam, quod hoc ita se habeat, quod etiam alijs iam dixi, quòd rectum sit ubi hæc ita fiunt, non permittere iniuriam facienti quicũq; tandem ille fuerit. Ipsi equidem homines Iouem optimum ac iustissimũ deorum esse putant, & hunc confitentur patrem suum ligasse, quòd iniustè filios deuorasset. Et illum rursus etiam suum *Saturnus Cælum patrem castrauit* patrem castrasse, ob alia quædam eiusmodi facta. Mihi uero succensent, quod patri iniusto litem intendo. Atq; sic ipsi sibijpsis contraria dicunt & de dijs, & de me. SOCR. Hoc ergo est ô Euthyphron cuius gratia reus peragor, quòd ubi quis talia de dijs dicit, difficulter admodum recipio, quapropter sanè ut uidetur, delinquere me quis dixerit. Nunc igitur si etiam tibi hæc ita uidentur talium rerum satis prudenti, necesse sanè est ut apparet, etiam nos consentire. Quid enim dixerimus, qui etiam ipsi confitemur de ipsis nihil nos scire? Verum per amicitiæ præsidem Iouem dic mihi, putás ne tu reuera hæc ita facta esse? EVT. Et his adhuc magis admiranda ô Socrates, quæ reliqui non sciunt. SOC. Et bellum ergo reuera esse tu putas, dijs inter seipsos, inimicitiasq; graues ac pugnas, & alia huiusmodi multa, qualia referuntur à poetis, & à scriptoribus bonis. Sed & alia sacra nobis uariegata sunt, & in magnis Panathenæis peplũ talibus uarietatibus plenum in arcem defertur. Hęc uerá ne esse dicemus ô Euthyphron? EVT. Non sola hæc ô Socrates, sed uelut paulò ante dixi, etiam alia multa ego tibi, si ita uis, de diuinis rebus exponam, quæ ubi audieris satis scio cum stupore admiraberis. SOCR. Non sanè mirarer. Verum hæc quidem rursus per ocium mihi expones. Nunc uero quod paulò antea interrogabam, clarius dicere conare. Non enim me ô chare amice satis iustè docuisti, ubi interrogassem, sanctum quidnam esset. Sed hoc sanctum esse dixisti, quod tu nunc facis, dum patri cædis iudicium dictas. EVT. Et uerè dixi ô Socrates. SOC. Fortassis. Sed enim ô Euthyphron etiam alia multa sancta esse dicis. EVT. Nam sunt etiam. SOC. Meministi igitur quòd non hoc à te petebam, ut unum quoddam aut duo, de multis sanctis

Universidad de Deusto
Biblioteca

me doceres: sed illam ipsam speciē, qua omnia sancta sancta sunt. Dixisti enim una idea, & quæ non sancta sunt, non sancta esse: & sancta, sancta. Nunquid meministi? EVTH. Ego sanè. SOCR. Hāc itaq; ipsam ideam me doce, quæ nam sit, quo ad illam respiciens, & ipsa pro exemplo utēs, quod quidem tale fuerit, ex his quæ aut tu, aut alius quispiam fecerit, sanctum esse dicam: quod uero non tale, non dicam. EVT. At si ita uis ô Socrates, etiam sic tibi dicam. SOC. Atqui uolo sanè. EVT. Est itaq; id quod dijs gratum est, Sanctum: quod gratum non est, non sanctum. SOC. Pulchrè penitus ô Euthyphron, & prout ego te respondere uolebam, ita nunc respondisti. An tamen uerè, nondū id noui, uerum tu nimirum insuper docebis uera esse quæ dicis. EVT. Maximè. SOC. Age itaq; considereamus quid dicamus dijs gratum, & homo dijs gratus, sanctus: & dijs exosum, & dijs exosus, non sanctus. Non idem autē est, sed maximè contrarium, sanctum nō sancto. Nónne ita? EVT. Sic equidem. SOC. Et bene sanè dictum esse uidetur. EVTH. Ita mihi uidetur. Nam dictum est. SOC. Num etiam quòd dij seditiones agunt, & inter se dissident, & inimicitia est inter ipsos mutua, etiam hoc dictum est? EVT. Dictum equidem. SOC. Inimicitiam autem & iras ô optime dissensio de quibusdam parit. Sic uero cōsideremus. Nónne si ego & tu de numero, utra essent plura, dissentiremus, ista dissensio inimicos nos fecerit, & ut alter alteri irascatur? aut ad computationem progressi de talibus, fortè reconciliati discesserimus? EVT. Maximè. SOC. Nónne si etiam de maiore & minore dissentiremus, ad metiendū progressi, fortassis à dissensione quieuerimus? EVT. Est ita. SOC. Et ad ponderādum progressi ut arbitror, de grauiore ac leuiore dijudicaremur? EVT. Quid ni? SOC. At de qua re dissentientes, & ad quod iudicium peruenire nequeuntes, inimici inter nos fiamus ac irascamur, fortassis nō in promptu est tibi. Verum me dicente cōsidera, an ne hæc sint iustum & iniustum, & pulchrum ac turpe, & bonum ac malū. Nónne hæc sunt, de quibus dissentientes, & ad idoneum ipsorū iudicium deuenire nequeuntes, inimici inter nos efficimur, si ita contingat ut efficiamur & ego, & tu, & omnes alij homines? EVT. Imò est hæc dissensio ô Socrates, & de his. SOC. Quid uero dij ô Euthyphron, nónne si quidem dissentiant, ob hæc ipsa dissenserint? EVT. Omninò necesse est. SOC. Et ex dijs itaq; alij alia iusta putant, iuxta tuum sermonē ô generose Euthyphron, & pulchra ac turpia, & bona ac mala. Neq; enim inter se seditionem agerent, si non de his dissentirent. Nūquid? EVT. Rectè dicis. SOC. Nónne quæ singuli pulchra putant, & bona & iusta, ea etiam amant. His aūt contraria odio habent? EVT. Maxime. SOC. Eadem autem uelut tu dicis, alij iusta putant, alij iniusta, de quibus etiam ambigentes contendunt, & inter se belligerantur, nónne ita? EVT. Ita. SOC. Eadem ergo ut apparet, à dijs odio habentur & amantur. & eadem dijs odiosa, & dijs grata fuerunt. EVT. Apparet. SOC. Et sancta igitur & non sancta eadem fuerint ô Euthyphron hac ratione. EVT. Cōsequens est. SOC. Non ergo id quod interrogabam ô admirande respondisti. Non enim hoc interrogabā, quod idem esset sanctum & non sanctum, & quod dijs gratum, etiam dijs odiosum esset, uelut apparet. Quare ô Euthyphron id quod tu nunc facis patrem castigans, nihil miri est si hoc agens loui quidē gratum facis, Saturno uero & Cœlo ingratū: Et Vulcano quidem gratum, Junoni autem ingratum: & si quis alius ex dijs ab alio dissentit de ipso, etiam illis eodem modo uel gratum, uel ingratū facis. EVT. At arbitror ô Socrates de hoc nullum deum ab alio dissentire, quod non pœnam dare oporteat illum, qui iniustè aliquem occiderit. SOCR. Quid uero hominémne aliquem ô Euthyphron audiuisti contendentem, quòd eum qui iniustè aliquem occidit, aut aliud quid iniustè fecit, pœnam dare non oporteat? EVT. Nunquam sanè de his contendere cessant, tum alibi, tum in iudicijs. Nam qui multa iniustè perpetrarūt, omnia faciunt ac dicunt, ubi rei peraguntur. SOC. Num etiam iniustè se fecisse confitentur, & hoc confitentes, tamen pœnas se dare nō oportere asserunt? EVT. Nequaquam hoc. SOC. Non ergo omnia dicunt ac faciunt. Hoc enim arbitror, dicere non audent, neq; in dubium uocare, quòd de iniustis supplicium non est sumēdum, sed puto iniustè se fecisse negant. Nunquid? EVT. Vera dicis. SOC. Non ergo de hoc contendunt, quòd eum qui iniusta perpetrauit plecti non oporteat: sed de illo fortasse contendūt, quis sit qui iniustè fecit, & quid fecerit, & quando. EVT. Vera refers. SOC. Nónne eadem hæc etiam dijs accidunt, siquidem de iustis & iniustis, uelut tu dicis, seditionem

Sanctum est quod dijs gratum est

Dissensio inimicos facit

Dissensiōis causa, iustum, bonum &c.

Homicidæ an puniendi

nem agunt: & alij quidem iniustitiam uicissim inter se obijciunt, alij uero negant. Nam illud sanè ô admirande nemo deorum aut hominum dicere audet, quod de iniusto supplicium non sit sumendum. EVT. Etiam. hanc enim summam ueram dicis ô Socrates. SOC. At de unoquoq; facto arbitror cōtendunt, qui cōtendunt siue homines, siue dij: si modo cōtendunt dij de actiōe aliqua dissentiētes: & partim iustè ipsam perpetratā esse asserunt, partim iniustè. Non'ne ita? EVT. Maximè. SOC. Age itaq; chare Euthyphrō, doce & me quo sapientior fiam, quæ tibi coniectura est, quòd omnes dij illum iniustè mortuum esse putant, qui quū mercenariam operā præstaret homicida factus est, & ab occisi hero ligatus, mortuus est in uinculis prius, quàm is qui ligasset ex iuris interpretibus de ipso cognosceret, quid facere oporteret: & quòd rectum sit, pro tali filium patri iudicium dictare, & cędis actionem instituere. Age de his clarè mihi ostendere conare, quòd omnes dij hanc actionem quauis re magis rectè habere putant. Et si mihi satis iustè ostenderis, nunquam te ob sapientiam laudare desinam. EVT. At fortasse non exiguum opus est ô Socrates, alioqui ualdè manifestè ostendere tibi possem. SOC. Intelligo me uideri tibi rudiorem iudicibus esse. Nam illis sanè ostendes nimirum hæc iniusta esse, & omnes deos talia odisse. EVT. Valdè clarè ô Socrates, si modo dicentem me audierint. SOCR. At audient, si quidem bene dicere uidearis. Hoc autem te iam loquente cogito, & apud meipsum considero: Si quàm maxime Euthyphron me docuerit, quod dei omnes talem mortem iniustam esse putant, quid tum postea magis ego ab Euthyphrone didici, quid tandem sit sanctum, & non sanctum. Nam deo odiosum hoc opus fuerit, ut apparet. At enim nō in hoc distincta esse modo uisa sunt sanctum, & non sanctum. Nam quod dijs odiosum esset, etiam dijs gratum esse uisum est. Quapropter ab hoc te Euthyphron liberum dimitto, & si ita uis, omnes dij ipsum iniustū putent, & omnes odio habeant. At hoc sanè nunc in sermone corrigamus. Quòd id quod omnes dij odio habent, non sanctum est: quod uero amant, sanctum: quæ uero partim amant, partim odio habent, & neutra sint, aut ambo. Num ita uis nobis de sancto & non sancto distinctum esse? EVT. Quid enim uetat ô Socrates? SOC. Me sanè nihil ô Euthyphron, Verum tu quod tuū est considera, an hæc ita ponēs, sic facillime docueris me quod promisisti. EVT. At ego asseruerim sanctum hoc esse, quod omnes dij amant, & contrarium quod omnes dij odio habent, non sanctum. SOC. Consideremus igitur rursus hoc an rectè dicatur: aut sinemus, & sic tum nos ipsos, tum alios amplectemur, ut si quis modo quid dicat ita se habere, ita se habere concedamus? aut considerandum quid dicat is qui dicit? EVT. Considerandum. Et ego quidem arbitror hoc nunc rectè dici. SOCR. Fortassis ô bone melius cognoscemus. Cogita enim tecum tale quid. Num sanctum, eo quòd sanctum est, à dijs amatur, aut ideo quòd amatur, sanctum est? EVTH. Haud scio quid dicas ô Socrates. SOC. At ego clarius dicere conabor. Dicimus quid quod fertur, & quod fert: & quod ducitur, & quod ducit: & quod uidetur, & quod uidet: & omnia huiusmodi intelligis quòd inter se diuersa sunt, & quatenus diuersa. EVT. Ego sanè uideor mihi intelligere. SOCR. Non'ne & quid est quod amatur, & aliud ab hoc quod amat? EVTH. Quid ni? SOC. Dic mihi utrum id quod fertur, eo quod fertur, est id quod fertur, aut ob aliud quid? EVT. Non ob aliud, sed ob hoc ipsum. SOC. Et quod ducitur sanè, eo quòd ducitur: & quod uidetur, eo quòd uidetur? EVT. Maximè. SOC. Non ergo eo quod est id quod uidetur, ideo uidetur: sed cōtrà, eo quòd uidetur, ideo est id quod uidetur: neq; eo quòd est id quod ducitur, ideo ducitur: sed eo quòd ducitur, ideo est id quod ducitur: neq; eo quòd est id quod fertur, ideo fertur: sed eo quòd fertur, ideo est id quod fertur. Num manifestum est ô Euthyphrō idquod dicere uolo? Volo autem hoc. Si quid fit, aut si quid aliquid patitur, nō quia est id quod fit, ideo fit: sed quia fit, ideo est id quod fit: neq; quia est id quod patitur, ideo patitur: sed quia patitur, ideo est id quod patitur. Aut non ita concedis? EVT. Ego sanè concedo. SOC. Non'ne & id quod amatur, aut est quid quod fit, aut quod patitur quid ab aliquo? EVT. Maximè. SOC. Et hoc itaq; ita se habet uelut superiora. Non quia est id quod amatur, ideo amatur ab his quibus amatur, sed quia amatur, ideo est id quod amatur. EV. Necesse est. SOC. Quid igitur dicimus de sancto ô Euthyphron, Nimirū quòd à dijs omnibus amatur, uelut tuus sermo proferebat? EV. Etiam. SOC. Num ob id quod sanctum est, aut aliud quid? EV.

Homicida mortuus in uinculis

Sanctum est quod omnes dij amant

Agentia ad patientia collata

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctum amatur quia sanctum est

Non, sed ob hoc ipsum. SOC. Quia ergo sanctum est, amatur, & non quia amatur, ideo sanctum est. EVT. Videtur. SOCR. Atqui eo quòd à dijs amatur, ideo est id quod amatur, & quod dijs gratum est. EVT. Quid ni? SOC. Non ergo dijs gratum, sanctum est ô Euthyphron, neq; sanctũ, dijs gratũ, uelut tu dicis. Sed aliud hoc ab illo est. EVT. Quomodo ô Socrates? SOC. Quia confitemur sanctum ideo amari, quia sanctum est, & nõ eo quod amatur, sanctũ esse. Nunquid? EVT. Etiam. SOC. Dijs uero gratum, eo quòd

Sanctum quia amatur, ideo sanctum est

amatur à dijs, hoc ipso quod amatur, dijs gratum esse: & nõ quia dijs gratũ est, ideo amari. EVT. Vera dicis. SOC. At si idem esset chare Euthyphron dijs gratũ, & sanctũ, si quidem eo quòd sanctũ est, amaretur sanctũ: etiam eo quòd dijs gratum est, amaretur dijs gratum. Si uero dijs gratum, ideo dijs gratũ esset, quia à dijs amatur: etiam sanctum, eo quòd amatur, sanctũ esset. Nunc autem uides quòd contrario penitus modo, tanquam

Sanctũ, & dijs gratũ, diuersa

inter se diuersa se habeant. Nam hoc quidem quia amatur, ideo est id quod amatur: illud autem quia est id quod amatur, ideo amatur. Et uideris ô Euthyphron, quum interrogareris quid'nam esset sanctum, essentiam ipsius mihi indicare uoluisse, sed affectionem quandam ipsius dicere, nimirum quia ita affectum est sanctum, ideo ab omnibus dijs amari. Quid uero sit, nondum dixisti. Si igitur hoc tibi placet, ne me celes, sed rursus ab initio dic, quid tandem sit sanctũ, siue à dijs amatur, siue quiduis aliud patitur. Nõ enim de hoc disceptabimus. Verũ dic prompte quid est sanctum, & nõ sanctum. EVT. At ô Socrates nõ habeo quomodo tibi dicam id quod sentio. Nam circumit quodammodo semper nobis id quod proposuimus, & manere nõ uult, ubicũq; tandem id sistentes firmauerimus. SOC. Progenitoris nostri Dædali ô Euthyphron esse uidentur ea quæ à te dicuntur. Et si quidem ipsa ego dixissem ac usurpassem, fortassis me subsannasses, quòd etiam mihi secundũ illius cognationẽ, opera in sermonibus ausugerent, & manere non uellent, ubicũq; quis ipsa poneret. Nunc uero quum tua sint hæc argumenta, alio quodam cauillo opus habent. Non enim tibi manere uolunt, uelut etiã tibijpsi uidetur. EV. Mihi uero uidentur ferè eodem cauillo & quæ dicuntur ô Socrates opus habere. Nam

Socraticæ circuitiones

quòd circumeunt, & in eodem non manent, non is ego sum qui id ipsis indidi. Verum tu mihi Dædalus esse uideris. Nam mea sanè causa hæc ita manerent. SOC. Videor igitur ô amice, in eo præstantior illo uiro in arte esse, quòd ille sua solum non manentia faciebat: Ego uero ad mea ut apparet, etiam aliena. Et hoc mihi in arte bellissimum est, q̃ inuitus sum sapiens. Vellem enim mihi sermones manere, & immobiles consistere, magis quàm ad Dædali sapientiam, Tantali diuitias contingere, & de his quidem abundè satis. Quandoquidem uero delicatè gerere te mihi uideris, ipse unà tecum ostendere conabor, quomodo me doceas de sancto, & nõ antea, quàm hoc præstiteris delasseris. Vide enim an non necessariũ tibi uidetur, omne sanctũ esse iustum. EVT. Mihi sanè. SOC.

Sãctum omne, iustum esse, & non uicißim

Num & omne iustum sanctum? aut sanctũ quidem omne, iustum: Iustum uero non omne, sanctũ? sed partim sanctũ, partim aliud quid. EVT. Non assequor ea quę dicis. SOC. Atqui iunior me es, non minus quàm quantò sapientior. Quare uelut dixit delicatè te geris ob sapientiæ opulentiam. At ô beate exere teipsum. Nam difficile non est intelligere ea quæ dico. Dico enim contrà quàm poeta, qui dixit.

Iupiter est qui fecit, & omnia semina iecit.
Dicere tu non uis, timor est ubi, nam est pudor isthic.

Vbi timor, ibi pudor

Ego igitur ab hoc poeta dissentio, & quatenus dissentiã, tibi dicã. EVT. Maximè. SOC. Non uidetur mihi ubi timor est, hic etiã pudor esse: Nam multi uidentur mihi & morbos, & paupertates, & alia multa huiusmodi timẽtes, timere quidem, nihil autem pudere ob ea quę timent. Non'ne & tibi uidetur? EVT. Maximè. SOC. Sed ubi pudor est, hic etiam timor esse. Nam est'ne quis quem rei alicuius pudeat, & qui erubescat, & non timeat ac formidet simul improbitatis opinionem? EVT. Timet equidem. SOC. Non er-

Vbi pudor, ibi timor

go rectè dicitur, ubi timor, ibi etiam pudor: sed ubi pudor, ibi & timor: non tamen ubi timor, ubiq; pudor. Amplius enim quid, arbitror, est timor quàm pudor. Est enim pars timoris pudor: Quemadmodum numeri pars impar. Quare nõ ubi numerus, ibi etiam impar est: Sed ubi impar, ibi & numerus est. Assequeris nũc sanè? EVT. Maximè. SOC. Tale igitur quid etiam illic interrogabã. Num ubi iustum, ibi etiam sanctũ? aut ubi quidem sanctum, ibi etiam iustum, ubi uero iustũ, non ubiq; sanctũ. Pars est enim iusti sanctum

ctum. Ita'ne dicemus aut aliter tibi uidetur? EVT. Non aliter, sed ita. Rectè enim dicere mihi uideris. SOC. Vide itaq; quod deinceps sequitur. Si enim sanctum pars est iusti, oportet sanè ut apparet, nos inuenire qualis pars iusti sit sanctum. Si igitur tu me interrogasses quid de præsentibus, ueluti qualis pars numeri est par, & quis est hic numerus: dixissem sanè quòd is qui non obliquus esset, sed æqualia latera haberet. Aut non ita tibi

Numerus par quis sit

uidetur? EVT. Mihi sanè. SOC. Conare itaq; & tu me sic docere, qualis pars iusti sanctũ sit, quo etiã Melito dicamus, ut ne amplius nos iniuria afficiat, neq; impietatis accuset, ut qui satis iam à te didicerimus, & pia, & sancta, & quæ talia non sunt. EVT. Hoc itaq; mihi uidetur ô Socrates, quòd iusti pars ea pia ac sancta sit, quæ ad deorum curam respicit: quæ uero ad homines, eam reliquam esse iusti partem. SOCR. Et bene sanè mihi ô Euthyphron dicere uideris. Sed exiguo quodam adhuc indigeo. Nondum enim intelligo quam'nam curã dicas. Non enim dicis, quales circa alia curæ sunt, talem etiam circa deos dicimus: uelut dicimus, Equos non quiuis curare nouit, sed equestris. Nunquid? EVT. Maximè. SOC. Ars enim equitandi, equorum cura est? EVT. Etiam. SOC. Neq; canes quiuis curare nouit, sed uenator. EVT. Ita. SOC. Nam uenatoria canum cura est, & bucolica boum. EVT. Maximè. SOCR. Sanctitas autem ac pietas, deorum ô Euthyphron cura est, ita'ne dicis? EVT. Ego sanè. SOC. Non'ne cura omnis idẽ peragit, quo

Sanctum est pars iusti erga deos

Cura omnis fit ad utilitatẽ eius quod curatur

tale ob bonum quoddam fiat, & utilitatem eius quod curatur: quemadmodũ uides q̃ equi ex artis equitandi cura utilitatem capiunt ac meliores fiunt. Aut nõ tibi uidentur? EVT. Mihi sanè. SOC. Et canes ex arte uenatoria, & boues ex bucolica, & alia omnia similiter? Aut in damnũ eius quod curatur, curam esse putas? EVT. per louem ego sanè non. SOC. At ob utilitatẽ? EVT. Quid ni? SOC. Num igitur & sanctitas quæ cura deorum est: & utilitas deorum est, & deos meliores facit, & tu concesseris hoc, quòd ubi quid sanctum facis, aliquem deorum meliorem reddis? EVT. Per louem ego nõ. SOC.

Dij ex cura & cultu hominũ non fiunt meliores

Neq; ego ô Euthyphron hoc dicere te puto, & multũ hoc abest à me, Verum huius gratia etiam interrogabã, quam'nam curam deorũ diceres, non talem te dicere putans. EV. Et rectè ô Socrates. Non enim talem dico. SOC. Sit ita. At quæ cura deorũ fuerit sancti tas? EVT. Qua ô Socrates serui dominos curãt. SOC. Intelligo, ministratoria quædam dijs fuerit ut apparet. EVT. Maximè. SOC. Potes'ne dicere de cura quæ medicis ministrat, ad cuius operis effectionẽ ministratoria existit, an non putas ad sanitatis? EVTH. Ego sanè. SOC. Quæ uero nauiũ fabricatoribus inseruit, ad cuius operis affectionẽ ministratoria est? EVT. Nimirũ ad nauis. SOC. Et quæ ædificatoribus inseruit, ad domus? EVT. Etiam. SOC. Dic itaq; ô optime de cura quæ dijs inseruit, ad cuius operis effectionem ministratoria fuerit. Manifestum enim est te nosse, quandoquidem diuina omnium hominum optimè callere te asseris. EVT. Et uera dico ô Socrates. SOC. Dic itaque per louem, quod est tandem illud penitus pulchrum opus, quod dij efficiunt ministris nobis utentes? EVT. Multa & pulchra ô Socrates. SOC. Nam & exercituũ duces: attamen summam & caput ipsorũ facile dixeris, quod uictoriam efficiunt in bello, aut non ita? EVT. Quid ni? SOCR. Multa etiam arbitror & pulchra agricolæ: attamen summa

Cura deorũ ministratoria est

effectionis caput est, eorum quæ multa & pulchra dij efficiunt? EVTH. Et paulò antea tibi dixi ô Socrates, quòd maioris operis est hæc omnia exactè uelut se habent discere. Hoc tamen tibi simpliciter dico. Quòd si quis ea quæ dijs grata sunt & dicere, & facere nouerit, tum precando, tum sacrificando, hæc sancta sunt, & talia conseruant & priuatas domos, & ciuitatum respublicas. Contraria uero his quæ dijs grata sunt: impia

Sũma de sancto & nõ sancto

sunt, quæ etiam omnia subuertunt ac perdunt. SOC. Profectò longè breuioribus si uoluisses ô Euthyphron, summam eorum quæ interrogabam dicere potuisses. Sed enim non promptum te ad me docendum esse, manifestum te facis. Nam & nunc quum in hoc esses, auersabaris. Quod si respondisses, fortassis iam à te sanctitatem didicissem. Nunc uero (Necesse est enim ut qui interrogat eum qui interrogatur sequatur, quocunque tandem ille se subducat) quid'nam dicis sanctum esse & sanctitatem? Non'ne

Sanctitas est scientia sacrificãdi ac precãdi

sacrificare est donare dijs: precari uero petere à dijs. EVTHYPHRON. Et ualdè ô Socrates. SOCRAT. Scientia igitur petendi à dijs, & dijs donandi fuerit sanctitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctitas,ex hac adeò ratione. EVT. Valdè pulchrè intellexisti ô Socrates id quod dixi. SOCR.Cupidus enim sum ô amice sapientiæ tuæ,& animum ei aduerto,ut non ad terram decidat quicquid tandem dixeris. Verum dic mihi quod est hoc dijs ministerium? Dicis'ne petere ab ipsis,& donare illis? EVT.Ego sanè. SOC. Non'ne rectè petere, est ea quibus opus habemus ab illis petere? EVT.Imò. SOCR.Et rursus rectè donare, quibus illi à nobis opus habent, ea illis uicissim donare.Nō enim artificiosi quid esset, pro munere offerre ac donare ea quibus quis nihil opus habeat. EVTH.Vera dicis ô Socra

Sanctitas est ars mercatoria

tes. SOCR.Mercatoria igitur quædam ars fuerit Sanctitas ô Euthyphron,quam dij & homines inter se exercent. EVTH. Mercatoria sit,si ita tu libenter nominas. SOCR.At neque libenter ita nominarim,si non uerum esset. Verum dic mihi quæ est utilitas dijs ex muneribus quæ à nobis accipiunt.Nam quæ dant, omnibus notum est. Nihil enim nobis bonum est,quod non illi dederint. Quę uero à nobis accipiunt,quam exhibent illis utilitatem? aut tantum ipsis in mercatura præstamus, ut omnia bona ab illis accipiamus,illi uero à nobis nihil? EVT. At putas ô Socrates deos utilitatem capere ex his quæ à nobis accipiunt? SOC.Quid uero alias essent ô Euthyphron hęc dijs à nobis dona? EVT.Quid uero aliud putas,quàm cultus & honor, & uelut paulò antea dicebam

Sanctum est, quod dijs amicum est

gratia? SOC.In gratiam est igitur ô Euthyphron sanctum,sed non utile dijs,neque amicum? EVT. Arbitror ego omnium maximè amicum esse. SOC.Hoc ergo rursus ut apparet,sanctum est,quod dijs amicum est? EVTH.Maximè. SOCR.Admiraberis igitur quum hæc dicas,si tibi sermones uideantur non manentes, sed euntes,& me culpabis Dædalum,qui ipsos euntes faciam,quum ipse multò sis Dædalo artificiosior,qui etiam per circuitum circumeuntes ipsos facis . Aut non sentis quòd sermo nobis circuitione facta rursus ad idem redit? Meministi enim quòd in superioribus & sanctum,& dijs gratum,non idem esse nobis apparuit:sed interie diuersa? Aut non meministi? EVT. Ego sanè memini. SOC.Nunc igitur non intelligis,quòd dijs amicum dicis esse sanctū.Hoc autem aliud quid quàm dijs gratum est? aut non? EVT.Maximè. SOC.Aut igitur nunc non rectè concessimus,aut si tunc rectè, nunc non rectè usurpamus. EVTH.Apparet. SOC.Ab initio igitur nobis rursus cōsiderandum est, quid sit sanctum. Nam ego antea quàm didicero,mea sponte deterritus nō discedam.Sed ne me repudies, imò omni modo animum aduertens,quàm maximè dic ueritatem.Nam si quis alius hominum nosti: & non dimittendus es quemadmodum Proteus prius,quàm dixeris.Si enim non clarè nosses & sanctum,& non sanctum,haudquaquam aggressus esses pro seruo mercenario, contra uirum senem patrem,actionem instituere:sed & deos utiq; timuisses, ut qui in periculo uerseris ne non rectè hoc ipsum facias, & homines reueritus fuisses. Nunc uero satis scio,quòd nosse te putes,tum sanctum, tum non sanctum . Dic igitur ô optime Euthyphron, & ne me celes quicquid ipsum putes. EVTH. Vbi rursus conuenerimus ô Socrates.Nunc enim aliquò festino, & tempus est me abire. SOCR. Quid facis

Sanctum relinquitur incertū

ô amice? me à magna spe deiecto discedis? illam autem mecum fouebam, ut si à te & sancta, & non sancta didicissem, etiam à Meliti actione liberarer, ubi ostendissem illi quòd iam in rebus diuinis sapiens ab Euthyphrone factus essem, & quòd non amplius præ ignorantia de illis leuiter sentiam, aut quid nouem, & quòd etiam reliquam uitam melius instituerim.

ARGVMENTVM MARSILII IN APOLOGIAM.

ANTIQVI gentium Theologi in treis diuisi sunt sectas. Alij quidem dæmonibus solum sacrificabant,diffidentes,ut arbitror,uota hominum ad cœlestia peruenire. Alij uero cœlestia quoque colebant,putantes illa non uiuere solum atque intelligere,sed etiam radijs suis circumspicere cuncta atque audire,ideoq; tam sacrificiorum ritus ab eis prospici, quàm supplicum laudes precesq; exaudiri:uerunt.amen animorum in corporibus his uiuentium uota, ad deos illos qui nullum cum corporibus commercium habeant,peruenire non posse. Alij denique hos ipsos deos in primis uenerabantur iudicantes à summis rerum causis effectus omnes etiam humanos tam cognitione quàm uirtute perfectissime contineri. Deos uero uocabant tum uisibiles, id est,cœlestes,tum inuisibiles,id est,supercœlestes,quos nostri uocant angelos,& ipsi deos quasi proximos summi Dei contemplatores atque ministros.Præterea triplicem hi prouidentiam esse putant. Vniuersalem quidem in Deo, per quam omnibus omnia prospiciat atque præbeat. Minus uero in dijs uniuersalem,per quam

quam omnibus quidem consulant, non omnia tamen munera, sed quædam omnibus exhibentes . Particularem denique in dæmonibus,qua uidelicet quædā quibusdam iam largiantur.Et dæmones quidem in totidem distribuunt ordines,quot in cœlo sunt stellæ,ut alij Saturnij sint,alij Iouiales,alijq;similiter.Cunctos autem ordines & in igne collocant, sed ignea ratione,& in aere puro,sed ratione aerea,& in aere crasso,ratione uidelicet aquea. Hos aqueos arbitrantur alios alijs speciebus uiuentium præsidere,sensualiq;& uegetali ubiq; naturæ fauere.Quos Plato inquit, statim ab initio malorum plurimis uoluptatem immiscuisse. Aereos autem dæmones rationali potius fauere potentiæ, eamq;à uegetali sensualiq; natura quodammodo segregare.Igneos tandem discursum rationis ad sublimiora contemplanda conuertere. Atque hoc pacto uoluptuosæ uitæ dæmones aqueos,actiuæ aereos,contemplatiuæ igneos dominari.Cum uero deos immortales atq; impatibiles arbitrentur,homines uero mortales atq; patibiles,dæmones omnes quidem affectu patibiles,superiores uero mediosq; etiam immortales,infimos uero longæuos.Præterea in omnibus affectus erga corporea collocant:sed in primis secundum quendam tranquillæ prouidentiæ morem:in secundis humanos quidem,sed moderatos:in tertijs ad perturbationes nostras iam declinantes. Item dæmones alios naturales ab initio cōstitutos,alios peregrinos,scilicet hominum animos in aerea translatos corpora, hominesq; ea qua antea consuerant ratione curantes.Præterea alios dæmones plagis terræ maioribus,alios angustioribus,urbibusq; præesse.Quosdā etiam homines singulos gubernare,quos animæ labentes in corpus fuerint pro uitæ electione sortitæ,deinceps electæ uitæ duces & exploratores & iudices . Proinde animas hominum alias Saturniorum dæmonum,alias Iouialium,alias aliorum tum siderum,tum dæmonum naturis accommodari.Corporum quoq; nostrorum complexiones simili quadam ratione distingui. Animalia item & plantas,metallaq;& lapides ad siderum similiter dæmonumq; uarietatem inter se natura discerni, ut alia inter hæc solaria sint,alia uero luminaria, cæteraq; similiter . In his quæ diximus, Platonici omnem sacrificiorum,oraculorum, diuinationum uim constituere arbitrantur.Profecto & ipse Plato antiquiores theologos imitatus,& Platonici omnes oraculorū historiam ubiq; tanquam ueram accipiunt,rationibusq; confirmant.Mitto quantam his in Phædro adhibeat fidem, quantam & in Timæo,in Phædro quidem humanam sapientiam præ illa quæ ab oraculis furoribusq; diuinis habetur nihili pendens: in Timæo autem dicens eatenus à philosopho de rebus diuinis affirmandum esse,quatenus diuinis oraculis confirmetur. Mitto quàm plurima apud Platonē similia.certe in Apologia totam Socratis sui defensionē ab oraculis uaticinijsq; auspicatur: immo uero, quod maximū est,totam Socratis & sapientissimi & iustissimi uitam asserit tum ad Apollinis oraculū,tum ad sui cuiusdam dæmonis uaticinium institutum. Si quæras qualis Socratis dæmon fuerit,respōdebitur igneus,quoniā ad contemplationem sublimium erigebat.Item Saturnius,quoniam intentionem mentis quotidie mirum in modum abstrahebat à corpore. Attributus quoq; ab initio, non acquisitus.Nam sibi à puero dicit aspirauisse.Non prouocabat unquam,quia non Martius:sed sæpe ab actionibus reuocabat,quia Saturnius Item non adhibebat calcaria uiro satis per se ad honesta propenso,sed conibebat freno,ubi in eligendis ad finem uijs ob coniecturarum fallaciam posse decipi uideretur. Aspirabat mentiostenta oculis,uoces auribus suggerebat.Sed quibus oculis,atq; auribus? uisui uidelicet atq; auditui,qui per omne æduntur corpus æthereum sub manifesto hoc corpore latens.Poterat autem Socrates per æthereos sentire sensus, ab elementalibus sensibus se facile seuocans.Ostensa cernebat per eosdem sensus & somnians pariter atq; uigilans. Similiter Auicenna probat prophetas angelorum & species cernere,& uoces audire. At cur Socrates pauciq; similes dæmonem suum animaduertunt? Quoniam pauci uel genitura,uel disciplina dæmonici sunt,plures humani,pleriq; ferini.Cur item alias dæmonem,alias deum uocat? Quia sublimis dæmon Socratem quasi Dei interpres nunciusq; adsistebat.Sed num quid ipsum Socratis intellectū possumus dæmonē nuncupare? Possimus certe.Nam Timæus inquit,Deū nobis supremam animi partem tanquam dæmonem tribuisse.Rursus in Sympostio ipse mentis amor ad diuinam pulchritudinem contemplandam,dæmon cognominatur.Verum præter hæc necesse est superiorem nobis substantiam dæmonis præsidere, proterea quod ut in Sympostio Legibusq; probatur,humanum genus utpote à diuinis maxime distans, media quadam natura indiget,qualis est dæmonica,quasi conciliatrice.Neq; iniuria diuina prouidentia,ut in Politico,Protagoraq; probatur,dæmones nobis præfecit propinquiores quasi pastores,siue ut in Critia dicit gubernatores.Homo siquidem in hac ignorantiæ caligine constitutus,innumerisq; fortunæ uel malis agitatus,uel distractus illecebris,ad cōstitutum sibi à Deo finem absq; perpetuo Dei auxilio peruenire non potest.Hinc probat Deum nos dæmonibus purioribus quasi rectoribus cōmendasse,qui uaticinijs,auguriis,somnijs,oraculis,uocibus,sacrificijs,inspirationibus adiuuarent.Horum uero ex natura esse uult familiarē Socratis dæmonē à mente Socratica differentem.Hæc enim Socratē sæpe prouocat, ille uero prouocat nunquā.Item hæc nisi loquatur, aut scribat,docere nō potest.Ille uero ut in Theage probatur,multos etiam silendo docebat.Præterea quod & uoce & signis Socratem corrigat,significat dæmonē hunc aliquid esse præter mentē.At si mihi tibi placet & familiarem hominis ducem dæmonē appellare,saltem,ut placet nostris, bonū angelum appellato.Post hæc Apologia nos cogit nonnihil de oraculis statuisq; tractare.Principio si quæras quam ob causam dæmones solita illa quondam miracula nostris seculis non efficiant,respondebitur,Christum & dæmones malos suo illo imperio priuauisse, & hominibus tum omnem dæmonū cultum,tum artem dæmonicam sustulisse.Si rursus interroges,qua ratione uel in statuas uel in homines dæmonū trahantur influxus,diligēter attende.Trahitur quotidie aliquid naturale per artem:ceu quotiens lignum quod propter densissimam crassitudinem accendi à tenui quadam flamma non poterat,uel oleo illiniunt,uel inficiunt sulphure,rapiuntq; in fomite flammam.Trahitur & quotidie diuinum aliquid per naturam, quando fœtus tener in aluo certo affectus figuratusq; modo sic per naturam à deo humanam haurit animā,ut per magicam statua à mundo accipit dæmonem.Vnde Aegyptij naturam quoq; magam appellauerunt,uim ipsam magicam in attractu quodam similium per similia,uel conuenientium saltem per conuenientia collocantes.Emittis quotidie uocem, emittis & tui multus imaginem.At non ubiq; uox in te tua & imago remittitur.Paries duntaxat ita dispositus,sic oppositus uocem per echo

reflectit

Universidad de Deusto
Biblioteca

reflectit,& speculare corpus tuam tibi reddit imaginem. Esto igitur specularis & ille paries, subito totus, ut ita dixerim eris in illo. Ibi enim uideberis, audieris, intelligeris, ferme ut in statua dæmon. Si Trismegistum consulueris, discres ex proprijs mundi materijs certo cuidam dæmoni congruentibus compositam rite statuam confestim per dæmonem cõgruum animari. uel per dæmonem, inquit, uel per angelum. intellige uel per impuriorem spiritum afflari solere. Audies quoque Mercurium hunc ueteres plerosq; damnantem, quod diffidentes uel esse numina super cœlum, uel terrenorum uota ad cœlestia superioraq; peruenire, fabricauere statuas habitacula dæmonum, quos quasi familiares colerent deos. Putabat sane, quamuis interdum in delubra dæmones salutares aduocarentur, sæpe tamen descendere noxios. Audisti paucis tractum dæmonum in corpora statuarum. Audi quoq; paucis raptum in corpora hominum. Quando uel per atram bilem uel aliquid simile aut uitium totus in imaginationem conuertitur animus, facile fit inferiorũ dæmonum domicilium, quorum præsentia & insaniat, & animo simul uexetur & corpore. Quando per philosophicam purgationem transfertur totus in rationem, cuadit ædes dæmonum mediorum, à quibus humanarum rerum sæpius, quandoq; etiam naturaliũ miras accipiat rationes. Quando per pietatem erigitur totus in mentem, sublimium dæmonum fit spiraculum, seu potius angelorum, quibus utiq; ducibus mirum in modum arcana penetret diuinorum. Optas uideo intelligere, quibus potissimum oraculis, siue per statuas, siue per homines editis, Plato confidat. Scito his duntaxat, quæ certa ratione compertũ sit non per fallaces dæmones, sed per ueridicos, siue per angelos potius promisisse. Nam & ab ipsis Aegyptiorum mysterijs acceperat: Iouem impuriores dæmones ad inferos deturbasse, qui & homines similiter pro uiribus ad ima detorqueant: & à Pherecyde Syro, multos ab Ioue dæmones rebellasse, quorum exercitus Ophioneus duxerit serpentinus. Ab his ergo maleficis cauendum esse diligentissime iudicabat. Socrates autem proprijs rationibus atq; singulis adductus, & oraculo cuidam, & suo cuidam dæmoni se committebat pro arbitrio perducendum. Denique utcunq; sit, ita suam ad hæc instituit uitam, ut æterna semper temporalibus anteponeret: iniustitiam magis timeret, quàm mortem: pro ueritate, pro pietate, pro charitate, non dubitaret labores, penuriam, contumelias, iniurias, uerbera, mortemq; subire. Huic apud homines ueritas falsas calumnias peperit, charitas odium, pietas accusationem impiam atq; mortẽ. Sed hæc omnia parui, immo nihili pendit, sperans apud diuinum iudicem pro bonis bona mereri. Ergo hac spe & fiducia fretus, & libenter acceßit ad iudices, neq; excusauit se, sed iudices accusauit: atq; tanquam uates, quod uenire ait his qui sunt prope mortem, pœnitentiam illis pœnamq; prædixit post falsum iudicium secuturam, & ipse interim mira mentis leticia & uultus alacritate ad iudicem migrauit æternum. Statueram hic satis honestum argumento, seu potius commentariolo finem imponere. Sed duo parum per me dubia remorantur. Primum Socraticum illud & hic & sæpe alibi repetitum: Hoc equidem unum scio, quod nihil scio. Multa tamen & hic & alibi affirmat quasi sciens. Sed hoc illi simile est: Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Ait itaq; Socrates: Ego abstractus à corpore, raptus à dæmone, illustratus à Deo, scio equidem in diuino lumine hoc unum, uidelicet quod alioquin coniunctus corpori nihil in lumine naturali scio. Nescio, inquam, in naturali lumine res ipsas per ipsum affirmationis modum. Eiusmodi enim scientia, Dei propria est, qui & naturas ipsas, & naturarum causas comprehendit, quum ipsemet fecerit. Scio tamen multa per quendam negationis modum. Veluti quod Deus non sit corpus, potius quàm quid sit. Item quod anima non sit mortalis, magis quàm quid sit. Rursus quod bonum absolutum non hoc est, aut illud bonum, potius quàm quid sit. Atq; hoc pacto Socrates & scit, & docet multa. Hoc illud insuper quod dæmon eum reuocat, non prouocat, si id est, ad negandum illuminat eum potius quàm affirmandum. Nonnunquam uero affirmat quædam, & illa quidem magna tanquam uidelicet non à dæmone tantum raptus, sed Deo iam plenus. Affirmat quoq; ubi sanctorum adducit ueterum testimonia, uel animas hominum à mortuis resurgentium citat in testimonium. Sequitur altera dubitatio: quam ob causam Socrates, cum nunquam soleat dubitare, quin animus sit immortalis, in fine tamen Apologiæ hac utitur disiunctione: Aut nullus post mortem supereſt sensus, aut supereſt aliquis. Respondeo primo quidem, non de omni sensu, id est de omni cognitione, sed de nostrarum rerum sensu, uel nostro simili dubitare. Quod quidem significatur per illa quæ in parte disiunctionis altera deinde subduntur, ubi idem quod & in Repub. dicit, separatas uidelicet animas eodem pacto sese illic, quo & hic solebant agnoscere. Vbi considera dictum contrà illos qui dicunt animas de corporibus in corpora transmigrare. Deinde tutius quoq; ita respondeo. Socratem hac in præsentia disiunctione non uti, quia de illo censeat dubitandum, quod ubiq; tum per scientiam negatiuam, tum per diuinam inspirationem approbationẽq; constantissime tenet, sed aduersariorum suorum personas in præsenti respicere, qui cum obesse illi omnino studerent, inferebant ei mortem tanquam proculdubio malam. Socrates ergo contrà infert, nullo modo esse malam, siue sic, siue aliter se nostræ res habeant. Vbi illud quod de mortalitate apparet ambiguum, propter illos est adiunctum, qui tanquam tyranni Epicureo more deridere Socratem potuissent, quasi facile posset decipi, si ex eo solo affirmauisset mortem non esse malam, quod post hanc uitam alia supersint bona. Quæ quidem æterna bona, & si constabant Socrati, illis tamen nullo modo constabant, neq; in angusta illa temporis breuitate poterant demonstrari, quæ in Phædone & sæpe alibi demonstrantur. Tu uero nota certam Socratis nostri fiduciam, amicis prope finem Apologiæ dicentis: Bene de morte sperare debetis. Nihil enim mali bono uiro uel uiuenti uel defuncto potest accidere. Res enim hominis quodammodo deo similis à deo non negligũtur. Quod autem extrema ad iudices uoce clamauit: Ego quidem hinc abeo moriturus, uos uero uicturi: utri uero nostrum in melius eant, soli deo est certum: intellige non dubitare illum quod paulo ante affirmabat, sed dicere soli deo certum esse per seipsum affirmationisq; rationem: posse tamen homini certum fieri per ipsum deum negationisq; rationem. Adde quod affirmare non audet se tam purgato tunc animo emigrare, ut præsentem migrationem, affirmet omnino animum suum statim cœlesti patriæ redditurum.

PLATO

APOLOGIA SOCRATIS. *Moralis.*

Iano Cornario interprete.

VIRI Athenienses quomodo uos à meis accusatoribus affecti sitis, haud scio. Ego sanè etiam ipse ita affectus sum, ut parum abfuerit quo minus meĩpsius obliuiscerer, ita probabiliter dicebãt, etiamsi ueri ut ita dicam, nihil dixerint. Verum unum è multis quæ mentiti sunt, de ipsis maximè miratus sum, nimirũ hoc quod dicebant uos cauere oportere, ne à me deciperemini, ut qui in dicẽdo excellens essem. Non enim ueritos esse illos, ꝙ mox à me redarguendi essent re ipsa, postquam nullatenus in dicendo præstans uideor, hoc impudentissimum omniũ esse mihi uisum est: nisi forte in dicendo excellentẽ uocant, eum qui uera dicit. Si enim hoc dicunt, confitear sanè non secundũ illorum morẽ, dicendi peritum me esse. Hi igitur quemadmodũ ego dico, nihil ueri dixerũt. Vos autẽ ex me omnia uera audietis: non tamen per louem ô Viri Athenienses ornatos & uerbis, & nominibus sermones, neq; uelut illorũ sunt fucatos: Verũ audietis orationẽ extemporalem uulgaribus nominibus utentẽ. Cõfido enim iusta esse quæ dico, & nemo uestrum aliter expectet. Neq; enim deceret ô uiri hanc ætatem, confictis adolescentulorũ more sermonibus corã uobis apparere. Quin & hoc uos ô Viri Atheniẽses oro ac obsecro, si ijsdem uerbis respondentem audieritis me, quibus & in foro, & apud mensarios, ubi plerique uestrũ me audierũt, & alibi uti soleo, ut ne admiremini, neq; huius gratia tumultuemini. Sic enim res se habet. Nũc ego primum in iudicium prodeo, annos natus plures quàm septuaginta. Reuera igitur peregrina mihi est hoc loco dicendi forma. Quemadmodum igitur si reuera peregrinus essem, ignosceretis mihi si illa uoce & modo dicerem, in quibus educatus essem: Ita sanè & nunc hoc uos oro, iustum enim esse mihi uidetur, ut dicendi formam sinatis: fortassis enim quid in ea deterius, quid melius fuerit: hoc ipsum uero consideretis, & huic animum aduertatis, an iusta dicam, aut non. Hæc enim iudicis uirtus est, oratoris autem uera dicere. Iustum itaque est Viri Athenienses, ad ea quę primum mihi falsò obiecta sunt, & primis accusatoribus, in primũ respondere. Deinde ad posteriora, & posterioribus. Multi equidem, & multis iam annis, me apud uos accusarunt, & nihil ueri protulerunt, quos ego magis timeo quàm Anytum & ipsius socios, etiamsi & hi dicendo excellant. At illi excellentiores sunt ô uiri, qui plerisq; uestrũ à pueris assumptis persuaserũt, & me nulla ueritate accusarũt. Quòd Socrates sit uir quidam sapiens, qui & sublimia curet, & quæ sub terra sunt omnia perscrutetur, & qui inferiorem causam superiorẽ faciat. Hi ô Viri Athenienses, qui hanc famã dispersерunt, excellentes mei accusatores exiſtũt. Nam qui audiunt arbitrãtur eos qui talium rerũ studio tenẽtur, neq; deos esse putare. Deinde & multi hi accusatores sunt, & multo iam tẽdem habuistis, quũ aliqui uestrũ pueri essent, & admodũ adolescentes, desertam actionem ipsorũ scire ac dicere datur, nisi si quis poeta comicus exiſtit. Qui uero inuidia & cautu difficillimi sunt. Neq; enim fieri potest ut aliquis ipsorũ hic producatur ac redarguatur, uerũ necesse est fermè uelut umbratilem pugnã decertare, defendẽdo & redarguendo nemine respõdente. Existimate igitur & uos, quemadmodũ ego dico, accusatores meos duplices esse, alteros qui recẽs accusarunt, alteros qui olim, de quibus iam dixi, & putate primũ his me respõdere oportere. Nam & uos istos prius me accusantes audiuistis, & multò magis ꝯ hos posteriores. Sit ita. Respõdendũ est ô Viri Atheniẽses, & conandũ in breui adeò tẽpore, ut uobis calũniam hanc eximã, quã multo iam tẽpore fouistis. Vellem igitur hoc ita factum esse, si id & uobis, & mihi melius esset, & amplius quiddã respõdendo me effecisse. Verũ arbitror hoc ipsum difficile esse, & nõ ualdè me latet quale id est: attamẽ hoc quidẽ prout dijs gratũ est cõtingat. Legi uero parendũ est ac respondendum. Repetamus igitur ab initio quæ sit accusatio, ex qua mihi calumnia oborta

Vera dicens, in dicendo excellens est

Iudicis uirtus est iusta cognoscere

Oratoris uirtus est uera dicere

Socratis accusatio prior & uetus

Universidad de Deusto
Biblioteca

oborta est,& cui etiam fidem habuit Melitus,ac contra me actionem hanc instituit.

Sit ita. Quid itaq; dicant hi qui nobis calumnias struxerunt, quemadmodum accusatorum,de calumnia iusiurandum ipsorum recitare oportet. Socrates iniustè agit,et curiosè perquirit ea quæ sub terra sunt,itemq; cœlestia,& inferiorē causam superiorem facit,& alios hæc docet. Huiusmodi sanè est.Talia enim uidistis & ipsi in Aristophanis comœdia,Socratem quendam illic circūferri,qui asserat se per aerem uagari, & multas alias nugas deblateret,de quibus neq; magnū quippiam,neq; paruum noui. Et hoc nō dico,quòd ignominiosam ducam huiusmodi scientiam, si quis in talibus sapiens sit, ut non ego à Melito tanti criminis reus peragar.Sed enim taliū rerum ô uiri Athenienses nihil penitus noui. Testes autem plerosq; uestrum exhibeo,& cupio ut inter uos alter alterum doceat ac exponat, quicunq; me unquam disputantem audiuistis. Multi autem uestrum me audiuerunt.Conferte itaq; inter uos, an unquam aut paruum, aut magnum quid audiuerit quis uestrum,de talibus rebus me disserentem. Et ex hoc cognoscetis,quod talia sunt etiam alia quæ pleriq; de me dicunt.Nam neq; horum quicquam est,neq; si quē audiuistis quòd ego homines erudire conor,& pecunias exigo,hoc quicquam ueri habet.Alioqui etiam hoc honestum esse mihi uidetur,si quis homines erudire possit,quemadmodū Gorgias Leōtinus,& Prodicus Ceus,& Hippias Eleus. Vnusquisq; enim horū ad singulas ciuitates transire potest, & adolescentibus quibus cū quocunq; suorum ciuium gratis cōuersari licet,persuadere,ut illorum consuetudine relicta secum conuersentur,pecunias dent,& insuper gratiam habeant. Nam & alius quidam uir hic est sapiens Parius,cuius ego aduentu delectabar.Contigit enim ut aliquando cū uirū accesserim,qui plures quàm omnes alij sophistis pecunias contribuit, Calliam Hiponici dico. Hunc igitur interrogabam,Habet enim duos filios:O Callia inquam , si filij tui pulli equini aut ituli essent, possemus aliquem ipsis præficere ac mercede conducere,qui ipsos pulchros ac bonos faceret in decenti ipsos uirtute.Esset autem hic aut equestris ordinis aliquis,aut ex agricolis.Nunc uero quum homines sint,quem ipsis præficere cogitas? quis huiusmodi uirtutis tum humanę,tū ciuilis sciens est? Arbitror enim te de hoc considerasse,eo quòd filios habes.Est ne quis inquam ego,aut non est ? Maximè inquit ille.Quis inquam ego,& cuias,& quāta mercede docet? Euenus inquit ô Socrates Parius,quinq; minarum mercede.Et ego Euenum beatū prædicaui, si reuera hāc artem haberet,& ità conciniè doceret.Ego igitur etiam ipse gloriarer ac me iactarem, si hæc nossem. Verum uiri Athenienses non noui.Subiecerit itaq; aliquis uestrum fortassis,At ô Socrates quid tibi negocij est? unde hæ calumniæ ortæ sunt? Nam si tu nihil præclarius cęt alij tractares, quomodo tanta fama ac rumor sparsus esset, si non alienum quid quàm pleriq; faceres? Dic igitur nobis quid est,ut ne etiam nos de te leuiter sentiamus.Hæc qui dicat,iustè dicere mihi uidetur, & ego conabor uobis demonstrare quid nam sit hoc,quod & nomen,& calumniam mihi peperit. Audite itaq;, & fortassis quibusdam è uobis ludere uidebor,& tamen probè scire uos uolo,me uobis omnia uera dicturum esse.Ego enim ô Viri Athenienses ob nihil aliud,quàm ob sapientiam quandā, hoc nomen reperi.Qualem uero sapientiam illam? Quę humana fortassis est sapientia. Reuera enim in hac sapiens esse uideor.Illi uero de quibus paulò antea dicebam, maiorem quandam quàm humani moris sapientiam habuerint.Aut nō habeo quod dicam? Non enim ego ipsam noui,sed quisquis id dicit mentitur, & in calumniam mihi id dicit.Et ne quid Viri Athenięnses tumultuemini,si quid magni uobis dicere uidebor.Non enim meum sermonem referam,quēcunq; tandem dicam,sed ad fide dignum qui eum dicit referam.Meæ enim sapientiæ si qua & qualis est ea, testem uobis producam eum qui in Delphis est deum.Chærephontem enim nouistis sanè.Hic mihi sodalis erat ex adolescente,& pleriscq; uestrum amicus, fugitq; uobiscum in fuga hac, & unà uobiscum in portum appulit.Et nouistis utiq; qualis erat Chærephon,quàm uehemens ad quancunq; rem animum induxisset.Et sanè aliquando etiam ad Delphos profectus, hoc oraculū petere ausus fuit:& ob id quod dicam ô Viri ne tumultuemini. Interrogauit enim an quis esset me sapientior.Pythia igitur oraculo respondit,nemínem me sapientiorem esse.Et de his hic frater ipsius uobis testimoniū feret.Nam ille mortuus est.Considerate uero quorū gratia hęc dico.Volo enim uos docere unde mihi calūnia oborta est. Nam quum

Callias liberalitis in sophistas

Euenus Parius V.minis docuit

Socrates oraculo Apollinis sapientiss.

quum hæc ego audiuissem,ita mecū cogitabam.Quid nam dicit deus? & quid tandem obscurè innuit? Ego enim neq; multum,neque parum mihi de sapientia conscius sum. Quid igitur dicit quum me sapientissimum esse asserit. Non enim profectò mentitur. Neq; enim ipsi fas est.Et multo quidem tempore ambigebam quid'nam diceret. Postea uix admodum ad talem quandam ipsius inquisitionē me conuerti. Accessi ad quendam ex his qui sibi sapientes esse uidentur,uelut qui sperarem fore ut sicubi aliàs,hic oraculum redarguerem, & Pythiæ ostenderem, quòd hic me sapientior esset,quum illa de me pronunciasset.Quum igitur hunc explorarem, nomen enim dicere nihil est necesse:Erat autem quidam ex his qui in repub.uersantur, quem quum ego explorarem, hunc in modum ô uiri Athenienses affectus sum.Nam inter colloquendū uisus est mihi hic uir,quòd tum alijs multis hominibus,tum maxime sibijpsi sapiens esse uideretur, sed non esset. Deinde conabar ipsi ostendere, quòd putaret quidem se esse sapientem, non autem esset.Hinc igitur & huius, & multorum qui aderant,odium incurri. Digressus autem mecum ipse reputabam,quòd hoc quidem homine ego sapiētior essem.Apparēret enim neutrum nostrum neq; pulchri,neq; boni quicquā scire.Sed quòd hic qui dem putaret se quid scire,quū non sciat.Ego uero uelut non scio,ita neq; puto. Videor itaq; paruo quodā,eo ipso nimirum,illo sapientior esse,quòd quæ non scio, earneq; scire me puto.Hinc uero ad alium accessi ex his qui illo sapientiores uidentur,& eadē hęc mihi uisa sunt,atq; hic & illius & aliorum multorū odium incurri. Postea uero ad alios deinceps progressus sum, sentiens & dolens ac formidans me odium incurrere: & tamen necessarium esse uidebatur,oraculum dei plurimi facere, & ad omnes qui aliquid scire uidentur accedere ac considerare quid oraculum sibi uelit.Et per canem ô uiri Athenienses:oportet enim apud uos uera dicere:tale quid mihi accidit dei sentētiam inquirenti.Profectò qui maximè clari essent,uisi sunt mihi ferè plurimis indigere. Alij uero qui uiliores habērētur, moderatiores uiri esse,ad hoc ut pro sapientibus habendi essent. Operæprecium est sanè ut uobis quomodo diuagatus sim ostendam, & quos ueluti labores in eo pertulerim,ut oraculum redargui non posset.Nam post eos qui in repub.uersantur, accessi ad Poetas & Tragicos,& Dithyrambicos,atq; alios,ut hic in ipso furto deprehensurus meipsum illis indoctiorem esse. Assumptis itaq; ipsorum poematis,quæ maxime ab illis elaborata esse mihi uidebantur, percunctabar ex ipsis quid dicerent,quo simul etiam ab ipsis quid discerem. Erubesco igitur uobis dicere ô uiri id quod uerum est, & tamen dicam . Nam ut ita dicam ferè omnes qui præsentes essent, melius quàm ipsi dicebant de his, de quibus ipsi poemata scripsissent. Cognoui itaque rursus & de poetis in exiguo tempore.Quòd non sapientia facerēt ea quæ faciunt poemata,sed natura quadā & numine perciti,uelut diuini uates & qui dant responsa. Nam & hi multa ac pulchra dicunt, uerum nihil eorum quæ dicunt intelligunt. Huiusmodi quadam affectione etiam poetæ affecti mihi uidebantur, & simul percipiebam ipsos propter poeticam putantes se etiam in alijs omnium hominum sapientissimos esse, in quibus tamen nihil essent . Discessi itaq; etiam hinc eodem existimans me superiorem esse, quo etiam his qui in repub, uersantur. Tandem uero ad manuarios opifices transi. Mihi enim conscius eram , quòd nihil ut ita dicam nossem : hos autem noueram me reperturum esse multa & pulchra scientes. Et in hoc quidem non fum deceptus,sed nouerunt quæ ego nō noui,& hac parte sapientiores me erant.Verum ô uiri Athenienses idem peccatū quod in poetis,etiam in bonis opificibus comperi.Nam quòd artem probe exerceret,quisq; etiam in alijs maximis sapientissimū se haberi uolebat.Et hoc ipso rum delictum,sapientiam illam obscurabat.Quare etiam me ipsum de oraculo interrogabam,utrum malim sic quemadmodū habeo habere,ut neq; sapiens in illorum sapientia essem,neq; imperitus in illorum imperitia:aut cōtrà ambo ea quæ illi habēt habere. Et sanè mihi ipsi ac oraculo respōdi,utile mihi esse,sic quemadmodū habeo habere. Ex hac iam mea inquisitiōe ô uiri Athenienses multorū in me odiū excitaui,idq; malignissimū ac grauissimū,unde multæ calumniæ aduersus me sunt obortæ, & nomen hoc ut sapiens esse dicar.Putant enim me in his sapientem esse,in quibus alios reprehendo,illi qui forte præsentes adsunt. Videtur autem ô uiri Athenienses reuera deus sapiens esse, & hoc in oraculo hoc dicere,Sapientiam humanā parui cuiusdam precij est,& nullius:

Sapientem sibijpsi uidert

Socrates sapiens, quòd scire se non putet

Poetarum natura & furor

Vatū affectio qualis sit

Sapientis appellatio Socrati unde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oraculi declaratio.

& Socratem hunc dicere uidetur, nomine meo ad hoc utens, ut me exemplū faciat, ueluti si diceret: Hic ex uobis, ô homines, sapientissimus est, qui uelut Socrates nouit reuera se nullius precij in sapientia esse. Hæc igitur ego etiam adhuc nunc oberrans inquiro, & ex dei sententia perscrutor, siue ex ciuibus, siue ex peregrinis aliquem sapientem esse putaro. Et ubi mihi non uidetur, deo astipulor ac ostendo, illum sapientem non esse. Et præ his occupationibus nihil mihi ocij est, neq; publica, neq; priuata curandi, sed

Paupertas Socratis.

in paupertate ingenti dego, ob dei cultum. Adhæc uerò adolescētes opulentissimi, qui bus maximè ociū est, sua sponte me sequentes, gaudent audire me homines redarguentem: & ipsi sæpè me imitantur, deinde alios explorare conantur, & postea inueniunt arbitror, multam ubertatem eorum hominum qui se scire aliquid putant, uerùm aut pauca, aut nihil sciunt. Hinc igitur cōtingit, ut illi quos ipsi explorant, mihi irascantur, non sibijpsis: & Socratem sceleratissimū esse dicunt, & corrumpere adolescentes. Et ubi quis

Philosophorū criminationes communes.

ipsos interrogat, quid faciendo, & quid docendo, nihil habent quod respondeant, sed ignorant. Quò uerò non uideantur animi incerti esse, prompta illa quæ contra omnes qui philosophantur, proferri solent, in medium adducunt. Nimirum quòd sublimia, & ea quæ sub terra sunt, inquirit, & deos esse non putat, & inferiorem causam superiorem facit. Nam uera arbitror, dicere non sustinuerint, quòd deprehensi sunt simulantes se scire, nihil autem scientes. Quum igitur ambitiosi sint, & uehementes ac multi, & compositè ac probabiliter de me dicant, aures uestras compleuerunt, & olim, & uehementer

Tres Socratis accusatores.

nos calumniantes. Ex his etiam Melitus me adortus est, & Anytus & Lycon. Melitus quidem poëtarum nomine mihi infensus. Anytus autem opificum, & eorum qui in republ. nersantur. Lycon autem rhetorū. Quare quod ab initio dicebam, mirum mihi fuerit, si ego hanc calumniam ita multam factam, in breui adeò tempore uobis eximere potero. Hæc sunt uobis, uiri Athenienses, uera, & ego neq; paruo aliquo, neq; magno suppresso, aut subtracto uobis dico: & quidē nouī ferè quòd ab ijsdem odio habeor, quod etiam signū est, me uera dicere. Ac quòd hæc sit calumnia aduersus me oborta, & quòd hæ sint causæ, siue nunc, siue etiam in posterum de his inquiretis, ita comperietis. De his igitur quæ primi accusatores mei in me accusarunt, hæc mea apud uos defensio sufficiat. Cæterum aduersus Melitum bonum illum & patriæ uelut ait studiosum, & poste-

Socratis accusatio posterior

riores, deinceps respondere conabor. Rursus itaq; etiam horum uelut qui alij sint accusatores, de calumnia iusiurandū assumamus. Habet autem sic quodammodo. Socratem dicit iniustè agere, eo quòd adolescentes corrumpit, & deos quos respub. reueretur, ipse non recipit, sed alia dæmonia noua. Accusatio equidem talis est. Verum singulas accusationis partes expendamus. Dicit itaq; iniustè me agere, eo quòd adolescentes corrumpo. Ego uerò, ô uiri Athenienses, iniustè agere Melitum dico, eo quòd cum studio nugatur, dum leuiter ad iudicium homines pertrahit, simulans se rerum studiosum esse ac curam gerere, quarum nihil unquàm illi curæ fuit. Quod uerò hoc ita se habeat, etiam uobis ostendere conabor. Atque heus tu ô Melite, dic mihi, aliud'ne quid q̄m hoc plurimi facis, ut iuniores quàm optimi euadant? Ego sanè. Age itaq; nunc de his, quis ipsos meliores faciat. Manifestum est enim te nosse, ut cui id curæ sit. Nam cùm inueneris qui corrumpat, uelut dicis, me producis, & apud hos accusas. Eum itaque qui meliores facit, age dic, & indica ipsis quis sit. Vides ô Melite, quòd taces, & non habes quod dicas. Atqui nō turpe esse tibi uidetur, & magnum signum, eius quod ego dico, q̄ tibi nihil curæ fuerit. At dic ô bone, quis ipsos meliores facit? Leges. At non hoc interrogo ô bone, sed quis homo, qui primum & hoc ipsum, leges ipsas nouit? Hi ô Socrates iudices. Quomodo dicis, ô Melite, hi'ne adolescētes erudire possunt, & meliores facere? Maximè. Vtrum igitur omnes, aut aliqui ex ipsis, aliqui non? Omnes. Bene per lunonem dicis, & magnam eorum qui prosunt ubertatem. Quid uerò hi auditores, meliores'ne faciunt, aut non? Etiā hi. Quid uerò Senatores? Etiam

Meliores homines faciunt omnes, solus Socrates corrumpit.

Senatores. Num ergo ô Melite, qui in concione uersantur, concionatores corrumpunt iuniores, aut etiam illi meliores omnes faciunt? Etiam illi. Omnes igitur, ut apparet, Athenienses, honestos ac bonos faciunt, me uno excepto. Ego uerò solus corrumpo, ita'ne dicis? Valdè admodum hæc dico. Multam itaq; meam condemnas infelicitatem. Et mihi responde. Num etiam circa equos res ita se habere tibi uidetur?

Qui me-

Qui meliores ipsos faciāt, esse omnes homines, unum autem esse qui ipsos corrumpat: aut in totum contrà, unum quendam esse qui meliores facere possit, aut ualdè paucos equestres. Plerosq; uerò si uersentur cum equis, aut utantur ipsis, corrumpere illos. Nón ne sic res se habet, ô Melite, & de equis, & alijs omnibus animalibus? Omninò itaq; siue tu & Anytus negaueritis, siue secus, multa utiq; adolescentium fuerit felicitas, si unus solus ipsos corrumpit, alij uerò prosunt. Sed enim ô Melite, abundè ostendis, quòd neque unquam adolescentium curam habueris, & manifestè declaras tuam negligentiā, quòd nihil unquam tibi curæ fuerit earum rerum, quarum nomine me huc pertraxisti. Sed & insuper per louem dic ô Melite, utrū melius est habitare inter ciues bonos, aut prauos? ô bone responde. Nihil enim quòd difficile sit, interrogo. Non'ne prauí semper mali aliquid affricant his cum quibus cōuersantur, boni uerò aliquid boni? Maximè. Est' ne igitur quis qui à familiaribus lædi malit quàm utilitatem caperet? Responde ô bone. Nam lex respondere te iubet. Est'ne qui lædi uelit? Non sanè. Age itaq; utrum me huc pertrahis, ut adolescentes corrumpentem, & hos pessimos facientem ultrò, aut inuitum? Vltrò. Quid uerò, ô Melite, tanto'ne tu sapientior es me prouectæ iam ætatis, ipse multò iunior, ut probè hoc scias quòd quidem mali, aliquid mali affricent, semper his cum quibus cōuersantur, boni uerò boni aliquid: Ego autem in tanta uersor imperitia, ut & hoc ignorem, quòd si aliquem ex familiaribus prauum fecero, in periculo sim ne quid mali ab ipso accipiam, quare hoc tātum malum ultrò faciam, uelut tu dicis? Hæc ego tibi Melite non credo, neq; alium quenquam hominem credere arbitror. Verum aut non corrumpo, aut corrumpo inuitus. Quare tu in utrisq; mentiris. Si uerò inuitus corrumpo, talia & quæ inuitè admittūtur peccata, huc pertrahere lex non permittit, sed priuatim docere ac admonere. Manifestum est enim quòd si cognouero, ab eo quod inuitus facio, cessabo. Tu uerò ut me cōuenires ac doceres, fugisti ac noluisti. Huc autem pertrahis, quò eos producere lex est, qui ut puniantur, non ut discant, opus habent. At enim ô uiri Athenienses, hoc iam manifestum est quod ego dicebā, quòd huic Melito neq; magnum, neq; paruum quid unquam curæ fuerit, & tamen dic nobis ô Melite, quomodo me adolescentes corrumpere dicis? Num secundum actionem quam aduersus me instituisti, quòd doceam deos nō recipere, quos respub. recipit ac reueretur, sed alia dæmonia noua? Non'ne dicis quòd hæc docens illos corrumpo? Imò maximè hæc dico. Per hos ipsos itaq; ô Melite deos, de quibus nunc nobis sermo est, clarius adhuc & mihi, & uiris his dicas. Ego enim intelligere non possum, utrum dicas docere me, non recipiendos esse aliquos deos: Ergo & ipse deos esse puto ac recipio, & non sum omninò à dijs alienus, neq; hac parte iniustè ago: non tamen eos quos respub. sed alios: & hoc'ne est crimen quod mihi intendis, quòd alios esse putem? aut omninò dicis, neq; meipsum deos esse putare, & alios hæc docere? Hæc dico quòd omninò deos esse non putes. O admirande Melite, cur hæc dicis? Neq; Solē igitur, neq; Lunam, deos esse puto, uelut alij homines? Etiam per louem, ô uiri ludices, nam Solem lapidem esse dicit, Lunā uerò terram. Anaxagoram accusare te putas, bone Melite, atq; sic hos contemnis, & literarum imperitos ipsos esse putas, ut non sciant Anaxagoræ Clazomenij libros refertos esse his sermonibus. Et sanè etiam adolescentes hęc à me discunt, quæ liceret aliquando si ualdè magno, drachma ex orchestra emere, & Socratē deridere, si ea sua esse prætexat, quæ tum aliàs, tum etiā sic absurda essent. At per louem sic'ne tibi uideor, nullum deum esse putare? Per louem nullū quomodocunq;. Suspectus es ô Melite, in his ut mihi uideris etiam tibijpsi. Mihi equidem, ô uiri Athenienses, uidetur hic ingens conuiciator esse, & homo penitus proteruus, & qui deniq; hanc actionem ex contumelia & petulantia ac iuuenili temeritate instituerit. Videtur enim uelut ænigma composuisse tentandi gratia, num uidelicet cognoscet Socrates ille sapiens me ludere, & contraria mihi dicere, aut decipiam ipsum & alios audientes? Apparet enim ipsum sibijpsi contraria dicere in actione, uelut si diceret. Socrates iniustè agit, deos non putans, sed deos putans. Et hoc quidem ludentis est. Verum uos uiri unà mecum considerate qua ratione hæc dicere mihi uideatur. Tu uerò Melite nobis responde. Vos autem quod ab initio deprecatus sum, memineritis ne tumultuemini, si consueto meo more uerba fecero. Est'ne quis homo, ô Melite, qui humanas quidem

Conuersationis affectiones.

Inuitè admissa, priuatam admonitionem requirunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

res esse putet, homines autem non putet? Respondeat ô uiri, & non alios atq; alios mo
tus faciat. Est'ne quis qui equos quidem esse non putet, equestres autem res esse putet?
aut tibicinas quidem non putet, tibicinum autem res putet? Non est bone uir, si tu non
uis respondere, ego tibi & alijs his dico. Verum ad hoc quod hinc sequitur, responde.
Est'ne quis qui dæmonũ res esse putet, dæmones autem nõ putet? Non est. Quan
diu cunctatus es, & uix ab his coactus respondisti. Non'ne dæmonia dicis me & puta-
re, & docere, siue noua siue uetera? Dæmonia ergo puto ex tua adeò cõfessione, & hoc
etiam in actione contra me iureiurando testatus es. Si uerò dæmonia puto, etiam deos
utique me putare ualde necesse est, non'ne res ita se habet? Habet sanè. Pono enim te
confiteri, quandoquidem non respondes. At uerò dæmones non'ne aut deos esse pu-
tamus, aut deorum filios? asseris aut negas? Maximè. Non'ne si dæmones esse pu
to, uelut tu dicis, si quidem dei quidam sunt dæmones, hoc utique fuerit quod ego di-
co, ænigmatis te ludere ac nugari, dum dicis deos me non putare, & rursus deos puta-
re, quandoquidem dæmones esse puto. Si uerò dæmones deorum filij sunt, spurij qui-
dam aut ex nymphis, aut ex alijs quibusdam, quarum sanè esse dicuntur, quis'nam ho-
minum, filios quidem deorum esse putet, deos autem non? Æquè enim absurdum es-
set, ac si quis equorum quidem aut etiam asinorũ filios esse mulos putet, equos autem
& asinos esse non putet. Quare Melite, non est quod inficieris, te non tentandi nos gra
tia actionem hanc instituisse, aut quòd non haberes uerum crimen quod mihi intenta-
res. Vt uerò tu alicui uel parum mentis habenti persuadeas, quòd eiusdem uiri sit & dæ
moniorum & diuinas res putare, & rursus eiusdem neq; dæmones, neq; deos, neq; he-
roas putare, nulla arte efficere possis. At enim, ô uiri Athenienses, q̃ quidem ego nõ in
iuste facio secundũ Meliti actionem, non multam defensionem requirere uidetur, sed
iam hęc sufficiunt. Quod uerò in superiorib. dicebã, multũ mihi odium excitatũ esse &
à multis, id probè scitis uerum esse, & hoc est quod me euertet, si quid euertet, non Me-
litus, neq; Anytus, sed multorũ calumnia & inuidia, quę sanè etiam alios multos bonos
uiros euerterunt, & ut arbitror, adhuc euertent. Neq; mirum uideri debet si non in me
desinant. Fortassis autem dixerit quis, Non'ne te pudet, ô Socrates, tali te studio deten
tum fuisse, ex quo nunc mortis periculũ incurris? Ego uerò huic iusto sermone respon-
derim, nimirum non rectè dicis, ô homo, si uirum cuius uel exigua utilitas esse, uitæ aut
mortis periculum reputare oportere opinaris, & non illud solum spectare, quicquid a-
gat utrum iusta aut iniusta agat, & uiri boni aut mali opera. Nam alioqui secundũ tuam
rationem uiles essent semidei qui in Troia mortui sunt, tum alij, tum Thetidis filius, qui
in tantum periculum cõtempsit, ut ne turpe quid admitteret, ut postquam mater q̃ dea
esset, ipsi dixisset, dũ ad Hectorẽ occidendũ properaret, hæc uelut ego arbitror uerba.
Si ulciscẽris, ô fili Patrocli amici cædẽ, & Hectorẽ occides, ipse morieris. Sic.n. inquit.

Hectore subiato, mox te mors prompta sequetur.

At ille hoc audito, mortem quidem ac periculum contempsit, multò uerò magis in tur
pitudine uiuere, & amicos non ulcisci ueritus inquit,

Statim utinã morerer, ubi pœnã de iniusto sumpsissem, ut ne hic risui expositus,
Nauibus assideam telluris inutile pondus.

Putas'ne ipsum mortem & periculum curasse? Profectò enim, ô uiri Athenienses, ita
res se habet, quocunq; loco quis seipsum constituerit, optimum id esse arbitratus: aut
à principe locatus fuerit, in eo ut mihi uidetur, manere oportet, ac periculum sustine-
re, ita ut nihil reputet neque mortem, neq; aliud quicquam, præ turpitudine. Ego igitur
rem indignam designassem, uiri Athenienses, si quando principes, quos uos ad impe-
randum mihi elegistis, locabant me in Potidæa, & in Amphipoli, & in Delio, tunc qui-
dem in eo loco quo illi me locarant, mansissem, uelut etiam alius quidam, & mortis pe
riculum subijssem: Deo uerò locante me, uelut ego putaui, ac opinatus sum, ut uiuam
& philosophari coner, & meipsum ac alios explorem, in hoc aut mortis, aut cuiuscun-
que alterius rei metu, ordinem desererem. Indigna equidem res esset, & reuera tunc iu-
stè me quis in iudicium pertraheret, quòd deos esse nõ putem, si oraculo non parerem,
& mortem formidarem, & sapientem me esse putarem, quum non sim. Nam mortem
formidare, ô uiri, nihil aliud est, quàm sapientem esse sibi uideri eum qui nõ sit. Est enim

putare

Dæmonia putãs, deos putat

Tacens confitetur

Inuidia & calumnia bonos uiros perdit

Vir bonus iustum respicit, mortem contemnit

Socrates in expeditione militari

putare, scire quæ non nouit. Nemo enim nouit mortem, an maximum homini bonum
existat, formidant autem uelut qui probè sciant, quòd maximum sit malorum. Quomo
do uero non probrosa sit hæc imperitia, aliquem putare nosse ea quæ non nouit? Ego
uero & in hoc fortassis multis è uulgo nominibus præstantior sum, & si in aliqua re sa-
pientiorem aliquo me asseram, in hoc sanè asseruerim, quod nõ satis gnarus eorũ quæ
apud inferos sunt, ita etiam nosse me non puto. At uero iniustè agere, & non parere me
liori, tum deo, tum homini, quòd hoc malum & turpe sit noui. Nunquam igitur time-
bo, neq; fugiam ea quæ non noui an bona sint, præ malis his quæ mala esse noui. Qua-
re etiãsi me nunc uos dimitteretis, ab Anyto non persuasi, qui aut ab initio me huc non
pertrahendum fuisse dixit, aut postquã pertractus sum, fieri non posse ut me nõ occida
tis: Nam si iam absoluerer, fore ut filij uestri his quæ Socrates docet, operam dantes, om
nes penitus corrumpantur: & si mihi ad hæc diceretis, Nunc quidem, ô Socrates, Any-
to non credemus, sed dimittimus te, hac tamen cõditione, ut neq; amplius in hac inqui-
sitione uerseris, neq; philosopheris: Si uero deprehensus fueris, ut hoc amplius facias,
morieris: Si igitur, inquã, me his conditionib. dimitteretis, dicerem sanè uobis. Ego uos
ô uiri Athenienses, amplector & amo, parebo tamen deo magis q̃ uobis. Et quandiu
spiritum duxero, & hoc facere potero, non desinam philosophari, & uos admonere, &
prout in quemq; uestrũ incidero, ostendere, ac dicere ea quæ solitus sum. O optime uir,
cùm Athenien sis, ciuis urbis maximæ, & sapientia ac robore clarissimæ, non pudet
te pecuniarũ quidem curam habere, quo has q̃ plurimas coacerues, opinionis item ac
honoris. Sapientiæ uero & ueritatis, & animæ quo ea optima fiat, nullã rationem neq;
curam habes. Et si quis uestrũ aduersum cõtenderit, & curam se habere dixerit, non sta-
tim ipsum dimittã, neq; discedam, sed interrogabo ipsum, & explorabo ac redarguã. Et
si mihi nõ fuerit uisus possidere uirtutem, & iactare tamen, exprobrabo, q̃ quæ plurimi
pretij sunt, ea minimi faciat: & q̃ uiliora, ea maioris. Hæc & iuniori & seniori, in quem-
cunq; incidero dicam, & externo ac ciui, magis tamen ciuibus, quãto mihi genere sunt
propinquiores. Hæc enim probè nosse debetis, deum iubere, & ego nullum maius bo-
num uobis cõtingere posse arbitror in ciuitate, q̃ meum erga deum ministerium. Nihil
enim aliud agens circũeo, q̃ persuadẽs uobis tum iunioríb. tum senioribus, ut neq; cor-
porum, neq; pecuniarũ, neq; ullius rei ita magnã curam geratis, uelut animæ, quo ea q̃
optima fiat: Virtutem nõ ex pecunijs fieri docens, sed pecunias ex uirtute contingere,
aliaq; bona omnia, & priuatis hominib. & publicè. Si igitur hæc dicens adolescẽtes cor
rumpo, fuerint sanè pernicíosa. Si quis uero alia me dicere ait q̃ hæc, is nihil dicit. Ad
hæc, ô uiri Athenienses, profiteor, siue crediderítis Anyto, siue nõ: & siue dimiseritis me,
siue nõ: me nunquã alia facturũ esse, etiamsi sæpe mihi moriendũ esset. Ne tumultuemi
ni, uiri Athenienses, sed uelut precatus sum, dicentẽ me tolerate ac audite. Nam ut ego
arbitror utilitatẽ ex eo capietis, si me audietis. Dicturus equidem sum uobis etiam alia
quædam, propter q̃ fortassis exclamabitis, uerum nequaq; hoc faciatis. Nam id probè
nosse debetis, si me qui talis sum, qualem ego dico, occideritis, nõ me magis quàm uos
ipsos lædetis. Me etenim neq; Melitus, neq; Anytus quicquã lædet. Neq; enim possint.
Non enim fas esse arbitror, meliorem uirum à deteriore lædi: occidere tamen fortassis
posset, aut fugare, aut ignominia afficere. At hæc fortassis hic, aut alius quidam magna
mala putat. Ego uero nõ puto, sed multò magis facere ea q̃ nunc hic facit, uirum iniustè
occidere conari. Nunc igitur, ô uiri Athenienses, multũ abest ut ego pro meipso hanc
defensionẽ afferam, uelut quis putare possit, sed pro uobis, ne si me cõdemnaueritis, cir
ca donũ quod uobis à deo datum est, peccetis. Si enim me occideretis, non facile alium
talem inuenietis, profectò ita additũ ciuitati à deo, etiamsi ridiculũ sit hoc dicere, uelut
magno quidem & generoso equo, uerùm præ magnitudine segniori, & ut ab asilo quo
dam excitetur opus habenti. Talem sanè mihi uidetur deus ciuitati me apposuisse, qui
uos excitãs, et persuadens, et singulatim exprobrãs, nõ cesso totã diẽ ubiq; uobis assíde
re. Talis igit̃ alius nõ facile uobis continget, ô uiri, quare si mihi credetis, mihi parcetis.
At uos fortassis ægrè ferentes, uelut dormitãtes dum excitãtur, me depulsum, ab Any-
to persuasi facile occidetis, deinde reliquo tẽpore dormiẽtes perseuerabitis, si nõ alium
quendã deus uobis miserit, qui uestri curã gerit. Quòd uero ego talis sim, qui à deo ciui

Mortis formido ex ignorantia

Inferi Socrati ignoti

Scientia Socratis

Deo magis quàm hominibus parendum

Athenien. urbis præstantia

Pecuniæ ex uirtute, & non contrà

Bonum uirum non lædi posse à deteriore

Socrates assilus Athenienſium

Universidad de Deusto
Biblioteca

tati datus sit, hinc cognoscere potestis. Non enim humana res esse uidetur, ꝙ ego mea omnia neglexi, & ut negligerē res mea familiaris tot iam annis sustinui: Vestras autem res semper curaui, & unumquenq; uestrum priuatim accessi, uelut pater, aut senior frater, persuadens ut uirtutis curam habeatis. Et si quidem hinc aliquem fructū ferrem, & mercedē accipiens hæc admonerem, fortassis in crimine aliquo hærerē. Nunc uero uidetis, ꝙ ipsi accusatores, qui reliqua omnia ita impudenter agunt, ad hoc impudentiæ prorumpere nō potuerunt, ut de hoc testes producerēt, ꝙ ego unquā ab aliquo mercedem exegerim, aut petierim. Fide dignū autem ego, ut arbitror, exhibeo uobis testem, me uera dicere, paupertatē. Fortassis igitur absurdum uideri possit, ꝙ ego priuatim hęc consulo obambulans ac multum curiosus, publicè uerò ad multitudinem uestram progredi non audeo, & reipub. consilium dare. Huius autem rei causa est, id quod me sæpe passim dicere audiuistis, Diuinū quiddam & à dæmonio profectū uocis modo mihi cōtingere, quod sanè etiam in actione sua Melitus mordendo expressit. Mihi uero hoc à puero sumpto initio uocis cuiusdam loco fuit: quæ cùm mihi cōtingit, semper auertit me ab eo quod facere cogito, nunquam aūt impellit. Hoc est quod mihi aduersatur, ne rempub. curem, et optimè mihi aduersari uidetur. Probè enim id scire debetis, uiri Athenienses, si ego olim reipub. negocia agere aggressus essem, iamdudū perijssem, & neq; uobis, neq; mihi aliqua in re utilis fuissem. Et ne ægrè feratis, me uobis uerū dicere, non est enim qui seruari possit, qui uel uobis, uel alij alicui multitudini ingenuè aduersetur, & multa iniusta ac præter leges in repub. fieri prohibeat. Verū necesse est ei qui reuera pro iusto pugnat, si uel modico tempore seruari uelit, ut priuatas res curet, & non publica negotia attingat. Harum aūt rerum ego uobis multa proferā argumenta, non sermones, sed q̄ uos magni facitis facta. Audite itaq; quæ mihi cōtigerunt, quo cognoscatis ꝙ metu mortis nulli præter id quod iustum est, cedam, atq; ita simul & nō cedam, simulq; peream. Dicam aūt uobis grauia & iudicialia, & tamen uera. Ego quidem, ô uiri Athenienses, nullum alium unq; magistratum in ciuitate gessi, sed consiliarius fui, & erat nobis tribus Antiochis, tum Prytanum magistratum gerens, cùm uos decem illos exercitus duces, qui ex pugna nauali seruatos nō occidissent, simul omnes damnare statuistis præter leges ac iniustē, uelut posteriore tempore omnib. uobis apparuit. Tunc ego solus ex illa tribu uobis aduersatus sum, ut ne quid præter leges faceretis, & contraria uobis decreui. Et cùm parati essent Rhetores qui me deferrent, ac in iudiciū pertraherent, & uos id fieri iuberetis, ac exclamaretis, ego cū lege et iusto, mihi potius in periculo uersandum esse duxi, q̄ ob uinculorum aut mortis metum, uobis non iusta statuentibus assentiendum. Et hæc quidem facta sunt, cùm adhuc popularis esset reipub. status. Postq̄ uero pauci dominari cœperunt, triginta illi rursus me accersiuerunt, cum alijs quatuor in Tholum, demandaruntq; ut adduceremus Leonem Salaminiū ex Salamine, quo occideretur: qualia sanè illi etiam alijs multis multa demandarunt, cùm plurimos criminibus onerare uellent. Tunc ego nō uerbis, sed re ipsa rursus ostendi, ꝙ mortis quidem, si nō agrestius dictu hoc uideatur, nulla penitus mihi cura esset: ut uero nihil iniusti, neq; impij cōmitterem, in eo omnis mea cura uersaretur. Me enim ille principatus qui adeò robustus esset, nō perterruit ut aliqd iniusti perpetrarē. Quare postq̄ de Tholo egressi sumus, quatuor illi ad Salamina abierunt, & Leonem adduxerūt. Ego uero ad domum me contuli, & fortassis ea de causa me morte multassent, si nō principatus ipsorū breui dissolutus fuisset, et horū uobis multi erunt testes. Num ergo putatis me tot annos uictu rum fuisse, si in repub. uersatus essem, & pro boni uiri dignitate agens, iustis auxiliū tulissem, & hoc quemadmodū conuenit, plurimi fecissem? Multū abest, ô uiri Athenienses, nam neq; alij ulli homini id cōtigisset. At ego per omnē uitam & si quid publicè feci, talis cōparui, & priuatim idem hic nulli unquam quicq̄ præter iustum concessi, neq; alij, neq; ulli ex his, quos calumniatores isti meos discipulos esse dicunt. Ego aūt nullius unq; doctor fui. Si uero quis me dicētē, & priuatas res curantē audire cupit, siue iunior, siue senior is sit, nulli unq; inuidi: neq; acceptis pecunijs dissero, & nō acceptis id denego, sed similiter & diuiti, & pauperi, meipsum interrogandū exhibeo, atq; etiā si quis respondere uelit, & audire uicissim q̄ ego dico. Et ex his siue quis bonus euadit, siue non, ego nō iustè crimē sustinuerim eorum q̄ neq; promisi unq; ulli, neq; docui. Si uero quis

Socrates dæmonio à rep. prohibitus

Dæmoniū Socratis uocis modo

Reipub. pericula

Solus Socrates magistratui aduersatur

Athen. reipub. mutatio

Doctor nullius fuit Socrates

à me un-

quam aut didicisse, aut audiuisse se priuatim dicit, quod non etiam alij omnes, de illo nosse uos uolo, quòd uera nō dicit. At uero cur tandem aliqui diutina mecū conuersatione gaudeant, audiuistis ô uiri Athenienses. Omnem enim ueritatem ego uobis dixi. Nimirum quòd audire gaudent, dum explorantur hi qui sapientes se esse putant, non autem sunt. Est enim hæc res non iniucūda. Mihi uero uelut dico, hoc imperatum est ut faciam à deo, & ex oraculis, & ex insomnijs, & omni modo, quo unquā etiam alia quædā diuina sors homini quodcūq; facere imperauit. Hæc ô uiri Athenienses & uera sunt, & facile probari possunt. Nam si ego ex adolescentibus alios corrūpo, alios corrupi, cōueniebat sanè aliquos ex ipsis iam seniores factos, ubi cognouissent ꝙ ipsis quum adolescentes essent, unquā mali quid cōsuluissem, nunc prodire & me accusare ac ulcisci. Si uero ipsi hoc facere nō uellēt, aliquos ex cognatis illorū, patres & fratres, & alios necessarios, si quidē cognati ipsorū aliquid mali à me perpessi essent, nūc meminisse & ulcisci. Adsunt autē multi ipsorum hic, quos ego uideo. Primum Crito hic meus æqualis ac popularis, Critobuli huius pater. Deinde Lysanias Sphettius Æschinis huius pater. Antipho item Cephistensis hic, Epigenis pater. Adsunt etiam alij hic quorū fratres mecum conuersati sunt, Nicostratus Theosdotidæ filius, Theodoti frater. Et Theodotus quidem mortuus est, ut non sit quòd ille ipsum expectet. Et Paralus hic Demodoci filius, cuius frater erat Theages. Et Adimantus Aristonis filius, cuius frater est hic Plato. Et Æantidorus, cuius frater est Apollodorus. Sed & alios multos uobis dicere possem, quorum aliquē in sua actione testem producere Melitus maximè debuisset. Si uero tunc oblitus est, nunc producat. Ego concedo, & dicat si quid huiusmodi habet. At in totum huius contrariū comperietis ô uiri, omnes paratos ut mihi auxilium ferāt, qui corrumpo, qui male tracto cognatos ipsorū, uelut Melitus & Anytus dicunt. Ipsi equidem qui corrupti sunt si mihi auxilium ferrent, fortassis in crimine hærerent. Qui uero corrupti non sunt, uiri iam senes horum cognati, quā aliam mihi auxiliandi habuerint causam, quàm rectam & iustam? ut qui Melitum mētiri, me uero uera dicere sciant. Ac quæ quidem ego respondere uolui ô uiri, hæc fermè sunt, & alia fortassis huiusmodi. Fortassis autem aliquis ex uobis sui habita contemplatione grauiter tulerit, quòd quis qui etiam in leuiori causa litem haberet, iudices rogaret ac cum multis lachrymis supplicaret, filiosq; produceret, quo uel maximè commiserationem moueret: nec filios suos solum, sed etiam cognatos ac amicos multos: ego uero nihil horum faciam, & hoc quum in extremo periculo uersari puter. Fortassis igitur aliquis qui hæc secum cogitauit, contumacius erga me affectus fuerit, & ob hæc ipsa indignatus, cum ira contra me suffragium tulerit. Si itaq; aliquis ex uobis ita affectus est, ego sanè ita non sentio: moderatum tamen sermonem ad hunc mihi dicere uidear, si ita dicam. Sunt equidem mihi ô optime, & cognati quidam: Et iuxta illud Homeri,

Non ego de quercu natus sum, aut caute reuulsus,

Sed ex hominibus: Quare & cognati mihi sunt, & filij ô uiri Athenienses, tres. Vnus quidem adolescens iam, duo autem adhuc pueri, attamen nullo ipsorum huc producto rogabo uos ut à iudicio absoluar. Cur igitur nihil horum facio? Non ex contumacia quadam ô uiri Athenienses, neque quòd uos contemnam. Verum an ego confidenter affectus sim aduersus mortem, aut nō, alia ratio est. Ad existimationem igitur & de me, & de uobis, & totius reipub. non uidetur mihi honestum esse, ut ego quicquā horum faciā, qui & ad hoc ætatis deueni, & hoc nomen habeo, siue uerū id sit, siue falsum: certè opinione hominū confirmatum est, Socratē in aliqua re uulgi hominibus præstare. Si igitur hi qui ex uobis aut sapientia, aut fortitudine, aut alia quacūq; uirtute præstare se putant, tales erunt, turpe sanè fuerit: quales ego sæpe uidi aliquos quum iudicarentur putantes se aliquid esse, sed admiranda designantes, uelut horrendum quid se passuros esse putantes, si moriantur, quasi immortales futuri essent, si uos ipsos non occideretis: qui sanè dedecus ciuitati adferre mihi uidentur, adeò ut etiam aliquis peregrinus putare possit, præstantes uirtute Athenienses, quos ipsi sibijpsis tum in magistratibus, tum alijs honoribus præferunt, à mulieribus, nihil differre. Hæc enim ô uiri Athenienses neq; uos facere decet, qui quacūq; tandem re alijs præstare uidemini: neq; si nos faciamus, permittere: sed hoc ipsum ostēdere, quòd multò magis damnetis eos qui miserabiles

Monitus deorum modi qui sint

Sodales Socratis

Plato de seipso

Commiseratio nē non uiluerit Socrates

Filij Socratis tres

Mortis formido ac deprecatio uiro turpis

Universidad de Deusto
Biblioteca

rabiles illos ueluti scenicos actus producunt, & ridiculam ciuitatem faciunt, quàm qui
quietem agunt. Sed & ut nulla existimationis ratio ô uiri habeatur, tamen neq; iustum
esse mihi uidetur ut iudex rogetur, neq; ut rogans absoluatur, sed ut per hunc ille docea
Iudicis officiũ tur ac persuadeatur. Non enim ob hoc sedet ludex, ut in his quæ iusta sunt gratificetur,
sed ut hæc iudicet, & iureiurando se adstrinxit, se non gratificaturum esse prout ipsi ui-
sum fuerit, sed iudicaturũ secundũ leges. Proinde neq; nos decet asuefacere uos ad peie
randum, neque uos asuefieri. Neutri enim nostrum pij fuerint. Ne igitur censeatis ô uiri
Athenienses, talia apud uos me facere oportere, quæ neq; honesta esse duco, neq; iusta,
neq; sancta, præsertim per Iouem, quũ impietatis reus ab hoc Melito peragar. Nam si
persuaderem uobis, & precando cogerem qui iusiurandum præstitistis, manifestè sanè
deos esse non putare uos docerẽ. Et profectò dum mei defensionem paro, accusauerim
me ipsum, quod deos non putem. Verum multum abest ut res ita se habeat. Puto enim
ô uiri Athenienses quantum nullus ex meis accusatoribus, & uobis ac deo de me iudi-
care permitto, quatenus & mihi, & uobis optimũ futurum est. Quòd igitur ô uiri A-
thenienses non grauiter feram hoc factum uestrũ, quòd me condemnastis, tum alia mul
ta faciunt, tum quòd non præter spem acciderit mihi hoc factum. Verum multò magis
admiror factũ numerum utrorũq; calculorũ. Nõ enim speraram ita penè futurum esse,
Socrates damnatus trib. calculis deficiẽtib. Milledrachmæ pœna falsò accusantis sed multũ abfore. Nunc uero ut apparuit, si tres solum calculi trãslati fuissent, absolutus
fuissem. A Meliti quidem igitur accusatione, uelut mihi uideor, etiam nunc absolutus
sum, & non solum absolutus, sed & hoc omnibus manifestũ est, quòd si non Anytus &
Lycon ad me accusandũ prodijssent, etiã mille drachmæ illi damnato persoluendæ fuis
sent, ut qui non quintam calculorũ partem sit adeptus. Mortis igitur condemnandum
me hic uir postulat. Sit ita. Ego uero cuius rei contrà, me à uobis ô uiri Athenienses cõ-
demnandũ postulabo, quàm eius nimirũ qua dignus sum? Quid igitur dignus sum pati
aut depẽdere, eo quòd cum his quæ didici in usta nõ quietus uixi, sed neglectis his quæ
Condemnati capitis pœnã mitiorẽ petebant plerisq; multi faciũt, lucro, re familiari, imperio militari, concionibus, ceterisq; magistra
tibus, & coniurationibus ac seditionibus quę in repub. fieri solent, arbitratus meipsum
reuera mansuetiorem esse, quàm ut seruarer: si ad hæc me contulissem, ad ea quidem me
non contuli, ad quæ progressus neq; uobis, neq; mihijpsi utilis esse potuissem. Verũ ad
id ut maximo uelut ego sentio, beneficio unũquenq; uestrum priuatim afficerem pro-
gressus, huc me cõtuli, ut conatus sim unicuiq; uestrum persuadere, ut non prius neq;
suarũ rerum quicquam curaret, quàm suijpsius curam suscepisset, quo quàm optimus ac
sapientissimus euaderet: neq; rerũ publicarũ quicquam prius, quàm ipsius reipublicæ.
Et ut ita secundum eundem modũ etiam alias res curaret. Quid igitur dignus sum pati
qui talis existo? Bonũ quiddam ô uiri Athenienses, si sanè secundum dignitatẽ reuera
æstimatis, & ad hæc tale bonũ, quod sanè me deceat. Quid igitur decet uirum pauperẽ,
benefactorẽ, & qui ad uos admonendos, ut in ocio degat opus habet? Non est quid ô
Prytanei alimẽto Socrates se dignatur uiri Athenienses, quòd magis adeò deceat, quàm ut talis uir in Prytaneo alatur, multò
utiq; magis, quàm si quis uestrũ equo, aut bigis, aut quadrigis in Olympijs uicisset. Hic
enim facit ut uos felices esse uideamini. Ego uero ut sitis. Et hic quidem alimento nihil
opus habet, Ego uero opus habeo. Si igitur oportet me secundum id quod iustum est,
quare dignus sum æstimare, alimento in Prytaneo dignum me æstimo. Fortassis igitur
& dum hæc dico, similiter dicere uobis uideor, uelut quum de supplicatione facienda,
& commiseratione mouenda contumax esse uobis uiderer. Sed non est hoc huiusmo-
di ô uiri Athenienses, sed magis tale. Persuasus sum quòd ego mea sponte nulli homini
iniuriam faciam. Verum uobis hoc non persuadeo. Breue enim tempus inter nos dispu
Mortis causa, nulla cunctatio longa est tando contriuimus. Alioqui ut ego arbitror, si uobis lex esset, quemadmodum alijs ho
minibus de morte, nõ unã solum diem iudicare, sed multas, utiq; persuasi essetis. Nunc
autẽ non facile est in modico tẽpore magnas calũnias diluere. Quũ autẽ persuasus sim,
nemini iniuriã facere aliquẽ debere, multũ abest ut mihi ipsi iniuriã facturus sim, & ipse
cõtra meipsum pronũciaturus, q malo dignus sum, & me ipsum tali aliquo cõdemnatu
rus, ob quẽ aliũ timorẽ, q ut ne hoc patiar cuius Melitus me condemnandũ postulat, de
quo fateor me nescire, an bonũ sit, aut malũ? pro hoc uero eligã quid ex his quę mala es
se satis scio, & huius me condẽnem. Nũ uinculi? & quid opus est me uiuere in carcere,
ac seruire

ac seruire undecim uirorum, prout semper constituitur magistratui? At pecuniæ, & tan *Carcer, pecunia, exilũ, pœnæ leuiores*
diu ligatum esse, donec dependam? Sed idem mihi est quod modo dicebam. Nõ enim
habeo pecunias, unde dependã. At exilij me condẽnabo? Fortassis enim huius me con
demnaueritis. Sed multa me uitæ cupiditas teneret, ô uiri Athenienses, si ita inconside-
ratus essem, ut hoc expendere non possem. Quòd uos qui ciues mei estis, meam con-
uersationem ac sermones ferre non potueritis, sed graues uobis illi fuerunt ac inuidiosi
adeò, ut nunc quæratis ab ipsis liberari: alij uero ipsos ferent scilicet. Multũ abest ô uiri
Athenienses. Honesta igitur mihi esset uita, si tantæ ætatis homo hinc egressus, aliam
ex alia ciuitatem permutaret, & dum hinc inde expelleretur uiueret. Hoc equidem sa-
tis scio, quocunq; peruenero adolescentes me quemadmodum hic audient. Et si qui-
dem hos repulero, hi ipsi me expellent, seniores ad hoc persuadentes. Si uero non repu
lero, horum patres & cognati ob hos ipsos me expellẽt. Fortassis igitur dixerit aliquis,
Num hinc egressus ô Socrates, tacitus & quietem agens uitam ducere potes? At hoc
difficillimum omnium est ut aliquibus ex uobis persuadeam. Nam siue dico, quòd hoc
est deo non parere, & propterea ut quietem agam fieri non posse: non credetis mihi ue
lut per cauillum hoc simulanti: Siue rursus dico, hoc maximum homini bonũ continge
re, ut singulis diebus de uirtute sermones habeat, & de alijs, de quibus uos disserentem *Sapienti non est silendum*
me audiuistis, & me ipsum & alios explorantem: & quòd uita inexplorata, non sit uita
homini ducenda: hæc adhuc minus credetis mihi dicenti. At hæc ita se habent ut ego
dico ô Viri, uerum non facile persuaderi possunt. Et ego simul non sum solitus me ip-
sum aliquo malo dignum ducere. Equidem si mihi essent pecuniæ, condemnarem me
pecuniarum, quantum ipsarum dependere possem. Nullum enim in hoc detrimentum
paterer. Nunc uero non sunt, nisi sanè quantum ego dependere possim, tanti me con-
demnare uelitis. Fortassis autem possim dependere uobis argenti minam. Tanti igitur *Mina argenti, opes Socratis Plato de seipso*
me condemno. Plato uero hic ô uiri Athenienses, & Crito, & Critobulus, & Apollo
dorus iubent ut triginta minis me condemnandum æstimem, Ipsi autem fide iubere pa
rati sunt. Condemno igitur me tanti. Fideiussores autem uobis erunt hi pro argento fi-
de digni. Non equidem multi temporis gratia, ô uiri Athenienses, nomen & crimen ha *Triginta minis seipsum Socrates condemnat*
bebitis, ab his qui ciuitati uestræ conuitiari uolent, quòd Socratem occidistis uirum sa-
pientem. Dicent enim me esse sapientem, etiam si non sim, qui uobis exprobrare uo-
lent. Si itaque modicum tempus expectassetis, spontaneo modo uobis id contigisset,
quòd uidelicet mortuus essem. Inspicite enim in meam ætatem, quàm procul iam absit
à uita, morti uero propinqua. Dico autem hoc, non ad uos omnes, sed ad eos qui suis
suffragijs mortem mihi sciuerunt. Ad eosdem uero ipsos etiam hoc dico. Fortassis pu-
tatis me ô uiri Athenienses condemnatum esse, ob inopiam uerborum eiusmodi, qui-
bus uobis persuadere potuissem, si omnia facere ac dicere oportere putassem, quo ab
accusatione absoluerer. Multum sanè abest. Verum ob inopiam quidem cõdemnatus
sum, non tamen uerborum, sed audaciæ ac impudẽtiæ, & quòd dicere noluerim ad uos *Inopia audaciæ ac impudẽtiæ Socrates condẽnatus est*
talia, qualia uobis iucundissimum est audire, nimirum me lamentantem ac lugentem,
& alia multa ac me indigna, uelut ego sentio, facientem ac dicentem: qualia sanè uos
adsueti estis ex alijs audire. At neq; tunc putaui quicquã illiberale periculi uitandi gra
tia facere oportere: neq; nũc me pœnitet hoc defensionis modo me usum esse: sed mul-
tò magis uolo, sic habita mei defensione mori, quàm illo modo uiuere. Neq; enim in iu
dicio, neq; in bello, aut me, aut alium quenquã, hoc machinari oportet, ut omnia facien
do mortem effugiat. Etenim in prelijs sępe manifestũ fit, quòd mortem facile quis effu-
gerit, si & arma abiecerit, & ad supplicationẽ persequentium se conuerterit. Sed & aliæ *Mortis fuga in bello facilis*
multæ artes sunt in singulis periculis mortẽ euitãdi, si quis omnia facere ac dicere auder. *Improbitatis fuga difficilis*
At non hoc difficile est ô uiri Athenienses effugere mortẽ, sed multò difficilius est effu
gere improbitatẽ. Nam uelocius morte currit. Et nunc ego, ut qui tardus sim & senex,
à tardiore deprehensus sum. Mei uero accusatores, ut qui uehemẽtes sunt ac ueloces, à
uelociore improbitate. Et nũc sanè ego abeo, morti à uobis adiudicatus: hi uero à uerita
te adiudicati improbitati ac iniustitiæ. Et ego in condẽnatione permaneo, & isti. Hæc
quidem igitur fortassis etiã sic se habere oportebit, & arbitror ipsa moderatè se habere.
Postea uero uobis qui me condẽnastis uaticinari uolo. Nam sum iam in eo rerũ statu, in
quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vaticinantur qui morti uicini sunt

quo homines maximè uaticinari solent, quum uidelicet morti propinqui sunt. Vaticinor enim uobis ô Viri si me occideritis, supplicium uobis affuturũ esse statim post meam mortem, atq; hoc multò grauius per louem, quàm quo me occideritis. Nunc enim hoc feciſtis, putantes fore ut liberemini ab eo, ut nulla uobis uitę ratio sit reddenda. Sed ualdè contrarium uobis eueniet, uelut ego affirmo. Plures enim erunt qui uos redarguant, quos ego antea cohibebam, uos autem id non sensistis: & tantò erunt uobis molestiores, quantò sunt iuniores, & uos magis succẽsebitis. Si enim putatis occisis hominibus, cohibituros uos esse aliquẽ, ut ne uobis exprobret, quòd non rectè statuitis, non probè ratiocinamini. Est enim hæc liberatio nec ualida admodũ, nec honesta. Verum pulcherrima & facillima est illa, nõ alios impedire, sed seipsum pręparare, ut quàm optimus euadat. Hęc igitur uobis qui me cõdemnastis uaticinatus discedo. Vobis autẽ qui me absoluistis libenter dissererẽ de hac re ita transacta, interim dum magistratus occupati sunt, & nondum abeo eò, quo me progressum mori oportet. Quare mihi tanto tempore ô uiri Athenienses assistite. Nihil enim prohibet ut inter nos fabulemur quandiu licet. Vobis enim ut qui amici mei sitis, ostendere uolo quid tandem significet id quod nunc mihi accidit. Mihi enim ô Viri Iudices, (Si enim uos iudices appello, rectè appello) mirabile quiddam accidit. Nam uox illa familiaris mihi ac dæmonij uaticinatrix, in superiori quidem toto tẽpore semper ualdè frequens mihi erat, & in paruis admodum aduersabatur, si quid non rectè facturus essem. Nunc uero acciderunt mihi hæc, quæ & uos uidetis, & quæ sanè putare quis posset, ac censeat extrema malorum esse. Mihi uero neq; egresso mane è domo, dei signũ aduersatum est, neq; quando huc conscendebam ad iudicium, neq; in ulla sermonis parte, si quid dicere uellem, & quidem quum in alijs sermonibus, in multis locis interim dum dicerem, me cohibuerit. Nũc uero in hac actione nusquã, neq; in aliquo opere, neq; in sermone mihi aduersatum est. Quam igitur causam esse putem, ego uobis dicam. Videtur enim mihi hoc quod accidit, bonum esse. Et non est quòd nos rectè suspicemur, qui mori malum esse putamus. Magnã autem coniecturam ego inde sumo. Non enim fieri potuisset, ut consuetum signum mihi non aduersatum fuisset, si non quid boni facturus fuissem. Consideremus autem & hoc modo, quòd multa spes est, bonũ hoc ipsum esse. Duorum enim alterum Mors est. Aut enim uelut nihil est, neq; ullũ aliquem ullius rei sensum mortuus habet: aut secundum ea quæ dicuntur, mutatio quædam est, & animæ hinc ex hoc loco ad alium locum transmigratio. Et si sanè nullus est sensus, sed uelut somnus, quando quis dormiens neq; somnium ullum uidet, admirabile lucrũ mors fuerit. Ego enim arbitror, si quis hanc noctem deligere deberet, in qua sic dormiuit, ut neq; somniũ uiderit, & alias noctes ac dies uitæ suæ cum hac nocte conferre, ita ut habita consideratione ipsi dicendum sit, quot dies ac noctes in uita sua, hac nocte melius ac iucundius uixisset: arbitror ego inquam, non solum priuatum quẽdam, sed ipsum etiam magnum Regem, facile numerabiles has comperturum esse, ad reliquas dies ac noctes collatas. Si igitur tale quid est mors, lucrum sanè esse ego dico. Nam nihil amplius totũ adeò tempus esse apparet, quàm una nox. Si uero rursus Mors uelut demigratio est hinc ad alium locum, & uera sunt quæ dicuntur, q̃ uidelicet illic sunt omnes mortui, Quod maius bonum hoc esse possit ô uiri Iudices? Si quis enim delatus ad inferos, & ab his qui se iudices esse affirmant liberatus, comperiet eos qui reuera sunt iudices, quiq; etiam dicũtur illic iudicare, Minoem nimirum & Rhadamanthum, & Æacum, & Triptolemum, & alios quotquot ex semideis iusti fuerunt in sua uita, num mala fuerit hæc demigratio? Aut cum Orpheo conuersari, & Musæo, & Hesiodo, & Homero, quanti quis uestrum æstimet ac expetat? Ego equidem sæpe mori cupio, si hæc sunt uera. Nam mihijpsi sanè admiranda fuerit isthic conuersatio, ubi incidam in Palamedem, & Aiacem Telamonium, & si quis alius ueterum iniusto iudicio condemnatus perijt. Si enim meum cum illorum casibus conferrem, non iniucundum arbitror id esset. Sed & maximum est illic degere, ubi quis exploret ac scrutetur, quemadmodum hic, quis ipsorum sapiens sit, & quis sapientem se putet, non autem sit. Quanti uero quis æstimet ô uiri Iudices, explorare eum qui magnum illum ad Troiam duxit exercitum, aut Vlyssem, aut Sisyphum, aut alios innumerabiles, si quis uiros & mulieres dicat: cum quibus illic colloqui, ac conuersari, & ipsos explorare

Dæmonium Socrati defendenti se nõ affuit

Mortem non esse malum

Duorum necessariũ alterum de morte esse

Mors somnus est absq; somnio

Nox est perpetua una dormienda

Inferorum iudices

Iudicio iniusto cõdemnati

rare, ingentis omnino fuerit felicitatis. Nec uero ea de causa hi qui illic sunt occidunt. Nam & in alijs feliciores sunt qui illic degunt his qui hic, & iam reliquum tempus immortales sunt, si quidem ea quæ dicuntur uera existunt. Sed & uos ô Iudices bona spe prædítos esse cõuenit aduersus mortem, & unũ hoc uerum esse cogitare, quòd uiro bono nihil mali contingit, neq; uiuenti, neq; mortuo: & quòd res eius à dijs non negliguntur. Neq; ut nunc se habẽt meæ res casu accidit, sed manifestum est mihi hoc, quòd iam mori, & à negocijs liberari, melius mihi est. Quapropter etiam signum nequaquam me auertit. Et ego sanè his qui me condemnarunt & accusarunt non admodum indignor, etiamsi non eo consilio me condemnarint & accusarint, sed quòd lædere me putarent: & hoc est quod in ipsis reprehendi meretur, attamen tantum ipsos rogo. Filios meos postquam adoleuerint ô uiri, si eodem modo uobis molesti fuerint, quo ego uos molestia affeci, itidem cõdemnabitis: Et si uobis uisi fuerint aut pecuniarum, aut alterius alicuius rei prius, quàm uirtutis curã gerere: Et si aliquid se esse putauerint, quũ nihil sint, exprobrate ipsis, quemadmodum ego uobis, eo quòd eorum quæ curare ipsos oportebat, nullam curam habent, & se esse aliquid putant, quum nullius precij sint. Et si hæc feceritis, iusta à uobis passus fuero tum ego, tum filij. Sed iam tempus est abeundi, mihi quidem ut moriar, uobis autem ut uiuatis. Vtri uero nostrum ad meliorem rem abeant, incertum est omnibus, & soli deo cognitum.

Bono uiro nihil mali accidit, neq; uiuẽti, neq; mortuo,

Filijs Socratis quid precetur

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTIÑI in Critonem, ad Laurentium Medicem uirum magnanimum.

QVEMADMODVM Apologiæ, ita Critonis quoq; tam ordinata, tam plana dispositio est ut argumento non egeat. Aduerte tamen in primis Socratem, sicut in Apologia uigilans uaticinatus est, sic in Critone dormientem uaticinari, ut cognoscas sapienti pioq; utro deum & uigilanti & dormienti semper adesse. Ex omnibus autem collige euangelicæ doctrinæ confirmationẽ. Approbationem martyrum. Exemplar iustitiæ. Incomparabilem fortitudinem. Contemptum mortalium. Desiderium æternorum. Religionis deniq; fundamentum. Quid memorem uulgi opinionẽ contemnendam esse, sapientis dntaxat sententiam, immo ueritatem ipsam esse colendam? Quid rursus, non uiuere quidem, sed bene uiuere exoptandum? Item inimicis malefaciendum esse nunquam, neq; iniurias ulciscẽdum? Rursus & periculũ mortis interitumq; subeundum potius quàm peccandum? Quid referam obseruantiã legum singularem? & inextimabilem patriæ charitatem? Quam & parentibus & uitæ proculdubio anteponit, ob hanc, ut ipse inquit, rationem, quo in alteram profectus uitam, ualeat æterno iudici æquam anteactæ uitæ reddere rationem, neq; leges quæ illic imperãt humanarũ legum sorores expauescere compellatur. Concludit denique rationes iustitiæ fauentis mentis suæ auribus usq; adeo insonare, ut alia audire non possit, frustraq; conaturum, quicunq; pergat dissuadere. Addit ea solum uia esse pergendum, qua deus, id est ratio diuinitus infusa, perducit.

PLATONIS ATHENIENSIS CRITO,

SIVE DE EO QVOD FACIENDVM EST. *Moralis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. CRITO.

VR nunc uenisti ô Crito, aut non adhuc mane est? CR. Maximè. SOC. Qua maximè hora? CR. Profunda aurora. SOC. Miror quomodo tibi carceris custos parere uoluerit. CR. Familiaris iam mihi est ô Socrates, eo quòd sæpe huc ueniam, & quidem etiam bene mificio à me afficitur. SOCR. Modo'ne uenisti, aut iamdudum? CRI. Admodum dudum. SOCR. Deinde quomodo non statim excitasti me, sed cum silentio assides? CRITO. Per louem, neque ipse uellem ô Socrates in tantis uigilijs ac dolore esse. Sed & dudum admi

Universidad de Deusto
Biblioteca

admiror te, dum sentio quàm suauiter dormias, & data opera te nõ excitaui, ut quàm iucundissimè degeres. Et sæpe quidem etiam prius per omnem uitam, ob istos mores beatum te prædicaui, multò autẽ maximè in præsenti calamitate, quòd facile ipsam aclenitersuffers. S O C. Absurdũ equidem esset ô Crito, eum qui ad hoc ætatis deuenisset succensere, quòd iam sibi moriendũ esset. C R. Et alij ô Socrates in ea ætate ab huiusmodi calamitatibus corripiuntur. Sed nihil concedit ipsis ætas, ut ne præsenti fortunæ succẽseant. S O C. Est ita. Sed cur adeò mane ueneristi? C R. Nuncium ferens ô Socrates horrendum, non tibi ut mihi apparet, sed mihi, & tuis familiaribus omnibus & horrendum, & graue, quod quidẽ ego, ut mihi uideor, ut nihil omnino aliud, grauissimè tulerim. S O C. *Dies certa Socratis morti destinata* Quod nuncium? Num nauis ex Delo uenit, qua ueniente mori me oportet? C R. Nondum sanè rediit, sed uidetur mihi hodie uentura esse, ex his quæ denunciant quidam de Sunio uenientes, qui ipsam illic reliquerũt. Ex his igitur nuncijs clarum est hodie illam uenturam esse. Et necesse sanè erit te ô Socrates cras è uita decedere. S O C. At cũ bona fortuna ô Crito, si ita dijs gratũ est, ita fiat. Non tamen puto ipsam hodie uenturam esse. C R. Vnde hoc cõiectas? S O C. Ego tibi dicam. Nam postridie quàm nauis uenerit mori me oportet. Ita autem dicunt hi penes quos horũ potestas est. Non itaq; hac instante die uenturam ipsam opinor, sed altera. Coniecto autẽ ex quodam insomnio, quod paulò antea uidi hac nocte, & oportunè me non excitasse uideris. C R. Quod uero erat insomnium? S O C. Videbatur mihi mulier quædam me accedere, honesta ac specioſa, albis uestibus induta, & me uocare ac dicere, ô Socrates.

Insomnium Socratis Tertia lux aderit, Phthiam uenies ad amœnam.

C R. Quàm absurdum insomnium ô Socrates. S O C. Euidẽs equidem ut mihi uidetur ô Crito. C R. Valdè sanè ut apparet. Verũ ô beate Socrates adhuc etiam nũc mihi pare, & te nobis serua. Nam mihi si tu morieris, nulla alia calamitas supereſt, Sed & absq; hoc ut te priuatus sim tali sodali, qualem ego nullum unquam reperiam, adhuc etiam uidebor plerisq;, qui me & te non satis nouerunt, quòd quũ te seruare potuissem, si pecunias expendere uoluissem, neglexerim. Et quidẽ quæ hac turpior esse possit opinio, quàm pecunias pluris facere uideri cũ amicos? Non enim credent pleriq; teipsum noluisse hinc abire, nobis omni studio id à te contendentibus. S O C. At quid uobis ô beate Crito, uulgi opinio adeò curæ est? Moderatissimi enim, quos magis curare oportet, putabũt hæc ita gesta esse, quemadmodũ gesta sunt. C R. Imò uides ô Socrates, quòd necesse est etiã uulgi opinionem curare. Res autem præsentes nunc declarant, uulgus non minima mala efficere posse, sed ferè maxima, si quis apud ipsum delatus sit. S O C. Vtinã posset uulgus ô Crito maxima mala efficere, quo etiã bona maxima, posset, & bene res se habeat. Nunc autem neutra potest. Neq; enim prudẽtem, neq; imprudẽtem facere potest. Sed prout contigit quælibet facit. C R. Hæc itaq; sic se habeant. Verum dic mihi ô Socrates, Num mihi & alijs sodalibus tuis prouides, ne si hinc elabaris, calumniatores nobis negocia faciant, uelut qui te hinc furati simus, & cogamur aut omnes opes amittere, aut multum pecuniarum, aut etiam aliud quid ad hæc pati? Si enim tale quid times, hoc ipsum ualere sinas, Nos enim hoc periculũ subire iustum est ut te seruemus, & adhuc maius hoc, si ita opus esset. Quare mihi pare, & ne aliter facias. S O C R. Et hæc & multa alia prouideo ô Crito. C R. Ne itaq; hæc formides. Nam neq; multum pecuniæ est, quam accipere uolunt quidam, & te seruare, atq; hinc educere. Postea non uides calumniatores istos, quàm uiles sint, & nihil opus sit ad ipsos multo argento. Tibi uero meæ pecuniæ ut arbitror sufficiunt. Postea uero etiam si quid mei curam gerens, non impendere me oportere mea putas, externi hi prompti sunt ut hic expendant. Vnus autem etiam attulit ad hoc ipsum, argentum quod satis est Simmias Thebanus. Promptus est etiam Cebes, & alij multi. Quare uelut dico, neq; hæc ueritus, te ipsum seruare negligas, neque id quod in iudicio dicebas tibi moram injiciat: quòd etiãsi hinc exijsses, nullum tui usum nosses. In multis enim locis quocũq; diuerteris, amplectẽtur te. Si uero Thessaliam adire uolueris, sunt mihi illic hospites, qui multi te facient, & te tutum præstabũt, ut nemo tibi per Thessaliam molestus futurus sit. Præterea uero neq; iustam rem aggredi mihi uideris, quòd teipsum prodis, quum seruare possis, & ut talia circa te cõtingant studio habes, quæ inimici tui molirentur, & moliti sunt, perdere te uolẽtes. Et ad hæc etiam filios tuos

Opinio uulgi an sit curanda

Vulgi potestas

Fugam Socrati persuadentia

tuos prodere mihi uideris, quos quum liceat tibi educare ac erudire, relinques, & quod ad te attinet, prout quid contigerit id facient. Assequentur autem uelut uerisimile est talia, qualia contingere solent in orbitate circa pupillos. Aut enim pueros facere non oportebat, aut educando illos ac erudiendo una laborem ferre. Tu uero uideris mihi ea quæ maximè torpentium sunt elegisse. Conueniebat autem ea eligere, quæ uir bonus ac fortis eligeret, præsertim te, qui asseris per omnem uitam uirtutis curam te habuisse. Quare ego etiã tuo, & nostro sodalium tuorum nomine erubesco, ne tota circa te res, ignauia quadam nostra transacta esse uideatur, tum quòd ad iudiciũ ingressus es, quum non ingredi licuisset: tum ipsa causæ actio uelut peracta est: & postremum hoc uelut ridicula catastrophe totius rei. quòd improbitate quadã ac ignauia nostra effugisse nos uidebimur, qui te non seruauimus, neq; tu teipsum, quũ id fieri potuisset, si uel modica aliqua nostra industria fuisset. Hæc igitur uide ô Socrates, ne una cum malo etiam turpia sint, & tibi, & nobis: Quare delibera. Imò neq; deliberãdi amplius tempus est, sed ut iam sit statutum. Vnum autẽ est consilium. Nam sequẽti nocte omnia hæc trãsacta esse oportet. Si uero diutius expectauerimus, impossibile est, & non amplius fieri potest. Quare omni modo mihi ô Socrates pare, & nequaquam aliter facias. S O C. Promptitudo tua ô chare Crito multi facienda esset, si cum rectitudine quadã coniuncta esset: Sin minus, quantò maior, tantò deterior est. Considerare igitur conuenit nos, an facienda sint hæc, aut non. Nam ego non solum nunc, sed semper talis sum, qui meorum nulli alij paream, quàm rationi, quæ mihi ratiocinãti optima esse uisa fuerit. Sermones equidem quos in superioribus habui, non possum nunc reprobare, postquam in hanc fortunam incidi, sed uidentur mihi ferè similes, & eosdem profero ac magni facio, quos etiã prius. Quibus si non meliores in præsentia proferre poterimus, probè scias me tibi non concessurum esse etiam si uulgi potestas plura quàm nunc adsunt uincula, & mortes, & pecuniarum direptiones intẽtans, uelut pueros, nos perterreat. C R. Quomodo igitur moderatissimè hæc ipsa considerauerimus? S O C R. Si primum quidem hunc sermonẽ reuidelicet aliquibus opinionibus animum aduertere oportet, aliquibus non. Aut prius, quàm me mori oportebat, rectè dicebatur: nunc autem manifestus factus est, quòd alio qui disputationis gratia dictus fuerit, reuera aũtem lusus & iocus fuerit. Cupio autem ego tecum ô Crito in communi cõsiderare, num sermo ille alienior mihi uideatur, post quam res meæ huc deuenerunt, aut idem? & num ualere ipsum sinemus, aut ipsi parebimus? Dicebatur autem quodammodo semper sic, ut ego arbitror, ab his qui dicere se aliquid putant, quemadmodum nunc ego dicebam, quòd opiniones quas homines habent, partim multi facere oporteat, partim non. Hoc per deos ô Crito, non uidetur tibi rectè dici? Tu enim in quantum humana fert cõditio, extra id positus es, ut tibi cras sit moriendum, & non poterit te præsens calamitas percellere. Considera itaq;. Non'ne iustè tibi id dici uidetur, quòd non omnes hominũ opiniones magni facere oportet, sed alias quidem, alias non: neq; omniũ, sed aliquorũ quidem, aliquorum non? Quid dicis? Non'ne hæc recte dicuntur? C R. Rectè. S O C. Non'ne bonas quidem magni facere oportet, malas autem non? C R. Etiam. S O C. Bonæ autem non'ne sapientium, malæ uero insipientium? C R. Quid ni. S O C. Age uero quomodo rursus talia dicebãtur. Vir qui se in gymnasiis exercet, & hoc facit, utrum ad cuiusuis uiri laudem & uituperationem ac opinionem animum aduertit, aut ad unius solum illius qui Medicus est, aut Pædotribæ? C R. Ad unum solum. S O C. Non'ne formidare conuenit uituperationes, & amplecti laudes unius illius, & non multorum? C R. Nimirum. S O C. Hac igitur ratione ipsi faciendum est, & exercendum, & edendum ac bibendum, qua uni illi præceptori & gnaro uisum fuerit, magis quàm qua omnibus alijs. C R. Est ita. S O C R. Sit sanè. At si uni illi non pareat, & opinionem ac laudes ipsius nihili faciat, uerum multorum ac nihil scientium laudes magni faciat, non'ne quid mali perpetietur? C R. Quid ni? S O C. Quod uero est hoc malum, & quò tendit, & in quam rem eius qui non paret. C R I. Nimirum in corpus. Hoc enim perdit. S O C R. Rectè dicis. Num & de alijs ita res se habet, ut ne omnia percurramus, & sanè etiam de iustis ac iniustis, & turpibus ac honestis, & bonis ac malis, de quibus nunc nobis consultatio est, utrum multorum è uulgo opinionem sequi

Simile rerum Socratis ad fabulam

Ratioi parẽdũ

Opinionum consideratio

Vnius docti iudicio standum, non multorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos oportet, & ipsa formidare, aut unius qui sit intelligens, quē & uereri oportet & formidare magis quàm omnes alios: quē si non sequemur, corrūpemus illud & mutilabimus, quod à iusto quidem melius factū fuisset, ab iniusto autē perit? Aut nihil est hoc? C R. Arbitror ego ô Socrates. S O C. Age itaq; si id quod à salubri melius fit, à morboso uero corrūpitur, perdiderimus, non intelligentiū opinioni parentes, num uiuendū nobis est eo corrupto? Est autē hoc utiq; corpus, aut non ita? C R. Etiam. S O C. Num igitur uiuendum nobis est cum prauo ac corrupto corpore? C R I. Nequaquam. S O C. At cum illo fortasse uiuendum nobis est corrupto, quod iniustū quidem mutilat, iustum autē iuuat? Aut uilius corpore putamus esse illud, quicquid tandē id ex nostris est, circa quod

Vulgi opinio nihili facienda

& iniustitia & iustitia uersatur? C R. Nequaquā. S O C. At præstantius? C R I. Multò sanè.

Veritati inhærendū

S O C. Non igitur ô optime ualdè adeò nobis curandū est, quicquid uulgus de nobis dicat, sed quid unus ille de iustis ac iniustis intelligēs, & ipsa adeò ueritas. Quare primum nō rectè inducis, dum uulgi opinionē curare nos oportere dicis, de iustis, et honestis, & bonis, & quę his cōtraria sunt. At dixerit sanè quis, Vulgus nos occidere potest. C R. Nimirum & hęc dixerit quis ô Socrates. S O C. Vera dicis. Sed ô admirande hic sermo quē recensuimus similis esse mihi uidetur superiori. Et hunc rursus considera, an adhuc ma

Nō uiuere, sed bene uiuere amplectendum

neat nobis, aut non, q̄ non uiuere plurimi faciendū est, sed bene uiuere. C R. Imò manet. S O C. At bene, & rectè, & iustè, idē esse, manet ne, aut nō manet? C R I. Manet. S O C. Ex confessis igitur hoc cōsiderandum est. Vtrū iustum sit me hinc elabi conari, nō permittentibus id Athenien sibus, aut nō iustum. Et si quidem appareat esse iustū, id conemur: Sin minus, sinamus. Quas uero tu affers cōsiderationes, de pecuniarum impensa, & opinione, & liberorū educatione, reuera eorū sunt ô Crito, qui facile occidunt, & resuscitarent utiq;, si id fieri posset, nulla cū intelligētia, ex multorū de uulgo numero. Nobis autem quandoquidē ita exigit ratio, nihil aliud cōsiderandum fuerit, q̄ quod modò dicebamus. Vtrū iusta faciemus, si & pecunias persoluamus, & gratiam habeamus his, qui me hinc educent, & si ipsi tum educamus, tum educamur. Aut reuera iniustè faciemus, si omnia hęc fecerimus? Et si nobis uisum fuerit, quòd iniustè hęc fecerimus, ne cogitandum quidem de hoc nobis fuerit, etiam si mori oporteat hic manentes, & in quiete degentes, aut etiam aliud quodcūq; pati, præ eo ut ne iniustè faciamus. C R I. Rectè dicere mihi uideris ô Socrates, uide uero quid faciamus. S O C. Consideremus ô bone in cōmuni, & si quid habes quod me dicente cōtradicas, cōtrà dicito, & tibi parebo. Sin minus, desine iam ô beate, sæpe mihi eundem sermonē proferre, quòd me inuitis Athenien sibus hinc abire oporteat. Nam ego plurimi facio, persuadere te mihi ut hæc faciā, sed nō inuitus. Vide uero cōsideratiōis initiū, an tibi satis iustè dicatur, & conare ut ad id quod interrogatur respōdeas, quatenus maximè id faciendum esse duxeris. C R. At conabor.

Iniustè nullo modo ultrò faciendum esse

S O C. Nullo modo ultrò iniustè faciendū esse asserimus, aut aliquo quidē modo iniustè faciendū, aliquo uero nō, aut iniustè facere, nequaquā nec bonum, nec honestū est, uelut sæpe nos etiam in superiore tēpore cōfessi sumus, quodcūq; etiam modò dicebamus? Aut omnes illæ superiores consensiones in paucis his diebus nobis effusæ sunt, & dudum ô Crito nos tam grandes natu uiros senes, seriò inter nos disputantes latuit, quod nihil à pueris differimus? Aut præ omnibus sic res se habet, quemadmodum tunc dicebamus, siue afferat uulgus, siue non, & siue grauiora his nos pati oporteat, siue etiam leuiora, tamē iniustè facere, & malum, & turpe, iniustè facienti omni modo existit? Sic fa

Vlciscendum non esse

remur, aut non? C R. Fatemur. S O C. Nequaquā igitur iniustè facere oportet? C R I. Non sanè. S O C. Neq; si quis iniuria affectus sit, uicissim iniuria afficere oportet, uelut plerique putant, quandoquidē nequaquā iniustè facere oportet? C R I. Non uidetur. S O C. Quid uero malo afficere ne ô Crito oportet, aut nō? C R. Nō oportet ô Socrates. S O C. Quid uero uicissim malo afficere si quis malo affectus sit, uelut plerique asserunt, iustū est, aut iniustū? C R. Nequaquā. S O C. Nam malo afficere homines, & iniustè facere, nihil differunt. C R. Vera dicis. S O C. Neq; igitur uicissim iniuria afficere oportet, neq; malo affice re ullum aliquē hominem, neq; si quodcūq; tandem patiaris ab ipsis. Et uide ô Crito si

Contemptus ex consiliorum dissensione

hæc cōfitearis, ut ne præter opinionem cōfitearis. Noui enim quòd paucis quibusdam hæc & uidentur, & uidebuntur. Quibus autē ita uidetur, & quibus nō, his non est communis consultatio, sed necesse est ut dum alij aliorum consilia expēdunt, uicissim alius

alium

alium contemnat. Proinde & tu ualdè bene considera, utrum consentias, & tibi unà mecum uideatur, & hinc consultare incipiamus, quòd nunquam rectè habeat, neq; iuriam facere, neq; uicissim iniuria afficere, neque malo affectum ulcisci, uicissim male afficiendo: aut discedas, & cum hoc principio non consentias. Mihi enim & dudum, & nunc amplius ita uidetur. Tibi uero si forte aliter uideatur, dic & doce. Si uero in superioribus perseueras, id quod sequitur audi. C R I T. At perseuero, & mihi unà tecum uidetur. Quare dic. S O C R. Dico itaque id quod sequitur, imò potius interrogo: Vtrum quę quis alicui promiserit, si ea iusta sunt, facienda sint, aut fides fallenda sit? C R I T. Fa-

Promissa iusta facienda esse

cienda sunt. S O C R. Ex his itaq; uide, si nos hinc abiremus, repub. ad hoc non persuaderemus in his quæ iusta sunt, & quæ promisimus, aut non? & an perseue

Carcere elabi, iniustum esse

rares quid respondeam ad id quod interrogas. Non enim intelligo. S O C R. At hoc modo considera. Si meditantibus nobis hinc, siue aufugere, siue quomodocūq; hoc nomine oportet, ueniant Leges & respub. & adstantes nobis dicant. Dic nobis ô Socrates, quid nam aliud facere cogitas, quàm hoc tuo facto, quod præ manibus habes, & nos leges perdere, & uniuersam rempub. quantū eius in te est? Aut uidetur tibi fieri posse, ut illa respub. maneat, & non subuertatur, in qua facta iudicia nihil uirium habeant, sed à priuatis irrita fiāt ac corrūpantur? Quid dicemus ad hęc & alia eiusmodi ô Crito? Mul-

Prosopopœa legum,

ta enim sunt quæ quis dicere possit, tum aliàs, tum si orator sit, pro hac lege ita pereūte, quæ iudicia iudicata rata haberi iubet. Aut dicemus rempub. iniuria nos affecisse, & nō rectè iudicasse? Hæc aut quid dicemus? C R. Hæc per Iouem ô Socrates. S O C. Quid igitur dixerint leges? Profectò ô Socrates de his & nobis, & tibi consensum est, quòd sen-

Iudicia iudicata rata habēda

tentijs quas respub. tulerit stare uelimus. Si igitur ipsas hæc dicentes admirarentur, fortassis dicerent. Ne admireris ô Socrates ea quæ dicimus, sed responde, quandoquidem & interrogare, & respōdere cōsuetus es. Age enim quo nomine nos accusas, ut & nos, & rempub. perdere uelis? Non ne primum quidem te genuimus? & per nos pater tuus matrē tuam accepit, & te seminauit? Dic igitur, his nostris circa nuptias legibus succenses, uelut non rectè se habētibus? Non succenseo dixerim. At his quæ latæ sunt ad nati

Musica et gymnastica pueri instituebantur

am educationē ac institutionē, qua etiam tu institutus es? Aut non rectè præceperunt leges nostræ ob hoc sancitę, iubentes patrē tuum, in Musica ac Gymnastica te erudire? Rectè dixerim. Sit ita. Postquā uero genitus es, & enutritus, et eruditus, potes ne dicere, primū quidem quòd non noster filius sis & seruus, tum ipse, tum tui progenitores? Et si hoc ita se habet, Num ex æquo tibi & nobis iustum esse putas, & quęcūq; nos tibi face-

Patriæ præstantia

re aggrediamur, ea & tu uicissim nobis facere iustum esse putas? Aut ad parem quidem non æquale tibi ius est, & ad dominū, si quē haberes, ut quæ ab illis patiaris, ea etiam ui cissim facias: aut si illi te obiurgent, ut tu cōtradicas: aut si uerbereris, ut uicissim uerbe-

res: aut alia huiusmodi multa: aduersus patriam uero tibi licebit, ut si nos perdere te aggrediamur, iustum id esse ducentes, tu etiam nos leges & patriam, quātum possis uicissim perdere aggrediaris, & hæc faciens iusta te facere dicas tu, quireuera uirtutis curam

Patria præstantior parentibus

ribus præstantiorem esse patriam, sanctioremq; ac magis reuerendā, & in maiori sorte & apud deos, & apud homines mente præditos: Et colere magis oportet patriam, eiq; concedere ac indignanti magis blandiri, quàm patri: & aut illi persuadere, aut quę iusse rit facere, & pati, si quid patiendū esse præceperit, ita ut patienter sustineas, siue uerbera ri iusserit, siue in uincula conijci, siue ad bellum eduxerit uulneribus aut morti exponendum. Hæc facienda sunt, & iustum ita se habet, & non recedendū, neq; secedendū, neq; ordo deserendus est, Sed & in bello, & in iudicio, & ubiq; facienda sunt ea quæ respub. & patria iubet, aut persuadere illi oportet, quatenus iustum hoc admittit. Cogere uero pium non est, neq; matrem, neq; patrem, multò autem minus pium est cogere patriam. Quid dicemus ad hæc ô Crito, num uera dicere leges, aut non? C R. Mihi sanè uidetur. S O C R. Considera igitur ô Socrates, dixerint fortasse Leges, an nos uera hæc dicimus, quòd non iusta nobis facere aggrederis, ea quæ nunc meditaris. Nos enim sumus quæ te genuimus, educauimus, eruditimus, quæ contribuimus omnia bona, quæ in nostra potestate fuerunt, tū tibi, tum alijs ciuibus omnibus, tamen prędicimus per hoc q̄ cuiq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Athenienſi poteſtatem fecimus, ut ſi uelit, poſtquam probauerit ac cognouerit reipub. negocia, & nos leges, ſi forte alicui non placeamus, liceat accipere quæ ſua ſunt, & abire quocunq; uelit: & nulla ex nobis legibus impedimento eſt, neq; interdicit, ſiue quis ueſtrum ad coloniam tranſire uelit, ſi nos & reſpub. non placeamus, ſiue aliò habitationem transferre, ut eò abeat quò uelit, ſua ſecum habens ac deportãs. Quicunq; uero ex uobis hic permanſerit, uidens quo modo nos & iudicia iudicamus, & in reliquis rempub. gubernamus, hunc iam aſſerimus re ipſa nobiſcum conſenſiſſe, quòd ea facturus ſit quæ nos iuſſerimus. Et eum qui nõ paruerit, trifariã iniuſtè facere aſſerimus, & quòd nobis genitricibus non obedit, & quòd nutricibus non paret, & quòd partus nobis parere, neq; paret, neq; nobis perſuadet, ſi non rectè quid facimus. Quum enim nos proponamus, & non crudeliter facere præcipiamus, quæcunq; tandem iuſſerimus, ſed ex duobus alterum permittamus, aut nobis perſuadere, aut facere: horum neutrum facit. In his itaq; criminibus etiam te ô Socrates hæſurum eſſe affirmamus, ſi quidem ea quæ cogitas facies, & non inter minimos ſed inter præcipuos Athenienſes. Si igitur ego dixerim, cur iſtud? Fortaſſis iuſtè me momorderint hi ſuerbis: Quòd ego inter precipuos Athenienſium cum ipſis conſenſerim in hoc pactum. Dixerint enim, magna ô Socrates nobis ſunt horum argumenta, quòd tibi & nos placuerimus, & ipſa reſpub. tibi arriſerit. Non enim alioqui præ omnibus alijs Athenienſibus præcipuè in ipſa moram traxiſſes, ſi non præcipuè tibi placuiſſet: & neq; ad ſpectaculum unquam ex ciuitate egreſſus es, niſi ſemel ad Iſthmũ: neq; aliò uſquam, niſi fortè ad militiam profectus: neq; aliam unquam ſuſcepiſti profectionem, quemadmodum alij homines: neq; cupiditas te inuaſit aliam ciuitatem, aut alias leges cognoſcẽdi. Sed nos tibi ſatis idoneæ fuimus, & noſtra ciuitas, adeò uehementer nos probaſti, & pactus es ſecundum nos, in repub. te uicturum eſſe: & tum alias res, tum filios in ipſa ſuſcepiſti, uelut placente tibi ciuitatis ſtatu. Quin & quum licuiſſet tibi in iudicio, te exilij cõdemnare, ſi ita uoluiſſes, & id quod nunc inuita repub. aggrederis, tunc uolente facere, tu tunc quidem te iactabas uelut non grauiter ferens, ſi te mori oporteret, ſed præ exilio mortem, uelut dixiſti, eligebas. Nunc uero neq; illos ſermones uereris, neq; nos leges reuereris, dum nos perdere conaris. Facisq; quod uiliſſimus ſeruus faceret fugam meditans, præter pacta & cõſenſiones, ſecundum quas te in repub. uicturum eſſe pactus es. Primum igitur hoc ipſum nobis reſponde, an uerè id dicamus, profeſſum te eſſe re ipſa, non ſermone, ſecundũ nos in repub. te uicturum eſſe: aut non uerè? Quid ad hæc dixerimus ô Crito aliud, quàm ut confiteamur. CRI. Neceſſè eſt ô Socrates. SOCR. Aliud igitur, dixerint, tranſgrederis quàm pacta & conſenſiones nobiſcum factas: quum neq; ex neceſſitate profeſſus ſis, neq; deceptus, neq; in breui tempore deliberare coactus, ſed per annos ſeptuaginta, in quibus licuiſſet tibi abire, ſi nos tibi diſplicuiſſemus, neque conſenſiones iuſtæ tibi uiſæ fuiſſent. Tu uero neq; Lacedæmona, neque Cretam nobis prætuliſti, quas ſanè ſemper bonis legibus gubernari dicis, neq; ullam aliam ex Græcis aut Barbaris ciuitatibus: ſed ex hac ciuitate minus profectus es quàm claudi, & cæci, ac alij mutilati homines, adeò tibi præcipuè præ alijs Athenienſium ciuitas placuit, & nos Leges uidelicet. Cui enim ciuitas abſq; legibus placere poſſet? Etiam nunc igitur pactis ſtabis, ô Socrates, ſi nos audire uoles, & non omnibus deridẽdum te expones, ſi ex ciuitate egreſſus fueris. Conſidera enim ſi hæc tranſgreſſus fueris, & in aliquo ex his deliqueris, quid boni tibijpſi, aut cognatis tuis efficies. Nam quòd in periculo uerſabuntur, ne & ipſi in exilium pellantur, & ciuitate priuentur, aut bona ſua amittant, ferè in confeſſo eſt. Tu ipſe uero primum quidem ſi in uicinam aliquam ciuitatem deueneris, Thebas, aut Megara: bonis enim legibus ambæ gubernantur: hoſtis uenies ô Socrates harum reipublicæ, & qui earundem ciuitatum curam gerunt, ſuſpectum te habebũt, & auerſabuntur, corruptorem legum eſſe ducentes: & iudicum opinionem confirmabis, ut rectè de te ſententiam tuliſſe uideantur. Quiſquis enim legum corruptor eſt, is & adoleſcentum & imprudentium hominum corruptor eſſe ualdè uideri poteſt. Num igitur fugies ciuitates quæ bonis legibus gubernantur, & honeſtiſſimos quoſq; uiros, & dum hoc facis, dignum te qui uiuas iudicabis? aut ad hos accedes ô Socrates, & impudenter te geres, habendo quoſdam ſermones, quales etiam hic, quòd Virtus et Iuſtitia hominibus plurimi ſint facien

Leges permittunt cõtrarium perſuadere, aut quod iubent facere

Ciuitates ex legibus placent

Profugos ſuſpectos apud omnes eſſe

facienda, leges item ac inſtituta: & non putas fore ut indecorum uideatur Socratis factum? At putare te omninò conuenit. Fortaſſis autem ex his urbibus decedes, & abibis in Theſſaliam ad Critonis hoſpites. Illic enim plurima eſt rerum confuſio ac petulantia, & fortaſſe libenter ex te audierint, quàm ridiculè ex carcere aufugeris, cultu quodã in tectus, aut pelle amictus, aut alio quodam uelamine exornatus, qualia fugientes excogitare ſolent, & tuum ipſius habitum tranſmutaueris. Quòd autem uir ſenex, cui modicum uelut ueriſimile eſt, uitæ tempus ſupereſt, auſus ſis ita auidè uitam expetere, maximis legibus tranſgreſſis, nemo dicet, fortaſſis ſi non aliquem offenderis: Sin minus, audies ô Socrates multa, & te indigna. Viues autem omnibus hominibus ſubditus ac ſeruiens. Et in Theſſalia quid facias quàm ut cõuiueris, uelut ad cœnã in Theſſaliam profectus. At ſermones illi de iuſtitia ac reliqua uirtute, ubi nobis erunt? Verum filiorum gratia uiuere cupis, quo ipſos enutrias ac erudias? Quid uero in Theſſaliam ipſos perductos nutries ac erudies, & externos facies, ut etiam hoc de te habeant? Aut hoc quidem non, ſed ſi hic, te uiuente nutriantur, melius nutrientur ac erudientur, te non cum ipſis præſente: nam cognati tui ac amici ipſorum curã gerent. Num igitur ſi quidem in Theſſaliam proficiſceris, illorum curã ſuſcipient: Si uero ad orcum proficiſceris, non ſuſcipient? Attamen putandum eſt id facturos eſſe eos qui tibi ſe amicos eſſe affirmant, ſi quidem aliqua ipſorum utilitas exiſtit. Quare ô Socrates nobis parẽs tuis nutricibus, neq; filios, neq; uitam, pluris facias, neq; quicquam aliud, quàm iuſtitiam, quo ad inferos delatus omnia hæc habeas quæ proferas apud eos qui iſthic ſunt principes. Nam neq; hic hæc facienti tibi, neq; alij tuorum ulli, melius quid eſſe uidetur, aut iuſtius, aut ſanctius: neq; illuc profecto melius quid erit. Sed nunc quidem iniuria affectus abibis, ſi abieris, non à nobis legibus, ſed ab hominibus. Si uero fuga turpiter elapſus fueris, uiciſſim iniuria illata, & uiciſſim malis afficiens, tuas ipſius cõſenſiones & pacta nobiſcum inita tranſgrediendo, & his quibus minime oportebat male faciendo, tibijpſi nimirum, & amicis, & patriæ, & nobis, tunc & nos tibi uiuenti indignabimur, & illic noſtræ ſoro res quæ apud inferos ſunt leges, non benignè te excipient, quum ſciant te, quantum eius in te ſitum fuit, conatum eſſe ut nos perderes. Quare non perſuadeat tibi Crito, ut magis ea quæ ipſe dicit facias, quàm quæ nos. Hæc ô chare ſodalis Crito, noſſe te uoło, quòd audire mihi uideor, quemadmodum Corybantum more furentes, tibias ſe audire putant, & hic horum ſermonũ ſonitus in me reſonat, ac facit ut alia audire non poſſim. Quare fruſtra dicturum te ſcias, ſi quid præter hæc dicas, quæ in præſentia mihi uidentur. Attamen ſi quid amplius effecturum te eſſe putas, dicas. CRI. At non habeo ô Socrates quod dicam. SOCR. Deſine igitur ô Crito, & hac uia rem peragamus, quandoquidem hac deus præit.

Exprobratio fugæ

Filios externos facere

Non leges, ſed homines iniuſtè iudicant

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN PHAEDONEM.

NOSTER *de religione liber rem ſatis per ſe notã probat, Chriſti uitam eſſe uirtutis totius ideam. Octauus autem Epiſtolarum noſtrarum liber, Socratis uitam, uitæ Chriſtianæ imaginem quandam, aut ſaltem umbram eſſe demonſtrat: & teſtamentum quidem Vetus per Platonem confirmat, Nouum uero per Socratẽ. Quod autẽ ad Socraticã hanc ſpectat ſimilitudinẽ, ſi quis dubitat, Xenophontẽ atq; Platonẽ legat & cæteros qui dicta ſimul actaq; Socratis conſcripſerunt, præcipue Platonis Gorgiã, & Apologiam, Critonem atq; Phædonem. Huius ergo Phædonis deinceps argumẽtum paſſu, immo ſaltu celeri percurremus. Eius enim myſteria ſatis in theologia expoſuiſſe uidemur. Vnũ hoc in primis admonebimus, ne quis admiretur Socratem inter argumentationes ad immortalitatẽ animæ pertinentes, prætermiſiſſe hic illam, qua ſola conſidit in Phædro, Animã ſcilicet eſſe principiũ motiõis, unde ſequatur eam per ſe perpetuoq; moueri, ſemperq; uiuere. Id enim ideo factum eſt à Socrate, quoniã eiuſmodi ratio non ſoliũ noſtris, ſed cœleſtibus etiã, atq; dæmonicis animis eſt communis. In Phædone uero rationes nobis magis propriæ requiruntur. Sed iam ad diſpoſitionem dialogi breuiſſimã ueniamus. Principio obſeruandum eſt, quàm mirifice Socrates conſoletur amicos, qui eo præcipue die quo uenenum bibiturus erat, in carcere quaſi conſolaturi eum ſalutauerunt. Deinde quàm religioſe obſeruet uel ſomniorum præcepta quaſi quædam oracula: & quàm in eo apprime cautus ſit, ne minimum quid circa diuina mandata delinquat. Tertio memoriæ mandandum eſt, homines ſub aſſidua Dei eſſe cuſtodia, neq; licere niſi quando Deus uoluerit, hinc emigrare. Quarto aduertendum eſt diligẽter quid ſibi uelit, ubi aũ ſperare quidem ſe in obitu ad bonos uiros, deoſq; alios bonos iturũ: ſed magis affirma-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

affirmare ad bonos deos quàm ad bonos uiros iturũ. Primo quidem quod dicit deos alios atq; ualde bonos, intelligit præter sphærarũ animas esse mentes angelicas sphæris sublimiores. In quarum familiaritatẽ animas quoq; nostras quandoq; admitti posse sperat: neq; tamen audet asserere, propterea quod plerisq; sapientibus uidebatur satis fore animæ factum, si ad consortium animarum cœlestium quandoq; recipiatur. Immo uero dubitatio proprie super eam partem cadit, quæ bonos appellat uiros. Non enim audet deinde hominum animos affirmare eadem ratione bonos, qua deos dixerat bonos. Post hæc seipsum simul amicosq; sub persona philosophantis consolaturus, ait: Quam totum philosophantis studium sit quædam à corpore separatio, per eamq; perficiatur quotidie, nimirum separationem à corpore quæ fit per mortem, non modo non timere debet, sed optima cum spe leticiaq; expectare. Mox duobus modis ostendit philosophũ à corpore animum separare. Primo quidem à perturbationibus per moralis disciplinæ purgationem, deinde à sensibus atq; ipsa imaginatione per contemplationis ipsius intentionem. Medici sapientes duplici utuntur purgatione. prima quidem leniendo. Secunda uero soluendo: scientes neq; satis esse lenire, neq; tutum soluere antequam lenias. Similiter apud philosophos moralis antecedit purgatio quasi leniens. Non enim interiores imaginationis morbos, id est deceptiones extirpat. Sequitur purgatio speculatrix imaginationis quandoq; pro utribus discutiens nebulas. Ante uero moralem purgationem aggredi speculationis officium non est tutum, ne quis uitiorum morbis infectus ipso speculationis acumine abutatur ad iniustitiam impietatemq; defendendam. Ex his concludit philosophum mentis aciem quatenus à corporeis segregat, eatenus incorporeis rationibus ideisq; coniungere. Sed cum multa quæ à corpore animo inferuntur incommoda numerasset, subiunxit extremum maximumq; malorum esse fallaciam illam, qua imaginatio mentem ad incorporea se eleuantem, interim ad imagines quasdam corporum sæpissime distrahit, cogitãq; ipsa modo quodam corporeo cogitare. Post hæc & ex eo quod animus ipsam separatarum rerum ueritatem quam naturaliter appetit, corpori coniunctus assequi nequit, per distinctionem infert, aut nunquam assequi, aut post mortem. Nunquam uero assequi non est consentaneũ: quippe quum ab omni mente perpetuo appetatur. Proinde improbat illos qui temperantiam esse putant abstinere à minoribus corporis uoluptatibus, ut maiores deinde uoluptates corporis consequantur. Rursus qui fortitudinem definiunt, superare timores quosdam eorum timorum gratia qui nos iam superauerint. Vult enim omne moralis uirtutis officium in quadã animi purgatione uersari sapientiæ gratia. Alio quin nullam esse uirtutem. Immo uero humanam quoq; sapientiam nominat purificationem quandam, perinde quasi existimet nihil aliud sapientiæ nostræ meditatione nos consequi, quàm puritatem quandam, quam mox illuminatio diuina sequatur, quæ proprie sapientia sit. Significat præterea non tam habitum aliquẽ nostris laboribus acquisitum, quàm purificationem ipsam nos Deo coniungere. His actis immortalitatẽ animæ probaturus ait. ex uno contrariorum genere in alterum progressionem fieri atq; uicissim regressionẽ. Ideoq; sicut ex uiuentibus fiunt mortui, sic ex mortuis uiuentes quandoq; resurgere. Vbi uidetur mortuorũ resurrectionem uaticinari, quam & in Politico cõprobat. Præterea per longas ambages inuuere. sicut & substantia cœli & elementorum materia infinite de dispositione alia uicissim pertransit in aliam: sic & animam rationalem, quæ principium motus & uitæ generationisq; est, posse infinite cõiungi corpori, uicissimq; separari. Siquidem & multæ natura substantiæ diuturna uicissitudine quasi ætates mutant, & ubiq; uirtute animæ fit circuitus sempiternus. In sequentibus tandem ingenti quadam fiducia resurrectionem quam innuerat, asserit. Aggreditur deinde rationem de reminiscentia, idem quod & paulo ante probantem, animam & ante corpus uiuere, & post corpus. Tu uero eiusmodi rationes esse intellige Pythagoricas. Atq; ex illis quod ad ueritatem magis conducat, eligito. Ait ergo: Si disciplina reminiscentia est, uixerũt animæ ante corpus. Reminiscentiã uero esse, duobus præcipue probat modis. Primo, quia recte interroganti, sæpe uera de his quæ nunquam didicimus respondemus. Deinde quoniam ex noticia eorum quæ sentiuntur, subita quadam abstractione ad noticiam ascendimus idearum, ceu cognoscendo hæc æqualia in ipsius æqualitatis cognitionem. Vbi cognoscimus deficere hæc ab illis, atq; anniti similia fieri: rursus quantum accedant, & quæ magis, quæue minus. Quamq; id per omnẽ agamus uitam, necesse est ideam ipsam ante ortum nos habuisse. Non enim perfectæ rei noticiam subito ex imperfectis accepimus. Ostendit autem duobus modis ideas esse. Primo. Quodlibet subiectum quod appellatur æquale, potest etiam dum per substantiam manet idem, inæquale & fieri & uideri. Æqualitas autem nequit unquam inæqualitas uel fieri uel uideri. Præterea æqualia hæc uelut imperfecta inæqualitatem participant, æqualitas uero ipsa nequaquam. In sequentibus nota quanta asseuratione affirmet ideas, addatq; idearum essentiam esse nostram. Atq; cum animus noster singula referat ad ideas, ipsum ostendere se unà cum idearum essentia sempiternum esse, atq; eam agnoscere tanquam suam. Nota insuper nulla in re magis elaborandum esse, quàm ut per immortalitatis demonstrationem mortis metum, quasi morbum grauissimum, expellamus. Consestim aliam aggreditur rationem à proportione intellectus ad intelligibile ductam. Intelligibile uero ipsum, ideam ipsam incorpoream sempiternamq; appellat. Cumq; intellectus cum ipsa uelut obiecto proprio cõgruat, concludit hunc incorporeum sempiternumq; esse, præcipue quum dominetur corpori, mortalibusq; repugnet. Proportionẽ uero mentis cum idea confirmat, ex eo quod quotiens non impeditur, ad eam sese confert, eiusq; commercio gaudet, atq; perficitur. Quod autem postquam dixit animam esse omnino indissolubilem, subiunxit, uel rei omnino indissolubili propinquam, hoc additum intellige, quoniam in Timæo probatur, Deum solum omnino indissolubilem esse: cætera uero si comparentur ad Deum, dissolubilia quodammodo iudicari, quia quodammodo & composita: quamuis illa quæ optime composita sunt, id est seorsum ab elementali materia, non dissoluantur unquam. Animæ igitur tam nostræ quàm diuinæ indissolubili Deo propinquæ sunt, ipse quodammodo solubiles, sed dissoluendæ nunquam. Præterea uocat id omnino indissolubile, in quo neque essentiæ, neq; actionis partes ullæ sparguntur. Anima igitur & si secundum essentiæ partes non spargitur, tamen per actionis partes diffunditur. Tempore enim & mobiliter agit. Proinde subdit puram animam post obitum ad pura & æterna redire, impuram uero terrenisq; infectam ad similia retrahi atq; terrena, sæpeq; uideri. Profecto affectio

erga

erga corpora in anima remanens, non per se proprie facit ut anima uideatur, cum affecto non sit uisibilis: efficit tamen ut anima nonnihil uisibile secum trahat, id est inuolucrum quoddam, uel aereum, uel ex spiritibus uaporibusq; corporis sui conflatum, ut uult Proclus, uel nuper ex circumfuso aere congregatum. Certe hic Plato significat quod uult Proclus, scilicet inter corpus æthereum, quod & immateriale est, & simplex, & sempiternum, atque corpus terrenum, quod est materiale compositumq;, & ad breue perdurans, esse corpus aereum, materiale quidem, sed quodãmodo simplex & longioris æui, in quo animæ diutius habitent etiam post discessum: quod hoc dissoluto, corpus iterum compositum induantur, uidelicet si purgatæ non sint: si uero purgatæ, cum solo æthereo cœlum petant. Quod animarum transitus narrat in bestias, Pythagoricum est. Idq; intellige, uidelicet animas nostras non tam uiuificare corpora bestiarum, quàm purgatorij gratia per brutam imaginationem suam quodammodo brutorum imaginationi misceri, quemadmodũ impuros aiunt dæmones insanorum imaginationi sæpe permixtos. Sic utiq; excepto Plotino pleriq; exponunt Platonicorum. Quod quidem patet ex eo, quod non dicit animam fieri bestiam, sed induere, subire, transire. Cõcludit solos in Deum recipi, qui per ueram philosophiam purgati decesserint. Audi præter hæc uinculum animæ cum corpore nihil esse aliud quàm amorem, scilicet naturaliter prouidentem. Item quoties anima per instrumentum agit circa formas in subiecto tacentes, nihil syncere cognoscere, sed solum quando per seipsum conuertitur ad formas in seipsis simpliciter existẽtes. Disce hic quoq; animam ex eo quod rebus corporeis oblectatur & pascitur, euadere corporalem: atq; hinc usq; adeo falli, ut sola corporea iudicet esse uera, quum omnino sit contrà: fallaciam eiusmodi malorũ omnium esse grauissimum. Accedit quod anima iam facta corporea, post obitum quoq; ab incorporeis seorsum circa corporea labitur. Concludit animum suæ puritati penitus restituendum, nullo modo suæ immortalitati diffidere. Cygni fabula Pythagorica est, atq; allegorica. Pythagoricam quidem, ubi dicit cygni animam superuiuere. Allegorice uero intelligitur cygnum in numero solarium animalium contineri, & Socratem solarem esse, tum quia Phœbi oraculo approbatus est, tum quia mentibus hominum medebatur. Adde uaticinium esse quadruplex, diuinum, dæmonicum, humanum, naturale. Idq; ultimũ in bestijs fieri quodam instinctu naturæ. Intellige etiam cygnos innocentes sine philosophia homines: qui quum mortem sæpe minime timeant, significant philosophos absolutos timere eam nullo pacto debere. Animaduerte deinde difficillimum esse in hac uita substantiam animæ intelligere, quoniam uidelicet sub corporea eam specie intuemur. Ideoq; tutissimam rationem ad animam comprehendam esse, tum moralem purgationẽ, tum metaphysicam abstractionẽ. Vbi uero minus id sufficiat, opus esse diuino quodam uerbo, id est reuelationibus diuinitus factis atq; miraculis. Nos uero hic diuini uerbi mysterium à Platone significatum considerare debemus. Tradit deinde duo in disputando præcepta. Primum, ne rationibus ullis absque longa examinatione credamus. Post quam uero rationi cuidam sufficienti examine crediderimus, ne facile inde ob quaslibet obiectiones similitudinesq; amoueamur. Secundum, ne aut propriam, aut alienam in disputando personam, sed rationem duntaxat ueritati consonam cogitemus. Sequuntur dubia contra animam, ne forte consonantia quædam sit humorũ, atq; uel prius corpore, uel unà cum ipso, uel inde ad tempus aliquod dissoluatur. Quæ quidem dubia Socrates ita soluit. Si disciplina reminiscentia est, ideoq; ante corpus uixit anima, nequit anima esse corporis consonantia. Quippe cum consonantia partes ex quarum concursu fit, non antecedat, sed consequatur. Si eadem est consonantiæ ratio, atq; animæ, sicut altera anima non magis anima est quàm altera, ita neq; consonantior erit. Temperans igitur anima nihilo plus consonabit quàm intemperans. Si consonantia necessario ea sequitur, ab eisq; ducitur ex quibus ipsa conflatur, non potest anima corporis consonantia esse, quot quotidie ducit, cui sæpe repugnat. Cæterum antequam dubitationes absoluat, rationesq; immortalitatis omnino perficiat, longo discursu damnat illos qui rerum causis assignandis ad materias quasdam & instrumenta confugiunt, asserẽs totam historiam naturalem insufficienter per eadem naturalia confirmari: quippe quum hæc omnia omniumq; motus à diuinis causis efficientibus finalibus idealibusq; omnino dependeant. Optat in primis finalem cuiusq; rei causam atq; uniuersi, id est bonum cuiusq;, & uniuersi bonum, cuius quidem boni potestatem causam esse dicit efficientem. Quoniam uero ipsam boni amplitudinem comprehẽdere nequit, secundo eligit loco ideales diuinæ intelligentiæ rationes, ad quarum similitudines in mundi materiam expressa sunt omnia. Inter hæc nota Mosaici mysterij confirmationem, sicut & in Timæo. Vidit Deus singula esse bona, etiam cuncta ualde bona. Ita omnia ipso bono connecti. Rursus animum corporea intuentem, interim ad incorporeum obtutum obcæcari. Neque posse ueritatem rerum haberi, nisi ad ideas confugiamus. Præterea formulas idearum ineesse mentibus nostris, ad quarum congruitatem uel contrà, singula uera esse, uel contrà censentur. Socratem nunquam certam idearum contemplationem intermittere consueuisse, solaq; affirmare solere. Certam rerum causam in ideis esse sitam, immortalitatem quoq; animæ ab ideis potissimum demonstrari. Processum inter ideas à minus communi per medias ad communissimam fieri. Atque descensum ab ideis ad effectum earum. Demum rationem disponit immortalitatis ex eo quod rationalis anima corpori præstat uitam, non ut accidentalis forma inhærens corpori, sed ut substantialis in se ipsa permanens, ex se formaliter uiuens quasi quædam uitæ corporalis idea, atque per se efficienter corpus uiuificans. Ideoq; concludit animam non posse suscipere mortem, cum mors uitæ opposita sit, anima uero & uitam propriam habeat, & maneat in seipsa, adeo ut neque per se proprie, neque per subiectum aliud mortem suscipere ualeat. Post hæc ex eo quod anima sit immortalis, cohortatur omnes ad moralem speculatiuamq; disciplinam, ut animus & per uoluntatem & per intellectum purgatus atque perfectus, hic quasi duabus alis in cœlestem patriam reuolet. Confirmat interim animam esse immortalem, quia neque uirtus tandem obesse, neq; uitium prodesse debeat. Obesset autem laboriosa uirtutis uia bonis, atq; contrà prodesset uoluptuosa malis uita, nisi foret animus immortalis. Ac ne quis forte neget posse post hanc uitam uel uitium obesse, uel prodesse uirtutem, subiungit animam affectiones & habitus tam uoluntatis quàm intelligentiæ comparatos, siue bonos, siue malos secum ferre, subito uel læsuros, uel profuturos. Dæmonem namq; ducem omnes ad diuinum iudicem uitæ repente perdu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere in locum communi iudicio deputatum, in aerem scilicet minus puros, et in ætherem puriores, ibiq; iudicatos ab alio rursus dæmone per triuium ad sua, id est sibi similia singulos trahi. Per triuium, inquam, quia alij mittuntur in cœlum, alij in tartarum, alij uero in medias regiones. Ducit autem eos dæmon, in bonis quidem intelligentiam mouens, in malis autem imaginationem affectumq; perturbans. Quod autem dicit iniquos absq; duce errare, absq; benefico intellige duce. Adde quòd neq; quò trahantur, agnoscunt, & uiolentia rapiuntur. Cæterum antequam animarum distribuat sortes, orbem terræ describit, dicens esse quasdam terræ plagas, atq; illas quidem amplissimas, & usq; adeo altas, ut uentis & imbribus non pulsentur. Vbi temperatissimus aer sit, sub quo preciosissima quæq; nascuntur, homines acutissimi sensibus, uitaq; longæui. Sunt qui uelint & homines & alia illic nascentia quamplurimum ex æthere aereq; componi, quam minimum uero ex crassioribus elementis: ut hominum corpora quasi aerea sint, fructibusq; maxime aereis nutriantur. Quod ne quis tanquam impossibile neget, Olympiodorus Aristotelis adducit historiam, in qua Aristoteles uidisse se inquit hominem qui solo aere nutriebatur & sole. Quod autem terræ sublimis faciem in duodecim diuidit plagas, inde prouenit, quia duodecim congruit zodiaci signis, duodecim sphærarum regitur animabus, & duodecima est mundi sphæra, atque ueluti totius fundamentum dodecaedram illam sibi usurpat figuram, quam Timæus attribuit mundo. Sed de hac ipsa figura, deq; aliis terræ proprijs quæstionibus, in Timæo dicemus. Tu uero terræ huiusmodi habitationem terrestri Moysi paradiso similem esse memento. Proinde flumina sub terra describit, quibus animæ nutriuntur. Quæ quisquis secundum nostri corporis humores animiq; perturbationes in hac uita nos affligentes exponit, nonnihil adducit simile uero, ueruntamen ueritatem integram non assequitur. Plato enim & hic & in Republica significat præmia uirtutum & supplicia uitiorum ad alteram uitam potissimum pertinere. Acheron igitur sub terra flumen, locus est purgatorius, atq; ad curam pertinet & mœrorem. Respondet quoq; aeri, partiq; mundi meridianæ. Phlegeton igni respondet atque ortenti, uimq; puniendi continet per calorem, & iræ cupiditatisq; feruorem punit. Styx Cocytusq; respondet terræ, atque occasui, odiumq; per luctum fletumq; puniunt. Differunt uero hoc inter se solum, quod Styx exoriens appellatur, Cocytus uero progrediens. Tartarum infimum tenere uult inferni locum, in quo sceleratissimi non medicinæ, sed exempli gratia affligantur, quemadmodum hic & in Republica legitur, & in Gorgia. Addunt quidam ad hæc flumina Oceanum quoq; quodammodo pertinere, aquæ septentrionalisq; respondentem, in quo distinguendi definiendiq; uirtus intelligatur. Tu uero quod de fluminibus dicitur, potissimum de dæmonibus numinibusq; intellige, flagitiosos tali quodam ordine punientibus. Profecto peccata facile sanabilia sunt, quæ nondum in habitum sunt conuersa. Difficile uero sanantur quæ iam habitum genuerunt: ueruntamen una cum quadam rationis repugnantia committuntur, & committentes afficiunt pœnitentia. Insanabilia uero sunt omnino, quorum habitus & repugnantiam & pœnitentiam procul fugat. Prima purgantur in Acheronte. Secunda, si ad prima uergant, puniuntur in Phlegetonte: si ad tertia, in Styge, atq; Cocyto. Tertia affliguntur in Tartaro, ex quo, ut Plato inquit, nunquam egrediuntur. Quo uero pacto alij aliter id exponant, in præsentia libentius prætermitto. Affligi uero possunt animæ non tantum per imaginationem infeliciter à dæmonibus agitatam, sed per aerea quædam corpora, quæ uehiculi & cymbæ nomine designantur. Præmia uero sic Plato distinguit. Animæ quæ iuste & sancte sine philosophia uixerunt, sublimia terræ, qualia suprà descripsimus, ascendentes, in tenuissimis spiritalibusq; ibi corporibus habitant. Quæ uere ciuiliter propterea philosophatæ sunt, cum splendidis cœlestibusq; corporibus cœlum colunt. Sed quæ per exactam philosophiam perfecte purgatæ sunt, in locum supercœlestem euolant, ubi absq; corporibus omnino, ut Plato hic inquit, totum per tempus uiuunt. Qua uero id ratione exponant nonnulli, consulto nõ recensebo. Porphyrius certe atq; Iamblichus tradunt animas deo perfectissime restitutas nunquam cadere. Quod quidem congrue respondet oppositis, quæ ex Tartaro nunquam emergere iudicantur. Quod quidem si ita sit, circuitus iam infiniti tollentur: Temporales uero circuitus exhiberi purgationis cuiusdam gratia uidebũtur. Socrates tandem gallum Aesculapio sacrum se debere fatetur, reddiq; diligentissime iubet. Prisci Aesculapio medico Phœbi filio gallum sacrificabant diei solisq; nuncium, id est diuinæ beneficentiæ morborum omnium curatrici, quæ diuinæ prouidentiæ filia nominatur, diem, id est uitæ lumen debere se fatebantur. Eiusmodi medicum in superioribus perquirere iusserat morborum animi curatorem. Et quasi iam omni dubitationis metuq; morbo liberati sint, gratiam uictimãq; deo referri iubet. Præterea oracula priscorum tradunt, animas remeantes in cœlum, pæana, id est, triumphalem cantilenam canere Phœbo. Reddit ergo deo uotum, ut alacer pæana canens, cœlestem patriam repetat.

PLATONIS

PLATONIS ATHENIENSIS

PHAEDON, SIVE DE ANIMA. *Moralis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

ECHECRATES. PHAEDON. APOLLODORVS. SOCRATES. CEBES. SIMMIAS. CRITO. Vndecim uirorum minister.

IPSE'NE ô Phædon in illa die affuisti Socrati, qua bibit uenenum in carcere, aut ex alio quopiam de eo audiuisti? PHAED. Ipse ô Echecrates. ECH. Quæ igitur sint illa quæ uir ille ante mortem dixit, & quomodo mortuus sit, libenter audierim. Nam neq; Phliasiorum ciuium quisquam adeò Athenas nunc accedit: neq; externus hospes aliquis multo iam tempore illinc huc uenit, qui de his certum aliquid denunciare potuisset, præterquam hoc, quod ueneno poto mortuus sit, de alijs uero quod dicerẽt non habebant. PHAE. Neq; ergo de iudicio quomodo factũ sit audiuistis? ECH. Imò de hoc quidem nobis quidam retulit, & admirabamur dudum id factum esse, quum ille multò posterius mortuus esse uideatur. Quid igitur hoc erat ô Phædon? PHAE. Fortuna quadam ô Echecrates id ipsi accidit. Nam pridie quàm iudicium esset, puppis eius nauis, quam Athenienses in Delum quotannis mittunt, coronata fuit. ECH. Hoc uero quid est. PHAED. Hæc est nauis uelut Athenienses dicunt, in qua Theseus olim in Cretam abijt, bis septem illos secum abducens, quos & seruauit, & ipse seruatus est. Tũc igitur Apollini, uelut fertur, uouerant, si seruarẽtur, singulis annis spectaculum in Delum se missuros esse, quod sanè semper etiam adhuc nunc ex illo tempore quotannis deo mittunt. Postquam igitur spectaculum inceperint, legem habent ut in hoc tempore respub. pura sit, & publicè neminem occidant, prius, quàm nauis in Delum perueniat, & rursus illinc huc. Hoc autem aliquando in multo tempore contingit, quum uenti ipsos impedierint. Initium autem spectaculi est, postquam Apollinis sacerdos puppim nauis coronauit. Hoc autem factum fuit uelut dixi, pridie quàm iudicium esset. Quapropter multo tempore Socrates in carcere fuit, quod inter iudicium & mortẽ intercessit. ECHEC. Quid uero circa ipsam mortem, quę sunt quæ ab ipso dicta sunt ac facta, & qui ex amicis uiro affuerunt, aut non permiserunt magistratus ut adessent, sed desertus ab amicis obijt? PHAE. Nequaquam. Sed affuerunt quidam, nec hi pauci. ECH. Hæc omnia quàm clarissimè nobis exponere conare, nisi quod negocium sit quod te impediat. PHAE. Imò ocium est mihi, & uobis enarrare conabor. Nam meminisse Socratis, siue ipse de eo dicam, siue alium dicentem audiam, mihi semper omnium iucundissimum est. ECH. Atqui ô Phædon etiam auditores tales alios habebis. Quare ut exactissimè omnia recenseas, proui ribus annitere. PHAE. Equidem admiranda mihi qui aderam acciderunt. Neq; enim ut qui morti uiri amici adessem, misericordia commouebar. Nam felix mihi uir uidebatur ô Echecrates, & moribus & sermonibus, adeò intrepidè ac generosè moriebatur, ut mihi ille neq; ad inferos absq; diuina sorte abire uideretur, sed & illuc profectus beatus futurus esse, si quis unquam alius fuit. Quapropter sanè nulla cõmiseratione mouebar, uelut par esse uideri posset de eo qui luctui adesset: neque rursus uoluptate afficiebar, quemadmodum soliti eramus, quũ in philosophia simul conuersaremur. Nam & sermones eiusmodi quidam erant. Sed profectò absurda quædam affectio mihi aderat, & insueta quædam tẽperatura ex uoluptate simulq; dolore permixta, dum cogitarem quod statim illi moriendum esset. Et omnes præsentes ferè ita affecti eramus, ut modo rideremus, modo lachrymaremur, & præcipuè unus è nobis Apollodorus. Nosti enim uirum, & ipsius mores. ECH. Quid ni? PHAED. Ille itaq; omnino ita se habebat, & ipse quoq; ego, & alij perturbati eramus. ECH. Aderant autem quidam ô Phædon. PHAE. Et hic Apollodorus ex indigenis aderat, & Critobulus, & pater ipsius Crito, & amplius

Nauis quotãnis in Delũ missa

Doloris et uoluptatis mixtura

Qui Socrati morituro affuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

plius Hermogenes, & Epigenes, & Æschines, & Antisthenes. Aderat & Ctesippus
Plato de seipso Pæaniensis, & Menexenus, & alij quidam ex indigenis. Plato uero ut arbitror, ægrotabat. ECH. Externi uero quidam aderant? PHAED. Etiam. Simmias Thebanus, & Cebes, & Phædondes: & ex Megara Euclides & Terpsion. ECH. Quid uero Aristippus ne & Cleombrotus aderant? PHAE. Non sanè. Nam in Ægina esse dicebantur. ECH. Alius ne quis aderat? PHAED. Fermè hos assuisse arbitror. ECH. Quales uero fuerunt sermones? PHAE. Ego tibi ab initio omnia enarrare conabor. Semper enim etiam in superioribus diebus & ego & alij Socratem accedere soliti eramus, conuenientes mane in iudicij locum, in quo etiam iudiciū factum est. Erat enim prope carcerem. Expectabamus igitur semper donec carcer aperiretur, inter nos conuersantes. Non enim mane admodum aperiebatur. Postquā uero apertus esset, accedebamus ad Socratem, & plerunq; cum ipso per diem conuersabamur. Et tunc sanè aliquantò magis mane conuenerāmus. Nam pridie postquam è carcere egressi essemus sub uesperā, nauem ex Delo redijsse audiueramus. Cōuenimus igitur inter nos, ut summo mane ad solitum locū adessemus, & uenimus, & egressus ianitor qui nos solebat admittere, iussit nos expectare, & non prius accedere quàm ipse iussisset. Soluūt enim inquit, undecim uiri Socratem, & denunciant ei hac die moriendum esse. Nō multo igitur tempore interposito uenit, & nos ingredi iussit. Ingressi igitur deprehēdebamus Socratem iam solutum, Xanthippen uero (nosti enim illam) habentem puerum ipsius, & iuxta assidentem. Quum igitur uidisset nos Xanthippe cum eiulatu exclamauit, & talia quædam dixit, qualia mulieres solent: nimirum ô Socrates postremum iam te alloquentur amici, & tu ipsos. Et Socrates intuitus Critonem, ô Crito inquit, abducat quis hanc domū. Et illam quidem abducebant quidam Critonis familiares uociferantem ac plangentem. At Socrates erectus considens in lectum, & crus flexit, & manu confricabat, & dum defricaret, simul
Voluptatis & doloris nexus quàm absurdū quid esse uidetur inquit, ô uiri hoc, quod homines uoluptatem uocant, quàm mirabiliter à natura se habet, ad id quod contrariū eius esse uidetur, ad dolorem, eo quòd simul quidem hominem accedere nolint. Si uero quis persequatur alterum, ac prehēdat, ferè cogatur semper etiam alterum prehendere, ut quæ duo sint uelut ex uno apice connexa. Et mihi uidetur inquit, si considerasset ipsa Æsopus, fabulam compositurus fuisse, Quòd deus ipsa inter se pugnantia conciliare uolens, postquā hoc efficere
Fabula Socratis non posset, apices ipsorum in idem connexuit, & ob id cui alterum accesserit, postea etiam sequitur alterum. Quemadmodū etiam mihijpsi apparet. Quandoquidem enim præ uinculis in crure dolor erat, uenire sanè iam uidetur insequens uoluptas. Cebes igitur sermone eius excepto, per louem inquit ô Socrates rectè fecisti quòd me admonuisti. Nam de poematis quæ fecisti, dum Æsopi fabulas auxisti, & præfationem in Apollinem fecisti, & alij quidam me iam interrogauerunt, sed & Euenus nuper, quid nam meditatus postquam huc uenisti ipsa feceris, quum prius nihil unquam tale tentaris. Si igitur tibi quid curæ est, ut habeam ego quod Eueno respondeā, ubi rursus me ille interrogauerit, satis autem scio quòd interrogabit, dic mihi quid me dicere oporteat. Dic igitur inquit, ad ipsum ô Cebes ea quæ uera sunt. Quod non aut illius, aut poematū ipsius æmulus esse uolens, hæc feci: Noueram enim hoc nō facile esse: sed ut quid insomnia
Insomnia Socratis quædam dicerent experirer, & delibarem an adeò sæpe hanc Musicam me facere præciperent. Erant enim quædam huiusmodi. Sæpe mihi idem insomniū in præterito tempore se obtulit, aliàs in alia forma apparens, sed eadem dicens, ô Socrates ait, Musicam facias ac exerceas. Et ego sanè quicquid in superiore tempore faciebam, ad hoc inhortari me, & iubere illud putabam, ut quemadmodum currentes adhortamur, ita etiam me insomnium hoc quod faciebam facere iuberet, Musicam uidelicet facere, tanquam philosophia maxima Musica esset, & ego hoc facerem. Nunc autem postquam iudicium factum est, & dei festum me mori prohiberet, uisum est oportere: si fortassis insomnium uulgarem hanc Musicam me facere adeò sæpe præciperet: ipsi parere, ac facere. Securius enim esse non hinc discedere prius, quàm poemata facere delibassem, &
Poemata Socratis in hoc, insomnio paruissem. Sic itaq; primum ad deum poema feci, cuius sacra celebrarentur. Post deum uero, meditatus poetam oportere, si poeta esse uellet, fabulas facere, & non sermones: quum ipse fabulator non essem, ea de causa quas in promptu Æsopi fabulas

fabulas haberem ac nossem, eas ut quæq; primùm occurreret in poema conuerti. Hæc igitur ô Cebes Eueno dicitur, & ualere iubero, & si sapit, ut me sequatur admonero. Abibo autem ut apparet hodie. Ita enim Athenienses iubēt. Et Simmias quale est hoc inquit, ô Socrates, ad quod Euenū inhortaris? Multū enim iam cum uiro cōuersatus sum, fermè igitur ex his quæ ego percepi, nullo modo tibi uolens parebit. Quid uero inquit ille, nō philosophus est Euenus? Mihi sanè uidetur inquit Simmias. Volet itaq; & Euenus, & quisquis pro dignitate hanc rem tractat. Non tamē fortasse sibijpsi uim inferet. Non enim fas esse dicūt, & simul ut hæc diceret, crura è lecto demisit ad terrā, & ita iam sedēs reliqua disserebat. Interrogabat igitur ipsum Cebes, quomodo hoc dicis ô Socra- *Vim sibijpsi inferre non fas esse*
tes, non fas esse sibijpsi uim inferre, uelle tamen philosophum, morientem sequi? Quid uero ô Cebes non audiuistis & tu, & Simmias, quum de huiusmodi cum Philolao conuersati sitis? Nihil manifesti ô Socrates. Atqui & ego ex auditu de his dico. Quæ tamen audierim, dicere nulla inuidia est. Fortassis enim etiam maximè decuerit eū qui eò hinc decedere uelit, considerare & fabulari de profectione illic futura, qualem ipsam esse putemus. Quid enim aliud etiam quis fecerit, in hoc usq; ad Solis occasum tēporis? Quam igitur ob causam, nō fas esse dicūt ipsum seipsum occidere ô Socrates? Iam enim ego id quod tu modò interrogabas, etiam ex Philolao audiui, quum apud nos conuersaretur. Audiui item ex alijs quibusdam, quòd hoc facere non oporteat. Verum nihil manifesti de his ex ullo unquam audiui. At promptū esse oportet inquit, fortassis enim etiam audire possis. Mirum tamen fortasse tibi uidebitur, si hoc solum ex omnibus alijs simplex est, & nunquam homini est, quemadmodū alia, quandoq;, & quibusdam, melius mori quàm uiuere. Quibus autem melius est mori, mirum fortasse tibi uideatur, si his hominibus non pium sit, ut ipsi sibijpsis benefaciant, sed alium benefactorem expectare oporteat. Et Cebes leniter subridens, nouerit Iupiter inquit, sua lingua loquens. Equidem uideri possit inquit Socrates, sic sanè absurdum esse, ueruntamen fortasse rationem quandam habere. Qui igitur in arcanis fertur de his sermo: Quòd in custodia nos homines *Homines esse in custodia, ex qua non sit fugiendum*
sumus, & non oportet aliquem seipsum ex hac exoluere, neq; ausugere: magnus mihi uidetur, & perspectu non facilis. At uero hoc mihi rectè dici uidetur ô Cebes, Deos esse, qui nostri curam gerunt, & nos homines unam quādam esse deorum possessionem. *Deos humana curare*
Aut tibi non ita uidetur? Mihi sanè inquit Cebes. Non ne igitur inquit ille, & tu si quam ex tuis possessionibus ipsa seipsam occideret, ita ut non imperasses tu, quòd ipsam moueller, indignareris ipsi, & si ulcisci posses ulciscereris? Maximè inquit. Fortassis igitur hac ratione non absurdum est, nō prius quenquā seipsum occidere oportere, quàm deus necessitatem aliquam immittat, quemadmodum etiam nunc nobis præsentem. Consentaneum inquit Cebes hoc esse uidetur. Quod tamen nūc dicebas: Philosophos facile mori uelle, hoc absurdum esse uidetur, si quidem id quod modò dicebamus rectè *Philosophos facile mori uelle*
se habet, Deum esse qui nostri curam gerit, & nos ipsius possessiōes esse. Nam nō ægrè ferre sapientissimos, si ex hac cura discedāt, in qua dei, qui optimi rerum præsides sunt, ipsis præsunt, nullam rationem habet. Non enim ipse sapiens suijpsius curam melius se habiturum esse putat, si liber fiat. Sed insipiens homo fortasse putauerit sibi à domino ausugiendū esse, & nō reputauerit, q̄ à bono fugere nō oportet, sed quàm maximè perseuerare. Quare etiā præter rationem fugerit. Qui uero mente præditus est, cupit semper esse apud eum qui ipso melior sit. Et quidem sic ô Socrates cōtrarium esse ueri- *Sapiētes mortē ægrè ferre, insipientes contra*
simile est, quàm quod modò dicebatur. Nam sapientes decet ægrè ferre mortē. Insipientes ea gaudere. Hoc igitur audito, Socrates delectari mihi uisus est Cebetis illa argutia, & ad nos conuersus, semper inquit, Cebes rationes aliquas perscrutatur, & non ita statim credere uult, quicquid tandem quis dixerit. Et Simmias, atqui etiam mihijpsi inquit ô Socrates, Cebes aliquid dicere uidetur. Quo enim consilio uiri sapientes reuera dominos meliores ipsis fugerent, & facile ab ipsis discederent? Et mihi uidetur Cebes in te sermonem hūc dicere, q̄ tu adeò facile fers, & nos relinquēs, & deos, quos bonos principes esse ipse cōfiteris. Iusta inquit dicitis. Arbitror em uos dicere, q̄ me uelut in iudicio mei defensionē facere oportet. Maximè inquit Simmias. Age inquit ille, conabor me apud uos persuasibilius q̄ apud iudices defendere. Ego em inquit ô Simmia & Cebes, si nō putarē uēturū me esse, primū quidē ad deos alios et sapiētes et bonos. Deinde

etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam ad homines uita defunctos meliores his qui hic sunt, iniustè facerem, si mortem non grauiter ferrem. Nunc autem probè id uos scire uolo, me sperare deuenturum esse

Spes futuri seculi

ad uiros bonos: & hoc quidem non admodũ affirmarim: ad deos tamen dominos ualdè bonos me deuenturum esse, satis scitote. Nam si quid aliud huiusmodi rerum, etiam hoc affirmarim. Quapropter non similiter ęgrè fero, sed in bona spe sum, esse aliquid ui

Defunctis uita bonis, bene esse

ta defunctis, & quemadmodum dudum dicitur, multò melius esse bonis, quàm malis. Quid igitur inquit Simmias ô Socrates, Num ipse hanc sententiam tecum in animo habens abire uis, aut etiam nobiscum communicaueris? Commune enim mihi uidetur etiam nobis hoc bonum esse, & simul tibi defensio continget, si quæ dicis nobis persuaseris. At conabor inquit, primum uero Critonẽ audiamus, quid sit quod ille dudum dicere uoluisse mihi uidetur. Quid uero ô Socrates inquit Crito aliud, quàm quod dudũ mihi dicit is qui tibi uenenum daturus est? nimirum admonendum te esse ut quàm modestissimè disputes. Magis enim calescere dicit eos qui disputant. Nihil autem tale ueneno adhiberi oportere: Sin minus, cogi aliquando & bis, & ter bibere id, eos qui tale quid fecerint. Et Socrates: sine inquit illum ualere, & solum id quod ad se pertinet præparet, uelut etiam bis daturus, et si opus fuerit, etiam ter. At ferè noueram inquit Crito, uerum ille dudum mihi molestus est. Sine ipsum inquit. Vobis uero iudicibus rationẽ reddere uolo, uelut mihi uidetur, quòd uir qui reuera in philosophia uitam cõsumpsit, meritò fiduciam secum fouet, ubi iam mori uolet: & bonam spem habet, illic maxima bona se adepturum esse, postquam mortuus fuerit. Quomodo igitur hoc ita se habeat ô

Philosophia est meditatio mortis

Simmia & Cebes, ego recensere conabor. Videntur equidem quicunq; rectè philosophiam attingunt, alios latere, nihil aliud se studio habere, quàm mori, & mortuos esse. Si igitur hoc uerum est, absurdum profectò esset, in tota quidem uita nihil aliud, quàm hoc propositum habere: quum autẽ iam id adueniat ægrè ferre, quod dudum proposuerunt ac studio habuerunt. Et Simmias ridens, per louem inquit ô Socrates, me nõ admodum ridendi cupidum, ridere fecisti. Arbitror enim ubi uulgus hoc audierit, fore ut puret, ualdè bene in philosophos dictũ esse, & nostros homines admodum assensuros

Philosophos mori se, ut dignos, cupere

esse, quòd reuera philosophi mori cupiunt, & ipsos non latet, quòd digni sint qui hoc patiantur. Et uera sanè dixerint ô Simmia, hoc excepto, quòd ipsos nõ latet. Latet enim ipsos, & quatenus mori cupiũt, & quatenus morte digni sunt uerè philosophi. At enim inquit, inter nos ipsos colloquamur, illis ualere iussis. Putamus'ne quid mortẽ esse? Ma

Mors est discessus animæ à corpore

ximè inquit Simmias. Num aliud quid, quàm animæ à corpore discessum? & hoc esse mori, seorsum quidem ab anima separatũ ipsum per seipsum esse corpus, seorsum item animam à corpore separatam ipsam per seipsam esse? Num aliud quid mors est, quàm hoc? Non, sed hoc ipsum inquit. Cõsidera igitur ô bone, an etiam tibi uideantur ea quæ mihi. Ex his enim magis cognituros nos esse puto ea de quibus inquirimus. Videtur'ne tibi uiri philosophi esse, studium ponere circa uoluptates huiusmodi, ciborum uideli-

Philosophus uoluptatum corporis contemptor

cet ac potuum? Minime ô Socrates inquit Simmias. Quid uero rerum uenerearũ? Nequaquam. Quid uero reliquos corporis cultus, talis'ne uidetur tibi pretiosos ducere, uelut pretiosarum uestium possessiones, & calceamentorum: & alios corporis ornatus, num honestos ducere tibi uidetur, aut repudiare, in quantum non multa necessitas est ipsis uti? Repudiare sanè mihi uidetur inquit, qui uere philosophus est. Non'ne omninò tibi uidetur inquit, talis uiri cura nõ circa corpus esse, sed in quantum potest ab ipso discedere, ad animam uero se conuertere? Mihi quidem uidetur. Num ergo primũ quidem in talibus manifestũ se facit philosophus, quòd animã à corporis societate quàm maximè exoluat, & hoc excellenter præ aliis hominibus? Apparet. Et uidetur sanè ô Simmia uulgo hominibus, eum cui nihil talium iucundũ est, & qui ipsorum non sit particeps, non dignum esse qui uiuat, sed propè ad mortem tendere, ut qui nihil curet uoluptates, quæ per corpus accedunt? Maximè uera dicis. Quid uero circa ipsam sapientiæ adoptionem, num impedimento est corpus, aut non, si quis ipsum in inquisitione simul socium assumat? Tale uero est quod dico. Num ueritatem aliquam habet uisus & audi

Sensus impediunt rationẽ

tus in hominibus? aut talia etiã Poetę semper nobis occinunt, quòd neq; audimus quid exactè, neque uidemus? Et quidem si hi circa corpus sensus non exacti sunt, neq; certi, multò minus alij. Omnes enim his deteriores sunt. Aut tibi non uidentur? Maximè inquit

quit. Quando igitur, inquit ille, anima ueritatem attingit? Quum enim cum corpore aliquid cõsiderare aggreditur, manifestũ est quòd tunc ab ipso decipitur. Vera dicis. Nunquid in ratiocinãdo, si usquam alibi, aliquid eorum quæ sunt ipsi manifestum redditur? Etiam. Tunc autem optimè ratiocinatur, quum nihil horum ipsam afflixerit, neq; auditus, neq; uisus, neq; dolor, neq; aliqua uoluptas, sed ipsa per seipsam quàm maximè fuerit, corpus ualere linens, & in quantum potest cum ipso non communicans, neq; attingens, id quod uerè est appetiuerit? Est ita. Nonne & hic philosophi anima maximè repudiat corpus, & ab ipso fugit: Quærit autem ut ipsa per seipsam sit? Apparet. Quid uero talia, ô Simmia, dicimus'ne ipsum iustum quid esse, aut nihil? Dicimus per louem. Et non pulchrum & bonum? Quidni? Iam igitur unq; tale quid oculis uidisti? Nunquã inquit ille. At alio aliquo corporis sensu ipsa attigisti? Dico autẽ de omnibus, uelut de magnitudine, sanitate, robore, & de aliorum omnium in summa essentia, siue natura, quod unumquodq; est: num per corpus quod uerissimũ est in ipsis cõsideratur? Aut ita res se habet, Quicunq; nostrũ maximè ac exactissimè se præparauerit ad cogitandũ de unoquoq;, de quo considerare instituit, hic proximè ad uniuscuiusq; cognitionem peruenit? Maximè. Nonne igitur ille purissimè hoc fecerit, qui ipsa cogitatione ad unũquodque progressus fuerit, neq; uisum in cogitãdo adhibens, neq; ullum alium sensum cum ratiocinatione attrahens: sed ipsa per seipsam sincera cogitatione utens, unamquamq; rem per seipsam sinceram uenari conatur, separatus quantum eius fieri potest ab oculis ac auribus, & ut ita dicam ab uniuerso corpore, ut quod perturbet, & nõ sinat animam adipisci ueritatem ac sapientiam, si ad cõmunionem admittatur. Nonne hic est, ô Simmia, qui si quisquã alius, id quod est assequetur? Mirum in modum, inquit Simmias, uera dicis, ô Socrates. Nonne ex omnibus his necesse est, inquit, talem quandam opinionem his qui sincerè philosophantur, exhiberi, ut etiam inter se talia quædam dicant: Videtur uelut diuerticulũ quoddam nos abducere cum ratione in cõsiderando, ita donec corpus habuerimus, et permixta fuerit anima nostra cum illo malo, nunquam abundè adipiscemur id quod cupimus, atq; hoc uerum ipsum esse fatemur. Innumerabiles enim occupationes exhibet nobis corpus, ob necessarium alimentum. Præterea si qui morbi acciderint, ueri & eius quod est uenationem nobis impediunt. Sed & amoribus, cupiditatibus, timoribus, multiplicibus imaginibus, & multis adeò magis nos id replet, ut reuera uerum sit id quod dicitur, quòd neq; sapere quicquã unquam nobis præ ipso contingit. Nam bella & seditiones et pugnas, nihil aliud exhibet, quàm corpus & ipsius cupiditates, propter pecuniarũ enim adeptionem, omnia bella suscipiuntur: pecunias autem propter corpus quærere cogimur, huius cultui inseruientes: & ex hoc propter hæc omnia, à philosophia abstrahimur. Quod uerò extremum omnium est, si quod nobis ocium ab ipso contingat, & ad aliquid considerandum nos conuertamus, in ipsis inquisitionibus ubique illabens, turbationem ac tumultum excitat, atque ita perturbat, ut præ ipso uerum considerare nequeamus. At reuera nobis ostensum est, quòd si purè aliquid cognoscere uoluerimus, discedendum nobis esse ab ipso, & ipsa anima res ipsas considerandas esse: & tunc continget nobis sapientia quam cupimus, & cuius amatores esse nos profitemur, postquã mortui fuerimus, uelut ratio declarat. Viuentibus autem minimè. Si enim fieri non potest ut quicquã cum corpore purè cognoscamus, è duobus alterum necessarium est, ut aut nunquam, aut ubi mortui fuerimus, cognitionem adipiscamur. Tunc enim ipsa per seipsam erit anima absq; corpore, et nõ prius. Et dum uiuimus, sic ut apparet, cognitioni proximi erimus, si nihil cõmercij cum corpore habuerimus: neq; cõmunicauerimus, nisi omnis necessitas cogat: neq; natura ipsius impleamur, sed ab ipso puri simus, donec deus ipse exoluerit nos. Et sic quidẽ puri à corporis insipientia discedentes, uelut par est cum talibus erimus, & per nos ipsos quicquid sincerum est cognoscemus. hoc autem est fortassis id quod uerum est. Nam non puro purum contingere fas nõ est. Talia arbitror, ô Simmia, inter se necessariò dicere ac sentire omnes qui uerè discendi cupidi sunt. Aut non ita tibi uidetur? Præ omnibus, ô Socrates. Si igitur hæc inquit Socrates, uera sunt, ô amice, multa spes est uenienti quò ego abeo, ut abundè illic si usquã alibi, adipiscatur hoc, cuius gratia multa cura nobis in præsenti uita fuit. Quare hæc profectio quæ nunc mihi iniuncta est, cum bona spe contingit etiam alteri

Animæ ratiocinatio per seipsam

Iusti, boni, pulchri, et similiũ essentiã ratione cognosci

Sapere nos nõ sinit corpus

Bellorum causa

Cognitio purè post mortem

Purum contingi à non puro fas non est

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiro, qui cogitationē uelut purificatam sibi præparatam esse putat. Maximè, inquit Simmias. Purificatio uero non'ne in hoc de quo dudum diximus, cōsistit, ut animam quàm maximè à corpore separemus, & assuefaciamus ipsam, ut per seipsam undiquaq; ex corpore se colligat ac congreget, ac quantum fieri potest, habitet, & in hoc futuro tempore, sola per se è corporis uelut uinculis exoluta. Maximè, inquit. Mors igitur hoc appellatur, solutio nimirum ac separatio animæ à corpore. Prorsus inquit ille. Sol uere autem ipsam uelut dicimus, semper maximè & soli hi qui rectè philosophantur, appetunt. Et hæc ipsa est meditatio philosophorum, solutio scilicet & separatio animæ à corpore, aut nō ita? Apparet. Non'ne igitur id quod ab initio dicebam, ridiculum esset, uirum præparare seipsum in uita, ut quàm proximus sit morti, & sic uiuere: & postea hoc adueniente ægrè ferre? Quid ni? Reuera ergo, inquit ô Simmia, qui rectè philosophātur, mori meditantur, & mori minimè omnium ipsis horrendum est. Ex his autem rem considera. Si enim ubiq; repudiant corpus, et ipsam per seipsam animam habere cupiunt: & quum hoc ipsis contingat, timeant ac indignentur, non'ne multa absurditas esset, non libenter abire ipsos eò, quò ubi peruenerint, spes est ut id consequantur, quod in uita amauerunt, (amauerunt autē sapientiā) & liberentur ab eo quod ipsis adest, & quod repudiarunt? Aut ob homines quidem amatos, & uxores ac liberos iam uita defunctos, multi iam ultrò inferos adire uoluerunt, hac spe ducti, quòd illic uisuri essent, ac amplexuri eos quorum cupiditate tenerentur. Qui uero sapientiam reuera amat, & hanc spem uehementer secum fouet, fieri non posse ut ipsam usquam alibi prò dignitate assequatur, quàm apud inferos, & mori ægrè ferat, & non libenter eò abibit? Putare equidem oportet, ô amice, si reuera philosophus fuerit, ualdè ipsum ita sensurum esse, quòd nusquam alibi purè sapientiam assequi possit, quàm illic. Si uero hoc ita se habet, non'ne quod modò dicebam, multa absurditas fuerit, si talis mortem timeat?

Philosophi mortem meditantur

Multi tamen sunt tales, per Iouem inquit ille. Abundè igitur magnum signum tibi hoc fuerit, si quem uideris ægre ferre quòd sit moriturus, talem nō esse philosophum sapientiæ studiosum, sed corporis studiosum: atque idem hic etiam pecuniarum studiosus est, & ambitionis, ita ut aut alterum ex his, aut ambo affectet. Maximè ita res se habet, uelut dicis. Non'ne, inquit, ô Simmia, etiam fortitudo ita affectis maximè conuenit? Omninò, inquit. Num & temperantia quam dicunt esse, non rapi cupiditatis admiratione, sed circa ipsam negligēter & temperatè se habere: num hæc his solis conuenit qui maximè corpus negligunt, & in philosophia uiuūt? Necesse est. Si enim inquit, considerare uoles aliorum & fortitudinem & temperantiam, absurda tibi esse uidebitur. Quomodo hoc ô Socrates? Nosti, inquit, reliquos omnes mortem maximum malorum esse putare? Et ualdè, inquit. Num maiorū malorum metu, hi qui ex his fortes sunt, mortem sustinent, quum sustinent? Est ita. Metu igitur & timore fortes sunt omnes, præterquam philosophi: quāquam absurdum sit, aliquem metu aut timiditate fortem esse. Maximè. Quid uero temperatis ex his nō'ne idem accidit, ut intemperantia quadam temperantes sint, etiamsi hoc impossibile esse fateamur? attamen contingit ut huic simílis sit affectio, quæ circa stolidam hanc temperantiam accidit. Timentes enim ne alijs uoluptatibus priuentur, & illas cupientes, ab alijs abstinēt, dum ab alijs superantur. Quanquam enim intemperantiam uocent à uoluptatibus superari, tamen contingit ipsis ut dum à uoluptatibus superentur, alias uoluptates superent. Hoc autem simile est ei quod modò dicebatur, ipsos uidelicet per intemperātiam quodam modo temperantes esse. Apparet equidem. Non igitur, ô beate Simmia, hæc fuerit recta ad uirtutē uia, uoluptates uoluptatibus, & dolores doloribus & timorem timore permutare, & maiora minoribus, uelut numismata, sed illud solum numisma rectum est, pro quo hæc omnia permutare oportet, sapientia nimirū: & omnia quæ hoc, & cum hoc emuntur ac uenduntur, & reuera sunt fortitudo, & temperātia, & iustitia, & in summa, uera uirtus cum sapientia, siue accedant, siue discedāt, & uoluptates & timores, & omnia alia huiusmodi. At si separantur hęc à sapientia, & inter se permutātur, adumbrata quædam uirtus eiusmodi fuerit, & reuera seruilis, ut q̄ nihil sani, neq; ueri habeat. Verum aūt ipsum reuera fuerit purificatio quædē talium omniū, & temperātia, & iustitia, & fortitudo: & hæc sapientia purificatio quædam fuerit. Et uidentur etiam hi qui sacro-

Philosophi fortes & temperātes sunt

Fortes metu

Temperātes intemperantia

Sapientiæ numisma

Virtutes esse purificationes

qui sacrorū mysteria nobis constituerunt, non uiles quidam esse, sed reuera dudum obscurè insinuare, quòd quisquis non initiatus ac sacris addictus ad inferos peruenerit, in cœno iacebit. Purificatus autē ac initiatus ubi eò deuenier, cū dijs habitabit. Sunt enim uelut sacrorum mystæ dicunt, Multi qui ferulas gestāt, pauci uero Bacchi. Hi uero sunt, ut mea fert opinio, nō alij quàm qui rectè philosophati sunt: ex quorum numero ut essem, etiam ego nihil, quantum eius fieri potuit, reliqui in uita, sed omni modo conatus sum. An uero rectè conatus sim, & aliquid effecerim, illuc delati clarè cognoscemus, si deus uoluerit, paulò postea uelut mihi uidetur. Hæc igitur ego, ô Simmia & Cebes, in mei defensionem affero, ut qui meritò uos relinquam, et eos dominos qui hic sunt non grauiter feram, neq; ipsis indigner: quum putem etiam illic nihilò minus quàm hic, bonos dominos ac amicos me adepturum esse. Vulgus autem huic rei fidem nullam habet. Si igitur aliquantò persuasibilius me apud uos defendi, quàm apud Athenienses iudices, bene res se habet. Hæc ubi Socrates dixisset, Cebes excepto eius sermone, ô Socrates, inquit, alia quidem rectè dici mihi uidentur. Quæ uero ad animam spectant, parum fidei apud homines habent, ne postquam à corpore illa discesserit, nusquam amplius sit, sed illa die corrumpatur ac pereat, qua homo mortuus fuerit, utpote quæ statim à corpore discedens, & egrediens uelut spiritus aut fumus, dispersa auolet ac pereat, & nihil uspiam amplius sit. Nam si esset alicubi ipsa per seipsam collecta, & ab his malis, quæ tu nunc recensuisti, liberata, multa sanè & bona spes esset, ô Socrates, uera esse ea quæ tu dicis. Sed hoc non modica fortasse mitigatione ac persuasione opus habet, quòd sit anima homine mortuo, & quòd uim quandam ac sapientiam habeat. Vera dicis, ô Cebes, inquit Socrates. Sed quid faciamus, quàm ut si ita uelis, de ijsdem consabulemur, an uerisimile sit hæc ita se habere, aut non? Ego igitur, inquit Cebes, libenter audierim, quam'nam opinionem de ipsis habeas. Nequaquam arbitror, inquit Socrates, aliquem qui hæc audiuerit, dicturum esse, quòd nuger, etiamsi ille comicus sit poëta, & quòd de non conuenientibus uerba faciam. Si igitur uidetur, & considerare conuenit, consideremus hoc modo, an apud inferos sint animę mortuorum hominum, aut non sint. Vetus equidem sermo quispiam hic est, cuius nunc mentionem facimus, quòd hinc abeuntes, illic sint, & rursus huc redeāt, & ex mortuis fiant. Etsi hoc ita se habet, rursus fieri ex mortuis uiuentes: quid aliud esset, quàm quòd animæ nostræ sint illic? Non enim rursus fierent, si non essent. Et hæc abundè magna coniectura esset, hæc ita esse: si reuera manifestum esset, quòd non aliundè uiuentes fiant, quàm ex mortuis. Si uerò hoc non est, alia opus fuerit ratione. Maximè inquit Cebes. Ne itaq; in hominibus solum, inquit ille, consideres, si facilius discere uoles, sed etiam in alijs animalibus omnibus, & stirpibus, & in summa de omnibus quæ originem habent ac fiunt, uideamus, an sic omnia fiant, non aliundè, quàm ex contrarijs contraria, quibus huiusmodi quid est, quale pulchrum turpi contrarium, & iustum iniusto: sed & alia innumerabilia ita se habent. Consideremus ergo an necessarium sit, cuicunq; aliquod contrarium est, non aliundè ipsum fieri, quàm ex eo quod ipsi contrarium est: uelut uerbi causa, quando maius aliquid fit, necesse est ex eo quod minus antea est, postea maius fieri. Etiam. Nō'ne si etiam minus quid fiat, ex eo quod maius antea est, postea minus fiet? Est ita. Sed & ex fortiore debilius, & ex tardo citius? Maximè. Quid uero si quid deterius fiat, non'ne ex meliori: & si quid iustius, non'ne ex iniustiore? Quid ni? Abundè igitur, inquit, hoc habemus, omnia ita fieri ex contrarijs contraria? Maximè. Quid uerò rursus? Est'ne & tale quid in ipsis, uelut inter utraque: quum omnia contraria duo sint: duæ origines, ab altero quidem ad alterum, & rursus ab altero uicissim ad alterum. Nam inter maiorem rem & minorem interueniunt auctus ac diminutio: & appellamus ita, alterum augeri, alterum diminui? Etiam inquit. Non'ne & discerni & coagmentari, & frigefieri ac calefieri, & omnia hoc modo: etiamsi nominibus alicubi non utamur, sed tamen re ipsa ubique: sic se habere necesse est, ut & ipsa ex altero alterum uicissim fiant, & alterius ex altero uicissim origo contingat? Maximè, inquit ille. Quid igitur, inquit, est'ne quid uitæ contrarium, quemadmodum uigilijs somnus? Maximè. Quid? Mors, inquit. Non'ne hæc alterum ex altero uicissim fiunt, siquidem contraria sunt, & origines inter ipsas interueniunt duæ, quum

Mystarum sacrorū dictum

Anima uelut spiritus, aut fumus, è corpore egrediatur

Animæ apud inferos sint

Originem ex contrarijs fieri

Contraria fieri ex contrarijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

duo existant? Quid ni? Alteram itaque coniugationem ex his quas modo dicebam, ego tibi dicam, inquit Socrates, tum ipsam, tum origines ipsius. Tu uero mihi alteram. Dico autem alterum somnum, alterum uigilias: & ex somno uigilias fieri, & ex uigilijs somnum: & ipsorum origines, alteram obdormire esse, alteram excitari. Satis'ne hæc tibi, aut non? Maximè. Dic itaq; & tu mihi, inquit, ita de uita & morte. Nónne contrariam dicis uitam morti esse? Ego sanè. Fieri uero hæc alterum ex altero uicissim? Etiam. Quid igitur est quod fit ex uiuente? Mortuum, inquit. Quid uero inquit ille ex mortuo? Necesse est, inquit, confiteri uiuens. Ex mortuis igitur, ô Cebes uiuentia, & uiuentes fiunt? Apparet. Sunt ergo, inquit, animæ nostræ apud inferos. Apparet. Non'ne & originum circa hæc altera manifesta est. Mori enim manifestum est sanè, aut non? Maximè, inquit. Quomodo igitur, inquit ille, faciemus? non contrariam originem uicissim attribuemus? sed hac parte clauda erit natura, aut necesse attribuere ei quod mori est contrariam quandam originem? Omnino, inquit. Quam uero illam? Reuiuiscere. Non'ne si quidem est ipsum reuiuiscere, ex mortuis utique ad uiuentes origo hæc fuerit, ipsum reuiuiscere? Maximè. Consensimus igitur inter nos & hac ratione, uiuentes ex mortuis fieri, nō minus quàm mortuos ex uiuentibus. Quod quum ita sit, abundè magnum indicium est, quòd necesse sit animas mortuorum alicubi esse, unde sanè rursus reuertantur. Videtur mihi, inquit ille, ô Socrates, ex concessis necessarium esse, ita rem se habere. Vide itaque, inquit, ô Cebes, quòd non iniustè consenserimus, uelut mihi uidetur. Si enim non semper uicissim attribuerentur altera alteris quæ fiunt, uelut per circulum reuertentia, sed directa quædam esset origo ex altero solum ad contrarium, & non reflecteret rursus ad alterum, neque circuitionem faceret, nosti quòd omnia desinentia eandem figuram haberent, & eandem affectionem subirent, ac fieri cessarent. Quomodo dicis, inquit ille? Nulla difficultas est intelligere id quod dico, sed uelut si obdormire quidem esset, excitari autem non uicissim attribueretur, & ex dormiente fieret, satis nosti quòd omnia desinentia, Endymionis fabulam referrēt, & nusquam apparerent, eo quòd etiam alia omnia idem cum illo paterentur, ac dormirent uidelicet. Et si coagmentarentur quidem omnia, non autem discernerentur, fortassis illud Anaxagoræ contingeret, ut simul omnes res essent. Similiter autem, ô chare Cebes, si morerentur omnia quæ uitam habent, & postquam mortua essent, in hac figura mortua permanerent, & non rursus reuiuiscerent, non'ne omninò necesse esset, omnia desinentia mortua esse, & nihil uiuere? Si enim ex alijs quidem uiuentia fierent, uiuentia uero morerentur, qua arte fieri id posset, ut non omnia in mortem consumerentur? Nulla ut mihi uidetur, inquit Cebes, sed mihi omninò uera dicere uideris. Est enim, inquit ille, ô Cebes, uelut mihi uidetur, maximè omnium, ita ut diximus, & nos eadem hæc ut qui non decipiamur, confitemur, & contingit reuera reuiuiscere, & ex mortuis uiuentes fieri, & mortuorum animas esse, & bonis melius esse, malis autem deterius. Sed & secundum illum sermonem, inquit Cebes, si uerus est, ô Socrates, quem tu frequenter referre soles, quòd discere nihil aliud sit nobis, quàm recordari: & secundum hunc inquam, necesse est nos in priore quodam tempore didicisse ea, quæ nunc recordamur. Hoc autem fieri non posset, si non fuisset alicubi anima nostra, prius, quàm in hanc humanam speciem deueniret. Quare & hac ratione immortale quid Anima esse uidetur. At ô Cebes, inquit Simmias, quales sunt harum rerum demōstrationes, mihi in memoriam reuoca. Non enim in præsentia ualdè memini. Vna ratio est, inquit Cebes, eaq; optima, quòd homines dum interrogantur, si quis rectè interroget, ipsi omnia dicunt, quemadmodum se habent: & quidem si non scientia in ipsis inesset, & ratio recta, hoc sanè facere non possent. Deinde si quis ad geometricas figuras ac tabulas, aut aliud huiusmodi ducat, hic clarissimè deprehendet hoc ita se habere. Si uero huic rationi, ô Simmia, fidem non habes, inquit Socrates, considera an hoc modo tibi rem expendenti consentire nobis uideatur. Suspectum enim hoc habes, quomodo disciplina, ut uocant, sit recordatio. Non equidem suspectum habe, inquit Simmias, sed hoc ipsum ut discam opus habeo, recordari nimirum de quo sermo est: & ferè ex his quæ Cebes dicere aggressus est, iam memini ac credo: Et tamen nihilò minus libenter audiuerim, nunc quomodo tu dicere instituisti.

Vita & mors sunt contraria

Viuentes ex mortuis fiūt, & uicißim

Circuitio rerū inter se omniū

Animæ bonæ melius habēt, malæ contrà

Discere est recordari

Anima immortalis, & ante nos natos

instituisti. Hoc modo, inquit ille. Confitemur equidem, si quis aliquid recordetur, oportere ipsum hoc prius aliquando sciuisse. Maximè, inquit. Num igitur & hoc cōfitemur, quum scientia tali modo accesserit, recordationem esse. Quem autem dico modum? hunc. Si quis aliud quid aut uiderit, aut audiuerit, aut alio aliquo sensu perceperit, & non solum illud cognouerit, sed etiam de alio cogitarit, cuius non eadem est scientia, sed alia, non'ne iuste dicimus, quòd hoc recordatus sit de quo ipsi cogitatio incidit? Quomodo dicis? uelut uerbi gratia, Alia sanè est scientia hominis, alia lyræ. Quid ni? Nosti'ne ergo hoc amatoribus accidere, ubi lyram, aut uestem, aut aliud quid uiderint, ex his quibus hi quos amāt, uti solent, quòd uidelicet & lyram agnoscunt, & formam pueri cuius lyra est cogitatione uersant? Hoc autem est recordatio. Quemadmodum & Simmiam quis conspicatus, sæpè Cebetis recordatus est. Sed & alia innumerabilia huiusmodi fuerint. Innumerabilia per Iouem, inquit Simmias. Non'ne tale, inquit ille, recordatio quædam est, maximè tamen ubi alicui hoc acciderit circa illa, quorum per tempus, & eo quòd diu non conspexit, oblitus est? Maximè, inquit. Quid uero, inquit ille, potest'ne is qui equum pictum uidit, & lyram pictam, hominis recordari: & qui Simmiam pictum uidit, Cebetis recordari? Potest. Non'ne & qui Simmiam pictum uidit, ipsius Simmiæ recordari potest? Est ita, inquit. Non'ne secundum omnia hæc recordationem fieri contingit, partim à similibus, partim etiam à dissimilibus? Contingit. At quum à similibus quis aliquid recordatur, non'ne necessarium est ut hoc insuper ipsi accidat, ut cogitet an'ne hoc deficiat secundum similitudinem, aut non, ab illo cuius recordatus est? Necessarium est, inquit. Considera uero, inquit ille, an hæc ita se habeant. Dicimus'ne aliquid esse æquale, non dico lignum ligno, neque lapidem lapidi, neq; aliud quicquam huiusmodi, sed præter hęc omnia aliud quid, ipsum æquale dicimus'ne esse, aliquid aut nihil? Dicimus igitur per Iouem, mirificè, inquit Simmias. Num etiam scimus ipsum quod est æquale? Maximè, inquit ille. Vnde accepta ipsius scientia? Non'ne ex his quæ modò dicebamus, aut ligna, aut lapides, aut alia quædam æqualia conspicati, ex his illud cognouimus, quod aliud ab his est? aut non aliud tibi uidetur? Considera autem & hoc modo. Nónne lapides æquales, & ligna aliquando quæ eadem sunt, modò æqualia apparent, modò non? Maximè. Quid uero, ipsa'ne æqualia aliquando inæqualia tibi uisa sunt? aut æqualitas, inæqualitas? Nunquam ô Socrates: Non idem ergo sunt, inquit ille, tum hæc æqualia, tum ipsum æquale. Nequaquam mihi uidetur, ô Socrates. Atqui ex his, inquit, æqualibus, quæ alia sunt ab illo æquali, scientiam ipsius inueniisti & accepisti. Verissima, inquit dicis. Non'ne an simile sit his, aut dissimile? Maximè. Nihil autem differt, inquit ille. Quandiu enim aliud cōspicatus, ab hac inspectione aliud cogitaris siue dissimile, siue simile, necessarium est ipsum recordationem factam esse. Prorsus ita. Quid igitur, inquit ille, num accidit nobis tale quid circa æqualia? quæ sunt in lignis, & alijs quæ modò dicebamus? uidentur'ne nobis ita æqualia esse, uelut ipsum quod est æquale? aut deest quid ab illo, ut ne tale quid sint quale est æquale, aut nihil? Multum, inquit, deest. Non'ne confitemur, ubi quis aliquid conspicatus cogitarit: quòd appetit quidem hoc, quod nunc ego uideo esse, uelut aliud quid ex his quæ sunt, deest autem, & non potest tale esse æquale, uelut illud, sed est deterius: necesse est ut is qui hoc cogitat, prius nouerit illud, cui hoc ipsum simile quidem esse dicit, sed defectū tamen habere? Necesse est. Quid igitur tale'ne quid & nobis accidit, aut non, circa æqualia & ipsum æquale Omninò. Necesse est ergo nos prius nouisse ipsum æquale, ante illud tempus, quo primùm æqualia conspicati cogitauimus, quòd appetunt quidem hæc omnia esse uelut æquale, sed tamen defectū habent. Est ita. Atqui & hoc confitemur, non aliunde nos hæc ipsa cognouisse, neque ut quis cognoscat fieri posse, quàm ex uisu, aut tactu, aut alio quodam sensu. Idem autem de omnibus his sentio. Idem enim est, ô Socrates, quod ad præsentia declaranda attinet. At uero ex sensibus cognoscere oportet, quòd omnia quæ sensibus subiacent, illud quod æquale est appetunt, & ipso imperfectiora sunt, aut quomodo dicemus? Hoc modo. Equidem antea, quàm nos incepimus uidere, aut audire, aut alia sentire, scientiam adeptos esse oportebat ipsius æqualis quid sit, si ex sensibus æqualia eò referre uelimus, quòd appetant

Recordatio quomodo fiat

Recordatio alterius rei, ex alterius cōspectu

Aequalis constderatio

Aequales res, & ipsum æquale differunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem omnia talia esse uelut illud, sint autē deteriora. Necessarium est ex prius relatis, ô Socrates. Non'ne statim ut nati sumus, uidimus, & audiuimus, & alios sensus habuimus? Maximè. Oportebat autem ante hos, uelut diximus, æqualis scientiam adeptos esse? Etiam. Necesse est ergo, ut apparet, antea quàm nasceremur, ipsam nos adeptos esse. Apparet. Non'nè si accepta ipsa antea, quàm nasceremur, habentes ipsam nati sumus, nouimus etiam prius, quàm nasceremur, & statim ut nati fuimus, non solum æquale & maius ac minus, sed etiam omnia huiusmodi? Non enim de æquali nunc nobis magis sermo est, quàm etiam de ipso pulchro, & bono & iusto & sancto, & de omnibus quæ inter interrogandum ac respondendum hoc uelut sigillo, quòd est, obsignamus: ut necessarium sit, nos horum omnium scientias ante natiuitatem adeptos esse. Est ita. Et si quidem has adepti non subinde obliuisceremur, gnaros semper esse, & semper per uitam scire. Hoc enim est scire, acceptam alicuius scientiam habere, & non amittere. Aut non hoc obliuionem dicimus, scientiæ scilicet amissionem? Prorsus, inquit, ô Socrates. Si uero ante natiuitatem has adepti, nati iam ipsas amisimus, postea uero sensibus usi, circa ipsa, illas scientias recuperauimus, quas aliquando etiam prius habuimus, nō'ne id quod discere uocamus, propriam scientiam recuperare fuerit? Hoc autem si recordari dixerimus, rectè sanè dixerimus? Maximè. Fieri equidem hoc posse uisum est, ut is qui sensit, aut uidit, aut audiuit, aut aliquo alio sensu percepit, aliud quid ex hoc cognoscat, cuius oblitus erat, cui hoc propinquū est, siue dissimile ipsi sit, siue simile. Quapropter uelut dico, ex duobus alterū est, Aut enim scientes hæc ipsa nati sumus, & per uitam omnes scimus: At postea hi quos discere dicimus, nihil aliud quàm recordantur, & ipsa disciplina recordatio est. Et ualdè ita res se habet, ô Socrates. Vtrum igitur eligis, ô Simmia, scientes'ne nos natos esse, aut postea recordari ea quorum prius scientiam adepti eramus? Non habeo, ô Socrates, in præsentia quod eligam. Quid uero, habes'ne quod eligas, & quomodo tibi de hoc ipso uideatur? Vir sciens potest'ne de his quæ scit, rationem reddere, aut non? Necesse est ipsum posse, inquit ô Socrates. Num etiam uidentur tibi omnes posse rationem reddere de his quæ modò dicebamus? Vellem equidem, inquit Simmias, sed multò magis timeo, ne cras hic non amplius ullus homo sit, qui hoc pro dignitate facere possit. Non ergo uidentur tibi, ô Simmia, omnes hæc ipsa scire? Nequaquam. Recordantur ergo quæ aliquando didicerunt? Necesse est. Quando uero adeptæ sunt animæ nostræ scientiam? Non enim ex quo homines nati sumus? Non sanè. Ergo prius? Etiam. Fuerunt ergo, ô Simmia, animæ nostræ etiam prius, quàm in hominis specie essent, absq; corporibus, & sapientiam habuerunt. Nisi fortassis dum nascimur, ô Socrates, has scientias adipiscimur. Hoc enim tempus adhuc reliquum est. Sit ita, ô amice. At in quo alio tempore amittimus? Nō enim habentes ipsas nascimur, uelut modò confessi sumus. Aut in hoc amittimus, in quo etiam adipiscimur? aut potes aliud tempus dicere? Nequaquam, ô Socrates, sed nihil me dicere non animaduerteba. Num igitur sic inquit, res se habet, ô Simmia. Si quidem sunt ea quæ semper iactamus, & pulchrum quid, & bonum, & omnis eiusmodi essentia ac natura, & ad hanc omnia ex sensibus comprehensa referimus, ut quam quū prius esset, nostram esse comperimus, & hæc illi assimilamus: necesse est ita, quemadmodum & hæc sunt, etiam nostram animam esse, prius etiam quàm nos nascamur. Si uero hæc non sunt, frustrà hic sermo habitus fuerit. Sic igitur res se habet, & æqualis necessitas est, tum hæc esse, tum animas nostras prius, quàm nos nascamur, esse. Et si non hæc, neque illas. Mirum in modum mihi uidetur, ô Socrates, inquit Simmias, eadem necessitas esse, & pulchrum rationi refugium patet, ad hoc quòd & similiter sit anima nostra prius, quàm nos nascamur, & natura illa, de qua tu nunc dicis. Non enim habeo ego quicquam, quod mihi ita euidens sit, uelut hoc, quòd omnia talia sint, quantum eius maximè fieri potest, & pulchrum & bonum, & alia omnia quæ tu modò dicebas. Et mihi quidem satis demonstratum est. Quid uero Cebeti, inquit Socrates? Oportet enim etiam Cebeti persuadere. Satis inquit Simmias, ut ego arbitror, etiamsi pertinacissimus homo sit, in eo quod non leuiter sermonibus fidem habet. Sed puto tamen illi hoc satis persuasum esse, fuisse animā nostram prius, quàm nos nasceremur.

Scientia in nobis, antea quā nati fuimus

Quæ uerè existunt

Scire quid sit

Obliuio quid sit

Discere quid sit

Animæ absque corporibus, et sapientes

An uero

An uero etiam postquam mortui fuerimus adhuc erit, neq; mihijpsi ô Socrates demonstratum esse uidetur. Verum restat adhuc ea uulgi opinio quam sanè nunc Cebes referebat, an'ne simul ut moritur homo, anima dispergatur, atque hic sit finis ipsi, ut ne amplius sit. Quid enim uetat fieri ipsam ac constitui aliunde, & esse prius etiam quam in humanum corpus deueniat. Postquam uero abierit ac discesserit ab hoc, tunc etiam ipsam mori ac corrumpi. Bene dicis ô Simmia inquit Cebes. Videtur enim uelut dimidium eius quod requirebatur demōstratum esse, quòd fuerit anima nostra prius, quàm nos nasceremur. Oportere autem adhuc demonstrare, an etiam postquam mortui fuerimus, nihilō minus erit, quàm prius, quàm nasceremur, si demonstratio finem habere debet. Demonstratum est ô Simmia & Cebes inquit Socrates etiam nunc, si hunc sermonem in idem cōponere uultis, cum eo quem ante hunc confessi sumus, omne uidelicet uiuens fieri ex mortuo. Si enim est anima etiam prius, necesse est autem ut dum fit ipsa & ad uitam prodit, haudquaquā aliunde quàm ex morte ac mortuo fieri: quomodo non necesse sit ipsam etiam postquam mortui fuerimus esse? quandoquidē ipsam rursus fieri ac reuerti oportet. Demonstratū quidem igitur etiam nunc est, id de quo dicitis. Videris tamen & tu cupere, & similiter Simmias, ut hic locus adhuc amplius tractetur, & illam puerorum opinionem formidare, ne reuera uentus ipsam è corpore egredientem diffletac dispergat, tum aliàs, tum si quis non quietis uentis, sed in magnis flatibus moriatur. Et Cebes oborto sibi risu, uelut formidantibus inquit ô Socrates, nobis persuadere conare, lmò uero non ut nobis formidantibus, sed fortassis est quidam inter nos puer, qui talia formidat. Huic igitur persuadere conemur, ut ne formidet mortem quemadmodum laruarum terriculamenta. At oportet inquit Socrates ipsum incantare quotidie, donec persanetur. Vnde igitur inquit ô Socrates bonum talium incantatorem accipiemus, postquam tu nos relinqueris? Magna inquit est Græcia ô Cebes, in qua sunt sane boni uiri. Multæ etiam sunt Barbarorum gentes apud quas omnes perscrutari oportet, ac talem incātatorem quærere, neq; pecunijs, neq; laboribus parcendo, ita nō est res, in quam magis oportune pecuniæ expendi possint. Quærere etiam oportet uos inter uos ipsos. Fortassis enim neq; facile inueneritis, qui magis quàm uos hoc præstare possint. At hæc quidem fient inquit Cebes, unde uero digressi sumus reuertamur, si hoc tibi ita placet. Imò placet sanè. Quomodo enim non placeret? Rectè inquit dicis. Non'ne tale quid inquit Socrates nos interrogare oportet nos ipsos? Cui'nam conuenit hanc affectionem perpeti, ut uidelicet dispergatur: & pro quo'nam formidare, ne ipsam perpetiatur: & post hoc rursus considerare, utrum hoc anima sit, & ex his pro anima nostra confidere aut timere. Vera inquit dicis. Non'ne igitur ei quod compositum est, ex natura conuenit ut hoc perpetiatur, & eo quo cōpositum est modo, dirimatur. Si uero quid est quod compositum non sit, huic soli cōuenit ut si quid aliud eadem non patiatur? Mihi res ita se habere uidetur inquit Cebes. Non'ne quæ semper secundum eadem & similiter se habent, ea maximè uerisimile est incōposita esse: quæ uero aliàs aliter, & nunquā secundum eadem, ea esse composita? Mihi ita uidetur. Redeamus itaq; inquit, ad ea quæ in superiore sermone tractauimus. Ipsa natura de qua & interrogantes & respondentes rationem reddimus, quòd sit, num similiter semper se habet secundum eadem, aut aliàs aliter? ipsum nimirū æquale, ipsum pulchrum, ipsum unūquodq;, quod est id quod existit, num aliquando mutationē quancūq; illam admittit, aut unumquodq; ipsorum, id quod est uniforme existens, ipsum per seipsum similiter secūdum eadem se habet, & nunquam, usquam, ullo modo ullam aliquam alterationem recipit? Similiter inquit Cebes, & secundum eadem se habere necesse est. Quid uero multa illa pulchra, uelut homines, aut equi, aut uestes, aut alia quæcūq; tandem huiusmodi aut æqualia, aut pulchra, aut omnia illis gentilia, num secundū eadem se habent? aut in totum contrà quàm illa, neq; ipsa cum seipsis, neq; inter se uicissim, unquam ut ita dicam ullo modo, secundum eadem se habent? Ita inquit Cebes, hæc nunquam similiter se habent. Non'ne hæc quidem attingere possis, & uidere, & alijs sensibus percipere? Ea uero quæ secundum eadē se habent, non alio quopiā apprehendere possis, quàm intelligentiæ ratiocinatione, sed sunt talia obscura, & nō uidentur. Prorsus inquit uera dicis. Ponamus

Anima an post mortem hominis superstit

Disperguntur ac dissoluūtur composita

Composita & incomposita quæ sint

Pulchra res aliud est, quàm ipsum pulchrū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Res aut uideri possunt, aut non possunt

igitur inquit si ita uos, duas rerum species, alteram quæ uideri potest, alteram quæ non potest. Ponamus inquit. Et eam quæ uideri non potest, semper secundum eadem se habentem. Quæ uero potest, nunquam secundum eadem. Et hoc inquit ponamus.

Homo est corpus & anima

Age uero inquit ille, aliud'ne quid nos ipsi sumus, quàm partim corpus, partim anima? Nihil aliud inquit. Vtri igitur speciei similius ac cognatius esse dicimus ipsum corpus? Cuius inquit hoc patet, quòd ei quæ uideri potest. Quid uero anima uideri ne potest aut non? Non sanè ab hominibus ô Socrates. Atqui nos ea quæ uideri, aut non uideri possent, de humana, aut alia quadam natura dixisse putas? De humana. Quid igitur de anima dicebamus, uideri'ne eam posse, aut non posse? Non posse. Non igitur uideri potest? Non. Similior ergo est anima ei speciei quæ uideri non potest, quàm corpus. Corpus autem ei quæ uideri potest. Penitus necesse est ô Socrates. Non'ne & hoc iamdudum dicebamus, quòd Anima ubi corpore utitur ad aliquid considerandum, aut per uisum, aut per auditum, aut per alium aliquem sensum

Sensuum consideratio per corpus fit

(Hoc enim est per corpus, per sensus aliquid considerare) tunc trahitur quidem à corpore ad ea quæ nũquam secundum eadem se habent, & ipsa oberrat ac perturbatur, & uelut ebria uertigine afficitur, ut quę talia attigerit? Maximè. Quum uero ipsa per seipsam considerat, illuc abit ad purum, & quod semper est, & immortale, & similiter se habens, & ut quæ ipsi cognata sit, semper cum illo est, ubi ipsa per seipsam fuerit, & ei li cuerit, & ab errore quieuerit. Et circa illa semper secundum eadem similiter se habet, ut

Sapientia est affectio animæ

quæ talia attigerit. Et hæc ipsius affectio, Sapientia appellatur. Penitus rectè inquit & uera dicis ô Socrates. Vtri igitur speciei, & ex his quæ supra, & quæ modò relatæ sunt, anima similior & cognatior esse tibi uidetur? Quiuis sanè mihi uidetur concessurus esse ô Socrates, ex huius methodi ratione, etiamsi ad discendum tardissimus sit, quòd in totum & penitus similior est anima, ei quæ semper similiter se habet, quàm ei

Anima semper similiter se habet

quæ non. Quid uero corpus? Alteri. Considera uero & hoc modo. Quum in eodem fuerint anima & corpus, natura huic ut seruiat ac subiectum sit præcipit, illi uero ut imperet ac dominetur. Et secundum hæc, utrum tibi uidetur diuino simile esse, &

Animæ imperiunt

utrum mortali? Aut non uidetur tibi, diuinum quidem tale natura esse, ut imperet & principatum gerat, mortale uero ut subiectum sit & seruiat? Mihi sanè. Vtri igitur

Anima diuino similis

anima similis est? Nimirum ô Socrates anima diuino, corpus mortali. Considera itaq; inquit ô Cebes, an ex omnibus relatis hæc nobis efficiantur. Diuino quidem, & immortali, & intelligenti, & uniformi, & indissolubili, & semper similiter & secundum eadem se habenti, simillimam esse animam: Humano uero, & mortali, & ab intelligentia alieno, & multiformi, & dissolubili, & nunquam secundum eadem se habenti, simil limum esse corpus. Possumus'ne quid, præter hæc, dicere aliud ô chare Cebes, quòd non hæc ita se habeant? Non possumus. Quid igitur his ita se habentibus, non'ne

Anima indissolubilis

corpori quidem ut breui soluatur conuenit, animæ uero ut penitus indissolubilis sit, aut quid prope ad hoc? Quid ni. Vides igitur quòd ubi mortuus fuerit homo, id quod uideri potest ipsius corpus, & quod in conspicuo iacet, quod sanè mortuum appellamus cui cõuenit ut dissoluatur, & dilabatur, ac diffletur: non statim quicquam horum perpetitur, sed bene longum tempus durat: & hoc maximè, si quis iucundo corporis habitu præditus, in tali tempore moriatur. Contractum enim corpus, & conditum, quemadmodum hi qui in Ægypto condiuntur: ferè totum durat immenso tempore. Si uero etiam aliquæ corporis partes computruerint, ossa tamen & nerui ac omnes eiusmodi partes, ut ita dicam, immortales sunt, aut non ita? Etiam. Anima uero quæ uideri non potest, quæ in eiusmodi alium locum abit, generosum illum & purum, & qui uideri non potest, ad inferos, reuera ad bonum ac sapientem deum, quòd si deus uoluerit, statim etiam meæ animæ abeundum est: Hæc inquam anima, quæ nobis talis est, & huiusmodi natura prædita, ubi à corpore discedit, statim diffletur ac perit, uelut uulgus hominum sentit? Multum abest ô Cebes & Simmia. Verum multò magis ita res se habet. Si quidem pura discesserit, nihil de corpore simul trahens, utpote in nulla re cum ipso communicans in uita, ex sua uoluntate, sed ipsum fugiens, & ipsa in seipsam collecta, utpote hoc semper meditans: hoc autem nihil aliud est, quàm rectè philosophiam tractans, & reuera facile mori meditans. Aut non est hoc meditatio mortis

mortis? Omnino est. Sic igitur affecta anima, ad simile ipsi ad diuinum abit, diuinum & immortale ac sapiens, quò ubi peruenit, contingit ipsi ut sit felix, ab errore & ignorantia, & timoribus & agrestibus amoribus, & alijs humanis malis liberata: & quẽ admodum de initiatis dicitur, reuera reliquum tempus cum dijs degens. Ita'ne fatemur ô Cebes, aut aliter? Ita per louam inquit Cebes. Si uero inquinata, ut arbitror, & impura à corpore discesserit, utpote quæ corpus complexa est, & hoc coluerit ac amauerit, & ab ipso & cupiditatibus ac uoluptatibus delinita fuerit, ut nihil aliud uerum esse putauerit, quàm corpoream speciem, quam quis tangere possit & uidere, bibereq; ac edere, & ad res uenereas uti: Quod uero oculis obscurũ est, & uideri non potest, intelligi tamen ac philosophia comprehendi, id & odio habere consueuerit, & formidare ac fugere: Ita sanè affectam animam, putas'ne ipsam per seipsam sinceram discessuram esse? Nullo modo inquit. At à corporea ut arbitror specie occupatam, quum conuersatio & consuetudo corporis, propter familiaritatem ac multam eius curam, uelut à natura congenitam ipsi induxit. Maximè. Solidam autem illam ô amice speciem esse putare oportet, & grauẽ & terream & quæ uideri possit, quam sanè quam talis anima habeat, grauatur & trahitur rursus ad locum qui uideri potest, præ timore eius qui uideri non potest, & apud inferos est, & quemadmodũ dicitur, circa monumenta ac sepulchra uersatur, circa quæ etiam quædam umbrosa animarum spectra uisa sunt, qualia tales animæ simulachra exhibent, quæ non purè absolutæ sunt, sed speciei quæ uideri potest participes sunt. Quapropter etiam uidentur. Verisimile est ô Socrates. Verisimile equidem ô Cebes, & neq; bonorũ has animas esse, sed malorum, quæ circa huiusmodi oberrare coguntur, pœnam dantes prioris malæ educationis. Et tandiu sanè oberrant, donec comitantis ipsos corporeæ speciei cupiditate, rursus in corpus illigatæ fuerint. Illigantur autem uelut consentaneum est in eiusmodi mores, quales sanè etiam in uita exercuerunt. Quales uero hos dicis ô Socrates? Nimirum eos qui gulæ & lasciuiæ & potationi dediti fuerunt, ac nihil ueriti sunt, in asinorum & talium bestiarum genera ingredi consentaneum est, aut non ita putas? Maximè consentanea dicis. Qui uero iniurias & tyrannides ac rapinas prætulerunt, in luporum & accipitrum ac miluorum genera: Aut quò aliò tales animas abire dixerimus? Profectò inquit Cebes in talia. Non'ne etiam in alia genera unaquæq; transierit, pro studij ipsarum similitudine? Manifestum est inquit, quomodo enim non transirent? Non'ne felicissimi inquit, etiam ex his sunt, & ad optimum locum proficiscuntur, qui popularis ac ciuilis uirtutis studiosi fuerunt, quam sanè temperantiam ac iustitiam uocant, ex consuetudine ac exercitatione partam, absque philosophia ac intelligentia? Quo modo hi felicissimi sunt? Quia consentaneũ est hos, in tale rursus deuenire ciuile ac mansuetum genus, nempe apum aut uespарum aut formicarum, aut etiam in idem rursus humanum genus, & fieri ex ipsis uiros moderatos. Consentaneum est. At in deorum genus abire nulli alij phas est, quàm discendi cupido, & ei qui philosophatus est, & penitus purus discessit. Quare horum gratia ô amice Simmia ac Cebes, recti philosophi ab omnibus corporis cupiditatibus abstinent, & tolerant, & non se illis tradunt: neque rei familiaris penuriam ac paupertatem formidantes, quemadmodum plerique & pecuniarum studiosi: neq; rursus ignominiam, & contemptũ improbitatis timentes, quemadmodum ambitiosi & honorum cupidi: atq; sic ab illis abstinent. Non enim decuerit ô Socrates inquit Cebes. Non sanè per louem inquit ille. Proinde hi qui animæ suæ curam gerunt, & non in corporũ cultura, uiuunt, illis omnibus ualere iussis, non secundum eadem cum illis ambulant, ut qui quò abeant nesciant: Verum ipsi non oportere contraria facere existimantes philosophiæ, eiusq; solutioni ac purificationi, ad hanc uiam se conuertunt, sequentes illam qua præit ac ducit. Quomodo ô Socrates? Ego inquit dicam. Cognoscũt enim discendi cupidi, quod philosophia animam ipsorum assumpsit, uerè in corpore illigatã, & affixam, & per hoc uelut per uinculũ, ea quæ sunt considerare coactã, & non ipsam per seipsam, & in omni imperitia uersantẽ: & q̃ uinculi uehementiam ex cupiditate esse conspexit, q̃ uidelicet ipse uinctus adiutor sit ut uinciatur: Cognoscunt inquam, discẽdi cupidi, q̃ philosophia animã ipsorum ita affectam assumpsit ipsamq; leniter cõsolatur, ac soluere aggreditur, ostẽdens consideratione tamen

Anima pura ad diuinũ abit

Animas impuras circa sepulchra uersari ac uideri

Animarum in uaria corpora transitio

Philosophi in deorum genus abeunt

Philosophia quid circa animas faciat

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen per oculos fraude plenam esse,itemq; eam quæ per aures & alios sensus contingit, suadens ut ab his quidem discedat, quantum ipsis uti non necesse est, ut uero ipsa per seipsam colligat se ac coaceruet adhortans, utq; nulli alij quàm ipsa sibijpsi credat, quicquid tandem ex his quæ sunt ipsum per seipsum ipsa per se considerauerit. Quicquid autem per alia considerarit, quod in alijs aliud est, id nihil ueri ducat. Et tale quidem docens sensibus expositum esse, & uideri posse. Quod uerò ipsa uidet, id intelligentiæ subiectum esse, & uideri non posse. Huic igitur solutioni aduersari non oportere putans ipsa reuera philosophi anima, ita abstinet à uoluptatibus & cupiditatibus & doloribus ac timoribus inquantum potest, ita secum reputans, quòd ubi quis uehementer delectetur, aut timeat, aut doleat, aut cupiat, nullum tantum malum ab his ipsis perpetiatur, quantum quis ab alijs pati se putasset, uelut si aut ægrotasset, aut quid consumpsisset, propter cupiditates. At quod maximum ac extremum malorum est, hoc perpetitur, & ipsum non reputat. Quod hoc ô Socrates inquit Cebes? Quòd anima cuiusuis hominis cogitur & delectari aut dolere ob aliquid uehementer, & simul putare hoc, circa quod maxime hoc patitur, euidentissimum ac uerissimum esse, quum non ita se habeat. Hæc autem maximè sunt quæ uideri possunt, aut non ita?

Mala maxima putari quæ non sunt iudiciũ falsum maximum animæ malum

Maximè. Non'ne in hac affectione, anima maximè à corpore illigatur? Quomodo hoc? Quia unaquæq; uoluptas itemq; dolor, uelut clauũ habens, ipsam affigit ac annectit ad corpus, eiq; corporeã speciem inducit, ut opinetur ea uera esse, quæ corpus approbarit. Nam ex eo quòd eadem sentit cum corpore, & ijsdem gaudet, cogitur arbitror eosdem mores eandemq; educationem suscipere, ut nunquam possit purè ad inferos deuenire, sed semper corpore plena exeat, ut breui rursus in aliud corpus dilabatur, & uelut quæ seminetur inseratur, atque ex his expers sit consuetudinis diuinæ & puræ & uniformis naturæ. Verissima dicis ô Socrates inquit Cebes. Horum igitur gratia hi qui uerè desecẽdi cupidi sunt, temperantes sunt & fortes, non eorum gratia quæ uulgus censet, aut tu putas? Non sanè ego. Non equidem. Verum ita secum reputauerit uiri philosophi anima, & non putauerit conuenire ut philosophia quidem ipsam soluat, quum autem illa soluat, ipsa seipsam uoluptatibus ac doloribus tradat, ut rursus illigetur, & imperfectũ opus faciat, & quandam Penelopes telam contraria modo tractet. Sed tranquillitatẽ horum præparans, & rationem sequens, & semper in hoc uersans, & quod uerum est, & diuinum, & ab opinione alienum contemplans, & ex illo alimentũ capiens, ita uiuere se oportere putat, quandiu uiuat: Et postquam hinc discesserit, ad cognatum ac tale deueniens, ab humanis malis liberatam se esse. Ex hac itaq; educatione, atque harum rerum studio, nihil uerendum est ne timeat, ô Simmia & Cebes, ne in discessu à corpore, distrahatur, & à uentis diffletur, ac auolans pereat, & nusquam amplius quicquam sit. Hæc ubi Socrates dixisset, silentium factum est ad multum tempus. Et ipse Socrates in relato sermone intentus hærebat, uelut apertè uidebatur, & plurimi quoque è nobis. Cebes autem & Simmias paululum inter se colloquebantur. Et Socrates ipsos intuitus interrogabat, quid inquit uidetur uobis de his quæ dicta sunt? Num uidentur non plenè tractata esse? Multa enim adhuc in his suspecta sunt, & quibus contradici potest, si quis ipsa abundè satis persequi uelit. Si quidem igitur aliud quid considera tis, nihil dico. Si uero de his ambigitis, nihil cunctemini etiam ipsi dicere ac recẽsere, si qua parte uobis melius dici potuisse uidetur, & rursus etiam me simul adhibere, si forte mecum rem melius processuram esse putatis. Et Simmias equidem inquit ô Socrates uera tibi dicam. Dudum enim uterq; nostrum ambigens alterum impellit, & interrogare iubet, eo quòd audire quidem cupimus, cunctamur autem, ne tibi molesti simus, & turbationem inducamus, ob præsentem calamitatem. Et ille his auditis placidè risit, & papæ ô Simmia inquit, profectò difficulter alijs hominibus persuaserim, quòd præsentem fortunam non putem esse calamitatem, quum neque uobis persuadere possim, uerum timetis ne nunc peius affectus sim, quàm in priore uita: & ut apparet cygnis uilior esse uobis uideor in diuinando. Nam hi postquã senserint se mori oportere siue ex uita hac cõmigrare, etiamsi etiam in superiore tempore cecinerint, tamen tunc plurimũ & maximè cum gaudio canunt, quòd ad deum abituri sint, cuius sunt ministri. At homines eo quòd ipsi mortem formi-

Claui affectionum, animæ ad corpus

Cygnorum diuinatio

formidant, etiam contra cygnos mendacia confingũt, & ipsos mortẽ lamentantes, præ dolore cantilenas edere asserunt. Et non hoc reputant, nullam auem canere, ubi esurit, aut friget, aut alio aliquo dolore afficitur, non ipsam luscíniam, non hirundinem, non upupam, quam sanè ob dolorem lamentantem canere dicunt. At neq; hæ dolentes mihi canere uidentur, neq; cygni. Sed ut qui Apollini sacri sint, & uatidici sunt, & præscij bonorum quæ apud inferos sunt, canunt ac oblectant se insigniter amplius, quàm in superiore tempore. Ego uero etiam duco me cygnorum conseruum esse, & eidem deo sacrum, & non deterius quàm illos uaticinãdi artem à domino habere, neq; tristius quàm ipsos è uita discedere. Quare huius rei gratia & dicere, & interrogare uobis licet quicquid uolueritis, quandiu Athenienſium Viri undecim id permiserint. Rectè dicis inquit Simmias, & ego tibi dicã ea de quibus ambigo, & rursus etiam hic, quatenus non recipit ea quæ relata sunt. Mihi enim uidetur ô Socrates, quemadmodũ fortassis etiam tibi, de huiusmodi rebus certum quid scire in præsenti uita, aut impossibile esse, aut admodum difficile: Quę tamen ipsis dicuntur, ea non omni modo exquirere, & prius desistere, quàm quis undiquaq; perscrutatus labori renunciet, ualdè mollis uiri esse: Oportere enim circa hæc, unum quoddã ex his efficere, & aut discere quomodo se habeant, aut inuenire, aut si hæc fieri non possint, optima saltem & quæ ægrè redargui possit, ex humanis rationibus accepta, in ea uelut in rate uehi, & cum periculo uitam pernauigare, si quis non securius possit, & minore cum periculo, in firmiore uehiculo, aut ratione aliqua diuina penetrare. Et sanè etiam nunc ego interrogare non uerebor, quandoquidem & tu hæc dicis, neq; meipsum in posterum accusabo, quod nunc ea quæ mihi uidentur non dixi. Mihi enim ô Socrates, & mecum, & cum hoc consideranti ea quæ dicta sunt, non ita satis iusto modo dicta esse uidentur. Et Socrates fortassis inquit ô amice uera tibi uidentur. Verum dic qua parte non satis iusto modo. Hac inquit ille. Nam & de harmonia, & lyra, & chordis, eundem hunc sermonem quis dicere possit quòd Harmonia nec uideri possit, & incorporea & penitus pulchra ac diuina sit, in Lyra adaptata. Ipsa autem Lyra & chordę, corpora ac corporea, & composita & terrestria sint, ac mortali cognata. Postquam igitur aut fregerit quis Lyram, aut inciderit & rupe rit chordas, si quis affirmaret eadem ratiõe qua tu, quòd necesse sit adhuc esse illam harmoniam, & non perijsse: non magni negocij res esset contradicere, lyram quidem adhuc esse ruptis chordis, & esse adhuc ipsas chordas, quæ mortalis speciei essent: harmoniam autem perijsse, & prius, quàm mortale interijsse, quæ cum diuino ac immortali eiusdem naturæ ac cognata esset. At dixerit ille, Necesse est adhuc sanè esse ipsam harmoniam, & prius ligna ac chordas putrescere, quàm illam aliquid pati. Nam ego sanè arbitror etiam teipsum ô Socrates hoc animaduertisse, quòd tale quiddam animam esse maximè opinamur, uelut intentum sit corpus nostrum, & à calido & frigido & sicco & humido ac talibus quibusdam contineatur, temperamentũ & harmoniam esse horum ipsorum animam nostram, ubi hæc rectè & moderatè fuerint inter se temperata. Si igitur anima est harmonia quædam, nimirum ubi laxatum fuerit immoderatè corpus nostrum, aut intentum, à morbis & alijs malis: necesse est statim ipsam, etiam si diuinissima sit, perire: quemadmodum etiam aliæ harmoniæ pereunt, tum in sonis, tum in opificum operibus omnibus: reliquias autẽ uniuscuiusq; corporis ad multum tempus permanere, donec aut comburantur, aut computrescant. Vide igitur quid ad hunc sermonem sit dicendũ, si quis censeat animam esse temperamentũ eorum quæ sunt in corpore, ipsamq; primam morte perire. Intuitus igitur ipsum Socrates uelut plerunq; solebat, & subridens, iusta equidem inquit, dicit Simmias. Si quis igitur uestrum expeditior me est, cur nõ respondit? Non enim leuiter sermonẽ attigisse uidetur. Mihi tamen ante responsionem, adhuc prius etiam Cebetem audire oportere uidetur, quid rursus ipse in nostro sermone damnet, quo tempore intercedente consultemus quid dicamus. Postea uero ubi audiuimus, aut concedere ipsis, si quid ad rem dicere uideantur: sin minus, sic iam sermonem nostrum defendere. Quapropter dic ô Cebes, quid est quod rursus te turbat, ut fidem non habeas. Dicam inquit Cebes. Mihi enim uidetur sermo adhuc in eodem uersari, & in eodem quod supra diximus crimine hærere. Nam quòd anima nostra fuerit etiam prius, quàm in hanc speciẽ deueniret, non nego, admodum lepidè, & si

Auium cantus ex gaudio, non ex dolore

Cygni Apollini sacri

Optimæ rationi in uita innitendum

Harmoniæ de lyræ similitudo, ad animam ac corpus,

Animã esse harmoniam

Animam priusquam mori

Universidad de Deusto
Biblioteca

& si non graue est hoc dicere,etiam abundè demõstratum esse. Quòd uero etiam mortuis nobis adhuc alicubi sit, non mihi uidetur eo modo. Attamen q̃ non robustior ac diuturnior sit anima corpore,nõ concedo Simmiæ defensioni. Videtur enim mihi, omnibus his ualdè multũ præstare. Quid igitur,dixerit sermo ille,adhuc diffidis? quandoquidem uides mortuo homine,id quod debilius est adhuc esse,non uidetur tibi necessarium esse,id quod diuturnius est adhuc seruari in hoc tempore? Ad hoc sanè illud considera an quid dicam. Similitudine enim quadam,uelut par est,etiam ego ita ut Simmias, opus habeo. Mihi enim hęc similiter dici uidẽtur,ac si quis de homine sene textore mortuo hunc sermonẽ dicat: nimirum non mortuus est hic homo,sed est alicubi fortassis: deinde signum producat uestem,qua ille à se texta indutus fuisset,quæ salua esset,& nõ perijsset. Et si quis id ipsi non credat,& interroget utrum diuturnius sit genus hominis, aut uestis,quæ in usu est,& gestatur:ac respondente aliquo multò diuturnius hominis genus esse,sic demonstratum esse putaret,quòd præ omnibus magis homo saluus esset, quandoquidẽ id quod minus diuturnũ esset,non perijsset. Hoc autem arbitror ô Simmia non ita se habet. Cõsidera enim & tu quæ dico. Quilibet enim stolidum esse iudicabit id quod ille dicit. Hic enim textor multis huiusmodi uestibus detritis ac textis,posterior quidem illis multis perijt,postrema aũt prior,& nihil magis huius gratia, homo uestè uilior aut debilior est. Eãdem hanc similitudinẽ habuerit anima ad corpus,ut ego arbitror. Et si quis eadem hęc de ipsis dicat,moderata dicere mihi uideatur:quòd uidelicet anima quidem diuturna est,corpus autem debilius & minus diuturnum. At enim dixerim ego unamquãq; animam multa corpora deterere, tum aliàs, tum si multis annis uiuat. Si enim diffluat corpus ac pereat uiuente adhuc homine, & anima semper id quod deteritur retexat,necessarium fuerit quando perit anima, tunc ipsam postremam texturam habuisse,& hac sola priorem interire. Perdita autem anima, tunc iam debilitatis naturam ostenderit corpus, & breui putrefactum perierit. Quapropter nondum fide digna res est,ut illi sermoni confidamus, quòd ubi mortui fuerimus, anima nostra adhuc alicubi est. Nam si quis etiam amplius adhuc dicenti,quàm quæ tu dicis concesserit,ita ut det ipsi,animam nostram nõ solum in tempore antea, quàm nos nasceremur fuisse,sed nihil prohibere, etiam postquam mortui fuerimus, aliquorum adhuc esse,& fore,& sępe reuersuram esse,ac rursus moriturã. Ita enim rem robustam natura animam esse,ut dum sæpe regeneratur,duret: si hæc det,tamen non amplius illud concedet,non affligi ipsam in multis originibus,& tandẽ in aliqua morte penitus perire. Hanc autem mortem,& hanc corporis dissolutionem,quę animę perniciem afferat,neminem nosse asserat. Fieri enim non posse,ut eam ullus aliquis sentiat. Si uero hoc ita se habet, nemo non stolidè in morte confidit,qui non demonstrare possit, animam penitus immortalem esse,& interitus expertem: Sin minus,necesse est eum qui moriturus est, semper de anima sua timere,ne in præsenti corporis dissiũctione penitus pereat. Omnes igitur qui dicentes ipsos audiuimus,molestè tulimus, uelut postea inter nos colloquebamur,eo quòd à superiore sermone nos ualdè persuasos,rursus deturbare uiderentur, & eò deijcere ut non solum prædictis fidem nullam haberemus,sed etiam ad ea quę in posterum dicenda essent,nullius precij iudices essemus, aut etiam res ipsæ fide dignæ non essent. ECH. Per deos ô Phædon ignosco uobis. Nam mihijpsi, qui iam te audiui, tale quid ad meipsum dicere in mentẽ uenit. Cui' nam sermoni deinde fidem habebo? Qui enim uehementer probabilis esset,quem Socrates habuit sermo,nunc concidit ut fidem amiserit. Mirificè enim hic sermo me afficit,& nunc,& semper,qui animam nostram harmoniam quandam esse asserit: & me uelut commonefecit, dum à te recenseretur,quod antea ego in ea sententia fuerim: & ualdè opus fuerit alio quodam sermone, qui mihi uelut ab initio rursus persuadeat, quòd mortuo aliquo,anima non simul moriatur. Dic igitur per louem quomodo Socrates hunc exceperit sermonem,& an etiam ille quemadmodum uos,grauiter ferre uisus sit, aut non ita, sed leniter sermonem suum tutatus sit, aut etiam abundè, aut non plenè illum defenderit. Omnia hæc quantum potes nobis exactissimè recense. PHAE. Equidem quum sæpe Socratem sim admiratus, nunquam magis id feci, quàm ubi tunc adessem. Et quòd quidem haberet ille quod diceret, nihil fortassis miri est. Verum ego maximè in ipso admiratus sum, primũ quidem hoc, quòd liben

Textoris & uestis similitudo, ad animam & corpus

Animam unam multa corpora deterere

Duorum necessarium alterũ de anima esse

Animam cum corpore mori

quòd libenter, & beneuolè, & cum admiratione adolescentium sermonem exciperet. Deinde quòd tam celeriter percepisset nostrã ex illorum sermonibus affectionem. Postea quòd bene adeò nos sanauit, & uelut fugitiuos ac uictos reuocauit, & ad sequendum ac simul considerandũ sermonẽ adhortatus est. ECH. Quo modo? PHAE. Ego dicam. Sedebam enim ad dexterã ipsius iuxta lectum, in humili quodã subsellio: ipse uero in multo altiore q̃ ego. Contacto igitur capite meo,& compressis in ceruice pilis: solebat enim si ita cõtingeret,in capillos meos ludere: cras fortassis inquit,ô Phædon,pulchras has comas detondes. Verisimile est,inquã ego,ô Socrates. Non sanè si me audies. Cur id, inquã ego? Hodie,inquit,& ego meas, & tu tuas,si noster sermo interibit,& non poterimus ipsum resuscitare. Et ego sanè si tu essem,& sermo mihi elaberetur,iusiurandũ uelut Argiui facerem,non prius comam me nutriturum esse,q̃ depugnando Simmiæ ac Cebetis sermonem uicissem. At aduersus duos, inquã ego, neq; Hercules sufficere posse dicitur. Sed & me,inquit,Iolaum aduoca,dum adhuc lux est. Aduoco itaque dixi,non ut Hercules, sed ut Iolaus Herculem. Nihil refert,inquit,sed primùm uereamur ne affectionem quãdam perpetiamur. Qualem,inquam, ego? Ne fiamus,inquit,sermonum osores, quemadmodum hi qui hominum osores fiunt. Neq; enim maius malũ quis perpeti possit,quàm si sermones odio habeat. Nascitur autem ex ijsdem moribus sermonum & hominũ odium. Nam & hominũ odium emergit ex eo quòd quis uehementer credit alicui absq; arte,& putat penitus uerum ac sanum & fidum hominem: deinde paulò post inuenit ipsum prauum ac infidũ: & rursus alium. Et quũ hoc sæpè perpessus fuerit,& maximè ab his quos familiarissimos ac amicissimos duxerit,tandem sanè ita frequenter offendens,odio habet omnes,& nihil sani in ullo aliquo penitus esse putat. Aut nondum percepisti hoc ita contingere? Maximè,inquam ego. Non'ne,inquit,intelligis, & manifestũ est,quòd absq; humanarum rerum arte,talis hominib. uti aggrediturs? Si enim cum arte uteretur,quemadmodũ res se habet,ita etiam putaret, bonos quidem & prauos ualdè paucos utrosq; esse,intermedios autem plurimos, Quomodo dicis, inquam? Quemadmodũ inquit ille,de ualdè paruis ac magnis: putas'ne quid rarius esse,q̃ inuenire hominem ualdè magnum aut paruum,aut canem,aut aliud quodcunq;? Aut rursus uelocem aut tardum,aut pulchrũ, aut turpem,aut album,aut nigrũ? Aut non sentis omniũ talium extrema summa,rara & pauca esse, intermedia uero luculenta ac multa? Maximè inq̃ ego. Non'ne putas inquit,si improbitatis certamen propositũ esset, ualdè paucos etiam hic primos reperiri posse? Verisimile est inq̃ ego. Verisimile,inquit, at hac quidem ratione nõ similes sunt sermones hominibus,(nam te nunc duce præcedente,ego subsecutus sum) Verùm'illa qua quis credit, sermonẽ aliquem uerũ esse,absq; sermonũ arte: Deinde paulò post uidetur ipsi falsus esse,ut qui aliquando sit,aliquando non sit,& rursus alius atq; alius. Et maximè nosti q̃ hi qui contradictorios sermones tractant,tandem putant se sapientissimos factos esse,et solos se cognouisse,neq; in rebus,neq; in sermonib. quicquã sani aut constantis esse, sed omnia reuera uelut in Euripo sursum ac deorsum uersari, & nullo tempore in aliquo manere. Maximè, inquam ego,uera dicis. Non'ne misera bilis,inquit,affectio esset,ô Phædon, si cùm sermo aliquis uerus ac constans sit,ac intelligi possit, Deinde eo quòd talibus sermonibus ijsdem se tradit, qui modò ueri esse uidentur,modò contrà,non seipsum quis accuset,neq; suam artis imperitiam,sed tandem ob dolorem, culpam à seipso ad sermones libens detrudat, atq; ita per reliquam uitam sermones odio habeat,ac uituperet, & ita uitam degens,eorum quæ sunt & ueritate,& scientia priuatus sit? Per louem, inquã ego,miserabilis sanè affectio esset. Primũ itaque, inquit, hoc uereamur, & ne animum inducamus, nullum sermonẽ sanum esse, sed multò magis nos nondũ sanos esse. Quare uiriliter agendum ac conandũ est, ut sani simus, tibi quidem & alijs,etiam totius reliquæ uitæ gratia, mihi uero ipsius mortis gratia. Nam ego sanè in præsentia in eo periculo de hoc ipso uersor,ne me non ut philosophum decet,geram,sed cõtentiosè, quemadmodũ ualdè ineruditi solent. Nam illi cùm de re aliqua contendunt,quomodo se habeant ea de quibus disceptatio est, non curãt, sed hoc studio habent,ut q̃ ipsi proposuerunt,ea præsentib. probent. Et ego mihi in præsentia in eo solum ab illis differre uideor, q̃ non ut præsentibus uera esse uideantur ea

Sermonũ odiũ pessimum

Hominum odij origo

Media esse plurima

Sermones non culpandi, sed nostpsi

Contentio ineruditorum est

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ dico, annitar, nisi fortè id obiter contingat: sed ut mihi ipsi quàm maximè ita se habere uideantur. Reputo enim mecũ, ô chare amice, & uide quàm hoc cum magna prærogatiua, hoc modo faciam. Si quidem uera sunt ea quæ dico, bene res se habet, me persuasum esse. Si uero nihil supereſt à morte, at hoc ipso saltem tempore, quòd restat ante mortem, lugendo præsentibus minus molestus ero. Hæc autem sententia mecum non perseuerabit: Malum enim hoc esset: sed paulò post peribit. Paratus itaq; inquit, ô Simmia & Cebes, ita ad disputationem uenio. Vos autem, si me audietis, parum de Socrate curantes, multò uero magis de ueritate, si quid ueri uobis dicere uidebor, assentimini: sin minus, omni modo resistite, uerentes ne ego per promptitudinem & meipsum simul que uos decipiam, & uelut apis infixo aculeo relicto auolem. At procedendũ est, & primùm mihi in memoriam reuocate ea quæ dicebatis, si nõ memor esse uidear. Simmias equidem, ut arbitror, diffidit ac timet, ne anima, etiamsi diuinior ac præstantior sit corpore, prius illo pereat, ut quæ harmoniæ speciem præ se ferat. Cebes autem mihi uisus est hoc quidem mihi concedere, diuturniorem animam corpore esse: sed hoc omnibus obscurum esse, an ne multis corporibus sæpius detritis, postremum anima relicto corpore etiam ipsa perear, & sit hoc ipsum, mors animæ interitus: nam corpus nullum semper perire cessat. Num alia quàm hæc sunt, ô Simmia & Cebes, quæ nos considerare oportet? confitebantur ambo hæc esse. Vtrum igitur, inquit, omnes superiores sermones non recipitis, aut partim, partim non? partim dicebant, partim non. Quid igitur, inquit, de illo sermone dicitis, in quo disciplinam esse recordationem diximus, & si hoc ita se habet, necessarium esse animam nostram prius alicubi fuisse quàm corpori illigaretur? Ego quidem, inquit Cebes, & tunc mirum in modum persuasus sum ab ipso. & nunc ut in nullo alio permaneo. Sed & ipse, inquit Simmias, ita sentio, & mirũ sit mihi, si de hoc unquam aliud quicquã mihi uideretur. Et Socrates, At necesse est, inquit ô Thebane hospes, alia te opinari, si hæc in te manserit opinio, nempe Harmoniam quidem esse rem compositam, Animam uero harmoniam quãdam ex his quæ per corpus intenta sunt compositam esse. Nõ enim admittes ut dicas, prius fuisse harmoniam compositam, quàm illa essent, ex quibus ipsam componi oportebat: aut admittes? Nequaquam, inquit ô Socrates. Intelligis igitur, inquit, quòd contingit, non eadem te dicere, quum dicis animã quidem esse prius, quàm etiam ad hominis speciem ac corpus humanum deueniat: esse autem ipsam compositam ex his quæ nondũ sunt? Non enim sanè harmonia talis est, cui ipsam assimilas. Verùm prius & lyra & chordæ, & soni nondum adhuc adaprati, fiunt, postremũ autem omnium cõstituitur harmonia, & primùm perit. Hic igitur sermo quomodo illi concinet? Nequaq;, inquit Simmias. Atqui decet, inquit, ut sermo de harmonia sit concinnus, si in ullo aliquo sermone id requiratur. Decet, inquit Simmias. Hic itaq; inquit, tibi concinnus non est. Quare uide utrum ex his sermonibus eligas, disciplinam ne esse recordationem, aut animam esse harmoniam? Multò magis priorem inquit, ô Socrates. Hic enim absq; demonstratione mihi oblatus est, cum ueri similitudine quadam ac decore: unde etiam plerisq; hominibus uidetur. Ego uero sermonibus qui per ueri similia faciunt demonstrationes, testimoniũ hoc præbeo, esse ipsos temerarios, & si quis ipsos non obseruet, facile decipiunt, tum in Geometria, tum in alijs omnibus. Prior autem ille de recordatione ac disciplina sermo, ex argumento digno quod recipiatur, relatus est. Ita enim anima nostra esse dicta est, etiam antea quàm in corpus deueniat: quemadmodum rursus essentia ac natura est, quæ cognomen habet eius, quod est: Ego autem hanc uelut mihijpsi persuadeo, iustè ac recte recepi. Quapropter necesse est mihi, ut apparet, ea de causa, ut neq; meipsum, neq; alium recipiam, qui animam esse harmoniam dicit. Quid uero, inquit ille, ô Simmia, huic ne harmoniæ, aut alij alicui compositioni conuenire tibi uidetur, ut alio quodam modo se habeat, q̃ quo illa se habent, ex quibus composita est? Nequaq;. Neq; uero ut faciat, uelut ego puto, aut patiatur quid aliud, præter ea q̃ illa aut faciãt, aut patiantur? Assensus est. Non ergo præcedere conuenit harmoniã ex ea quib. composita est, sed sequi. Ita uidebatur etiam illi. Multũ igitur abest, ut contrario modo harmonia moueatur, aut sonet, aut in alio quodã partibus suis aduersetur. Multũ equidem, inquit. Quid uero, non ne unaquæq; harmonia sic ex natura harmonia est, prout fuerit adaptata?

Veritatis prærogatiua

Opinionum de anima summa

Anima qualis sit harmonia

Animã non esse similem harmoniæ

Demonstratio num quæ sit ratio

Natura cognomen habẽs eius quod est

rit adaptata? Non intelligo, inquit. Non ne, inquit ille, si magis adaptata fuerit, & amplius, si hoc fieri potest, & magis harmonia fuerit & amplior: Si uero minus, & parcius, minor & parcior? Maximè. Num hoc est circa animam, ut uel in minimo, alia magis quàm alia hoc ipsum sit, anima uidelicet, aut magis & amplius, aut minus & parcius? Nullo modo, inquit. Age, inquit, per louem, dicitur ne anima alia intelligentiam habere ac uirtutem, & bona esse: alia insipientiam habere ac improbitatem, & mala esse? & uere ne hæc dicuntur? Verè equidem. Ex his igitur qui animam harmoniam esse asserunt, quid dixerit quis esse in animis uirtutẽ & improbitatem? utrum harmoniam quãdam aliam, & harmoniæ discordiam, ut bona quidem adaptata sit, & cùm ipsa harmonia sit, aliam harmoniam habeat: discors autem & ipsa adaptata non sit, & in seipsa aliam non habeat? Non habeo quod dicam, inquit Simmias. Manifestum uero hoc est, quòd talia quædam dixerit is qui illud asserit. At antea concessum est, inquit, in nulla re alteram animã magis aut minus altera anima esse. Hæc autem sunt consensionis propria. Neq; magis, neq; amplius, neq; minus, neq; parcius, aliam harmoniã alia harmonia esse. Nunquid? Maximè. Eã uero q̃ neq; magis, neq; minus harmonia est, neq; magis neq; minus adaptatã esse? Est ne ita? Est. Quæ uerò neq; magis neq; minus adaptata est, plus ne aut minus harmoniæ particeps est, aut æqualiter? Æqualiter. Nõ ne anima, quando quidẽ neq; magis neq; minus alia alia hoc ipsum anima uidelicet est, neq; magis neq; minus adaptata est? Ita. Ita uero affecta, nihil plus discordiæ neque harmoniæ particeps fuerit? Nequaquam. Rursus autem ita affecta, num altera plus quàm altera, improbitatis aut uirtutis particeps fuerit, siquidem improbitas discors harmonia est, uirtus autem harmonia? Nihil plus. Imò magis, ô Simmia, iuxta rectam rationem, improbitatis nulla anima particeps erit, si quidem harmonia est. Harmonia enim quæ penitus hoc ipsum harmonia est, nunquam discordiæ particeps fuerit. Non sanè. Neque sanè anima quæ penitus anima est, improbitatis particeps fuerit. Quomodo enim id fieri posset ex prædictis? Ex hac igitur ratione omnes omnium animantium animæ similiter bonæ erunt, si quidem similiter hoc ipsum, animæ uidelicet, ex natura sunt. Mihi ita uidetur, inquit ô Socrates.

Num etiam rectè uidetur, inquit ille, ita dici, & hæc pati hæc ratio, si recta hæc propositio esset, animam esse harmoniã? Nullo modo. Quid uero, inquit, est ne quid aliud ex omnibus quæ sunt in homine, quod imperare dicis, q̃ anima, tum aliàs, tum si sit sapiens? Non sanè ego. Num indulgens corporis affectionibus, aut etiã repugnans? Dico autem tale quiddam, uelut si æstus adsit & sitis, & illa ad contrariũ trahat, ut nõ bibat: & si fames adsit, ut non edat. Sed & in alijs innumerabilibus animam corporis affectionibus aduersari uidemus, aut non est ita? Maximè. Non ne rursus confessi sumus in superioribus, nũquam ipsam, si quidem harmonia sit, contraria sonare his à quibus intenditur, & laxatur, & uibratur, et si aliam etiam aliquam affectionem paterentur illa, ex quibus constat, sed semper illa sequi, & nunquã principatum gerere? Confessi sumus, inquit. Quomodo enim nõ id faceremus? Quid igitur nunc, non ne totum contrarium facere nobis uidetur? principatũ gerẽs in illa omnia, ex quibus ipsam esse quis dicat, & repugnans ferè omnibus per totam uitam, & dominans omni modo, ita ut partim grauius et cum doloribus castiget, circa gymnasticam & medicinam: partim leuius, nunc monens, nunc minans cupiditatibus & iræ ac timoribus: & uelut quæ alia sit cum alia recolloquens, uelut etiam Homerus in Odyssea scripsit, de Vlysse loquens,

Pectora concutiens, cor uerbis urget amicis,
Sustine nunc etiam, maiora pericula passum.

Num putas ipsum hæc scripsisse, ut qui cogitaret ipsam harmoniã esse, & à corporis affectionibus duci posse: & non talem, quę & ipsa, has ducere posset, & dominari, & q̃ multò diuinior res q̃ harmonia esset? Per louem, ô Socrates, mihi nõ uidetur. Non igitur ullo modo, ô optime, res rectè se habuerit, si animam harmoniã esse dicamus. Neq; enim diuino poëtæ Homero, ut apparet, neq; ipsi nobisipsis consentiremus. Sic rem habere ille inquit. Sit sanè ita, inquit Socrates, & harmonia quidẽ Thebaica nobis moderatè, ut apparet, propitia facta est. Cadmeam uero, ô Cebes, quo modo & qua ratione placabimus? Tu mihi inuenturus esse uideris, inquit Cebes, Hunc certè sermonẽ ad-

Harmonia magis, et minus recipit, animã nõ

Animas omnes bonas esse

Anima imperat, harmonia paret

Bibliotheca
Facultatis Philosophiae
Provinciae Cast. Orientalis SJ

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersus harmoniã mirificè dixisti, & præter meam expectationẽ. Simmia enim dicente, cũ ambigeret, ualdè mirũ mihi uidebat, si quis habiturus esset quod aduersus sermonẽ ipsius afferret. Absurdè igitur admodũ mihi uisus est, ne primũ quidem sermonis tui impetum sustinere. Quapropter nihil miri fuerit, si etiã Cadmea opinio tale quid patiatur. *Inuidiæ fuga* Ne ita magnificũ quid dicas, ô bone inquit Socrates, ne qua inuidia futurum nobis sermonem euertat. Verũ hæc quidem deo curæ erũt. Nos aũt Homericè aggressi prope, experiamur an ne quid dicas. Est aũt summa eorum q̃ quæris, hæc. Demonstrari cupis animã nostram interitus expertem ac immortalẽ esse, si uir philosophus moriturus, confidens ac putãs se mortuum illic bene uicturũ esse, atq; hoc excellentius q̃ in alia uita uixit, & ita moriens, non desipientẽ ac stolidam confidentiã secum nutrire debet. At pronunciare q̃ robustũ quiddã sit anima, & diuina specie præditũ, & q̃ fuerit adhuc prius, *Anima mortalis, secundũ Cebetem* q̃ nos nasceremur, nihil prohibere dicis, quo minus hæc omnia significent, nõ quidem immortalitatẽ, sed q̃ diuturna sit anima, & fuerit prius immenso quodã tempore, & nõ uerit ac fecerit multa quædã: uerùm nihilo magis fuerit immortalis, sed & ipsum hoc, q̃ in hominis corpus deuenerit, principiũ ipsi fuit interitus, uelut morbus quidã, ita ut & in hac uita miserijs afflicta uiuat, et in morte pereat. Nihil aũt differre dicis, siue semel in corpus ueniat, siue sæpè, ad hoc ut quisq; nostrũ timeat. Cõuenire enim ut timeat is qui non nouit, neq; rationem dare potest, q̃ anima sit immortalis, si modò non stolidus sit ille. Talia quædam sunt, arbitror, ô Cebes, q̃ dicis, & de industria sæpè repeto, ne quid nos effugiat, siue quid addere, siue demere uelis. Et Cebes, at nihil ego in præsentia, in quit, neq; demere, neq; addere uolo. Sed sunt hæc q̃ dico. Socrates igitur multo tempore se continens, & apud seipsum quid meditatus, nõ uilem rem inquit, ô Cebes, quæris. Omninò enim oportet de ortu & interitu ac corruptione causam pertractare. Ego igitur tibi exponã de ipsis meas, si ita uis, affectiones. Postea si quid ex his q̃ dico, utile tibi apparuerit, ad persuasionem de his q̃ dicis, uteris. Atqui uolo, inquit Cebes. Audi *Naturæ historia* itaq; narrantẽ, Ego enim inquit, ô Cebes, cùm essem adolescens, mirificè hanc sapientiã expetiui, quam de natura historiã, siue cognitionem uocãt. Splendida enim res esse mihi uidebat, nosse uniuscuiusq; rei causas, cur fiat unaquæq;, & cur pereat, & cur sit: & sæpè meipsum sursum ac deorsum iactabã, primùm talia cõsiderans. Num postq; calidum *Causæ rerum cognitio* & frigidũ putredinem aliquam acceperunt, tunc uelut quidã dixerunt, animalia connutriuntur? Et num est sanguis quo sapimus, aut aer, aut ignis? Aut horũ quidẽ nihil, sed cerebrũ est, quod sensus exhibet, audiendi, & uidendi, & olfaciendi. Ex his aũt fiat memoria & opinio. Ex memoria uero et opinione quietẽ adepta, secundũ eadem fiat scientia. Et horũ rursus corruptiones cõsiderans, & eas q̃ fiunt circa cœlum ac terrã affectiones, tandẽ mihi ita uisus sum ad hanc considerationẽ ineptus esse, ut nihil aliud æquè. Si gnum aũt tibi dicam abundè magnũ. Ego enim ea q̃ etiam prius claré sciebã, uelut sanè mihiipsi ac alijs uidebar, tunc præ hac cõsideratione ita uehementer occæcatus dedidici, itemq; illa q̃ antea me scire putabã, tum de alijs multis, tum cur homo augescat. Hoc *Augescanus cur* enim antea omnib. manifestũ esse putabã, contingere propter cibum ac potũ. Cùm em ex cibis, carnib. quidẽ carnes accedant, ossibus aũt ossa, & sic iuxta eandẽ rationẽ etiam alijs singulis ea q̃ ipsis propria sunt, accedãt: tũc sanè eam q̃ modica moles esset, postea fieri multã, atq; sic paruũ hominẽ fieri magnũ. Sic sanè tunc putabã. non ne tibi uideor moderatè? Mihi sanè, inquit Cebes. Cõsidera uero hæc insuper. Putabã enim satis mihi uideri, quãdo quis magnus homo adstaret paruo, & capite ipso maior esse uideretur, ita ut equus equo: & adhuc his euidentiora, decẽ uidebant mihi plura esse q̃ octo, eo q̃ duo ipsis amplius adessent: & bicubitale maius esse cubitali, eo q̃ dimidio ipsum excederet. Nunc uero quid tibi de ipsis uidet, inquit Cebes? Longè equidẽ per Iouem *Duorũ ut fiant causam, Socrates ignorat* inquit, me abesse puto ab eo, ut de his causam nosse me putẽ, qui neq; hoc apud me asse quor, q̃ si quis uni unũ apponat, an unũ cui est appositũ duo fiat: aut appositũ, & cui appositũ est, propter alterius ad alterũ appositionẽ, duo fiãt. Admiror. n. quod cũ utrunq; ipsorũ seorsum esset, unũ sanè utrunq; esset, & nõ essent tunc duo: postq; aũt propinqua inter se facta sunt, hæc causa ipsis facta est ut duo fierent, cõgressus uidelicet, & q̃ propinqua inter se posita sunt. Neq; amplius persuaderi possum, q̃ si quis unũ diuidat, q̃ hæc rursus diuisio causa facta sit, ut duo fierent. Contraria em sit tunc causa ut duo fiant.

Tunc

Tunc. n. quia propè inter se coniungerent, & alterum alteri apponeret: Nunc aũt quia alterũ ab altero abducit, & separat. Neq; sanè q̃ sciam cur unũ fiat, mihijpsi persuadeo: neq; aliud quicq̃ in summa cur fiat, aut pereat, aut sit, secundũ hunc methodi modũ. Verùm alium quendã ipsè modũ frustrà uerso. Hũc aũt nequaq̃ admitto. At cùm audiuissem aliquãdo ex libro quodã Anaxagoræ, uelut ille dixit, legentẽ quendam ac dicentẽ, q̃ sanè Mens ac Intelligentia sit q̃ omnia gubernet, omniũq; causa sit, hac equidẽ causa delectatus sum, & uisum est mihi hoc rectè se habere, Intelligentiã esse omniũ causam. *Mentem ac intelligẽtiam omnia gubernare, ut causam* & arbitratus sum, si hoc ita se haberet, Intelligentiã sanè gubernantẽ omnia gubernare, & singula hoc modo ponere quo q̃ optimè se habeãt. Si igitur quis causam inuenire uelit de unaquaq; re, quõ fit, aut perit, aut est, eũ hoc de ipsa inuenire oportere, quõ optimum est ipsi, aut esse, aut aliud q̃dcunq; pati aut facere. Et ex hac ratione homini cõuenire, ut nihil aliud cõsideret, tum de seipso, tũ de alijs, q̃ quod optimũ ac præstantissimũ est. Necessariũ aũt esse eundẽ hunc etiã id quod deterius est nosse. Eandẽ. n. esse de ipsis scientiã. Hæc itaq; mecũ libens reputãs, inuenisse me putabã causæ rerũ doctorẽ ex animi mei sentẽtia Anaxagorã, & illum mihi dicturũ esse primũ quidem, utrũ plana sit terra, aut rotunda. Et ubi hoc dixisset, insuper expositurũ esse causam & necessitatẽ, dicendo id q̃d melius est, & q̃ melius sit ipsam talem esse. Et si in medio ipsam esse asseruisset, insuper expositurũ esse, q̃ melius sit ipsam in medio esse. Et si mihi hæc ostendisset, ita me iam instruxerã, uelut qui non aliã causæ speciem cõstituturus essem. Sed & de Sole ita præparatus erã similiter percũctaturus, & de Luna ac alijs astris, et de uelocitate ipsorum inter se, & de mutationib. ac alijs affectionib. quõ tãdem hæc melius est singula & facere, & pati ea q̃ patiunt. Non. n. putabã ipsum qui assereret ab intelligẽtia omnia gubernari, aliã ullam unq̃ causam ipsis adducturũ esse, q̃ q̃ optimũ esset ipsa ita se habere ut habent. Cùm igitur & unicuiq;, & in cõmuni omnibus, causam ipse attribuisset: id q̃d unicuiq; optimũ est arbitrabar, itemq; q̃d cõmune omnibus bonũ, illum insuper expositurum esse, & spem meã non multi uendidissem. Quare magno studio acceptos libros q̃ celerrimè id fieri posset legebã, quo q̃ citissimè quod optimũ et deterius esset, cognoscerem: sed mox ab admirãda illa spe, ô amice, excidebã. Nam progressus & legens, ui- *Doctor inceptus* deo uirũ intelligentia quidem nihil utentẽ, neq; aliquas insuper causas ad res gubernandas afferentẽ, uerum aeres & ætheres & aquas causantẽ, aliaq; multa ac absurda. Et mihi sanè uidebat similimũ quid facere, uelut si quis dicat, Socrates omnia q̃ facit, intelligentia facit: & postea aggressus dicere causas singulorũ q̃ ego facio, dicat primũ quidẽ q̃ propterea nunc hic sedeo, quia compositũ est corpus meũ ex ossib. ac neruis. Et ossa quidẽ sunt solida, & discrimina seorsum inter se habent. Nerui uero intendi ac remitti *Causarum ratio* possunt, amplectentes ossa cũ carnib. & cute, q̃ illa continet. Cùm igit eleuantur ossa in suis cõmissuris, nerui laxãtes ac intendentes faciũt ut flectere nunc membra possim, & ob hãc causam inflexus hic sedeo. Et rursus de eo q̃d ad uos dissero, alias eiusmodi causas dicat, uoces & aeres & auditus, & alia innumera huiusmodi causans, ueris causis relictis, q̃ cùm Athenienſib. uisum sit melius esse ut me cõdemnarẽt, propterea sanè etiam mihi melius esse uisum est ut hic sedeã, & iustius esse ut hic expectẽ, & pœnam quã illi iubẽt pendã: alioqui per canẽ iamdudũ, ut arbitror, & hi nerui & hæc ossa, aut circa Megara aut Bœotos essent, ab optimi opinione eò delata, si nõ iustius & prestãtius esse duxissem reipub. pœnã persoluere, quãcunq; tandem illa statuat, q̃ fugere & in exiliũ abire. Quare talia quidẽ causas dicere, ualdè absurdũ est. Si uero quis dicat, q̃ absq; hoc ut talia habeã ossa & neruos, & q̃cunq; alia habeo, facere nõ possim ea q̃ mihi uideanr, nõ optimi electione. multa & magna esset sermonis negligentia. Nõ enim posse distin- *Causa sine qua uera causa esse non potest* guere, q̃ aliud quidẽ est causa reuera, aliud aũt illud, sine quo causa nunq̃ esse possit causa. Quapropter alius quidẽ uertiginẽ terræ circũdans, à cœlo terrã cõtineri *Terram quid contineat* facit. Alius uero fundamentũ aerem ipsum, uelut amplo panario alueolo suffulcit. At sapientatem q̃ ita posita sit, ut quantũ fieri possit, optimè posita sit, eam neq; quærunt, neq; aliquã diuinã uim habere putant. Verũ hac robustiorẽ & magis immortalem, & magis *Atlantis expositio* omnia continentẽ Atlantem inuenisse se existimãt, & reuera bonũ ipsum & decens nihil colligare ac cõtinere putant. Ego quidẽ igit huiusmodi causæ quõ se habeat cogno

Universidad de Deusto
Biblioteca

scendæ gratia, libentiss. cuiuslibet discipulus fierē. Quando quidē uero hac priuatus sum, & neq; ipse inuenire, neq; ab alio discere potuerim, secūdam nauigationē quam ad cau sæ inquisitionē institui, si ita uis, tibi ô Cebes, declarabo. Mirum in modū, inquit, uolo. Visum est igit mihi, inquit postea, q̄ de rebus cōsiderādis desperassem, uereri me opor tere, ne mihi accideret id quod accidit his qui Solē deficiētē spectāt ac cōsiderāt. Quidā em̄ ex his perdūt oculos, si nō in aqua, aut huiusmodi aliqua re, imaginē ipsius spectēr. Tale q̄ddā etiā ego cogitaui ac timui, ne penitus anima excęcarer, dū oculis ad res respi cio, & singulis sensib. ipsas attingere conor. Quare uisum est mihi ad rationes defugere oportere, & in illis rerū ueritatē cōsiderare. Fortassis equidē ut ego assimilo, aliquo mo do nō est uerisimile. Non em̄ admodū cōcedo, ut is qui in rationib. res cōsiderat, magis in imaginib. cōsideret, q̄ qui in ipsis operib. Attamen hac uia progressus sum, & propo sita semper ratione, q̄ mihi fortissima esse iudicarē, ea quæ mihi cū hac cōsentire uiden tur, uelut q̄ uera sint pono; atq; hoc tum in causis, tum in alijs omnib. facio: q̄ uerò nō, ue lut nō uera. Volo aūt tibi clarius exponere ea q̄ dico. Arbitror. n. te nō assequi. Per lo uem, inquit Cebes, nō ita ualdè. At nihil noui, inquit ille, dico, sed q̄ & aliās semper, & in pręgresso sermone, nunq; dicere cessaui. Prodeo. n. ut qui coner tibi causę speciē, quā mihi cōparaui, ostendere: & progrediór rursus ad illa uulgata, & ab illis incipio, propo nens esse quid pulchrū, ipsum per seipsum, & bonū, et magnū, & alia omnia: q̄ si mihi de deris, & cōcesseris esse hęc, spero ex his me tibi demōstraturū esse causam, & inuenturū quòd anima sit immortalis. Atqui, inquit Cebes, uelut dederim tibi, nequaq̄ perficies. Cōsidera, inquit, q̄ deinceps ad illa cōsequunt, an tibi ita uideant quēadmodū mihi. Vi detur. n. mihi, si quid aliud est pulchrū, præter ipsum pulchrū, non ob aliud quicq̄ pul chrum esse, q̄ q̄ particeps est illius pulchri. Et omnia sanè ita dico. Tali causæ cōcedis? Cōcedo, inquit. Non itaq̄, inquit ille, amplius disco, neq; alias illas sapientes causas co gnoscere possum. Verū si quis mihi dicat, cur pulchrū sit quodcūq; tandē, siue quod co lorem floridū habeat, siue figurā, siue aliud quodcunq; tale, reliqua quidē ualere sino: in alijs em̄ omnib. perturbor: Hoc aūt simpliciter & clarè, & fortassis stolidè mecū habeo, q̄ non aliud quid pulchrū ipsum facit, q̄ illius pulchri siue præsentia, siue cōmunicatio, siue quatenus & quō oportet accedens. Nō enim amplius hoc affirmo, sed q̄ pulchro omnia pulchra pulchra fiant. Hoc em̄ securissimū esse mihi uidet, ut & ego mihijpsi re spondeā, itemq; alij, & huic inhęrens nunquā lapsurū me esse puto, sed securū esse & mi hi, & cuicunq; alij respondere, q̄ pulchro pulchra fiunt pulchra. Num & tibi ita uide tur? Videtur. Et magnitudine ergo magna, magna: & maiora, maiora: & paruita te minora, minora? Etiam. Neq; tu igitur receperis, si quis dicat aliquem altero ca pite maiorem esse, & minorem eodem hoc minorē, sed testificaberis quòd tu quidem nihil aliud dicas, quàm quòd quicquid altero maius est, nulla alia re maius est, quàm ma gnitudine, & propter hoc, magnitudinem uidelicet, maius: quicquid autem minus est, nulla alia re quàm paruitate minus est, & propter hoc, paruitatem uidelicet, minus: me tuens, ut arbitror, ne quis contrarius sermo tibi occurrat, si quem capite maiorem & mi norem esse dicas, primùm quidem eodem maius, maius esse, & minus, minus. Deinde capite quod paruum sit, maiorem esse maiorem: & hoc sanè monstrum esse, paruo ali quo, magnum aliquem esse: Aut non hæc metueres? Et Cebes ridens, ego sanè, in quit. Non ne, inquit ille, metueres etiam dicere, decem plura esse quàm octo, duobus, & ob hanc causam excedere, at non multitudine neq; ob multitudinem: & bicubitale cubitali maius esse, dimidio, at non magnitudine? Idem enim timor est. Maximè, in quit. Quid uero nō uererēris dicere, uno ad unum appositō, appositionē causam es se ut duo facta sint, aut uno diuiso, diuisionē: & multum uociferareris, te non nosse quo modo aliter unumquodq; fiat, quàm participatione proprię naturæ uniuscuiusq;, cuius sit particeps: & in his non aliam quandā causam te habere, ut duo facta sint, quàm dua litatis participationē: & oportere huius participes fieri, quæ duo esse debent: & unita tis, quod unum esse debet. At diuisiones illas & appositiones, & alias huiusmodi cauil lationes ualere sineres, sapientioribus te ad illas respondere permittens. Tu uero tuam quod dicitur, umbram ac imperitiā formidans, securi illius propositō inhærens, sic re sponderes. Si uero quis ipsum propositum urgeret, ualere sineres, & non responderes, donec ex illo profecta considerasses, an inter se consentiant, aut dissentiant. Postquam uero de

Rationū ne an operum considerationes potiores

Pulchrum esse quid ipsū per seipsum

Causa omnium quæ sit

Pulchro, omnia pulchra, pulchra fieri, aliaq; eodē modo

Securißima responsio, ob absurdorum fugam

Duo ut fiant, causa est participatio dualitatis

uero de illo ipso rationem dare te oporteret, similiter dares, aliud rursus propositū proponens, quod ex superioribus optimū esse uideretur, donec ad idoneum quiddā peruenires: simul autē nō misceres, quemadmodū contentiosi solent, ita ut & de principio, & de his quę ex illo proficiscūtur disseras, si quidē aliquid eorū quę sunt inuenire uelis. Nā illis fortassis nulla de hoc ratio, nulla cura est. Iustū enim illis est prę sapientia, ut omnia simul misceāt, & tamē ipsi sibijpsis placeant. Tu uero si ex philosophorum numero es, uelut ego dico, arbitror, facies. Verissima dicis inquit Simmias simulq; Cebes. ECH. Per Iouē meritò sanè ô Phędon. Mirabiliter enim mihi uidetur ille hęc euidēter dixisse, si quis uel parū intelligentiæ habeat. PHAE. Maximè ô Echecrates, & omnib. præsenti bus ita uisum est. ECH. Nā & nobis absentibus, nunc autē audiētibus. Verū quę nā erāt ea quæ post hæc dicta sunt? PHAE. Vt ego quidē arbitror, postquā hæc ipsi concessa es sent, ut consensum esset unāquanq; speciē aliquid esse, & alias harū participes, ipsarū co gnomē habere, post hęc sanè interrogabat. Si inquit hęc ita dicis, Nō ne quū Simmiam Socrate maiorē esse dicis, Phędone uero minorē: tunc in Simmia ambo esse dicis, et ma gnitudinē, & paruitatē? Ego sanè. At enim inquit ille, cōfiteris Simmiā excedere So cratem, nō uelut uerbis dicitur, ita etiā reuera se habere. Nō enim ex natura habere Sim miam, ut eo q̄ Simmias est, excedat, sed magnitudine quā habet. Neq; rursus Socratem excedere, q̄ Socrates Socrates est, sed q̄ paruitatē habet Socrates, ad illius magnitudi nem collatus. Vera dicis. Neq; rursus à Phædone exceditur eo q̄ Phædon Phædon est, sed q̄ magnitudinē habet Phædon, ad illius paruitatē. Est ita. Sic igitur Simmias cognomē habet, ut & paruus, & magnus sit, in medio amborū, ita ut hūc quidem exce dat, magnitudine paruitatē excedēs: illi uero exhibeat, ut magnitudo illius paruitatē ip sius excedat. Et simul subridēs, uideor inquit etiā scriptoris rerum modo dicere, attamē ita res quodāmodo se habet, uelut dico. Assensus est. Dico aūt hæc ea de causa, q̄ idē tibi quod mihi uideri uelim. Mihi enim uidet, nō solū ipsa magnitudo nunquā uelle si mul magna & parua esse, sed & ea quæ in nobis est magnitudo nūquā paruitatē suscipe re, neq; excedi uelle: sed ex duobus alterū, aut fugere & decedere, quū ad ipsam cōtraria paruitas accedat: aut si illa accesserit, perire. Si uero expectet, & susceperit paruitatē, nō uelle aliud esse, q̄ quod erat: Quēadmodū ego quū susceperim ac expectauerim paruitatē, & adhuc sim quēadmodū sum, hic idē paruus sum. Illa uero quū magna sit, nō ausa est parua esse. Similiter & paruitas quæ in nobis est, nunquā magna fieri aut esse uult: Neq; aliud ullum ex contrarijs, quod adhuc est id quod erat, simul contrariū fieri & esse uult: sed aut decedit, aut perit, in hac affectiōe. Omino inquit Cebes ita mihi uidet. Et quidā ex pręsentibus, quisqs aūt ille fuerit nō satis memini, ubi hęc audiuisset, per deos inquit, Nō ne in superiorib. sermonib. ipsum cōtrariū eorū quę nūc dicūtur concessum est, ex minore maius fieri, & ex maiore minus: & deniq; q̄ hęc sit origo cōtrarijs ex con trarijs. Nūc uero dicere mihi uidemini, hoc nūq; fieri posse. Et Socrates admoto capite, et eo audito, strenuè ingt memini sti: nō tamē intelligis eius quod nūc dicit, et eius quod tūc referebat differentiā. Tūc em̄ ex cōtraria re contrariā rem fieri dicebat: Nūc autē q̄ ipsum cōtrariū sibijpsi cōtrariū nūquā fieri poterit, neq; id quod in nobis est, neq; quod in natura. Tūc em̄ ô amice de his quę habēt cōtraria dicebamus, illorū cognomine ipsa appellātes: Nūc aūt de illis ipsis, quorū eo q̄ in eis sint, ea quæ appellant cognomen ha bēt. Illa ipsa uero asserimus nūquā uelle alterū alterius originē suscipere. Et simul cōuer sus ad Cebetem dixit: Num & te ô Cebes horū aliquid perturbauit quæ ille dixit? Non ita affectus sum inquit Cebes, & tale quid assero, quòd nō multa me perturbāt. Con fessi igitur sumus, inquit ille, hoc simpliciter, contrariū nunquam fore sibijpsi contrari um? Omnino inquit. Insuper & hoc mihi cōsidera inquit, an in eo mecū consenti as, calidū quid uocas & frigidū? Ego sanè. Num quod nix, & ignis? Per Iouem non ego. Sed aliud quid ab igne, calidū: & aliud quid à niue, frigidū? Etiam. At hoc tibi uidetur arbitror, Niuem quæ calidū suscepit, uelut in superioribus dicebamus, nūquam amplius fore id quod erat, niuē uidelicet ac calidū, sed ubi accessit calidū, aut decessurā esse ipsi, aut periturā. Maximè. Et ignē similiter ubi accessit ipsi frigidū, aut subterfugere aut perire: non tamē unquam ausurū esse, ut postquā suscepit frigiditā tē, adhuc sit quod erat ignis, & frigidū. Vera inquit dicis. Cōtingit ne inquit ille, circa quædam huiusmodi, ut non solū ipsa species censeatur eodem nomine in perpetuū, sed

Contentiosi omnia miscent

Magnitudinis ac paruitatis inter se ratio

Contrariorum inter se ratio

Contrariū non fieri sibijpsi contrarium

Calidū & frigidū aliud, quàm ignis & nix

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam aliud quid, quod non est illud, habet tamen illius formam semperquū sanè fuerit.
Imparis ratio Verum in his amplius fortassis erit manifestū id quod dico. Impar enim semper hoc no
men habere oportet, quod nunc dicimus, aut non? Maximè. Num hoc solū ex om
nibus quæ sunt (hoc enim interrogo) aut etiā aliud quid, quod est quidem nō id quod
impar, attamen oportet ipsum cum suo ipsius nomine, etiam hoc nomine semper appel
lare, eo quòd ita à natura se habeat, ut ab impari nūquam relinquatur: Dico autē ipsum
esse, uelut etiā ternario numero, & multis alijs accidit. De ternario itaq; cōsidera, Num
uidetur tibi & suo nomine semper appellandus esse, & imparis nomine, quod nō est id
quod Ternarius: attamen sic quodāmodo à natura se habet, & Ternarius & Quinarius
& omnis dimidius numerus, ut quum non sit id quod impar, semper tamen unusquisq;
ipsorum est impar: & rursus duo, & quatuor, & uniuersus alter numeri ordo, quum non
sit id quod par, tamē unusquisq; ipsorū semper par est. Cōcedis, aut non? Quō enim
non inquit. Quod itaq; declarare uolo uide. Est autē hoc. Videntur non solum
Numeri nō cō trarij cōtraria non suscipiunt illa contraria, alterū alterum non suscipere, sed & quæ, quum non sint inter se contraria:
habent semper contraria, non uidentur suscipere illam speciem, quæ ei quæ in ipsis est
contraria fuerit, sed ubi ipsa accesserit, aut perire, aut decedere: Aut non dicemus tria e-
tiam prius peritura esse, & quiduis aliud passura, quàm sustineāt adhuc, ut quū tria sint,
paria fiant? Maximè inquit Cebes. Neq; uero inquit ille, contrariū est binarius ter-
nario. Non equidem. Non ergo solum species cōtrariæ non sustinent, ut altera ad
alterā insuper accedat, sed etiā alia quædā contrariorū accessionem nō sustinent. Ve
rissima inquit dicis. Vis igitur inquit ille, ut si possumus, qualia hæc sint determine-
mus? Maximè. Non'ne inquit ô Cebes hæc fuerint, quæ quicquid occuparint, non
solum cogūt ipsum, ut suam speciem habeat, sed etiā ut neq; contrariā ipsi speciem assu-
mat. Quomodo dicis? Quemadmodū modo dicebamus. Nosti enim profectò.
q̄ quæcūq; trium species siue idea occuparit, his ipsis necesse est, nō solū ut tria sint, sed
Tria nūquā fie ri posse paria etiā ut imparia. Ita sanè. Ad tale itaq; dicimus nunquā uenire posse ideam, quæ illi
formæ cōtraria est, quę hoc efficit. Non profectò. Effecit autē idea impar? Etiā.
Cōtraria uero huic est idea par? Etiam. Ad tria igitur nunquā paris idea ueniet?
Nō sanè. Expertia itaq; paris sunt tria? Expertia. Impar ergo est ternarius. Etiā.
Quod itaq; dicebam determinatū iam est, qualia nimirū sint, quę quū non alicui con
traria sint, tamē ipsum contrariū nō suscipiunt, uelut nūc Ternarius, quū pari non sit cō-
trarius, nihil tamē magis ipsum suscipit. Nam contrariū ipsi semper inducit, & binarius
impari, & ignis frigido, & alia multa. Et uide sanè an ita determines, nō solum cōtra-
rium, contrariū non suscipere, sed etiā illud quod inducit quid contrariū illi, in quocūq;
ipsum fuerit, ipsum hoc q̄ inducit, eius quod inducitur contrarietatē nunquā susceptu-
rum esse. Rursus autē recordare, non enim malū est sæpe audire: Quinq; paris ideam
nō suscipient, neq; decē imparis, quæ sunt duplū. Hoc equidē etiā ipsum alij cōtrarium
est, & tamē imparis ideam non suscipiet: neq; proportio sesquialtera, neq; alia huiusmo
di: dimidiū, & tertia pars, nō ideam totius, & omnia huiusmodi, si modo assequeris, & ti
bi simul ita uidetur. Valdè inquit & mihi ita uideī, & assequor. Rursus itaq; mihi in-
quit ab initio dic, & ne mihi id quod interrogo respōde, sed me imitans. Dico autē præ
ter eam, quā primū dixi responsionē securā illam, ex his quę nūc dicuntur, aliam uidens
securitatē. Si enim interroges me, cui' nā quid in corpore accedere possit ut calidū fiat:
Lepidior re- spōsio, loco se- curißimæ nō securam tibi responsionē dabo imperitā illam, cui caliditas uidelicet, sed ex his quæ
nunc dicūtur lepidiorē, nimirū cui ignis accedat. Et si interroges, cui corpori quid acce
dere possit ut ægrotet, nō dicam cui morbus, sed cui febris: & cui numero quid accede-
re possit ut impar fiat, nō dicam cui imparilitas, sed cui unitas: & alia eodē modo. Verū
uide an iam abundè quid uelim cognoueris. At ualdè abundè inquit. Respōde itaq;
inquit ille, cui corpori quid accedere possit ut uiuū fiat? cui anima inquit. Non semper
hoc ita se habet? Quō enim nō inquit ille? Anima ergo quicquid ipsa occuparit, sem
per ad illud uenit uitā inducens? Venit equidē inquit: Num uero est quid uitę cōtra
Animæ immor talitatis mira inductio riū, aut nihil? Est inquit. Quid? Mors. Non'ne anima cōtrariū ei quod ipsa semper
inducit nunquā suscipiet, uelut ex superioribus cōcessum est? Maximè inquit Cebes.
Quid igit̄ est quod paris speciē nō assumit, quid' nā esse iam cōfessi sumus? Impar inq.
Quid uero quod iustitiam nō suscipit, & quod musicā nō assumit? Iniustitia inquit,
& quod

& quod à Musica alienum est. Sit ita. Quod uero mortem non suscipit quomodo
appellamus? Immortale inquit. Non'ne anima mortem non suscipit? Non.
Immortalis igitur est Anima? Immortalis. Sit ita. Hoc uero demonstratum esse
dixerimus, aut quomodo uidetur? Etiam ualdè abundè ô Socrates. Quid uero ô
Cebes inquit ille, si necesse esset, impar interitus expers esse, aliud' ne quid tria, quàm in-
teritus expertia essent? Quid ni? Non'ne si etiam id quod caliditatis exors est, ne-
cesse esset interitus expers esse, quando quis ad niuem, calidum induceret, subterfuge-
rit nix salua & illiquefacta. Non enim perierit, neque rursus manens susceperit calidita-
tem? Vera inquit dicis. Eodem autem modo arbitror, si etiam id quod frigiditatis
exors est, interitus expers esset, quando ad ignem frigidum quid accederet, nunquam
extingueretur, neq; periret, sed saluus abiret. Necesse est inquit. Non'ne etiam sic
inquit, necesse est de immortali dicere? Si enim immortale etiā interitus expers est, fie-
ri non potest ut anima, quum mors ad ipsam accesserit, pereat. Mortem enim ex prædi-
ctis non suscipiet, neq; mortua fiet: quemadmodum tria non fient par, uelut diximus,
neq; rursus impar par, neq; ignis frigidus, neq; quæ est in igne caliditas frigida. At quid
prohibet dixerit aliquis, impar quidem non par fieri, pari accedente, uelut concessum
est, pereunte uero ipso, pro illo par fieri. Ei qui hæc dicit nō possumus repugnare, quòd
non pereat. Nam impar non est interitus expers: Si enim hoc nobis concessum esset,
facile obtineremus, quod ubi accessit par, impar & tria salua abirent. Et de igne, &
calido, & alijs similiter ita contenderemus, aut non? Maximè. Non'ne etiam
nunc de immortali, si quidem nobis in confesso est, etiam interitus exors esse, Ani-
ma ad hoc quòd immortalis est, etiam interitus expers fuerit: Sin minus alia ratio-
ne opus fuerit. At nihil opus est inquit, huius sanè rei gratia. Nullatenus enim aliud
quicquam corruptionem non susciperet, si immortale quod sempiternum est, corru-
ptionem susciperet. Deus autem arbitror inquit Socrates, & ipsa uitæ species, &
si quid aliud immortale est, apud omnes in confesso est, quòd nunquam pereat. A-
pud omnes equidem homines inquit per louem, & adhuc magis arbitror, apud deos.
Quando uero immortale etiam incorruptibile est aliud' ne quid, quàm si immortalis
est, etiam interitus expers, anima fuerit? Multa necessitas est. Vbi igitur mors ad
hominem accesserit, mortale quidē ipsius ut apparet, moritur: Immortale uero saluum
& incorruptum abit decedens morti. Apparet. Maximè omnium ergo inquit ô
Cebes, anima immortalis est & interitus expers, & reuera erunt animæ nostræ apud in-
feros. Non habeo inquit ô Socrates aliud quid quod præter hæc dicam, neq; cur ser-
monibus tuis non credam. Verum si Simmias hic, aut alius quispiam habet quid quod
dicat, bene res se habet, ut non conticeat. Nam haud scio in quam aliam temporis oc-
casionem quis differat, si nunc præsentem omittat, & alioqui de talibus aut dicere, aut
audire quid uelit. Atqui inquit Simmias, neq; ipse habeo amplius cur fidem non ha-
beam, ex his sanè quæ dicta sunt. Attamen præ magnitudine eorum de quibus sunt
sermones, & humanam debilitatem culpans, incredulitatem adhuc apud meipsum fo-
uere cogor, de his quæ in medium adducta sunt. Non hæc solum ô Simmia inquit So-
crates rectè dicis, sed etiam primas argumentorum propositiones, etiamsi firmæ nobis
sint, tamen clarius considerare oportet. Et si ipsas iustè distinxeritis, ut ego quidem ar-
bitror, assequemini sermonem, inquantum maximè fieri potest, ut homo illum assequa
tur. Et si hoc ipsum clarum factum fuerit, nihil ulterius quæretis. Vera inquit dicis.
At hoc inquit ô uiri iustum est uos cogitare. Quòd si immortalis est anima, cura sanè
opus habet, non pro hoc solum tempore, in quo uiuere dicimus, sed pro uniuerso. Et
periculum nunc sanè uel maximè graue esse uideri possit, si quis ipsius negligens sit.
Si enim mors esset totius dissolutio ac discessus, id lucri ferrent mali, quòd per mor-
tem & à corpore, & à sua ipsorum improbitate, unà cum anima liberarentur, Nunc
uero quum hæc immortalis esse uideatur, nullum aliud fuerit ipsi refugium, neque sa-
lus à malis, præterquam ut optima & sapientissima fiat. Nihil enim aliud secum tra-
hens anima ad inferos abit, præter eruditionem ac educationem: quæ sanè etiam
maximè prodesse, aut obesse mortuo dicuntur, statim in initio illius isthuc profe-
ctionis. Sic autem narrant, quòd unumquenque mortuum cuiusque dæmon, qui
uiuentem

Immortalis quæ sit ratio

Deus, & uitæ species, im- mortalis est

Humana debili tas non facile credit

Animæ quæ sit cura habenda

Malis lucro es- set animæ mor talitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dæmon cuiq; attributus

uiuentem sorte obtinuit, ad quendam locum ducere aggreditur, ubi congregatos dijudicatos ad inferos proficisci oportet, cum illo duce, cui demandatum est hinc discedentes illuc ducere. Postquam uero adepti fuerint illic ea quæ adipisci oportet, & tempore constituto manserint, alius rursus dux huc transfert, per multos & longos temporis circuitus. Est autē profectionis iter nō ut Æschyli Telephus dicit. Ille enim simplicē uiam ad inferos ferre dicit: Hæc autē uia neq; simplex, neq; una, mihi esse uidetur. Neq; enim

Via ad inferos qualis

ducibus opus haberet, neq; usquam quis aberraret, si una esset. Nunc autem & sectiones & circuitus multos habere uidetur: atq; huius rei & à

Sacrificiorum circuitus

sacrificijs, & ab his quæ legis loco hic recepta sunt coniecturam facio. Temperata itaq; & sapiens anima ducem sequitur, & non ignorat præsentia. Quæ uero corporis cupiditate tenetur, uelut in superioribus dixi, circa illud multo tēpore delinita, & circa locum qui uideri potest diu mo-

Animæ quò abducantur

rata, & multa passa, ui tandem ac uix abducitur à dæmone, cui hoc facere demandatum est. Vbi uero peruenerit eò ubi etiam aliæ sunt, impuram quidem & quæ tale quid perpetrauit, ut aut cædes iniustas, aut alia quædam huiusmodi fecerit, quæ his similia sunt, & similium animarum opera existunt, quiuis fugit & auersatur, neq; est qui ipsarum comes aut dux esse uelit. Ipsa uero oberrat multa angustia occupata, donec tempora quædam pertranseant, quibus elapsis, necessariò ad conuenientem ipsi habitationē fertur. Quæ uero purè & moderatè uitam transegit, & comites & duces deos adepta, conuenientem locum inhabitat, prout unicuiq; is est destinatus. Multi autem sunt & admirādi terræ loci. Et ipsa terra neq; talis est, neq; tanta, qualis & quanta esse putatur, ab his qui de terra dicere solent, quemadmodū ego è quodam audiui. Et Simmias quomodo hæc inquit, dicis ô Socrates? Nam de terra etiam ego ipse multa audiui, non tamen ea de quibus tu persuasus es. Libenter igitur audierim. Atqui ô Simmia non Glaucí ars esse mihi uidetur, exponere quæ sunt: Quòd tamen uera sint, difficilius mihi apparet, quàm pro artis Glaucí ratione: & simul ego quidem fortassis non possim, simul uero etiamsi scirem, uita mea sermonis longitudini nō sufficere mihi uidetur. Speciem tamen terræ, qualem esse audiui, & locos ipsius referre, nihil me prohibet. At & hæc inquit Simmias sufficiunt. Persuasus itaq; sum ego inquit ille, primum quidem si est in me-

Terram quid contineat

dio cœlo & rotunda, quòd nihil ipsi opus sit, ad hoc ut ne cadat, neq; aere, neq; ulla alia huiusmodi necessitate, sed abundè sufficere ad ipsam continendam, ipsius cœli quam ad seipsum undiquaq; habet similitudinem, & ipsius terrę æquilibriū. Æquilibris enim res in similis cuiusdam medio posita, nō habebit cur magis aut minus in ullam partem inclinetur. Quæ uero similiter se habet, sine inclinatione manet. Et primū quidem in-

Terræ magnitudo

quit de hoc persuasus sum. Et rectè sanè inquit Simmias. Insuper uero inquit, ualdè magnum quiddam ipsam esse, & nos qui à Phasíde usq; ad columnas Herculis habitamus, in parua quadam parte habitare, uelut formicę circa locum cœnosum, aut ranæ circa mare habitant: & alios alibi multos in multis huiusmodi locis habitare. Esse enim ubiq; circum terram multas cauitates, & specie & magnitudine uarias, in quas confluxisse & aquam, & nebulam, & aerem: ipsam autem terram puram in puro sitam esse cœlo,

Aetheris appellatio

in quo etiam sunt astra, quòd sanè ætherem nominare plerosq; ex his qui talia tractare solent: cuius uelut fecem hæc esse, & semper in terræ cauitates confluere. Nos igitur ignorasse quod in cauitatibus ipsius habitaremus, & putare nos supernè supra terram habitare: quemadmodum si quis in medio pelagi fundo habitans, putet se supra mare habitare, & per aquam uidens Solem & astra, mare cœlum esse putet, ut qui ob tarditatem ac debilitatem, nunquam ad summum mare peruenerit, & neque uiderit egressus & intuitus è mari, ad hunc qui hic est locum, quantò purior ac pulchrior est eo qui in profundo est, neque ex alio qui uidisset audiuerit: Idem sanè hoc etiam nobis accidisse. Quum enim in quadam terræ cauitate habitemus, putare nos supra ipsam habitare, & aerem cœlum appellare, uelut per hoc cœlum astra procedant. Hoc autem idem esse, quòd præ debilitate ac tarditate nequeamus ad extremum aerem penetrare. Nam si quis ad summa ipsius ueniret, uel alis acceptis euolaret, conspecturum esse si illuc re-

Terra uera in æthere sit

spiceret, & sic sanè conspecturum esse ea quæ illic sunt, quemadmodum hic pisces suspicientes è mari uident ea quæ hic sunt: & si natura ad inspiciendum, illudq; inspectandum satis esset, & sufficeret, cogniturū esse quòd illud sit uerum cœlum, & uera lux, & uera

uera terra. Nam hæc terra, & lapides, & totus qui hic est locus, corrupta sunt ac corrosa: quemadmodum ea quæ in mari sunt à salsugine. Neq; enim nascitur quicquam memorabile in mari, neq; perfectum ut ita dicam, quicquam est. Verum antra & arena & lutum immensum & cœnum est, ubi sanè etiam terra fuerit, & nullo modo digna sunt hæc, quæ ad pulchritudines quæ apud nos sunt conferantur. Illa uero rursus, his quæ apud nos sunt, multò adhuc amplius præstare uideri possent. Si enim etiam fabulam pulchram referre oportet, operæprecium est audire ô Simmia, qualia sint illa quæ in terra sub cœlo sunt. Atqui ô Socrates inquit Simmias, nos hanc fabulam libenter audiemus.

Mare nihil memorabile producere

Dicitur itaq; ô amice inquit, primum quidem talis esse aspectu hæc terra, si quis superne ipsam intueatur, quemadmodum pilæ ex duodecim corijs consutæ uariata, colo

Fabula de terra in cœlo sita

ribus distincta, quorū etiam hi qui hic sunt colores, quibus pictores utuntur, uelut exē-

Pilæ ex duodecim corijs consutæ

pla sunt. Verum illic omnem terrā ex talibus esse, & adhuc ex multò splendidioribus & purioribus quàm hi sunt. Nam aliam quidem purpuream esse, & admiranda pulchritudine præditam: aliam uero aurei coloris: aliam quæ alba sit, gypso aut niue esse albidiorem: aliam ex alijs coloribus similiter compositam, & adhuc pluribus ac pulchrioribus, quàm quos nos uidimus. Nā has ipsas ipsius cauitates, quæ aqua & aere plenæ sunt, coloris speciem quandam exhibere, resplendentes in aliorum colorum uarietate, ut una quædā continua uaria species ipsius appareat. In hac uero terra quæ talis sit, nasci iuxta proportionem, arbores, & flores, & fructus. Et rursus similiter montes & lapides, habere iuxta eandem rationem, perfectionem & perspicuitatē, & colores pulchriores: quorum etiam esse partes lapillos eos qui hic sunt & in precio habentur, Sardia, laspidas, & Smaragdos, & omnes huiusmodi. Verum illic nullum esse qui non talis sit, & adhuc his pulchrior. Causam uero huius esse, quòd illi lapides puri sunt, & non corrosi neque corrupti, quemadmodū hi qui hic sunt à putredine ac salsugine, quæ huc confluxerunt, quæq; & lapidibus, & terræ, & alijs animantibus ac stirpibus turpitudinem ac morbos inducunt. Ipsam uero terram exornatā esse & his omnibus, & insuper auro ac argento, & alijs huiusmodi. Conspicua enim ipsa nasci, & multa, & magna, & ubiq; per illam terram, ut felicium spectatorū spectaculum sit, ipsam uidere. Animantia uero in ipsa esse tum alia, tum homines, partim in mediterraneis habitantes, partim circum aerem, quemadmodum nos circum mare: partim in insulis, quas circumfluere aerem, ut quę ad continētem uergant. Et in summa, quod nobis aqua & mare est, ad nostrum usum, hoc illic esse aerem: quod nobis aer, hoc illic esse ætherem. Tempora uero anni apud ipsos huiusmodi habere temperiem, ut illi morbos ignorent, & tempore multò longiore, quàm hic homines uiuant. Et uisu, & auditu, & sapientia & omnibus talibus à nobis distare eadem distantia, qua aer ab aqua distat, & æther ab aere, quod ad puritatem attinet. Et sanè etiam deorum lucos & templa ipsis esse, in quibus reuera dij habitent, & responsa ac uaticinationes & sensus deorum, & huiusmodi conuersationes ipsis cum illis contingere. Et Solem & Lunam & astra ab ipsis uideri qualia sunt, & reliquam felicitatem consequentem ac similem esse. Ac totam quidem terram, & quæ circum terram sunt, ita à natura se habere. Locos autē in ipsa esse, iuxta ipsius cauitates per totum circuitum multos, partim profundiores & magis expassos, quàm in quo nos habitamus: partim profundiores quidem, sed qui minorem hiatum habeant, quàm locus qui apud nos est. Quosdam etiam breuiores profunditate esse & ampliores, quàm qui hic est. Hos autem omnes inter se, alterum in alterum perforatos esse multifariam, & angustioribus & ampliioribus foraminibus, & trāsitus habere: per quos multa quidem aquæ ex alijs in alios, uelut in crateres fluat, & perpetuorum fluuiorum immensæ magnitudines sub terra, & aquarum calidarum, & frigidarum: Multus autē etiam ignis, & ignis magna flumina. Multos etiam illic esse fluuios luti liquidi, & purioris, & cœnosioris: Quemadmodū in Sicilia qui ante riuum sunt luto fluentes fluuij, & ipse riuus torrens. Et ex his sanè singulos locos repleri, prout ad singulos semper defluxio contigerit. Hęc autem omnia mouere sursum ac deorsum nelut uectabulum quoddam quod sit in terra. Est autem hoc uectabulū propter talem quandam naturam. Vnus quidam ex terræ hiatibus, tum aliàs maximus, tum in totum per totam terrā perforatus est, is sanè de quo Homerus dixit, barathrum ipsum appellans:

Barathrum

Hinc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hinc procul, est ubi sub terra barathrum, idq; profundum:

Tartarus Hunc etiam alibi & ille, & alij multi poetæ, Tartarum uocauerunt. In hunc enim hiatum & cõfluunt omnes fluuij, & ex hoc rursus omnes effluunt. Fiunt autẽ singuli tales, qualis est terra per quam fluxerint. Causa uero cur hinc effluant, ac rursus influant omnia flumina, est quòd hic liquor neq; fundum, neq; fundamentum habet. Eleuatur itaq; & exundat sursum ac deorsum: & aer & spiritus circa ipsum, idem facit. Sequitur enim illum, & quum in partem ultra illam terram processerit, & quum in partem quæ huc uergit. Et quemadmodum in his qui semper respirant, spiritus fluens & expirat, & inspirat: Sic etiam illic dum unà cum liquore spiritus eleuatur, uehementes quosdam & ingentes uentos excitat, & ubi ingreditur, & ubi exit. Quum igitur concitata aqua ad locum infernum appellatum secesserit, ad illas aquas quæ in illis fluminibus sunt, per terram influit, & replet ipsa, uelut hi qui effundere solent. Quum uero rursus illinc abierit, & huc processerit, ea quæ hic sunt rursus replet. Hæc autem repleta fluunt per riuos & per terram, & singula ad locos peruenientia, ad quos singulos deducuntur, & maria, & stagna, & fluuios, & fontes efficiunt. Hinc uero rursus terram subeuntia, & partim longiores ac plures locos pergressa, partim pauciores ac breuiores, rursus in tartarum irruunt, alia quidem multò inferius, quam effusa essent, alia uero paulò. Omnia uero subter effluxionis locũ influunt: & aliqua ex aduerso eius partis per quam exierant, influunt: aliquo secundũ eandem partem. Sunt & quæ omninò in circulum circũuagata, & semel aut sæpe circũ terram obuoluta, quemadmodum serpẽtes solent, quantum eius fieri potest infrà demissa, rursus irruunt. Fieri autẽ potest ut se demittant in utranq; partem ad mediũ usq;, ultrà uero nõ. Accliuis enim fit utriusq; fluxionibus ea pars quę utrinq; est. Ac alia quidem multa & magna & uaria flumina sunt. Verum inter hæc tam multa quatuor quædam sunt, quorum maximũ ac extimum per circuitum fluens Oceanus est. Huic ex aduerso fluit Acheron, qui per desertos alios locos fertur, & sanè etiam sub terram labens, ad paludem Acherusiam deuenit. Quo pleræq; mortuorum animę deueniũt, & ubi per quædam à fatis destinata tẽpora, aliæ longiora, aliæ breuiora isthic manserint, rursus ad animalium origines dimittuntur. Tertius fluuius in medio horum erumpit, & prope eruptionem in magnũ quendam locũ multo igne ardentem excidit, & paludem facit nostro mari maiorem, aqua & luto feruentem: Hinc autẽ procedit in circulum turbidus & lutulentus, & dum circũ terram uoluitur, tum aliò peruenit, tum ad extrema Acherusiæ paludis, ita ut aquæ illius non permisceatur. Sæpe uero sub terra obuolutus, inferius Tartaro irruit. Hic est quẽ adhuc Pyriphlegetontẽ cognominant, cuius etiam riui auulsiones efflant, ubicũq; terrarũ fuerint. Huic rursus ex aduerso quartus elabitur, in locũ primum horrendum ac agrestem, uelut dicunt, sed qui colorem totum uelut Cyanus habet, & hunc sanè Stygium cognominant. Et paludem efficit irruens hic fluuius Stygem. Hic uero illapsus, & uehemẽtibus uiribus in aqua acceptis, terram subtergressus, dum circumuoluitur aduersus Pyriphlegetontem procedit, et ex aduerso illi in Acherusia palude occurrit. Et neq; huius aqua ulli miscetur, sed & hic in orbem circũuagatus, in Tartarum irruit, ex aduerso Pyriphlegetõtis. Nomen autem huic est Cocytus, uelut poetæ dicunt. His uero ita à natura se habentibus, postquam deuenerint mortui ad locũ, ad quem dæmon unumquenq; deducit, primum quidem dijudicantur & qui rectè ac sanctè uixerunt, & qui non: & qui quidem medio modo uixisse comperti fuerint, profecti ad Acherontem cõscensis his quæ ipsis sunt uehiculis, in his ad paludem deueniunt, & illic habitant, & si quis iniustè quid perpetrauit, ubi datis iustè factorum pœnis purgati fuerint, absoluuntur: & benefactorũ etiam præmia ferunt, quisq; prout meritus est. Qui uero ob peccatorũ magnitudinem, insanabiliter affecti esse uisi fuerint, utpote qui sacrilegia multa ac magna, aut cædes iniustas & multas iniquas perpetrarunt, aut alia quæ huiusmodi existunt, hos sors cõueniens proijcit in Tartarum, unde nunquam egrediuntur. Qui uero sanabilia quidem, magna tamen delicta admisisse iudicati fuerint, uelut qui aduersus patrem aut matrẽ uiolentum quid præiracundia perpetrarint, & per reliquam uitam pœnituerunt: aut homicidæ tali quodam alio modo fuerunt, eos necesse est in Tartarum incidere, eoq; illapsos, ubi annum illic manserint, unda eijcit, homicidas per Cocytum, parentum percussores per Pyriphlegetontem

Animarum iudicium

Purgatorij locus

Quatuor flumina terræ maxima

tontem. Postquam autem delati fuerint ad Acherusiam paludem illic clamant, & ad se uocant, alij eos quos occiderunt, alij eos quos iniuria affecerunt: hos autem accitos rogant ac precantur, ut sinant ipsos in paludem illinc egredi, eosq; suscipiãt. Et si quidem persuaserint, egrediuntur, & à malis liberantur: Sin minus, rursus ad Tartarum feruntur, & illinc rursus ad fluuios, & hęc perpeti non cessant, prius, quàm persuaserint illis quos iniuria affecerũt. Hæc enim pœna ipsis, à iudicibus statuta est. At qui insigniter sancte uixisse comperti fuerint, hi sunt qui ab his quidem locis qui in terra sunt liberantur, ac uelut è carceribus discedunt, sursum autem ad puram habitationem deueniunt, & supra terram habitant. Ex his ipsis autem qui per philosophiam abundè purgati sunt hi, & absque corporibus penitus in posterum tempus uiuunt, & in habitationes his adhuc pulchriores deueniunt, quas neq; facile est declarare, neq; satis temporis est in præsentia. At horum quæ recensuimus gratia ô Simmia omnia facere oportet, ut uirtutem & sapientiam in uita consequamur. Pulchrum enim est præmium, & spes magna. Hæc quidem igitur affirmare, ita se habere, quemadmodum ego recensui, non decet uirum intelligentia præditum. Quòd tamẽ aut hæc sint, aut huiusmodi quædam circa animas nostras, earumq; habitationes: quandoquidẽ immortalis esse anima uidetur: hoc & decere mihi uidetur, & digna res est ut quis periculum faciat, qui hæc ita se habere putat. Honestum enim est periculum, & talia quenq; sibijpsi uelut accinere oportet. Quapropter sanè ego etiam dudum fabulam extendo. Quare horum gratia confidere debet uir de sua ipsius anima, qui in uita reliquas quidem uoluptates, quæ ad corpus eiusq; ornatum pertinent, ualere iussit, uelut alienas, & plus mortem efficere ratus: eas uero quæ circa discendi studium uersantur amplexus est, & exornata anima nõ alieno, sed suo ornatu, temperantia, iustitia, fortitudine, libertate & ueritate, sic profectionem ad inferos expectet, uelut qui profecturus sit, ubi fatum uocarit. Vos igitur inquit ô Simmia & Cebes ac uos alij, rursus in quodam tempore singuli proficiscemini. Me uero nunc uocat, uelut Tragicus aliquis dixerit, fatum. Et fere tempus est ut me ad balneum conuertam. Melius enim esse uidetur, ut quis lotus uenenum bibat, & non in mortuo lauando, mulieribus negocium exhibeat. Hæc ubi ipse dixisset, Crito sit ita inquit ô Socrates: Quid uero his, aut mihi demandas, aut de liberis tuis, aut de alia quapiam re, in qua nos tibi maximè gratificari possimus? Nihil noui inquit ô Crito, sed quæ semper dico, nimirum si uos uestri ipsorum curam habebitis, & mihi, & meis, & uobis ipsis gratificabimini, in his quæcunq; tandem feceritis, etiamsi nunc non compromiseritis. Si uero uos ipsos neglexeritis, & secundum ea quæ & nunc, & in superiore tempore dicta sunt, uelut secundum uestigia, uiuere nolueritis, nihil amplius facitis, etiamsi in præsentia ualdè multa cõpromiseritis. Hæc quidem inquit Crito ita facere annitemur: quo uero modo te sepeliemus? Quomodo inquit uolueritis, si me apprehenderitis, & non uos effugero: & simul placidè ridens, ac ad nos respiciens dixit. Non persuadeo inquit ô uiri Critoni, quòd ego sum hic Socrates, qui nunc disputo, & qui singula prout dicuntur dirigero, sed putat me illum esse, quem paulò posterius mortuũ uidebit: & quærit sanè quo modo me sepeliat. At quem ego dudum in longum sermonẽ extendo, quòd postquam uenenum bibero, non amplius uobiscum manebo, sed ad quasdam beatorum felicitates abibo: eum frustrà ipsi dicere mihi uideor, dum simul & uos & meipsum consolor. Compromittetis igitur pro me Critoni, uadimonium contrarium illi, quod ipse pro me iudicibus compromisit. Ipse enim me reuera mansurum esse: uos uero non mansurum, sed abiturum esse compromittetis, postquam mortuus fuero: quo Crito facilius ferat, & non indignetur propter me uelut qui grauia quædam patiar, ubi corpus meum aut uri, aut sepeliri uiderit: neq; in exequijs peragendis dicat, quòd aut proponit, aut effert, aut sepelit Socratem. Hoc enim probe nosse debes inquit ô optime Crito, quòd non rectè dicere, non solum in hoc ipso delinquit, sed etiam mali quiddam animis inducit. Quare confidere oportet, & dicere, quòd corpus meum sepelias. Atque hoc ita sepelies prout tibi gratum fuerit, & maximè iustum esse duxeris. Hæc loquutus ille surrexit, ad domicilium quoddam progrediens uelut loturus. Et Crito ipsum sequebatur. Nos autem iubebat expectare. Expectabamus igitur inter nos ipsos colloquẽtes de his quę dicta essent, & ea retractando considerantes. Tunc uero etiam de calamitate quæ nos

Philosophi à morte quo deueniant

Ambiguis quatenus assentiendum sit

Lauandi mora tuos mos

Sepultura neglecta

Beatorum felicitates adit Socrates

Mortui partim combusti, partim sepulti

Universidad de Deusto
Biblioteca

maneret recensuimus,uelut orphanos patre priuatos reliquam uitam transactiuros nos esse ducentes. Postquam autē lauisset,& allati essent ad ipsum pueri: duos enim paruos filios habebat,& unum iam magnum:ueniissentq; etiam domesticæ uxores,illas coram Critone alloquutus est,& ubi ipsis demādasset quæ uoluisset,uxores & filiolos abire iussit.Ipse uero ad nos uenit.Et erat iam prope Solis occasum. Multū enim tempus intus contriuerat.Vbi uero ueniisset lotus considebat,& non multa quædam postea loquutus est.Et uenit undecim uirorū minister,& ubi ad ipsum accessisset propè adstans ô Socrates inquit, non cogniturum me esse arbitror in te id quod in alijs cognosco ac condemno,qui mihi indignantur,& me execrantur,ubi ipsis uenenum bibendum esse denuncio,magistratibus ita iubentibus.Nam te ego etiam aliàs in hoc tempore cognoui uirum generosissimum,& mitissimum & optimum, præ omnibus qui unquam huc deuenerunt.Et sanè etiam nunc satis scio,quòd mihi nō indignaris,sed illis.Nosti enim rei autores.Nunc igitur:scis enim ad quæ tibi denūcianda adsim:sis hilari animo,& conare ut ea quæ necessaria sunt facilime feras,& simul lachrymis obortis auertens se abibat.Et Socrates ubi ad ipsum respexisset,& tu inquit hilari sis ānimo,& nos hæc faciemus.Et simul ad nos,quàm bonus inquit homo,& per omne tempus ad me accessit,& aliquando colloquutus est,& optimus uir fuit:& nunc quàm generosè me deplorat.At sanè ô Crito pareamus ipsi,& afferat quis uenenum,si tritum est:Sin minus,terat homo ille; Et Crito at arbitror inquit ô Socrates adhuc Solem esse in montibus,& nōdum occidisse.Et simul ego inquit,noui etiam alios ualdè serò bibisse,postquam ipsis denūciatum fuisset,ubi iam cœnati essent,& ualdè probe poti,& consuetudinem habuissent cum quibus ipsis collibuisset. Quare ne festines. Adhuc enim ad aliquid faciendum tempus superest. Et Socrates meritò inquit ô Crito,& illi hæc quæ tu dicis faciūt:putant enim se his factis lucrari:& ego merito sanè nō faciam.Nihil enim me lucrari aliud posse arbitror,si paulò post uenenum bibero,quàm quòd ridiculus magis mihīpsi uidear,ut qui uiuere cupiam,& dum licet adhuc,nulli rei parcam. Quare age iam inquit mihi pare, & ne aliter facias. Et Crito his auditis innuit puero propè stanti,& puer egressus,ac satis longo tempore moratus rediit adducens secum eum qui uenenum daturus esset,& hoc in calice tritum ferret. Conspicatus autem hominem Socrates,age inquit ô optime, tu enim harum rerum gnarus es, quid factu opus est? Nihil aliud inquit,quàm ut eo epoto obambules,donec grauitas tibi ad crura accedat. Deinde decumbas:atque sic ipse facies,& simul calicem Socrati porrexit. Et ille eo accepto etiam ualdè placidus ô Echecrates,cum nullo timore,neque ulla coloris aut faciei mutatione,sed uelut solebat,toruo aspectu intuitus hominem,quid dicis inquit de hoc poculo,licet'ne alicui sacrificantium more,ad terram quid inde spargere, aut non? Tantum inquit ô Socrates terimus,quantum ut bibatur moderatum & satis esse putamus. Intelligo inquit. At precari deos licet ac conuenit, ut transmigratio hinc illuc felix sit ac cum bona fortuna contingat,id quod sanè etiam ego precor,ac opto ut fiat hoc modo. Et simul ut hæc dixisset, admotum ad os calicem ualdè prompte ac facile ebibit. Et plericq; nostrum hactenus quidem moderatè lachrymas cōtinere potueramus. Verum ubi & bibentem,& qui iam bibisset uidimus, non amplius. Et mihijpsi sanè lachrymæ, per uim & ubertim erumpebant,ita ut me obuelarem,ac meipsum deplorarem, non enim illum,sed meam ipsius fortunam,quali uiro ac amico priuatus essem. Verum Crito adhuc me prior,quum lachrymas cōtinere non posset,surrexit. Apollodorus autem & in superiore tempore nunquam plorare cessauerat,& tunc magno cum eiulatu flens ac conquerens,neminem ex præsentibus non deplorabat,uno Socrate excepto. Ille uero qualia inquit facitis ô admirandi? Ego sanè non minime huius rei gratia mulieres ablegaui,ut ne in talibus delinquerent.Etenim audiui quòd cum laudatione & bonorum uerborum pronunciatione uitam finire oportet.Quare quietem agite & tolerate. Et nos his auditis erubuimus,& à lachrymis nos continuimus. At ille obambulans postquam crura sibi grauari dixisset,supinus decubuit.Ita enim iusserat homo ille.Et simul contingens ipsum hic qui uenenum dedisset,modico tempore interposito cōsiderabat pedes ipsius ac crura.Et postea uehementer compresso ipsius pede, interrogabat an sentiret:ille uero negabat.Et postea rursus tibijs,sic ulterius pergebat,ac ostendebat nobis

Vxores & filij Socratis

Veneni sub noctem sumptio

Veneni sumendi in Socrate constantia

Vita cum bono rumnerborum pronunciatione finienda

Cicutæ uenenioperationis modus

nobis quòd perfrigeraretur ac cōgelaretur.Et ipse contingebat illum ac dicebat:postquā ad cor accesserit ipsi,tunc decedet.Iam igitur ferè partes ipsius circa pectinem perfrigebantur,& quū ipse se detexisset:erat enim contectus:dixit id quod sanè postremū loquutus est,ô Crito inquit,debemus Æsculapio gallum. Quare persoluatis, & ne negligatis. Immò fiet hæ inquit Crito,Verum uide an quid aliud dicere uelis. Hæc interrogante ipso nihil amplius respondit.Verum modico tempore interposito commotus est,& homo ipsum detexit,& oculi illi obriguerunt. Quod conspicatus Crito, os ac oculos contraxit ac composuit. Hic finis fuit ô Echecrates amici nostri, uiri quod sanè nos affirmare possumus,optimi ex omnibus de quibus tunc periculum fecimus, & alioqui sapientissimi ac iustissimi.

Æsculapio gallus offerri solitus

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI,

IN PRIMVM PLATONIS QVATERNIONEM,

ECLOGA PRIMA.

VVM & antea quàm Platonis scripta ad Latinos transcribere instituissem, multa in uniuerso opere Græco animaduertissem, quæ tum uerā lectionem non referrent,tum genuinam sententiam non exprimerent:& hoc postea inter conuertendum clarius adhuc comperirem,uisum est omnino operæpretium esse,aut potius necessarium,ut rationem redderem meæ translationis, in his præsertim locis,ubi sentētia alia à me expressa esset,quàm Græca exemplaria uulgata præ se ferrēt.Reuera enim onerosum censeri possit, lectionem ita publicè recipiendam omnibus obtrudi,quæ à Græcis codicibus subinde discreparet.Et tamen de hoc ritè à me præstando sæpe ratione subducens, & molem ingentem futuri operis expendens,non semel à proposito destiti ac resilui.Quo enim euasurū esset opus, si hoc modo cœptum esset,ut ad singulas sententias confirmandas iusta uerborum lectio semper adducenda esset?Et sanè neq; hoc expetendum esse putabam,neq; à me præstari posse in ista ætate confidebam.Itaq; id quod minus tædij lecturis allaturum esset,& laborem nostrum aliquantulum minueret, præstandum esse constitui:nimirum ut insigniter uitiatos locos indicarem, ipsorumq; lectionem rectam proponerem,atq; sic sententiæ Platonis summam quandam comprehenderem:hoc ipsum & facultatis nostræ esse ratus,& doctis ac bonis omnibus, qui Platonis studiosi futuri essent,sufficere posse confisus. Proinde iuxta Thrasyli distinctionem, qui Platonis scripta omnia in nouem quaterniones digessit,& Tetralogias appellauit,etiam ego Platonis opera Latina digessi,& singulis nouem quaternionibus,singulas Eclogas subieci, inde appellatio ne imposita,quòd selecti loci in illis proponerentur ac emendati explicarentur. Ad quam rem rectius præstandam adhibui quatuor exemplaria,tria impressa ut uocant, Aldinum unum, & Basilienſia duo,& manu scriptū unum,quod ex Bibliotheca Hassistenia generosus Baro Henricus Vuildefelsius,à Sebastiano Heroe Hassistenio mihi impetrauit. Quo igitur quàm breuissimis rem absoluamus, in prima hac Ecloga,quæ primo quaternioni subiecta est,cōprehēdi eos locos,qui in quatuor illis dialogis primum quaternionem efficientibus habentur. In his Plato sub persona Socratis ueri philosophi uitam proponit, qualem ipsum esse cōueniat, si mors ei neq; horrenda, neq; timenda,sed expetēda potius uideri debeat,per quam ad beatorum felicitates abit. Tametsi uero hæc maximè in tribus posterioribus dialogis, qui morales sunt, & de philosophi moribus agunt,Plato pertractet,tamen non abhorret ab illis primus dialogus, qui Euthyphron,siue de sancto inscribitur,& sub tentatiōis specie suauiter illi illudens, totā de sancto disputationem peragit. Atq; hic semel considerandum est hoc, quod etiam Diogenes Laertius tradidit,singulos ferè dialogos habere duplicem inscriptionem,alteram à nomine alicuius insignis uiri in disputatione inducti:alterā à re ipsa,de qua agitur. Quod igitur ad Euthyphronem attinet, reliqua quidem rectè in Græcis legūtur,& sententiam quam reddidimus habent,si minuta quædam excipias,quæ ex ipsa translatione nostra corrigi possunt,& alioqui indigna sunt ut annotētur.Verum quo loco uersus Poetæ citat. Ζλῶκα δ' ἀν ῥέξαντα &c.recta hæc lectio est,neq; pro ipsa substituendum, ῥλῶκα δ' ἀν ῥέξαντα. Dixit enim Poeta ille ἔρξαντα pro ῥέξαντα,per metathesim literarum.Manu scriptum exemplar pro ἔρξαντα,habet ῥόξαντα: Sed non uidetur eius uerbi lectio huic loco competere. Ad finem ferè ubi Euthyphron respondet,ἀλλά: rectior lectio esse uidetur ἀλλὰ δή,id est imò,nimirum In Apologia ubi Socrates de adolescentibus ipsum imitantibus dicit:Contingit ut illi quos ipsi explorant mihi irascantur, non ipsis:

Tetralogiæ Quaterniones Eclogarum appellatiōis ratio

Philosophi ueri uita

ἔρξαν pro ῥέξαν per metathesim

ἀλλὰ δή

Universidad de Deusto
Biblioteca

legendū est in Græcis; ἐμοὶ ἐργίζονται οὐκ αὐτοῖς, sed uulgata exemplaria ἐχ αὐτοῖς habent, uelut non sibijpsis iracscantur illi, quod meritò facere deberent. Quæ sententia etiamsi tolerari possit, tamen illa recta est. Et mox in criminationibus communibus philosophorū omnium, ubi ait: πάντα λέγεσιν, ὅτι τὰ μετέωρα καὶ τὰ ὑπὸ γῆς, καὶ θεὸς μὴ νομίζει, καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖ: deest uerbum ἡγεῖ, substituendum post τὰ ὑπὸ γῆς. Non enim uerbum νομίζει ad omnia præcedentia referendum est. Aliquantò posterius, ubi ex Melito quærit, Est ne quis qui dæmonū res esse putet, dæmones autem non putet: tardius illo respondente, & negante: quandiu cunctatus es, inquit Socrates: legendum enim est ὃς ὤνησας, & non ὡς ὤνησας. Et rursus posterius aliquantò, ubi Socrates dicit: quo cognoscatis quòd metu mortis nulli præter id quod iustum est cedam, atq; ita simul & non cedam, simulq; pereā: recta est in Græcis lectio, ἵνα εἰδῆτε ὅτι οὐδεὶ ἂν οὐ ἐκποίημι ἥδιστ' ἂν ποιῆσαι θανάτου, μὴ ὑπείκων ἢ &c. Sed uulgata exẽpla δίον habẽt pro δίκαιον. Quod etiāsi tolerari possit, tamen in δίκαιον uoce acquiescendū est, quā in sequentibus sæpe repetit. Quòd aūt quidam legendū putāt δεῖ αὖ οὐ ὑποπέσοιμι πρὸς τὸ δίκαιον. falsò putant. Nam ὑπείκοιμι legendū esse, declarat participiū sequēs ὑπείκων. Verùm πρὸς longè pleniorē sententiam facit, quàm præpositio πρὸς: & rursus paulò inferius eodē modo usurpatur, ubi ait: βουλοῖ ποτ' ἀπόπροτ ξυγχωρήσας οὐδὲν πρὸς τὸ δίκαιον, hoc est nulli unquam quicquā præter iustū concessi. Deinceps ubi ait, Quòd si nō Anytus & Lycon ad me accusandū prodijssent, etiā mille drachmæ illi damnato persoluendæ fuissent: in Græco falsò legitur, καὶ ὦ φίλε χιλίας δραχμὰς. legendū enim est ὄφλει uerbū, uel ὤφλε. Videtur autē fuisse mulcta mille drachmarum eius qui falsò accusasset, aut suffragijs non satis multis actionem suam probasset. Est enim ὀφλεῖν & ὀφλεῖν & ὀφλισκάνειν, debere & in debitā mulctam damnari. Mox ubi Socrates recensēt quæ neglexerit, lucrum, rem familiarem, imperium militare, conciones &c. in Græcis codicibus, pro concionibus, hoc est δημηγοριῶν falsò legitur δημηγυιῶν. Hæc in Apologia. In Critone ubi dicit Crito, adhuc etiam uidebor plerisq;, qui me & te non satis nouerunt, quòd quum te seruare potuissem, si pecunias expendere uoluissem, neglexerim: Græcorum uerborum lectio transposita est, ὡς οἵου τε ὦν σε σῶσαι, εἰ ἀναλίσκειν χρήματα ἠμελήσαμεν ἄθλιον: recta lectio manu scripti codicis hæc est, ὡς οἷός τε ὢν σε, εἰ ἄθλιον ἀναλίσκειν χρήματα ἠμελήσαμεν. Et mox, αὐτὰ δὲ ἅπαντα τὰ πράγματα νυνὶ, legendum est δηλοῖ, id est declarāt, pro δήλα. Et mox, ἡ γὰρ ὄφλημα ὃ πρίτων οἷόν τε εἶναι οἱ πολλοί: legendū est οἷοί τε εἶναι. Nam sequitur ἵνα οἷοί τε ὦσαν: & οὐδέτερα οἷοί τε. Minuta quidem sunt hæc, sed tamen rectam sententiam corrumpunt. Quod paulò post ait Crito, erubesco ne tota circa te res, ignauia quadam nostra transacta esse uideatur, tum quod ad iudiciū ingressus es, quum non ingredi licuisset: tum ipsa causæ actio uelut peracta est: & postremum hoc uelut ridicula catastrophe totius rei, quòd improbitate &c. Hoc totum uelut ad fabulam aliquam relatum accipiendum est, comœdiam uidelicet aut tragœdiam, quæ tres partes habet, πρότασιν, ἐπίτασιν & κατακρουσιν: ita ut sit ingressus ad iudicium πρότασις: causæ uero actio ἐπίτασις: & postremum quod non seruatus sit Socrates Catastrophe, quæ hic à Platone κατάγελως dicitur. Aliquantò posterius ubi Socrates dicit. At dixerit sanè quis, uulgus nos occidere potest: & respondet Crito, nimirum & hæc dixerit quis ô Socrates: in Græcis & personæ & uerba confusa sunt, & sic restituenda. ἀλλὰ μὴν δή φαίη γ' ἄν τις οἶμαι τάχα εἶσιν ὑμᾶς οἱ πολλοὶ ἀποκτιννύναι. Κρ. δηλαδὴ γὰρ ταῦτα φαίη γ' ἄν τις ὦ σώκρατες. Et mox, Hic sermo quem recensuimus similis esse mihi uidetur superiori: in Græcis legendum est, οὐκοῦν γε ὁ λόγος ὃν διεξήλθομεν ἐμοίγε δοκεῖ ὅμοιος εἶναι τοῖς πρότερον.

Philosophorū criminationes communes

δίον pro δίκαιον

πρὸς pro πᾶσι

ὄφελε ὤφλε

δημηγυιῶν suppositū pro δημηγοριῶν

Fabulæ partes tres

κατακρουσις κατάγελως

Deinceps in prosopopœa legum, ubi leges dicunt. Etiam nnnc igitur pactis stabis ô Socrates, si nos audire uoles: Græcè legendum est, νυνὶ δὲ μὴ ὧν ἐμοῦσας τοῖς ὁμολογηθεῖσιν. Vulgata exemplaria habent, νυνὶ δὲ μὴ ὢν ἐμοῦσας &c. nulla iusta huc spectante sententia. In Phædone porrò ubi Phædon ait, adeò intrepidè ac generosè moriebatur, ut ille mihi neque ad inferos absque diuina sorte abire uideretur: Græcè legendum est, ὥστε μοι πρόσωθεν ἐνεῖναι μηδ' εἰς ᾅδου ἰέναι τύχην &c. Vulgati codices ὄντα habent falsò pro ἰόντα. Et aliquantò posterius ubi habetur, Et Cebes leniter subridens, nouerit Iupiter inquit, sua lingua loquens: Græcè legendum est: καὶ ὁ Κέβης ἡρέμα ἐπιγελάσας τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ ἔφη. Est enim τῇ uox Thebanorum, significans ἑαυτοῦ. Quare dixit sua lingua loquens. Erat enim Cebes Thebanus. Eadem uox habetur etiam in epistola vij. non procul à fine, γέγονε δ' ὅς inquit, ὅσπερ ὁ Θηβαῖος, hoc est, Quomodo contigit nouerit Iupiter, inquit Thebanus. Et infrà ubi habetur, satis nosti quòd omnia desinentia Eudymionis fabulam referrent: Græcè legendum est, οἶσθα ὅτι τἀληθῆ ταῦτα λῆρος τὰ Εὐδημίων ἀποδείξει. Et paulò post. At ô Cebes inquit Simmias, quales sunt harum rerum demonstrationes: in Græcis legendum est ποῖαί εἰσι, uel ποῖαί σοι, uel ποῖαι solum. Vulgò autem habetur ποιῶσαι, corruptè ut apparet ob scriptionis uicinitatem. Aliquantò inferius ubi Socrates ita interrogasse producitur. Nónne tale quid inquit Socrates nos interrogare oportet nos ipsos? Cuinam conuenit hanc affectionem perpeti, ut uidelicet dispergatur: & pro quónam formidare, ne ipsam perpetiatur: in Græcis habetur, οὐκοῦν ποτέρου δεῖ τινὰ ἡδέ ὃς ὁ σωκράτης δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν ἐκδοῦναι ἑαυτόν, τῷ ποίῳ τινὶ αἴρει πρόσκρησιν ὧν ὁ πάλαι πάσχειν τὸ διατεθραύνθαι, καὶ ὑπὸ τοῦ ποίου τινὸς διαλυθῆναι μὴ πάλιν αὐτά. Et hâctenus quidem rectè, sed uerba quæ sequuntur, καίτοι τῷ ποίῳ τινί, redundant, ex

ἐντα suppositū pro ἰόντα

ἰᾶτω ξεύς

præceden

præcedente linea repetita. Et inferius ubi habetur, ita secū reputans, quòd ubi quis uehemēter delectetur, aut timeat, aut doleat, aut cupiat, nullū tātum malū ab his ipsis perpetiatur, quātum quis ab alijs pati se putasset, uelut si aut ægrotasset, aut quid cōsumpsisset propter cupidi tates: in Græcis legendū est. οὐδὲν τοσοῦτον πακὸν ἐπαθεν ἀπ' αὐτῆς, ὅσον ἂν τις οἰηθείη, οἷον ἢ νοσήσας, ἢ τι καλλύσας ἢ διὰ τὰς ἐπιθυμίας. Et inferius ubi Simmias ait. Quę tamē de ipsis dicuntur, ea nō omni modo exquirere, & prius desistere, quàm quis undiquaq; perscrutatus labori renunciet, ualdè φιλοπόνως, περὶ αὐ παντοχῆ σκοπῶν ἀπείπῃ τις πάνυ μαλθακῶς ἔναι αὐτοῖς. Sed codices uulgati αὐτὰ habent pro αὖ τὸ, & uocē μὴ ante περιαφίκηται. Et infrà ubi Socrates dicit ad Phædonē. Nónne inquit intelligis, & manifestum est &c. In Græcis falsò habetur, οὐκοῦν ὑμῖν ἐς ἀσχόλιον. Legendum enim est καὶ δὴ αὖν, & non ἀσχόλιον. Et paulò post ubi conuerti, atque ita per reliquam uitam sermones odio habeat ac uituperet, & ita uitam degens, eorum quæ sunt & ueritate & scientia priuatus sit: in Græcis habetur τῶν ὄντων, sed legendum est τῶν τ' ὄντων, id est eorum quæ sunt. Et mox ubi Socrates dicit, Hæc autem sententia mecum non perseuerabit: in Græcis uulgatis legitur. ἃ δὴ καὶ μοι αὐτὰ οὐ ξυνδιατελεῖ: sed falsò. Nam dementiæ uocis significatum huic loco non conuenit, quum antea dixerit se reputare, hoc est λογίζεσθαι. Legendum itaque est uelut manu scriptum habet διανοίαις, ut accipiamus hanc sententiam ancipitem ac ambiguam, etiamsi cum magna prærogatiua nunc ipsam habeat, non tamen ipsi mansuram esse, sed paulò post peritu/ram, ubi offenderit animam reuera immortalem esse. Posset tamen etiam legi ἄγνοιαι, ut intelligamus quòd ignorantia hæc de animæ immortalitate cum ipso non perseuerabit, sed paulò post peribit. Et paulò post, Ita enim anima nostra esse dicta est, etiam antea, quàm in corpus deueniat: quemadmodum rursus essentia ac natura est, quæ cognomen habet eius quod est: Græce sic legi debet ἐρρέθη γάρ που οὕτως ἡμῖν εἶναι ἡ ψυχὴ, καὶ πρὶν εἰς σῶμα ἀφικέσθαι, ὥσπερ αὖθις ἡ οὐσία ἐχεύσατ' ἤδη ἐναντιοῦσθαι τοῦ τὸ ἐστιν. Sed pro αὖθις uulgata exempla habent αὐτοῖς, manu scriptum αὐτῆς, sed falsò. Repetit enim id quod antea dictum est his uerbis. Num igitur sic inquit, res se habet ô Simmia, Si quidem sunt ea quæ semper iactamus, & pulchrum quid, & bonum, & omnis eiusmodi essentia ac natura &c. Et inferius, Num postquam calidum & frigidum putredinem aliquam acceperunt, tunc uelut quidam dixerunt animalia connutriuntur? Græcè recitè legitur. ἆρ' ἐπειδαὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν σπατάλην τινὰ λάβῃ, οὕτινες ἔλεγον, τότε δὴ τὰ ζῷα συντρέφεται: Et accipitur de alimento, ex cuius putrefactione & calidum & frigidum in animalium corporibus nutriuntur, atque sic animalia ipsa connutriuntur. Neque enim pro συντρέφεται legendum est συμφθείρεται, iuxta quorundam opinionem, qui simul & animalia ipsa, simulq; locum hunc aliena lectione sua corrumpunt. Et paulò post. Neque sanè quod sciam cur unum fiat, mihijpsi persuadeo: neque aliud quicquam in summa cur fiat &c. in Græcis pro eo quod reddidi, neque aliud quicquam in summa: habetur οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ἐν ὀλίγῳ. Sed falsò legitur οὐ ὀλίγῳ, pro οὐ λόγῳ, id est in summa. Et hæc lectionis corruptio ob scriptionis uicinitatē sæpe in Græcis autoribus, Sic lib. quarto, De repub. habetur. λίψαι αἴραντι θερμοῦ ποτοῦ, ἢ ψυχροῦ, ἢ πολλοῦ, ἢ ὀλίγου, ἢ καλοῦ ὀλίγῳ ποιοῦ τινος πόματος. Hic οὐ ὀλίγῳ falsò suppositum est pro οὐ λόγῳ. Sed infra in Phædone, ubi de terra in æthere sita loquitur, rectè legitur, καὶ οὐ λόγῳ, ὥσπερ ἡμῖν τὸ ὕδωρ τις καὶ ἡ ἀὴρ λαιφηρὰ &c. Id est, Et in summa quod nobis aqua & mare &c. Sic apud Hippocratem in libri De insomnijs principio habetur. ἡ δὲ ψυχὴ γεγηρυῖα γινώσκει, καθορᾷ τε τὰ ὁρατὰ, καὶ διακούει τὰ ἀκουστά, βαδίζει, ψαύει, λυπεῖται, οὐθυμεῖται, οὐκ ὀλίγῳ ἀπέοικε τοῦ σώματος ὑπηρετίῃ &c. Et hic οὐ ὀλίγῳ suppositum est pro οὐ λόγῳ. Sed rectè legitur apud eundē libri primi De diæta principio. οὐ δὴ λόγῳ ταῦτα διένοι σμήσατο διαίτῃ τρόπον αὐτὸν ἑαυτῷ. Aliquanto inferius transposita est uerborum Græcorum lectio, οὐ γὰρ ἔτι γίγνεται διέξιμι, ἀλλ' ὅτι ὧδε παλῷ ταῦτα τὰ παλαὰ ὧδε παλά. Si itaque uocem ὧδε, in locum uerbi γίγνεται reposueris, & uicissim hoc in illius locum, ueram lectionem habebis. Et mox Nónne inquit ô Cebes hæc fuerint, quæ quicquid occuparint, non solum cogunt ipsum, ut suam speciem habeat, sed etiam ut neque contrariam ipsi speciem assumat: Græcè legendum est ex manu scripti codicis indicijs: Nam locum non recens esse corruptum apparet: ἀρ' οὖν ἔφη ὦ πίβιος τὰ δὴ ἔνι αὖ, ἃ ὅτι ἂν ποτ' ἄχθη, μὴ μόνον αὐ ἀναγκάζει τὴν αὐτοῦ ἰδέαν αὐτὸ ἔχειν, ἀλλὰ καὶ μηδ' ἐναντίαν αὐτῇ δέχεσθαι. Et mox, ἃ αὖ ὧδε ἀνασκάζεται legendum, & non ἢ αὖ &c. Et rursus mox, ὃ πάνυ ἔλεγον ὀρθῶς ἔφην, legendum est ὄρθιος, id est, Quod itaque dicebam determinatum iam est. Et mox ubi reddidi, in quocunque ipsum fuerit, Græcè legendum est, ἐφ' ὅτῳ ἂν αὖ αὐτὸ ᾖ, & non ut uulgati codices habent, ἐφ' ὅτι ἂν αὖ αὐτὸ ᾖ. Et rursus paulò post ubi conuerti, Rursus itaque mihi ab initio dic, & ne mihi id quod interrogo respondе, sed me imitans, &c. Græca sic legenda sunt. πάλιν ἀπὸ μοι ἔφη ἐξ ἀρχῆς λέγε, καί μοι μὴ ὃ αὖ ἐρωτῶ ἀποκρίνου, ἀλλὰ μιμούμενος ἐμέ. λέγω δὲ ἀπ' ἐκείνου τὸ ὀρθὸν ἔλεγον γενόμενα θερμὸν ἤδη, οὐ τὴν ὀσφρᾶσθαι ἐπείνην τὴν αὖ μαθεῖν, ὅτι τῷ αὖ θερμότης, ἀλλὰ πεμφθεῖσαν ἐγγὺς ὀρθὸν ποιεῖ, οὐ τὴν ὀσφρᾶσθαι ὄρθιον ἀπόκρισιν ἐκείνην τὴν αὖ μαθεῖν, ὅτι τῷ αὖ θερμότης, ἀλλὰ πεμφθεῖσαν ἐγγὺς τὴν ποιεῖ, ὅτι τῷ αὖ ποῦς. Et hanc lectionem mox sequentia confirmant, in quibus semper ᾧ, & non ᾗ uelut

ἀσχόλιον suppositū pro ἀσδαύη

διανοίαις

ἄγνοιαι

αὐτοῖς suppositū pro αὖθις

Alimenti in animalibus ratio

συντρέφεται συμφθείρεται

οὐ ὀλίγῳ οὐκ λόγῳ

ᾗ suppositum pro ᾧ

Universidad de Deusto
Biblioteca

uelut in relatis locis uulgo habetur. Et non longè post, ubi in caliditatis exorte, niuis exemplum proponit, & ego conuerti: Non enim perierit, neque rursus manens susceperit caliditatem: in Græcis desunt duæ uoces, οὐ ὑπομένουσα. Sic enim legendum est, οὐ γὰρ αὖ ἀπώλετό γε, οὐδ' αὖ ὑπομένουσα ἐλέξατο αὖ τὴν θάρμοντα. Et paulò inferius ubi habetur: Non hæc solum ô Simmia inquit Socrates rectè dicis, sed etiam primas argumentorum propositiones, &c. in Græcis legendum est. οὐ μόνον γ' ἔφη ὦ σιμμία ὀρθῶς σὺ λέγεις τοιοῦτό τι σὺ λέγεις, ἀλλὰ καὶ τὰς γε ὑποθέσεις τὰς πρώτας, &c.

καὶ redundans

Et inferius ubi reddidi: Si enim etiam fabulam pulchram referre oportet, operæprecium est audire ô Simmia &c. in Græcis redundat coniunctio καὶ. Est enim legendum. εἰ γὰρ δεῖ καὶ μῦθον λέγειν καλὸν, ἄξιον ἀκοῦσαι ὦ σιμμία. Et aliquantò posterius, ubi de locis inter se perforatis dicitur, ipsos transitus habere, per quos multa quidem ex alijs in alios, uelut in crateres fluat: Crateres pro puteis accipimus, qui aquam salientem uel per canales illabentem, in se recipiunt: & per alios canales in alios puteos transmittunt. Eosdem puteos in symposio κύλικας id est calices appellauit, uelut in teria Ecloga uberius declarabo. Et infra ubi conuerti, quantum eius fieri potest infrà demissa, rursus irruunt. Fieri autem potest ut se demittant in utranque partem, ad medium usque, ultrà uero non: Græcè legendum est, εἰς τὸ μιωαῖον κάτω παύονται, πάλιν ἐμβάλλει. μιωαῖον δὲ ἑκατέρωσε μέχρι τοῦ μέσου παθεῖν. πέρα δ' οὔ. Quòd autem παύονται legendum sit, & non καμφθοῦται, uelut codices uulgati habent, declarat uerbum παθεῖν quod sequitur. Et inferius ubi habetur: Quare horum gratia confidere debet uir de sua ipsius anima. qui in uita reliquas quidem uoluptates, quæ ad corpus eiusq; ornatum pertinent, ualere iusserit, uelut alienas, & plus mortem efficere ratus: hæc postrema uerba, plus mortem efficere ratus: in Græcis sic leguntur, καὶ πλέον θάτερον ἡγησάμενος ἀπεργάζεσθαι: id est plus alterum efficere ratus. Sed quo sit illud θάτερον referendum non satis intelligo, etiamsi in eius uocis lectione omnia exemplaria consentiant. Ego itaque uocem θάτερον pro ea legendam puto, ut uoluptates corporis mortem efficere accipiamus, in his qui illas amplexi sunt: Contrà uero discendi studium, & & uirtutum exercitium, in uiro qui de animæ suæ immortalitate confidit efficere, ut profectionem ad inferos expectet. Tametsi enim omnis anima immortalis sit, tamen ea quæ in uoluptatibus corporis uixit, in mortem magis abire uidetur quàm ad uitam, dum uel sæpe ad animalium ortum purgata reuertitur: uel dum iniustè factorum pœnis affligitur, uelut in superioribus dixi: quum philosophi anima & absque corporibus penitus in posterum tempus uiuet, & in habitationes deueniat, ut paulò antea dixit, quas neque facile est declarare, neque satis temporis est in præsentia. Quod porrò ad finem ferè dicit Socrates, Melius enim esse uidetur, ut quis lotus uenenum bibat, & non in mortuo lauando, mulieribus negocium exhibeat: hoc non ita accipiendum est, quasi ueneni gratia prius loti fuerint, qui illud acceptu-ri essent, quo uidelicet efficacior eius uis esset in lotis à balneo: sed mortui lauabantur antea quam sepelirentur aut comburerentur. Sic vi. Aeneid. Misenum Teucri lauant, pars, inquit Poeta, calidos latices & ahena undantia flammis. Expediunt corpusq; lauant frigentis & ungunt. Et hodie apud multas gentes, Iudæos & Turcas, lauare mortuos mos est ante sepulturam. Quo igitur in mortuo lauando, nullum mulieribus negocium exhibeat, uiuus adhuc & ante ueneni sumptionem ad balneum Socrates progressus est. Cæterum quod in fine Aesculapio gallum debere se confitetur Socrates, & ut ipsum persoluant precatur, simpliciter accipiendum puto, quòd gallum uouerit Aesculapio, cui gallum offerre mos fuit, uelut Sancto Gallo hodieq; apud multos gallus offerri, & ad aram sub ipsum sacrificij tempus adhiberi solet. Hoc igitur uotum ut persoluant pro se precatur: nisi fortasis etiam postrema ea ipsius uox ad deorum & sacrificiorum irrisionem pertinet, uelut tota eius uita eo nomine fuit notata uelut ex Apologia patet: & suaues nugæ fuerunt omnes eius de diis & anima disputationes. Atque hactenus in primahac Ecloga selectos locos, qui in primo Platonis dialogorum quaternione habentur, indicasse ac declarasse satis esse uisum est.

Crateres pro puteis
Calices pro puteis

καμφθοῦται suppositum pro παθεῖν

θάτερον suppositum pro θάνατον

Lauandi mortuos mos

Aesculapio gallus oblatus est

ARGV-

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Cratylum, uel De recta nominum ratione.

SAPIENTIA Platonica semper quidem suspicit excelsa, nec unquam humilia despicit, quãquam uerorũ scientia nominum non est humilis, immo excelsa præcipue diuinorum. Hanc sapientes Hebræi tanti fecerũt, ut eam nõ modo scientijs omnibus, uerũetiam legi scriptæ prætulerint, affirmantes ipsam à deo patriarchis & Moysi fuisse tributam: Moysi, inquam, eam non literis, sed sanctorũ mentibus inscripturo: Mentibus, inquam, succedentiũ prophetarum, deinceps diuinorum nominum sapientiam in mentes eorũ qui succederent longa quadam serie propagantiũ. Horum ergo uirtute nominũ maiores suos opera miranda feciisse. Præterea nonnulla ex his nominibus scriptis suis inseruisse, sed plerunq; uel sparsa, uel inuolu-ta: quæ si quis cognoscat, & colligat, & perfecte eademq; mentis puritate, qua & cui sunt tributa, pronunciet, mirabilia similiter effecturum: præsertim in primo dei nomine, quod cum quatuor dantaxat, & his quidẽ uocalibus literis mirabiliter cõponatur, nimirũ à nullo nisi diuinitus inspirato recte pronũciari potest. Vnde faieri cogũtur Iesum, quem ipsi Nazarenũ uocant, fuisse diuinũ. Quippe cum eum nominis huius Tetragrãmaton intelligentia uera, & pronunciatione perfecta fecisse miracula fateantur. Verũ de his in libro De religione à nobis satis est dictum. Origenes quoq; cum diuinorũ nominum orationũq; uirtutem mirificam cõsiderasset, in libris contra Celsum, inquit, in quibusdam sacris nominibus mirandam latere uirtutem, ideoq; hæc ipsa nõ esse ex Hebræa lingua in aliam transferenda, sed in suis his characteribus conseruãda. Fortè enim quemadmodũ in corpore certa ratione cõpositio uita permanet, quo uel aliter cõpositio, uel permutato nõ permanet: sic uitalem quandam putãt diuinis nominibus certo diuinitus modo compositis, ineisse uirtutem. Et quemadmodum ab initio docuit Mercurius Trismegistus, ac diu postea Plotinus & Iamblichus, statuis quibusdam ordine ceratо cõpositis dæmones quodammodo includuntur. Verbis autem ad cœlestem quandam similitudinem temperatis diuinæ quædam dotes distribuũtur, & id quidem prouidente deo, ut quotiens res ipsa postulat, rite possemus diuinum auxilium inuocare. Quod quidem ab ipso Phœbo atq; Pythagora obseruatum fuisse tradunt, quos ferunt diuinis quibusdam dantaxat uerbis tam animi quàm corporis morbos mirifice curauisse. Qua quidem in re compertum habemus totam Zoroastris sapientiam constitisse, quam Plato in Alcibiade diuinam appellat, & in Charmide morborum animi & corporis citratricem. Mitto quòd omnes gentes atq; linguæ præcipuum dei nomen quatuor solum pronunciant literis. De hoc enim latius tractatur à nobis in cõmentarijs in Philebum, ubi probatur nõ potuisse in hoc uno gentes omnes nisi diuinitus conuenire. Hinc Aegyptij quem nos deũ, Theut nominant: Persæ, Syre: Magi, Orsi: unde Oromasis: Hebræi illud quatuor uocalium ineffabile nomen utcũq; possunt exprimũt per Adonai: Græci, Theos: Arabes, Alla: Machomet, Abdi: nos accipimus ab angelo Iesum. Sed cur uoluit deus quatuor ubiq; literis inuocari? Forsitan quia & ipse per quatuor gradus cuncta disponit, scilicet essentia, esse, uirtute, actione componens. Item cœlestia triplicitatibus signorum quatuor, ignea, aerea, aquea, terrea, & quæ sub cœlo sunt, quatuor similiter elementis. Nemo uero mirabitur tantam in ueris nominibus uim latere si modo cõsideraverimus ipsam rei uim naturalem, quando uere cognoscimus, peruenire ab obiectis ad sensus, ab his ad imaginationem, ab hac quodãmodo & ad mentem. Deinde à mente cõcipi quidem primum, deinde per uocem exprimi quasi partiũ. Atq; in hac ipsa uoce suis quibusdã articulis cõstituta uim ipsam sub significationis forma quasi uitam latere: uitam, inquã, ab ipsa mente per semina rerum conceptam primo, deinde per uoces editam, postremo per scripta seruatam. Quod si cæterorũ nominа uim rerum quodãmodo seruant, ideoq; per illa quasi rerũ imagines ipse res agnoscuntur, multo magis diuina nomina ab ipso deo tradita uim suam perpetuo seruant. Nec immerito. Nomen enim uerum ut Platoni placet, nihil aliud est quàm rei ipsius uis quædam mente primum, ut dixi, concepta, uoce deinde expressa, literis demum significata. Rei autem diuinæ necesse est uirtutem esse diuinã. Quamobrem dei nomina cum illis diuina uis insit, Plato & hic & in Philebo uenerari iubet, atq; ut significat in Legibus, multo etiam magis quàm delubra statuasq; diuinas. Expressior enim imago dei in artificio mentis, præsertim afflatæ diuinitus, quàm in manuũ operibus reseruatur. Nomina uero dei prima atq; syncerissima apud mẽtes supernas cœlestesq; esse iudicat, à quibus, expressius deus, ut ita dixerim, ipse concipitur. Secunda uero in dæmonibus purioribus. Tertia in animis hominum eaq; per priscos uiros deo afflatos quasi dei tubas fuisse prolata. Dei itaq; nomina nobis per antiquos sanctosq; tradita, tanquam imagines radijq; dei ipsius esse uidentur, per superiora numina, perq; sanctiores hominũ animos penetrantes. Quisquis autem solem, ut par est, admiratur, merito ueneratur & solis lumen. ita & deum colere oportet in primis, simulq; dei radios, uires, imagines in sacrorum nominum significatione latentes. Audiamus ergo Socratem in Philebo ita clamantem. Reuerentia mihi semper erga deorum nomina, non humana quædam formido est, sex maximum quenq; timorem exuperat. Audiamus eundem rursus in Phædro se expiantem, quòd in Amorem dei nomen fortè disputando deliquerit. Audiamus Platonem in undecimo Legum, eos qui deorum nomina mendacio & periurijs inquinauerint, sacrilegos omnino censentem, iubentemq; illos à quolibet impune cædi: eum uero qui præsens non punierit, tanquam proditorem legum rigide condemnantem. Neq; uero nos turbet quod plures sæpe nominet deos. Vnicum enim per seipsum in Parmenide, atq; Timæo probat esse deum, cæteros uero angelicos, cœlestesq; dei ministros cum deos nominat, non tam deos quàm diuinos intelligi. Postquam uero in Parmenide ad unum deum omnia cõparauit, nomina quoq; illius spernenda nõ censuit, in quibus cum mira dei munera lateãt, nõ iniuria diuinus ille theologus Dionysius Areopagita omnia theologiæ mysteria in diuinis nominibus exquisiuit. Ac cur silentio prætermisimus splendorem illum ueritatis Apostolum Paulum dicentem, Sermonem dei esse uiuum atque efficacem, uehementius omni gladio ancipiti penetrantem? Item illud eiusdem. Donauit deus illi nomen, quod est super omne nomẽ, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiũ, terrestriũ, infernoriũ? Sed iam ad dialogũ redeamus. Hermogenes

Nomen dei apud populos diuersos

Universidad de Deusto
Biblioteca

mogenes Parmenidis discipulus & sectator, aq; Cratylus sectator Heracliti, de rectitudine nominum dissidentes, dum ille quidem nomina solũ arbitrio, hic uero naturali quadã ratione habere uim putat, deniq; Socratis se iudicio subigũt. Principio quàm belle tres hic Platonis cõueniunt præceptores. Hic enim à Socrate moralia, à Cratylo physica, ab Hermogene potissimum metaphysica, præter illa quæ ipse inuenit, dicitur accepisse. Cratylus quidẽ sectator est Heracliti, cæterorũq; priscorum, qui multis ante Heraclitum seculis philosophati sunt, putauerunt q; nihil usquã stabile, sed omnia in perpetuo motu uersari. unde & nomina rebus ab ipso motu plurimũ posuerũt. Hermogenes uero Parmenidis Pythagoræorum q; cultor contrà putantium omnia permanere. Eiusmodi cõtrouersiam inter Hermogenem & Cratylum Socrates & Plato ita componunt, ut Heraclitidem sententia in Physicis, Parmenidis uero in metaphysicis sit probãda: siquis autem uel statum rerum ad naturalia, uel motum transferat in diuina, sit penitus improbandus. Sed his omissis, quantum ad nomina pertinet Socrates in Cratyli sententiam magis declinare uidetur, eam hoc pacto cõfirmans. Orationũ alia uera est, alia falsa: & orationis ueræ partes ueræ sunt: orationis falsæ, partes quoq; sunt falsæ. Partes aut em orationis sunt nomina: quo fit ut nominum alia uera sint, alia falsa. Oratio quidem uera est quæ res ipsas ut sunt ita dicit: falsa uero, quæ cõtrà. Quapropter & nomina uera sunt illa quæ res ita ut sunt potius, quàm ut placet arbitrio, proferunt. Quoniam uero Protagoras putat qualia cuiq; uidentur quæq;, talia esse, adeo ut res nullæ essentiam habeant propriam, sed humana opinio omnium sit mensura: ideo Socrates contra Protagoram infert, alios quidem homines esse optimos, scilicet prudentissimos, alios uero pessimos scilicet à prudentia remotissimos. At si, ut putat Protagoras, unicuiq; uera illa sint quæ quilibet opinatur, nullum certe erit inter prudentem imprudentemq; discrimen. Sed Protagoras subtilissime in libro De scientia confutatur: oportuit tamen & hic breuiter confutari, ut facilius Hermogenis opinio de nominibus illius quodammodo similis refelli posset. Profecto Hermogenes haudquaquam Protagoræ de rebus differenti credit: sed dum nomina rerum ueritatem ex hominum arbitrio habere fatetur, clam in Protagoricam de rebus declinat sententiam. Latenter quoq; in opinionem Euthydemi, dicentis omnia omnibus similiter semper adesse, qui ex eo breuiter reprobatur, quod non alij quidẽ boni essent, alij uero mali, si æque omnibus adesset uirtus & uitium. Tu uero inter hæc nota tritissimam Platonis nostri sententiam, totam uirtutis uim in ipsa prudentia, totam uitij in imprudentia collocari. Postquam constituta est Protagoræ & Euthydemi sententia, concluditur res ipsas non pro opinione nostra, sed pro ipsa natura sua in ordine rerum tales, aut tales existere. Quod si naturaliter sese habent essentiæ, naturales quoq; sunt actiones atq; passiones. Uaq; si diuidere uel comburere rem quampiam studeamus, non tam pro arbitrio nostro quàm pro natura rei id facimus, ut eo modo & instrumento quo diuidi possit aptius, diuidamus, similiterq; comburamus. At dicere & nominare actio quædam esse uidetur, ideoq; propriam debet habere naturam, ut non ita sicut placet nobis, sed ut rei modus exigit nominemus. Est enim nomen instrumentum quoddam, quo rem nominatam ab alijs discernimus atq; diuidimus. Eiusmodi uero instrumentum ut patet in cæteris, ad proprium id officium non casu, non pro libidine, sed arte accõmodari ita debet, ut ea sit forma dispositum per ipsam artis ideam quæ uelut ad finem ad discernendum aptissime diuidendumq; conducat. instrumentum uero huiusmodi, id est nomen, tum ad res discernendas, tum ad docendos audientes accommodatum, non cuiuslibet est fabricare, sed artificis cuiusdam nominum conditoris, qui omnium est rarissimus. Hic autem ea ratione nomina fabricat, qua artifex usurus nominibus exigit atq; instruit. Talem uero esse Plato uult dialecticum. At ille qui fabricat, ad ipsam rei ideam mente conceptam in qua uera consistit ratio nominis, componit nomen, certa quadam significatione præditum. Atq; hæc ipsa idealis ratio significatioq; uerum est nomen, manetq; idem circa rem eandem in quacunq; literarum materia fiat, apud quascunq; gentes, modo quid res ipsa sit doceat discernendo. Concludo nomina, si modo uera futura sint rectéq; ponenda, constitui debere à sapiente nominum conditore, atq; id quidem dialectico admonente, ut ea forma constentur quæ rerum proprietates pro uiribus imitentur & explicent. Post hæc diligenter inquirens, à quibus discenda sit nominum rectitudo, id est propria qua constituta sint ratio, sophistas deridet, traducitq; nos potius ad poetas: non quoslibet, sed diuinos, quasi qui uera rerum nomina à dijs acceperint, apud quos uera sunt nomina. Inter hæc ostendit Homeri poesim allegoricam esse, etiam ubi historiam narrare uidetur, quemadmodum in nominibus allegorice fictis apparet. Refert autem multa apud Homerum heroum nomina certa allegoriæ ratione composita. deinde ad deorum ascendit nomina, quorum rationes ab augustioribus theologis accepit. Prima quidem nominum positione, Cœlius significat animam sphæræ stelliferæ, Saturnus sequentis sphæræ animam. Iupiter uero tertiæ. Secunda uero positione Cœlius significat deum, Saturnus angelicam mentem, Iupiter mundi animam atq; cœlestem. Tertia Cœlius dei ipsius significat fœcunditatem, Saturnus eius intelligentiam, Iupiter beneficam uoluntatem omnibus prouidentem. Quarta Cœlius in quolibet numine aspectum ad superiora designat, Saturnus respectum ad semetipsum, Iupiter prospectum inferioribus prouidentem. Prolixior sore cogar, si singulos hic deos theologice interpretari uoluero. atq; id quidem latius in libro De amore, & Theologia tradidimus. Quoniam uero de diuinis tractare non est eius qui semper dicat se nihil scire, conuenienter Socrates ubi de diuinis altius agit dicit eam sapientiam nuper unde nesciat, illuxisse, significans inspiratione opus esse ad ueram diuinorum perceptionem. Quod & in Timæo, Conuiuioq; & Phædro confirmat. probat idem & in epistolis. Quod autem diuinorum contemplationem ab Euthyphrone accepisse se dicit, ironicum est, deridetq; illum & similes diuini iuris professores ambitiosos. Quo fit ut non immerito, quæ ab illo se fingit audiuisse, asserat fore paulo post dimittẽda, admonens confidendum nõ esse doctrinis ambitiosorũ, præsertim ubi iudicant de diuinis, de quibus etiam probatissimus homo, nunquam ut homo loqui possit sed aliquando potius ut tuba dei. Huic illud quodammodo simile, quod Plutarchus ait, legem extare apud Græcos per quam iuberetur libros sceleστorum hominum etiam bonos è medio tolli, ut auctorum memoria deleretur. Significat præterea antiquos cõsueuisse eumq; inter sacra corripiebatur à dæmone, ne diutius ab eo fatigaretur, paulo post quibusdam precibus sacrificijsq; à dæmone soluere. Docet etiam non esse longũ tempus in nominibus cõtendum.

rendum. Proinde reprehendit illos qui solas mundi sphæras stellasq; putent esse diuinas: quippe cum ab his tanquam aspectui nostro natura propinquioribus atq; mobilibus: ad altiora numina ob maiorem excellentiam sensibus nostris ignota stabiliaq; sit ascendendum, Narrat præterea deorum nomina non casu: sed partim humana ratione, partim inspiratione diuina inuenta fuisse. Nomina uero heroica & humana sæpe uel ex maiorũ cognomentis, uel ex uoto fuisse posita, ideoq; certam nominum rationem in diuinis nominibus potius quàm in alijs esse quærendam. Descendit post hæc ad dæmones, asseritq; Hesiodi priscorũq; sententia probatissimorum uirorum animas in aereos dæmones ascendere, qui & rerum sapientia polleant, & generi humano prouideant. Tu uero hic animaduerte omnem bonum esse sapientem, atq; uicissim bonum quidem ideo sapientẽ euadere, quia purgatam serenamq; boni hominis mentem deus sapientiæ suæ lumine implet. Sapientem quoq; idcirco bonum esse, quia neq; aberrat à fine, neq; in his quæ ad finem conferunt, fallitur eligendis. Animaduerte heroes semideosq; eosdem existimari, atq; ex mutuo inter deum hominemq; amore nasci. Hinc illud, Sed ex deo nati sunt. Quæ in re ostenditur inter genus humanum diuinumq; cognatio. Attende mox officium hominis esse non sentire, sed ea quæ sensit considerare. Deinde statum animæ in corpore esse, non contineri, sed naturã corporis continere: Corpus tamen apud Orpheum carcerem animæ dici atq; sepulchrum, utpote quæ in corpore tãquam mortua iudicetur. Memento & Anaxagoram putauisse mundi machinæ unam ante alias esse animam, unam quoq; præesse mentem. Hinc illud: Spiritus intus alit, totaq; infusa per artus Mens agitat molem. Deinde cõsidera piam Platonis modestiã dicentis: Quicũq; sapit agnoscit se deos deorumq; inter se nomina ignorare. Addit orandum esse deum, ut nobis nomen sui proprium patefaciat: existimandum quoq; esse nomina quæ nos deo tribuimus, nõ ipsam dei naturam, sed notionem affectionemq; circa deum nostram significare. Idcirco obsecrandum esse deum ne ipsi in eo nominando displiceamus. Idem in Philebo, & Parmenide: & Phædro, atq; Timæo. Interpretatur deinde deorum nomina narrans primo illorum opinionem qui fluere omnia putauerunt, quam deniq; improbabit. Sed in his reuera memento deam Vestam significare essentia formarum separatarum, diuinorumq; stabile fundamentum, ideoq; Vestæ ante alios deos sacrificare priscos consueuisse. Item nomina quæ in diuinis statum significant, ad illorum referri substantiam: quæ uero motum, ad actionem: inproprie quidem ad actionem intellectualem, proprie uero ad animalem. Rursus nomina deorum masculina significare in diuinis actum efficientem, fœminina uero potentiam capientem. Præterea quod cœlũ suo motu generet tempus consumens, continueq; consumat, imago quædam est referens deum Cœlium, & Rheam, atq; Saturnum filios deuorantem. In his autem Cœlius est essentia ipsa diuina, Rhea eiusdem uita: Saturnus mens eiusdem. Saturni filij ideæ sunt rerum, intelligentia diuina intra se genitæ, quæ sicut producuntur à mente, ita & reducuntur in mentem, eas in se, ut ita dixerim, absorbentem. Multitudo uero deorum circa diuersas mundi partes distributorũ, & in ipsis earundem partium continetur ideis, & in angelis mentibus ideæ multifariam contemplantibus, & in animabus sphæras mundi stellasq; regentibus. Animaduerte præterea Plutonem hic significare præcipuæ prouidentiam diuinam ad separatas animas pertinentem, quæ puras animas bonorum suorum perpetuis illecebris adeo rapit & detinet, ut nolint ad nos ultra reuerti. Quod quidem infinitis Plotini Proclíq; animarũ periodis non consentit. Probat animas penes Plutonem ideo uinculo quodam arctissimo & insolubili detineri, quoniam amatorio teneantur affectu. Vbi confirmatur Platonicũ illud in conuiuio, Legibusq; & sæpe alibi, amatorium uoluntariumq; nodum cæteris omnibus esse potentiorẽ. neq; id quidem iniuria. nempe qui trahit quempiam per appetitum, tum potentius trahit, tum retinet firmius, quàm qui per uim aliam conatur attrahere. quia non ab extrinseco tantum rapit, sed ab intrinseco. Præterea quod ita raptum est, non modo non contendit solui, uerũetiam innititur ligatori, eodemq; uinculo sese arctius implicat. Mitto quòd raptor alius tanquã superior alienusq; occurrit. Amatorius uero raptor, tanquã æqualem domesticũq;, & palàm & clam se nobis insinuat. Hinc Boetius probat ex mente Plotini, deum ad seipsum omnia potentissime simul & suauissime rapere, sui uidelicet amore boni, quasi esca trahentẽ. Quod etiam Platonicus cõfirmat Philo. Deus à principio ad finem omnia potẽter attingit, suauiterq; disponit. Id uero totũ ex quarto Legum acceptũ esse aliàs ostendemus. De Phœbo autẽ qui apud Orpheũ lumen utile significat, multa atq; præclara sunt in Orphico Apollinis hymno: in sexto De repub. & in oratione Platonici Iuliani: & in opusculo nostro de lumine. Hic uero breuiter exponitur nomen Apollo. Quod triplicẽ significat solem, diuinum, angelicum, & cœlestem. In primo quidẽ, Lumen est superius intellectu. In secũdo intellectuale lumen super uisum. In tertio uisibile lumen. Secũdus appellatur à Platonicis primi filius. Tertius imago dicitur utriusq;. Sed, ut summatim dicam, Apollo significat primo diuinæ angelicæq; substantiæ simplicitatẽ: Secundo uim per quã deus & angelus lauant animas, ab inferioribusq; purgãt affectibus: Tertio beneficium quo à deterioribus soluunt, melioribusq; coniungunt: Quarto uirtutem ut ita dixerim sagittariam, qua per omnia procul sua munera iaculantur, & aculeis suis iniustos affligũt: Quinto efficaciam omnia temperantem, musicisq; modulis conuertentem. In his apparet Apollinis uaticinium, ubi simplex dicitur, & purgãdo lauans atq; soluens. Ibidem aperit & medicina, item & sagittandi canendiq; peritia, ubi utres suas potenter extendit per omnia, & suauiter eisdem cuncta cõtemperat inuicem, & ad seipsum feliciter cõtemperando cõuertit. Similes quoq; dotes atq; affectus uidentur in sole & ad solem tertio atq; cœlesti. Iuter hæc Socrates ait se in exponẽdis deorum nominibus iocari, uidelicet cognoscens se diuinam substantiam his nominibus nõ attingere, sed uel affectus illorum narrare, uel affectus nostros circa illos pro uiribus explicare. Addit & deos interdum iocari ac ludere: locamur quidem nos circa diuina, iocantur & dij circa nostra: quatenus uidelicet nostra hæc & illis collata quamminimæ sunt, et illic hæc nullo labore, sed inæstimabili facilitate gubernant. Mitto in præsentia Platonicũ illud, Homo iocus est ludusq; deorum. Id enim ubi res exiget exponemus. Post hæc tertio iam apprime religiosus homo dicit se uereri de dijs ulterius disputare. Nempe & in ipso disputationis initio timendum est, ne fortè de deo loquamur sine deo: & in media disputatione rursus, ne temere metiamur immensos: & circa finem rursus, ne ulterius sermonem de nominibus producamus, quàm eorundem uoluntas nobis aspiret. Mox nota totam

Nomina maris et fœminæ quid significent in diuinis

Mercurij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mercurij uim uersari circa sermonẽ,ut intelligentiæ uim ad Saturnum potius intelligas pertinere. Item quod addit, Panα Mercurij filium esse biformem,uidelicet ob geminum sermonem,uerum scilicet atq; falsum: nota ubi Pan ut homo pingitur,sermonem uerum significare:ubi uero ut brutum,falsum:ut hoc admonitus uerearis falsa loqui,ne falsa loquẽdo sis falsus homo,uerumq; brutum. Proinde ubi deridet antiquorum multos, quod dum ipsi paterentur uertiginem putabant omnia uerti,admonet ne pro natura præsertim temporali,metiamur æterna. Item ubi dicit temperantiam esse salutẽ conuersationemq; prudentiæ,ostendit animam corporis perturbationibus ebriam non posse rerum ipsarum præsertim incorporalium percipere ueritatẽ. Mox ubi boni nomen interpretatur,ostendit tria ad ipsum bonum pertinere:scilicet ut admirandum sit,ut amandum,ut suaue. Admirandum est quando nos excitat,diuertit ab alijs,ad se conuertit. Amandum: cum accedimus ad ipsum atq; hæremus. Suaue cum eo implemur. Paulo post exponens iustitiæ nomen, docet diuinum iudicium omnia penetrare. Quod & cecinit Orpheus. Deinde significat iustitiam esse apud Anaxagoricos diuam mẽtem omnium ordinatricem. Quod quidem Socrates nec affirmare audet,neq; negare. Non negat quidem, quoniam ad deum iustitia pertinet. Non affirmat,quoniam accõmodatius diceretur iustitiam esse diuinam uoluntatem, singula pro meritis uel naturæ,uel uoluntatis distribuentem. Aduerte rationẽ boni ad naturam quãdam pertinere sese per omnia diffundentem. Rationem uero pulchri ad sapientiam ordinemq; manantẽ ab ipsa,& ad se reliqua prouocantẽ. Deniq; uim amoris ad influxũ quendam spectare ab oculis per oculos penetrantẽ. Post hæc multa de nominibus affert,quæ per superiora satis intelliguntur. Tangit opinionẽ de nominũ origine triplicem,uel quòd à dijs quondam accepta fuerint,uel quod à barbaris,uel quod à longitudine tẽporis adeo à prima origine permutata,ut primæ nominũ positiones minime discernãtur. Mox deridet illos qui sequentiũ scientiam profitentur,cũ antecedentia nesciant. Tu uero in sequentibus auream animaduerte sententiam,Grauissimam omniũ deceptionem esse illam qua homo seipsum decipit. In ea enim deceptor à decepto abest nũquam. Quoniã uero Cratylus ad sectam Euthydemi declinat, quæ putat nullum dicere falsa, quia quisquis dicit, quod est dicat,itaq; dicat & uerum: Socrates id hoc pacto redarguit. Sæpe dicimus adesse alicui quædam quæ procul absunt,atq; uicissim abesse quæ adsunt. quod nihil aliud est quàm falsa dicere. Similiterq; conuenienter possumus nominare exprimentes per nomen literarũq; sonos quodammodo naturam actionemq; rei uel paßionem,atq; contra incongrue nominare. Posthæc ubi de numeris & qualitatibus mentionem facit,dicit in ordine numerorũ semper unitate uel addita uel subtracta numeri speciem permutari,quod in qualitate non accidat. Id autem hac ratione arbitror euenire,quia tota numeri ratio in unitate eiusq; replicatione consistit. In qualitate uero,cũ præter unitatem eiusq; replicationẽ, alia quædam sit natura,merito uno gradu addito uel subtracto,aut etiam pluribus,qualitatis species non mutatur. Similiter in imagine. eatenus enim imago est,quatenus repræsentat: potest autẽ magis minusue referre. Idem fermè nominibus accidit. Nam quædã rerum ipsarum sunt imagines. Præterea cum nominis finis sit rem ipsam referre,præstat ipsum similitudine quadam rei,quàm hominum conuentione referre. Rursum cum nomen constet ex literis,rem apte non potest exprimere nisi ex syllabis literisq; proprie ipsam exprimentibus componatur. Et quoniam operosa res est literæ,syllabæ,nomina rebus singulis prorsus accõmodare,imò etiam fieri nequit in numeris,idcirco miscenda est consuetudo naturæ,ut quatenus fieri potest,natura rerum auctoritatem habeat nominũ. Vbi uero uel nullo modo uel difficillime per naturæ proprietatem id fieri potest,fiat per consuetudinem conuentionẽq; humanam,siue solam,siue naturæ coniunctã. Animaduerte posthæc maximam diligentiam principijs adhibendam,in eisq; constituendis plurimum disputãdum. Rursus fallacißima quadam ad scientiam ire uia,quisquis ut monet Cratylus,per nominum proprietates rerum proprietates aucupatur. quandoquidem auctor nominum nõ talia nomina quales ipsæ res sunt,instituit,sed quales ipse putauit,qui decipi potuit. Adde quod nomina eadem alij aliter possint interpretari,& ad oppositã significanda pari probabilitate traducere. Profecto multa sunt nomina ita posita quasi res fluant,multa quoq; ita quasi maneant. Est igitur fallacißimum,per nomina res iudicare. Paulopost considera: primum qui res nominauit, cognouisse prius eas quàm nominaret: Item priscam opinionem, quæ asseritur diuinam quandam uirtutem ab initio hominem instruxisse: rerumq; nomina docuisse. Quod ijs quæ in Protagora & Politico dicuntur,est consentaneum. Fieri enim non potest,ut humanum genus,uel ab initio mundi,uel post ingentes illuuiones aliter quàm diuinitus sit instructũ. Quod autem Socrates dicit circa ideas se somniare,declarat tum de hoc ipso Socratem & uulgo,& à comicis solitum irrideri,tum idearum cognitionem per separationem mentis haberi somnij uaticinio similem. Mox probat ideas esse,quia super imperfectas formas oportet esse perfectas. Itẽ immutabiles ideas esse,si quidem speciales rerum rationes atq; definitiones semper eodem modo se habeant. Addit,si status à rebus omnis auferatur,sequi ut res nulla uere sit aut hoc aliquid,aut tale aliquid,neq; cognoscatur,cum quolibet momento deceptura sit iudicantem,necessario mentientem. Subdit neq; fore cognitionem, ipsam uidelicet specialem cognitionis ideam, quæ semper eodem modo se habet. Concludit rerum scientiam non à nominibus sed ab ideis esse quærendam, quarum notiones insitæ nobis prima ueraq; sunt nomina rerũ. Deniq; iuuenes admonet, ne de rebus grauibus facile sententiam ferant, immo discant diu, expectentq; ætatem maturiorem antequam iudicent.

PLATONIS

PLATONIS ATHENIENSIS CRATYLVS, SIVE DE NOMINVM RECTITVDINE: *Rationalis:*

Iano Cornario interprete:

DIALOGI PERSONAE.

HERMOGENES. CRATYLVS. SOCRATES.

VIS ne igitur ut & Socrati huic sermonem inter nos habitum communicemus? CRAT. Si tibi ita uidetur. HER. Cratylus hic ô Socrates, singulis rebus nominis rectitudinem à natura ortam inesse dicit: & non hoc esse nomen, quod quidam ex assensu conflictum uocant, dum uocis ipsorum particulam proferũt: Verum nominum rectitudinem quandam, & Græcis & Barbaris omnibus eandem à natura esse. Interrogo igitur ipsum, an reuera nomen ipsi, sit Cratylus, aut non. Ipse uero cõfitetur sibi hoc nomen esse. Quod uero inquam ego, Socrati nomen est? Socrates inquit ille. Num & alijs omnibus, quocunq; nomine singula uocamus, hoc unicuiq; est nomẽ? ille uero nequaquam sanè tibi inquit, nomen est Hermogenes, neq; si omnes te ita appellent homines. Et me interrogante ac scire cupiente, quid tandem dicat, nihil penitus declarat, & in me cauillatur, simulans se aliquid secum meditari, uelut qui de hac re norit, quod si clarè dicere uelit, effecturus sit, ut & ego confitear, & ea quæ ipse dicit asseram. Si igitur Cratyli diuinationẽ coniectare aliquatenus possem, libenter audiam. Imò quomodo tibijpsi res de nominum rectitudine habere uideatur, adhuc libentius audierim, si modo tibi dicere libeat. SOC. O Hipponici fili Hermogenes, uetus prouerbium est, difficile cognitu esse quomodo pulchra se habeant. Et sanè etiam de nominibus doctrina nõ parua existit. Si igitur ego illam quinquaginta drachmarũ doctrinam ex Prodico audiuissem, ex qua uelut ille ait, etiã hoc audire ac cognoscere quis poterat, nihil obstaret quo minus statim de nominum rectitudine ueritatem cognosceres. Nunc autẽ non audiui, sed drachmam illam saltem. Non itaq; noui quomodo ueritas de talibus se habet. Paratus tamen sum in communi tecum & cum Cratylo inquirere. At uero quod dicit, non reuera tibi Hermogenis nomen esse, cauillari ipsum puto. Arbitratur enim fortassis & pecunijs ac quirendis inhiare, & semper successum non habere. Verum quod modo dicebam, difficilia cognitu sunt talia. Quare in cõmune facta propositione cõsiderare oportet, an uelut tu dicis, res se habeat, aut uelut Cratylus. HER. At ego ô Socrates, sæpe habita & cũ hoc, & cum alijs multis disputatione, persuaderi non possum, aliam quandam esse nominis rectitudinem, quàm assensum ac consensionem. Mihi enim uidetur, quodcunq; tandem quis alicui nomen imponat, hoc etiam rectum esse. Et si rursus aliud imponat, prius illud non amplius usurpans, nihilo minus priore posterius rectè habere: quemadmodum nos seruis nomina transponimus. Nulli enim rei ex natura nomen esse, sed ex lege, & consuetudine eorum qui asuefaciant & uocant. Si uero aliter res se habet, paratus sum ego & discere & audire, non solum ex Cratylo, sed etiam quocunq; alio. SOC. Fortassis equidem dicis aliquid Hermogenes, uerum consideremus. Quodcunq; quis cuiq; rei imponit nomen, hoc ipsum est singulis nomen? HERM. Mihi sanè ita uidetur. SOC. Et siue priuatus imponat, siue ciuitas? HERM. Ita sentio. SOC. Quid igitur si ego quancũq; rem appellem, uerbi causa, quod nunc hominem uocamus, si ego id equũ appellem: quod uero nũc equum, ego hominẽ, erit publicè quidem nomen homo eidem, priuatim uero equus: & rursus priuatim quidẽ homo, publicè uero equus? Ita ne dicis? HER. Mihi sanè uidetur. SOC. Age sanè hoc mihi dicito. Vocas aliquid uera dicere & falsa. HER. Ego sanè. SOCR. Non ne fuerit oratio alia uera, alia falsa? HERM. Maximè. SOC. Ea igitur oratio quæ ea quæ sunt dicit uelut sunt, uera est: quæ uero uelut nõ sunt, falsa? HERM. Etiam. SOC. Est igitur hoc, ut oratione dicamus & quæ sunt, & quæ non sunt? HER. Maximè. SOC. At oratio uera, num tota quidem uera est, partes autẽ ipsius non

Nominum rectitudo à natura omnib. inest

Hermogenis etymon

Nomina ex lege & consuetudine esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ueræ? HER. Non, sed etiam partes. SOC. Vtrum uero magnæ quidem partes ueræ sunt, paruæ autem non, aut omnes? HER. Omnes ut quidem ego puto. SOC, Est ne igitur alia pars orationis minor quàm nomen? HER. Nõ, sed hæc minima est. SOC. Et nomen ergo quod orationis ueræ est dicitur? HER. Etiam. SOC. Verum sanè, uelut dicis? HER. Etiam. SOC. Et falsæ orationis pars non ne falsa? HER. Assero. SOC. Et falsum igitur, & uerum nomen dicere quis potest, siquidem etiam orationem? HER. Quomodo enim non? SOC. Quod igitur quisq; alicui rei nomen esse dixerit, hoc est unicuiq; nomẽ? HER. Ita sanè. SOC. Num etiam quot quis unicuiq; rei nomina imponat, tot erũt? & tunc quum imposuerit? HER. Non habeo profectò ego ô Socrates aliam nominis rectitudinem quàm hãc, ut mihi quidem liceat alio nomine singula appellare, quod ego imposuerim, tibi uero alio, quod tu. Sic uero etiam in ciuitatibus priuatim singulis, uideo ijsdem rebus imposita nomina, & Græcis apud alios Græcos, & Græcis apud Barbaros. SOC. Age itaq; uideamus, an etiam res ita se habere uideantur tibi, ut propria apud unumquenq; ipsarum sit essentia, uelut Protagoras dicebat, qui omnium rerũ mensuram hominem esse asserebat: Ita ut quales quidem mihi uidentur res esse, tales sint mihi, quales tibi, tales item tibi: aut an uideãtur tibi quædam ex ipsis firmitatem quandam essentiæ habere. HER. Iam antea ô Socrates, ego aliquando ambiguus etiam hic ad ea quæ Protagoras asserit delatus sum. Non tamen ita ualdè uidetur mihi res ita se habere. SOC. Quid uero eò ne iam delatus es, ut nõ ita ualdè tibi uideretur, hominem aliquem prauum esse? HER. Minime gentiũ. Verum sæpe ita affectus fui, ut mihi uideretur ualdè prauos homines aliquos esse, eosq; ualdè multos. SOC. Quid uero ualdè boni nondum tibi uisi sunt homines esse? HER. Valdè pauci. SOC. Visi sunt igitur? HER. Mihi sanè. SOC. Quomodo igitur hoc statuis? Num sic? ualdè quidẽ bonos esse eos qui sunt ualdè sapientes, ualdè uero prauos, ualdè desipientes? HER. Mihi quidem ita uidetur. SOC. Fieri igitur potest, si uera dixit Protagoras, & est hęc ueritas, talia singula esse, qualia unicuiq; uidentur: ut aliqui nostrum sapientes sint, aliqui desipientes? HER. Non sanè. SOCR. Et hæc uelut arbitror ualdè tibi uidentur. Quum sit sapientia & desipientia, non ualde fieri posse ut Protagoras uera dicat. Neq; enim reuera alter altero sapientior fuerit, si quæ unicuiq; uidentur, unicuiq; uera sunt. HER. Est ita. SOC. At neq; iuxta Euthydemi sententiam ut puto tibi uidetur. Omnia nimirum omnibus similiter esse simul & semper. Nam neq; sic aliqui fuerint boni, aliqui praui, si omnibus similiter & semper fuerit Virtus & Malicia. HER. Vera dicis. SOC. Si igitur neq; omnia omnibus sunt similiter simul & semper, neq; unicuiq; priuatim singulæ res sunt, manifestũ sanè est, Res ipsas essentiam suam quandam firmam habere, & neq; ad nos, neq; à nobis sursum ac deorsum per nostram imaginationẽ trahi, sed per se iuxta suam ipsorũ essentiam, prout à natura datũ est, habere. HER. Videtur mihi ô Socrates ita res se habere. SOC. Vtrum igitur ipsæ quidem res ita à natura se habent, actiones uero ipsarum non eodem modo: Aut etiam ipsæ actiones una quædã rerum species sunt? HER. Etiã ipsę omnino. SOC. Iuxta suam igitur naturam etiam actiones peraguntur, non iuxta nostram opinionem: Velut uerbi causa, si aliquã rem secare aggrediamur, num nobis quæq; secũda est, prout nos uoluerimus, & quo instrumento uoluerimus: aut si quidem iuxta naturam singulas secare uelimus, prout secare & secari, & quo instrumento ex natura conuenit, ita secabimus, & amplius quiddam nobis inde continget, & recte hoc faciemus. Si uero præter naturam, peccabimus & nihil efficimus. HER. Mihi sanè ita uidetur. SOCR. Si igitur & comburere quid aggrediemur, non iuxta omnem opinionem comburere oportet, sed sed iuxta rectam. Hæc autem est, ea, qua singula ex natura comburi debent, & comburere oportet, & quo itidem instrumento. HER. Est ita. SOC. Non ne etiã alia sic? HER. Maximè. SOC. Num igitur & dicere una quædam actio est? HER. Etiam. SOC. Vtrum igitur quatenus cuiq; dicendum esse uidetur, eatenus si dicat, recte dicet? aut si quidem quatenus res dicere, & dici cõuenit ex natura, & quo: eatenus, & eo dicat, amplius quid faciet & dicet: Sin minus, peccabit & nihil efficiet? HERM. Ita mihi uidetur uelut dicis. SOC. Non ne dicẽdi pars est nominare. Nominantes enim dicũt orationes. HER. Maximè. SOC. Et nominare igitur actio est quædam, siquidem & dicere actio quędam circa res erat? HER. Etiam. SOC. At actiones uisæ sunt nobis non ad nos spectare, sed

Homo omnium rerũ mensura

Omnia omnib. similiter simul & semper esse

Rerum essentiæ firmitas

Actiones iuxta suam naturam peragi

suam quandam propriã naturam habere? HER. Ita planè. SOC. Non ne & nominandum est, quatenus res & nominare, & nominari, ex natura cõuenit, itemq; quo: & non quatenus nos uoluerimus, si quidem aliquid superioribus consonũ esse debet. Et sic sanè amplius quiddam & fecerimus, & nominauerimus, aliàs autem non. HER. Mihi ita uidetur. SOC. Age itaque, quod secare oportet, aliquo secari oportet dicimus? HER. Etiam. SOC. Et quod texere oportet, aliquo texere oportet? & quod perforare oporter, aliquo perforare oportet? HER. Maximè. SO. Et quod sanè nominare oportet, aliquo nominare oportet? HER. Habet res se ita. SOC. Quid uero erat illud quo perforare oportet? HER. Terebra. SOC. Quid quo texere? HER. Radius. SOC. Quid autẽ quo nominare? HER. Nomen. SOC. Bene dicis. Instrumentum igitur quoddam est etiam nomen? HER. Maximè. SOC. Si igitur quærerem, quod instrumentum est radius, non ne quo teximus? HER. Etiam. SOC. Texentes uero quid facimus? Non tramam, & stamina confusa discriminamus? HER. Etiam, SOC. Non ne & de terebra, & de alijs, ita dicere poteris? HER. Omninò. Potes uero etiã de nomine ita dicere? Nomine quod instrumentum est, nominantes quid facimus? HER. Non habeo quod dicam. SOC. Non ne docemus quid inter nos mutuò, & res quatenus se habent, discriminamus? HER. Maximè. SOC. Nomen igitur doctrinæ est instrumentum, & ad essentiam discriminandam, quemadmodum radius ad texturam. HER. Etiam. SOC. Textorium autem instrumentum est radius? HER. Quid ni? SOC. Textor itaq; radio rectè utetur. Rectè autem idem est quod textorio more. Doctor uero nomine rectè utetur. Rectè autem est idem quod pro doctrinæ more. HER. Etiam. SOC. Cuius igitur opere textor rectè utetur, quum radio utetur? HER. Fabri lignarij opere. SOC. Quiuis autem faber lignarius est, aut is qui artẽ habet? HER. Qui artẽ habet. SOC. Cuius uero opere perforator rectè utetur, cùm terebra utet? HER. Fabri ferrarij. SO. Num igit quiuis faber ferrarius est, aut is qui arrẽ habet? EHR. Qui artẽ habet. SOC. Sit ita. Cuius uero opere utet doctor, cũ nomine utetur? HER. Non habeo cuius dicã. SO. Neq; hoc dicere potes, quis tradat nobis nomina quibus utimur? HER. Non sanè. SOC. Non ne Lex tibi esse uidetur quæ tradidit ipsa? HER. Videtur. SOC. Legislatoris ergo opere utetur doctor, quũ nomine utetur. HER. Mihi ita uidetur. SOC. Legislator autem quiuis uir tibi esse uidetur, aut is qui artem habet? HER. Qui artem habet. SOC. Nõ ergo cuiusuis uiri est, ô Hermogenes, nomen imponere, sed alicuius nominum opificis. Hic autem est, uelut uidetur, Legislator, qui sanè opifex rarissimus inter homines existit. HER. Apparet. SOC. Age, itaque considera quo respiciens legislator, nomina imponit. Ex superioribus aurem consideratione faciito. Quo respiciens faber lignarius, radium facit? Non ne ad eiusmodi quid quod ex natura texere potest? HER. Maximè. SOC. Quid uero si inter operandum fractus ipsi fuerit radius, num rursus alium faciet, ad fractum respiciens, aut ad illam speciem, ad quam faciebat etiam eum qui fractus est. HER. Ad illam speciem uelut ego arbitror. SOC. Ilam' ne igitur speciem iustissimè ipsum hoc quod radius est, uocauerimus? HER. Mihi sanè uidetur. SOC. Cùm igitur ad tenue pallium, aut crassum, siue lineum, siue laneum, siue qualecunq;, alicui radium facere oportuerit, omnes quidem radij speciem habere oportet: qualis uero ad unumquodq; optimus à natura est, talem natura ad singula opera tradere? HER. Etiam. SOC. Et de alijs instrumentis eadem ratio est. Ex natura aptum instrumentum inuenire oportet, & ad illud ex quo facit tradere, non quale quis ipse uolet, sed quale natura aptum est. Nam quod à natura aptum est cuiq; rei terebrum, id in ferrum referre, nosse oportet. HER. Maximè. SOC. Et radium qui natura cuiq; rei aptus est, in lignum. HER. Est ita. SOC. Ex natura enim cuiq; texturæ speciei, suus quisque radius, uelut apparet, aptus est: & alia eodem modo. HER. Etiam. SOC. Non ne, ô bone uir, etiam natura aptum unicuiq; nomen, legislatorem illum in uoces ac syllabas referre, nosse oportet, & respectu ad illud ipsum, cuius nomen est, habito, omnia nomina facere ac imponere, si iustus nomenclator esse uelit. Si uero non in easdem syllabas quisque legislator refert, neq; hoc ignorare oportet. Neque enim in idem ferrum quiuis faber ferrarius refert, etiamsi eiusdem gratia idem instrumẽtum faciat. Attamen quandiu eandem speciem expresserit, etiam in alio ferro, rectè habet instrumentum, siue hic, siue apud Barbaros quis id faciat. Nunquid? HER. Maximè. SOC. Non ne igitur sic statues etiam de

Nomina exnatura imponenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam de legislatore, & eo qui hic est, & qui apud Barbaros, quãdiu nominis speciẽ uni cuicp conuenientem expresserit in quibuscunq; syllabis, nihilò deteriorẽ legislatorem esse eum qui hic est, quàm eum qui ubicunq; alibi locorum? HER. Omninò. SOC. Quis igitur est qui cognoscet an cõueniens radij species in quocunq; ligno sita sit? Num qui fecit lignarius faber, aut qui usurus est textor? HER. Verisimile est magis, ô Socrates, eum cognoscere qui usurus est. SOC. Quis igitur lyrę opificis opere utetur? num is qui fabricanti optimè præesse nouit, & qui opus recte ne an secus factum sit, cognoscet? HER. Maximè. SOC. Quis ille? HER. Cytharœdus. SOC. Quis uero qui nauium fabricatoris opere utetur? HER. Gubernator. SOC. Quis autem est qui legislatoris opere utetur? HER. Etiam. SOC. Non'ne hic est qui interrogare nouit? HER. Omninò. SOC. Idem uero etiam respondere? HER. Etiam. SOC. Eum uero qui interrogare ac respondere nouit, alio nomine tu uocas quàm dialectici? HERM. Nõ, sed hoc ipso. SOC. Fabri ergo lignarij opus est facere gubernaculum, præcipiente gubernatore, si bonum esse debet gubernaculum? HER. Apparet. SOC. Legislatoris autem opus est, uelut par est, ipsum nomen, ubi magistrum habet dialecticum uirum, si nomina recte imponi debent? HER. Est ita. SOC. Sequitur ergo, ô Hermogenes, nominum impositionem non uilem rem, uelut tu putas esse, neque uulgarium & quorumlibet uirorum. Et Cratylus uera dicit, nomina rebus à natura esse asserens, & non quemuis nominum opificem esse, sed illum solum qui ad nomen, quod cuique rei à natura est, respicit, & qui ipsius speciem, in literas ac syllabas referre nouit. HER. Non habeo, ô Socrates, quod his quæ dicis, opponi oporteat. Fortasse tamen non ita facilè est derepentè persuaderi. Verùm arbitror sic magis me persuaderi posse, si mihi ostẽderis, quam tandem nominis rectitudinem esse dicas. SOC. Ego quidem bone Hermogenes, nullam habeo quam dicam. Verùm oblitus es eorum quæ paulò superius dicebam, cp non nossem, sed considerare tecum uellem. Nunc autem considerantibus nobis, mihi & tibi, tantũ quidem apparet præter superiora, nomen ex natura rectitudinẽ quandam habere, & non cuiusuis uiri esse, ipsum rei cuicunq; rectè imponere nosse. Aut non ita est? HER. Est. SOC. Post hoc igitur quærere oportet, siquidem scire cupis, quæ'nam tandem est ipsius nominis rectitudo. HER. At cupio certè scire. SOC. Considera igitur. HER. Quomodo considerare oportet? SOC. Rectissima quidem consideratio est cum his qui nouerunt, ita ut pecunias illis tribuas, & gratias agas. Hi uero sunt Sophistæ, quibus etiam frater tuus Callias multas pecunias dedit, & sapiens esse uidetur. Quandoquidem uero bonorum paternorum potestatem non habes, fratrem ut interpelles conuenit, ipsumq; roges, ut rectitudinẽ de talibus te doceat, quam à Protagora didicit. HER. Absurda uero fuerit mea, ô Socrates, precatio, quum Protagoræ quidem ueritatem omninò non suscipiam, quæ uero tali ueritate dicta sunt, amplectar, uelut quouis precio digna. SOC. At si non hæc tibi placent, ab Homero discere oportet, itemq; à reliquis poetis. HER. Et quid dicit Homerus de nominibus, & ubi? SOC. Multis locis, maximè uero ac pulcherrimè in quibus distinguit de ijsdem, quæ nomina homines, & quæ dij proferunt. Aut non putas ipsum magnum quid ac admirandum in his dicere, de nominum rectitudine? Clarum enim est deos ipsa ad rectitudinem proferre, quę sanè ex natura sunt nomina. Aut tu non ita sentis? HER. Satis equidem scio, si protulerunt, quòd rectè protulerunt. Verùm qualia hæc dicis? SOC. Non nouisti de fluuio Troiano, qui singulari certamine cum Vulcano decertabat, de quo dicit:

Qem Xanthum diui appellant, hominesq; Scamandrum:

HER. Noui sanè. SOC. Quid igitur, non præclarum quid hoc esse putas, nosse quatenus rectè habet, fluuium illum Xanthum potius uocare quàm Scamandrum? Si uero mauis de uolucre, de qua dicit:

Chalcidem eam diui appellant, hominesq; Cymindin:

Vilem'ne putas doctrinã, quanto rectius sit ut eadem uolucris Chalcis cp Cymindis uocetur, aut Batiea & Myrine, & multa alia tum huius poetæ, tum aliorũ. Verùm hæc quidem fortassis maiora sunt, cp ego & tu excogitare possimus. At Scamãdrius, & Astyanax, magis in hominũ considerationem ueniunt, & facilius, ut mihi uidetur, est deprehendere,

Instrumentorũ aptorũ cognitio, an in opifice ipsorũ, aut ipsis utente

Homeri doctrina de nominibus

hendere, quam tandem horum nominũ rectitudinem dicat, quæ filij Hectoris nomina esse dicit. Nosti enim hos uersus, in quib. sunt ea quæ dico. HER. Maximè. SOC. Vtrum igitur horum nominũ puero illi rectius impositũ esse, Homerũ existimare putas, Astyanactis'ne aut Scamãdrij? HER. Non habeo quod dicã. SOC. Sic itaq; cõsidera. Si quis quærat ex te, Vtrũ rectius putas, ut sapientiores nomina imponant, an insipientiores? HER. Clarũ sanè est cp sapiẽtiores dicerẽ. SOC. Vtrum igit mulieres in ciuitatib. sapientiores tibi esse uidentur, aut uiri, ut de toto genere accipias? HER. Viri. SOC. Nosti igitur cp Homerus Hectoris filium à Troianis Astyanacta uocari dicit, Scamandrũ uero à mulieribus? quoniã uiri ipsum Astyanacta uocabãt. HER. Videtur sanè. SOC. Num & Homerus Troianos sapiẽtiores ducebat cp uxores ipsorũ? HER. Arbitror sanè. SO. Astyanactis ergo nomen puero rectius impositũ esse putabat, cp Scamãdrij? HER. Apparet. SOC. Videamus igitur cur tandem? aut ipse nobis optimè causam exponit, dum dicit:

Vrbem seruabat solus qui mœnia & ampla.

Propterea sanè rectè habet, uelut uidetur, ut seruatoris filius Astyanax, id est rex urbis uocaretur, quam pater ipsius seruauit, uelut Homerus ait. HER. Mihi ita uidetur. SOC. Quid ita tandem, nondum enim adhuc ipse assequor, tu uero, ô Hermogenes, assequeris? HER. Non sanè per louem. SOC. Atqui & Hectori, ô bone, ipse Homerus nomen imposuit. HER. Quodnam? SOC. Mihi quidem & hoc Astyanactis nomini simile esse uidetur, & Græcis eadem nomina esse uidentur. Nam anax & Hector ferè idem significant, & regia ambo sunt nomina. Cuius enim quis rex fuerit, huius est etiam Hector, id est possessor. Manifestum enim est quòd & dominatur ipsi, & possidet ac habet ipsum. Aut nihil tibi dicere uideor, sed meipsum fallo, qui me uelut uestigium quoddam opinionis Homeri de nominum rectitudine attingere puto. HER. Non profectò, uelut mihi uideris. Sed fortassis aliquid attingis. SOC. Iustum equidem est, uelut mihi apparet, leonis filium leonem uocare, & equi filium equum. Non dico si uelut monstrum, aliud quid ex equo gignatur quàm equus: sed id dico quod ex natura, generis soboles fuerit. Si enim bouis natura sobolem, uitulũ equa pariat, præter naturam, non pullum equinum, sed uitulũ uocare conuenit. Necp si ex homine alia quàm hominis soboles gignatur, hominem appellare oportet. Arbores item, & alia omnia eodem modo iudicare oportet. Aut nõ ita tibi uidetur? HER. Imò uidetur. SOC. Rectè dicis. Obserua enim me, ne fortè te fallam. Nam iuxta eandem rationẽ etiam si ex rege soboles aliqua gignatur, rex nominandus est. Si uero in alijs atq; alijs syllabis idem significatur, nihil refert. Neque si adposita est aliqua litera, neque si detracta, aliquid interest, quandiu rei essentia ualida fuerit, quæ in nomine significatur. HER. Quomodo hoc dicis? SOC. Nihil uariegati dico. Verùm quemadmodum nosti quòd elementorum nomina proferimus, non ipsa elementa, quatuor tantùm exceptis, ε υ ο ω. Alijs uero tum uocalibus, tum mutis, nosti quòd alias literas apponentes, ac nomina facientes proferimus. Sed quàm diu uim ipsius quæ indicatur, indiderimus, rectè habet nomen illud proferre, quod ipsum elementum nobis declaret. Velut nomen βῆτα, ubi uides quòd ν & τ & α appositis, nihil læsit legislator, quo minus illius elementi, cuius uolebat naturam, per totum nomen indicaret, ita rectè literis nomina imponere nouit. HER. Vera mihi dicere uideris. SOC. Et de rege igitur eadem ratio est. Erit enim aliquando ex rege rex, & ex bono bonus, & ex pulchro pulcher, & alia omnia sic, ex unoquoq; genere alia eiusmodi soboles, si non monstrum gignatur, eadem nomina imponenda sunt. Variare uero licebit syllabis, ut rudis homo putet diuersa inter se esse quæ eadem existunt: quemadmodum nobis Medicorũ pharmaca coloribus aut odoribus uariata, alia uideantur, cùm eadem sint. At ipsi Medico utpote medicamentorũ uim consideranti, eadem iudicantur, & ab additamentis non perturbatur. Sic uero fortassis & qui de nominibus nouit, uim ipsorum considerat, & non perturbatur, si qua addita est litera, aut transposita, aut detracta, aut etiam in alijs penitus literis nominis uis est. Velut nomina quæ paulò ante producebamus, ἀγαθοκλῆς & ἵππαρχος, nõ eadẽ literas habent, τ sola excepta, & tamen idem significãt. Et ἀρχέπολις ex ijsdem quidẽ literis participat, idem tamen significat, nimirũ urbis principem. Sed & alia multa sunt, quæ nihil aliud cp regem significant. Et rursus alia quæ στρατηγόν, id est exercitus ducẽ, uelut est ἄγις, πολέμαρχον, εὐπόλεμον. Et Me-

Monstrosi partus

Nomina uiri eadem paululum euariantia Simile à medicamentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Medica nomina diuersa

dica sanè diuersa nomina sunt, ἰατροκλῆς, & ἀκεσίμβροτος. Et alia fortassis multa reperierimus, syllabis quidem ac literis dissonantia, ui autem idem proferentia. Videturne tibi ita, aut secus? HER. Maximè. SOC. His itaq; quæ secundū naturam fiunt, eadem nomina attribuenda sunt? HER. Omninò. SOC. Quid uero his qui præter naturā in monstri specie fiunt? uelut cùm ex bono uiro ac pio nascitur impius, non'ne uelut in superioribus, si equa bouis sobolem pariat, non eius quod peperit, cognomen habere oportet, sed generis eius cuius fuerit? HER. Maximè. SOC. Impio ergo ex pio genito, generis nomen tribuendū est? HER. Est ita. SOC. Non itaq; θεόφιλον, uelut apparet, neq; μνησίθεον, ab amore et memoria dei, neq; tibi aliquo nomine appellabimus, sed eo quod contraria his significat, si rectitudinem assequi nomina debent. HER. Omninò ita, ô Socrates. SOC. Quemadmodū etiam ὀρθὸν rectum nomen habere conuincitur, siue quis fortuitò hoc ipsi imposuit, siue poeta aliquis, ferinā naturam, agrestesq; ac montanos mores hoc nomine indicans. HER. Apparet ita. SOC. Videtur aūt & patri ipsius nomen secundū naturā esse. HER. Apparet. Conuincīt enim talis quispiā esse ἀγαμέμνονα, qui laboribus se diuexari putet, & perseueret, ut finem imponat per uirtutē his quæ semel decreuit. Eius rei signū est perseuerantia ad Troiam, cum tāta exercitus multitudine, ac tolerantia. Quòd igitur ἀγασὸς sit κατὰ τὴν ἐπιμονήν, id est admirādæ perseuerātiæ hic uir, nomen Agamemnon significat. Fortassis aūt & Atreus rectum nomen habet. Nam & Chrysippi cædes, & quæ crudeliter aduersus Thyesten gessit, omnia hæc damnosa & noxia, id est ἀτηρὰ ad uirtutē sunt. Nominis igitur cognominatio paululū declinat, & obuelata est, ut non omnib. uiri naturam declaret. At his qui de nominib. cognitionem habent, satis indicat quid ἀτηρὸν uox uelit. Nam iuxta uoces ἀτηρὲς, & ἀτηρὸν, id est noxium, & ἄτρεστον, hoc est intrepidū, undiquaq; nomē ipsum positū est. Videtur autē mihi & Pelopi nomen concinnè situ esse. Significat enim hoc nomen, eum qui quę propè sunt uidet, dignū esse ut sic appellet. HER. Quomodo uero? SO. Quale uidelicet & de illo uiro dicit, qui in Myrtili cæde nihil prouidere potuit, neq; prospicere quæ procul toti generi imminebāt, quātaq; infelicitas ipsum maneret, ut qui id solū quod propè & uelut prę manib. esset, uideret, hoc aūt significat πέλας, quando omni modo Hippodamiæ nuptias expetebat. At Tantalo quiuis nomen rectè impositū esse, & secundū naturam habere æstimare poterit, si uera sunt quę de ipso dicunt. HER. Qualia'nā ista? SOC. Nempe uiuenti adhuc aduersa & horrenda multa acciderunt, inter q̄ tandem etiam patria ipsius tota euersa est, et uita functo, apud inferos lapidis super caput ταντάλεα, hoc est uolutatio, ac idem ipsi impendens, mirū q̄ consonè & manifestè nomini ipsius similis est. Velut si quis ταλάντατον, hoc est miserrimū, nominare uellet, & cælandi gratia τάνταλον pro illo nominaret ac diceret. Tale quoddā nomen etiā ipsi famę fortuna contribuisse uidet. Sed & patri ipsius Δί, id est Ioui, penitus rectè nomen impositū esse apparet. Sed nō est facile id intelligere. Est. n. fermè uelut oratio quædā ipsum διὸς nomē. Eo uero bifariā diuiso, partim hac, partim altera parte utimur. Alij em ζῆνα, alij δία uocant. Hæ uero partes in unā compositæ, naturā dei indicant, id quod nomini cōuenire dicimus, ut uidelicet hoc efficere possit. Non est. n. nobis ac alijs omnibus, qui magis uiuendi causa sit: q̄ princeps & rex omniū. Rectè igitur nominari cōtingit ita, eo q̄ deus sit, per quē uiuere semper omnib. uiuentibus cōtingit. Diuisum aūt est in duas, uelut dixi, partes, cùm unū sit nomen Δὶ & ζῆν. Hunc porrò esse κρόνον, id est, Saturni filiū, cōtumeliosum esse uideri possit alicui, qui hoc derepētè audijsset. Verū rationi consonū est magnæ cuiusdā intelligentiæ filiū esse Iouem. κόρος em̄ non puerū significat, sed ipsius puritatē, & mentis incorruptibilitatē. Est autē hic Saturnus, Vrani, id est, Cœli, ut fama fert, filius. Rursus aūt aspectus ad superna, rectè habet hoc nomē, ut cœlestis uocet, hoc est οὐρανία, id est, τὰ ἄνω ὁρῶσα. Vnde sanè etiā puram mentē accedere sublimiū rerum gnari asserūt, & οὐρανῶν, id est cœlo, rectè nomen impositū esse. Quòd si Hesiodi genealogiam memoria tenerē, & quos superiores horū progenitores recensет, nō desinerem producere q̄ rectè ipsis nomina imposita sunt, donec huius sapientię periculū facerem, an quid faciat, an ambigua sit, aut non, quæ nunc adeò derepentè allapsa est mihi, haud scio unde. HER. Profectò penitus uideris mihi, ô Socrates, quemadmodū numine afflati uaticinari. SOC. Et sanè huius sapientię causam ad Eutyphronē Pantij filium refero, à quo mihi

ἀγρίως, ferus

ἀγαμέμνων, ualdè perseuerans, ad miraculum usq;

ἀτηρὸς, est noxius

Pelops, propinqua uidens

Tãtalus, miser & infelix est

Δία, cur etiam Ζῆνα appellemus

πρόνος, puritatem significat

οὐρανὸς, cœlū unde dictum

Vrania

quo mihi illapsa est. Cum ipso. n. hodie mane diu cōuersatus sum, eiq; aures prębui. Consequens igitur est ipsum numine afflatū, non aures solū mihi diuina hac sapientia impleuisse, sed etiā animā occupasse. Proinde sic nobis faciendū esse mihi uidet, ut hodie quidem hac utamur, & reliqua de nominib. cōsideremus, cras uero si et uobis ita uisum fuerit, & ipsam dimittemus, & expiabimur, ubi repererimus aliquē siue sacerdotē, siue sophistam, qui talia expiare possit. HER. At ego quidē concedo. Libēter. n. reliqua de nominibus audire uelim. SOC. Quare ita faciendū est. Vnde igitur uis ut considerationē incipiamus, quando quidē formam quandā attigimus: quo cognoscamus an ipsa nomina nobis testimoniū præbeant, q̄ non ita spōtaneo casu lingula iaceant, sed rectitudinem quandā habeāt. Heroū equidē ac hominū nomina, fortassis nos decipere possint. Multa em̄ ex ipsis iuxta progenitorū cognomina posita sunt, quibusdā nihil conueniētia, ueluti ab initio dicebamus. Multa uero uelut uotis expetentes imponunt, uelut est τυτχίας, σωσίας, & θεόφιλος, & multa alia. Talia itaq; omittenda esse mihi uidenē. Maximè uero par est, ut nos inueniamus ea quæ rectè posita sunt circa res perpetuas, & à natura productas. Nam hic maximè conuenit, ut nominū impositio studiosè ac seriò fiat. Fortassis aūt quædam ipsorū, etiam à potentia diuiniore q̄ quæ hominū est, imposita sunt. HER. Rectè mihi dicere uideris Socrates. SOC. Non'ne igitur iustum est ut à deis incipiamus, & ut quatenus tandem rectè hoc nomine, θεοὶ nimirū, uocati sunt, consideremus? HER. Par est. SOC. Huiusmodi itaq; quiddam ego suspicor. Videntur mihi primi hominum Græci, hos solos deos putasse, quos etiam nunc multi Barbari deos habent, Solem, Lunam, Terrā, astra, & cœlum. Cùm itaq; hæc omnia perpetuo motu progredientia ac currentia uiderent, ab hac rursus natura, hoc est ἀπὸ τοῦ θεῖν, deos, hoc est θεούς, ipsos appellasse. Postea uero quum alios cognoscerent, omnes hoc nomine uocasse. Simile'ne uero est hoc quod dico, aut secus? HER. Maximè simile est. SOCR. Quid igitur post hoc considerauerimus? HERM. Clarum est quòd dæmones, & Heroas, & homines. SOC. Dæmones? & reuera Hermogenes, quid'nam significet nomen δαίμονες, considera, an tibi aliquid dicere uidebor. HER. Dic modo. SO. Nosti igitur quos Hesiodus dęmones esse dicit? HER. Non intelligo. SOC. Neq; quòd aureum primum hominum genus fuisse dicit? HER. Noui hoc. SOC. Dicit itaq; de ipso in hunc modum.

Aſt ubi & hocce genus fatis conceſſit iniquis,
Dæmones hi ſanctiq; boni terris uocitantur,
Depellunt mala, ſuntq; hominum cuſtodia firma.

HER. Quid tum postea? SOC. Arbitror sanè ipsum dicere aureum genus, non ex auro productum, sed bonum & pulchrū. Coniecturam autem hinc facio, quòd nos ferreum genus esse dicit. HER. Vera refers. SOC. Igitur & ex hominib. qui nunc sunt, si quis bonus est, ipsum'ne putas dicere, hunc aurei illius generis esse? HER. Verisimile est. SOC. At boni aliud quid sunt q̄ sapientes? HER. Sapientes. SOC. Hoc itaq; præ omnib. dicit, uelut mihi uidet, quia sapientes & prudentes fuerūt, δαίμονας ipsos quasi δαήμονας nominauit, & in nostra prisca lingua hoc ipsum existit nomen. Rectè igitur & hic, & alij multi poetis dicunt, qui scribunt quòd ubi quis bonus uita functus fuerit, magnam portionem ac honorem habet, & fit dæmon, iuxta sapientiæ cognomen. Hac itaq; ratione & ego sentio, omnem prudentē uirum, qui bonus fuerit, δαιμόνιον esse, & uiuentem & uita functum, rectèq; dæmonem appellari. HER. Et in hoc ego puto me tibi ualdè suffragari. At uero Heros quid'nam fuerit? SOC. Hoc uero non ita difficile est intelligere. Paululum enim abductū est ipsorum nomen, ex amore, hoc est ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, originem indicās. HER. Quomodo dicis? SOC. Nō nosti quòd semidei sunt heroes? HER. Quid tum? SOC. Omnes sanè geniti sunt, aut ex amore dei erga mortalem fœminam, aut ex amore hominis erga deam. Si igitur & hoc consideraueris, secundū Atticam antiquam linguam, magis intelliges. Declarabit enim tibi, quòd ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, id est ab amoris nomine, unde geniti sunt heroes, paululum abductum est, nominis gratia, & aut hinc ducit Heroas, aut quòd sapientes fuerunt, & rhetores, & eloquentes, & dialectici, & ad res disputando proponendas appositissimi. Nam εἰρεῖν, dicere est. Quod igitur paulò antea dicebamus, Attica lingua appellati Heroes, rhetores quidam & disputatores, aut etiam amatores sunt. Quare rhetorum & sophistarū genus sit heroica gens. Sed non difficile est

Dei Græcorū primorum

Dęi à cursu appellati

Dæmonum appellatio

Aureum hominum genus

Δαίμων, quasi δαήμων, sapiens

ἔρως, ἀπὸ τοῦ εἴρειν

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficile est hoc intelligere, uerùm magis cur hominũ genus ἄνθρωποι uocantur. Habes'ne quod dicas? HER. Vnde ô bone, ipse habeam? Nam etiam si quid inuenire possem, nõ contenderim, eo quòd putem te magis q̃ meipsum inuenturum esse. SOC. Eutyphronis inspirationi fidem habes, uelut apparet. HER. Huic scilicet. SOC. Rectè fidè habes, ita nunc bellè intellexisse mihi uideor, & periculũ imminet, si non cauero, ut adhuc hodie sapientior q̃ cõuenit, fiam. Considera aũt quod dico. Primũ equidem tale quiddam de nominib. cogitare oportet, q̃ sæpè literas interserimus, alias aũt eximimus, prout uolumus nominãtes, & acutos accentus trãsponimus, uelut ín δῖ φίλος. Hoc ut pro oratione nomẽ nobis fiat, & alterũ ὶῶτα hinc eximimus, & pro acuta media syllaba, grauem pronunciamus, δἰφιλος faciẽtes. Alijs uero uice uersa literas interserimus, alia aũt graui accẽtu proferimus. HER. Vera dicis. SOC. Horũ igitur unũ hominũ nomen ἄνθρωπος pertulit, uelut ego puto. Nã ex oratione nomen factũ est, una litera α exempta, & fine cũ accentu graui prolato. HER. Quõ dicis? SOC. Hoc modo significat hoc nomẽ ἄνθρωπος, q̃ reliqua quidem animalia ex his quæ uident, nihil cõsiderant, neq̃ reputãt, neq̃ expendũt. At homo simul ut uidit, hoc aũt significat ὄπωπε, etiã considerat, id est ἀναθρεῖ, & reputat id quod uidit. Hinc itaq̃ ex animalib. solus homo ἄνθρωπος nominatus est, uelut ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε, hoc est, cõsiderans ea q̃ uidit. Quid igitur, id'ne quod sequitur, postea percuncter ex te, quod libenter scirẽ? HER. Maximè. SOC. Proinde uelut mihi uidẽt, res quædã deinceps sequitur. Animã enim & corpus hominis appellamus? HER. Quid ni? SOC. Cõuenit itaq̃ & hæc distinguere, uelut superiora. Animã dicis considerandam esse, uelut q̃ meritò ψυχὴ appelleẽ? Deinde rursus corpus σῶμα? HER. Etiam. SOC. Quantũ itaq̃ ex impræmeditato dicere possum, eos qui ψυχὴν nominarunt, tale quid cogitasse arbitror, quod hoc sanè ubi adest corpori, causa est uiuendi, respirandi facultatem præbens ac refrigerãs. Simul aũt ut id quod refrigerat deficit, corpus perit ac moritur. Vnde sanè mihi hoc ipsum ψυχὴν, id est animã uocasse uidentur. Si uero uis, contine te paululũ. Videt enim mihi aliquid probabilius hoc, contemplatũ esse Eutyphronem. Hoc enim arbitror contempserit, ac importunũ esse duxerit. Cõsidera uero illud, an etiam tibi placeat. HER. Dic modo. SOC. Naturam totius corporis, ut & uiuat, & circumeat, quid'nam aliud & cõtinere, & uehere uidetur, quàm animã? HER. Nihil aliud. SOC. Quid uero etiam aliorũ omnium naturam, nõ fidem habes Anaxagoræ, mentem & animã esse, quæ illã gubernet ac contineat? HER. Maximè. SOC. Rectè ergo hoc nomen huic facultati conuenit, quæ naturam uehit ac continet, ut φυσίχυ appelletur. Licet autem & ψυχὴν, uenustioris uocis usu, appellare. HER. Maximè. SOC. Et uidetur mihi sanè hoc nomen illo artificiosius esse. HER. Est utiq̃. SOC. Ridiculum autem reuera apparet, si uelut positum est proferatur. HER. At id quod deinceps sequitur, quomodo se habere dicemus? SOC. ὸ σῶμα, hoc est corpus dicis? HER. Etiam. SOC. Multifariam se hoc habet, ut mihi uidetur, siue paululum quis declinet, siue etiam ualdè multum. Etenim quidam σῆμα, id est sepulchrum animæ ipsum esse dicunt, uelut in præsenti tempore sepultæ, & propterea rursus quòd per hoc anima significat, quæcunq̃ tandem significarit, ea etiam de causa rectè σῆμα, quasi signum uocari. Videtur tamen mihi Orpheus maximè hoc nomen imposuisse, uelut pœnam dante anima, eorum quorum sanè gratia dat. Hoc autem septum habere, ut carceris imaginem in quo σώζηται, id est, seruaretur. Esse igitur hoc ipsum animæ uelut nominatũ σῶμα, donec omnia quæ debet repẽdat, & nihil oportere adijcere, ne literã quidem. HER. Hæc quidẽ abundè dicta esse uidentur mihi. Verùm de deorũ nominib. uelut etiam de Ioue nunc dicebas, possimus'ne eodẽ modo cõsiderare, iuxta quã tandẽ rectitudinẽ nomina ipsorũ posita sunt? SOC. Etiã per Iouẽ, ô Hermogenes, siquidẽ mentem haberemus, uno hoc optimo modo, q̃ de dijs nihil scimus, neq̃ de ipsis, neq̃ de nominibus, quomodo tandẽ seipsos appellent. Manifestũ est enim quòd illi uera sibi nomina imponunt. Secundus autem rectitudinis modus est, quemadmodũ in precationibus lex est nobis, ut precemur, & his nominibus ipsos cõpellemus, quibus & unde nominari gaudent, uelut qui nihil aliud sciamus. Rectè enim ut mihi quidem uidetur, lege receptũ est. Si igitur uis, consideremus uelut præfati dijs, q̃ nihil nos de ipsis considerabimus. Non.n. possumus considerare, sed de hominib. quã tandem opinionẽ de ipsis habentes, nomina ipsis imposuerunt.

Diphilus unde sit

ἄνθρωπος, quasi ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε

ψύχη, quasi ἀναψύχουσα, refrigerans.

Deorum nomina quomodo sint considerãda

Hoc enim

Hoc enim nullam indignationẽ concitauerit. HER. At moderate mihi dicere uideris, atq̃ sic faciamus. SOC. Aliud igitur quid, quàm à Vesta initiũ faciemus secundũ legẽ? HER. Æquũ est utiq̃. SOC. Quid igitur illũ cogitasse quis dixerit, qui Vestam ἑστίαν nominauit? HERM. Profectò neq̃ hoc facile esse arbitror. SOC. Conuincuntur itaq̃ bone Hermogenes, hi qui primi nomina imposuerunt, non uiles homines fuisse, sed sublimium rerum periti, & cõtemplatores quidam. HER. Quid ita? SOC. Apparet mihi impositionem nominũ, talium quorundam hominũ esse. Et si quis peregrina cõsideret nomina: non minus reperit quod singula uolunt. Velut etiam in hoc quod nos οὐσίαν, id est essentiam uocamus, sunt quidam qui θυσίαν appellant. Alij rursus ὠσίαν. Primum igitur secũdum alterum horũ nominum, rerum essentiam ἑστίαν appellari ratione habet. Et rursus quia nos id quod essentiæ particeps est θυσίαν dicimus, etiam secundũ hoc recte ἑστίαν uocari potest. Nã & nos ab antiquo οὐσίαν appellare solemus θυσίαν. Quin & iuxta sacrificia cõsideratione habita, quis putarit ita cogitasse hęc eos qui nomẽ Vestæ imposuerũt. Nam præ omnib. dijs Vestæ primæ sacrificare par est illos, qui omniũ essentiã ἑστίαν nominauerũt. Quicũq̃ uero rursus ὠσίαν uocãt, hi ferè Heraclíti opinionẽ habuerint, nimirum res omnes progredi, & nihil manere. Causam igitur & principẽ ipsarum esse ὸ ὠθοῦν, hoc est id quod impellit, Vnde sanè rectè habet, ut hoc ipsum ὠσία nominetur. Et hęc quidẽ de hac uelut à nihil scientibus dicta sint. Post Vestam uero iustũ fuerit Rheam & Saturnũ considerare, quanquã Saturni nomen κρόνος iam recensuerimus. Fortasis tamẽ nihil dico. HER. Quid ita ô Socrates? SOC. Velut apum, ita sapientiæ examen quoddã excogitaui. HERM. Quale uero hoc? SOC. Ridiculum dictu est, puto tamen aliquid ueri similitudinis habere. HER. Quid ueri similitudinis? SOC. Videor mihi intelligere, Heraclitũ iam olim quædã penitus sapienter de Saturno & Rhea dixisse, quæ etiam Homerus dixit. HER. Quomodo hoc dicis? SOC. Dicit alicubi Heraclitus, quòd omnia progrediũtur, & nihil manet, & ad fluminis fluxum res omnes assimilans dicit, quòd in idem flumen bis inscendere non possis. HER. Ita est. SOC. Quid igitur diuersum ab Heraclito cogitasse tibi uidetur, qui aliorum deorum progenitoribus nomina imposuit, ῥεαν̃ά ac κρόνου appellauit? Num casu spontaneo putas ipsum fluminum nomina utriq̃ imposuisse? Quemadmodum etiam Homerus dicit,

Oceanumq̃ deum patrem Tethynq̃ parentem.

Idem quoq̃ Hesiodum sensisse arbitror. Et Orpheus dicit:

Oceanus primus qui nuptam ducere cœpit
Pulchrifluam Tethyn, natam de matre sororem.

Hæc igitur considera, quomodo & inter se cõsona sunt, & omnia ad Heraclíti sententiam tendunt. HER. Videris mihi aliquid dicere Socrates. Attamen Tethyos nomẽ non intelligo, quid sibi uelit. SOC. Atqui hoc ipsum ferè dicit, quòd fontis nomen est obscuratum. Quod enim profilit & percolatur, id fontis similitudinẽ habet. Ex his autem uocibus nominibusq̃ nẽpe ex δἰαπλουμένου & ἀθέμενον, nomẽ τηθὺς cõpositum est. HER. Hoc profectò uenustum est. SOC. Quid ni esset? At quid post hoc? De Ioue diximus. HER. Etiam. SOC. Fratres itaq̃ ipsius producamus, Neptunũ & Plutonẽ, & alterum nomen quo hũc appellant. HER. Maximè. SOC. Neptuni itaq̃ nomẽ ποσειδῶν, ab eo qui primũ imposuit nominatũ esse mihi uidetur, eo quòd ipsum euntem maris natura cohibuit, & non amplius progredi permisit. Verùm uelut uinculum pedum ipsi fuit. Principẽ itaq̃ huius potẽtiæ deum, ποσιδῶνα nominauit, ut qui uelut ποσίδεσμος esset. At uero ε decoris gratia forte insertũ est. Fortassis autem non hoc dixerit. Verum pro σ primũ duo λ proferebantur, ut πολλδῶν, deus qui multa nosset, esset. Fortassis autem à uerbo σεύω, nominatus est σεύων, ita ut & π & ο & δ adiecta sint. Cæterum Plutonis nomen, ex diuitiarum id est πλούτου contributione ductum est, eo quòd infernè ex terra diuitiæ emergunt. Idem uerò etiam ἅδης dicitur, & plerique hoc nomine obscuritatem significari putant, ut sit quasi ἀειδὴς, & propterea à nomine hoc abhorrentes, Plutonem ipsum uocant. HERM. Tibi uero quomodo uidetur ô Socrates. SOCRAT. Multifariam mihi uidentur homines peccasse circa huius dei potentiam, & indigna res est ipsum timere. Nam & quòd ubi semel quis nostrum mortuus fuerit, perpetuò illic est, timent: & quod anima corpore nuda ad illum proficiscitur, etiam ideo timent.

Nominũ primi impositores qui fuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

At mihi hæc omnia in idem tendere uidentur, tum principatus, tum nomen dei. HER. Quomodo uero? SOC. Ego tibi referam quæ sentio. Dic enim mihi. Vinculum animāti cuicūq; ut quocūq; loco maneat, utrū ualidius est, Necessitas ne, aut cupiditas? HER. Multò ualidius uinculū est cupiditas. SOC. Putas ne igitur multos esse, qui Plutonē fugerent, si nō ualidissimo uinculo ligasset illuc profectos? HER. Omnino. SOC. Cupiditate igitur quadā uelut uerisimile est, ipsos ligat, si quidē maximo uinculo ligat, & non necessitate. HER. Apparet. SOC. Non ne rursus cupiditates multæ sunt? HER. Etiam. SOC. Maxima igitur cupiditate ex omnibus alijs cupiditatibus ligat ipsos, si quidē maximo uinculo ligare debet ac continere. HER. Etiā. SOC. Est ne igitur maior cupiditas, quàm quū quis cū aliquo conuersationē habens, putat se per illū meliorem uirum fore? HER. Nullo equidē modo ô Socrates. SOC. Hac igitur de causa dicimus, nullū eorum qui illic sunt cupere, ut ab illis discedēs huc ueniat, ne ipsas quidem Sirenas, sed demulsas esse & illas, & alios omnes, adeò pulchros quosdā, uelut uerisimile est, sermones habere nouit Pluto. Et uelut ex hoc sermōe apparet, est hic deus perfectus sophista, & magnus benefactor eorū qui apud ipsum sunt, qui sanè etiam his qui hic degūt tanta bona remittit. Adeò multa est apud ipsum opulentia, ut etiam ex ea Plutonis nomē habeat. Quin & quòd cū hominibus corpora habētibus cōuersari nolit, sed tunc admittat tandem, postquā anima ab omnibus corporis malis ac cupiditatibus fuerit purgata, an nō philosophicū hoc tibi esse uidetur, & eius qui cū consilio omnia facit, eo quòd sic ipsos detinet uirtutis cupiditate ligatos? Quòd si corporis affectionē & insaniā haberēt, neq; Saturnus pater ipsos cōtinere secum posset, in suis illis de quibus dicitur, uinculis ligatos. HER. Cōsentaneum est te aliquid dicere Socrates. SOC. Sed & nomē ἅιδης multū abest ab eo, ut ab obscuritate, quasi ἀιδὲς dictū sit. Sed magis ab eo quòd omnia bona nouit, inde adeò à legislatore nominū ἅιδης nominatus est, ἀπὸ τοῦ εἰδέναι denominatiōe facta. HER. Sic ita. Quid uero de Cerere, Iunone, Apolline, Minerua, Vulcano, Marte & alijs dicemus? SOC. Ceres quidem uidetur δημήτηρ appellata esse, à cibi exhibitione, uelut διδοῦσα ὡς μήτηρ, ut mater suppeditans. Imo uero ἥρα dicitur, uelut ἐρατή, id est amabilis sit, uelut etiam Iupiter amore ipsius affectus esse dicitur. Fortassis autem sublimium rerum contuitu habito, legislator ἀέρα, id est aerem, ἥραν occultè, principio eius uocis in finē posito, nominauit, hoc ipsum autē cognoueris, si sæpe ἥρα nomen protuleris, ἀνὴρ enim manifestè resonabit. At à nomine φερεφάττα plerique abhorrent, itemq; à nomine ἀπόλλωνα, atq; hoc præ ignorantia, uelut apparet, nominū rectitudinis. Et mutato nomine quod horrendū ipsis uidetur, φερσεφόνην appellantes cōsiderant. At nomen illud, deam sapientem esse indicat. Nam quū res ferantur, id quod ipsas attingit, contrectatq; & assequi potest, hoc est τὸ ἐφαπτόμενον καὶ ἐπαφῶν, sapientia utiq; fuerit. φερεπάφα igitur propter sapientiā, & eius quod fertur contactū, rectè dea uocatur, aut alio eiusmodi nomine. Quapropter etiā ἅιδης, ut quis sapiens sit, cum ipsa conuersationē ac consuetudinem habet, eo quòd eiusmodi dea existat. Nunc uero nomē ipsius declinant, bonum uocis sonum ueritati præferentes, ne φερεφάτταν ipsam appellet. Eadem qua dixi ratione, plerique etiam à nomine ἀπόλλωνα abhorrent, uelut & hoc horrēdum quid significet, aut non intellexisti? HER. Valdē equidē uera dicis. SOC. At hoc ad potentiā dei optimè impositū est, uelut mihi uidetur. HER. Quomodo uero? SOC. Ego quod mihi uidetur dicere conabor. Non enim est unum nomē, quod magis quatuor dei potentijs conueniat, ita ut omnes contingat, & aliquo modo Musicam, & Vaticinandi artem, & Medicinā, & sagittandi artē declaret. HER. Age hoc refer. Absurdū enim quiddā hoc nomē mihi esse dicis. SOC. Imò maximè congruū, prout Musicus est ipse deus, primum quidā purgatio, & lustrationes, tum per medicā artem, tum per uaticinādi artē, & quæ medicis, & quæ Vatidicis medicamētis fiunt: Incātationes item & lauacra in talibus, & resperſiones: omnia hæc unum quiddam præstare possunt, ut purum hominē reddant, & corpore, & animo. Aut nō ita habet? HER. Maximè. SOC. Deus igit qui purgat, & qui abluit, & ab eiusmodi malis exoluit, hic utiq; fuerit. HER. Omnino. SOC. Proinde propter exolutiones & ablutiōes, ut qui taliū medicus sit, ἀπολύων recte uocatur. At ob uaticinādi artē, & ueritatē, ac simplicitatē, quę idē significāt, uelut Thessali ipsum appellāt, rectissimè uocat. ἁπλοῦν enim id est simplicē, omnes Thessali hūc deū uocāt. Verū ob id quod

Cupiditas maxima, ut ex alio melior fias

Plutonis eloquentia animas detineri

id quod semper feriens, arte sagittandi potens sit, ἀεὶ βάλλων dicitur. Porrò secundū Musicam, uocēm nominis ἀπόλλωνα, ita accipere oportet dici, uelut uoces ἀκόλουθον, id est cōsectaneus, & ἄπωτις, id est cōcumbēs. Nam particula α multis in locis simul significat. Et hic sanè πλὴν ὁμοῦ πόλησιν, id est simul contingentē uersionē ac conuersionem, tum circum cœlū, & quos polos uocāt, tum circa eam quæ fit in cantilena harmoniā, quæ sanè symphonia appellatur. Nam quemadmodū dicunt hi qui circa Musicā & Astronomiā sunt præstantes, omnia hæc harmonia quadā simul uertūtur. Præest autē harmoniæ hic deus omnia hæc simul uertens, & circa deos, & circa homines. Quēadmodū igitur ὁμονόν λουθον & ὁμόπωτιν appellamus ἀκόλουθον & ἄπωτιν, trāsmutato ο in α. Sic etiā ἀπόλλων nobis dictus est, pro eo qui ὁμοπολῶν erat, altero adhuc λ inserto: atq; ita horrēdi nominis cognominationē accepit, id quod & nunc quidam suspectū habentes, eo quòd uim nominis nō rectè cōsiderant, ipsum formidant, uelut perniciē aliquā significet. At hoc ita positū est, uelut paulò antea dicebamus, ut omnes dei potentias contingat, qui & simplex est, & semper ferit, abluitq; ac exoluit, & simul uertit. Cæterū μούσας, & omnino ipsam μουσικήν, à uerbo μῶσθαι uelut apparet, hoc est ab inquirendo & philosophia, legislator nominauit. Latonam uero λητὼ à māsuetudine deæ dixit, eo quòd ἠθελημένην id est uoluntaria sit in his quæ ab ipsa petūtur. Fortassis autē uelut peregrini multi ipsam λησὼ uocant, uerisimile est ab his qui ita ipsam appellant, uocatā esse ab eo ϕ moribus nō sit aspera, sed lenis & placida. Diana uero ἄρτεμις appellata, ὁ ἀρτεμὶς, id est integritatē & honestatē refert, propter uirginitatis cupiditatē. Fortassis autē is qui hoc ipsi imposuit nomē, uelut ἀρτιφυῆ ἰσορρέπειαν, à uirtutis scientia appellauit. Fortassis uero etiā uelut ἀρρενομισησασης nomen habet, id est eius quæ arationē odio habet, eam uidelicet quæ sit à uiro in muliere. Nam aut ob aliquā ex his causis, aut ob omnes has, nomen deæ imposuit, qui eam ita uocauit. HERM. Cur autē Bacchus Διόνυσος, & Venus ἀφροδίτη dicta est? SOCR. Magna fili Hipponici interrogas, Nam & seriò & iocosè, his deis relatus nominū modus impositus est. Seriā itaq; horū nominū rationē ex alijs interroga. Iocosam uero recēsere nihil prohibet. Iocos enim etiā dij ipsi amāt. Nam Διόνυσος fuerit uelut dans uinū, διδοὺς οἶνον per iocū appellatus. Vinū aūt οἶνος, ab eo ϕ plerosq; qui id biberūt οἰεσθαι facit, id est putare se mēte præditos esse, quū non sint, meritissime quasi οἰόνους appellatus est, At de ἀφροδίτη, nō est quod Hesiodo contradicamus, sed ϕ propter originem ex spuma, quę ἀφρὸς est, appellata sit, cōcedamus. HER. At uero Minerue, quæ ἀθλωσᾶ appellatur, quū Atheniēsis ipse sis, nequaquā obliuisceris. Vulcani itē & Martis. SOC. Ini quū id esset. HER. Esset profectò. SOC. Alterū igitur ipsius nomen cur impositū ipsi sit, nō est difficile dictu. HER. Quale illud? SOC. Palladē ipsam uocamus. HER. Quid nisi? SOC. Hoc itaq; qui à saltatione in armis impositū esse putāt, recte uelut ego puto, sentiūt. Nā si quis aut seipsum, aut aliud quid, siue à terra, siue in manibus, in sublimi eleuet, id ipsum πάλλειν & πάλλεσθαι, id est uibrare ac uibrari, & saltare ac saltari dicimus. HER. Maximè. SOC. Palladē itaq; ob hāc rationē appellamus. HER. Et rectè sanè. Verū alterū quō dicis? SOC. Num ἀθλωσᾶς nomē? HER. Etiā. SOC. Hoc grauius ô amice. Videnē sanè etiā ueteres ἀθλωσᾶν putare, uelut hi qui nūc sunt circa Homerū exponēdū clari. Nā & ex his plerique poetę interpretes, dicūt ipsum ἀθλωσᾶν, mentē ac intelligentiā dixisse. Et qui nomina imposuit, tale quid de ipsa cogitasse uidet. & adhuc amplius θεὸν νόησιν, hoc est dei notionē ipsam appellat, quasi diceret θεονόη hęc est, α pro η peregrino more usus, & ι ac σ detractis. Fortassis aūt nō hac ratione ita appellauit, sed eo ϕ ipsa præ alijs res diuinas excellēter intelligat, θεονόλωι ipsam, uelut τὰ θεῖα νοοῦσαν dixit. Nec uero absonum est etiā intelligentiā quę in morib. est, uelut hęc dea ipsa sit: ἠθονόλωι quidē uoluisse appellare, uerū adiectione aut per ipsum, per aliquos posterius facta, in meliorē uelut putatū est speciē, ἀθλωσᾶν uocauerūt. HER. At de Vulcano quē ἥφαιστον uocāt quid dicis? SOC. Num de generoso luminis repertore interrogas? HER. Maximè. SOC. Hic ne igitur omnib. notus est, ϕ φάος ϕ id est lucidus sit, η ad caput nominis attracto. HER. Cōsentaneū est, nisi forte tibi aliud qd uisum fuerit. SOC. At ut ne uideat, de Marte interroga. HER. Interrogo itaq;. SOC. Proinde si qdē ita uoles, à uoce ἄῤῥην, hoc est uirilitate, ἄρης dictus sit. Si uero à duricia & immutabili natura malueris, quę sanæ ἄῤῥατος appellat, etiā hac ratiōe undiquaq; bellicoso deo cōuenerit, ut ἄρης uocet. HER. Maximè. SOC. A dijs igi-

Pallas cur dicta

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur per deos discedamus. Nam ego de ipsis dicere uereor. Verũ de alijs si quos uoles, mihi propone, quo cognoscas quales sint Eutyphronis equi. HER. At faciã hæc, ubi unũ adhuc ex te percũctatus fuero, de Mercurio, quãdo quidẽ Cratylus negat in Hermogenem, hoc est ex Mercurio genitũ esse. Conemur igit ἑρμῆν, id est Mercuriũ considerare, quidsignificet nomẽ: quò an aliquid hic dicat cognoscamus. SOC. Equidẽ ad sermonẽ hoc nomen respicere uidetur: & ϙ interpres est, & nuncius, & furax, & fraudulentus in sermonibus, & in foro uersatur, circaϙ conciones, omnis hęc occupatio circa sermonis facultatem existit. Quod itaϙ in superioribus dicebamus, ἄρρην sermone uti est. Hoc uero quo Homerus multis in locis utitur, dum ἐμήσατο ait, machinari est. Ex ambobus igitur his, de deo hoc qui & dicere & dicendi artem excogitauit, uelut præcipit nobis legislator, par est dicens, ut meritò à uobis, ô homines, ἐρμῆς is appelletur qui dicendi artem inuenit. Nunc uero nos exornantes, uelut putamus, ipsum nomẽ, ἐρμῆν dicimus. Quin & Iris, à uerbo ἄρειν, id est dicere, appellata esse uidetur, quia nuncia erat. HER. Profectò recte mihi uidetur Cratylus dicere, me non esse Hermogenem. Nequaquam enim bonus sermonis artifex sum. SOC. Et quòd Pan sit Mercurij filius geminæ naturæ, cõsentaneum est. HERM. Quomodo uero istud? SOC. Nosti quòd λόγος id est sermo ὁ πᾶν, id est totũ significat, & circuit ac uersat semper, & geminus est, uerus ac falsus. HER. Maximè. SOC. Quod igitur uerũ est ex ipso, id leue est ac diuinum, & supernè habitans inter deos. Quod uero falsum, infernè inter uulgus hominũ, & asperum & hircinum. Hic enim plurimæ fabulę & mendacia sunt circa tragicam ac hirciniam uitã-

Pans natura, & appellatio

prarum pastor, id est ἀμπόλου geminæ naturæ, Mercurij filius, supernis partibus leuis, inferius asper, & hirco similis. Et est Pan aut ipse sermo, aut sermõis frater, siquidẽ Mercurij filius est. Fratrem autem esse fratri similem, nihil miri est. Verũ quod dixi ô bone, discedamus à dijs. HER. Ab huiusmodi si ita uoles Socrates, At de talibus quid prohibet te dicere, qualis est Sol, & Luna, & Astra, Terra, Æther, Aer, Ignis, Aqua, Tempora item & Annus? SOC. Multa quidẽ mihi imperas, attamẽ si tibi in his gratificari possim, nõ recuso. HER. Equidẽ rem gratã mihi facies. SOC. Quid igitur uis primũ, aut uelut dixisti Solem, quẽ ἥλιον uocãt, percurremus? HER. Maximè. SOC. Videtur itaϙ id magis manifestũ fieri, si Dorico nomine quis utatur, ἅλιον enim Dores appellant. ἁλιοῦ itaϙ fuerit ex eo ϙ homines in unũ congregat, quũ exoritur. potest & inde dici, ϙ progressu suo semper se circũ terram uolutat, hoc est ἀεὶ τέλᾶ. Verisimile fuerit etiam inde, ϙ progressu suo uariegat ea quæ ex terra gignũtur. Idẽ autẽ significant ποικίλλω & ἀιολεῖν, id est uariegare & uariare. HER. Quid uero σελήνη, id est luna? SOC. Hoc nomen Anaxagorã premere uidetur. HERM. Quid ita? SOC. Videtur aliquid uetustus indicare, id quod ille nuper dixit, quòd Luna à Sole lumen habet. HER. Quomodo hoc? SOC. σέλας idẽ est quod φῶς, id est lumẽ. HER. Etiã. SOC. Nouũ autẽ & uetus semper est hoc lumen, si uera Anaxagorei dicũt. Nam Sol in orbẽ se semper circũ illam uersans, nouum semper lumẽ immittit. Vetus autẽ est id quod prioris mẽsis est. HER. Maximè. SOC. At pleriϙ σιλαναίαν ipsam appellãt? HER. Est ita. SOC. Quia uero lumẽ nouũ & uetus semper habet, σιλαγνιοειδὲς rectissimè uocari poterit. contractè uero σιλαναῖα uocata est. HER. Dithyrambicũ sanè hoc nomẽ est ô Socrates, uerũ de mẽse & astris quomodo dicis? SOC. Mẽsis quidẽ μεῖς, à uerbo μείδεσθαι, rectè fuerit μείης appellatus, ab immutatione uidelicet. ἄστρα uero ἀστράπτης cognomẽ referre uidẽtur. At ἀστραπὴ, id est fulgur, quia τῶν ὤπας ἀναστρέφει, id est oculos peruertit, ἀναστρωπὴ dici debebat. Nũc autẽ ἀστραπὴ concinniore uoce dicta est. HER. Quid uero ignis & aqua? SOC. De ignis nomine πῦρ ambigo. Et cõsentaneũ est aut Euthyphronis Musam me reliquisse, aut hoc omnino difficile esse. Cõsidera igit quã industriã inducã in omnibus eiusmodi de quibus ambigo. HER. Quã nam? SOC. Ego tibi referã. Respõde mihi, potésne dicere iuxta quẽ modũ πῦρ uocaf? HER. Profectò ego nõ. SOC. Cõsidera sanè id quod ego suspicor de ipso. Etenim cogito ϙ Græci & alias, & præsertim hi qui sub barbaris habitant, multa nomina à bar-

Barbarica nomina à Græcis usurpata

baris acceperunt. HERM. Quid igitur inde? SOC. Si quis quærat quomodo hæc iuxta Græcam linguam rectè imposita sint, & non secundum illam ex qua nomen est, nosti utiϙ quod ambiguus hærebit. HERM. Meritò sanè. SOC. Vide igitur & hoc nomen πῦρ,

πῦρ, an ne barbaricum sit. Nam hoc neϙ facile est Græcæ linguæ adiungere, & manifestum est Phrygas ipsum ita appellare, parua quadam facta declinatiõe: Sicut & uocem ὕδωρ, & κύων, aliaϙ multa. HER. Est ita. SOC. Non itaϙ per uim cogere hæc oportet, ubi quis nõ habuerit quod de ipsis dicat. Voces itaϙ πῦρ & ὕδωρ, hac ratione reijcimus. At uero ἀὴρ, Num ab eo quòd ἄειρεσθαι, id est eleuat, & quæ in terra sunt, appellatus est? aut ϙ ἀεὶ ῥεῖ, id est semper fluit? aut quòd ex ipso fluente spiritus fit ac uentus? Poetæ enim uentos ἀνέμους uocant. Fortassis igitur hoc nominum legislator dicit, uelut si πνευματορρύμην, ἀνεμορρύμην diceret, unde sanè de ipso sic dicere uult, quia est ἀὴρ. Cæterum ἀιθὴρ hanc mihi suspicionem exhibet, quòd quia ἀεὶ θεῖ πρὸς τὸν αὖρας ῥέοντα, id est semper currit circũ aerem fluens, meritò ἀεθρὴς uocetur. Terræ uero nomen γῆ, magis significat id quod uult, si quis γαῖαν nominet. γαῖα enim γεννήτειρα, id est genitrix rectè fuerit uocata, uelut Homerus dicit. Nam uox γεγάασι, genitum esse, id est γεγενῆσθαι significat. HER. Sit ita. SOC. Quid igitur nobis deinceps restat? HERM. Tempora ô Socrates, & annus. SOC. Tempora equidem, id est ὧραι, Atticè ueteri more, si quis rectum cognoscere uelit, ὧραι appellandæ essent. ὧραι enim sunt, eo quòd φέρουσιν, id est circũscribunt ac terminãt hyemes ac æstates, & uentos & fructus ex terra. περίουσαι uero, id est circũscribentes, meritò ὧραι appellari poterint. Porrò annus, ἐνιαυτὸς, & ἔτος dictus, unum quiddam esse uidetur. Nam quod ea quæ nascuntur ac fiunt singulatim in lucem producit, & ipsum in seipso ostendit, hoc: quemadmodum Iouis nomẽ in superioribus bifariam diuisum, alij ζῆνα, alij δία uocabãt: sic etiã hic, alij ἐνιαυτὸν, eo quòd ἐν ἑαυτῷ, id est in seipso, alij ἔτος, eo quòd ἑτάζει, id est ostendit, appellãt. Integra uero oratio est, quod in seipso ostendit, hoc est τὸ ἐν ἑαυτῷ ἑτάζον: id quum unum sit bifariam appellari, ita ut duo nomina facta sint, ex una oratione, ἐνιαυτὸς & ἔτος. HER. At iam longè progrederis ô Socrates. SOC. Procul iam arbitror in sapientiæ philosophia prouehi uideor. HER. Maximè. SOC. Fortassis magis impelles. HER. At post hanc speciem ego libenter cõtemplarer pulchra illa nomina uirtutum, quã nam rectitudine sint imposita, uelut est φρόνησις, σωφροσύνη, & δικαιοσύνη, id est prudentia, intelligentia & iustitia, & alia huiusmodi omnia. SOC. Excitas equidem ô amice, nõ uile nominum genus. Attamen quandoquidem semel leoninam indui, non est reformidandum neϙ desistendum, sed cõsideranda uelut par est, specioſa illa nomina omnia quæ dicis, φρόνησις, σώφροσις, γνώμη, ἐπιστήμη, & reliqua. HERM. Prius equidem desistere nos non oportet. SOCR. Et per canem uideor mihi non male uaticinari id quod etiam nũc cogitaui, quod ualdè ueteres illi homines qui nomina imposuerunt præ omnibus, quemadmodũ & nunc pleriϙ ex sapientibus, quærentes quomodo se res habeant, ex eo ϙ frequenter circũuerruntur, semper uertigine afficiuntur: & postea res ipsis circumuerti uidentur ac penitus ferri. Culpam autem referunt non in internam quæ in ipsis est affectionẽ, tanquam hæc sit huius opinionis causa, uerũ ipsas res ita à natura se habere sentiũt, & nihil ex ipsis firmũ esse ac stabile, sed fluere ac ferri, & semper omni interitu ac ortu referras esse. Hoc autem dico habita cogitatione de his omnibus nunc nobis propositis nominibus. HER. Quomodo hoc ô Socrates? SOCR. Non considerasti fortassis recens relata nomina quòd omnino rebus uelut quæ ferantur, fluantϙ ac fiant, imposita sint? HER. Non ita ualdè animaduerti. SOC. Ac primum quidem id quod primũ dicebamus omnino, uelut in eiusmodi rebus positum est. HER. Quale illud? SOC. φρόνησις id est prudentia. Est enim lationis & fluxus intelligentia. Potest etiam accipi lationis utilitas: & tamẽ circa lationẽ consistit, siue φορᾶς ὄνησις accipiatur. Quòd si uis, γνώμη omnino γονῆς σκέψιν καὶ νόμησιν indicat, hoc est originis inspectionẽ ac considerationẽ, νωμᾶν enim & σκοπεῖν idẽ significãt, id est speculari & cõsiderare. Si uero uoles, νόησις est νέα ἔσις, id est noui desiderij. Nouas autẽ esse res, semper ipsas fieri significat. Hoc autem semper cupere animam, indicat is qui nomen νόησιν imposuit, Non enim νόησις ab initio uocabatur. Verum pro ν duo σ proferre oportebat. Σωφροσύνη uero, id est temperantia, eius quam cõsideraυimus prudentia, id est φρονήσεως conseruatrix est. Quia & ἐπιστήμη id est scientia, indicat quòd præstans animus rebus quæ ferũtur instet, easϙ sequatur, & neϙ relinquat, neϙ præcurrat. Quapropter ὑ abiecto, πιστήμη id est fidam ac constantẽ ipsam nominare oportebat. σώφροσις porrò id est intelligentia, hoc modo uelut supputatio ac collectio esse uidetur

Virtutis nomina rectitudo

Res circũuerti uidẽtur his qui ipsi uertigine afficiuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

detur, hoc est syllogismus. Quum uero σωιγήσαι dicitur, omnino idem quod in ἐνίσασθαι dici contingit. Nam σωιγήσαι, animam cum rebus ire, id est συμπορεύεσθαι dicit. Sed & σοφίαι, id est sapientia, lationem contingere significat. Verum obscurius hoc est, & peregrinius. Ex poetis autem in memoriā reuocare oportet, quòd multis in locis de quocunq; cito progredi incipiente, ὀρύσσει dicunt, id est cum impetu commotus est. Et cuidam præstanti uiro Laconi nomen erat σῶς celerem enim concitationem ac impetum Lacedæmonij ita appellant. Huius igitur lationis contactum σοφίαι significat, utpote quum res ipsæ ferātur. Quin & ut ἀγαθὸν id est bonum quid appelletur, ei quod in tota natura admirabile hoc est ἀγασὸν est, hoc nomen inditum esse legislator uoluit. Quandoquidē enim res progrediūtur, ineſt sanè ipsis uelocitas, ineſt itē tarditas. Non est igitur omnis res uelox: sed aliqua ἀγασὸς, id est admirabilis ac amabilis. Huic igitur amabili hoc nomē est ut ἀγαθὸν appelletur. Quod uero nomen hoc δικαιοσυνὴ id est iustitia, ὡὴ τῇ τοῦ δικαίου συνέσει, hoc est ex iusti intelligentia impositū est, facile coniectare est. Verum ipsum iustum difficile est, unde δίκαιον dictum sit cōijcere. Etenim uidetur quidem aliquatenus apud plerosq; in confesso esse. Postea uero ambiguū fieri. Quicunque omnia in progressu esse putant, plurimam quidem ipsorū partem eiusmodi esse putant, quæ nihil aliud faciat quàm procedat. Verum esse quiddam quod per hæc omnia penetret, per quod omnia quæ fiunt, fiant. Esse autē hoc uelocissimum & tenuissimum. Nō enim aliter posset per res omnes permeare, si nō tenuissimum esset, adeò ut nihil ipsum arcere possit: & rursus uelocissimū, ut reliquis uelut stantibus utatur. Quandoquidē igitur gubernat reliqua omnia permeans, hoc est διαϊὸν, hoc nomē rectè habet, ut δίκαιον appelletur, boni soni gratia κ litera adiecta. Hactenus igitur, uelut nunc dicebamus, apud plerosq; in cōfesso est, iustum hoc esse. Ego uero ô Hermogenes, ut qui magnā curam huc impendi, omnia hęc in arcanis perscrutatus sum, quod idem sit δίκαιον id est iustum, & ἄιτιον id est causa. Per quod enim res fiunt, hoc ipsum est causa, & propterea rectum esse quidam dixit, ut hoc priuatim iustum appelletur. Quum autē his perceptis, nihilominus placidè ex ipsis interrogo, quid igitur est Iustum ô bone uir, si hoc ita se habet, uideor iam longiora quàm par est interrogare, & ultra fossam transilire. Satis enim me percunctatum esse ac audiuisse dicunt, & me iam explere uolentes, alius alia dicere aggrediuntur, & non amplius cōsentiunt. Quidam enim hoc iustum dicit esse, Solem. Hunc enim solum permeantem & calefacientem res omnes gubernare. Postquam autem hoc ipsum alicui ultrò recenseo, uelut qui præclarum quid audierim, hic qui hoc ex me audiuit deridet me, & interrogat, an nihil iusti in hominibus esse putem, ubi Sol occidit. Rogante igitur me quid nam ille iustum esse dicat, ipsum ignem respōdet. Hoc autem non facile est nosse. Alius non ipsum ignem dicit, sed calorem eum qui est in igne. Alius rursus hæc omnia deridere se dicit, esse autem iustum id quod Anaxagoras dixit, mentem uidelicet. Hanc enim per se potentem, & nulli permixtā, omnes res gubernare dicit, per omnia transeuntem. Atq; hic ego ô amice, in longè maiore hæsitatione cōstitutus sum, quàm prius ubi nondū discere de iusto aggrediebar, quid tandē esset. Cæterum ut ad id de quo instituta erat speculatio redeamus, Nomen sanè hoc ipsi δίκαιον, id est iusto, has ob causas impositū esse uidetur. HER. Videris mihi ô Socrates, hæc ex alio quo audiuisse, & non ex tempore impræmeditatus afferre. SOC. Quid uero alia? HER. Non ita. SOC. Audi itaq;, fortassis enim te in reliquis decipiam, quòd non uelut qui audierim recenseam. Nam post iustitiam quid restat nobis? Fortitudinē arbitror nondum recensuimus. Ἀδικία enim id est iniustitia, reuera διαϊόντος, id est permeantis impedimentum est. Ἀνδρεία uero significat fortitudinē, uelut in pugna appellatur. Pugnam autem esse in rebus, si quidem fluunt, non aliud quid est, quàm contrarium esse fluxum. Si igitur quis ex nomine ἀνδρεία eximat δ, nomen hoc ἀνρεία, ipsum opus indicat. Clarum igitur est, q̄ non cuiuis fluxui contrarius fluxus fortitudo est, sed qui ei fluxui cōtrarius est qui præter iustum fluit: alioqui fortitudo laudem nō reperiret. Sed & ἀῤῥέν, id est masculus, & ἄνηρ, id est uir, in cōsimili quadam cū illa sunt appellatiōe, à τῇ ἄνω ῥοῇ, id est fluxu sursum contingente. At γυνὴ, id est mulier, γονὴ id est genitura uel genitrix mihi esse uidetur. Θηλὺ uero id est fœmina, à uoce θηλὴ id est mamma uidetur esse appellata. Verum θηλὴ, mamma, ab eo quòd τεθηλύῖαι id est florere facit, uelut ea quæ rigantur, num tibi

Anaxagoræ sententia

tibi, ô Hermogenes, dicta uidetur? HER. Videtur, ô Socrates. SOC. Quin & ipsum uerbum θαλλειν, id est florere, iuuenum incrementū referre mihi uidetur, eo q̄ citò & deprimè cōtingit, quale quiddā nomine imitatus est is qui id ex θεῖν & ἅλλεσθαι concinnauit. At non cōsideras me uelut extra cursum ferri, ubi planiciē appræhēdero. Supersunt autem nobis adhuc multa quæ præclara esse uidēr. HER. Vera dicis. SOC. Ex quibus unum est etiam, uidere τέχνη, id est artem, quid'nam sit. HER. Maximè. SOC. Τέχνη itaq; ἴξις νοῦ, id est mentis habitū significat, ut sit quasi ἐχονόη, litera quidem τ ablata, ο uero inter χ & ν. Itemq; inter ν & η inserta. HERM. Et [illegible]dè sanè lubricè hoc modo. SOC. At, ô beate, non nostri quòd primū posita nomina, iam confusa & occultata sunt, ab his qui ipsa tragicè tractare uolunt, ita ut addant, & eximant literas, boni soni gratia, & præ exornationis studio, itemq; temporis diuturnitate undiq; peruertant. Nam & in uoce κάκκηρον, non absurdum tibi esse uidetur, ρ insertum esse? Verùm talia, ut arbitror, faciunt qui ueritatis nullam curam habent, os autem formant. Quare multa ad prima nomina inserentes, tandem id efficiunt, ut nemo hominum intelligat, quid tandem nomen ipsum sibi uelit. Quemadmodū etiam σφίγγα pro σφιγα dicunt, & multa alia. HER. Hæc quidem ita se habent, ô Socrates. SOC. Si uero permissum sit, & inferere, & eximere, quæ quisque uelit in ipsa nomina, magna licentiæ copia fuerit, & quoduis nomen cuilibet rei quis accommodare poterit. HER. Vera refers. SOCR. Vera equidem. At enim modum, ut arbitror, seruare oportet, itemq; decorum, te qui sapiens adeò præceptor existis. HER. Velim utiq;. SOC. Et ego unà tecum uolo, ô Hermogenes. Verùm ne ita ualdè perscruteris exactè, ne meas uires penitus debilites. Deueniā enim ad apicem eorum de quibus dixi, ubi post τέχνην, considerauerimus μηχανὴν. Etenim mihi uidetur μηχανὴ, plurimi ascensus, id est Ϝανὸν ἐπιπολύ, signum esse. Nam μῆκος multum, id est τὸ πολὺ significat. Ex ambobus igitur his, ex uoce μῆκος & ἀνὸν, compositum est nomen μηχανὴ, machinam & industriam significans. Verùm quod nunc dicebam, ad apicem relatorū deuenire oportet. Nam nomina ἀρετὴ, & κακία quid sibi uelint, quærendū est. Alterum igitur nondum perspicio, alterum uero manifestum esse mihi uidetur. Cum omnibus enim superioribus consentit. Quum enim omnes res progrediantur, quicquid malè progreditur, hoc est τὸ κακῶς ἰὸν, Malicia ac prauitas, hoc est κακία, uticq; fuerit. Hoc ipsum uero malè progredi ad res ipsas, cùm in anima fuerit, totius maximè maliciei cognominationē habet. At malè progredi quicquid tandem est, uidetur mihi indicare etiam in timiditate, quod nondū recensuimus, sed transgressi sumus, cùm post fortitudinē id ipsum considerare oportuerat. Arbitror autē & multa alia nos transiliisse. Δειλία igitur, id est, timiditas, ualidum animæ uinculum significat. Nam δεσμὸς uinculum est. In λίαν uero ualidi significatio habetur. Validum igitur ac maximum animæ uinculum timiditas fuerit: quemadmodum etiam ἀπορία, id est ambiguitas, malum, & quicquid impedimento fuerit τῷ ἰέναι, & πορεύεσθαι, id est, ut ne eamus & progrediamur. Hoc igitur uidē significare κακῶς ἰέναι, impeditè nimirū & non libere progredi, id quod ubi anima habuerit, κακίαν, id est maliciei plena existit. Si uero de talibus κακίας nomen dicitur, contrarium huius utique fuerit, ἀρετὴ, id est uirtus, primùm quidē significans εὐπορίαν, id est facilitatē. Deinde uero semper esse solutū bonæ animæ fluxum, adeò ut ex eo q̄ liberè & non impeditè semper fluat, ἀρετὴ cognominata esse uideat, ita ut ἀεὶ Ϝ ἀεὶ ῥεῦν, rectè quasi ἀεῤῥύτη sit appellata. Fortassis autem ἀρετὴ quasi ἀειρετὴ dicta est, quasi hic habitus sit maximè eligendus. Verùm per contrarium ἀρετὴ uocatur. Et fortassis rursus me frigere dices, ego uero quod prius dixi, asserо, si rectè ita habet, uelut dixi, κακία, etiam hoc nomen ἀρετῶν rectè se habere. HER. At hoc nomen κακὸν, id est malum, cuius gratia multa ex superioribus retulisti, quid tandem significat? SOC. Absurdum Hercules quiddam & coniectu difficile, ut mihi sanè uidetur. Proinde & huic artem illam induco. HER. Qualem illam? SOC. Ut barbaricum quiddam & hoc nomen esse dicam. HER. Et rectè mihi dicere uideris. Verùm si ita uidetur, sinamus hæc. καλὸν uero & αἰσχρὸν, id est honestum & turpe uidere conemur, quatenus rectè habent. SOCR. Αἰσχρὸν itaq; quid significet, manifestum mihi esse uidetur. Nam & hoc cum superioribus consentit. Quod enim impedit res, & à fluxu prohibet, hoc is qui nomina imposuit, semper reprehendere mihi uidetur. Et nūc

Nomina prima posita, & posteris confusa

κακὸν, nomen barbaricum

Universidad de Deusto
Biblioteca

τοῦ ἀεὶ ἴσχοντα ῥοῆν, id est ei quod semper fluxum prohibet, nomen ἀφισχόρρυν impo-
suit,quod iam per contractionem ἀισχὴν proferunt. HER. Quid uero καλόν, id est pul
chrum? SOC. Hoc intellectu difficile est, etiamsi dicant ipsum harmonia solũ & longi-
tudine differre ab eo unde deductũ est. HER. Quomodo istud? SOC. Hoc nomẽ uocis
διανοίας cognominationẽ quandam habere uidet. HER. Quõ dicis? SOC. Age quid pu
tas tu esse causam, ut unicuiq; rei nomen sit inditũ, non'ne id quod nomina imposuit?
HER. Omninò. SOC. Non'ne uero mens est illud siue deorum,siue hominũ,siue ambo
rum? HER. Etiam. SOC. Quod igit rebus nomina indidit, hoc est τὸ καλέσαν, & τὸ κα-
λόν, idem sunt quod mens ipsa. HER. Apparet. SOC. Quęcunq; igit mens fecerit & co
gitatio,ea etiam sunt laudata: quæ nõ,uituperanda. HER. Maximè. SOC. Medicus igit
medica operatur,& faber fabrilia: Aut quomodo dicis? HER. Ita ego sentio. SOC. Pul-
chrum ergo etiam pulchra facit? HER. Ita sanè cõuenit. SOC. Est aũt hoc mens,uelut di
ximus? HER. Maximè. SOC. Rectè ergo hæc cognominatio uocis καλόν, prudẽtiæ ta
lia efficientis est,quæ sanè pulchra esse asseuerãtes amplectimur. HER. Apparet. SOC.
Quid igit adhuc nobis reliquũ est de talibus? HER. Ea quę ad honestũ & bonum perti
nent, συμφέροντα uidelicet, & λυσιτελοῦντα, & ὠφέλιμα, & κερδαλέα, & his cõtraria.
SOC. Proinde τὸ συμφέρον, id est conferens, tu ipse iam inuenire poteris,ex priorib.sco
pis collectũ. Nam uocis ἐπιστήμης, id est scientiæ,cognatũ quid esse apparet. Nihil enim
aliud significat ἕξις ἅμα φορᾶς, id est lationem animæ una cum rebus: & quæ à tali fiunt,
συμφέροντα & σύμφορα uocata esse, ἀπὸ τοῦ συμπεριφέρεσθαι, id est eo quod simul circum-
ferantur. HER. Ita uidet. SOC. At κερδαλέον, id est lucrosum,à κέρδος, id est lucro est.
κέρδος aũt si quis pro δ litera ν nomini subdat, quod uult indicat. Nam bonum iuxta
alium modum ita nominat. Quia enim ad omnia pergressum κεράννυται, id est commi
scetur,hanc ipsius facultatẽ considerãs legislator nomen hoc imposuit,& δ pro ν sub-
dita, κερδος protulit. HER. λυσιτελοῦν uero quid est? SOC. Videtur, ô Hermogenes,
non uelut caupones ipso utuntur, eo q τὸ ἀνάλωμα ἀχρεῖον, id est sumptum soluat, ea de
causa λυσιτελὲς dictũ esse,sed q uelocissima res sit,& res stare non sinit, neq; lationem
ab eo ut feratur finem sumere permittit,ut sistatur & quiescat,sed semper finem ipsius,si
quem attingere uelit,soluit: atq; ita indesinentẽ ac immortalem ipsam facit. Atq; hac de
causa bonum uidet mihi ille utile appellasse,id est λυσιτελὲς, hoc est τὸ φορᾶς λύον τὸ πέ
λος, id est quod lationis finem soluit. Cæterũ ὠφέλιμον, uox peregrina est. Et Homerus
multis in locis uerbo ὀφέλλω usus est. Significat autẽ augere & facere. Nam uerbi αὐ-
ξέω & ποιέω cognomen habet. HER. At horum contraria quomodo se habent? SOC.
Quæ quidem negationem horum significãt, ea uelut mihi uidetur,nihil opus est recen
sere. HER. Qualia uero ista? SOC. ἀσύμφορον, ἀνωφελὲς, ἀλυσιτελὲς & ἀκερδὲς. HER. ue
ra dicis. SOC. At βλαβερὸν,id est nociuũ,& ζημιῶδες,id est damnosum. HER. etiã. SOC.
Et βλαβερὸν quidem τὸ βλαπτὸν τὴν ῥοῆν,id est quod fluxum lædit,legislator esse dicit. At
rursus uox βλάπτον significat,βλαπτόμενον ἅπτεται,id est id quod uult contingere, ἅπτεται autẽ
id est,contingere,idẽ est quod δέειν,id est ligare. Hoc autẽ ubiq; uituperat. Quod igitur
uult contingere fluxum,id est τὸ βλαπτόμενον ἅπτεται τὴν ῥοῆν, rectissimè βλαπτερὸν appellari
poterit. Sed ornatus gratia βλαβερὸν appellatũ esse mihi uidetur. HER. Varia tibi ô So-
crates egrediuntur nomina, Nam nunc mihi uisus es uelut modi Mineruæ præludiũ ex
ore deprompsisse,hoc nomen βλαπερὸν proloquutus. SOC. Non ego in causa sum bo
ne Hermogenes, sed qui nomen hoc imposuerunt. HER. uera dicis. Verum ζημιῶδες,
quid'nam fuerit? SOC. Quid'nam sit ζημιῶδες considera Hermogenes, quòd ego uero
dico in eo quod assero,eos qui apponunt & adimunt literas,uehementer nominũ signi
ficationes alterare, adeò ut parum,ualdè aliquando detorquentes contrariam significa
tionem inducant,uelut in uoce δέον,id est decorum. Hęc enim iam mihi in mentem ue
nit,eiusq; recordatus s*m ex eo quod tibi dicere uolo. Quòd quidem recens nobis hæc
uox honesta ita peruertit significationem, ut etiam contraria significent, δέον & ζημιῶ-
δες,id quòd significat disperdens. Verum uetus illa uox, quid utrumq; nomen uelit in-
dicat. HER. Quomodo dicis? SOC. Ego tibi referam. Nosti quòd ueteres nostri literis
& δ ualdè bene utebantur,& maximè mulieres,quæ uel potissimum priscam linguam
seruant. Nunc autẽ pro ε aut η aut ει commutant,pro δ uero ζ tanquam hęc sint magnifi

Quod medico dicorum est.

Mineruæ modus quidã cantilenæ.

Mulieres priscam linguã seruare.

centiora.

centiora. HER. Quomodo uero hoc? SOC. Vetustissimi nimirũ ἡμέραν diem uocabant,
quę nunc ab alijs ἡμέρα, ab alijs ἡμέρα appellatur. HER. Est ita. SOC. Nosti igitur quòd
solum uetus illud nomen,eius qui imposuit,mentem significat. Nam ex eo quòd uolen
tibus,ac ἱεμένοισιν, id est desiderantibus,pro tenebris lux oriretur, ἡμέραν hanc appella-
uit. HER. Apparet. SOC. Nũc autem ita tragicè tractata hæc uox ἡμέρα, quid uelit,uix
considerare possis,etiamsi quidam putent,ex eo quòd ἡμέρα, id est dies, mãsueta id est
ἥμερα quæq; faciat, inde adeò ipsam ita appellatam esse. HER. Ita mihi uidetur. SOC. Et
sanè ζυγόν, id est iugum,nosti quòd ueteres δυογόν appellabãt. HER. Maximè. SOC.
Et ζυγὸς quidem nihil significat. δυογὸς autem δυοῖν ἀγωγήν, id est duorum anima-
lium quæ ductus gratia colligantur,productionem iustè suo nomine refert. Nunc uero
ζυγὸς, & multa alia ita se habent. HER. Apparet. SOC. Iuxta hanc itaque rationem,pri-
mum quidem δέον, si ita proferatur,contrariũ significat omnibus quæ ad bonum per-
tinent nominibus. Quum enim boni speciem præ se ferat uox δέον, uidetur δεσμὸς, id
est uinculum esse, & impedimentum lationis, uelut cognatum sit βλαβερῷ, id est noci-
uo. HER. Et ualdè ita apparet,ô Socrates. SOC. At nõ ita,si ueteri nomine utaris,quod
multò magis uerisimile est rectè positum esse, quàm id quod nunc est: Imò consentiet
cum superioribus bonis,si pro ε restitueris ι, uelut apud ueteres fuit. δέον enim, & nõ
δέον, bonum significat,id quod is qui nomina imposuit,semper laudat,atq; sic ipse sibi
ipsi non repugnat. Verùm δέον & ὠφέλιμον, & λυσιτελῆ, & κερδαλέον, & ἀγαθὸν, &
συμφέρον, & εὔπορον, idem significãt, quod alijs nominibus dicitur δεσμὸν & δέον,
id est gubernans & permeans, undiquaq; laudatum. Quod uero detinet & ligat, id est
τὸ δέον siue δεῖν, ubiq; uituperatur. Et sanè etiam nomen ζημιῶδες, si iuxta antiquam
uocem,pro ζ restituas δ de eo quod impedit & ligat id quod progreditur dictum esse
apparebit,ut δημιῶδες sit quasi δεῖν τὸ ἰὸν appellatum. HER. Quid uero ἡδονὴ, & λύ-
πη, & ἀηθυμία, & eiusmodi ô Socrates? SOC. Non ualdè difficilia mihi uidentur cha-
re Hermogenes. Nam hoc nomen ἡδονὴ, id est uoluptas habere mihi uidetur ea actio,
quæ ad ὄνησιν, id est utilitatem tendit. δ uero insertum est, ut ἡδονὴ pro ἡονὴ appelle-
tur. At uero λύπη à corporũ dissolutione nomen habere uidetur,nimirum ἀπὸ τῆς δαλύ-
σεως, quam in hac mœroris affectione perfert corpus. Sed & ἀνία tristitia dicitur,eo q
impedit τὸ ἰόν, id est progressum. ἀλγηδὼν uero,id est algor,peregrinũ quiddam mi-
hi esse uidetur,ab algido, id est ἀπὸ τοῦ ἀλγεινοῦ nominatum. ὀδὼξ uero,id est dolor, ἀπὸ τῆς
ξυδύσεως τῆς λύπης, hoc est ab insitione mœroris nomen habet. HER. Ita apparet. SOC.
ἀχθηδὼν autem cuiuis notum est, nomen esse ad lationis grauitatẽ effictum, onerosam
molestiam à uoce ἄχθος, significans. At χαρὰ ex fluxus animæ εὐμαχύσῃ & εὐπορίᾳ, id
est diffusione & abundantia, appellata uidetur, hoc enim in gaudio contingere solet.
τέρψις autem ἀπὸ τοῦ τέρπειν est, hoc est delectatio à iucundo. At τέρπνὸν, id est iucundũ,
ad ψυχὴν effictum est, ἀπὸ τῆς διὰ τῆς ψυχῆς εἰρψεως, quòd uelut perspiratione quadam, per
animam id quod iucundum est,perreptet, meritò quidem ἑρπετὸν appellatum, tempo-
ris autem progressũ ad τέρπνὸν deductum. εὐφροσύνη uero curita dicta sit,ne opus qui
dem habet relatu: quũ cuiuis pateat inde nomen accepisse, quòd anima bene unà cum
rebus feratur, ἀπὸ τοῦ φέρεσθαι, ita ut iustum nomen sit εὐφροσύνη, quod tamen εὐφρο-
σύλλω dicimus,id est hilaritatem. Neq; uero difficile est,quid ἐυθυμίαν sibi uelit, referre.
Nam facultati ad θυμὸν ἰάσιν, id est ad animi impetum tendenti,hoc nomen impositum
est. θυμὸς autem ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως, id est ab impetu & feruore animæ nomen ha-
bet,impetuosam animæ concitationem significans. Quin & ἵμερος, id est,desiderium,
à fluxu animam maximè trahente nominatus est. Nam eo quòd cupiens & appetens
ipsas res fluit,hoc est ἑλκτικὸς & ἀφελκτικὸς ῥοῆ, atq; sic animã uehementer attrahit,pro-
pter fluxus progressionem,ab hac tota facultate ἵμερος appellatus est. Sed & πόθος rur
sus appellatur,quæ significatio non præsentis desiderij ac fluxus est, sed eius quod alibi
est,& abest, hoc est ἀπόντος, unde etiam πόθος nominatus est, qui tunc ubi affuerit id
quod quis desiderat, ἵμερος uocatur: ubi uero id abest,idem πόθος apellatur. Cæterum
ἔρως dictus est amor,eo quòd extrinsecus ἐσρεῖ, id est influit,& non proprius est hic flu
xus habenti,sed inductitius per oculos. Et hac de causa ἀπὸ τοῦ ἐσρεῖν, id est ab influendo,
ἔσρος antiquitus appellabatur, ο enim pro ω utebatur. Nunc aũt ἔρως dicitur, ω pro ο

Universidad de Deusto
Biblioteca

commutatione facta. Verùm quid adhuc dicis quod consideremus? HER. δόξα & huiusmodi unde dicta tibi uidentur? SOC. δόξα, id est opinio, aut à δώξις, id est persequendo nominata est, quo uidelicet progredit anima, ut cognoscat quomodo res se habeant: aut à τόξα βολῆ, id est arcus iactu, id quod magis uerisimile uidetur. Huic itaq; οἴησις consentit, id est existimatio. Est enim consimilis οἰσις, id est lationi animæ ad omnes res, quæ qualis unaquæq; sit, indicat: quemadmodū sanè etiam βουλὴ, id est consilium, ad *Βουλὴ refertur* βολὴν, id est iactū pertinet, & βούλεσθαι, quod cupere significat, & βουλεύεσθαι, id est consulere, omnia hæc opinionem sequentia, ἀπὸ τῆς βολῆς, id est à iactu uidentur esse effecta. Sicut etiam contrarium ἀβουλία, id est consilium temerarium, successus infelix esse uidetur, tanquam non feriat, neq; assequatur quis id quod petebat, & quod uolebat, & de quo cōsultabat, & quod cupiebat. HER. Hæc iam mihi frequentiora, ô Socrates, adducere uideris. SOC. Finem enim iam uideo. De necessitate itaq; hoc est ἀναγκη, adhuc transigere uolo, eo ꝙ ad hæc cōsequitur. Itemq; de ἑκόσιῳ, id est uoluntario. ἑκόσιον igitur τὸ εἶκον est, id est cedens, & non reluctans. Imò id quod cedit progredienti, hoc est τὸ εἶκον τῷ ἰόντι, hoc nomine indicatum est, quod secundū uolūtatem factum est. ἀναγκαῖον uero, id est necessarium & reluctans, cùm præter uoluntatem sit, circa peccatum & imperitiam fuerit. Efficta uero est uox ex progressu secundū necessitatem, eo quòd ea quæ ægrè peruia & aspera ac hirta sunt, progressum prohibent. Hinc igitur fortassis appellatū est ἀναγκαῖον, ex similitudine progressus, ἀπὸ τῆς ἄγκης, id est per uallē. Quan diu uero adest robur, ne remittamus ipsum. Quin & tu ne remittas, sed interroga. HER. Interrogo sanè maxima & pulcherrima, Veritatem & Mendacium, & id quod est, hoc est ἀλήθειαν, ψεῦδος, καὶ τὸ ὄν. Imò etiā hoc ipsum nomen, de quo nunc nobis sermo est, cur hoc nomen, ut ὄνομα appelletur, habet. SOC. Quid'ne igitur uocas μαίεσθαι? HER. Ego quærere uoco. SOC. Videtur igitur nomen hoc ὄνομα esse contractū ex oratione quæ dicit, ὅτι τ' ἐστὶν ὂν, οὗ τυγχάνει ζητημα τὸ ὄνομα, id est ꝙ hoc est id quod est, cuius inquisitio est ipsum nomen, nimirum ἀπὸ τῆς μαίεσθαι τὸ ὄν. Idipsum uero magis cognoueris ex eo quod dicimus ὀνομαστόν. In hac enim apertè hoc esse dicit, nempe ὀνομαστὸν ὄντος. id est nominatū est. At uero ἀληθῆ ἅτε idem uelut alia nomina contractū esse uidetur. diuina enim rerum latio, in uerbo hoc ἀληθῆ expressa esse uidetur, uelut θεᾶς sit ἄλη, id est diuina uagatio ipsa ueritas. ψεῦδος autem, id est mendacium lationi contrarium significat. Nam hic rursus uituperatur id quod detinetur, et quiescere cogitur. Effictū autem est nomen ex dormientib. id est πρὸς καθεύδουσι. ψ uero adiectū uoluntatem nominis occultat. Porrò uox ὄν, & οὐσία, id est id quod est, & essentia, cum ueritate consentiunt, ἰὸν abiecto. ἰὸν enim id est permeans significat. Sed & οὐκ ὄν rursus, uelut quidā ipsum nominant, hoc est quod non est, οὐκ ἰὸν, id est non progrediens indicat. HER. Hæc quidē ualdè fortiter mihi discussisse uideris. Si uero quis interroget te, hæc uox ἰὸν, & ῥεῦν, et δοῦν, quam rectitudinē habent hæc nomina? SOC. Dicis'ne quam ipsi responderimus? Nūquid? HER. Maximè. SOC. Nuper sanè unum quiddā excogitauimus, quod respon- *Barbarici præ textus inuentū* dentes aliquid dicere uideri possumus. HER. Quale uero istud? SOC. Vt id quod nō cognoscamus, barbaricū quiddam esse dicamus, fortassis igitur aliqua ex ipsis reuera talia fuerint. Possint etiam prima nomina præ uetustate inquisitionē effugere. Nam eo ꝙ nomina undiquaq; uertuntur, nihil miri fuerit, si prisca uox ad præsentē collata, à barbarica nihil differat. HER. Et profectò nihil absoni dicis. SOC. Dico quidem uerisimilia. Non tamen prætextus admittere institutū certamen mihi uidet, sed conandū est ut ipsa consideremus. Ita uero cogitemus. Si quis semper illa interroget uerba, ex quibus nomen sit factū, & rursus illa percunctet, ex quib. uerba ducta sint, & hoc facere non desinat, num necesse sit tandē eum qui respondet, percunctatorē illum à se amouere? HER. Mihi ita uidetur. SOC. Quādo igitur is qui denegat, & illum à se amouet, iustè desinere poterit? *Vsq; ad elemēta progredien dum in etymis perquirendis* Num postq; ad illa peruenerit nomina, quæ aliorū sermonum & nominū sunt uelut elementa? Nam hæc si ita se habeant, nō amplius iustum fuerit, ex alijs nominib. compositā dicere. Velut uerbi causa, nomen ἀγαθὸν diximus esse ex ἀγασὸν & θοὸν compositū. Vocem uero θοὸν fortassis ex alijs esse dixerimus, illa uero rursus ex alijs. Verū si quando deuenerimus ad quoddā, quod nō amplius ex quibusdam alijs nominib. compositū est, iustè utiq; dixerimus, nos iam ad elementū progressos esse, & non amplius oportere nos hoc

nos hoc ad alia nomina referre. HER. Rectè dicere mihi uideris. SOC. Num igitur & hæc nomina, de quibus nūc interrogas, elemēta sunt? & oportet ipsorū rectitudinē quæ'nā sit, alio quodam modo cōsiderare? HER. Verisimile est. SOC. Profectò uerisimile est ô Hermogenes. Omnia itaq; superiora ad hęc reuertisse uidētur. Si uero hoc ita se habet, uelut mihi habere uidet, adsis rursusq; mecū cōsidera, ne quid delinquā dum dico, qualem primorū nominū rectitudinē esse oporteat. HER. Dic modo, nam quantū in meis uiribus situ est, simul cōsiderabo. SOC. Quòd quidem una quædā rectitudo sit cuiusq; *Rectitudo non minū omnium una est* nominis, & primi & ultimi, & in hoc quod nomē est, alterū ab altero nihil differat, hoc ego etiā tibi ita uideri arbitror. HER. Maximè. SOC. Atqui rectitudo horū quæ nūc recensuimus nominū, eiusmodi erat, qualis singulas res indicare poterat. HER. Quid ni? SOC. Hoc itaq; nihilo minus & prima, & posteriora habere oportet, si quidē nomina existūt. HER. Maximè. SOC. At posteriora uelut apparet, per priora hoc efficere potē- *Nomina prima & posteriora* rāt. HER. Apparet. SOC. Sit ita. Verū prima quibus nōdū alia subiacēt, quo modo quā tum eius maximè fieri potest, res nobis manifestas facient, siquidē nomina esse debent? Respōde aūt mihi hoc. Si neq; uocē, neq; linguā haberemus, res tamē inter nos uicissim indicare uelimus, num quēadmodū nūc muti solēt, manibus & capite ac reliquo corpore significare conaremur? HER. Quō enim aliàs ô Socrates? SOC. Equidē arbitror si su- *Mutorū indica tionis ratio* pernū ac leue indicare uelimus, leuaremus utiq; manū ad cœlū, ipsam rei naturā imitantes. Si uero inferna ac grauia, ad terrā. Et si equū currentē, aut aliud quoddā animal indicare uelimus, nosti ꝙ corpora nostra & figuras illis q̄ simillimas faceremus. HER. Necessariò uidet mihi res se ita habere uelut dicis. SOC. Sic em̄ puto indicia corporis fierent, imitāte uidelicet corpore illud quod indicare uolebat. HER. Etiā. SOC. Quandoquidē uero uoce, & lingua, & ore indicare uolumus, num uniuscuiusq; rei indiciū tunc nobis erit id quod ab his fit, quū imitatio per hęc fit circa quancūq; tandē rem? HER. Necessariū esse mihi uidetur. SOC. Nomē igitur est, uelut apparet, imitatio uocis illius rei, quam *Nomen quid sit, falsō* imitat̄ ac nominat is qui uoce imitat̄, quicquid tandē imitetur. HER. Ita mihi uidetur. SOC. At per Iouē hoc mihi nō rectè dici uidet. HER. Quid ita? SOC. Illos qui oues imitant̄, & gallos, ac reliqua animalia, cogeremur cōfiteri, ꝙ nominarēt ea quæ imitantur. HER. Vera dicis. SOC. Rectè igitur hæc tibi habere uidētur? HER. Nō sanè mihi. Verū ô Socrates, quæ imitatio fuerit nomē? SOC. Primū quidem uelut mihi uidetur, nō ita imitamur, si uelut per musicā res imitemur, etiamsi uoce etiā tunc imitamur. Deinde si quæ Musica imitatur, ea etiam nos imitemur, nō tamen nominare mihi uidemur. Quid uero hoc dico? Est'ne rebus singulis uox, & figura, & color plerisq;? HER. Maximè. SOCR. Videtur itaq; non si quis hęc imitetur, neque circa has imitationes, nominandi ars esse. *Musica de uoce Victoria de colore* Nam hæ artes sunt, altera Musica, altera pictoria. Nūquid? HER. Etiam. SOCR. Quid uero hoc est? Non'ne etiā essentia singulis rebus esse tibi uidetur, uelut & color, & quæ paulò ante dicebamus? Primum quidem ipsi colori, & uoci, neutri ne ipsorum essentia est, & alijs, quæ hac appellatione dignamur, ut ipsa esse dicamus? HER. Mihi ita uidet. *Esse quæ dicantur* SOC. Quid igit̄, si quis hoc ipsum imitari possit, uniuscuiusq; uidelicet rei essentiā per *Nominādi ars de essentia indicat* literas & syllabas, non'ne quæ singulæ sint indicaret? aut nō ita? HER. Maximè. SOC. Et quem'nam hunc diceres qui hoc posset, uelut ex superioribus alterū Musicum, alterum pictorē dixisti, quem uero hūc? HER. Hoc mihi uidetur esse id quod dudum quærimus. Hic sanè esse uidetur nominandi artis peritus. SOC. Si igitur hoc uerum est, iam æquum est ut de illis nominibus consideremus, de quibus tu percunctabaris, de uoce ῥοῦς uidelicet, & ἰόντος, & στάσεως, hoc est fluxu, progressu, & retentione, an per literas & syllabas essentiam ipsorum apprehendat, ut essentiam imitetur, aut etiam non. HERM. *Prima nomina multa* Maximè. SOC. Age itaq; uideamus. Vtrum igitur hæc sola sunt prima nomina, aut etiam alia multa? HER. Arbitror ego etiam esse alia. SOC. Verisimile est. Verum quis fuerit modus diuisionis, unde imitari incipit is qui imitatur. Non'ne quando quidē per *Rythmorum tractandorum ratio* mētas? quemadmodū hi qui rythmos tractāt, primū elementorū uires distinguūt, deinde syllabarum, atque ita iam ad rythmorū considerationem progrediūtur, prius autem non? HER. Etiam. SOC. Igitur & nos sic oportet, primum quidem uocales distinguere. *Elementorum literarum distinctio* Deinde alias species, tum mutas, tum uoce carentes: Ita enim appellant harum rerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

perití: & non quidē uocales, non tamen uoce carētes, & quòd díuersas ſpecies ipſæ inter ſe habeāt uocales. Et poſtquam has res omnes probè diuiſerimus, rurſus nomina imponere oportet, ſi ſunt ad quæ omnia referūtur, uelut elemēta. Ex quibus uidere eſt & ipſa, & ſi in ipſis ſunt ſpecies, iuxta eundem modū, uelut in elementis. Et ubi hęc omnia bene conſiderauerimus noſſe oportet inducere unūquodq; iuxta ſimilitudinē, ſiue unū uni imponere oportuerit, ſiue plura permixta. Quemadmodū pictores ubi ſimilitudinem exprimere uolunt, aliquando oſtrinū colorem ſolum inducunt, aliquando quodcunq; aliud pigmentum: quandoq; plura ſimul permixta: uelut quum imaginem ad uiuam exprimere uolunt, aut aliud quid huiuſmodi parant. Nam uelut ego puto, ſingulæ imagines ſingula pigmenta requirunt. Ita ſanè etiam nos elemēta rebus inducemus, & unum ad unum quocunq; opus habere uiſum fuerit adiūgentes, complicationes, quas ſyllabas uocant faciemus, & rurſus commiſſis inter ſe ſyllabis, ex quibus & nomina & uerba componūtur, iam ex nominibus & uerbis magnum quoddam & pulchrum, & totum conſtituemus: quemadmodū illic animal per picturam, ita hic orationem per nominandi artē, aut rhetoricam, aut quæcūq; tandem eſt hæc ars. Imò non nos ita facie mus: nam dicēdo exceſſum feci. Veteres enim ita uelut compoſita ſunt conſtruxerunt. Nos uerò ſi artificioſè hoc præſtare nouerimus, hęc omnia cōſiderare oportet, ita ut ſic diſtinguamus, ſiue iuxta modum prima nomina ſita ſunt, itemq; poſteriora, ſiue ſecus, atq; ita conſideremus. At uerò aliter hæc congregare, chare Hermogenes, uidendū ne uitioſum ſit, & à recta uia deuiū. HER. Fortaſſis ita eſt, ô Socrates. SOC. Quantū igitur confidis tu tibi ipſi, q; poſſis hæc ita diſtinguere? Ego enim nō confido. HER. Multum ergo abeſt ut ego poſſim. SOC. Sinamus igitur. Aut uis ita quomodo poſſimus? Et ſi parum quid de ipſis cognoſcere poterimus, aggrediamur præfati, uelut paulo ſuperius dijs, quòd ueritatis nihil tenentes, hominum dogmata de ipſis coniectamus. Sic etiam nunc nobiſipſis præfati progrediamur, quòd ſiquidem rectè hæc diſtinguere oportuerat, ſiue alium quemuis, ſiue nos, ſic ſanè ipſa diſtinguere oportuerat. Nunc autem pro uiribus quod dicitur, oportebit nos de ipſis tractare. Ita'ne ſentis? aut quomodo dicis? HERM. Maximè ita ſentio. SOC. Ridiculum equidem uiſum iri arbitror, ô Hermogenes, quòd res per literas & ſyllabas imitatione expreſſæ manifeſtæ fiant. Neceſſarium tamen eſt. Non enim hoc melius quid habemus, in quod de primorum nominum ueritate referamus: niſi fortaſſis uelut Tragici poetæ, ubi de re quadam ambigunt, ad artes defugiunt, deos proclamātes: ita & nos præfari diſcedamus: nimirum quòd Dei prima nomina poſuerunt, & propterea rectè habent. Num ergo & nobis optimus hic fuerit ſermo, aut ille potius, quòd à barbaris quibuſdam ipſa accepimus: (ſunt autem barbari antiquiores nobis) aut quòd præ antiquitate geri non poſſit ut ipſa conſideremus, quemadmodum etiam barbarica. Hæc enim omnia effugia fuerint, & quidem ualde uerſuta, ſi quis de primis nominibus rationē reddere nolit, quòd rectè poſita ſint. Quanquā quoeunq; quis modo primorū nominum rectitudinem nō nouit, fieri nō poteſt ut poſteriorū ſciat, quæ ex illis declarari neceſſe eſt, de quibus nihil quis nouit. Imò clarū eſt eum qui de ipſis artificioſum ſe eſſe profitetur, habere oportere quæ quàm puriſſimè & maximè de primis nominibus demōſtret: aut hoc probè noſſe, quòd de poſterioribus nugas producet. Aut tibi aliter uidetur? HER. Nullo modo aliter. SOC. Quę quidē igitur de primis nomínib. ego ſentio, ea ualde cōrumelioſa & ridicula mihi eſſe uidētur. Ea igitur ſi uoles tibi impertiā. Tu uerò ſi quid habueris melius, quod alicundè accipias, conare etiā mihi impertiri. HER. Faciā ita. Verū cōfidēter dicito. SOC. Primū itaq; litera ę omnis motus uelut organum eſſe mihi uidetur. Cur uerò motus, nomē hoc κίνησις haheat, nō diximus. Sed enim manifeſtum eſt quòd ἴσις, id eſt progreſſio ſit. Nō enim κ, ſed τ quondā utebamur. Initiū autem eſt à κίειν, quæ uox peregrina eſt, & ἰέναι, id eſt ire ſignificat. Si quis igitur uetus ipſius inuenerit nomē ad noſtrā uocem cōgruum, ἴσις id rectè uocari poterit. Nunc aūt à peregrino κίειν, & κ permutatione, & ν inſertione, κίνησις appellata eſt. Oportebat aūt aut κίεσιν, aut ἴσιν appellari. At uerò στάσις progreſſionis abnegatio eſt, hoc eſt ἀποφασις τοῦ ἰέναι. Verū ornatus gratia στάσις nominata eſt. Cæterum elementū ę uelut dicebā, ei qui nomina impoſuit, pulchrū motus inſtrumentū eſſe uiſum eſt, ad lationis aſſimulationē. Paſſim itaq; utiē ipſo ad illā exprimēdā.

Nominum impoſitionis quæ ſit ratio

Simile pictorū

Deos in prætextum ignorantiæ produci

ę litera motus organum

Primum

Primum quidem in ipſa uoce ῥᾶψ & ῥοῆ, per hanc literam imitatur lationē. Deinde in uoce τρόμῳ id eſt tremore, poſtea in πραχεῖ. Inſuper uero in talibus uerbis, quale eſt κρούειν pulſare, θραύειν frangere, θρύπτειν trahere, θρύπτειν terere, κερματίζειν trucidare, ῥέμβειν uerrere. Omnia hæc per literam ρ plerunq; aſſimilat. Omitto enim quòd lingua in hoc pro ferendo minime perſeuerat, maxime autem cōcutitur. Quare uidetur mihi hoc ad hæc uſus eſſe. Rurſus uero litera ι ad omnia tenuia, quæ ſanè maximè per omnia tranſire potuerint. Quare uerba ἰέναι & ἴεσθαι, per ι exprimit, hoc eſt ire & progredi. Quemadmodum ſanè per φ & ψ & σ & ζ eo quòd flatuoſæ ſint literæ, omnia eiuſmodi imitatus eſt, per ipſas hæc nominans, uelut eſt ψυχρόν id eſt frigidum, & ζέον feruens, & σείεσθαι concuti, & omnino σεσμὸς id eſt concuſſio. Et quum alicubi flatuoſitatem, id eſt τὸ φυσῶδες, imitari uult is qui nomina impoſuit, ibi ubiq; fermè tales literas inducere uidetur. At uero literæ δ & τ compreſſionis, & innixus linguæ facultatem, ad δεσμὸ id eſt uinculi, & στάσιν id eſt ſtationis imitationē, utilem duxiſſe apparet. Quia uero maxime labat lingua in λ proferendo, hoc intuitus aſſimilator ille, nominauit per hoc, λεῖα id eſt læuia, & ipſum uerbum ὀλισθάνειν labaſcere, & λιπαρὸν pingue, & κολλώδες glutinoſum, & alia omnia huiuſmodi. Quatenus uero labanti linguæ, literæ γ facultas ſuccurrit, hoc modo γλίσχρον id eſt uiſcoſum expreſſit, & γλυκὺ dulce, & γλοιῶδες ſtrigmētoſum. Quum autem literæ ν ſonum intrinſecus hærere ſentiret, uocem ἔνδον intro, & ἔνδος intus, per ipſam nominauit, uelut ipſa opera exprimens per literas. Rurſus ipſum α uoci μεγάλῳ attribuit, id eſt magno: & η uoci μήκει id eſt longitudini, eo quòd magnæ literæ exiſtunt. Quum uero ad uocem σρογγύλον, ipſius ο nota opus haberet, huius plurimum in ipſum nomen immiſcuit, ut rotunditatem exprimeret. Sed & alia tum per literas, tum per ſyllabas, ita ad res ſingulas cogere uidetur, & notam, & nomen faciens legislator. Ex his autem reliquas ſpecies, per hæc ipſa ad imitationem componere. Hæc mihi uidetur ô Hermogenes nominum rectitudo eſſe, niſi aliud quid Cratylus iſte dicat. HER. Atqui ô Socrates multas mihi moleſtias, & ſæpe hic Cratylus exhibet, uelut ab initio dicebam, dum nominū quidem rectitudinem eſſe aſſerit, quæ uero ea ſit, nihil manifeſti dicit, adeò ut ego haud ſciam utrū uolens, aut inuitus, ita obſcurè ſemper de ipſis loquatur. Nunc igitur mihi ô Cratyle coram Socrate dicito, utrū tibi placeant hęc, quatenus Socrates de nominibus dicit, aut alio modo habeas quid præſtantius quod dicas. Et ſi habes proſer, quo aut à Socrate diſcas, aut ambos nos doceas. CRAT. Quid uero tibi uidetur ô Hermogenes facile eſſe ita breui & diſcere, & docere quācunq; rem, nedum tantam, quæ ſanè inter maximas maxima eſſe uidetur? HERM. Per louem non mihi. Verum hoc Heſiodi rectè mihi habere uidetur.

Si paruum paruo addideris, etiam hoc utilitatem conferre.

Si igitur & paruum quiddam maius facere poſſis, ne graueris: ſed & Socratem hunc, & me, prout æquum eſt, beneficio affice. SOC. Equidē & ego ipſe ô Cratyle, nihil eorum quæ dixi aſſeuerantius adſtruxerim, uerum quatenus mihi uidebatur cum Hermogene conſiderationem feci. Quare ea de cauſa confidenter dicito, ſi quid melius habes, uelut corā eo qui libenter id ſit ſuſcepturus. Quòd ſi tamē habes tu melius quiddam quod dicas, nihil apud me miri fuerit. Nam & ipſe huiuſmodi conſideraſſe mihi uideris, & ab aliis quoq; didiciſſe. Si igitur aliquid præſtantius dixeris, etiam me unū ex diſcipulis de nominum rectitudine ſcribito. CRA. Profectò quemadmodum tu dicis ô Socrates, in hæc ego aliquid operæ impendi, & fortaſſis te diſcipulum fecero. Vereor tamen ne tota res contrario modo ſe habeat. Nam mihi ſanè in mentem uenit, illud Achillis ad te dicere, quod ille inter ſupplicationes ad Aiacem dicit,

O generoſe Aiax Thelamonis rex populorum,
Omnia tu noſtram ad mentem probe dicere noſti. *Iliad. 9*

Et mihi ſanè tu ô Socrates probe iuxta ſententiam meam uaticinari uideris, ſiue ab Euthyphrone tibi quid inſpiratum eſt, ſiue alia quædam Muſa in te dudum delitеſcens te ſe fellit. SOC. Admiror bone Cratyle, etiam ipſe dudum meam ſapientiam, ipſiq; diffido. Videtur igitur mihi etiam rurſus oportere cōſiderare quid dicam. Nam ut quis à ſeipſo fallatur, grauiſſimū eſt. Quum enim ne minimo quidem momento diſcedat, ſed ſemper adſit deceptor, quomodo non hoc ſit graue ac horrendū? Oportet ſanè uelut apparet,

ρ litera ꝛſus in ſignificantibus lationem

ι literæ uſus in omnib. tenuib.

φ & ψ & σ & ζ uſus in flatuoſis

δ & τ literæ uſus in fixis

λ literæ uſus in labantibus

γ literæ facultas

ν literæ uſus

α & η uſus

ο literæ uſus

Universidad de Deusto
Biblioteca

frequenter ad prædicta reuerti, & quod poeta ille ait: Conari ut prorsum simulq; retrorsum uideamus. Et sanè nunc etiã nos uideamus, quid à nobis sit dictum. Nominis rectitudo, dicimus, est hæc quæ qualis res est indicat. Hoc ne satis dictũ esse dixerimus? CR. Mihi quidem ualdè ita uidetur. SOC. Docendi ergo gratia nomina dicuntur. CRA. Maximè. SOCR. Igitur & artem hanc esse dixerimus, & opifices ipsius? CRAT. Omnino. SOC. Quos? CRAT. Quos tu ab initio dicebas legislatores. SOC. Vtrũ igitur & hanc artem hominibus cõtingere dicemus, uelut etiam alias? aut non? Quod uero dicere uolo, tale quiddam est. Pictores sunt, alij deteriores, alij meliores? CRAT. Maximè. SOC. Non ne qui meliores sunt, opera sua præstantiora, animalia uidelicet, exhibent: deteriores uero deteriora? Et similiter ædium extructores alij pulchriores, alij turpiores domos ædificant? CRAT. Etiam. SOC. Non ne igitur & legislatores alij pulchriora opera exhibent, alij turpiora? CRA. Hoc non amplius ita mihi uidetur. SOCR. Non igitur uidentur tibi leges aliæ esse meliores, aliæ deteriores? CRA. Non ita. SOC. Neque nomen uelut apparet, aliud deterius positum, aliud melius tibi uidetur? CRA. Non sanè. SOC. Omnia igitur nomina rectè imposita sunt? CRA. Quæ sanè nomina sunt. SOCR. Quid igitur quod paulò ante dicebatur, huic Hermogeni utrum neq; nomen impositum esse dicemus, si nihil ἐμοῦ γνησιωτερον, id est de Mercurij origine ipsi competit? aut impositum quidem esse, non tamen rectè? CRA. Neq; impositum esse mihi uidetur ô Socrates, sed impositum quidem esse uideri, alterius autem esse hoc nomen, cuius etiam natura est, quam nomen indicat. SOC. Vtrum neq; mentitur quum quis dicat Hermogenẽ ipsum esse? Nam neq; hoc rursus fuerit, ut hic dicatur Hermogenes esse, si non est. CRA. Quo modo dicis? SOC. Num quòd falsa dicere omnino non datur, num hoc sibi uult sermo tuus? Multi enim sunt qui dicunt chare Cratyle, & nunc, & olim. CRA. Quomodo uero ô Socrates, si dicat quis, hoc quod dicit, non quod sit dicat? Aut non hoc est falsa dicere, ea quæ nõ sunt dicere? SOC. Versutior est hic sermo quàm pro me, & pro mea ętate cõpetit, & tamen dic mihi tãtum. Vtrum dicere quidẽ falsa, non dari tibi uidetur, sed proferre? CRA. Neq; proferre mihi uideꝛ. SOC. Neq; loqui, neq; alloqui? Velut si quis apud exteros tibi obuiam factus, apprehensa manu tua diceret, Salue hospes Atheniẽsis fili Smicrionis Hermogenes, hic dixerit ne hæc, aut protulerit hæc, aut loquutus fuerit hæc, aut sic alloquutus, nõ quidem te, sed hunc Hermogenem, aut neminem? CRA. Mihi quidem uidetur hic, ô Socrates, aliàs frustra hæc insonuisse. SOC. At satis fuerit & hoc. Vtrum uero is qui hæc sonuit, uera sonuit aut falsa? aut pars ipsorum uera est, pars falsa? Nam & hoc sufficerit. CRA. Obstrepere talem ego dixerim, frustra seipsum commouentem, uelut si quis æreum uas pulsatum commoueret. SOCR. Age uero Cratyle, an aliquatenus conciliari possimus. Non ne aliud quidem dixeris esse nomen, aliud uero illud cuius est nomen? CRAT. Ego sanè. SOC. Non ne etiam confiteris nomen esse quoddam rei imitamẽtum? CRA. Maximè omnium. SOC. Non ne etiam picturas, alio quodam modo, dicis esse rerum quarundã imitamenta? CRA. Etiam. SOC. Age uero, fortassis enim ego non intelligo quæ nam sint ea quæ dicis. Tu uero fortassis rectè dicis. Possunt distribui & referri ambo hæc imitamenta, & picturæ, & nomina illa, ad res, quarum sunt imitamenta, aut non? CRA. Possunt. SOCR. Primum itaq; hoc considera. Num quis uiri imaginem uiro tribuere possit, & mulieris mulieri, & alia eodem modo? CRA. Maximè. SOC. Non ne etiam uice uersa, uiri quidem imaginẽ mulieri, mulieris autem uiro? CRA. Possunt & hæc ita fieri. SOC. Num igitur hæ distributiones ambæ rectæ sunt, aut altera, quæ ut arbitror, unicuiq; id quod conuenit, & simul attribuerit. CRA. Mihi sanè ita uidetur. SOC. Quòd igitur ne pugnemus in sermonibus ego & tu, quum amici simus, animaduerte quid dicam. Talem ego ô amice distributionẽ in utrisque imitamentis, & in animalibus, & in nominibus uoco, quæ & recta est, & uera. Verum alteram illam dissimilis attributionem ac illationem, non rectam, & falsam, quum in nominibus fuerit. CRA. Attamẽ uereor ne in picturis quidem hoc fuerit ô Socrates, ut quis nõ rectè distribuat. In nominibus autẽ non itidem, uerum necessariũ fuerit semper rectè. SOC. Quomodo dicis? qua in re hoc ab illo differt? Non ne uirum aliquem adire potes ac dicere, hæc est tua imago, & ostendere ipsi, si ita contingat, illius picturam, si uero contingat, mulieris. At ostendere dico, oculorum sensui subijcere. CRAT. Maximè

Nominis rectitudo quæ sit

Ars nominãdi

Falsa dicere, non dari

Nomen est rei imitamentum

Nomina semp rectè exprimi

Maximè. SOC. Quid uero, non ne rursus hunc ipsum adire potes ac dicere, hoc est tuum nomen? (est autem & nomẽ imitamentum, quemadmodũ etiam pictura.) Verum hoc est quod dico. Non ne poteris ipsi dicere, hoc est tuum nomen? & postea rursus in aurem immittere, si ita contingat, illius imitamentum, dicendo quòd uir sit, si uero contingat ut sit fœminæ humani generis, dicendo quòd mulier? Non ne uidetur tibi hoc fieri posse, & fieri quandoq;? CRA. Concedere tibi uolo ô Socrates, & sit ita. SOC. Bene facis tu ô amice, si hoc ita se habet. Neq; enim nunc ualdè de ipso cõtendere conuenit. Si igitur est talis quædam distributio etiam hic, alterũ quidem horum appellare uolumus, uerum dicere, alterũ mentiri. Si uero hoc ita se habet, & potest quis nõ rectè nomina distribuere, neq; singulis conuenientia attribuere, sed quandoq; ea quæ non conueniunt: poterit etiam in uerbis idem hoc facere. Si uero nomina & uerba ita ponere quis potest, necessariũ est etiam sermones. Sermones enim uelut ego arbitror, illorum sunt compositiones. Aut quomodo dicis ô Cratyle? CRAT. Hoc modo. Bene enim dicere mihi uideris. SOC. Si igitur prima nomina per literas imitando exprimimus, post ne quis uelut in picturis, & omnes conuenientes colores & figuras exprimere, & rursus non omnes, sed aliqua relinquere, aliqua etiam addere, & plura, & maiora facere. Aut non ita potest? CRA. Potest. SOC. Qui igitur omnia exprimit, non ne is & literas, & imagines pulchras efficit. Qui uero aut addit, aut detrahit, hic literas quidem & imagines facit, sed malas? CRAT. Etiam. SOC. Quid uero is qui per syllabas & literas rerum essentiam imitatur? Non ne iuxta eandẽ rationem, si quidem omnia conuenientia expresserit, pulchra imago erit, hoc autẽ est ipsum nomen? Si uero pauca relinquat, aut addat aliquando, imago quidem fiet, sed non pulchra. Quare aliqua quidem nomina bene expressa erunt, aliqua uero male. CRA. Fortassis. SOC. Fortassis ergo alius bonus nominum artifex erit, alius malus. CRAT. Etiam. SOC. Non ne igitur huic nomen erit legislator. CRA. Etiam. SOC. Fortassis ergo per louem erit, uelut in alijs artibus, etiam legislator alius bonus, alius malus, siquidẽ superiora illa nobis sunt cõcessa. CRA. Est ita. Verum uides ô Socrates, quum has literas, & α & β, & unumquodq; elementum, nominibus per artem grammaticam attribuimus, si quid detrahamus, aut addamus, aut transponamus, scriptum quidem est nobis nomen, non tamen rectè. Imò in totum neq; scriptum est, sed statim aliud est, si horũ quippiam perpessum fuerit. SOC. Nõ equidẽ rectè cõsiderauerimus, si ita cõsideremus ô Cratyle. CRAT. Quõ ita? SOC. Fortassis quæcunq; ex aliquo numero esse, aut non esse necesse est, hoc quod tu dicis perpeti possint, quemadmodũ decem, aut quiuis alius numerus, si de ipso detrahas quid, aut apponas, statim alius fit. At qualitatis cuiusdam, & cuiusuis imaginis, non hæc fuerit rectitudo, sed uice uersa. Neq; si imago esse debet, penitus omnia exprimere oportet eius, cuius est imago. Considera uero an quid dicam. Num duo hæc fuerint, Cratylus uidelicet, & Cratyli imago, si quis deus non solum colorem tuum, & figuram expri meret, ueluti pictores solent, sed etiam interna omnia talia faceret, qualia tua sunt, & mollicies, & calores eosdem redderet, & motum, & animam, & sapientiam qualis in te est, illi inderet, & in summa, omnia quæ tu habes, alia huiusmodi prope te constitueret, utrum'ne Cratylus, & Cratyli imago, tunc fuerit hoc tale? aut duo Cratyli? CRAT. Mihi sanè ô Socrates duo Cratyli esse uidentur. SOC. Vides igitur quòd aliam imaginis rectitudinem ab his quæ nunc dicebamus, quærere oportet, & non cogere, si quid absit, aut adsit, non amplius ipsam imaginem esse. Aut non sentis quantum ab hoc absunt imagines, ut eadem habeant quæ illa quorum imagines sunt? CRAT. Ego sanè sentio. SOC. Ridicula itaq; paterentur illa ex nominibus, quorum nomina, sunt ipsa nomina, si omnia undiquaque ipsis assimilata essent. Duplicia enim sanè omnia fierent, & neutrum ipsorum haberet quod diceret, utrum ipsorum esset ipsa res, aut nomen. CRAT. Vera dicis. SOC. Confidenter itaq; ô generose finito etiam nomen aliud rectè positum esse, aliud secus: & ne omnes habere literas cogito, ut planè sit tale, quale illud est, cuius est nomen. Imò finito etiam non conuenientem literam inducere, si uero literam, & iam nomen in oratione, si uero nomen, etiam orationem in orationem rebus non conuenientem induci, & nihilò minus rem nominari ac dici, quandiu figura rei inerit, de qua sermo fuerit, quemadmodum in elementorum nominibus, si

In nominib. & picturis omnia suntexprimẽda

Res & imago nõ penitus eãdem esse debẽt

Similitudo erroꝛem ridiculum parit

memi

Universidad de Deusto
Biblioteca

meminisſti eorum quæ nunc ego & Hermogenes dicebamus. CRAT. Imò memini. SOC. Bene itaq;, quum enim hoc inerit, etiamſi non omnia conuenientia habeat, res ipſa dicetur, Bene, quum ōmnia: Male uero, quum pauca. Dici igitur ô bone Cratyle ſinamus, ut ne quemadmodum damnantur hi qui in Ægina noctu ſerò in uia circumeunt. Ita etiam nos uideamur ipſi ueritati ſerius quodammodo quàm conueniebat, ad res progreſſi eſſe. Aut aliam quandam nominis rectitudinem quære, & non confitere, declarationem rei per literas & ſyllabas contingentem, nomen eſſe. Si enim ambo hæc dixeris, fieri non poteſt ut ipſe tibiipſi conſentias. CRAT. At mihi uideris ô Socrates moderatè dicere, & ita ego ſentio. SOC. Poſtquam itaq; in his nos cōſentimus, quæ reſtant poſtea conſideremus. Si rectè poſitum eſſe nomen debet, dicimus quod conuenientes ſibi literas habere oportet? CRAT. Etiam. SOC. Conueniunt autem quæ ſimiles ſunt rebus? CRAT. Maximè. SOCR. Quæ igitur bene poſita ſunt, ſic poſita ſunt. Si uero aliquod non bene poſitum eſt, magna quidem ex parte fortaſſis ex conuenientibus fuerit ac ſimilibus literis, ſi quidem imago erit, habuerit autem & quid non conueniens, propter quod non rectum fuerit nomen, neq; rectè effectum. Ita ne dicimus, aut aliter? CRAT. Nihil oportet arbitror ô Socrates contendere, alioquí non placet mihi, ut nomen quidem eſſe dicamus, non tamen bene poſitum eſſe. SOCR. Vtrum hoc non placet tibi, nomen eſſe rei declarationem? CRAT. Placet mihi. SOC. At eſſe quædam nomina ex prioribus compoſita, quædam prima, non rectè tibi hoc dici uidetur? CRA. Rectè. SOCR. At prima ſi aliquarum rerum declarationes eſſe debent, habes' ne potiorem aliquem aliũ modum, ut declarationes fiant, quàm ut ipſa facias quàm maximè talia, qualia ſunt illa, quæ declarare ipſa oportet? Aut hic modus tibi magis placet, quem Hermogenes, & multi alij afferunt, Nimirum nomina eſſe conſenſiones, & declarare his qui conſenſerunt, res autem prænouerunt, eſſeq; hanc conſenſionem, nominis rectitudinem. Nihil autem referre, ſiue quis conſenſionem faciat, uelut nunc conſtitutum eſt, ſiue etiam uice uerſa, ut quod nunc ο paruum eſt, magnum uocetur. Quod uero ω magnum, paruum. Vter modus tibi placet? CRAT. In totum & per omnia præſtat ô Socrates, per ſimilitudinem declarare, quicquid tandem quis declaret, & non per quoduis utrunq; oblatum. SOC. Rectè dicis. Si igitur nomen rei ſimile erit, neceſſe eſt elementa rebus ex natura ſimilia eſſe, ex quibus prima nomina quis componet. Sic autem dico. Compoſuiſſet' ne unquam quis, quam paulò ante dicebamus, picturam alicui rei ſimilem, ſi non à natura fuiſſent pigmenta quæ ſimilia eſſent, ex quibus componuntur ea quæ pinguntur, ſimilia illis quæ imitatur pictura? aut fieri hoc omnino non potuiſſet? CRAT. Fieri non potuiſſet. SOC. Eodem igitur modo etiam nomina nunquam alicui rei ſimilia fieri potuiſſent, ſi non illa primum ſimilitudinem quandam habuiſſent, ex quibus nomina compoſita ſunt illis, quorũ imitamenta exiſtunt ipſa nomina. Sunt autem ea ex quibus componenda erant nomina, ipſa literarum elementa. CRAT. Etiam. SOCR. Iam itaq; & tu particeps fias ſermonis eius, quem ex me nuper audiuit Hermogenes. Age rectè dicere tibi uidemur, quod littera ρ lationi, & motui, & duriciei ſimilis eſt? aut non rectè? CRAT. Rectè ſanè mihi. SOCR. Ipſum uero λ leui & molli, & his quæ paulò ante dicebamus? CRAT. Etiam. SOCR. Noſti igitur quòd eadem res duricies, à nobis quidem appellatur σκληρότης, ab Ereſ & σ eidem rei ſimiles trienſibus uero σκληροτης? CRAT. Maximè. SOCRAT. Vtrum igitur & ρ & σ ambo eidem rei ſimilia ſunt? & idem illis indicat ρ in fine dictionis poſitum, & nobis σ eodem loco? aut alteris noſtrum nō indicat? CRA. Indicat equidē utriſq;. SOC. Vtrũ quatenus ſimilia ſunt ρ & σ? aut quatenus non? CRA. Quatenus ſimilia. SOC. Quatenus igitur ſimilia undiquaq; ſunt? CRAT. Ad hoc fortaſſis quòd æqualiter lationem indiλ pro ρ infertũ cant. SOC. Num & λ inſertum, duriciei contrarium indicat? CRAT. Fortaſſis non rectè inſertum eſt ô Socrates, quemadmodum etiam in his quæ tu paulò ante Hermogeni recenſebas, dum literas ubi opus eſſet & eximebas, & inſerebas, & rectè ſanè facere mihi uidebaris. Et nunc fortaſſis pro λ dicere ρ oportet. SOC. Rectè dicis. Quid igitur nunc uelut dicimus, nihil inter nos diſcimus, ubi quis σκληρόν id eſt durum, pro- Conſuetudo & conſenſio, idem ſunt nunciauerit? Neq; noſti tu nunc quid ego dico? CRAT. Ego ſanè propter conſuetudinem intelligo. SOC. At quũ conſuetudinē dicis, diuerſum ne quid à cōſenſione dicere te putas

In Ægina noctu ſerò iter facere periculoſum

Nomen eſt declaratio rei

Elementorum literarum ſimilitudines ad res

te putas? aut aliud quid conſuetudinem dicis, quàm quod quũ ego hoc dicam, illud ſentio, tu uero cognoſcis quod illud ſentio? Non' ne hoc dicis? CRA. Etiam. SOC. Si igitur cognoſcis me loquente, indicatio tibi ex me contingit? CRA. Etiam. SOC. A diſſimili ſanè quàm quod ſentiens loquor, ſi quidem ipſum λ diſſimile eſt duriciei quomodo tu dicis. Si uero hoc ita ſe habet, quid aliud quàm ipſe cum teipſo conſenſionem feciſti, & rectitudo nominis tibi fit conſenſio, quandoquidem & ſimiles & diſſimiles literæ tibi indicant, ut quæ conſuetudinis ac conſenſionis exiſtant. Si uero cōſuetudo miníme eſt conſenſio, non rectè amplius poterit dici ſimilitudinem eſſe declarationē, ſed conſuetudinē ipſam. Hęc enim uelut apparet, & per ſimile, & per diſſimile declarat. Quando quidem uero hæc concedimus Cratyle (Tuum enim ſilentiũ pro cōceſſione ducam) neceſſarium utiq; eſt etiam conſenſionē & conſuetudinē aliquid conferre ad declarationem eorum quæ ſentiētes dicimus: alioqui ſi ad numeros deuenire uelis, unde nomina te habiturum eſſe putas, ut unicuiq; numero ſimilia attribuas, ſi nō tuam aſſenſionem ac conſenſionem, aliquid autoritatis de nominũ rectitudine habere permittas? Proinde & mihiipſi placet, ut nomina quantũ eius fieri poteſt, ſint rebus ſimilia. Vereor tamen ne reuera iuxta Hermogenis dictum, tenue ac præparcũ ſit hoc ſimilitudinis pōdus neceſſarium autem ſit etiam oneroſo hoc inſuper uti ad nominũ rectitudinem, nimirũ conſenſione: alioqui fortaſſis quantũ eius fieri poſſet, optimè utiq; nomen diceretur, ſi aut omnibus, aut quàm plurimis ſimiliter dicatur, hoc autem eſt conuenientibus. Peſſimè uero uice uerſa. Cæterũ ad hæc inſuper adhuc hoc mihi dicito, quam uim nobis nomina habent, & quid boni ipſa efficere aſſeramus? CRA. Docere mihi uidentur ô Socrates, & hoc ualdè ſimplex quiddam eſſe mihi uidetur, eum etiam res noſſe, qui nomina nouit. SOC. Fortaſſis enim Cratyle eiuſmodi quid dicis, Vbi nouerit quis nomen quale ęſt, (Eſt autem tale qualis eſt res) noſcet ſanè etiam rem, quandoquidē ſimilis nomini exiſtit. Ars igitur una eadēq; eſt omnium inter ſe ſimiliū. Iuxta hunc ſanè modũ mihi uideris dicere, quòd qui nomina nouerit, is etiam res noſcet. CRA. Veriſſima dicis. SOC. Age itaq; uideamus, quis' nam ſit modus hic doctrinæ rerum, quem tu nunc dicis? Et utrũ eſt quidē & alius, hic tamē melior eſt? Aut neq; alius q̄ hic? utro modo arbitraris? CR. Ita ſanè ego ſentio, nō adeò eſſe aliũ. Hunc autem ſolũ, eundēq; optimum. SOC. Vtrum uero etiam inuentionē rerũ hanc eandem eſſe putas, ut qui nomina inuenit, is etiam illas inuenerit, quarũ nunc ſunt nomina? Aut quærere quidē & inuenire alio modo oportet, diſcere uero hoc ipſo? CRA. Omniũ maximę & quęrere, et inuenire, eodem hoc modo per hæc oportet. SOC. Age itaq; cogitemus Cratyle, ſi quis quærens res ſequatur nomina, cōſiderans quale unumquodq; ſit, non' ne cogitas quòd nō paruum periculũ ſit, ne decipiatur. CRA. Quo modo? SOC. Nimirũ qui nomina primus poſuit, is quales dicebat eſſe res, talia etiam imponebat nomina, quemadmodũ nos aſſerimus: Nunquid? CRA. Etiam. SOC. Si igitur ille nō rectè ducebat, imponebat autē talia nomina, quales res eſſe ducebat, quid nos ipſum ſequētes paſſuros eſſe putas aliud, quàm quòd decipiemur? CRA. At nō ita res ſe habet ô Socrates. Verũ neceſſariũ fuerit eum qui nomina poſuit, probe gnarum ea poſuiſſe: Sin minus, id quod dudum ego dicebam, neq; nomina fuerint. Maximũ autem tibi ſit ſignũ, quòd is qui impoſuit, à ueritate non aberrauit. Nō enim unquam adeò cōſona eſſent ipſi omnia, Aut nō cogitas teipſum dixiſſe, quòd omnia nomina iuxta ipſas res, & in idem tēdentia facta ſint? SOC. At iſte prætextus bone Cratyle nihil ualet. Si enim primum deceptus is qui illa impoſuit, iam alia ad hoc cogebat, & ipſi conſona eſſe impellebat, nihil abſoni fuerit, uelut in tabulis geometricis ſiue Muſicis pictis, aliquādo primo paruo & obſcuro falſo exiſtente, reliqua iam ualdè multa conſequentia inter ſe conſentire. Oportet itaq; de principio cuiuſq; rei, quemuis uirum multam rationem inire, & multam conſiderationē habere, an rectè poſitum ſit, aut ſecus. Illo uero ſufficienter expenſo, reliqua iam ad illud ſequi apparere. Mirari tamen me fateor, ſi etiam nomina ipſa ſibiipſis conſona ſunt. Rurſus enim conſiderabimus quæ prius pertractauimus. Nam uelut omnia eant, ferantur ac fluant, nomina eſſentiam nobis ſignificare aſſerimus. Num aliud quid eſt? aut ita ſignificare tibi uidentur? CRAT. Ita omnino, & rectè ſanè ſignificant. SOCRAT. Conſideremus itaque quibuſdam ex illis obiter repetitis. Primum quidem nomen hoc ἐπιστήμη, id eſt, ſcientiam quòmio

Silentium pro aſſenſu

Nomina numerorũ ex conſenſione

Nomina docent res

Qui nomina nouit, etiam res nouit

Similiũ una & eadem ars

Nominũ impoſitionē per omnia cōſonare

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo ambiguum est, & magis significare quid uidetur, quod animam nostram in rebus sistit, quàm quòd simul circũfertur: & rectius est ut principiũ ipsius, uelut nunc, dicamus ἐπιστήμη, quàm abiecto ε πιστήμη id est firmã ac fidam. Imò potius ι pro η inserto πιστήμη. Nam & στῦφ, sistere omnino significat. Deinde quòd nomen βεβαιότης, βεβαιώς πνθ-ηκὼς στάσεως, id est firmamenti cuiusdam ac stationis imitamentum est, & non lotionis. Postea nomen ἰσοφία, idipsum significat quod fluxum sistit. Deinde μνήμη id est Memoria, omnibus indicat, quòd est μονὴ id mora & perseuerãtia in anima, & non latio. Si uero uis ἁμαρτία id est peccatum, & συμφορὰ id est calamitas, si quis nomẽ inse quatur, idem significare uidebuntur quod σώσις & ἐπιστήμη, & quid significant alia omnia præclararum uirtutum nomina. Insuper item & ἀμαθία & ἀκολασία, his similia apparent. Nam progressio τὸ ἅμα θεῷ ἰόντ-, id est eius qui cum deo uadit, uox ἀμαθία esse uidetur. ἀκολασία uero omnino ακολαθία id est cõsequentia rerum esse apparet: atque ita quæ pessimarum rerum nomina esse putamus, similima apparuerint his quæ optimis imposita sunt. Sed & alia multa arbitror inuenerit quis, si curiosius inquirat, ex quibus putare possit rursus uice uersa, eum qui nomina imposuit, non res quæ progrediuntur ac feruntur, sed quæ permanent significare. CRA. At uero uides Socrates, quòd pleraq; illo modo significare uoluerit. SOC. Quid igitur num uelut suffragiorum calculos numerabimus ipsa nomina? & in hoc erit rectitudo, ut utra significatione plura apparuerint nomina, hęc tandem sint uera? CRA. Nequaquam par est. SOC. Nullo certè modo chare amice. Et hæc quidem hic sinamus, ea uero cõsideremus, an nobiscum & hac parte cõsentias, aut non. Age eos qui nomina ciuitatibus semper tum Græcis, tum Barbaricis ponunt, non ne paulò ante confitebamur Legislatores esse? & artem quæ hoc potest legislatoriam? CRA. Maximè. SOC. Dic itaq; Primi legislatores qui prima nomina imposuerunt, utrum cognitis rebus, aut ignotis sibi, ea imposuerunt? CRA. Ego quidem arbitror cognitis. SOC. Non profectò amice Cratyle ignotis. CRA. Non mihi uidetur. SOC. Redeamus itaq; rursus eò unde huc transgressi sumus. Nuper enim in superioribus, si meministi, dixisti necessarium esse, eum qui nomina imposuit, gnarum imposuisse his quibus imposuit. Vtrum igitur adhuc ita tibi uidetur? aut secus? CRA. Adhuc. SOC. Num & eum qui prima nomina imposuit, gnarum imposuisse dicis? CRA. Gnarum. SOC. Ex quibus igitur nominibus aut didicit, aut inuenit res, siquidem prima nomina nondum posita erant? Rursus autem asserimus fieri aliter non posse, ut quis res discat & inueniat, quàm si didicerit, aut ipse inuenerit, qualia nomina sint. CRA. Videris mihi aliquid dicere ô Socrates. SOC. Quo igitur modo dixerimus ipsos gnaros imposuisse, aut legislatores esse, priusquam quodcunq; tandem nomen positum esset, & & illi nossent, siquidem non aliter quàm ex nominibus res discere datur? CRA. Ego quidem uerissimum de his sermonem esse arbitror ô Socrates, maiorem uidelicet potentiam esse quàm humanam, quæ prima nomina rebus imposuit. Quare rectè ipsa se habere necesse est. SOC. Deinde putas quòd ipse sibijpsi cõtraria posuisset, siue dæmõ, siue deus ille erat? Aut nihil nunc dicere tibi uidemur? CRA. At uereor ne altera ex his nominibus nondum erant. SOC. Vtra optime uir? Num quæ ad stationem ducunt? aut quæ ad lationem? Non enim uelut paulò antea dictum est, multitudine iudicabuntur. CRA. Ita sanè iustum est ô Socrates. SOC. Quum igitur nomina inter se dissideant, & tam ab hac, quàm ab altera parte, ueritati similia se esse asserant, per quam rem amplius dijudicationem faciemus, aut ad quid progressi? Nõ enim ad alia nomina ab his diuersa confugiemus. Nulla enim existunt. Quare alia nimirum præter nomina, quærenda sunt, quæ nobis absq; nominibus conspicua sint, quæ uidelicet rerum ueritatem ostendant, utra horum sint uera. CRA. Ita mihi faciendum uidetur. SOC. Fieri ergo potest uelut apparet, ut absq; nominibus res discamus, si quidem hæc ita se habet. CRA. Apparet. SOC. Per quam igitur aliam rem adhuc expectas, ut has discamus? Num per aliam aliquam quàm illam quæ decens ac iustissima est, ut & uicissim illas inter se cognoscamus, siquidem cognatę sunt, & ipsas etiam per seipsas. Nam quod aliud ac diuersum ab illis est, aliud quid ac diuersum significat, & non illas. CRA. Vera mihi dicere uideris. SOC. Age itaq; per Iouem. Non ne sæpe confessi sumus, nomina rectè posita similia esse illis quibus imposita sunt nomina? & esse rerum imagines? CRA. Etiam. SOC. Si igitur

Nomina res permanentes, non progredientes significant

Calculorum suffragia improbata

Gnarus rerũ, ipsis nomina imposuit

Nominũ positor maior homine

Res absq; nominibus cognosci

Res uicissim inter se cognoscuntur, itemq; per se

tur per nomina quàm maximè res cognoscere datur, datur item per seipsas, uter erit melior & clarior discendi modus? ex imagine ne discere, & ipsam per se imaginem, an prius be assimilata sit, & ueritatẽ, cuius hæc est imago? aut ex ueritate, & ipsam per se ueritatem, & ipsius imaginem, an decenter expressa sit. CRAT. Ex ueritate discere, necessariũ mihi esse uidetur. SOC. Quo itaq; modo discere oportet, aut etiam inuenire res, maioris fortassis cognitionis est, quàm & in me, & te sit. Præclarè uero nobiscũ actum putemus quòd hoc confitemur, quòd non ex nominibus, sed multò magis ipsę ex seipsis, quàm ex nominibus, res discendæ sint ac quærendæ. CRAT. Apparet. SOC. Adhuc itaq; & hoc consideremus, ut ne multa hæc nomina in idem tendentia nos decipiant, & reuera quidem hi qui ipsa posuerunt, cum ea cogitatione posuerint, uelut rebus omnibus semper progredientibus ac fluentibus. Ita enim & ipsi mihi cogitasse uidentur. Hoc autem si ita contigit, non hoc modo se habet. Verum & hi ipsi uelut in uertiginem quandam delapsi conturbanť, & nos attractos insuper iniiciunt. Considera enim admirande Cratyle, id quod mihi sæpe in somnis obuenire solet, utrum asseramus quid esse ipsum pulchrum & bonum, & unũquodq; quod est, hoc modo? aut non? CRAT. Mihi sanè uidetur esse ô Socrates. SOC. Illud igitur ipsum consideremus, non an facies aliqua sit pulchra, aut eiusmodi aliquid, & hæc omnia fluere uideantur. Sed ipsum an asseramus pulchrum, non tale semper est, quale est? CRAT. Necesse est. SOCRAT. Nunquid igitur fieri potest, ut ipsum appellemus rectè, si semper subterfugit, primum quidem quòd illud est, deinde quòd tale? Aut necesse est, simul ut nos dicimus, statim ipsum aliud fieri & subterfugere, & non amplius ita se habere? CRATY. Necesse est. SOCRAT. Quomodo igitur illud quid fuerit, quod nunquam eodem modo se habet? Si enim quandoque eodem modo se habet, in illo sanè tempore, quando eodem modo se habet, manifestum est quod nihil transmutatur. Si uero semper eodem modo se habet, & idem est, quomodo hoc transmutari aut moueri poterit, quod à sua specie non decidit? CRAT. Nequaquam. SOC. Atqui neq; ab ullo cognosci poterit. Simul enim ut cognitus accessit, aliud ac diuersum factum fuerit. Quare cognosci nõ poterit amplius, quale quid sit, aut quomodo se habeat. Nulla autem profectò cognitio cognoscit id, quod nullo modo se habere cognoscit. CRAT. Est ita ut dicis. SOC. Sed neq; cognitionem dicere par est, si omnes res transmutantur, & nihil manet. Si enim hoc ipsum, cognitio ipsa, ab eo ut cognitio sit nõ transmutatur, manserit utiq; semper cognitio, & fuerit cognitio. Si uero & ipsa cognitionis species transmutabitur, & nõ fuerit cognitio. Si uero semper transmutatur, non fuerit semper cognitio. Atq; ex hac ratione, neq; quod cognoscet, neq; quod cognoscetur fuerit. Si uero est semper id quod cognoscit, est autẽ & id quod cognoscitur, est pulchrum, est bonum, est unumquodq; quod est: non uidẽtur mihi hæc, quæ nunc nos dicimus, neq; fluxui, neq; lationi, ulla ex parte similia esse. Hęc igitur an ita se habeant, aut illo modo, uelut Heraclitus & alij multi asserunt, non facile est dijudicare. Neq; mente ualdè præditi hominis est, seipsum & animam suam nominibus cõcredere curandum, ita ut illis fidem habeat, & his qui ipsa posuerunt, atq; ita affirmet quòd aliquid sciat, & se, & res ipsas condemnet, uelut nihil sani ulla ipsarum habeat, sed omnes uelut fictilia fluant: & deniq;, quemadmodum homines ex defluxione capitis laborantes, sic etiam ipse res ipsas affici putet, ut à fluxu & destillatione omnia teneantur. Fortassis igitur ô Cratyle, hoc modo res se habet, fortassis autem nõ ita. Quare strenuè & probe rem expendere oportet, & non facile assentiri ac complecti: Nam adhuc iuuenis es, & ætatem præ te habes: & ubi expenderis, & inueneris, impertiri etiam mihi. CRAT. At faciam hæc. Probe tamen nosse debes ô Socrates, quòd neq; nunc illa considerare intermitto. Verum consideranti mihi & solicitè inquirenti, multò magis illo modo res se habere uidetur, quàm uelut Heraclitus dicit. SOC. Rursus itaq; me chare amice docebis, postquam redieris. Nunc uero uelut accinctus es, ad agrum proficiscere. Deducet autem te etiam hic Hermogenes. CRAT. Ita fiet Socrates. Sed & tu non amplius adhuc de his meditari conare.

Pulchrũ & bonũ an quid sit

Cognitionis rẽ quæ sit ratio

Fluxũ & lationem, in rebus non esse

Nominum iudicandorum difficultas

Non facile assentiendum

Plato

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPITOME MARSILII FICINI FLORENTINI IN THEAETETVM

Platonis, uel de Scientia ad Petrum Medicem patriæ patrem.

DIALOGVS de scientia Petre Medices insurgit altius, & dignas miro ingenij tui acumine quæstiones mouet, quarũ capita, solutionesq; in hoc compendio summatim animaduertes. Vbi quid scientia non sit, quid sit, & unde, & quomodo, disputatum reperies. Socrates quidem quid scientia sit, interrogat. Theætetus autem respondet scientiam esse geometriã, arithmeticam, cæteraſq; huius generis disciplinas, & artes singulas. Hanc Socrates respõsionem tanquam interrogationi minus cõgruam reſpuit. Quia cum interrogaretur quid scientia ſit, non quid, ſed quot ſcientiæ ſunt, enumerat, & cuius ſcietiæ ſunt, exponit. Qui enim arithmeticam dicit, non ſcientiã ipſam, ſed numerandi ſcientiam: & qui geometriam, metiendi ſcientiã dicit: Deinde ridicula reſponſio eſt, cũ per ignota reddatur. Nemo enim poteſt quid hæc ſcientia numerorũ uel figurarum ſit, noſſe, niſi quid eſt ſcientia nouerit. Præterea ſuperflua reſponſio eſt. Nam cum poſſet paucis complecti ipſius ſcientiæ rationem, dinumerãdis ſingulis infinitũ iter ingreditur. Affert poſthæc Protagoræ definitionẽ, ſcientiam ſenſum eſſe dicentis. Hominem quippe Protagoras rerum omnium menſuram eſſe cenſet, exiſtentium quidẽ ut ſunt, non exiſtentium autem, ut non ſunt, & quælibet cuiq; talia eſſe, qualia cuiq; uidentur. Quales enim res quæq; ſunt, tales ſentiri. Quales ſentiũtur, tales phãtaſiæ, id eſt ſenſui interiori uideri. Quo effici uult, ut ſenſus ſcientia ſit. In hoc ſanè Thales Mileſius, Homerus, Epicharmus, Empedocles, Heraclitus, Protagoras conſenſerunt. Nam cum inquit Thales aquam omnium eſſe principium, & Homerus patrem omnium Oceanum, matrem Tethydem eſſe, omnia oſtendunt in fluxu uerſari, Hos reliqui quos memoramus imitati, nihil eſſe unquam, ſed fieri ſemper unũquodq; dixerũt. Vnde nihil in ſe abſolute tale potius eſſe quàm tale, ſed per motũ, mixtionem, relationẽq; unius ad aliud, huic quidem tale, illi tale, & fieri, & uideri. Quod omnia in motu ſint, ex eo conſtare putant, quod à motu omnia fiant: quod autem à motu omnia, ex eo conijciunt, quod à quo quidq; fit, per illud & conſeruatur. Sed tam illa quæ ad animam, quàm quæ ad corpus pertinent motu & exercitatione ſeruãtur, ocio torporeq; pereunt. A motu igitur omnia. Præterea quandiu cœlorum ſphæræ mouentur, miſcentur quatuor elementa. Quatenus iſta miſcentur, interius inferiora gignuntur: quæ poſtquã genita ſunt, exercitatione ſeruantur. hæc igitur omnia motus efficit. Addunt quod ex calore generatio, calor ex motu ſolis uel colliſione corporum prouenit. Quod autẽ nihil ſecundum ſeipſum unum aliquid ſit, ſic exemplo inducunt: albedo, & quiſq; calor, nec oculorum aſpectus eſt, neq; corporum motus, ſed ex aſpectu motuq; mediũ quiddam reſultat, id eſt talis circa oculos paſſio. Et ex diuerſa aſpicientis diſpoſitione uarioq; intuendi modo, colores uarij, & alias alij, & uidentur, & fiunt. Præterea radiorum motus uarius corpora pulſans, oculoſq; feriens, diuerſas & omniformes imagines offert. Quinetiam ſæpe diuerſis hominibus animalibuſq; circa idem diuerſus color apparet & eſt: ſæpe quoq; eidem, & circa idem, quàm quàm non eodem, ſed alio tempore, ob naturæ ipſius mutationẽ. Opinatur igitur quicquid eſt, eſſe motum. Motus autem ſpecies duas, unam in agendo, in patiendo alteram. horum motuum commixtione, omnia ut ipſi aiunt, conficiuntur. Eueritus ſpecie gemini, numero infiniti ſunt, ſenſibile uidelicet, atq; ſenſus, qui cum ſenſibili fit ſemper atq; congreditur. Quotiens enim ſentiendi uis aliqua, & aliquid illi conſonum una cohærent, eorum concurſu duo quædam proueniunt: circa id quod obiectum eſt, ſpecies ſentienda, color, ſapor, odor, cæteraq; huiuſmodi: circa uim animæ, ſenſus. Quibus diſiũctis, iſta non fiunt. quo fit, ut ex ijs quæ quinq; ſenſibus offeruntur, nihil tale ſuapte natura uel tale ſit. ſed cum ſenſu congrediens aliàs aliud fiat. Nihil enim agens uel patiens ſecundũ ſeipſum eſt, ſed in alterno cõgreſſu utrũq;. Quare nihil ſeipſo unum aliquid eſt. ſed ad aliud & alicui, ſemper fit, nec eſt unquã, uerum fit, fluitq; ſemper. Hæc autem ex eo redarguit Socrates, quod ebrij, & hi qui Phreneſim patiuntur, & inſani & dormientes cum ſomniant, necnõ qui ſenſus alio quodam morbo corruptos habent, uera ſentire ſe, & cogitare affirmant, cum omnia tamen illorũ uiſa falſa eſſe dicamus. Quo efficitur, ut non omnia quæ uidentur, uera ſint. In eandem dubitationẽ cadunt, quæcunq; uigilantes ſobrijq; ſentire dicimur. Nam æquum ferme tempus ſomno, & uigiliæ uicißim damus. Idcirco dubium eſt, utrum hæc an illa potius ſomnia falſaq; ſint. Qui uero apparentia omnia uera eſſe opinanti uolunt, ſic utiq; reſponderent, quod uariæ agẽtium patientiumque affectiones diuerſa producunt: & obiecta quæ ſentiuntur, agunt ſecundum patientis ſenſus affectionem. Hæc in uigilante, & dormiente, ægrotante, & benevalente alia eſt. Quapropter & alia iudicia fiunt, omnia tamen uera: quia omnia cuiq; talia ſunt, qualia iudicantur. Meminiſſe enim oportet quod ſupra dictum, nil ſui natura abſolute unum aliquid eſſe, ſed ad alterũ, & alteri, & alterius eſſe, quicquid aliquid eſt. immo fieri quicquid fit aliquid, eſſe uero nihil. Hæc itaq; ſibi inuicem conſonant: ſecundum Homerum & Heraclitum, omnia fluere: ſecundum Protagoram rerum omnium menſuram eſſe hominem: ſecundum Theætetum, ſcientiam eſſe ſenſum. Aduerſus eos ita Socrates argumentatur. Si ſenſus ſcientia eſt, bruta quæ magis quàm homo ſenſibus ualent, ſcientia præſtabunt. Item ſi uere ſunt quæcunq; uidentur, cuiuslibet hominis cogitationes æque rectæ ſunt, nec ullus alio ſapientior, nec homine deus. Accedit ad hæc quod inanis eſſet docendi, diſputandi, redarguendi facultas, cũ nihil diſcere oporteat eos, qui uere de ſingulis iudicant, neq; inquirenda ſint quæ quiſq; poſſidet, neq; redarguendum aliquid ſit: quandoquidem cogitationes quælibet ueræ ſunt. Præterea ſi idem eſt ſentire ac ſcire, ut uidere atq; audire, cum primum literas inſpiciunt pueri nõdum eruditi, uident eas, ſciunt igitur: aut ſi nea ſcire dicantur, dicantur etiam non uidere. Et cum primum barbaros ſua pronunciantes audimus, nondum illius linguæ periti, ſicut audire ſic & ſcire quæ proferunt affirmabimus. quod ſi quis intelligere neget, neget ſimiliter & audire. Respondebit ad ultimum hoc Protagoræ. quod uidemus audimuſue, ſcire: quod ignoramus, nec ſentire quidem. Vt in literis figuram, ſitus partium, & colorem pueri uident, & uidentes ſciunt. Voces barbaras audientes, mox acutum, & grauem ut audiunt ita ſciunt: literarum uero uocumq; ſignificata cum non ſentiant, prorſus ignorant. Contra illum ſic infertur

Definitio per enumerationes uitioſa

Scientia an ſenſus

Socratis cõfutatio prædictorũ

Reſponſio Protagoræ ad Socratem

Altera Socratis confutatio

Protagoræ altera reſponſio

fertur. Ex hoc ô Protagoras ſequitur, ut cum ſignificata ſciunt, alio quodam quàm ſenſu ſciant. Scientia itaq; aliud quidam eſt quàm ſenſus. Item ſi uidere ſcire eſt, non uidere neſcire erit. Quod autẽ quis uidit didicitq; & meminit, ſcit. Sæpe uero id nõ uidet, ergo & neſcit, quapropter idem ſimul & ſcit & neſcit. Præterea ſi uno oculo aliquid uideas, alio clauſo nihil cernas, illud uides pariter & nõ uides. Quare litigioſus quiſpiã dixerit: Si uidere ſcire eſt, & nõ uidere neſcire: idem ſcis ſimul & neſcis. Adde quod cũ quid eminus & confuſe proſpicis, uides quidem, neſcis tamen, cum dubites. Nõn igitur ſentiendo quis patitur, memoriter tenere incipit, deinde etiam nõ patiendo meminit, cum iterum idem ſentit patiturq;, reminiſcitur. in primo quidem ſcit actu nõ habitu, in ſecundo, habitu nõ actu, in tertio, & actu ſimul & habitu: quare interdum & ſcit & neſcit. Neq; tamen hæc cõtraria. Nam non eodem modo quo ſcit ignorat. Ergo cũ non uidet, meminit tamen, ſcit habitu, actu neſcit. Hæc uero cõtraria non ſunt. Et cum à Socrate dicitur alius alio ſapientior, reſpondet Protagoras non ex eo ſapientes quoſdã, inſipientes alios eſſe uocandos, quòd alij uera, alij falſa opinẽtur, Nam opinari unumquenq; illa quæ quiſq; patitur, pati ea à quibus mouetur, moueri ab his quæ agunt, agere illa quæ ſunt, quæ ſunt uera eſſe. Ex quo omnes opinari uera cõcludit, nõ tamen omnes bona atq; decora. Sapientes aſſerit eos, qui bene affecti quæcunq; offerũtur ut bona ſuſcipiunt, bonaq; ſibi putant, & ut putant, ſunt. Inſipientes illos, qui male affecti, mala iudicant, & mala ſibi ſunt quæ iudicant. Contra id quod dicitur, omnes uera opinari. ſic Socrates. Accidit in omni uita & ſingulis facultatibus, ut exiſtimemus in quibuſdã noſmetipſos uere iudicare, in nõnullis alios. quiſq; enim facultatem aliquam profitetur, alteri in aliena arte concedit. Aut exiſtimatio hæc uera, aut falſa eſt. Vtrinq; ſequitur, non omnes homines uere putare. Nam ſi uera exiſtimatio illa, uerum erit quod quidã in multis uere iudicat in quibus nos falſo opinamur, Non omnes igitur uera opinantur. Sin falſa, ergo in hoc ſaltem ſæpe decipimur, quare non omnis opinio uera. Quinetiam ſæpe contingit, ut quæ unus ut uera cogitat, ab omniũ aliorum opinione abhorreant. illa igitur illi uera, falſa alijs uidebũtur. Erũt igitur falſa, tamen plus quàm uera, quo plures ſunt quibus falſa quàm quibus uera putantur. Non ergo menſura rerũ ille, ſed alij. Quare nõ omnes menſura rerum omniũ ſunt. Item Protagoræ ſententia, quod omnis opinio uera ſit, Paradoxon eſt, & præter omniũ fermè ſententiam, ex quo omne penè genus hominum falſam eius opinionẽ cenſet: quod ſi uera eſt omnis opinio, uerũ & hoc uniuerſale iudiciũ. ergo ut falſa putatur, ita & eſt Protagoræ ipſius poſitio, qua dicitur omnẽ opinionem eſſe ueram. Nam ſeipſam, ita dicendo, falſam eſſe concedit. Et ſi dixerit falſo putare illos qui ab eius dictis abhorrent, hinc quoq; idem ſequitur, non omnẽ ſcilicet opinionẽ eſſe ueram. Præterea qui ignorat, menſura eius quod ignorat eſſe nequit. Quã dubitat, ignorat: omnes homines dubitant, multa ergo ignorant. Non omnes itaq; omnium menſuræ ſunt. Cumq; dicit, qualia cuiq; ſingula uidentur, talia ſunt, aberrat. Quæ nãq; medicinæ artis ignaris ſalubria corpori noxiá ue uidentur, nõ ſemper talia ſunt, ſæpe illos opinio fallit: & quæ utilia uel noxia in reipublicæ adminiſtratione eiues deliberãdo decernunt, non ſemper reip. talia ſunt. Obſunt enim multa, quæ profutura ſperabant: & quæ nocitura, proſunt. Quod ſi ipſum ſalubre, & utile non ſola opinione hominũq; conſuetudine cõſtant, ſed aliquam ſuapte natura ſubſtantiam habẽt, multo magis honeſtum ipſum atq; bonum, quippe utilium principiũ eſt, & finis. Quapropter nec in his quæ ad corporis curam, nec in illis quæ ad animam & reipub. gubernationẽ ſpectant, qualia cuiq; ſingula uidentur, talia ſunt. Etenim ſi quæcũq; uidentur, talia eſſent, quotiens quis futura prædiceret, uere nimirũ præſagiret. quod quidem falſum eſt: Raro enim futura talia ueniunt, qualia cogitantur. Etſi quis de futuris iudicat, nõ quiuis id agit, ſed artifex de his quæ ad eius artem ſpectãt. Vt futuram febrem medicus potius quàm muſicus. futuram conſonantiã muſicus melius quàm medicus prævidet. His deniq; confutatis occaſionem ſumens Socrates à libertate uel ſeruitute loquendi, de libertate philoſophantiũ, & ſeruitute ciuilium ac rhetorũ diſputat, qualis ſit utrorũq; uita: quod philoſophi finis eſt, ab humanis malis ad ſuperna bona conſcendere: de præmijs eorum qui cœleſtia petunt, pœnis eorum qui terrenis inhiant. Quæ digreſſione peracta ad propoſitam quæſtionẽ reuertitur. Eius fundamentum erat Heraclitti ſententia quod omnia moueantur. Cuius cõtrarium Parmenides, & Meliſſus, & Eleates Zeno ſenſerũt. Omne enim unum & immobile poſuere, Quorũ dogma Plato in libro De uno rerũ omnium principio, quem traduximus, exponit & approbat. Cõtra uero Heraclitum & Protagoram à motus diuiſione diſſerere incipit. Motus duo ſunt genera. Vnus ſecundũ locum motus, ſecundũ rei naturam alter. Latio illa. alteratio hæc dicitur. Lationis ſpecies duæ, tranſitus, circulatio. Quia uel de loco ad locum fit tranſitus, uel circa locum unum eũdemq; circuitus. Motus uero in ipſa rei motæ natura, aut ſecundum ſubſtantiã, aut circa quantitatem uel qualitatem efficitur. Si ſecũdum ſubſtantiam ad ipſum eſſe quid mouetur, generatio: ſi ad non eſſe, corruptio. Secundum quantitatẽ ad maius, incrementum: ad minus decremẽtum dicitur. Motus qui de qualitate in qualitatem, affectio nominatur. Sortiuntur deinde uaria ex uarijs qualitatibus nomina. Nam qui ad calorem calefactio: ad frigus, frigefactio, ad colorem, coloratio, ſimiliterq; de cæteris. Diſtinctione præmiſſa quærit Socrates, ſi mouentur omnia, utrum duobus illis motus generibus ſingula, aut uno quodam multa, duobus alia moueantur. Si uno quodam multa, ſequitur non magis illa moueri quàm ſtare. Nam ſi modo quodam mouentur, quodãmodo & quieſcunt. Opinio uero illorum non id uult, ſed omnia omnino ſine ullo ſtatu moueri. quo fit ut omnibus motibus agitentur. Ergo dum res è loco ad locum feruntur, ex affectione interim in affectionem iugiter tranſeunt, ut ex calore in frigus, albedine in nigredinem, uel contrà. Quæritur uerum ſub una quadam harum forma aliquantulum maneant nec ne, Si manent, ſequitur ut non omnis ſtatus ſit expulſus. Si non permanent, dum quid calidum aut album pronunciatur, deſinit calidum eſſe uel album. Immo prius quàm pronũciatio incepta deſinat, deſinit eſſe forma. Vndè nihil unquã uere pronũciatur aut percipitur: nec magis calidum illud quàm non calidum, album quàm nõ album eſt prædicandum, cum in nullo conſiſtat, & ſit & non ſit pariter dum profertur. Quam ob cauſam rerum formæ nobis ignotæ ſunt. Idem de ſenſu dicendũ. Nam nec uiſus in uiſione, nec in audiendo auditus momentum permanet. Quocirca nõ magis uidere aut audire, quàm non uidere, & non audire cõtingit, etiam

Contra Protagoram

Reſponſio Protagoræ

Plato approbat Parmenidẽ dicẽtem, omnia eſſe unũ & immobile.

Diſtinctio motionum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum uidere & audire nos profitemur. Ex quo sequitur, ut sublatis sensibus sublata sit & sensuũ ueritas: qua sublata, nullo modo dicendũ sensuum scientiã esse. Addit & aliam rationẽ, ad cuius intelligentiam aduertendũ est, quod Plato nullam corpori cognitionẽ tribuit, quemadmodũ nullam uitã. Quod uiuit, id sentit: uiuit anima, & anima sentit. In corpore autem nec uita nec sensus, sed uitæ sensuũq; opera declarantur. Ideo quos sensus quinq; alij uocant, ipse organa quinq; sensus appellari uult, nihilq; his instrumentis sentire, sed per hos quasi meatus ab una quadã animæ ui sentiri singula putat, quẽ sensum cõmunem uocat, in quẽ undiq; è singulis corporis organis, ut ad centrũ circuli è circumferẽtia lineæ uariæ, passiones influunt. colores quidẽ per oculos, per aures soni, per nares odores, saporesq; per linguã, deniq; per totum corpus calor, frigus, humidum, siccum, graue, leue, molle, durum, læue, asperũ, rarum, densum, acutum similiter, & obtusum. Quod anima ista non multis, sed una ui sentiat, patet: quia sentiendo colorẽ, dicimus non esse uocem: & saporem sentiendo, non esse odorem pronunciamus. Non potest aliud ab alio distinguere, qui non utrũq; cognoscit. Nullum organum eadem quæ & aliud organũ porrigit: & si eadem, non eodem modo. Idcirco eorũ quæ sentiuntur distinctio, non in organis est, sed in una quadam ui animæ percipiente singula, & singula simul à singulis distinguente. Quæ cum ipsa hæc omnia sola possit, quod nec etiam Peripatetici negant, quid multis sensibus opus est? Hic sensus quem cõmunem uocant, omnibus animalibus statim natis ineſt. Præter quem est & alia uis, quam phantasiam, opinionem cogitationẽq; nominat. Cuius officiũ est, de his quæ communis sensus per organa quinq; sensit, iudicare non quale solum, sed quid sunt, quod eorũ unumquodq; idem est secum, ab alio aliud, unũ seorsum. iuncta uero simul duo uel tria, similia item & dissimilia, bona, uel mala, pulchra, turpia, utilia, noxia, & ab uno in aliud ratiocinando percurrere, aliud applicare cum alio, et præterita & futura cum præsentibus cõparare. Itaq; hac ui essentiam, unitatem, numerum, idem, alterum, similitudinem, dissimilitudinem, pulchrum, turpe, bonum, malum, utile, inutile iudicamus. Quod equidem iudicium cum nõ statim natis adsit sed longo post tempore, nec omnibus animalibus, sed quibusdam, patet quod alia quadam ui præter cõmunem sensum hæc percipimus. Hanc phantasiam perfectam & opinionem nuncupat. Quæ tamen ipsa non sufficit. Nam hæc omnia proprio quodam, & particulari modo, certo sub tempore locoq;, & conditione iudicat. Scimus autem nos de ipsdem in genere, & uniuersali modo etiam iudicare, nõ quid nunc homo hic, uel ubi hoc utile, uerum quid ipsa semper humanitas, quid passim utilitas ipsa sit. Ideoq; alia ui opus est, quæ uniuersales rationes rerũ generatim percipiens de una discurrat in aliam, discurrendoq; argumentetur. Quod quidem in nobis fieri dum syllogismos nectimus, nemo dubitat. Hanc rationem uel cogitationem dicimus uniuersalem: cum opinionem ipsam, particularem rationem cogitationemq; nũcupemus. Ad hanc deniq; mens accedit, quæ omnes rationes rerum non discursu, sed simplici stabiliq; intuitu percipit. nam supra motum ac tempus, status & æternitas esse debet. Motus quidem & tempus in ratione: in mente status est, & æternitas. Non enim aliud post aliud discit, sed simul omnia tenet. Supra mentem ipsa animæ unitas est summi boni character, qua non rerum rationibus ideisq;, sed primo rerum omnium principio, quod ipsum unũ est, iungitur. Cum omnes animæ uires quæ in cognitione uersantur enumeratæ sint, & scientia in cognitione consistat, in qua potissimum ui scientia sit, uidendum. Sensuũ quidem nõ conuenit, ut multis iam ratiõibus cõstitit, & hac præcipue, quia sensus ille cõmunes essentias rerum non iudicat, sed passiones quasdam corporum solummodo percipit. Quisquis ignorat essentiam, ignorat & ueritatem. Qui ueritatis est expers à scientia nimiũ alienus. Non ergo in sensu scientia, ubi anima non per se sed corpus percipit, atque ideo sæpe decipitur. Sed in phantasia forsitan, & opinione cõsistit, ubi essentias iam percipimus, & anima per seipsa sine corporis ministerio iudicat. Atq; hæc sententia secũdo loco Theæteto placet, quod scientia sit opinio, non quælibet tamen, sed opinio uera: falsa autem opinio, ignorãtia. Cum uero Theætetus opinionẽ in duo distinxisset, ueram, & falsam, quæsiuit ilico Socrates quomodo falsa opinio esse possit. Vniũq; supponit, quod quisquis opinatur, aut ea quæ nouit, aut quæ non nouit opinatur. Vnde in hunc modum ratiocinatur. Qui opinatur falsa, nunquã ex eo falsa opinatur, quod putet alia quæ nouit: alia quædam esse quæ etiã nouit. Nam qui utraq; noscit, aliud pro alio nunquã accipit. Neq; quæ nõnouit, alia quædã quæ non nouit. Nihil enim de illis quis iudicat, quæ nunquã in cogitationẽ uenerunt. Neq; quod nouit, id quod nunquã nouit: aut cõtra quod nõ nouit, id quod nouit esse. Quis enim pro ignoto notũ, uel pro noto ignotũ accipiat? His igitur modis opinari falsa nullus posse uidetur. Fortè uero alio quodam pacto falsa homines opinantur, cũ ea quæ non sunt, opinantur. Ex quo falsa opinio erit ea quæ non sunt opinari. Sed neq; id fieri potest. Quisquis enim uidet, unum aliquid uidet: qui unum aliquid uidet, existens quoddam uidet: qui uero nõ existẽs uidet, nec unũ aliquid. Qui nõ unum aliquid, nihil: qui nihil uidet, nec uidet quidẽ. Ergo aut nõ uidet, aut quod est uidet. Similiter de auditu ac cæteris sensibus affirmare possumus. Quamobrẽ cum opinio sensum sequatur, quicũq; opinatur, unum aliquid opinatur: qui unum aliquid opinatur, existens aliquid opinatur. ergo quod est opinatur. qui uero non existens, etiam nec unum aliquid. Si non unum aliquid, nihil igitur. Si nihil opinatur, nec opinatur quidem. Itaq; aut non opinatur omnino, aut quod est opinatur. Quæ propter neq; hoc modo falsa aliquis opinabitur, quod quæ non sunt opinetur. Accedit modus alius quo commutatio fit, ita ut aliud pro alio accipiamus: ut pro pulchro turpe, & pro utili inutile. quod quidem Socrates ita refellit. Opinari, secum ipso loqui est, dum nobiscummet interrogamus, respondemus, affirmamus atq; negamus. Nec est locutio hæc intrinseca extrinseco sermone deterior. In extrinseco uero sermone nullus unquã dicit quod turpe est, esse pulchrum: & quod homo, bouem esse: quod par, impar. aut huiusmodi aliquid. Quare multo minus cogitando asseret, horũ unum aliud esse. Nam aut noscit utraq;, aut alterum solum. Si utraq;, nunquam utiq; commutaret, si alterum, neq; sic etiam. quod enim cognoscit, nunquã pro illo quod nondũ in cogitationẽ uenit acciperet. quo fit ut nondũ inuentum esse uideatur, quomodo falsa opinio nobis insit. Vtitur hic Plato, & in Philebo, Sophista, atq; Menone, sex nominibus ad eandẽ uim animæ pertinentibus, ad sex illius officia significanda. Nam cum post sensum cõmunem anima eadem quæ & communis sensus apprehendit, opinante potentia percipit, prima ipsa perceptio, imaginatio dicitur. Vt apprehensa conseruat memoria. Vt iterum

Phantasia, opinio, cogitatio eadem uis est ultra sensum cõmunẽ apud Platonem

rum quæ seruauit, in scipsa resumit reminiscentia. Et cum resumendo de alio in aliud quasi quadam ratiocinatione discurrit, cogitatio. Post quam uero discursu peracto affirmatur aliquid uel negatur, opinio. At uero cũ opinione percepta per sensum atq; memoriam anima cogitatione refingens ita in hæc respicit uelut in illa à quibus ista manarũt & quæ imagines sunt res ueras esse putat, picturam quandam, & phantasiam Plato nominat. Et cum æream inducit effigiem, cerebri naturã nequaquam intelligit. Non enim dixit in corpore, sed in animo æream effigiem esse. Cum uero in incorporeo nihil sit corporale, per translationem quãdam operumq; similitudinem potius, quàm ita ut uerba sonant, hæc intelligenda sunt. Neq; in corpore figi uulti rerũ imagines, neq; in animo ab externis obiectis effingi, sed uel ex natura sua habere illas animum, uel occasione ab extremis motibus corporisq; passionibus sumpta in seipsum sua ui formas rationesq; concipere. Qui de his dubitat, Plotini summi interpretis cõmentaria legat. His expositis ad opinionis falsæ modos redeũdum est. Inducit plurimos Socrates, & multos respuit, & ut sophistarum fastum reprimat, sæpe quæ concessa ab illis sunt, iterum atq; iterum cõsutat. Tandẽ ex Platonis mente colligendũ est, quod quando sensibile quoddã primo nobis occurrit, eiusq; occursu sensus in nobis efficitur, & à sensu memoria, ac deinde rursus idem nobis obijcitur, memoriam præcedentẽ cum sequente sensu componimus, & in his iam dicimus Socrates, equus, ignis, cæteraq; huiusmodi. Atq; hæc opinio quædam nuncupatur. cõponentibus nobis præcedentem memoriam cum recente sensu. Et quotiens hæc quæ colligantur, inuicem consonant, opinio uera existit: si dissonant, opinio falsa. Nam siquis dum Socratis speciem in memoria seruat, Platonem ipsum offendat, putetq; se ob quandam similitudinem Socrati rursus occurrere, postmodũ Platonis sensum uelut à Socrate hauriens, memoriæ Socratis ipsum accommodet, opinio falsa resultat. Atq; hoc pacto opinio falsa fit ex collatione sensus ad cogitationem. Fit & alio modo, collatione cõmutationeq; cogitationis unius ad alterius cuiusdam cogitationẽ. potest enim quis numerorũ quorundam species, quæ in memoria latent, etiam absq; præsente sensu, cogitando inuicem permutare, ita ut XII. pro XI. & contra XI. pro XII. capiat. Verum dubitatio quædam suboritur. Nam quicunq; species seruat, scit ea quorum species habet. hos ergo scit numeros. Sin cõmutat, ignorat. Quare simul eadem & scit, & ignorat. Respondendum, non esse absurdũ ut is qui uno modo scit, ignoret alio. Nam is habitu quidem scit, actu ignorat. Quoniã circa his nihil impedientibus, duæ falsæ opinionis species inuentæ sunt, & paulo ante expositæ. Oritur & alia dubitatio. Quasi quis dum scientias duorum quorũdam habet, cõmutando falso opinetur, & alterũ pro altero capiat, uidetur rem ipsam cuius habet scientiam, ignorare: & quod deterius est, scientia ipsa, non ignorantia ignorare, cum ipsa scientia commutationis causa sit, ignorantiæ commutatio. Quod si ita est, cum scientia ignorare nos faciat, nihil prohibet quin ignorantia scire efficiat. Respondet ad hæc Theætetus ponendam in animo inscitiæ sicut & scientiæ speciem, & qui alterum pro altera capit, falli, atq; ita per ignorãtiam potius quàm per scientiam ignorari. Responsio hæc minime sufficit, quin eodem modo quo & supra, quæretur, si cõmutat eas inuicem species, utrũ cognoscat utranq;, aut ignoret, aut alterã norit, alteram ignorauerit. Vnde superior cõtrouersia omnis redibit. Item si ponenda species qua scientia noscitur, & qua inscitia, iterum species aliæ quibus hæ noscuntur, ponendæ sunt, & aliæ rursus quibus illæ. atq; ita in infinitum progrediamur. Quocirca nõ ita, sed aliter respõdendum. Nam dicendum erat, ut Socrates supra tetigerat, quod non rerum notiones permutationis causæ sunt, sed confusio notionũ, negligentia diuturna, externa similitudo haud exacte discussa. Non ergo scientia, immo cõfusione, negligentia, deceptioneq; ignorare uidemur. quanquam hæc haud absolute iudicari prius possint, quàm quid est scientia, fuerit declaratũ. Nam per lucem tenebras, per sonum silentium, per bonum malum, per uerum falsum dignoscimus. Ante igitur quid scientia est, definiendum uidetur, quàm falsa opinio declaranda, si perfecte illam comprehendere cupimus. Hinc Theætetus, scientiam esse ueram opinionẽ asserit. Quod quidem ex eo confutat Socrates, quod oratoria facultas persuadet, non docet: qui persuadet, opinionem inducit, & opinionem ueram, cum uera refert, neq; tamen scientiam. Nam de his quæ in motu sunt semper, & aliàs se aliter habent, certa nunquã scientia est. Talia uero sunt humana negocia, de quibus oratores agunt, præsertim cum sæpe ad ea credenda auditores inducant, de quibus ipsi dubitant, & quibus nunquam interfuerunt. Addit post hæc Theætetus Leucippi, & Cyrenæi Theodori definitionem. Scientia est opinio uera cũ ratione. & ideirco quæ rationẽ habent, sciri possunt: quæ ratione carent, minime. Et Prodicus Chius Leucippis imitatus, elementa rerum, quia simplicia sunt, propterea; sine ratione, ignota esse asseruit: cõposita uero cũ rationem habere possint, nota. Rationem quidem definitionẽ, & orationem quandam declarantẽ rei substantiam proprietatẽq; intelligũt. Quæ quia plura includit, subiectũ & prædicatum, interdum etiam copulam, id est uerbum, & nomina, cõpositum quoddam significat. Elemẽtum uero simplex, ideoq; rationis expers, & ignotũ relinquitur. Duo quæ dicta sunt, Socrates confutat. prius quidem posterius hoc, quo dicitur, Elementa, quia simplicia, ignota: quæ ex his effecta sunt, quia composita, nota. Deinde prius illud, quod scientia sit cum ratione opinio uera. Et exempli causa pro elementis literas accipit, pro composito syllabam. Verum quæ de his tradit, de rebus omnibus intelligi uult. Prima contra illos ratio est. Quia quemadmodum cõposita ab elementis depẽdent, ita cõpositorum cognitio ab elementorũ cognitione perficitur. Neq; enim sine causa, quæ à causa sunt, cognosci possunt. Quapropter impossibile est, ignoratis elementis scire cõposita. Item sume cõpositum quoddam, ut ecce So, primã nominis Socratici syllabam. Vtrum syllaba hæc utraq; elementa est? An una quædam species ex elementis cõgredientibus nata? Si utraq;, ergo quisquis syllabam hanc, So, nouit, utraq; elementa nouit. Interrogatusq; quid est so, s, & o, respondebit. Et si s, & o ignorabit, so, nunquam cognoscet. Nam qui utrunq; nescit, nescit & ambo. Impossibile igitur est ignoratis elementis cõposita nosse. Sed dicet fortè aliquis, syllabam, & unamquanq; speciem, non elementa, sed unum quiddam præter illa existere. Quem Socrates sic interrogat: Vtrum species hæc, & syllaba partes habeat nec ne. Si habet, totum quoddam est, & omne. Totum uero, & omne, nihil aliud est quàm partes omnes. quod in numeris patet. Etenim totus numerus, nihil aliud est quàm omnes quas continet unitates. atq; ita species hæc constabit ex partibus, & partes eo ipso quod erunt totius erunt. Sicut ergo nota species, ita

Formæ quæ sunt in anima nõ eæ sunt quæ sunt extra

Quæ uera quæ falsa opinio

Duæ species opinionis falsæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& elementa cognita. Nam si speciem noscit, totum & omne noscit. Si totum & omne, nullam ipsi ex partibus eius deesse cognoscit. Ergo singulas scit partes habere, singulas itaq; noscit: quas si ignorarit, utrũ omnes adsint, nec ne, scire non poterit. Impossibile igitur ignoratis elementis speciem noscere. At si quis dixerit speciem ipsam unam partes nullas habere, ex eo quod elementa quibus constat, partes eius non sunt: sequitur ut simplex, & impartibilis sit. Quare sicut elementum quia simplex, ignotum dictum fuit, ita & species ipsa quia simplex, ignota esse dicetur. Ideoq; nullo modo fieri potest, ut ignoratis elementis species quæ ex his fiunt, noscantur. Quod ex eo quoq; perspicue patet, quod in singulis artibus fundamentum cuiusq; artis intelligendæ est, elementa rerum ipsarum de quibus ars ipsa agit, cõprehendere. Alioquin labor omnis est irritus. Hoc deniq; confutato, Socrates iam principalem propositionis partem refellere incipit, ubi dicebatur, Scientiam esse opinionem ueram cum ratione. Tria enim rationis nomine significari possunt, aut oratio, aut per elementa rei discursus, aut definitio. Si primum, omnis opinio scientia erit. Siue enim uera seu falsa opinemur, quod sentimus sermone proferre ualemus: ergo ratione opinabitur, etiã qui falsa opinabitur. Si secundũ, quotiens quis per elementa discurret, scire dicetur. Id uero idcirco falsum est, quia elementa discurrendo transponere potest, ordinemq; peruertere, & elementum unius rei in aliam quandam referre, & uni elementum alterius accommodare. Qui uero ista confudit, scire non est dicendus. Si tertium, id est definitionem intelligit, & scientiam uocat opinionem ueram cum definitione, sic contra illum argumentamur. Definitio interpretatio differentiæ est: ideo quicũq; definit, præter rei cõmunia differentiam propriam assignat. Sed qui Socratem uere, & Theætetum opinatur, utrum differentias opinãdo Socratis, & Theæteti percipit, nec ne? Si non percipit, nec uere opinatur. nunquam enim alterum ab altero uere distingueret, nisi differentias utriusq; dignosceret. Ergo eo ipso quo uere opinatur, differentias callet. Quare nihil opus est præter opinionem ueram, addere rationem, id est differentiæ rationem. Verum dicet forte quispiam, in ipsa opinione sensum quendam imaginationemq; differentiæ includi. potius quàm certam differentiæ naturalis intelligentiam: ideoq; addendum in scientiæ definitione, differentiæ intelligentiam. Contra hanc ita Socrates argumentatur. Absurda profecto definitio est, qua idem per idem describitur. Cum uero dicimus scientiam esse opinionem ueram cum ratione, id est cũ differentiæ intelligentia, scientiam per scientiam definimus. Nam intelligentia differentiæ, differentiæ scientia est, unde scientia erit opinio uera cum scientia differentiæ, quod dictu ridiculum est. Ex his omnibus iam falsæ sophistarum definitiones redarguitæ sunt. Prima, quæ dicebat scientiam esse singulas quæ discuntur facultates: secunda, quæ scientiam esse sensum: tertia, scientiam esse opinionem ueram. quarta, scientiam esse opinionem ueram cum sermonis prolatione: quinta, opinionem ueram cum discursu per elementa: sexta, opinionem ueram cum differentiæ imaginatione: septima, opinionem ueram cum scientia differentiæ. His deniq; redargutis uidendum est quid Plato doceat. quippe in sexto lib. De repub. Brontinum, & Archytam Pythagoricos imitatus, duo rerum genera ponit, intelligibile scilicet, & sensibile. Illud stabile & incorporeum: hoc mobile corporeumq;. Viam ad illud noscendum rationem uocat, uiam ad hoc sensum. notionem communem illius, intelligẽtiam: huius, opinionem. Sed utrunq; genus bifariam diuidit. Vult enim esse intelligibile primum, & secundum: in eo ideas, id est diuinæ mentis species motionesq;, & mentes alias, & animas contineri: in hoc numeros, & figuras. Numeri quippe & figuræ quamuis incorporalia sint, tamen quia diuisionem aliquam suscipiunt, non pari dignitate qua impartibiles substantiæ censenda sunt. Illorũ cognitionẽ proprio nomine intellectũ, horum cogitationẽ intellectualem uocat. Sensibile quoq; pari diuisione partitur, in primũ scilicet, & secundum. In primo locat corpora omnia corporeaq;. In secũdo umbras, & imagines corporum, siue in aqua, siue in speculis appareãt. Et eas ita se habere ad corpora, ut mathematica ad diuina existimat. Perceptionem corporum, credulitatem proprie nominat: umbrarum, imaginationem. Deinde circa umbras corporum, uel corpora, uel mathematica, scientiã esse negat, sed in solo intellectu diuinorum eam locat. Quod & in hoc dialogo significauit in principio, cum scientiam & sapientiam idem esse proponeret. Nam sapiẽtiam esse diuinorum cõtemplationẽ ubiq; testatur. Quo uero differat intellectus ipse, id est scientia ab opinione, in libro de natura his uerbis ostendit. Si intellectus ueraq; opinio duæ res sunt, necesse est ideas per semet intellectu potius quàm sensu comprehendi. Sin uero, ut quibusdam uidetur, uera opinio ab intellectu nil differt, omnia quæ corporea sentimus, certa habenda sunt. Sed opinor duo esse dicenda, propterea quod utraq; magna differentia distant: quippe quorũ alterum doctrina nobis insinuat, alterum persuasionis assumptio. Alterum quidem semper cum ratione uera, porro sine ulla ratione alterum. Alterum eorum nulla ratione traducibile, alterum nutãs incertumq;. Quid, quod rectæ opinionis omnis homo particeps? Intellectus autem dei proprius, & paucorum admodum electorum hominum? Eadem fermè in Menone Phileboq; testatur. Quid ergo scientia est? diuinarum rerum certa ratione cõprehensio. Hæc intellectu, primo ac semper. In ratione secundo, nec semper. Nam ratio cum inter intellectum opinionemq; media sit, quoties ad inferiora porrigitur, opinionis repletur erroribus, & diuina cogitare desistit. Cum uero ad mentem sui ducem conuertitur, diuinorũ cognitionẽ haurit, Quam proprio nomine in mẽte sapientiam, in ratione reminiscentiã Plato nũcupat. Et ideo de obstetricia facultate per quam reminiscimur, hoc in dialogo disputauit, ut non modo quid scientia sit, uerumetiam quomodo acquiratur intelligeremus. Immo & unde sit & per quem, explicuit dum diceret, Socratem dei iussu obstetricio munere fungi. Est ergo scientia, diuinorũ certa ratione comprehensio, in mente residens, in rationem profluens, à deo menti inserta, à dialectico præceptore in rationem deo aspirante reducta, rationem in mentem dirigens, mentem cum diuinitate coniungens.

Septem definitiones scientiæ redditæ à sophistis

PLATO-

PLATONIS ATHENIENSIS THEAETETVS, AVT DE SCIENTIA. *Sub tentationis specie.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

EVCLIDES. TERPSION. SOCRATES. THEODORVS. THEAETETVS.

IAM'NE ô Terpsion, aut dudum ex agro? TER. Satis dudum, & te in foro quærebam, ac mirabar quod non inuenire possem. EVC. Non eram in urbe. TER. Vbi ergo? EVC. Ad portum descendens incidi in Theætetum, qui ex Corintho de exercitu ferebatur Athenas. TER. Viuus'ne aut mortuus? EVCL. Viuus, & ualdè ægrè, Et male quidem afficitur è uulneribus quibusdam, Magis tamen morbus ipsum affligit, qui in castris accessit. TERP. Num dysenteria? EVC. Etiam. TER. Qualem uirum in periculo uersari dicis? EVCL. Honestum ac bonum ô Terpsion, Nam & nunc de quibusdã audiui, qui ipsum ualdè in re militari collaudarent. TER. Nihil miri dicis, sed id multò magis mirũ esset, si talis nõ esset. Verum cur nõ hic ad Megaram diuertit? EVC. Festinabat domũ. Nam ego rogabam & consulebam, sed nõ uolebat. Et sanè quum deduxissem ipsum, & ab ipso rursus digressus essem, recordatus sum Socratis, & admiratus sum q̃ tum alia, tũ de hoc, ita uaticinãtis more dixerit. Paulò enim ante mortẽ incidit in ipsum adhuc adolescentẽ, & cõuersatus ac colloquutus, naturã ipsius ualdè admiratus esse mihi uidet. Et quũ ego Athenas uenissem, sermones quos cũ ipso habuit admodũ dignos auditu mihi exposuit, illudq; insuper addidit, penitus necesse esse, ut hic in præstantẽ uirũ euaderet, si ad ætatẽ peruenirет: & uera ut apparet, dixit. TER. At qui erãt illi sermones potes'ne mihi exponere? EVC. Nequaquã per Iouẽ ab ore, sed cõscripsi tunc statim ut domũ uenissem, uelut cõmẽtarios, quos postea per ociũ, ubi de his memoria cõtigisset, amplius digessi, & quoties Athenas uenissem, Socratẽ interrogabã, si quid mihi excidisset, & huc regressus corrigebã, ita ut mihi totus ferè sermo cõscriptus sit. TER. Vera dicis, & audiui ex te prius, & tamẽ quũ semper uoluerim iubere ut mihi cõmonstrares, hactenus distuli. At quid uetat nũc recẽsere? Et ego omino quiete opus habeo, ut qui ueniã de agro. EVC. Sed & ipse ad caprificũ usq; Theætetũ deduxi, quare nõ iniucũdè quieuerim. Eamus itaq; & nobis quiescẽtib. puer prælegat. TER. Rectè dicis. EVC. Hic quidẽ libellus est ô Terpsion. Cõscripsi autẽ ita sermonẽ, non ut Socrates mihi exposuit, uelut exposuit: sed ut disputauit cũ his cũ quibus se disputasse dixit. Fuerũt autẽ hi, Theodorus Geometra, & Theætetus. Quo igit nõ molestiã exhiberent in scriptura, ea quibus sermones cõnecte re solemus, ut quũ de seipso Socrates dicit, & ego inquã, aut & ego dicebã: & rursus de respõdente, assensus est, & nõ assentiebatur: ea de causa talibus sublatis, ipsum uelut cũ illis colloquentẽ cõscripsi. TER. Et nihil in hoc alieni est ô Euclide. EVC. Accipe puer libellũ ac lege. SOC. Si Cyrenensiũ maiorem curã haberem ô Theodore, de his quę illic agũtur, & de illis te interrogarẽ, an essent illic aliqui adolescentiũ, qui curã gererẽt circa Geometriã, aut aliã aliquã philosophię partẽ assequendã. Nũc uero: minus eñ illos q̃ hos amo: magis scire cupio, qui'nã è nostris adolescẽtibus in expectatione sint, ut clari euasuri sperẽtur. Atq; hęc sanè & ipse quantũ possum cõsidero, & alios interrogo, cũ qb. adolescẽtes cõuersari uideo. Te uero nõ pauci accedũt, & meritò. Dignus. n. es quũ ob alia, tũ Geometriæ gratia. An igit in memorabilẽ aliquẽ inciderís, libẽter audierim. THEO. Atq ô Socrates incidi in adolescẽtẽ ciuẽ uestrũ, de quo et me dicere, et te audire operę preciũ est. Et siqdẽ is pulcher esset, uererer sanè de ipso dicere, ne forte alicui ui dear ipsius cupiditate teneri: nũc uero, & ne mihi succẽse, pulcher nõ est, sed tibi similis est & naso simo, et oculis prominẽtibus: minus tamẽ q̃ tu hęc habet: libere sanè loquor: ꝓbe eñ id nosse debes, me adhuc nullũ cõperisse, ex multis illis admodũ, cũ quib. cõuersatus

Dialogorum commoditas.

Facies Socratis qualis

Universidad de Deusto
Biblioteca

satus sum, qui ita mirum in modum bona natura præditus fuisset. Nam si cui alij, ei qui
Docilẽ & manſuetum, & uiri lem ſimul eſſe docilis est, difficile est ut rursus insigniter mansuetus sit, & ad hæc ut si quis alius, uirilis
sit: ego quidem talem neq; fuisse puto, neq; esse uideo. Nam acuti uelut hic, & ingenio-
si & memores, plerunq; etiam ad iram præcipites sunt, & uelut saltu feruntur, quemad-
modum naues non saburratæ, & furiosi magis quàm uiriles existunt. At qui uiriliores
rursus sunt, torpentes quodammodo ad disciplinas se conferunt, & obliuiosi sunt. Hic
autem adeò leniter, & citra offensionem ac expeditè, ad disciplinas & quæstiones se
confert cum multa mansuetudine, uelut olei absq; strepitu fluentis fluxus, ut mirum mi
hi sit, eum qui in hac ætatè constitutus sit, hæc ita peragere. SOC. Bona nuncias. Cuius
uero ciuis filius est? THEOD. Audiui quidem nomen, non autem memini. At enim in
medio eorum est qui accedunt. Paulò ante enim extra urbem ungebantur ad cursum hi
ipsius socij, & ipse, Nunc uero uidentur mihi uncti huc accedere, sed uide an cognoscas
ipsum. SOC. Cognosco. Euphronij Suniensis filius est, eiusmodi admodũ uiri ô amice,
qualem tu hũc descripsisti, & alioqui clari, qui sanè etiam opes multas reliquit. Nomen
autem adolescentis non noui. THEO. Theætetus ei nomen est ô Socrates. opes autem
tutores ipsius consumpsisse uidentur: attamen & in pecunijs liberaliter expendendis
admirãdus est. SOC. Generosum uirũ dicis, & iube ipsum ut hic mihi assideat. THEO.
Fiet ita, Theætete ades huc ad Socratẽ. SOC. Maximè ita ô Theætete, quo & ipse me-
ipsum considerem, qualem habeã faciem. Theodorus enim me tibi similem habere di-
cit. At si uterq; nostrum lyram haberet, & is similiter adaptatas ipsas diceret, utrum sta-
tim crederemus, aut consideraremus an musicus esset qui hæc diceret? THEAE. Consi
deraremus utiq;. SOC. Non'ne si talem comperiremus, crederemus: si uero à musica a-
Formarum iudex quis sit lienum, fidem non haberemus? THEAE. Vera refers. SOC. Nunc uero arbitror, si qua
nobis facierum similitudinis cura est, considerandũ erit an pictor sit qui dicit, aut non.
THEAE. Mihi uidetur. SOC. Num pictor est Theodorus? THEAE. Non, quantũ ego
sciam. SOC. At Geometricus? THEAE. Omnino ô Socrates. SOC. Num & Astronomicus, & supputandi doctus, & Musicus, & in reliquis disciplinis uersatus? THEAET.
Mihi uidetur. SOC. Si igitur corporis aliqua parte nos similes esse dicit, laudans aut ui
tuperans, non digna admodum res est ut animum ipsi aduertamus. THEAE. Fortassis
non. SOC. Si uero alterutrius animam laudaret à uirtute & sapientia, non'ne digna res
esset, ut is qui id audisset promptus ad hoc sit, ut laudatum consideret: & ut laudatus
promptè seipsum ostendat? THEAE. Maximè ô Socrates. SOC. Tempus itaq; est ô
chare Theætete, tibi quidem ut te ostendas, mihi uero ut considerem. Nam hoc probe
nosse debes, quòd Theodorus multis apud me laudatis tum externis, tum ciuibus, ne-
minem ita prædicarit ut nunc te. THEAE. Bene res se haberet ô Socrates, sed uide ne
ludens dixerit. SOC. Non est hic mos Theodori. Quare ne recuses ea quæ confessus es,
simulans illum ludendo dicere, ut ne etiam testes producere cogatur. Nemo enim pe-
nitus impetet ac refellet ipsum. Quare confidenter in cõsensione perseueres. THEAE.
At facere hæc oportet, si tibi uidetur. SOC. Dic mihi discis'ne ex Theodoro quædam
Geometrica? THEAE. Ego sanè disco. SOC. Et quędam circa Astronomiam ac harmo
nias, & supputãdi rationes? THEAE. Conor equidem. SOC. Nam & ego ô puer, & ab
hoc, & ex alijs disco, quos horũ aliquid scire arbitror. Atque quod ad alia attinet, circa
hæc ipsa moderatè habeo. Verũ de exiguo quodam dubito, quod tecũ & cum his con-
Discere quid sit siderandum est. Et dic mihi, non'ne discere est sapientiorem fieri circa hoc quod quis
discit. THEAE. Quid ni? SOC. Sapientia autem sapientes sunt sapientes. THEAET.
Etiam. SOC. Hoc autẽ differt'ne quid à Scientia? THEAE. Quod istud? SOC. Sapien-
tia: aut non quorum scientes, eorum etiam sapientes sunt? THEAET. Quid ni? SOC.
Idem ergo est Sapientia & Scientia? THEAET. Etiam. SOC. Hoc ipsum itaq; est de
quo dubito, & non possum satis apud meipsum comprehendere quid'nam sit Scien-
tia. Num habemus quod de ipso dicamus? quid dicitis? Quis nostrum primus dicet?
Asinus & Rex in ludo pilæ Qui uero aberrauerit, & qui semper hallucinabitur, is sedebit Asinus, quemadmodum
pila ludentes pueri dicunt. Quum uero nulla parte aberrans superauerit, Rex inter
nos constituetur, & imperabit quicquid sibi responderi uoluerit. Quid tacetis? Nun-
quid ego ô Theodore præ eruditionis studio durus esse uideor, qui uos ad disputatio-
nem

nem inducere conor, & amicos ac collocutores inter uos fieri? THEOD. Minime ô So-
crates tale quid durum ac agreste uideri debet. Verum iube ut aliquis adolescentium
tibi respõdeat. Ego enim ad huiusmodi disputationẽ nõ sum adsuetus, & neq; ut adsue
scam ætatẽ habeo. hos aũt hoc decet, & multò amplius incrementũ facient. Iuuentus e-
Iuuẽtutis bona nim reuera ad omnia incrementũ facere potest. Quare uelut incœpisti Theætetũ ne di
mittas, sed interroga. SOC. Audis Theætete ea quæ Theodorus dicit? cui non parere ut
arbitror, neq; tu uoles, neq; fas est ut uiro sapienti in huiusmodi rebus imperanti iunior
non obediat. Quare probe ac generosè dic quid Sciẽtia esse tibi uideatur. THEAE. At
ita facere ô Socrates conuenit, quandoquidẽ uos iubetis. Omnino enim si quid etiam
aberrauero corrigetis. SOC. Maximè, si modo poterimus. THEAE. Videntur itaq; mi-
hi & hæ scientiæ esse, quas quis à Theodoro discere posset, Geometria nimirũ & quas
Sciẽtiæ quæ tu paulò ante recẽsebas. Et rursus coriaria, & aliorum opificũ artes omnes, & unaquęq;
sint harum nõ aliud quid quàm Scientia esse. SOC R. Generosè ac liberaliter ô amice multa
dedisti, unum rogatus, & pro simplici, uaria. THEAE. Quomodo? & quid hoc dicis ô
Socrates? SOC. Fortassis quidem nihil. Quod tamen putem, dicam. Quum dicis coria-
riam, num aliud quid dicis quàm scientiam faciẽdi calceos? THEAE. Nihil. SOC. Quid
uero quum fabrilem lignariam, num aliud quid quàm scientiam faciendi lignea ope-
ra? THEAE. Neq; hoc. SOCR. Non'ne in utrisq; hoc assignas, cuius utraq; est scientia.
THEAE. Etiam. SOC. At non hoc erat quod interrogabam ô Theætete, quorum esset
scientia, neq; quot essent. Non enim numerare ipsas uolentes interrogabamus, sed co-
gnoscere hoc ipsum Scientia quid esset: aut nihil dico? THEAE. Maximè rectè. SOC.
Considera & hoc. Si quis nos de uili aliquo & parato interrogaret, uelut de luto, quid
sit, si respõderemus ipsi, lutum figulorum ollulariorũ, lutũ eorum qui imagines fingũt,
Ineptæ reſ- lutum eorum qui lateres faciunt, non'ne ridiculi essemus? THEAE. Fortassis. SOC. Pri
ponsiones mum quidem quòd putamus intelligere ex nostra responsione eũ qui interrogat, quũ
lutum dicimus, siue eorum qui imagines fingunt, siue aliorũ quorũcunq; opificum ap-
posito: aut putas quòd quis alicuius nomẽ intelligat, quod nõ nouit quid sit? THEAE.
Nequaquam. SOC. Neq; igitur scientiam calceorum intelligit, qui scientiam nõ nouit?
THEAE. Non equidem. SOC. Coriariam igitur non intelligit, qui scientiam ignorat,
neq; aliam aliquã artem intelligit. THEAE. Est ita. SOC. Ridicula itaq; est responsio, in-
terrogato quid est Scientia, ubi artis alicuius nomen responderit. Alicuius enim scien-
tiam respondet, de hoc non interrogatus. THEAE. Apparet. SOC. Postea quum liceret
leuiter ac breuiter respondere, immensam uiam circuit. Velut etiam in luti quæstione,
leue quid ac simplex dicere licet, quòd sit terra humore subacta, cuius autem sit, ualere
Lutũ quid sit sinere. THEAE. Facile ô Socrates nunc ita apparet. At uideris interrogare quale quid-
dam & nobis ipsis nuper disputantibus, mihi & huic cognomine te referenti Socrati
in mentem uenit. SOC. Quale istud ô Theætete? THEAE. Theodorus hic scripsit nobis
de facultatibus magnitudinis tripedalis ac quinquepedalis, ostendens quòd longitu-
dine non sint compares pedali, & sic secũdum unamquamq; statuens, usq; ad eam quæ
est septem ac decem pedum. In hac autem quodãmodo constitit. Nobis itaq; tale quid
in mentem uenit, Quãdoquidem infinitæ multitudine facultates essent, conari ut com
prehenderemus in unum, quo omnes has facultates appellaremus. SOC R. Num etiam
inueniſtis quid tale? THEAET. Mihi quidem inuenisse uidemur. Considera uero & tu.
SOC. Dic. THEAE. Numerum omnem bifariam diuisimus. Vnum qui æqualis æqua-
liter fieri potest, quadrangulo in figura assimilantes, quadrangularem & æquilaterum
appellauimus. SOC. Et bene sanè. THEAE. Eum uero qui in medio huius est, uelut sunt
etiam tria & quinq;, & omnis qui non æqualis æqualiter fieri potest, sed aut maior pau
cies, aut minor pluries fit, maius autem & minus latus semper ipsum complectitur, rur-
sus ex altera parte longæ figuræ assimilantes, ex altera parte longum numerum uoca-
uimus. SOC. Optimè. At quid tum postea? THEAE. Quæ quidem lineæ, æquilaterum
& planum numerũ quadrangulant, eas longitudinem esse definiuimus. Quæ uero ex
altera parte longum, facultates, ut quæ longitudine quidem illis non sint compares:
planis autem, quæ possunt. Et circa solida aliud quiddam eiusmodi. SOCRAT. Opti-
mè omnium ô pueri. Quare mihi non uidetur Theodorus falsi de te iudicij reus esse.

THEAE.

Universidad de Deusto
Biblioteca

THEAE. Atqui ô Socrates id quod de Scientia quæris respondere non possum, uelut de longitudine, & facultate, quanquã tu mihi tale quid quærere uidearis. Quare rursus falsus esse uidetur Theodorus. SOC. Quid uero si te de cursu laudãs, dixisset in nullum se adolescentem incidisse, qui ita cursu præstaret, Deinde tu cursu à uigentis ætatis ac uelocissimo homine superatus esses, minus ne uerè putes illum te laudasse? THEAET. Non sanè. SOCR. At scientiam quemadmodum nunc ego dicebam inuenire, exiguum quid esse putas, & nõ ex his quæ penitus summa sunt? THEAE. Per louem ego ex summis esse arbitror. SOC. Confide itaq; de teipso, & Theodorũ aliquid dicere puta. Omni uero modo conare ut tum de alijs, tum de scientia rationẽ consequaris, quid tãdem sit. THEAE. Promptitudinis equidẽ gratia ô Socrates, me hoc facere apparebit. SOC. Age itaq; Rectè enim iam narrasti. Conare ut responsionẽ de facultatibus imiteris, & uelut has quũ multæ essent, una specie comprehendisti, ita & multas scientias uno sermone compelles. THEAE. At probe nosse te uolo ô Socrates, sæpe me hoc ipsum aggressum esse considerare, quum audirem quæstiones de te profectas circũferri. Verũ neq; ipse mihijpsi persuadere possum, quòd aliquid quod satis sit dicam, neq; alium audire possum, ita ut tu iubes dicentem: & tamen nequaquam desistere possum ab hac meditatione. SOC. Parturis enim ô chare Theætete, eo quòd non uacuus, sed prægnans es. THEAE. Haud scio ô Socrates, quod tamen mihi accidit dico. SOC. Deinde ô ridicule non audiuisti me filium esse generosæ ac grauis Phænaretes? THEAE. Iam hoc audiui. SOC. Num & quòd eandem artem exerceo audiuisti? THEAE. Nequaquam. SOC. At probe id scias quòd exerceo, ne tamen me prodas apud alios. Non enim sciunt de me ô amice, quòd hanc artem habeam. Illi itaq; ut ignari, hoc quidem de me nõ dicunt. Quòd uero absurdissimus sim, & homines ambiguos faciam, num & hoc audiuisti? THEAE. Ego sanè. SOC. Causam itaq; tibi dicam. THEAE. Maximè. SOC. Considera itaq; totum id circa obstetrices quomodo se habet, & facilius cognosces id quod uolo. Nosti enim quòd nulla ipsarũ dum adhuc concipit ac parit, alijs obstetricatur, sed quæ iam parere nõ possunt. THEAE. Maximè. SOC. Huius autẽ causam Dianã esse dicunt, eo quòd quum tori exors sit, partuum curam sorte accepit. Sterilibus igitur non dedit ut obstetrices essent, quòd debilior sit humana natura, quàm ut artem capere possit, earum rerum quarum nunquam periculum fecit. Quæ uero ob ætatem amplius non pariunt, his id muneris demandauit, suam ipsius similitudinem in hoc uenerata. THEAE. Par est. SOC. Non'ne & hoc par est ac necessariũ, prægnantes & non prægnantes magis ab obstetricibus, quàm ab alijs cognosci. THEAE. Maximè. SOC. Quin & medicamenta dantes obstetrices, & incãtantes, dolores partus & excitare, & molliores facere possunt, & ut ægrè parientes pariant efficere: & si uisum fuerit immaturi fœtus abortũ facere, etiam hunc procurant. THEAE. Est ita. SOC. Num & hoc de ipsis intellexisti, q̃ pronubæ sunt potentissimæ, ut quæ sapientissimæ sint ad cognoscẽdum, qualem quali uiro coniungere oporteat, ut optimos liberos pariat? THEAE. Non admodũ hoc noui. SOC. At scias ipsas se magis ob hoc iactare, q̃ ob umbilici sectionem. Cogita enim tu, an eiusdem aut alterius artis esse putes, curam & collectionem fructuum ex terra & rursus cognitionẽ, in qualem terrã qualis stirps & quale semen immittendũ? THEAE. Non alterius, sed eiusdem. SOC. In fœminam autem ô amice, talis seminis immittendi aliam artem esse putas, & aliam eius colligendi? THEAE. Nequaquam uerisimile est. SOC. Non sanè. Sed propter iniustam & non artificiosam uiri ac fœminæ coniunctionem, quam Lenocinium uocant, pronubarum officiũ detrectant obstetrices, ut quæ integriores uita sint, uerentes ne illam culpam, ob hanc incurrãt: Alioqui solis his quæ ueræ obstetrices sunt, conuenit ut etiam rectè pronubæ sint. THEAET. Apparet. SOC. Et de obstetricibus quidẽ hactenus, sed minus quàm pro nostræ fabulæ ratione. Non ne fœminis contingit, ut aliquãdo simulachra pariant, aliquando uerospartus? Hoc autem non facile est cognitu. Si enim contingeret, maximum ac pulcherrimum opus obstetricum esset, uerum ac falsum iudicandi: Aut nõ ita putas? THEAE. Ego sanè. SOC. At in mea obstetricandi arte, alia quidem sunt quæ illę tenent. Verum præstat in hoc, quòd uiris, non fœminis obstetricandi officium præstem: & quòd animas ipsorum parientes considerem, & non corpora. Maximum uero hoc in nostra arte est, quòd omni modo

Scientiam inuenire summum quid est

Pronubarum Lenocinium

modo explorare possum, utrum simulachrum & falsum, aut fœcundum & uerum, adolescentis mens pariat. Nam & hoc quod obstetrices habent, æquè mihi adest. Infœcundus sum, & non pario sapientiã: & quod multi mihi iam exprobrarunt, quòd alios quidem interrogem, ipse uero nihil de ulla re respõdeam, eo quòd nihil sapientiæ habeam, uerè exprobrant. Causa uero huius hæc est. Obstetricari me cogit deus, parere uero prohibuit. Sum itaq; ipse non admodum ulla in re sapiens, neq; est aliquod meum eiusmodi inuentum, quod animæ meæ partus esset. Qui uero mecum conuersantur, primum quidem apparent partim etiam ualdè imperiti. Omnes autem progrediente consuetudine, quibus deus concesserit, mirum in modum proficiunt, uelut & ipsis, & alijs uidetur. Et hoc euidens est, quod à me nihil unquã didicerunt, sed ipsi à seipsis multa ac pulchra inuenerunt, & apud seipsos cõtinent: attamen obstetricationis, deus & ego autor sum: Id quod hinc cognosci potest. Multi iam huius rei ignari, & seipsos causam putantes, me uero cõtemnentes, aut ipsi ab alijs persuasi, à me citius quàm cõueniebat discesserunt. Digressi uero, & quæ reliqua fuerunt, ob prauam cõuersationem abortiuerunt, & quæ à me uelut obstetrice curata essent, male educantes perdiderunt, falsa & simulachra pluris facientes quàm uerũ. Tandem uero & sibijpsis & alijs imperiti esse uisi sunt. Quorum unus fuit Aristides Lysimachi, & alij ualdè multi. Quibus quum rursus accesserint consuetudinẽ meam expetentes, & eius gratia mira designantes, dæmoniũ quod mihi adest, me partim cõuersari prohibet, partim uero permittit. Et hi rursus proficiũt. Accidit autem eis qui mecũ conuersantur idem hoc quod parientibus. Laborãt enim ex partu, & diu noctuq; multò magis anxietate replentur quàm illę. Hunc autẽ partus dolorem & excitare & sedare ars mea potest. Et hi quidem ita se habent. Aliquando uero ô Theætete, eos qui prægnantes esse mihi non uidentur, quũ sciam ipsos nihil me opus habere, alijs ualdè beneuole despondeo, & ut cũ deo dicam, satis cõiecto, ex quorum cõsuetudine proficere possint. Et multos horum collocaui Prodico, multos alios alijs sapientibus ac diuinis uiris. Et hæc sanè ô optime ea de causa in longum extẽdi, q̃ suspicer te quemadmodũ etiam ipse putas, parturire, ut qui prægnans sis. Cõmitte itaq; te mihi obstetricis filio, & ipsi obstetricãdi artis perito, & quæcũq; interrogauero, quantum potes ita respõdere conare. Et si considerans quid eorũ quæ dicis, simulachrum & nõ uerum duxero, deinde exemero ac reiecero, ne indigneris quemadmodũ puerperæ circa primos partus solent. Multi enim iam ita erga me affecti fuerũt, ut palàm ad mordendũ se parassent, postquã nugas quasdam ipsis detraxissem. Et nõ putant illi me hoc ex beneuolentia facere, ut qui procul absint ab eo ut sciant, nullum deũ hominibus male uelle, neq; me ex maleuolentia tale quicquã facere. Sed falsum permittere, & ueritatem obscurare, nequaquã mihi fas est. Rursus igitur ab initio ô Theætete quid sit Scientia, dicere conare. Quòd uero nõ possis, nunquam dicas. Si enim deus uoluerit, & uires dederit, poteris sanè. THEAE. Atqui ô Socrates quũ tu ita iubeas, turpe fuerit nõ omni modo prõmptũ esse ad dicendũ quod quis habeat. Videẽ itaq; mihi is qui scit aliquid, sentire id quod scit: & ut nunc apparet, non aliud est Scientia quàm sensus. SOC. Bene & generosè ô puer, Sic enim dicere oportet eum qui sententiam suam pronunciat. Verum age in cõmuni hoc ipsum cõsideremus, an fœcundum aut à uento conceptum sit. Sensum esse dicis scientiam? THEAE. Etiam. SOC. Videris equidẽ non malam definitionẽ scientiæ dixisse, sed quam etiam Protagoras dixit. Verũ alio quodã modo eadem dixit. Dicit enim alicubi omniũ rerum mensurã hominem esse, earũ quę sunt, sicut sunt: earũ quæ nõ sunt, sicut nõ sunt. Legisti eñ opinor? THEAE. Legi, & quidẽ sæpe. SOC. Non'ne sic quodãmodo dicit, qualia quidẽ singula mihi uidentur, talia mihi sunt: qualia uero tibi, talia rursus tibi. Homo autẽ & tu, & ego? THEAE. Dicit equidẽ sic. SOC. Verisimile uero est sapientẽ uirum non nugari. Sequamur itaq; ipsum. Non'ne quũ aliquãdo spirat idem uentus, alius frigescit, alius non? & alius leniter, alius uehementer? THEAET. Maximè. SOCR. Vtrum igitur tunc ipsum in seipso frigidum uentum dicemus, aut non frigidum? Aut Protagoræ credemus, quòd frigescenti sit frigidus, non frigescenti, non ita? THEAE. Videtur. SOCR. Non'ne & sic apparet utriq;? THEAET. Etiã. SOC. At apparere, sentire est. THEAE. Est. SOC. Imaginatio igitur & sensus idem sunt, & in calidis, & in omnibus huiusmodi. Qualia eñ unusquisq; sentit, talia unicuiq; esse

Homo omniũ rerũ mensura

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse consequens est. THEAE. Apparet. SOCR. Sensus ergo semper est eius quod est, & non falsus, ut qui scientia sit. THEAE. Apparet. SOC. Sapientissimus igitur per Gratias erat Protagoras, & hoc nobis quidem de uulgi fece obscurè insinuauit, discipulis uero in arcano ueritatem dixit. THEAE. Quomodo ô Socrates hoc dicis? SOCR. Ego dicam & non ualdè uilem sermonem, quòd unum quidem ipsum per seipsum nihil est, neq; quicquid tandem illud sit recte conpellaris, sed si ut magnum appellaris, etiam par uum apparebit: & si graue, etiam leue, omniaq; hoc modo, ita ut nihil unum sit, neq; aliquid, neq; quodcũq; tandem. Verum ex latione, & motu, & inter se mixtione fiunt omnia, quæ sanè esse dicimus, nõ rectè appellantes. Est enim nihil unquam, sed semper fit. Et de hoc omnes deinceps Sapientes, excepto Parmenide, inter se consenserunt, Protagoras, Heraclitus, Empedocles, & poetarũ utriusq; poesis poetæ summi, Comediæ Epicharmus, Tragœdiæ Homerus, qui dixit.

Nihil unum ipsum per seipsum est

Fieri omnia, & non esse

Oceanumq; deũm patrem, Tethymq; parentem.

Atque sic omnia ex fluxu ac motu genita esse dixit: Aut non hoc dicere uidetur? THEAET. Mihi sanè. SOCR. Quis igitur adhuc aduersus tantum exercitum, & tantum ducem Homerum, contentione susceptа non ridiculus haberi possit? THEAET. Non facile ô Socrates. SOC. Non sanè ô Theætete. Nam & hæc sermonis abundè magna signa sunt, quòd ut esse quid & fieri uideatur, motus exhibet: non autem esse & perire, quies. Calidum enim & ignis, qui etiam alia gignit ac gubernat, ipse ex latione ac frictione generatur. Hoc autem est motus. Aut non sunt hæ origines ignis? THEAET. Hæ certè. SOC. Sed & animaliũ genus ex ijsdem his nascitur. THEAE. Quid ni? SOC. Quid uero corporum habitus, non'ne à quiete & ocio perit, ab exercitatione uero & motibus plurimum conseruatur? THEAE. Etiam. SOCR. Quid uero habitus animæ, nõ'ne à disciplina & meditatione, quæ motus sunt, acquirit doctrinas, seruaturq; ac melior euadit? a quiete uero, quæ discendi ac meditandi negligẽtia est, neq; aliquid discit, & si quæ didicit, obliuiscitur? THEAE. Maximè. SOCR. Bonum ergo circa animam & corpus est motus: contrarium malum. THEAE. Apparet. SOC. Adhuc igitur tibi dico. Ventorum quietes & tranquillitates, & quæcũq; huiusmodi, quies quidem putrefacit ac perdit, reliqua uero conseruant. Et ad hæc Colophonem adhuc insuper addam, aueam illam catenam, quã nihil aliud quàm Solem Homerus dicit ac ostendit. Quandiu equidẽ circuitus ille & Sol mouetur, omnia sunt ac seruantur inter deos & homines. Si uero stet hoc totũ uelut ligatũ, omnia corrũperentur, & fieret id quod dicitur, omnia sursum deorsum. THEAE. At mihi uidetur ô Socrates hæc ostendere Homerus quę dicis. SOC. Cogita itaq; ô optime sic circa oculos primũ id quod uocas colorem album, non esse ipsum aliud quid extra tuos oculos, neq; in oculis: neq; aliquẽ ipsi locum assignes. Iam enim esset alicubi ac maneret in ordine, & nõ in productione fieret. THEAET. At quomodo? SOC. Sequamur superiorem sermonem, nihil ipsum per seipsum unum esse ponentes. Et sic nobis niger, & albus, & quiuis alius color, ex oculorum ad conuenientem lationem incursu factus apparebit: & quod unumquenq; colorem esse dicimus, id neq; hoc quod impetit, neq; quod impetitur erit, sed quid quod in medio factum est unicuiq; propriũ. Aut tu affirmares, q; qualis tibi apparet unusquisq; color, talis etiam cani, & cuicunq; animali? THEAE. Per louem non ego. SOCR. Quid uero hoc'ne firmiter tenes, quòd & alij homini & tibi, quicunq; tandem color similis apparet? Aut multò magis hoc, quòd neq; tibijpsi idem, & quòd nunquam similiter ipse tibijpsi habeas. THEAE. Hoc magis mihi uidetur quàm illud. SOC. Non'ne si id quod mensuramus, aut attingimus, magnũ aut albũ, aut calidum esset, nũquam alij cuiquã allapsum aliud fieret, si ipsum nihil transmutaretur? Si uerò rursus id quod mensurat, aut attingit, unũquodq; horum esset, non rursus alio accedente, aut quid patiente, aliud fieret, si ipsum nihil patiatur? Nam nunc sanè ô amice admiranda & ridicula facile dicere cogimur, uelut Protagoras dixerit, & quiuis qui eadẽ quæ ille dicere aggredit. THEAE. Quomodo & qualia dicis? SOC. Accipe paruum exemplũ, & omnia quæ uolo cognosces. Sex equidẽ talos, si quatuor ipsis conferas, plures esse dicimus quàm quatuor, & hemiolios, hoc est sesquialteros: si uero duodecim, pauciores, & dimidium horum. Et neq; tolerari potest ut aliter quis dicat, aut tu tolerares? THEAE. Nõ sanè ego. SOCR. Quid igitur si te

Motus effectus

Quietis effectus

Catena aurea Homeri

Numerorũ inter se collatio

Protagoras aut alius quidã interrogaret, ô Theęte, potest'ne quid maius aut plus fieri aliter, quàm si fuerit auctum? quid responderes? THEAE. Siquidem ô Socrates, id quod mihi uidetur ad præsentem interrogationẽ, respondendum esset, non potest, resonderem. Si uero id quod ad superiorẽ, uitans ne contraria dicerem, potest responderem. SOC. Bene ac diuinè per lunonẽ, ô amice. At ut apparet, si responderis, potest, Euripideum quiddam continget, Lingua quidem nobis non redarguetur, Mens autem redarguetur. THEAE. Reuera. SOC. Non'ne si ego & tu dicendo præstantes ac sapientes essemus, omnibus mentis uiribus expensis, iam de cætero ocio abundè suppetente, mutuò inter nos periculum faceremus, et sophistarũ more ad eiusmodi pugnam congressi, alter alterius sermones uicissim repelleremus. Nunc uero uelut idiotæ, primùm uolumus ipsa ad seipsa collata considerare, quidnam sint ea quæ cogitamus, utrum nobis inter nos cõueniat, aut nullo penitus modo. THEAE. Maximè ego hoc uelim. SOC. Imò et ego. Cùm autem ita res se habeat, aliud'ne quid quàm placidè, ut quibus multum ocij sit, rursus considerabimus, non indignantes, sed reuera nos ipsos explorantes, quæ tandem sint hæ in nobis imaginationes, quarum primam considerantes dicemus, ut ego arbitror, nunquã quicquam neq; maius, neq; minus fieri, neq; mole, neq; numero, donec æquale ipsum sibijpsi fuerit. Non'ne ita? THEAE. Etiam. SOC. Secundam uero, cui neque apponitur, neq; detrahitur, hoc neq; augeri unquam, neq; minui, sed semper æquale esse. THEAE. Maximè. SOC. Non'ne etiam tertiam? Quod non prius erat, posterius hoc ut sit, impossibile est, absq; hoc ut factum sit, aut fiat. Videtur ne ita? THEAE. Videtur. SOC. Hæ itaq; tres, ut arbitror, consensiones pugnant ipsæ inter se in anima nostra, quum illa de talis dicimus, aut quum dicimus, me tam grandem natu, neq; auctum, neque contrarium passum in anno, te iuuene nunc quidem maiorem esse, postea uero minorem, mea mole nihil detracta, sed tua aucta. Nõ enim postea factus sum, quod prius non eram, nam absq; hoc ut quid fiat, factum esse impossibile est. Cùm autem nihil mihi amiserim, nunquam factus sum minor. Sed & innumera alia in innumeris ita se habent, siquidẽ & hæc suscipiemus. Dic enim, ô Theætete, talium enim non imperitus es: quando reuera uertigine afficior, dum ad hæc respicio. SOC. Theodorus enim, ô amice, non malè de natura tua coniectare uidet. Valdè enim philosophica affectio est hæc, admirari uidelicet, & non est aliud philosophiæ principiũ quàm hoc. Et qui Irim Thaumantis, qui ab admiratione nomen habet, filiam esse dixit, non malè eius genus deduxisse mihi uidetur. At num intelligis iam quã ob causam hæc talia sunt, ex his quæ Protagoram dicere asserimus, aut nondum? THEAE. Nõdum mihi uideor. SOC. Gratiam igitur mihi habebis, si unà tecum uiri, imò potius uirorum celebrium sententiæ ueritatem occultatam perscrutatus fuero? THEAE. Quomodo enim nõ habeam, & quidem ualdè multam. SOC. Considera itaq; circũspectans ne quis ex non initiatis hæc audiat. Sunt autem hi, qui nihil aliud esse putant, quàm quod strictè manibus compræhendere possint. Actiones autẽ & productiones, & quicquid uideri non potest, non admittunt ut essentiæ partem habeant. THEAE. Duros & renitentes homines dicis, ô Socrates. SOC. Sunt enim, ô puer, ualdè à Musis alieni. Sunt autem alij multi magis belli homines, quorum mysteria tibi dicere uolo. Principiũ autem ipsorum, ex quo etiam ea quæ nunc dicta sunt, omnia dependent, hoc est. Quòd nimirũ totum hoc & uniuersum motus sit, & aliud præterea nihil. Motus autem duæ species, multitudine quidem utraq; infinita, potentiam autem habeat altera faciendi, altera patiendi. Ex horum uero consuetudine, & mutuo inter se affrictu fiat soboles, multitudine quidem infinita, gemina tamen, altera sensile, altera sensus, qui semper coincidit & generatẽ cum sensili. Sensus igitur talia nobis nomina habẽt, uisus, auditus, olfactus, gustus, tactus, perfrigerationes & ardores, uoluptates & dolores, cupiditates & timores, & alij infiniti quidem nomina non habentes, multi uero omninò nomina præferẽtes. Rursus autem sensile genus, sin gulis his cognatum, uisibus quidem omnigenis, colores omnigeni: auditibus similiter, uoces: & alijs sensibus, alia sensilia cognata. Quid igitur uult nobis hic sermo ô Theætete, ad superiora? Num intelligis? THEAE. Nõ admodũ, ô Socrates. SOC. At uide an quo modo absoluatur. Vult enim hoc dicere, quòd omnia hæc, quemadmodũ diximus,

Imaginationis species tres, circa maius & minus

Admirari affectio philosophica est.

Principiũ philosophiæ

Motus species duæ

Sensuũ ac sensilium ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

mouentur. Velocitas autem & tarditas est in ipsorũ motu. Quantum igitur tardũ est, in eodẽ, & ad propinqua motũ habet, & sic generat. Quę uero sic generanť, tardiora sunt. Quantũ uero rursus uelox est, ad ea quæ procul absunt, motũ habet, et sic generat. Quæ uero generanť sic, sanè uelociora sunt. Ferunť enim, & in latione ipsorũ motus ex natura inest. Postq́ igitur oculus, & aliud quid ex his quæ ei competũt, appropinquarint, & albedinem ac sensum ipsi cognatũ generarint, quæ nunq́ facta fuissent, si utrunq́ illorũ ad aliud accessisset: tunc sanè dum intermedia feruntur, uisus quidem ab oculis, albedo uero ab eo quod simul gignit colorẽ, oculus quidem uisu impletur, & tunc sanè uidet, et fit non uisus, sed oculus uidens: id autem simul colorẽ gignit, albedine impletur, & fit non albedo, sed album, siue lignũ, siue lapis, siue quæcunq́ res sit, quam tali colore colorari contigit. Sed & alia sic, durum & calidũ, & omnia eodem modo accipienda sunt, ipsum quidem per seipsum nihil esse, quod etiã in superioribus diximus, uerum in mutua inter se conuersatione, omnia & omnigena fieri à motu. Nam & agens esse aliquid, & rursus aliquid patiens, de uno firmiter, ut aiunt, cogitari non potest. Neque enim agens est quicquã prius, quàm cum patiente congrediať: neq́ patiens antea, quàm cum agente, & quod cum aliquo congressum & agens uisum est, id alij rursus allapsum patiens comparet. Quare ex omnibus his efficitur, id quod ab initio dicebamus, nihil esse unum ipsum per seipsum, sed alicui semper fieri. At esse undiquaq́ eximendum est: nec est quod nos multum & nuper coacti fuimus ipso uti, præ consuetudine ac inscitia. Verũ hoc facere non oportet, uelut Sapientũ sermo habet, neq́ quid concedere aut alicuius, aut meum, aut hoc, aut illud: neq́ aliud quoddã nomen quod sistat, sed secũdum naturam loqui, quòd fiant, et agantur, & pereant, & alterentur. Nam si quis sermone aliquid sistat, facile redargui potest qui hoc facit. Oportet aũt et particulatim sic loqui etiã de multis coaceruatis, in qua coaceruatione & hominẽ ponũt, & lapidẽ, & unũquodq́ animal & speciem. Hæc ô Theætete, iucunda'ne esse tibi uidenť, & degustasti ipsa uelut quæ tibi placeant? THEAE. Haud scio ego, ô Socrates. Nã neq́ de te cognoscere possum, an hæc ipsa ita ut tibi uidenť dicas, aut me tentes? SOC. Non meministi q́ ego, ô amice, neq́ noui talium quicquã, neq́ meum facio. Sed infœcundus sum, tibi autem obstetricor. Atq́ ea gratia & incantatione utor, & singulos sapientes degustandos propono, donec tuũ dogma in lucem produxero, quo educto tunc iam cõsiderabo, an à uento conceptũ, aut fœcundũ apparebit. Quare cõfidens ac perseuerãs bene acuiriliter responde, quæcunq́ uidebunť tibi de his quæ interrogo. THEAE. Interroga itaq́. SOC. Dic igiť an tibi placeat, nõ esse quid, sed fieri semper bonũ & pulchrũ, & omnia q́ iam recensuimus. THE. At mihi ubi te ita exponentẽ audio, mirificè apparet hæc itase habere, ut ratione non careant, & ita recipienda esse quõ tu exponis. SO. Ne itaq́ relinquamus quantũ de hoc reliquũ est. Reliquũ aũt est de insomnijs dicere & morbis, tum alijs, tũ insania, & de his quæ peruersè audire, aut uidere, aut aliud quid falsò sentire dicimus. Nosti e mq́ in omnib. his ex cõfesso redargui uideť sermo is, quẽ paulò ante recensuimus, cùm in ipsis præ omnib. falsi sensus nobis contingant, & multũ absit ut ea quæ unicuiq́ uidenť, hæc etiam sint, sed contrà in totũ nihil eorũ quæ apparent sit. THEAE. Verissima dicis, ô Socrates. SOC. Quæ igiť ô puer, ratio relinquitur ei qui sensum scientiã proposuit, & quæ unicuiq́ apparent, ea etiam esse ei, cui apparent. THEAE. Ego quidem ô Socrates, dicere uereor, eo q́ non habeo quod dicam, ita nunc me qui illud dixi, increpasti. Nam reuera de eo cõtendere non possim, q́ insanientes, aut somniantes, non falsa putent, cùm alij ipsorũ deos se esse opinenť, alij uolucres se factos, & in somno uolare se cogitent. SOC. Nunquid talem ambiguitatẽ de ipsis intelligis, maximè de insomnio, & eo quod reuera est? THEAE. Qualem illã? SOC. Quã sæpe te ex interrogantib. audiuisse puto, quam'nã coniecturam quis habeat ad demonstrandũ, si quis interroget nũc ita in præsentia, utrũ dormiamus, & omnia quæ cogitamus, somniamus: aut uigilamus, & reuera inter nos colloquimur. THEAE. Et sanè dubiũ est, ô Socrates, qua cõiectura id demonstrari possit. Omnia enim eadẽ uelut similia consequunť. Nam & quæ nunc collocuti sumus, ea nihil prohibet, ut & per somniũ inter nos colloqui uideamur: & cũ per somnũ somnia narrare uidemur, mira similitudo horũ ad illa est. SOC. Vides igitur ambigere nõ esse difficile, quãdo etiam utrũ est reuera, aut per somniũ ambigiť. Et sanè

Agentis ac patientis ratio

Esse, à reb. undiquaq́ eximẽdum

Insomniorũ & morborum ratio

Sensus non est scientia

Dormiamus an uigilemus

cùm æquale sit tempus quo dormimus, ei quo uigilamus, in utroq́ cõtendit anima nostra, ea quæ semper præsentia sunt dogmata præ omnib. esse uera. Quare æquali tempore hæc esse dicimus, æquali & illa: & similiter de utrisq́ affirmamus. THEAE. Omninò ita. SOC. Nõne de morbis & insanijs eadẽ ratio est, excepto tempore, quod nõ est æquale. THEAE. Rectè. SOC. Quid igiť temporis multitudine & paucitate uerũ definietur? THEAE. Ridiculũ hoc multis modis esset. SOCR. At aliud quid habes, quo manifestè ostendere possis, quæ ex his opinionib. sint ueræ. THEAE. Non mihi uideor. SOC. Me itaq́ audi, quæ de ipsis dixerint, hi qui decernunt ea quæ semper uidenť uera esse ei cui uidentur. Dicunt autem, uelut ego arbitror, ita interrogantes. Quod omninò aliud fuerit, ô Theætete, nunquid aliquã uim eandem cum alio habebit? & ne accipiamus partim idem esse quod interrogamus, partim aliud, sed in totum aliud. THEAE. Impossibile itaq́ est idem quiddam habere, siue in potestate, siue in alio quocunq́, cùm penitus fuerit aliud. SOC. Num & dissimile tale esse, necesse est cõsiteri? THEAE. Mihi sanè uidetur. SOCR. Si quid ergo simile alicui fieri cõtingit, aut dissimile, siue sibijpsi, siue alij, dum quidẽ simile fit, idem fieri dicemus, dũ uero dissimile, aliud. THEAE. Necesse est. SOC. Nõne antea dicebamus, multa esse agentia & infinita, similiter etiam patientia? THEAE. Etiam. SOC. Sed & q́ dum aliud alij atq́ alij cõmiscetur, non eadem, sed alia generabit? THEAE. Maximè. SOC. Dicamus itaq́ me & te, & alia iam secundũ eãdem rationem: Socratem sanũ, & rursus Socratẽ ægrotantem: utrum simile hoc illi, aut dissimile dicemus? THEAE. Num ęgrotantẽ Socratem, totum hoc dicis, toti illi sano Socrati? SOC. Optimè accepisti, hoc ipsum dico. THEAE. Dissimile profectò & aliud. SOC. Num sic uelut dissimile? THEAE. Necesse est. SOC. Et dormientẽ itaq́, & omnia quæ modò recensuimus, similiter dices? THEAE. Ego sanè. SOC. Quodcunq́ itaq́ ex natura aliud quid facere potest, id cùm sanũ Socratem acceperit, uelut alio me utet: cùm uero ęgrotantẽ, itidẽ uelut alio. THEAE. Cur uero nõ deberet? SOC. Et alia sanè in utroq́ generabimus, & ego qui patior, & illud quod facit? THEAE. Quid ni? SOC. Cùm itaq́ uinũ bibo sanus, iucundũ mihi apparet ac dulce. THEAE. Etiam. SOC. Nam ex supra concessis, & agens & patiens, dum simul ambo feruntť, dulcedinem ac sensum generauerunt, & sensus quidẽ à patiente profectus, linguã sentientẽ effecit, dulcedo uero à uino, quæ circũ ipsum fertur, dulce uinũ sanæ linguæ, & esse, & apparere fecit. THEAET. Sic maximè nobis superiora concessa sunt. SOC. Cùm uero ægrotantẽ acceperit, aliud'ne quid q́primum reuera non eundẽ accepit? Nam ad dissimile accessit. THEAE. Etiã. SOC. Alia itaq́ rursus generauerunt & talis Socrates, & uini potus, circa linguam quidem sensum amaritudinis, circa uinũ uero eam quæ fit ac fertur amaritudinẽ: & uinum quidem non amaritudinẽ: sed amarum, me uero non sensum, sed sentientem. THEAE. Maximè. SOC. Nõ'ne ego qui sic sentio, nihil unq́ aliud fiam? Alius enim alius est sensus, & alienum ac aliud sentientẽ facit: neq́ illud quod me facit, unquã alij congressum, idem generans, huiusmodi fuerit. Nam ab alio aliud generans, alienum fiet. THEAET. Est ita. SOC. Neq́ uero ego mihijpsi talis, neq́ illud sibijpsi tale fiet. THEAE. Non profectò. SOC. Necesse est autem & me alicuius fieri, cùm sentiens fiam: nam sentiens ut nihil sentiat, fieri non potest: & illud alicui fieri, cùm dulce, aut amarum, aut tale fiat: nam dulce ut nulli dulce fiat, fieri non potest. THEAE. Maximè. SOC. Consequens itaq́ est, arbitror, nobis alterum alteri siue sumus, esse: siue fuimus, fieri. Quando quidẽ enim necessitas nostram essentiã colligat quidem, colligat aũt nulli alij, neq́ rursus nobis ipsis, sequitur sanè alterum alteri colligatũ esse. Quare siue quis esse quid dixerit, siue fieri, alicui esse ac fieri, aut alicuius, aut ad aliquid, ipsi dicẽdum est. Ipsum autem in seipso quid aut esse, aut fieri, neq́ ipsi dicendum est, neq́ alio dicente admittendũ, quemadmodum superius habitus sermo indicat. THEAE. Omninò ita, ô Socrates. SOC. Non'ne quando id quod me facit mihi est, & nõ alij, ego etiam ipsum sentio, alius aũt non? THEAE. Quid ni? SOC. Verus ergo mihi est meus sensus. Meæ enim essentiæ semper est. Et ego iudex sum secundũ Protagoram, & eorũ quæ sunt mihi, ut sunt, & eorum quæ nõ sunt, ut non sunt. THEAE. Apparet. SOC. Quomodo igitur cùm non fallar, neq́ cogitationes circa ea quæ sunt, aut fiunt aberrem, nõ fuerim sciens eorum quæ sentio? THEAET. Nullo penitus modo. SOC. Pulcherrimè itaq́ dixisti, q́ Scientia nõ aliud quid est q́ sensus. Et in

Alia quæ sunt, aliam etiã uim habent

Similia fieri, eadem fieri est.

Vinũ sanis dulce, ægrotis amarum

Relationis ratio, in omnibus est

Sensus iudiciũ uerum esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus. Et in idem coincidunt, secundũ Homerum & Heraclitũ, & omnem talem gentem, omnia uelut fluxiones moueri: secundum sapientissimũ Protagoram, omnium rerum mensuram hominem esse: secundum Theætetũ, his ita se habentibus, sensum scientiã fieri. Profectò enim, ô Theætete, hunc tuũ uelut recens natum puerũ esse asserimus, meam autem esse obstetricationem. Aut quomodo dicis? THEAE. Ita necesse est, ô Socrates. SOCR. Hunc equidẽ ut apparet, uix tandem genuimus, quicunq; tandem is sit. Verùm post partum, discurrendi celebritatem cum ipso reuera circumcirca currendo peragemus, & rationis discursu considerabimus, ne lateat nos, non dignam esse sobolem quæ educetur, sed à uento conceptã ac falsam. Aut putas tu omninò educare oportere tuam sobolem, & non exponere? Aut sustinueris etiam si redargui uideas, & non uehementer indigneris, si quis tibi ipsam uelut à primo enixa auferat? THEO. Sustulerit Theætetus, ô Socrates. Nequaquam enim morosus est. Quare per deos dic, an non ita res se habeat? SOC. Sermonum admodũ auidus es, & bonus uir, ô Theodore, quòd me quendam sermonum utriculum esse putas, unde facile depromptũ proferam, quòd hæc non ita se habeant. At quod fieri solet, non animaduertis, quòd nullus sermo à me proficiscitur, sed semper ab eo qui mecum colloquitur. Ego uero nihil plus scio, præter exiguum quiddam, ut sermonem ab alio sapiente accipiam, & moderatè assequar. Et nũc hoc ex isto conabor, non ipse aliquid dicere. THEO. Tu melius, ô Socrates, dicis, atque ita facito. SOCR. Nosti igitur ô Theodore, quid de amico tuo Protagora admirer? THEO. Quid istud? SOC. Reliqua quidem ualdè iucundè mihi dixit, quòd id quod unicuique uidetur, hoc etiam est. Verùm principium sermonis admiratus sum, quòd quum à ueritate initium faceret, non dixit, omnium rerum mensura est sus, aut Cynocephalus, aut aliud quid absurdius, ex his quæ sensum habent: quo magnificè & contemptim admodum nobis dicere exorsus esset, ostendens per hoc, quòd nos quidem ipsum tanquam deum ob sapientiam admiremur, ipse uero ad sapientiã nihilo præstantior sit rana Gyrina, nedum ullo aliquo alio homine. Aut quomodo dicimus, ô Theodore? Si enim unicuiq; uerum est id quod per sensum opinatur, & neq; alterius affectionem alius melius dijudicat, neq; opinionẽ alterius alter potius considerare potest, recta ne sit an falsa, sed quod sæpe dictum est, quisq; sua solum ipse censebit, & hæc omnia recta & uera: quid tandem ô amice, Protagoras quidem sapiens est, adeò ut etiam aliorũ doctor meritò, et cum magna mercede habitus sit: nos autem imperitiores, & quibus ille discendi gratia adeundus sit: cùm quisq; sibijpsi suæ sapientiæ mensura sit? Et hæc quomodo non dixerimus ludendo dicere Protagorã? Nam meum, & meæ obstetricandi artis studiũ taceo, quantum risum mereatur. Arbitror aũt & uniuersa disserendi tractatio. Etenim considerare ac conari, ut alter alterius imaginationes ac opiniones redarguat, cùm uniuscuiusque rectæ sint, non'ne longæ ac graues nugæ sint, si uera est ueritas Protagoræ, & nõ ludendo ex libri adyto locuta est? THEO. Cũ amicus illi uir sim, uelut tu ô Socrates, modo dixisti, nõ patiar ex mea consensione Protagorã redargui, neq; rursus admiserim, ut præter opinionem aduersus te contendam. Theætetũ igitur rursus assume. Nam & antea concinnè tibi obsequi uisus est. SOC. Num etiam Lacedæmonẽ profectus ô Theodore, ad Palæstras, si alios uideres nudos, eosq; partim uiles, non operæpreciũ duceres, ut teipsum exueres, & contra illos speciem tuã ostenderes? THEO. Quidni putas, si mihi permittere ac credere uellẽt, quemadmodũ nunc uobis persuasurũ me cõfido, ut me spectare permittatis, & nõ ad gymnasiũ pertrahatis uirũ durum iam, ut cum iuniore & magis flexibili colluctẽr. SOC. At si tibi ô Theodore, ita gratum est, neq; mihi molestũ erit, aiunt hi qui prouerbijs utuntur. Rursus igitur sapientẽ Theætetũ adeamus. Dic itaq;, ô Theætete, primũ quidem ea quę nunc recensuimus, nõne & tu simul admiratione ducereris, si ita derepentè nihilo deterior appareas in sapientia, q̃ ullus aliquis homo aut deus? Aut putas Protagorã illam mensurã minus ad deos, q̃ ad homines referri? THE. Profectò non ego, & id quod interrogas ualdè admiror. Cùm enim recenseremus quo modo diceret, id quod unicuiq; uidetur, etiã esse hoc ei cui uidetur, ualdè bene dici mihi uidebaꝫ. Nunc uero ad contrariũ rursus sententia breui transijt. SOC. Iuuenis eñ es, ô chare puer. Conciones igitur citò audis ac credis. Nam ad hæc dicet Protagoras, aut alius quispiam pro ipso. O generosi pueri ac senes, considentes concionem habetis, & deos in

Discurrẽdi cũ puero post partum celebritas

Vtriculus sermonum Socrates

Scientia Socratis quæ sit

Protagoras pro seipso dicens

deos in medium adducitis, quos ego an sint, aut non sint, & ex dicendo, & ex scribendo de ipsis eximo: & quæ plericq; audientes admiserint, ea dicitis, quòd horrendũ esset, si unusquisq; homo à quouis pecude in sapientia nihil differret. Demonstrationem autem & necessitatem nullam penitus adducitis, sed eo quod consentaneũ est rationi utimini, quo si Theodorus aut alius quidam Geometra in terræ dimensione uti uelit, nullius sanè precij æstimetur. Considerate igitur tu & Theodorus, an susceperitis sermones qui de tantis rebus, ex probabilibus ac consentaneis dicuntur. THEAE. At non iustum neq; tu ô Socrates, neq; nos asseruerimus. SOC. Quare iam alio modo, ut apparet, considerandum est, quemadmodũ & tuus & Theodori sermo exigit. THEAET. Maximè sanè alio. SOCR. Hoc itaq; modo consideremus, an idem sit scientia & sensus, aut aliud. Huc enim omnis noster sermo tendebat, & ea gratia multa hæc & absurda mouimus. Nunquid? THEAE. Maximè. SOCR. Num igitur fatebimur, quæ uidendo aut audiendo sentimus ea etiam omnia simul nos scire, uelut Barbarorum uocem prius, quàm discamus, utrum non dicemus nos audire quum loquuntur, aut & audire & scire ea quæ dicunt? Et rursus quum literas non sciamus, uidentes ipsas, utrum non uidere, aut scire, si quidem uidemus, affirmabimus? THEAE. Hoc ipsum ô Socrates de his nos scire dicemus, quod & uidemus, & audimus: Harum quidem figuram & colorem uidere & scire: illorum uero uocis acumen & grauitatem audire, simulq; scire. Quæ uero literatores & interpretes de ipsis docent, ea uidendo aut audiendo, neque sentire, neque scire. SOC. Optimè, ô Theætete, & indigna res esset de his aduersum te contendere, quo etiã incrementum capias. Verùm uide & aliud hoc quod accedit, & quo modo ipsum propellemus, considera. THEAE. Quale istud? SOCR. Tale. Si quis interrogaret num fieri posset, ut quod quis aliquando sciuisset, cuiusq; memoriam adhuc teneret ac conseruaret, tunc quum meminit, ipsum hoc nõ sciat, quod meminit. In longum extendo sermonem, ut uidetur, quum interrogare uelim, an quis quid quod didicit, memoria tenens, non nouit. THEAE. Et quomodo ô Socrates. Mõstrum enim esset id quod dicis. SOC. Num igitur ego deliro? Considera uero. Num uidere sentire dicis, & uisum sensum? THEAE. Ego sanè, SOC. Non'ne qui uidit quid, sciens factus est illius quod uidit, iuxta modo dictum sermonẽ? THEAE. Etiam. SOC. Quid uero memoriam dicis ne aliquid? THEAE. Etiam. SOC. Vtrum nullius, aut alicuius? THEAE. Alicuius certè. SOC. Nón ne talium quorundã quæ didicit, & quæ sensit? THEAE. Quidni? SOC. Quod itaq; uidit quis, eius meminit aliquando? THEAE. Meminit. SOC. Num etiam clausis oculis, aut ubi hoc fecit, obliuiscitur? THEAE. At absurdũ hoc dictu esset, ô Socrates. SOCR. Oportet tamen ita esse, si superiorẽ sermonem seruare uelimus: Sin minus, periit. THE. Et ego per Iouem, ita suspicor, non tamen satis intelligo, uerùm dic quomodo. SOCR. Hoc modo. Qui uidet, ut diximus, sciens factus est eius quod uidet, Visum enim & sensum & Scientiam idem esse confessi sumus. THEAE. Maximè. SOC. Qui uero uidet, & sciens factus est eius quod uidit, si oculos clauserit, meminit quidem, non uidet autem ipsum. Nunquid ita? THEAE. Etiam. SOC. At nõ uidet, idem est quod non scit, siquidem etiam uidet, idem est quod scit. THEAE. Vera refers. SOC. Cõtingit itaq; ut id cuius quis sciens factus est dum adhuc meminit, non sciat, quando quidẽ non uidet: id quod mostrum esse diximus, si ita fieret. THEAE. Verissima dicis. SOC. Impossibiliũ itaq; aliquid effici uidetur, si quis scientiã & sensum idem esse dicat. THEAE. Apparet. SOC. Aliud ergo utrunq; dicendũ est. THEAE. Consequens est. SOC. Quid igitur tandem fuerit Scientia rursus ab initio, ut apparet, dicendũ est, quanq; quid tandem faciemus, ô Theætete? THEAE. De qua re? SOC. Videmur mihi degeneris galli instar prius, q̃ uicerimus, cantare, ut qui de sermone resilierimus. THEAE. Quomodo istud? SOC. Cõtumaciter uidemur circa nominũ consensiones assensi, & tali quopiam in disputatione superiores facti, contenti esse: & cùm profiteamur nos non decertatores, sed sapientes esse, non animaduertimus nos eadẽ quæ illi horrendi uiri facere. THEAE. Nondũ intelligo quomodo dicas. SOC. At ego conabor declarare de ipsis id quod sentio. Interrogabamus equidem, an quis quid quod didicit, & meminit, non sciat: & cùm eum qui uidit, etiã clausis oculis meminisse, non uidere aũt demonstrauerimus, non scientẽ & simul memorẽ demõstrauimus. Hoc aũt est impossibile. Atq; sic Protagoreus sermo periit, simulq; tuus,

Demonstrationem in philosopho requiri

Videre idem quod scire

Scientiã & sensum diuersa esse

Sensus quatenus sit scientia

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui scientiã & sensum idem esse asseruit. THEAE. Apparet. SOC. Nõ profectò arbitror, ô amice, si quidẽ alterius sermonis pater uiueret, sed plurimũ illum defenderet. Nũc uero orphanũ ipsum nos contumelia afficimus. Nam neq; tutores, quos Protagoras reliquit, opem ferre uolunt: quorũ unus est hic Theodorus. Quare nos ipsi periculum facie mus, ut iustitiæ ergo ei opem feramus. THEOD. Non ego, ô Socrates, sed magis Callias Hipponici filius, rerum illius tutor est. Nos aũt citius aliquãtò de nudis uerbis ac sermo nibus, ad Geometriã declinauimus. Gratiã tamen tibi habebimus, si ipsi opem tuleris. SOC. Pulchrè dicis, ô Theodore. Cõsidera igitur meum auxiliũ. Nam superioríb. etiam grauiora quis confiteri posset, si uerbis mentẽ non adhíbeat, quatenus plerũq; solemus asserere & negare. Tibi ne dicã quomodo, aut Theæteto? THEO. In cõmune sanè. Respondeat aũt iunior. Delinquens enim, minus turpiter se dabit. SOC. Dicam igitur gra-
Quæstio grauissima uissimam quæstionẽ, est autem huiusmodi. Num fieri potest ut idem qui aliquid nouit, hoc quod nouit non sciat? Quid igit̃ respondemus ô Theætete? THEAET. Fieri non posse ego arbitror. SOC. Non, si sanè uidere, scire pones. Quõ enim ineuitabili quæstio ne uteris, si quod dicit̃, in puteo detinearis, ubi uir intrepidus appræhenso manu altero tuo oculo, interroget an uideas palliũ eo oculo quem is appræhendit? THEAE. Nõ dicam arbitror hoc, attamen altero. SOC. Nõne uides, & simul non uides idem? THEAE. Sic quodãmodo. SOC. Nihili ego dicet, hoc facio, neq; interrogabã quomodo. Verùm an quod scis, hoc etiam non scias. Nunc uero quod nõ uides, uidere uideris. Confessus autem es, uidere, esse scire: & non uidere, non scire. Ex his igitur reputa quid tibi efficia tur. THEAE. At reputo, contraria his quæ proposui. SOC. Fortassis aũt plura talia tibi ô admirande, accidissent, si te quis insuper interrogasset, an scire contingat & acutè, & obtusè: & scire quidem propè, procul aũt non: & uehementer & leniter idem: & alia innumera, quæ ex insidijs adoriens uir peltatus, ad dicendũ mercede conductus interrogasset, & quando scientiã & sensum idem ponebas, ad auditũ & olfactum & eiusmodi sensus te immissum redarguisset, detinens & non dimittens prius, q̃ expetendam illam adeò scientiam admiratus, in uincula ab ipso coniectus esses, quibus captus ac illigatus fuisses, donec te pecunijs tãtis, quãtæ & tibi & illi satis esse uisæ essent, liberasses. Quam igitur, fortassis dixeris, Protagoras defensionẽ pro seipso afferet? Aliud' ne quid, quàm dicere conabimur? THEAE. Maximè. SOC. Hæc equidem omnia quæ nos opem illi fe-
Protagoræ de sensio pro seipso rentes dicimus, etiam palàm, ut arbitror, impetet, contemnens nos ac dicens. Bonus ille Socrates postquã puer ab ipso interrogatus, an fieri possit, ut idem homo idem meminerit simul & nõ sciat, timuisset, & eo quòd præ timore prouidere non posset, negasset: ridiculum me in sermonibus demonstrauit. At res hæc, ô ignauissime Socrates, hoc modo se habet. Cùm aliquid ex meis, per interrogationem cõsideras, siquidem interrogatus, talia qualia ego respondissem, respondens fallatur, ego sanè redarguor: Si uero aliena, ipse qui interrogatus est. Proinde putas' ne aliquem tibi concessurũ esse, memoriam eorum quæ passus est, adesse alicui nõ amplius patienti, memoriã, inquam, quæ talis sit affectio, qualis fuit cùm pateretur? Multum abest. Aut rursus cunctaturũ esse confiteri, fieri posse ut idem homo idem sciat, & non sciat? Aut si hoc timuerit, unquam daturum esse, eundem esse qui dissimilis fit, cum eo qui esset antea, quàm dissimilis fieret, imò potius hunc esse quendam, sed non hos, & hos qui fiant infinitos, siquidem dissimilitudo fiat, si modò nominũ uenationes inter nos uereri nos oportebit. Quare ô bea te dicer, generosius ad hoc quod dico progressus, si potes redargue, q̃ non proprij sensus unicuiq; nostrum fiant: aut quod quum proprij fiant, nihilo magis id quod apparet,
Substãtiui uerbi in rebus fuga soli illi fiat, uel si esse nominare oportet, sit, cui sanè apparet. Dum uero sues & Cynocephalos producis, nõ solum ipse sues imitaris, sed etiam audientibus, hoc in mea scripta facere persuades, non bene faciens. Ego enim affirmo ueritatem ita se habere quemadmodum scripsi. Mensuram enim unumquenq; nostrum esse, & eorum quæ sunt, & quæ nõ sunt: magnopere tamen alterũ ab altero hoc ipso differre, eo q̃ alij alia sunt, & apparent: & rursus alij alia. Et multũ abest ut sapientiam & sapientẽ uirum esse non dicã, sed ipsum hunc etiam sapientẽ dico, qui si cui nostrũ uideantur, & sint mala, transmutans ea faciat ut uideãtur, & sint bona. Sententiã uero meam ne uerbis persequaris, sed hoc modo adhuc clarius, quid dicam, discas. Quemadmodũ enim in superioribus dicebatur, in

memoriam

memoriam reuoca, quòd ęgrotanti quidẽ uidentur, & sunt amara, ea quæ edit: Sano uero contraria sunt, & uidentur. Sapientiorem igitur neutrũ horum facere oportet: Neq; enim fieri potest: neq; affirmandũ, quòd ęger sit imperitus, eo q̃ talia opinatur: sanus autem sapiens, eo quòd diuersa. Verum transmutatio facienda est ad alterum statum. Melior enim est alter habitus: Sic uero etiã in disciplina, ab altero habitu ad meliorẽ transmutatio facienda est. At Medicus medicamẽtis trãsmutat, Sophista sermonibus. Nam neq; falsa opinantẽ efficere quis queat ut postea uera opinet̃: neq; enim fieri potest ut quis ea quę nõ sunt opinet̃: neq; alia præter ea quæ patitur: Hæc autẽ semper uera: sed eum qui prauo animæ habitu cognata huius opinatur, efficere quis potest arbitror, ut bono habitu opinetur alia huiusmodi, quæ quidam imaginationes ueras præ imperitia uocant. Ego uero meliores quidẽ alias alijs, ueriores autem nihilo uoco. Et multũ abest ô chare Socrates, ut sapientes ranas appellem, Verũ circa corpora, medicos dico, circa stirpes, agricolas. Nam & hos dico stirpibus, pro prauis sensibus, ubi aliqua ipsarũ ęgrotat, bonos ac sanos sensus & ueros inducere. Sapiẽtes autẽ & bonos rhetores facere, ut ciuitatibus bona pro prauis iusta esse uideant̃. Nam quæ unicuiq; ciuitati iusta & honesta uidentur, hæc etiam sunt ipsi, donec ipsa esse putarit. Verũ Sapiens pro singulis quæ ipsis sunt prauis, bona esse ac uideri facit. Iuxta eandẽ rationẽ etiam Sophista, qui ita erudire potest eos quos castigat, sapiẽs est & multis pecunijs dignus apud eos quos erudijt. Atq; sic alij alijs & sapientiores sunt, & nullus falsa opinatur, & tibi siue uelis, siue nolis admittendum est, ut qui mensura existas. In his enim hic sermo cõseruatur, aduersus quem si tu ab initio cõtendere uoles, sermone te contrà opponẽs contendito. Si uero per interrogationes uoles, per interrogationes. Neq; enim hoc fugiendũ est, sed omniũ maximè persequendũ ei qui mẽre prædítus est. Sic itaq; facito, ne sis iniurius interrogando. Multa enim absurditas est, eum qui uirtutis curã habere se asserit, nihil aliud facere, quàm ut in sermonib. iniustus esse perseueret. Iniustitia uero in hoc consistit, quũ quis nõ diuersa ratione, uelut decertãs studium adhibet, & rursus alia, uelut disputans: & in decertando quidẽ ludat & fallat, quantum poterit: in disputãdo uero seriò agat, & eum cum quo disputat, corrigat, illos solos ipsi ostẽdens errores, in quibus ipse à seipso ac prioribus cõuersationibus deceptus est. Si enim ita feceris, sibijpsis suã turbationem ac ambiguitatẽ, & nõ tibi imputabũt hi qui tecũ conuersantur, & te quidẽ persequent̃ ac amabũt, seipsos autẽ odio habebũt, & à seipsis ad philosophiã defugient, quo alij facti, non sint amplius qui prius erãt. Si uero cõtraria his facias, quemadmodũ plerique solent, cõtraria tibi eueniẽt, & eos qui tecũ cõuersati sunt, pro philosophis, osores huius studij efficies, postquã seniores facti fuerint. Si itaq; me audies, quod etiã prius dixi, nõ maleuole neq; cõtentiosè, sed placida mente cõsidens, reuera cõsiderabis quid tandem dicamus, dum omnia moueri pronunciamus: & quod unicuiq; uidetur, hoc etiam esse, & priuato, & reipublicæ. Et ex his cõsiderabis an idem, aut aliud sit scięntia, & sensus, & non quemadmodũ nunc ex cõsuetudine uerborũ ac nominũ, quæ pleriq; prout contigit trahẽtes, omnigenas inter se ambiguitates inducũt. Hæc ô Theodore amico tuo in auxilium, pro uiribus meis adduxi, parua à paruis. Si uero ipse uiueret, magnificentius suis opinionibus opem tulisset. THEO. Ludis ô Socrates. Valdè enim uiriliter uiro opem tulisti. SOC. Bene dicis ô amice, & dic mihi, animaduertisti' ne Protagora modò dicẽte, q̃ exprobrarit nobis, nos ad puerum sermones facere, & pueri timore aduersus ipsius dicta decertare: & q̃ urbanitate quadã inde nos auocans, omniũ autẽ mensuram ambitiosè ostentãs, studiũ adhibere seriò, nos iusserit circa suũ sermonẽ. THEO. Quid ni animaduerterim ô Socrates? SOC. Quid igit̃, parere ipsi iubes? THEO. Vehemẽter. SOC. Vides igit̃ hos omnes, te uno excepto, pueros esse? Si igit̃ uiro parebimus, me & te interrogãdo ac respõdẽdo uicissim, seriò studiũ adhibere oportet circa ipsius sermonẽ, ut ne hoc habeat quod nobis obijciat, q̃ cũ adolescẽtibus ludentes, rursus sermonẽ ipsius cõsiderauerimus. THEO. Quid uero, nõ' ne Theætetus melius q̃ multi q barbas habẽt, sermonẽ pscrutantẽ assequi poterit? SOC. At nõ melius q̃ tu ô Theodore. Ne igit̃ putes me amico tuo mortuo omni modo opẽ ferre oportere, te uero nullo modo. Verũ age ô optime paululũ sequere usq; ad hoc ipsum, donec uideamus, an te in tabulis Geometricis mensurã esse oportet, aut omnes similiter ut tu sibijpsis sufficiãt, tũ ad Astrono-

Disciplinæ mutatio in meliorẽ

Disputãdi modus ac fructus

Universidad de Deusto
Biblioteca

miam,tum ad alia,in quibus præstare te fama concelebrat. THEO. Non facile sit ô Socrates tibi assidentem non respondere. Verum ego paulò ante deliraui, dum affirmarem permissurum te mihi ut me non exuam, & non coacturum quemadmodum Lacedæmonij. Tu uero uideris mihi magis ad Scirrhonem tendere. Nam Lacedæmonij aut abire,aut exuere iubent. Tu uero magis secundũ Antæum,hanc fabulam agere mihi uideris. Eum enim qui accessit non dimittis prius,quàm coegeris ut se exuat, & in sermonibus colluctetur. SOC. Optimè morbũ meum ô Theodore assimilasti, fortior tamen ego sum illis. Innumeri enim iam Hercules ac Thesei mecum congressi,in dicẽdo præstantes,ualdè defessi sunt. Verũ ego nihilo magis desisto. Ita ingens quidam amor huius exercitui me inuasit. Ne igitur etiam tu inuideas mihi hunc congressum, qui & tibi ipsi & mihi utilis fuerit. THEO. Nihil amplius contradico. Verum duc quo uoles, omnino circa hæc fatum, quod tu deuolueris, dum redarguor tolerare oportet: nõ tamen ultra ea quæ proposuisti, meipsum tibi exhibere potero. SOCR. At sufficit etiam usq; ad hæc. Et mihi diligenter hoc obserua, ut ne minus animaduertentes, ad puerilem quandam sermonum speciem dilabamur, & quis rursus nobis hoc ipsum exprobret. THEO. At conabor inquantum potero. SOC. Hoc itaq; rursus primum apprehendamus, quod etiam prius, & uideamus rectè ne aut non rectè sermoni insultauimus, ipsumq; grauiter tulimus, quo ille unũquenq; ad sapientiam sufficere fecit, & nobis Protagoras concessit, quosdam in eius quod melius & quod deterius est cognitione præstare, quos sanè etiam sapientes esse. Non ne ita est? THEO. Etiam. SOC. Si quidem igitur ipse præsens confessus esset, & non nos ipsi opem ferentes concessissemus, nihil opus fuisset repetita confirmare. Nunc uero fortassis quis nos parum idoneos opinionũ illius asserores duxerit. Quare melius est, quomodo res se habet, de hoc ipso clarius asserere. Non enim parũ euariat, siue sic, siue aliter se habeat. THEO. Vera dicis. SOCR. Ne itaq; ex aliis, sed ex illius sermone assensum ac assertionẽ q; breuissimè sumamus. THEO. Quomodo? SOC. Sic. Quod unicuiq; uidetur, hoc etiam esse dicit cui uidetur. THEO. Dicit sanè. SOCR. Non ne ô Protagora etiam nos hominis, aut potius omniũ hominum opiniones dicimus, & asserimus neminem esse, qui non partim seipsum alijs sapientiorem ducat, partim alios seipso. Et in maximis sanè periculis, quum in militia, aut morbis, aut in mari, à tempestate homines iactãtur, uelut deos habere eos qui in singulis principes sunt, seruatores suos expectantes, nõ alio quopiam quàm sciendo præstantes. Et quum per omnia humana quærant præceptores ac principes sibijpsis, & alijs animalibus, ac operis, quos sufficere putant tum ad docendũ, tum ad imperandũ: quid aliud in his omnibus dicemus, quàm ipsos homines putare sapientiam & imperitiã apud seipsos esse? THEO. Nihil aliud. SOC. Non ne sapiẽtiam quidem, ueram cogitationem esse ducũt, Imperitiam uero, falsam opinionẽ? THEO. Quid ni? SOC. Quomodo igitur ô Pratagora utemur sermone? utrum uera semper homines opinari dicemus, aut aliquando uera, aliquando falsa? Ex utrisq; enim sequitur, nõ semper uera, sed utraq; ipsos opinari. Consi dera enim ô Theodore, an ne Protagoras, aut tu ipse contendere uelis, quòd nemo sit qui alterum imperitum esse, ac falsa opinari putet. THEO. At incredibile hoc est ô Socrates. SOC. Atqui ad hanc necessitatẽ sermo ille deuenit, qui omniũ rerum mensuram hominem esse dicit. THEO. Quomodo istud? SOC. Quũ tu aliquid iudicasti apud teipsum, & opinionẽ de aliquo ad me retuleris, tibi quidem hoc iuxta illius sermonẽ uerũ sit: nobis aũt alijs de tuo iudicio iudicare ne licet, aut te semper uera opinari iudicamus, aut innumeri semper tibi aduersantur cõtrarium opinantes, falsa te & iudicare & opinari dicentes? THEO. Per Iouẽ ô Socrates, innumeri ualdè inquit Homerus, qui mihi ex hominibus molestiam exhibent. SOC. Quid igitur uis ut dicamus, te quidem tũc uera tibijpsi opinari, innumeris autẽ falsa? THEO. Videtur ex sermone necessarium esse. SOC. Quid uero ipsi Protagoræ, nũquid necessariũ esse? Si quidẽ enim neq; ipse putabat, hominẽ mensurã esse, neq; multi isti, quemadmodũ neq; putãt, nulli hanc esse oportet ueritatẽ, quã ille scripsit. Si uero ipse quidẽ putabat, multitudo autẽ non consentit, nosti quòd primũ quantò plures sunt quibus non uidetur, quàm quibus uidetur, tantò magis nõ est, quàm est. THEO D. Necesse est, si quidẽ secundũ unamquãq; opinionem erit, & non erit. SOCR. Deinde hoc bellum planè est. Ille quidẽ de sua opinione, eorum qui

Pueriles sermones uitãdos esse

Opinãdi ratio

qui contrarium putant opinionem, qua uidelicet illum mentiri ducũt, concedit ueram esse, quũ confiteatur omnes ea quæ sunt opinari. THEO. Maximè. SOC. Non ne suam opinionem falsam esse cõcedit, si eorũ qui ipsum mentiri putãt opinionem falsam esse confitetur? THEO. Necesse est. SOC. Alij uero nõ concedunt sibijpsis ut mentiantur? THEO. Nequaquã. SOC. Ille uero & hanc ueram esse opinionẽ ex his quæ scripsit confitetur? THEO. Apparet. SOC. Ex omnibus ergo quæ à Protagora initiũ sumpserũt ambigetur, lmò uero ab illo concedetur, quũ contraria dicẽti concedat uera ipsum opinari, tunc etiã ipse Protagoras concedet, neq; canem, neq; quemlibet hominẽ mensuram esse, neq; unius, quod non didicit. Non ne ita? THEO. Ita. SOC. Non ne quãdoquidem ab omnibus ambigitur, nulli uera fuerit Protagoræ ueritas, neq; alij cuiquam, neq; illi ipsi? THEO D. Nimium ô Socrates in amicum meum inuehimur. SOCR. Atqui obscurum est ô amice, an etiam rectum prætereamus. Verisimile enim est illum quum senior sit, etiam sapientiorem nobis esse. Et si statim ad collum usq; exertus hinc prospectaret, profectò ubi & me delirantẽ ut uerisimile est, & te assentiẽtem, multũ redarguisset, rursus demersus euanesceret. Veruntamẽ nobis necesse est arbitror ut utamur nobis ipsis, quales tandem sumus: & ut quæ uidentur semper eadem dicamus. Et sanè etiam nunc, aliud ne quiddam quàm hoc, quemlibet cõfiteri dicemus, nimirũ alterum altero sapiẽtiorem esse, itemq; imperitiorẽ? THEO. Mihi sanè uidetur. SOC. Num & hoc modo maximè firmare ac finire sermonem, quo nos Protagoræ opem ferentes subscripsimus, q; multa quidem quo modo uidentur, eo etiam sunt unicuiq;, calida, sicca, dulcia, & omnia quæ huius formæ sunt? Si uero in quibusdam alium alio præstare concedet, circa salubria, & morbosa hoc affirmare uelle, nõ omnẽ mulierculam, & puerum, imò neq; bestiam omnẽ, ad medendum sibi sufficere, ut ipsa id quod sibijpsi salubre sit cognoscat. Verũ hic sicubi aliàs, alium alio præstare. THEO. Mihi ita uidetur. SOCR. Non ne & de ciuilibus, honesta & turpia, iusta & iniusta, & sancta & contra, qualia unaquæq; ciuitas sibijpsi iusta ducens legis loco sancit, hæc etiam reuera unicuiq; esse, & in his neq; priuatum priuato, neq; ciuitatem ciuitate quicquã sapientiorem esse? At in eo quod utilia, aut non utilia sibijpsi statuit, hic sicubi alias, rursus confitebitur consiliarium consiliario præstare, & opinionem ciuitatis aliam alia præstare, quod ad ueritatem attinet: & non admodum audebit asserere, quæ constituerit ciuitas utilia sibijpsi rata, ea etiam præ omnibus conducere. Verum illic uelut dixi, in iustis & iniustis, & sanctis ac non sanctis, affirmare uolunt, quòd non sit quicquã ipsorum natura, quod suam essentiã habeat. Sed quod in cõmuni uidetur, hoc tunc uerum sit quum uidetur, & quanto id tempore uidetur. Et qui sanè non omnino Protagoræ sermonẽ asserunt, hi sic quodammodo sapientiam præ se ferunt. Nobis autem ô Theodore sermo ex sermone, maior ex minore oboritur. THEO. Non ne ocium habemus ô Socrates? SOC. Videmur habere. Et sæpe quidem ô beate etiam aliàs cogitaui, & nunc quoq;, quòd meritò hi qui in philosophia multũ tempus cõtriuerunt, ad iudiciarium forum progressi, ridiculi rhetores apparent. THEO. Quomodo hoc dicis? SOC. Videtur hi qui in foro iudiciali ac talibus uersantur à iuuentute, si ad eos qui in philosophia & huiusmodi exercitio enutriti sunt cõparẽtur, uelut serui ad liberos collati, enutriti esse. THEO. Quomodo istud? SOC. Quatenus his quidem hoc quod tu dixisti ociũ semper adest, & sermones in pace cum ocio faciunt. Quemadmodũ enim nos nunc tertium iam sermonem ex sermone transmutamus: Sic etiã illi, si illapsus sermo magis ipsos quàm propositus, uelut etiam nos, delectet, nihil ipsos moratur quin dicant, siue perlongũ, siue breuibus id fieri possit, si modò id quod est assequantur. Illi uero in occupatione semper dicunt. Vrget enim ipsos aqua fluens, & non licet ipsis sermones facere de qua re cupiant. Verum necesse est seruum extra quæ dicendum non est, quam calumniæ iusiurandum uocant. Sermones autem semper sunt de conseruo, ad dominum sedentem, & in manu iudicium habentem. Certamina uero nunquam frustra, sed semper de re ipsa. Sæpe uero etiam de anima ac uita curriculum instat. Quare ex omnibus his intenti & acres fiunt, scientes domi num sermone demulcere, ipsiq; re ipsa gratificari, ut qui parui animis sint, & non rectis animis præditi. Nam incrementum & rectitudinem ac libertatem, seruitus ex adolescentia

Hominem non esse mensuram rerũ omnium

Vtilium alia ratio quã iustorũ

Ad aquam dicentes

Calumniæ iusiurandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

lescentia ipsis ademit, quæ ipsos obliqua facere cogit, & magna pericula ac timores teneris adhuc animis immittit, quæ quum non possint cum iusto ac uero sufferre, statim ad mendacium, & mutuam alterius in alterum iniuriam conuersi, multum flectuntur ac confringuntur, adeò ut nihil sanè mentis habentes, ex adolescentibus in uiros euadant, excellentes ac sapientes facti uelut ipsi putant. Atq; hi quidem tales sunt ô Theodore. At nostri chori homines uis ne ut recenseamus, aut prætereamus, & sic rursus ad sermonem nos conuertamus, ut ne quod etiam modò dicebamus, ualdè admodum libertate ac sermonum transmutatione utamur. THEO. Nequaquam ô Socrates, sed recenseamus. Valdè enim bene hoc dixisti, quòd non nos in tali choro sermonũ ministri simus, sed sermones nostri uelut serui sunt, & unusquisq; ipsorũ sustinet ut absoluatur, quum nobis uidetur. Neq; enim iudex, neq; spectator apud nos profectus est. qui nos uelut poetas regat ac increpet. SOC. Dicamus itaq; quandoquidem tibi uidetur de præcipuis. Cur enim quis eos qui leuiter in philosophia conuersantur recenseat? Hi itaq; ex adolescentibus primum quidem uiam ad forum non sciunt, neq; ubi sit iudiciarium forum, aut curia, aut alius quispiam cõmunis ciuitatis consessus. Leges autem & suffragia, quæ dicuntur aut scribuntur, neq; uident, neq; audiunt. Factiones autem & studia sodalitiorum circa creandos magistratus, & concilia, & cœnæ, & comessationes cum tibicinis, neq; per somnium ipsis obuersantur. An uero bene aut male quid factum sit in ciuitate, aut an alicui quid mali factum sit ex progenitoribus siue uiris, siue fœminis, magis uirum philosophum latet, quàm maris arenæ. Et neq; quòd hæc omnia ignorat, nouit. Neq; enim ab ipsis abstinet, ut ex eo nomen assequatur, sed reuera corpus ipsius solum in ciuitate iacet ac uersatur. Mens autem omnia hæc parua ducens, & nullius rei æstimans, undiquaq; fertur, seeundum Pindarum, & quæ sub terra sunt, & quę supra illam dimetiens, & per Astronomiam cœlos supergrediens, & omnem undiq; naturam perscrutans uniuscuiusq; totius eorum quæ existunt, ad nihil eorum quæ prope sunt, seipsam demittens. THEOD. Quomodo hoc dicis ô Socrates? SOCR. Quemadmodum etiam Thalen ô Theodore, Astronomię intentum & sursum spectantem, ac in puteum delapsum, Thracensis quædam festiua ac comis ancilla derisisse dicitur, quòd ea quæ in cœlo sunt nosse studeret: quæ uero ante ipsum, & ad pedes sita essent, ipsum laterent. Idem cauillum in omnes sufficit qui in philosophia uersantur. Reuera enim talem uirum, propinquus quidem & uicinus latet, non solum quòd nesciat quid ille faciat, sed quòd ferè etiam ignoret an homo sit, aut aliud quoddam pecus: Quid uero sit homo, & quid talí naturæ, diuersum ab alijs, facere aut pati conuenit, id quærit & in eo perscrutando occupatus est. Intelligis ô Theodore, aut non? THEO. Ego sanè, & uera dicis. SOCR. Proinde ô amice, talis dum & priuatim cum unoquoq; cõuersatur, & publicè, quod ab initio dixi, quum in foro iudiciario, aut alibi coactus fuerit, de his quæ ad pedes sunt, & præ oculis disserere, risum exhibet, non solum Thracensibus ancillis, uerum etiam reliquæ turbæ, in puteos & omnem ambiguitatem præ imperitia illabẽs. Sed & ineptus ac indecorus gestus, stoliditatis opinionem de eo inducit. Nam & in conuitijs nihil habet quod priuatim alicui exprobret, ut qui nihil mali de ullo aliquo nouit, eo quòd nullam ullius curam habuit. Ambiguus igitur ridiculus apparet: & in laudationibus & iactationibus aliorum non simulatè, sed reuera ridere compertus, delirus esse uidetur. Etenim quum Tyrannũ aut regem laudari audit, pastorem aliquem ouium, aut subulcum aut bubulcum quendam beatum prædicari audire se putat, qui multum mulgeat, Malignius tamen & magis insidiosum animal, ipsum quàm illos pascere ac mulgere opinatur: sed agrestem ac ineruditum præ ocio talem fieri necesse esse, nihilo minus quàm pastores, ut qui caulam, murum in monte circumdatum habeat. At quum terræ decem milia iugera, aut adhuc plura audit, uelut is qui tot habet, admirandam multitudinem possideat, ualdè exigua audire se putat, ut qui ad uniuersam terram respicere solitus sit. At eorum qui generis claritudinem prædicant, & generosum aliquem qui septem diuites auos habet pronunciant, obtusè penitus & parum uidentium laudem esse ducit: ut qui præ ignorantia in uniuersum respicere non possint, neque reputare, quod unicuique auorum ac progenitorum innumerabilis multitudo fuerit, inter quos diuites ac pauperes, & reges ac serui, & Barbari ac Græci innumeri sæpe

Philosophorũ in dicẽdo libertas, & uitæ totius ratio

Thales in puteũ prolapsus

Philosophi in communi uita inepti

sæpe cuiq; fuerunt. Quin & si quis uiginti quinq; ex ordine progenitores iactet, & ad Herculem Amphitryonis filium genus referat, absurda ipsi curiositas apparet. Ridet itaq; quòd talis sit qui ab Amphitryone retrorsum uigesimũ quintũ se numerat, quum talis fortuna ipsi contigisset, etiamsi quinquagesimus ab illo fuisset, eo quòd reputare hoc non possit, neq; fatuæ animæ mollitiem à se amouere. In omnibus itaq; his talis uir uulgo deridetur, ut qui partim ut uidetur superbiat, partim ea quæ ante pedes posita sunt ignoret, & in singulis ambigat. THEOD. Omnino ea quæ fiunt dicis ô Socrates. SOCR. Quum uero rursus illum quis ô amice sursum trahat, & ipsum de hoc discedere uoleat, nimirum in qua re ego tibi iniuriam feci, aut tu mihi, ad considerationem iustitiæ ac iniustitiæ, quid utraq; ipsarum sit, & in quo ab omnibus, aut inter se differant: aut de hoc, an rex felix sit, & is qui multum auri possideat, ad considerationem de regno, & humana omnino felicitate ac miseria, qualia hæc duo sint, & quo modo hominis naturæ conueniat alterum ex his acquirere, alterum fugere: de omnibus his quum rationem reddere oportuerit paruo illum animo præditum, & acrem, ac in foro iudiciali uersantem, similia rursus in se admittit. Nam & uertigine afficitur ab alto suspensus, & sublimis ex supernis prospectans, præ eo quòd ad hæc non adsueuit, anxius & ambiguus & barbarissans risum exhibet, non quidem Thracensibus ancillis, neq; cuiquam alij inerudito: non enim sentiunt: sed omnibus qui cõtrario modo quàm quo serui solent, educati sunt. Hic est ô Theodore utriusq; modus, alter eius qui reuera in libertate & ocio educatus est, quem philosophum uocas, cui minime indigna res est, quòd uilis quispiam uidetur, & nullius rei est, quum in seruilia ministeria inciderit, ueluti quòd stragula concinnare non nouit, neq; obsonium condire, neq; adulatorios sermones confingere: aliberè ac dextrè modulari non nouit, neq; sermonũ harmonia accepta ueram deorum ac hominum felicitũ uitam rectè laudare. THEOD. Si omnibus ô Socrates persuaderes ea quæ dicis, quemadmodũ mihi, amplior pax & pauciora mala inter homines essent. SOC. At neq; fieri potest ut pereant mala ô Theodore: Sẽper enim aliquid contrarium bono esse necesse est: neq; ut inter deos ista locẽtur, uerum mortalem naturam & hunc locum circumeunt necessariò. Quapropter etiã conari oportet, ut hinc illuc quàm citíssimè fugiamus. Fuga autẽ est assimilatio ad deũ, quantum eius fieri potest. Assimilatio uero est, ut iusti ac sancti cum sapientia fiamus. At enim ô optime nõ facile admodum est persuadere, quòd non ea gratia, qua uulgus improbitatẽ fugiendam, uirtutem persequẽdam sentit, huic operã dare, illi nõ oportet, ut ne uidelicet quis malus, & ut bonus esse uideatur. Hæc enim aniculárum uelut dicí solet, sunt deliramenta, quemadmodum mihi uidetur. Sed quod uerũ est hoc modo dicimus. Deus nullo penitus modo iniustus est, sed quantũ fieri potest iustissimus: & non est ipsi quicquã similius, quàm qui ex nobis quàm iustissimus fuerit. In hoc etiam uera uiri præstantia, & uilitas ac ignauia consistit. Huius enim cognitio, sapientia & uirtus uera est. Ignorantia uero, imperitia & euidens malicia. At uero aliæ quæ uidentur præstantiæ ac sapientiæ, in ciuilibus quidẽ potestatibus contingentes, onerosę sunt. In artibus autem opificũ, illiberales. Ei igitur qui iniusta facit, & impia dicit aut perpetrat, longè optimũ est ut nõ permittatur, ut potens sit per improbitatem. Gaudẽt enim tales aliorum opprobrio, & putant de se dici, quòd non sint uilissimi nebulones, & inania onera terræ, sed uiri quales in repub. seruari oportet. Dicendum igitur quod uerum est, quòd tantò magis sunt quales se esse non putant, quantò minus id putant. Ignorant enim iniustitiæ pœnam, quam minime ignorare oportet. Non enim est uelut ipsi putant, in uerberibus ac morte sita, quæ aliquando patiuntur hi qui nihil iniustè perpetrarunt, sed est ea quam fieri non potest ut quis effugiat. THEODO. Quam itaque dicis? SOCRAT. Quum exempla ô amice in uita sint, diuinum quidem felicissimum, Impium uero miserrimum, non uidentes illi rem ita se habere, præ stoliditate ac dementia extrema, non animaduertunt se ob iniustas actiones huic assimilare, illi uero dissimiles facere. Cuius facti pœnam dant, uidentes similem uitam ei cui assimilantur. Si uero dixerimus, quòd si non desiterint ab improbitate, etiam mortuos ipsos ille à malis purus locus non suscipiet, sed isthic semper habebunt uitæ suæ similitudinem, ut mali cum malis conuersentur hæc sanè

etiam

Ridet & ridetur philosophus

Rhetores foorenses in quibus ridiculi

Tres status Athenis, Sapientes, reipub. præfecti, & opifices

Mali quomodo se gerant in magistratu

Deo similes quomodo fiamus

Videri uelle nõ est uirtus

Iniustitiæ pœna uera quæ sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vitæ futuræ explosio

etiam omnino uelut ex dementibus quibusdam, improbi illi ac omnia audentes audient. THEO. Maximè ô Socrates. SOC. Noui sanè ô amice. Vnum tamen quiddam ipsis accidit. Quòd si priuatim rationem dare & accipere oportuerit de his quæ uituperant, & ad satis multum tempus uiriliter sustinere uoluerint, & non ignauè fugere: tunc tandem absurdè ipsi sibijpsis displicent, in his quæ dicũt. Et Rhetorica illa quodammodo contabescit, ut à pueris nihil differre uideantur. De his igitur quandoquidem obiter dicuntur, discedamus. Quod si nõ fecerimus, plura semper affluentia institutum nobis ab initio sermonem obruent. Redeamus autẽ ad superiora, si ita tibi uidetur. THEO. Mihi quidem talia ô Socrates non minus iucunda auditu sunt, ut quę facilius in hac ætate assequar: Si tamen ita uidetur, rursus eò redeamus. SOC. Non'ne in ea sermonis parte eramus, in qua diximus eos qui essentiam ferri dicũt, & id quod semper cuiq; uidetur, hoc etiam esse ei cui uidetur, in alijs quidem affirmare uelle, & non minime circa ea quæ iusta sunt, quòd ea quæ ciuitas placentia sibi statuit, præ omnibus etiam iusta sunt, quan-

Vtilium alia ratio quàm iusto rum

diu cõstituta manserint: Verum de bono ac utili neminem adeò uirilem esse, ut audeat contendere, quòd quæ constituerit ciuitas utilia sibijpsi rata, etiam sunt tanto tempore utilia, quanto constituta fuerint: nisi sanè quis nomen dicat. Hoc autem cauillum utiq; fuerit ad ea quæ dicebamus. Non'ne ita? THEO. Maximè. SOCR. Ne dicat nomen, sed rem quam dum nominamus speculamur. Absit enim hoc, sed prout hanc nominarit, ad hanc intenta leges sancit, & omnes leges inquantum putat & potest, quàm utilissimas sibijpsi constituit. Aut ad aliud quid respiciens leges sancit? THEO. Nequaquã. SOC. Num etiam assequitur semper, aut etiam plerunq; unaquæq; delinquit? THEO. Arbitror ego eas etiam delinquere. SOC. Hinc itaq; adhuc magis quiuis eadem hæc confite

Vtilitas futuri temporis

bitur, si quis de omni specie interroget, in qua utile cõsistit. Est autem & circa futurum tempus. Quum enim leges ferimus, uelut utiles futuras leges condimus in posterũ tempus, quod futurum rectius dixerimus. THEO. Maximè. SOC. Age itaq; sic interrogemus Protagoram, aut alium quendam ex his qui eadem quæ ille asserunt. Omnium rerum mensura est homo, uelut asseritis ô Protagora, alborũ, nigrorum, grauium, leuium, nullius non eorum quæ talia existunt. Quum enim iudicandi ipse uim in seipso habeat, qualia patitur, talia putans, & uera sibi & quæ sunt putat. Non'ne ita? THEO. Ita. SOC.

Futurorum in homine iudicũ

Num etiam futura iudicandi uim ô Protagora in seipso habet dicemus, & quæ putarit futura esse, ea etiam fiũt illi qui ita putauit, uelut uerbi gratia calida? Num quum imperitus aliquis putarit febrem se correpturam esse, & hanc fore caliditatẽ, & alius qui medicus sit cõtra putarit, iuxta alterutrius opinionem futurũ euenturum esse dicemus, aut iuxta amborum? & medico quidem nõ calidus, neq; febricitãs fiet, sibijpsi uero utraq;? THEO. Ridiculum equidem hoc esset. SOC. At de uini arbitror dulcedine & austerita te futura, agricolæ opinio, & non citharistæ uim habet? THEO. Quidni? SOC. Neque rursus de dissonante & cõsonante futuro, pædotriba melius opinari poterit quàm musicus, quod etiam ipsi pædotribę postea consonans esse uidebitur? THEO. Nequaquã. SOC. Non'ne etiam eius qui aliquos cõuiuio excepturus est, quum nõ sit coquus, dum paratur conuiuium, minus idoneum est iudicium de futura iucunditate, quàm eius qui obsonia parat. De eo equidẽ quod iam est, aut fuit, unicuiq; iucundum, nondum quicquam sermone contendimus, sed de eo quod cuiq; uideri in posterũ debet & futurum est, num ipse sibijpsi optimus iudex, aut tu ô Protagora, tunc id quod circa sermones unicuiq; nostrum ad iudicium probabile futurum est, melius opinione assequeris, quàm quicunq; tandem imperitus? THEO. Maximè ô Socrates. In hoc enim se uehementer omnibus præstare professus est. SOCR. Per louem ô infelicissime, alioqui nemo multa data pecunia, cum ipso conuersatus esset, si non familiaribus persuasisset, q; & id quod futurum est, & in posterum uideri debet, neq; uates, neq; quisquam alius melius iudicare posset, quàm ipse sibijpsi. THEO. Verissimè. SOC. Non'ne etiam legum lationes, & utile, circa futurum sunt? & quiuis fateatur necesse esse, ciuitatem quæ leges accipit sæ-

Sapientior homo rerum mensura est

pe ab eo quod utilissimum est aberrare? THEO. Maximè. SOC. Moderatè igitur nobis aduersus doctorem tuum dicetur, quòd necesse est ipsum cõfiteri, alium alio sapientiorem esse, & talem quidem, mensuram esse. Mihi uero qui scientiæ exors sum, nullo modo necesse esse, ut mensura fiam: quemadmodum modò illius de hoc sermo, me talem esse

esse siue uelim, siue nolim, cogebat. THEO. Illo modo mihi uidetur, ô Socrates, sermo illius maximè conuinci, & nõ minus hoc, quòd aliorũ opiniones uim habere facit. Hæ-

Protagoræ sermo unde conuincatur

autem illius sermones nequaquã ueros ducere uisæ sunt. SOC. Multis modis, ô Theodore, etiam aliàs hoc conuinci posset, non omnem cuiusuis ueram esse opinionem. Verùm circa præsentem cuiq; affectionẽ, ex qua sensus, & secundum hos opiniones fiunt, difficilius est depræhendere illas non esse ueras. Fortassis autem nihil dico. Si enim assequuntur, conuinci non possunt. Et qui asserunt ipsas euidentes esse, ac scientias, fortasis ea quæ sunt, dicunt. Et hic Theætetus à scopo non aliena dixit, sensum & scientiam idem ponens. Accedendũ igitur propius, quemadmodũ Protagoræ defensio præcepit, & hæc quæ fertur essentia pulsando consideranda est, an sanum aut uitiatum sonum edat. Pugna autem non leuis, neq; inter paucos de ipsa fuit. THEO. Multum uero abest ut uilis sit, quæ per loniam multũ adeò incrementũ accepit. Nam Heracliti amici hunc sermonem fortiter admodum spargunt ac tutantur. SOCR. Quapropter magis, ô chare Theodore, ab initio considerandũ est, quemadmodum ipsi contendunt. THEO. Omni nò ita. Etem̃ ô Socrates, de his Heracliteis, aut uelut tu dicis Homereis, & adhuc senioribus, aduersus ipsos quidẽ qui circa Ephesum uersantur, qui peritiam sibijpsis tribuũt, nihilo magis fieri potest ut quis disputet, quàm aduersus eos qui œstro perciti feruntur. Palàm em̃ etiam scripta illorum circũferuntur. At ut in sermone & interrogatione perseuerent, & placidè ex parte respondeant & interrogent, minus ipsis adest quàm nihil, imò minus adhuc quàm nihil, ad hoc ut neq; parum quietis uiris adsit. Verùm si quem quis interroget, uelut ex pharetra uerbula obscura extrahentes iaculantur. Et si huius rationem petas quid dixerit, altero ferieris mox nouè confecto. Nunq; uero quicquam aduersus ullum ipsorũ efficies, neq; illi ipsi inter se. Sed ualdè admodum obseruant, ut nihil firmum esse sinant, neq; in sermone, neq; in animis suis, putantes, ut mihi uidetur, hoc ipsum stabile esse. aduersus hoc autem uehementer pugnant, & in quantũ possunt, undiquaq; id eijciunt. SOC. Fortassis ô Theodore, uiros pugnantes uidisti, pacem uero agentibus non affuisti. Non enim tibi amici sunt. Verũ talia, ut arbitror, discipulis per otium denarrant, quos sibijpsis similes facere uolunt. THEO. Quibus discipulis, ô bea-

Heracliteorũ prouentus spontaneus

ter? Neq; fit taliũ alter alterius discipulus, sed sua sponte pullulant, undecunq; quis ipsorum numine correptus fuerit, & alter alterũ nihil scire putat. Ex illis igitur quicquid interrogaris, nunquã rationem accipies, neq; uolentibus, neq; nolentibus. Verùm oportet nos, ipsos uelut propositã ac assumptam quæstionem considerare. SOC. Et modera tè sanè dicis. At uero quæstionem aliam'ne quandam assumpsimus, quàm à ueteribus. qui dem cum poesi pleroscq; celantibus, quòd aliorum omnium origo, Oceanus & Tethys fluxus sunt, & quòd nihil consistit: à posterioribus autem, utpote sapientioribus palam demonstrantibus, ut etiam coriarij, ubi sapientiam ipsorum audiuerunt, intelligant, & stolidè putare desinant, alias res stare, alias moueri, & postquã didicerunt omnia moueri, ipsos honorent. Ferè autem oblitus essem, quòd alij rursus contraria his pronunciarunt, nimirũ immobile est, uniuersi nomen esse, & alia quæ Melissi & Parmenidæ his omnibus aduersantes asserunt, quòd & unum omnia sint, & consistat ipsum in seipso, locum nõ habens in quo moueatur. His igitur omnibus, ô amice, quõ utemur? Nam pau

Omnia fluere, nihil cõsistere

latim progressi non animaduertimus nos in medium amborum illapsos esse, & si non aliquo modo nos defendentes effugerimus, pœnam dabimus: quemadmodũ hi qui in palæstris per lineam ludunt, quum ab ambobus præhensi ad contraria trahuntur. Videtur igitur mihi alteros illos quos impetiuimus, prius considerandos esse, fluentes uideli cet, & si quidem aliquid dicere uideantur, contrahemus cum ipsis nos ipsos, alios effugere conantes. Si uero hi qui uniuersum stare faciunt, ueriora dicere uideantur, ad ipsos confugiemus, relictis illis qui etiam immobilia mouent. At si utriq; nihil moderati dicere uisi fuerint, ridiculi erimus, qui nos quum utiles simus, aliquid dicere putamus, dum uetustissimos ac sapientissimos uiros reprobamus. Vide igitur, ô Theodore, an ad tantum periculũ prodire conducat. THEO. Minimè tolerabile esset, ô Socrates, non considerare quid utriq; uiri dicant. SOC. Considerandũ itaq; fuerit te ita expetente. Videtur igitur mihi considerationis principium esse de motu, quale quid tandem esse dicant, ut omnia moueri asserãt. Volo autem tale quiddam dicere. Vtrum unam quandam ipsius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moueri quid sit.

Motus species duæ.

Agentis ac patientis ratio.

Qualitas nomen peregrinum

Nihil unum ipsum per seipsum esse

Neq; sensum, neq; scientiam esse

Responsionem omnem rectã esse

Sapiẽs omniũ rerum mensura est, non quinis homo

speciem dicunt, aut uelut mihi uidetur, duas. Ne tamen mihi solum uideatur, sed & tu particeps sis, quo in communi patiamur, si ita opus fuerit. Et dic mihi, num moueri uocas, cum quid locum ex loco transmutat, aut etiam in eodem uertitur? THEO. Ego sanè. SOCR. Hæc itaq; una sit species. Cùm uero in eodem quidem fuerit, consenescit autem, aut nigrum ex albo, aut durum ex molli fit, aut alia quadam alteratione alteratur, non'ne meritò alteram motus speciem dicemus? THEODO. Mihi quidem uidetur. SOCR. Necessarium igitur est. Duas itaq; dico has motus species, alterationem, & circumlationem. THEOD. Rectè dicis. SOC. Hoc itaq; sic distincto, disputemus iam cum his qui omnia moueri asserunt, interrogemus. Num omnia utroque modo moueri asseritis, ut & ferantur, & alterentur: aut aliud quid utroq; modo, aliud altero? THEOD. At per louem, ego non habeo quod dicam. Arbitror tamen illos utroq; modo dicturos esse. SOC. Sin minus, ô amice, & moueri et stare ipsis uidebuntur: & nihilo magis recte dicetur, quòd omnia mouentur, quàm quòd consistunt. THEO. Verissima dicis. SOCR. Nónne quandoquidẽ moueri ipsa oportet, non autem moueri nulli cõtingit, omnia sanè omni motu semper mouentur. THEO. Necesse est. SOC. Considera mihi hoc ipsorum. Caliditatis aut albedinis, aut cuiuscunq; productionem, non'ne sic quodammodo ipsos asserere dicebamus, ferri uidelicet unũquodq; horum cum sensu, inter id quod facit & quod patitur: & quod quidẽ patitur, sensile, sed non sensum adhuc fieri: quod uero facit, quale quid, sed non qualitatem. Fortassis igitur qualitas simul & peregrinũ nomen uidetur, & nõ intelligis id quod aceruatim dicitur. Particulatim itaq; audi. Etenim quod agit siue facit, neq; caliditas, neq; albedo: calidum autem & album fit. & alia eodem modo. Meministi enim in superioribus nos sic dixisse, Nihil unum ipsum per seipsum esse: neq; rursus faciens aut patiens, sed ex utrisq; inter se congredientibus, dum sensus & sensilia pariunt, alia quidem qualia quædam fieri, alia uerò sentientia. THEO. Memini. Quomodo uerò non? SOC. Alia itaq; ualere sinamus, siue aliter, siue ita dicũt. Verum cuius gratia dicimus, hoc solum obseruemus, ac interrogemus, Mouentur'ne ac fluunt omnia uelut dicitis? Nunquid? THEO. Etiam. SOCR. Non'ne ita ut utroq; uelut distinximus, motu ferantur ac alterentur? THEO. Quidni, siquidem perspectè moueri debent? SOC. Si itaq; ferrentur solum, non autem alterarentur, possemus sanè dicere, qualia quædã fluunt quæ feruntur. Aut quomodo dicemus? THEO. Ita. SOC. Quando quidem uerò neq; hoc manet, ut album fluat quod fluit, sed transmutatur, ut etiam huius ipsius albedinis sit fluxus, & mutatio in alium colorem, ut ne eodem modo manens deprehendatur: Num aliquando fieri potest, ut aliquem colorem appellemus, ita ut rectè nominemus. THEO. Et qua arte hoc fieri posset, ô Socrates, aut in hoc, aut in alio quodam huiusmodi, siquidem semper dicẽtem fugit, utpote fluens? SOC. Quid uerò de sensu dicemus, quocunq; tandem? uelut de uisu aut auditu, manere'ne aliquando in ipso uidendo aut audiendo? THEO. Nequaquam oportet, si quidem omnia mouentur. SOC. Neq; igitur uidere magis, quàm non uidere quid dicendum est: neq; alium aliquem sensum magis, quàm non, quum sanè omnia omnino moueantur. THEO. Non equidem. SOC. Atqui sensus est scientia, uelut ego & Theætetus diximus. THEO. Est ita. SOC. Nihil igitur scientiam magis, quàm non scientiam respondimus, dum quid sit scientia interrogaremur. THEO. Ita uidemini. SOC. Pulchra itaq; nobis contigerit responsionis emendatio, si nobis propositum esset demonstrare, quòd omnia mouentur, quo illa responsio rectè appareat. Hoc autem ut uidetur, apparuit, si omnia mouentur, omnem responsionem de quacunq; re quis respondeat, similiter rectam esse, ut & ita se habere dicamus, & non ita, si uerò uis, fieri, ut ne ipsos sermone consistere faciamus. THEO. Rectè dicis, SOC. Vno hoc excepto, ô Theodore, quòd ita quid dixi, & nõ ita. Oportet autem neq; hoc ita dicere. Neq; enim adhuc moueretur ita, neq; rursus non ita. Neq; enim hoc motus est, sed aliam quandam uocem imponere oportet eos qui sermonem hunc dicunt. Nam nunc sanè ad ipsorum propositum non habent uerba, nisi fortassis hoc, nullo modo. Sic uerò maximè ipsis cõueniret, quum infinitè dicatur. THEO. Conuenientissima sanè ipsis fuerit hæc loquendi forma. SOCR. Non'ne ô Theodore, & ab amico tuo liberati sumus, & nondum ipsi concedimus, omnem uirum omniũ rerum mensuram esse, si non sapiens quis fuerit. Et scientiã esse sensum, non concedemus,

iuxta eam qua omnia mouentur rationem, si non quodammodo aliter hic Theætetus dicat. THEO. Optimè dixisti, ô Socrates. His enim peractis, etiã me liberatũ esse oportet, ab eo ut tibi secundũ pacta respondeam, quandoquidẽ hoc de Protagoræ sermone finem accepit. THEAE. Non prius, ô Theodore, q̃ & Socrates & tu eos recẽseatis, qui uniuersum stare dicunt, quemadmodũ modò proposuistis. THEOD. Cùm iuuenis sis, ô Theætete, seniores iniusta facere doces, ut pacta transgrediant̃. At præpara te ut de reliquis Socrati respõdeas. THE. Siquidẽ uult, libentiss̃. tamen adhuc audissem de his quæ dico. THEO. Equites in planiciẽ prouocas, qui Socratem ad dicendũ prouocas. Interroga igit̃, & audies. SOC. At uideor mihi, ô Theodore, in his quę Theætetus iubet, non ipsi obtẽperaturus esse. THEO. Quid ita nõ obtemperaturus? SOC. Cùm Melissum qui dem & alios, qui unũ quod stat uniuersum dicunt, reuerear, ne importunè ipsos imperemus, minus tamen uereor q̃ unum Parmenidẽ. Parmenides enim mihi uidetur iuxta illud Homeri, Excellens simul & uenerabilis esse: Conueni equidẽ uirum admodũ adolescens ualdè iam senẽ, & mihi uisus est profunditatẽ quandã habere penitus generosam. Vereor igitur ne nobis contingat, ut neq; quæ ab ipso dicunt̃, uerba intelligamus, & multò amplius non assequamur quid sibi uelit in his quæ dixit: & quod maximũ est, uereor ne id cuius gratia sermo institutus est, de scientia uidelicet quid sit, sine consideratione relinquat̃, præ ingruentibus petulantib. sermonibus, si quis ipsis fidem habeat: & alioqui id quod nunc excitamus, in immensam multitudinẽ se extendit, & siue quis obtenta tanq̃ aliud agens cõsideret, indigna perpetiet̃: siue satis ampliter tractet, de scientia disputationẽ dissipabit: quorum neutrũ facere oportet, sed conari ut nos Theætetũ, ab his quibus de scientia prægnans est, per obstetricãdi artem liberemus. THEO. At ita facere, si tibi uideb̃, oportet. SOC. Hoc itaq; adhuc, ô Theætete, de his quæ dicta sunt, considera. Sensum equidẽ esse scientiã respondisti, nunquid? THEAE. Etiam. SOC. Si quis igit̃ te sic interroget, Quónã alba & nigra uidet homo, & quo acuta & grauia audit, dixeris arbitror oculis, & auribus. THEAE. Ego sanè. SOC. Promptitudo nominũ ac uerborum, si nõ exactè penitus expendat̃, plerunq; nõ ingenerosa est: sed magis huius contrarium, illiberale, aliquãdo uero necessariũ: uelut etiã nunc necesse est expendere tuam responsionẽ, quatenus non recta est. Vide enim utra respõsio rectior sit, quo uidemus, hoc esse oculos, aut per quod uidemus: & quo audimus, aures, aut per quod audimus. THEAE. Per quæ singula sentimus, mihi magis placet, ô Socrates, q̃ quibus. SOC. Absurdum equidẽ esset, ô puer, si multi in nobis uelut in ligneis equis sensus insiderent, & nõ ad unam quandã ideam, siue animã, siue quomodocunq; appellare oportet, omnes illi tenderent, qua per hos uelut per instrumenta sentimus ea quæ sensib. exposita sunt. THEAE. At mihi ita magis uideb̃, q̃ illo modo. SOC. Huius equidẽ rei gratia hæc ipsa tibi exactè expendo, an uidelicet uno quodã & eodem quod in nobis est, per oculos quidem assequamur alba & nigra, per alia uero rursus alia quædã: & ut possis, si interrogeris, omnia talia ad corpus referre. Forassis aũt melius est te hæc ipsa respondendo dicere, q̃ me pro te multa curiosè moliri. Et dic mihi, Nónne ea per quę sentis calida & sicca & leuia & dulcia, corporis singula esse ducis, aut alterius cuiusdã? THEAE. Nullius alterius. SOC. Non'ne etiam confiteri uoles, fieri non posse ut quæ per aliam facultatẽ sentis, ea rursus per aliam sentias? uerbi gratia ut quæ per auditũ, ea per uisum: aut quæ per uisum, ea per auditum. THEAE. Quomodo hoc non uelim? SOC. Si quid igitur de utrisq; cogitas, nõ sanè per aliud instrumentũ hoc facis, neq; rursus per aliud de utrisq; sensum habes. THEAE. Non equidem. SOC. De uoce itaq; & de colore, primum quidem hoc ipsum de utrisq; cogitas, q̃ utraq; sunt? THEAE. Ego sanè. SOC. Nónne etiã quòd alterutrũ ab alterutro diuersum est, sibiipsi uero idem? THEAE. Quidni? SOC. Et quòd ambo, duo sunt: alterutrũ uero unum? THEAE. Et hoc. SOC. Nónne etiam an dissimilia siue similia inter se sint considerare potes? THEAE. Fortassis. SOC. Hæc itaq; omnia per quid de ipsis cogitas? Neq; enim per auditũ, neq; per uisum fieri potest, ut cõmune quicq̃ de ipsis percipiamus. Insuper uero & hoc argumentũ est eius de quo dicimus. Si enim fieri posset ut ambo considerares, salsa'ne essent, aut non, nosti q̃ habebis quod dicas quo cõsideres? & hoc neq; uisus, neq; auditus esse uideb̃, sed aliud quiddã. THEAE. Cur uero id nõ esset facultas per linguã contingens? SOC. Bene dicis. At ipsa per quid

Nominum & uerborum cura exquisita

Quo uidemus, & per quod diuersa sunt

Equus Troianus ligneus

Sensus communis, quo per alios sensus sentimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

contingens facultas, & quod in omnib. & quod in his cõmune est, tibi indicat, de quo est, & non est prædicas, & quæ sanè modò de ipsis interrogabamus: His omnibus qualia instrumenta attribues, per quę id quod in nobis sentit, singula sentit? THEAE. Essentiam dicis & ipsum nõ esse, & similitudinẽ ac dissimilitudinẽ, & idem ac diuersum, insuper aũt & unum, & alium de ipsis numerũ. Manifestũ autem est ꝙ etiã parem ac imparẽ interrogas, & alia quæ ad hæc sequunt, per quod'nã ex corporis instrumẽtis anima sentimus. SO. Admodũ bene ô Theætete assequeris, & sunt hæc ipsa quæ interrogo. THE. At per louẽ, ô Socrates, ego quod dicã non habeo, præterq; ꝙ mihi uideť omninò nullum tale esse his propriũ instrumentum, quemadmodũ illis. Sed ipsa per seipsam anima cõmunia de omnib. considerare mihi uideť. SOC. Pulcher es Theætete, & nõ ut Theodorus dixit, deformis. Qui eñ pulchrè dicit, pulcher ac bonus est. Ad hoc aũt ꝙ bonus es, bene fecisti, ꝙ me à ualdè longo sermone liberasti, si uideť tibi anima quædã ipsa per seipsam considerare, quædã per corporis facultates. Hoc eñ erat quod etiã mihijpsi uidebatur. Volebã autem etiã tibi uideri. THEAE. Atqui uideť sanè. SOC. Vtrorũ de numero etiã ponis? Hoc.n. maximè ad omia sequi. THEAE. Ego ex eorũ numero esse puto, quæ ipsa anima per seipsam appetit. SOC. Num etiã simile ac dissimile, & idem ac diuersum? THEAE. Etiam. SOCR. Quid uero pulchrum ac turpe, & bonum ac malum? THEAET. Etiam horum mihi uidetur essentiam uel maximè inter se considerare, reputans in seipsa præterita, & præsentia, ad futura. SOC. Age sanè, aliud'ne quid ęq; duri duriciem per contactũ sentiet: & mollis molliciẽ similiter? THEAE. Etiã. SOC. At essentiam, & quod sunt, ambo & inter se contrarietatẽ, & rursus contrarietatis essentiã, ipsa anima secũ repetens, & inter se cõferens, iudicare nobis conať. THEAE. Maximè. SO.

Animãtib. quædam à natura, quædã studio contingere

Nónne quædã & hominib. & brutis animãtibus statim à natiuitate adsunt, ut ea à natura sentiãt, quæ uidelicet affectiones per corpus ad animã tendunt: at de his cõsiderationes & ad essentiã & ad utilitatẽ spectantes, uix tandẽ & longo tẽpore postea, per multa studia ac disciplinã accedunt, quibus sanè etiam accesserint. THEAE. Maximè. SOC. Fieri igitur potest ut quis ueritatẽ eo assequatur, quo neq; essentiã assequitur? THEAE. Fieri nõ potest. SOC. Cuius aũt quis non sit compos ueritatis, huius'ne unq; sciens erit? THEAE. Et quomodo ô Socrates? SOC. In affectionibus ergo non est scientia, uerùm in ratiocinatione de illis. Hic enim essentiam & ueritatem, ut uidetur, contingere possumus: illic autem fieri hoc nõ potest. THEAE. Apparet. SOC. Num igitur idem & illud & hoc uocas, cùm tantas differentias habeant? THEAE. Nequaquã sanè iustum esset. SOC. Quod igitur illi attribuis nomen, ipsi nimirũ uidere, audire, olfacere, frigefieri, calefieri? THEAE. Sentire, Quid enim aliud? SOC. Vniuersum ergo hoc ipsum uocas sensum? THEAE. Necesse est. SOC. Quo ut diximus, ueritatem attingere non datur. Neq; enim essentiam. THEAE. Non equidẽ. SOC. Neq; ergo scientiam. THEAE. Non sanè. SOC. Non ergo unquã fuerit, ô Theætete, sensus & scientia idem. THEAE. Non uidetur ô Socrates. Et nũc uel maximè euidentissimũ factum est, aliud esse à sensu scientiã. SOC. At non huius rei gratia disputationẽ inchoauimus, ut reperiremus quid tandem

Non quid non sit, sed quid sit quærendum

no sit Scientia, sed quid sit: in tantum tamen progressi sumus, ut ipsam in sensu penitus non quæramus, sed in illo nomine quodcunq; tandẽ anima habet, cùm ipsa per seipsam circa ea quæ sunt, occupata uersatur. THEAE. Atqui ô Socrates, hoc ut ego arbitror, appellatur opinari. SOC. Rectè putas, ô amice, & uide nunc rursus ab initio, omnibus superioribus deletis, an quid amplius conspicias, postquã huc progressus es. Et dic rursus quid tandem est Scientia. THEAE. Opinionem quidem omnem dicere, ô Socrates, impossibile est, quandoquidẽ etiam falsa est opinio. Videtur autem uera opinio, Scientia esse. Et hoc à me responsum sit. Si enim in progressu nõ ita uidebitur, quemadmodum nunc, aliud dicere conabimur. SOC. Sic equidẽ oportet, ô Theætete, promptè potius re

Responsionis promptæ utilitas

spondere, quàm ut primũ faciebas, cũctari. Si enim ita facimus, ex duobus alterum continget, & aut id quod quærimus, inueniemus, aut minus scire putabimus id quod nequaquã scimus. Et quidẽ non repudianda merces huiusmodi fuerit. Et sanè quid nunc dicis? Non'ne cùm duæ sunt species opinionis, altera uera, altera falsa, uerã opinionem

Opinionis species duæ

Scientiam definis? THEAE. Ego sanè. Hoc enim nunc rursus mihi uidetur. SOC. Non ne adhuc operæprecium est rursus de opinione repetere. THEAET. Quid istud dicis?

SOC.

SOC. Turbat me quodãmodo nunc, & sæpè etiam aliâs, adeò ut in multa cõsilij inopia & ad me, & ad alios uerser, cùm non habeam quod dicã, quid'nam sit hæc apud nos affectio, & quo modo oboriatur. THEAE. Qualis istať? SOC. Opinari aliquẽ falsa. Consideremus, ęq; paulò antea. THEAE. Quidni ô Socrates, si quidẽ etiam quocunq; modo hoc facere oportere uideť. Paulò antè enim & tu & Theodorus nõ malè de otio dicebatis, ꝙ nihil in talibus urgeret. SO. Rectè admonuisti. Fortassis enim nõ importunũ fuerit uelut uestigium repetere. Præstabilius. n. est exiguum bene, ęq; multum non satis trãsigere. THE. Quidni? SOC. Quõ igitur & quid dicimus? Falsam dicimus subinde esse opinionẽ, & aliquẽ nostrum falsa opinari, & aliũ rursus uera, uelut natura hæc ita se habeãt? THE. Dicimus equidẽ. SOC. Nõne hoc nobis circa omnia & circa singula cõtingit, aut scire, aut nõ scire? Discere. n. & obliuisci, uelut q̃ intermedia horũ, in præsentia ualere sino. Nihil enim nunc nobis ad sermonẽ conferunt. THEAE. Atqui nihil aliud circa singula restat ô Socrates, præterq; scire, & nõ scire. SOC. Nõne iam necesse est eum qui opinaťur, opinari aut ea q̃ nouit, aut quæ nõ nouit? THEAE. Necesse est. SOC. Sed & scientẽ non scire idem, aut non scientẽ scire, impossibile est. THEAE. Quidni? SOC. Num qui falsa opinatur ea quæ nouit, hæc putat non hæc esse, sed alia quædã ab his quæ nouit: & utraque scies, rursus utraq; nescit? THEAE. At impossibile hoc est, ô Socrates. SOC. Num ergo quæ nõ nouit, ea putat esse alia quædã ab his q̃ nõ nouit? & hoc est, ut is qui neq; Theætetum, neq; Socratẽ nouit, cogitet ꝙ Socrates sit Theætetus, aut Theætetus Socrates. THEAE. Et quõ hoc fieri posset? SOC. At nõ q̃ quis nouit, ea esse putat quę nõ nouit: neq; rursus q̃ non nouit, ea quæ nouit. THE. Monstrũ sanè esset. SO. Quõ igitur adhuc falsa opinari poterit? Nam extra hæc fieri non potest ut quis opineť, quandoquidem omnia aut scimus, aut nõ scimus. In his autem nequaq; fieri posse uideť, ut quis falsa opinetur. THE. Verissimè. SOC. Non igitur hoc modo considerandum est id quod quærimus, secundũ scire, & nõ scire progrediendo, sed secundũ esse, & non esse. THE. Quomodo dicis? SOC. Num simplex sit hoc, ꝙ is qui ea quæ non sunt de quacunq; re opinatur, non possit non falsa opinari, etiamsi quomodocunq; aliâs cogitet? THE. Verissimile est rursus ô Socrates. SOC. Quomodo igiť dicemus, ô Theætete, si quis nos interroget: hoc aũt de quo dico à quouis fieri posset: & quis'nã homo id quod nõ est putarit, si ue de aliquo ex his quæ sunt, siue ipsum per seipsum? Et nos sanè ut par est ad hæc dicemus: cũ sanè putans, uera nõ putarit. Aut quõ dicemus? THE. Ita. SOC. Num etiam alibi tale contingit. THEAE. Quale istud? SOC. Si quis uidet quidẽ aliquid, uidet autẽ nihil. THE. Et quõ? SOC. Atqui si unum quiddã uidet, ex his quæ sunt quiddã uidet. Aut putas tu unum unq; in his q̃ non sunt esse? THE. Ego sanè non. SO. Qui igiť unũ quiddam uidet, quiddã quod est uidet. THE. Apparet. SOC. Et qui quid audit, unũ quiddam audit, & quod est audit. THE. Etiam. SOC. Et qui quid tangit, unum quiddã tangit, & quod est tangit, si quidẽ unum tangit. THE. Et hoc ita est. SOC. Qui uero opinaťur, non'ne unũ quiddam opinaťur? THE. Concedo. SOC. Qui ergo quod non est opinaťur, nõne quiddam quod est opinatur? THE. Concedo. SOC. Qui uero unũ quiddam opinaťur, nõne hil opinaťur? THE. Non sanè ut uideť. SOC. Atqui is qui nihil opinaťur, neq; in totũ opinatur. THE. Certũ hoc est. SOC. Non igiť fieri potest ut id quod nõ est opinetur, neq; de his q̃ sunt, neq; ipsum per seipsum. THE. Non sanè. SOC. Aliud igitur quiddam est falsa opinari, ęq; ea quæ nõ sunt opinari. THE. Aliud ut apparet. SOC. Non enim sic, neq; ut paulò antea considerabamus, falsa in nobis opinio est. THE. Non equidẽ. SOC. At forsis sic hoc quod contingit, appellamus? THE. Quõ? SOC. Alienam quandã opinionem, falsam opinionẽ esse dicimus, cùm quis aliquid ex his quæ sunt, aliud rursus ex his q̃ sunt esse dicit, permutatione in cogitatione facta. Sic eñ quod est quidẽ semper opinatur, uerũ aliud pro alio. Et cùm ab eo quod cõsiderabat aberret, meritò falsa opinari diceť. THE. Rectissimè mihi nunc dixisse uideris. Cùm. n. quis pro pulchro turpe, aut pro turpi pulchrũ opinatur, tunc reuera falsa opinaťur. SOC. Manifestũ te facis, ô Theætete, ꝙ me contemnis, & nõ formidas. THE. Cur istud? SOC. Nõ uideor tibi, ut puto, reuera falsum appræhendisse, cũ interrogarẽ an fieri posset, ut uelox secundũ tardi, aut leue secundũ grauis, aut aliud quid contrariũ, nõ secundũ suã ipsius, sed contrarij naturã sibi

Opinari falsa, qualis affectio sit

Sententia

Opinionis simplicis impossibilis modi quatuor

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsi cõtrariũ fieret. Hoc igit ut ne frustrà ausus fueris dimitto. Placet aũt tibi uelut dicis, falsa opinari, esse aliena opinari. THE. Mihi equidẽ. SOC. Contingit ergo iuxta tuã opinionem, ut aliud quid uelut aliud, & non ut illud, cogitatione ponat? THE. Contingit equidẽ. SOC. Cùm igitur hoc cogitatio alicuius facit, non'ne etiã necesse est ipsam aut ambo, aut alterũ cogitare? THE. Necesse est utiq;. SOC. Aut simul, aut ex parte. THE. Optimè. SOC. Cogitare uero nũ quod ego uocas? THE. Quid uocas? SOC. Sermonẽ quẽ ipsa anima ad seipsam narrat, de his q̃ considerat: uelut qui nõ sciã apud te pronuncio: Hoc.n. mihi uidet, dum cogitat nõ aliud q̃ disserere ac disputare, ipsa seipsam interrogans & respondens, & asserens & negans. Cũ uero re decreta, siue tardius, siue citius prosiluerit, & idem iam asseruerit, et non dubitarit, opinionẽ hanc ipsius ponimus. Quare ego opinari, dicere uoco: & opinionẽ, sermonem dictũ, non tamen ad alium, neq; uoce, sed silentio ad seipsum. Tu uero quid? THE. Etiam ego. SOC. Quando igitur quis aliud opinatur aliud, etiã aliud ut apparet, aliud esse dicit ad seipsum. THE. Quidni? SO. Recordare itaq; an unq̃ ad teipsum dixeris, q̃ præ omnibus pulchrũ sit turpe, aut iniustum iustum: aut etiã in summa, considera an unq̃ conatus sis tibijpsi persuadere, q̃ præ omnibus aliud est aliud, aut cõtrà: & an uel in somno unquam ausus fueris dicere ad teipsum, q̃ omninò imparia sint paria, aut aliud quid huiusmodi. THE. Vera dicis. SOCR. Alium uero, quendam sanum aut insanũ audere putas, ut seriò ad seipsum dicat persuadendo sibijpsi, q̃ necesse sit equum esse bouem, aut duo esse unum. THE. Per louem nõ ego. SOCR. Non'ne si dicere ad seipsum, opinari est, nemo utraq; dicens & opinans, & utraq; anima attingens, dixerit & opinetur quod aliud sit aliud? Sinendum uero & tibi est uerbum hoc, aliud: dico enim ipsum hoc modo. Neminem opinari quòd turpe sit pulchrum, aut aliud quid huiusmodi. THE. Atô Socrates, & sino, & mihi uidetur uelut dicis. SOC. Fieri ergo non potest ut qui utraq; opinatur, aliud aliud opinetur. THE. Apparet. SOC. Atqui is qui alterum solum opinatur, alterum uero nequaq̃, nunquam alterum esse alterum opinabitur. THE. Vera dicis. Cogeretur enim etiã id quod non opinatur attingere. SOC. Neq; igitur is qui ambo, neq; qui alterũ opinatur, aliena opinari potest. Quare si quis definierit, opinionẽ falsam esse aliena opinari, nihil dixerit. Neq; eũ hoc modo, neq; secundũ superiora, falsa opinio in nobis esse uidetur. THE. Non equidem. SOC. Attamen ô Theætete, si hoc non esse apparebit, multa & absurda cõsiteri cogemur. THE. Qualia illa? SOC. Nõ dicam tibi prius, q̃ undiq; considerare conatus fuero. Puderet enim me nostri, si quæ dico confiteri cogeremur, in his de quibus ambigimus. Verũ si inuenerimus, & liberi facti fuerimus, tunc iam de alijs dicemus, uelut qui hæc ipsa perpetiantur, nos extra hoc positi ut ridiculi esse uideamur. Si uero penitus ambigemus, depressi ut arbitror, à sermone, uelut nauseãtes in mari exhibebimus nosipsos ei cõculcandos, & ut nobis prout uelit utat. Quatenus igitur adhuc uadũ quoddã quæstionis nobis inueniã audi. THE. Dic solum. SOC. Dicã nos non rectè concessisse, quando concessimus, fieri non posse ut quæ quis nouit, opinet ea esse quę non nouit, & nos mentitos esse. Nam aliquo modo fieri potest. THE. Num dicis quod etiã ego tunc suspicatus sum, quando ipsum tale esse diximus, uelut si quãdo ego qui noui Socratem, procul uidens alium quem non noui, putarẽ esse Socratem quem noui? Contingit enim in tali id quod tu dicis. SOC. Non'ne destitimus iam ab hoc ipso, q̃ quæ scimus, faciãt nos qui scimus non scire? THE. Maximè. SOC. Ne igitur sic ponamus, sed hoc modo, & fortassis quis nobis concedet, fortassis uero resistet. At enim in tali hæremus, in quo necesse est sermonẽ omnia peruertentẽ explorare. Considera itaq; an aliquid dicã. Potest'ne quis qui non nouit quid prius, postea discere? THE. Potest utiq;. SOC. Non'ne etiã rursus aliud atq; aliud? THE. Quidnì? SOC. Pone itaq; mihi uerbi gratia in animis nostris unam ceream effigiẽ, in alio maiorem, in alio minorẽ, & in alio purioris ceræ, in alio sordidioris ac durioris, in quibusdã liquidioris, in quibusdam moderatè se habentis. THE. Pono. SOC. Donum itaq; dicemus ipsam esse Musarum matris Mnemosynes, hoc est memoriæ: & in hanc ipsam sensibus ac cogitationibus submissam, uelut anulorũ signis impressis, exprimi ea quorum meminisse uelimus, ex his quæ uideamus, aut audiamus, aut ipsi cogitemus. Et quod quidem expressum fuerit, meminisse & scire nos, quãdiu simulachrum ipsius impressum manserit: quũ uerò deletum fuerit, aut ut exprimatur fieri non

Cogitatio quid sit

Opinari est dicere ipsius animæ

Cerea in nobis effigies

non poterit, oblitos esse, & non scire. THEAE. Sit ita. SOC. Qui ergo scit quidem illa, considerat autem quid ex his quæ uidet aut audit, uide an'ne tali modo falsa opinabitur. THEAE. Quali istor? SOC. Quæ nouit, putans esse quandoq; ea quæ nouit, quandoq; ea quæ nõ nouit. Hæc enim in superioribus non rectè concessimus, quũ ea impossibilia esse cõsiteremur. THEAE. Nunc uero quomodo dicis? SOC. Hoc modo de ipsis dicere oportet ab initio distinguendo. Quod quis nouit, monumentum ipsius in anima habens, non autem ipsum sentit: eum opinari aliud quid ab his quæ nouit, ita ut & illius typum habeat, non autem sentiat, impossibile est. Et quod nouit rursus opinari esse id quod non nouit, cuiusq; sigillum non habet. Et quod non nouit, id quod non nouit rursus. Et quod non nouit, id quod nouit. Et quod sentit, aliud quid ab his quæ sentit opinari esse. Et quod sentit, aliquid ab his quæ non sentit. Et quod non sentit, aliquid ab his quæ non sentit. Et quod non sentit, aliquid ab his quæ sentit.

Opinionis immobilitiũ modi XIIII.

Et insuper rursus quod nouit & sentit, & habet signum secũdum sensum, opinari rursus aliud quid ab his quæ nouit & sentit, & cuius rursus habet signum secundum sensum, illis adhuc magis impossibile est, si sanè possibile esset. Et quod nouit & quod sentit, habens monumentum rectè, id quod nouit opinari impossibile est. Et quod nouit & quod sentit, eodem modo habens, id quod sentit, Et quod rursus non nouit neque sentit, id quod non nouit neq; sentit. Et quod non nouit neq; sentit, id quod non nouit. Et quod non nouit neq; sentit, id quod non sentit. Hæc omnia excellenter adeò impossibilia sunt, ut nemo in ipsis falsa opinetur. Restat itaque ut in huiusmodi ficubi aliàs, tale fiat. THEAE. In quibus? Si fortassis ex ipsis magis quid discam. Nunc enim non assequor. SOC. In his quæ nouit, opinari ipsa alia quædam esse ab his quæ nouit & sentit: aut ab his quæ non nouit, sentit tamen: aut ab his quæ nouit & sentit, & rursus quæ nouit & sentit. THEAET. Nunc longè amplius ab intelligentia absum, quàm tunc. SOCR. Hoc itaque modo rursus audi. Ego qui noui Theodorum, & in me ipso memini qualis est, & Theætetum eodem modo aliud quid, quandoq; quidem ipsos uideo, quandoq; uero non: & tango quandoq; ipsos, quandoq; non: & audio, aut alio quodam sensu percipio, quandoq; uero nullum de uobis sensum habeo, memini tamen uos nihilo minus, & scio ipse apud me ipsum. THEAET. Maximè. SOCR. Hoc itaq; primum discе ex his quæ exponere uolo, quòd potest quis ea quæ nouit non sentire, potest item sentire. THEAET. Vera dicis. SOC. Non'ne & quæ non nouit, potest quis sæpe neq; sentire, sæpe uero sentire solum. THEAET. Potest & hoc. SOCR. Vide itaq; an quid magis nunc assequaris. Socrates qui cognoscit Theodorum & Theætetum, uidet autem neutrum, neq; alius sensus ipsi de illis adest, nunquam in seipso opinari poterit, quòd Theætetus sit Theodorus. Dico'ne quid, aut nihil? THEAET. Etiam, uera sanè. SOCRAT. Hoc itaq; primum ex illis erat quæ dicebam. THEAE. Erat equidem. SOCR. Secundum itaque, quòd alterum quidem è uobis cognoscens, alterum uero non cognoscens, neutrum uero sentiens, nunquam opinari possim quem noui, esse eum quem non noui. THEAE. Rectè. SOCR. Tertium uero, neutrum cognoscens, neq; sentiens, non opinari possim quem non noui, alium quendam esse ab his quos non noui. Et alia superiora omnia deinceps rursus te audiuisse puta, in quibus ego nunquam de te & Theodoro falsa opinabor, neq; cognoscens, neq; ignorans ambos, neque alterum cognoscens, alterum ignorans. Et de sensibus eodem modo, si modò assequeris. THEAE. Assequor. SOCR. Restat itaque ut falsa opiner in hoc. Quum cognoscens te & Theodorum, & habens in illa cerea effigie utriusque uestrum signa, uelut anulo impressa, ex longo temporis interuallo, & non satis utroscp uidens, conatus fuero proprium utriusq; signum, proprio aspectui attributum ac inductum, in ipsius uestigium adaptare, quo recognitio cõtingat. Deinde ab his aberrans siue à uero tramite exorbitans, & uelut qui mutatis calceis se calceant euarians, utriusq; aspectum ad alienum signum contulero: aut etiam quales in speculis uisus affectiones contingunt, dum dextra in sinistra transfluunt, idem passus aberrauero: tunc sanè aliena opinio, & falsa opinari contingit. THEAET. Mirificè similis est ô Socrates ei quam dicis affectioni, opinionis affectio. SOCRAT. Adhuc uero etiam quum utroscp cognoscens, alterum quidem ad hoc quod cognosco, sentio, alterum uero non: cognitionem autem alterius secun-

Opinari falsa in quibus contingat

Speculorum & uisus affectiones

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum sensum habeo, quod in superioribus ita dicebam, & tu me tunc non intelligebas. THEAE. Non equidem. SOCR. Hoc itaq; dicebam. Quòd cognoscens alterum, & sentiens, & cognitionem secundum sensum habens, nũquam opinabitur ipsum esse alium quendam ab his quos nouit & sentit, & cuius rursus cognitionẽ secundum sensum habet. Erat enim hoc. THEAE. Etiam. SOCR. Prætermittebatur autem id quod nunc dicebatur, in quo sanè falsam opinionem fieri diximus, nimirum si quis ambos cognoscat, & ambos uideat, aut alium quendam amborum, sensum habeat, signo non utrunq; secundum suum sensum habeat, sed uelut malus sagittarius iaculando à scopo euariet ac oberret, quod sanè etiam mendacium nominatum est. THEAE. Meritò. SOC. Et quum alteri quidem affuerit sensus signorũ: alteri uero non: quod autem absentis sensus est, id præsenti adaptarit: penitus hoc modo cogitatio mentitur. Et in summa, De quibus nõ nouit quis, neq; unquam sensit, de his non potest ut uidetur mentiri, neq; est falsa opinio, si quid nunc nos sani dicimus. Verũ de his quæ scimus & sentimus, in his ipsis uertitur ac uersatur opinio, falsa & uera contingens, quæ quidem ex aduerso & è directo propria simulachra colligit & exprimit, uera: quæ uero in transuersa & obliqua, falsa. THEAE. Non'ne pulchrè hæc ô Socrates dicuntur? SOC. Si itaq; adhuc hæc audieris, magis hoc ipsum dices. Nam uerum opinari, pulchrũ est. Mentiri uero, turpe. THEAE. Quid ni? SOCR. Hæc itaq; hinc fieri dicunt. Quum quidem cera eius quæ in anima est effigiei profunda fuerit, & multa, & læuis, & moderatè elaborata, quæ per sensus ingrediuntur, dum in hoc animæ cor imprimuntur, quod cor Homerus obscurè ceræ similitudinem innuens, κήρ dixit: tunc quidem etiam his signa quæ accedunt, pura & satis profunda ac diuturna fiunt. Et sunt tales primũ dociles, deinde memores. Deinde sensuum signa non permutant, sed uera opinantur. Quũ enim manifesta sint illa, & in amplo loco posita, facile singula in suas effigies distribuũt, quæ sanè ueræ & existentes uocantur. Et hi sapientes appellantur: Aut non ita tibi uidetur? THEAE. Mirum in modũ. SOC. Quũ itaq; densum fuerit alicuius animæ cor, quod sanè in omnibus sapiens poeta laudauit: aut quum sordidum & non puræ ceræ, aut liquidum ualdè, aut durum: quorum quidem liquidum est, hi dociles quidem sunt, sed obliuiosi fiunt: quorum uero durum, contrà. Qui uero densum & asperum aclapidosum, aut terra aut sordibus ammixtis plenum habent, hi obscuras effigies habent: obscuras quoque qui dura illa habent. Profunditas enim non est in ipsis: obscuras item qui liquida. Nam à confusione facile obscurantur. Si uero ad hæc omnia, inter se coinciderint præ loci angustia, si alicuius animula sit parua, adhuc obscuriores illis habent. Omnes igitur hi procliues fiunt ad hoc ut falsa opinentur. Quum enim quid uident, aut audiunt, aut cogitant, & singula singulis distribuere uelociter non possunt, & tardi sunt, & alieno modo distribuentes, plurima falsò uident, & audiunt, & cogitant: & uocantur hi rursus in his quæ sunt falsi, ac imperiti. THEAET. Rectissimè omnium hominum dicis ô Socrates. SOC. Dicimus igitur in nobis falsas opiniones esse? THEAE. Valde equidem. SOC. Et ueras item? THEAET. Etiam ueras. SOCR. Iam igitur satis in confesso esse putamus, præ omnibus esse has duas opiniones? THEAET. Mirum in modum. SOCR. Horrendum quiddam reuera esse uidetur & molestum ô Theætete uir garrulus. THEAE. Cur uero hoc dixisti? SOCR. Meam ad discendum tarditatem, & reuera garrulitatem grauiter ferens. Quod enim aliud quis inderet nomen, quum quis sursum ac deorsum sermones trahit, ut qui præ ingenij tarditate persuaderi non possit, & ab unoquoq; sermone difficulter discedat. THEAE. Tu uero quid grauiter fers? SOC. Non solum grauiter fero, sed etiam formido quid'nam respondeam si quis me interroget. O Socrates inuenisti iam falsam opinionem, quòd neq; in sensibus inter se, neq; in cogitationibus existit, sed in sensus ad cogitationẽ coniunctione? Fatebor autem ut arbitror iactabundus uelut nos pulchrum quiddam inuenerimus. THEAE. Mihi uidetur ô Socrates non turpe esse id quod nunc demonstratum est. SOCR. Non'ne ais, dicet ille, quòd hominẽ quem cogitamus solum, nõ autem uidemus, nunquã putauerimus esse equũ, quem nunc neq; uidemus, neq; tãgimus, sed cogitamus solũ, & aliud nihil de ipso sentimus? Hæc ut arbitror dicere me fatebor. THEAE. Et rectè quidẽ. SOC. Quid igitur, dicet, undecim, quæ nõ aliter q̃ cogitat quis aliud'ne quid quàm ex hac ratione, nunquã putarit duodecim esse

Mendacium quod sit

Opinio utraq; in quibus contingit

Memores ac dociles qui sint

Obliuiosi qui sint

Opinantes falsa qui sint

esse, quæ rursus solum cogitat? Age igitur iam tu responde. THEAET. At respondebo, q̃ uidens quidem quis aut tangẽs, putauerit undecim esse duodecim: quæ tamen in cogitatione habet, nunquam de ipsis hæc ita putarit. SOC. Quid igitur putas aliquem unquam ipsum in seipso, quinq; & septem consideranda proposuisse: non dico homines septem, aut quinq;, nec aliud quid huiusmodi: sed ipsa quinq; & septem, quæ diximus il lic monumenta in effigie esse, nõ fieri posse ut falsa in ipsis opinetur: hæc ipsa si quis homínum iam unquam cõspicatus esset, & ad ipsum diceret, & interrogaret quot sunt, alius quidem opinatus undecim ipsa esse dixerit: alius uero duodecim: Aut omnes dicent & putabunt ipsa esse duodecim? THEAET. Non per Iouem, sed multi sanè etiam undecim. Si uero quis in maiori numero consideret, magis fallitur. Puto enim te de omni numero magis dicere. SOC. Rectè enim putas. Et animaduerte an'ne quid unquam aliud fiet, quàm ut ipsa duodecim quæ sunt in effigie, undecim putet. THEAE. Videtur ita. SOCR. Non'ne ad primos rursus sermones redit? Cui enim hoc accidit, is id ipsum quod nouit, aliud quid esse putat ab his quæ rursus nouit, quod impossibile esse diximus. Et hoc ipso cogebamus non esse falsam opinionem, ut ne idem, qui eadem scit, cogatur simul non scire. THEAE. Verissimè. SOC. Non'ne igitur aliud quid esse pronunciare oportet falsa opinari, quam cogitationis ad sensum euariationẽ? Si enim hoc esset, nunquam in ipsis cogitationibus falleremur. Nunc uero aut nõ est falsa opinio: aut quæ quis nouit, fieri potest ut non sciat. Et ex his utrum eligis? THEAE. Ambiguam electionem ô Socrates proponis. SOC. Atqui ambo ratio nõ admittere uidetur. Et tamen omnia enim audere oportet, quid si impudẽtes esse conati essemus? THEAE. Quomodo? SOCR. Quum uoluerimus dicere, quale quid tandem sit scire. THEAE. Et quid hic impudentiæ est? SOC. Videris nõ cogitare, quòd omnis sermo nobis ab initio de scientiæ inquisitione fuit, uelut qui non sciremus quid tandem esset. THEAE. Cogito equidem. SOC. Et postea non impudens esse uidetur, quum scientiam non sciamus, pronunciare scire quale quid sit? At enim ô Theætete iamdudum pleni sumus non ita pura disputatione. Sexcẽties enim diximus, cognoscimus & nõ cognoscimus: & scimus & non scimus, uelut alter alterum intelligẽtia assequeretur, quum adhuc sciẽtiam ignoremus. Si uero uis etiam nunc in præsentia rursus uocibus, ignorare, & intelligere utamur, uelut ipsis uti conueniat, si quidem scientia priuati sumus. THEAE. At quo modo dispuTaueris ô Socrates, si ab his abstinueris. SOCR. Nullo, donec sum qui sum. Si tamen esset aliquis uir contentiosus, & nunc adesset, his sanè abstinere iussisset, & nos ualdè obea quæ ego dico increpasset. Postquam igitur uiles sumus, si uis audebo dicere, quale quid sit scire. Videtur enim mihi quid operæprecij esse. THEAET. Aude itaq; per Iouem. Si uero his non abstineas, multa tibi uenia cõtinget. SOCR. Audiuisti ergo quod nunc scire dicunt? THEAE. Fortassis, non tamen in præsentia memini. SOCR. Scientiæ habitum esse ipsum dicunt. THEAE. Vera dicis. SOC. Nos itaq; paululum transponamus, & scientiæ possessionem dicamus. THEAET. Quid igitur hoc ab illo differre dicent? SOC. Fortasse quidem nihil, quod uero mihi uidetur, id ubi audieris unà mecũ expendito. THEAET. Siquidem hoc facere potero. SOCR. Non itaq; idem mihi uidetur possidere & habere: uelut si quis emptam uestem quæ in ipsius potestate sit non gestet, habere quidem ipsum illam non dixerimus, sed possidere. THEAE. Et rectè sanè. SOCRAT. Vide itaq; an fieri possit ita, ut quis scientiam possidens, ipsam non habeat: sed ueluti si quis uolucres syluestres, columbas aut alias quasdam uenatus, domi constructo columbario nutriat, aliquo quidem modo dixerimus ipsum illas semper habere, eo quòd possideat. Nunquid? THEAE. Etiam. SOCR. Alio uero modo nullam habere: sed facultatem quidem ipsi circa illas contigisse, ut postquã in proprio septo ipsas concluserit, accipiat & habeat ubi uelit, quamcunq; prehendere libuerit, & rursus dimittat: ita ut hoc ipsi facere liceat, quotiescunque ipsi uisum fuerit. THEAE. Est ita. SOCR. Rursus itaque uelut in superioribus ceream quandam nescio quam effigiem in animis construebamus: ita nunc rursus in unaquaq; anima columbarium quoddam omnis generis uolucriũ faciamus, quarũ aliæ gregatim, seorsum ab alijs uersentur, aliæ numero nõ magno, aliæ solæ passim prout cõtigerit uolitent. THEAE. Cõstruatur tale, at quid tum postea? SOC. Dum quidẽ pueri sumus, uacuũ esse hoc columbariũ dicere cõuenit. pro

uolu

Quæstionum ordo

Scire est habitus scientiæ

Habere & possidere quomodo differant

Columbarium animæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

uolucribus autem scientias intelligere. Quamcunque uero scientiam quis adeptus sepito illo cõcluserit, dicere ipsum didicisse, aut inuenisse rem, cuius est hæc scientia: & ipsum scire, hoc esse. THEAE. Sit ita. SOCR. Rursus itaq; quamcunq; uoluerit scientiam uenari, & prehensam habere, & rursus dimittere, quibus nominibus opus habent considera, num ijsdem quæ primum habebant quum partas possideret, aut alijs? Disces autem hinc clarius quid dicam. Arithmeticen equidem dicis artem? THEAE. Etiam. SOCRAT. Hanc itaque scientiarum omnis paris ac imparis uenationem esse intellige. THEAE. Intelligo. SOCR. Hac arte arbitror, & ipse mancipatas numerorum scientias habet, & alteri tribuit, is qui tradit. THEAE. Etiam. SOC. Et dicimus sanè eum qui tradit, docere: qui accipit, discere: eum uero qui habet, eo quòd in columbario illo possidet, scire. THEAE. Maximè. SOC. Et igitur quod hinc sequitur animum aduerte. Qui Arithmeticus est perfectè, aliud quid quàm omnes numeros scit? Omnium enim numerorum scientiæ in anima ipsi sunt. THEAE. Quid ni? SOCR. Non'ne talis numerauerit aliquando, aut ipse intus apud seipsum, aut aliud quid de externis quæ numerum habent? THEAE. Quid ni? SOC. Numerare uero non aliud quid ponemus, quàm considerare quantus numerus existat? THEAE. Ita. SOC. Quod ergo scit considerans, uidetur uelut qui non sciat, is quem omnem numerum scire confessi sumus. Audis enim tales ambiguitates. THEAE. Audio. SOC. Non'ne nos columbarum possessioni ac uenationi assimilãtes, duplicem esse uenationem dicimus, alteram ante adeptionem possidendi gratia, alteram ubi possedit, prehendendi ac in manibus habendi gratia, ea quæ dudum possedit. Sic uero etiam eorum quorum dudum fuerunt scientiæ apud eum qui didicit, & quæ scit rursus eadem hæc addiscere potest, ita ut repetat & habeat uniuscuiusq; scientiam, quam dudum quidem possedit, uerum promptã non habuit cogitatione. THEAE. Vera dicis. SOC. Hoc itaq; paulò antea interrogabam, quomodo conueniat nominibus utentem de ipsis dicere, quum Arithmeticus numeraturus, aut Grammaticus lecturus quid prodierit. Velut sciens ergo dum talia facit, rursus ut discat à seipso ea quæ scit prodit? THEAE. At absurdum hoc esset ô Socrates. SOC. At quæ non scit dicemus ipsum lecturum esse & numeraturũ, quum dederimus ipsi, quòd omnes literas, & omnes numeros sciat? THEAE. Sed & hoc absurdum esset. SOCR. Vis igitur ut dicamus, nominum quidem nobis nullam curam esse, quomodocũq; tandem quis scire & discere, trahere uelit. Quandoquidem uero definiuimus aliud quid esse possidere scientiam, aliud habere, quod quidem quis possidet, ut non possideat, impossibile esse dicimus. Quare nunquam contingit ut quod quis nouit, non sciat. Falsam tamen opinionem fieri potest ut de ipso accipiat. Fieri enim potest ut huius scientiam non habeat, sed aliam pro illa: quum uenans aliquam apud se scientiam, illis peruolantibus aliam pro alia ex errore prehendat: uelut quando undecim esse duodecim opinetur, & undecim scientiam pro duodecim scientia præhendat, eam nimirum quæ in ipso est palumbem pro columba. THEAE. Habet equidem hoc rationem. SOCR. Quum uero eam quam prehendere conatur prehenderit, tunc iam non mentitur, sed ea quæ sunt opinatur. Et sic sanè est uera & falsa opinio, & nihil ex his quæ in superioribus grauiter tulimus impedimento est. Fortassis igitur mihi consenties, aut quomodo facies? THEAET. Ita. SOC. Nam ab eo ut quis quæ scit, non sciat, liberati sumus. Quæ enim possidemus, ea ut non possideamus nequaquam amplius contingit, siue fallamur in aliquo, siue non. Alia tamen quædã grauior affectio oboriri mihi uidetur. THEAE. Qualis ista? SOC. Si scientiarũ permutatio, falsa aliquando fiet opinio. THEAE. Quo modo? SOC. Primum quidem ut is qui scientiam alicuius habet, hoc ipsum ignoret, non imperitia, sed sua ipsius scientia. Deinde aliud rursus hoc opinari, hoc uero aliud, quomodo non multa absurditas est, quum sciẽtia adsit, cognoscere quidem animam nihil, ignorare autem omnia? Ex hac enim ratione, nihil prohibet etiam ignorantiã quum adsit, cognoscere quid facere, & cæcitatem uidere, si quidem etiam scientia ignorare aliquem aliquando faciet. THEAE. Fortassis ô Socrates non rectè uolucres posuimus, quũ scientias solum posuerimus. Oportebat autem & ignorantias ponere simul una cum illis in anima peruolantes: & uenantem quandoq; quidem scientiam, quãdoq; uero ignorantiam de eadem re prehendentem, falsa quidem opinari, ignorantia: uera autem, scientia

Arithmeticus quõ sciat, & ne sciat numeros

Opinionis utriusq; constitutio

Scientiã facere ut quis ignoret

SOC.

SOC. Non facile est te non laudare ô Theætete, Quod tamẽ dixisti rursus cõsidera. Sit enim ita ut dicis. Qui uero ignorantiã prehenderit, falsa ut dicis opinabitur. Nunquid? THEAE. Etiã. SOC. Nõ tamen etiã putabit se falsa opinari. THEAE. Quomodo enim? SOC. Sed uera, & uelut sciens afficietur in his quibus fallitur. THEAE. Quid ni? SOC. Scientiam igitur uenatus se habere putabit, & non ignorantiã. THEAE. Manifestũ est. SOC. Non'ne longa uia circumuagati, rursus ad primam ambiguitatẽ deuenimus. Ille enim qui nos redarguit risu oborto dicet. Vtrum ô optimi is qui ambas nouit, sciẽtiam & ignorantiam, quam nouit, eam aliam esse quandam putat ab his quas nouit: aut neutram noscens, quam non nouit, opinatur aliam ab his quas non nouit: aut alteram quidem noscens, alteram uero non, quam nouit, putat esse quam non nouit, aut quam non nouit, eam quã nouit? Aut rursus mihi dicetis, quòd scientiarũ & ignorantiarum rursus sunt sciẽtiæ, quas qui possidet in alijs quibusdam ridiculis colũbarijs, aut cereis effigiebus conclusas, quandiu possederit, scit, etiamsi non promptas in anima habeat. Et sic sanè cogemini in idem millies per circuitũ reuerti, nihil amplius efficientes. Quid ad hęc ô Theætete respondebimus? THEAE. At per louem ô Socrates, ego non habeo quod dicere conueniat. SOC. Non'ne igitur ô puer ratio nos probe increpat ac iudicat, non rectè nos falsam opinionem prius quærere quàm scientiam, quam omittimus. Impossibile autem est illam cognoscere prius quàm quis sciẽtiam prehendat, quid tandem est. THEAET. Necesse est ô Socrates in præsentia uelut dicis putare. SOCR. Quid igitur quis dicet rursus ab initio scientiam? Nondum enim adhuc dicendo defatigati sumus. THEAE. Minime, si tu modô non deneges. SOC. Dic itaq; quid maximè ipsam esse dicentes, minime nobis ipsis aduersemur. THEAE. Id quod conabamur ô Socrates in superioribus. Non enim aliud quicquam habeo. SOC. Quod istud? THEAE. Veram opinionem scientiã esse. Nihil enim delinquit opinio uera, & quæ ab ipsa fiunt, omnia pulchra ac bona fiunt. SOC. Qui in flumine præit ô Theætete, rem ipsam ostensurã esse dicit: Et hoc si nos progressi perscrutabimur, fortasis quod nũc impedimento est, ipsum ostenderit id quod quærimus. Manentibus autẽ nihil manifestum fiet. THEAE. Rectè dicis. Quare progrediamur ac cõsideremus. SOC. Non'ne hoc exiguam considerationem expetit? Tota enim ars tibi declarat, nõ esse id ipsum scientiam. THEAE. Quomodo, & quæ hæc? SOC. Ars eorũ qui maximi sunt in sapientia, quos sanè rhetores, & cauidicos uocant. Hi enim sua arte persuadent, nõ docentes, sed opinari faciẽtes quæcũq; uoluerint. Aut tu aliquos ita præstantes doctores esse putas, ut ad modicam aquam fatis docere possint eorum quæ facta sunt ueritatem, dum aliquibus aut pecunia spoliatis, aut aliud quid perpessis, nulli qui testari possent affuerunt? THEAE. Nequaquã ego arbitror, sed persuadere. SOC. Persuadere uero nõ'ne dicis opinari facere? THEAE. Quid ni? SOC. Nõ'ne quum ludices iustè persuasi fuerint, de his quæ is qui uidit solum scire potest, aliter uero non, tunc hæc ex auditu iudicãtes, uera opinione accepta, absq; scientia iudicant, rectè persuasi siquidem bene iudicant. THEAE. Maximè. SOCR. Si itaq; idem esset opinio uera, & iudicium, & scientia, non sanè ludex summus unquam rectè opinaretur absq; scientia. Nunc uero utrunq; aliud quid esse uidetur. THEAET. Quod quidem ego ô Socrates dicente quodam audiui oblitus eram, nunc uero cogito. Dixit autem ueram cum oratione opinionẽ esse scientiam: sine oratione uero, extra scientiam esse: Et quorum quidẽ non est oratio, ea sciri non posse: sic enim dicebat: quę uero orationem haberent, ea sciri posse. SOC. Profectò pulchrè dicis. Ea uero quæ sciri & non sciri possunt, quo modo distinguebat ille dicito, si fortassis eodem modo & tu, & ego audiuimus. THEAE. At non scio an inuenturus sim. Si tamen alius diceret, arbitror me assequuturum esse. SOCR. Audi itaq; somnium pro somnio. Ego enim uideor mihi audiuisse ex quibusdã, quòd prima quidem uelut elementa, ex quibus & nos compositi sumus, itemq; alia, orationem non habeant. Vnumquodq; enim ipsum per seipsum nominare solum liceret, appellationem autem aliam nullam attribuere, neque quòd sit, neq; quòd nõ sit. Iam enim inde essentiam, aut non essentiam ipsi apponi. Oportere autem nihil apponere, siquidẽ illud ipsum solum quis dicat. Nam neq; ipsum, neq; illud, neq; unũquodq;, neq; solum, neq; hoc apponendum est, neq; alia multa huiusmodi. Hæc enim circumuagantia omnibus apponi, ut quæ alia sint ab illis quibus

Scientia est opinio uera cum oratione

apponun

Universidad de Deusto
Biblioteca

apponuntur. Oportere autē si fieri posset, ipsum dici, & haberet propriam suam oratio
nem, absq; alijs omnibus dici. Nunc autem impossibile esse quodcunq; primorum ser-
mone dici. Non enim esse ipsi aliud, quàm ut nominetur solum. Solum enim nomē ha-
bere. Quæ uero ex his iam cōposita sunt, quemadmodū ipsa complicata sunt, sic etiam
nomina ipsorum complicata, sermonem facta esse. Nominū enim complicationem ser
monis essentiā esse. Sic itaq; elemēta quidem sine oratione esse, & cognosci non posse,
sensibus tamē percipi. Syllabas autē & cognosci posse, & oratione proferri, & uera opi
nione comprehendi. Quum igitur absq; oratione, ueram opinionem de re aliqua quis
perceperit, uera quidem sentire animā ipsius de illa, non autem cognoscere. Eum enim
qui sermonē proferre, & suscipere non potest, de hac re inscium esse. Qui uero sermo-
nem insuper suscepit, eū & omnia hæc cognoscere posse, & perfectè ad scientiam se ha
bere. Ita'ne tu somnium, aut aliter audiuisti? THEAE. Ita omnino. SOCR. Placet igitur
tibi etiam hoc modo ponere, ueram opinionem cum oratione siue sermone Scientiam
esse? THEAE. Maximè. SOC. Nunc ergo o Theætete ita hac die accepimus id quod du-
dum multi sapientes uiri quærentes, antea quàm inuenirent, cōsenuerunt. THEAE. Mi-
hi equidem uidetur ô Socrates rectè dici id quod nunc dictum est: & uerisimile est hoc
ipsum ita se habere. Quæ enim adhuc scientia esset, absq; sermone & recta opinione?
Vnum tamen ex his quæ dicta sunt mihi displicet. SOCR. Quod istud? THEAE. Quod
etiam uerè uisum est dici uidetur, quòd Elementa quidem cognosci non possunt: syllaba
Exempla esse sermonis ue- rum autem genus cognosci potest. SOC. Non'ne recte considerandū itaq;. Nam exē-
lut obsides pla uelut obsides sermonis habemus, quibus usus illa omnia dixit. THEAE. Qualia illa?
SOC. Literarum elementa & syllabas, aut aliò respexisse putas eum qui dixit ea quæ di
cimus? THEAE. Non, sed ad hæc. SOCR. Exploremus itaq; ipsa repetentes: aut potius
nos ipsos, sic'ne aut non sic literas didicimus. Age primū, Nū syllabæ orationē habent,
elementa uero sine oratione sunt? THEAE. Fortassis. SOC. Maximè etiam mihi uide-
tur. Si quis igitur primam Socratis syllabam interroget sic, dic ô Theætete quid est So,
quid responderes? THEAE. Est S & O. SOCR. Non'ne hanc syllabæ orationem dicis?
THEAE. Ego sanè. SOC. Age iam sic etiam ipsius S orationē dicito. THEAE. Et quo-
modo elementi quis elementa diceret? Nam ipsum S ô Socrates ex mutis strepitus qui
dam solum est, uelut sibilāte lingua. Ipsius autem B neq; uox, neq; strepitus est, ita neq;
plurimorum elemētorum. Quare admodum rectè hoc se habet, ipsa sine oratione esse
dici, quorum euidentissima septem illa, uocem solam habent, orationem uero penitus
nullam. SOCR. Hoc ergo ô amice de scientia rectè tractauimus. THEAE. Ita uidemur.
SOC. Quid uero elementum cognosci non posse, sed syllabam, non'ne rectè demōstra-
uimus? THEAE. Verisimile est. SOC. Age itaq; syllabam dicimus'ne utraq; elemēta, &
si plura fuerint quàm duo, omnia: aut unam quandam ideam siue speciem ex compos-
tis ipsis factā? THEAE. Omnia mihi dicere uidemur. SOCR. Vide itaq; de duobus S &
O utraq; sunt prima nominis mei syllaba. Aliud'ne quid igitur is qui ipsam cognoscit,
quàm utraq; cognoscit? THEAE. Quidni? SOC. S igitur & O cognoscit. THEAE. E-
tiam. SOC. Quid uero si utrūq; ignorat, & neutrum scit, ambo cognoscit? THEAE. At
absonum & absurdum hoc esset ô Socrates. SOC. Attamen si necesse est utrunq; seor-
sum cognoscere, siquidē ambo cognoscere debet, multa omnino necessitas est ut præ-
cognoscat elementa is qui syllabam aliquando cogniturus est, atq; sic pulchra hæc di-
sputatio nobis elapsa peribit. THEAE. Et ualdè sanè repentè. SOC. Non enim rectè ip-
sum custodimus. Oportebat enim fortasse syllabā ponere non elementa, sed unā quan
dam ex illis factam speciem, quæ ipsa suam ideam habeat, aliam ab elemētis. THEAE.
Maximè. Et fortasse sic magis quàm illo modo res se habet. SOC. Considerandum est,
& non ita ignauè magna & grauis disputatio destituenda est. THEAE. Non equidem.
Syllaba quid sit SOC. Sit itaq; uelut nunc dicebamus, syllaba una idea ex singulis cōgruentibus elemē-
tis constans, & in literis, & in alijs omnibus similiter. THEAE. Maximè. SOC. Non'ne
partes ipsius esse non oportet? THEAE. Quid ita? SOC. Quia cuius sunt partes, totum
necesse est omnes partes esse: Aut etiam totum ex partibus factū, unam quandam spe-
ciem dicis, aliam ab omnibus partibus? THEAE. Ego sanè. SOC. At uero omne & to-
tum, idem'ne uocas, aut aliud utrūq;. THEAE. Nihil quidem certi habeo, Verum quia
promptè

promptè respondere iubes, periclitans dico, aliud esse. SOC. Promptitudo quidem ô *Omne & totū*
Theætete recta est. An uerò etiam responsio, considerandum est. THE. Oportet equi- *diuersa esse*
dem. SOC. Nonne differt totum ab omni, ut nunc sermo habetur? THE. Etiam. SOCR.
Quid uerò omnia, & omne differunt'ne in aliquo? Velut quum dicimus, unum, duo,
tria, quatuor, quinq;, sex: & si dicimus bis tria, aut ter duo, aut quatuor & duo, aut tria &
duo & unum, aut quinq; & unum, utrum in his omnibus idem, aut aliud dicimus? THE.
Idem. SOC. Num aliud quid quàm sex? THEAE. Nihil. SOC. Nonne ex unoquoq; lo-
quendi modo, omnia sex inuenimus. THEAE. Etiam. SOC. Aliud autem nihil dicimus,
omnia dicentes? THE. Necesse est. SOC. Nū aliud quid sex? THE. Nihil. SOC. Idē ergo
in his quæ ex numero constant, & omne appellamus, & omnia. THE. Videtur. SOC.
Hoc itaq; modo de ipsis dicamus. Iugeri numerus, & Iugerum idem sunt. Nunquid?
THEAE. Etiam. SOC. Et stadij sanè similiter? THE. Etiam. SOC. Sed & exercitus nu-
merus, & exercitus, & omnia huiusmodi similiter. Nam omnis numerus, est id omne
quod est unumquodq; ipsorum. THE. Etiam. SOC. Singulorum autem numerus num
aliud quid est quàm partes? THEAET. Nihil. SOC. Quæ ergo habent partes, ex parti-
bus fuerint? THE. Apparet. SOC. At omnes partes omne esse confessi sumus, si quidem
omnis numerus omne erit. THE. Ita. SOC. Totum ergo non est ex partibus: omne enim
esset, si omnes partes essent. THE. Non uidetur. SOC. Quod autē pars est, alterius'ne cu-
iusdam pars est, quàm totius? THE. Omnis sanè. SOCR. Viriliter pugnas ô Theætete.
Omne uerò nonne quum nihil defuerit, hoc ipsum omne est? THE. Necesse est. SOC.
Totum uerò non idem hoc erit, à quo nihil penitus discessit? A quo uerò quid discess-
sit, neq; totum, neq; omne, quod ex eodem idem simul fiat? THE. Nunc uidetur mihi o-
mne & totum nihil differre. SOC. Non'ne dicebamus quòd cuius sunt partes, & totum,
& omne, omnes partes sunt? THE. Maximè. SOC. Rursus itaq; id quod paulò antea ag-
rediebamur repetamus. Non'ne si quidem syllaba non est elementa, necesse est ipsam
non ut partes suas elementa habere: aut si idem cum ipsis est, similiter ut illa cognosci
non posse? THE. Ita sanè. SOC. Non'ne ut ne hoc fieret, aliud ab ipsis syllabam esse po-
suimus? THE. Etiam. SOC. Quid uerò si non elementa syllabæ partes sunt, potes'ne a-
lia quædam dicere, quæ sint quidem syllabæ partes, non tamen illius elementa? THE.
Nequaquam ô Socrates, partes huius concesserim. Ridiculum enim esset omissis ele-
mentis, alia adire. SOC. Omnino itaq; ô Theætete iuxta præsentem sermonem, syllaba
fuerit una quædam idea, quæ in partes diuidi non potest. THE. Videtur. SOCR. Me-
ministi igitur ô amice, quòd in superioribus admisimus rectè dici putantes, quòd pri-
morum ex quibus alia composita sunt, non sit oratio, eo quòd unumquodq; ipsum per
seipsum sit incompositū: & quòd neq; rectè habeat, ipsum esse attribuere, ac de ipso di-
cere, neq; hoc: ut quæ alia & aliena dicātur. Et quod hęc sanè causa efficeret ipsum quid
dam quod & orationis exors esset, & cognosci non posset. THE. Memini. SOC. Num
igitur alia quædam quàm hæc ipsa causa est, ut sit ipsum quiddā unius speciei, & quod
diuidi non possit? Ego quidē aliam non uideo. THE. Nō equidem uidetur. SOC. Non'-
ne in eandem cum illo speciem syllaba incidit, si quidem & partes non habet, & una est
idea? THE. Omnino ita. SOCR. Si quidem igitur syllaba est multa elementa, & totum
quiddam, partes autem ipsius hæc, similiter & syllabæ & elemēta, cognosci ac oratione
proferri possunt: quandoquidem omnes partes idem cum toto esse uisæ sunt. THEAE.
Valdè equidem. SOC. Si uerò unum quiddam, & quod partes non habet, similiter &
syllaba, & elementum, & orationis exors est, & cognosci non potest. Eadem enim cau-
sa efficiet ipsa talia. THE. Non habeo quod aliter dicā. SOC. Ne igitur eum suscipiamus,
qui syllabam quidem cognosci ac proferri oratione posse dicit, elementum uerò cōtrà.
THE. Non sanè, si quidē huic rationi fidē habebimus. SOC. Quid uerò si rursus quis cō-
trarium dicat, nonne magis susciperes, ex his quorum ipse tibijpsi conscius es in literis
discendis? THE. Quod istud? SOC. Quòd nihil aliud discendo fecisti, quàm quòd ele-
mēta & usu dignoscere conatus es, & auditu, unūquodq; ipsum per seipsum, ut ne posi
tio ipsorū te turbaret, siue pronunciarētur, siue scriberentur. THE. Verissima dicis. SOC.
Cytharistę uerò artē perfectè didicisse, num aliud quid erat, q̄ unūquemq; sonū assequi
posse cuius chordæ essent. Hęc autē Musices elemēta dici quiuis cōfiteatur? THE. Nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliud. SOC. Quorum ergo ipsi periti sumus elemẽtorum ac syllabarum, ex his si etiam de alijs coniecturam facere oportet, asseremus profectò elementorũ genus longè euidentiorem ac præstantiorem cognitionem habere quàm syllabam, ad unamquãq; disciplinam perfectè percipiendam, Et si quis syllabam quidem cognosci posse, elementum autem cognosci nõ posse dicat, eum aut uolentem aut inuitum ludere putabimus. THEAE. Maximè. SOC. At uero huius rei etiam aliæ adhuc uideri possint demonstrationes, uelut mihi uidetur. Verum id quod propositũ est, illarum gratia uidere ne obliuiscamur: quid tandem sit quod dicitur, orationem cum uera opinione accedentẽ, perfectissimã scientiam esse. THEAE. Videre igitur conuenit. SOC. Age itaq;, quem'nam λόγον (orationem & sermonem in superioribus dictum) nobis uult significare? Ex tribus enim unum quoddam dicere mihi uidetur. THEAE. Ex quibus illis? SOC. Primũ equidem fuerit cogitationem suam manifestam facere per uocem cum uerbis & nominibus, ita ut quis in fluxionem per os, uelut in speculum aut aquam, exprimat opinionem: Aut nõ uidetur tibi tale λόγος esse? THEAE. Mihi sanè. Eum igitur qui hoc facit, dicere asserimus. SOCR. Non'ne hoc quiuis facere potest citius aut tardius, ut ostendat quid uideatur ipsi de unaquaq; re, qui nõ ab initio mutus ac surdus est? Atq; sic quicũq; quid rectè opinantur, omnes cum oratione ipsum habere uidebuntur, & nunquam amplius recta opinio absq; scientia continget. THEAE. Vera dicis. SOCR. Ne itaq; facile condemnemus uelut nihil dixerit, eum qui Scientiam, id quod nunc consideramus esse pronunciauit. Fortassis enim qui dixit, non hoc dixit: Sed ut interrogatus quid unum-

Diffinitio per elementa

quodq; sit, responsionem per elementa, interroganti dare possit. THEAE. Quale quid dicis ô Socrates? SOC. Quale etiam Hesiodus de curru dicit: Currus centenaq; ligna:

Currus quid sit

quæ ego quidem dicere non possem, & neq; tu, ut arbitror. Sed contenti essemus interrogati quid sit currus, si dicere possemus, rotæ, axis, supernæ cõnexiones, tabularũ coniunctiones, iugum. THEAE. Maximè. SOC. Ille uero fortassis putarit nos, uelut tuum nomen interrogatos, & secundum syllabam respõdentes, ridiculos esse: Rectè quidem opinantes ac dicentes ea quæ dicimus, putans autem grãmaticos esse, & Theæteti nominis orationem grammatico modo & habere, & dicere. Hoc autem non esse Scientis modo quicquam dicere, prius quàm per elemẽta cum uera opinione, unũquodq; quis perficiat, id quod etiam in superioribus dictũ est. THEAE. Dictum est equidem. SOC. Sic etiam de curru nos quidẽ rectam habere opinionem, Eum uero qui per cẽtum illas essentiã ipsius recẽsere possit, hoc assumpto, et orationẽ ad uerã opinionẽ assumpsisse, & pro opinante, artificiosum & scientem de currus essentia factum esse, ut qui totũ per elementa perfecit. THE. Non'ne recte tibi uidetur ô Socrates? SOC. Si tibi ô amice uidet, & explicationẽ uniuscuiusq; per elemẽta, orationẽ & λόγον esse admittis: eam uero quæ secundũ syllabas, aut etiam secundũ maius quiddam fit, orationis exortẽ esse, hoc mihi dicito, quo hoc ipsum cõsideremus. THE. At ualdè admitto. SOC. Vtrum putas scientem esse quemcũq; cuiuscunq; tandem, quum idem quandoq; eiusdem esse ipsi uidetur, quandoq; alterius: aut etiã quum eiusdẽ modò hoc, modò aliud esse putat? THEAET. Per louem nõ sanè ego. SOC. Deinde nõ meministi in literis ab initio discendis, & teipsum & alios hæc fecisse. THEAE. Dicis'ne eiusdem syllabæ quandoq; aliã, quandoq; rursus aliam literam putasse: & eandẽ modò in conuenientem, modò in aliam syllabam posuisse? SOC. Hæc dico. THEAE. Non itaq; oblitus sum, neq; eos qui ita se habent adhuc scire arbitror. SOC. Quid igitur quũ quis in tali tempore Theætetum scribens, Th & e scribere oportere putat, & scribet: & rursus Theodorũ scribere aggrediens, T & e scribere oportere putat, & scribet: Num scire ipsum dicemus primam nominum uestrorum syllabam? THEAET. At iam confessi sumus eum qui ita se habet nõdum scire. SOC. Prohibet igitur quid, etiam circa secundam syllabã & tertiam ac quartam, eundem sic habere? THEAE. Nihil. SOC. Non'ne tunc explicationẽ per elementum habens, scribet Theætetũ cum uera opinione, quũ syllabas deinceps scribit? THE. Manifestum sanè hoc est. SOC. Non'ne adhuc inscius, uerum rectè opinans uelut diximus? THEAE. Etiam. SOC. Explicationem sanè habens cum recta opinione, uiam per elementum habens scripsit, quam sanè uiam, λόγον & orationem dictam esse cõfessi sumus. THEAE. Vera dicis. SOC. Est ergo ô amice, cũ oratione recta opinio, quàm nondum

dum scientiam uocare oportet. THEAE. Consequens est. SOCR. Per somnium itaq; ut apparet diuites fuimus, opinati nos habere ueram scientiæ definitionem: Aut nondum reprehendimus? Fortassis enim nõ ita quis ipsum λόγον definiet, sed reliquam è tribus speciem, quarum unam diximus λόγῳ attributurum esse, eum qui scientiam definiuit, opinionem esse rectam cum oratione, hoc est ut ille dixit, μετὰ λόγου. THEAET. Rectè admonuisti. Vna enim adhuc reliqua est. Prima etenim erat cogitationis in uoce uelut simulachrum. Quæ uero modò dicta est, processus & uia per elementũ ad totum. Tertiam uero quam dicis? SOC. Eam quã plerique sic exposuerint, nimirum signum quoddam dicere posse, quo id de quo interrogatum est ab omnibus differt. THEAE. Quale quoddam, & cuius signum, λόγον à te nunc dictum, mihi dicere potes? SOCR. Velut si de Sole uelis, sufficere tibi arbitror ut admittas, quòd splendidissimũ sit ex omnib. quæ in cœlo circum terram uoluuntur. THEAE. Maximè. SOCR. Accipe itaq; cuius gratia dictum est. Est autẽ id quod dicebamus. Quandiu ergo unusquisq; differentiã accepe-

Solis descriptio per signum

ris, qua ab alijs differt, λόγον uelut quidam aiunt accipies. Quandiu uero cõmune quid dam attigeris, de illis tibi sermo ac λόγος erit, quorũ cõmunitas illa fuerit. THEAE. Intelligo, & mihi uidetur rectè habere, ut tale λόγος appelletur. SOC. Qui uero cũ recta opinione de quacunq; re differentiã ab alijs susceperit, ipsius sciens euadet, cuius prius opinionẽ habebat. THEAE. Sic equidẽ asserimus. SOC. Nunc itaq; ô Theætete, postquam propè ad eius de quo agimus uelut adumbrationẽ deueni, ego penitus neq; exiguum quiddam intelligo: Quandiu uero procul abesset, aliquid dici mihi uidebatur. THEAE. Quomodo hoc? SOC. Dicam si potero. Rectam ego habens de te opinionẽ, si quidem insuper suscepero tuũ λόγον, cognosco sanè te: sin minus, opinor solũ. THE. Etiam. SOC. λόγος autem erat differentiæ tuæ interpretatio. THEAE. Ita. SOC. Quando igitur opinabar solum, aliud'ne quid quã nihil ex his quibus ab alijs differs, cogitatione attingebam. THEAE. Non uidetur. SOC. Ex cõmunibus ergo quid cogitabam, ex quibus nihil magis tu, quàm alius quispiam habet. THEAE. Necesse est. SOC. Age itaq; per louem, quomodo tãdem in tali magis te, quàm quẽuis alium opinabar? Pone enim me cogitare, quòd hic est Theætetus, qui sanè est homo, & nasum habet, & oculos, & os, atq; sic unũquodq; membrũ. Hæc igitur cogitatio, est ne quod faciat me magis Theætetum aut Theodorum cogitare, q̃ quod dicitur Mysorum postremũ? THEAE. Quod'nam? SOC. At si nõ solum nasum habentẽ & oculos cogitauero, sed etiam simum, & prominentibus oculis, nunquid te magis opinabor, quàm meipsum, aut quicunq; tales sunt? THEAE. Nihil. SOC. At non prius ut arbitror Theætetum ego opinabor, quàm hic simus nasus, diuersum quoddam ab alijs quos uidi simis nasis monumẽtum apud me impressum deposuerit: & alia eodem modo ex quibus tu es constitutus. Qui simus nasus me, etiã si eras tibi obuiam uenero, admonebit, & recta de te opinari faciet. THE. Verissimè. SOC. Circa diuersitatem ergo fuerit recta opinio de unaquaq; re. THEAE. Apparet sanè. SOC. Quid igitur adhuc fuerit, λόγον ad rectã opinionem suscipere? Si enim insuper opinari dicit, quatenus quid ab alijs differt, ridicula admodum est præceptio. THEAE. Quomodo? SOC. Quorum rectam opinionẽ habemus, quatenus ab alijs differunt, eorũ insuper suscipere rectam opinionẽ iubet, quatenus ab alijs differunt. Et sic quidẽ scytalæ, aut pistilli, aut cuiuscũq; tandẽ dicitur obuolutio, ad hãc præceptionẽ collata nihil dixerit: lustius autẽ cæci exhortatio uocari poterit. Nam quę habemus, & insuper suscipere iubere, ut discamus quæ opinamur, eius esse uidetur, cuius oculis tenebræ insigniter admodũ obductæ sunt. THEAE. Dic itaq;, quid nũc uelut dicturus percunctabaris? SOC. Si λόγον insuper suscipere ô puer, cognoscere iubet, & non opinari diuersitatẽ, suauis admodum res fuerit λόγος, eius qui omnium optimus circa scientiam habetur. Nam cognoscere, scientiam accipere est. Nunquid? THEAE. Etiam. SOC. Non'ne interrogatus ut apparet, quid est Scientia, respondebit: opinio recta cum scientia diuersitatis? Nam λόγος insuper susceptio, secundum illum hoc fuerit. THEAE. Apparet. SOC. Et profectò penitus stolidum est, quærentibus nobis scientiam, pronunciare esse opinionẽ rectam cum scientia siue diuersitatis, siue cuiuscũq; tandem. Neq; igitur sensus ô Theætete, neq; uera opinio, neq; cũ uera opinione λόγος

Universidad de Deusto
Biblioteca

accedens, scientia fuerit. THEAE. Non, ut apparet. SOCR. Nunquid igitur adhuc prægnantes sumus & parturimus ô amice de scientia: aut omnia peperimus? THEAE. Et per louem ego plura quàm habebam in me ipso, per te dixi. SOC. Non'ne omnia hæc, ars nostra obstetricandi à uento cõcepta, edita esse dicit, & educatione indigna? THEAET. Maximè equidem. SOC. Si itaq; posthac conatus fueris ô Theætete, ut alijs prægnans fias: siue fias, melioribus plenus fies, propter nũc habitam inquisitionem: siue uacuus manseris, minus grauis eris tecum conuersantibus, & temperatè mansuetior, non putans te scire ea quæ non nosti. Tantum enim saltem ars mea potest: nihil autem amplius. Neq; quicquam noui ex his quæ nouerunt alij, qui magni & admirandi uiri sunt ac fuerunt. Hanc autem obstetricandi artem ego & mater mea ex deo sortiti sumus, illa quidem ut mulieribus opem ferat, ego uero ut iuuenibus, & generosis, & his qui pulchri existunt. Nunc quidem igitur abeundum est mihi ad porticum Regis, ut sistam me in iudicio ad Meliti actionem, quam aduersus me instituit. Manè uero ô Theodore, rursus huc redeamus.

Scientia manet indiscussa

Ars Socratis quid posit

PRAEFATIO IN PLATONIS SOPHISTAM SECVNDVM Proclum, à Marsilio Ficino translata.

Proprietates sublunaris opificis

SOPHISTAM Plato uocat non hominem quendam solum, sed etiam amorem, Plutonem, louem, & artem sophisticam præclarissimam dicit, Ex quibus intelligimus quod nobilius subiectum quàm appareat hic dialogus respicit. Est enim intentio secundum magnum Iamblichum de sublunari opificio tractare. Nam est idolorũ fictor, purificator animarũ, à cõtrarijs rationibus semper separans, trãsmutator, & iuuenũ diuitum mercenarius uenator. Dum animas suscipit plenas rationibus à superis uenientes, mercedem ab illis accipit, ipsam animaliũ fabricã, quæ fit secundum mortaliũ rationem. Hic ei quod non est incumbit, quia quæ sunt in materia gignit. Et quod reuera falsum est, diligit, id est materiam. Simul autem in id quod uerum reuera est, respicit. Est & multiceps, quoniam sibi essentias uitasq; multas uendicauit, per quas uarietatem generationis ipse disponit. Idem quoq; magus est generatione, dum animas naturalibus rationibus mulcet, & allicit, adeo ut ægre à generatione amoueantur. Quinetiam & amor magus, & natura maga à nonnullis dicitur, propter reciprocos attractus atq; illecebras quæ secundum naturam procedunt. Nunc igitur omnisariam sophistam declarare uult. Etenim philosophus sophista est, quippe cum cœlestem opificem, & generationis opificem imitetur. Et distinctius facultas progressum rerũ ab uno imitatur, & generationis opifex cœlestem opificem. quare sophista est. Atqui & ipse homo sophista, quia magna imitatur, Sophista dicitur. Et idcirco sophistam multiplicem appellauit. Eleates hospes repræsentat patrem opificũ, supercœlestem & absolutum. Auditores autem opificis intelligentias. Ille quidem Iouis, hic naturæ angelicæ tanquam interpretator ac geometricus. Et quoniam opificium ab imperfecto incipiens in perfectũ desinit, hospes ille primũ cum Theodoro, deinde per conuersionem cũ proprio Socrate uersatur. Hactenus Procli. Deinceps Marsilij.

Amor magus & natura maga

Argumentum Marsilij

POST Theætetum de scientia, legendus est Sophista de ipso ente, quod scientiæ est obiectũ. Dum uero hic de ente disseritur circa quod uersatur philosophus, tractatur interim de non ente, ad quod sophista declinat. Apud Pythagoram & Platonem sophus, id est sapiens; solus est Deus. Philosophus autem uerus imitator dei. Sophista ambitiosus & fallax philosophi æmulator. Sex Plato Sophistæ definitiones adducit. Quoniam uero definitio haberi absq; diuisione non potest, per quam ab ipsa re definienda quæ ipsius non sunt separantur, genusq; ipsius per differentias diuidatur, ex quibus tandem simul & genere cõponantur species atq; definiantur, idcirco Plato Sophistam definiturus, exactissimas primum partitiones excogitat, admonens neminem omnino latentem rei cuiusq; naturã discernere posse, nisi eam penitus ab aliena qualitate secreuerit. Proinde entis atq; non entis descriptiones pro uiribus effert, atq; ens, quemadmodum & in Parmenide, subijcit uni. Entis quinq; numerat genera, essentiam, idem, & alterum, statumq; & motum. Docet ueram quidem essentiam rebus incorporeis conuenire, imaginariam uero corporeis. Eos præterea qui incorporea negant, admodum detestatur: eos insuper qui uel omnia moueri solum, uel solum manere putant. Item de scientia atque de opinione & oratione uera uel falsa, de uerbo & nomine disputat, quatenus ad entis ipsius disputationẽ pertinere uidetur. Demum postquam de sophista simul ac philosopho disputauit, diuina quadam librum concludit sententia, uidelicet res naturales, operaq; esse dei. Siquidem omnia naturæ opera à diuina quadam sapientia mundo infusa probauerat proficisci. Res autem umbratiles & fallaces, ait dæmonicas esse præstigias. Ibidem & sophistam nobis occultum esse inquit, tanquam non entis, id est falsi tenebris inuolutum: & philosophum pariter occultum esse, quamuis alia ratione, quia uidelicet entis ipsius, id est, diuinæ ueritatis splendore undique circumfusus uulgarium intuitum animorum prorsus exuperet.

Apud Pythagoram & Platonem sophos est solus deus

Quis philosophus

Res naturales, opera dei

PLATO-

PLATONIS ATHENIENSIS SOPHISTA, SIVE DE EO QVOD EST. *Rationalis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

THEODORVS. SOCRATES. HOSPES ELEATES. THEAETETVS.



IVXTA hesternam consensionem, ô Socrates, & ipsi modestè adsumus, & hospitem hunc adducimus, genere quidem Eleaten, sodalem autem Parmenidæ & Zenonis amicorum, uirum sanè ualdè philosophum. SOCR. Proinde ô Theodore non hospitem, sed deum quendam, iuxta Homeri sermonẽ adducere te non animaduertis. Dicit enim ille tum alios deos, tum non minime deum hospitalẽ, homines iusti pudoris participes comitari, & tum iniurias, tum æquitates hominum intueri. Fortassis igitur & hic ex præstantioribus te sequitur, uiles nos in disputationibus inspecturus & redarguturus, ut qui ad redarguendum quidam sit deus. THEO. Non hi sunt mores ô Socrates huius hospitis, sed moderatior est his qui circa contentiones studium collocarunt. Et mihi quidem uidetur deus nequaquam hic uir esse, sed tamen diuinus. Omnes enim philosophos ego sic appello. SOCR. Et rectè o amice. Hoc tamen genus non multò facilius ut ita dicam, discerni posse uidetur, quàm deorum genus. Hi enim uiri non fictè, sed reuera philosophi, propter aliorum ignorantiam uarij ac omnigeni putantur, & per urbes diuersantur, inferiorum uitam ex alto intuẽtes. Et alijs quidem nullius precij esse uidentur, alijs uero quauis re digni: & nunc quidem ciuiles apparent, nunc uero sophistæ, quandoq; uero quibusdam opinionem exhibent uelut qui penitus insaniant. Libenter tamen ex hospite hoc percunctarer, si id ipsi gratum esset, quomodo de his homines in illis locis sentirent, & nominarent. THEO. Quæ'nam ista? SOC. Sophistam, uirum ciuilem, philosophum. THEO. Quid uero maximè, & qua in re de ipsis ambiguus, interrogare statuisti? SOC. Hoc, utrum unum omnia hæc putent, aut duo: Aut quemadmodũ nomina tria, ita etiam genera tria distinguentes, singula nomina singulis generibus attribuant. THEO. At nulla ut arbitror inuidia obstat, quo minus hæc ipse exponat: Aut quomodo ô hospes dicemus? HOS. Ita ô Theodore, Nulla equidẽ inuidia est, neq; difficile est dicere, quòd tria putent, Vnũquodq; tamen clarè distinguere quid sit, non exigui neq; leuis operis est. THEO. Equidem forte fortuna cõsimiles arripuisti sermones ô Socrates his quos prius quàm huc ueniremus, ex ipso percũctabamur. Ipse uero eadem quæ nunc ad te, etiam tunc ad nos prætendebat: Alioqui & satis se audiuisse dicit, & non immemorem esse. SOCR. Ne igitur ô hospes primam gratiam petentibus nobis deneges. Tantum uero nobis dic, utrum libentius soleas ipse per teipsum longo sermone exponere, enarrãdo quicquid tandem alicui ostendere uelis, aut per interrogationis modũ, uelut quondam etiam Parmenidæ utenti, & sermones habenti pulcherrimos affui ego adolescens adhuc, quum ille iam ualdè senex esset. HOS. Eo quidem qui sine molestia & facile respondet, facilius est uti ad interrogandi ac respondendi modum: Sin minus, ipse per se quisq; facilius diseruerit. SOC. Licet itaq; tibi ut de præsentibus quemcunq; uolueris deligas. Omnes enim mansuetè tibi obsequẽtur. Me tamen si uti uoles consultore, ex iuuenibus quendam deliges hunc Theætetum, aut etiam si quis alius tibi placuerit. HOS. Pudor quidam ô Socrates me tenet, qui nunc primum uobiscum congredior, quòd non paulatim uerbo ad uerbũ reddito habeam dicendi consuetudinem, sed extentum in lõgum sermonem prolongare cogar, siue per me ipsum disseram, siue cum alio disputem, & uelut documentũ de me præbens me ostentem. Reuera enim id quod nunc dictum est, non ita uelut interrogatũ est, esse quis speraverit, sed longissimum sermonem requirit. At uero rursus non gratificari tibi, & his, tum aliàs, tum te ita ut dixisti inhortante, inhospitale quiddam & agreste mihi esse uidetur: Alioqui Theæretum

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse qui mecum disputet omnino recipio, de his quæ & ipse prius differui, & tu nunc iubes. THEAE. Proinde ô hospes sic, & quemadmodum Socrates dixit, omnibus gratificaberis. HOS. Videtur quidem ô Theætete, ad hæc nihil amplius dicendum esse. Verum ad te iam postea sermo mihi fuerit. Si uero prolixitate grauaberis, ne mihi imputes, sed his tuis sodalibus. THEAE. At arbitror nunc sanè non fore ut delassatus denegem. Si tamen tale quid accidat, etiam hunc Socratẽ assumemus cum Socrate quidem eiusdem nominis, meum uero coætaneum, & exercitiorum sodalem, cui mecum collaborare plerunq; non infrequens est. HOS. Bene dicis. Et hæc quidem in sermonis progressu priuatim expendes. In communi uero mecum cõsiderabis, primum nunc ut mihi uidetur initio sumpto quæstionis ac explicationis à Sophista, quid nam sit. Nunc enim tu & ego de hoc nomen solum in cõmuni habemus, rem autem ipsam, de qua id dicimus, uterq; nostrum fortassis priuatim apud se habet. Oportet autem semper in quauis re, magis ipsam rem per rationes, quàm nomen solum absq; ratione concedere. At genus hoc quod nunc quærere instituimus, non omnino facile est cõprehendere, quid tandem sit Sophista. Quum autẽ magna rectè transigere uolumus, in paruis ac facilioribus prius periculum facere, & in illis maximis, oportere, iamdudũ omnibus uisum est. (lactura enim minus grauis & detrimentosa est, si in exiguis, paruiq; precij rebus experientiæ ambiguæ alea incidat.) Nunc igitur ô Theætete etiã nobis sic consulo, ut quid Sophistæ genus arduũ & quod difficulter capi possit, esse duxerimus, prius in alio faciliori rationẽ ac methodum ipsius exerceamus, nisi tu alicunde aliam faciliorem uiam dicere potes. THEAE. At non possum. HOS. Vis itaq; ut uile quiddam tractemus, & experiamur ut ipsum maioris exemplum ponamus? THEAET. Etiam. HOS. Quid itaq; proposuerimus, quod & cognitu facile sit, & paruũ, uerum nullo ex maioribus minorẽ rationem habeat, uelut est piscator hamularius. Non'ne & nota, & nõ adeò multi precij res est? THEAE. Ita. HOS. Methodum tamen & rationem non ineptam nobis habere ipsum puto, ad nostrum institutum. THEAE. Rectè itaq; res se habuerit. HOS. Age itaq; hoc modo de ipso ordiamur, & dic mihi, utrum ipsum uelut artificem, aut quendam artis expertem, qui tamen aliam habeat facultatem ponemus. THEAET. Minimè artis expertem. HOS. Atqui artium ferè omnium species duæ sunt. THEAE. Quomodo? HOS. Agricultura, & quæcunq; circa omne mortale corpus contingit cura: & rursus quæ circa compositum ac formatum existit, quod operis nomine appellamus, & imitatoria: omnia hæc uno nomine iustissimè appellauerimus. THEAE. Quomodo, & quo illo? HOSP. Quicquid quum prius non esset, postea quis ad essentiam perduxerit, eum qui agit facere, quod agitur fieri dicimus. THEAET. Rectè. HOS. At omnia quæ nunc recẽsuimus, ad hoc suam facultatem habuerint. THEAET. Habuerint equidem. HOS. Effectricem itaq; his in summã collectis appellauerimus. THEAE. Sit ita. HOS. At rursus totam post hæc disciplinæ & cognitionis speciem, & quæstuariam, & decertatoriam, & uenatoriam: quandoquidem nulla harum quicquã fabricat, uerum ea quę sunt, & facta sunt, partim sermonibus & actionibus capit, partim capientibus non permittit: propter has omnes partes, artem acquirendi dictam maximè quis descripserit. THEAE. Etiam. Ita enim decuerit. HOS. Quum itaq; omnes artes ad acquirendi & faciendi speciem pertineant, ad utram ô Theætete piscatoriam hamulariam referemus? THEAE. Ad acquirendi speciem. HOS. Acquirendi uero non'ne duæ sunt species, altera quum uolentes cum uolentibus permutamus, per largitiones, & emptiones, & cõductiones: altera quum factis aut uerbis omnia capimus, quæ mancipatoria dici poterit. THEAET. Apparet ex relatis. HOS. Quid uero mancipatoria non bifariam secanda est? THEAE. Quomodo? HOS. Vt totum id quod ex ipsa palàm fit, decertatoriam ponamus: quod uero occultè, uenatoriam. THEAE. Etiam. HOS. At uenatoriam absurdum sit non bifariam secare. THEAE. Dic quomodo? HOS. Vt alteram inanimati generis, alteram animati faciamus. THEAET. Quid ni? HOS. Siquidem sunt ambo. THEAET. Quomodo uero nõ sint? HOS. Et oportet sanè eam quæ ad inanimata pertinet, sine nomine relinquere (exceptis quibusdam natatoriæ facultatis partibus) & alia huiusmodi exigua ualere sinere. Eam uero quæ animatorum est, animalium uenatoriam appellare. THAET. Sit ita. HOS. At uenatoriæ animalium non'ne duplex species meritò

Piscator hamularius exempli Sophistæ

Artiũ omnium species duæ

Acquirendi species duæ

ritò dicetur? altera pedestris generis, multis speciebus ac nominibus distincta, uenatoria pedestris appellata: altera natatilium animantium, Venatoria per liquidum dicta. THEAET. Maximè. HOSP. Natatilium uero generis alterum uolucre uidemus, alterum aquaticum: THEAET. Quidni? HOSP. Et uolucris generis uenatio omnis, Aucupium dicitur. THEAET. Dicitur equidem. HOSP. Aquatici uero ferè in totum piscatoria. THEAET. Etiam. HOSP. Quid uero hanc rursus uenationem, non'ne in maximas duas partes diuiserim? THEAET. Quas istas? HOSP. Quarum altera septis per se uenationem facit: altera, plaga. THEAET. Quomodo dicis, & quo modo utraque distinguitur? HOSP. Quicquid impedimenti gratia ambiens quid coercet, id septum nominare par est. THEAET. Maximè. HOSP. Nassas itaque & retia & laqueos, & uerricula, & huiusmodi, num aliud quid quàm septa appellare conuenit? THEAET. Nihil aliud. HOSP. Hanc ergo uenandi per septa uenationis partem dicemus, aut tale quiddam. THEAET. Etiam. HOSP. Alteram uero hamulis & fuscinis, plaga contingentem, aliam ab illa, uerberatoriam quandam uenationem nos nunc in summa appellare opus est. Aut quid melius quis ô Theætete dixerit? THEAET. Negligamus nomen. Sufficit enim etiam hoc. HOSP. Verberatoriam itaque nocturnam quæ ad ignis lumen fit, ab ipsis uenatoribus igniferam dici contigit. THEAET. Maximè. HOSP. Diurnam uero, eo quòd etiam fuscinæ in extremis hamulos habent, in totum hamulariam. THEAET. Sic equidem dicuntur. HOSP. Hamulariæ itaque uerberatoriæ species ea quæ ex supernis deorsum fit eo quòd fuscinis ita maximè utamur, fuscinalis arbitror uocata est. THEAET. Ita quidam dicunt. HOSP. Reliqua est una adhuc solum species. THEAET. Quæ ista? HOSP. Quæ contraria illi plaga contingit, & hamulo, & non in quacunque, prout contigerit, corporis piscium parte, uelut fuscinis: sed circa caput semper, & os eius qui capitur piscis, qui etiam ex infernis in contrarium sursum uirgis & arundinibus extrahitur. Cuius speciei ô Theætete quod nomen dici oportere dicemus? THEAET. Videmur hoc ipsum nunc perfecisse, quòd paulò ante inuenire oportere proposuimus. HOSP. Nunc igitur piscatoriæ per hamulum, de qua tu & ego cõsensimus, non solum nomen, sed etiam (qua tota piscatoria scientia gubernatur & administratur, qua item pisciculi salaces irretiũtur,) rationẽ circa ipsum opus abundè accepimus. Vniuersæ enim artis dimidia pars ea quæ acquirit, erat, eius quæ acquirit, mancipatoria: mancipatoriæ, uenatoria: uenatoriæ, animalium uenatoria: uenatoriæ animalium, uenatoria per liquidum: uenatoriæ per liquidum, tota pars inferna, piscatoria: piscatoriæ, uerberatoria: uerberatoriæ, hamula ria: huius autẽ, ea quæ nomen ab ipsa actione assimilatum habet, eo quod per plagam ex infernis sursum piscis extrahitur: piscatoria per hamulum ex infernis iniectum à nobis quæsita, cognomine facta est. THEAE. Omnino igitur hoc abundè declaratum est. HOSP. Age itaque secundum hoc exemplum, etiam sophistam inuenire conemur quid tandem est. THEAET. Maximè sanè. HOSP. Atqui illa prima erat quæstio, utrum idiotam, aut artem aliquam habentem, ponere oporteret hamularium piscatorem. THEAET. Etiam. HOSP. Et nunc itaque hunc idiotam ponemus ô Theætete, aut penitus reuera sophistam? THEAET. Nequaquàm idiotam. Intelligo enim quod dicis, quod penitus talem esse oportet eum qui hoc nomen habet. HOSP. At aliquam artem ipsum habere ponendum est, ut apparet. THEAET. Quam igitur illam? HOSP. Nunquid ô dei ignorauimus uiri uirum cognatum esse? THEAE. Quem illum? HOSP. Piscatorem hamularium sophistæ. THEAET. Quomodo? HOSP. Venatores quidam ambo esse mihi uidentur. THEAET. Cuius uenationis alter? nam de altero diximus. HOSP. Venationem omnem nunc bifariam diuisimus, in natatilem partem, & pedestrem secantes. THEAET. etiam. HOSP. Et alteram quidem partem persequuti sumus, quod ad natatilia aquatica attinet: pedestrem uero reliquimus indiuisam, atq; indistinctam, quum multis speciebus distinctam esse dixissemus. THEAE. Maximè. HOSP. Hucusque igitur sophista & piscator hamularius, ab acquirendi arte simul proficiscuntur. THEAE. Videtur equidem. HOSP. Discedunt autẽ à uenatoria animalium, alter ad mare & flumina ac stagna, quæ in his sunt animalia uenaturus. THEAE. Quidni? HOSP. Alter ad terrã, & alia quædam flumina, diuitiarum ac iuuentutis uelut

Universidad de Deusto
Biblioteca

luculentissima prata, quæ in his sunt animalia capturus. THEAET. Quomodo dicis? HOS. Pedestris uenationis duæ quædam maximæ sunt partes. THEAE. Qualis utraq;? HOS. Altera mansuetorum, altera agrestium. THEAET. Deinde est quædam uenatio mansuetorum? HOS. Siquidem est homo animal mansuetum. Pone autem quomodo uoles, siue nihil ponens mansuetum, siue aliud quoddam mansuetũ, hominem autem agrestem: siue mansuetum quidem dicas hominem, hominum uero nullam putes uenationem. Ex his quicquid tibi dictu gratum fuerit, nobis decernito. THEAE. At nos & mansuetum ô hospes animal esse arbitror, & hominũ uenationem esse dico. HOS. Duplicem itaq; etiã mansuetorum uenationẽ dicamus. THEAE. Qua istud ratione? HOS. Latrocinium, plagiariam, tyrannidem, & omnem bellicam uiolentiam, unum omnia hæc, unam uiolentam uenationem decernentes. THEAET. Rectè. HOS. At causidicorum, & concionatorũ, & colloquentium facultatẽ, unum rursus hoc totum, unam quãdam persuasoriam artem appellantes. THEAE. Rectè. HOS. Persuasorię uero artis duo genera dicimus. THEAE. Qualia. HOS. Alterum quod priuatim, alterum quod publicè fit. THEAE. Contingit equidẽ utraq; species. HOS. Non'ne rursus priuatæ uenationis altera mercede fit, altera muneribus? THEAE. Non intelligo. HOS. Amatorum uenationi nondum animum aduertisse uideris. THEAE. In qua re? HOS. Quòd his quos uenati sunt, munera insuper præbent. THEAE. Verissima dicis. HOS. Hæc itaq; amatoriæ artis species sit. THEAET. Maximè. HOS. Eius uero quæ mercede fit, altera pars per gratiam conuersatur, & omnino per uoluptatem inescationem facit, & mercedem sibijpsi per adulationem, alimentũ solum exigit. Hanc ut ego arbitror omnes quandam delectandi artem esse dixerimus. THEAE. Quid ni? HOS. Altera uero pars uirtutis gratia cõuersationes habere profitetur, mercedem autem exigit pecunias. Non'ne hoc genus ut alio appelletur nomine dignum est? THEAE. Quid ni? HOS. Quo uero illo conare ut dicas. THEAE. Manifestum sanè est. Nam Sophistam inuenisse mihi uidemur. Et si ego ita appellem, conueniens nomen ipsi attribuisse me puto. HOS. Secundũ præsentem igitur sermonem, qui nobis nunc contigit, Sophistica uidetur appellanda uenatio iuuenum, diuitum, ac illustrium, quæ fit per artem cõciliandi, capiendi, acquirendi, uenandi, animalium uenatoriam, pedestrium uenatoriam, terrestriũ uenatoriam, mansuetorum uenatoriam, hominũ uenatoriam, priuatim uenantẽ, mercedem expetẽtem, pecunias exigentem, eruditionem ostentantem. THEAE. Omnino ita. HOS. Adhuc uero & hoc modo uideamus. Nam hoc quod nunc quærimus, non uilis, sed ualdè uariæ artis particeps est. Etenim in superioribus imaginationem exhibet, nõ hoc quod nunc nos ipsum dicimus, sed aliud quoddam genus esse. THEAET. Quomodo istud? HOS. Acquirendi artis duplex sanè species erat: quarum altera uenatoriam, altera permutatoriam partem habebat. THEAE. Erat equidẽ. HOS. Permutatoriæ itaq; duas species dicamus, alteram largitionis, alteram emptionis. THEAET. Dicatur. HOS. Sed & emptionis speciem rursus bifariam secari dicemus. THEAE. Quomodo? HOS. Alteram eorum qui sua ipsorum opera uendunt, alteram eorũ qui aliena opera distrahunt. THEAET. Maximè. HOS. At eius quæ aliena distrahit speciei, non'ne ea quæ in urbe fit distractio, dimidiaq; ferè illius pars est, cauponaria appellatur? THEAE. Etiã. HOS. Quę uero ex alia in aliam ciuitatem, emptione ac uenditione contingit distractio, Mercaturam? THEAE. Quidni? HOS. Mercaturæ uero non'ne percepimus alteram speciem utilis quibus corpus nutritur, alterã quibus anima, ita ut hæc uendat, & pecunijs permutet? THEAE. Quomodo hoc dicis? HOS. Eam quæ ad animam pertinet fortassis ignoramus. Nam alteram sanè intelligimus. THEAET. Etiam. HOS. Musicam itaq; universam dicamus ex ciuitate in ciuitatẽ semper uehi, & hic emi, illic uendi: pictoriam item, & eam quæ miracula facit, & multa alia, quæ partim solatij, partim studij animæ gratia uehuntur ac uenduntur: & hæc efficere, ut is qui ipsa uehit ac uendit, nihilo minus recte mercator dicatur, quàm ille qui cibos ac potus uendit. THEAE. Verissima dicis. HOS. Non'ne etiam eum qui disciplinas coemit, & ciuitatem ex ciuitate numismatis gratia permutat, eodem nomine appellabis? THEAE. Valdè admodum. HOS. Huius itaque animæ mercaturæ non'ne altera species ostentatoria meritò dici poterit: alteram uero priore non minus ridiculam, sed quæ tamen disciplinarum uenditio sit, consimili quodam

Persuasoria ars duplex

Sophista uirtutem profitetur mercede

Sophistica qualis sit uenatio

Cauponaria

Mercatura duplex

Disciplinarum uenditio

dam actioni nomine appellare necesse est? THEAET. Maximè. HOSP. Huius itaque disciplinarum uenditionis altera species, quæ circa aliarum artium disciplinas uersatur, alio: quæ uero circa uirtutem, rursus alio nomine appellanda est. THEAET. Quid ni? HOSP. Circa alias itaque conuenerit artium uenditionis nomen. Verum circa uirtutem tu nomen dicere conare. THEAET. Et quod'nam quis aliud nomen dicendo, non deliquerit, præterquam ipsum esse id quod quærimus Sophisticum genus. HOSP. Nullum aliud. Age itaque nunc colligamus hoc ipsum genus ac dicamus, quòd Sophistica secundo loco nobis uisa est, artis acquirendi, aliena distrahendi, emendi, mercaturæ, animæ mercaturæ, circa sermones ac disciplinas uirtutis uenditio. THEAETET. Maximè. HOSP. Tertio uero loco arbitror te nihil aliud quàm quod nunc uocare, si quis hic in ciuitate considens, partim emat, partim ipse disciplinas circa eadem hæc fabricet, ac uendat, & ex hoc uictum paret. THEAET. Quid uero non ita uocem? HOSP. Sophisticum igitur ut apparet genus tu semper appellabis, quod ex arte acquirendi, aliena distrahendi, emendi, cauponandi, siue sua ipsius opera uendi, utroq; modo quicquid circa talia cõtigerit, disciplinas uendit. THEAETE. Necesse est. Rationem enim sequi oportet. HOSP. Adhuc itaq; consideremus an tali cuidam simile sit id quod nunc persequimur genus. THEAETE. Quali illi? HOSP. Artis acquirendi pars quædam nobis erat Decertatoria. THEAET. Erat equidem. HOSP. Non alienum itaq; fuerit ipsam bifariam diuidere. THEAET. Dic in quas partes. HOSP. Alteram concertãdi, alteram pugnandi. THEAE. Est ita. HOS. Pugnandi partis in qua corpus cum corpore committitur, tale ferè quoddam nomen dicere par ac decens est, quale est uiolentia. THEAET. Etiam. HOSP. Vbi uero sermones uicissim impetunt sermones, quid aliud quis dixerit ô Theætete quàm contentionem? THEAET. Nihil. HOSP. At uero contentio duplex statuenda est. THEAET. Quomodo? HOSP. Inquantum enim in longum extenditur aduersus contrarios longos sermones, & circa iusta ac iniusta publicè, iudiciaria siue causidica appellatur. THEAET. Etiam. HOSP. Quæ uero priuatim fit, & interrogationibus ac responsionibus diuiditur, aliud'ne appellare solemus præterquam contradictoriam? THEAETET. Nihil. HOSP. Contradictoriæ uero contentionis ea pars quæ de commercijs contendit, temere autem & sine arte id peragit, species quidem ponenda est, quandoquidem ipsam uelut quæ alia sit ratio decernit: uerum cognomẽ neq; à prioribus assequuta est, neque ut nunc à nobis assequatur digna est. THEAET. Vera dicis. HOSP. In parua enim ualdè & omnigena diuisa est. Quæ uero artificiosa est, & de iustis ac iniustis, & de alijs omnino contendit, non'ne eam rursus Litigiosam dicere solemus? THEAETET. Quid ni? HOSP. Litigiosæ altera species pecunias dispendit, altera lucratur. THEAE. Omnino. HOSP. Cognomen itaque quo utranque appellare conuenit dicere conemur. THEAET. Sic conuenit. HOSP. Videtur itaq; mihi, eum qui cum uoluptate in his uersatur, ita ut sua negligat, in dicendo uero à plerisque audientibus non cum uoluptate audiatur, appellari ex mea sanè sententia, nihil aliud quàm nugatorem. THEAETET. Sic equidem appellatur. HOSP. Eum itaque qui contra ex priuatis litibus lucratur, tu ex parte nobis nunc dicere conare. THEAETET. Et quis aliud rursus dicens non delinquat, quàm admirandum illum rursus uenire quarto loco, eum nimirum quem persequimur Sophistam? HOSP. Nihil igitur aliud est Sophista, uelut nobis hic sermo rursus declarauit, quàm genus lucro deditum, artis litigiosæ, contradictoriæ, contentiosæ, pugnandi, decertatoriæ, acquirendi. THEAETET. Maximè. HOSP. Vides igitur quod uerè dicitur, uariam esse hanc feram, & non altera tantum quod dicitur, manu appræhendendam. THEAET. Ambabus igitur oportet. HOSP. Oportet sanè, & pro uiribus ita faciẽdum est, (uelut iactis iam negocij ipsius primordijs) ut tale quoddam uestigium ipsius persequamur. Et dic mihi, Seruilia'ne quædam nomina dicimus. THEAETET. Et multa quidem. Verum de quibus ex multis interrogas? HOSP. De talibus uelut est percolare, excribrare, conturbare, & secernere. THEAET. Quid ni? HOSP. Et ad hæc amplius carminare, deducere, radio texere, & innumera alia huiusmodi in artibus inesse scimus. Nunquid? THEAET.

Sophistica est disciplinarum cauponaria, tũ suarum, tum alienarum

Contentionis diuisio

Nugator qui uocetur

Seruilia nomina

Quid'nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid'nam de ipsis declarare uolens, his exemplis propositis de omnibus interrogas? HOSP. Relata equidem omnia diuidendi uim habere dicuntur. THEAET. Etiam. HOSP. Ex mea itaq; sententia, uelut hæc una in omnibus ars sint, uno nomine ipsam
Ars discernẽdi dignabimur. THEAET. Quomodo ergo appellabimus? HOSP. Artem discernendi. THEAET. Sit ita. HOSP. Considera itaq; an rursus duas huius species inuenire possimus. THEAET. Subitam ut mihi uidetur considerationem demandas. HOSP. Et sanè in relatis secretiõibus partim deterius à meliori, partim simile à simili secernitur. THEAET. Ferè sic nunc dictum uidetur. HOSP. Alterius itaq; nomen dicere non possum. Verum eius secretionis quæ id quod melius est, relinquit: quod deterius, abijcit: possum. THEAET. Dic quod. HOSP. Omnis eiusmodi secretio, uelut ego intelligo, apud omnes purgatio quædam dicitur. THEAET. Dicitur equidem. HOSP. Non'ne purgatoriam speciem rursus duplicem esse quiuis uiderit? THEAET. Etiam, per ocium forsitan meditatus. Nam ego nunc non uideo. HOSP. Sed & multas circa corpora pur-
Purgationes uariæ gationum species, uno nomine complecti conuenit. THEAET. Quales illas, & quos? HOS. Eas quæ sunt animalium, quæ intra corpora à gymnastica & medicina rectè secernuntur ac purgantur: & quas circa externas partes sordidas dictu balneum detrahit: Sed & inanimatorum corporum purgationes, quarum curam fullonia & uniuersa ars ornãdi suscepit, multa parua & quæ ridicula uidentur, nomina habent. THEAET.
Methodi quæ sit ratio Maximè. HOSP. Omnino equidem ô Theætete. Nam doctrinæ methodus ac ratio nihilo minus neq; magis curam habet detersionis per spongiam, quàm potionis medicamenti. etiamsi illa parum, hæc multum nos purgans iuuet. Vt enim omnium artium intelligentiam assequatur, id quod cognatum & non cognatum est considerare conatur, & ad hoc æqualiter omnes honorat: & alia alijs secundum similitudinem nihilo magis ridicula ducit: & nihilo præclariorem censet eum qui per artem militarem, quàm eum qui per artem perdendi pediculos, uenatoriam declarat, sed plerunq; maiorem ostentatorem. Et profectò etiam id quod nunc interrogabas, quo nomine omnes facultates appellaremus, quæ corpus tum animatum, tum inanime purgandi uim habent, nihil sua referre putabit, quale prolatum decentissimum esse uideatur, modo habeat scorsum absque animæ purgationibus, id quod omnia connectit, quæ aliud quid purgant. Nam eam quæ mentis est purgationem, in præsentia ab alijs separare molitur, si quidem id quod uult intelligimus. THEAET. Imò intelligo & concedo, duas quidem esse purgationis species, unam autem esse circa animam speciem, seorsum ab ea quæ circa corpus est. HOSP. Pulcherrimè omnium. Et quod postea sequitur audi, & conare id quod dictum est rursus bifariam secare. THEAET. Quacunque præieueris conabor una tecum secare. HOSP. Improbitatem aliud'ne quid à uirtute dicimus? THEAET. Quidni? HOSP. Sed & purgatio erat alterum quidem relinquere, quantum uero praui est abijcere. THEAET. Erat equidem. HOSP. Et de anima detractionem quandam improbitatis, quantum eius inuenerimus, si purgationem dicamus, concinnè di-
Improbitas duplex xerimus. THEAET. Maximè. HOSP. Duas improbitatis species circa animam dicere oportet. THEAET. Quas? HOSP. Alteram uelut morbum in corpore, alteram uelut turpitudinem. THEAET. Non intelligo. HOSP. Morbum fortassis & seditionem non idem censes. THEAET. Neque rursus habeo quod ad hoc respondeam. HOSP. Num aliud quid seditionem putas, quàm eius quod natura cognatum est, ex quadam corruptione, dissensionem? THEAET. Nihil. HOSP. At turpitudinem aliud quid, quàm immodestiæ undequaq; deforme unum genus? THEAET. Nequaquam aliud. HOSP. Quid uero non sentimus in anima eorum qui improbi sunt, dissentire opiniones à cupiditatibus, & iram à uoluptatibus, & rationem à doloribus & omnia hæc inter se? THEAET. Et ualdè quidem. HOSP. Cognata tamen ex necessitate omnia sunt. THEAET. Quid ni? HOSP. Seditionem ergo & morbum animæ si dicamus improbitatem, rectè dicimus. THEAET. Rectissimè sanè. HOS. Quid uero quæ motu participant, & scopum quendam propositum assequi conantur, & per singulos impetus ab illo aberrãt, & non assequuntur, Num ipsa à commoderatione, quam inter se habent, aut contra ab immodestia affici dicemus? THEAET. Manifestum est quòd ab immodestia

destia. HOSP. Atqui animam omnem scimus inuitam quiduis ignorare. THEAET. *Anima ignorai inuita*
Maximè. HOSP. At ignorantia nihil aliud est quàm desipientia, dum ad ueritatem animã contendit, & intelligentia aberrat. THEAET. Ita profectò. HOSP. Animam ergo *Ignorantia quid sit*
desipientem, turpem & immoderatam ponere oportet. THEAE. Videtur. HOS. Sunt itaq; duo hęc malorum genera in ipsa. Alterum Improbitas à multis appellata, qui morbus ipsius manifestissimè existit. THEAET. Etiam. HOSP. Alterum ignorãtiam qui- *Malorũ in anima genera duo*
dem uocant, prauitatem uero ipsam in anima solum esse, confiteri nolunt. THEAET. Omnino concedendum est id de quo nũc te dicente ambigebam, duo esse genera prauitatis in anima: & timiditatem quidem & intemperantiam ac iniustitiam, omnia hæc morbum in nobis esse. Verum multæ & omnigenæ ignorantiæ affectionem, turpitudinem ponendam esse. HOSP. Non'ne in corpore circa duas has affectiones, duæ quæ- *Turpitudo animæ quæ sit*
dam artes factæ sunt? THEAET. Quæ illæ? HOSP. Circa turpitudinem gymnastica, circa morbum Medicina. THEAET. Apparet. HOS. Non'ne etiam circa petulantiam & iniustitiam ac timiditatem, artium omnium maximè conueniens est iustitia castigatoria? THEAET. Par est ut ita dicam secundum humanam opinionem. HOS. Quid uero circa uniuersam ignorantiã, num aliam quandam quàm docendi artem rectissimè quis dixerit? THEAET. Nullam. HOSP. Age itaq;, docendi artis unum'ne solum genus esse dicendum est, aut plura? Duo autem quædam esse ipsius genera maxima considera. THEAE. Considero. HOSP. Et uidemur mihi hoc modo citissimè inuenturi esse. THE. Quomodo? HOS. Si ignorantiam considerauerimus, an per medium sectionem quandam habeat. Si enim hæc duplex est, nimirum etiam docendi artem duas partes habere cogit, ita ut utraq; ad utrasq; illius partes referatur. THEAET. Quid igitur conspicuum'ne est tibi id quod nunc quærimus? HOSP. Ignorantiæ itaq; mihi uideor magnam *Ignorantia duplex*
quandam ac grauem speciem uidere seiunctam, quæ omnibus alijs ipsius partibus ponderе æquari potest. THEAET. Quam illam? HOSP. Vt is qui nescit, scire se putet. Per hanc enim omnia omnibus cõtingunt, in quibus intelligentia fallimur. THEAET. Vera dicis. HOSP. Et sanè etiam huic soli ut arbitror speciei ignorantiæ, nomen Imperitiæ attribuitur. THEAET. Maximè. HOS. Quod uero nomen attribuendum est ei docendi artis parti, quæ hanc abolet? THEAET. Arbitror equidem ô hospes reliquam *Docendi ars duplex*
quidem partem, opificiarias doctrinas: hanc autem eruditionem hic per nos appellari. HOS. Et ferè ô Theætete per totam Græciam. At enim nobis adhuc etiam hoc considerandum est, an sectionis exors iam hoc totũ sit, aut aliquam diuisionem habeat cognomine dignam. THEAET. Considerandum est sanè. HOSP. Videtur itaque mihi etiam hoc adhuc findi. THEAET. Quomodo? HOSP. Docendi artis quæ in sermonibus consistit, altera asperior quædam uia esse uidetur: altera uero ipsius pars læuior est. THEAET. Qualem uero utranq; harum dicemus? HOSP. Alteram quidem antiquorum & paternam, qua erga filios maximè utebantur, & multi adhuc nunc utuntur, quum ipsis delinquentibus partim irascuntur, partim mollius ipsos mitigant. Hanc igitur totam rectissimè quis admonitoriam dixerit. THEAET. Est ita. HOSP. Alteram uero, qua uidentur quidam rursus sibijpsis rationem dantes putare, omnem imperitiam inuitam esse, & eum qui se sapientem esse putat, nunquam discere uelle ea in quibus se præstantem esse putarit. Verum cum multo labore admonitoriam eruditionis speciem, parum efficere. THEAET. Rectè illi putant. HOSP. Ad huius equidem opinionis eiectionem alio modo se accingunt. THEAET. Quo illo? HOSP. Perfunctantur ea de quibus quis se aliquid dicere putat, quum nihil dicat. Deinde uelut errantium opiniones facile expendunt, & sermonibus colligentes in idem inter se collatas ponunt: quo facto, ostendunt ipsas sibijpsis, de ijsdem, ad eadem, secundum eadem contrarias. Illi uero hoc uidentes sibijpsis quidem irascuntur, ad alios uero mansuescunt: & hoc sanè modo à magnis ac duris opinionibus suis liberantur, liberatione auditu iucundissima omnium, & quæ affecto sit firmissima. Nam qui ipsos ô chare puer purgant, eandem sententiam quam etiam corporum Medici sequuntur. Quum enim hi censeant corpus non posse frui eo quod exhibetur alimento prius, quàm quis ea quæ in seipso habet impedimenta eijciat: illi idem hoc circa animam excogitarunt, nimirum ipsam non prius disciplinarum quæ exhibentur utilitatem ca-

pere

Universidad de Deusto
Biblioteca

pere posse, quàm quis redarguat, & conuictum erubescere faciat, & exemptis discipli
nas impedientibus opinionibus purum illum efficiat, & qui hæc sola quæ nouit scire se
putet, & non plura. THEAET. Optimus profectò & modestissimus est hic habitus.
HOS. Propter hęc itaq; omnia nobis ô Theætete dicendum est, quòd maxima & po-
tissima purgatio est per reprehensionem confutatio. Et rursus ita censendum, eum qui
non redarguitur, etiamsi Magnus ille Rex sit, in maximis impurum esse, ineruditumq;
& turpem in his esse, in quibus purissimum & pulcherrimum esse decebat, eum qui re-
uera felix futurus sit. THEAE. Maximè sanè. HOS. Quid uero eos qui hac arte utũtur,
& quos dicemus? Ego enim uereor ipsos Sophistas dicere. THEAE. Quid ita? HOSP.
Ne ipsis maius munus attribuamus. THEAE. Attamen tali cuidam ea quæ nunc dicta
sunt similia existunt. HOS. Nam & cani Lupus, ferissimum animal mansuetissimo. At
eum qui tutus esse uelit, omnium maximè circa similitudines obseruantem esse semper
oportet. Lubricissimũ enim est hoc genus. Attamen sint hi Sophistæ. Nõ enim de par-
uis quæstionibus tunc contentionem fore puto, quum satis multum obseruauerint,
THEAE. Nequaquam ut par est. HOS. Sit itaq; artis discernendi purgatoria: purgato-
riæ uero ea pars decernatur quæ ad animam pertinet: huius autem ars docendi: artis au
tem docendi eruditio: eruditionis autem confutatio per reprehensionem contingens,
in nunc habito sermone nihil aliud nobis esse dicatur, quàm generosa illa Sophistica.
THEAE. Dicatur equidem. Ego tamen ambigo iam, eo quòd multa uisa ac dicta sunt,
quid tandem dicere oporteat reuera esse Sophistam, si quis uera dicere & affirmare ue
lit. HOS. Meritò sanè tu ambigis. Sed & illum putare oportet nunc iam ualdè ambige-
re, quomodo tandem nostrum sermonem effugiat ac eludat. Rectum enim est prouer
bium, non facile esse omnes laqueos effugere. Nũc igitur uel maximè insidias illi struc
re oportet. THEAE. Rectè dicis. HOS. Primũ itaq; uelut gradum sistentes respiremus,
& apud nos ipsos simul quiescentes rationem ineamus, age quot nam formæ nobis ui
sæ sunt ipsius Sophistæ. Primùm enim ut puto, inuentus est iuuenum ac diuitum merce
narius Venator. THEAE. Etiam. HOS. Secundò mercator quidam disciplinarum ani-
mæ. THEAE. Maximè. HOS. Tertiò uero non'ne circa easdem caupo apparuit? THE.
Etiam. HOS. Et quartò suorum ipsius operũ circa disciplinas uenditor nobis uisus est?
THEAE. Rectè meministi. HOS. Quintam uero ego in memoriam reuocare conabor.
Nam decertatorię circa sermones athleta quidam erat ad litigiosam artem designatus,
THEAE. Erat equidem. HOS. At uero sexta forma ambigua quidem est, attamen po-
namus hanc ipsi concedentes, opinionum quæ disciplinas circa animam impediunt,
esse ipsum purgatorem. THEAE. Maximè. HOS. Non'ne igitur intelligis, quum quis
multarum artium gnarus apparet, unius autem nomine appellatur, imaginationẽ hanc
non esse sanam? Sed manifestum est quòd is qui hanc imaginationem ad aliquam ar-
tem habet, non potest illud in ipsa cõspicere, ad quod omnes hæ disciplinæ respiciunt.
Quapropter etiã multis nominibus pro uno, illum appellat qui ipsas habet. THEAE.
Videtur hoc ita ferè à natura maximè comparatum esse. HOSP. Ne itaq; nos hanc ip-
sam imaginationem in hac quæstione ob segniciem habeamus: sed primum quiddam
ex his quæ de Sophista dicta sunt repetamus. Vnum enim quiddam mihi maximè ui-
sum est ipsum indicare. THEAE. Quod illud? HOSP. Contradictorem ipsum esse sanè
diximus. THEAET. Etiam. HOSP. Quid uero non'ne etiam aliorum ut hoc ipsum di-
scant doctorem esse? THEAE. Quid ni? HOS. Cõsideremus itaq; in qua re tales dicant
se facere contradictores. Consideratio uero ab initio hoc modo fiat. Age num in diui-
nis rebus, quæ uulgo inconspicuę sunt, præstantes illos ut hoc faciant efficere possunt?
THEAE. Hæc profectò de ipsis dicuntur. HOSP. Quid uero in his quæ manifesta sunt
in terra & cœlo, & in his quæ circa talia fiunt? THEAE. Quid nam? HOS. Atqui in pri
uatis conuersationibus, quum de origine, & essentia, contra omnes quid dicitur, nouis-
mus ipsos esse in cõtradicendo potentes, & alios itẽ in his potentes facere posse. THE.
Maximè. HOS. Quid uero de legibus & omnibus reipublicę partibus, non'ne profitẽ-
tur se facere cõtentiosos? THE. Nemo equidẽ cum ipsis cõuersaretur ut ita dicam, si nõ
hoc profiterentur. HOS. Et sanè de omnibus artibus, & quæ in unaquaq; arte ad singu
los artifices cõtradicere oportet, ea scriptis publicata ac edita sunt, si quis discere uelit.

Reprehensionis utilitas

Similitudines diligẽter obseruandæ

Sophistæ formæ sex

Sophista doctor est contradictionis

THEAE.

THEAE. Quę Protagoras de lucta & alijs artibus scripsit, dicere mihi uideris. HOS. Et
de multis alijs ô beate. Non'ne uero Ars cõtradicendi in summa uis quædam esse uide-
tur de omnibus dicendi ad contentionem? THEAE. Videtur sanè nihil ferè relinquere.
HOS. Tu'ne per deos, ô puer, hoc fieri posse putas? Fortassis enim uos iuuenes acutius
ad hoc ipsum respicitis, nos autem hebetius. THEAE. Quale hoc, & ad quid maximè di
cis? Nondum enim quod interrogas intelligo. HOS. An fieri possit ut aliquis homo o-
mnia sciat. THEAE. Beatum profectò nostrum, ô hospes, esset genus. HOS. Quomodo
igitur unquam possit quis qui ipse ignarus sit, aliquid sani contradicere aduersus eum
qui sciat? THEAE. Nequaquã. HOS. Quid ergo miri fuerit in sophistica facultate? THE.
Qua de re? HOS. Quo modo iuuenibus opinionem inducere poterint, se esse omnium
in omnibus sapientissimos? Manifestũ est enim, quòd si neq; rectè contradicerent, neq;
illis hoc facere uiderentur, aut etiamsi uiderẽtur, nihil magis prudentes esse ob conten-
tionem putarentur, nullatenus unquam quis ipsis, id quod tu dicebas, datis pecunijs, se
in disciplinã ipsorum traderet. THEAE. Nullatenus equidem. HOS. Nunc autem se tra-
dunt. THEAE. Et ualdè sanè. HOS. Videntur enim, ut arbitror, ea optimè scire aduersus
quæ contradicunt. THE. Quidni? HOS. Faciunt autem hoc aduersus omnia, non'ne ita
dicimus? THEAE. Etiam. HOS. In omnibus ergo sapientes discipulis uidentur. THE.
Quidni? HOS. Cùm tamen non sint. Impossibile enim hoc esse uisum est. THEAE. Quo
modo enim non esset impossibile? HOS. In opinione ergo constitutã scientiam, & non
ueritatem de omnibus habere, Sophista nobis uisus est. THE. Maximè sanè, & uidetur
hoc quod nunc dictum est, rectissimè de ipsis dictum esse. HOS. Accipiamus itaq; cla-
rius quoddam de his exemplum. THEAE. Quod istud? HOS. Hoc, & conare ut animũ
aduertens ualdè bene respondeas. THEAE. Dic quod. HOS. Si quis affirmaret se nõ di
cere, neq; contradicere, sed facere & efficere una arte omnia scire. THEAE. Quomodo
omnia dixisti? HOS. Initium eius quod dixi, tu statim nobis ignoras, omnia enim, ut ap
paret, non intelligis. THEAE. Non equidem. HOS. Dico itaq; te & me de numero om
nium, insuperq; alia animalia, & arbores. THE. Quomodo dicis? HOS. Si quis me & te,
& alias omnes stirpes facturũ esse assereret. THE. Quam itaq; fabricã dicis? Non enim
agricolam dicis. Nam etiam animaliũ quendam fabricatorem ipsum dixisti. HOS. Di-
co, & insuper maris, & terræ, & cœli, & deorũ, & aliorum uniuersorũ. Et talem sanè qui
etiam singula citò facta, exiguo admodũ numismate uendat. THE. Ludum quendam di
cis. HOS. Quid uero, num ludus dicentis putandus est, quòd omnia nouit, & hęc alium
exiguo precio ac breui tempore docere possit? THE. Omninò ita. HOS. Habes'ne ali-
quam artificiosiorẽ, aut etiam gratiosiorem ludi speciem, quàm imitationem? THE. Ne
quaquam. Amplam enim speciem & maximè uariã dixisti, omnibus in unam compræ-
hensis. HOS. Non'ne eum qui una arte omnia se facere posse profitetur, cognoscimus,
quòd imitamẽta & eiusdem nominis rerum simulachra per artem pictoriam efficiens,
stolidos adolescentes ac pueros picturis procul ostensis fallere potest, uelut qui poten-
tissimus sit opere perficere, quicquid tãdem facere uoluerit? THE. Quidni? HOS. Quid
uero circa sermones, non'ne aliam quandam artem esse putamus? Aut non fieri potest
ut adolescentes & procul à rerum ueritate constitutos, sermonibus per aures decipiãt,
ostendentes simulachra eorum quæ de omnibus dicuntur, ita ut efficiant illos putare,
uera esse ea quæ dicunt: & eum qui dicit sapientissimũ omnium in omnibus esse? THE.
Quid uero non esset alia quædã huiusmodi ars? HOS. Non'ne igitur necesse est, ô Theę
tete, multos ex his qui tunc audiunt, temporis ac ætatis progressu, dum ad res propius
accedunt, & per affectiones res ipsas euidenter attingere cogunt, opiniones quas tunc
habebant trãsmutare, ita ut parua quidem uideantur magna, difficilia uero facilia, & o-
mnes undiq; in sermonibus imaginationes, ab accedentibus in actionibus operib. sub-
uertantur. THE. Quãtum ego sanè in hac ætate iudicare possum. Arbitror autem & me
ex eorum numero esse qui adhuc procul absunt. HOS. Proinde nos omes conabimur,
& nunc conamur te quàmproximè ad disciplinas adducere. De Sophista igitur hoc mi
hi dicito, num iam hoc manifestũ sit, quòd Impostor sit quidam, & rerum uerarum imi-
tator: Aut dubitamus adhuc an tot rerum scientias uerè habeat, quot & quibus contra-
dicere posse uideat? THE. Et quomodo, ô Hospes? Nam ferè iam ex dictis manifestum

Nemo nouit omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, quòd quidam est ex his qui doctrinæ partiũ participes sunt. HOS. Impostorem itaq; quendam & imitatorẽ ipsum ponere oportet. THEAE. Quomodo enim non talis poneretur? HOS. Age itaq; nunc, nostrũ opus est, ut hanc feram non amplius dimittamus. Ferè enim ipsum comprehendimus uelut in reti quodam, in sermonibus de huiusmodi rebus. Quare non amplius inde elabetur. THEAE. Vnde? HOS. Vt nõ unus quidam sit ex genere eorum qui miracula edunt. THEAE. Et mihi hoc ita de ipso unà tecũ uidetur. HOS. Videtur itaq; artem faciendi simulachra diuidere oportere, ita ut ad ipsam descendamus. Et si quidem statim nobis Sophista occurrat ipsum comprehendere secundum regij sermonis præcepta, & traditam illi prædam ostendere: Si uero intra artis imitationis partes alicubi se occultet, persequi ipsum, ita ut partem ipsum suscipientẽ semper diuidamus, donec comprehensus fuerit. Nam neq; hic, neq; aliud ullum genus, unquã se effugisse gloriari poterit, methodũ eorũ qui ita & per singula, & per omnia persequi possunt. THEAE. Bene dicis, & hæc hoc modo facienda sunt. HOS. Iuxta præteritum itaq; diuisionis modũ, ego mihi etiam nũc uideor duas imitationis species conspicere. At eam quã quærimus ideam, nondũ uideor mihi intelligere posse, in utra tandem nobis existat. THEAE. At primùm dic ac diuide tu nobis, quas duas species dicis. HOS. Vnam quidem in ipsa uideo assimilandi artem. Est autem hęc maximè, cùm quis secundum exemplaris proportiones, in longitudine & profunditate & latitudine, insu perq; coloribus cõuenientib. singulis attributis, imitamẽti productionẽ absoluit. THE. Quid uero, nõne omnes qui aliquid imitantur, hoc facere conantẽ? HOS. Nequaq; sanè hi qui magna aliqua opera fingũt aut pingunt. Si enim ueram pulchrorũ symmetriam exprimerẽt, nosti quòd minores quidem q̃ conuenit superiores partes, maiores autem inferiores uiderentur: eo quod illæ eminus, hæ propè à nobis conspiciantur. THEAE. Maximè. HOS. Non'ne ergo ueritatem ualere sinentes hi qui nunc sunt opifices, nõ eas quæ reuera sunt, sed quæ pulchræ esse uidentur, symmetrias in simulachris exprimunt? THEAE. Omninò ita. HOS. Alterã igitur speciem appellare imaginem, prout res fert, neq; iustum esse uideẽ. THEAE. Maximè. HOS. Nõne igitur alteram iustum est assimilatoriam uocare? THEAE. Etiã. HOS. Et eam imitationis partem quæ in hac contingit, assimilandi artem appellare cõuenit, uelut in superiorib. diximus. THEAET. Conuenit. HOS. At uero eam quæ uideẽ quidẽ pulchrę similis, eo q̃ non iustè specteẽ: Si uero quis facultatẽ habeat tanta opera satis contemplandi, neq; similis est ei cui similẽ esse dicit, quomodo appellabimus? Nõne cùm appareat quidẽ, non aũt similis est, spectrũ. THE. Quidni? HOS. Nõne hæc pars ualdè multa est & in pictura, & in uniuersa imitatione? THEAE. Maximè. HOS. Artem itaq; quæ spectrũ, & non imaginẽ efficit, nõne spectra efficiendi artem rectissimè dixerimus? THEAE. Ita certè. HOS. Duas itaq; has species artis faciendi simulachra dixi, alteram assimilandi, alteram spectra efficiendi. THEAE. Rectè. HOS. De quo uero etiam tunc dubitabã, in utra specie Sophista ponendus sit, id neq; nunc clarè satis uidere possum. Verùm reuera admirandus uir est, & qui difficulter deprehendi possit. Nam & nunc admodũ promptè ac uersutè in speciem ægrè explicabilem defugit. THE. Ita uidetur. HOS. Num rem ipsam cognoscẽs mihi assentiris, aut re uelut impetus quidam à sermone ita adsuetũ, ad cito assentiendũ attraxit? THE. Quomodo & ad quid hoc dixisti? HOS. Reuera in difficili penitus quęstiõe uersamur, ô bea te. Nam uideri hoc, & putare, non autem esse: & dicere quædam, non autem uera: omnia hæc semper, & in superiore tempore, & nunc, plena sunt ambiguitatis. Vt enim is qui aut falsa dicere, putare, reuera esse asserit, & postquã hoc dixit, non sibijpsi contradicat, penitus difficile est. THEAE. Quid ita? HOS. Ausus est hic sermo asserere, id quod non est, esse. Nã falsum aliter fieri ut sit, non posset. At Parmenides ille magnus, ô puer, cùm nos pueri essemus, & ab initio & perpetuò hoc testatus est, ita semper & pedestri sermone dicens, & carmine.

Nunquam hoc continget nullatenus, inquit, ut sint quæ non sunt.
Ista uia est qua quærentem quid pergere nolim.

Ab illo igitur testimoniũ perhibetur. Sed & ipse sermo maximè omnium declarabit, si moderatè examinetur. Hoc ipsum igitur primùm uideamus, si non quid tua interest. THE. Quod ad me pertinet, quocunq; loco uoles ponito. Sermonẽ uero quatenus optimè nar-

Methodus omnia assequendi imitationis species duæ

Assimilãdi ars

rat cõsiderans, & ipse procedito, & me hac uia ducito. HOS. At facere hęc oportet. Et dic mihi, id quod nequaquã est, audemus'ne proloqui? THE. Quidni? HOS. Nõ itaq; litis, neq; ludi gratia, sed si serio aliquẽ ex auditoribus meditatũ pronunciare oporteret, quo hoc nomen, quod non est, referre cõueniat: habiturũ ipsum esse putamus, ad quid & ad qualẽ rem illo utatur, & ostensurũ esse hoc interroganti? THE. Difficilẽ rem interrogas, & ferè penitus, qualis ego sum, inexplicabilem. HOS. At hoc equidem manifestum est, quòd aliquid ex his quæ sunt, non est referendũ ad id quod non est. THE. Quomodo eĩ hoc fieri posset? HOS. Nõ'ne quãdoquidẽ nõ ad id quod est refert, neq; si ad aliquid quis referat, rectè retulerit? THE. Quomodo istud? HOS. Et hoc sanè nobis manifestũ est, quòd etiã aliquid, hoc uerbũ uidelicet, semper ad id q̃d est referimus. Solum eĩ ipsum dicere, uelut nudũ, & ab omnibus quæ sunt desertũ, impossibile est. Nunquid? THE. Impossibile. HOS. Num hoc modo cõsiderans assentiris, quòd necesse sit eum qui aliquid dicit, unum quiddã dicere? THE. Ita. HOS. Vnius itaq; signũ esse dicis aliquid, duorum uerò & multorum, aliqua. THE. Quidni? HOS. Eum uerò qui non aliquid dicit, maximè necessarium est, ut apparet, penitus nihil dicere. THE. Maximè equidem necessarium. HOS. Nónne neq; hoc concedendũ, talem dicere quidẽ aliquid, dicere tamen nihil: sed neq; dicere dicendus est is, qui id quod non est proloqui conatur. THE. Finem itaq; ambiguitatis habuerit sermo. HOS. Nondũ hoc ualdè dicas. Sunt enim hæc ô beate, maxima & prima ambiguitas. Nam circa ipsum illius principiũ existit. THE. Quomodo dicas declara, & nihil cũcteris. HOS. Ad id quod est, accedere'ne aliud quid ex his quæ sunt poterit? THE. Quidni? HOS. Ad id uerò quod non est, num fieri posse dicemus, ut unquam aliquid ex his quæ sunt accedat? THE. Et quomodo? HOS. Numerũ itaq; uniuersum ex his quę sunt ponis. THE. Vt si quid aliud, ponendus est uelut quid quod est. HOS. Ne itaq; conemur, neq; multitudinẽ numeri, neq; unum, ad id quod nõ est referre. THE. Nequaquã rectè ut apparet conaremur, uelut ratio dictat. HOS. Quomodo igitur aut per os proloqui quis possit, aut etiã omnino cogitatiõe cõprehẽdere ea quę nõ sunt, aut id q̃d nõ est, absq; numero? THE. Dic quomodo. HOS. Quum ea quæ nõ sunt dicimus, nõ'ne numeri multitudinẽ apponere conamur? THE. Quidni? HOS. Quũ uerò rursus id quod non est dicimus, nónne unum? THE. Manifestissimè. HOS. Atqui neq; iustum, neq; rectũ esse asserimus, id quod est adaptare coproloquamur, aut dicamus, aut cogitemus id quod non est, ipsum per seipsum, sed est à cogitatione, & eloquio, & pronũciatione ac sermone alienũ. THE. Maximè. HOS. Nõne igitur mẽtitus sum paulo antè, quũ dicerem maximã ambiguitatem de illo me referre? THE. Maiorẽ illa adhuc aliam quandã dicere possumus? HOS. Quid uerò ô admirande nõ intelligis ex ipsis dictis, q̃ id quod nõ est, in ea ambiguitate eum qui ipsum redarguit, cõstituit, ut quũ quis id redarguere conetur, ipse sibijpsi cõtraria, circa illud dicere cogat? THE. Quomodo dicis? Dic adhuc clarius. HOS. Nihil opus est id quod clarius est in me spectare. Ego eĩ qui asserui id quod nõ est, neq; unius, neq; multorũ particeps esse, et paulò antè & nunc ita unũ ipsum dixi. Dico eĩ id q̃d nõ est. Intelligis'ne? THE. Etiã. HOS. Sed & rursus paulò antè à pronũciatione, & eloquio ac sermone alienũ ipsum esse dixi. Assequeris? THE. Assequor. Quomodo eĩ nõ? HOS. Nõne dũ ipsi essentiã apponere conor, cõtraria superioribus dico? THE. Apparet. HOS. Quid uerò dum hãc adiungo, nõ'ne ut de uno loquor? THE. Etiã. HOS. Sed & quũ à sermone, & eloquio ac pronũciatione alienũ esse dico, uelut ad unum uerba facio. THE. Quomodo uerò nõ? HOS. Asseruimus autẽ oportere, si quis rectè dicere uelit, neq; ut unum, neq; ut multa ipsum decernere: neq; omnino ipsum nominare. Vnum enim iam etiã secundum hanc nominationẽ appellatur. THE. Omnino ita. HOS. Me itaq; nunc quid'nam quis appellarit? Nam & dudum, & nunc uictũ, circa id quod nõ est redarguendũ, cõperierit. Quare in me dicẽte, uelut dixi, ne spectemus rectam circa id quod nõ est rationẽ. Sed age nunc in te cõsideremus. THE. Quomodo dicis? HOS. Age conare nobis bene & generosè secundũ rectã rationẽ de ipso quid proferre, ita ut quũ iuuenis sis, q̃ maxime pro uiribus huc incũbas, & neq; essentiã, neq; unũ, neq; numeri multitudinẽ, ei quod nõ est apponas. THE. Multa equidẽ esset & absurda hæc in me aggressionis prõptitudo, si

Quod non est, quò referendum sit.

Aliquid quò sit referendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do, si cùm talia tibi accidisse uideā, ipse quid molirer. HOS. At si uideť, te quidē & me ue-
lere sinamus. Donec uero in aliquē qui hoc facere possit, incidérimus, interea dicamus
Sophistæ uersuta occultatio ꝙ præ omnibus uersutè in inexplicabilem locum Sophista se abdiderit. THE. Et ualdè
sanè apparet. HOS. Proinde si dicemus ipsum habere quandā artem spectra efficiendi,
facile ex huius usu sermones nostros arripiens, in contrariū ipsos auertet, cùm simula-
chrorum opificē ipsum uocemus, interrogans quid in totum simulachrū appellemus.
Cōsiderare itaq; oportet, ô Theætete, quid quis ad hanc quæstionē adolescenti respon
deat. THE. Manifestū est ꝙ ea q̄ in aquis & speculis sunt simulachra dicemus. Insuperq;
etiā ea quæ picta sunt & ficta, & q̄cunq; alia huiusmodi existūt. HOS. Declaras ô Thee
tete, Sophistā te non uidisse. THE. Quid ita? HOS. Videbiť tibi oculos claudere, aut pe
nitus nō habere. THE. Quomodo. HOS. Cùm responsionē ita ipsi dederis, & in specu-
lis aut operib. fictis quid dixeris, deridebit sermones tuos, cùm uelut qui uideas cū ipso
loquaris, & simulabit se neq; specula, neq; aquas, neq; omninò uisum nosse. Id uero qđ
ex sermonib. resultat, solum te interrogabit. THE. Quod istud? HOS. Quod per omnia
hæc quæ multa dixisti, uno nomine appellare dignatus es, simulachrū post omnia pro-
locutus, uelut quod unū exter. Dic igitur, & nihil cedens uirum propulsa. THE. Quid
Simulachrum quid sit itaq; ô Hospes, simulachrū esse dixerimus, prēter q̄ aliud huiusmodi ad uerū assimilatū.
HOS. Aliud aūt huiusmodi, uerū ne dicis, aut de qua re uocē huiusmodi dixisti? THE.
Nequaq; sanè uerum, attamen simile. HOS. Num uerū id quod reuera est dicis? THE.
Ita. HOS. Quid uero non uerū, num uero contrariū? THE. Quidni? HOS. Simile igitur
id quod non est dicis, siquidē ipsum non uerum dicis: Attamen est. THE. Quomodo?
HOS. Non esse uerè, dicis. THE. Non equidē. Sed tamen imago est reuera. HOS. Nōne
ergo id quod non est, reuera eius quod est imago est? THE. Huiusmodi quadam com-
plexione id quod non est, ei quod est implicitum uidetur, & ualdè absurdū. HOS. Quo
modo enim non absurdū? Vides itaq; quod etiam nunc per hanc uicissim contingen-
tem permutationem, multorū ille capitum Sophista coegit nos non uolentes confite-
ri, id quod non est, esse quodammodo. THE. Video, & quidem ualdè. HOS. Quam igi-
tur artem ipsi attribuemus, ut nobis ipsis cōsentire possimus? THE. Quomodo & qua-
le quiddam formidans ita dicis? HOS. Cùm circa spectrum decipere ipsum asseramus,
& artem ipsius deceptoriam quandam esse, tunc animam nostrā falsa'ne opinari ab il-
lius arte dicemus, aut quid tandē proferemus? THE. Hoc. Quid enim aliud diceremus?
Falsa opinio quæ sit HOS. Falsa autem opinio est quæ contraria his quæ sunt opinatur: aut quomodo dicis?
THE. Quæ contraria. HOS. Dicis ergo falsam opinionem, opinari ea quæ non sunt?
THE. Necesse est. HOS. Vtrū eam quæ opinatur non esse ea quæ non sunt: aut quodam
modo esse, ea quæ nequaquā sunt? THE. Esse quodammodo ea quæ non sunt oportet,
Mēdacij origo siquidem unquam quis uel paululum quid mentietur. HOS. Quid uero non etiam ne-
quaquam esse, ea quę omninò sunt opinatur? THE. Etiam. HOS. Et hoc sanè mendacij.
THE. Et hoc. HOS. Et sermo, ut arbitror, mēdax sic secundū eadem hæc iudicabitur, &
qui ea quæ sunt, non esse dicit, & ea quæ non sunt, esse. THE. Quomodo enim alius ra-
lis esset? HOS. Ferè nullo modo. At hæc Sophista non fatebitur: aut qua arte fieri pos-
set ut aliquis de rectè sentientibus hæc concederet, quū ea quæ ante hæc concessa sunt,
à pronunciatione, & eloquio, & sermone, & cogitatione aliena esse concessa fuerint.
Intelligimus, ô Theętete, id quod dicis? THEAE. Quomodo enim non intelligeremus
quòd cōtraria his nos nunc dicere afferet, ut qui auli fuerimus dicere, falsa & in opinio-
nibus & in sermonibus esse. Nam ei quod non est, adiungere id quod est, sæpè nos co-
gi, quum nunc confessi simus, hoc minimè omnium fieri posse? HOS. Rectè meministi.
Sed tempus est ut cōsultemus quid de Sophista facere oporteat. Si enim perscrutemur
ipsum in mendacia fingentiū & præstigiatorum ac impostorū arte, ponentes, uides &
defensiones, & ambiguitates multas ac paratas esse. THE. Et quidem ualdè. HOS. Par-
uam itaq; ipsarū partem recensuimus, quū sint, ut ita dicam, infinitæ. THE. Impossibile
ergo, ut apparet, fuerit Sophistam comprædendere, si hæc ita se habent. HOS. Quid igit
tur ita nunc desistemus ob molliciem torpentes? THE. Nequaquā ego hoc faciendum
censeo, si uel paulatim aliquo modo uirum deprehendere possimus. HOS. Dabis igitur
ueniam, & quemadmodū nunc dicebas, boni cōsules, si aliquo modo, & paulatim adeò
fortis

fortis uiri sermonē reuellemus. THEAE. Quomodo enim non darem? HOS. Hoc itaq;
adhuc magis te deprecor. THE. Quod istud? HOS. Ne me uelut patricidā aliquē fieri
putes. THE. Quid ita? HOS. Patris Parmenidæ sermonē necessarium est nobis propul-
santibus examinare: & cogere ꝙ id quod non est, est quodam modo: & rursus id quod
est, non aliquo modo. THE. Videtur hoc in sermonibus contendendū esse. HOS. Quo-
modo enim non uideť hoc uel cæco, ut dicitur. Si enim hæc neq; redarguanť, neq; con-
cedantur, nullatenus unq; poterit quis de sermonib. falsis dicere, aut de opinione siue si
mulachrorū, siue imaginum, siue imitamentorū, siue spectrorum ipsorū: aut etiam de ar
tibus q̄ citra hæc uersanť: ut non ridiculus sit, dum contraria sibi ipsi dicere cogit. THE.
Verissimè. HOS. Quapropter audendū est, ut paternū sermonem adoriamur, aut peni-
tus hoc omittendū, si qua formido hoc facere prohibet. THE. At nos penitus nihil pro-
hibebit. HOS. Tertiū itaq; adhuc exiguū quiddam deprecabor. THE. Dic solum. HOS.
Dixi equidē nunc in hoc sermone, ꝙ ad hæc redarguēda, ego & semper, et nunc quoq;,
animū desponderim. THE. Dixisti. HOS. Vereor itaq; ne ob ea q̄ dicta sunt, insanus es-
se tibi uidear, dum ita confestim me sursum & deorsum transmuto. In tuam itaq; gratiā,
sermonē redarguere aggrediemur, siquidē redarguemus. THE. Proinde ut qui mihi ne-
quaq; in ulla parte delinquere uideberis, si ad hunc redarguendū, & ad demōstrationē
progrediaris, confidenter iam huius gratia procedas. HOS. Age itaq; quod'nā quis pe-
riculosissimi sermonis principiū fecerit? Putamus equidē, ô puer, maximè necessarium
esse nobis, ut hac uia pergamus. THE. Qua illa? HOS. Vt ea q̄ nunc euidenter habere ui
dentur, primū cōsideremus, ne fortè circa hæc turbati maneamus. Facile uero inter nos
consentiamus, uelut recto de his iudicio præditi. THE. Dic clarius id quod dicis. HOS.
Leuiter mihi uideť Parmenides rem tractasse, & quiuis qui unq; ad iudicandū progres-
sus est, ut deceerneret ea q̄ sunt, quot & qualia sunt. THE. Quō. HOS. Fabulam quādam
unusquisq; mihi denarrare uideť nobis, uelut qui pueri simus. Alius ꝙ tria sūt quæ sunt:
pugnent autem aliquando quædam ipsorū quodammodo inter se: aliquando uero ami
citia facta, & nuptias contrahunt, & partus edunt, & alimenta editis præbent. Alius ue-
ro duo dixit, humidū & siccum, aut calidum & frigidū, ipsaq; collocat ac elocat. Quod
uero apud nos est Eleaticū genus, à Xenophane & superioribus adhuc originem du-
cens, uelut ea q̄ omnia appellanť, unum sint, ita rem fabulis exequitur. Ionicæ uero quæ
dam & Siculæ Musæ postea excogitarunt, tutissimū esse ambo complicare ac dicere, ꝙ
id quod est, & multa, & unū est, uerùm inimicitia & amicitia cohæret. Dissidens enim
semper consentit, dicūt rigidiores Musæ: Verū molliores hæc quidē ita semper se habe
re, laxarunt: Ex parte uero aliquando omne dicunt esse unū, & amicum ex Venere, ali-
quando multa, & ipsum sibi ipsi inimicū, ob quoddam dissidium. At hęc omnia an quis
ex his uerè, aut secus dixerit, difficile est iudicare, & incōpositi hominis est adeò incly-
tis admodū, & antiquis uiris insultare. Illud autē candidi pronunciare possumus. THE.
Quod istud? HOS. Quòd nos de uulgo ualdè contempserunt. Nulla enim nostri rātio-
ne habita, siue dicētes ipsos assequamur, siue relinquamur, ipsi quod suum est, exequun
tur. THE. Quomodo dicis? HOS. Cùm quis ipsorū dicit, quòd est, aut factum est, aut fit,
multa aut duo, aut unum: & rursus quòd calidum frigido cōmiscetur, alibi discretiones
& concretiones constituens: ex his ne per deos intelligis, quid ô Theætete quid'nā di-
cant? Ego quidem quum iunior essem, hoc de quo nunc ambigimus, id quod non est, si
quis diceret, exactè intelligere me putabam. Nunc autem uides in qua de ipso ambigui
tate constituti simus. THEAE. Video. HOS. Fortassis itaq; non minus & circa id quod
est eandem affectionē in anima adepti, circa hoc quidem copiam nos habere & intelli-
gere, quum quis ipsum pronunciat, asserimus, circa alterum uero non item, quū tamen
ad ambo similiter affecti simus. THEAE. Fortassis. HOSP. Et de alijs suprà relatis idem
hoc dictum sit. THEAE. Maximè. HOS. De multis itaq; etiam postea considerabimus, si
ita uidebitur. Verū de maximo & principali nūc primùm uidendū est. THE. De quo di-
cis? aut nimirū id quod est primum, perscrutari nos oportere dicis, quid'nam significa-
re putent hi qui ipsum dicunt. HOS. Confestim, ô Theætete, intellexisti. Dico eīm hanc
methodū instituere nos oportere, uelut ipsos præsentes interrogemus hoc modo. Age
quicunq; calidum & frigidum, aut duo quædam huiusmodi, omnia esse dicitis, quid tan

Antiquorum ueneratio

Docendi mo dus utilissimus

Quod est, ea quę ignotū ut quod non est

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem hoc de ambobus pronunciatis, cùm ambo & utrunq; esse dicitis? quid hoc esse ex uobis intelligemus? Num tertiũ præter duo illa, & omne tria, & non duo adhuc secundum uos ponemus? Non enim si alterũ è duobus esse dicitis, ambo similiter esse dicitis. Ferè enim utroq; modo unũ, & non duo essent. THE. Vera dicis. HOS. Num igitur ambo uultis id quod est uocare? THE. Fortassis. HOS. At ô amici, dicemus, etiã sic duo manifestissimè unũ dixeritis. THE. Rectissimè dixisti. HOS. Quando quidẽ igitur nos ambigimus, uos hęc ipsa nobis quantũ satis fuerit declarate, quid nã uultis significare cùm id quod est pronũciatis. Manifestũ est enim q uos quidem hæc scitis: nos aũt hactenus quidẽ scire putauimus, nunc aũt ambigimus. Docete igitur nos primũ hoc ipsum, ut ne putemus intelligere nos ea q̃ à uobis dicunt, totum aũt contrariũ huius contingat. Hęc si dicamus & expetamus tum ab his, tum ab alijs omnib. qui plus q̃ unum, omne esse dicunt, num ô puer, incõpositè nos gereremus? THE. Minimè. HOS. Quid uero ex his qui omne unũ dicunt, nõne pro utrib. percunctandũ est, quid nã id quod est dicant? THE. Quidni? HOS. Hoc itaq; respondeãt. Vnũ ne dicitis solum esse? Dicimus enim respondebunt. Nunquid? THE. Etiã. HOS. Quid uero id quod est uocatis ne quid? THE. Etiã. Num id quod unũ, de eodem duobus nominib. utẽtes, aut quõ? THE. Quid igitur post hæc, ô hospes, respondebunt? HOS. Manifestũ est, ô Theętete, q ei qui hoc dogma constituit, non omninò facile est respondere ad hanc quæstionẽ, sed & ad aliam quamcũq;. THE. Quomodo? HOS. Vt is qui nihil præter unũ constituit, duo nomina esse confitea tur, ridiculũ sanè sit. THE. Quidni? HOS. Et admittere omninò eum qui dicit, quòd est aliquod nomen, nullam rationẽ habet. THE. Quomodo? HOS. Cùm ponat nomẽ aliud à re, duo quædam esse dicit. THE. Etiam. HOS. Quin & si idem cum ipsa re posuerit nomen, aut nullius nomen dicere cogẽt: aut si alicuius ipsum dicet, continget nomen nominis nomen solum, & nullius alius esse. THE. Ita est. HOS. Et unũ sanè, unius unũ esse solum, & hoc nominis ipsum unum esse. THE. Necesse est. HOS. Quid uero totũ, aliud ab eo quod est unum, aut idem cùm hoc dicent? THE. Quomodo enim non dicent, & dicunt? HOS. Si itaq; totum est, quemadmodum etiam Parmenides dicit:

Vndiq; nanq; pilæ simile est hoc mole rotundæ,
De medio æquale expassum: sic est neq; maius,
Quicquam aut firmius illo:

Necesse est cũ hac, aut illac tale sit, id quod est & mediũ, & extremũ habere. Hæc autẽ si habet, omninò necesse est partes habere: aut quõ? THE. Sic equidẽ. HOS. Atqui id quod in partes diuisum est, nihil prohibet unius affectionẽ in omnibus partib. habere: & hoc modo & omne quod est, & totũ, unum esse. THE. Quidni? HOS. Quod uero ita affectũ est, nõne ipsum impossibile est, ipsum unũ esse? THE. Quõ? HOS. Partium exors penitus secundũ rectam rationẽ dici oportet id quod uerè unũ est. THE. Oportet equidem. HOS. Tale uero ex multis partib. est, toti non consonũ erit. THE. Intelligo. HOS. Num itaq; si totũ unius affectionem habet, sic & unũ erit, & totum: aut penitus non dicemus totũ esse id quod est? THE. Difficilẽ proposuisti electionem. HOS. Verissima sanè dicis. Nam & id quod est, si affectũ est, ut unum sit quodãmodo, non idem existens cum uno uideꝛ, & omnia sanè plura erunt q̃ unum. THE. Etiam. HOS. Sed & si id quod est fuerit nõ totum, eo q affectionẽ ab illo pertulit: fuerit aũt ipsum totum: indigũ sui ipsius id quod est euadit. THE. Maximè. THE. Et secundũ hanc rationem dum seipso priuat, id quod est, erit id quod non est. THE. Ita sanè. HOS. Et rursus plura q̃ unũ omnia fiunt, cùm & id quod est, & totũ, seorsum utrunq; propriã acceperit naturam. THEAE. Etiam. HOS. Si uero totum omnino non est, eadẽ hæc sunt ei quod est, ut ad hoc q nõ est, nunquàm factũ fuisse ut esset. THE. Quid ita? HOS. Quod factum est, semper factum est totum. Quare neq; essentiam, neq; productionẽ, uelut quæ sit, appellare oportet eum qui unum aut totum, inter ea quæ sunt non ponit. THE. Videtur hæc omninò ita se habere. HOS. Quin & quod non totum est, neq; quantumcunq; quid esse oportet. Nam quod quantũ quid est, quãtum sanè fuerit, tantũ necesse est ipsum totum esse. THE. Omninò ita. HOS. Sed & innumera alia sunt, quorũ unumquodq; infinitas ambiguitates adeptũ uidebiꝛ ei, qui id quod est siue duo quædã, siue unum solũ esse dicit. THE. Indicãt hoc seꝛè etiã ea quæ nunc id aliquantulũ ostendunt. Cõnectitur enim aliud ex alio, maiorẽ & difficiliorem

Quod est, quid significet

Totum an sit unum

difficiliorem inducens errorẽ de his in superioribus semper dicta sunt. HOS. Qui itaq; exactè tractant de eo quod est, & quod non est, eos non ita ualdè recẽsuimus, attamen sufficiunt hæc. Verum eos qui aliter dicũt rursus considerare oportet, quo ex omnibus cognoscamus, quòd id quod est nihil facilius dictu sit, quàm id quod non est, quid tandem sit. THEAE. Non'ne & ad hos procedere conuenit? HOS. Atqui uidetur inter ipsos uelut quædam Gigantũ pugna esse, propter contentionẽ quæ de essentia inter ipsos uersatur. THEAE. Quomodo? HOS. Alij quidem ex cœlo, & eo quod uideri nõ potest, ad terram omnia trahunt, petras & quercus palàm manibus cõprehendentes. Talia enim omnia attingentes, hoc solum esse affirmãt, quod occursum & contactũ quendam exhibet, idem corpus & essentiam statuentes. Alios autem, si quis id quod corpus non habet, esse dicat, cõtemnentes in totũ, & nihil aliud audire uolentes. THEAE. Prosectò insignes uiros dicis. Nã & ego iam in multos ex his incidi. HOS. Proinde qui aduersus ipsos contendunt ualdè cautè è supernis, ex eo quod uideri non potest alicundè repugnant, quasdam intelligentiæ subiectas & incorporeas species ueram essentiam esse cogentes. Illorum uerò corpora & appellatam ab ipsis ueritatem in minutas partes in sermonibus findentes, productionem quandam quæ fertur, pro essentia appellant. Vnde de his ingens quædam pugna ô Theætete, semper inter utrosq; extitit. THEAE. Vera dicis. HOS. Ab ambobus itaq; generibus particulatim rationẽ accipiamus de ea quam constituunt essentia. THE. Quomodo igitur accipiemus? HOS. Ab his quidem qui in speciebus ipsam constituunt, facilius: sunt enim mansuetiores. Ab his autem qui in corpus omnia pèr uim trahunt, difficilius: fortassis aũt ferè impossibile est. At sic mihi de ipsis facere oportere uidetur. THE. Quomodo? HOS. Maximè quidẽ si quo modo fieri posset, ut re ipsa meliores ipsos faceremus: si uerò hoc fieri non posset, ut sermone id agamus, admonentes ipsos ut iustius quàm nunc respondere uelint. Quodènim conceditur à melioribus, id maiorem uim habet, quàm quod à deterioribus. Nos autem hæc non curamus, sed quod uerum est quærimus. THEAE. Rectissimè. HOS. Iube eos qui meliores facti sunt tibi respondere, & quod dictum fuerit ab ipsis interpretare. THEAE. Ita fiet. HOS. Dicant itaq; an mortale animal esse quid asserant. THEAE. Quidni? HOS. Hoc autem non'ne corpus animatum esse confitentur. THE. Maximè. HOS. Vt qui ponant aliquid ex his quæ sunt animã. THE. Etiam. HOS. Quid uerò animam, non'ne aliam iustam, aliam iniustam esse dicunt: & aliam sapientẽ, aliam insipientem? THE. Quidni? HOSP. An non iustitiæ habitu & præsentia, unamquanq; ipsarum talem fieri, & contrariorum contrariam. THE. Etiam hæc confitentur. HOS. Atqui id quod alicui accedere & decedere potest, omnino aliquid esse dicent? THEAE. Dicunt equidem. HOS. Quum igitur sit iustitia & sapientia, & reliqua uirtus, & harum contraria, & sanè etiam anima, in qua hæc accedunt: Num ex ipsis quid uideri & tangi posse asserunt, aut omnia uideri nõ posse? THEAE. Ferè nihil ex his uideri posse. HOS. Num uerò talium quoddam corpus habere dicunt? THE. Hoc omne non amplius secũdum eadem respondent. Verum animam quidem ipsam uideri sibi corpus quoddã adeptam esse. Sapientiam autem, & singula alia de quibus interrogasti, uerentur ut audeant ipsa, aut nihil ex his quæ sunt confiteri, aut omnia esse corpora affirmare. HOS. Manifestè meliores ô Theætete nobis facti sunt uiri, alioqui nihil ex his uererentur, qui sanè ex ipsis & seminati, & indigenæ ex ipsa terra nati sunt: sed cõtenderent quòd quidquid manibus cõprehendere nõ possent, hoc omnino nihil sit. THE. Fermè qualia sentiũt dicis. HOS. Rursus itaq; interrogemus ipsos. Si eã uel exiguũ quiddã ex his quæ sunt incorporeum esse concedere uolunt, satis est. Nam & in his, simulq; in illis quæ corpus habent, hoc quod à natura ipsis insitum est, ipsos dicere oportet, ad quod respicientes am bo esse dicunt. THEAE. Fortassis igitur ambigui hæserint, si tale quid de ipsis accidit. HOS. Vide num proponentib. nobis admittere ac cõfiteri uelint, tale quid esse id quod est. THE. Quale istud? dic & fortassis cognoscemus. HOS. Dico itaq; quidquid quamcunque facultatem adeptum est, siue ad hoc ut alteri cuicunq; à natura quid faciat, siue ut patiatur, uel minimum à uilissimo quopiam, idq; uel semel tantùm, omne hoc reuera esse. Pono enim terminũ ea quæ sunt terminare, qui nihil aliud est quàm facultas. THE. At quandoquidẽ ipsi non habent in præsentia melius quid quod dicant, hoc admittũt.

Essentiæ contentio

Essentia incorporea, intelligentiæ subiecta

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOSP. Rectè. Fortassis enim postea & nobis, & his aliud uideri poterit. Ad hos igitur hoc nobis hic cõcessum maneat. THEAE. Manet. HOS. Ad alios autẽ procedamus qui

Contra species esse cõstituẽtes

speciebus fauent. Tu uero nobis & ea quæ ab his dicũtur interpretare. THEAE. Ita fiet. HOS. Aliam igitur productionẽ, aliam essentiã seorsum distinguẽtes dicitis, nunquid THEAE. Etiam. HOS. Et corpore quidẽ nos cum productione per sensum cõmunicare: anima uero per ratiocinationẽ cum ea quę reuera est essentia, quam semper secundũ eadem eodẽ modo se habere dicitis, productionẽ autẽ aliàs aliter? THEAE. Dicimus equidem. HOSP. Cõmunicare uero ô optimi, quid uos de ambobus dicere asseremus? Num hoc quod nunc à nobis dictũ est? THEAE. Quod istud? HOS. Affectionẽ aut actionem, quæ ex facultate aliqua fit, ab his quæ inter se congrediuntur. Fortassis igitur ipsorũ ad hæc responsionem, tu quidẽ ô Theætete nõ intelligis. Ego uero fortassis ob cõsuetudinem. THEAE. Quid igitur respõdent? HOS. Non cõcedunt hoc nobis quod nunc dictum est ad terra editos Gigantes, de essentia. THE. Quod istud? HOS. Iustum posuimus eorũ quæ sunt terminũ, quum alicui affuerit facultas patiendi, aut faciẽdi, uel ad minimũ. THEAE. Etiam. HOS. Ad hæc sanè hoc dicũt, ꝙ productio quidem, patiendi facultatis particeps est. Ad essentiã uero neutrius horũ facultatem cõuenire asserũt. THEAE. Non'ne dicunt aliquid? HOS. Ad hoc sanè dicendũ est nobis, nos opus habere ut prius adhuc clarius audiamus, an cõfiteantur animam quidẽ cognoscere, essentiã autem cognosci. THEAE. Cõfitentur equidẽ hoc. HOS. Quid uero cognoscere, aut cognosci, actionẽ dicitis, aut affectionẽ, aut utrunq; : aut alterũ affectionem, alterũ, alterũ: aut neutrũ penitus neutrius dicent, alioqui enim cõtraria superioribus dicerent. THE. Intelligo sanè hoc, ꝙ si cognoscere est facere quid, id quod cognoscitur necessariò rursus contingit pati. HOS. Essentiam itaq; secundũ hanc rationem dum cognoscitur à cognitione, in quantum cognoscitur, in tantum moueri, eo quòd patitur: id quod circa id quod quiescit, fieri nõ posse dicimus. THEAE. Rectè. HOS. Quid uero per Iouẽ, num reuera facile persuadebimur, motum & uitam, & animam, & sapientiam, ei quod penitus est nõ adesse, neq; ipsum uiuere, neq; sapere: sed uenerandũ, & sanctum, & mentem non habens, immobileq; ac firmum esse? THEAE. Absurdum equidem sermonẽ ô hospes concederemus. HOS. At mentẽ quidem habere, uitam autem nõ dicemus? THE. Et quomodo? HOS. Aut hæc quidem ambo in ipso esse dicemus, non tamen in anima ipsum illa habere asseremus? THEAET. Et quo'nam alio modo habere posset? HOS. Num itaq; mentem quidem ac uitam & animã habere dicemus, immobile tamen peni

Animatũ necessariò moueri

tus, quum animatum sit, stare? THEAET. Omnia absurda esse mihi uidentur. HOS. Et quod mouetur itaq;, & motum, uelut quæ sint concedere oportet? THEAE. Quid ni? HOS. Sequitur igitur ô Theætete, si hæc immobilia sunt, nulli de ulla re unquam mentem esse. THEAE. Maximè. HOS. Sed & si omnia ferri ac moueri concedamus, & hoc sermone idem hoc ex his quæ sunt eximemus. THEAE. Quomodo? HOSP. Quod secundum eadem, & eodem modo, & circa idem est, uidetur tibi absque stabilitate unquam esse? THEAET. Nequaquam. HOSP. Quid uero absque his, mentem uides esse, aut fieri ubicunq; tandem? THEAET. Minimè. HOSP. Sed & aduersus hunc omni ratione pugnandum est. qui scientiam, aut sapientiam, aut mentem tollens, de aliquo quodcũq; affirmarit. THEAET. Et ualdè sanè. HOSP. Philosophum itaque & qui hæc maximè in precio habet, necesse est ut apparet ob hæc, ut neque eos qui unum, aut etiam multas species, dicunt omne stabile, admittant: & rursus eos qui id quod est undiquaq; mouent, neque omnino audiant: Verum secundum puerorum optionem, quæcunq; immobilia & mobilia, ambo simul id quod est, & omne dicant. THEAE. Verissimè. HOSP. Quid igitur non'ne moderatè iam sermone comprehendisse uidemur id quod est? THEAET. Maximè. HOSP. Papæ ô Theætete, ita mihi nunc uidemur de ipso præterquam considerandi ambiguitatem nosse. THEAE. Quomodo rursus & quid hoc dixisti? HOSP. Non intelligis ô beate nos nunc in plurima de ipso ignorantia cõstitutos esse, Videmur autem nobis ipsis aliquid dicere. THEAE. Et mihi sanè ita uidemur. Verum ubi non animaduerterimus nos ita habere, non admodum intelligo. HOSP. Considera itaq; clarius an hæc nunc confitentes nos meritò quis interrogare posset, ea quæ ipsi tunc interrogabamus eos qui dicunt, omne calidum & frigidum esse

esse. THEAE. Quæ illa? reuoca mihi in memoriam. HOS. Maximè, & conabor hoc facere interrogando te, quemadmodũ tunc illos, quo simul etiam aliquantulũ progrediamur. THEAE. Rectè. HOS. Age itaq; motum & statum non'ne maximè cõtraria inter se dicis? THEAE. Quidni? HOS. Sed & esse similiter ambo dicis ipsa, & utrũq; ? THE. Dico equidem. HOS. Num moueri ambo & utrũq; dicis, quum esse cõcedis? THEAE. Nequaquã. HOS. At stare significas, quũ ipsa ambo esse dicis? THEAE. Et quomodo? HOS. Tertiũ ergo quid præter hæc, id quod est in anima cõstituis, & uelut ab illo & stans, & motus contineatur comprehẽdis, & ad ipsorũ cum essentia societatem respicis, atq; sic ambo esse dicis? THEAE. Videmur reuera tertium quiddam id quod est uaticinari, quum motũ & statum esse dicamus. HOS. Non ergo motus & status ambo hæc simul sunt id quod est, sed aliud quid ab his. THEAE. Apparet. HOS. Secundũ suam naturam igitur id quod est, neq; stat, neq; mouetur. THEAE. Ferè. HOS. Quo'nam cogitationem adhuc cõuertere oportet eum qui euidens quiddam de ipso apud seipsum confirmare uult? THEAE. Quo enim? HOS. Arbitror quidem nusquam adhuc facile esse. Si enim quid non mouetur, quomodo non stat? Aut quod nequaquam stat, quomodo non rursus mouetur? Verũ id quod est nunc nobis extra hęc ambo apparuit. Num hoc possibile est? THEAE. Omniũ maxime impossibile. HOS. Huius itaq; ad hæc iustũ est meminisse. THEAE. Cuius? HOS. Quòd eius quod non est nomẽ interrogati, ad quid tandem referre oporteat, in omni ambiguitate hærebamus, meministi? THEAE. Quid ni? HOS. Nũ igitur in minore quadã nunc sumus ambiguitate circa id quod est? THE. Mihi quidem ô hospes, si dicere licet, in maiore esse uidemur. HOS. Hoc itaq; hic in ambiguo situm manet. Quando quidẽ uero & id quod est, & quod non est, ex æquo ambiguitate participãt, nunc iam spes est quemadmodũ alterum ipsorũ, siue obscurius, siue manifestius apparuerit, sic etiam alterum apparere debere. Et si rursus neutrum uidere poterimus, sermonem saltem quatenus fieri potest quàm decentissimè ita simul amborum depellemus. THEAE. Rectè. HOS. Dicamus itaq; iuxta quem tandem modũ, multis nominibus subinde idẽ hoc appellamus. THEAE. Quomodo hoc, exemplũ quoddam dicas. HOS. Dicimus equidem hominẽ, multa quędã insuper nominantes, & colores attribuẽtes ipsi, & figuras, & magnitudines, & uitia, & uirtutes: In quibus omnibus & alijs innumeris, nõ solum hominẽ ipsum esse dicimus, sed etiam bonum, aliaq; infinita. Sed & alia secundũ eandem rationem, sic unũquodq; unum proponentes, rursus ipsum multa, & multis nominibus dicimus. THEAE. Vera dicis. HOSP. Vnde sanè arbitror, iuuenibus & serò discentibus senibus conuiuium præparauimus. Statim enim cuiuis arripere promptũ est, quòd impossibile sit, & multa unum, & unũ multa esse. Et profectò exultãt dum nõ sinunt bonum dici hominẽ: sed bonũ quidem, bonũ: hominẽ uero, hominem. Sæpe enim ut arbitror incidis ô Theætete, in eos qui talium rerum studio tenentur, aliquãdo seniores, & præ sapientiæ paupertate talia admirãtes, & hoc ipsum uelut quid magna sapientia refertum se inuenisse putantes. THE. Maximè. HOS. Quo itaq; ad omnes nobis sermo sit, qui unquam quicquam de essentia disseruerũt, hæc quę nunc per interrogationis modũ dicentur, & ad hos, & ad alios aduersus quos in superioribus disputauimus pertinere putẽtur. THEAE. Quæ'nam ista? HOSP. Vtrum neq; essentiam motui & stabilitati adiũgemus, neq; aliud quicquã ulli alij: sed uelut quæ mixtionis expertia sint, & inter se sociari non possint, sic ipsa in sermonibus nostris ponemus: Aut omnia in idem cogemus, uelut quæ inter se cõmunionem habere possint: aut partim ita, partim non ita faciemus: Quid ex his ô Theætete eligere istos dixerimus? THEAE. Ego quidẽ nihil habeo quod pro ipsis ad hęc respõdeam. Cur igitur nõ singulatim unumquęq; respondentem, & quæ ex unoquoq; sequũtur considerας? HOS. Rectè dicis, & ponamus ipsos primũ dicere, si ita uis, nihil cũ aliquo in ulla re ullam cõmunionis facultatẽ habere: Non'ne motus & status nequaquã essentiæ participes erunt? THE. Nequaquã. HOS. Quid uero alteutrũ'ne ipsorum essentiæ particeps erit. THE. Non erit. HOS. Statim itaq; hac cõfessione omnia euersa sunt ut apparet, tum eorũ qui omne mouent, tum eorũ qui ut unum stare uolunt. Eorũ item qui secundum species ea quæ sunt, secundũ eadem eodem modo habẽtia semper esse dicũt. Omnes enim hi esse adiungũt, partim reuera moueri dicẽtes, partim reuera stabilia esse. THEAE. Maximè.

Quod est, neq; stat, neq; mouetur

Quod est, & quod nõ est, ex æquo ambigua

Vnum multa, & multis nominibus dici

HOS,

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOS. Sed & qui quãdoq; cõponunt omnia, quandoq; diuidunt, siue in unũ, & ex uno infinita: siue in elementa finem habentia diuidentes, & ex his componentes, similiter si ex parte hoc fieri ponant, similiter item si semper, nihil per omnia hæc dixerint, siquidem nulla est commixtio. THEAET. Recte. HOS. Adhuc itaq; etiam ipsi maximè omnium ridiculo modo tractauerint sermonem, qui nihil sinunt alterius affectionis communione aliud appellari. THEAE. Quomodo? HOS. Voce esse sanè circa omnia uti coguntur, & uoce seorsum, & uoce aliorum, & uoce per seipsum, & alijs innumeris, quas quũ prohibere, & in sermonibus nõ coniungere nõ possint, iam non alijs opus habent qui ipsos redarguant, sed quod dicitur domi hostem & aduersariũ habentes, intus reclamantem, uelut absurdũ Euryclem circũferentes semper prodeunt. THEAE. Valdè si mile & uerũ dicis. HOS. Quid uero si omnia inter se cõmunionis facultatem habere sinamus? Hoc quidem etiam ego dissoluere possum. THEAE. Quomodo? HOS. Quoniã & motus ipse penitus staret, & ipsa rursus stabilitas moueretur, si quidem alterũ alteri accederet. At hoc sanè ex maximis necessitatibus impossibile est, & motum stare, & stabilitatem moueri. THEAE. Quid ni? HOS. Tertium itaq; solũ reliquum est. THE. Etiam. HOS. Et unum quidẽ ex his necessariũ est, aut omnia, aut nihil, aut partim uelle, partim nõ cõmisceri. THE. Quid ni? HOSP. Atqui duo inueniri impossibile est. THE. Etiam. HOS. Quiuis ergo qui recte respõdere uolet, id quod ex tribus reliquum est ponet. THEAE. Ita profectò. HOSP. Quòd scilicet quædã hoc facere uolunt, quædã non: fereq; id quod literis accidit perpetiũtur. Nam & ex illis quædam inter se dissonant & non coaptantur, quædam consonant & coaptantur. THE. Quidni? HOSP. At uocales præ alijs insigniter, uelut uinculum per omnes procedunt. Quare absq; ipsarũ aliqua, fieri non potest ut ex alijs altera alteri coaptetur. THE. Valdè equidem. HOSP. Quiuis igitur nouit quales cum qualibus coniungi possint, aut arte opus est ei qui hoc iustè facere uelit? THE. Arte. HOS. Qua illa? THE. Grammatica. HOS. Quid uero circa acutorum & grauium sonos, non'ne sic res se habet? Qui quidem eos qui commiscentur aut non, cognoscendi artem habet, Musicus est: qui uero non intelligit, à Musica alienus. THE. Sic. HOSP. Et in alijs sanè artibus ac artiũ ignorãtia, alia huiusmodi inueniemus. THE. Quidni? HOS. Quid uero, quandoquidem etiam genera inter se secundũ eadem mixtionem habere cõfessi sumus, non'ne cum scientia quadam necesse est per sermones procedere, eum qui recte uelit ostendere, qualia qualibus generibus conueniant, & quæ alia nõ admittant: & sanè an etiã per omnia, hæc cohæreant, ut commisceri possint: & rursus in diuisionibus an per tota, aliæ sunt diuisionis causæ? THEAE. Quomodo uero non scientia opus sit, & fortassis ferè maxima. HOS. Quomodo igitur hanc appellabimus, aut per louem non animaduertimus nos in liberorum hominũ scientiam illapsos esse, & uidemur dum quærimus Sophistam, prius inuenisse philosophũ. THE. Quomodo dicis? HOS. Secundum genera diuidere, & neq; eandem speciem aliam putare, neq; eam quæ alia est eandem, non'ne dialecticæ scientiæ esse dicemus? THEAE. Etiam dicemus. HOS. Non'ne qui hoc facere potest, unam ideam per multa, unoquoq; seorsum posito, undique extentam abundè percipit, & multas inter se diuersas ab una extrinsecus contineri: & rursus unam per multa tota in uno coniunctam, & multas seorsum undique destinctas. Hoc autem est, quatenus singula communicare possunt, & quatenus non, per genus discernere scire. THEAE. Maximè. HOSP. Atqui dialecticum genus non alij ut arbitror attribues, quàm purè & iustè philosophanti? THE. Quomodo enim alij quis attribueret? HOSP. Philosophum itaque in tali quodam loco & nunc, & postea inueniemus, si quæremus, difficilem quidem cognitu & hunc, alio tamen modo se habet, & huius, & Sophistæ cognoscendi difficultas. THEAE. Quomodo? HOSP. Hic quidem dum ad eius quod non est tenebras aufugit, & conuersatione ipsis coniungitur, propter loci tenebras difficulter cognosci potest. Nunquid? THE. Apparet. HOSP. At philosophus eius quod est ideæ per ratiocinationes semper adiunctus, propter regionis splendorem rursus nequaquam facilè conspici potest. Nam animæ uulgi hominum oculi ad diuinum intuentes, tolerare id non possunt. THE. Et hæc uerisimile est, nõ minus quàm illa ita se habere. HOS. Proinde de hoc quidẽ fortassis clarius cõsiderabimus, si ita uisum nobis fuerit. Verũ de Sophista manifestũ est,

Cõmixtionem nullam esse

Omnia commu nionem inter se habere

Cõmisceri quædam, quædam non

Literarum simile

Commixtiones rerum scientias esse

Dialectica qualis sit scientia

Philosophi & Sophistæ cognitio difficilis

est, nihil remittendum esse prius quàm abundè ipsum conspicíamus. THEAE. Rectè dixisti. HOS. Quando igitur inter nos cõuenit, quædam genera inter se sociari uelle, quædam non: & quædam parum, quædam multũ, quædam etiam per omnia omnibus communicare nihil uetat: id quod postea sequitur simul in sermonem attrahamus, hoc modo cõsiderantes, non de omnibus speciebus, ut ne in multis perturbemur, sed quasdam de maximis appellatis eligentes, primum quidẽ quales singulę sunt. Deinde quomodo facultatẽ communionis inter se habent, quo & id quod est, & quod non est, si nõ omni claritate cõprehendere possimus, saltem sermone de ipsis nõ destituamur, inquantum modus admittit, ut à præsenti disputatione insontens discedamus, si nobis forte assimilatum fuerit id quod non est, dicentibus quòd reuera est id quod non est. THEAE. Ita facere oportet. HOS. Maxima itaq; genera quæ modo recensuimus sunt, & id quod est, & stabilitas, & motus. THEAE. Maximè. HOS. Et sanè duo ex ipsis mixtionis inter se expertia esse asserimus. THEAE. Valdè sanè. HOS. Id uero quod est ambobus misceri potest. Ambo enim sunt. THEAE. Quid ni? HOS. Tria itaq; fiunt hæc. THEAE. Quid tum postea? HOS. Non'ne unumquodq; ipsorum aliud à duobus est, ipsum autem sibijpsi idem? THE. Ita planè. HOS. Quid nũc rursus ita diximus & idem, & aliud? Num duo quædam genera ipsa, à tribus quidem alia, sed tamen illis ex necessitate semper ammixta? & de ipsis uelut quinq;, & non tria sint considerandum est? Aut non animaduertimus quòd & idem hoc, & aliud, uelut illorum quiddã appellauimus? THE. Fortassis. HOS. Attamẽ & motus & stabilitas, neq; aliud, neq; idem est. THE. Quomodo? HOS. Quod in cõmuni appellamus motum & statum, hoc neutrũ ipsorũ esse potest. THE. Quid ita? HOS. Et motus stabilis erit, & status rursus mouebit. Nã circa ambo alterũ, utrum tandem ipsorum si fiat, coget rursus alterum transire in contrariũ suæ naturæ, utpote contrarij particeps. THE. Omnino ita. HOS. Participant tamen ambo eodem, & alio. THE. Etiam. HOS. Ne itaq; dicamus motum esse idem, aut aliud: neq; rursus statum. THE. Nõ sanè. HOS. Num igitur id quod est, & idem uelut unam quiddam nobis statuendũ est? THE. Fortassis. HOS. At si id quod est, & idem, nihil diuersi significant, motum rursus & statum ambo esse dicentes, ambo ipsa sic idem, ut quæ sint appellamus. THE. Atqui hoc impossibile est. HOS. Impossibile igitur est, idem, & id quod est, unum esse. THE. Ferè ita. HOS. Quartam itaq; speciem, ad tres illas, idem ponamus. THEAE. Maximè. HOS. Quid uero aliud, num nobis quinta dicẽda est? Aut hoc, & id quod est, uelut duo quædam nomina, de uno genere statuere oportet? THEAE. Fortassis. HOS. At arbitror te concedere, eorum quæ sunt quædam ipsa per seipsa, quædam ad alia semper dici. THE. Quidni? HOS. Aliud autem semper ad aliud, nunquid? THEAE. Ita. HOS. Non utiq; si non id quod est, & aliud, plurimũ differrent. At siquidem aliud ambarũ specierum particeps esset, uelut id quod est, esset aliquando etiam ab alijs quiddã aliud, non ad aliud. Nunc autem profectò quicquid nobis aliud fuerit, ex necessitate sequitur ad aliud, hoc ipsum quod est, esse. THEAE. Dicis quemadmodũ res se habet. HOS. Quinta ergo alius natura dicenda est, inter species esse, quas amplectimur. THEAE. Etiam. HOS. Et per omnes ipsas illam pergressam esse dicemus. Vnumquodq; enim aliud esse ab alijs, non propter suam naturam, sed quòd ideæ alius particeps est. THEAE. Maximè sanè. HOS. Sic itaq; dicamus de quinq; singulatim repetentes. THEAE. Quomodo? HOS. Primum quidem quòd motus omnino aliud est à statu. Aut quomodo dicemus? THEAET. Ita. HOS. Non ergo est status? THEAET. Nequaquam. HOS. Est tamen, eo quòd particeps est eius quod est. THEAET. Est. HOS. Rursus itaq; motus aliud quàm idem est. THEAET. Ferè. HOS. Non ergo idem est. THEAET. Non equidem. HOSP. Atqui motus ferè esset idem, eo quòd rursus ipso quod idem est participat. THEAET. Ut ualdè. HOSP. Motum itaq; & idem esse, & nõ idem, confitẽdum est, & non ægrè ferendum. Non enim quũ motũ idem, & nõ idem dicimus, similiter dicimus: Sed quũ idem, propter participationẽ eius quod idem est ad ipsum, sic dicimus: quũ autem non idem, propter communionem rursus alius, ob quam separatus ab eo quod idem est, factus est non illud, sed aliud. Quare recte rursus non idem dicitur. THEAET. Maximè. HOSP. Proinde etiamsi motus ipse aliquo modo stabilitate participaret, nihil absurdi esset stabilem ipsum appellare. THE. Rectissimè sanè, siquidẽ cõcedemus quædã genera inter se mi-

Genera tria maxima

Aliud, & idem, quæ genera sint

Aliud, quintam rerũ speciẽ esse

Quinq; generum summa

Universidad de Deusto
Biblioteca

se miscerí uelle, quædam non. HOSP. Sed & ad huius demonstrationem prius quàm præsentium deuenimus, conuincentes quòd hoc modo secũdum naturã est. THEAE. Quidni? HOS. Dicamus itaq; rursus. Motus est aliud ab alio, quemadmodum etiam ali ud erat ab eodem, & à statu. THEAE. Necessarium est. HOS. Non aliud ergo quodam modo est, & aliud, secundum præsentem sermonem. THEAE. Vera dicis. HOSP. Quid igitur postea? Num à tribus aliud motum esse dicemus, à quarto uero nõ dicemus, quũ confessi simus ipsa esse quinq;, de quibus & in quibus cõsiderare proposuimus? THE. Et quomodo? Impossibile enim est concedere numerum minorem eo qui nunc uisus est. HOS. Intrepidè ergo depugnãtes, Motũ aliud ab eo quod est esse dicemus. THEAE. Maximè sanè intrepidè. HOS. Nónne manifestè motus reuera est id quod non est, & id quod est: quandoquidem eius quod est particeps est. THE. Manifestissimè. HOSP. Necessarium est ergo & id quod nõ est, tum in motu, tum in omnibus generibus esse. In omnibus enim alius natura, aliud ab eo quod est efficiẽs, unumquodq; id quod non est facit. Et omnia sanè secundum hæc sic rectè ea quæ non sunt dicemus: & rursus eo quòd participant eo quod est, & esse, & ea quæ sunt. THE. Consequens est. HOS. Circa unumquamq; ergo speciem, multum est id quod est, infinitum autem multitudine id quod non est. THE. Apparet. HOS. Nónne & ipsum quòd est, aliud ab alijs esse dicendum est? THE. Necesse est. HOS. Quod ergo est nobis, secundum tot quot sunt alia, nõ est. Quum enim non sit illa, unum quidem ipsum est, infinita uero numero alia, nõ est. THE. Ferè ita. HOS. Proinde & hæc non ægrè ferenda sunt: quandoquidem generum natura communionem illorum mutuam habet. Si uerò quís hæc non concedit, ubi superiores nostros sermones sibi persuaserit, sic quæ deinceps sequũtur sibi persuadeat. THE. Iustissime dixisti. HOS. Videamus & hoc. THE. Quod istud? HOS. Quã id quod non est dicimus, ut apparet non contrarium quid eius quod est dicimus, sed aliud solũ. THE. Quomodo HOS. Velut quum dicimus quid nõ magnum, tunc magís tibi uidentur paruum, quàm æquale indicare? THE. Et quomodo? HOS. Non ergo contrarium significare concedemus, quum negatio profertur. Sed tantum solum, quòd aliud quid significant non, & neq;, si sequentibus nominibus præponuntur, imò potius rebus, de quibus ponuntur nomina, quæ post negationem proferũtur. THE. Maximè. HOS. Sed & hoc consideremus, si etiam tibi ita uidetur. THE. Quod istud? HOS. Alius naturæ uidetur mihi, quemadmodum scientia, minutim cõcisa esse. THE. Quomodo? HOS. Vna quidem est etiam illa. Verum unaquæq; ipsius pars separata alicui accedens, cognomẽ quoddam habet sibijpsi proprium. Quapropter multæ sunt quæ à quibusdam artes dicuntur & scientiæ. THE. Maximè. HOS. Nónne & alius naturæ, quæ una est, partibus idem hoc accidit? THE. Fortassis. Verum quo modo, dicas. HOS. Est pulchro pars quædam alius oppositæ? THE. Est. HOS. Hanc igitur sine nomine esse dicemus, aut quoddã cognomen habere? THE. Habere. Quod enim non pulchrum semper pronunciamus, hoc non ab alio quopiam aliud est, quàm à pulchri natura. HOS. Age nunc hoc mihi dicito. THE. Quod istud? HOS. Aliud ne quid quàm ab uno quodam genere eorum quæ sunt separatum, & ad aliquid ex his quæ sunt rursus oppositũ, sic sequitur esse id quod non est pulchrum? THE. Sic. HOS. Eius itaq; quod est, ad id quod est oppositio, ut appa ret, sequitur esse id quod non est pulchrum. THE. Rectissimè. HOS. Quid igitur secundum hunc sermonem, Num pulchrum magis nobis est ex his quæ sunt, minus autem quod non pulchrum est? THE. Nihil. HOS. Similiter ergo quod non magnum est, & ipsum magnum, esse dicendum est? THE. Similiter. HOS. Nónne & nòn iustum secundũ hæc cum iusto ponendum est, ad hoc ut alterum nihilo magis quàm alterum sit? THE. Quidni? HOS. Sed & alia hoc modo dicemus, quandoquidem alius naturæ ex his quæ sunt esse uisa est. Quum autem illa sit, necesse est etiam partes ipsius nulla re minus esse ponere. THEAET. Quidni? HOS. Proinde ut apparet, oppositio naturæ partis alius, & naturæ eius quod est, inter se oppositarum, nihilo minus, si dicere fas est, quàm ipsum quod est, essentia est, non contrarium illi significans, sed tantum solum aliud ab illo. THEAE. Manifestissimè. HOS. Quam igitur ipsam appellabimus? THEAE. Manifestum est quòd hoc ipsum est id quod non est, quod propter sophistam quærebamus. HOS. Vtrum igitur quemadmodum dixisti, nihilo minus quàm alia essentiam habet, & oportet iam confidenter dicere, q; id quod non est firmiter est, suam naturã habens: quemadmodũ magnum erat magnũ, & pulchrum erat pulchrũ, & non magnum, & nõ pulchrũ. Sic etiam id quod non est, secundũ idem & erat, & est id quod nõ est, una speci es inter multas quæ sunt cõnumerata? Aut aliquã adhuc de hoc, ô Theætete diffidentiã habemus? THEAE. Nullã. HOS. Nosti igitur q; longius à Parmenidæ interdicto recessi mus? THE. Quid ita? HOS. Plus q; ille considerare interdixit, nos ultrà adhuc progressi inquisiuimus ac demonstrauimus. THEAET. Quõ? HOS. Quia hic alicubi dicit, Nunquam hoc continget, ut sint quæ nõ sunt. Ista uia est qua quærentẽ quid pergere nolim. THEAE. Dicit equidem sic. HOS. Nos autem non solum ea quæ non sunt, quòd sunt demonstrauimus, sed etiam speciem, quæ est eius quod nõ est, definiuimus. Cùm enim alius naturam demonstrauerimus & esse, & minutim concisam esse, in omnia quæ sunt inter se: unamquamq; ipsius partem, quæ ad id quod est opponitur, ausi fuimus dicere, quòd hæc ipsa reuera est id quod non est. THEAET. Et penitus uerissima, ô hospes, dixisse mihi uidemur. HOS. Ne itaq; dicat quis, quòd nos contrariũ eius quod est, id quod non est pronunciantes, audemus dicere quòd est. Nos enim de contrario aliquo ipsum dudum ualere iussimus, siue est, siue non, rationem habens, aut etiam penitus à ratione alienum. Quod uero nunc diximus, esse id quod nõ est, aut persuadeat quís redarguendo quòd non rectè dicimus: aut quandiu hoc facere non poterit, dicendum est etiam illi quemadmodum nos dicimus, quòd cõmiscentur inter se genera, & quod est, & aliud, per omnia & per se mutuo pergressa. Et aliud quidem ubi parteps est eius quod est, est quidem propter hanc participationem, non tamen illud cuius particeps, sed aliud. Quum aũt aliud sit ab eo quod est, necessariò manifestissimè sequitur esse id quod non est. Quod uero est, rursus alius particeps, aliud ab alijs generibus fuerit. Quum autem aliud ab illis omnibus sit, non est unumquodque ipsorum, neque omnia alia, præterquam ipsum. Quare id quod est, citra ambiguitatem infinitis modis, hisq; sæpe repetitis non est. Sed & alia singula sic, & uniuersa multis modis sunt, & multis modis non sunt. THEAE. Vera dicis. HOS. Et his contrarietatibus siue quis fidem non habet, considerandum est ipsi, & dicendum melius quid his quæ nunc dicta sunt: siue uelut qui difficile quid excogitarit gaudet, modo huc, modo illuc sermones trahens, non multo studio digna conatus est, uelut præsentes sermones testantur. Nam hoc inuenisse, neq; industriæ, neque difficultatis quicquã habet. Illud uero iam & difficile est, simulq; pulchrum. THEAE. Quod istud? HOS. Quod etiam prius dictum est. Vt his uelut quæ sie ri possint omissis, ea quæ dicuntur singulatim redarguendo quis assequi possit, & cùm quod aliud est, idem esse quis dixerit: & cùm quod idem est, aliud. At uero idem aliud quodammodo ostendere, & aliud idem, & magnũ paruum, & simile dissimile, atque ita delectari contraria semper proferendo in sermonibus: hic redarguendi modus neque uerus est, & nuper natus, à quodã qui ea quæ sunt recens tractat. THE. Maximè. HOS. Etenim ô bone omne ab omni separare conari, & aliâs inconcinnum est, & sanè omnino etiam eius, qui à Musica & philosophia alienus est. THEAE. Quid ita? HOS. Perfectissima omnium sermonũ extirpatio est, unũquodq; ab omnibus dissoluere. Nam propter mutuam specierum inter se complicationem, sermo nobis factus est. THEAE. Vera dicis. HOS. Considera itaq; quàm oportunè nunc aduersus tales depugnabamus, & aliud alij miscerí sinere cogebamus. THEAE. Ad quid uero? HOS. Ad hoc ut sermo nobis unum quoddã ex eorum quæ sunt generibus sit. Hoc enim priuati, maxima philosophiæ parte priuati essemus. Amplius porrò in præsentia oportet nos, quid tandẽ sit sermo, inter nos consentire. Si uero auferretur à nobis, ut ipse penitus non esset, nihil sanè amplius dicere possemus. Auferretur autem utique, si concessissemus nullam esse ul li ad aliquod mixtionem. THEAET. Rectè hoc, cur uero de sermone nunc nobis consentiendum sit, non intelligo. HOS. At hunc fortassis modũ sequens, facilimè intellexeris. THE. Quem illum? HOS. Id quod non est, uisum est nobis unũ quoddam ex alijs genus, per omnia quæ sunt dispersum. THE. Ita. HOS. Proinde id quod sequitur, considerãdum est, an & opinioni, & sermoni misceat. THE. Quid ita? HOS. Si quidẽ ipsum his non miscetur, necesse est omnia uera esse. Si uero misceat, & opinio falsa, & sermo falsus fit. Nam ea quę nõ sunt opinari, aut dicere, hoc est mendacitũ quod & in cogitatione, & ser

Omnia & esse & non esse

Redarguendi modus

Negationis uis, et significatio

Quod non est, esse

Aliud nõ est cõtrarium

Quod non est, una rerum spe cies est

Redarguendi modus

Redarguere quando difficile sit ac pulchrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

monibus contingit. THEAE. Ita est. HOS. Cùm autem sit mendaciũ, est deceptio. THE. Etiam. HOS. Sed & cùm sit deceptio, necesse est omnia & simulachris, & imaginib. & imaginatione plena esse. THE. Quidni? HOS. Sophistã uero ad hunc locum defugisse quidẽ diximus, uerũ negasse penitus mẽdaciũ esse. Quod.n.nõ est, neq; cogitare aliquẽ, neq; dicere. Nequaq; enim id quod nõ est quicq; essentiæ habere. THE. Dicta sunt hęc. HOS. Nunc aũt hoc uisum est eius quod est particeps esse. Quare hac quidem parte fortassis non amplius repugnabit. Fortasse tamen dixerit, species partim eius quod nõ est particeps esse, partim nõ. Et sermonẽ sanè & opinionem esse ex his quæ nõ participãt. Quare artem faciendi simulachra, & spectra efficiẽdi, in qua ipsum esse diximus, rursus contenderit penitus non esse: quandoquidẽ opinio & sermo, eius quod nõ est particeps non est. Mendaciũ enim & falsum omninò non esse, si hæc societas nõ constituat. Quapropter sermonẽ & opinionem & imaginationẽ primùm perscrutari oportet, quid nã sit, quo his cognitis, etiam societatẽ ipsorum cum eo quod nõ est cognoscamus: Ea uero cognita, falsum esse demonstremus: & hoc demonstrato, Sophistam in ipsum illigemus, siquidẽ reus est: aut etiam absolutum, in alio genere quæramus. THE. Maximè uerum esse uidetur, ô hospes, quod ab initio de Sophista dictum est, ægrè compræhendi posse hoc genus. Videtur equidem propugnaculis refertus esse, quorum si quod præstruxerit, hoc prius expugnare necesse est, quàm ad illum ipsum perueniamus. Nunc enim uix id quod non est, quòd non sit, præstructũ pertrãsiuimus, & aliud obiectum est, & quòd falsum sit circa sermonem & opinionẽ demonstrare oportet: & post hoc fortassis aliud, & adhuc aliud post illud: & ut apparet, nullus unquã finis conspicietur. HOS. Cõsidere semper oportet, ô Theætete, si quis uel parum ulterius semper progredi possit. Quid enim in alijs fecerit, qui in his animũ despondet? Profectò aut nihil in illis efficiens, aut etiã rursus retrorsum depulsus talis, nullatenus unquã, iuxta id quod prouerbio dicitur, urbem cæperit. Nunc uero, ô bone, quandoquidẽ hoc quod dicis, transactũ est, maximum sanè munimentũ nobis captum fuerit. Reliqua uero iam faciliora sunt ac minora. THE. Rectè dixisti. HOS. Sermonẽ itaq; primum & opinionẽ, uelut dictũ est, nunc distinguamus, quo clarius rationem reddamus, utrum ipsorum attingat id quod non est: aut omninò uera quidem sint ambo hæc, neutrum uero unquam falsum. THE. Rectè. HOS. Age itaq; quemadmodum de specieb. & literis dicebamus, de nominibus rursus similiter consideremus. Videtur enim hoc modo se habere id quod nunc quærimus. THEAE. Quid igitur de nominibus considerandum est? HOS. An omnia inter se coaptantur, aut nullum, aut partim, partim non. THEAE. Manifestũ hoc est, quòd quædam coaptari uolunt, quædã non. HOS. Fortasse tale quiddam dicis. Quòd quæ quidẽ consequenter dicuntur, & aliquid significant, coaptantur: quæ uero dum continuantur, nihil significant, non coaptantur. THEAE. Quomodo & quid hoc dixisti? HOSP. Quod & arrepturum te, & confessurum esse putaui. Duo enim sunt genera declarationum, quæ uoce circa essentiam fiunt. THEAE. Quomodo? HOS. Alterum nomina, alterum uerba uocatur. THEAE. Dic utrunq;. HOS. Declarationem quæ de actionibus est, uerbum dicimus. THEAET. Etiam. HOSP. At signum uocis impositum his qui illas faciunt, nomen. THEAE. Maximè. HOS. Proinde ex nominibus solis continenter dictis, nunquam efficitur sermo, neq; rursus ex uerbis absq; nominibus prolatis. THEAE. Hęc non intelligo. HOS. Clarum est quòd ad aliud quid respiciẽs modò assentiebaris. Nam hoc ipsum dicere uolebam, quòd hæc dum ita continenter dicuntur, non sunt sermo. THEAE. Quomodo? HOS. Velut ambulat, currit, dormit, & alia quæ actiones significant uerba, etiamsi omnia ipsa quis consequenter dicat, nihilo magis sermonem efficit. THEAET. Quomodo enim? HOS. Et rursus quum quis dicat, leo, ceruus, equus, & quæcunq; sunt nomina eorum qui actiones faciũt, etiam secundum hanc continuationem nullus adhuc sermo conficitur. Nam quæ proferuntur, nullam neq; hoc, neq; illo modo actionem, aut actionis impeditionem significant, neq; eius quod est, neque eius quod non est essentiam, prius quàm uerba nominibus quis admisceat. Tunc enim & adaptat, & statim fit sermo, prima complicatio ferè primis etiamsi minimus sermo. THEAE. Quomodo hoc dicis? HOS. Cùm quis dicit, sermonẽ ne dicis hunc & breuissimum & primum? THEAET. Ego sanè. HOS. Declarat enim iam tunc de his quæ sunt, aut fiunt,

Nomina et uerba, duo declarandi uoce genera

Sermo ex nomine & uerbo constat

aut fiunt, aut facta sunt, aut futura sunt: & non nominat solùm, sed etiam quid perficit, uerba nominibus connectens. Quapropter etiam dicere ipsum, non solùm nominare dicimus, & huic connexioni sermonis nomen imposuimus. THEAE. Rectè. HOS. Sic itaq;, quemadmodũ res partim inter se coaptantur, partim nõ, etiam uocis signa partim non consonant, partim consonant & coaptantur, atq; sic sermonẽ efficiunt. THE. Maximè. HOS. Adhuc exiguum hoc restat. THE. Quod istud? HOS. Necesse est sermonem cùm sit, alicuius sermonem esse, ut enim nõ sit alicuius, impossibile est. THEAE. Ita est. HOS. Non'ne & qualem quendã ipsum esse oportet? THE. Quidni? HOS. Animũ itaq; aduertamus nobis ipsis. THE. Par est utiq;. HOS. Dicam tibi sermonẽ, componens rem cum actione, per nomen & uerbum. Cuius autem sit sermo, tu mihi dicito. THE. Hoc fiet pro uiribus. HOS. Theætetus sedet, num longus hic sermo est? THE. Non, sed moderatus. HOS. Tui itaq; muneris fuerit dicere, de quo & cuius est. THE. Manifestum est quòd & de me, & meus est. HOS. Quid uero rursus hic? THEAET. Quis iste? HOSP. Theætetus, cum quo ego nunc disputo, uolat. THEAET. Et hunc nemo aliter dixerit, quàm meum & de me esse. HOSP. Qualem uero quendam unũquenq; sermonem esse, necessarium dicimus. THE. Etiam. HOS. Qualem itaq; utrunq; horum esse dicendũ est? THE. Alterum falsum, alterũ uerum. HOS. Dicit autem alter qui uerus est, ea quæ sunt, ut sunt de te. THE. Quidni? HOS. Falsus uero alia ab his quæ sunt. THE. Etiam. HOSP. Quæ ergo non sunt, uelut sint dicit. THE. Ferè ita. HOS. Quæ uero alia sunt ab his quæ sunt, de te dicit. Multa enim diximus quæ sunt circa unumquodq; esse, multa uero quæ non sunt. THE. Maximè. HOS. Quem itaq; posterius de te dixi sermonem, cum necesse est primùm ex his quę definiuimus quid esset sermo, unum ex breuissimis esse. THEAE. Nunc certè hoc modo consensimus. HOS. Postea uero alicuius. THE. Sic est. HOS. Si uero non est tuus, non sanè alterius ullius. THE. Quomodo enim hoc? HOSP. Si uero nullius est, neq; sermo omninò fuerit. Pronunciauimus em̃ fieri non posse, ut qui sermo sit, nullius sermo sit. THEAE. Rectissimè. HOS. Quæ igitur de te dicuntur alia, uelut eadem, & quæ non sunt, uelut quæ sint: huiusmodi compositio, ut apparet, ex uerbis & nominibus constans, reuera & uerè fit sermo falsus. THEAET. Verissimè equidem. HOSP. Quid uerò cogitatio, & opinio, & imaginatio, non'ne iam manifestũ est, hæc genera & falsa, & uera omnia, in animis nostris generari? THE. Quomodo? HOS. Hoc modo cognosces facilius, si primum acceperis quid sint ipsa, & quomodo singula inter se differant. THEAE. Dic solùm. HOS. Nõ'ne cogitatio quidem & sermo idem sunt, nisi quòd quæ intra animam ad seipsam fit absq; uoce disputatio, hoc ipsum nobis cogitatio dicitur. THEAE. Maximè. HOSP. Qui uero ab illa per os procedit cum sono fluxus, sermo appellatus est. THEAET. Vera dicis. HOS. Sed & in sermonibus hoc ipsum esse scimus. THEAE. Quod istud? HOS. Affirmationem & negationem. THEAE. Scimus. HOSP. Quum igitur hoc in anima per cogitationem cum silentio generatur, habes'ne quomodo ipsum appelles, præterquã opinionem? THEAET. Et quomodo? HOS. Quid uero quum non per seipsam, sed per sensum affuerit alicui talis affectio, num fieri potest ut rectè aliud quid, quàm imaginationem dicamus? THEAET. Nihil aliud. HOSP. Non'ne quandoquidẽ sermo uerus erat & falsus: Ex his autem uisa est cogitatio quidem, ipsius animæ ad seipsam disputatio: Opinio uero cogitationis cõclusio: Imaginatio uero sensus & opinionis permixtio: necessarium est quum & hæc sermoni cognata sint, ipsorum aliqua etiam aliquando falsa esse? THEAET. Quidni? HOSP. Intelligis igitur facilius nobis inuentam esse falsam opinionem, & sermonem falsum, quàm pro expectatione, qua paulò ante timuimus, ne omninò irritum opus aggrederemur, hoc ipsum quærentes? THEAE. Intelligo. HOS. Ne itaq; ne de cæteris quidem animum despondeamus. Quandoquidem enim hæc comparuerunt, superiorum secundum species diuisionum memoriam reuocemus. THEAE. Quarum? HOSP. Artem faciendi simulachra in duas species diuisimus, alteram assimilãdi, alteram spectra efficiendi. THEAE. Etiam. HOSP. Et de Sophista nos ambigere dicebamus, in utra specie ipsum poneremus? THEAE. Est ita. HOSP. Et quum de hoc nos ambigeremus, adhuc maior caligo nobis offusa est, quum appareret sermo de quo omnes ambigunt, quòd neque imago, neque simulachrum, neq; spectrum ullum omninò sit: eo quòd nequaquã unquam us-

Cogitatio quatenus sit sermo

Opinio quid sit Imaginãtio quid sit

Verum & falsum in cogitatione, opinione, & imaginatione esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam sit falsum. THEAET. Vera dicis. HOSP. Nunc autem postquam uisus est sermo falsus esse, & opinio falsa, euidens est sanè etiam imitamenta eorum quæ sunt esse, & ex hac affectione artem decipiendi oriri. THEAET. Euidens est. HOSP. Sed & quòd Sophista ex horum deceptorū numero esset, non'ne nobis in superioribus concessum est? THE. Etiam. HOS. Rursus itaq; propositum genus bifariam secantes, progredi semper conemur, iuxta eam quæ ad dexteram est eius quod sectum est partem, ita ut ex societate Sophistæ hæreamus, donec omnibus quæ cum alijs communia habet sublatis, propriam ipsius restantem naturam ostendamus, maximè quidem nobis ipsis. Postea uero etiã his qui ex natura ad huiusmodi methodi genus proximè accedunt. THEA. Rectè. HOSP. Non'ne tunc artem faciendi, & acquirēdi diuidere incipiebamus? THE. Etiam. HOSP. Et in acquirendi artis specie uenatoria, & decertatoria, & mercatura, & in quibusdam alijs speciebus Sophista nobis apparebat? THEAE. Maximè. HOSP. Nunc uero postquam ipsum complexa est ars imitandi, manifestum est quòd ipsam faciendi artem bifariam diuidere oportet. Nam imitatio effectio quædam est, simulachrorum tamen dicimus, & non ipsarum rerum singularū. Nunquid? THE. Maximè. HOS. Faciendi itaq; artis primùm duæ sint partes. THE. Quæ istæ? HOS. Altera diuina, altera humana. THE. Nondum intelligo. HOS. Omnem faciendi artem, si meminimus eorum quæ ab initio dicta sunt, facultatē quandam esse dicimus, quæ causa fit his quę prius nõ sunt, ut posterius siant. THE. Meminimus. HOS. Animalia itaq; omnia mortalia, & stirpes, & quæ in terra ex seminibus & radicibus nascūtur, & quæ inanimata in terra concrescunt corpora, siue liquari siue nõ liquari possint, num ab alio quodam quàm à deo opifice posterius fieri dicimus, quum prius non sint? Aut uulgi dogma ac sermonem sequemur? THEAET. Quem'istum? HOS. Quòd natura gignat hæc ipsa, à causa quadam spontanea, & absque mente hæc producente: aut cum ratione & scientia diuina à deo contingente. THE. Ego fortassis ob ætatem sæpe ambo uicissim opinor. Nunc tamen ad te respiciens, & suspicans te putare, hæc ipsa per deum fieri, hoc modo etiam ipse sentio. HOSP. Rectè ô Theætete. Et si quidem arbitraremur te in posterum ex eorum numero fore, qui aliter quodammodo opinantur, nunc sanè conaremur sermone, cum necessaria persuasione efficere ut nobis assentireris. Quandoquidem uero naturam tuam intelligo, quòd etiam absq; nostris sermonibus accedet ad ea, ad quæ nunc trahi te dicis, omittam. Tempus enim inutiliter perderemus. Cæterum ponam ea quidem quæ natura fieri dicuntur, diuina arte fieri, quæ uero ex his ab hominibus componuntur, humana: & secundum hunc sermonē duo artis faciendi genera esse, alterum humanum, alterum diuinum. THEAET. Rectè. HOSP. Cùm itaq; duæ sint faciendi artes, utranque ipsarum bifariam secato. THEAE. Quomodo? HOS. Velut tunc secūdum latitudinem omnem faciendi artem secabas, nunc rursus secundum longitudinem secato. THEAE. Secetur. HOSP. Quatuor itaque sic omnes ipsius partes fiunt, duæ quidem ad nos spectantes, humanæ: duæ rursus ad deos, diuinæ. THEAE. Etiam. HOS. His uero uelut aliter rursus diuisis, pars quidem una ab utraq; parte effectrix dicitur. Reliquæ duæ uero ferè simulachrorum effectrices nominantur. Et secundum has, ars faciendi rursus bifariam diuiditur. THEAET. Quomodo utraq; ipsorum dicito. HOSP. Nos quidem & alia animalia, & ea ex quibus sunt ea quæ existunt, ignem & aquam, & his cognata, omnia & singula hæc effecta, Dei opera esse scimus: aut quomodo? THEAET. Ita. HOS. Horum autem simulachra singulorum & non ipsa, & hæc diuina arte facta sequuntur. THEAET. Qua illa? HOS. Et quæ in somnis, & quæ interdiu spectra sua sponte obortа dicuntur: Vmbra quidem, quum in igne tenebræ fiunt: duplex uero, quando lumen & proprium & alienum, circa splendida & læuia in unum coiens, speciem effecerit exhibentem sensum contrarium superiori consuetæ uisioni. THEAET. Duo igitur hæc sunt diuinæ effectionis opera, & quod ipsum est, & simulachrum ad unumquodque sequens. HOSP. Quid uero nostram artem, non'ne ipsam quidem, domum per ædificatoriam facere dicemus, per picturam uero, quandam aliam domum, uelut somnium humanum uigilantibus effectam? THEAET. Maximè. HOSP. Proinde etiam alia sic secundum duo, duplicia opera nostræ effectricis actionis, alterū quidem ipsum eius artis quæ ipsum per seipsam facit, dicimus: alterum uero simulachrum, eius quæ simulachra

Ars decipiendi

Ars faciendi quid sit

Faciendi artis pars humana

Diuina faciendi ars duplex

Spectrorū productio

Humana faciēdi ars duplex

simulachra efficit. THEAET. Nunc magis intelligo, & duas faciendi artis species bifariam pono, diuinam quidem & humanam secundum alteram sectionem: secundum alteram uero, & ipsum quod est, & simulachrorum quorundam effectionem. HOS. Eius igitur quæ simulachra efficit recordemur, quòd alterum genus assimilandi, alterum spectra faciendi esse debet, si falsum reuera falsum esse, & unum quiddam ex his quæ à natura sunt uideri debet. THEAET. Ita sanè dictum est. HOS. Non'ne & ita uisum est, & propterea citra ambiguitatem duas species ipsi annumerabimus? THEAET. Etiam. HOS. Speciem itaq; faciendi spectra rursus bifariam diuidimus. THEAET. Quomodo? HOS. Alteram quæ per instrumenta fit: alteram ipsius qui seipsum exhibet instrumentum eius qui facit spectrum. THEAET. Quomodo dicis? HOS. Quum tuam figuram quis suo ipsius corpori assimilem apparere facit, aut uocem uoci, Imitatio artis faciendi spectra hoc maximè appellatur. THEAET. Etiam. HOSP. Imitatoriam itaque hanc ipsius speciem appellantes distribuamus. Reliquum uero omne fatigati dimittamus, & ut alius in unum congreget, & conueniens ipsi cognomen attribuat sinamus, THEAET. Distribuatur illa, hoc autem dimittatur. HOS. Sed & hãc adhuc duplicem ô Theętete putare æquum est. Quapropter uero, considera. THEAET. Dic. HOS. Qui imitantur, partim scientes id quod imitantur, hoc faciunt, partim ignorantes. At quam maiorem diuisionem ignorantia & scientia ponemus? THEAET. Nullam. HOS. Non'ne ea quam modo diximus imitatio scientium erat? Nam tuam figuram, & te cognoscens quis imitari poterit. THEAET. Quid ni? HOSP. Quid uero iustitiæ, & in summa totius uirtutis figuram, non'ne ignorantes quidē, putantes autem quodammodo, plerique aggrediuntur, id quod sibijpsis uidetur, hoc quàm maximè tum operibus, tum sermonibus imitantes, ut qui expetāt facere, ut id in ipsis esse appareat. THEAET. Plerique admodum. HOSP. Num igitur omnes non assequuntur hoc ut iusti esse uideantur, quum nequaquam sint? aut omnino contrà? THEAET. Contrà. HOSP. Imitatorem itaque hunc alium ab illo dicendum esse puto, ignorantem nimirum alium à scientе. THEAET. Etiam. HOSP. Vnde igitur nomen utriq; ipsorum competens quis sumet? aut manifestum est difficile hoc esse, eo quòd generum in species diuisionis, uetus quędam ut apparet, & non prudens condemnatio superioribus nobis affuit, adeò ut ne aggressus quidem sit quispiam diuisionem. Ex quo necessariò sequutū est, ut non admodum nominibus abundarint. Attamen etiamsi dictu audacius sit, dignotionis gratia, imitationem quæ cum opinione fit, opinionis imitationem appellemus: quę uero cum scientia, scientiæ & historicam quandam imitationem. THEAET. Sit ita. HOSP. Alteri itaq; utendū est. Nam Sophista non inter scientes, sed inter imitantes erat. THEAE. Valdè equidem. HOSP. Opinionis itaq; imitatorē consideremus, quemadmodum ferrum, an sanus & integer sit, aut duplicem quādam laminam in seipso habeat. THEAE. Consideremus. HOSP. Habet itaq; & ualdè magnam. Nam alter ipsorum fatuus est, putans se scire ea quæ opinatur. Alterius autem figura, propter uolutationem in sermonibus, multam suspicionem & timorem habet, quòd ignoret ea quæ erga alios scire se simulat. THEAET. Maximè igitur utriusq; generis est, ex his quæ dixisti. HOSP. Proinde alterum simplicem quēdam imitatorem: alterum simulantē imitatorem ponemus. THEAET. Consentaneum est. HOSP. Huius autem genus rursus unum'ne aut duo ponemus? THEAET. Tu uideas. HOSP. Considero, & mihi duplices quidam esse uidentur. Alterum enim publicè & longis sermonibus, ad multitudinem simulatione uti posse uideo: alterum autem priuatim & breuibus sermonibus cogere, ut is cum quo disputat ipse sibijpsi contraria dicat. THEAET. Rectissimè dicis. HOSP. Quem igitur pronunciabimus esse eum qui longis sermonibus utitur? Num ciuilem aut popularē? THEAET. Popularem. HOSP. Quem uero alterum dicemus, sapientem aut sophisticum? THEAET. Sapientem equidem dicere impossibile est, quādoquidem ignorantem ipsum posuimus. Quum uero sapientis sit imitator, denominationem nimirum ab ipso quandam assumet, & ferè iam intelligo, quòd hinc appellare oportet illum ipsum uerè penitus & reuera Sophistam. HOSP. Proinde nomē ipsius uelut antea in superioribus colligabimus, à fine ad principium usque ipsum complexi. THEAET. Maximè. HOSP. Eum itaq; qui in disputando contradicere alium sibijpsi facit, & simulantis par

Imitatoria duplex

Spectra faciēdi ars duplex

Sophistæ duplex

Sophistæ quid sit in summa

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis, quæ opinione ducitur, imitator est, & generis spectra efficiendi ex arte faciendi simulachra, non ad diuina, sed humana opera destinatus est, & in sermonibus partem quæ miracula edit sequitur: hunc qui reuera Sophistam esse dixerit, ex hac progenie, & ex hoc sanguine prognatum, is uerissima ut apparet dicet. THEAET. Profectò ita res se habet.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN LIBRVM Platonis de Regno, uel Virum ciuilem.

CVM deus atq; natura hominem agendo producant, eum certe producunt, ut agat, agat inquam gratia diuinorum. Quemadmodū uero alius finis est cuius gratia natura efficit pollicem, alius cuius gratia manum siue pedem, aliusq; rursum ad quem totum efficit hominem: sic alius finis est ad quem hominem dirigit singularem, alius quoque ad quem familiam, itemq; alius ad quem ciuitatem atque regnum. Ac denique finis ille existimandus est optimus, cuius gratia deus totum genus humanum procreauit. Nemo uero existimet, cum proprij cuiusq; cœtus certus sit finis, nullum esse totius: cumq; humanæ uitæ partibus insit ordo, in uniuerso tamen uitæ genere esse confusionem: deniq; cum partes ob finis unius intentionem inter se habeant unionem, totum ipsum esse dispersum. Quamobrem necesse est certum esse humani generis finem, eumq; in actione quadam circa perfectiora consistere, per quā & superiora pro uiribus imitetur, & diligenter inferiora gubernet: scientia quidem naturalia perscrutetur, prudentia uero disponat humana, pietate autem diuina colat atq; ueneretur. Eiusmodi ergo finis uitam exigit geminam, & in actione & in contemplatione similiter constitutam, eo tamen pacto, ut actio contemplationis tanquam diuinioris gratia sit instituta. Cæterum absoluta utriusq; uitæ perfectio, tot tantisq; & tam uarijs adminiculis indiget, ut neque à paucis quibusdam, neq; etiam à multis hominibus, sed ab uniuerso simul hominum genere duntaxat posit expleri. Fieri uero non potest ut tam diuersæ gentes per media tam diuersa ad unum omnium communemq; finem perducantur, nisi ab uno per unam quandam legem cunctos in unum pariter conducente. Quemadmodum neq; fabri ministriq; genere simul atque ingenio longe inter se discrepantes, materias admodum uarias ad formam unam ædificij conferentes, in unum unquam commode congregabunt & construent opportune, nisi ab una quadam architecti unius lege regantur. Quapropter non iniuria Plato cum regem quæreret mundi monarcham, principio architectum produxit in medium, scientiamq; in tria tandem distinxit genera. Quorum primum in cognoscendo, secundum in agendo, tertium in faciundo uersatur. In primo arithmetram geometramq;, in secundo architectum, in tertio fabrum ministrumq; collocauit, probans architecti facultatem inter speculationē solam solumq; ministerium mediam esse ponendam, magis tamen speculationis quàm ministerij esse participem, neque iudicare solum geometrarum more, uerumetiam facientibus imperare, opificioq; semper adesse. Qualem fermè uult regem esse debere, qui uidelicet & contemplantium more uera dijudicet, & iura non aliena quidem, sed sua mandet agenda. Proinde Plato exactissima usus diuisione, quæ definitioni scientiæq; admodum necessaria est, Regem Homerico more nominat generis humani pastorem atq; curatorem. Quem totius humani generis unius quasi oculis unum esse pastorem debere designat, ubi deum inquit quondam humani generis fuisse pastorem, sub quo & regnum illud Saturni aureum extitisse. Gubernatorem quoq; regem humanæ uitæ quasi nauis iudicat appellandum. Significat autem in unum esse imperium omnium conferendum, ut humana gubernatio diuinæ quàm simillima sit. siquidem & deus unus mundi totius est rector. Quod quidem his quoq; breuiter rationibus confirmatur. Principio si tres mundi partes Asiam, Africam, Europam, regibus distributas tribus subegeris, facile admodum continget ut uel unus duobus uel duo uni quandoque inferant bellum, aut saltem de finibus, aut alia quapiam de re disceptare cogantur. Itaq; uel inter eos ad unum trium erit litis iudicium deferendum, uel ad quartum quendam præter tres iudicem constitutum. Quacunq; tandem id ratione fiat, necesse erit iudicem, si modo sententiæ sit illius acquiescendum, imperium in eos inter quos iudicatur, habere. alioquin nullius momenti erit iudicium, frustraq; iudicabitur, quod uideri posit regibus, uel magis, uel saltem æque potentibus dissoluendum. Vnum igitur oportet esse regem omnium iudicem, omnibus proculdubio uenerandum. Præterea uirtutum exemplar subiectis oportet esse regem. Maxime uero talis erit, si unus fuerit ante omnes, in quem oculos cuncti conijciant. Qui si orbem totum possederit, nec regnum ulterius affectabit, nec alijs inuidebit. Quæ duo scilicet cupiditas & inuidia, solent rapinas & bella potissimum procreare. Et cum sua charissima sint, maxime diliget omnes tanquam suos, pariterq; omnes diliget nationes, pariterq; curabit. Optabit pacem summopere, cupiet tranquillitatem, bonorumq; omnium copiam, quæ lis utiq; monarchiæ umbra quædam apparuit imperante Octauiano. Subditi uero & iustissime uiuent, cum iniustis nullus usquam pateat fugæ aditus sub monarcha: & quamuis in minima peccandi licentia, tamen in summa libertate uiuent, non tyrannis, paucisue potentibus, uel insanientis populi subiecti furoribus, sed à sapiente & iusto pioq; rege sic ad commune bonum perducti, tanquam nautæ à prudentia iusti gubernatoris ad portum. Qua quidem in re & qui regitur obtemperando regi sibipsi consulent, & rex ipse non tam sibimet quàm cunctis qui suæ curæ à deo commissi sunt, uiuet. Recta enim gubernatio, quemadmodum in libris De repub. disputatur, gubernatorem quidem eorum qui gubernantur gratia, non gubernatos gratia gubernatoris instituit. Comparat præterea regem medico, mouens ut medicorum more & opportune & si opus fuerit importune, & uolentibus, & quandoque nolentibus imponat leges, remediaq; afferat salutaria. Eiusmodi uero gubernatorem atque curatorem sæpius ciuilem uocat uirum quàm regem, significans adeo humanum, ac si fieri posit, mitem esse debere, ut inter ciues ut deatur esse conciuis, prudentia, iustitia, cura potius quàm alio quouis excessu superior. Quod si quis longissimo quodam interuallo prudentia & iustitia manifeste cunctos exuperet, hunc etiam si priuatus uixerit, esse regem omnium à deo creatum absque controuersia iudicat. Sin autem inter aliquos quantum ad hæc spectat, parum admodum interfit, illis quodammodo redactis ad unum autoritatem regiam tribuendam: multis uero nequaquam. Quippe cum multi nequeant tanta autoritate digni alicubi reperiri. Tradi uero autoritatem regiam ut ex alijs eius libris coniectare licet, uult à senioribus atque probatissimis, quorum senatus deinde sit collega regis, quasi quædam respub. optimatum. Rex autem unà cum senatu leges condat: quas non liceat uel cuiquam priuato transgredi, uel uulgo mutare: liceat tamen regi senatuiq; simul pro temporum opportunitate quatenus expedit, diligenti cum æquitate & rebus ipsis accommodare atq; temporibus, & si oportuerit permutare: Regem ipsum in epistolis sacrum haberi censet, sacerdotemq; more Aegyptiorum constitui, sacrorum mysteriorumq; antistitem: & utpote sacrum, nequando contaminetur, non permittit iudicijs ubi de cæde exilio, carcere agitur, interesse. Proinde in hoc ipso libro eiusmodi regiam dignitatem gubernationum omnium optimam esse probat, ut diximus: pessimam uero tyrannidem, quæ neq; lege, neque mente legitima imperat, sed impetu potius atque libidine. Secundo loco laudat optimates, pariterq; uituperat potentiam paucorum. Tertio loco multorum laudat gubernationem, scilicet popularem, si lege gubernet: similiterq; uituperat, si non lege. Post hæc autem quid regium sit officium disputat, nidelicet ut quotcunque hominum generi necessaria sint prouideat, præsertimq; ad bene beateq; uiuēdum. Iudicetq; prudenter quot artes & quales ad hoc ipsum conferant, siue in pace, siue in bello, seu in dicendo, seu agendo, uel publice, uel priuatim, habeatq; unà cum senatu summum in omnes imperium. Præcipue uero animos omnium decentissima quadam fortitudinis temperantiæq; mixtione componat, musicos imitatus, qui acuta grauibus rite miscentes, concentus suauissimos modulantur. Demonstrat enim, & id quidem diuine, non esse tutum animos uel fortitudinem uersus quasi acutum supra modum intendere, uel temperantiam uersus quasi in graue nimis remittere. Illinc enim efferatos, hinc effœminatos tandem euadere: & illi quidem ciues & patriam uelut hostes inuadunt: hi uero neq; se, neq; patriam tuentur ab hostibus. Quamobrem optimum censet ex concinna utriusq; utriusq; copula, ingeniorum consonantiam ubiq; constari. Sed hactenus de libri ordine satis sit dictum. Quæ uero de sphærarum motu, prouidentiaq; & fato disputat, in theologia nostra satis exposuimus. In his certe nos allegorice docet, non habere nos uerum legitimumq; regem, nisi uel in ipso cœlo uel in terris eum quem uelut pastorem cœli rex nobis ipse præfecerit, pastorem inquam, non nomine solum, sed uitæ similitudine ipsum cœli regem pro uiribus referentem. Commemorat & duo regna, Iouis scilicet & Saturni, regnumq; Saturni regno Iouis tanquam felicius anteponit. Siquidem sub Ioue actio uitaq; humana, sub Saturno autem contemplatio diuinorum significatur. Saturnus enim Græco nomine Cronos, ut, Plato in Cratylo docet, puritatem integritatemq; mentis inuiolabilem comprehendit. Quod autem ait Saturno regnante beatos homines uiuere, ostendit diuina quadam uiri mente regnante, quo actiones gratia contemplationis instituat, humanum genus fore beatum. Ego autem finem mox argumento faciam, si breuem prius allegoriam mysterij huius adduxero. Ait enim præsentem mundi circuitum ab oriente ad occidentem esse Iouium atque fatalem, uerum fore quandoq; alterum huic oppositum sub Saturno ab occidente uicissim ad orientem. In quo sponte nascentur homines atque à senio procedent in iuuentutem, alimentaq; illis ultro æterno sub uere ad notum suppeditabuntur. Iouem, ut arbitror, animam mundi uocat, cuius lege fatali manifestius hic manifesti mundi ordo disponitur. Præterea uitam animorum in corporibus elementalibus, Iouiam esse uult sensibus actionique deditam. Saturnum uero supremum inter angelos intellectum, cuius radijs illustrentur inter angelos animæ accendanturq;, & ad intellectualem uitam continue pro uiribus erigantur: quæ quoties ad uitam eiusmodi conuertuntur, eatenus sub regno Saturni dicuntur uiuere, quatenus intelligentia uiuunt. Proinde in ea uita ideo sponte dicuntur regenerari, quia electione propria in melius reformantur. Rursus in dies reiuuenescere, id est in dies, si modo ibi dies dinumerantur, magis magisq; florescere. Hoc illud apostoli Pauli. Homo interior renouatur in dies. Denique illis alimenta sponte affatim sub perpetuo uere suppeditari, quia non per sensus operosamq; disciplinam, sed per lumen intimum, summaq; cum uitæ tranquilli tate atque uoluptate miris ueritatis ipsius spectaculis perfruuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS ATHENIENSIS VIR CIVILIS, SIVE DE REGNO. *Rationalis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. THEODORVS. HOSPES. SOCRATES IVNIOR.

MVLTAM profectò gratiam tibi debeo ô Theodore, ꝙ & Theætetum, simulꝙ hũc hospitẽ, notos mihi reddidisti. THEO. Triplam huius fortassis debebis ô Socrates, postquã & ciuilem uirũ & philosophũ tibi absoluerint. SOC. At age chare Theodore, hoc ita ex te audiuisse dicemus uiro circa ratiocinationes & res geometricas præstãtissimo? THEO. Quõ ô Socrates? SOC. Quòd unũquenꝙ horũ uirorum in æquali dignitate posuimus, qui præstãtia inter ie amplius distãt, ꝙ pro uestræ artis proportione. THEO. Bene equidem per nostrum deũ ô Socrates Ammonẽ, & iustè, & ex præsenti admodũ memoria, meũ circa ratiocinationes peccatũ reprehendisti, & te quidem ea de causa rursus cõueniam. Te uero ô hospes nequaquã pigeat nobis gratificari, sed deinceps siue ciuilem uirũ, siue philosophũ prius malueris, pro arbitrio tuo recẽse. HOSP. Facienda sunt hæc ô Theodore, quãdoquidẽ semel aggressi sumus, & non desistendũ prius, quàm ad finem ipsa perduxerimus. Cęterũ de Theæteto hoc quid me facere cõuenit? THEO. In qua re? HOSP. Quietũ ipsum reddemus, assumpto ipsius coexercitatore Socrate hoc, aut quid cõsulis? THEO. Velut dixisti assumito. Nam quũ iuuenes sint, facilius omnẽ laborem à quiete ferẽt. SOC. Atqui uidentur ô hospes ambo alicũde mecũ cognationẽ quandã habere. Alterũ enim uos secundũ faciei naturã, mihi similem uideri dicitis: alterius aũt nomẽ & appellatio nomen meũ referẽs, conjunctionẽ quandã inducit. Oportet itaꝙ nos semper cupidè per sermones explorari eos qui nobis cognati sunt. Cũ Theæteto igitur & ipse heri per sermones cõuersatus sum, et nunc respondentẽ audiui. Cũ Socrate uero neutrũ horũ adhúc mihi interceſſit. Oportet aũt & hunc cõsiderare. Mihi igitur aliàs, ti bi uero nũc respõdeat. HOS. Hæc ita fient ô Socrates. Audis Socratẽ? SOC. IVN. Etiã. HOS. Assentiris his quę dicit? SOC. IVN. Maximè. HOS. Nihil tuarũ rerũ impedire te uidet. Oportet aũt fortassis & meas minus mihi impedimẽto esse, At uero post Sophistã, necessariũ est ut mihi uidet, ciuilem uirũ nos inuestigare. Et dic mihi an & hic nobis ex scientia prędditis aliquis ponẽdus sit, aut quõ? SOC. IVN. Ita. HOS. Scientiæ igit nobis distinguendæ sunt, quèmadmodũ quũ priorẽ cõsiderabamus. SOC. IVN. Fortassis ita. HOS. Nõ tamẽ secũdũ eandẽ diuisionẽ, ut mihi uidet ô Socrates. SOC. IVN. Quid tũ? HOS. Secundũ aliã. SOC. IVN. Apparet. HOS. Ciuilem igit uiam quõ quis inuenerit? Inuenire eñ ipsam oportet, & seorsum ab alijs ablatã, una quadã idea obsignare, & ubi reliquis diuerticulis unã aliam speciẽ assignauerimus, uniuersas scientias, duas species esse, in animũ nostrũ inducere. SOC. IVN. Hoc iã tuũ opus arbitror esse ô hospes, & nõ meũ. HOS. Oportet tamẽ ipsum etiã tuũ esse ô Socrates, ubi manifestũ nobis factũ fuerit. SOC. IVN. Rectè dixisti. HOS. Non'ne Arithmetice, & quędã aliꝙ huic cognatæ artes, ab actiõib. liberę sunt, & cognitionẽ solũ exhibẽt? SOC. IVN. Est ita. HOS. Quæ uero circa fabrilem, & uniuersam per manus Chirurgiã uersant, scientiã possident uelut à natura actionibus insitã, & simul perficiunt ea quę ab ipsis fiũt corpora, quæ prius non erant. SOC. IVN. Quid tum postea? HOS. Hoc itaꝙ modo uniuersas scientias diuide, ut alteram in actu rerum uersantẽ, alteram cognitioni deditã appelles. SOC. IVN. Sint hæc tibi uelut unius totius sciẽtiæ species duę. HOS. Vtrũ igitur uirũ ciuilem, & regem, & dominũ, & insuper œconomũ ponemus, uelut unũ omnia hæc appellantes? aut tot artes esse dicemus, quot nomina dicta sunt? Verum potius hac me sequere. SOC. IVN. Quã? HOS. Hac. Si ꝙs priuatus, alicui ex publicis medicis cõsulere possit, nõ'ne necesse est ipsum nomine artis appellare eodẽ, quo & eũ cui cõsulit? SOC. IVN. Etiã. HOS. Quid

Ciuilis uir sciẽtia prædituς

Sciẽtiæ uniuersæ, species duæ

Quid uero si quis priuatus, uirũ regionis regẽ admonere possit, non'ne dicemus ipsum habere sciẽtiam, quã ipsum principẽ possidere oportebat? SOC. IVN. Dicemus. HOS. Atqui ueri regis sciẽtia regia est. SOC. IVN. Etiam. HOS. Qui uero hãc possidet, nõ'ne siue princeps siue priuatus fuerit, omnino secundũ ipsam artem regius recte nominabitur? SOC. IVN. Æquũ fuerit. HOS. Sed & œconomus & dominus idẽ est. SOC. IVN. Quid ni? HOS. Quid uero num differũt quod ad principatũ attinet, magnæ habitationis forma, aut paruæ ciuitatis moles? SOC. IVN. Nihil. HOS. Proinde id quod nunc cõsiderabamus manifestũ est, ꝙ circa omnia hæc una est Scientia. Hanc autem siue regiã, siue ciuilem, siue œconomicam quis nominat, nihil cum eo cõtendimus. SOC. R. Quid enim cõtenderemus? HOS. Atqui hoc manifestũ est, quòd omnis rex manibus & uniuerso corpore, parum quid ad cõseruandum principatũ potest, si ad animi prudentiam ac robur collatio fiat. SOC. Manifestũ est. HOS. Vis'ne igitur ut dicamus regẽ propinquiorem esse cognitionis scientiæ, quàm manuariæ, & ei quæ in actu rerum uersatur? SOC. Quid ni? HOS. Ciuilem ergo sciẽtiam, & ciuilem uirum, & regiam scientiã ac regium uirum, in idem, uelut unũ sint hæc omnia, cõponemus. SOCR. Clarum est. HOS. Proinde pergamus, deinceps ꝙ post hæc cognitionis scientiã distinguamus. SOC. Maximè. HOS. Animum itaꝙ aduerte an forte refugium aliquod in ipsa excogitemus. SOCRAT. Dic quale istud. HOS. Tale. Extat nobis ars quædam supputandi. SOC. Etiam. HOS. Ex cognitionis artibus penitus ut opinor. SOC. Quid ni? HOS. Arti itaꝙ supputandi cognoscenti numerorum differentiam, num amplius quoddam opus dabimus, ꝙ cognita iudicandi? SOC. Quid ni? HOS. Etenim quiuis Architectus non ipse operator est, sed operariorum princeps. SOC. Etiam. HOS. Exhibens sanè cognitionem, & non manuum operam. SOC. Ita. HOS. Iustè itaꝙ cognitionis scientiæ particeps esse dici poterit. SOC. Maximè. HOS. Hoc autẽ conuenit ut arbitror, ut postquã iudicauit non finẽ faciat, neꝙ discedat, quemadmodũ supputator discedebat, sed ut singulis operarijs id quod cõmodum est demandet, donec id quod cõmissum est absoluerint. SOC. Recte. HOS. Cognitionis igitur scientiæ sunt & huiusmodi omnes, & quę supputandi scientiam consequuntur. Iudicio autem & imperio inter se differunt hæc duo genera. SOCR. Apparet. HOS. Non'ne si uniuersæ cognitionis scientię diuisæ, alterum partem imperatoriam, alteram iudicatoriam appellaremus, concinnè nos diuisisse dixerimus? SOC. Secundum meam equidem opinionẽ. HOS. Atqui his qui in cõmuni quid faciunt grata est consensio? SOC. Quidni? HOS. Quouscꝙ igitur nos in hac cõspirauerimus, aliorum opiniones ualere sinamus. SOC. Quidni? HOS. Age itaꝙ in utra harũ duarum artium ponendus est nobis uir regius. Num in iudicatoria, uelut quidã spectator: aut potius in imperatoria, ut qui dominet? SOC. Quomodo nõ potius? HOS. Videndũ itaꝙ rursus an imperatoria ars aliquo modo distinguatur. Et mihi uidetur hoc modo: quemadmodum cauponũ ars distincta est ab eorũ arte qui sua ipsorũ opera uendunt, ita etiã regium genus à preconũ genere separatũ esse uidetur. SOC. Quomodo. HOS. Vendita prius opera aliena suscipiũt caupones, & rursus uendunt. SOC. Maximè. HOS. Non'ne & prœconũ genus alienas sententias demandatas suscipit, & ipsum rursus alijs mandat? SOC. Verissimè. HOS. Quid igitur in idem miscebimus regiam, cũ interpretandi, iubendi, uaticinandi, præconũ arte, & cum multis alijs artibus his cognatis, quę omnes hoc habent ut imperent: aut uis ut quemadmodũ nunc assimilamus, etiã nomen assimilemus, quandoquidẽ serè & sine nomine est eorũ genus qui ipsi per se imperant: & hæc ita diuidamus, ut regum genus in artem per seipsam imperantẽ ponamus, reliquo uero omni neglecto, alium quendã ipsis nomen imponere cõcedamus. Nam principis gratia hæc methodus nobis instituta est, & nõ contrarij generis. SOC. Maximè. HOS. Nõ'ne postquã hoc moderatè ab illis discessit, ab alienitate distinctum ad proprietatẽ, hoc rursus diuidere necesse est, si quam adhuc sectionẽ in hoc latentẽ habemus. SOC. Maximè. HOS. Et sanè uidemur habere. Quare sequere me, & simul mecũ diuide. SOC. Quomodo? HOS. Quicũcꝙ principes imperio utũtur, non'ne omnes ipsos imperantes ea de causa inueniemus, ut scilicet aliquid fiat? SOC. Quid ni? HOS. Sed & ea quæ fiunt omnia bifariam diuidere non admodum difficile est. SOC. Quomodo? HOS. Quædam ex ipsis animata sunt, quædam inanima. SOC. Etiã. HOS. Per hæc ipsa uero, si eam partem scien-

Imperium fit ut aliquid fiat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ fiunt duplicia sunt

scientiæ cognitionis quæ imperatoria est secare uolumus, secabimus. SOCR. Quomodo? HOS. Ita ut alteram ipsius partem ad facienda inanima ponamus, alteram ad animata faciẽda: & sic iam in totum bifariam diuidetur. SOC. Omnino ita. HOS. Alteram itaq; partem relinquamus, alteram assumamus: assumptam autem in duas in totum diuidamus. SOC. Vtram uero ipsarum assumendam esse dicis? HOS. Eam omnino imperatoriam partem quæ circa animalia uersatur. Non enim regiæ scientiæ unquam est inanimis præfectum esse, uelut Architectum: sed generosius inter animalia, & circa hæc ipsa, semper potestatem habet. SOC. Rectè. HOS. At productionis & educationis animalium pars altera circa unius educationem uersatur, altera circa cõmunem gregis pecorum curam. SOC. Rectè. HOS. Neq; uero ciuilem uirũ reperiemus unius curam gerentem, uelut is qui unum bouem, aut equum curat, sed ei magis similem qui multa boum ac equorũ armenta pascit. SOC. Apparet ita esse id quod dictum est. HOS. Num igitur animalium educationis cõmunem eorum quæ simul cõuersantur curam, armentariam siue gregariam, aut communem quandam pastionem nominabimus? SOC. Prout alterutrum ex his in sermonis usum uenerit. HOS. Rectè ô Socrates, & si obseruauerishoc ut de nominibus non solicitus sis, ad senectutem sapientia opulentior uideberis Nunc uero hoc uelut iubes faciendum est. Gregariam uero pastionem non intelligis quomodo quis, qui geminam ipsam pronunciarit, efficiet ut id quod in duplicibus nunc quærimus, tunc in dimidijs quæramus. SOC. Conabor, & mihi hominũ esse altera uidetur, altera brutorum pastio. HOS. Promptissimè ac fortissimè penitus diuisisti. Cauendũ tamen pro uiribus, ne hoc nobis rursus accidat. SOC. Quod istud? HOS. Ne paruã unam particulam ad multas ac magnas accipiamus, neq; sine specie: sed pars ipsa simul speciem habeat. Optimum quidẽ est statim id quod quæritur ab alijs separare, si id rectè fiat,

Diuisio uitiosa

quemadmodum tu paulò antè, diuisionem rectè se habere ratus festinasti, quum ad homines procedere sermonem uidisses. At non tutum est ô amice tenuia adeò rimari ac persequi. Securius autem est secando per media progredi, atq; sic magis quis ideas assequi poterit. Hoc uero totum plurimum ad quæstiones facit. SOC. Quomodo ô hospes hoc dicis? HOS. Conabor adhuc clarius exponere ô Socrates in tuæ naturæ gratiam. In hoc igitur quod nunc propositum est, ita declarare ut nihil desit, impossibile est: aggrediendum tamen ut perspicuitatis gratia paulò altius id ex superioribus repetamus. SOCR. Quid igitur in diuidendo non rectè nos fecisse censes? HOS. Tale quiddam, uelut si quis humanũ genus diuidere aggressus bifariam, ita diuidat uelut plerique hic partiri solent, qui Græcorum genus uelut unum seorsim ab omnibus accipiũt: Omnibus autem alijs generibus infinitis illis, & nec uita nec uoce inter se cõiunctis, Barbarum una appellatione genus attribuunt, ob unam hanc appellationem etiam genus unum ipsum esse censentes: Aut si quis numerum in duas species diuidere statuat, & decem milia uelut unã speciem ab omnibus resectam separet, & omni reliquo unum nomen imponat, & ob hanc appellationẽ genus alterum seorsum ab illo fieri censeat. Rectius autem & magis secundum species ac bifariam diuiserit, si numerũ in parem & im-

Diuisiõis ratio

parem diuidat. Humanum autem genus in masculinum & fœmininum. Lydos autem aut Phrygas, aut alios quosdam, ad alios omnes opponens tunc resecuerit, quando genus simul & partem diuisorum, utrunq; inuenire se posse desperat. SOCR. Rectissimè. At hoc ipsum genus & partem, quomodo quis euidẽtius cognouerit, quòd non idem sunt, sed alterum ab altero diuersum? HOSP. Non uulgare quiddam optime Socrates demandas. Et nos quidem nunc longius quàm conuenit à proposito sermone aberrauimus. Tu uero adhuc amplius nos diuagari iubes. Nunc igitur uelut par est ad id quod propositum est redeamus. Hæc uero rursus per ocium, uelut uestigia persequentes tractabimus. At uero hoc penitus uites, ne unquam putes te ex me audiuisse hanc

Species et pars quõ differant

euidenter distinctionem. SOCRAT. Quam istam? HOSP. Speciem & partem inter se diuersa esse. SOCRAT. Quid ni? HOSP. Quòd species quidem ubi alicuius fuerit, etiam partem esse necesse est ipsam eius rei, cuius species dicitur. Partem autem esse speciem, nulla necessitas est. Hoc modo magis quàm illo semper me dicere assere. SOCR. Fiet ita. HOSP. Dic itaq; mihi quod sequens est. SOCR. Quod istud? HOSP. Vnde nos aberrationis diuagatio huc perduxit. Ego enim hinc maximè arbitror, quòd tu interrogatus

gatus de gregaria pastione, quomodo diuidenda esset, ualdè promptè diceres duo esse animalium genera, alterum humanum, alterũ aliorum omnium brutorum item unum. SOC. Vera dicis. HOS. Et mihi sanè tunc uidebaris partem accipere, & reliquum omnium genus unum relinquere te putare, eo quòd omnibus idem nomen attribueris, dum bruta uocares. SOC. Ita & hæc facta sunt. HOS. Hoc uero ô fortissime tale quiddã fortassis est, uelut si aliud quoddam sapiẽs animal, quale gruum genus, aut aliud huiusmodi esse uidetur, eodem modo quo tu nominaret grues, uelut unum genus alijs animantibus oppositum, ipsumq; seipsum magnificè iactaret. Reliqua uero unà cum hominibus in idem cõprehensa, nihil aliud quàm fortassis bruta appellaret. Nos igitur omnia huiusmodi uereamur. SOC. Quomodo? HOS. Ne omne animalium genus diuidamus, quo minus ista nobis accidant. SOC. Nihil eñ opus est. HOS. Etenim & tunc nobis hac parte peccatũ est. SOC. Quid ita? HOS. Scientiæ cognitionis pars ea quæ imperat, educationis animalium generis erat, gregariorum tamen. Nunquid? SOC. Etiam. HOS. Diuidebatur itaq; etiam tunc uniuersum animal, in mansuetum & ferum. Quæ enim natura habent ut mansuescant, mansueta appellata sunt: quæ non habent, fera. SOC. Rectè. HOS. Quam uero uenamur scientiam, inter mansueta erat, & est, inter gregaria tamen pecora quærẽda. SOC. Etiam. HOS. Ne itaq; diuidamus quemadmodum tunc ad omnia respectu habito: neq; festinantes, quo breui ad ciuilem scientiam perueniamus. Hoc enim fecit ut acciderit nobis nunc ea quam prouerbiũ habet affectio. SOC. Qualis ista? HOS. Vt quum nõ satis placidè diuiserimus, tardius perficiamus. SOC. Et rectè sanè ô hospes fecit. HOS. Sint hæc. Rursus autem ab initio communem pastionem diuidere conemur. Fortassis enim & hoc quod tu expetis, sermo ipse in progressu melius declarabit. Et dic mihi. SOCR. Quid dicam? HOSP. Hoc sæpe ex aliquibus audiuisti, non enim ipse præsens quod sciam, affuisti his qui in Nilo pisces mansuefaciunt, itemq; eos qui in regijs sunt stagnis. Nam quod in fontibus contingit, fortassis uidisti. SOCRAT. Maximè sanè & hæc uidi, & illa ex multis audiui. HOSP. Sed & anserum & gruum pastiones, etiamsi circa Thessaliæ campos non oberratis, audiuisti saltem, & esse credis. SOCR. Quidni? HOSP. At cuius gratia hęc omnia interrogaui, pastionis gregariæ alia aquatica est, alia terrena. SOC. Est equidem. HOS. Num igitur etiã tibi uidetur cõmunis pastionis scientiam in duas partes diuidere oportere, ita ut altera aquatica, altera terrena appelletur? SOC. Mihi equidẽ uidetur. HOS. Sed & regia scientia utrius ex his artis sit, sic nõ quæremus. Cuiuis enim manifestũ est. SOC. Quidni? HOS. Cuiuis equidem terrenam gregariam pastionẽ diuiserit. SOC. Quomodo? HOS. In uolucrem & pedestrem. SOC. Verissimè. HOS. Quid uero ciuilis ne scientia uelut pedestris inquirenda? Aut nõ putas etiam desipientissimũ ut ita dicam, sic sentire. SOC. Ego sanè puto. HOS. Pedestris autẽ pastionis scientiam, uelut numerum bifariam diuidere oportet. SOC. Manifestum est. HOS. Equidem ad quãcunq; partem sermo nobis tendit, ad illam duæ quædam uiæ extentæ uidentur, altera breuior, in qua parua pars ad magnam diuiditur: altera quæ id quod in superioribus dicebamus, quòd per media diuidere oporteat, quàm maximè habet, longior tamen est. Vtram igitur ingredi uoluerimus nobis licet. SOCR. Quid uero ut ambas ingrediamur fieri non potest? HOSP. Simul equidem ô admirande, ex parte tamen fieri posse manifestum est. SOCR. Ex parte itaq; ego ambas eligo. HOS. Facile, nam quod reliquum est, breue est. Ab initio igitur & in media profectionis uia, difficile nobis hoc præceptum fuisset. Nunc uero quãdoquidem ita uidetur, longiorem prius ingrediamur. Quum enim recentiores ad opus simus, facilius in ea pergemus. Cæterum diuisionẽ uide. SOCR. Dic. HOS. Pedestria mansueta quę gregaria sunt, à natura nobis distincta sunt. SOC. Quomodo? HOS. Quòd alia cornuta sint, alia cornibus careant. SOC. Apparet. HOS. Diuisam itaq; pedestrem pastionem, utriq; parti per sermonis usum attribue. Si enim nominare ipsas uolueris, magis ęq; par est, teipsum implicabis. SOC. Quomodo igitur dicere oportet? HOS. Sic. Scientiæ pastionis pedestris bifariam diuisæ, altera pars in cornuta gregis parte locetur, altera in ea quæ cornib. caret. SOC. Hæc sint hoc modo dicta. Omnino eñ satis declarata sunt. HOS. Et sanè Rex nobis conspicuus factus est, q̃ gregem quendam mutilorũ cornua nõ habentiũ pascit. SOC. Quomodo eñ non cõspicuus esset. HOS. Hoc itaq; grege diuiso

Animalium diuisio

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiso: id quod ab ipso rege fit ei attribuere conemur. SOC. Maximè. HOS. Vtrum igitur uis, ut ipsum in fissipeda & solidipeda diuidamus, aut per communem, & propriam sobolis productionem? Intelligis enim puto? SOC. Quale istud? HOS. Quòd equorum & asinorum genus promiscuè inter se generare solet. SOC. Etiam. HOS. Reliquũ uero genus mansuetorum unius gregis, coitus cõsuetudine inter se non commiscetur. SOC. Quid ni? HOS. Quid uero uir ciuilis, num promiscuè generãtis, aut propriam generandi modum habentis naturæ, curam habere uidetur? SOC. Manifestũ est ipsum eius quę cum diuerso genere non miscetur curam habere. HOS. Hanc itaq; oportet nos quemadmodum superiora ut apparet, bifariam diuidere. SOC. Oportet equidem. HOS. Et sanè animal mansuetum & gregarium ferè totũ iam diuisum est, duobus generibus exceptis. Nam canum genus indignum est ut inter gregalia pecora numeretur. SOC. Indignum profectò, sed quomodo duo hęc diuidemus? HOS. Quemadmodum iustum est & Theætetum, & te diuidere, quando quidẽ Geometriam attigistis. SOC. Quomodo? HOS. Diametro sanè, & rursus diametri diametro. SOCRAT. Quomodo dicis? HOS. Natura quam nostrum genus humanũ adepta est, num aliter ad profectionem à natura facta est, quàm quemadmodum diameter qui potentia bipes est? SOC. Non aliter. SOC. Sed & reliqui generis rursus secundum potentiam nostræ potentiæ diameter est, siquidem bis duobus pedibus à natura constat. SOC. Quomodo uero nõ sit, & sanè intelligo ferè id quod uis declarare. HOS. Ad hæc uero uidemus' ne aliud quiddam ridiculum nobis in his diuidendis accidisse. SOC. Quale istud? HOS. Quòd humanum nostrum genus simul cõplexi sumus, simulq; currere fecimus cũ genere omnium quę sunt generosissimo simulq; expeditissimo. SOC. Video, & ualdè absurdè accidit. HOS. Quid uero non ueri simile est tardissima ultima peruenire? SOC. Etiã hoc. HOS. Hoc uero non cogitamus, ꝙ adhuc magis ridiculus rex uidetur, unà cũ grege currens, & simul cursum peragens cum uiro ad expeditã uitam optimè exercitato. SOC. Maximè. HOS. Nunc certè ô Socrates illud cõspicuum sit magis, quod in Sophistæ inquisitione dictum est. SOC. Quod istud? HOS. Quòd huiusmodi sermonũ methodus pręclarum quid, aut non sit, nihilo magis curat, & minorem nihilo minoris facit quàm maiorem, sed semper per seipsam id quod uerissimum est transigit. SOC. Apparet. HOS. Proinde post hoc ut ne mihi succẽseas, qui quæ breuior esset ad regis definitionem uia interrogasti, ipse tibi ultro progredior. SOC. Omnino. HOS. Dico itaq; oportuisse tũc statim pedestre genus, in bipes & quadrupes diuidere. Et cõspicatos humanum genus adhuc cum solo uolucri bipedem gregem complecti, rursus hũc gregem in implumem & pennigerum secare. Hoc autem secto, & tunc iam arte pascendi homines declarata, ciuilem ac regium uirum producere, & ad ipsam uelut aurigæ prefecto tradere ciuitatis habenas, uelut peculiaris ipsi hæc sit scientia. SOC. Pulchrè, & ueluti debitum reddidisti mihi hunc sermonem, additaq; etiam digressione uelut fœnore, ipsum expleuisti. HOS. Age itaq; repetito principio ad finem usq;, colligamus de nomine artis uiri ciuilis sermonem ac definitionem. SOC. Maximè. HOS. Scientiæ itaq; cognitionis pars nobis ab initio erat Imperatoria. Huius autẽ assimilata pars, per se imperans dicta est. Rursus autem per se imperantis non minimum genus erat animalium educatio: & animalium educationis gregaria pastio: gregariæ pastionis rursus pedestris pastio: à pedestri uero pastione maximè resecabatur ars, quæ non cornutam naturam pascit: Huius autem partem non minorẽ quàm triplicem complicare necesse est, Si quis ipsam uno nomine complecti uelit, ut generis quod cum diuerso non miscetur, pascẽdi scientiam appellet. Quæ uero ab hac fit sectio, in grege bipedum pars pascendi homines adhuc sola reliqua, hæc ipsa iam est quam quæsiuimus, regia eademq; simul ciuilis scientia appellata. SOC. Maximè. HOS. Num igitur ô Socrates uerè nobis hoc ita etiam peractũ est, uelut tu nunc dixisti? SOC. Quod istud? HOS. Quòd penitus & abundè dictum est de eo quod propositum est? Aut in hoc ipso uel maximè quæstio defectum habet, quòd dictus quidem quodammodo est sermo, non tamen penitus perfectè absolutus. SOC. Quomodo dicis? HOS. Ego conabor hoc ipsum quod nunc cogito, adhuc amplius nobis declarare. SOC. Dic itaq;. HOS. Non'ne quum multæ iam pascendi artes nobis uisæ sint, una ex ipsis erat ars ciuilis, & unius cuiusdam gregis cura? SOC. R. Etiam. HOS. Hanc

Diameter bipes est potẽtia

Methodi ratio quæ sit

Summa dictorũ de regia arte

Hanc autem distinxit sermo, non equorum neque aliorum brutorum esse altricem, sed communis hominum pastionis scientiam. SOC. Ita. HOSP. Pastorum itaq; omnium, & regum differentiam uideamus. SOCR. Quam illam? HOSP. Si quis alius alterius artis nomen habens, in communi gregis altorem se esse dicat ac fingat. SOCR. Quomodo dicis? HOSP. Velut sunt mercatores & agricolæ & omnes eduliorum opifices, & præterea gymnastæ & Medicorum genus. Hi omnes haud dubiè aduersus hominum pastiones, quos ciuiles uiros appellauimus, uerbis contenderint, se esse qui hominum pastionis curam gerunt, & non solùm gregariorum hominum, sed ipsorum etiam principum. SOCRA. Fortassis igitur rectè dixerint. HOSP. Et hoc quidem considerabimus. Verum illud scimus, quòd aduersus bubulcum nemo de his contendit, sed ipse gregis pastor est, ipse medicus, ipse uelut pronubus, & circa partus, & ipsorum curationem, artis obstetricandi solus peritus. Sed neque alius est qui melius possit ludo & musica, quantum de his armentorum natura capax est, mitigare ac cantu demulcere, siue per instrumenta, siue nudo ore, coram grege suo Musicam exercere uelit. Et sanè idem modus etiam in alijs pastoribus est. Nunquid? SOCR. Rectissimè. HOSP. Quomodo igitur sermo ille de rege rectus & integer uidebitur, quum ipsum solum delectum humani gregis pastorem & altorem dicimus, innumeris alijs de hoc cõtendentibus? SOCR. Nequaquam. HOSP. Non'ne igitur rectè paulò ante formidauimus, quum suspicaremur ne fortè figuram quandam regiam produceremus, non tamen exactè ciuilem uirum absolueremus, si non prius circumfusos ipsi, et communem pastionem ęquè ut ipse uendicantes detraheremus, & ipsum solum purum ab illis separatim exhiberemus? SOCRAT. Rectissimè equidem. HOSP. Hoc itaq;, ô Socrates, nobis faciendum est, si non in fine sermonem pudefacere uelimus. SOCR. At hoc nequaquã faciendum est. HOS. Rursus itaq; ex alio principio per aliam quandam uiam ingredi oportet. SOCR. Quamlem illam? HOSP. Ita ut ferè ludum interseramus. Multa enim magnæ fabulæ parte uti oportet, & de cætero uelut in superioribus, partem semper de parte detrahere, atque ita ad summum quæstionem perducere. Non'ne oportet? SOCR. Maximè. HOSP. Proinde fabulæ admodum animum aduerte, ueluti pueri facere solent. Non multum enim puericiæ annos egressus es. SOCR. Dicas itaq;. HOSP. Sunt itaq; & adhuc erunt tum multa alia, ex his quæ olim dicta sunt, tum monstrosa illa apparitio, quam circa Atrei & Thyestæ litem contigisse ferunt. Audiuisti enim & meministi ea quæ tunc facta sunt. SOCR. Fortassis agnæ aureæ portentum dicis? HOSP. Nequaquam. Sed quod circa Solis & aliorum syderum occasus & ortus mutationem accidit: Nimirum quòd unde nunc oriuntur, in eum locum tunc occidebant, oriebantur autem ex contrario. Quam sanè apparitionem quum in testimonium de Atreo Deus exhibuisset, rursus transmutauit in eam quam nunc habent figuram. SOCR. Fertur equidem & hoc. HOSP. Sed & de Saturni regno ex multis audiuimus. SOCR. Plurimis sanè. HOSP. Quid uero priores è terra editos progressos esse, & non alios ex alijs genitos esse? SOCR. Et hoc unum est ex his quæ olim dicta sunt. HOSP. Hæc itaq; omnia ex eadem affectione sunt, & ad hæc alia innumera etiam his adhuc magis admiranda. Verùm temporis longitudine partim extincta sunt, partim dispersa feruntur singula ab alijs seorsum. At affectionem quæ omnium horum causa est, nemo dixit. Nunc uero dicenda est. Nam ad regis demonstrationem ea relata conferet. SOCR. Optimè dixisti, & dic nihil omittens. HOS. Audies utique. Vniuersum hoc aliquando ipse Deus in sua progressione ducit ac circumuoluit, aliquando uero dimittit, quum circuitus conuenientem illi temporis mensuram iam acceperunt. Illud autem rursus sua sponte in cõtraria circumagitur, ut quod animal sit, & sapientiam adeptũ ex eo qui ipsum coaptauit ab initio. Quòd aũt ita reuertiẽ, ob hoc necessariò à natura ipsi insitũ est. SOC. Quod'nã istud dicis? HOS. Secundũ eadẽ & eodem modo semper se habere, et idem esse, solis omniũ diuinissimis conuenit. At corporis naturã non ex hoc ordine est. Id uero quod mundũ & cœlum appellamus, multa & prestantia illa à genitore dona accepit, sed & corporis communionem habet. Vnde fieri non potest ut mutationis penitus exors sit, pro uiribus tamen quàm maximè in eodem secundum eadem uno motu mouetur. Quapropter reuolutionem sortitum est quàm minima motus sui euariatione. Vt uero quid ipsum seipsum semper uer-

Pastorum differentia

Qui cum uiro ciuili de pastione contendant

Pastorum officium totum

Fabularum omnium causa

Mundi reuolutionis quæ sit ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tat, ferè nulli possibile est, excepto eo qui omniū eorum quæ mouentur, præses est. Vt autem hic aliàs aliter se moueat, & rursus contrario modo, fas non est. Ex omnibus itaque his, mundum neq; ipsum seipsum semper uertere dicere oportet: neque rursus totum semper à Deo uerti, geminis & contrarijs circumuolutionibus: neq; rursus duos quosdam deos contraria inter se sentientes ipsum uertere: sed quod iam dictum est, solum reliquum est, aliquando quidem ab alia diuina causa duci, ut qui uitam adeptus sit, & immortalitatē acquisititiam ab opifice accipiat: aliquando uero ubi dimissus fuerit, ipsum per seipsum progredi, per tempus huiusmodi dimissum, ut ex contrario procedat per multa dena circuituum millia, eo quòd maximus sit, et maximè æquilibris in mimo uestigio progrediatur. SOCR. Apparet equidem & ualdè meritò omnia quæ recensuisti dicta esse. HOSP. Ratione itaq; inita ex his quæ nunc dicta sunt, affectionem consideremus, quam omnium admirabilium causam esse diximus. Est autem hæc ipsa. SOCR. Quæ ista? HOSP. Quòd uniuersi motus modò in quas nunc deuoluitur partes, fertur, modò in contrarias. SOCR. Quomodo istud? HOSP. Hanc mutationem ex omnibus his quæ circa cœlum fiunt mutationibus maximā ac perfectissimam esse putare oportet. SOCR. Apparet sanè. HOSP. Maximas itaq; etiam tunc mutationes fieri putare conuenit in nobis qui intra ipsum habitamus. SOCRAT. Et hoc uerisimile est. HOSP. Non'ne uero scimus animalium naturam, magnas & multas ac uarias mutationes simul congredi, ægrè ferre? SOCR. Quid ni? HOSP. Corruptiones itaque necessariò tunc maximæ contingunt, & aliorum animalium, & sanè etiam hominum genus modicum superstes manet. Circa hos uero & aliæ multæ & admirandæ ac nouæ affectiones accidunt, maxima uero hæc, & quæ tunc ad uniuersi reuolutionem consequitur, quum contraria ei quæ nunc est circumuolutio contingit. SOCR. Quæ ista? HOSP. Quam unumquodq; animal habet ætatem, ea primùm sistitur, & quicquid mortale est, ad senectutem ulterius progredi cessat: rursus autem ad contrarium transiens, uelut in niorem & molliorem formam assumit. Et seniorum quidem pili cani nigrescūt: eorum uero qui barbam producunt genæ læues redditæ, rursus ad præteritam pulchritudinem reuertuntur: pubescentium autem corpora glabrescentia, & singulis diebus ac noctibus decrescentia, rursus in recens nati pueri naturam abeunt, ita ut & anima & corpore ipsi assimilentur. Hinc autem iam marcescentia penitus intereunt. Eorum uero qui in hoc tempore uiolenter moriuntur, mortuum corpus eadem hæc perpetuò perferens mala, in paucis diebus corrumpitur ac euanescit. SOCR. Quæ uero tunc, ô hospes, animalium productio erat, & quo modo alia ex alijs gignebantur? HOSP. Manifestum est ô Socrates, quòd alia ex alijs nasci nō contingebat in ea quæ tūc esset natura. Quod uero ex terra editum esse aliquando dictum est genus, hoc erat quod illo tempore rursus ex terra reuerteretur. Horum autem mentionem fecerunt primi nostri progenitores, qui post finem prioris circumuolutionis, sequēti tempori uicini fuerunt, ipsi tamen in ea quæ ab initio erat progeniti. Hi enim horum sermonum præcones nobis fuerunt, quibus nunc à pleriscp non rectè fides non habetur. Nam hinc arbitror, hoc intelligere conuenit. Consimile est enim huic, quòd senes ad pueri naturam reuertuntur, quòd ex mortuis & terra conditis rursus illic cōstituantur ac reuiuiscant, & mutationem sequantur, dum simul in contraria productio ipsorum reuoluitur: & sanè secundum hanc rationem è terra editos necesse est produci, & sic nomen & rationem habere, quoscunque Deus non alia sorte ornauit. SOCR. Valdè equidem hoc sequitur ad superiora. At uero uita quam sub Saturni regno fuisse dicis, num in illis, aut his circumuolutionibus erat? Nam siderum & Solis mutationem, in utriscp circumuolutionibus fieri manifestum est. HOSP. Probè sermonem assequutus es. Quod uero interrogasti de eo quòd omnia hominibus sua sponte contigerint, id minimè est eius quæ nunc est circumuolutionis, sed erat etiam hoc superioris. Tunc enim ipsius primū circumuolutionis princeps erat Deus, & totius curam gerebat: quemadmodum nunc secundum locos idem hoc, omnes mūdi partes à dijs principibus diuisæ sunt: & sanè etiam animalia secundum genera ac greges, dæmones uelut diuini pastores diuiserunt, quum quisque ad omnia præstanda sufficeret singulis, quibus pascendis ipse præfectus esset: Quare neque agreste quicquā erat, neque mutuæ dilaniationes: & bellum non erat, neque ulla omninō

Affectiones ex mundi in contrarium reuolutione

Mundi partiū in dæmones diuisio

omninò seditio, & innumerabilia alia dici possent quæ ad huiusmodi gubernationem sequebantur. Quod igitur de spontanea hominum uita dictum est, propter tale quiddam dictum est. Deus pascebat ipsos, & ipse præfectus erat: quemadmodum nunc homines, qui aliud animal diuinius sunt, alia genera uiliora ipsis pascunt. At illo pascente, respublicæ non erant, neque uxores & liberos habebāt: Nam ex terra omnes reuiuiscebant, priorum nihil memores: Et huiusmodi quidem omnia aberant. Fructus autem abundantes habebant, de quercubus & multa alia materia, non ex agricultura prouenientes, sed terra sua sponte illos producente. Nudi uero nec contecti sub dio plerunque pascebantur. Tempora enim anni ita temperata erant ut ab ipsis non læderentur. Mollia autem habebant cubilia, herba luculenta è terra enascente. Audis, ô Socrates, uitam eorum qui sub Saturno fuerunt. Eam uero quæ sub Ioue nunc esse fertur, præsens ipse sentis. Tu uero uelis & potes iudicare utra ipsarum sit felicior. SOCRAT. Nequaquam. HOSP. Vis itaq; ut ego tibi aliquo modo dijudicem. SOCR. Maximè. HOSP. Si itaq; alumni Saturni, quum adesset ipsis adeò multum ocium & potentia, ut non solum cum hominibus, sed etiam cum bestijs sermone conuersari possent, his omnibus usi sunt ad philosophiam, in mutua inter se & cum bestijs conuersatione, ita ut ex omni natura percunctati sint, si qua propriam aliquam uim habens, diuersum quid ab alijs ad sapientiam comparandam nosset, facile iudicatu est eos qui tunc uixerunt præsentibus lōgè feliciores fuisse. Si uero cibis ac potibus affatim impleti, inter se & bestias tractauerunt fabulas, quales sunt quæ etiam nunc de ipsis feruntur, etiam hoc ut ex mea sententia pronunciem, ualdè facile iudicatu est. Attamen hæc omittamus donec nobis aliquis fide dignus nuncius appareat, qui significet utro modo illius æui homines cupiditates suas exercuerint, & circa scientias, & circa sermonum usum. Cæterum cuius gratia fabulam hanc excitauimus, hoc dicendum est, quod id quod post hoc sequitur ad superiora ulterius transigamus. Postquam omnium horum tempus expletum esset, & mutationem fieri oporteret, & iam terrenum genus omne consumptum esset, & quælibet anima omnes origines absoluisset, & quot unicuicp demandata essent, tot semina in terram misisset: tunc iam uniuersi gubernator gubernaculis dimissis ad suam speculam discessit. Mundum uero, fatum & à natura insita cupiditas rursus reuoluit. Omnes igitur Dei, qui secūdum locos cum maximo dæmone simul imperabāt, cognito iam eo quod fieret, partes mundi ipsorum curæ subditas rursus dimiserunt. At mundus dum reuoluetur, & uelut conflictum faceret, ut qui cōtrarium principio ac fini cursum perageret, multam cōcussionem in seipso excitauit, & aliam omnis generis animalium corruptionem induxit. Postea uero multi iam temporis progressu, turbatione ac tumultu sedato, & concussionibus ad tranquillitatem redactis, ad cursus sui iustam gubernationem reuertebatur, & curam & dominium ipse suijpsius, & eorum quæ in seipso complectitur, habebat, opificis & patris doctrinæ pro uiribus memor. Ab initio igitur diligētius rem perficiebat, tandem uero negligentius. Cuius rei causa ipsi est corporeæ speciei mixtura, ueteris naturæ alumna, quæ multæ confusionis particeps erat prius, quàm ad hunc ornatum deueniret. Nam à conditore omnia pulchra adeptus est. Verùm à priore habitu, quæcunq; mala & iniusta in cœlo fiunt, & ipse habet, & in animantibus efficit. Cum gubernatore igitur animalia in se nutriens, parua mala, magna uero bona parit. Ab illo uero separatus, proximo semper dimissioni tempore, optimè omnia transigit. Progressu uero temporis, & obliuione ipsi accedente, ueteris etiam dissonantiæ affectio magis inualescit. Ad finem uero temporis defloresçit, & parua quidem bona, multam autem contrariorū misturam in se habens, & seipsum, & ea quæ in seipso complectitur, ad corruptionis periculum deducit. Quapropter sanè & tunc iam Deus qui ipsum gubernauit, uidens ipsum in rerum desperatione positum, & curam gerens ut ne tempestate actus, & præ turbatione dissolutus, in dissimilitudinis locum infinitū demergeretur, rursus gubernaculorum ipsius præses fit, & conuersis his quæ in priore ipsius circuitu mortem efficit. Atq; hic quidem uniuersorum finis dictus est. Quod uero ad regis demonstrationem attinet, satis esse potest his qui superiorem sermonem attingunt. Conuerso enim rursus mundo in uiam, ad hoc quod nunc est sæculum tendentem, id quod circa

Mundi reuolutio à dijs fato permissa

Mundus immortalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ætatem contigit, tursus cessabat, & noua contraria his qui tunc essent tradebat. Nam quæ animalia decrescendo eò deuenissent, ut ferè euanescerēt, rursus augebantur. Quæ uero recens nata corpora caua ex terra prodierāt, ea rursus morientia in terram decidebant. Sed & alia omnia transmutabant, imitantia ac sequentia uniuersi affectionem. Sed & conceptionis, & generandi, ac educationis imitatio necessariò omnia sequebatur. Non enim contingebat amplius ut animal in terra per alios constituentes produceretur, sed quemadmodum mundo demandatum erat, ut ipsæ suæ progressionis per se potens dominus esset: Ita sanè secūdum eadem etiam partibus ipsis demandabatur, ut simili instituto ipsæ per seipsas, quantum eius fieri posset, producerent & generarent ac educarent. At uero cuius gratia omnis sermo progressus est, in eo nūc iam sumus. Nam de alijs animantibus multa & longa narratio fieri posset, ex quibus singula & ob quas causas transmutata sunt. Verū de hominibus breuior & magis conueniens. Cùm enim domini & pascentis dæmonis cura destituti essent, & multæ bestiæ horrendis naturis præditæ efferarentur, ipsi autem homines imbecilles essent, & custode priuati, dilaniabantur ab illis. Imperiti præterea & artium ignari circa prima tempora fuerāt. Quapropter spontaneo alimento destituti, & eius parandi ignari adhuc, eo quòd nulla ipsos necessitas prius ad hoc coegisset: ex his omnibus in magnis angustijs ac summa rerum desperatione constituti erant. Vnde sane olim memorata à dijs dona nobis donata sunt, cum necessaria doctrina ac eruditione: Ignis quidem, à Prometheo: artes autem, à Vulcano, & artis consorte, semina uero & stirpes ab alijs: et omnia quæ ad humanū uictum comparandum pertinent, ex his contigerunt, postq̄ cura deorum, de qua modo dictum est, homines destituisset, & oporteret ipsos per seipsos, & cōuersationem, & curam sui habere, quemadmodū totus mundus haberet, quem imitantes & per omne tempus sequentes, nūc hoc, nunc illo modo uiuimus ac producimur. Et fabula quidem finem habeat. Vtilem uero ipsam nobis faciemus ad hoc ut uideamus quantum in superiore sermone, in regij ac ciuilis uiri exhibitione aberrauimus. SOC. Quomodo igitur & quantum errorem nos incidisse dicis? HOS. Partim quidem minorem, partim uero ualdè insignem, & multò maiorē ac ampliorem q̄ isthic. SOC. Quomodo? HOS. Quòd quidem interrogati de rege & uiro ciuili eius quę nunc est circūuolutionis ac huius seculi, de eo qui ex contrario circuitu est, & tunc humani gregis pastor fuit, respondimus, atque sic Deum pro mortali adduximus, hac parte omninò multū aberrauimus: Quòd uero uniuersę ciuitatis principem ipsum designauimus, quo uero illud modo, non exposuimus, hac parte rursus uerum quidem est id quod diximus, nō tamen totum, neq̄ clarè dictū est. Quapropter etiā minus q̄ in illo peccauimus. SOC. Vera dicis. HOS. Oportet itaq̄ modum principatus ciuitatis describere, atq̄ sic demum, ut apparet, ciuilem uirum perfectè nobis expositū esse existimare. SOC. Rectè. HOS. Ob hæc itaq̄ etiam fabulam apposuimus, ut non solum ostenderetur, q̄ omnes de gregaria pastione cum eo quē nunc quærimus, cōtendunt, sed etiam ut illum ipsum euidentius uideremus, quem solum hac appellatione dignari cōuenit, ut qui iuxta pastorum & bubulcorum exemplum, hominum pastionis curā habeat. SOC. Rectè. HOS. Arbitror autem ego ô Socrates hanc diuini pastoris figurā adhuc maiorem esse, q̄ ut regi cōueniat. Eos uero qui nunc hîc sunt utros ciuiles, multò magis similes esse subditis secundū naturas, & similiorem institutionem ac educationē adeptos esse. SOC. Omninò ita. HOS. Quærendū tamen non est an minus, aut magis, siue hoc, siue illo modo, à natura se habeant. SOC. Quidni? HOS. Cur uero ita rursus repetamus. Quam enim per se imperantē artem in animalibus esse diximus, non tamen priuatim, sed in cōmuni curam habentem, & tunc statim gregariā pastionem appellauimus: Meministi ne? SOC. Etiam. HOSP. Ab hac itaq̄ aliquo modo aberrauimus. Virum enim ciuilem nequaquā compræhendimus, neq̄ nominauimus, sed non animaduertentib. nobis nominatio ipsius nos effugit. SOC. Quomodo? HOS. Vt singulos greges pascant, omnibus alijs pastoribus competit. Viro autem ciuili competens nomen non attribuimus, cùm diceret ei cōmune quoddam omnib. attribuere. SOC. Vera dicis, si tamen quod esset. HOS. Quō uero non esset cōmune omnibus uerbum curare, neq̄ alimento, neq̄ ulla alia re distincta? Sed & aliam quandā gregis nutricem, aut curatricē, aut etiam gubernatricem appellantibus, uelut de omnib. licebat unà cum alijs

Deorum dona hominibus collata

Pastor diuinus maior rege

Curandi uerbū

cum alijs etiam ciuilem uirum obuelare, quandoquidem hoc facere oportuisse, sermo indicauit. SOC. Rectè. Sed diuisio postea sequens quomodo facta fuisset? HOS. Secundum eadem, quemadmodū antea diuidebamus gregariam pastionem in pedestria, & uolatilia, & ea quæ cum diuerso genere nō miscentur, & cornibus carentia, si in eadem hæc gregis nutricem diuiserimus, & id quod nūc est, & quod sub Saturno fuit regnum, similiter in sermone cōpræhenderimus. SOC. Apparet. Quæro autem rursus quid tum postea? HOSP. Nimirū ita dicto gregis nutricis nomine, nunquā contingere posset nobis, ut aliqui de eo contenderent, q̄ neq̄ cura omninò sit: quemadmodū tunc & meritò in controuersiam ueniebat, nullam esse in nobis artem hac nutritoria appellatione dignam. Si uero etiam esset, multis prius alijs & magis ipsam cōuenire, quàm alicui regi. SOC. Rectè. HOS. Nulla autem uniuersæ humanæ societatis cura, asserere se poterit magis amicam esse, q̄ regia cura, ut quæ principatus in omnes homines ars est. SOC. Rectè dicis. HOS. Post hæc autem, ô Socrates, num intelligimus, q̄ ad ipsum iam finem multum rursus aberrauimus? SOC. In quo isto? HOSP. In hoc, q̄ etiamsi animaduertimus gregis bipedum q̄ maximè esse artem quandā nutritoriam, nihilo tamen magis oportebat nos ipsam statim regiā & ciuilem, uelut iam absolutā appellare. SOC. Cur non? HOSP. Primū quidem nomen id quod dicebamus, magis ad curam q̄ ad nutritionem accōmodare ac transferre oportebat. Deinde hanc secare. Non enim paruas adhuc habuerit sectiones. SOC. Quales istas? HOS. Qua & diuinū pastorem seorsum, & humanum curatorē seorsum diuisimus. SOC. Rectè. HOSP. Rursus autē distributam curatricem bifariam secare necessariū erat. SOC. Quo modo? HOS. In uiolentam & uoluntariam. SOC. Quid itaq̄? HOS. Et hac parte prius peccantes, stolidius q̄ decebat regē & tyrannū composuimus, cùm & ipsi dissimilimi sint, & principatus utriusq̄ modus diuersissimus. SOC. Vera dicis. HOS. Nunc aūt rursus corrigētes uelut dicebā, hominum curatricem bifariā diuidamus in uiolentam, & uoluntariā. SOC. Maximè. HOS. Et uiolentorum quidem tyrannicā, uoluntariam uero & uoluntariorū bipedum animantium gregariā nutricem, ciuilem appellātes: eum sanè qui hanc artem & curam habet, reuera regem & ciuilem uirū esse pronunciemus. SOC. Et uidetur, ô hospes sic perfectè se habere de ciuilib. rebus demonstratio. HOS. Bene profectò, ô Socrates, res se haberet. Verùm non tibi soli oportet, sed etiam mihi unà tecum in cōmuni hæc ita uideri. Nunc aūt mea quidem sententia, nondū uidetur rex perfectā figuram habere. Sed quemadmodū statuarij intempestiuè quandoq̄ festinantes, plura & maiora q̄ conuenit, singulis operibus adijcientes, opus extrahunt: Sic & nunc nos, quo ad uelocitatē, etiam magnificè superioris narrationis erratū declararemus, regi magna exempla facere conuenire arbitrati, ingenti fabulæ mole assumpta, maiori q̄ conuenit ipsius parte uti coacti sumus. Quapropter longiorem demonstrationē fecimus, & fabulæ finem penitus non impositum. Sed uidetur profectò sermo nobis uelut animal externā delineationem iustam habere, uerùm euidentiā ex pigmentis et colorū mistura accedentē nondum accepisse. Decet aūt ut his qui assequi possunt, dictione & sermone magis, q̄ pictura & uniuersa chirurgia, omne animal declaremus: reliquis aūt per chirurgiam & manus opera. SOC. Hoc quidem rectè. Quatenus aūt nondum iustè nobis dictum esse ais, declara. HOSP. Difficile est, ô beate, citra exemplorū usum, aliquid de maiorib. iustè ostendere. Videt enim unusquisq̄ nostrum uelut per somniū omnia nosse, & rursus uelut reuera ignorare. SOC. Quō hoc dixisti? HOS. Et ualdè equidem absurdè uidemur in præsentia, in nobis de scientia affectionem commouisse. SOC. Quid itaq̄? HOS. Exemplo mihi, ô bone, etiam ipsum exemplū opus habet. SOC. Quod, istud dic nullā mei gratiam moram trahens. SOC. Dicendū est, quādoquidē & tu sequi paratus es. Pueros equidē scimus, cùm iam literarū periti fiunt. SOC. Quid'nā? HOS. Quòd singula elemēta in breuissimis & facilimis syllabis iustè percipiūt, & uera de illis dicere possunt. SOC. Quidni? HOS. Eadem hæc in alijs ambiguè cognoscentes, rursus & opinione & sermone falluntur. SOC. Maximè. HOS. Non'ne igitur sic facillimū ac optimum fuerit adducere eos ad ea quæ nondū cognoscunt? SOC. Quō? HOS. Reducere primū ad illa ipsos oportet, in quibus eadē hæc rectè opinabant, reductos autem adhibere ad ea quæ nondū cognoscunt, & collatione facta ostēdere eandem similitudinē & naturam esse in utrisq̄ syllabis, donec

Rex & ciuilis uir qui reuera sit

Exemplorum usus

Literas discendi ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea quæ uerè opinantur, omnibus illis quæ non cognoscunt, collata monstrentur. Mon
strata uero atq; ita exempla facta, efficiant ut ex omnib. elementis in omnibus syllabis,
id quod aliud est, uelut quod ab alijs aliud sit: & quod idē est, uelut quod semper idem
secundū eadem sibijpsi sit, appellet. SOC. Maximè. HOS. Proinde hoc quidē satis com
Exempli origo prehendimus, quòd exempli origo tunc est, cùm id quod idem est, in alio diuulso recta
opinione appræhenditur, & ad aliud cōfertur, ut ambo simul unam ueram opinionem
efficiant. SOC. Apparet. HOS. Nihil igitur miri fuerit, si idem hoc anima nostra ex natu
ra circa omnium rerum elementa perpessa, modo à ueritate circa unumquodq; in qui
busdam constituit, modo de omnibus rursus in alijs incerta fertur ac abripitur, & de qui
busdam ipsorū aliquo modo in mixturis rectè opinatur, quæ si in longas & non faciles
rerum syllabas transponantur, rursus eadem hæc ignorat. SOCR. Et nihil sanè miri est.
HOS. Quomodo enim, ô amice, posset quis à falsa opinione initium sumens, uel ad par-
uam aliquā ueritatis partem peruenire, & sapientiā adipisci? SOC. Ferè nequaq;. HOS.
Proinde si hæc à natura hoc modo se habent, nihil sanè deliquerimus ego & tu, si pri-
mum totius exempli naturā in paruo alio ex parte exemplo inspicere aggressi, postea
ad maximum regis trāseuntes, eandem speciem à minoribus alicunde ducentes, rursus
per exemplum aggrederemur rerum ciuiliū curam arte manifestam facere, quo ueritas
pro insomnio nobis contingat. SOC. Maximè rectè. HOS. Rursus itaq; superior sermo
repetendus est, quòd quandoquidē cum regio genere innumeri de cura ciuitatum con
tendunt, omnes hos separare oportet, & solū illum relinquere. Et ad hoc exemplo quo
dam nobis opus esse diximus. SOC. Valdè equidem. HOS. Quod itaq; exemplū, quod
eandem ciuilem curam habeat, uel minimū quis apponens, id quod quærimus, iustè in
uenire poterit? Vis ne per louem ô Socrates, si nō aliud quoddā in promptu habemus,
saltem artem textoriā eligamus? & hanc si ita uidet non omnem, sufficerit enim fortas-
sis ea quæ circa lanarū texturas uersat. Fortassis enim & hæc ipsius pars electa id quod
uolumus, testabit. SOC. Quidni? HOS. Cur itaq; nō uelut in superiorib. secantes partes
à partibus unūquodq; diuidebamus, ita etiam nunc circa textoriā idem hoc facimus, &
pro uiribus quāmaximè ac breuissimè omnibus trāsactis, rursus ad hoc quod nunc uti-
le est, redimus? SOC. Quomodo dicis? HOS. Ipsam explicationē pro responsione tibi
Rerum diuisio dabo. SOC. Optimè dicis. HOS. Omnia quæ cōstruimus & acquirimus, sunt nobis par-
tim ea gratia ut quid faciamus, partim ut ne patiamur tutelaria. Et tutelaria partim me-
dicamenta auxiliaria, & diuina, & humana sunt, partim propugnacula. Propugnacula
uero partim sunt ad bellum armaturæ, partim munimenta. Munimenta uero partim ue
lamenta, partim aduersus hyemes & æstus adiutoria. Adiutoria partim arcent, partim te
gunt. Quæ tegunt, partim substernuntur, partim circundantur. Quæ circundantur, par-
tim in totum integra sunt, partim compolita. Compolita uero partim perforata, partim
absq; perforatione colligata. Non perforata partim neruea ex plantis terræ sunt, partim
ex pilis constant. Quæ ex pilis constant, partim aqua & terra conglutinata sunt, partim
ipsa inter se colligata. His itaq; tutelaribus & tegumentis quæ ex ijsdem colligatis effe-
cta sunt, uestium nomen indidimus. Artem uero quæ uestium maximè faciendarum cu
ram suscipit, quemadmodū tunc eam quæ ciuitatis curam suscipit, ciuilem diximus, sic
nunc hanc ab ipsa re uestium effectricem appellemus. Dicamus aūt & textoriam quan
tum in uestium præparatione maxima pars erat, nulla re nisi nomine ab hac uestium ef-
fectrice differre: quemadmodum etiam tunc regiam à ciuili. SOC. Rectissimè. HOS.
Postea uero ita rationem ineamus, quòd fortassis uestium textoriam ita expositam, a-
bundè quis explicatam esse putare possit, ut qui intelligere nequeat, quòd nondum ab
his quæ propè cooperātur, distincta est, uerùm ab alijs cognatis diuisa. SOCRAT. Dic
qualibus cognatis? HOSP. Non assequeris ea quæ dicta sunt, ut apparet. Rursus igitur
repetendum est à fine sumpto initio. Si enim intelligis propinquitatem, nunc sanè tra-
gulorum compositionem ab ipsa resecuimus, amictu & substratu separantes. SOCRA.
Intelligo. HOSP. Sed & omne opificium ex lino, & sparto, & omnibus quæ planta-
rum neruos in sermone paulò antè diximus, ab ipsa detraximus. Et rursus artem facien-
di pileos separauimus: & compositionem quæ perforatione & sutura utitur, cuius pla
ræma pars ad coriariam pertinet. SOCRAT. Maximè. HOSP. Quin & tegumentorum ex toto

ex toto integrorum curam pelles præparantem: & tectorum curas, quæ in ædificato-
ria, & tota arte fabrili, & in alijs quoque artibus, fluxionibus arcendis fiunt, uniuer-
sas abstulimus: & artes quæ circa plicationes & uiolentas actiones efficiunt opera mu-
nimentorum, quibus aliquid prohibetur: & quæ circa opercula facienda uersantur, &
circa ianuas stabiliendas, compingentis per clauos artis distributæ partes. Sed & eam
quæ arma facit resecuimus, quæ facultatis propugnacula facientis magnæ & omnige-
næ illius pars est. Et sanè etiam Magicam uniuersam artem, quę auxiliaria medicamen
ta tractat, statim ab initio ab ipsa separauimus: & reliquimus ut putamus, ipsam quam
quærimus, aduersus tempestates tutelarum lanei propugnaculi opificem, textoriam
nomine dictam. SOCRA. Apparet profectò. HOSP. At non est perfectum ô puer hoc
quod dictum est. Qui enim in principio uestium præparationem attingit, contrarium
texturæ facere uidetur. SOCR. Quomodo? HOSP. Texturæ enim opus complicatio
est. SOCR. Etiam. HOSP. Illius uero opus compactorum & constrictorum dissolutio.
SOCR. Quod illud? HOSP. Artis carminarij opus. Aut carminatoriam audebimus te-
xtoriam, & carminarium reuera textorem appellare? SOCR. Nequaquam. HOSP. Sed
& si quis staminis & subtegminis effectricem textoriā appellat, nomen præter opinio-
nem & falsum dicit. SOCR. Quidni? HOSP. Quid uero fulloniam uniuersam, & farci-
natricem, nullum'ne studium, neq; ullam uestis curam ponemus? aut etiam has omnes
uelut textorias dicemus? SOCR. Nequaquam. HOSP. Atqui hæ omnes de curandis &
parandis uestibus cum textoria facultate contendunt, maximā quidem partem illi dan
tes, magnam uero etiam sibijpsis distribuētes. SOC. Maximè. HOS. Ad has insuper in-
strumentorum opifices artes, per quæ texturæ opera perficiūtur, cōcausas totius textu- Concausæ
ræ esse, eamq; sibi uendicare putare conuenit. SOCR. Rectissimè. HOSP. Vtrum igitur
sermo de textoria, cuius partem elegimus, satis nobis distinctus erit, si ipsam earum cu-
rarum maximam & omnium pulcherrimam ponemus, quæ circa laneum uestitum uer
santur? Aut dixerimus quidem aliquid ueri, nō tamen manifestum id, neq; perfectum,
prius quàm & has omnes ab ipsa abstulerimus. SOC. Rectè. HOSP. Non'ne postea fa-
ciendum est id quod dicimus, quo ex ordine nobis sermo procedat. SOCR. Quid ni?
HOSP. Primum itaq; duas artes circa omnia quæ fiunt uideamus. SOCR. Quas? HOS.
Alteram quæ ut fiant, concausa est, alteram quæ causa. SOCRAT. Quomodo? HOSP. Causa & con-
Quæcunq; rem ipsam non efficiunt, efficientibus tamen instrumenta præparant, quæ causa circa om
si non accedant, institutum unicuiq; arti opus perfici non possit, has concausas nomi- nia quæ fiunt
nemus: quæ uero ipsam rem efficiunt, causas. SOCR. Rationi sanè consentaneum est.
HOSP. Postea uero eas quæ circa fusos, & radios, & quæcunq; alia instrumenta, com-
munionem habent cum ea quæ circa uestes parandas uersatur, omnes has concausas
dicamus: eas uero quæ ipsas uestes curant & faciunt, causas. SOCR. Rectissimè. HOS.
Ex causis itaque lauatricem quidem & sarcinatricem, & omnem circa hæc curatricem,
quum multum sit ornatus studium, hinc par est ipsius partem comprehendere, quam
totam falloniam artem appellemus. SOCRAT. Rectè. HOSP. Sed & carminatricem
& netricem, & omnes circa faciendam uestem partes, una ars complectitur, quæ ab
omnibus Lanificium appellatur. SOCRAT. Quidni? HOSP. Lanificij uero duæ par-
tes sunt, & utrę q; simul duarum artium partes sunt. SOCRAT. Quomodo? HOS. Car-
minatoria, & radio utentis pars dimidia, & quæ composita disparant, omne hoc ue-
lut unum dictum, ipsius lanificij est, & magnæ quædam duæ per omnia nobis artes
sunt, quarum altera coagmentat, altera disparat. SOCRAT. Etiam. HOSP. Eius ita-
que quæ disparat est carminatoria, & quæ nunc dicta sunt omnia. Nam quæ disparat
in lanis & staminibus, alio modo per radium, alio per manus, quæcunque modo dicta
sunt nomina habet. SOCRAT. Maximè. HOSP. Rursus itaque eius quæ coagmen-
tat, simulq; Lanificij in ipsa contingentem partem sumamus. Quæcunque uero eius
quæ disparat erant, ea omnia hic prosequamur, Lanificium bifariam secantes, in e-
am quæ disparat, & eam quæ coagmentat partem. SOCRAT. Secetur ita. HOSP. Ea
itaque quæ coagmentat, & simul lanificij pars est, tibi ô Socrates diuidenda est, si
quidem prædictam textoriam iustè eligere uoluerimus. SOCRAT. Facere igitur hoc
hoc oportet. HOSP. Oportet equidem. Et dicamus sanè alteram ipsius partem tor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quentem esse, alteram complicantem. SOCR. Num intelligo? Videris enim mihi circa staminis opificium torquētem dicere. HOS. Nō solum, sed etiam subtegminis. Aut inueniemus ut ipsum sine torsione aliqua fiat? SOC. Nequaquā. HOSP. Diuide itaq; & harum utrāq;. Fortassis enim hæc diuisio tibi oportuna fuerit. SOC. Quomodo? HOS. Hoc modo. Quod ex carminatoriæ operibus in longū productū est, & latitudinem habet, deductionē quandam esse dicimus. SOC. Etiam. HOS. Huius autē id quod fuso tortum est, & solidū filum factum, filum quidē stamen uocant, artem uero ipsum dirigentem, staminariam. SOC. Rectè. HOS. Quæcūq; uero contorsionē laxam accipiunt, staminis autem implicatione ad inflexionis tractum moderatam multitudinem habent, hæc fila quidem subtegmina, artem autem ipsis assignatam subtegminū netricem dicimus. SOC. Rectissimè. HOS. Et sanè textoriæ pars ea quā proposuimus omnibus iam manifesta est. Nam partem eam quæ coagmentat in lanificio, quum directa subtegminis & staminis cōplicatione texturā effecerit, totū quidem quod cōtextum est, uestem laneam, artem uero in hoc uersantem, textoriam appellamus. SOC. Rectissimè. HOS. Sit ita. Cur igitur nō statim respondimus, textoriam esse cōplicatoriam subtegminis & staminis, sed in circulū circūuagati sumus multa frustra distinguētes. SOC. Nequaquā mihi ô hospes quicquā ex his quæ relata sunt, frustra dictum esse uidetur. HOS. Et nihil miri est. At fortassis uidetur ô beate, si ad talem morbū sæpe postea deueneris. Nihil enim miri fuerit. Verum audi sermonē quendam, quē de omnibus huiusmodi dicere cōuenit. SOC. Dic modo. HOS. Primum itaq; omnē excessum & defectum inspiciamus, quo pro ratione laudemus & uituperemus ea quæ lōgius quàm conuenit ubiuis dicuntur, itemq; contraria circa huiusmodi exercitia. SOC. Facere igitur ita oportet. HOSP. De his ipsis itaq; si nobis sermo haberetur, rectè sanè haberet. SOC. De quibus? HOS. De prolixitate & breuitate, & de omni excessu ac defectu. Nam profectò ars mēsurandi circa omnia hæc uersatur. SOC. Etiam. HOSP. Diuidamus itaq; ipsam in duas partes. Ita enim opus est ad id ad quod nūc tendimus. SOC. Dicas diuisionem, quomodo fiat. HOSP. Hoc modo. Altera pars secundum magnitudinis & paruitatis inter se commutationem: altera secundum necessariam eius quid sit essentiam. SOCR. Quomodo dicis? HOSP. Non'ne secundum naturam tibi uidetur, maius nullo alio maius dicere oportere, quàm minore: & minus rursus maiore minus, & nullo alio? SOC. Mihi sanè uidetur. HOSP. Quid uero id quod moderati naturam excedit, & ab ipsa exceditur, siue in sermonibus, siue in operibus, non'ne rursus reuera hoc fieri dicemus, in quo etiam mali & boni maximè differunt? SOC. Apparet. HOS. Has igitur duplices essentias & iudicationes magni & parui ponere oportet. Et non solum ut diximus, inter se ista conferre oportere dicendum est: sed etiam uelut nūc dictum est potius, partim alterum ad alterum mutuò referre, partim ad moderatum. Cuius uero hoc gratia, discere'ne uolumus? SOC. Quidni? HOSP. Si ad nihil aliud sinet quis maioris naturā, quàm ad minus, num quam ad moderatum referetur. Nunquid? SOC. Ita. HOS. Non'ne igitur & artes ipsas, & opera ipsarum uniuersa hac ratione tollemus? & sanè etiam eam quam nunc quærimus artem ciuilem, & relatā textoriam delebimus? Omnes enim huiusmodi id quod moderato plus & minus est circa actiones obseruant, non quòd non sit, sed quòd difficile sit, & hoc sanè modo id quod moderatum est seruantes, omnia bona ac pulchra efficiunt. SOC. Quid ni? HOS. Non'ne si ciuilem artē tollemus, dubia nobis postea erit regiæ artis quæstio. SOCR. Et ualdè. HOSP. Vtrum igitur uelut in Sophista coegimus esse id quod non est, quandoquidem sermo nos de illo fugiebat: Ita etiam nunc cogemus ut id quod plus & minus est mensuram accipiant, non solum inter se, sed etiam ut moderatum fiat? Neque enim fieri potest, ut aut ciuilis uir, aut quiuis alius, rerum agendarum peritus citra ambiguitatē fiat, si hoc nō sit concessum. SOC. Proinde etiam nunc quàm maximè idē facere oportet. HOS. Maius ô Socrates hoc opus fuerit quàm illud, etiamsi satis meminimus quanta fuerit illius prolixitas. Verū tale quiddam de ipsis constituere ualdè iustum est. SOC. Quale istud? HOS. Quòd eo quod nunc dictū est aliquādo opus fuerit ad ipsius quod exactū ac absolutū est demonstrationē. Insuper autem ad hoc ut præsentia probè & iustè ostendantur, hic sermo magnificè nobis opitulari mihi uidetur, nimirum quòd existimandū est omnes artes similiter maius quiddam simulq; minus

Excessus & defectus in dicendo inspiciendi

minus metiri, non solum inter se, sed etiam ut moderatum fiat, Nam si hoc est, etiam illa sunt: & si illa sunt, etiam hoc est: Si uero alterutrum ipsorum non sit, neutrum ipsorum unquam erit. SOCR. Hoc quidem rectè. Verum quid post hoc? HOSP. Nimirum diuidemus mensurandi artem hoc modo bifariam secantes. Vnam quidem ipsius partem constituentes uniuersas artes, quæcunq; numerum, & longitudines & profunditates & latitudines & celeritates, ad contrarium mensurant: alteram uero omnes, quæcunque ad moderatum & decorum & temporis occasionem & oportunitatem, & ad omnia quæ ab extremis ad medium concesserunt. SOCRAT. Et magnam utranq; partem dixisti, & multum inter se illas differentes. HOSP. Quod enim aliquando pleriq; elegantes dicunt, sapiens quiddam se dicere putantes, quòd uidelicet mensurandi ars circa omnia quæ fiunt uersatur, hoc ipsum est id quod nunc dictum est. Omnia enim quæ artificiosa sunt, mensuratione quodam modo participant. Quia uero hi qui diuidunt, non asuefacti sunt secundum species considerare, hæc quæ intantum inter se differunt, similia putantes statim in idem coniiciunt, & rursus contrarium huius faciunt, alia non per partes diuidentes, quum si quis multarum rerum communionem sentiat, non desistere deberet prius, quàm omnes in ipsa differentias, quæcunq; tandem in speciebus sitæ sunt, cognosceret: Et si rursus omnigenæ dissimilitudines in multitudine uisæ fuerint, non quicquam reueritus quiescere deberet prius, quàm anima cognata intra unam similitudinem concluſa, generis cuiusdam essentia complecteretur. Hæc quidem igitur abundè & de his, & de defectibus ac excessibus dicta sint, id modo ut seruemus, quòd duo genera artis mensurandi circa ipsa inuenta sunt: & ut quæ ipsa esse diximus memoria teneamus. SOCR. Memoria tenebimus. HOSP. Post hunc itaque sermonem, alium suscipiamus & de his ipsis de quibus quærimus, & de omni in huiusmodi sermonibus exercitatione. SOCRAT. Quem istum? HOSP. Si quis interrogaret nos de consuetudine eorum qui literas discunt, si quis interrogatus esset de quocunq; nomine, quas literas haberet, utrum dicemus tunc unius causa, eius uidelicet quod propositum est, quæstionem ipsi propositam esse, aut ut in omnibus quæ proponuntur magis grammaticus euadat? SOCRAT. Manifestum est quòd ut in omnibus. HOSP. Quid uero rursus nunc quæstio de uiro ciuili, huius ipsius ne magis gratia proposita est, aut ut in omnibus magis dialectici fiamus? SOCR. Et hæc nimirum ut in omnibus. HOSP. Profectò textoriæ rationem, nemo sanæ mentis huius ipsius gratia uenati uoluerit. Verum ut arbitror plerosq; latet, quòd quibusdam rebus cognitu facilius sensibiles quædam similitudines à natura insunt, quas nulla difficultas est declarare, si quis ipsorum, rationem petenti de aliqua, non cum molestia, sed absque ratione, facile ostendere uelit. Maximis uero rursus & præstantissimis rebus non est ullum simulachrum ad homines euidenter elaboratum, quo ostenso interrogantis animam iustè explere possit, qui ad sensum aliquem adaptans illam explere uelit. Quapropter meditari oportet, ut de singulis rationem dare & accipere possimus. Nam quæ incorporea sunt, quum pulcherrima & maxima sint, ratione solum, & nullo alio clarè ostenduntur. Horum autem gratia, omnia quæ nunc dicuntur, proferuntur. Facilior autem est in minoribus exercitatio de quauis re, magis quàm in maioribus. SOCR. Pulcherrimè dixisti. HOSP. Quorum itaque gratia omnia hæc nobis dicta sunt, meminimus? SOCRA. Quorum? HOSP. Et huius ipsius uel maximè difficultatis gratia, quam circa longum de textoria sermonem difficulter suscepimus, & circa uniuersi reuolutionem: Sed & circa Sophistæ disputationem de eius quod non est essentia, prolixiorem fuisse sermonem intelleximus, & in his sanè omnibus nos ipsos castigauimus, ne curiosa simulq; longa diceremus. Quo igitur nihil huiusmodi nobis rursus accidat, horum omnium gratia, superiora nobis relata esse dicito. SOC. Ita fiet, dic modo ea quæ deinceps sequuntur. HOS. Dico itaque & me & te eorum quæ nunc relata sunt memores, & uituperationem & laudem facere oportere, breuitatis simulq; prolixitatis eorum de quibus semper dicimus, non ut longitudines inter se collatas iudicemus, sed secundum mensurandi artis eam partem quæ ad decorum mensurat, quam memoria tenere oportere tunc dixi-
mus. SOCRAT. Rectè. HOSP. Non itaq; ad hoc omnia: Neque enim prolixitate nulli congruente ad uoluptatem opus habebimus, nisi obiter aliquantulum: Neque rursus ad

Diuisionis ratio

Quæstionum proponendarum ratio

Rerū facilitas, & difficultas

Exercitatio in minoribus

Breuitatis & prolixitatis sermonis iudicium

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus ad propositi quæstionem, quo facilimè ac citissimè inueniamus, secundum & non primum ratio amplecti nos iubet: Verum maximè & primum hanc methodum magni facere, ut secundum species diuidere possimus. Et sanè etiam sermonē, siue penitus prolixus habitus auditorem ad inuentionē paratiorem effecerit, approbare, & prolixitatem minimè ægrè ferre: siue rursus breuior, eodem modo. Insuper autem ad hæc, eum qui in huiusmodi conuersationibus, sermonum prolixitates uituperat, & circuitus per circulum reuertentes non admittit, non ita cito, neq; statim sic dimittere oportet, ubi uituperauit solum uelut lōga, hæc quæ in superioribus dicta sunt: sed putare ipsum etiam insuper demonstrare oportere, quòd si breuiora essent, præsentes magis dialecticos effecissent, & ad inuentionem sermonis de rebus habendi paratiores: alios autem, & ad alia quædam attinentes laudes, ac uituperationes nihil curare, neq; omnino eiusmodi sermones audire putare. Et de his quidem satis, si etiam tibi hoc modo uidetur. Rursus autem ad ciuilem uirum redeamus, prædictæ textoriæ exemplum ad ipsum asferentes. SOCR. Rectè dixisti, & quæ dicis faciamus. HOSP. Proinde à multis artibus pastioni deditis. imò ab omnibus potius circa greges uersantibus rex separatus est. Restant autem artes concausarum & causarum in ipsa ciuitate, quas primùm inter se diuidere oportet. SOC. Rectè. HOSP. Nosti igitur ipsas bifariam secare difficile esse. Causa uero in progressu non minus ut arbitror conspicua erit. SOCR. Proinde ita facere oportet. HOS. Membratim itaq; ipsas uelut uictimam diuidamus, quandoquidem bifariam non possumus. Semper enim in proximum numerum secare oportet. SOC. Quomodo igitur in præsentia faciemus? HOS. Quemadmodum in superioribus. Quæcūq; enim artes instrumenta exhibebant textoriæ, eas omnes tunc uelut concausas ponebamus. SOCR. Etiam. HOSP. Et nunc sanè idem quidem hoc, sed adhuc amplius quàm tunc nobis faciendum est. Quęcunq; enim aut paruum aut magnum quoddam instrumentum in ciuitate faciunt, eas omnes ut cōcausas ponere oportet. Nam absq; his neq; ciuitas, neq; ciuitatis gubernandæ ars unquam cōstiterit. Verum nullum harum opus, regiæ artis esse ponemus. SOC. Non sanè. HOS. Atqui difficile quiddam facere conamur, qui hoc genus ab alijs separamus. Vt enim is qui quodcūq; ex his quæ sunt, unius cuiusdam instrumentum dixit, probabile quid dixisse uideatur, tamē secundum ex his quæ possidentur in ciuitate hoc dicemus. SOC. Quod istud? HOS. Quod hāc uim non habet. Non enim in eo quod fit sic affigūtur causæ, uelut instrumentum, sed salutis gratia eius quod factum est. SOC. Quale istud? HOSP. Hoc nimirum quod siccis & liquidis, & igne calefactis, & his quæ ignem non senserunt, paratum uas est omnigenæ speciei, quod uno nomine appellamus, & ualdè magna species est, & quæ ad scientiam quam quærimus, nihil ut arbitror pertinet. SOC. Quidni? HOS. Tertiam itaque ab his aliam speciem possessionum ualdè multam considerare oportet, pedestrem & aquaticam, uagam & non uagam, pretiosam & uilem, & quæ unum nomen habet, eo quòd omnis, gratia sessionis cuiusdam est, & semper alicui sedes fit. SOCR. Quæ ista? HOS. Quæ ipsa uehiculum dicitur, non admodum ciuilis artis opus, sed multò magis fabrilis, & figularis, & eius quæ æs cudit. SOCR. Intelligo. HOS. Quid uero num quarta alia ab his esse dicenda est, in qua plurima ex dudum relatis sunt, uestitus uniuersus, & multa pars armorum, & muri, omniaq; terrea ac lapidea munimenta, & innumera alia. Quum autem uniuersa hæc obiectus gratia facta sint, iustissimè tota species propugnaculum appellari potest, & multò magis artis ædificatoriæ opus, & plurima parte textoriæ rectius censeri debet, quàm artis ciuilis. SOCRA. Maximè. HOSP. Quintam uero num circa ornatum & picturam ponere uolumus, & quæ hac & Musica utentia efficiunt imitamenta, ad uoluptates solum nostras elaborata, meritò uno nomine cōprehensa? SOC. Quo illo? HOS. Ludicrum quiddā dicitur. SOC. Quidni? HOS. Hoc itaq; unū nomen de omnibus his dici conueniet. Non enim serij studij gratia quicquam, sed ludi causa omnia fiunt. SOCR. Et hoc ferè intelligo. HOS. Quæ uero omnibus his corpora exhibet, ex quibus, & in quibus operātur artes quæ nunc relatę sunt, omnigena species & multarū aliarum artium soboles, non'ne sextam ponemus? SOCR. Qualem istam dicis? HOS. Aurum & argentum, & omnia metalla, & uniuersa quæ ars cædendi ac tondendi syluas resecta exhibet arti fabrili lignariæ, & ei quæ contexit, & insuper ei quæ corticibus utitur: & quæ de stirpibus ac animatis corporibus pelles detrahit coriaria: & quæ circa talia artes uersantur: & quæ suber ac papyri iuncos & ligamenta præparant ac exhibent, ut ex non compositis generibus compositæ species fiant. Vnam autem ipsam appellamus omnem primigeniam hominibus & incompositam possessionem, quæ nequaquam regiæ scientiæ opus existit. SOC. Rectè. HOS. At alimenti possessionem, & quæ suis partibus in corpus ammixta, uim quandam habent corporis partes curandi, septimam speciem dicere oportet, ita ut totam ipsam altricem nostram esse dicamus, si non aliud pulchrius nomen indere possumus. Agriculturæ uero & uenationi, & gymnasticæ, & Medicinæ, & culinariæ totam subijcientes rectius attribuemus, quàm arti ciuili. SOCR. Quid ni? HOS. Quęcunq; itaq; possidentur, ea ferè in his septē generibus inuenta esse arbitror mansuetis animantibus exceptis. Considera autem sic. Iustissimū fuisset primigeniam speciem ab initio positam fuisse. Postea uero Instrumentum, Vas, Vehiculū, Propugnaculum, Ludicrum, Alimentū. Prætermisimus autem, si quid non ita magnū nos latuit, quod ad aliquam ex illis speciem congruere possit, uelut est numismatis, & sigillorum, & omnis characteris idea. Nam hæc nullum adeò magnum genus cōtubernale inter illa habent, sed si partim ad ornatum, partim ad instrumenta, uiolenter quidē, omnino tamen trahantur, cōgruent. At uero animantium mansuetorum possessionē, exceptis seruis, ea quæ prius diuisa est gregaria pastio complexa patefaciet. SOCR. Maximè. HOS. Restat seruorum & ministrorum omnium genus, inter quos sanè auguror eos manifestos fore, qui de cōiunctione cum rege contendunt, quemadmodū cum textoribus tunc cōtendebant, qui nendi & carminandi, aliarumq; quas diximus, artiū studio tenentur. Reliqui uero omnes uelut cōcausæ dicti, unà cum operibus nunc adeò relatis, à regia & ciuili actione distincti ac separati sunt. SOCR. Ita uidentur. HOS. Age itaq; consideremus reliquos uicinius accedentes, quo ipsos firmius cognoscamus. SOC. Fiat ita. HOS. Maximos equidem ministros quantum hinc uidere datur, contrarium quàm suspicati sumus studium & affectionem habere comperimus. SOC. Quos istos? HOS. Emptos & hoc modo comparatos, ut citra hæsitationem seruos appellare possimus, regiam artem sibi uendicare minime uidemus. SOC. Quid ni? HOS. Quid uero liberi illi, qui seipsos ultrò in ministerium offerunt, & agriculturæ ac aliarum artium opera transuehunt, & inter se cōmutant partim in foro, partim de ciuitate in ciuitatem transeuntes, per mare, per terras, & alia pecunijs, alia rerum permutatione distrahentes, quos argenti permutatores, & mercatores, & naucleros, & caupones cognominauimus, num de ciuili arte contendent? SOC. Fortassis de ea quæ mercatorum est. HOS. At non mercenarios, & passim omnibus ad ministerium expositos, regiam artem sibi uendicare unquam comperiemus? SOC. Quomodo enim. HOS. Quid uero eos qui in huiusmodi ubilibet nobis inseruiunt? SOC. Qualia dicis & quos? HOS. De quorum numero est præconum gens, & qui literarū sapientia præditi inseruiunt, & alij quidam præstantes in eo, ut multa alia circa principatus elaborent, quid de his rursus dicemus? SOC. Id quod nunc ipse dixisti, seruos & ministros esse, & non ipsos in ciuitatibus principes. HOSP. Non itaq; insomnium conspicatus dicebam hoc modo fore, ut multi apparerent qui de ciuili arte insigniter contenderent, etiamsi ualdè absurdum esse uideri possit, hoc in seruili aliqua parte quærere. SOCR. Maximè. HOSP. Accedamus itaque adhuc propius ad eos qui nondum examinati sunt. Sunt autem hi qui circa uaticinationem, scientiæ alicuius ministræ partem habent. Interpretes enim deijs ad homines censentur. SOCRA. Etiam. HOSP. Sed & sacerdotum genus, uelut legis loco receptum est, eam scientiam habet, ut nostra dona per sacrificia dijs, prout illis placet, offerat, & ab illis bonorum adeptionem precibus nobis impetret. Hæc autem ambo ministræ artis partes sunt. SOCRAT. Apparet. HOSP. Iam itaque uidemur mihi uelut uestigium quoddam attingere, in quo progrediamur. Nam Sacerdotum & Vatum species ualdè præclarè de se sentit, & in reuerenda existimatione est, propter factorum & officij magnitudinem. Quare in Ægypto neque imperare licet Regi absque sacerdotio. Sed & si quis ex alio genere per uim regnum inuasit, postea tamen necesse est eum hoc genere initiari. Quin & in multis locis apud Græcos, summis magistratibus maxima sacrificia demandata esse quis compererit. Et sanè etiam apud uos non

Diuisio secundum species potissima

Vituperātibus alia, quid faciendum sit

Diuisio in proximū numerū

Instrumentorū artes in ciuitate, cōcausæ sunt

Possessionū ciuilium species septem

Ludicrorum species

Primigenia possessionum species

Possessionū septē iustus ordo

Regi studijs qui sint coniuncti

Universidad de Deusto
Biblioteca

non minus clarum est id quod dico. Ei enim qui Rex sorte creatus est, augustissima & maximè patria uetera sacrificia, hic attributa esse tradūt. SOC. Maximè. HOS. Hos itaq; sorte creatos reges simulq; sacerdotes, & ministros ipsorum, & aliam quandam multiiugam turbam considerare conuenit: quæ recens nobis nunc in conspectum uenit superioribus separatis. SOC. Quos istos dicis? HOSP. Quosdam ualdè absurdos. SOCR. Quid ita? HOSP. Omnis enim generis ipsorum genus est, uelut nunc cōsideranti mihi uidetur. Multi enim uiri Leonibus similes sunt, & Centauris & huiusmodi alijs. Multi etiam Satyris, & debilibus, ac uersutis bestijs. Cito autem transmutant inter se & ideas, & facultatem. Et sanè nunc recens ô Socrates uideor mihi uiros cognouisse. SOC. Dicas itaq;. Videris enim absurdū quid contueri. HOSP. Etiam. Nam ut aliquid absurdū & mirum uideatur, ex ignorātia omnibus cōtingit. Etenim & mihi nūc hoc derepente accidit. Ambiguus enim hæsi cōspicatus illum circa ciuitatum negocia chorum. SOC. Quem istum? HOS. Illum omniū Sophistarū maximum præstigiatorem, & huius artis peritissimum, quē ab his qui reuera uiri ciuiles & regij sunt, etiamsi hoc penitus difficile sit factu, auferre oportet, si id quod quærimus euidenter uidere uolumus. SOC. Atqui hoc nō omittēdū est. HOS. Non sanè ut mea est sentētia. Et dic mihi hoc. SOC. Quod istud? HOS. Non'ne principatus unius, ex ciuilibus principatibus unus est? SOC. Etiā. HOS. Et post unius principatū, dixerit quis paucorū ut arbitror potētiam? SOC. Quid ni? HOS. Tertia uero reipub. forma, non'ne multitudinis principatus est, popularis appellatus? SOC. Maximè. HOS. Quū autem tres sint, non'ne quinq; quodammodo fiūt, duo ex seipsis alia ad se nomina pariētes? SOC. Qualia ista? HOS. Ad uolentū & uolūtarium nūc respiciētes, & ad paupertatē ac diuitias, & ad legē ac iniquitatē, quæ in ipsis fiunt, ex duobus utrūq; bifariam diuidētes, Vnius quidem principatū appellant, uelut duas species exhibētem duobus nominibus, alterā tyrannidi, alterā regno. SOC. Quid ni? HOS. At ciuitatē in qua pauci semper dominantur, in optimatū dominiū, & paucorū potentiam diuidunt. SOC. Et ualdè quidē. HOS. Popularis autē principatus siue uiolenter, siue uolūtariè imperet multitudo his qui opibus pollent, & siue leges exactè seruet, siue non, nemo penitus nomē transmutare consueuit. SOC. Vera dicis. HOS. Quid igitur putamus' ne aliquā ex his rebus publicis, his terminis inclusam, uno & paucis & multis, & diuitijs & paupertate, & uiolento & uolūtario, & quæ cū legibus & absq; legibus esse solet, rectam esse. SOC. Quid enim impedit? HOS. Cōsidera itaq; clarius hac uia me sequens. SOC. Quam? HOSP. Perseuerabimus' ne in eo quod dictum est in principio, aut diuersum ab illo sentiemus? SOC. In quo illo dicis? HOSP. Regium principatum scientiam quandam esse diximus ut arbitror. SOC. Etiam. HOSP. Et non ex quouis scientiarum genere, sed iudicatoriam quādam ac Imperatoriam ex alijs delegimus. SOC. Etiam. HOSP. Et ex imperatoria alteram partem inanimatis operibus attribuentes, alteram autem animantibus, secundum hunc modum diuidentes hucusq; progressi sumus, ut scientiæ quidem non simus obliti, uerum quæ sit, nondum iuste explicare potuimus. SOCR. Rectè dicis. HOS. Non'ne igitur hoc intelligimus, quòd terminum horum principatuum non paucos, neq; multos, neq; uoluntarium, neq; inuoluntarium, neq; paupertatem, neq; diuitias, statuere oportet, sed scientiam quandam, si superiora sequemur. SOCR. Atqui fieri nō potest ut hoc non faciamus. HOSP. Necessariò itaq; nunc hoc sic considerandum est, in quo tandem horum contingit, ut adsit scientia imperij in homines, quam consequi maximæ ferè ac grauissimæ difficultatis est. Hanc ipsam enim intueri oportet, ut qui à sapiente rege auferēdi sint conspiciamus, qui simulant quidem se esse uiros ciuiles, & multis id persuadent, nequaquam autem sunt. SOCRAT. Oportet sanè hoc facere, uelut ratio superioris sermonis nos pręmonuit. HOS. Num igitur possibile esse uidetur, ut multitudo in ciuitate hanc scientiam adipiscatur. SOCR. Et quo modo? HOSP. Num uero in ciuitate quæ mille uiros habet, fieri potest ut centum aut quinquaginta sint, qui illam iustè adipiscantur? SOCR. Facilima itaque omnium artium esset. Scimus enim ex mille uiris non tot inueniri posse, qui talorum ludo præstent, si ad eos qui inter alios Græcos sunt comparentur, nedum Reges. Oportet enim eum qui regiam scientiam habet, siue principatum gerat, siue non, iuxta superiorem sermonem, regium appellare. HOSP. Rectè me admonuisti, & sequentem me in

Principatus reipub. III.

me in hoc te, rectum principatū circa unum, & duos, & omninò paucos quærere oportet, si modò rectus sit. SOC. Quidni? HOS. Hos autem siue uolentibus, siue inuitis imperent, siue secundum leges scriptas, siue absq; legibus, & siue diuites, siue pauperes sint, quemadmodū nunc putamus, secundum artem quamcunq; tandem, principatū gerere censendum est. Nam & Medicos uel maximè censemus, siue uolentes, siue inuitos nos curant, secantes aut urentes, aut alium quendā dolorem inducentes, & siue secundū librorum præscriptam artem, siue absq; libris: & siue pauperes fuerint, siue diuites, nihilo minus Medicos dicimus, quandiu arte curam gerunt, purgantes, siue aliâs attenuātes, siue augentes, si solum ad corporum cōmodum, ex deterioribus meliora facientes, singuli curantes ea quæ curantur, seruarint. Hoc modo, ut arbitror, & non alio dicemus hunc solum esse rectum Medicinæ terminum, & alterius cuiuscunq; tandem principatus. SOCR. Maximè. HOS. Necessarium itaq;, ut apparet, est etiam hanc reipub. insigniter rectam, & solam rempub. esse, in qua quis inueniat principes uere scientes, et qui nō solum sibi scire uideantur, siue secundū leges, siue absq; legibus imperent, & uolentibus aut inuitis, aut pauperes, aut diuites. Nequaquā enim quicquam horum reputandū est in ulla rectitudine. SOC. Rectè. HOS. Et siue occisis aliquibus, siue electis, in commodum ciuitatē purgarint: siue in colonias nouas deducendas, uelut apum examina emittentes, minorē illam fecerint: aut superinductis alicunde extrinsecus ciuibus, ipsam auxerint: quādiu scientia & iustitia utentes ac seruātes, ex deteriore meliorem ipsam pro uiribus effecerint: tandiu, & secundū hos terminos, solam esse rectam rempub. dicere oportet, alias autem neq; legitimè dici, neq; reuera esse. Sed eas quæ hanc ultrò imitantur in his quæ sunt honestiora, prudentes dicimus. Reliquas autem in turpioribus illam imitari. SOC. Reliqua quidem ô hospes, moderatè dicta esse uidentur. Verum etiam sine legibus imperare rectum esse, grauius auditu dictum est. HOS. Paululū me præuenisti interrogando ô Socrates, Eram em̄ pernunctaturus hæc ex te, an admitteres omnia, aut quid ex his quæ dicta sunt, ægrè ferres. Nunc autem hoc manifestū iam est, de rectitudine eorum qui sine legibus imperant, tractare nos uelle. SOC. Quidni? HOS. Proinde hoc aliquo modo manifestū est, ferendi leges artem ad regiam scientiam pertinere. Optimum autem est non ipsas leges ualere, sed uirum cum sapiētia regium. Nosti quomodo? SOC. Dicas quomodo. HOS. Quia lex nunquā poterit optimo & iustissimo simul omnibus exactè compræhenso, id quod optimū est præcipere. Nam dissimilitudines homínum & actionum, & quòd nunquam quicq; humanarum, ut ita dicam, rerum stabile sit, hæc faciunt ut nulla penitus ars, quicquā simplex in uniuersum de omnibus per omne tempus pronunciare possit. Hæc'ne ita habere concedimus? SOC. Quidni? HOS. At uero legē ferè ad hoc ipsum cōtendere uidemus, uelut hominē quendam contumacem & imperitū, & qui nihil præter suum institutū facere sinit, ut neq; interroget quemquā, an quid melius alicui recens contingat, præter eam quam ipse constituit rationem. SOC. Vera dicis. Facit enim reuera Lex singulis nobis, quemadmodū nunc dixisti. HOS. Proinde impossibile est rectè habere se ad ea quæ nunquā simplicia sunt, id quod perpetuò simpliciter fit. SOC. Consentaneū est. HOS. Cur itaq; unq; necessariū est legem fere, quandoquidem non rectissima res Lex est, huius causa inuestiganda est. SOC. Quidni? HOS. Non'ne & apud uos, uelut etiam in alijs ciuitatibus, sunt quædam hominū exercitationes, quas aceruatim faciunt, siue ad cursum, siue ad aliud quiddam, contentionis gratia. SOC. Et ualdè quidem multæ. HOS. Age nunc rursus memoria repetamus præcepta eorum qui arte exercent in huiusmodi exercitationibus. SOC. Quę ista? HOSP. Quia fieri non posse putant, ut exactè singula in singulis rimantes, id quod unicuiq; corpori conuenit, præcipiant. Quare crassiore modo plerūque & ad multos, ordinem eius quod corporibus conducit, facere oportere censent. SOC. Rectè. HOSP. Quapropter etiam æquales labores nunc uniuersis attribuentes, & simul ipsos incitāt, simulq; à cursu & lucta quietos reddunt, & ab omnibus corporis laboribus. SOCR. Est ita. HOS. Et legislatorem itaque gregibus præfectū, de iusto & mutuis cōmercijs nunquam satis præstare id posse putamus, ut dum omnibus simul imperat, id quod unicuique conuenit, exactè attribuat. SOCR. Verisimile est. HOS. Quare etiam ad multos plerunque, atque sic crassiore singulis modo feret legem, & scripto expressam, & non scri-

Medici qui ritè censeantur

Respub. recta quæ sit

Rex supra leges

Legum rigor

Exercitationis præceptorum ratio

Legum ferendarum ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptam, pro patriæ more illam sanciens. SOC. Rectè. HOSP. Rectè profectò. Quomodo enim quis unquam sufficere ad hoc posset, ut semper per uitã unicuiq; assidens, id quod conuenit, exactè imperet? Nam si hoc facere posset, quicunq; tandem ex his qui reuera regiam scientiam acceperunt, nullatenus unquam has appellatas leges scribendo, sibi ipsi impedimenta constitueret. SOC. Ex his quæ nunc dicta sunt, ô hospes, ita res se habere uidetur. HOS. Imò magis, ô optime, ex his quæ deinceps dicentur. SOCR. Ex quibus istis? HOSP. Ex huiusmodi. Dicamus equidem ad nos ipsos, Non'ne Medicus aut etiam gymnasticus aliquis peregrè profecturus, & longo tempore à curandis, ut putet, abfuturus, si eos quos exercet, aut ægrotos mandatorum immemores fore existimarit, *Medicorum mos* commentarios ipsis præscribere uoleat? aut quomodo sentis? SOC. Ita. HOS. Quid uero si præter opinionem breuiori tempore peregrinatione absoluta reuertatur, num præter illa præscripta, non audebit alia admonere, si alia meliora ægrotis esse cõtingat, propter uentos obortos, aut etiam aliud quiddam, ex his quæ ex loue aliter quodammodo quàm solent, præter spem acciderunt? Verùm perseuerans censebit uetera præscripta non esse transgredienda, ita ut neq; ipse alia imperet, neq; ægrotus alia præter præscripta facere audeat, tanquam hæc sint Medica & salubria: quæ uero aliter fiant, morbosa & non artificiosa? Aut quiduis huiusmodi in scientia & uera arte circa omnia contingens, maximum penitus risum de præscriptis illis excitabit? SOCR. Maximè profectò. HOS. At ei qui iusta ac iniusta, & honesta ac turpia, & bona ac mala, tum scriptis, tum non scriptis legibus sanciuit hominum gregibus, quæ in singulis ciuitatibus secundum leges eorum qui illas conscripserunt, pascuntur, si is qui cum arte scripsit, aut alius quispiam similis adueniat, nõ licebit alia præter hæc imperare? Aut etiam hoc interdictum non minus quàm illud, reuera ridiculum uidebitur? SOCR. Quidni? HOS. Nosti igitur sermonem qui de hac re uulgo fertur? SOC. Non adeò nunc intelligo. HOS. Attamen *Legum meliorum lationis ratio* decorus est. Dicunt enim, si quis præter priores, cognoscat leges meliores, eum istas sanire oportere, ita ut hoc prius suæ ciuitati persuaserit: aliàs autem nõ. SOC. Quid igitur non rectè? HOSP. Fortassis. Si uero quis non persuadens id quod melius est cogat, respondet quod est uiolentiæ nomen, non tamen adhuc, uerùm de superioribus prius. SOCRAT. De quibus istis dicis? HOS. Si quis non persuaso eo quem curat, scientiam aliàs rectam habens, cogat præter artis præscripta, puerum aut uirum aliquem, aut etiam mulierem facere id quod melius est, quod huius uiolentiæ nomen erit? Non'ne quiduis potius, quàm id quod præter artem peccatum dicitur, ipsum morbum, & omnia prius coacto illi dicere licet, quàm q; morbum & artis ignorantiam pertulerit à Medicis, qui per ipsum uim coegerũt? SOC. Verissima dicis. HOS. Quod uero est id quod præter artem ciuilem peccatum dicitur? Non'ne turpe, & malum, & iniustum? SOC. Maximè. HOS. At eorũ qui præter scriptas & patrias leges, alia iustiora, & meliora, & honestiora prioribus facere coacti sunt, si quis audiat de tali ui illata querimoniam, non'ne ea maximè omnium ridicula uidebitur, quum de quauis re potius querelã esse debeat, quàm quòd turpia & iniusta & mala pertulissent coacti illi, ab his qui ipsos coegerunt. SOCR. Verissima dicis. HOSP. Num igitur si diues fuerit qui coegit, iusta: si pauper, iniusta est coactio? Aut siue persuasit, siue nõ persuaserit quis, diues aut pauper, siue secundũ scriptas, siue præter scriptas leges, si ea quæ commoda sunt, facit, hunc circa hæc terminum esse oportet, uerissimum rectæ gubernationis ciuitatis, iuxta quem sapiẽs & bonus uir subditorum utilitatem procurabit, quemadmodum gubernator nauis semper nauis & nautarum utilitatem obseruat? Nam ut hic non scriptis propositis, sed artem pro lege exhibens, nautas seruat: Sic etiam iuxta eundem modum, ex his qui ita imperare possunt, recta fuerit respublica, dum artis potentiam legibus præstantiorem exhibent. Et profectò in omnibus quæ faciunt sapientes principes, peccatum nõ est, quandiu unum hoc magnum obseruarint, ut id quod iustissimũ est cum intelligentia & arte semper ciuibus distribuentes, & seruare ipsos possint, & ex deterioribus meliores efficere, quantum eius fieri potest. SOCR. Non est quòd his quæ nunc dicta sunt, quis contradicat. *Multitudinis imperium damnatum* HOSP. Imò neque illis contradici potest. SOCR. Quibus istis? HOSP. Quòd multitudo nunquam tali quorumcunq; tandem scientia accepta, ciuitatem cum intelligentia gubernare poterit. Verùm circa paucos & unum, recta illa una respublica quærenda est.

da est. Reliquæ uero imitatrices habendæ sunt, quemadmodum etiam paulò antea dictum est, aliquas in his quæ honestiora sunt, aliquas in turpioribus, hanc imitari. SOC. Quomodo & quid hoc dixisti? Neque enim id quod paulò ante de imitamentis dicebas, intellexi. HOSP. Atqui nõ malum fuerit, si quis talem sermonem commotum hoc loco neglígat, & non ipsum persequens, ostendat id quod nunc cõmittitur circa ipsum peccatum. SOC. Quod istud? HOS. Tale quid quærere oportet, non admodum familiare, neq; cognitu facile, attamen apprehẽdere ipsum conemur. Age itaq; quũ sola nobis recta sit hæc respublica quam diximus, nosti quòd alias huius legibus conscriptis utentes sic seruari oportet, ut faciant id quod nunc laudabamus, etiãsi non rectissimum id sit. SOCR. Quod istud? HOSP. Quòd nemo in ciuitate quicquam contra leges face- *Legum uiolatarum pœna* re auder, uerùm si quis audeat, is morte mulctetur, & omnibus extremis supplicijs afficiatur. Atque hoc est quod rectissimè ac optimè se habet, uelut secundum, postquam quis primum quod nunc dictum est, transposuerit. Quo uero modo hoc fiat quod secundum diximus, transigemus. Nunquid? SOCR. Maximè. HOSP. Reuertamur rursus ad imagines, quibus regios principes semper assimilare necesse est. SOCR. Quales istas? HOSP. Ad generosum nauis gubernatorem, & illum multis alijs comparandum Medicum. Consideremus itaq; formam quandam in his ipsis confictam. SOCR. Qualem istam? HOS. Talem quandam, uelut si omnes de ipsis cogitaremus, quòd gra uissima ab ipsis pateremur. Quem enim nostrum utrique seruare uoluerint, similiter fa- *Medicorum et gubernatorũ similitudo* nè seruant: & quem damno afficere uoluerint, damno afficiunt, secantes & urentes, & expensas uelut tributum ad seipsos deferre imperantes, de quibus pauca quidem in ægrotum, & ferè nihil expendunt, reliquis autem ipsi & ministri utuntur: & tandem aut à cognatis, aut à quibusdam ægroti amicis pecunias pro mercede accipiẽtes occidunt. Gubernatores autem rursus innumera alia huiusmodi faciunt, ut qui in eductionibus nauium in altum ex insidijs desertos relinquant, & si errorem in pelago faciant, in mare eijciant, & alia mala perpetrent. Hæc si cogitantes, consilium quoddam de ipsis inire mus, quòd neutri harum artium amplius permittere uelimus, ut per se imperet, neque seruis, neque liberis. Congregare uero uelimus ad concionem nostram, aut omnem populum, aut diuites solum, ita ut etiam idiotis & alijs opificibus liceret, & de nauigatione, & de morbis sententiam conferre, quomodo conueniat medicamentis, & medicis *Consultatio de Medicis ac gubernatoribus tollendis* instrumentis, ad ægrotos uti: quomodo item nauibus ipsis, & nauticis instrumentis ad nauium usum, & circa pericula nauigationis à uento & mari, & aduersus piratarum incursus & si naualem pugnam longis nauibus instituere oporteret, aduersus alia huiusmodi. Quæ uero multitudini de his uisa essent, siue medicis quibusdam & gubernatoribus, siue alijs idiotis consilium conferentibus, in tabulis quibusdam ac columnis inscriberemus, partim uero non scripta etiam patrio more sanciremus, ut iam secundum hæc, in posterum & nauigationes instituerentur, & ægrotorum curationes fierent. SOCRAT. Profectò dixisti absurda. HOSP. Et præterea ut quotannis multitudinis principes constituerentur, siue ex diuitibus, siue ex omni populo sorte delecti: & ut constituti principes imperarent secundum præscripta gubernantes naues, & sanãtes ægrotos. SOCR. Hæc adhuc absurdiora sunt. HOSP. Vide itaq; & id quod post hæc sequitur. Postquam enim singulis principibus annui magistratus tempus præterierit: oportebit constitutis uirorum iudicijs, siue illi ex diuitibus, siue ex uniuerso populo sorte fuerint delecti, producere eos qui principes fuerũt, & ad quæstionem postulare, ita ut qui uelit, ipsos accuset, quod non secundum præscripta per annum gubernarint naues, neque secundum ueteres progenitorum mores ac cõsuetudines. Eodem modo etiam eos qui curandis ægrotis præfecti fuerunt. Prout autem fuerint condemnati, constituere oportebit, quid pati aut rependere ipsos conueniat. SOC. Proinde qui uolens & ultrò inter eiusmodi principatum gerere expetiuerit, dignissimus est ut quiduis patiatur ac rependat. HOSP. Præterea etiam legem ad omnia hæc ferre oportebit. Si quis artem gubernatoriam ac rem nauticam, aut sanitatis tuendæ artem & Medicinæ ueritatem, circa uentos tum calidos, tum frigidos quærere uideatur, præter illa præscripta & quodcunque tandem circa talia comminiscatur, eum primum quidem neque Medicum, neque gubernatorem nominandum esse, sed Sophistam quendam de sublimibus nugan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem. Deinde uelut corrumpentem alios iuniores, & ad insidias gubernatoriæ ac Medicinæ struendas persuadentem, ut ne secundum leges, sed ex suo arbitrio, & nauibus & ægrotis imperent, quemlibet accusare, & pro uoluntate ad iudicium pertrahere posse. Si uero præter leges & præscripta, siue iuuenibus, siue senibus persuadere comperiatur, extremo supplicio afficiendū esse. Nihil enim legibus sapientius esse oportere. Neminem enim ignorare & medicam, & sanitatis tuendæ artem, neque gubernatoriam et rem nauticam. Licere enim cuique uolenti, ut præscripta & propositos patrios mores discat. Hæc sanè si & circa has scientias, ita ut diximus, ô Socrates, fierent, & circa artem militarem, & uniuersam uenatoriam, & totius picturæ quamcunque imitatoriam partem, & circa artem fabrilem lignariam, & omnem uasa ac instrumenta fabricandi artem, & circa agriculturam & totam plantādi artem: Aut si etiam equorum pastionem secundum præscripta fieri uideremus, aut uniuersam gregariam pastionem, aut uaticinandi artem, aut omnem ministerio comprehensam partem, aut talorum ludum, aut uniuersam arithmeticen nudam, siue planam, siue in profunditatibus, siue in uelocitatibus constitutam: Si circa omnia hoc modo hæc fierent, ut secūdum præscripta, & non secundum artem peragerentur, quid tandem uideretur? SOC. Manifestum est quòd omnes artes penitus nobis perirent, & neq; unquam rursus restituerentur, propter hanc legem quæ illas quærere uetat. Quare uita quæ etiam nunc grauis est, illo tempore penitus non esset expetenda. HOSP. Quid uero hoc, si secundum præscripta, singula quæ relata sunt, fieri cogeremus, & legibus præscriptis præfectus esset aliquis, aut uulgi suffragio, aut fortunę sorte designatus. Hic autem nihil curans præscripta, aut cuiusdam lucri, aut propriį cōmodi gratia, alia præter hęc facere aggrederetur, ut qui nihil sciat: nōn ne superiore malo maius adhuc hoc malū fieret? SOC. Verissimè. HOS. Nam qui præter leges ex multa experientia latas, & quas multitudo sanciuit, ad singulas consiliarijs & persuasoribus gratiosis usa, facere audet, is peccatum peccato multiplicans, omnem actionē adhuc amplius quàm præscriptæ leges euertit. SOC. Quomodo uero hoc non faceret? HOS. Quapropter his qui de quacunq; re leges & scripta proponunt, secunda nauigatio hæc fuerit, ut præter hæc neq; unum, neq; multitudinem unquam quicquam facere sinant. SOC. Rectè. HOS. Non'ne hæc imitamenta ueritatis singulorum principatuum fuerint, quæ ab intelligentibus pro uiribus scripta sunt? SOCR. Quidni? HOS. Sed & gnarum reuera ciuilem uirum diximus, si modo meminimus, multa per artem facturum esse ad suam actionem, ita ut nihil curet præscripta, quum alia ipsi meliora usa fuerint, præter ea quæ ab ipso sunt præscripta, & quibusdam absentibus transmissa. SO. Diximus equidem. HOS. Non'ne si quicūq; uir unus, aut quæcunq; multitudo, quibus leges præscriptæ fuerint, præter has quiduis aliud, uelut quod melius sit, facere aggredientur, idem pro uiribus faciunt, quod ille uerus uir ciuilis? SOC. Maximè. HOS. Nōn ne siquidem ignari essent qui hoc facerent, imitari quidē conarentur ueritatem, omnia tamen male imitarentur: Si uero arte præditi essent, hoc non amplius imitatio est, sed illud ipsum quod ueríssimum est? SOC. Omninò ita. HOS. Sed & antea pro confesso nobis positum est, nullam multitudinem ullam aliquam artem capere posse, SOCR. Positum est equidem. HOSP. Proinde siquidem est regia quædam ars, diuitum multitudo & uniuersus populus ciuilem hanc scientiam capere non poterit. SOCR. Quomodo enim posset? HOSP. Oportet itaq;, ut apparet, huiusmodi respublicas, si ueram illam unius cum arte imperantis rempublicam rectè imitari pro uiribus uelint, cùm præscripta sint ipsis leges, nunquam quicquam facere præter præscripta & patrios mores. SOCR. Rectissimè dixisti. HOS. Cùm igitur diuites hanc imitantur, tunc optimatū dominium appellamus huiusmodi rempublicam. Cùm uero leges non curant, paucorum potentiam. SOC. Consentaneum est. HOSP. Et rursus cùm unus principatum gerit secundum leges imitans scientem illum, Regem appellamus, non distinguentes nomine, eum qui cum scientia aut opinione, secundū leges solus imperat. SOC. Ita uidemur. HOS. Proinde etiamsi quis reuera sciens unus imperet, omninò idem nomen Rex, & nullum aliud ei attribuetur. Nam ex quinq; nominibus prædictarum rerumpublicarū, unum solum factum est. SOC. Apparet ita. HOS. Quid uero cùm neq; secundū leges, neq; secundum mores fecerit quis, qui unus sit princeps, fingat autem uelut qui sciat, quòd præter præscripta id

Artium interitus

scripta id quod optimum est, sit faciendū: Sit autem cupiditas & ignorantia huius imitationis dux, non'ne tunc unum quenq; huiusmodi Tyrannum uocare conuenit? SOC. Quidni? HOS. Sic itaq;, ut diximus, & tyrannus factus est, & rex, & paucorum potentia, & optimatum dominiū, & popularis principatus, cùm ægrè ferrent homines unius solius imperium, & diffiderent ullum aliquem huiusmodi principatu unquam dignum fore, ut uelit & possit cùm uirtute & scientia principatū gerere, & iusta ac sancta omnibus rectè distribuere. Verùm potius futurum esse, ut lædat & occidat, & malis afficiat quenq; nostrum prout uellet: alioqui si contingeret talis qualem diximus, eum ample cterentur & exciperēt, ut qui solus feliciter rectam rempublicā exactè gubernet. SOC. Quidni? HOSP. Nunc uero cùm non contingat, uelut diximus, in ciuitatibus rex talis, qualis inter apum examina nascitur, statim & corpore, & anima unus præ alijs insignis: oportet sanè in conciones congregatos præscripta facere ac sancire, ueríssimæ illius rei publicæ uestigia, ut apparet, persequentes. SOCR. Consentaneum est. HOSP. Miramur itaq;, ô Socrates, mala quæ in eiusmodi rebus publicis cōtingere solent, & contingent, quum tale ipsis suppositum sit fundamentum, quod secūdum præscripta & mores, non cum scientia peragat actiones: quo si alia utatur, palàm est quòd omnia quæ hoc modo fierent, perderet. Aut illud potius nobis admirandum est, quòd robustum quiddam ex natura est ciuitas. Quum enim eiusmodi mala perpetiantur, nunc ciuitates infinito tempore, tamen aliquæ ex ipsis durabiles sunt, & non euertuntur. Multæ tamen quandoq; uelut nauigia quæ submerguntur, pereunt, & perierunt, & peribunt adhuc, propter gubernatorum & nautarum improbitatem, qui circa maximas res maxima ignorantia laborant, & qui quum reipublicæ gubernandę nullam rationem teneant, arbitrantur per omnia clarissimè præ omnibus scientijs hanc se habere. SOCR. Verissimè. HOS. Cùm igitur omnes hæ respublicæ non rectæ graues sint, uidendum est nobis quæ ex ipsis minimè grauis sit, & quæ onerosissima ut in ea uiuatur: etiamsi ad hoc quod nunc propositum habemus, extra institutum afferatur, attamen in totum fortassis omnes omnia huius gratia facimus. SOCRAT. Ita uidendum est. HOSP. Eandem itaq; ex tribus insigniter grauem simul'que facilem esse dicunt. SOCR. Quomodo dicis? HOSP. Non aliter quàm unius principatum dico, & paucorum potentiam, & multorum, tres has esse, quas etiam ab initio huius nunc confusi sermonis recensebamus. SOCRA. Est ita. HOSP. Has itaque singulas in duas secantes sex faciamus, ita ut rectam seorsum secernamus ab his septimam. SOCR. Quomodo igitur? HOSP. Ex unius principatu faciemus, Regium & Tyrannicum. Et rursus ex nō multorum potentia, quod illustre diximus, optimatum dominium, & paucorum imperium. Et rursus ex multorum principatu, tunc quidem simplicem cognominātes ponebamus principatum popularem: nunc uero & hic duplex nobis ponendus est. SOCR. Quomodo igitur & hunc diuidemus? HOSP. Nihil ab alijs diuerso. Nam etiamsi nomē huius iam sit duplex, tamen ut secundum leges & præter leges imperet, & in hoc, & in alijs est. SOCR. Est equidem. HOSP. Tunc itaq; rectam nobis quærentibus rempublicam, hæc sectio non erit utilis, uelut in superioribus demonstrauimus. Quandoquidem uero exemimus illam, alias autem posuimus necessarias, in his sanè id quod præter legem, & quod cum lege fit, unamquamque in duas secat. SOC. Apparet ex eo qui nunc dictus est, sermone. HOSP. Vnius itaque principatus bonis præscriptis, quas leges dicimus, coniunctus, ex omnibus sex optimus est. Sine legibus uero grauis, & ut sub eo quis uiuat onerosissimus. SOCR. Consentaneum est. HOSP. At eum principatū qui non multorum est, quemadmodum paucum medium est inter unum & multitudinem, sic etiam ipsum medium inter ambos illos existimabimus. Verùm ipsius multitudinis principatum per omnia debilem, & qui neq; magnum aliquod bonum, neq; magnū malum inducere possit, reliquorum comparatione, eo quòd principatus in eo sunt particulatim in multos distributi. Quapropter inter omnes has respublicas legibus coniunctas, hæc pessima est. Si uero omnes hæ præter leges uiuant, optima: & si quidem omnes aliæ intemperatæ sint, in populari republica uiuere præstat: si uero temperatæ, in hac minimè uiuendū est. Verùm in prima uiuere longè optimū est, excepta septima. Illa enim ex omnibus alijs rebus publicis eligenda est, uelut deus ex hominibus. SOC. Hæc ita fieri ac contingere uidentur, & fa-

Ciuitatum interitus causa

Reipub. formæ septem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciendum est, uelut dicis. HOSP. Proinde etiam participes omnium harum rerum publi
carum, ea quæ recta & cum scientia est excepta, separare oportet, uelut qui non sint ui-
ri ciuiles, sed seditiosi, & maximorum simulachrorũ præsides, imò ipsi tales simulachra,
ut qui maximi sint imitatores, & maximi præstigiatores, & sophistarum sophistæ. SOC.
Hæc appellatio in hos qui dicuntur ciuiles, rectissimè competere uidetur. HOSP. Sit
ita. Et hanc quidem uelut fabulam Centauricã, & ut Satyricum quendam chorum, no-
bis uideri dictum est, qui à ciuili arte separandus esset. Nunc autem uix tandem separa-
tus est. SOC. Apparet. HOSP. At hoc genere grauius adhuc aliud restat, eo quòd diffici
lius consequi id possis, & quòd simul regio generi magis sit cognatum. Et uidemur mi
hi similem affectionem perpeti his qui aurum purgant. SOCR. Quomodo? HOS. Ter-
ram sanè & lapides, & alia quædam multa secernunt primum etiam illi opifices. Postea
uero restant admixta cognata auro preciosa, & quæ per ignem solum auferri possunt,
æs & argentum, & aliquando etiam Adamas, quæ cum exploratione cocturis ablata,
aurum tandem purum putum ipsum solum per seipsum nos uidere sinunt. SOCR. Dici
tur equidem hæc ita fieri. HOSP. Iuxta eandem itaq; rationem uidentur etiam nunc no-
bis alia quidem, & quæ aliena essent, & non amica, à ciuili scientia separata esse: restare
autem preciosa & cognata. E quorum numero sunt ars militaris, & iudiciaria, & ars di-
cendi, quatenus cum regia arte societatem habet, & id quod iustum est suadens, actio-
nes in ciuitatibus unà gubernat: quæ quo modo quis facilimè separarit, ut nudũ illum
solũ per seipsum uirum ciuilẽ, qui à nobis quæritur, ostendat? SOCR. Manifestũ est co-
nari nos oportere, ut hoc faciamus. HOSP. Quod quidem ad conatum attinet, manife
stus fiet, uerùm per Musicam ipsum manifestum facere aggrediendum est. Et dic mihi.
SOCR. Quid'nam? HOSP. Est'ne nobis aliqua Musicæ disciplina, & omninò earum
scientiarum quæ circa manuum operas uersantur? SOCR. Est. HOSP. Quid uero dice
mus'ne etiam hanc quandam esse circa has ipsas scientiam, nimirũ quæ doceat, quam'-
nam ex illis discere nos oporteat, & quam non? aut quomodo tibi uidetur? SOC. Ita
esse dicemus. HOSP. Non'ne hanc aliam ab illis esse confitebimur? SOCRAT. Etiam.
HOSP. Vtrum uero nullam ex his alij imperare oportere, aut illas huic, aut hanc omni-
bus alijs uelut præsidem imperare oportere? SOCR. Hanc illis, nimirũ eam quæ quam
discere aut non discere oportet, docet. HOSP. Ei igitur quæ discitur, & ei quæ docet,
imperare illam oportere pronuncias? SOCR. Maximè. HOSP. Et eam quæ docet, an
persuadere oportet, aut non, ei quæ persuadere potest. SOCR. Quidni? HOSP. Sit ita.
Cui igitur scientiæ attribuemus uim persuadendæ multitudinis & turbæ per fabulas, &
non per doctrinam? SOCR. Manifestum, arbitror, arti dicendi hoc dandum esse. HOS.
An uero persuasione, aut ui aliqua facere, aut etiam omninò habere quiduis ad aliquos
oportet, cui rursus scientiæ hoc attribuemus? SOC. Ei quæ arti persuadendi ac dicendi
imperat. HOSP. Non fuerit autem, arbitror, hæc alia quàm uiri ciuilis facultas. SOCR.
Pulcherrimè dixisti. HOSP. Et in hoc ars dicendi à ciuili breui separata esse uidetur, ut
quæ alia species sit, illi ministrans. SOCR. Etiam. HOSP. Quid uero rursus de huiusmo-
di facultate statuendum est? SOCR. Quali illa? HOSP. De ea quæ docet quomodo
bellum gerendum sit aduersus eos contra quos id suscepimus, num ipsam artificiosam,
aut ab arte alienã dicemus? SOC. Et quomodo ab arte alienam statuerimus eam, quam
& militaris, & bellica actio omnis peragit? HOS. At eam quæ consulere potest, ac no-
uit, an bellum gerendum sit, aut per amicitiam pax ineunda, aliam'ne ab illa putare con
uenit, aut eandem cum ipsa? SOCRAT. Si superiora sequimur, necesse est dicere aliam.
HOS. Non'ne imperare hanc illi pronunciabimus, si superiora sequemur? SOC: Ita sen
tio. HOSP. Quam igitur tandem adeò potentis ac magnæ artis uniuersæ rei militaris
dominam pronunciare conabimur, præterquã eam quæ reuera regia existit? SOC. Nul
lam aliam. HOS. Non igitur militarem scientiam, quæ ministerio fungitur, ciuilem esse
dicemus. SOC. Haud æquum est. HOS. Age itaq; etiam ludicum eorum qui rectè iudi
cant, facultatem consideremus. SOCR. Maximè. HOS. Num igitur amplius quid po-
test, quàm iudicare de contractibus omnia quæ legitima sunt, à legislatore rege illa as-
sumens, & ad illa respiciens, quæ & iusta & iniusta esse statuta sunt, suam propriam uir-
tutem exhibens, ut neque à muneribus, neq; à timore, neque à cõmiseratione, neque ab
inimicitia

Scientia docẽs quæ scientiæ sint discendæ

inimicitia aliqua, neq; ab amicitia superata, præter legislatoris ordinationem, accusa-
tiones dirimere uelit? SOC. Non potest. Sed ferè totum huius facultatis officium dixi-
sti. HOSP. Et iudicum itaq; potentiã inuenimus non esse regiam, sed legum custodem,
& illius ministram. SOC. Apparet sanè. HOS. Hoc itaq; considerandũ est ei qui relatas
scientias omnes contẽplatus est, q̃ nulla ipsarum ciuilis est. Nam eam quæ reuera regia
est, non ipsam facere oportet, sed his qui facere possunt imperare, ita ut & principium
& progressum maximarũ rerum in ciuitatibus cognoscat, quod ad oportunitatẽ ac im
portunitatem attinet: reliquas autem imperata facere. SOC. Rectè. HOS. Quapropter
quum hæ quas modo recensuimus, neq; inter se alia alteri uicissim, neq; sibijpsis impe-
rent, sed unaquæq; circa quandam propriam suam actionẽ uersetur, iuxta actionũ pro-
prietatem, etiam meritò quæq; propriũ nomen accepit. SOCR. Ita sanè uidetur. HOSP.
Eam uero quæ his omnibus imperat, & legum & uniuersorũ in ciuitate curam gerit, &
omnia cõtexit, rectissimè cõmuni appellatione facultatem ipsius cõplexi, iustissimè ci
uilem appellauerimus. SOC. Maximè. HOSP. Num & secundum textoriæ exemplum,
ipsam nunc explicare uolumus, quando etiam omnia in ciuitate genera nobis manife-
sta facta sunt? SOCR. Et ualdè quidem. HOSP. Regia itaq; complicatio ut apparet, di-
cenda est, & qualis sit, & quomodo complicet ac contexat, & qualem nobis texturam
exhibeat. SOCR. Manifestum est. HOSP. Profectò res difficilis est quæ indicetur, ne-
cessaria tamen ut apparet. SOCR. Omnino tamen dicenda est. HOSP. Virtutis etenim
partem, à uirtutis specie aliquo modo diuersam esse, his qui circa sermones contentiosi
sunt, etiam ualdè procliue est impetere, aduersus multorũ opiniones. SOCR. Non in-
telligo. HOSP. At hoc modo rursus accipe. Fortitudinem arbitror te existimare unam
uirtutis partem esse. SOC. Maximè. HOS. Et temperãtiam aliud quidem à fortitudine,
unam tamen etiam hanc partem eius cuius illa. SOCR. Etiam. HOS. De his itaq; admi-
randum quẽdam sermonẽ pronunciare audebimus. SOC. Qualem illum? HOS. Quòd
duo hæc in multis rebus aliquo modo inimicitiam ac seditionem, & ualdè quidem in-
ter se habeant. SOC. Quomodo dicis? HOS. Sermonẽ nequaquam audiri consuetum.
Omnes enim uirtutis partes inter se amicæ esse dicuntur. SOC. Etiam. HOS. Considere
mus itaq; animum diligenter aduertentes, an ita simplex sit hoc, aut præ omnibus ipsæ
dissensionem cũ cognatis habeant. SOC. Etiã. Dicas itaq; quomodo sit cõsiderandum.
HOSP. In uniuersis quærere oportet ea quæ pulchra quidem dicimus, uerum in duas
contrarias inter se species ipsa locamus. SOCR. Dic aliquid clarius. HOSP. Acumen &
uelocitatem siue in corporibus siue in animis, siue in uocis prolatione: siue hæc ipsa re-
uera, siue in simulachris sint, quæ Musica & pictoria ars uelut imitamenta exhibet: ho-
rum'ne aliquid unquam aut ipse laudasti, aut alium laudare præsens audiuisti? SOCR.
Quidni? HOSP. Num etiam memoria tenes, quo'nam modo hoc ipsum in singulis his
faciunt? SOCR. Nequaquam. HOS. Vtinam igitur possem hoc ipsum uelut cogito, ser-
mone tibi ostendere. SOCR. Quid ni? HOSP. Facile hoc esse putare uideris. Conside-
remus igitur ipsum in contrarijs generibus. In multis equidem actionibus sæpenume-
ro quum uelocitatem & uehementiam & acumen mentis & corporis, insuperq; etiam
uocis admiramur, una fortitudinis appellatione utentes ipsa laudamus. SOC. Quomo-
do? HOSP. Primum quidem acutũ & forte dicimus, & uelox ac forte, & uehemens ac
forte similiter, & omnino nomen quod commune omnibus his naturis dico, addentes
ipsas laudamus. SOC. Etiam. HOSP. Quid uero non'ne etiam eius quod cum quiete fit
speciem, in multis actionibus sæpenumero addimus? SOCR. Et ualdè quidem. HOSP.
Num igitur contraria his quæ de illis dicebamus proferentes, hanc pronunciamus? SO
CRAT. Quomodo? HOSP. Quieta sanè & temperata dicimus, admirati ea quæ mente
peraguntur: & in actionibus rursus tarda & mollia, & amplius quæ circa uoces contin
gunt lenia & grauia, & circa omnem concinnum motum, & totam Musam, tarditate
oportune utentem, non fortitudinis, sed temperantiæ nomẽ omnibus istis addimus ac
inferimus. SOC. Verissimè. HOSP. Et rursus quum ambo hæc intempestiuè nobis fi-
unt, mutatis in contraria nominibus utraq; uituperamus. SOCR. Quomodo? HOSP.
Si quidem acutiora quàm oportunũ est fiant, & uelociora ac duriora uideantur, contu
meliosa ac furiosa dicimus. Si uero grauiora & tardiora, & molliora, timida ac ignaua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ferè plerunq; & hæc, & temperantem naturam, & fortitudinem contrariorum, uelut contrarias ideas seditionem sortitas, & quæ inter se nō commisceantur, inuenimus in actionibus circa talia contingentibus. Quin & eos qui in animis ipsas habent, inter se dissentientes uidebimus, si inuestigauerimus. SOCR. Vbi nam dicis? HOSP. In omnibus his quæ nunc diximus, & ut ueri simile est, in multis alijs. Nam secundum ipsorum cum utriusq; cognationem, alia quidem ut propria sua laudantes, alia uero diuersorum ut aliena uituperantes, ad multam & de multis rebus inimicitiam inter se deueniunt. SOCR. Ita uidentur. HOSP. Ludus itaq; quidam est hæc harum specierum dissensio. At circa res maximas contingit ut morbus fiat omnium grauissimus ciuitatibus. SOCR. Circa quas illas dicis? HOSP. Circa omnem uitæ ut ueri simile est, constitutionem. Nam qui insigniter tēperati sunt, quietam semper uitam agere parati, ipsi per seipsos soli suas res faciunt, & domi cum omnibus sic conuersantes, & cum exteris ciuitatibus similiter parati, ut aliquo modo pacem seruent. Et propter hoc sanè studium intempestiuius quam oportebat, dum quæ uolunt faciūt, non animaduertunt seipsos ad bellum ineptos reddi, & iuuenes similiter afficere, & sunt hi quibus semper insidiæ struuntur. Ex quibus non ita multorum annorum progressu, & ipsi & filij, & uniuersa ciuitas sæpe citra omnem animaduersionem pro liberis serui fiunt. SOCR. Grauem & horrendam affectionem dixisti. HOSP. Quid uero hi qui ad fortitudinem magis procliues sunt, non'ne semper ad bellum aliquot suas excitant ciuitates, propter uehementiorem quàm oportebat, uitæ huiusmodi cupiditatē: & postquam in inimicitiam cum multis & his potentibus deuenerunt, patrias suas aut penitus perdunt, aut seruas & hostibus subditas efficiunt. SOCR. Est ita. HOSP. Quomodo igitur non dixerimus in his ambo genera multam inter se semper & maximam inimicitiam ac seditionem habere? SOCR. Nequaquā negare possumus. HOSP. Non'ne ergo id quod ab initio considerabamus inuenimus, quòd duæ hæ partes uirtutis non parum inter se natura dissentiunt, & in habentibus ipsas idem hoc efficiunt. SOCR. Consentaneum est. HOS. Hoc itaq; rursus assumamus. SOCR. Quod istud? HOSP. Num aliqua scientia componendi facultatem habens, opus suum quodcunq; illud, etiamsi uilissimum sit, ex malis & bonis quibusdam componit? Aut omnis scientia ubiq;, mala quidem pro uiribus abijcit, idonea uero & bona assumit. Ex his autem, ut quæ & similia & dissimilia sint, omnia in unum colligens, unam quandam facultatem ac ideam efficit? SOCR. Quidni? HOS. Neque ergo scientia ciuilis quæ reuera secundum naturam talis est, unquam ex malis ac bonis hominibus ultrò ciuitatem aliquam constituet. Verum primum per lusum explorabit: facta autem exploratione, his qui erudire, & ad hoc ipsum inseruire possunt tradet, ita ut ipsa imperet & præfecta sit, quemadmodum textoria lanæ carminatoribus, & his qui alia præparant, quæ ad texturam eius requiruntur, præfecta est ac imperat, talia singulis opera perficienda ostendens, qualia ad texturam suam commoda esse ducit. SOCR. Maximè. HOSP. Eodem modo etiam uidetur mihi regia scientia omnibus qui secundum legem erudiunt ac educant, imperatoria facultate prædita præsidere, & non permittere ut quis exerceat, quod nō ad ipsius commixtionem operans bonos mores efficiat, sed iubere ut sola hæc doceantur: & eos qui cum fortitudinis ac temperantię moribus, & alijs ad uirtutem tendentibus, coniunctionē habere non possunt, sed ad impietatem & iniuriam, ac iniustitiam, à mala natura per uim detruduntur, morte & exilio mulctat, & maximis ignominijs affectos punit. SOC. Sic quodammodo dicitur. HOSP. Eos uero qui in imperitia & multa humilitate uoluūtur, in seruile genus subiugat. SOCR. Rectissimè. HOSP. Reliquos itaque quorum naturæ ad generosam eruditionem peruenire possunt, & mutuam cōmixtionem cum arte suscipere, tali quodam modo inter se colligare ac complicare conatur, ut eorum qui ad fortitudinem magis tendunt solidos mores, staminis naturam referre putet. Eos autem qui contrà ad temperantiam tendunt, pingui & molli, & iuxta similitudinem, subtegminis trama uti censeat. SOCR. Qualem istum modum dicis? HOSP. Primum quidem iuxta cognationis rationem, sempiternam animæ ipsorum partem diuino uinculo coaptat, post diuinam autem, animalem ipsorum partem humanis uinculis connectit. SOCRA. Quomodo hoc rursus dixisti? HOSP. Quum reuera uera opinio cum constantia,

Temperantiæ mala

Fortitudinis mala

Scientiæ omnes mala abijciunt, bona assumūt

tia, de honestis & iustis & bonis, & horum contrarijs, in animis nostris fuerit, diuinam hanc in dæmonico, id est diuino proximo genere, esse censeo. SOCR. Sic sanè decet. HOSP. Num scimus uirum ciuilem & bonū legumlatorem solum hoc decere, ut hanc ipsam per regiæ scientiæ Musam, his qui eruditionis rectè participes sunt, de quibus modo diximus, inducere possit? SOC. Verisimile est. HOSP. Qui uero tale facere ô Socrates nō poterit, eum nunquā his quæ nunc quærimus, nominibus appellabimus. SOC. Rectissimè. HOSP. Quid uero fortis anima, quæ eiusmodi ueritatem assumit, non'ne mansuescit, & cum iustis sic maximè coniunctionē habere uoluerit? ubi uero illius particeps non fuerit, ad ferinam quandā naturam magis declinat? SOCR. Quidni? HOSP. Quid uero temperata natura, non'ne harum opinionū particeps facta, reuera modesta ac temperata, quantum in republica expeti possit, euadit? Si uero earū de quibus diximus, opinionum particeps non fiat, probrosissimam quādam stoliditatis famam iustissimè auferet? SOC. Maximè. HOSP. Proinde hanc cōplicationem ac colligationē, quæ malis inter se ipsos, & bonis ad malos contingit, nunquam stabilem esse dicimus, neq; aliquam scientiam unquam hac ipsa serió ad tales uti. SOCR. Quomodo enim uteretur? HOSP. At generosis ab initio moribus præditis, & secundum naturam educatis, solis hanc colligationem per leges inseri, & in his sanè hoc esse ex arte medicamētum, & uelut diximus, hoc esse uinculum uirtutis partium, quæ dissimiles sunt, & ad contraria tendunt. SOCR. Verissimè. HOS. Reliqua porrò humana uincula, quum hoc diuinum sit, nulla ferè difficultate cognoscuntur, & cognita facile perficiuntur. SOC. Quomodo, & quæ illa? HOS. Vincula affinitatū, & communionis liberorum, & circa priuatas collocationes ac nuptias. Plericq; enim in his non rectè colligantur ad filiorum productionem. SOCR. Quid ita? HOS. Quæ quidem diuitiarum & potentiæ gratia in talibus homines persequuntur, quis uelut memoratu digna reprehendere satagat? SOCR. Nemo. HOSP. Magis autem iustum est de his dicere, qui circa genus studium adhibent, si quid non iusto modo faciunt. SOCR. Par equidem hoc est. HOSP. Faciunt certè neq; ex una recta ratione, quòd præsentem uoluptatem persequuntur, & quòd similes sibi ipsis amplectuntur, dissimiles autē non amant, plurimā partem morositati attribuentes. SOCR. Quomodo? HOSP. Temperati equidem suos ipsorum mores quæ-runt, & pro uiribus ex his uxores ducunt, & quas ipsi collocāt, ad tales rursus emittunt. Similiter & forte genus facit suam naturam persequens, quum ambo genera contrarium horum facere oporteret. SOCR. Quomodo, & qua de causa? HOSP. Eo quòd forte titudo si per multas generis successiones temperatæ naturæ non misceatur, circa initia quidem robore uigeat, tandem uero penitus ad insaniam efflorescat. SOCR. Verisimile est. HOSP. At rursus pudore ualdè plena anima, & uirili audacia non permixta, & sic per multas progenies genita, segnior quàm oportet nascatur, & tandem penitus mutetur. SOCR. Et hoc uerisimile est ita contingere. HOSP. Hæc itaq; uincula nihil difficultatis habere dicebam ut colligātur, si modo hoc sit, ut circa honesta & bona, unam opinionem ambo genera habeant. Hoc enim unum & totum regiæ texturæ opus est, ut temperantes mores nunquam à uirilibus discedere sinat, uerum per radij textorij ussum, ad easdem opiniones, & honores, & ignominias, & gloriam, & connubiorum inter se contractus congreget, & leuem & probè unitam texturam ex ipsis efficiat, & magistratus in ciuitatibus semper his in communi permittat ac tradat. SOCR. Quomodo? HOSP. Ita ut ubi uno magistratu opus est, præfectū eligat, qui ambo hæc habeat: ubi uero pluribus, ut de utriusq; his partem permisceat. Nam temperantium magistratuum mores ualdè quidem religiosi & iusti ac salutares sunt, uerū acrimonia quadam, & rigore uegeto ac efficaci opus habent. SOCR. Et mihi sanè hæc uidentur. HOSP. Rursus autem fortitudo ad iustitiam & religionem illis inferior est, at in rebus agendis insigniter antecellit. Cæterum ut omnia circa ciuitates priuatim & publicè rectè fiant, si ambo hæc non adsint, fieri nullo modo potest. SOCR. Quidni? HOSP. Hunc itaque finem texturæ ciuilis actionis recta complicatione contextę esse dicamus, fortium animirum & temperantium uirorum mores, quum ars regia uitam ipsorū per concordiam & amicitiam in commune conciliauit, & texturam magnificentissimam & omnium optimam effecit, ut omnibus sit cōmunis, atq; sic tum alios omnes qui sunt in ciuitatibus

Magistratus tē perātes quales

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatibus, seruos & liberos integens, hac textura cõtinuerit, tum nihil omnino omittens ex his quæ in felici ciuitate fieri conuenit, dominiũ & imperium obtinuerit. SOC. Pulcherrimè rursus ô hospes regium & ciuilem uirum nobis absoluisti.

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI, IN SECVNDVM PLATONIS QVATERNIONEM,

ECLOGA SECVNDA.

Etymologia

Ens, id quod est

IN secũdo dialogorũ Platonis quaternione tres dialogi rationales sunt & appellant, eo quòd ratiõe & ratiocinãdo disputationes peragũtur, In primo de nominũ rectitudine, hoc est de etymologia, an uidelicet ratio nominis uerè ipsis rebus, quibus indita sunt, cõueniat, & quo id modo contingat: In tertio de eo quod est, quod ens uocari solet: In quarto de regno, & uiri ciuilis in reipublicę administratione uersantis uita: In secũdo autẽ sub tentationis specie de scientia disputatio habeť. Quare ob cõmunionẽ quandã hic ad illos adiũctus est, Quod uero ad rectam lectionẽ attinet, quã selectam in secũda hac Ecloga proponere cõstituimus, mox à principio Cratyli ubi cõuerti, Et si rursus aliud imponat, prius illud nõ amplius usurpãs, nihilo minus priore posterius recte habere quemadmodũ nos seruis nomina trãsponimus: Græcè legendum est ex manuscripto codice. ὡ καὶ αὖθις γε ὕστερον μεταθῆτ', ἐκεῖνο ἦ μηκέτι καλὰ, ἀλλ' ἕτερον ὀρθῶς ἔχειν τὸ πρότερον. ὥσπερ ἡμεῖς τοῖς οἰκέταις ἡμᾶς μεταλαβόντες. Sed Aldinus pro uerbis, ἀλλ' ἕτερον ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τὸ πρότερον, habet. ἀλλ' ἕτερον τ' εἶναι ὀρθὸν τὸ μεταθιθὲν τὸ πρότερον καλόν. Quæ uerba mihi nõ uidenť esse genuina, sed exponere rectã illam lectionẽ: & in margine adscripta, pro illa recepta esse, ab aliquo qui signis siue notis certis adscriptis inductus est, ut hãc uelut rectã lectionẽ pro illa substitueret. Quare uerba illa in totũ sunt submouenda. Editio posterior Basilieñ. rectã lectionem primũ expresit, deinde uerba illa expositionis in sequentẽ lineã transtulit, post uerba ὥσπερ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μεταλαβόντες: sed nec illic locũ habẽt, & ad priorẽ locũ expositionis uice, uelut dixi, adscripta sunt. Et paulò post in Græcis legendũ est, τὸ ἦ τὸ ψευδὲς μέρισον ὁ ψευδὴς: hoc est, & falsæ orationis pars nónne falsa?

Exposítio pro recta lectione irrepsit

ψεῦδ& pro ψευδὴς supposítum

Sed exẽplaria uulgata habẽt ψεῦδ& pro ψευδὴς: quod alienã sententiã mentit. Et inferius ubi habetur, Textor itaq; radio rectè utetur. Rectè autem est idem quod textorio more. Doctor uero nomine rectè utetur. Rectè autem est idem quod pro doctrinæ more: Græcè legendum est, ὑφαντικὸς μὲν ἄρα κερκίδι καλῶς κεχρήσεται. καλῶς δ' ἐστὶν ὑφαντικῶς. διαλεκτικὸς δ', ὀνόματι καλῶς κεχρῆσθαι δ' ἐστὶ διαλεκτικῶς. Vulgata exempla καλῶς post uocem ὀνόματι nõ habent bis, sed semel tantum.

Lyrã eadem quæ cithara

Et inferius ubi de Lyræ opificis opere quæritur quis ipso, lyra uidelicet, utetur. & respondetur quòd Citharœdus: ostendi uidetur lyram eandem fuisse quam Citharam, contrà quãm hodie uidemus, aliud uidelicet esse lyram, aliud citharam, quæ uulgo ita appellantur musica instrumenta. Et inferius ubi habetur. Quemadmodũ nosti quòd elementorum nomina profecerimus, non ipsa elementa, quatuor tantum ε. υ. ο. ω. exceptis: in Græcis deest κμὶ τὸ ο. Et posterius aliquantò de Iouis nomine quod diximus, Rectè igitur nominari contingit ita, eo quòd deus sit: per quem & cæteram Græcis legendum. συμβαίνει οὖν ὀρθῶς ὀνομάζεσθαι οὕτως, ὡς θεὸς ὢν τυγχάνει ὂν &c. Et inferius ubi legitur, Quod igitur paulò antea dicebamus, Attica lingua appellatũ Heroes, rhetores quidam & disputatores, aut etiam amatores sunt: in Græcis legendum est, ἅπερ οὖν ἀρτι ἐλέγομεν, οἱ τῇ ἀττικῇ φωνῇ λεγόμενοι οἱ ἥρωες, ῥήτορές τινες καὶ ἐρωτικοὶ συμβαίνουσιν. Sed in uulgatis uerba ἐρωματικοὶ ἢ κμὶ desunt. Et posterius in ποσειδῶν& nomine ubi habetur, fortasis autem à uerbo σείω, nominatus est σείων: ita ut & π & ο & ν adiecta sint: Græcè legendum est, ἴσως δ' ἀπὸ τοῦ σείειν ὁ σείων ὠνόμασται. προσκεῖται δὲ κμὶ τὸ ω κμὶ τὸ ο κμὶ τὸ ν. Sed in Græcis uulgatis deest κμὶ τὸ ν. Et in Mercurij nomine ubi conuerti. Ex ambobus igitur his de deo hoc, qui & dicere & dicendi artem excogitauit, uelut præcipit nobis legislator, par est dicens ut meritò à uobis ô homines ἑρέμνε is appelletur, qui dicendi artem inuenit: Græcè legendum est ex manuscripto codice. ᾧ ἀμφοτέρω οὖν τούτω, τὸν τὸ λέγειν τε κμὶ τὸν λόγον μηχάσμενον, ὥσπερ τὸν βίον ὀρθῶς ἐπιτάττει ἡμῖν ὁ νομοθέτης, ὦ αὖ θρυμποι, ὃς τὸ ἔρειν ἐμήσατο, μηδένα αὐ πειθεῖσθαι ὑπὸ ὑμῶν εἰρῆσθαι. Et ubi de uocibus πῦρ & ὕδωρ cõuerti: Nõ itaq; per uim cogere hęc oportet, ubi quis nõ habuerit quod de ipsis dicat: in Græcis legendum est, ἐπεὶ μὴ ἔχει γ' αὖ τὶς εἰπεῖν πολὺ αὖ μᾶλλον. In uulgatis autẽ deest μᾶλλον particula. Et quod mox de temporibus dicitur, ὥραι enim sunt, eo quòd ἐφέρουσιν id est circumscribunt &c. in Græcis legendum est ὧραι, & non ὥραι. Et paulò post ubi res fluere & ferri habeť, & semper omni interitu ar ortu refertas esse: in Græcis legendũ est φθορὰς κμὶ γενέσεως: nõ ut uulgo habet φορὰς. Et mox legendũ est. φορᾶς γὰρ ἔγει κμὶ ῥοῦ νόησις, id est, Est enim lationis & fluxus intelligẽtia. Exẽpla uulgata habẽt κμιρὸς. Et mox ubi de scientiæ uoce ἐπιστήμων habetur. Quapropter ι abiecto πιστήμων, id est fidã ac constantẽ ipsam nominare oportebat: Græcè legendum est, διὸ δεῖ ἐμβλέποντας δὴ τὸ ν. πιστήμων αὖ τὴν ὀνομάζειν. Vulgati codices habẽt. διὸ δεῖ ἐμβλέποντας δὴ τὸ ι ἄνευ ν. πιστήμιν. αὖ τὴν ὀνομάζειν. Sed sentẽtia reluctatur, & nostra lectio infrà ad finem repetitur ac cõfirmatur

ψεῦδ& pro ψευδὴς supposítum

Lyrã eadem quæ cithara

ἐρωματικοὶ

ποσειδῶν, σείων

ἑρέμνε, ἐρεμὸς

ὧραι, sunt ὅραι

φορὰ, suppositum pro φθορὰ

ἐπιστήμη, πιστήμη

tur, uelut ísthic amplius declarabimus. Et infrà ubi de uirtutis ἀρετῆς etymo agit, ἀνωμαλίαν legẽdum est in Græcis, nõ ἀποριαν. Et mox quod dixi, Si rectè ita habet uelut dixi, μανία: in Græcis deest particula εἰ, & legendũ εἰ ὀρθῶς ἔχει. Et paulò post ubi de uoce κακὸν habetur unde deducta sit: in Græcis uerbũ deesse uidetur διαφθεῖραι, ut legatur καίτοι λέγοιτ' γε αὐτὸ ἁρμονίας μόνον διαφθεῖραι τὴ μῆκα τὸ, ὃ πᾶσιπται. hoc est, etiã si dicant ipsum harmonia solũ & lõgitudine differre ab eo unde deducẽtũ est. Et mox quod reddidi, Ceterũ ὠφέλιμον uox peregrina est. Et Homerus multis in locis uerbo ὠφέλλαν usus est: in Græcis legendũ est. ὠφέλιμον ἦ ξεινικὸν τὸνομα. τὴ ὅμηρ& πολλαχὸ πέχρητ' τῶν ὠφελλᾶν. Vulgata lectio habet, ᾧ κμὶ ὅμηρ& πολλαχὸ πέχρητ' τῶν ὠφελᾶν, Sed ὠφέλλαν legendũ esse, declarant sequẽtia uerba, ἐστὶ δ' ἴσως τὸ αὔξειν κμὶ ποιᾶν ἐπωνυμίαν. Et inferius ubi de etymo uocis ὄνομα agitur, locus satis obscurus est. Ego tamẽ uelut cõuerti legendũ puto, nimirum ὀνομαστὸν ἐστιν, & nõ ὀνομαστικὸν ἐστιν. Et infrà ubi ad elemẽta literarũ progreditur, & dicit ipsa distinguenda esse, in uocales, & mutas, siue uoce carẽtes: & nõ quidẽ uocales, nõ tamen uoce carẽtes: in Græcis legẽdum est, κμὶ τὰ δ' φωνέεντα ἦ, οὐ μὰ Δία φθόγγα. Vulgati codices habent ᾧ pro ὃ. Et mox in similitudine picturæ, ubi dixi ostrinũ colorem solũ inducũt: in Græcis legitur ὄστρινον μόνον ἐπιλύεσθαι. Intelligitur autẽ per ostreũ, muricis & conchylij siue purpuræ liquor ac color, ita ut ostrinus color idem sit qui purpureus. Et infrà ubi de uocis νόησις etymo loquiť, & nos reddidimus, Oportebat autẽ aut κίνησιν, aut ἴσιν appellari: in Græcis falsò legitur, ἔδει γ' κίνησιν καλεῖσθ' ἢ ἴσιν. Vera autẽ lectio hæc est. ἔδει δ' κίνησιν καλεῖσθ' ἢ ἴσιν. Et paulò post ubi dixi. Rursus ipsum α uoci μεγάλῳ attribuit, id est magno: & κ uoci μέσῃ, id est, longitudini &c. in Græcis legendũ est, τὸ δ' αὖ α τῷ μεγάλῳ ἀπέδωκεν &c. Sed pro α uulgati codices habent ω. Et infrà ubi nominũ elementa rebus similia esse oportere dicitur, & ego cõuerti. Cõposuisset ne unquã quis quã paulò ante dicebamus, picturã alicui rei simile, si nõ à natura fuissent pigmẽta quæ similia essent, ex quibus cõponuntur ea quæ pingũtur, similia illis quæ imitatur picturam: in Græcis legendũ est ἆρά κοτ' ἂν τις συνέθηκεν ὁ ταῦ ἀληθείας ἀμίμητα ὁμοίως τῷ τὰν ὄντων, εἰ μὴ φύσις ὑπῆρχε φάρμακα ὁμοῖα ὄντα, ἐξ ὧν συνετίθετ' τὰ ζωγραφήματα, ὁμοίως infrà ubi repetitur uelut paulò antea dixi, etymon uocis ἐπιστήμης, locus corruptus est, & partim nostra, quàm alicuius exẽplaris prescripto. σκοπωμεν δὴ δὲ αὐτὸν αὐαλαβόντες, πρῶτον μὲν τὸ ὄνομα τὴν ἐπιστήμην ὡς ἀμφίβολόν ἐστι, τὸ μᾶλλον εἶναι σημαίνον τι, ὃ, τι ἴσημεν ἡμῶν ἐπὶ τοῖς πράγμασι τὴν ψυχὴν, ἢ ὅτι σωματικὴν τὴν ποιησασθαι αὐτὸ τὸ καθ' ἕκαστον, ὥσπερ νῦν αὐτὸ τὴν ἀρχὴν λέγειν μᾶλλον, ἢ ἐμβλέποντας τὸ ν. πιστήμην. ἀλλὰ τὴν ἐμβολὴν τοῦ ν. πιστήμιν, ἰσχὺν παντοπασι σημαίνει. Et hanc lectionẽ in Latina trãslatione nostra expresimus. Et hac lectione cõfirmatur sententia nostra, quam superius de uoce ἐπιστήμη adduximus. Et si quis hanc cũ uulgata lectione cõtulerit, uidebit hanc aliquã sententiam exhiberi illam uero planè nullã. Et mox uerba hæc, τὰ δὲ δὴ ἐπίσασ' ψώμεθα, εἰ ἡμῖν ὑπῆρχε τῆδε ὁμολογεῖς, ἔστι τὰ τοιαῦτα εἶναι, κμὶ τὴν τίχνην τὴν ὅδε διωκμδίαν νομοθετικήν. Κ. Ρ. πάνυγε. Σ. Ω. λέγε δή, οἱ πρῶτοι νομοθέτ' τὰ πρῶτα ὀνόματα Σ. Ω. ἔγαθ' οὖν ἐπαῦρι πρότυλα ἀγνοοῦντες ἐτίθεντο, ἐτίθεντ' ἄν, ἢ ἀγνοοῦντες; Κ. Ρ. εἰμαι μὲν ἐγὼ οὐ σώφρατος γενόμενος. ita ut post uerba ταῦτα μὲν οὖν αὐτὸ ἐάσωμεν, mox sequatur ἐπανέλθωμεν δὴ πάλιν &c. Et sanè etiã in Martietas codicũ cognoscatur. Nã quod ad sentẽtiam attinet, plenior est aliquãtò, si adsunt illa uerba

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius non eram,non factus. Et paulò post ubi sensus recensentur, desunt in Græcis duo sen-
suum nomina.& legendum est, ὄψις τι καὶ ἀκοὴ, καὶ ὄσφρησις, καὶ γεῦσις, καὶ θίξις. Et mox ubi con-
uerti.Quantum igitur tardum est,in eodem & ad propinqua motum habet,& sic generat.Quæ
uero sic generantur,tardiora sunt.Quantū uero rursus uelox est, ad ea quæ procul absunt mo-
tum habet,& sic generat.Quæ uero generantur sic,sanè uelociora sunt: in Græcis uulgatis tota
periodus deest,& præcedentis periodi dimidium.Sic autem legendum est,ὅσον μὲν οὖν βραδὺ, οὐ τῷ
αὐτῷ, καὶ πρὸς τὰ πλησιέστατα τῶν κίνησιν ἴσχει, καὶ οὕτω δὴ γεννᾷ. τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ βραδύτερα ἐστίν. ὅσον δὲ
αὖ τοχὺ, πρὸς τὰ πόῤῥωθεν τῶν κίνησιν ἴσχει. καὶ οὕτω γεννᾷ. τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ θᾴττω ἐστί. Vulgati codi-
ces manci sunt & sic habent. ὅσον μὲν οὖν βραδὺ, οὗ τῷ αὐτῷ, καὶ πρὸς τὰ πλησιέστατα τῶν κίνησιν ἴσχει, καὶ
οὕτω δὴ γεννᾷ. τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ θᾴττω ἐστίν. Similitudo lectionis scribentem primum dece-
pit, ut duobus uersibus transmissis, defectuosum locum fecerit, & sic error postea ad exem-
plaria multa peruenerit Et mox legendum est in Græcis, ἐπειδὴ οὖν ὅμμα καὶ ἄλλοτι τῶν πόν-
των συμμέτρων πλησιάσαν &c. Vulgo habetur τῶν τοιούτων. Et mox quod dixi,siue lignum,siue la-
pis,siue quæcunq; res sit:in Græcis legendum est, ἔστι ξύλον, ἔστι λίθος, ἔστι ὁτιῆν σωμάτιον χρῶμα. Vul-
go χρῶμα legitur & quidem falsò pro χρῶμα. Et mox ubi legitur. Nam & agens esse aliquid,
& rursus aliquid patiens, de uno firmiter ut aiunt cogitari non potest: Græcè legendum est.
ἐπεὶ καὶ τὸ ποιοῦν εἶναί τι, καὶ τὸ πάσχον αὖτι, ἐπεὶ οὐδὲ νοῆσαι ὡς φασιν οἷόν τε ἐστὶ παγίως. Et infrà ubi dixi. Alia
itaq; rursus generauerunt & talis Socrates,& uini potus: in Græcis legendum est. ἕτερα δὴ αὖ γε-
γεννησάτην &c. Vulgati codices habent ἐγεννησάμην, falsa & nulla sententia commoda. ἐγεννησά-
την itaq; legēdum est in duali numero,relatione ad Socratem & uini potum facta. Et aliquan
tò inferius ubi agit de his in quibus rhetores forenses ridiculi sunt, & ego conuerti. Quum ue-
ro rursus illum quis ô amice sursum trahat,& ipsum de hoc discedere uolet, nimirum in qua re
ego tibi iniuriam feci, aut tu mihi:in Græcis legendum est ὅταν δή γε ἐκεῖνον αὖτις ὦ φίλε ἑλκύσῃ αὖθις,
καὶ ἐθελήσῃ τις αὐτὸ μ ἐκβλῦσαι &c.Vulgati codices falsò habent. ὅταν δή γε τινὰ αὖτὸς ὦ φίλε ἑλκύσῃ αὖθις, καὶ
ἐθελήσῃ τις αὐτῷ ἐκβλῦσαι &c. Et infrà ubi reddidi.Omnium rerum mensura est homo, uelut asse-
rius ô Protagora, alborum, nigrorum, grauium, leuium &c.in Græcis deest uox μιλανῶν, id est
nigrorum. Et inferius ubi dixi.Nónne quandoquidem moueri ipsa oportet,non autem mo-
ueri nulli contingit: Græcè legendum est. οὐκοῦν ἐπειδὴ κινεῖσθαι αὐτὰ δεῖ. τὸ δὲ μὴ κινεῖσθαι μὴ ἑνέναι μη-
δενὶ &c. Sed uulgati codices pro ἑνέναι, diuisim habent ἐν εἶναι corrupta sententia.Posset tamen
pro εἰδέναι,legi etiam εἶναι. Sicut sæpe εἶναι, pro ἐστὶ suppositum est. Et mox quod dixi. Et quod
quidem patitur,sensile,sed non sensum adhuc fieri:quod uero facit,quale quid, sed non quali-
tatem:Græcè legendum est, καὶ τὸ μὲν πάσχον, ἀλαθητὸν, ἀλλ' οὐκ ἀλαθησιν ἤδη γίγνεσθαι. τὸ δὲ ποιοῦν, ποιότη, ἀλλ'
οὐ ποιότητα. Et paulò post ubi legitur. Quum Melissum quidem & alios, qui unum quod stat
uniuersum dicunt,reuerear,ne importunè ipsos impetamus:in Græcis uerba,ne importunè ip
sos impetamus,legenda sunt μὴ φορτικῶς σκωπτῶμεν.Sed exemplaria uulgata habent σκοπῶμεν.

Et mox quod dixi, Theætetum ab his quibus de scientia prægnans est: in Græcis legendum
est, θεαίτητον οὖν κυεῖ πρὸς ἐπιστήμας. Vulgo κυῖσι pro κυεῖ habetur. Et infrà ubi habetur. At enim
in tali hęremus,in quo necesse est sermonem omnia peruertentem explorare:Græcè legendum
est, ἀλλὰ γὰρ οὗ ὡς κεισόμεθα ἐχόμενοι, σὺ ᾧ αὐάγκη πάντα μεταστρέφοντα λόγον βασανίζειν. Vulgati codices om-
nes habent, πάντα μιγὰ τρέφοντα, ex transpositione characterum primum facta,ut ita ex primo er-
ror ad reliquos transierit. Et mox quod conuerti. Qui ergo scit quidem illa, cōsiderat autem
quid ex his quæ uidet aut audit, uide an ne tali modo falsa opinabitur:in Græcis legendum
est, ὁ τοίνυν ἐπιστάμενος μὲν αὐτὰ, σκοπῶν δέ τι ὧν ὁρᾷ ἢ ἀκούει, ἆρα εἰ ἄρα τοιῷδε τρόπῳ ψευδὴς αὐ δοξάσει. Vulgo
σκοπῶμεν, & δοξάσει legitur. Et infrà ubi post cereæ in animis nostris effigiei construtionem,
ad columbarij omnis generis uolucrium in unaquaq; anima exædificationem progreditur,
mirum mihi uideatur, si non ab aliquo nostræ gentis philosopho,qui ista in Platone legit,co-
lumbarij illius & columbarum exprobratio ad nostros deuenit: ut columbas habere dicere,&
an quis columbas habeat quærere, mos sit, si quis aut curiosius quid meditetur, aut stolidius
quippiā aggrediatur. Quod uero mox de arithmetico dicit. Nōne talis numerauerit aliquā
do, aut ipse intus apud seipsum: Græcè legendum est. ἢ οὐχὶ ὁ τοιοῦτος ἀριθμοῖ αὖ ποτέ τι, ἢ οὐδὲ τοῦ-
τὸν οὐδὲν οὐτός.Sed in uulgatis Græcis habetur uox αὖτὸς pro οὐδὲ supposita. Et infrà ubi de pri-
mis elementis agitur,& conuerti. Qui uero sermonem insuper suscepit, eum & omnia hæc co-
gnoscere posse,&c.in Græcis uerba,eum & omnia hæc cognoscere posse,sic legenda sunt. πρόσω-
θεν δὲ λέγων, λιωσεσθαι πάντα πάντα γεγονέναι. Sed uulgata lectio falsa est, λιωσεσθαι πάντα πάντα γεγο-
νόσι. Et infrà ubi an omnia & omne differunt quæritur,& proponitur exemplum numeri se-
narij,quod modis sex dicantur,& ego reddidi. Quid uero omnia, & omne, differunt ne in ali-
quo? uelut quum dicimus,unum, duo, tria, quatuor, quinq;, sex: & si dicimus bis tria,aut ter
duo, aut quatuor & duo,aut tria & duo & unum,aut quinq; & unum &c.in Græcis desunt uer-
ba, ἢ ὡσαύτως καὶ ἐν. Sunt enim omnino sex modi,quibus sex proferimus,uelut clarè patet. Et
mox ubi couerti. Aliud autem nihil dicimus,omnia dicentes: Græcè legendum est. ἄλλο δὲ οὐδὲν

Loci manci restituti 11

Errandi facilis occasio

χρῶμα suppositū pro χρῶμα

ἐγεννησάμην suppositū pro ἐγεννησάτην

ἐν εἶναι diuisim suppositū pro σύνειναι

εἶναι suppositum pro ἐστὶ

σκοπῶμεν suppositum pro σκωπτῶμεν

κυεῖ pro κυεῖ

μιγὰ τρέφοντα suppositū pro μεταστρέφοντα

Columbarium animæ

Columbas habere

αὖτὸς pro οὐδὲς suppositum

πάλιν pro ἄλλο

λέγομεν τὰ παύτα λέγοντες:Sic autē legendū esse ex sequēti interrogatione patet,ubi ait:Num aliud
quid sexe id est, num aliud quid dicimus,sex dicentes.Vulgati codices habent partim, πάλιν δ' οὐδὲν ἐν λέγομεν &c. ex quibus aliena penitus sententia
οὐδὲν ἐν λέγομεν τὰ παύτα λέγοντες, partim πάλιν δ' οὐδὲ ἓν λέγομεν &c. ex quibus aliena penitus sententia
inducitur. Et paulò post ubi de syllaba dixi:Aut si idem cum ipsis est, similiter ut illa cogno-
sci non possein Græcis habetur, ἢ ταυτὸν οὖσαν αὐτοῖς ὁμοίως ἐπείνοις γνωρίζειν ἐστίν. Sed pro γνωρίζειν legen
dū esse ἄγνωστον,ex præcedētibus ac sequentib.cōfirmatur. Et infrà ubi dixi.Explicationē sanè
habēs cū recta opinione,uiā per elementū habēs scripsit &c. Græcè legendū est, λόγον γε ἔχων μετὰ
ὀρθῆς δόξης, τῆς διὰ τῶν στοιχείων ὁδὸν ἴχνων ἔγραφεν, &c.Sed uulgo γὰρ habetur falsò pro διὰ. Et mox quod
dixi,Fortassis enim nō ita quis λόγον definiet:Græcè legendū est, ἴσως γὰρ ὰ τοῦτό τις αὐτὸ ὁρισεῖται.Sed in
uulgatis ὰ particula deest. Et mox quod conuerti:Quandiu ergo uniuscuiusq; differentiā ac
ceperis,qua ab alijs differt, λόγον uelut quidā aiunt accipies:Græcè legendū est, ἕως ἂν τῆς διαφο-
ρᾶς ἑκάστου λάβῃς, ἣ τὸν ἄλλων διαφέρει, λόγον ὥς φασί τινες λήψῃ.Vulgati codices ὡς habēt pro ἕως,& ὡς pro ἕως
λόγον falsò pro λόγον. Reliqua in Theæteto leuia sunt, & ex nostra translatione recta lectio co-
gnosci potest:uelut etiam quod mox sequitur prouerbium, ἃ δ' ἐγὼ λεγόμενον μυστῶν ἤκουσα, quod
uulgo falsò legitur τὸν λεγομένων. At uero in Sophista mox in principio uox ἕτερον suppositа
est pro ἑτοίμου.Dicit enim Theodorus se adducere hospitem,sodalem Parmenidæ & Zenonis so
dalium siue amicorum,qui sit genere ex Elea siue Eleates. Et hic est hospes Eleates quarta hu-
ius dialogi persona.Sed in Græcis personis præscriptis,uox ελεάτης à uoce ξενος separata est, &
post Theætetum falsò posita. Et mox pro ὡς legi debet ὃς,ut referat Homerum uel eius sermo
nem. Et infrà in artium omnium distinctione ubi dixi, propter has omnes partes, artem ac-
quirendi dictam maximè quis descripserit:in Græcis legendum est, μάλιστ' ἂν που διὰ ταῦτα ξύμ-
παντα τὰ μέρη τέχνην τὴν κτητικὴν λαχεῖσαν αὖ διαγράψαι. Et inferius ubi conuerti,Intelligo enim
quod dicis,quòd penitus talem esse oportet eum qui hoc nomen habet:Græcè legendum, μανι-
θάνω γὰρ ὃ λέγεις, ὡς παύτως δεῖ τοιοῦτον εἶναι, τὸν γε ὄνομα τοῦτο ἔχοντα. Et infrà ubi de nugatore habetur,
Videtur itaque mihi cum qui cum uoluptate in his uersatur,ita ut sua negligat &c. Græcè legē-
dum est, δοκῶ μέν γε δὴ ἁδονῆς τῷ πρὸς ταῦτα διατρίβοντι, ἀμελεῖ τὸν οἰκείων γιγνόμενον &c. Manuscriptū exē-
plar in neutro genere habet, δοκοῦ μὲν γέν δὴ ἁδονῆς τῶν πρὸς ταῦτα διατριβῶς, ἀμελὲς &c. Sed quum
mox in masculino sequatur sermo de Sophista,illa lectio rectior est. Et mox ubi seruilia nomi
nā recensentur,& nos conuertimus, uelut est percolare,excribrare,conturbare & secernere:Græ
cè legendum est, οἷον διυθῦν τι λέγομεν καὶ διακρῖναι καὶ θρᾶτται καὶ διακρῖναι. Vulgati codices διακτῆσαι
καὶ θρᾶτται habent. Et inferius ubi de doctrinæ methodo agitur, lectio Græca aliquantò ob-
scurior est, sed recta si solum legas μέσον pro μέσον,& γνησιώτερα pro γνησιότερον, & uocem χαυνό-
τερον siue χαυνότερον quod idem est, accipias subtiliorem,& maiorem ostentatorem. Vtrunque
enim significationem habet,& aptè omnino de milite usurpatur, qui subtilior uenator est,&
maior ostentator quàm is qui pediculos uenatur,maximè si ab ipsis uehementius impetatur.
Et infrà ubi de seditione & morbo habetur, Num aliud quid seditionem putas, quàm eius
quod natura cognatum est,ex quadam corruptione dissensionē: Græcè legendum est, πότερον
ἄλλο τι φύσει ξυγγενὲς ἐν τινι διαφοράς διαφορά. Et sic citat Galenus lib.v. De
dog.Hippoc.& Platonis.Sed uulgati codices habent, ἐν τινι διαφορᾶς διαφοράν. Et mox ὅσον
fallò legitur pro νόσου; & πίνειν pro πίνειν:& παλῶν pro πασῶν. Et paulò post ubi duplicem do-
cendi artem tradit,& ego de altera sic conuerti.Alteram uero,qua uidentur quidam &c. Græcè
legendum est. τὸ δέ γε ᾧ ἔοικασι τινες &c. Vulgati codices ὡς habent pro ᾧ. Dictum autem est ἔοικασι,
pro ἐοίκασι.Sic enim Plato sæpe usurpare solet. Et mox ubi habetur simile medicum ad eos
qui animos præpurgant,his uerbis.Nam qui ipsos ô charę puer purgant, eandem sententiam
quam etiam corporum medici sequuntur.Quū enim hi censeant corpus nō posse frui eo quod
exhibetur alimento prius,quàm quis ea quę in seipso habet impedimenta ejiciat:illi idem hoc
circa animam excogitarunt,nimirum ipsam nō prius disciplinarū quæ exhibentur utilitatem
capere posse,quàm quis redarguat,& conuictum erubescere faciat,& exemptis disciplinas im-
pedientibus opinionibus purū illum efficiat.Est autem sententia hæc medicorum à Platone ac
cepta ex Hippocrate,qui Sectio.ij.Aphor.x.dicit. Nō pura corpora quantò plus nutries, tantò
magis lædes. Et infrà ubi de imitationis arte agitur,& ego conuerti, stolidos adolescentes ac
pueros picturis procul ostensis fallere potest:in Græcis legendum τὸν νέων καὶ παίδων.Sed in uul
gatis deest particula καὶ. Et mox quod dixi,Aut nō fieri potest ut adolescentes & procul a re-
rum ueritate constitutos sermonibus per aures decipiant:in Græcis legendum est, ἢ οὐ λιωσεῖν
αὐτοὺς ἄνευ τοῦ νέους καὶ ἔτι πόῤῥω τῶν πραγμάτων ἢ ἀληθείας ἀφεστῶτας λιὰ τῶν ὠτων τοῖς λόγοις γοητεύειν.
Sed uulgati codices ὡς habent falsò pro ἢ,& ὠτων pro ὤτων. Et mox,Próinde nos omnes co-
nabimur,& nunc conamur te quàm proximè ad disciplinas adducere. De Sophista igitur hoc
mihi dicito,num iam hoc manifestū sit,quòd impostor sit quidam, & rerū uerarum imitator?
Aut dubitamus adhuc &c.Græcè legendum est, πειρασόμεθα νῦν προσάγειν πῶς ἂν σοῦ τὸ σοφιστοῦ, τόδε μοι λέγε. πότερον ἤδη τοῦτο σαφὲς ὂν τῶν
ψεύστην ἐστὶν ἐννοητέον τῷ μαθημάτων προσάγειν πῶς ἂν σοῦ τὸ σοφιστοῦ, τόδε μοι λέγε. πότερον ἤδη τοῦτο σαφὲς ὂν τῶν

οὐδὲ ἐν suppositum pro οὐδέν

γνωρίζειν suppositum pro ἄγνωστον

γὰρ falsò pro διὰ

ὡς pro ἕως

ἑτέρου & falsò pro ἑτοίμου

ὡς falsò pro ὃς

διακτῆσαι θρᾶτται

χαυνότερον & χαυνότερον

διαφορὰ pro διαφορά

ἔοικασι

Medicorum sententia

Hippocratis locus

ὤτων pro ὠτων suppositū

Universidad de Deusto
Biblioteca

αὖσυ redundans

γοήτων ἔχει τὶς μιμητὴς ἂν τῶν ὄντων μὴ λεχθέντων ἕτι &c. In uulgatis falsò legitur αὖσυ τῶν μαθημάτων. Redundat enim uox αὖσυ. Et deest particula ἢ ante λεχθέντων. At quod mox sequitur de cõprehendendo Sophista secundum regij sermonis præcepta, ut tradita illi præda ostẽdatur: uidetur ad consuetudinem quandam, ac receptum hodiecq; morem, sub omnibus, ferè regibus ac principibus spectare, feras captas ex præcepto offerendi ac exhibẽdi uel illis, uel his qui illorum locum obtinent. Et paulò post ubi conuerti. Vt enim is qui aut falsa dicere, aut putare, reuera esse asserit, & postquam hoc dixit, non sibijpsi contradicat, penitus difficile est: in Græcis legendum est, ὅπως γὰρ εἰπόντα, ἢ ψευδῆ λέγειν ἢ δοξάζειν, ὕστερον εἶναι, μηδὲ ἑαυτῷ φθεγξάμενον σὺν αὐτολογίᾳ μὴ συνέχεσθαι, πανταπασι χαλεπόν. In uulgatis χρὴ legitur falsò pro ἢ. Et mox uerba Parmenidę sic legẽda sunt. δεῖ γὰρ μή ποτε τοῦτ' ἀδαμὴς φυσίν εἶναι μὴ ὄντα. Sic enim inferius rursus habẽtur. Sed in uulgatis deest particula μὴ ante ὄντα. Et infrà ubi conuerti. Nõ esse uerè, dicis: Græcè legendum: οὐκ ὂν ἀληθῶς γέ φης. Sed uulgo habetur, οὔκουν pro οὐκ ὄν. Et infrà uersus Parmenidæ de toto sic legendi sunt in Græcis.

Parmenidæ uersus

Παντοθεν εὐπύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ,
Μεσσόθεν ἰσοπαλὲς παντῃ γὰρ οὔτε τι μεῖζον,
Οὔτε τι βιβαιότερον πέλεν.

Et mox legendum, χρεὼν ἐστὶ τῇ, ἢ τᾷ ποιῶν γε ὄν, τὸ ὂν μέσον τὴ καὶ ἔχαπαν ἔχειν. Et mox ubi dixi, Atqui id quod in partes diuisum est, nihil prohibet unius affectionẽ in omnibus partibus habere, in Græcis legendum. ἀλλὰ μὴν τόγε μεμερισμένον, πάθος μὲν τὸ αὐτὸ ἔχειν ἐπὶ πᾶς μέρεσι πᾶσιν οὐδὲν ἀπωλύει. Sed uulgo redundat particula πᾶς, ante uocem ἔχειν. Et infrà ubi facilitas constituitur terminus eorum quæ sunt, & ego reddidi. Dico itaq; quicquid quancunq; facultatem adeptum est &c. in Græcis & ante hunc locum, & paulò post partim confusæ sunt personæ, partim omissę, & sic reponendæ uelut nostra translatio habet: & Græca lectio emẽdanda hoc modo, ut pro ἅτις τὸ ποιεῖν legatur ἅτι εἰς τὸ ποιεῖν: & mox pro ὃς ἐστιν, legatur ὃς ἐστὶν. Et mox, pro γενέσιν τὴν δὴ εὐσίαν χωρὶς τῶν διειλόμενοι &c. legatur τὴν μὲν οὖν γενέσιν, τὴν δὲ οὐσίαν &c. Et inferius ubi quinq; genera in summa repetit, & ego conuerti, Rursus itaq; motus aliud quàm idem est: Græcè legendum est, κἄνθις δὴ πάλιν ἡ κίνησις ἕτερον τοῦτο ἐστι. Et mox. Atqui motus ferè esset idẽ, eo quòd rursus ipso quod idem est participatin Græcis legendum, ἀλλὰ μὴν αὖτος γ' ἂν ταὐτὸν, διὰ τὸ μετέχειν αὖ ταὐτοῦ πάλιν ταυτό. Sed uulgata exempla habent aliena sententia, διὰ τὸ μετέχειν αὖ ταυτ' αὐτοῦ. Et paulò post ubi habetur. THEAE. Fortassis. Verum quo modo, dicas. HOS. Est pulchro pars quædam alius oppositæ Græca lectio sic distinguenda ac legenda est. ΘΕΑΙ. τὐχ' αὖ, ἀλλ' ὅπη λήγει. ΞΕ. ἆρα τῶν καλῶ τὸ θατέρου μόριον ἀντιτεθέν;

Et mox quod reddidi, Eius itaq; quod est, ad id quod est oppositio, ut apparet, sequitur esse id quod non est pulchrum: Græcè legendum est. ὅντος δὴ περὶ ὃ μὴ τιθέντες, ὡς ἔστι εἶναι συμβαίνει τὸ μὴ καλόν. Sed uulgata lectio quæ sic habet, ὄντως δὴ περὶ ὃ μὴ τιθέντες, ὡς ἔστ' εἶναί τι συμβαίνει τὸ μὴ καλόν: nullam aut certè peruersam sententiam exhibet. Et mox quod dixi, Nosti igitur quòd longius à Parmenidæ interdicto recessimus: Græcè legendum est, οἶσθα οὖν ὅτι πεφευγότες τὸ ἀπορρήσεως ἀφιστήκαμεν: in uulgatis ἀνιστήκαμεν habetur pro ἀφιστήκαμεν. Sicut paulò post ἐστιν διέκαμεν falsò pro ἐστὶ δέκαμεν. Et mox uerba quædam in totũ superflua sunt, ubi conuerti. Quod etiam prius dictum est. Vt his uelut quæ fieri possint omissis &c. Græca itaq; sic lego. ὧδε πρόσθεν εἴρηται. τὸ ταῦτα ἑκάστοτε ὡς λυσατε, τοῖς λεγομένοις οἷονεὶ εἶναι παθ' ἑαυτὸν μὴ λέγοντα ἐπακολουθεῖν, ὅταν τέ τις ἕτερον ὂν φῃ, ταυτὸν εἶναι φῇ. καὶ ὅταν ταυτὸν ὂν, ἕτερον. τὸ δὲ ταυτὸν ἑτέρῳ ἀεὶ φαίνειν ἀμηχανῶ καὶ τὸ θάτερον ταυτῷ &c. Et uerba quæ in uulgatis habentur, ἐκείνη γὰρ πατ' ἐκείνο ἢ φησὶν τῷ πεπονθέναι πότερον: in totum eximo, uelut quæ expolitionis uice in margine adscripta, in contextum irrepserint, & tamen etiam sic corrupta sint, & non certam sententiam exhibeant. Et infrà ubi conuerti, Quæ uero alia sunt ab his quæ sunt, de te dicit: Græcè legendum est, ὄντων δὲ γ' ἄντα ἕτερα πρὸς σοῦ. Sed uulgo ὄντων falsò habetur. Et paulò post quod dixi. Ex his autem uisa est cogitatio quidem, ipsius animæ ad seipsam disputatio: Opinio uero cogitationis conclusio. Imaginatio uero sensus & opinionis permixtio: Græca lectio integra est, sed obscura. Nam uero ba φάντασια δὲ λέγομεν, nihil aliud significãt quàm uox φαντασία, id est imaginatio, qua antea usus est, & quam per sensum contingere dixit. Et nunc sensus & opinionis permixtionem esse dicit.

φάντασία ὁ λόγος, id est φαντασία

Porrò in uiro ciuili non longè à principio desunt personæ, & lectio Græca sic habere debet. ubi conuerti. Iudicio autem & imperio inter se differunt hæc duo genera. SOC. Apparet. HOS. Nonne si &c. Græcè sic. πόσα δὲ καὶ ἐπιτάξει διαφέρειν ἀλλήλων τοῦτο τὸ γένος. ΣΟΚ. φαίνεται. ΞΕ. ἆρ' οὐ &c. Et paulò post ubi dixi. Neque uero ciuilem uirũ reperiemus unius curam gerentem Græcè legendum est ἰδιοτρόφου, id est qui unius priuatim curam gerit, non ἰδιοτρόπου. Nam præcessit μονοτροφίᾳ eadem significatione. Et mox quod legitur ἢ πανυῶ, redundat particula ἢ.

ἰδιοτρόφου ἰδιότροπος μονοτροφία

Et paulò post quod dixi. Quòd species quidẽ ubi alicuius fuerit &c. Græcè legendum est, εἶδος μὲν ὅταν ἢ του. Vulgo habetur ὕπου falsò. Et inferius quod conuerti, Pedestris autem passionis scientiam, uelut numerũ bifariã diuidere oportet: in Græcis legendũ, πλῶ ἢ πεζονομικὴν πᾶσαν ἀριθμὸν δεῖ τεμνομένην &c. In uulgatis legitur ἄρτιον falsò pro ἄρτιν. Nam paulò antea numerum diuisit in parẽ & imparem. Et mox ubi cõuerti, Hoc itaque grege diuiso, id quod ab ipso regetur ei

ἄρτιον pro ἄρτιν falsò

fit ei attribuere conemur: Græcè legendum est, τούτῳ τοίνυν πατάβρασαντες, τὸ γενόμενον αὖ τῶν ἀρχόντων ἀρωμεν. In uulgatis γενήμενον falsò legitur pro γενόμενον. Nam superius dixit. Quicunq; principes imperio utũtur, nónne omnes ipsos imperantes ea de causa inueniemus. ut scilicet aliquid fiat, hoc est γενέσεως ἕνεκα. Et infrà inter fabulas ubi cõuerti. Quid uero priores è terra editos progressos esse, & nõ alios ex alijs genitos esse: Græcè legendũ, ὡς μὴ δὲ ἄλλον γεγονέναι. Vulgo habet falsò ἀλήλων pro ἄλλων. Et paulò post ubi de mũdo dixi, Neq; rursus totũ semper à deo uerti: Græcè legendũ est, μήτ' αὖ ὅλον ἀεὶ ὑπὸ θεῶν στρέφεσθαι. In uulgatis pro ὅλον, falsò habet ὅσον, in aliquibus ἄλλον. Et infrà ubi cõuerti, & quælibet anima omnes origines absoluisset, & quot unicuiq; demandata essent, tot semina in terram misisset: Græcè sic legendum. πάσας ἑκάστης τῆς ψυχῆς τὰς γενέσεις ἀποδιδωίης, ὡς ἂν εἰς ἑκάστην προσαχθεῖσα, τοσαῦτα εἰς γῆν καὶ σπέρματα ἀπέβαλεν. Et infrà ubi de curandi uerbo agitur, & dixi. Sed & aliam quandã Gregis nutricẽ &c. in Græcis legendũ est, καὶ ἄλλην δέ τινα ἀγελαιονομικὴν. Et mox. Nulla autẽ uniuersæ humanæ societatis cura, asserere se poterit mitiorẽ ac magis amicã esse, quàm regia cura: in Græcis legendũ est, φιλικὰ αὖ ἐπιδείξασα μᾶλλον ἑτέρα ἢ βασιλικὴ φανεῖ. In uulgatis legitur uox ἑτέρα ut ad βασιλικὰ referri possit, sed sic redundarit particula καὶ. Et infrà ubi de exemplorũ usu agitur, & ego reddidi. Et ualdè equidẽ absurdè uidemur in præsentia, in nobis de scientia affectionẽ cõmouisse: in Græcis legendum est. ὡς μάλα ἀτόπως ἐοικότες ἐν ἡμῖν νυνὶ τὸ περὶ ἐπιστήμης πάθος ἐν ἡμῖν. Sed in uulgatis post ἐοικότες, uerba hæc, ἐκείνου ἐν ταῖς ἐξῆς βραχυτάτων γε. redundant, ex quinta linea sequente hac translata. Sed & in posteriore Basilien. editione absurda confusio omnibus his partim mutatis, partim transpositis facta est. Et mox quod conuerti. Proinde hoc quidẽ satis cõprehendimus, quòd exẽpli origo tũc est &c. in Græcis legendũ est. ὑπὲρ μὲν τοῦτο ἱκανῶς συνειλήφαμεν, ὅτι παράδειγματός γ' ἕνεκα τόδε γενόμενον, ὑπόταν ὁ τῶν ἐν ἑτέρῳ διειλεγμένῳ λεξάμενον ὀρθῶς τις συνάγειν πρὸς ἕτερον, ὡς συνάπτων μέλλει ἀλλ' ἐν ἀλλήλοις. Σ Ω Κ. φαίνεται. ΞΕ. μὴ θαυμάσῃς αὖ οὖν &c. Et mox, μέλλοντες ut uulgo habetur. Et infrà ubi dixi. Et rursus artem faciendi pileos separauimus: in Græcis legendum est, πλῶτ' αὖ πιλοποιικὴν ἀφωρισάμεθα. In uulgatis πολιτικὴν falsò legantur. ὡς ποτὲ λήσει τὸν νοῦν λαχθοῦσ' πρὸς πλῶ πρὸς αὐτὸ τοῦτο βίᾳ ἀποδιάξῃ. ἔτι δὲ πρὸς τὸ νοῦν καλῶς ἐνανοῦσθαι δοκεῖ βουλεύῃ &c. Ita ut mox legatur, μανθάνω ὄντως, ἓν καὶ δύο, & nõ τοῦτο. Et mox per tota duo folia, multa minuta quidem, sed tamen sententiã corrumpentia falsò leguntur, uelut est αὖτ' εἶναι μεμνῶμεθα, pro αὐτ' ἐναι, id est ipsa esse. Et ἀδυνατικαί τινες ὁμοιοῦντες, pro ἀδυνατοί. Et πρὸς τὸ, pro πρὶ τον. Et μετρητὴς pro μετρητικῆς. Et τότε αὖ πρὸς πλῶ προβληθεσθ' ἕνεκεν, pro ὅτι αὖ. Et αὐτὸν πλῶ pro τοῦτον πλῶ. Et τῶν pro τὸν. Et γεγώμεθα pro γεγόναμεν. Et αὐτὸ pro αὐτῶν. Et ὅμως ἕτερον pro ὁμως διάτερον. Et ὑπὲρ δὲ pro ὑπὲρ. Et γεγόναμεν pro γεγονέναι. Et ὡς δύο παρεχομένου ἕνδυο δυοῖν ὀνόμασι, τυραννίδι. τὸ δι, βασιλικῇ. pro recta lectione ὡς δύο παρεχομένου ἑνὸς δυοῖν ὀνόμασι, τυραννίδι. τὸ δι, βασιλικῇ. Quorũ omniũ recta lectio â nobis Latinè expressa est. Et infrà ubi conuerti. Age nunc rursus memoria repetamus præcepta eorum qui arte exercent in huiusmodi exercitationibus: Græcè legendum est, σὺ τοίνυν τὰ τούτων ἀσκήσεσι. Sed uulgati codices ἀρχῆς falsò habẽt pro ἀσκήσεσι. Nam ἀσκήσεις uox præcessit. Manuscriptis μάχης habet pro ἀρχῆς: nec; hoc male, & fortassis omnium rectissimè, ut in eiusmodi pugnis accipiamus de exercitationibus, quas contentionis gratia fieri dixit. Et mox in græcis deest uox ὀρθῶς, & persona Hospitis. Vbi legendum. Σ Ω Κ. ὀρθῶς. ΞΕ. ὀρθῶς μέντοι. Et infrà ubi conuerti. Si ea quæ cõmoda sunt facit, hunc circa hæc terminum esse oportet rectæ gubernationis ciuitatis: Græcè legendũ. ὅσα τε ξύμφορα, ἴσασι δεῖ νῷ πρὸς τοῦτο τὸ ὅρον εἶναι &c. Vulgati codices falsò habẽt, ὅσα μὴ ξύμφορα ἢ ἀξύμφορα, ἴσασι δεῖν νῷ &c. Et infrà ad finẽ ferè ubi de similitudine artis textoriæ ad regiam scientiã agitur, & in fortibus naturis solidos mores stamini cõparat, & contrà in temperatis mollitudinem subtegminis tramæ: assimilatin Græcis legẽdum est ἀνθρώπεια διακόσμησιν. Vulgo διακόσμησιν falsò habetur. Est autẽ κρόκη, trama, siue illud filum quod intra stamen trãsmittitur. Vnde etsam διάκοσμα appellatur. Et paulò post ἀκράσεως falsò habetur pro ἀκράτου. Et mox σύμπτωμον falsò pro σύμπτομον, quod significat probe unitum ac cõtextum. Et mox συμπλανοῦ falsò pro συμπλανοῦν. Atq; hic secundæ Eclogæ terminus esto.

ἀνθρώπεια pro ἀνθρωπικὴ

διακόσμησις pro διάκοσμα

κρόκη pro κρόκην

σύμπτωμον pro σύμπτομον

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN PARMENIDEM,

uel De uno rerum omnium principio, uel De ideis.

CVM Plato per omnes eius dialogostotius sapiẽtiæ semina sparserit, in libris De repub. cuncta moralis philosophiæ instituta collegit, omnẽ naturã liũ rerum scientiam in Timæo, uniuersam in Parmenide cõplexus est theologiã: cumq; in alijs longo interuallo cæteros philosophos anteceſſerit, in hoc tandem seipsum superasse uidetur, & ex diuinæ mẽtis adytis intimoq; philosophiæ sacrario cœleste hoc opus diuinitus deprõpsisse. Ad cuius sacrã lectionem quisquis accedet, prius sobrietate animi mẽtisq; libertate se præparet quàm attrectare mysteria cœlestis operis audeat. Hic enim diuus Plato de ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

uno subtilissime disputat: quēadmodū ipsum unū rerū omniū principiū est. Sup omnia, omniaq; ab illo. Quo pacto ipsum extra omnia sit, & in omnibus, omniaq; ex illo, per illud, atq; ad illud. Ad huius quo à super essentiā est, unius intelligentiā gradatim ascēdit. Vnū quippe in triplici ordine reperitur. In ijs quæ fluūt, atq; sensib. subijciūtur, & sensibilia nominantur. In ijs etiā quæ semper eadē sunt, & intelligibilia nūcupātur, nō sensib. amplius, sed sola mēte percipiēda. Nec in ijs tantū, uerūetiā supra sensum & sensibilia, intellectūq; & intelligibilia ipsum unū existit. Quāobrē hoc in dialogo Zeno Eleates primo Parmenidis Pythagorici discipulus unū esse in sensibilib. probat, ostēdēs quod si hæc multa essent, nullo modo unius naturæ participātia, errores plurimi sequerētur. Deinde Socrates Zenoni nō repugnās qdē, sed eū altius eleuās, ad cōsiderationē unius & unitatū quæ in rebus intelligibilib. insunt, pducit, ne in hoc uno quod sensibilib. ineſt, moretur. Ex hoc igitur ad ideas inuestigādas pueniunt, in qb. rerū unitates cōsistūt. Postremo Parmenides ipse senior haud quaquā Socrati cōtradicēs, sed inchoatā cōtemplationē eius absoluēs, integrā idearū explicat rationē. Vbi quatuor de ideis quæstiones inducit. Primo utrū sint. Secūdo quorū ideæ sint, & quorū minime. Tertio quales sint, quāue uim habeāt. Quarto quō ab ijs quæ infra se sunt, participātur. Hinc iam ad unū quod super intelligibilia & ideas existit, ascēdit ipse: nouemq; de illo suppositiōes adducit, quinq; si unū sit, quatuor, si nō sit unū, quærēs quid utrinq; sequatur. Hæ uero suppositiōes à triplici unius, & duplici ipsius nō esse partitiōe ducūtur, Vnū quippe triplex super esse, ineſſe, potest esse repertū. Ipsum uero nō esse geminæ cōsiderationi subijcitur. Aut enim nullo modo esse, aut partim esse, partim nō esse quis cogitat. Prima itaq; suppositio tractat, si unū super esse existit, quid circa illud ad ipsum, et ad alia sequitur. Secūda, si unū cū esse est, quomodo se habet ad seipsum atq; ad alia. Tertia, si unū sub esse ponitur, quid illi ad seipsum aliaq; cōtingit. Quarta, si unū sit per esse cōsistit, quō se habēt alia et ad se et ad unū. Quinta, si est illud unū quod cū esse locatur, quid alijs ad se, & ad illud accidit. Sexta, si nō est unū ita ut partim sit, partim minime sit, qua se ratiōe ad sese et ad alia habeat. Septima, si nō est unū ita ut nullo modo sit, quo pacto se habeat ad seipsum atq; ad alia. Octaua, si nō est unū ita ut partim sit, partim nō sit, quid alijs ad se, & ad illud eueniat. Nona, si nō est unū, ita ut nullo modo sit, qd alia ad sese, et ad illud deniq; patiātur. In ijs omnib. generatim intēdit Parmenides potissimū hoc asserere, quod unū omniū principiū sit: eoq; posito, ponātur omnia: sublata aūt interimantur. Itaq; in primis quinq; suppositionib. qnq; rerū gradus posito uno in rerū ordine tradit. In quatuor uero sequētib. inquirit quod absurda, quot errores quātaq; mala ipso uno sublato sequātur. Prima ex quinq; superioribus de uno supremoq; Deo disserit, quomodo procreat disponitq; deorū sequentiū ordines. Secunda de singulis deorum ordinibus, quo pacto ab ipso deo proficiscūtur. Tertia de diuinis animis. Quarta de ijs quæ circa materiā fiunt, quomodo à supernis causis producuntur. Quinta de materia prima, quemadmodū suapte natura specierum est expers, & à primo uno depēdet. Illud insuper aduertendū est, quod in hoc dialogo cum dicitur unum, Pythagoræorum more quæq; substantia & materia penitus absoluta significari potest, ut deus, mēs, anima. Cū uero dicitur aliud & alia, tam materiā quàm illa quæ in materiam fiunt, intelligere licet: His ergo præmissis atq; seruatis, ad ipsum dialogum ueniamus.

Nouē suppositiones de uno

Hic uidetur dicere una alia suppositio quæ dicit, Si unum subesse ponatur, quo modo se habeāt alia, & ad se & ad unum

Vnum Aliud & alia

PLATONIS ATHENIENSIS PARMENIDES, SIVE DE IDEIS. *Rationalis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

CEPHALVS. ADIMANTIS. ANTIPHON. GLAVCON. PYTHODORVS. SOCRATES. ZENO. PARMENIDES. ARISTOTELES.



VVM domo ex Clazomenis Athenas ueniſſemus, in foro incidimus in Adimantū & Glauconē: & apprehēſa manu mea, salue inquit Adimātas ô Cephale, & si qua re hic opus habes, ex his quę in nostra potestate sunt, dicito. At ob hoc adsum inquā ego, quod uestra ope opus habeam. Dicas inquit, qua re sit tibi opus. Et ego dicebam, fratri uestro germano quod erat nomēr nō enim memini. Puer enim eram quū primū huc ex Clazomenis accederem. Multum autē iam tēpus interceſſit. Patri tamē arbitror Pyrilampes nomē erat. Maxime inquit, Illi uero Antiphon. Verum cur potiſſimū interrogas? Hi inquā ego, ciues mei ualdè philoſophi sunt, & audiuerūt φ hic Antiphon cum Pythodoro quodā Zenonis ſodali multū conuerſatus sit, & φ ſermones, quos aliquando Socrates, & Zeno, & Parmenides habuerūt, ut quos ſæpenumero ex Pythodoro audiuit, memoria teneat. Vera inquit, dicis. Hos itaq; inquā, cupimus audire. At non difficile hoc fuerit, inquit. Nam quum eſſet adoleſcēs, probe admodū in iſtis ſe exercuit. Nunc autem iuxta auum, qui idē nomen habet, plerūq; circa rem equeſtrem uerſatur. Quare ſi eo

ſi eo opus est ad ipsum accędamus. Iam enim hinc domū abijt. habitat autem propè in Melita. His dictis accedebamus, & Antiphontē domi deprehendebamus, qui frenum quoddam fabro parandū traderet, quem quū à ſe dimiſiſſet, & fratres dicebāt ipſi quorum gratia adeſſemus, & agnouit me ex priore ad Athenas aduentu, & complexus me ſalutabat. Et rogantibus nobis ut ſermones iſtos recenſeret, primū quidem recuſabat, operoſum enim id eſſe dicebat. Poſtea tamē recēſebat. Dixit itaq; Antiphon Pythodorum dixiſſe, quòd acceſſerint aliquando ad magna Panathenæa Zeno & Parmenides. Et Parmeniden quidem ſam tunc ualdè ſenem fuiſſe, & admodum canum, uerum pulchrum & aſpectu decorum, annum agentem fermè quintum ſupra ſexageſimum. Zenonem uero fuiſſe annorum propè quadraginta, bene lōgum & aſpectu gratioſum & dictum eſſe ipſum Parmenidæ amatum eſſe. Diuertiſſe autem ipſos ad Pythodorū extra murum in Ceramico, quo ſanè etiam ueniſſe Socratem, & alios quoſdam cum ipſo multos, cupiditate ductos ut Zenonis ſcripta audirent. Tūc enim ipſa primū ab illis allata ac producta fuiſſe. Socratem autē tunc fuiſſe ualdè iuuenē. Legiſſe igitur Zenonē ipſis, Parmeniden uero fuiſſe extra domū, & adhuc parum quid ſuperfuiſſe ex his quæ legerentur, quando ipſe cum Parmenide aduenīret Pythodorus dixit, accedente ſimul cum ipſis etiam Ariſtotele, qui unus de triginta eſſet, & pauca quædā de ſcriptis ſe audiuiſſe, attamen etiā prius illa ſe è Zenone audiuiſſe. Socratē igitur poſtquā audiuiſſet, rurſus ſuſſiſſe ut primum primi ſermonis dogma legeret, eoq; lecto dixiſſe, quomodo ô Zeno hoc dicis? Si multa ſunt ea quæ ſunt, quod ſanè oporteat ipſa & ſimilia eſſe, & diſſimilia, Hoc autem impoſſibile eſſe. Neq; enim diſſimilia, ſimilia: neq; ſimilia, diſſimilia eſſe poſſibile eſſe. Non'ne ſic dicis? Sic dixiſſe Zenonem. Non'ne ſi impoſſibile eſt, & diſſimilia, ſimilia eſſe: & ſimilia, diſſimilia, impoſſibile eſt etiā multa eſſe. Si enim multa eſſent, impoſſibilia ipſis acciderent. Num hoc eſt quod ſermones tui uolunt? nimirum non aliud quid quàm ut contendant per omnia quæ dicuntur, quòd non multa ſunt. Et huius ipſius putas tibi argumentum eſſe unumquenq; ſermonem. Quare etiam tot argumenta te exhibere putas, quod ſermones conſcripſiſti, quòd non ſunt multa. Sic'ne dicis, aut ego non recte intelligo? Non, ſed rectè, dixiſſe Zenonem, intellexiſti quid totum ſcriptū uelit. Et Socratem intelligo dixiſſe ô Parmenide, hunc Zenonem non ſolum reliqua amicitia uelle tibi coniunctum eſſe, ſed etiam ſcripto. Idem enim ali quo modo ſcripſit quod tu. Verum mutatis uerbis decipere nos conatur, uelut qui aliud quid dicat. Tu enim in poematis omne quod eſt, unum eſſe dicis, & horū argumenta bene ac rectè producis. Hic uero non multa eſſe dicit, & argumenta etiam ipſe multa ac magna affert. Dum igitur alter unum dicit, alter non multa: & uterq; sic dicit, ut nō idem dixiſſe uideantur, quū tamen ferè eadem dicant, ſupra noſtram intelligentiam uidentur à uobis dicta eſſe ea quæ dicta ſunt. Etiam dixiſſe Zenonē ô Socrates. Tu equidem ueritatem ſcripti non ubiq; aſſequeris, etiamſi uelut Laconicæ caniculę probe persequeris, & quæ dicta ſunt inueſtigas. At primū te hoc fallit, φ nō omnino ita glorioſè ſe oſtentat ſcriptum, ut uelut tu dicis, ſcribi inſtitutum ſit, ut hominibus ſit occultum, ue lut magnum quid ita perageretur. Sed tu quidē dixiſti quid ex his quæ accidere ſolent. Verum reuera ſunt hæc ſcripta auxilium quoddam ſermoni Parmenidæ, aduerſus eos qui reprehendere ipſum conantur, φ ſi omne quod eſt, unum eſt, multa & ridicula accidant ſermoni, & ipſi contraria. Contradicit igitur hoc ſcriptū his qui multa eſſe dicunt, & hoc & plura uiciſſim regerit, hoc declarare uolens, quòd adhuc magis ridicula accidant ipſorum dogmati, quòd multa ſunt, cū accidunt ei dogmati, quod unū eſſe aſſerit: ſi quis iuſtè expendere uelit. Ob huiuſmodi itaq; contentionē, à iuuene me conſcriptū eſt, & quiſpiā ſcriptum iam ſuffuratus eſt, ut neq; mihi deliberare licuerit, an in lucem emittere ipſum oporteret, ſiue ſupprimere. Hoc igitur te latet ô Socrates, φ non putas ipſum ab adoleſcente contentioſo, ſed à ſene ambitioſo ſcriptum eſſe, alioqui uelut dixi, non male cōnectaſti. At recipio dixiſſe Socratem, & uelut dicis rem ſe habere arbitror. Verum hoc mihi dicito, Non putas eſſe aliquam ſimilitudinis ſpeciem ipſam per ſeipſam, & tali rurſus aliam quandam cōtrariam, quæ diſſimilis eſt? His autem duabus ſpeciebus & me & te, & alia, quæ ſanè multa appellamus, participare: & quæ quidem ſimilitudine participant, ſimilia fieri hoc modo, & in quantū participant: quæ uero diſ-

Omne quod eſt, unum eſſe

Similitudinis & diſſimilitudinis ſpecies

Universidad de Deusto
Biblioteca

similitudine, dissimilia: quæ uero ambobus, ambo. Si uero omnia ambobus contrarijs participant, & eo quòd ambobus participant, & similia & dissimilia ipsa sibijpsis sunt, quid miri est? Si enim ipsa similia pronunciaret quis dissimilia fieri, cum dissimilia similia, monstri simile ut puto esset. Si uero his quæ ambobus illis participant, ambo accidere pronunciat, nihil absurdi ô Zeno mihi uidetur: neq; si omnia unum quis pronũciet, eo quòd uno participant: & eadem hæc multa, eo quòd multis participant. At si quod unum est, hoc ipsum multa demõstrabit, & rursus multa unum, hoc iam admirabor. Et de alijs omnibus eodem modo. Si enim ipsa genera & species in seipsis contrarias has affectiones perpeti pronunciaret, admiratione digna res esset. Si uero me quis demonstret unum esse & multa, quid miri est? Nam quum multa me esse demonstrare uoluerit, dicet alia esse dextra mea, alia sinistra, alia anteriora, alia posteriora, & superna & inferna eodem modo: Multitudinis enim particeps sum ut puto: Quum uero unum, dicet quòd quum septem nostrũ sint, unus sum ego homo, qui etiã uno participo. Quare ambo uera pronunciarit. Si igitur quis talia eadem multa & unũ demonstrare conetur, lapides uidelicet & ligna & huiusmodi, dicemus ipsum multa & unum demonstrasse, non unũ multa, neq; multa unum: neq; quicquã miri dicere, sed quę omnes confitemur. At si quis eorum quæ ego nunc dicebam, primum quidem species ipsas per seipsas diuidat, uelut similitudinem & dissimilitudinẽ, & multitudinem & unũ, & quietem ac motum, & omnia huiusmodi. Deinde interseipsas has cõmisceri & secerni posse pronũciaret, mirificè sanè ego ô Zeno demirarer. Ac tua quidem illa fortiter admodum tractata esse arbitror. Verũ multò magis hoc modo ut ego dico admirarer, si quis eandem hanc ambiguitatem in ipsis speciebus uarijs modis implicatam, quemadmodum in his quæ uidentur explicauit, ita etiam in his quæ ratiocinatione apprehẽduntur, ostendere posset. Hæc dicente Socrate, dixit Pythodorus se putasse, Parmeniden & Zenona singula grauiter ferre. Verum ipsos ualdè illi animum aduertisse, & frequenter alterũ alterum aspexisse ac subrisisse, uelut qui Socratem admirarentur: & proinde ubi dicere ille desiuisset, etiam Parmeniden ô Socrates dixisse, quàm dignus es admiratione ob eum impetum, quẽ in dicendo habes. Et dic mihi, Tu ipse ita diuisisti uelut dicis, seorsum quidem species quasdam, seorsum item ea quę his participant? Et quidem tibi uidetur esse ipsa similitudo, seorsum ab ea similitudine quam nos habemus, & unum, & multa, & omnia quæ nunc è Zenone audiuisti? Mihi quidem uidetur dixisse Socratem. Num etiam talia dixisse Parmeniden, uelut est iusti species quædam ipsa per seipsam, & pulchri, & boni, & omnium huiusmodi? Etiam dixisse. Quid uero hominis species seorsum à nobis? & omnium eorum quæ sunt quales nos sumus, ipsa quiddam species hominis, aut ignis, aut etiam aquæ? Et illum dixisse, sæpenumero de his ego ô Parmenide in ambiguitate constitutus fui, utrum dicere conueniat uelut de illis, aut aliter. Num etiam de his o Socrates, quæ etiam ridicula esse uideri possint, uelut est pilus, & lutum, & sordes, aut aliud quid abiectissimum ac uilissimum, ambigis, an etiam uniuscuiusq; horum speciem quandam esse dicere oporteat, quæ seorsum aliud sit ab his quæ nos tractamus, aut non? Nequaquam dixisse Socratem. Sed hæc quæ uidemus, etiam hæc esse: speciem uero ipsorum quandam esse putare, num ualdè fuerit absurdum? Iam tamen aliquando me perturbauit cogitatio, an'ne quid idem de omnibus esset. Posteaquum hoc modo iusto, præ timore diffugio, ne forte in quasdam inexplicabiles nugas illapsus peream. Illuc igitur deueniens ad ea quæ nunc species habere dicebamus, circa illa occupatus uersor. Iuuenis enim adhuc es ô Socrates dixisse Parmeniden, & nondum corripuit te philosophia, uelut adhuc corripiet, quæ mea est opinio, quando nihil horum negliges. Nunc autem adhuc ad hominum opiniones respicis, propter ætatem. Hoc igitur mihi dicito, uidetur tibi uelut dicis species quasdam esse, quibus si alia participent, cognomina ipsarum habeant, uelut quæ similitudine participant, similia: quæ magnitudine, magna: quę pulchritudine & iustitia, iusta & pulchra fieri? Maximè dixisse Socratem. Non'ne unumquodq; quod participat, aut tota specie, aut parte participat? Aut alia quędam absque his participatio fieri poterit? Et quomodo dixisse Socratem. Vtrum igitur uidetur tibi tota species in unoquoq; ex multis esse, ut quę una sit, aut quomodo? Quid enim prohibet dixisse Socratem ô Parmenide, ut

Omnia unũ & multa esse participatione

Species seorsum per seipsas

Species ambiguæ

Species absurdæ

Nihil philosopho negligẽdũ

Speciebus quæ participãt, inde nomẽ habẽt

de, ut una sit? Quę ergo una est & eadem, in multis & quę seorsum sunt, tota simul una erit: & sic ipsa à seipsa seorsum fuerit. Non ita esse dixisse Socratem, sed uelut si dies una & eadem sit, ea multis locis simul est, & nihilo magis ipsa seorsum à seipsa est: Sic etiam unaquæq; species una simulq; eadem omnibus fuerit. Et dixisse illum libenter ô Socrates unum idem simul multis locis facis, uelut si multos homines uno uelo contexisses, & in multis totum esse diceret: Aut non tale quid dicere te putas? Fortassis Socratem dixisse. Aut igitur totum uelum in unoquoq; fuerit, aut pars ipsius alia in alio. Pars. Diuidi ergo ipsæ species possunt ô Socrates dixisse illum, & quæ ipsis participant, parte participant, & non amplius in unoquoq; tota, sed pars uniuscuiusq; unæ fuerit. Apparet ita. Num igitur uoles dicere ô Socrates, unam speciem nobis reuera diuidi, & adhuc unam esse? Nequaquam dixisse Socratem. Vide enim dixisse illum, si ipsam magnitudinem partieris, & unumquodq; ex multis magnis, magnitudinis parte minore quàm ipsa magnitudo sit, magnum erit, non'ne absurdum apparebit? Admodum dixisse ipsum. Quid uero si æquali parte unumquodq; paruum participet, habebit'ne quid quo ut minore quàm ipsum æquale est, id quod habet, æquale alicui erit? Impossibile est. At parui partem aliquis è nobis habebit, hac autem ipsa paruum maius erit, utpote quum illa huius pars sit. Et sic sanè ipsum paruum maius erit. Cui uero hæc ablata pars appositа fuerit, minus id erit, & non maius quàm prius? Non fieri poterit hoc dixisse Socratem. Quo igitur modo dixisse illum ô Socrates, alia tibi speciebus participabunt, quæ neq; secundum partes, neq; secundum totas participare possunt. Per louem dixisse Socratem non uidetur mihi facile esse tale, ut ullo modo decernatur. Quid uero ad hoc quomodo te habes? Quale istud? Arbitror te unamquanq; speciem, unam ex tali quodam esse putare, quũ multa quædam magna tibi esse uidentur, una fortassis quædam idea hæc esse tibi ad omnia respicienti uidetur, unde unum, ipsum magnum esse putas. Vera dicis dixisse Socratem. Quid uero ipsum magnũ, & alia magna, si eodem modo per omnia animo contemperis, non'ne unum quiddam magnũ rursus apparebit, quo omnia hæc magna uideri necesse est? Apparet. Alia igitur magnitudinis species, pręter ipsam magnitudinem, & præter ea quæ ipsa participant, facta apparebit, & ad has omnes adhuc alia, qua hæc omnia magna erunt. Et non amplius unaquæque species tibi una erit, sed multitudine infinitæ. At Socratem dixisse ô Parmenide, num unaquęq; harum specierum notio fuerit, & non conuenit ut usquam alibi ipsa fiat quàm in anima. Sic enim unaquęque fuerit una, & non amplius accident ea quę nunc dicebas. Quid igitur dixisse illum, unaquęq; notio una est, notio uero nullius? At impossibile hoc est dixisse Socratem. At alicuius? Etiam. Eius quod est, aut quod non est? Eius quod est. Non'ne unius cuiusdam, quod in omnibus notio illa apprehendens, unam quandam ideam esse intelligit? Etiam. Deinde non species erit hoc quod intelligitur unum esse, quod semper est idem in omnibus? Necessarium rursus uidetur. Quid uero dixisse Parmeniden, non'ne necessarium esse dicis alias speciebus participare? aut uidetur tibi unũquodq; ex notionibus esse, & omnia intelligere: aut quũ notiones sint, nihil intelligere? At neque hoc rationem habet Socratem dixisse, uerum ô Parmenide, hoc modo maximè hæc se habere mihi uidentur. Species quidem has uelut exemplа, in natura consistere: alias uero his similes esse, & simulachra existere. Et hęc participatio specierum alijs contingit, non alia quędam, quàm quòd ipsis assimilantur. Si igitur inquit ille, simile quid est speciei, fieri'ne potest ut illa species non similis sit ei quod ipsi assimilatum est, inquantum simile hoc factum est ipsi? Aut fieri ullo modo potest, ut simile non simili sit simile? Non potest. Non'ne ergo magna necessitas est, simile cum simili una eadem specie participare? Necesse est. Quo uero similia participant, ut inde similia sint, non'ne illud ipsa species erit? Maximè. Non ergo fieri potest, ut aliquid speciei simile sit, neque ut species alij: Sin minus, præter speciem semper alia species apparebit, & si illa alicui similis fuerit, rursus alia: & nunquam cessabit semper noua fieri species, si etiam species ei quod ipsius particeps est, similis fiat. Verissima dicis. Non ergo similitudine speciebus reliquæ participant, sed aliud quid quærere oportet quo participant. Apparet. Vides igitur dixisse illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ô Socrates quanta ambiguitas fiat, si quis uelut quæ species sint, ipsas per seipsas distinguat? Et ualdè. Probe itaque id nosse debes dixisse illum, quòd adhuc nondum attingis ut ita dicam, quanta sit ambiguitas, si unūquodq; ex his quæ sunt, unam speciem

Species neq; cognosci, neq; ut cognoscantur, conuenire

semper segregās pones. Quomodo hoc dixisse Socratem? Multa quidem etiam alia sunt dixisse illum, maximum uero hoc est. Si quis dicat neq; cōuenire ipsas cognosci, quū tales sint quales esse oportere species diximus: ei qui hæc dicit non poterit quis ostendere q; mentitur, nisi multarum rerum fuerit peritus & ingenioſus qui contendat, & ualdè multum & eminus illū in ostendēdo occupatū sequi uelit. Nam persuaderi nō poterit, qui ipsas cognosci non posse cogit. Quomodo ô Parmenide dixisse Socratem? Quia arbitror & te ô Socrates, & alium, quicunq; ipsam quandam per seipsam uniuscuiusq; essentiam esse ponit, confiteri primū nullam ipsarum in nobis esse. Quo modo enim ipsa per seipsam adhuc esse dixisse Socratem? Recte dicis dixisse illum. Non'ne etiā quæcūq; ideæ inter se sunt quod sunt, ipsæ ad seipsas essentiam habent, & nō ad ea quæ apud nos sunt siue simulachra, siue quomodocūq; quis ipsa nominet, quibus nos participantes, singula esse dicimur. Hæc uero quæ apud nos sunt eiusdem cum illis nominis, ipsa rursus ad seipsa sunt, & non ad species, & suijpsorum, & non illarum, quæ rursus sic nominantur? Quomodo dicis dixisse Socratem? Velut si quis nostrū, dixisse Parmeniden, dominus alicuius aut seruus est, non ipsius domini, quod dominus est, seruus est: neq; ipsius serui, quod seruus est, dominus dominus est: sed qui homo est, hominis ambo hæc est. Hoc autē dominium ipsius seruitutis est quod est: & seruitus eidem modo ipsius dominij seruitus est: & non ea quæ in nobis sunt, ad illa potestatē habent, neq; illa ad nos, sed uelut dico, illa suijpsorum & ad seipsa sunt: & quæ apud nos, similiter ad seipsa. Aut nō intelligis id quod dico? Maximè dixisse Socratē intelligo. Non'ne & Scientia ipsa, dixisse illum, quod est scientia, illius ipsius quod est ueritas, scientia est? Maximè. Vnaquæq; uero scientia quæ est, quod est uniuscuiusq; eorum quæ sunt, scientia est, aut non ita? Etiam. Quæ uero apud nos est scientia, non'ne eius quæ apud nos est ueritatis fuerit? Et rursus unaquæq; apud nos sciētia, singulorum quæ apud nos sunt scientia fuerit? Necesse est. Atqui ipsas species uelut cōfiteris, neq; habemus, neq; apud nos esse possibile est. Non profectò. Cognoscuntur autem ab ipsa scientiæ specie ipsa genera quæ sunt singula? Etiam. Quam sanè speciem nos non habemus? Non equidem. Non igitur ulla à nobis species cognoscetur, quandoquidem ipsius scientiæ particeps nō sumus. Non ut apparet. Ignotum igitur nobis est & ipsum pulchrum quod est, & ipsum bonum, & omnia quę uelut ideę sint apprehendimus. Videtur. Vide uero id quod adhuc grauius hoc est. Quod

Scientia ueritatis scientia est

Essentia nulla in nobis

Ideas et species esse nobis ignotas

istud? Dixeris'ne siquidem est ipsum quoddam sciētiæ genus, multò ipsum sincerius esse, quàm eam quæ apud nos est scientiam & pulchritudinē, & omnia alia eodem modo? Etiam. Non'ne si quid aliud ipsius scientiæ particeps est, non alium aliquem magis quàm deum sincerissimam scientiam habere dixeris? Necesse est. Num poterit deus qui ipsam scientiam habet, ea quæ apud nos sunt cognoscere? Quid nir? Quia cōfessi sumus ô Socrates inquit Parmenides, neq; illas species, ad eas quæ apud nos sunt habere potestatem, quam habēt: neq; eas quæ apud nos sunt, ad illas: sed ipsas utrasq; ad seipsas. Confessi sumus. Non'ne si apud deum est hoc sincerissimū dominium, & hæc sincerissima scientia, neq; dominium illorum nobis unquā dominabitur, neq; scientia nos cognoscet, neq; aliud quid eorum quæ apud nos sunt? Sed & nos similiter non illis dominamur eo quod apud nos est dominio, neq; quicquam diuini cognoscimus nostra scientia. Et illi rursus secundū eandem rationem, neq; domini nostri sunt, neq; humana negocia cognoscunt, quum dij sint. At non'ne ualdè admirādus sermo fuerit inquit Socrates, si quis deum cognitione priuaret? Hæc tamen ô Socrates inquit Parmenides, & adhuc ad hæc alia ualdè multa, necesse est species habere, si hæ sunt eorum quæ sint ideæ, & quis ipsam quiddā unāquamq; speciem esse decernit, ut & ambiguus consistat auditor, & dubitet an hæ omnino sint: Si uero uel maximè sint, ualdè ne cesse sit ipsas humanæ naturæ ignotas esse: & ut qui hæc dicit, aliquid dicere uideatur, & uelut paulò ante dicebamus, mirificè difficulter persuaderi possit, & uiri sit admodū ingenioſi qui intelligere possit, quòd est genus quoddam uniuscuiusq; & essentia ipsa pe

per seipsam: magis autē adhuc admirādi, qui hæc omnia inuenire & alium docere possit, ita ut iustè ac probe ea discernat. Assentior tibi ô Parmenide inquit Socrates, Valdè enim ex animi mei sentētia dicis. Attamen inquit Parmenides, si quis rursus non sinet species eorū quæ sunt esse, ut qui ad omnia nunc relata & alia huiusmodi respexit: neq; speciem uniuscuiusq; decernit, is nō habebit quo cogitationē conuertat, dum non sinit ideam uniuscuiusq; eorū quæ sunt eandē semper esse. Et sic differendi facultatem penitus corrumpet. Talem igitur rationē etiam tu magis percepisse mihi uideris. Vera refers dixisse Socratem. Quid igitur de philosophia facies? quo te cōuertes si hæc ignorantur, non admodū in præsentia uidere mihi uideor. Valdè mane ut ita dicā, priusquā exercitatus sis ô Socrates, & pulchrū & iustū & bonū, & unāquamq; speciem decernere aggrederis. Intellexi enim & nuper quū audirem te hic cū Aristotele hoc disputantem. Pulchrū quidem igitur & diuinū esse hunc impetū nosse debes, quo ad dicendum concitaris, Verum contrahe te ipsum, & magis te per eam quæ inutilis esse putatur, & à pleriſq; garrulitas nominatur, exerce, dum adhuc iuuenis es: sin minus, ueritas te fugiet. Quis igitur exercitij modus est ô Parmenide dixisse Socratē. Hic dixit ille, quem è Zenone audiuisti. Verum & hoc de te in disputatione aduersus hūc admiratus sum, quòd non permisisti in his quæ uidentur, neq; circa hæc, errorem ac euagationem considere, sed circa illa quæ maximè quis ratione cōprehendere possit, & species esse putarit. Videtur enim mihi inquit Socrates, hoc modo nulla difficultas esse, & similia & dissimilia, & aliud quiduis quod his quæ sunt accidit, ostendere. Et rectè quidem, dixit ille. Oportet autē & hoc insuper ad illud facere, ut nō solum si est unūquodq; proponas, & ea quæ cōtingunt ex proposito cōsideres: sed etiā si non est, idem hoc proponas, si magis exerceri uelis. Quō dicis dixisse Socratē? Velut si uelis inquit ille, de hoc proposito quod Zeno proposuit. Si multa sunt, quid ipsis multis cōtingere oporteat, & ad seipsa, & ad unū: & quid uni, & ad seipsum, & ad multa. Et rursus, Si non sunt multa, ut rursus cōsideres quid cōtinget & uni, & multis, & ad seipsa, & inter se uicissim. Et rursus si proponas, Si est similitudo, aut si nō est, quid in utroq; proposito cōtinget, & ipsis quę proposita sunt, & alijs, & ad seipsa, & inter se uicissim, Et de dissimilitudine eadē ratio est, & de motu, & de quiete siue statu, & de ortu ac generatione, & interitu ac corruptione, & de eo quod est, & quod nō est: & in summa, de quocunq; semper proposueris, uelut sit & nō sit, & quāuis aliam affectionē patiatur, cōsiderare oportet ea quæ accidunt ad ipsum, & ad unūquodq; aliud quod delegeris, & ad plura, & ad omnia eodē modo: & alia rursus et ad seipsa, & ad aliud quodcūq; semper delegeris, siue uelut sit proponas quod proposuisti, siue uelut nō sit, si perfectè exercitatus, id quod uerū est propriè perspicere uoles. Immensum ô Parmenide opus refers dixit Socrates, & nō ualdè intelligā. Ingens opus ô Socrates dixisse illū, demandas mihi pro hac ætate. At tu Zeno dixisse Socratē, cur nō nobis exponis? Et Zenonē risisse ac dixisse, ipsum ô Socrates Parmenidē rogemus. Nō enim leue est quod dicit: Aut nō uides quantū opus demādas? Si quidē igit plures essemus, iniquū sanè esset rogare. Indecorū enim est talia corā multis dicere, tum aliàs, tum tantæ ætatis uiro. Ignorāt enim pleriq; fieri nō posse, ut absq; hac per omnia explicatione & euagatione, quis in ueritatē incidat, & intelligentiā assequatur. Ego igitur ô Parmenide, unà cū Socrate rogo, ut & ipse interposito iā tēporis interuallo audiā. Hæc ubi Zeno dixisset, dixit Antiphon Pythodorū dixisse, etiā se, & Aristotelē, & alios, Parmenidē rogasse, ut qd diceret ostēderet, & nō aliter faceret. Parmeniden igit necesse est obedire dixisse, etiāli uidear mihi id quod Ibyceo equo accidit perpeti, cui laborib. iam defatigato & seniori sub curru decertaturo, & ob experientiā qd futurū esset extimescēti, ille seipsum assimilās, inuitus inquit etiā ipse adeò senex ad amorē progredi cogor. Et ego itidē ualdè formidare mihi uideor, dū cogito quō tam grandęuū, talem ac tantā sermonū multitudinē trāsigere oporteat. Attamē gratificandū est, quādoqdē & Zeno paucos nos, esse dicit. Vnde igit initiū sumemus, & quid primū proponemus? Aut uultis quādoqdē molestū ludū ludere uidet, ut à me & meo ipsius, ppositio incipiā, de ipso uno, ppones, siue unū est, siue nō unū, qd cōtingere oporteat. Maximè dixisse Zenonē. Quis igit dixisse illū, mihi respōdebit, q; natu minimus? Minime enim curiosè rem

Aristotelis cū Socrate disputatio

Exercitij philosophici modus

obser

Universidad de Deusto
Biblioteca

obseruabit, & ea quæ sentit maximè respondebit: & simul mihi quietē illius responsio exhibebit. Paratus sum tibi ô Parmenide, dixisse Aristotelem, Me enim dicis, quū natu minimū dicis. Quare interroga uelut sanè respōsurum. Age itaq; dixisse illū, Si unū est, aliud quidquā nō multa fuerit ipsum unū. Quō enim esset? Neq; igitur partē ipsius, neq; totū ipsum esse oportet. Quid ita? Pars totius pars est. Etiā. Quid uero totum? Non'ne cuius nulla pars abest, totū est? Maximè. Vtroq; igitur modo unū ex partibus esset, si & totū esset, & si partes haberet. Necesse est. Vtroq; igitur modo sic unū multa esset, & nō unum. Vera dicis. Oportet autē nō multa, sed unū ipsum esse. Oportet. Neq; igit totum erit, neq; partes habebit, si unum erit ipsum unū. Non equidē. Non'ne si nullā habet partē, neq; principiū, neq; finē, neq; mediū habet. Nā talia iam partes ipsius essent. Rectè. Sed & finis & principiū, uniuscuiusq; extremū & finis est. Quidni? Infinitū ergo est unū, si neq; principiū neq; finem habet. Infinitū. Ergo & absq; figura. Neq; enim rotūdi, neq; recti particeps est.

Rotundū qd sit Rectū quid sit

Quō? Rotundū æquidē hoc est, cuius extrema undiquaq; à medio æqualiter distāt. Etiā. Rectū uero cuius mediū inter ambo extrema è directo est. Ita. Non'ne partes haberet unū, & multa esset, siue rectæ, siue rotūdę figurę particeps esset? Maximè. Neq; ergo rectū, neq; rotundū est, quando quidē neq; partes habet. Rectè. Sed & quū tale sit, nusquā fuerit. Neq; enim in alio, neq; in seipso fuerit. Quō hoc? Si quidē in alio esset, circulo cōtineretur ab illo in quo esset, & multis locis illud, ipsum attingeret. Vnū uero & partiū exors, & circuli expers, multis locis circulo attingere impossibile est. Impossibile. Atqui si ipsum in seipso esset, etiā seipsum cōtineret, & nō aliud q̄ ipsum esset, siquidē & in seipso esset. Vt em̄ in aliquo quid sit, quod ipsum nō cōtineat, impossibile est. Impossibile equidē. Nō'ne aliud qd esset ipsum quod cōtineret, aliud itē quod cōtinet? Nō em̄ totū, ambo idē simul patiet & faciet: & sic unū nō amplius unū fuerit, sed duo. Nō equidē. Nō igit est usquā unū, neq; ut in seipso, neq; ut in alio sit. Nō est. Vide itaq; hoc quod ita se habet, nū fieri possit ut stet, aut moueatur.

Motus species duæ

Quidni? Quia si mouet, aut fert, aut alterat. Hi enim soli motus sunt. Etiā. Si uero alterat unū à seipso, fieri nō potest ut unū adhuc sit. Impossibile est. Nō ergo secundū alterationē mouet. Nō apparet. At secundū lationē? Fortassis. Atqui si fertur unū, aut in eodē circulo circūferetur, aut locū aliū ex alio trāsmutarit. Necesse est. Nō'ne si circulo circūferet, necesse fuerit in medio progredi, & habere alias suas partes, quæ circū mediū ferant. Cui uero neq; mediū, neq; partes adsūt, hoc ut circulo in medio feratur, quō fieri possit? Nullo modo. At locū permutans aliàs alibi fit, & sic mouet. Si sanè mouet. Non'ne ipsum esse in aliquo, impossibile uisum est? Etiā. Multò igitur magis impossibile est ipsum fieri. Nō intelligo quō. Si quid in aliquo fit, nō'ne necesse est nondū in illo esse, quū adhuc fiat: neq; extra illud penitus, siquidem iam fit? Necesse est. Si igitur aliud quiddā hoc patietur, illud solū patietur, cuius fuerint partes. Nam alia quædā ipsius pars iam in illo, alia extra simul fuerit. Quod uero partes nō habet, hoc neq; ut intra, neque extra aliquod, totum simul sit, ullo modo fieri poterit. Vera dicis. Cuius autē neque partes sunt, neq; totum est, id non'ne multò magis impossibile est, ut in aliquo fiat, quū neq; secundum partes, neq; secundū totum fiat. Apparet. Neq; ergo aliquò progrediens, & ut in aliquo fiat, locū mutat: neq; ut quod in eodem circūferatur: neq; ut quod alteretur. Nō ut apparet. Secundū omnem igitur

Vnū immobile esse, et inquietū

motum unū immobile est? Immobile. Atqui & esse ipsum in aliquo, impossibile esse diximus? Diximus sanè. Neq; ergo unquā in eodem est. Quid ita? Quia iam in illo esset, in quo eodē est. Maximè. At neq; in seipso, neq; in alio, ipsum unū esse possibile erat. Nō equidem. Nunquā igitur unū in eodem est. Nō uidetur. Atqui quod nunquā in eodē est, neq; quietē agit, neq; stat. Nō sanè fieri potest. Vnū igitur ut uidetur, neq; stat, neq; mouet. Nequaquā ut apparet. Neq; uero idem, neq; cū alio, neq; cū seipso erit: neq; rursus aliud, neq; à seipso, neq; ab alio fuerit. Quō istud? Si enim aliud à seipso esset, ab uno aliud esset, & nō unū esset. Vera dicis. Sed & si idē cū alio esset, illud esset, ipsum autē non esset. Quare neq; sic esset id quod est unū, sed aliud ab uno. Non equidē. Idē ergo cū alio, aut aliud à seipso non erit. Non sanè. Aliud autem ab alio non erit, quādiu unum erit. Non enim conuenit uni, ut ab

ut ab aliquo aliud sit, sed soli alij ab alio, alij uero nulli. Rectè. Eo igitur q̄ unum est, non erit aliud: aut putas? Non certè. Atqui si nō eo, non aliud à seipso erit: Si uero non à seipso, neq; ipsum: Ipsum uero quū nullo modo sit aliud, à nullo aliud erit. Rectè. Neq; uero idem cū seipso erit. Quidni? Non enim quæ unius natura est, ipsa etiam eiusdem est. Quid ita? Quia non ubi quid cum aliquo idem sit, unum sit. Quid ita? Quū cum multis idem fiat, multa fieri necesse est, & nō unum. Vera dicis. At si unum & idem nequaquam differrent, quando quid idem fieret, semper unum fieret, & quando unum, idem. Maximè. Si ergo unum cum seipso idem erit, non unum cum seipso erit: & sic quū unum sit, non unum erit. Atqui hoc impossibile est. Impossibile ergo etiam est, ut unū aliud ab alio sit, aut idē cum seipso. Impossibile. Sic itaq; unū, aut aliud, aut idem, neq; cū seipso, neq; cū alio fuerit. Nō equidē. Neq; uero simile alicui erit, neq; dissimile, neq; sibijpsi, neq; alij. Quid ita? Quia simile est, quod idē patitur. Etiā. Idem uero seorsum ab uno natura apparuit. Apparuit. Atqui si unū quid pateret ipræter hoc quod unū est, pateret sanè ut plura quàm unū esset. Hoc autē impossibile est. Etiā. Nequaquā igitur patitur unū, ut idem sit neq; cū alio, neq; cū seipso. Nō ut apparet. Neq; simile ergo possibile est ipsum esse, neq; alij, neq; sibijpsi. Nō uidetur. Neq; uero ut aliud sit, unum patit. Nam sic ut plura quàm unum esset pateretur. Plura sanè. Quod uero aliud aut à seipso, aut ab alio patitur, dissimile fuerit aut sibijpsi, aut alij: siquidē id quod idem patitur, simile est. Rectè. Vnum uero ut apparet, quū nequaquā aliud patiat, nequaquā dissimile est, neq; sibijpsi neq; alij. Nō equidē. Neq; ergo simile, neq; dissimile. neq; alij, neq; sibijpsi unū fuerit. Nō uidet. Sed & quū tale sit, neq; æquale, neq; inæquale erit, neq; sibijpsi, neq; alij. Quō istud? Si enim æquale fuerit, eadem cū illo cui æquale est, mēsuras habebit. Etiā. Si uero maius aut minus fuerit, cū quibus quidem proportionē habuerit, minoribus plures mēsuras habebit, maioribus autē pauciores. Etiā. Cū quibus uero proportionē nō habuerit, partim minorū, partim maiorū mensurarū erit. Quidni? Non'ne impossibile est id quod eiusdē particeps nō est, aut mensuras easdē habere, aut alia quæcūq; tandē eadem? Impossibile. Æquale ergo neq; sibijpsi, neq; alij fuerit, si non easdē mēsuras habuerit. Nequaquā ut apparet. Atqui si plures mēsuras aut pauciores habuerit, quot mensurarū, tot etiā partiū fuerit. Et sic rursus non amplius unū erit, sed tot quot etiā sunt mēsuræ. Rectè. Si uero unius mēsuræ fuerit, æquale mensura fuerit. Hoc autē impossibile esse uisum est, ipsum alicui æquale esse. Visum est. Quū ergo neq; unius mēsuræ particeps sit, neq; pluriū, neq; paucorū, neq; omnino eodē participet, nunquā ut apparet neq; sibijpsi æquale erit, neq; alij: neq; rursus maius, neq; minus, neq; seipso, neq; alio. Ita omino. Quid uero uidet? ne fieri posse ut unū antiquius aut recentius sit, aut eandē ętatē habeat? Cur uero non? Quia si eandem aut cū seipso, aut cū alio ætatē habet, æqualitate tēporis & similitudine participabit. Diximus autē unū neq; similitudinis, neq; æqualitatis particeps esse. Diximus equidē. Sed & q̄ dissimilitudinis & inęqualitatis particeps nō sit, diximus. Maximè. Quō igit fieri potest ut quod tale est, antiquius aut recētius aliquo sit, aut eandē cum aliquo ætatē habeat? Nullo modo. Nō ergo recētius, neq; antiquius fuerit, neq; eandē ætatē habuerit unū, neq; cū seipso, neq; cū alio. Nō ut apparet. Nō'ne neq; in tēpore omino unū esse poterit, si tale fuerit? Aut nō necesse est, si qd in tēpore sit, semp hoc seipso antiquius fieri? Necesse est. Non'ne quod antiquius est, semper recētiore antiquius est? Quidni? Quod igit antiqus seipso sit, etiā recētius simul seipso sit, si quidē habere debet quo antiqus fiat. Quō dicis? Sic. Nihil aliud diuersum fieri oportet ab alio, quod iam est diuersum, sed ab eo q̄ iā est, iā esse: ab eo quod factū est, factū esse: ab eo quod futurū est, futurū esse. Ab eo uero quod fit, neq; factū esse, neq; futurū esse, neq; adhuc esse diuersum, sed fieri, & aliter nō esse. Necesse est. Atq; antiquius diuersitas à recētiore est, & à nullo alio. Est equidē. Quod igit antiquius seipso fit, necesse est etiā recētius simul seipso fieri. Apparet. Sed & neq; longiore seipso tēpore fieri, neq; breuiore, sed æquali tempore & fieri sibijpsi, & esse, & factū esse, & futurum esse. Necesse est equidem & hæc esse. Necesse igitur est ut apparet, unūquodq; ex his quæ in tempore sunt, & quæ tali participant, eandem ipsum cum seipso ætatē habere, & antiquius

Vnū, & idem, diuersæ naturæ sunt

Simile est quod idem patitur

Antiqui & recentis ratio

seipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

seipso simulq; recentius fieri. Consequens est. Atqui uni nulla ex talibus affectionibus adest. Non est. Neq; ergo temporis particeps ipsum est, neq; est in aliquo tẽpore. Nequaquã uelut ratio probat. Quid igitur uerba hæc, erat, & factũ est, & fiebat, non'ne tẽporis quod aliquãdo fuit, participationẽ significare uidẽtur? Et ualdè. Quid uero, erit, & fiet, non'ne eius quod postea futurũ est? Etiam. Quid uero, est, & fit, non'ne eius quod nũc præsens est? Maximè. Si ergo unum nequaquã ullius temporis particeps est: neq; unquã factũ est, neq; fiebat, neq; erat unquã: neq; nunc factum est: neq; fit, neq; est: neq; postea fiet, neq; erit. Verissima dicis. Potest'ne igitur aliquid essentia participare aliter q̃ secundũ aliquod ex his? Nõ potest. Nullo modo igitur unũ essentia participat. Nõ uidetur. Nequaquã ergo est unũ. Non ut apparet. Neq; igitur sic est ut unum sit. Esset enim iam, & essentia participaret. Sed ut apparet unũ, neq; unũ est, neq; est, si huiusmodi rationi fidẽ habere oportet. Sequit. Quod uero nõ est, huic ut quod nõ est, fuerit'ne quid aut ipsi, aut ipsius? Et quomodo? Neq; ergo nomẽ est ipsi, neq; oratio, neq; scientia, neq; sensus, neq; opinio. Nõ uidetur. Neq; igitur nominatur, neq; dicitur, neq; opinione intelligit̃, neq; cognoscitur, neq; quicquam ex his quæ sunt ipsum sensu percipit. Nõ apparet. Num igitur possibile est hæc circa unũ ita se habere? Nequaquã ut mihi uidet̃. Vis'ne igitur ut rursus ad propositũ ab initio redeamus, si quid forte repetẽtibus nobis diuersum uidebitur? Maximè uolo. Non'ne diximus si unũ est, ea quę cõtingunt circa ipsum, quaeliacũq; tandẽ sint hæc cõfitendũ esse? Non'ne ita? Etiã. Vide itaq; ab initio, unũ si est, num fieri possit ut ipsum quidẽ sit, essentia uero nõ participet. Nõ potest. Non'ne & essentia unius fuerit, quæ nõ idem est cũ uno? alioqui enim illa huius essentia non esset, neq; ipsum unũ illa participaret, sed simile esset si quis diceret unũ esse, ac si diceret unũ unum. Nunc autẽ nõ est hoc propositũ, si unũ, quid cõtingere oporteat, sed si unũ est: Non'ne ita? Maximè. Non'ne uelut aliud quid significet est, q̃ unum? Necesse est. Nũquid igit̃ aliud fuerit quod dicit̃, si quis in summa dicat, unũ est, q̃ unũ essentia participat? Maximè. Rursus itaq; dicamus, si unũ est, quid cõtinget. Cõsidera igitur, an nõ necesse sit hoc propositũ, Vnũ tale esse significare, uelut quod partes habeat? Quõ? Sic. Si est, de uno quod est dicit̃: & unũ, de uno quod est: Non est autẽ idem, & essentia, & unũ: quũ sit idẽ illud unũ quod proposuimus: nõ'ne necesse est totũ quidem unum, ipsum quod est esse, huius autẽ partes fieri, & unũ, & esse? Necesse est. Vtrũ igitur utrãq; harum partiũ, partem solũ appellabimus, aut totius partẽ, partẽ dicemus? Totius. Et totũ igitur est quod unũ fuerit, & partẽ habet. Maximè. Quid igitur, num utraq; harũ unius quod est partiũ, & unum & quod est, abest ab hoc, ut aut unum eius quod est pars fit, aut id quod est unius pars sit? Non poterit esse. Rursus igitur & utraq; pars, tum unũ, tum id quod est, habet: & fit minima pars rursus ex duabus partibus, atq; sic semper secundum eandem rationem quæcũq; pars fit, has duas partes semper habet. Nam & unũ, semper id quod est habet, & id quod est, unũ: ut necesse sit quũ semper duo fiat, nũquã unũ esse. Maximè ita. Non'ne igit̃ hoc modo id quod unũ est, infinita multitudo fuerit? Apparet sanè. Age itaq; & hoc modo adhuc uideamus. Quo isto? Essentia diximus participare unũ, eo q̃ est id quod est? Etiã. Et propterea sanè quũ unũ sit, multa uisum est. Ita. Quid uero si ipsum unũ, quod essentia participare diximus, cogitatione solũ per seipsum acciperemus, absq; hoc quo participare ipsum diximus, num unũ solum apparebit, aut etiã multa idem hoc? Vnũ ut ego arbitror. Videamus itaq; aliud quiddã. Aliud necesse est essentiã ipsius esse, aliud ipsum: siquidẽ nõ essentia unũ est, sed ut unũ essentia participat. Necesse est. Nõ'ne si aliud est essentia, aliud unũ, neq; eo q̃ unũ est, unũ ab essentia aliud est: neq; eo q̃ essentia est, essentia ab uno aliud est: sed eo q̃ aliud sunt, ideo inter se alia sunt. Maximè. Quare aliud neq; cũ uno, neq; cũ essentia idẽ est. Quõ enim esset? Quid igitur si ex ipsis deligeremus, siue essentiã uoles & aliud, siue essentiã & unũ, siue unum & aliud, nõ'ne in unaquaq; electiõe, quædã eligimus quæ recte ambo uocari possunt? Quõ? Hoc modo. Licet'ne essentiã dicere? Licet. Et rursus dicere unũ? Etiã hoc. Non'ne utrũq; ipsorũ dictũ est? Etiã. Quid uero quũ dixero, essentia & unũ, non'ne ambo dico? Maximè. Non'ne etiã si essentia & aliud, aut aliud & unũ, & sic ubiq; in singulis

Vnum penitus non esse

Vnũ si est, quid sequatur, repetitum

Vnum est infinita multitudo

singulis ambo dico? Etiam. Quæ uero ambo rectè appellantur, num fieri potest ut ambo quidem ipsa sint, duo uero non? Non potest. Quæ uero duo sunt, fieri'ne aliqua arte potest, ut non utrũq; ipsorum unum sit? Nulla. Quandoquidem igitur singula horũ simul duo esse contingit, unum etiam unũquodq; fuerit. Apparet. Si uero unũquodq; ipsorum unum est, composito uno quocunq; tandem, cuicunq; coniugationi, non'ne tria fient omnia? Etiam. Tria uero non'ne imparia sunt, & duo paria? Quidni? Quid uero cùm duo sint, nõne necesse est etiã bis esse: & cùm tria sint, ter: siquidẽ duobus unũ bis inest, & tribus ter? Necesse est. Cùm uero duo sunt & bis, nõne necesse est duo bis esse: & cùm tria & ter, nõ'ne rursus necesse est tria ter esse? Quidni? Quid uerò cùm tria sunt, & bis sunt: & duo sunt, & ter sunt: non'ne necesse est & tria bis esse, & bis tria? Omninò ita. Paria igit̃ pariter fuerint, & imparia impariter, & paria impariter, & imparia pariter. Est ita. Si igitur hæc ita se habent, putas'ne aliquem numerum relinqui, quem non necesse sit esse? Nequaquã. Si igitur est unum, necesse est etiam numerum esse. Necesse est. Atqui si numerus est, multa sanè fuerint, & eorum quæ sunt infinita multitudò: Aut nõ infinitus multitudine numerus, & essentia participans sit? Et ualdè quidẽ. Non'ne si omnis numerus essentia participat, etiã pars unaquæq; numeri illa participat? Etiam. In omnia igitur quæ multa sunt, essentia distributa est, & à nullo ex his quæ sunt abest, neq; à minimo, neq; à maximo. Aut hoc quidẽ interrogare absurdũ est? Quomodo enim essentia ab aliquo ex his quæ sunt, abesset? Nequaq̃. Minutim igitur concisa est quantũ eius fieri potest essentia, & in minima, & maxima, & quæ omni modo sunt: & omniũ maximè diuisa est, & sunt partes essentiæ infinitæ. Est ita. Plurimæ igit̃ sunt ipsius partes. Plurimæ equidẽ. Quid igitur, est'ne aliqua ex ipsis, quæ pars quidem est essentiæ, nihil tamen pars? Et quõ hoc fieri posset? At quãdoquidẽ, ut arbitror, est, necesse est ipsam semper donec fuerit, unum quiddã esse: nihil autem esse, impossibile est. Necesse est. In omnibus ergo unicuiq; essentiæ parti unũ adest, ita ut neq; à minore, neq; à maiore, neq; ulla alia parte absit. Ita. Num igitur cùm unum sit, multis locis simul totũ est? hoc contemplare. Imò contemplor, & uideo impossibile hoc esse. Diuisum igitur est, si non totũ est. Aliter enim q̃ diuisum, nullo modo simul omnib. essentiæ partib. aderit. Etiã. Sed & quod diuidit̃, necesse est tot esse, quot sunt partes. Necesse est. Nõ ergo uera paulò antea dicebamus, cùm diceremus q̃ essentia in plurimas partes distributa esset. Neq; em̃ in plures q̃ unum distributa est, sed in æquales, ut apparet, cum duo partes. Neq; n. id quod est, ab uno abest, neq; unũ ab eo quod est, sed adæquata sũt duo hæc semper per omnia. Omninò ita apparet. Ipsum igit̃ unũ ab essentia diuisum, multa & infinita secundũ multitudinem est. Apparet. Non solũ ergo id quod est unũ, multa est: sed etiã ipsum unũ, ab eo quod est distributũ, multa esse necesse est. Omnino ita. Sed & quia totius partes, partes sunt, finitũ sanè fuerit unũ, secundũ totum. Aut non continent̃ partes sub toto? Necesse est. Atqui id quod cõtinet, finis fuerit. Quidni? Quod igit̃ unum est, & unũ est, & multa, & totũ, & partes, & finitũ & infinitũ multitudine. Apparet. Nõne quãdo quidẽ finitum est, etiã extrema habet? Necesse est. Quid uero si totũ est, non'ne etiam principiũ habuerit, & mediũ & finẽ? Aut fieri potest ut quid totũ sit absq; his tribus? & si uel unũ quodcũq; ex ipsis defuerit, uolet'ne quid totũ esse? Non uolet. Et principiũ itaq;, ut apparet, & finem & mediũ habuerit unũ. Habet. Atqui mediũ æqualiter ab extremis abest. Non. n. aliter medium esset. Non certè. Cùm uero tale sit, etiã figuræ particeps fuerit unũ, aut rectæ aut rotundæ, aut alicuius ex ambobus mixtæ. Fuerit utiq; particeps. Nunquid cũ ita se habeat, & ipsum in seipso erit, & in alio? Quõ? Vnaquæq; pars in toto est, & nulla extra totũ. Ita. Omnes aũt partes à toto continent̃. Etiam. Sed & omnes ipsius partes, unum sunt: & neq; quid plus aut minus, q̃ omnes. Non sanè. Non'ne & totũ unum est? Quidni? Si igit̃ omnes partes in toto sunt: Est aũt unum, & omnes partes, & ipsum totũ: continentur aũt omnes à toto: ab uno utiq; continet̃ unũ, atq; sic iam unũ ipsum in seipso fuerit. Apparet. Attamen totũ rursus non in partib. est, neq; in omnib. neq; in aliqua. Si enim in omnib. esset, necessariò etiã in una. Cùm enim in aliqua una nõ sit, non amplius in omnib. esse poterit. Si uero hoc quidẽ unum omniũ est, Totum

Numerorum ratio

Vnũ constituit numerum

Essentiæ distributio

Vnum, & multa, & totũ, & partes esse, & finitum ac infinitum

Medium quod sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, Totum uero in hoc non uno: quomodo adhuc in omnib. unum erit? Nequaquã. Neq; uero in aliquib. partibus. Si. n. in aliquib. totum esset, maius in minore esset, quod est impossibile. Impossibile profectò. Cùm uero totum neq; in plurib. neq; in una, neq; in omnibus partib. sit, non ne necesse est ut in alio quodam sit, aut nusq; sit. Necesse est. Nõ ne si nusq; est, nihil fuerit: Si uero totũ est, quãdoquidẽ non in seipso est, necesse est ut in alio sit. Maximè. Quatenus ergo unum totum est, in alio est: quatenus uero omnes partes est, ipsum in seipso est: & sic unum ipsum in seipso, & in alio esse necesse est. Necesse est. Cùm itaq; unũ tali præditũ sit natura, non ne necesse est & moueri, & stare? Quõ? Stat equidem, siquidẽ ipsum in seipso est. Nam cùm in uno sit, & ex hoc non digrediat, in eodem utiq; fuerit, cùm in seipso sit. Est ita. Quod uero in eodẽ semper est, semper stare necesse est. Maximè. Quid uero quod in alio semper est, nõ ne contra necesse est nunq; in eodẽ esse. Cùm aũt nunquã in eodem sit, neq; stare: si uero nõ stat, moueri? Ita est. Necesse ergo est ipsum unũ, cũ & in seipso semper sit, & in alio, semper & moueri, & stare. Apparet. Sed & idẽ esse oportet ipsum cum seipso, & aliud à seipso: & cum alijs similiter idem, & ab alijs aliud, siquidẽ superio

Omnia aut eadem, aut alia, aut pars, aut totum

ra ipsi accidunt. Quõ? Quiduis ad quoduis hoc modo se habet, ut aut idem sit, aut aliud: aut si nõ idẽ sit, neq; aliud, pars sanè fuerit huius ad quod ita se habet, aut uelut ad partem, totũ fuerit. Apparet. Num igitur unũ ipsum suijpsius pars est? Nequaq;. Neq; ergo uelut ad partẽ, ipsum suijpsius totũ fuerit, cũ ad seipsum pars nõ sit. Nõ potest fieri. At fortassis aliud est unũ ab uno? Non sanè. Nõ ergo aliud à seipso fuerit. Non certè. Si igitur neq; aliud, neq; totũ, neq; pars, ipsum ad seipsum est, nõne necesse est iam idem esse ipsum cum seipso? Necesse est. Quid uero quod alibi est ipsum à seipso in eodẽ cum seipso existente, nõ ne necesse est ipsum à seipso aliud esse, siquidẽ & alibi est? Mihi sanè uidet. Sic uero unum se habere uisum est, ut quod & ipsum in seipso sit, & simul in alio. Visum est equidẽ. Aliud igit, ut apparet, fuerit hoc modo unũ à seipso. Apparet. Quid igit si quid ab aliquo aliud est, nõne ab eo

Idem & aliud quam rationẽ habeant

quod aliud est, aliud erit? Necesse est. Nõne quæcunq; non unũ sunt, omnia alia ab uno sunt: & ipsum unũ aliud áb his quæ non unũ sunt? Quidni? Aliud igit fuerit unũ ab alijs. Aliud. Vide itaq; ipsum idem, & aliud, non ne contraria inter se sunt? Quidni? Num igit uolet idem in alio, aut aliud in eodem unq; esse? Non uolet. Si igit aliud in eodem nunq; erit, nihil est ex his quæ sunt, in quo ullo tempore aliud est. Si. n. quocunq; tempore esset in aliquo, illo sanè tempore in eodẽ esset aliud. Nõne ita? Ita. Quandoquidẽ uero nunq; in eodẽ est, nunq; in aliquo ex his quæ sunt, aliud fuerit. Vera dicis. Neq; ergo in his quæ nõ sunt unũ, neq; in uno fuerit aliud. Non equidẽ. Non igit per ipsum aliud, unũ ab his q̃ non unũ sunt, neq; quæ non unũ sunt ab uno, alia sunt. Nõ sanè. Neq; uero per seipsa, alia inter se fuerint, cũ alio non participẽr. Quõ enim? Si uero neq; per seipsa, neq; per aliud, alia sunt, penitus ne iam

Quæ non unũ sunt

effugerint ut ne inter se alia sint? Effugerint. Atqui neq; uno participant, quæ unũ non sunt. Non. n. essent non unũ, sed quodãmodo unum esse. Vera dicis. Neq; ergo numerus fuerint q̃ non unũ sunt. Neq;. n. sic non unũ penitus essent, si numerũ haberent. Non equidẽ. Quid uero q̃ non unũ sunt, num unius partes sunt: aut uel sic uno particiarint quæ unũ non sunt? Participarint. Si igit omnino hoc quidẽ unum est, illa uero non unũ: neq; pars eorum q̃ non unũ sunt, unũ fuerit, neq; totum uelut partium: neq; rursus ea q̃ non unũ sunt, unius partes fuerint, neq; tota, uelut unum pars sit. Nõ certè. Atqui diximus ea q̃ neq; partes sunt, neq; tota, neq; inter se alia, eadẽ inter se fore. Diximus sanè. Dicamus ergo etiã unũ, cùm ad ea q̃ non unũ sunt, ita se habeat, idem cum ipsis esse. Dicamus. Vnum igitur, ut apparet, & ab alijs, & à seipso aliud est: & idem cũ illis, & cum seipso. Videt apparere ex ratione. Nunquid etiã simile & dissimile, & sibijpsi & alijs est? Fortassis. Quandoquidẽ igitur aliud ab alijs ut sum est, etiã alia ab illo alia fuerint. Quidni? Nõne aliud ab alijs, quemadmodũ etiam alia ab illo, & neq; magis, neq; minus? Quid tum? Si ergo neq; magis, neq; minus, similiter utiq;. Etiã. Non ne quatenus accidit ipsi ut aliud sit ab alijs, & alia ab illo eodem modo, eatenus rursus idem ipsis acciderit, ut & unum cum alijs idem sit, & alia cum uno. Quomodo dicis? Sic. Nõ ne unũquodq; nomen de aliquo dicis? Ego sa-

Ego sanè. Quid igitur idem nomen sæpè dixeris, aut semel? Ego utiq;. Vtrũ igitur si semel dicas, illud appellas cuius est nomen: si uero sæpè, nõ illud? aut siue semel, siue sæpe idem nomẽ pronuncies, necesse est te idem semper dicere? Quidni? Nónne & aliud de aliquo nomẽ est? Maximè. Cùm igit ipsum pronuncias siue semel, siue sæpè, non de alio, neq; aliud quid nominas, q̃ illud cuius est nomen. Necesse est. Cùm itaq; dicimus, q̃ aliud sunt alia ab uno, & aliud unũ ab alijs, bis aliud elocuti, nihilo magis de alia, sed de illa natura ipsum semper dicimus, cuius est nomen. Maximè. Quatenus igitur unũ aliud est ab alijs, & alia aliud ab uno secundũ idem: no sanè aliud patit, sed idem perpetitur unũ cum alijs. Quod uero idem patitur, simile est. Nónne? Etiam. Quatenus igitur unum patitur, ut aliud sit ab alijs, secundũ idem hoc, quiduis quibuslibet simile fuerit. Quiduis. n. à quibuslibet aliud est. Apparet. At est simile dissimili contrariũ? Etiam. Nõne & aliud ipsi eidem? Et hoc. Atqui & hoc uisum est, q̃ unum cum alijs idem est, & ab alijs aliud. Visum est. Contraria aũt affectio est, esse idem cũ alijs, & esse aliud ab alijs. Maximè. Quatenus uero aliud est, sí mile uisum est. Etiã. Quatenus ergo idẽ est, dissimile erit, iuxta affectionẽ contra-

Nomina singula de aliquo dicũ

Simile est quod idem patitur

Aliud, unum simile facit, idẽ dißimile alijs

riam ei affectioni q̃ assimilat: assimilabat aũt aliud? Etiã. Dissimile ergo faciet idẽ: aut alij contrariũ non erit? Apparet. Simile ergo & dissimile unũ alijs erit, quatenus quidẽ aliud, simile: quatenus uero idem, dissimile. Habet equidẽ, ut apparet, etiã huiusmodi rationẽ. Etenim & hãc habet. Quã? Vt quatenus idem patit, non aliud patiat: & cùm aliud non patiat, neq; dissimile sit: cũ uero non dissimile sit, ut simile sit. Quatenus aũt aliud patit, ut aliud sit, & cũ aliud sit, ut dissimile sit. Vera dicis. Cũ igitur unũ idem sit cum alijs, & aliud ab alijs, secundũ ambo & secundũ utrunq;, & simile fuerit, & dissimile alijs. Maximè. Non ne & sibijpsi eodẽ modo secundũ ambo & secundũ utrunq;, & simile & dissimile apparebit, quandoquidẽ & aliud à seipso, & idem cũ seipso esse uisum est. Necesse est. Porrò de eo q̃ tangat unũ, & seipsum & alia, & de eo q̃ non tangat, quomodo se habeat, considera. Considero. Ipsum equidem unũ in seipso toto esse uisum est. Rectè. Nõne etiã in alijs unũ? Etiã. Quatenus ergo in alijs est, alia utiq; attigerit: quatenus aũt ipsum in seipso, alia quidem attin

Attactus ratio quæ sit

gere prohibitũ fuerit, ipsum aũt seipsum attigerit, ut quod in seipso sit. Apparet. Et sic quidẽ unum & seipsum, & alia tangit. Attingit. Quid uero hoc modo? Nõne quiduis q̃d aliquid attingere debet, deinceps ab illo quod tangere debet, sitũ esse oportet, ita ut hanc sedem teneat, q̃ post illam fuerit, qua si sitũ sit, tangit. Necesse est. Et unũ igitur si ipsum seipsum tangere debet, deinceps statim post seipsum sitũ esse oportet, ita ut contiguũ locum teneat illi in quo ipsum est. Oportet equidẽ. Nõne si duo esset ipsum unũ, faceret hæc, & in duob. locis simul esset? Quãdiu uero unũ fuerit, nõ uolet? Nõ sanè. Eadem igit necessitas est, ut unũ neq; duo sit, neq; ipsum seipsum tangat. Eadẽ. At neq; alia attinget. Quid ita? Quia diximus id quod tangere debet quid quod seorsum est, deinceps ab illo q̃d tangere debet, esse oportere, & nullum tertiũ in medio ipsorũ esse. Verũ est. Duo igit ut minimũ esse oportet, si contactus esse debet. Oportet. Si uero ad duos terminos, tertium quid deinceps accedat, ipsa quidẽ tria erunt, contactus aũt duo. Etiã. Et sic semper uno accedente, unus contactus accedit, & cõtingit ut contactus pauciores uno sint, q̃ numerorũ multitudo. Quoẽm prima duo superarũt contactus, ut plura numero essent q̃ cõtactus: æquali hoc etiã omnis postea numerus oẽs contactus superat. De cætero. n. iam simul si quid numero accedit, etiã contactus unus ad cõtactus accedit. Rectè. Quot igit sunt numero ea q̃ sunt, semper uno pauciores sunt cõtactus. Vera dicis. Si uero unũ solũ est, duo aũt non sunt, cõtactus non fuerit. Quõ enim esset? Nõne diximus q̃ alia ab uno, neq; unũ sunt, neq; ipso participãt, siquidẽ alia sunt. Nõ sanè. Non ergo unũ sunt alia, neq; duo, merus est, cùm unũ non sit in ipsis. Quõ enim? Neq; ergo unũ sunt alia, neq; duo, neq; ullũ alius numeri nomen habẽt. Non. Vnũ ergo solum est unũ, & duo nõ fuerit. Non uidet. Contactus ergo nõ est, si duo nõ sunt. Non est. Neq; ergo unũ alia attingit, neq; alia unũ, quandoquidẽ contactus nõ est. Non equidẽ. Sic itaq; se cundum omnia hæc unũ & alia, & seipsum, tum attingit, tum non attingit. Apparet. Nũquid igit & æquale est & inæquale, & sibijpsi & alijs? Quõ? Si maius aut minus

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset unum ꝯ alia: aut rursus alia maiora aut minora ꝯ unum, nō'ne eo ꝙ unum est unū, & alia alia ab uno, neq; maiora neque minora inter se his ipsis sanè essentijs essent. At si quidē ad hoc ꝙ talia sunt, utraq; æqualitatē haberent, æqualia utiq; inter se essent. Si uero hęc quidem magnitudinē, illud autem paruitatē: aut unum quidē magnitudinē, alia uero paruitatē haberent, utri quidē speciei magnitudo adesset, ea maior esset, utri uero paruitas, minor. Necesse est. Nōne sunt duæ quædā hæ species, & magnitudo & paruitas? Si.n. non essent, nō sanè cōtrariæ inter se essent, & in his q̄ sunt inessent. Quō eīm possent? Si ergo in uno paruitas inest, aut in toto, aut in parte ipsius fuerit. Necesse est. Quid uero si in toto fuerit, nōne ex æquo in uno per totū ipsum extenta fuerit, aut ipsum amplecteť? Ita est. Nōne si ex æquo uni inest paruitas, æqualis ipsi fuerit: si uero amplectitur ipsum, maior? Quidni? Fieri igit̄ potest ut paruitas æqualis alicui sit, aut maior aliquo, & ut q̄ magnitudinis & æqualitatis sunt, faciat, & non ea q̄ sui ipsius? Fieri nō potest. In toto ergo uno nō fuerit paruitas, sed siquidē est, in parte. Etiam. Neq; in omni rursus parte: Sin minus, eadē faciet quæ ad totū, & aut æqualis erit, aut maior parte, in qua semper inest. Necesse est. In nullo igitur unꝯ ex his quæ sunt, fuerit paruitas, ut q̄ neq; in parte, neq; in toto inest. Neq; quicq̄ erit paruum præter ipsam paruitatē. Nō ut apparet. Neq; ergo magnitudo in ipso erit. Maius eīm quid dam aliud esset præter ipsam magnitudinem, illud scilicet in quo magnitudo inesset: & hoc cū ipsum paruū nō sit, quod necesse est excedere, si quidē magnū fuerit, Hoc aūt im possibile est, quādoquidē paruitas nusq̄ inest. Vera dicis. Atqui ipsa magnitudo nō alio maior est, ꝯ ipsa paruitate: neque paruitas alio minor, ꝯ ipsa magnitudine. Non equidē. Neq; ergo alia, neq; maiora, neq; minora ꝯ unū erunt: cū neq; magnitudinē, neq; paruitatē habeant. Neq; ipsa hæc duo ad unū uim habent, ut excedāt & excedant: sed inter se uicissim. Neq; rursus unū, neq; his duobus, neq; alijs maius aut minus fuerit, ut quod neq; magnitudinē, neq; paruitatē habeat. Nō sanè, ut apparet. Nōne si neq; maius neq; minus est unū ꝯ alia, necesse est ipsum illa nō excedere, neq; ab illis excedi? Necesse est. Nōne id quod neq; excedit, neq; excedit̄, necesse est ex æquo esse: ex æquo uero si est, æquale esse. Quidni? Sed & ipsum unū ad seipsum sic se habet, ut qđ cū neq; magnitudinē, neq; paruitatē in seipso habeat, neq; excedat à seipso, neq; seipsum excedat, sed ex æquo cū sit, semper æquale sibijpsi sit. Maximè. Vnū ergo & sibijpsi & alijs ęquale semper fuerit. Apparet. Sed & cùm ipsum in seipso sit, etiam circū seipsum extrinsecus fuerit: & dum quidē ambit seipsum, maius seipso fuerit: dum uero continet, minus: & sic unū maius & minus ipsum seipso fuerit. Fuerit utique. Nōne & hoc necesse est, extra unum & alia nihil esse. Quidni? Atqui & esse alicubi oportet id quod semper est. Etiā. Nōne quod in aliquo est, in maiore erit ut quod minus sit? Non.n. aliter aliud in alio fuerit. Nō sanè. Quandoquidē uero nihil aliud est, præter alia & unū, oportet aūt ipsa in aliquo esse, nōne necesse est iam, ut in seipsis uicissim sint, & alia in uno, & unū in alijs, aut ut nusq̄ sint. Apparet. Quia ergo unū in alijs inest, maiora utique fuerint alia ꝯ unū, ut quæ ipsum cōtinent: unū autem minus ꝯ alia, ut quod continet. Quia uero alia in uno sunt, unū maius ꝯ alia fuerit secundū eandem rationē: alia uero minora q̄ unum. Apparet. Vnum ergo & æquale est, & maius ac minus ipsum seipso, & alijs. Videt. Sed & si maius & minus & æquale est, æquales sanè habuerit mensuras, & plures ac pauciores, & seipso & alijs. Quandoquidē uero mēsuras, etiam partes. Quidni? Cùm igitur æquales & plures ac pauciores habeat mensuras, etiā numero minus et plus fuerit, et ipsum seipso & alijs: et æquale sibijpsi & alijs, secundū eadem. Quō? Quibus maius est, plures etiā mensuras ꝯ ipsa habuerit. Quot uero mensuras, tot etiā partes. Et quibus minus est, eodem modo: & quibus æquale, secundū eadem. Ita est. Non'ne cùm seipso maius & minus sit, & sibijpsi æquale, æquales etiam sibijpsi mensuras, & plures ac pauciores seipso habuerit? Quandoquidē uero mensuras, etiam partes? Quidni? Cùm ergo æquales sibijpsi partes habeat, æquale sibijpsi multitudine fuerit: cū plures, plus seipso iuxta numerū: cùm pauciores, minus. Apparet. Non'ne etiam ad alia similiter se habebit ipsum unū? Quoniā enim maius ipsis apparet, necesse est etiā esse plus ipsis numero: quia uero magnitudine minus, minus etiam numero. Quia uero æquale magnitudine, æquale

Aequalitatis quæ sit ratio

Paruitas ipsa sola parua est

Magnitudinis & paruitatis relatio

Vnum & alia sunt omnia

æquale etiam multitudine alijs esse? Necesse est. Sic itaq; rursus uelut apparet, unū & æquale, & plus & minus numero, & ipsum seipso, & alijs erit. Erit. Nō'ne etiam tempore participat unū, & est & fit, & recentius & antiquius, & ipsum seipso & alijs: & rursus neq; recentius neq; antiquius, neque seipso, neq; alijs, dum tempore participat? Quomodo? Esse equidē ipsum cōtingit, siquidē unū est? Etiam. Esse uero aliud' ne quid est, ꝯ essentiæ participatio cum tempore præsenti: quemadmodū erat cum præterito, & rursus erit cum futuro, essentiæ est cōmunicatio? Est equidem. Participare igitur datur ipsi tempore, siquidē etiam ipso esse? Maximè. Nō'ne eunte tempore? Etiam. Semper ergo antiquius seipso fit, siquidem secundum tempus procedit. Necesse est. Nunquid meminimus ꝙ antiquius, eo quod recentius fit, antiquius fit? Meminimus. Nō'ne quandoquidē unū seipso antiquius fit, seipso dū recētius fit, antiquius fit? Necesse est. Fit itaq; & recentius & antiquius seipso hoc modo. Etiā. Non'ne uero antiquius est, cùm iuxta præsens tempus fuerit, quod inter præteritū & futurum existit? Non enim ex eo quod erat, in id quod postea erit procedens, præsens transgredieť. Non sanè. Nōne tunc antiquius fieri cessat, cū in pręsens inciderit, & nō fit, sed est iam tunc antiquius. Progressum enim nunquā à præsenti prehendi possit. Nā progressum ita se habet, ut ambo attingat & pręsens et futurū, illud quidē dimittēs, futurū uero apprehendens, ita ut in medio amborū, futuri & præsentis sit. Vera dicis. Si uero necesse est ut quicquid fit præsens nō trāsgrediat: postq̄ iuxta hoc fuerit, semper fieri cessat, & est tunc id quodcūq; fieri cōtigerit. Apparet. Et unū ergo ubi, dū antiquius fit, in præsens inciderit, fieri cessat, & est tunc antiquius. Maximè. Non'ne quo fiebat antiquius, eo etiā est: fiebat autem seipso? Etiam. Est autē antiquius recentiore antiquius? Est. Et recentius ergo tunc seipso unū est, cùm dum antiquius fit, in præsens inciderit. Necesse est. At uero præsens semper adest uni, per totum ipsum esse. Est enim semper præsens, cùm sanè sit. Quidni? Semper ergo unum & est, & fit, & antiquius & recētius seipso. Apparet. Longiore uero aut breuiore tempore ipsum seipso est, aut fit, aut æquali? Aequali. Atqui id quod æquali tēpore fit, aut est, eandem ætatē habet. Quidni? Quod uero eandē ætatem habet, neque antiquius, neq; recentius est. Non sanè. Vnū ergo cùm æquali tempore ipsum sibijpsi & sit, & fiat, neq; recentius, neq; antiquius seipso est, neq; fit. Nō, ut mihi uideť. Quid uero alijs? Nō possum dicere. Hoc tamen dicere potes, ꝙ alia ab uno, siquidē alia sunt, & nō aliud, plura sunt ꝯ unū. Nā si aliud essent, unū essent: Cùm uero alia sint, plura ꝯ unum sunt, & multitudinē habuerint. Habuerint equidē. Multitudo uero maioris numeri particeps fuerit, ꝯ unius. Quidni. Quid uero de numero dicemus, plura'ne prius fieri, & facta esse, ꝯ pauciora? Pauciora. Minimū ergo primū, Hoc aūt est unū. Nunquid? Etiā. Omniū ergo quæ numerū habent, primū factum est unū. Habent aūt & alia omnia numerū, siquidē alia, & non aliud sunt. Habent equidem. Primum aūt factum, ut arbitror, prius factū est, alia uero posterius. Quæ uero posterius facta sunt, recentiora sunt, eo quod factū est. Et sic alia recentiora ꝯ unum fuerint: Vnum aūt antiquius alijs. Fuerint utiq;. Quid uero hoc? Num unū præter naturam suā factū fuerit? aut impossibile hoc est? Impossibile. Atqui partes habere uisum est unū. Si uero partes, etiā principiū & finem & mediū? Etiam. Nōne omniū primum principium fit, tum unius, tum singulorū aliorum: & post principiū alia omnia usq; ad finē? Quidni? Sed & partes esse dicemus hæc oīa alia, & totius, & unius: Illud aūt ipsum unà cum fine factū esse, & unū, & totum. Dicemus equidē. Finis autē arbitror, postremū fit. Cum hoc uero simul unū à natura fieri solet. Quare si necesse est unū nō præter naturā fieri, unà cum fine factū, omnium postremū à natura factū fuerit. Apparet. Recentius ergo alijs unū est: alia uero uno antiquiora. Sic mihi rursus uidetur. Quid uero principiū, aut aliam quācunq; partem unius, aut cuiuscunq; alius, si quidem pars fuerit, & nō partes, nōne necesse est unū esse, cùm pars sit? Necesse est. Nonne unū unà cum primo dum fit, fit, & unà cū secundo, & à nullo alio dum fit, abest, quicquid tandē cuicunq; accesserit, donec ad extremū pergressum totū unum fiat, ita ut neq; à medio, neq; extremo, neq; primo, neque ullo alio absit, dum fiunt? Vera dicis. Cum omnib. ergo alijs eandem ætatem unū habet. Quare si non præter naturā factū est ipsum unū, neq; prius, neq; posterius alijs factū fuerit, sed simul. Et secundū hāc rationē,

Esse quid sit, item erat, & erit

Numeri qui prius fiant

Universidad de Deusto
Biblioteca

unũ neq; antiquius, neq; recẽtius fuerit: neq; alia uno. Verũ ſecundũ ſuperiorẽ rationẽ, & antiquius & recentius eſt, & alia illo, eodẽ modo. Maximè. Sic itaq; & ſe habet, & factũ eſt. At quid rurſus de eo q̃ fit ipſum, & antiquius & recẽtius aliis, et alia uno, & de eo q̃ neq; recẽtius, neq; antiquius fit, num uelut de eo q̃ eſt, ita etiã de eo q̃ fit, res ſe habet, aut aliter? Nõ habeo qd̃ dicã. At ego tantũ habeo, q̃ ſi eſt aliud alio antiquius, fieri ipſum adhuc antiquius, q̃ uelut primũ ſtatim ut fieret ętate diſtabat, nõ amplius poterit: neq; rurſus ſi recẽtius eſt, adhuc recẽtius fieri. Nã ſi inæqualib. æqualia apponunt, tũ tẽpori, tum alij cuicunq;, æquali ſemper diſtare faciunt, quãto primũ diſtabãt. Quid ni? Nõ ergo id quod eſt, eo quod unũ eſt, unq̃ antiquius aut recentius fieri poterit, ſiquidẽ æquali ſemper diſtat ſecundũ ætatẽ: ſed eſt, & factũ eſt, & antiquius & recentius: nõ aũt fit. Vera dicis. Et unũ ergo cùm ſit, alijs q̃ ſunt, neq; antiquius unq̃, neq; recentius fit. Nõ ſanè. Vide uerò an hoc modo antiquiora & recentiora fiant. Quo illo? Quo & unũ alijs antiquius uiſum eſt, & alia uno. Quid tũ? Cùm unũ alijs antiquius fuerit, longiore tẽpore fuit q̃ alia. Etiã. Rurſus itaq; conſidera, ſi longiori & breuiori tẽpori apponamus æquale tempus, num æquali parte lõgius à breuiore diſtabit, aut minore? Minore. Vnũ ergo ab alijs ætate diſtans, nõ erit hoc in poſterũ quod primum erat, Verũ æquale cũ alijs tẽpus accipiens, minus ſemper ætate ab ipſis diſtabit q̃ prius: aut nõ ita? Etiã. Nõne quod minus diſtat ab aliquo q̃ prius, recentius fit q̃ prius erat, ſi ad illa conferaẽ quibus prius antiquius erat? Recẽtius. Si uero illud recẽtius, nõne alia illa ad unũ collata antiquiora fiunt q̃ prius? Maximè. Quod igit̃ recentius factũ eſt, antiquius fit, collatũ ad id quod prius factũ eſt, & antiquius eſt. Eſt aũt nunquã antiquius, ſed fit ſemper illo antiquius. Illud.n. ad hoc ut recentius fiat, tendit, hoc ad hoc ut antiquius. Quod uero antiquius eſt recentiore, ſimiliter recentius fit. Cùm.n. in contrarium tendãt, contrariũ inter ſe fiunt: recẽtius quidẽ antiquius antiquiore, antiquius aũt recẽtius recentiore. Facta uero eſſe nõ poſſunt. Si.n. poſſent, nõ amplius fierent, ſed iam eſſent. Nũc uero antiquiora & recentiora inter ſe fiunt. Vnũ.n. alijs recẽtius fit, quia antiquius eſſe uiſum eſt, et prius factũ. Alia uero uno antiquiora fiunt, qnia poſterius facta ſunt. Secundũ eandem uero rationẽ etiam alia ad unũ ſe habẽt, quando quidẽ antiquiora ipſo uiſa ſunt, & prius facta. Ita equidẽ apparet. Nõne quatenus neutrũ altero antiquius aut recentius fit, quatenus ſcilicet æquali numero inter ſe ſemper diſtant, eatenus neq; unũ alijs antiquius fit, neq; recẽtius: neq; alia uno. Quatenus uero alia ſemper parte diſtare neceſſe eſt priora à poſterioribus dum fiunt, eatenus ſanè neceſſe eſt et antiquiora & recentiora inter ſe fieri, & alia uno, et unũ alijs. Maximè. Proinde ſecundũ omnia hæc Vnũ, & ipſum ſeipſo, & alijs, & antiquius & recẽtius, & eſt & fit: & neq; antiquius neq; recẽtius, neq; eſt, neq; fit, neq; ſeipſo, neq; alijs. Omninò ita. Quãdoquidẽ uero Vnũ tempore participat, & eo ut & antiquius & recẽtius fiat, nõne neceſſe eſt ut & prę terito, & futuro, & pręſenti participet, ſiquidẽ tẽpore participat? Neceſſe eſt. Erat igit̃ tur unũ, & eſt, & erit, & fiebat, & fit, & fiet. Quidni? Et fuerit q̃q; illi, & illius aliquid, & erat, & eſt, & erit. Maximè. Et Scientia itaq; ipſius fuerit, & opinio, & ſenſus: liquidem & nũc nos omnia hæc de ipſo facimus. Rectè dicis. Et nomen & oratio ipſi eſt, & nominaẽ & dicit̃: & quęcunq; huiuſmodi circa alia ſunt, etiã circa unũ ſunt. Penitus ita res ſe habet. Amplius itaq; tertiò dicamus. Vnũ ſi eſt uelut recenſuimus, nõne neceſſe eſt ipſum cùm & unũ ſit, & multa, & neq; unũ, neq; multa: & tempore participet: eo quidem q̃ eſt unũ, eſſentia quandoq; participare: eo uero q̃ nõ eſt, nunquã rurſus eſſentia participare? Neceſſe eſt. Num quãdo participat, fieri poteſt ut tunc nõ participet: aut quãdo non participat, tunc participet? Nõ poteſt fieri. In alio ergo tempore participat, & in alio non participat. Hoc enim ſolo modo, eodẽ participarit, & nõ participarit. Rectè. Nõne eſt & hoc tempus quãdo ipſa eſſentia participat, & quando ab ipſa diſcediturt aut quõ fieri poterit ut quãdoq; ipſam habeat, quãdoq; non habeat, ſi non aliquãdo & accipiat ipſam & dimittat? Nequaq;. Eſſentia uero participare, nõne ſic dicis? Ego ſanè. Ab eſſentia uero diſcedere, nõne perire? Maximè. Vnũ itaq; ut apparet, & accipiens & dimittens eſſentiã, fit & perit. Neceſſe eſt. Cùm uero unum & multa ſit, et fiat & pereat, nõne cùm unum fit, ut multa ſit, perdit: cùm uero multa ſit ut unũ ſit perdit? Maximè. Cũ aũt unũ fiat & multa, nõ'ne neceſſe eſt & ſecerni, & coagmentari? Neceſſe eſt. Sed & cũ diſſimile & ſimile fit, & aſſimilari & diſſimile fieri? Ita. Et

Aequale tempus inæqualib. additum, minore quàm prius parte diſtare efficit

Vni in ſumma quæ accidant

Eſſentia participare, eſt fieri

Ita. Et quũ maius & minus & æquale fit, & augeri, & minui, & æquari? Etiam. Quũ uero à motu ceſſat, & quũ à quiete ad motũ trãſit, oportet ſanè ipſum non in uno tẽpore eſſe? Quõ poſſet? Et ut ubi prius quieuit poſtea moueatur, & ubi prius mouebat poſtea quieſcat, fieri non poteſt ut hæc patiat, abſq; hoc ut trãſmutetur? Quõ enim? Nullũ autẽ tempus eſt, in quo quid ſimul neq; moueri, neq; quieſcere poſſit? Nõ equidẽ. At neq; trãſmutatur abſq; trãſmutatione? Non eſt ueriſimile. Quãdo igitur tranſmutat̃? Neq; enim dũ quieſcit, neq; dum mouet̃, neq; dum in tẽpore eſt trãſmutat̃. Non equidẽ. Num igit̃ eſt admirandũ hoc, in quo tũc fuerit quãdo tranſmutat̃? Quale iſtud? Repentinũ. Nam repentitũ eiuſmodi quiddã ſignificare uidet̃, uelut ex illo in utrũq; trãſmutetur. Nõ enim ex quiete, dum adhuc quieſcit ſiue ſtat, trãſmutat̃: neq; ex motu, dum adhuc mouet̃. Sed hæc repẽtina natura admirãda quędã, inter motũ & quietẽ inſider, quæ in tẽpore nihil eſt: & in hãc, & ex hac, & hoc quod mouetur trãſmutat̃ ad ſtatũ ac quietẽ, & quod ſtat ad motũ. Cõſequens eſt. Et unum itaq; ſiquidẽ & ſtat & mouet̃, in utraq; trãſit. Solo enim hoc modo ambo facit. Quũ autem trãſit, repẽtè tranſit: & quũ tranſit, in nullo tẽpore fuerit, neq; tũc mouet̃, neq; ſtat. Nõ equidẽ. Num igit̃ & ad alias mutationes ita ſe habet, quũ ex eſſentia ad interitũ tranſit, aut ex eo quod nõ eſt ad hoc ut fiat, tunc inter quoſdam motus & quietes fit, & neq; eſt tũc, neq; nõ eſt, neq; fit neq; perit? Videt̃ equidẽ. Secundũ eandẽ itaq; rationẽ & quũ ex uno in multa trãſit, & ex multis in unũ, neq; unũ eſt neq; multa, neq; ſecernitur neq; coagmentat̃: & dum ex ſimili ad diſſimile, & ex diſſimili ad ſimile trãſit, neq; ſimile eſt neq; diſſimile, neq; aſſimilat̃ neq; diſſimile ſit: & dũ ex paruo in magnũ & æquali & cõtraria tranſit, neq; paruũ neq; magnũ, neq; æquale neq; inæquale, neque augeſcens neq; decreſcẽs, neq; quod æquatur, neq; quod non æquatur fuerit. Apparet. Has itaq; omnes affectiones unũ patitur, ſi eſt. Quidni? Quid uero alia pati cõueniat, ſi unũ eſt, non'ne conſiderandũ eſt? Conſiderandũ. Dicamus itaq; unum ſi eſt, quid alia ab uno pati oporteat? Dicamus. Non'ne quandoquidẽ alia ab uno ſunt, neq; unũ ſunt alia: alioquí enim alia ab uno nõ eſſent. Rectè. Neq; tamen uno alia omnino priuantur, ſed participant quodã modo. Quo illo? Quòd alia ab uno partes habẽtia alia ſunt. Si enim partes nõ haberent, penitus unũ eſſent. Rectè. Partes aũt eſſe diximus eius quod totũ eſt. Diximus. Atqui totũ unum ex multis eſſe neceſſe eſt, cuius partes erunt partes. Vnãquanq; enim partẽ, non multorũ partem eſſe oportet, ſed totius. Quomodo hoc? Si quid multorũ pars eſſet, inter quæ ipſum eſſet, ſuiipſius pars erit, quod eſt impoſſibile, & aliorũ item uniuſcuiuſq;, ſiquidem etiam omniũ. Quũ enim unius pars non ſit, hoc excepto, aliorum erit: & ſic uniuſcuiuſq; pars non erit. Quum autẽ uniuſcuiuſq; pars non ſit, nullius multorũ erit. Quũ uero nullius ſit, ut omnium horũ quid ſit, quorũ nullius ulla eſt & pars, & quodcunq; aliud, impoſſibile erit. Apparet ſanè. Non ergo multorũ, neq; omnium pars, pars eſt: ſed unius cuiuſdam ideæ, & unius cuiuſdam quod uocamus totũ, ex omnibus unum perfectum factum, huius pars, pars fuerit. Maximè. Si ergo alia partes habent, etiam toto & uno participarint. Omninò ita. Vnum igitur totũ perfectum & quod partes habet, alia ab uno eſſe neceſſe eſt. Sed & de parte unaquaq; eadem ratio eſt. Nam & hanc neceſſe eſt uno participare. Si enim unaquæq; ipſarũ pars eſt: unamquãq; eſſe, unum ſanè ſignificat, quod ſeparatũ quidem ab alijs, per ſe uero eſt, ſiquidẽ unaquęq; eſt. Rectè. Participarit autem uno, eo quòd aliud eſt quàm unum: Alioquí enim non participaret, ſed ipſum unum eſſet. Nunc autem ut unũ quid ſit, præter ipſum unum impoſſibile eſt. Impoſſibile. Vno autem participare neceſſe eſt & totum, & partem. Vnum enim totum erit, cuius partes partes ſunt. Rurſus autem unaquæq;, una pars totius, cuius ſanè totius pars fuerit. Ita eſt. Non'ne quum alia ſint ab uno, participabunt ipſo quæ participant? Quidni? Alia uero ab uno multa utiq; fuerint. Si enim neque unum, neq; uno plura fuerint alia ab uno, nihil ſanè fuerint. Non equidem. Quandoquidem uero plura uno ſunt, quæ & una parte, & uno toto participãt, non'ne neceſſe eſt multitudine infinita eſſe illa ipſa quæ uno participãt? Quomodo? Hoc modo uideamus. Aliud'ne quid, quàm & nõ unum ſunt, neq; uno participãt, tunc quũ ipſo participãt? Nimirum. Non'ne multitudines ſunt, inter quę unũ nõ eſt? Multitudnes equidẽ. Quid igitur ſi uelimus cogitatione de talibus quantũ poſſumus uel

Repentini ſignificatio

Vnũ ſi eſt, alia quid patiantur

Totius & partium ratio quæ ſit

Alia ſi nõ unũ, neq; plura ſunt nihil ſunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

minimũ quiddã auferre, nõne necesse est etiã illud quod ablatũ est, siquidẽ uno nõ participet, multitudinẽ esse, & non unũ? Necesse est. Nonne sic semper considerãti ipsam per seipsam alius speciei naturã, quantũ ipsius semper uidemus, multitudine infinitũ erit? Omnino equidem. Sed & postquã unaquęq; pars, pars facta fuerit, finẽ iam inter se habent, & ad totũ: & totũ ad partes. Valdè equidem. Alijs itaq; ab uno cõtingit, ut ex uno, & ex seipsis cõmunicantib. ut apparet, aliud quid fiat in ipsis, quod finẽ ipsis inter se exhibet. At ipsorũ natura per se infinitatẽ. Apparet. Sic itaq; alia ab uno, & tota, & secundũ partes, & infinita sunt, & fine participant. Maximè. Nõne & similia & dissimilia sunt, & inter se & sibijpsis? Quõ istud? Quatenus quidẽ infinita sunt secundum suam ipsorum naturam, eatenus omnia idem patiũtur. Maximè. Sed & quatenus omnia fine participant, eatenus etiã omnia idem patiuntur.

Quid ni? Quatenus autẽ patiunt ut & finita sint, & infinita, quæ affectiones inter se cõtraria sunt, eatenus has affectiones patiũtur. Etiam. Contraria uero, q̃ maximè id fieri potest, dissimilima sunt. Quidni? Iuxta utranq; ergo seorsum affectionẽ, & ipsa sibijpsis, & inter se uicissim similia fuerint: & iuxta ambas in utranq; partẽ maximè contraria ac dissimilima. Sic itaq; alia, & ipsa sibijpsis, & inter se, & similia ac dissimilia fuerint. Sic. Et has itaq; & alias inter se, & dum mouentur, & dum quiescunt, & omnes contrarias affectiones, alia ab uno pati nõ amplius difficulter comperiemus, quandoquidem & has perpeti nobis uisa sunt. Rectè. Nonne si hæc quidẽ ut manifesta iam sinamus, cõsiderabimus utiq; rursus, Si unum est, num etiam non sic alia ab uno se habeant, aut sic solum? Maximè. Dicamus itaq; ab initio, unum si est, quid alia ab uno pati oporteat. Dicamus. Num igitur seorsum est unum ab alijs, & seorsum alia ab uno? Quid ita? Quia præter hæc non est aliud, quod quidem aliud sit ab uno, aut aliud ab alijs. Omnia enim dicta sunt, ubi unum & alia dicta fuerint. Omnia sanè. Non igitur adhuc aliud ab his est, in quo eodem & unũ fuerit, & alia. Nõ equidem. Nunquã ergo in eodẽ sunt unum & alia. Non apparet. Seorsum igit. Etiã. Neq; uero partes habere diximus id quod reuera unũ est. Quomodo enim? Neq; totũ igit fuerit unũ in alijs, neq; partes ipsius, si & seorsum est unũ ab alijs, & partes non habet. Quidni? Nullo ergo modo alia uno participãt, quum neq; secundũ aliquã ipsius partẽ, neq; secundũ totum participent. Nõ uidetur. Nequaquã igitur alia unũ sunt, neq; in seipsis ullum unũ habent. Non equidẽ. Neq; ergo multa sunt alia. Nã si multa essent, unũquodq; ipsorũ una totius pars esset. Nũc autẽ neq; unũ, neq; multa, neq; totũ, neq; partes sunt alia unius, quandoquidẽ nusquã ipso participãt. Rectè. Neq; ergo duo, neq; tria sunt ipsa alia: neq; unũ in ipsis est, siquidem uno ubiq; prouanit. Ita est. Neq; ergo similia & dissimilia ipsa alia uni sunt: neq; est in ipsis similitudo & dissimilitudo. Si enim similia & dissimilia ipsa essent, quatenus similitudinem & dissimilitudinẽ in seipsis haberent, eatenus duas cõtrarias inter se species in seipsis alia ab uno haberẽt. Apparet. Est autem impossibile ut duobus quibusdã participent ea quæ nullo participant. Impossibile est. Neq; ergo similia, neq; dissimilia, neq; ambo, sunt alia. Si enim similia aut dissimilia essent, una alius specie participarent. Si uero ambo essent, duabus cõtrarijs. Hæc autẽ impossibilia esse uisa sunt. Vera dicis. Neq; ergo eadem sunt, neq; alia: neq; mouentur, neq; quiescũt: neq; fiunt neq; pereũt: neq; maiora neq; minora neq; æqualia sunt: neq; aliud quicquã huiusmodi patitur. Si enim huiusmodi quicquã alia sustinerent, etiã uno & duobus & tribus, & pari ac impari participabunt, quibus ipsa participari impossibile esse uisum est, quũ uno penitus priuẽtur. Verissima sunt hæc. Sic itaq; si unũ est, & omnia unũ est, & nihil unũ est, & ad seipsum, & ad alia, eodem modo. Penitus ita est. Sit ita. At si unũ non est, non'ne quid contingere oporteat post hoc cõsiderandum est? Considerandũ est.

Vnum si nõ est, quid contingat

Cõsiderandũ enim quod sit hoc propositũ, Si unũ nõ est: num differt ab hoc, Si nõ unũ nõ est? Differt equidẽ. Differt'ne solũ, aut etiam totũ contrariũ est si dicas, Si nõ unũ nõ est: ei si dicas, Si unũ nõ est? Totũ contrariũ est. Quid uero si quis dicat, Si magnitudo non est, aut paruitas non est, aut aliud quid huiusmodi, non'ne in unoquoq; indicat, quòd aliud dicit ab alijs quod non est, quũ dicat, Si unũ non est: & intelligimus quod dicit? Intelligimus. Primum igitur notum quiddã dicit. Deinde aliud ab alijs, quum dicat Vnum

Vnũ, siue esse ipsi apponat, siue nõ esse. Nihilò enim minus cognoscitur quid, quod nõ esse dicitur, & q̃ diuersum sit ab alijs: Aut nõ ita? Necesse est. Hoc igitur modo dicendum est ab initio. Vnũ si non est, quid esse oportet. Primum igitur hoc ipsi contingere oportet ut apparet, nimirũ esse ipsius scientiã, aut neq; cognosci quid dicat, quũ quis dicat, Vnũ si nõ est. Vera dicis. Nõne etiã alia, alia ab ipso esse: aut neq; illud aliud ab alijs dicit? Maximè. Et diuersitas igit ipsi est ad sciẽtiã. Nõ. n. aliorũ diuersitatẽ dicit, quum Vnũ aliud ab alijs dicit, sed eam quæ illius est. Apparet. Sed & illius, & cuiusdã, & huius, & huic, & horũ, & omniũ eiusmodi particeps est id quod nõ est. Nõ eñ unũ diceretur, neq; alia ab uno, neq; illi quicquã esset, neq; diceret, si neq; aliquo, neq; alijs huiusmodi participaret. Rectè. Esse itaq; uni impossibile est, siquidem non est. Participare uero multis nihil prohibet, imò etiã necesse est, siq̃dẽ unũ illud, & nõ aliud, nõ est. Si uero neq; unũ, neq; illud, nõ est: sed de alio quopiã sermo est, neq; pronũciare quicquã oportet. Si uero unũ illud, & nõ aliud, nõ esse proponitur, & illo, & alijs multis ipsum participare necesse est. Et maximè. Et dissimilitudo ergo ipsi est ad alia. Nã quũ alia ab uno alia sint, diuersa etiã fuerint. Etiã. Diuersa uero nõne sunt aliena? Quidni? Aliena uero nõne dissimilia? dissimilia equidẽ. Nõne siquidẽ uni dissimilia sunt, manifestũ est q̃ dissimilitudine dissimilia sunt quæ dissimilia sunt. Manifestũ est. Fuerit autẽ & uni dissimilitudo, ad quã alia dissimilia ipsi sunt. Apparet. Si uero ipsi dissimilitudo ad alia est, non'ne necesse est suijpsius similitudinem ipsi esse? Quõ? Si uni ad unũ dissimilitudo est, nõ sanè de tali uelut de uno, sermo fuerit: neq; positũ de uno fuerit, sed de alio q̃ de uno. Maximè. Nõ autẽ oportet. Nõ prosectò. Oportet ergo similitudinẽ uni suijpsius ad seipsum esse. Oportet. Sed & rursus neq; æquale est alijs. Si enim esset æquale, etiã iam esset, & simile esset ipsis secũdum æqualitatẽ. Ambo uero hæc impossibilia sunt, siquidẽ nõ est unũ. Impossibilia sanè. Quandoquidẽ uero nõ est æquale alijs, nõ'ne necesse est etiã alia illi æqualia non esse? Necesse est. Quæ uero æqualia nõ sunt, non'ne inæqualia sunt? Etiã. Quæ uero inæqualia sunt, non'ne inæqualitate inæqualia sunt? Quidni? Et inæqualitate itaq; unũ participat, ad quã alia ipsi sunt inæqualia. Participat. Atqui inæqualitatis est magnitudo & paruitas. Est sanè. Est ergo & magnitudo & paruitas tali uni. Cõsequẽs est. Magnitudo tamẽ & paruitas semper inter se distant. Maximè. Semper igitur aliquid inter ipsa est. Est. Potes igit aliud quid dicere inter ipsa esse, præterquã æqualitatẽ? Non, sed hanc ipsam. Cuicunq; ergo est magnitudo & paruitas, ei est etiam æqualitas, quæ inter hæc media est. Apparet. Vnum igit quũ nõ sit, ut apparet, & æqualitate, & magnitudine, & paruitate participarit. Videt. Sed & essentia ipsum quodãmodo participare oportet. Quõ istud? Habere se ita ipsum oportet uelut dicimus. Si emẽ nõ ita se habet, nõ sanè uera nos dixerimus, dum unũ nõ esse dicimus. Si uero uera, manifestũ est q̃ ea quæ sunt dicimus. Aut nõ ita? Ita equidẽ. Quãdoquidẽ uero diximus nos uera dicere, necesse est etiã nos dicere, ea quæ sunt nos dicere. Necesse est. Est ergo ut apparet, Vnũ id quod nõ est. Si emẽ nõ erit id quod nõ est, Sed qd de eo quod est remiserit, ad hoc quod nõ est, statim erit id quod est. Omnino ita. Oportet ergo ipsum habere uinculũ ut nõ sit, q̃ est id quod nõ est, si non esse debet: similiter uelut id quod est, uinculũ habet ut sit, q̃ nõ est id quod nõ est, quo pfectè ipsum esse cõtingat. Reuera enim & id quod est maximè fuerit, & id quod nõ est nõ fuerit, si participet, id quidẽ quod est, essentia ut sit id quod est, nõ aũt essentia ut sit, id quod nõ est, si perfectè esse debet: Id uero quod nõ est, nõ quidẽ essentia ut nõ sit id quod nõ est, sed essentia ut sit id quod nõ est, si etiã id quod nõ est perfectè erit. Verissimè. Nõne quãdoquidẽ & id quod est, participat eo ut nõ sit, & id quod nõ est, eo ut sit: etiã unũ quãdoquidẽ nõ est, eo ut sit participare necesse est, ad hoc ut nõ sit? Necesse est. Et essentia itaq; uni esse uidet si nõ est? Videt. Et nõ essentia ergo si nõ est. Quidni? Fieri igit potest ut id quod quodã modo se habet, nõ ita se habeat, si ex hoc habitu nõ trãsmutetur? Fieri nõ potest. Quicquid igit tale est, ut & sic, & nõ sic se habeat, mutationem signifi-

Quod non est quorum particeps sit

Quod est, ut nõ sit: quod nõ est, ut sit participat

Mutationis ratio

cat. Quidni? Mutatio uero motus'ne est, aut quid dicemus? Motus. Nõ'ne unũ, & quod est, & quod nõ est, uisum fuit? Etiã. Sic ergo, & nõ sic se habere uidet. Apparet. Vnũ ergo quod nõ est etiã moueri uidet, quandoquidẽ etiã imitationẽ ex eo q̃ est, ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, ad id quod nō est habet. Cōsequens est. Atqui si nusquā in his quæ sunt est, sicut non est, siquidē non est: neq; alicunde aliò transire poterit. Quomodo enim? Non ergo transeūdo moueri poterit. Nō sanè. Neq; uero in eodē uersari poterit. Idē em nusquā attingit. Est enim idē, id quod est. Quod uero non est, in aliquo ex his quæ sunt esse, impossibile est. Impossibile equidē. Non ergo unū, quum nō sit, in illo in quo nō est uersari poterit. Nō sanè. Neq; uero alteraī unū à seipso, neq; quod est, neq; quod nō est. Nō enim amplius sermo de uno esset, si quidē ipsum à seipso alteraret, sed de alio quodā. Rectè. Si uero neq; alteraī, neq; in eodē uersatur, neq; transit, num aliquo adhuc modo moueri poterit? Quo isto? At uero quod nō moueī, necesse est quietē agere: quod uero quiescit, stare. Necesse est. Vnū ergo ut apparet, quum non sit, & stat, & mouetur. Apparet. Sed & si quidē mouetur, magna necessitas est ut ipsum alteretur. Quatenus enim quid moueī, eatenus nō amplius eodē modo se habet, uelut habebat, sed alio modo. Ita est. Dum ergo unum mouetur, etiā alteratur. Etiam. Sed & si nusquā moueī, nusquā alteratur. Nō sanè. Quatenus ergo mouetur unū, quum nō sit, alteratur: quatenus autē non moueī, non alteratur. Nō equidem. Vnū ergo, quū non sit, & alteratur, & non alteratur. Apparet. Quod uero alteraī, non'ne necesse est fieri quidē aliud q̄ prius, perire autē ex priore habitu? Quod uero nō alteratur, neq; fieri, neq; perire? Necesse est. Vnum ergo, quū non sit, dum quidē alteraī, fit & perit: dum uero non alteraī, neq; fit neq; perit. Et sic Vnū, quū non sit, & fit & perit, & neq; fit neq; perit. Nō profectò. Rursus itaq; ad principiū reuertamur, uisuri an eadē nobis apparebūt quæ etiā nunc, aut alia. Imò ita facere oportet. Non'ne unū si non est, quid de ipso cōtingere oporteat diximus? Etiam. Quum autē nō est dicimus, num aliud quid significat, quàm essentiæ absentiā ab eo quod non esse dicimus? Nihil aliud. Vtrū igitur quū quid non esse dicimus, aliquo modo nō esse ipsum dicimus, aliquo uero modo esse? Aut hoc quod nō est diciī, simpliciter significat, ꝙ nequaquā usquā est, neq; aliquo modo essentia participat id quod non est. Simplicissimè equidē. Neq; ergo esse poterit id quod nō est, neq; aliter ullo modo essentia participare. Non certè. At fieri & perire, num aliud quid est quàm illud quidem, essentia participare, hoc autē essentiā perdere? Nihil aliud. Quod uero nihil huius participat, id neq; acceperit, neq; perdiderit ipsam. Quō enim? Vnum ergo quandoquidē nusquā est, neq; accipit, neq; abijcit, neq; ullo modo participat essentia. Non apparet. Neq; ergo perit Vnū, quū non sit, neq; fit, quandoquidē nusquā essentia participat. Verisimile est. Neq; ergo alteraī usquā. Nam si hoc pateretur, iam sanè fieret & periret. Vera dicis. Si uero nō alteratur, non'ne necesse est neq; moueri? Necesse est. Neq; uero stare dicemus id quod nusquā est. Nam quod stat, in eodem quodā semper cū eodem esse oportet. Quid ni? Sic itaq; ipsum quod nō est, neq; unquā stare, neq; moueri dicemus. Nō equidē. Atqui neq; est ipsi quid ex his quæ sunt. Iam enim hoc eo quod est participans, essentia participaret. Manifestū est. Neq; ergo magnitudo, neq; paruitas, neq; æqualitas ipsi est. Nō sanè. Neq; uero similitudo, neq; diuersitas, neq; ad seipsum, neq; ad alia ipsi fuerit. Nō apparet. Quid uero alia' ne aliquo modo ipsi fuerint, si nihil ipsi esse oportet? Non sunt. Neq; ergo similia, neq; dissimilia, neq; eadem, neque alia, sunt ipsi alia. Non equidē. Quid uero illius, aut illi, aut quid, aut hoc, aut huius, aut alius, aut alij, aut aliquādo, aut postea, aut nunc, aut sciētia, aut opinio, aut sensus, aut oratio, aut nomen, aut aliud quodcūque ex his quæ sunt, circa id quod nō est erit? Non erit. Sic itaq; Vnum, quum non sit, nusquā quodāmodo se habet. Nequaquā sanè apparet usquā se habere. Dicamus itaq; adhuc amplius, Vnū si nō est, alia quid pati oporteat. Dicamus equidem. Si enim esse ipsa oportet. Si enim neque alia sunt, nō sanè de alijs diceretur. Ita est. Ego uero de alijs sermo est, alia utiq; altera sunt: aut nō de eodē & aliud & alterū diciī? Etiā sanè. Alterū uero nō'ne ab altero alterū esse dicimus: & aliud ab alio aliud esse? Etiā. Et alijs ergo si alia esse debent, est aliquid à quo alia erūt. Necesse est. Quid igitur hoc fuerit? Nā ab uno nō alia erūt, quū nō sit illud. Nō certè. Inter se igiē alia sunt. Hoc em ipsis adhuc reliquū est: aut ut à nullo alia sint. Rectè. Secundū multitudinē ergo singula inter se alia sunt. Secundū unū enim nō poterint, quū unum nō sit. Verum unus-

unusquisq; ipsorum ut apparet aceruus, multitudine infinitus est, & si uel id quod minimum esse putatur quis accipiat, quemadmodū per insomnium in somno, apparet deretè pro eo quod unū esse putatū est, multa esse: & pro minimo ualdè magnū, si ad ea quæ ex ipso in frustra secantur cōferatur. Rectissimè. Ab huiusmodi itaq; aceruis alia, inter se fuerint alia, si alia sunt, quum unum non sit. Valdè admodum. Non'ne multi acerui erunt, quorū quisq; unus apparet, non tamen est, siquidem unum non erit. Ita est. Sed & numerus ipsorum esse uidebitur, siquidē unumquodq; unum est, ex his quæ multa sunt. Maximè. Et alia quidem paria, alia imparia, in ipsis esse non uerè apparet, siquidem unum non erit. Non profectò. Sed & minimum uelut diximus, ipsis esse uidebitur. Apparet autem hoc multa & magna, si ad unūquodq; ex multis, uelut quę parua sunt, cōferatur. Quidni? Sed & æqualis multis, & paruis, unusquisq; aceruus esse putabitur. Non em ex maiore ad minus transiisse uideri potest prius, quàm ad id quod in media est deuenisse putetur. Hoc autem æqualitatis spectrum fuerit. Verisimile est. Non'ne etiam ad alium aceruum finem habēs, quum ipse ad seipsum neq; principium, neq; finem, neq; medium habeat. Quomodo istud? Quia semper ubi quis ipsorum aliquid cogitatione considerat, uelut sit horum quid, ante principium semper aliud principium apparet: & post finem alius semper finis relinquitur: & in medio semper alia magis media quàm medium: Verum minora, eo quòd nō possit unum de ipsis singulis præhendi, utpote quum unum nō sit. Verissima sunt hæc. Necessariò uero quiduis quod est, ubi quis id cogitatione prehendit, frangerit, frangitur dum in minutas partes secatur. Nam aceruus abiq; uno præhenditur. Maximè. Non'ne si quis huiusmodi eminus & obtusè contuetur, ut unum uideatur necesse est? Si uero propè & acutè considerat, ut quodq; unū multitudine infinitum appareat, siquidē uno quod nō est priuatur? Maximè equidem necesse est. Sic itaq; & infinita, & finē habentia, & unum & multa, singula alia apparere oportet, si nō est: alia uero ab uno sint. Oportet profectò. Non'ne etiam similia & dissimilia esse uidebuntur? Quomodo istud? Vt si quis procul uelut adumbrata cōtueatur, dum omnia unū apparent, idem pati, & similia esse uideantur. Maximè. Si uero accedat, multa & alia, & ob diuersitatis spectrum, diuersa & sibijpsis dissimilia. Sic prorsus. Et similes itaq; ac dissimiles etiā ipsos aceruos & sibijpsis, & inter se apparere necesse est. Maximè. Non'ne etiam & eosdē, & inter se diuersos: & contiguos inter se, & seorsum: & qui omnibus motibus moueantur, & qui ubiq; stent: & qui fiant, & qui pereāt: & neutra, & omnia huiusmodi, quæ facile est iam nobis recensere, si quum unū non sit, multa sunt? Verissima. Adhuc itaq; semel rursus ad principium reuersi, dicamus si unum non est, alia ab uno quid esse oportet. Dicamus igitur. Non'ne unum quidem non erunt aliæ? Quomodo enim? Neq; uero multa. In his enim quæ multa sunt, fuerit etiam unum. Si enim nullum ex ipsis est unum, omnia nihil sunt. Quare neq; multa fuerint. Vera dicis. Quum itaq; unum non insit in alijs, neq; multa, neq; unum sunt alia. Non sanè. Neq; uero apparent unum, neq; multa. Quid ita? Quia alia cum nullo ex his quæ non sunt, ullam aliquam usquam ullo modo societatem habent: neq; quicquam ex his quæ non sunt, apud aliquod ex alijs est. Nulla enim pars est his quæ non sunt. Vera refers. Neq; ergo opinio de eo quod non est, apud alia est: neq; aliquod spectrū: neq; usquam ullo modo id quod non est, ab alijs putatur. Non equidem. Si igitur non est unum, non putatur quicquam ex alijs unum esse, aut multa. Nam absq; uno, multa opinari impossibile est. Impossibile est. Vnum ergo si non est, alia neq; sunt, neq; putantur, neq; unum, neq; multa. Non ut apparet. Neq; ergo similia sunt. Non equidem. Neq; uero eadem, neq; alia, neq; contigua, neq; seorsum, neq; reliqua quę in superioribus recensuimus, uelut ipsa ex his uiderentur, alia aut sunt, aut apparent, si unum nō est. Vera sunt hæc. Non'ne si etiam in summa diceremus, Vnum si non est, nihil est: rectè utiq; diceremus? Prorsus ita. Dicatur itaq; & hoc, & quòd ut apparet, siue est Vnum, siue non est: & ipsum & alia, & ad seipsa, & inter se, omnia penitus & sunt, & non sunt: & apparent, & non apparent. Verissima dicis.

ARGV-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN PHILEBVM Platonis, uel De summo Bono.

Summū bonū

DIVS libri propositum est, de summo animæ bono disserere, quod quidem summum bonum cum conditione quadam dicitur, cum ipsum rerum omnium principium summum bonum absolute dicatur. De hoc igitur quod cum conditione bonum, hoc in libro: de eo quod absolutum, in Parmenide disputatur. Ab absoluto autem hoc manat, quemadmodum lumen quoddam ab ipso luminis totius fonte dependet. Quamobrem in Phædone & Theæteto dictum est à Platone summum animæ bonum dei similitudinem esse, Nihil uero solis fit simile, nisi quadam luminis ipsius infusione. Vnde & animæ bonum erit integra diuini luminis consecutio. Id lumen in mentem primo, in uoluntatem deinde descendit. In mente ueritas, in uoluntate gaudium: in mente ambrosia, in uoluntate nectar, à Platone hic & in Phædro cognominantur. Itaq; summum bonum in sapientiæ uoluptatisq; mixtione locauit. Sed ante in sola uel sapientiæ uel uoluptatis ratione beatitudinem consistere posse negauit, ex eo quod triplex boni summi conditio in neutro reperiatur. Ea est, ut summopere perfectum sit, & sufficiens, & expetendum. Perfectum, quia nihil sibi deest. Sufficiens, quia nihil deest illi quod ipsum capit. Expetendum, quia in illo & ex illo est, quicquid appeti potest. Vnde quia perfectū, sufficiens: quia sufficiens, expetendum. Sanè quia sibi sat est, alteri sufficit: quia sufficit alteri, desideratur ab altero. Hæc neq; soli sapientiæ, neq; uoluptati, sed mixto cuidam ex utraq; competere demonstrantur. ubi de uoluptatis & sapientiæ genere, origine, atq; natura permulta dicuntur, de infinito & termino, de composito & cōpositionis principio. Ac demum concluditur summum in natura bonum, & absolutum, esse mensuram uniuersorum, hoc est totius naturæ principium. Summum uero bonum mentis & animæ esse illius primi possessionem, quæ mixtioni ex sapientia & uoluptate per ueritatem, cōmensurationem, & pulchritudinem conuenit. Quapropter in primo bonorum gradu rerum omnium mensura ponitur: in secundo ueritas: commensuratio, pulchritudo: in tertio mens sapientiaq;: in quarto scientia, ars, & opinio: in quinto tēperata uoluptas. Beatusq; uir dicitur, qui & sapientiā diuinorum adeptus est, & humanorū peritiam scientia quadam & arte & opinione constantem, gaudio contemplationis totus exultat, uoluptati sensuum eatenus se committit, quatenus sapientia scientiaq; & gaudium impedimentum inde nullum accipiunt. Introductio ad dialogum ciusmodi est. Cum multa de summo bono ultro citroq; Socrates Philebusq; contulissent, atq; esset Philebus iam disputando defessus, Protarcho nuper aduenienti gratulatus est, annuitq; ut prouinciam in disputando suam susciperet. Protarchus utpote adolescens subito est assensus. Ad quem conuersus Socrates. Considera, inquit, quam tutelam suscipias, neque temere ad disputationem properes. Immo audi uirum usque sententiam prius, & eam quæ tibi recta ratione examinanti probabilior apparet, accipe defendendam. Sed iam ad dialogum ueniamus.

Ambrosia
Nectar
Summū bonū in sapientiæ & uoluptatis mixtione
Tres conditiones summi boni
Summum in natura bonum & absolutum, esse mensuram uniuersorum
Bonorum gradus

PLATONIS ATHENIENSIS PHILEBVS, AVT DE VOLVPTATE. *Moralis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. PROTARCHVS. PHILEBVS.

VIDE mihi Protarche, quem sermonem nunc à Philebo susceptu-
rus sis, & de quo ex nostris deliberaturus, si non tibi ex tua sententia dicatur. Et si ita uis utrunq; in summam contrahemus. PROT. Maximè sanè. SOC. Philebus equidem bonum esse dicit omnibus animantibus gaudere, & uoluptatem, ac delectationem, & quæcunq; cum hoc genere consentiunt. At nostra disceptatio est, non hæc, sed sapere, intelligere, meminisse, & quæ rursus his cognata sunt, opinionem rectam, & ratiocinationes ueras, uoluptate præstantiora ac meliora esse, omnibus quæ ipsis participare possunt. His autem quæ participare possunt, utilissima omnium hæc esse, omnibus & præsentibus, & futuris. Num ita ferè Philebe utriq; dicimus? PHIL. Maximè. SOC. Suscipis' ne hunc, qui nunc ad te Protarche defertur sermonē? PRO. Necesse est me ipsum suscipere, Philebus enim pulcher ille defessus nobis denegat. SOC. Oportet sanè de his omni modo ueritatē perficere. PRO. Oportet equidē. SOC. Age uero ad hęc, cōsideamus etiā hoc. PRO. Quid hoc? SOC. Quòd nunc uterq; nostrum eum animi habitum, & talem quandam affectionem declarare conabitur, unde omnibus hominibus beata uita contingere possit. Nónne ita res se habet? PRO. Ita profectò. SOC. Vos quidem ut gaudeatis, nos uero ut sapiamus. PRO. Ita res se habet. SOC. Quid uero si alia aliqua affectio præstantior illis appareat, Num si quidē uoluptati magis cognata appareat ea, utriq; superabimur à uita quę hęc constanter habeat. uincet autem uoluptas sapientiam? PRO. etiam. SOC. Sí uero sapientiæ magis cognata apparuerit, uincet sapientia uoluptatem: uoluptas autem uincetur. Hæc ita se habere confitemini, aut quomodo uobis uidetur? PRO. Mihi sanè ita uidetur. SOC. Quid uerò Philebo? quid dicis? PHI. Mihi quidem uoluptas omnino uincere uidetur, & uidebitur. Tu uero Protarche ipse cognosces ac decernes. PRO. Quandoquidem nobis ô Philebe sermonem detulisti, non sanè amplius dominus fueris consensionis, aut contra dissensionis aduersus Socratem. PHI. Vera dicis. Nam renuncio, & nunc ipsam deam testem facio. PRO. Et nos tibi de his testes erimus, quòd hæc dixeris quæ dicis. Verum nos ea quæ post hæc deinceps tractanda sunt ô Socrates, aut uolente Philebo, aut prout uoluerit, perficere conabimur. SOC. Conabimur ab ipsa dea exorsi, quam hic Venerem quidem dici ait, uerùm uerissimum ipsius nomen esse uoluptatem. PRO. Rectissime. SOC. At meus ô Protarche erga deorum nomina timor, non est humani moris, sed omnem maximum timorem superat. Et nunc Venerem prout illi gratum est appello. Voluptatem uero rē uariam esse noui. Et ab illa uelut dixi, initio sumpto cogitare nos oportet & considerare, quam naturam habeat. Nam etiamsi simpliciter unum quiddam audiamus, formas tamen omnis generis, easq; inter se quodam modo dissimiles habet. Vide enim mihi, uoluptate affici dicimus hominem intemperantem: uoluptate item affici temperantem, eo ipso quòd temperans est. Rursus uoluptate affici dicimus insipientem, & stolidis opinionibus ac uana spe plenum: Voluptate item affici sapientem, eo ipso quòd sapiens est. Et si quis utrasq; has uoluptates similes inter se esse dicat, quomodo is non meritò insipiens habeatur? PRO. Sunt equidem ex contrarijs hæ rebus ô Socrates, non tamen ipsæ inter se contrariæ. Quomodo enim Voluptas uoluptati rerum omnium ipsa sibijpsi simillima non sit? SOC. Etenim color ô beate, à colore nihil differt, in eo quòd unusquisq; color est: nigrum tamen omnes albo, supra id quod diuersus est, etiam maximè contrarium esse scimus. Sed & figura omnis, cum alia figura secundum idem, genere quidem una est, partes autē partibus ipsius, partim maximè inter se contrariæ sunt, partim diuersitatem infinitam habent. Et multa alia sic se habere comperiemus. Quare huic rationi fidem ne adhibeas, quæ omnia maximè contraria unum facit. Vereor autem ne aliquas uoluptates uoluptatibus contrari as comperiamus. PRO. Fortassis, Sed quid hoc nostram rationem lædet? SOC. Quòd nimirum ipsa quum dissimilia sint, alio nomine appellas. Dicis enim omnia iucunda esse bona. Quòd quidem igitur iucunda, non sint iucunda, nulla ratio cōtendit. Quum uerò multa ex ipsis sint mala, sed & bona uelut nos sentimus: Tu tamen omnia appellas bona, quum ipsa dissimilia esse, sermone cōfitearis, si quis te huc cogat. Quid igitur est, quod idem tam in bonis quàm in malis uoluptatibus ineat, ut inde omnes uoluptates bonas appelles? PRO. Quomodo dicis ô Socrates? putásne aliquem qui posuerit uoluptatem esse bonum, concessurum deinde esse, & toleraturum ut tu dicas, quasdam uoluptates esse bonas, quasdam ab his diuersas malas? SOC. Attamen dissimiles ipsas inter se esse fateberis, & quasdam contrarias? PRO. Nequaquàm in quantū uoluptates sunt. SOC. Rursus in eundem dilabimur sermonem ô Protarche, neq; erit uoluptas à uoluptate diuersa, sed omnes similes esse dicemus: & exempla paulò ante relata nihil nos commouent: Verum enitimur & proferimus ea quæ ineptissimi omnium simulq; ad disputandum rudes solent. PRO. Qualia uero hæc dicis? SOC. Quia si ego te imitans ac retaliens, dicere audeo, quod dissimilimum dissimilimo similimum omnium sit, eadem quæ tu dixero, & apparebimus rudiores quàm par sit, & disceptatio nobis elapsa peribit. Rursus igitur ipsam reuocemus, & fortassis ad similia regressi, uicissim inter nos alter alteri concedemus. PRO. Dic quomodo? SOC. Pone me rursus à te ô Protarche interrogari. PRO. Quid'nam? SOC. Sapientia & Scientia & Intelligentia, & omnia quæ ab initio ego proposui & quum interrogaret quod tandem esset bonū, bona esse dixi, nónne idem hoc perpetientur, quod tuus sermo? PRO. Quomodo? SOC. Vniuersæ scientiæ

Controuersiæ summa est boni inquisitio
Vitæ beatæ deceptio
Voluptas uaria

Universidad de Deusto
Biblioteca

entiæ multa esse uidebuntur, & quædam ex ipsis inter se dissimiles. Si uerò etiam contrariæ quędam sunt, num dignus fuero qui nunc disputem, si hoc ipsum ueritus, nullam scientiam à scientia dissimilem asseram? Et postea nobis hæc disputatio uelut fabula perierit. Nos autem in absurda quadam ad assequendum tarditate seruaremur. At hoc fieri non oportet, uno illo ut seruemur excepto. Tui tamen & mei sermonis æqualitas mihi placet. Multæ itaq; sint & dissimiles uoluptates: multæ item ac diuersæ scientiæ. Proinde diuersitatem ô Protarche, tum mei, tum tui boni non occultantes, sed in medium proferentes, toleremus ut redarguamur, si qui forte indicauerint, utrum uoluptatem bonum dicere oportet, aut sapientiam, aut tertium quiddam aliud sit. Nũc enim profectò non de hoc ipso contendimus, ut quæ ego sentio, aut quæ tu, ea uincant: sed ambos nos ei quod uerissimum est auxiliari oportet. PRO. Oportet sanè. SOC. Hunc itaq; sermonem adhuc amplius per consensionem confirmemus. PRO. Qualem uero illam? SOC. Eũ qui omnibus hominibus negocia exhibet, & uolentibus, & nolẽtibus quibusdã, & aliquando. PRO. Dic clarius. SOC. Eũ qui nũc nobis incidit dico, & qui natura quodã modo admirabilis est. Multa enim unũ esse, & unũ multa, mirabiliter dictum est, & facile est contendere aduersus eum qui alterutrum horum asserit. PRO. Nunquid dicis. Quum quis me dicat Protarchum unum natura factũ multos esse, & rursus alij me enim contrarios inter se ponant, magnum & paruum, & grauem ac leuem eundem, & alia innumera? SOC. Tu quidem ô Protarche uulgata circa unum & multa admirabilia protulisti, & de quibus consensum est, ut ita dicam, ab omnibus iam, quòd talia attingere non oportet, ut qui puerilia, & facilia, & sermonibus ualdè impedimenta, illa esse putent. Nam neq; talia admirabilia censentur, uelut si quis uniuscuiusq; & membra & partes sermone distinguat, & omnia hæc unum illud esse confessus, redarguat deridendo, quòd monstra proferre coactus sit, nimirum & unũ multa esse ac infinita, & multa unũ solum. PRO. Tu uero quæ alia ô Socrates dicis, quæ nondum concessa uulgata sunt circa eundem hunc sermonem? SOC. Quando quis ô puer, unum non ex his quæ fiunt & pereunt ponit, quemadmodum paulò ante nos dicebamus. Hic enim & tale unũ quale nunc dicebamus non redargui oportere consensum est. Quùm uerò quis unum hominem ponere aggreditur, & bouem unum, & pulchrum unum, & bonum unum, de his & huiusmodi unitatibus, multum studium cum diuisione contentio fit. PRO. Quomodo? SOC. Primum quidem an putare oporteat, tales quasdam unitates esse, quæ uerè existant. Deinde quomodo putãdum quum hæ unaquæq; una sit & eadem semper, & neq; generationem, neque interitum suscipiat: tamen unam hanc esse stabilitatem. Postea uero in his quæ fiunt & infinitis, siue diuulsam & multa factam ponere oporteat, siue totam ipsam seorsum, quod maxime omnium impossibile uideri possit, idem & unum simul & in uno & in multis esse. Hæc sunt quæ circa huiusmodi unum & multa, & non illa ô Protarche, omnis difficultatis causæ sunt, si non rectè fuerint concessa: & rursus facilitatis, si recte. PRO. Oportet igitur hoc nos ô Socrates nũc primum exequi. SOC. Sic sanè ego sentio. PRO. Et hos omnes nos existima tibi huiusmodi concedere. Philebum uero fortassis melius est in præsens interrogando non mouere bene facientem. SOC. Sit ita. Vnde igitur hanc pugnam quis ordiatur, quæ multa & uaria circa ea de quibus ambigitur existit. Num hinc? PRO. Vnde? SOC. Dicimus sanè idem unum & multa à sermonibus fieri, & circumcurrere undique in singulis quę dicuntur semper, & olim, & nunc, & hoc neque desinet unquàm, neque nunc incœpit. Sed est huiusmodi, ut mihi uidetur, ipsorum sermonum immortalis quædam & non senescens affectio in nobis. Et qui primum ipsam adolescens gustauit, gaudens uelut quendam sapientiæ thesaurum adeptus, præ uoluptate uelut numine correptus furit, & omnem sermonem libens mouet, nunc in alteram partem deuoluens, & in unum commiscens, nunc rursus reuoluens & diuidens, & in multam difficultatem primum quidem & maxime seipsum dejciens. Deinde uero proximum quemque, siue iunior, siue senior, siue æqualis ille fuerit, neque patri parcens, neque matri, neque alij cuiquam audienti, & ferè neque alijs animãtibus, nedum hominibus. Nam Barbarorum sanè nulli pepercit, si modo interpretem alicunde habere poterit. PRO. Nónne uides Socrates multitudinem nostrã, quòd omnes adolescentes sumus, & non times, ne tibi unà cum Philebo insidias struamus,

Veritas in contentionibus uincat

Sermonum affectio immortalis

mus, si nos obiurges? Attamẽ (assequimur enim id quod dicis) si quis modus est, si qua machina, quo talis perturbatio nobis è sermone benigne decedat, & uia quædã præstantior hac ad sermonẽ inueniatur: Tu propone ac cõstitue, & nos pro uiríb. te sequemur. Nõ enim parui momẽti est hic sermo ô Socrates. SOC. Nõ profectò ô pueri, uelut uos appellans Philebus dicit. Non tamen est præstantior uia, neq; esse poterit, quàm ea est cuius ego semper amator sum, sed quæ sæpe iam mihi fuga elapsa, dubium me ac cõsilij inopem constituit ac reliquit. PRO. Quæ est hæc, dicatur solummodo? SOC. Quam indicare quidem, non admodum difficile est, uti uero longè difficillimum. Omnia enim quæ arti innituntur, & unquàm inuenta sunt, per hãc manifesta facta sunt. Cõsidera quę dico. PRO. Dic solum. SOC. Deorũ in homines donũ, uelut mihi uidetur, alicunde ex dijs demissum est, per quendã Prometheum, unà cũ lucidissimo quodã igne. Et ueteres quidẽ nobis præstãtiores, & dijs propius habitãtes, hoc per famã tradiderũt: quòd quũ ex uno quidẽ & multis omnia sint, quæ semper esse dicũtur, finẽ aũt & infinitatẽ in seipsis insitã habeant: oportere nos his ita ordinatis, unam semper ideam de omni re ubilibet ponentes quærere: Insitã enim inuẽturos esse. Si igitur appræhenderimus, post unã duas, si forte sint, cõsiderare. Sin minus, tres, aut aliũ aliquẽ numerũ: & unumquodq; illorũ quæ unũ sunt rursus eodẽ modo, donec cognoscat quis, quòd unũ illud ab initio, nõ solùm unũ est, & multa & infinita, sed etiam quo tum. At infiniti ideam nõ prius ad multitudinẽ adhibere, quàm quis numerũ ipsius omnẽ cognoscat, qui est inter infinitũ & unũ. Tunc uero iam unumquodq; ex omnibus in infinitũ dimittere, ac ualere sinere. Dij igitur uelut dixi, sic nobis tradiderunt cõsiderare, & discere, & mutuò inter nos docere. Qui uero nunc sunt homines sapientes, unũ quidẽ prout cõtigerit, & multa, citius & tardius quàm par est faciũt. Post unũ uero statim infinita. Media uero ipsos effugiũt. Quibus rursus & dialecticè, & cõtentiosè inter nos disceptare seperatũ est. PRO. Quędam ex tuis uideor mihi intelligere ô Socrates: quædã uero ut adhuc clarius ex te audiam opus habeo. SOC. Clarũ sanè hoc quod dico est in literis ô Protarche, & accipe hoc ipsum ex his in quibus ipse es eruditus. PRO. Quomodo. SOC. Vox quidẽ nobis una est, quę per os prodit, Est et infinita rursus multitudine, tũ omniũ, tũ uniuscuiusq;. PRO. Quidni? SOC. Et ex neutro horũ sumus sapiẽtes, neq; quòd infinitã, neq; quòd unã esse scimus: sed q; quot sunt, & quales, hoc est quod unumquemq; nostrũ grammaticũ facit. PRO. Verissimè. SOC. Sed & quod Musicũ facit, hoc idẽ est. PRO. Quomodo? SOC. Vox equidẽ & in illa arte una est. PRO. Quidni? SOC. Duo autẽ ponamus, graue & acutũ, & tertiũ æquitonum: aut quomodo uis? PRO. Ita omnino. SOC. At nondũ sapiẽs in Musica fueris, si hæc sola noueris. Si uero nõ noueris, nullius ut ita dicã, precij ad hęc fueris. PRO. Nullius utiq;. SOC. Sed ubi ô amice acceperis, interualla uocis quot sint numero, circa acutũ & graue, & qualia sint, & interuallorũ terminos, & quot ex his cõstitutiones fiunt, quas ueteres contemplati posteris nobis tradiderunt, ut eas harmonias appellaremus. Sed & in corporis motionibus alias eiusmodi affectiones inesse ac fieri tradiderũt, quas per numeros metiri, & rythmos ac mensuras nominare oportere discunt, & simul cogitare, quòd hoc modo de quolibet uno & multis cõsideratio habẽda est. Quũ enim hæc ita acceperis, tunc iã sapiẽs euasisti. Quũ uero etiã aliud quid quodcunq; tandẽ hac ratione appræhenderis, sic sapiẽs circa hoc effectus es. Infinitas autem singulorũ, & in singulis multitudo, in infinitũ te sapiẽdo distrahit, & nec doctũ, nec numeri peritum efficit, ut qui neque ad numerum ullum, in ulla re unquàm prospexeris. PRO. Pulcherrimè hæc ô Philebe, uidetur mihi Socrates dixisse. PHI. Et mihi quoque. Sed cur tandẽ ad nos hic sermo nunc habitus est? & quid nã sibi uult? SOC. Rectè hoc à nobis Protarche petit Philebus. PRO. Maximè, & responde ipsi. SOC. Faciã hoc, ubi paululũ adhuc de his ipsis pertractauero. Quemadmodũ enim si quis unum quodcũq; illud acceperit, is ut diximus, nõ statim in infiniti naturã respicere debet, sed in aliquem numerũ. Sic etiã uicissim, ubi quis infinitũ primũ sumere coactus fuerit, nõ ad unũ statim, sed ad numerũ quendã, qui multitudinem aliquã habeat, intentũ esse oportet, & ex omnibus in unum desinere. Hoc aũt quod nunc diximus, rursus ex literis accipiamus. PRO. Quomodo? SOC. Postquàm uocem infinitam animaduertit siue deus quispiam, siue diuinus homo, uelut fama refert, quæ hunc in Aegypto quendam Theuth nomine

Artium inuentio

Promethei ignis

Sapientes priſci

Traditio uetus

Idearum rerũ inquiſitio

Sapientes poſteriorũ ſæculorum

Harmoniarũ appellatio

Infinitas incerta

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse dicit, qui primus Vocales in infinitate, non unum, sed plures esse intellexit. Et rursus alias uocis quidem non, sed soni cuiusdam participes, numerum uero quendam & harũ esse cognouit. Tertiã autẽ literarum speciem distinxit, eas quę nunc dicuntur mutæ à nobis, & postea soni expertes ac mutas ad unam usq; diuisit, & uocales & medias eodem modo, donec numero ipsarum accepto, & unicuiq; ipsarũ, & uniuersis, elementi appellationem imponeret. Quum autem animaduerteret, quòd nullus nostrũ unum aliquod per seipsum, sine alijs omnibus discere posset, hoc uinculo rursus considerato, quòd id unum esset, & hæc omnia unum quodammodo faceret, unam his artem grammaticã præfecit. PHI. Hæc clarius illis, si ipsa inter se conferantur ô Protarche intellexi. *Grammaticæ constitutio* Verum idem etiam nunc quod paulò antea, mihi deest in hoc sermone. SOC. Num ô Philebe hoc, quid ad rem hęc faciant? PHI. Etiam. Hoc est quod dudum quęrimus ego & Protarchus. SOC. Profectò quũ ad hoc iam deuenerítis, quærebatis uelut ais, iamdudum. PHI. Quomodo? SOC. Nonne de sapientia & uoluptate nobis ab initio sermo erat, utrũ ex his eligendũ esset? PHI. Ita certè. SOC. Et sanè utrunq; ipsorũ unum esse dixímus. PHI. Maximè. SOC. Hoc ipsum itaq; exigit à nobis superior sermo, quomodo utrunq; ipsorũ est unũ, & multa, & quomodo non statim infinita sed utrunq; quendã prius numerum adipiscitur quàm in infinitum dilabantur. PRO. Non in malã adeò quæstionem ô Philebe, haud scio quo modo per circuitum nos Socrates circunducens in- *Socraticæ circuitiones* duxit. Et considera uter nostrum ad id quod interrogatur respondeat. Fortassis autẽ ridiculum sit, me qui sermonis successorem me fore promisi, eo quòd ad quę situm nũc respondere non possim, hoc rursus tibi imponere. Multò uero magis ridiculum fuerit, arbitror, si neuter nostrum possit. Considera itaq; quid faciemus. Videtur enim mihi nũc Socrates interrogare è nobis uoluptatis species, siue sint, siue non sint, & quot sint, & quales: & de prudentia eadem similiter. SOC. Verissima dicis ô fili Calliæ. Si enim hoc præstare nequiuerimus circa quodlibet unum, & simile, & idem, & contrarium, uelut prægressus sermo indicauit, nullus nostrum unquàm ad ullam rem ullius precij fuerit. PRO. Sic ferè ô Socrates res se habere uidetur. Ac præclarũ quidem est, uirum prudentem omnia nosse. Secunda uero nauigatio, ut dicitur, uidetur esse, ut quis ipse seipsum non lateat. Et cur hoc nunc à me dictũ est, ego tibi declarabo. Tu nobis omnibus ô Socrates ad hunc congressum præbuisti te facilem, ad inquirendũ quid in humanis rebus sit optimum. Quũ enim Philebus produxisset uoluptatem, & delectationẽ, ac gaudiũ, *Duo præclara in uita* *Controuersia summa repetita* & omnia quæ huiusmodi sunt: Tu ad ipsa contra dixisti, quòd nõ hæc, sed illa essent, de quibus sæpe nos ipsos ultrò commonefacimus, recte facientes, ut utraq; in memoria sita explorentur. Dicis autem tu ut uidetur, id quod meritò hic subijcitur, præstantius uoluptate bonum esse, intelligentiã, scientiam, prudentiã, artẽ: & quòd omnia hæc ipsisq; cognata comparare oporter, & non illa. His itaq; utrisq; cum cõtrouersia dictis, nos cũ ioco tibi minati sumus, non prius te ad domũ dimissuros esse, quàm his sermonibus determinatis iustus finis contingat. Tu uero assensus es, & ad hæc nobis teipsum contribuisti. Nos itaq; dicimus quod pueri solent, quòd quæ recte data sunt, auferri non debent. Proinde desine ab isto modo, & nobis te accommoda ad ea quæ nunc dicebãtur. SOC. Quem dicis? PRO. Dum in ambiguitatẽ nos inducis, & interrogas ea, ad quæ in præsens tibi sufficienter respondere non possimus. Non enim putamus finem esse præsentis disputationis, eam quæ in omnibus nobis est ambiguitatem. At si hoc facere nos non possumus, tibi faciendũ est, qui id promisisti. Tu ipse itaq; de his delibera, utrũ uoluptatis & scientiæ species duxeris diuidendas, aut etiam dimittendas, si forte secundũ aliũ aliquem modum possis, & uelis ea de quibus nunc inter nos ambigimus declarare. SOC. Nihil igitur graue metuẽdum est mihi amplius, quando quidẽ hoc ita dixisti. Nã id dictũ, si uelis, omnẽ timorẽ de omni re exoluit. Et ad hæc memoriã quandã, deorum quispiã nobis dedisse mihi uidetur. PRO. Quomodo id, & quorũ? SOC. Quũ olim aliquando quoslã sermones in somnis, aut etiã uigilans audiuerim, nunc de uoluptate & *Sapientia & Voluptas non sunt bona sed tertium quidam* sapientia cogito, quòd neutrũ ex ipsis bonũ sit, sed aliud quid tertiũ, ab his quidẽ diuersum, utrisq; autẽ præstantius. Et si hoc nũc nobis manifestè apparuerit, uoluptas quidẽ uictoria priuata est. Bonũ enim nõ amplius idẽ cũ ipsa erit, aut quomodo? PRO. Ita sanè. SOC. Speciebus aũt uoluptatis diuidendis nõ amplius opus habebimus, ut ego arbitror

bitror, uerum in progressu sermo id clarius ostẽdet. PRO. Præclarè loquutus, ita rẽ absolue. SOC. De paucis quibusdã prius adhuc cõsentiamus. PRO. De quibus? SOC. Bonì fortè utrũ necesse est perfectũ esse, aut nõ perfectũ? PRO. Omniũ utiq; perfectissimũ ô Socrates. SOC. Quid uero sufficiens? ne est bonũ? PRO. Quidni et in hoc omnibus rebus præstãs. SOC. Hoc uero ut arbitror, maxime necessarium est de ipso confiteri, quòd quicquid ipsum cognoscit, uenatur id & cupit, expetens habere ipsum ac possidere, & nihil aliud curat, præter ea quæ unà cũ bonis perficiũtur. PRO. Nõ est quod quis his cõtradicat. SOC. Cõsideremus itaq; & iudicemus uoluptatis & sapiẽtiæ uitã, seorsum cõtemplati. PRO. Quomodo id dicis? SOC. Neq; in uoluptatis uita sit sapiẽtia, neq; in sapientiæ uita uoluptas. Oportet enim si alterutrũ ipsorũ bonũ est, nulla re amplius indigere. Si uero indigẽs apparuerit, utrũ tandẽ id fuerit, hoc iã nõ amplius est reuera nobis bonũ. PRO. Quomodo enim esset? SOC. Proinde in te hæc explorare rẽtabimus. PRO. Maxime. SOC. Respõde itaq;. PRO. Dic. SOC. Expetas? ne tu Protarche, omnẽ uitã uire tibi opus esse putaris, si hoc penitus habeas? PRO. Nequaquàm. SOC. Vide sanè nũ *Voluptaria uita sola per se* sapientia tibi opus esse putaris, & intelligentia, & ratiocinatione ad ea quibus opus habes, & alijs quę his cognata sunt. Num neq; ut uideas aliquid? PRO. Et quid? Omnia enim haberẽ, si gaudiũ haberẽ. SOC. Sic igitur uiuens semper per omnẽ uitã in maximis uoluptatibus gaudeas sanè? PRO. Quidni? SOC. Intelligentiã aũt, & memoriã, & scientiã, & opinionẽ nõ possidẽs. PRO. Reuera. SOC. Primùm quidẽ necesse est te ignorare gaudeas nec ne, quũ omni sapiẽtia uacuus sis. PRO. Necesse est. SOC. Et similiter quũ memoriã nõ habeas, necesse est te neq; meminisse q; unquàm gauisus sis, & uoluptatis derepẽtè allabẽtis nullã penitus memoriã habere: & quũ rursus opinionẽ uerã non habeas, nõ opinari te gaudere ubi gaudes: & quũ ratiocinatione priuatus sis, neq; q; in posterũ gauisurus sis ratiocinari posse: atq; sic necesse est te uiuere, nõ hominis uitã, sed pulmonis marini, aut eorũ quæ in mari cũ testaceis corporib. animata sunt. Habẽntne hæc se hoc modo, aut aliter de his sentire debemus? PRO. Et quomodo? SOC. Nũ igitur expetẽda nobis huiusmodi uita? PRO. Hic tuus sermo ô Socrates nũc penitus elinguẽ me fecit. SOC. Nondũ sanè elanguescamus, uerum intelligẽtiæ uita assumpta rursus uideamus. PRO. Qualẽ uero dicis? SOC. Si quis nostrũ rursus expetat uiuere, ita ut sapientiã *Sapientiæ uita sola per se* quidẽ, & intelligentiã, & scientiã, & omnẽ omniũ memoriã possideat, uoluptatis autẽ neq; multũ, neq; parũ particeps fiat, & neq; rursus tristitię, sed in totũ huiusmodi omniũ affectionũ expers sit. PRO. Neutra ex his uita ô Socrates mihi experenda uidetur, & neque alij cuiq;, uelut ego arbitror. SOC. Quid uero Protarche, si ex ambobus permixtis, una cõmunis uita fiat? PRO. Ex uoluptate dicis, & intelligẽtia et sapiẽtia? SOC. Ita, et talẽ uitã dico sanè ego. PRO. Quilibet profectò hãc prius expetet q; alterutrã illarum, & nõ alius expetet, alius contrà. SOC. Intelligimus? ne igitur nũc quid ex præsentibus sermonibus sequatur. PRO. Maxime, q; tres sanè uitæ propositæ sunt, & ex duabus neutra sufficiẽs sit, neq; expetẽda, neq; hominibus, neq; ulli animãti. SOC. Nũ igitur de his iam manifestũ est, q; neutra ipsarũ habuit bonũ? Esset enim sufficiẽs, et perfecta, et omnibus *Voluptaria & sapientiæ uita permixtæ* *Tertia mixta uita expetẽda* *Tres uitæ* stirpibus ac animãtibus expetenda, quæ sanè sic uitã semper transigere possent. Si uerò quis nostrũ alia eliget, is præter naturã ueri expetẽdi, eligit inuitus ex ignorãtia, aut infelici quadã necessitate. PRO. Videtur sanè hæc ita se habere. SOC. Quòd igitur Philebi deam nõ idem quod bonũ statuere oportet, sufficiẽter mihi dictũ esse uidetur. PHI. Sed neq; tua ô Socrates intelligẽtia bonũ illud est, sed in eodẽ crimine hæret. SOC. Fortassis ô Philebe mea, nõ tamẽ uera simulq; diuina intelligẽtia, sed illã aliter se habere puto. At ut intelligẽtia in cõmuni uita uictoriã & primas obtineat, nõ cõtendo. De secundis uero uidendũ ac cõsiderandũ est quid faciamus. Fortassis enim cõmunis huius uitę uterq; causam faciemus, alter intelligentiã, alter uoluptatẽ: atq; sic neutrũ horũ bonũ illud fuerit. Fortassis autẽ alterutrũ ipsorũ causam esse quis suspicetur. Et de hoc sanè etiã libentius aduersus Philebũ decertarim, quòd in mixta hac uita, quicquid tandem est id quod suscepit hæc uita, indeq; expetẽda simulq; bona euasit, ei nõ uoluptas, sed intelligẽtia magis cognata & similior existit. Et secundũ hãc rationẽ, neq; primas, neq; secundas, uoluptas attingere uere dici poterit, sed lõgius abest à tertijs, si quid nũc uos meq; in *De secundis certamen* *Tertiæ mixtæ uitæ sapientia propior est*

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligẽtiæ credere oportet. PRO. Atqui mihi uidetur nũc ô Socrates uoluptas cecidisse à tuis sermonibus prostrata. De uictoria enim decertãs iacet. Verũ de intelligẽtia dicendũ ut par est, q̃ sapiẽter uictoriã sibi nõ uẽdicarit: alioquí enim eadẽ perpessa esset. Voluptas autẽ secundis priuata, omnino ignominiã quandã apud amatores ipsius subierit. Neq; enim illis similiter adhuc pulchra uideri poterit. SOC. Quid igitur non melius est ipsam iam sinere, & non exactissimã examinationẽ ipsi adhibendo ac redarguẽdo affligere? PRO. Nihil dicis ô Socrates. SOC. Nũ quòd impossibile quid dixi, affligere uoluptatẽ. PRO. Nõ hoc solũ, sed q̃ etiã ignoras, quòd nemo nostrũ te dimittet prius, q̃ hæc sermone ad finẽ perduxeris. SOC. Papæ, ô longã Protarche orationẽ reliquã, & ferè nõ adeò facilẽ. Nã alijs machinamẽtis opus habere uidetur is, qui ad secũdas ferendas pro intelligẽtia prodeat, ut uelut spicula alia, à prioribus sermonibus diuersos habeat. Sũt aũt fortassis nobis etiã aliqua talia. Nũ igitur oportet? PRO. Quidni? SOC. Principiũ itaq; ipsius ponẽtes conemur ut cauti simus. PRO. Quale principium dicis? SOC. Omnia quę nũc sunt in uniuerso bifariã distinguamus, aut si ita potius uis trifariã. PRO. Prout statueris. SOC. Assumamus quosdã ex nunc habitis sermonibus. PRO. Quos nã illos? SOC. Deum dicebamus res partim finitas, partim infinitas ostẽdisse. PRO. Maximè. SOC. Hac itaq; specie duas ponamus. Tertiã uero ex ambobus his unã quandam permixtã. Ridiculus aũt sum admodũ ut apparet, qui hæc secundũ species distinguo ac cõnumero. PRO. Quid dicis ô bone? SOC. Quarto adhuc genere mihi opus esse uidetur. PRO. Dic quo? SOC. Cõmixtionis horũinter se causam uide, & ad tria illa hoc quartũ pone. PRO. Nũ tibi etiã quinto opus fuerit quodã discretionẽ facere potenter? SOC. Fortassis: nõ tamẽ arbitror in præsentia. Si uero opus fuerit, ueniã dabis mihi quintã uitã insequenti. PRO. Quidni? SOC. Primũ itaq; ex quatuor illis tria diuidentes, duo ex his utrũq; in multa fissum ac diuulsum cõspicati, & utroq; rursus in unũ collecto, cogno scere conemur, quatenus utrũq; ipsorum unũ erat, & multa. PRO. Si mihi clarius adhuc de his dixeris, fortassis assequar. SOC. Dico itaq; duo quę nunc pono hęc esse, alterũ infinitũ, alterũ finitũ. Quòd aũt infinitũ quodã modo multa sit, declarare conabor. Finitũ uero diutius nos expectabit. PRO. Expectet. SOC. Attende itaq;. Nã difficile est & ambiguũ id quod te cõsiderare iubeo, attamẽ animaduerte. De calidiore & frigidiore primũ uide, an tandẽ finẽ quendã intelligere possis, aut magis & minus in ipsis habitãs generibus, quandiu inhabitarint, finẽ fieri nõ permiserint. Si enim finis cõtingat, etiã ipsa finẽ sortiãtur. PRO. Verissima dicis. SOC. Semper aũt tum in frigidiore, tũ in calidiore, & magis & minus inest. PRO. Maxime. SOC. Semper itaq; ratio nobis significat, hæc finẽ nõ habere. Quũ autẽ finẽ non habeãt, infinita nimirũ penitus existunt. PRO. Vehementer ô Socrates. SOC. At euge chare Protarche animaduertisti & meministi, q̃ etiã uehementer illud, quod nunc dixisti, & leniter, eandem quam magis & minus uim habent. Vbi enim insunt, quidlibet quantum esse non sinunt. Semper enim uehemẽtius leniore, & uicissim in actionibus singulis inducentia, plus & minus efficiunt: quantitatẽ autẽ obscurãt. Nã quod iã dictũ est, si quantitatẽ nõ obscurarẽt, sed ipsam, & moderatũ, in ipsius magis ac minus, & uehemẽter ac leniter sedẽ reciperẽt, ipsa iã ex sua ipsorũ fide in qua erãt, dilabi necesse esset. Non enim amplius calidiora, neq; frigidiora essent, si quantitatẽ reciperent. Progreditur enim & non manet & calidius, & frigidius similiter. Quantitas autẽ consistit, & progressã desinit. Et iuxta hanc sanè rationẽ, infinitũ fuerit tum calidius, tũ simul eius contrariũ. PRO. Ita apparet ô Socrates. Sunt autẽ hæc uelut dixisti, nõ facilia intellectu. Verũ si iterũ fortassis atq; iterũ dicta fuerint, & interrogantem & interrogatum multũ consentiẽtes effecerint. SOC. Bene dicis, & conandũ ut sic faciamus. Nũc tamen uide an infinitę naturæ hoc signũ suscipiamus, ut ne omnia exquirentes sermonẽ in longum protrahamus. PRO. Quale id dicis? SOC. Quæcunq; magis ac minus fieri nobis apparent, & uehemẽter ac leniter suscipiunt, & ualde, & quæcunq; huiusmodi: ea omnia ad infiniti genus, uelut ad unũ ponere oportet, secundum superiorem sermonem, ubi diximus oportere collectis his quæ diuulsa ac diffissa essent, pro uiribus unã quandã naturã attribuere, si meministi. PRO. Memini. SOC. Quæ igitur hæc nõ suscipiunt, uerum horum cõtraria omnia suscipiunt, primum quidẽ æquale ac æqualitatẽ. Deinde uero æquale & duplum, & quicquid est numerus ad numerum, aut mensura ad mensurã, ea omnia ad finitum genus referẽtes, recténe uideamur hoc facere, aut quomodo tu sentis? PRO. Rectissimè ô Socrates. SOC. Esto. Tertiũ autẽ ex ambobus his mixtum, qualẽ ideã habere dicemus? PRO. Etiã tu mihi hoc dices ut arbitror. SOC. Deus equidẽ, si modo aliquis Deus preces meas propitius exaudiat. PRO. Precare & cõsidera. SOC. Considero. Et mihi sanè uidetur ô Protarche, aliquis deorum amicus nobis factus esse. PRO. Quomodo hoc dicis, & qua coniectura uteris? SOC. Dicam nimirum, Tu uerò una mecũ sermonem assequere. PRO. Dic modo. SOC. Calidius nunc alicuid & frigidius dicebamus, nunquid? PRO. Etiam. SOC. Adde sanè ipsis siccius & humidius, & plus ac minus, & citius ac tardius, & maius ac minus, & quæcunq; in superioribus naturæ magis & minus susciptentis esse ponebamus. PRO. Naturæ infiniti dicis? SOC. Etiã. Commisce autẽ ad ipsam postea illam finiti sobolem. PRO. Qualem? SOC. Eam quam nunc collegisse nos oportebat, quemadmodum infiniti sobolem in unum collegimus, finiti sobolem dico, quam non collegimus. Sed fortassis etiam nunc idem facies. His enim utriusque collectis, etiam illa conspicua fiet. PRO. Quo & quomodo dicis? SOCR. Aequalis & dupli sobolem dico, & eam quæ ea quæ contraria sunt, & diuerso modo se habẽt, inter se cõciliat, & moderatis ac cõsonis inditis numerũ efficit. PRO. Intelligo, Videris enim mihi dicere, ex his permixtis generationes quasdã ex singulis ipsis contingere. SOC. Recte tibi uideor. PRO. Dic itaq;. SOC. Nónne in morbis recta horum societas, sanitatis naturam genuit? PRO. Omnino. SOC. In acuto uero ac graui, & uelocí ac tardo, quæ infinita sunt, nónne ubi hæc accesserunt, eadem simul finita effecerũt, & totam Musicam perfectissimè constituerunt? PRO. Maximè. SOC. Sed & frigoribus ac æstibus ubi hæc societas accessit, multum ualdè et infinitũ detraxit, conuenientem autẽ & moderatum effecit. PRO. Quidni? SOC. Ex his igitur anni tempora, & quæcunq; pulchra sunt, omnia prouenerunt, infinitis ac finitis simul permixtis. PRO. Quidni? SOCR. Sed & alia innumera dicere omitto, uelut est cum sanitate pulchritudo & robur: & in animis rursus permulta alia ac penitus pulchra. Petulantiam enim & uniuersam omnium improbitatem, hęc dea ô bone Philebe conspicata, quòd neque uoluptatum, neq; satietatum ullus in ipsis finis inesset, legem & ordinem finem habentẽ constituit. Et tu quidem dixisti me ipsam affligere ac perdere: Ego uero cõtra seruare me dico. Tibi uero Protarche quomodo uidetur? PRO. Valdè ô Socrates ex mea sententia. SOC. Tria igitur hæc dixi, si intelligis. PRO. At puto me intelligere. Vnũ enim uideris mihi dicere Infinitum. unũ itẽ & secundũ in rebus finitum. Tertiũ autẽ non ualdè teneo quid dicere uelis. SOCR. Multitudo enim sobolis terrij te ô admirande consternauit. Quanquàm & infinitũ multa habeat genera, attamẽ ea ipsius magis, & cõtrarij eius genere obsignata, unum apparuerunt. PRO. Vera dicis. SOC. Profectò finitum neq; multa habebat, neq; ægrè ferebamus quòd non esset unum natura. PRO. Quo enim modo? SOC. Nequaquam. Verũ tertiũ dicere me scito, unũ hoc totũ quod ex his nascitur, productionẽ in essentiã ex mẽsuris cum fine effectis. PRO. Intelligo. SOC. Cæterum adhæc tria, quartum genus quod' nam esse diximus considerandũ est. Cõmunis autẽ est consideratio. Vide enim an tibi uideatur necessarium esse, omnia quæ fiunt propter aliquam causam fieri. PRO. Mihi sanè uidetur. Quomodo enim absq; hac fierẽt? SOC. Nónne efficientis natura nulla re, præterquàm nomine, à causa differt. Et efficens, & causa, rectè unũ dici poterit? PRO. Rectè. SOC. Quin & quod efficitur, & quod fit, in nulla re, præterquàm nomine, differre comperiemus, aut quomodo sentis? PRO. Hoc modo. SOC. Præcedit igitur efficiẽs semper secundũ naturã. Quod uero efficitur, insequitur illud, dũ fit. PRO. Maximè. SOC. Aliud igitur, & nõ idem est causa, & id quod causæ inseruit ad productionẽ siue generationẽ. PRO. Quidni? SOC. Nónne ea quæ fiũt, & ex quib. omnia fiũt, tria genera nobis exhibuerũt. PRO. Maximè. SOC. Quod itaq; omnia hæc efficit, dicamus quartũ, ipsam causam, utpote aliud ab illis abundè demõstratum. PRO. Dicamus itaq;. SOC. Rectè equidẽ fecerimus, si unoquoq; ex quatuor generib. descripto, consequenter memoriæ gratia ipsa enumerauerimus. PRO. Quidni? SOC. Primũ itaq; infinitũ dico. Secundũ finitũ. Postea ex his tertium mixtam & effectam essentiam. Mixtionis autem & generationis causam, si quartum dicam, num deliquerim? PRO. Et quomodo? SOCR. Age uero qui nobis post hæc sermo, super est? & quid petentes huc delati

Mixti generis constitutio

Voluptatis siue Veneris locus

Tertium genus quod sit, & quid ex eo efficiatur

Causa, genus quartum

Quatuor generum Vniuerso rum, summa

Universidad de Deusto
Biblioteca

delati sumus? Nónne hoc erat? De secundis quærebamus, an eas uoluptas potius, aut sapientia ferret. Nónne ita erat? PRO. Ita sanè. SOC. Postquàm igitur hæc ita distinximus, melius fortassis etiã iudicationẽ perfecerimus, cui primæ aut secundæ debeantur, ex his de quibus primũ contendimus. PRO. Fortassis. SOC. Age uictricem posuimus uitã ex uoluptate & sapiẽtia mixtã? Est' ne ita? PRO. est. SOC. Hãc igitur uitã uidemus quæ sit, & cuius generis. PRO. Quidni? SOC. Et partẽ sanè ipsam esse dicemus tertij ut arbitror generis. Non enim ex duobus quibusdã mixta est illa, sed ex omnibus infinitis à fine deuinctis. Quare meritò uictrix hæc uita illius pars fuerit. PRO. Rectissime sanè. SOC. Sit ita. Quid uero tua illa Philebe iucunda & non mixta uita, in quo ex relatis genere esse, rectè dici poterit? Verũ antea quàm pronuncies, sic mihi responde. PRO. Dic modo. SOC. Voluptas & dolor finem' ne habẽt, aut sunt ex his quæ magis & minus suscipiunt? PHI. Ita, ex his quæ magis suscipiũt ô Socrates. Nõ enim Voluptas omne bonũ esset, si nõ infinitũ ex natura esset, & multitudine, & ipsius magis ratione. SOC. Neq; sanè ô Philebe, dolor omne malũ. Quare aliud quid nobis considerandũ est, quàm infiniti natura, quod partẽ aliquã boni uoluptatibus exhibeat. Et sit sanè illa tibi ex infinitis effecta. At uero sapientiã & scientiã & intelligentiã, ad quod tandẽ ex prædictis generibus ô Protarche & Philebe referemus, ut non impij esse uideamur? Non enim exiguũ periculũ nobis imminere mihi uidetur, siue rectè, siue secus, proposita quæstionem tractauerimus. PHI. Magnificè sentis ô Socrates de tuo ipsius deo. SOC. Et tu ô amice de tua dea. Verũ ad id quod interrogatur nobis respondendũ est. PRO. Rectè dicit Socrates ô Philebe, & ipsi parẽdum est. PHI. Nónne pro me tu ô Protarche dicere proposuisti? PRO. Maximè. Nunc tamẽ ferè cõsilij inops sum, & te ô Socrates rogo, ut nobis propheta & antistes sis, quo nos nihil tibi, circa decertatorẽ delinquẽtes, prẽter melodiam proferamus. PHI. Parendũ est ô Protarche. Neq; enim difficile quicquam imperas. SOC. At ego reuera te, quemadmodũ Philebus dixit, magnificè sentiens in ludẽdo perturbaui, dũ interrogo cuius generis sint intelligentia & scientia. PRO. Omnino ita ô Socrates. SOC. Attamẽ facile est. Omnes enim sapiẽtes cõsentiunt, seipsos ita magnificè

Intelligẽtia rex cæli ac terræ

iactãtes, quòd Intelligẽtia est nobis Rex cæli ac terræ. Et fortassis rectè dicũt. Verũ longius si ita uis cõsiderationẽ generis ipsius faciamus. PRO. Dic prout uoles, nullã longitudinẽ nobis supputãs ô Socrates, nullũ enim hinc odiũ incurres. SOC. Pulchrè dixisti,

Prouidentia

incipiamus autẽ sic quodã modo interrogantes. PRO. Quomodo? SOC. Vtrum ô Protarche uniuersa, & hoc quod Totũ appellatur, brutã & temerariã potestatẽ prout cõtigit impellere dicamus: aut cõtrà, uelut maiores nostri dicebãt, Intelligentiã & sapientiã

Intelligentia gubernare uniuersa

quandã admirabilẽ cũ ordine quodã gubernare. PRO. Nihil eorundẽ ô admirande Socrates. Nã quod tu nũc dicis neq; piũ mihi esse uidetur. At Intelligentiã omnia ipsa gubernare dicere, & mundi, & solis, & lunæ, & astrorũ, & totius reuolutionis aspectu diligna sententia est. Et non aliter ego unquàm de ipsis dixerim, aut senserim. SOC. Vis' ne itaq; ut & nos confessis antea cõsentiamus, quòd hæc ita se habeant? & nõ putemus solũ aliena absq; periculo dicere oportere, sed ne etiã simul periclitemur, & uituperij partẽ cipes fiamus cauere, quũ uir aliquis in dicẽdo potẽs, hæc nõ ita se habere, sed sine omni ordine ferri asseruerit? PRO. Quomodo hoc nõ uelim? SOC. Age sequentẽ de his nunc nobis sermonẽ cõtemplare. PRO. Dic saltem. SOC. Quæ circa corporũ animantiũ omnium naturã sunt, ignẽ & aquã, & spiritum & terram uidemus uelut tempestate iactati, ut aiunt, in illorũ cõstitutione inesse. PRO. Maximè. Nã præ cõsilij inopia, in his sermonibus reuera tẽpestate iactamur. SOC. Age de unoquoq; eorũ quæ apud nos sunt tale quid sume. PRO. Quale? SOC. Quod unũquodq; ex his apud nos exiguũ & uile inest, & nulla parte sincerum & facultatem natura indignam habens. Verum ubi in uno id acceperis, de omnibus idem intellige: uelut uerbi causa, Ignis est quidem apud nos, Est & in uniuerso. PRO. Quidni? SOC. Nónne igitur exiguus quispiam apud nos est,

Ignis in uniuerso mirandus

debilisq; ac uilis. Qui uero in uniuerso est, & multitudine admirandus est, & pulchritudine, & omni quæ circa ignem est facultate. PRO. Maximè uerum est quod dicis. SOCR. Quid uerò, alitur, & fit, & regitur Vniuersi ignis, ab eo qui apud nos est igne: aut contrà & meus, & tuus, & aliorum animantium ignis, omnia hæc ab illo habet? PRO. Hoc ne responsione quidem dignum interrogas. SOCR. Rectè. Eadem sanè

sanè dices arbitror, & de terra quæ hic est in animantibus, & de ea quæ est in uniuerso: & de alijs quæ paulò antea interrogaui sic respondebis? PRO. Quis enim aliter respondens sanus putari possit? SOC. Nemo fortassis. Sed quod deinceps est sequere. Omnia enim hæc quæ nũc dicta sunt, nónne nos in unũ cõposita cõspicati, corpus nominauimus? PRO. Quidni? SOC. Idẽ de hoc accipe, quẽ mundũ dicimus. Propter eundẽ enim modum corpus fuerit, quũ ex ijsdem cõpositus sit. PRO. Rectissime dicis. SOC. Vtrum igitur ex hoc corpore omninò nostrũ corpus, aut ex nostro illud, & alitur, & quęcũque paulò antea dicebamus suscepit, & habet? PRO. Et hoc alterũ ô Socrates, indignũ est quod in quæstionem ueniat. SOCR. Quid uerò hoc' ne dignũ est, aut quomodo dicis? PRO. Dic quod' nã. SOC. Nostrũ corpus nónne animam habere dicemus? PRO. Dicemus nimirũ. SOC. Vnde ô chare Protarche accepit, si non uniuersi corpus animatũ esset, ut quod eadẽ quæ nostrũ habeat, & adhuc præstantiora? PRO. Manifestũ est q̃ ne-

Anima uniuersi

quaquàm aliundè. SOC. Non enim putamus ô Protarche quatuor illa, finitũ & infinitũ, & mixtũ, & causæ genus hoc, quod in omnibus quartũ inest, in his quidẽ quæ apud nos sunt, animã & corpus exhibẽs, sanitatẽ inducens, & collapsi corporis medelã, & in alijs alia cõponens ac curans, totã & omnimodã sapientiã appellari: quũ autẽ eadẽ hęc sint & in toto cœlo, & in magnis partibus, & adhuc pulchriora sincerioraq;, in his tamẽ non ita prestantissimorũ ac preciosissimorum naturã subornasse. PRO. At nullã hoc rationẽ habeat. SOC. Si igitur hoc non est, cum illo sermone progrediẽtes rectius dixerimus, quòd sunt ea quæ sæpe iam diximus, & infinitum multũ in uniuerso, & finitũ multũ, & quædã adhæc causa nõ leuis, quæ gubernat & ordinat annos & horas ac menses, & sapiẽtia ac intelligentia iustissime appellat. PRO. Iustissimè profectò. SOC. Sapiẽtia uero atq; intelligẽtia non sanè fuerint absq; animã? PRO. Nequaquàm. SOC. Proinde

Iouis anima ac intelligentia regia

in Iouis quidẽ natura animam regiam, intelligentiam item regiã esse dices, propter causæ facultatẽ. In alijs uero alia bona, prout singulis dici gratum est. PRO. Maximè. SOC. Hunc itaq; sermonẽ nõ ita frustra nos dixisse ô Protarche putes, sed est auxiliarius illis qui olim pronunciauerunt, Intelligentiã Vniuersi semper imperare. PRO. Est sanè ita.

Intelligentia Vniuersi semper imperat

SOC. Meæ uero quæstioni responsionem præbuit, quòd Intelligentia est genitrix causæ omnium dictæ, quæ ex quatuor illis unum nobis erat. Habes itaq; iã nostrã responsionem. PRO. Habeo, & quidẽ abundè, etiamsi clam me fuerit te respondisse. SOC. Ludus enim aliquãdo studij requies est. PRO. Recte dixisti. SOC. Nunc itaq; ô amice, cuius generis sit, & quã uim habeat, probè ferè declaratũ est. PRO. Maximè. SOC. Sed & uoluptatis genus dudũ simíliter apparuit. PRO. Et ualdè quidẽ. SOC. Memores simus & horũ de utriusq;. Quòd Intelligẽtia quidẽ causæ cognata erat, & eiusdẽ ferè generis. Voluptas autẽ & ipsa infinita est, & generis quod neq; principiũ, neq; media, neq; finẽ à seipso, in seipso habet, neq; unquàm habiturum est. PRO. Memores erimus. Quomodo enim non? SOC. Oportet itaque post hoc nos uidere, in quo sit ipsorũ utrunq;, & ob quam affectionem fiant, si quãdo fiant. Et quemadmodũ uoluptatẽ uelut genus ipsius, prius exploraúimus: Sic etiã hæc prius exploremus. At absq; dolore nunquàm uoluptatẽ satis explorare possumus. PRO. Imò si hac uia progredi oportet, hac progrediamur. SOC. Nũquid igitur tibi quẽadmodũ mihi uidetur de ipsorũ generatione? PRO. Quid uero? SOC. In cõmuni genere & dolor, & uoluptas esse mihi uidẽtur secundũ naturam. PRO. Cõmune uero ô chare Socrates, quod' nam prædictorũ indicare uis, nos edoce. SOC. Fiet hoc pro uiribus ô admirãde. PRO. Recte dixisti. SOC. Cõmune igitur intelligimus, quod ex quatuor illis tertiũ recẽsebamus. PRO. Quod post infinitũ & finitũ recẽsebas? in quo etiã sanitatẽ, & harmoniã quoq;, ut arbitror, ponebas. SOC. Rectissimè dixisti. Verũ nunc tandẽ q̃ maximè animũ aduerte. PRO. Dic saltẽ. SOC. Dico itaq;, dũ tẽpore fieri. PRO. Valdè uerisimile dicis. SOC. Rursus aũt & dũ adaptatur, & ad suã naturam redit, uoluptatem fieri dicendum est, si modo perpauca de maximis quàm brevissimè dicere conuenit. PRO. Arbitror equidem te rectè dicere ô Socrates, clarius tamen adhuc eadem hæc dicere conuenit. SOC. Nunquid publica & conspicua facilima cognitu exiſtunt? PRO. Quænã? SOC. Fames solutio est & dolor. PRO. Etiam. SOC. Eius autem dum explet rursus, Voluptas. PRO. Etiam. SOC. Sitis rursus, & corruptio

Dolorum generatio

Voluptatis generatio

Intelligentia Vniuersi semper imperat

Intelligẽtia est genitrix causæ

Ludus studij quies est

Summa de intelligentia & uoluptate

Voluptas & dolor generis mixti

est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,& dolor,& solutio: humidi autẽ facultas id quod reiccatũ est rursus implens, Volu
ptas. Separatio rursus & dissolutio ex æstu præter naturã obortæ, affectiones sunt, & do
lor: restitutio uero & refrigeratio, uoluptas. PRO. Maxime sanè. SOC. Et ex frigore illa,
præter animalis naturam, humiditatis congelatio, dolor est: rursus autem uia secundũ
naturã, dum illa abeunt ac secernũtur, uoluptas. Et in summa, an moderatus tibi uidea-
tur hic sermo cõsidera, qui hoc asserit: Quũ species animata secundũ naturã ex infinito,
& finito, uelut in superioribus dicebã genita, corrumpitur, corruptionẽ quidẽ esse dolo
rẽ, uiam uero ad essentiã, & hanc rursus omniũ reuersionẽ, uoluptatẽ. PRO. Sit ita. Vide
tur enim mihi formã quandã habere. SOC. Hanc itaq; unã speciem doloris & uoluptа-
tis ponamus in utrisq; his affectionibus. PRO. Ponatur. SOC. Pone itaque ipsius animę
in harũ affectionum expectatione, eam quæ antea quàm iucũda obueniãt, sperатur, de-
lectationẽ ac confidentiã: & eum qui prius quàm tristia accedãt, ad est, pauorẽ ac angо
rem, PRO. Est igitur hæc uoluptatis & doloris altera species, quæ absq; corpore, in ani-
ma ipsa, ab expectatione oboritur. SOC. Rectè intellexisti. In his enim ut ego quidem
sentio, doloris ac uoluptatis speciebus, si sincerę sint ambæ & non mixtæ, manifestũ so
re arbitror quid de uoluptate sentiendũ sit, utrũ totum uoluptatis genus amplectendũ,
aut hoc quidẽ aliį cuidã ex prædictis generibus attribuendũ: uoluptati uero & dolori,
quemadmodũ calido & frigido, & omnibus huiusmodi dandũ, ut quãdoq; ipsa ample-
ctamur, quandoq; non: ut quæ bona quidẽ non sint, uerũ aliquãdo quædã suscipiãt, bo-
norũ interdũ naturam. PRO. Rectissimè dicis. Nã hac uia inuestigare oportet id quod
nũc persequimur. SOC. Primum itaq; hoc contemplemur. Quod si uerũ est id quod di-
cebatur, nimirũ dũ corrumpuntur illa, fieri dolorẽ: dum restituuntur, uoluptatẽ: de his
quæ neq; corrumpuntur, neq; restituuntur, cogitabimus quem'nam tunc habitũ in sin-
gulis animalibus esse oporteat, ubi se ita habent. Diligenter autem animũ aduertens dic,
Nũ omnino necesse sit in hoc tempore animal neq; dolere, neq; uoluptate affici, neque
multum, neq; parũ? PRO. Necesse sanè est. SOC. Tertia igitur est quædã huiusmodi no-
bis affectio, præter eam quæ est gaudentis & eã quæ est dolentis. PRO. Quidnis? SOC.
Age itaq; conare ut huius sis memor. Nam ad uoluptatis iudicationem non parum re-
fert, nos huius meminisse, aut nõ. Verum breue quiddã adhuc de ipsa, si ita uis, transiga-
mus. PRO. Dic quod'nam illud. SOC. Qui sapientiæ uitã elegit, eum ut nosti, nihil pro-
hibet, ut non ad hunc modum uiuat. PRO. Vt non doleat, neq; gaudeat dicis? SOC. Di-
ctum enim est hoc alicubi in uitarum collatione, Nihil opus habere, neq; ut multũ, neq;
ut parum gaudeat, eum qui intelligentiæ ac sapientię uitam elegit. PRO. Et maxime ita
dictum est. SOC. Sic igitur illi conuenerit, & fortasse nihil absurdi sit, ex omnibus uitis
illam diuinissimam esse. PRO. Verisimile igitur est deos neq; gaudere, neq; contrà dole
re. SOC. Maximè profectò. Vtrumq; enim ipsorum si fit, indecorum est. Verumtamen
hoc quidem adhuc rursus considerabimus, si quid ad rem fecerit, & Intelligentiæ ad se-
cundas, si non ad primas apponere potuerimus, apponemus. PRO. Rectissimè dicis.
SOC. Atqui altera uoluptatum species, quam animæ ipsius esse diximus, tota ex memo
ria genita est. PRO. Quomodo? SOC. Par est ut prius quid sit memoria expendamus, &
consequens ut adhuc prius sensum, quàm memoriam, si hæc ritè nobis manifesta fieri
debent. PRO. Quomodo dicis? SOC. Pone ex affectionibus circa corpus nostrũ quas-
dam extingui prius, quàm ad animam penetrẽt, ita ut illã affectionis exortẽ relinquãt:
quasdam autem per ambo transire, & quandam ueluti concussionem inducere, tũ pro-
priam, tum communem utrique. PRO. Ponatur. SOC. Et quæ quidem non per ambo
transeunt, eas si animam nostrã latere dicamus: quæ uero per ambo, nõ latere: nónne re-
ctissimè dicemus? PRO. Quidnis? SOC. Latere itaq; nequaquàm accipias, uelut obliuio
nis hic generationem dicam. Est enim Obliuio memoriæ exitus. Ea uero in eo quod
nunc dicebatur nondum erat. Eius autem quod neque est, neque fuit, dicere aliquam a-
missionem fieri, absurdum est. Nunquid? PRO. Quidnis? SOC. Nomina itaq; solum per
muta. PRO. Quomodo? SOC. Pro latere animam, quum hæc exors fuerit concussio-
num corporis, quam nunc obliuionem dicis, sensus interceptionem nomina. PRO. In-
telligo. SOC. Quod uero in una affectione cõmuniter cõtingit, in anima ac corpore, ut
cõmuniter moueantur, hunc motũ si rursus sensum nominaueris, non absurdè dixeris.
PRO.

Animæ uoluptas

Habitus medius inter uoluptatem & dolorem

Sententia

Affectiones corporis, et animæ, & utriusq; simul

Obliuio quid sit

Sensus interceptio

Sensus

PRO. Verissima dicis. SOC. Num igitur iam intelligimus, quid sensum appellare uelimus? PRO. Quidnis? SOC. Qui itaq; sensus conseruationem, Memoriam dicit, rectè sanè dicit secundum meam opinionem. PRO. Rectè profectò. SOC. Recordationem uero nũ à Memoria differre dicimus? PRO. Fortasse. SOC. Num in hoc? PRO. Quo illo? SOC. Quum quæ cum corpore pertulit anima, ea absq; corpore ipsa in seipsa quàm maxime resumit, tunc recordari dicimus. Nunquid? PRO. Maximè. SOC. Quin & quũ deperdita memoria siue sensus, siue rei alicuius quam didicit, hãc rursus anima uersat ipsa in seipsa, etiam hæc uniuersa, recordationes ac memorias dicimus. PRO. Rectè dicis. SOC. Cuius gratia uero omnia hæc dicta sunt, hoc est. PRO. Quod uero? SOC. Vt neanimæ uoluptatem absque corpore quàm maximè ac euidentissimè capiamus, simulq; cupiditatem. Per illa enim quodã modo, ambo hæc declarari uidentur. PRO. Dicamus itaq; ô Socrates iam ea quæ deinceps sequuntur. SOC. Multa necesse est cõsiderare eos qui de uoluptatis generatione, & tota ipsius forma dicturi sunt: & nũc sanè prius sumẽda esse uidetur cupiditas, quid'nã sit, & ubi fiat. PRO. Cõsideremus itaq;. Nihil enim amittemus. SOC. Imò amittemus, & sanè ubi id quod nũc quærebamus inuenerimus, amittemus eã quę circa hæc erat ambiguitatẽ. PRO. Rectè me retaliasti. Sed quod deinceps sequitur dicere conemur. SOC. Nónne famẽ & sitim, & multa alia huiusmodi dixi mus esse cupiditates? PRO. Maximè. SOC. Ad quod'nam idẽ respectu habito, hęc ita multũ inter se differẽtia uno nomine appellamus? PRO. Per louẽ nõ facile fortasse fuerit, attamẽ dicendũ est. SOC. Isthinc sanè rursus ex ijsdẽ repetamus. PRO. Vnde uerò? SOC. Sitit certè frequenter dicimus de aliquo. PRO. Quidnis? SOC. Hoc autem est uacuatur? PRO. quid tum postea? SOC. Est ne igitur sitis cupiditas? PRO. Etiam. SOC. Potionis ne? PRO. Potionis. SOC. Aut repletionis potus? PRO. Arbitror repletionis potus. SOC. Qui ergo nostrũm uacuatur, contraria ut apparet, concupiscit eorum quæ patitur. Qui enim uacuatur, cupit repleri. PRO. Clarissimè. SOC. Quid igitur? Qui primũ uacuatur adhuc undecunq;, num sensu siue memoria, attingere poterit repletionẽ eius, quod neq; in præsenti tempore patitur, neq; in superiore unquàm passus est? PRO. Et quomodo? SOC. Atqui dicimus quòd qui cõcupiscit, aliquid cõcupiscit. PRO. Quidnis? SOC. Non ergo id quod patitur, hoc cõcupiscit. Sitit enim. Hoc autem uacuatio est. Ille uerò repletionem cupit. PRO. Etiam. SOC. Repletionem igitur aliquid eorum quæ sunt in sitiente attigerit. PRO. Necesse est. SOC. Corpus equidẽ id esse non potest. Nam uacuatur. PRO. Etiam. SOC. Reliquum igitur est, animam per memoriã attingere repletionem. PRO. Ita nimirũ. SOC. Quo enim alio attingere posset? PRO. Ferè nullo. SOC. Intelligimus itaq; quid ex his sermonibus nobis efficiatur? PRO. Quid? SOC. Corporis cupiditatem nobis fieri hic sermo negat. PRO. Quomodo? SOC. Quia illius affectionibus cõtrariũ semper in quouis animali conatũ indicat. PRO. Maximè. SOC. At impetus in contrariũ ducẽs, contra quàm faciũt affectiones, indicat esse memoriam eorum quæ affectionibus contraria existunt. PRO. Ita sanè. SOC. Quum igitur memoriam esse quæ ducat ad ea quæ cupiuntur, sermo demõstrauerit, animæ uniuersum & imperũ, & cupiditatẽ, & principatũ, in quouis animante esse pronũciauit. PRO. Rectissimè. SOC. Sitire igitur corpus nostrũ, aut esurire, aut huiusmodi quippiã pati, sermonis ratio nequaquã admittit. PRO. Verissimè. SOC. Præterea & hoc circa hæc eadẽ cõsideremus. Nã uitę speciẽ quandã nobis in his ipsis indicare uelle sermo mihi uidetur. PRO. In quibus, & de qua uita dicis? SOC. In replẽdo & uacuãdo, & omnibus quæ tũ ad salutẽ, tũ ad corruptionẽ animaliũ pertinent. Et si quis nostrũ in alterutro horũ consistat, doler: tunc sanè circa mutationes gaudet. PRO. habẽt se hæc hoc modo. SOC. Quid uero quũ in medio horũ cõsistit? PRO. Quomodo in medio? SOC. Quũ ob affectionẽ quidẽ dolet, meminit aũt iucundorũ, dolor quidẽ cessauerit, nondum aũt repletus est: quid tũc dicemus? An nõ in medio affectionũ esse dicemus? PRO. Dicemus profectò. SOC. Vtrũ dolentẽ omnino aut gaudentẽ? PRO. Nõ per louẽ, sed duplici quodã dolore affectũ, secundũ corpus quidẽ, affectione: secundũ animã uero, quodã expectationis desiderio. SOC. Quomodo ô Protarche duplicẽ dolorẽ dixisti? Nónne aliquando quis nostrũ dũ euacuatur, manifestã spẽ fouet fore ut repleatur: aliquãdo uero cõtra nullã spẽ habet? PRO. Maximè. SOC. Nũ dũ quidẽ sperat fore ut repleatur, ipsa memoria gaudere

tibi

Memoria

Recordatio

Voluptas & cupiditas animæ, absq; corpore Vitanda

Cupiditas

Qui inuenit aliquid, amittit de ipso ambiguitatem

Media inter dolorem et uoluptatem affectio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibi uidetur: dum autem simul in his tẽporibus uacuatur, dolet? PRO. Necesse est. SOC. Tunc igitur homo & reliqua animalia dolent simulq; gaudent. PRO. consequens est. SOC. Quid uero quum nullam spem habet is qui uacuatur, fore ut repletionem consequatur, num etiam tunc duplex fieri poterit circa dolores affectio, quam tu modo intuitus, simpliciter duplicem esse putasti? PRO. Verissimè ô Socrates. SOC. Hac uero affectionum harum consideratione ad hoc utemur. PRO. Quod illud? SOC. Vtrum ueros hos dolores, & uoluptates, aut falsos esse dicemus: aut alios quidem ueros, alios non. PRO. Quomodo uero ô Socrares falsæ fuerint uoluptates, aut falsi dolores? SOC. Quo modo uero ô Protarche, timores ueri aut falsi: aut expectationes ueræ, aut non ueræ: aut opiniones ueræ aut falsæ? PRO. Opiniones quidem ego concesserim, alia uero illa non item. SOC. Quid ais? disceptationem certè quandam non adeò exiguam excitare uidemur. PRO. Vera dicis. SOC. At hoc considerandum est ô uiri illius fili, an hæc disceptatio prægressis cõueniat. PRO. Fortassis hoc. SOC. Alios itaq; longos sermones, & quæcunque præter id quod conuenit dicuntur, ualere iubeamus. PRO. Recte. SOC. Dic sanè mihi. Nam me admiratio perpetuò tenet circa easdẽ quas nunc proposuimus dubitationes. PRO. Quomodo dicis? SOCR. An non sint uoluptates aliæ falsæ, aliæ ueræ. PRO. Quónam modo? SOC. Itaq; neq; per somnium, neq; reuera uelut tu dicis, neq; in insania, neq; in omni desipientia, quispiã est qui unquàm uideatur gaudere, nequaquã uero gaudeat: & rursus dolere, nequaquàm autem doleat. PRO. Hæc omnia ita se habere ô Socrates, omnes credimus. SOC. Num recte? aut considerandum est, recténe aut secus hæc dicantur? PRO. Considerandum uelut ego sanè sentio. SOC. Distinguamus ctiam rius adhuc id quod nũc dicebatur de uoluptate & opinione. Est'ne quid apud nos opinari? PRO. Etiam. SOC. Et gauderes? PRO. Etiam. SOC. Sed & quid est quod opinamur. PRO. Quidni? SOC. Et quid quo gaudet id quod gaudet? PRO. Maximè. SOC. Quod igitur opinatur, siue rectè, siue non rectè opinetur, ipsum opinari reuera, nunquàm perdit. PRO. Quo enim modo? SOC. Igitur etiam id quod gaudet, siue rectè, siue non rectè gaudeat, ipsum reuera gaudere clarum est quòd nunquàm perdit. PRO. Imò, & hæc ita se habent. SOC. Quo igitur modo opinio falsa & uera nobis fieri solet, uoluptas autem solum uera, quum tamen reuera opinari & gaudere, ambo similiter susceperint? PRO. Considerandum est. SOC. Num quòd opinioni quidem falsum & uerum accedunt, & fit ob hæc non solum opinio, sed etiam qualis quædam utraque, hoc'ne considerandũ esse dicis? PRO. Etiam. SOC. Et ad hæc, an hæc quidem omnino nobis qualia quædam sint. Voluptas uero & dolor solum quod sunt maneant, qualia uero quędam non fiant & hæc scilicet nobis consideranda esse dicis? PRO. Scilicet. SOC. At hoc non difficile cognitu est, quòd etiam qualia quædam sint. Dudum enim diximus, quòd & magnæ, & paruæ, & uehementes & lenes fiunt uoluptates, itemq; dolores eiusmodi. PRO. Maxime. SOC. Si uero prauitas alicui horum accedat, prauam dicemus sic fieri opinionẽ: prauam item uoluptatẽ. PRO. At quid prohibeat ô Socrates? SOC. Quid uero si rectitudo, aut rectitudinis contrarium, alicui horum accedat, num rectam quidem opinionem dicemus, si rectitudinem habeat? Ita etiam uoluptatem? PRO. Necesse est. SOC. Si uero id quod opinamur fuerit erroneum, tunc opinionem erroneam esse, & non rectã, confitendum est, neque rectè sentientem? PRO. Quomodo enim aliter? SOC. Quid uero si rursus dolorem, aut quandam uoluptatem, circa id ob quod dolet, aut contra, aberrãtem uidemus, rectam'ne an bonam appellabimus? aut quod ex speciosis nominibus ipsi imponemus? PRO. At id fieri non potest, si sanè aberrarit uoluptas. SOC. Atqui uidetur uoluptas sæpe non cum recta opinione sed cum falsa, se nobis insinuare. PRO. Quidni ita esset? & opinionem ô Socrates in tali re & tunc falsam dicimus. Voluptatẽ uero ipsam nemo unquàm falsam appellarit. SOC. At prompte uoluptatis partes in prę sentia ô Protarche tueris. PRO. Non profectò, sed ea quæ audio dico. SOC. Nihil autẽ apud nos ô amice differt uoluptas cum opinione recta, & cum scientia, ab ea quæ cum falso, & cum ignorantia, sæpe singulis nobis se insinuat? PRO. Consentaneum sanè est non parum inter se differre. SOC. Proinde ad differentiæ ipsarum considerationem deueniamus. PRO, Age prout tibi uidetur. SOC. Quo uero agam? PRO. Quo? SOC. Opinio ut sentimus, est nobis falsa, est etiã uera? PRO. est. SOC. Sequitur autẽ ad has, quod

Voluptas, & Opinio, praua, recta, & cõtra

modò dicebamus, sæpe uoluptas & dolor, ad uerã & falsam opinionẽ dico. PRO. Maximè. SOC. Nónne ex memoria & sensu, opinio nobis & opinari posse, semper cõtingit. PRO. Valdè sanè. SOC. Nũ igitur ita circa hæc nos habere, necessariò putamus? PRO. Quomodo? SOC. Sæpe ubi quis eminus uidit ea quæ nõ ualdè clarè cõspici possunt, ei cõtingere dixeris, ut iudicare cupiat ea quę uidet. PRO. Dixerim utiq;. SOC. Nónne igitur hic ipse seipsum postea interrogauerit hoc modo? PRO. Quo? SOC. Quid'nam est hoc quod circa petrã sub quadã arbore cõspicitur? Hęc'ne quis dixisse ad seipsum tibi uidetur, qui eiusmodi quædã aliquãdo sibiipsi per imaginationẽ oblata cõspicatus est? PRO. Quidni? SOC. Nũ postea talis uelut respondẽs ad seipsum dixerit, hoc est homo, uelut uoti cõpos loquutus? PRO. Maximè. SOC. Et rursus fortasse uelut deceptus mutata sentẽtia, statuã esse dixerit quorundã pastorũ opus, id quod dudũ conspexit? PRO. Etiã. SOC. Et si quidẽ aliquis apud ipsum adsit, his quæ ad seipsum dixit in uocẽ extentis, ea ipsa rursus ad eũ qui adest dixerit? & sic sanè sermo factum est id quod tunc opinionem uocabamus. PRO. Quidni? SOC. Si uero solus fuerit is qui hoc idem apud sese cogitat, aliquando etiã longiore tẽpore in seipso id habẽs progreditur. PRO. Maximè. SOC. Quid igitur? nũ uidetur tibi de his id quod mihi? PRO. Quid istud? SOC. Videtur mihi tũc anima nostra libro cuidã similis esse. PRO. Quomodo? SOC. Memoria in idẽ cũ sensibus coincidens, & illæ quæ circa hæc sunt affectiones: uidentur mihi ferè uelut scribere tunc in animis nostris sermones. Et ubi quidẽ uera scripserint, hæc affectio opinio uera est, & sermones ab ipsa in nobis proueniẽtes ueri existũt: Vbi uero talis apud nos scriba falsa scripserit, contraria ueris eueniunt. PRO. Maximè itaq; mihi uidetur, & ea quæ dicta sunt ita amplector. SOC. Amplectere etiã aliũ opificẽ, qui eo tẽpore in animis nostris est. PRO. Quem illum? SOC. Pictorem, qui post scribam eorum de quibus dicebamus, imagines horum in anima pingit. PRO. Quomodo hunc & quando dicemus? SOC. Quũ quis his quæ tũc opinabatur & dicebat, à uisu, aut alio aliquo sensu abductis, eorum quæ opinatus est, & quæ dicta sunt imagines in seipso quodam modo uidet. Aut hoc non est quod in nobis fieri solet? PRO. Maximè. SOC. Proinde uerarũ opinionum & sermonum imagines, ueræ sunt: falsarum falsæ. PRO. Omnino. SOC. Si itaq; hæc rectè diximus, etiã hoc insuper ad ea cõsideremus. PRO. Quod'nã? SOC. An circa præsentia & præterita, nos hæc ita pati necesse sit, nõ autẽ circa futura? PRO. Circa omnia tempora codẽ modo is. SOC. Nónne in superioribus dictũ est, quòd animæ uoluptates & dolores, ante corporis uoluptates & dolores, se nobis insinuẽt? Quare contingit nobis ut ob futura præ gaudeamus, ac prędoleamus. PRO. Verissimè. SOC. Vtrũ igitur scriptiones & picturæ, quas paulò ante in nobis fieri ponebamus, circa præteritũ quidẽ & præsens tempus sunt, circa futurũ uero nõ sunt? PRO. Valdè sanè sunt. SOC. Nũ valdè dicis, ꝙ omnia hæc spes quædam sunt, ad futurũ tempus se extendentes. Nos aũt per omnẽ uitam semper spe pleni sumus? PRO. Omnino ita. SOC. Age, ad nũc relata etiam hoc respondẽ. PRO. Quod uero? SOC. Iustus uir, & pius, & bonus, nónne omnino dijs charus est? PRO. Quidni? SOC. Quid uero iniustus & omnino malus, nónne contrà ꝙ ille? PRO. Quomodo uero nõ? SOC. Multa tamen spe uelut modo dicebamus, omnis homo plenus est. PRO. Quidni? SOC. Sermones'ne sunt in singulis nobis, quas spes nominamus? PRO. Etiam. SOC. Sed & imaginationes illæ pictæ? Et sæpe quis uidet aurũ sibi adesse luculentũ, et ob ipsum multas uoluptates. Et sanè etiã pictũ seipsum in seipso ualdè gaudentẽ cõspicit. PRO. Quidni? SOC. Horũ igitur utra dicemus? Nũ bonis quidẽ plerũq; scripta illa uera apponi, eo ꝙ dijs chari sunt: malis uero rursus plerũq; cõtrarium? aut non dicemus? PRO. Imò maximè dicendũ est. SOC. Igitur & malis uoluptates pictæ nihilò minus adsunt, uerum falsæ? PRO. Ita certè. SOC. Falsis igitur uoluptatibus mali plerunq; gaudẽt. Boni uero homines ueris? PRO. Maximè necessaria dicis. SOC. Sunt itaq; secundũ hos sermones, falsæ in hominũ animis uoluptates, imitãtes tamẽ ueras, ad ridiculũ modũ. Sed & dolores similiter. PRO. Sunt. SOC. Sic igitur opinari licebat semper ei qui omnino opinatur, sed neq; de præsentibus, neq; de præteritis, neq; de futuris aliquando. PRO. Maximè. SOC. Et hæc sanè erant arbitror, quæ tunc opinionẽ falsam efficiebant, & falsò opinari. Nunquid? PRO. Etiã. SOC. Quid igitur? Nónne uissim attribuendus doloribus & uoluptatibus, horũ habitus qui illis similis est? PRO.

Opinio ex memoria & sensu

Anima similis libro Memoria & sensus scribæ sunt

Pictor imaginum in nobis

Voluptates animæ corporeas præcedunt

Omnis uita spe plena

Mali falsis uoluptatibus, boni contra ueris gaudent

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo: SOC. Quòd licebat quidē semper his gaudere, ei qui omnino quomodocunq; & temere gaudet, non tamen de præsentibus, neq; de præteritis. Sæpe uero & fortassis maxima ex parte de his quæ neq; unq; futura sunt. PRO. Et hæc ita se habere ô Socrates necessariū est. SOC. Num eadē ratio de timoribus, & animi cōcitationibus & omnibus huiusmodi fuerit, quòd sint etiā falsa aliquādo omnia huiusmodi: PRO. Maximè SOC. Quid uero: prauas ne & bonas opiniones aliter fieri dicere possumus, quàm ex eo quòd falsę & ueræ sunt. PRO. Non aliter. SOC. Neq; uoluptates ut arbitror cōsideramus, uelut alio quodam modo prauæ sint, præterquàm eo quod falsæ sunt. PRO. Valdè equidem contrariū ô Socrates dixisti. Fermè enim nemo prauas uoluptates, itemq; dolores falso attribuerit, Verum magnę alij ac multæ prauitati competunt. SOC. Prauas itaq; uoluptates, quæ ob prauitatem tales sunt, paulò post referemus, si ita nobis uisum fuerit. Quæ uero falsæ adhuc iuxta alium modum in nobis multæ & sæpe sunt ac fiunt, de his dicēdum est. Hoc enim modo fortassis utemur ad iudicationes. PRO. Quomodo enim non, si modo sint. SOC. At sunt ô Protarche, iuxta meam sanè sententiam. Verum hoc quandiu manserit apud nos, fieri non potest ut non sint qui id redarguant. PRO. Rectè. SOC. Accedamus itaq; quemadmodum athletæ rursus ad hunc sermonem. PRO. Adeamus. SOC. Atqui diximus, si modo meminimus, paulò ante in superioribus, Num donec quæ appellantur cupiditates in nobis fuerint seorsum, tunc corpus etiam absq; anima afflictum est: PRO. Meminimus, & antea dicta sunt hęc. SOC. Nónne anima erat id quod cupiebat cōtrarios corporis habitus: Corpus autē erat id quod dolorē, aut quandam propter affectionem, uoluptatem suscipiebat: PRO. Erat profectò. SOC. Colligentur id quod ex his sequitur & efficitur. PRO. Dic. SOC. Efficitur itaq; quū hæc simul fuerint, & dolores & uoluptates in propinquo consistere, & horum quæ contraria sunt sensus mutuo contingere, id quod etiā nunc apparuit. PRO. Apparet sanè. SOC. Nónne & hoc dictū est, & inter cōfessa à nobis in superioribus habetur: PRO. Quod illud: SOC. Quòd ambo hæc, & dolor, & uoluptas, & magis & minus suscipiunt, & quòd infinitorū generis sunt: PRO. Dictum est. Quidni: SOC. Quæ igitur ars est hæc rectè iudicare: PRO. Quatenus & quomodo: SOC. Nā propositum nostrū de horum iudicatione, in talibus quibusdam semper dinoscere uult, quæ harum inter se collatarū maior, & quæ minor, & quæ magis, & quæ uehementior, sit, siue dolor ad uoluptatem, siue dolor ad dolorē, siue uoluptas ad uoluptatē comparetur: PRO. Imò hæc sunt huiusmodi, & propositū iudicationis hoc est. SOC. Quid igitur: In uisu quidem, eminus & cominus magnitudines uidere, ueritatem obscurat, & falsa opinari facit: In doloribus autē & uoluptatibus non hoc idē cōtingit: PRO. Multò equidē magis ô Socrates. SOC. At hoc quod nunc dicimus cōtrarium est ei quod paulò ante dictum est. PRO. Quod'nā dicis: SOC. Tunc quidē opiniones quæ ipsæ falsę & ueræ essent, dolores simulq; uoluptates, sua affectione impleuerunt. PRO. Verissime. SOC. Nunc uero prout eminus & cominus semper mutari conspiciuntur, & simul prout inter se comparantur, uoluptates quidem doloris comparatione, maiores apparent ac uehemētiores: dolores autem rursus uoluptatum comparatione, contra quàm illæ. PRO. Necesse est talia fieri propter hæc. SOC. Nónne si, quanto maiora & minora quàm sunt utraq; apparent, hoc utrunq; quod apparet, sed non est, resecueris: neq; ipsum rectè apparere dices: neq; rursus unquàm id quod ad hāc uoluptatis & doloris partē accessit, rectū & uerū dicere audebis: PRO. Nequaquàm, SOC. Ab his itaq; deinceps uideamus, an huc accommodare possimus, uoluptates & dolores falsos adhuc magis esse, quàm apparētes & uere in animalibus existētes. PRO. Quales & quomodo dicis: SOC. Sæpe sanè dictum est, quòd dum natura singulorum corrumpitur concretionibus ac discretionibus, & repletionibus ac uacuationibus, & auctibus quibusdā ac corruptionibus, dolores & angores & mœrores, & omnia quæ huiusmodi nomina habent, fieri solent. PRO. Etiam. Sæpe hæc dicta sunt. SOC. Quum uero in suam naturam restituuntur, hanc restitutionem uoluptatem apud nos ipsos recepimus. PRO. Rectè. SOC. Quid uero quū nihil horū circa corpus nostrū contingit: PRO. Quando uero hoc fieri possit ô Socrates: SOC. Nihil ad rē facit ô Protarche hęc quæstio, quā tu nunc proponis. PRO. Quid ita: SOC. Quia meā quæstionem utrō ex te uicissim interrogem, me non prohibebis. PRO. Qualem: SOC. Si uero tale quid nō contigerit,

Prauæ de bonis, dici falsa ac uera

Anima cupit

Corpus affligitur

Iudicium de doloribus ac uoluptatibus

Voluptates falsas magis esse quàm ueras & apparentes

contigerit, dicam ô Protarche, quidnā necesse est ex hoc nobis euenire: PRO. Dicis'ne si corpus in neutrā partem moueatur: SOC. Ita sanè. PRO. Manifestū sanè hoc est, quòd neq; uoluptas in tali fieri possit, neq; aliquis dolor. SOC. Rectissimè dixisti. Verū hoc dicis arbitror, quòd semper aliquid horum nobis contingere necesse sit, uelut sapiētes dicunt. Semper enim omnia sursum ac deorsum fluunt. PRO. Dicunt equidē, & sanè non male dicere uidentur. SOC. Quomodo enim hoc facerent, quū mali non sint. Sed enim ab hoc qui infertur sermone subtrahere me uolo. Hac igitur fugere cogito, & tu unà mecum fugito. PRO. Dic quàm: SOC. Hæc quidem ita sint, dicamus ad illos: Tu uero responde. Vtrum omnia quæ semper patitur aliquod animal, ea sentit id quod patitur, & neq; dum crescimus, id nos latet, neq; si quicquàm aliud eiusmodi perpetimur: aut tota res cōtrario modo se habet: Fere enim eiusmodi omnia nos latent. PRO. Mihi tota res contrario modo se habere uidetur. SOC. Non itaq; rectè à nobis dictum est, quod sanè modo dictum est: quòd mutationes sursum ac deorsum contingentes, dolores ac uoluptates efficiunt. PRO. Quidni: SOC. Sic sanè rectius, & minore cum reprehensione dicatur. PRO. Quomodo: SOC. Magnæ quidem mutationes, & dolores, & uoluptates nobis inducunt. Verum mediocres & paruæ, omnino neutrum horum. PRO. Rectius sic, quàm illo modo ô Socrates. SOC. Si igitur hæc sic se habent, rursus uita modo relata accesserit. PRO. Qualis illa: SOC. Quam doloris expertem, & absq; gaudio esse dixi mus. PRO. Verissima dicis. SOC. Ex his itaq; ponamus tres nobis uitas esse unā iucundam, alteram tristē, tertiā neutram: aut quomodo tu de his sentis: PRO. Nihil aliter, q; hoc modo ego sentio, tres uidelicet esse uitas. SOC. Non igitur idem fuerit non dolere aliquando, quod gaudere: PRO. Quomodo enim sit: SOC. Quū igitur audieris, quòd iucundissima omnium res est, omnem uitam absq; dolore transigere, quid tunc talem dicere putas: PRO. Iucundū hic dicere mihi uidetur, non dolere. SOC. Quum itaq; tria sint nobis, quæcunq; tandē uelis, & ut pulchrioribus nominibus utamur, pone unū aurum, alterum argentum, tertium neutrum horum. PRO. Positum est. SOC. Quod neutrum horum est, potest'ne alterum ex illis fieri, aurum aut argentum: PRO. Et quomodo posset: SOC. Neq; igitur media uita, si iucunda, aut tristis dicatur, siue quis id opinetur, unquàm rectè putari potest: siue quis dicat, recta ratione dici poterit. PRO. Quomodo enim posset: SOC. Attamen ô amice, esse qui hæc dicant ac putent sentimus. PRO. Maximè. SOC. Vtrum igitur gaudere tunc putant, quum dolore non afficiūtur: PRO. Dicunt sanè. SOC. Tunc igitur gaudere putant, alioqui enim non dicerent. PRO. Consequens est. SOC. Falsa tamen putant de gaudendo, si quidē utriusq; & non dolere, & gaudere natura seorsum est. PRO. Et sanè seorsum est. SOC. Vtrum igitur apud nos eligemus, triāne hæc esse, uelut modo diximus, aut duo solum: dolorem quidem malū hominibus, uerum à doloribus liberationē, hoc ipsum bonum esse, & iucundum siue uoluptatem appellari. PRO. Quomodo sanè nunc hoc ô Socrates à nobis ipsis eligemus: non enim intelligo. SOC. Reuera enim hostes Philebi huius ô Protarche nō intelligis. PRO. Quos uero istos dicis: SOC. Qui ualdè præstantes esse dicuntur in rerum naturæ cognitione, qui uoluptates omnino esse negant. PRO. Quid igitur: SOC. Dolorum fugas esse omnes has, quas nunc Philebus uoluptates nominat. PRO. Vtrū igitur ut his credamus consulis, aut quomodo ô Socrates: SOC. Non: Sed ut uelut uatibus quibusdam utamur, qui non arte uaticinantur, sed quadam naturæ non ingeneroſæ illius difficultate ac morositate, uoluptatis facultatem odio habent, & nihil sani esse putant, adeò ut etiam has ipsas illius illecebras, præstigias, & non uoluptates esse ducant. His igitur ad hæc uti poteris, ubi insuper etiā alias ipsorū morositates ac difficultates cōsideraueris. Postea uero quæ mihi uidentur uoluptates ueræ esse percunctaberis, quo ex ambobus sermonibus facultatem ipsius perscrutati, ad iudicium eam accōmodemus. PRO. Rectè dicis. SOC. Insequamur itaq; hos uelut auxiliarios, iuxta difficultatis ac morositatis ipsorū uestigia. Arbitror enim ipsos altius alicunde incipiētes tale quid dicere, uelut si ita uis ponamus, cuiuscūq; speciei naturā cognoscere: uelut uerbi causa, duri naturā utrū ad durissima respiciētes, ita magis cognoscere possimus, aut ad ea quæ multesimā duriciei partē habēt. Oportet aūt te ô Protarche, quemadmodū mihi ita etiā difficilibus ac morosis illis respōdere. PRO. Maximè, & dico sanè ipsis, q ad primas magnitu

Omnia semper sursum ac deorsum fluere

Affectiones nos latentes

Vitæ tres

Vita media neutra est

Voluptates esse præstigias

Naturæ specierum cognitio

Duri naturæ consideratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

dines respicientes. SOC. Nónne igitur si etiã uoluptatis genus, quã tandẽ naturã habeat, cognoscere uoluerimus, nõ ad multesimas uoluptates respiciendum est, sed ad eas quæ summæ ac uehemẽtissimę dicũtur? PRO. Quilibet tibi hæc concesserit. SOC. Nónne promptæ, quæ etiam maximæ uoluptates sunt, uelut sæpe diximus, sunt hæ quæ circa corpus existunt? PRO. Quidni? SOC. Vtrũ igitur etiã maiores sunt ac fiunt circa ægrotãtes in morbis, aut circa sanos? Vereamur autẽ ne proteruè respõdentes erremus. PRO. Quomodo? SOC. Fortassis eñ dixerimus circa sanos. PRO. Verisimile est. SOC. Quid uero, nónne hæ uoluptates excellũt, quarũ etiã cupiditates maximæ accedunt? PRO. Hoc quidẽ uerũ est. SOC. At non hoc, cp febrientes & qui talibus morbis tenentur, magis sitiunt, & frigent, & omnia quæcunq; illa per corpus pati solent. Magis tamẽ indigentia conflictantur: & ubi replentur, maiores uoluptates capiunt. Nũ hoc non dicemus uerũ esse? PRO. Maxime dictũ apparet. SOC. Quid igitur recténe dicere uideamur, cp si quis maximas uoluptates cognoscere uelit, eum nõ ad sanitatẽ, sed ad morbũ adire oporteat, ac cõsiderare. Vide uero ne putes hoc me cogitantẽ interrogare ex te, an pluribus uoluptatibus gaudeãt qui uehemẽter ægrotãt, cp sani: sed magnitudinẽ uoluptatis me quærere putes, & ubi' nam uehemẽtia circa hanc semper cõtingat. Cognoscere enim ut diximus, oportet quã naturã habet, & quam' nam dicunt, qui nec; esse omnino ipsam asserunt. PRO. At ferè assequor sermonẽ tuum. SOC. Fortassis ô Protarche non minus ostẽdes. Responde enim. In intẽperantia maiores uoluptates, nõ plures dico. Vehemẽtia autẽ & maioris ratione magis excedentes uides, cp in tẽperata uita. Dic autẽ animũ aduertens. PRO. At intellexi id quod dicis, & multã diuersitatẽ uideo. Nam tẽperatos sanè etiã sermo, qui prouerbij uice fertur, cohibet, semper ne quid nimis mouens, cui ipsi parẽt. At intemperãtes & petulantes uehemẽs uoluptas ad insaniã usq; detinens, infames efficit. SOC. Rectè, & si quidẽ hoc ita se haber, manifestũ est cp in quadã animæ ac corporis prauitate, & nõ in uirtute, tum maximæ uoluptates, tum maximi dolores consistunt. PRO. Maximè. SOC. Nónne si quis harũ aliquas deligere uolet, eũ cõsiderare oportet, quo tandem modo se habẽtes, ipsas esse maximas dicimus? PRO. Necesse est. SOC. Considera itaq; huiusmodi morborũ uoluptates, quo tãdem modo se habent. PRO. Qualiũ? SOC. Turpiũ morborũ uoluptates dico, quas penitus odio habent hi quos morosos dixi. PRO. Quales illas? SOC. Velut sunt scabiei medelę per defrictionem, & quæcunq; eiusmodi sunt, non aliã requirentia medicationẽ. Hãc enim affectionem nobis ô diį immortales accidere, quid tandẽ dicemus, uoluptatem' ne an dolorẽ? PRO. Mixtũ quoddã ô Socrates malũ hoc esse uidetur. SOC. Nõ equidem uel Philebi gratia hũc sermonẽ adiecissem, Sed absq; his ô Protarche uoluptatibus, & absq; his quę ad has sequuntur, si nõ hæ cõsiderentur, nunq; diiudicare possimus id de quo nũc quęrimus. PRO. Proinde ad cognatas his progrediendũ est. SOC. Num eas dicis quæ in mixtione participãt? PRO. Maximè. SOC. Sunt itaq; mixtiones, aliæ quidẽ secundũ corpus, in ipsis corporibus: aliæ uero ipsius animæ, in anima. Sed & rursus animæ ac corporis dolores uoluptatibus mixtos cõperiemus, & modo quidẽ ambo hæc simul uoluptates, modo uero dolores appellari. PRO. Quomodo? SOC. Quando quis in restitutione aut corruptione, cõtrarias simul affectiones pertulerit, ut nunc dũ friget calescet, & dũ friget calescit, & dũ calescit aliquando frigescat, quærens arbitror, ut alterũ quidẽ habeat, ab altero uero liberetur, amaro nimirũ, quod dicitur, dulce permixtũ, cum eo cp diffidulter liberatur, in præsens querelas, & postea constitutionẽ feram fecit. PRO. Et ualdè uerũ est quod dicis. SOC. Nónne eiusmodi mixtiones partim ex æqualibus sunt doloribus ac uoluptatibus, partim ex alteris pluribus? PRO. Quidni? SOC. Dic itaq; has esse, in quibus plures dolores cp uoluptates cõtingunt, quæ scabiei & titillationũ esse dicuntur, quũ id quod feruet & inflammatũ est, intus est, neq; frictione ac motu quis eò peringere potest, sed quod in superficie est solũ diffundit: tũc sanè ipsis ad ignẽ admotis, et ad contrariũ præ consilij inopia translatis, quãdoq; ingentes uoluptates, quando cp cõtra externarũ partiũ dolores, uoluptatibus quæ intus contingũt permixtos, in utrã tandẽ partẽ repserint, inducũt: ex eo cp cõcreta per uim diffundũt, aut discreta confundũt, & simul dolores uoluptatibus apponũt. PRO. Verissimè. SOC. Nónne rursus quũ amplior uoluptas circa omnia huiusmodi ammixta fuerit, id quidẽ quod ex dolore ammixtum

Voluptates promptæ & maximæ circa corpus

Morborum turpium uoluptates

Mixtiones uoluptatum in morbis

Dolores plures uoluptatibus in mixtione

xtũ est, titillat, & leuem indignationẽ concitat: id uero quod ex uoluptate multò amplius est, effusum concitat ac exhilarat, & aliquando saltare facit, & omnigenos colores, & omnigenas figuras, & omnis generis spiritus efficiens, omnem perturbationem & uociferationes cum desipientia inducit. PRO. Maximè. SOC. Sed & ipsum de seipso, & aliũ quoq;, ô amice, dicere facit, quòd dũ his uoluptatibus delectatur, uelut moritur: & has sanè omnino tantò magis persequitur, quantò petulantior ac intẽperantior existit: & has maximas delectationes appellat, & eũ qui in ipsis maximè uiuit beatissimũ prædicat. PRO. Omnia ô Socrates quæ apud uulgus hominum in opinionẽ ueniunt transcurristi. SOC. De uoluptatibus equidẽ ô Protarche, quæ in cõmunibus ipsius corporis affectionibus, tũ in superficie, tũ intus mixtæ sunt. Verũ de his quæ in anima sunt, cõtraria corpori cõferũt, & dolor ad uoluptatẽ, & uolupras ad dolorẽ, ita ut ambo in unã mixtionẽ coëant. Et hæc quidẽ antea persequuti sumus, cp quũ quis uacuatur, repletionẽ cupit, & sperãs quidẽ gaudet, dũ uero uacuatur dolet. Et his sanè tũc testimoniũ nõ adduximus. Nũc uero dicimus, cp anima à corpore dissidẽte, in omnibus his quæ immensam multitudinẽ habent, una doloris & uoluptatis mixtio contingit. PRO. Rectissimè dicere uideris. SOC. Vna itaque adhuc nobis restat mixtio doloris ac uoluptatis, PRO. Quam illam dicis? SOC. Quam sępe iam ipsam animã in seipsa assumere diximus. PRO. Quomodo hoc ipsum dicimus? SOC. Iram & timorem, & desiderium, & lamẽtationẽ, & amorem, & æmulationem ac inuidiam, & quæcunq; huiusmodi, nónne ipsius animę dolores quosdam ponis? PRO. Ego sanè. SOC. Nónne ipsos ingentibus uoluptatibus plenos reperiemus? aut opus habemus ut illud in memoriam reuocemus:

Ira etiam sapiens quantumuis, percitus ardet,
Dulcior ut quæ fit mellis stillante liquore: "

& hoc, cp in lamẽtationibus ac desiderijs, uoluptates doloribus sint ammixtæ? PRO. Nõ, sed ita hæc, & nõ aliter cõtingunt. SOC. Sed et Tragica spectacula meminisli, in quibus gaudẽtes conquerũtur? PRO. Quidni? SOC. At in comœdijs animæ nostræ affectionẽ nónne nosti, quòd etiã in illis doloris & uoluptatis mixtio sit? PRO. Nõ satis intelligo. SOC. Non eñ omninò facile est ô Protarche talẽ affectionẽ semper cognoscere. PRO. Nequaq;, ut sanè mihi uidetur. SOC. Appræhẽdamus itaq; ipsam tãtò magis, quãto obscurior est: quo etiã in aliis doloris ac uoluptatis mixtionẽ facilius quis cognoscere possit. PRO. Dicas itaq;. SOC. Inuidię nomẽ paulò antea dictũ, dolorem' ne quendã animę ponesaut quomodo? PRO. Ita. SOC. Atqui Inuidus ob uicinorũ mala gaudere conspicietur. PRO. Maximè. SOC. Malũ sanè est ignorãtia, & quẽ stolidiorẽ habitũ dicimus. PRO. Quidni? SOC. Ex his uide ridiculũ quã naturã habeat. PRO. Dic solum. SOC. Est quidẽ in summa Improbitas quædam, quæ habitus cuiusdã cognomen habet. Omnis aũt improbitatis affectio cõtrario modo se habet, quàm id quod ab oraculis in delphis scriptis dicitur. PRO. Illud' ne, nosce teipsum, dicis ô Socrates? SOC. Ego sanè dico. contrariũ autẽ illi nimirũ esset, nequaq; seipsum nosse, si ab oraculo ita proditũ esset. PRO. Quidni? SOC. Conare itaq; hoc ipsum ô Protarche trifariã secare. PRO. Quomodo dicis? Neq; enim ego possum. SOC. Dicis itaque me in præsentia diuidere hoc oportere? PRO. Et rogo insuper, supra hoc cp dico. SOC. Nónne ex his qui seipsos ignorãt, unumquemq; necesse est secundũ tria hãc affectionẽ pati? PRO. Quomodo? SOC. Primũ qui dẽ secundũ pecunias opulentiorẽ se esse putare oportet, cp reuera est. PRO. Multi itaq; sunt qui hanc affectionẽ habẽt. SOC. Plures aũt qui maiores & pulchriores seipsos esse putãt, & quæcunq; circa corpus sunt excellẽter habere, supra cp res est. PRO. Maximè. SOC. At longè plurimi sunt arbitror, qui circa tertiã speciẽ in animis suis à uirtute aberrant, seipsos præstantiores putãtes, quũ non sint. PRO. Valdè equidẽ. SOC. Virtutẽ igitur, & sapientiã uendicãs sibi uulgus, plenũ est cõtentionibus, & sapientiæ opinione ac mendacio. PRO. Quidni esset? SOC. Si quis igitur huiusmodi affectionẽ omnibus malã dicat, rectè sanè dixerit. PRO. Valdè equidem. SOC. Hæc itaq; adhuc diuidẽda est ô Protarche bifariã, si uolumus ridicula conspecta inuidia, absurdã uoluptatis ac doloris mixtionẽ uidere. Quomodo igitur bifariã secemus quæris? PRO. Etiam. SOC. Omnes quicunq; hanc falsam opinionẽ de seipsis stolidè habẽt, his maximè necessariũ est ut accidat, id quod etiã omnibus hominibus cõtingere solet, ut partim robur & potentiam

Voluptatũ in anima mixtio cum corporis doloribus

Inuidia dolor est et uoluptas

Ignorantiæ nomina

Ridiculi natura

Ignorantia circa tria

Triplicia bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeant, partim ut opinor, cõtrariũ. PRO. Necesse est. SOC. Hoc itaq; modo distingue. Et quicũq; quidẽ ipsorũ cum debilitate tales sunt, ac impotentes ad ultionẽ, ubi deridentur, hos si ridiculos esse dixeris, uere dixeris. Eos aũt qui potẽtes sunt ad ulciscendũ, si horrẽdos, & fortes, & hostes appellaris, rectissimam tibijpsi rationem reddes. Nã ignorantia potentũ quidẽ ac fortiũ, hostilis est ac turpis. Nocua enim est uicinis tũ ipsa, tum quæcunq; sunt ipsius imagines. Verum debilis ignorantia, ridiculorũ naturã sortita est. PRO. Rectissimè dicis. Attamẽ uoluptatũ ac dolorũ mixtio, in his nondũ mihi conspicua est. SOC. Inuidię itaq; potentiã primũ sume. PRO. Dic modo. SOC. Dolor quidã est iniustus, & Voluptas. PRO. Hoc necessariũ est. SOC. Nónne inimicorũ malis gaudere, neq; iniusti neq; inuidi est? PRO. Quidni? SOC. At amicorũ uidere mala, & nõ dolere, sed gaudere, nónne iniustũ est? PRO. Quomodo uero nõ? SOC. Nónne ignorantiã diximus omnib. esse malã? PRO. Rectè. SOC. Quid igitur amicorũ de sapiẽtia ac præstantia sua opinionẽ, & quæ modo recensuimus, in tribus speciebus fieri ea dicẽtes, nũ ridicula quidẽ sunt ea quæ debilia sunt, odiosa uero quę robur habẽt, aut nõ dicemus id qđ paulò ante dixi, hunc amicorũ habitũ ubi quis innocuũ habeat, alijs ridiculũ esse. PRO. Maximè. SOC. Malũ uero nõ cõfitemur illum, ut qui ignorantia sit? PRO. Valdè uticq; SOC. Gaudemus autẽ aut dolemus, quũ ob ipsam ridemus? PRO. Manifestũ est q; gaudemus. SOC. Voluptatẽ aũt, nõ inuidiã esse diximus, quæ hoc in amicorũ malis efficit? PRO. Necesse est. SOC. Efficitur igitur ex hoc sermone, ridentes nos ob ea quæ sunt in amicis ridicula, dũ uoluptatẽ inuidiæ miscemus, dolori uoluptatẽ permiscere. Nã inuidiam dolorẽ animæ esse, dudũ cõfessi sumus: & ridere, uoluptatẽ: simulq; fieri hęc in his tẽporibus. PRO. Vera dicis. SOC. Nunc uero sermonis ratio denunciat nobis, & in lamẽtationibus, & in tragœdijs, nõ solum in scenicis artibus, sed in uniuersa uitæ tragœdia ac comœdia dolores simul uoluptatibus miscẽri, sed & in alijs innumerabilib. PRO. Fieri non potest ut hæc nõ confiteamur ô Socrates, etiamsi quis penitus contentiosus sit ad cõtraria. SOC. Irã autẽ, desideriũ, lamentationẽ, timorẽ, amorẽ, æmulationẽ, & inuidiã, & quęcunq; huiusmodi proposuimus, in quib. diximus inuẽturos nos esse, mixta ea quæ iã sæpe repetũtur, Nũquid? PRO. Etiã. SOC. Intelligimus igitur q; de lamẽtatione, & inuidia ac ira, nũc omnia sunt trãsactа? PRO. Quomodo uerò nõ intelligeremus? SOC. Nónne multa adhuc restãt? PRO. Maximè. SOC. Cur'nam maximè putas me tibi mixtionẽ in tragœdia ostendisse? Num confirmationis gratia, quòd hinc contingat, ut in timoribus, & amoribus, & alijs mixtio facilius ostendatur: & ut hoc à teipso accepto me dimittas, ut ne amplius ad illa progredi me oporteat, & sermones in longũ produce re, sed simpliciter hoc sumere: q; & corpus absq; anima, & anima absq; corpore, & in eõ muni in affectionibus inter se mutuis, plena sunt permixtæ doloribus uoluptatis. Nũc igitur dic an' ne me dimittes, an ad mediã usq; noctẽ detinebis. Arbitror autem si pauca adhuc dixero, impetraturũ me esse, ut me dimittas. Nam horũ omniũ cras tibi rationem reddã. Iam uero ad reliqua progredi uolo, ad iudiciũ nimirũ quod Philebus demandat. PRO. Rectè dixisti ô Socrates. Verũ quæ reliqua sunt nobis expone quocunq; tibi ui sum fuerit modo. SOC. Secundũ naturam itaq;, post mixtas uoluptates, præ quadã necessitate, ad nõ mixtas deuenerimus in parte. PRO. Optimè dixisti. SOC. Ego sanè conabor uobis ipsas mutatione facta indicare. Nã his qui dicũt omnes uoluptates esse dolorum quietem, non ualdè assentior: Verũ uelut dixi, testibus abutor ad hoc q; sint quædã uoluptates, quæ tales uideantur, nequaq; autem sint: & magnæ quædã aliæ simulq; multæ imaginariæ, quæ sint permixtæ simul doloribus, & maximorũ dolorũ requie, tũ circa corporis, tum circa animæ angustias. PRO. Si uero quis rursus ueras quasdã uoluptates esse putet, recte ne id ô Socrates secũ cogitet? SOC. Eas sanè quæ circa pulchros appellatos contingũt colores, & circa pulchras figuras, & pleraq; odorũ ac sonorum; & eas quæ indigentias habent sensum fugientes, & dolorem non inducentes, repletiones autẽ sensiles, ac iucundas, à doloribus puras exhibent. PRO. Quomodo rursus hæc ô Socrates sic dicimus? SOC. Equidẽ non statim manifesta sunt quæ dico, conandũ tamen ut declaremus. Nã figurarum pulchritudinẽ, non ut uulgus putare posset, nunc dicere uolo, uelut animaliũ aut aliquarũ picturarũ, sed rectum quid & rotundũ sermo meus dicit: & ab his ea quæ tornis fiunt, tum plana, tum solida: & quæ per regula s ac angulos,

Ridiculi qui sint

Inuidia quid sit

Vitæ Tragœdia ac comœdia dolores uoluptatibus miscet

Summa de mixtione dolorũ ac uoluptatum

Voluptates nõ mixtæ

Voluptates uerę

los, si modo intelligis. Hæc enim nõ ad aliquid pulchra esse dico, quemadmodum alia, sed semper pulchra per seipsa à natura esse, & proprias quasdam uoluptates habere, in nulla parte motionũ uoluptatibus similes. Sed & colores hãc formã habẽtes, pulchros & uoluptates dicimus. Intelligimus'ne iam, aut quomodo? PRO. Conamur quidem ô Socrates, Conare uero & tu clarius adhuc dicere. SOC. Dico sanè sonos leues ac claros, qui unã quandã puram melodiã edunt non ad aliud pulchros, sed ipsos per seipsos esse, & horũ naturales uoluptates sequi. PRO. Et hoc ita se habet. SOC. At uoluptatũ circa odores genus minus quidẽ diuinum est, Quòd uero non ammixti sunt ipsis necessarij dolores, & ubi hoc, & in quo nobis contingat, hoc totum similiter ut in illis se habere sentio. Verum si modo intelligis, duæ hæ sunt species uoluptatum. PRO. Intelligo. SOC. His itaq; adhuc amplius apponamus uoluptates circa disciplinas, si sanè uidẽtur nobis hæ famem discẽdi non habere, neq; propter disciplinarum esuritionem ab initio dolores inducere. PRO. At ita etiam mihi uidetur. SOC. Quid uero ubi iam disciplinis quis repletus est, & cõtingat postea ut per obliuionem amittantur, uides'ne quosdã ob ipsas dolores? PRO. Non sanè ex natura, sed ex quibusdã de disciplina cogitationibus, ubi quis illa priuatus dolet usus gratia. SOC. Atqui nos ô bone in præsentia ipsas solum naturæ affectiones, absq; cogitatione pertractamus. PRO. Vera itaq; dicis, quòd absq; dolore nobis semper contingit obliuio in disciplinis. SOC. Has itaq; disciplinarũ uoluptates à doloribus puras esse dicendũ est, & nequaquàm multorũ hominũ, sed admodũ paucorũ. PRO. Quomodo enim nõ dicendum esset? SOC. Proinde quũ iam moderatè seorsum secreuerimus & puras uoluptates, & eas quæ ferè rectè impuræ dicuntur, addamus deinceps ad uehemẽtes quidẽ uoluptates, immodestiam: ad eas uero quæ tales nõ sunt, moderationem: & rursus addamus eas quæ multũ, & uehemẽter, & sæpe, ac rare fiunt, tales infiniti illius, & quod magis ac minus suscipit, quodq; per corpus & animã fertur, generis esse: quæ uero nõ, ex moderatorum genere. PRO. Rectissimè dicis ô Socrates. SOC. Ad hæc uero insuper postea hoc de ipsis tractandum est. PRO. Quod illud? SOC. Quidnã dicere oportet, ad ueritatẽ facere, parum'ne & sincerũ, aut uehemens, & multũ, & magnũ, & sufficiens. PRO. Quid uero tibi ô Socrates uolens hoc interrogas? SOC. Vt nihil ô Protarche relinquã in hac disceptatione de uoluptate & Scientia, si alia ex utrisq; ipsis pura est, alia nõ pura: quo utraq; pura ad iudicationẽ progressa, & mihi, & tibi, & omnibus his facilius iudicium exhibeat. PRO. Rectissimè. SOC. Age itaq; de omnibus quæ pura genera dicimus sic cogitemus, & primũ unũ quoddã ex ipsis eligentes cõsideremus. PRO. Quod igitur eligemus? SOC. Album genus in primis, si ita uis, cõsideremus. PRO. Maximè. SOC. Quomodo igitur albi, & quæ puritas nobis fuerit? utrũ quod maximũ est & plurimũ, aut quod sinceríssimũ, in quo nulla alia ullius coloris pars inest? PRO. Manifestũ est q; id quod maximè sincerum est. SOC. Rectè. Nũ hoc uerissimũ ô Protarche, & simul pulcherrimũ omniũ alborũ ponemus, & nõ quod plurimũ est, neq; quod maximũ? PRO. Rectissimè. SOC. Paruũ itaq; purũ album, ammixto multo albo, si albius simulq; pulchrius ac uerius fieri dicamus, rectè omninò dicemus? PRO. Rectissimè equidẽ. SOC. Quid igitur? nõ sanè multis eiusmodi opus habebimus exemplis ad sermonem de uoluptate, sed hinc nobis satis est intelligere, q; omnis uoluptas parua & modica, iucundior & uerior & pulchrior fuerit, quàm magna & multa, si modo à dolore pura sit. PRO. Valdè equidẽ, & sufficiens est hoc exemplũ. SOC. Quid uero illud. Nónne de uoluptate audiuimus, q; semper generatio ipsius est, essentia autẽ uoluptatis omninò nõ est. Nã præstantes quidã uiri etiã hunc sermonẽ nobis indicare conantur, quibus gratia habenda est. PRO. Quid ita? SOC. Pertractabo tibi hoc ipsum interrogando chare Protarche. PRO. Dic, & interroga solũ. SOC. Sũt sanè duo quædã, alterũ ipsum per seipsum, alterũ quod semper aliud cupit. PRO. Quomodo hæc, & quę nã duo dicis? SOC. Alterũ quod à natura semper integerrimũ est, alterũ uero quod defectuosum. PRO. Dic aliquantò clarius. SOC. Pueros amatos pulchros ac bonos uidimus, limulq; amatores ipsorũ uiriles. PRO. Valdè sanè. SOC. His itaq; duob. alia duo similia quære p omnia quæ esse dicimus: tertiũ Seruatori. PRO. Dic clarius ô Socrates qc qd dicis. SOC. Nihil uarij est ô Protarche, sed sermo nobis iocat. Dicit aũt, q; alterũ quidẽ alicuius rei gratia semp est: alterũ uero cuius gratia id qđ alicuius gratia fit, semp fit.

Disciplinarũ uoluptates

Voluptates ex disciplinis parcorum

Voluptates quæ infiniti, quæ moderati generis

Duo esse in natura

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRO. Vix tandē intellexi ex eo quod sæpe dictum est. SOC. Fortassis aũt ô puer magis intelligemus in sermonis progressu. PRO. Quidnĩ? SOC. Duo sanè hæc alia sumamus. PRO. Qualia? SOC. Vnũ quidē generationē omnium, alterũ uero essentiã. PRO. Hæc duo à te recipio, essentiã & generationē. SOC. Rectissimè. Vtrũ igitur horũ alterius gratia esse dicemus? Nũ generationē essentię gratia, aut essentiã generationis gratia? PRO. Hoc quod appellatur essentia, an sit generationis gratia, hoc ne est quod nunc interrogas? SOC. Ita res est. PRO. Quid ergo per deos me interrogas? SOC. Tale quid dico ô Protarche, Vtrũ nauiũ gratia fabricationē nauiũ esse magis dicis, aut naues fabricationis nauiũ gratia. Et de omnibus quę huiusmodi sunt idem hoc dico. PRO. Cur igitur nõ ipse tibijpsi respondes ô Socrates? SOC. Nihil est quod prohibeat, tu tamen sermonis particeps sis. PRO. Maximè. SOC. Dico itaq; generationis quidē gratia, medicamenta, & omnia instrumẽta, & omnẽ materiã omnibus proponi. Vnamquãq; uero generationẽ, aliam alterius cuiusdã essentiæ gratia fieri: uniuersam autẽ generationẽ, uniuersæ essentiæ gratia fieri. PRO. Manifestissimè sanè. SOC. Voluptas igitur, si quidẽ generatio est, alicuius essentiæ gratia generatur. PRO. Quidnĩ? SOC. Atqui hoc ipsum, cuius gratia id quod alicuius gratia fit semper fit, in boni sorte ponendum est: id autẽ quod fit alicuius gratia ad aliã ô optime sortem pertinet. PRO. Maximè necessarium hoc est. SOC. Nónne igitur si quidẽ generatio est uoluptas. rectè fecerimus si ad aliã q̃; boni sortẽ ipsam locauerimus? PRO. Rectissimè equidẽ. SOC. Quod igitur in huius sermonis principio dixi, gratia habẽda est ei qui indicauit de uoluptate, generationẽ quidẽ, nullã aũt omninò essentiã ipsius esse. Manifestũ est enim ꝙ derideat hic eos qui uoluptatem bonũ esse dicunt. PRO. Valdè sanè. SOC. Sed & idẽ hic semper ea quæ in generationibus fiũt deridebit. PRO. Quomodo, & quæ dicis? SOC. De his dico qui aut famẽ, aut sitim, aut aliquid eorũ quæ generatio sanat, curãt, ac ob generationẽ gaudent, uelut ipsa uoluptas esset, dicuntq; se neq; uiuere expetere, si non sitiant, neq; esuriãt, neq; alijs affectionibus, quas quis omnes ad illas sequi dixerit, afficiantur. PRO. Videtur ita res se habere. SOC. Nónne generari & corrumpi omnes cõtraria esse dicimus? PRO. Necesse est. SOC. Corruptionẽ itaq; eligit ac generationẽ qui illa elegit: & nõ tertiã illam uitam, in qua neq; gaudere, neq; dolere, uerum sapere quis potest, quantũ eius fieri potest puriss mè. PRO. Multa ut uidetur ô Socrates absurditas cõtingit, si quis uoluptatẽ ut bonum nobis proponat. SOC. Multa. Nam & hac ratione adhuc amplius id asserere possumus. PRO. Quas? SOC. Quomodo non absurdũ est, nihil bonum esse neq; pulchrum, neq; in corporibus, neq; in multis aljs, præterquàm in anima, & in hac solũ uoluptatẽ: fortitudinẽ tamẽ, aut temperantiam, aut intelligentiã, aut aliquid ex aljs bonis quæ anima habet, nihil tale esse? Et ad hæc cum qui nõ gauder, sed dolet, cogi ut dicat, malũ esse tunc quum dolet, etiamsi optimus omnium sit: & rursus cum qui gaudet, quantò magis gaudet, tunc quum gaudet, tantò uirtute præstantiorem esse? PRO. Omnia hæc ô Socrates supra modum absurda sunt. SOC. Ne itaq; omnem in uoluptate expendẽda disputationem consumere conemur, intelligentiæ uero ac scientiæ uelut ualdè parcere uideamur, strenue sanè si quid putidi & hæc habent, totum id excutiamus, donec id quod purissimum est in ipsis natura conspicati, eo ad indicationem utamur, quæ & harum & uoluptatis partibus uerissimis communis erit. PRO. Rectè. SOC. Nónne Scientia circa ea quæ discimus, partim est opificiaria, partim circa disciplinam aut educationem uersatur, aut quomodo? PRO. Hoc modo. SOC. In manuarijs itaq; primũ cogitemus, an qd in ipsis scientiæ magis simile est, aliud uero minus. Et oportet alia quidẽ purissima putare, alia uero impurissima. PRO. Sanè oportet. SOC. Principales igitur ex singulis ipsis seorsum distinguendæ sunt. PRO. Quales, & quomodo? SOC. Verbi gratia, si quis ab omnibus artibus separet, artem numerandi, & metiendi, & ponderandi ut ita dicam, id quod de unaquaq; reliquum fieret, uile quid esset. PRO. Vile sanè. SOC. Post hæc itaq; reliquũ esset coniectare, & sensus exercere experientia & quadam conuersatione, ita ut coniecturalis artis facultatibus quis utatur, quas pleriq; artes nominant, studio ac labore robur adeptas. PRO. Maximè necessaria dicis. SOC. Nónne Musica his plena est, primum id quod consonum est adaptans, non mensura, sed studij coniectura: & uniuersa tibicinum ars, mensuram uniuscuiusque chordæ prout fertur coniectura indagans, ita

Voluptas alterius gratia generatur

Absurda de uoluptate

Scientiæ examinatio

Scientiarum diuisio

sta ut obscuritatẽ multã ammixtã habeat, stabilitatẽ uero paucã. PRO. Verissimè. SOC. Sed & Medicinã, & agriculturã, & gubernatoriã nauiũ, & ducendi exercitum artẽ, similiter se habere inueniemus. PRO. Maximè. SOC. Architecturã autem arbitror plurimis mensuris ac instrumentis utentem, ea quæ multã ipsi certitudinem exhibent, artificiosiorem ipsam multis artibus efficiunt. PRO. Quomodo? SOC. In nauiũ fabricatione & ædium extructione, & in multis aljs ad lignorũ fabricationẽ pertinẽtibus. Nam & regula puto utitur, & torno, & circino, & amussi, & quodã proagogio affabrè facto. PRO. Et ualdè sanè ô Socrates rectè dicis. SOC. Ponamus itaq; bifariã eas quæ dicuntur artes, alias quidem Musicam sequẽtes, in operibus minoris certitudinis participes, alias autẽ architecturam, maioris. PRO. Ponatur. SOC. Harum autem exactissimas esse has, quas nunc primas dicimus. PRO. Artem numerandi dicere mihi uideris, & quas cũ hac artes iã recensuisti. SOC. Maximè. Verum ô Protarche nónne duplices etiam has esse dicendũ est, aut quomodo? PRO. Quasnam dicis? SOC. Artem numerãdi primũ, nónne aliam quandam uulgi esse dicendũ est, aliam rursus philosophorum? PRO. Quomodo uero quis distinxerit, ut aliam atq; aliam numerãdi artem ponat? SOC. Non paruũ est discrimen ô Protarche. Vulgus enim unitates inæquales numerorũ enumerat, uelut duos exercitus, & duos boues, & duo minima, aut etiam omnium maxima. Philosophi uero ipsos nunquàm sequantur, si nõ quis nullã unitatem ab unaquaq; partium unitate diuersam ponat. PRO. Et ualdè bene dicis non paruã differentiã esse eorũ qui circa numerum uersantur, Quare consentaneũ est duas numerandi artes esse. SOC. Quid uero ars computandi & metiendi circa Architecturam & Mercaturam, si cum Geometria et ratiocinationibus, quæ in Philosophia tractantur, conferatur. Num quòd una utraq; sit dicendum est, aut duas ponemus? PRO. Ego sanè superiorẽ sequens, mea sentẽtia duas ponerem, utramq; ipsarum seorsum. SOC. Rectè. Verum cuius gratia hæc in medium produximus num intelligis? PRO. Fortassis. Vellem tamen pronunciare te de eo quod nunc quæritur. SOC. Videtur itaq; mihi hæc disputatio, non minus q̃; quum ipsam ordiremur uoluptatibus similem quærens, hic proposuisse, quòd sanè est scientia alia puriora alia, quemadmodũ uoluptas uoluptate. PRO. Et ualdè clarum hoc est, hæc illorũ gratia tractata esse. SOC. Quid igitur, nónne in superioribus, aliam alia artem clariorem esse, & aliam alia obscuriorem comperimus? PRO. Maximè. SOC. Nónne uero ubi quis in his artem quandam uelut æquiuocã protulit, & in opinionem adduxit uelut ea una sit, & rursus quòd duę, interrogat de harum ipsarum claritate ac puritate, utrum ea quã Philosophi tractant, aut ea circa quam qui non philosophantur uersantur, exactius se habeat? PRO. Et ualdè hoc percõtari mihi uidetur. SOC. Quam igitur ô Protarche dabimus ipsi responsionem? PRO. Admirandam ô Socrates scientiarum differentiæ magnitudinem declarandam progressi sumus. SOC. Nónne facile respondebimus? PRO. Quidnĩ? & dicatur sanè quòd hæ multum ab aljs artibus differunt. Harum autẽ ipsarum certitudo ac ueritas magnopere & in mensuris, & in numeris differunt, circa eorum qui reuera philosophantur institutum. SOC. Sint hæc ex tua sententia, & tibi credentes respondebimus confidenter his qui circa sermones huc illuc trahendos excellũt. PRO. Quidnam. SOC. Quòd duæ sint numerandi artes, & has aliæ duæ huiusmodi sequentes, frequentem hanc duplicitatem habent, & uno nomine communicãt. PRO. Demus bona fortuna ô Socrates his quos excellere dicis hanc responsionem. SOC. Has igitur scientias maxime sinceras esse dicimus? PRO. Maximè. SOC. At renuerit utiq; nobis ô Protarche facultas differrẽdi, si aliquã ipsi preferamus. PRO. Quã uero hãc dicere oportet? SOC. Nimirũ eã quæ omnẽ de qua nũc dicimus nouit. Nã quę circa id quod est, & quod reuera est, & quod secundũ idẽ semper natura est, uersatur, eã ego omnino arbitror oẽs quibus uel parũ intelligẽtiæ adest, longè uerissimã cognitionẽ esse ducere. Tu uero ô Protarche quid iudicas. PRO. Audiui equidẽ ô Socrates sæpe ex Gorgia, persuadẽdi artem omnibus artib. lõgè præstare. Omnia eñ sibijpsi subijcit, & ultrò nõ per uiolentiã, seruabilem facit, & omniũ artiũ lõgè optima existit. Nũc uero neq; tibi, neq; illi cõtraria sentire uelim. SOC. Arma dicere uoluisse mihi uideris, & prę pudore reliqsse. PRO. Sint hæc, put tibi uidet. SOC. Nũ ego causa sum, ut tu nõ rectè acceperis? PRO. Quid illud? SOC. Nõ hoc ego ô chare Protarche quærebã, quæ ars, aut q̃ scientia omnib. præstat, eo ꝙ maxima & opti-

Musicæ obscuritas et instabilitas

Architecturæ certitudo

Artes primæ et exactissimæ

Scientiarũ differentia

Artis differentia di præstantia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veritas, nõ utilitas respicienda

& optima sit, & plurimum nobis prosit: sed quæ claritatẽ & certitudinẽ, & id quod uerissimum est considerat, etiamsi sit parua, & parũ prosit. Hoc est quod nunc quærimus, uerũ uide: Neq; enim Gorgiæ aduersaberis, si illius quidẽ artí tribueris, quòd ad utilitatẽ hominibus dominatur: Verũ ei de qua nũc dixi tractationi dederis, uerissimã ipsam esse: quemadmodũ de albo tunc dicebã, etiamsi paruum, purũ tamen esset, multo & nõ tali prestare, hoc ipso sanè quòd uerissimũ esset. Et nunc cogitatione ualdè progressi ac abundè ratiocinati, neq; ad utilitates scientiarũ, neq; ad existimationẽ respicientes, sed si qua sit anima nostræ facultas, quæ & ueritatẽ amet, & omnia eius gratia faciat, hãc dicamus intelligẽtiæ ac sapiẽtiæ puritatẽ perscrutati, an hãc maximè sentiamus esse, quã meritò nos cõparare oporteat, aut aliã quandã hac præstantiorẽ quærendã esse. PRO. Atqui considero, & difficile arbitror concedere, aliã quandã scientiam aut artem, magis ueritatẽ uendicare, q̃ hanc. SOC. Nónne tale quíd meditatus dixísti hoc quod nũc profers? quòd multæ artes, & quæ circa hæc elaborant, primũ opinionibus utuntur, & ea quæ ad opiniones pertinẽt, diligenter ac cũ ordine perquirunt. Et siue quis de natura sibi inquirendũ putat, nosti quòd quæ circa mundum hũc sunt, quomodo facta sint, & quomodo quíd patiuntur, & quomodo quíd faciãt, ea per omnẽ uitã quærit. Fatemur' ne hæc, aut quomodo? PRO. Ita. SOC. Nónne talis nõ circa ea quæ sunt semper, sed etiã circa ea quæ fiunt, & fient, ac facta sunt, laborẽ suscepit? PRO. Verissimè. SOC.

Instabiliũ nulla certitudo

Quíd igítur ex his exactíssima ueritate clarũ fieri dixerimus, quorũ nihíl unquàm secũdũ eadẽ habuit, neq; habebit, neq; in præsentia habet? PRO. Et quomodo? SOC. Quæ igítur nullã penitus stabílitatẽ habẽt, de his quomodo unquàm quícquã stabile nobis contingere posset? PRO. Nequaq̃ ut ego quidẽ arbítror. SOC. Neq; igítur intelligẽtia, neq; alíqua sciẽtia, quæ id quod uerissimũ est habeat, circa ipsa est. PRO. Verísimile est. SOC. Te itaq; & me, & Gorgiã, & Philebũ, multũ ualere sinere oportet, hoc autẽ sermone cõtestari. PRO. Quid illud? SOC. Quòd aut circa illa est nobis id quod stabile est, & purũ, & uerũ, & quod sincerũ dícimus, circa id scílicet quod semper, & secundũ eadem, eodem modo, sine omni mixtione purissime se habet: aut secunda quod dicitur natura, id quod illís maximè cognatum est. Alia uero omnia secũda ac posteriora dícenda sunt. PRO. Verissima dicis. SOC. Nónne uero iustíssimũ est, ut pulcherrima circa huiusmodi nomina, pulcherrimis rebus attribuãtur? PRO. Par est. SOC. Nónne Intelligentia & sapiẽtia nomina sunt quæ quis maximè ueneretur? PRO. Etiã. SOC. Hęc igítur in notionibus circa id quod reuera est, rectè posita esse ac dici, exactè cognitũ est. PRO. Maxime. SOC. Et sanè ea quæ ad iudicationẽ ego tunc producebã, nõ alia sunt quàm hæc nomina. PRO. Quidni ô Socrates? SOC. Sit ita. At sapientiæ & uoluptatis inter se mi-

Sapientiæ & uoluptatis mixtio

xtionem, si quis nobis uelut opificibus proposità esse dicat, ex quibus & in quibus aliquid cõstruere oporteat, is rectè coniectarit. PRO. Etiam ualdè. SOC. Num itaq; deinceps miscere aggrediemur? PRO. Quidni? SOC. Rectius igitur fuerit hoc facere, ubi hæc prius dixerimus ac nobis in memoriã reuocauerimus. PRO. Quæ illa? SOC. Quæ etiam prius produximus. Rectè autem prouerbium habere uidetur, quod pulchrũ est, id bis ac ter sermone repetere oportere. PRO. Quidni? SOC. Age sanè per louem, arbitror enim ea quæ tunc relata sunt, sic quodammodo dicta esse. PRO. Quomodo? SOC. Philebus dicit uoluptatem rectum scopum omnibus animantibus esse, & ad hũc oportere omnes collimare, & hoc etiam ipsum bonum omnibus esse, & duo nomina, bonũ & iucundũ, in uno quodam & una natura, rectè id positũ habere. Socrates autẽ primũ negat hoc ita esse. Verũ quemadmodũ duo nomina sunt, ita etiam bonum & iucundũ diuersam inter se naturam habere. Imò potius sapientiam quàm uoluptatem portionis boni participẽ esse. Nónne hæc sunt, & erant Protarche, quæ tunc dicebãtur. PRO. Valdè equidẽ. SOC. Nónne etiã hoc & tũc, & nũc nobis confitendũ est? PRO. Quid uero? SOC. Boni naturã in eo magis ab alijs differre. PRO. In quo? SOC. Quod cui animanti hoc adsit semper, perpetuò, penitus & undíquaq;, id nullo alio unq̃ opus habeat, uerũ qd' satis est perfectíssimè habeat. Nónne ita? PRO. Ita sanè. SOC. Nónne conati sumus sermone, utrũq; seorsum ab altero ponere in singulorũ uitã, ita ut uoluptati nõ esset admixta sapiẽtia, & símiliter sapiẽtia ne minimũ quidẽ uoluptatis haberet? PRO. Ita res se habet. SOC. Nũ igitur tũc alicui ex nobis alterutrũ ipsorũ sufficiẽs esse uisum est? PRO. Et

Et quomodo? SOC. Si uero quis tunc deceptus aberrauit, is nunc reuocatam sententiã rectius dícat, ita ut memoriã & scientiã & sapientiã & ueram opinionẽ eiusdem ideę ac speciei ponat, & consideret an quis absq; his quodcũq; tandẽ sibi esse, aut cõtingere expetat, nedum uoluptatẽ siue plurimã, siue uehemẽtissimã, si neq; uerè putet se gaudere, neq; omnino cognoscat quam' nã affectionẽ patitur, neq; memoriã affectionis ullo tẽpore habeat. Eadẽ etiã de sapientia dicenda sunt, an quis absq; omni uel breuissima uoluptate, sapientiã habere magis expetat, q̃ cum quibusdã uoluptatibus: aut omnes uoluptates absq; sapiẽtia magis, q̃ cũ sapientia quadã. PRO. Non est quisquã ô Socrates. Verũ nihíl opus est hæc sæpe repetere. SOC. Neutrũ igitur horum fuerit id quod perfectum est, & omnibus expetendũ, & penitus bonũ. PRO. Quomodo enim esset? SOC. Bonum igitur aut claré, aut formã quandã eius sumere oportet, quo uelut dicebamus, cuí secundas tribuamus, habeamus. PRO. Rectíssimè dicis. SOC. Nónne uiã quandam ad bonũ appræhendímus? PRO. Quam? SOC. Quemadmodũ si quis hominẽ aliquem quærens, primũ rectè domũ ipsius ubi habitat inquisiuerit, magnũ quid ad inueniendum eũ quem quærit habuerit. PRO. Quidni? SOC. Ita etiã nũc sermo quidã, uelut etiã ab initio, nobis indicauit, nõ quærendũ esse bonũ in uita nõ mixta, sed in mixta. PRO. Maximè. SOC. Spes itaq; maior est, ut in eo quod probe mixtum est, id quod quæritur clarius fiat, q̃ in eo quod mixtũ non est? PRO. Multò sanè maior. SOC. Dijs itaq; ô Protarche supplicantes misceamus, siue dionysius, siue Vulcanus, siue alíus quisquã deorũ is est, qui hunc mixtionis honorẽ obtinuit. PRO. Maximè. SOC. Et sanè nobis quemadmodũ pocillatoribus quibusdã, adstant fontes, mellis quidẽ, si quis ipsi uoluptatis fontẽ assimilet: sapientiæ uero, sobriũ illũ & uini nescíũ, austeræ cuiusdã ac salubris aquæ, quos ut q̃ optime permisceamus conandũ est. PRO. Quidni? SOC. Age sanè si omnẽ uoluptatẽ cum omni sapiẽtia miscuerimus, num rectã mixtionẽ maximè assequemur? PRO. Fortassis. SOC. Sed tutũ hoc nõ est. Qua uero ratione, minore cũ periculo misceri possimus, sententiã quandã ferre posse mihi uideor. PRO. Dic quam. SOC. Erat nobis uoluptas reuera ut putamus, alía magis q̃ alia, & ars alía magis q̃ alia sincera? PRO. Quidni? SOC. Et Scientia sanè à scientia diuersa, alía quidẽ ad ea quæ fiunt & pereunt respiciens, alía uero ad ea quæ neq; fiunt neq; pereunt, sed secundum eadem & símiliter semper exístunt. Hanc ad ueritatẽ respicientes, ueriorem illa esse dixímus. PRO. Maximè equidem rectè. SOC. Num igitur uerissimis utriusq; partibus permixtis primum uiderimus, num sufficientes hæ sint permixtę, ut uitam maximè expetendam efficiant, ac nobis exhibeant: aut alíquo adhuc amplius opus habeamus ex his quæ talia non sint. PRO. Mihi sanè ita faciendũ uidetur. SOC. Sit igitur nobis uir quidã sapiens de iustitia quid sit, & qui rationẽ habeat ad intelligentiam sequentẽ, & qui sanè etiã de alijs rebus omnibus símiliter sentiat. PRO. Sit sanè. SOC. Nũ hic abundè satis sciẽtiæ habebit, si de circulo & sphæra ipsa diuina rationẽ teneat, humanã uero hanc sphærã, & circulos hos ignoret, & tamẽ in ędiũ extructione, ac alijs símiliter & regulis & circulis utatur? PRO. Ridiculam nostram affectionẽ ô Socrates dixerimus, si in diuinis solum scientijs esset. SOC. Quid ais? Num falsæ regulæ simulq; circuli, nõ constantẽ, neq; purã artẽ, in communi cõmittere ac permiscere oportet? PRO. Necessariũ est enim, si quis nostrũ etiam ad domum reperire uelit. SOC. Num & Musicã, quã paulò ante dixímus cõiectura & imitatione plenã esse, ac puritate carere? PRO. Necessariũ esse mihi apparet, siquidẽ uita nostra, etiã quomodocũq; tandẽ uita futura est. SOC. Vís itaq; ut uelut Ianitor, qui à populo protruditur ac cogitur, superatus nunc expassis foribus omnes scientias introì fluere sinã, & puræ indigentiorem simul misceri? PRO. Non profectò nouí ego ô Socrates, in qua re quis lædatur qui alias omnes sciẽtias accipit, ubi iam primas habet. SOC. Permitto itaq; uniuersas fluere in Homericæ ac ualdè poëticæ illius duarũ ualliũ coniunctionis receptaculũ. PRO. Maximè. SOC. Fluant. Et rursus ad uoluptatũ fontẽ progrediendũ. Quũ enim constituissemus ipsas miscere partes ueras primũ, id nobis datũ nõ est, sed quia omnẽ scientiã amplectebamur, ipsas aceruatim in idẽ cõfluere permisimus, & prius q̃ uoluptates. PRO. Verissima dicis. SOC. Tẽpus igitur est & nos de uoluptatib. cõsultare, utrũ & has oẽs aceruatim cõfluere ꝑmittamus, aut etiã harũ primas quę ueręsunt dimittamus. PRO. Multũ sanè refert ad securitatẽ primas ueras dimittere.

Mixtio perfectiß. utriusque partium

Exemplum mixtionis

Scientiarũ omnium mixtio

Primas tenentẽ cæteræ scientiæ non lædunt

SOCR.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Voluptatum omniũ mixtio

SOC. Dimittantur itaq; Quid uero postea? Nũ si quæ necessariæ sunt, quemadmodum isthic permiscendę & hæ sunt? PRO. Quidni necessarias sanè? SOC. Si uero etiã, quemadmodũ artes omnes in uita nosse innocuũ & utile erat, nunc quoq; eadẽ de uoluptatibus dicamus, si quidẽ omnibus uoluptatibus in uita delectari utile est & innocuũ omnibus, omnes permiscẽdæ sunt. PRO. Quomodo igitur de his ipsis dicemus? & quo modo faciemus? SOC. Non nos interrogare ô Protarche oportet, uerũ ipsas uoluptates ac scientias de hoc quomodo inter se mutuo habeãt interrogare decet. PRO. Quid istud? SOC. ô charæ, siue uoluptates uos appellare oportet, siue alio quocũq; nomine, Nũ cũ omni sapiẽtia habitare expetitis, aut absq; sapiẽtia? Et arbitror equidẽ maximẽ necessariũ esse, ut ipsæ ad hęc hoc respõdeant. PRO. Quid uero? SOC. Quòd quemadmodũ antea dictũ est, purũ aliquod genus solũ & desertum esse, neq; ualdè fieri potest, neq; utile est. Omniũ uero generũ optimũ ducimus: ut unũ pro uno nobis cohabiter, quo tũ alia omnia cognoscamus, tũ unamquãq; ex nobis pro uiribus perfectè. PRO. Et pulchrè sanè dixistis, ad ipsas diceremus. SOC. Rectè. Rursus itaq; post hoc, sapiẽtia ac intelligentia interrogãda est. Nũ uoluptatũ permixtione opus habetis dixerimus: & rursus intelligentiã ac sapientiã interrogates, qualiũ fortassis uoluptatũ dixerimus. PRO. Verisimile est. SOC. Noster uero postea hic sermo fuerit, Nũ ad ueras illas uoluptates, dicemus, ad huc opus est uobis, ut maximæ ac uehementissimæ uoluptates uobis cohabitent? Et quomodo ô Socrates fortassis illæ dixerint, quæ impedimẽta innumerabilia nobis exhibent, animas in quibus habitamus per insanas uoluptates turbantes: & neq; fieri nos omninò permittũt, & si qua nobis soboles producitur, eã plerũq; propter negligentiã obliuionẽ inducẽtes penitus corrumpũt. At uero alias uoluptates ueras ac puras, quas ferè dixisti, familiares nobis puta, & ad has, eas quæ cũ sanitate & temperantia ac uniuersa deniq; uirtute contingũt: quę uelut deę huius pedissequæ ipsam undiquaq; sequũtur. Cæterũ illas semper cũ desipiẽtia mixtas, & ad reliquã maliciã sequentes, cũ intelligentia miscere, multa absurditas est in eo qui q̃ pulcherrimã ac omnis seditionis expertem mixtionẽ ac temperaturã uidere uelit, & conari ut in hac discat: quid'nam & in homine, & in uniuersò bonũ existat, & quã tandẽ ipsius ideã esse diuinare oporteat. Nónne hæc quæ nũc relata sunt, sapiẽter & pro sui dignitate respõsurã esse dicemus intelligentiã, & pro seipsa, & pro memoria, ac recta opinione? PRO. Omninò sanè. SOC. Atqui & hoc necessariũ est, & non aliter unquã quicq̃ fieri possit. PRO. Quod illud? SOC. Cui nõ miscuerimus ueritatẽ, hoc nunquàm rectè fieri poterit, etiamsi in hoc sit ut fiat. PRO. Quomodo enim fieri posset? SOC. Nequaquã. Verũ si quid huic mixtioni adhuc deest, dic tu & Philebus. Mihi equidẽ uelut mundus quidã incorporeus, animatum corpus rectè gubernaturus, hic sermo nunc absolutus esse uidetur. PRO. Et mihi sanè ita uisum esse ô Socrates dicito. SOC. Nónne si nũc nos in ipsius boni uestibulo, & huiusmodi adeò boni domicilio cõsistere dicamus, recto utiq; modo diceremus? PRO. Mihi equidẽ uidetur. SOC. Quid uero in hac cõmixtione præstantissimũ simul, & quod maxime in causa sit, ut huiusmodi affectio omnibus grata sit, uideri nobis possit? Hoc enim cognito postea cõsiderabimus uoluptati ne aut intelligẽtiæ cognatũ ac familiarius in uniuerso cõsistat. PRO. Rectè. Hoc enim est adhuc nobis ad iudicationẽ commodissimũ. SOC. Sed & uniuersæ mixtionis causam cognoscere nõ est difficile, propter quam quęuis mixtio aut quauis re digna fit, aut nullius penitus precij. PRO. Quomodo dicis? SOC. Nemo hominũ hoc ignorat. PRO. Quod uero? SOC. Quòd omnis quæcũq; tandẽ & quomodocũq; fiat cõmixtio, si nõ mensurã & moderatã naturam cõsequatur, necessariò perdit & ea quæ miscentur, & seipsam omniũ primã. Neq; enim tẽperatura, sed meraca quędã uerè cõgesta huiusmodi fit, semper possidẽtibus reuera calamitas. PRO. Verissimè. SOC. Nũc fugit nos boni facultas, ad pulchri naturã transiens. Moderatio enim & symmetria, ubiq; pulchritudo ac uirtus fit. PRO. Maximè. SOC. Sed & ueritatẽ in mixtione ipsis ammixtã esse diximus. PRO. Omninò sanè. SOC. Proinde si non una specie bonũ uenari possumus, cũ tribus id cõpræhensum, cũ pulchritudine, & symmetria, & ueritate, dicamus q̃ hoc uelut unũ rectissimè cæusam facimus eorũ quæ sunt in mixtione, & ob id, q̃ bonũ sit, ipsam mixtionẽ talẽ factã esse. PRO. Rectissimè, perfecto. SOC. Quiuis itaq; iam ô Protarche, sufficiẽs nobis index esse poterit de uoluptate ac sapientia,

Sapientia quarum uoluptatũ mixtionem expetat

Veritatis mixtio ad omnia est necessaria

Boni domicilium occupatũ

Mixtionis gratæ causa, est modus

Boni cum pulchro cognatio

Bonum est mixtio pulchri, moderati, ac ueritatis

pientia, utra ipsarum magis optimo cognata, ac præstantior sit, & apud homines, & apud deos. PRO. Clarũ quidẽ hoc est, tamẽ rursus sermone id persequi præstabilius est, SOC. Secundũ unũquodq; itaq; ex tribus illis, ad uoluptatẽ & intelligentiã iudicemus. Cognoscere enim oportet utri ipsarũ magis cognatum unũquodq; illorũ attribuamus. PRO. De pulchritudine, et ueritate, ac moderatione dicis? SOC. Etiam. Primum autem ô Protarche ueritatẽ apprehende, & ipsa apprehẽsa, ad tria hæc intuitus, ad intelligentiã, & ueritatẽ ac uoluptatẽ, & multi tẽporis habita deliberatione tibijpsi respõde, utrũ uoluptas aut intelligẽtia ueritati sit cognatior. PRO. Quid uero opus est tẽpore? Multum enim arbitror differũt. Voluptas enim omniũ petulantissima est. Et ut fertur, in uoluptatibus quæ sunt circa uenerẽ, quæ sanè maximæ esse uidentur, etiã peierare, uentã apud deos cõsequitur, tanquã uoluptates uelut pueri, neq; minimũ intelligẽtię habeãt. At intelligentia aut idem est quod ueritas, aut omniũ simillimum ac uerissimum. SOC. Proinde deinceps moderationẽ similiter cõsidera, utrũ uoluptas magis quàm sapiẽtia, aut sapientia magis q̃ uoluptas, de illa possideat. PRO. Cõsideratu facilem etiam hanc speculationẽ proponis. Arbitror enim nemínem quicquã in tota rerum natura inuenire posse, quod immoderatius sit uoluptate ac abũdanti gaudio: & cõtrà neq; cõcinnius quicquã intelligentia ac scientia. SOC. Rectè dixisti. Tamẽ dic adhuc etiã tertium, Intelligẽtia' ne plus particeps est pulchritudinis, aut uoluptatis genus, ita ut intelligẽtia pulchrior sit uoluptare, aut cõtrà. PRO. Non'ne sapientiam & intelligentiam nemo unquã neq; reuera, neq; per somniũ, turpem aut uidit, aut ullo modo cogitauit, siue fuisse, siue esse, siue fore. SOC. Rectè. PRO. Voluptates uero, & has ferè maximas, ubi quẽcunq; sectari uidemus, aut risum, aut summã omnium turpitudinẽ inde sequi cõspicientes, & ipsi pudore afficimur, & obscurãtes quàm maximè occultamus, nocti omnia huiusmodi tribuentes, uelut phas nõ sit ipsa intueri. SOC. Vndiquaq; itaq; ô Protarche, & nunc ijs emissis prædicari sines, & præsentibus ipse dices, q̃ Voluptas possessio est neq; prima, neq; secunda: Verum sempiternã naturam primam dictam esse, circa mensuram, & moderationẽ, & oportunitatẽ, & omnia huiusmodi putare oportet. PRO. Apparet sanè ex his quæ modo dicebant. SOC. Secundã uero, moderatũ, & pulchrum, & perfectum, & sufficiens, & omnia quæ huius generis existũt. PRO. Apparet sanè. SOC. Tertiam autem si, quæ mea est diuinatio, intelligentiã ac sapientiam posueris, nõ multum à ueritate digredieris. PRO. Fortassis. SOC. Non'ne uero quarto ad tria ista loco esse dicetas? si quidẽ bono magis cognatæ sunt quàm uoluptas. PRO. Fortassis ita. SOC. Quintas deinde, quas uoluptates doloris expertes definiuimus, puras ipsius animæ scientias cognominantes, & ad sensus sequentes. PRO. Fortassis. SOC. At uero Orpheus ait,

Progenie in sexta mundum cantare quiescas:

Et uidetur sanè etiam noster in sexta à iudicio quietus esse sermo, quum deinceps nihil nobis restet, præterquam ut uelut caput & summam dictis addamus. PRO. Ita sanè conuenit. SOCR. Age itaq; tertium Seruatori, eundem testificati sermonem recenseamus. PRO. Quem illum? SOC. Philebus bonum ponebat nobis esse uoluptatem omnem & perfectam. PRO. Tertium ô Socrates ut arbitror, modo dicebas, eũ qui habitus est sermo ab initio repetere oportere. SOC. Etiam. Verũ quod post hoc sequitur audiamus. Ego equidem quũ cognouissem ea quæ nunc recensui, & nõ solum Philebi, sed etiam aliorum innumerabilium sermonem grauiter tulissem, dixi Intelligentiã uoluptare longẽ præstantiorẽ esse, & humanæ uitæ cõmodiorem. PRO. Ita res se habet. SOC. Quum uero suspicarer etiam alia multa esse, dixi quòd si quid ambobus his melius appareret, de secundis aduersus uoluptatẽ pro intelligentia depugnare uellem, & q̃ uoluptas etiã secũdas amissura esset. PRO. Dixisti equidem. SOC. Et postea quũ cognouissem bonũ maximè omniũ sufficiens esse, neutrũ horum sufficiens usum est. PRO. Verissimè. SOCRA. Proinde in hac disputatione & intelligẽtia, & uoluptas, ab hoc summota sunt, ut neutra ipsarũ sit ipsum bonũ, ut quæ sufficientiæ, & eius quod satis est, & perfecti facultate priuatæ sint. PRO. Rectissimè. SOC. Quum autem comparuisset aliud tertiũ, quod his utriq; melius esset, incomparabiliter rursus familiarior ac cognatior uincentis ideæ intelligentia apparuit, quàm uoluptas. PRO. Quidni? SOC. Quintum igitur secundum

Intelligẽtia ueritati cognatior quàm uoluptas

Venereum tusiurandum

Sapientia moderatiõi cognatior quàm uoluptas

Intelligẽtia pulchritudini cognatior quàm uoluptas

Voluptas neq; prima, neq; secunda

Prima est, natura sempiterna

Secunda, pulchrũ & pfectũ

Tertia, sapiẽtia

Quarta, scientiæ & artes

Quinta, uoluptates puræ

Epilogus

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicium, quod nunc sermo noster pronunciauit, fuerit uoluptatis facultas. PRO. Ita uidetur. SOCR. Primum tamen illam fecerint omnes boues ac equi, & aliæ uniuersæ bestiæ, eo quòd uoluptatem persequũtur: quibus plerique credentes, quemadmodum augures auibus, iudicant uoluptates ad bene uiuendum optimas esse, & bestiarum amores magis præstantes testes esse putant, quàm sermones quos Musæ philosophiæ uelut oracula quædam protulerunt. PRO T. Verissimè ô Socrates à te dictum esse, nunc omnes confitemur. SOCRAT. Proinde etiam dimittite me. PROT. Exiguum quid ad hucrestat ô Socrates. Non enim tu sanè prius à nobis discedes. Et uero quæ restant, tibi in memoriam reuocabo.

COMMENTARIVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN CONVIVIVM PLATONIS DE AMORE.

CAPVT I.

PLATO philosophorũ pater annos unum & octoginta ætatis natus, septimo Nouembris die, quo ortus fuerat, discumbens in conuiuio remotis dapibus expirauit. Hoc autem conuiuium, quo & natalicia, & anniuersaria Platonis pariter continentur, prisci omnes Platonici, usq; ad Plotini & Porphyrij tempora, quot annis instaurabant. Post uero Porphyrium mille ac ducentos annos, solennes hæ dapes prætermissæ fuerunt. Tandem nostris temporibus uir clarissimus Laurentius Medices Platonicum conuiuium innouaturus, Franciscum Bandinum Architriclinum constituit. Cum igitur septimum Nouembris diem colere Bandinus instituisset, regio apparatu in agro Caregio nouem Platonicos accepit conuiuas: Antonium Allium episcopum Fesulanum, Ficinum Medicum. Christophorum Landinum poetam, Bernardum Nutium rhetorem, Thomam Bencium, Ioannem Caualcantem familiarẽ nostrum: quem propter uirtutem animi, & egregiam indolem Heroem conuiuæ nuncupauerunt. Marsupinos duos, Christophorum Carolumq; Caroli poetæ filios. Me deniq; nonum Bandinus esse uoluit, ut Marsilio Ficino superioribus addito musarum numerus impleretur. Remotis dapibus Bernardus Nutius Platonis accepit librum, qui conuiuium de amore inscribitur: legitq; omnes Symposii huius orationes, quibus lectis reliquos conuiuas orauit, ut singuli singulas orationes exponerent. Assensere omnes: iactisq; sortibus, prima illa Phædri oratio, Ioanni Caualcanti obtigit exponenda. Pausaniæ oratio, Antonio Theologo. Eryximachi Medici, Ficino Medico. Poetæ Aristophanis, Christophoro Poetæ. Agathonis adolescentis, Carolo Marsupino. Thomæ Bencio data est Socratis disputatio. Alcibiadis uero Christophoro Marsupino. Sortem huiusmodi probauere omnes. Verum episcopus ac medicus, alter ad animorum, alter ad corporum curam abire coacti. partes in dicendo suas Ioanni Caualcanti reliquerunt. Cæteri ad hunc conuersi sunt, paratiq; ad audiendum cõtinuare. Tunc heros ille in hunc modum est exorsus.

QVA REGVLA LAVDANDVS SIT AMOR. Quæ sit eius dignitas & magnitudo.

CAP. II.

GRATISSIMA mihi optimi conuiuæ sors ista hodie obtigit, qua effectum est, ut personam Phædri Myrrhinusii gererem. Phædri illius, inquam, cuius familiaritatem tanti fecit Lysias Thebanus summus orator, ut oratione lucubrationibus multis composita, eum sibi conciliare contenderit: cuius indolem Socrates usq; adeo admiratus est, ut eius splendore quandoq; iuxta Ulyssum fluuium concitus altissimis sublatus mysteria diuina cecinerit: qui ante nõ solum cœlestium, sed inferiorum quoq; omnium se interscium prædicauerat. Cuius ingenio adeo delectatus est Plato, ut primitias studiorum suorum Phædro dicauerit. Ad hunc epigrammata, ad hunc elegiæ Platonis, ad hunc primus eius de pulchritudine liber, qui Phædrus inscribitur. Cum igitur huius Phædri me similem, non ego quidem, nõ enim tantum mihi arrogo: sed fortis casus primo, & uester deinde applausus iudicauerit, his felicibus auspicijs eius in primis orationem libenter interpretabor. Deinde Antonij & Vicini partes pro ingenij uiribus exequar. Tria in omni re uiri optimi philosophus quisq; Platonis imitator considerat, quæ antecedunt, quæ comitantur, & quæ sequuntur. Hæc si bona sint, rem ipsam laudat: sin mala, uituperat. Ea igitur perfecta laudatio est, quæ præcedentem rei recensет originem, præsentem formam narrat, sequentes ostentat euentus. Ab antecedentibus res quæq; laudatur, ut nobilis: à præsentibus, ut magna: à sequẽtibus, ut utilis. Quare ex tribus illis triadibus hæc in laudibus concluduntur: Nobilitas, magnitudo, atq; utilitas. Ideo Phædrus noster in primis præsentem Amoris excellentiam contemplatus, Magnum deum uocauit: adiunxit, Dijs hominibusq; mirandum. Nec iniuria. Nam ea propria quæ magna sunt admiramur. Magnus ille quidem, cuius imperio homines & dij, ut aiunt, omnes subijciuntur. Nam tam dij apud ueteres quàm homines amant, quod Orpheus Hesiodusq; significant, dicentes mortalium & immortalium mentes amore domari. Admirandus præterea dicitur, quoniam illud quisq; amat, cuius pulchritudinem admiratur. Dij quidem siue ut nostri dicunt, Angeli, diuinam pulchritudinem: Homines corporum species admirantur, & amant. Atq; hæc quidem laus Amoris est à præsenti excellentia quæ ipsum comitatur deducta. Laudat deinde ab antecedentibus Phædrus, cum

cum deorum omnium esse asserit antiquissimum. In quo nobilitas amoris effulget, cum prisca eius origo narratur. Laudabit & tertio à sequentibus, ubi mirifica eius ab euentu apparebit utilitas. Sed de prisca & nobili eius origine primum: deinde de futura utilitate tractabimus. Orpheus in Argonautica, cum de rerum principijs corã Chirone heroibusq; cantaret, Mercurij Trismegisti theologiam sequutus: Chaos ante mundum posuit, & ante Saturnum, Iouem, cæterosq; deos. Amorem in ipsius Chaos sinu locauit, laudauitq; his uerbis.

ORIGO AMORIS EX CHAOS.

CAP. III.

ANTIQVISSIMVM, seipso perfectum, consultissimumq; Amorem, Hesiodus in Theogonia: & in libro De natura Parmenides Pythagoricus, Acusileusq; poeta, cum Orpheo & Mercurio consentiunt. Plato in Timæo chaos describit similiter: & in eo locat amorem. Atque idem in conuiuio Phædrus recensuit. Chaos Platonici informem mundum uocant: Mundum uero formatum chaos. Tres apud eos mundi sunt, tria itidem Chaos erunt. Primum omnium est deus uniuersorum autor, quod ipsum bonum dicimus. Hic mentem primo creat angelicam: deinde mundi huius animam, ut Plato uult: Postremo mundi corpus. Summum illum deum, non mundum dicimus: quia mundus ornamentum significat ex multis compositum, ille uero penitus simplex esse debet: sed mundorum omnium principium atq; finem ipsum asserimus. Mens angelica primus mundus est à deo factus. Secundus uniuersi corporis anima. Tertius tota hæc quam cernimus machina. In ijs itaq; mundis tribus, tria & chaos considerantur. Principio deus mentis illius creat substantiã: quam etiam essentiam nominamus. Hæc in primo illo creationis suæ momento informis est, & obscura. Quoniam uero à deo nata est, ad deum sui principium ingenito quodam appetitu conuertitur. Conuersa in deum, ipsius radio illustratur. Radij illius fulgore ille suus appetitus accenditur. Accensus appetitus deo totus inhæret: inhærendo formatur. Nam deus qui potest omnia, in mente sibi inhærente creandarum rerum naturas effingit. In ea igitur spiritali quodammodo pinguntur, ut ita loquar, omnia quæ in corporibus istis sentimus. Illis cœlorum elementorumq; globi, sydera, uaporum naturæ, lapidum, metallorũ, plantarum, animalium formæ gignuntur. Huiusmodi rerum omnium species dei fomento quodam in superna illa mente conceptas, Ideas esse non dubitamus: & formam illam ideamq; cœlorum, sæpe deum Cœlum uocamus. Formam planetæ primi Saturnum deum: Secundi Iouem, atq; in sequentibus planetis eodem pacto. Ignis quoq; huius ideam illam, Vulcanũ deum: Aeris Iouem atq; Iunonem, Aquæ Neptunum, Terræ Plutonem. Quare dij omnes certis inferioris mundi partibus assignati, Ideæ illarum partium sunt in superna illa mente collectæ. Sed eam idearum conceptionem à formante deo perfectam præcessit illa mentis ad deum appropinquatio. Hanc præcessit appetitus incendium, hoc infusio radij, hanc prima illa appetitus conuersio, hanc informis mentis essentia. Porrò essentiam istam nondum formatam chaos esse uolumus. Primam ipsius in deum conuersionem, amoris ortum: radij infusionem, amoris pabulum: incendium sequens, amoris dictamus incrementum: appropinquationem, amoris impetum: formationẽ, amoris perfectionem. Formarum omnium, ideãrumq; complexionem, Mundum Latine, Græce κόσμον, id est ornamentum uocamus. Huius ornamenti gratia pulchritudo est. Ad quam amor ille statim natus traxit mentem: atq; perduxit mentem ante deformem, ad mentem eandem deinde formosam. Ideo amoris conditio est: ut ad pulchritudinem rapiat, ac deformem formoso coniungat. Quis igitur dubitabit, quin amor statim chaos sequatur, præcedatq; mundum: & deos omnes, qui mundi partibus distributi sunt? Cum mentis ille appetitus ante sui formationem sit, & in mente formata dij mundusq; nascantur. Merito igitur antiquissimũ hunc Orpheus nominauit. Præterea seipso perfectum: quasi dicat seipsum perficientem. Quoniam primus ille mentis instinctus suapte naturà à deo perfectionem suam haurire uidetur: atq; eam menti, quæ inde formatur, & dijs qui inde gignuntur, præbere. Consultissimum insuper nominauit, nec iniuria. Nam omnis sapientia cuius proprium est consiliũ, ideo mentis data est: quia amore in deum conuersa, ipsius fulgore refulsit. Eodemq; modo mens ad deum, quo ad lumen solis dirigitur oculus. Hic enim aspicit primo, uidet deinde solis lumen: tertio in solis lumine rerum colores figurasq; comprehendit. Quare oculus obscurus primo, & chaos instar informis, lumen amat dum aspicit, irradiatur aspiciendo, radium accipit: dato rerum coloribus figurisq; formatur. Quem: admodum uero in deum mens illa statim nata & informis amore conuertitur & formatur: sic mundi anima in mentem, deumq; illinc genita se reflectit. Et cum primo informis sit, & chaos amore in mentem directa acceptis ab ea formis fit mundus. Non aliter & mũdi huius materia, cum principio sine formarum ornamento informe chaos iaceret: illico amore sibi ingenito, in animam se direxit, secq; illi obedientem præbuit: atq; hoc amore conciliante, ab anima formarum omnium quæ in mundo uidentur nacta ornamentum, mundus ex chaos effecta est. Tres igitur mundi, tria & chaos. In omnibus deniq; amor chaos comitatur, præcedit mundum, torpentia suscitat, obscura illuminat, uiuificat mortuos, format informia, perficit imperfecta. Quibus laudibus nullæ fermè maiores aut dici, aut excogitari possunt.

DE VTILITATE AMORIS.

CAP. IIII.

SED de origine eius, & nobilitate hactenus. De utilitate iam arbitror differendum. Singula quidem amoris beneficia generi humano collata referre superuacuum est: præsertim cum summatim comprehendi omnia possint. Omnia enim in eo consistunt, ut uitatis malis bona sequamur. Mala hominis & turpia eadem sunt. Bona itidem eadem atq; honesta. Profecto nihil aliud leges & doctrinæ omnes contendunt, quàm ita homines instituere, ut declinent à turpibus, agant honesta. Hoc autem ipsum, quod innumerabiles pene leges & artes uix tandem longo tempore assequuntur, Amor ipse unus breui tempore

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore perficit. Nam à turpibus pudor absterret: ad honesta excellendi studium prouocat. Duo hæc nihil aliud facilius, ac citius quàm amor hominibus exhibet. Cum amorẽ dicimus, pulchritudinis desiderium intelligite. Hæc enim apud omnes philosophos amoris definitio est. Pulchritudo uero gratia quædam est, quæ ut plurimũ in concinnitate plurium maxime nascitur, Ea triplex est: siquidem ex plurium uirtutum concinnitate in animis gratia est. Ex plurium colorum linearũq; concordia in corporibus gratia nascitur. Gratia item in sonis maxima ex uocum plurium consonantia. Triplex igitur pulchritudo, animorum, corporum atq; uocum. Animorum mente cognoscitur, Corporum oculis, Vocum auribus solis percipitur. Cum ergo mens, uisus, auditus, sint quibus solis frui pulchritudine possumus: Amor uero sit fruendæ pulchritudinis desiderium: Amor semper Mente, Oculis, Auribus est contentus. Quid olfactus? quid gustus? quid tactu opus est? Odores, Sapores, Calorem, Frigus, Mollitiem & duritiem, horumq; similia sensus isti percipiunt. Istorum nullum humana pulchritudo est, cum formæ simplices sint: humani autem corporis pulchritudo membrorum requirat diuersorum concordiam. Amor tanquam eius finem fruitionem respicit pulchritudinis: ista ad mentem, usum, auditũ pertinet solam. Amor ergo in tribus ijs terminatur. Appetitio uero, quæ reliquos sequitur sensus, non amor sed libido rabiesq; uocatur. Præterea si amor erga hominem pulchritudinem ipsam desiderat: humani autem corporis pulchritudo in quadam consinnitate consistit: concinnitas temperantia est: sola quæ temperata, modesta, decora sunt, exigit amor. Voluptates itaque gustus & tactus, quæ usq; adeo uehementes furioseq; sunt, ut mentem è suo statu dimouẽat, hominemq; perturbent: amor non modo non cupit, sed abominatur & fugit, utpote quæ propter intemperantiam pulchritudini sunt contrariæ. Rabies uenerea ad intemperantiam trahit, ideoq; ad inconcinnitatem: quare ad deformitatem similiter uidetur allicere: Amor autem ad pulchritudinem. Deformitas & pulchritudo contraria sunt. Motus igitur huiusmodi, qui ad ea rapiunt, inter se uidentur esse contrarij. Quapropter libido coitus, & amor non modo non idem motus, sed & contrarij esse demonstrantur, & ostenduntur. Testantur hoc & theologi ueteres, qui amoris nomen deo tribuerunt. Quod etiam posteriores theologi summopere confirmarunt. Nullum uero deo congruum nomen cum rebus turpibus est cõmune. Ideo sanæ mentis quisq; cauere debet, ne amorẽ, diuinum nomen, ad insanas perturbationes temere transferat. Erubescat Diarchus, & si quis alius Platonicam maiestatem quod amori nimium indulserit, carpere non ueretur. Nam decoris, honestis, diuinis affectibus, nec nimium, nec satis unquam possumus indulgere. Hinc efficitur, ut omnis amor honestus sit, & omnis amator iustus. Pulcher enim est omnis atq; decorus, & decorum proprie diligit. Turbulentus autem ardor, quo ad lasciuiam rapimur, cum ad deformitatem trahat, amori contrarius iudicatur. Vt igitur ad amoris utilitatem aliquando redeamus: pudor qui à turpibus nos absterret, & studiũ quod ardentes efficit ad honesta, ab amore facile, citoq; proficiscuntur. Primo quoniam amor, qui pulchra petit, decora semper appetit atq; magnifica: & qui odit deformia, necessario turpia obscœnaq; fugit. Deinde si duo aliqui se mutuo diligunt, alterutrum se obseruant & placere sibijmuicem cupiunt. Prout alter ab altero obseruatur, utpote qui teste nunquam careant, à turpibus abstinent. Prout sibijmuicem placere conantur, magnifica semper ardenti studio aggrediuntur, ne contemptui amato sint, sed amoris uicissitudine digni putentur. Sed hanc rationem copiosissime explicat Phædrus: ubi exempla ponit amorum tria. Vnum amoris fœminæ ad masculum: ubi de Alceste Admeti uxore loquitur, quæ pro marito mori uoluit. Alterum amoris masculi ad fœminam, ut Orphei ad Eurydicen. Tertiũ amoris masculi ad masculum, ut Patroeli ad Achillẽ: ubi ostendit nihil fortiores homines reddere, quàm amorẽ. Allegoriam uero, uel Alcestis, uel Orphei, in præsentia perscrutari non est consilium. Vehementius enim ista uim amoris & imperium exprimunt, si tanquam historia gesta narrentur, quàm si per allegoriam dicta putentur. Ergo amorem esse Deum magnum atq; mirandũ, nobilem præterea & maxime utilem, sine controuersia fateamur: atq; ità amori indulgeamus, ut fine suo, quã pulchritudo ipsa est, contenti simus. At nos ea parte fruimur, qua cognoscimus Mente, usuq; & auditu. His itaq; fruimur, cæteris sensibus non pulchritudine, quam desiderat amor, sed quouis alio potius quo corpus indiget, utimur. Igitur his tribus uenabimur pulchritudinẽ: & per eam quæ in uocibus corporibusq; elucet, tanquã per uestigia quædam, animi decorem inuestigabimus. Illam laudabimus quidem, istum probabimus: ac semper id obseruare conabimur, ut tantus amor sit, quanta fuerit pulchritudo. Et ubi corpus quidem pulchrum, animus uero turpe, tanquam umbratilem & fluxam imaginem pulchritudinis uix & leuiter diligamus. Vbi solus animus pulcher, ibi nimirum ardenter amemus. Vbi uero utraq; pulchritudo concurrit, uehementius admiremur: atq; ità bilem hunc decorem animi ardenter amemus. Vbi uero utraq; pulchritudo concurrit, uehementius admiremur: atq; ità ex Platonica familia reuera nos esse testabimur: ea quippe nihil nouit nisi festum, lætum, cœleste, supernum. Sed hæc tam de Phædri oratione sufficiant. Ad Pausaniam ueniamus.

ORATIO SECVNDA.

DEVS BONITAS, PVLCHRITVDO, IVSTITIA, principium, medium, finis. CAPVT I.

TRINITATEM Pythagorici philosophi rerum omnium mẽsuram esse uoluerunt, ob eam arbitror rationem quòd deus ternario numero res gubernat, atq; etiam res ipsæ ternario numero terminãtur. Hinc Maronis illud, Numero deus impare gaudet. Nempè summus ille auctor, primo singula creat: secundo rapit: tertio perficit. Singula quoq; in primis ab illo perenni fonte effluunt, dum nascuntur. deinde in eundem resluunt, dum suam illam originem repetunt. postremo perficiũtur, postquam in suum principium redierunt. Hoc uaticinatus Orpheus, Iouem principium, medium, & finem uniuersi uocauit. Principium ut producit: Medium ut producta regenerabit: ad sei

ad seipsum: Finem prout redeuntia perficit. Hinc regem illum uniuersorũ, Bonum, Pulchrum, Iustum, quod sæpe apud Platonem dicitur, possumus nuncupare. Bonum, inquam, ubi creat: ubi allicit, pulchrum: ubi pro cuiusque merito perficit, iustum. Pulchritudo igitur, cuius allicere proprium est, inter bonitatem iustitiamq; locatur: à bonitate quidem effluit. Profluit ad iustitiam.

QVO PACTO DIVINA PVLCHRITVDO Amorem parit. CAP. II.

DIVINA uero hæc species in omnibus amorem hoc est sui desiderium procreauit. Quoniam si Deus ad se rapit mundum, mundusq; rapitur: unus quidem continuus attractus est à deo incipiens, transiens in mundum, in Deum denicq; desinens: qui quasi circulo quodam in idem unde manauit iterum remeat. Circulus itaq; unus & idem à Deo in mundum, à mundo in Deum, tribus nominibus nuncupatur. Prout in Deo incipit & allicit, pulchritudo: prout in mundum trãsiens ipsum rapit, amor: prout in auctorem remeans ipsi suum opus coniungit, uoluptas. Amor igitur in uoluptatem à pulchritudine desinit. Id sibi uoluit Hierothei & Dionysii Areopagitæ hymnus ille præclarus: ubi sic hi theologi cecinerunt. Amor circulus est bonus à bono in bonum perpetuo reuolutus. Necessario enim bonus est amor cũ à bono natus reuertatur in bonũ. Idem enim deus est: cuius speciẽ desiderant omnia: in cuius possessione omnia requiescunt. Inde igitur desideriũ nostrum accenditur, ibi amantiũ ardor quiescit, nec extinguitur, sed impletur. Nec iniuria soli Deum comparat Dionysius: quia quemadmodũ sol illuminat corpus & calefacit: ita Deus animis ueritatis claritatem præbet, & charitatis ardorem. Hanc utiq; comparationem ex Platonis libro De repub. sexto hoc quo dicam modo colligimus, Sol profecto corpora uisibilia, & oculos uidentes procreat: oculis ut uideant lucidum infundit spiritum: corpora ut uideantur coloribus pingit. Neq; tamen proprius oculis radius, proprijue corporibus colores ad uisionem perficiendam sufficiunt, nisi lumen ipsum unum supra multa, à quo multa & propria lumina oculis & corporibus distributa sunt, adueniat, illustret, excitet atq; roboret. Eodem modo primus ille actus omnium, qui deus dicitur, speciem, actumq; rebus singulis producendo largitus est. Qui sane actus cum in re creata & in subiecto patiente susceptus fuerit, debilis est, & ad operis executionem impotens. Sed diuini solis perpetua & inuisibilis lux una semper omnibus adstat, fouet, uiuificat, excitat, complet & roborat. De quo diuinè Orpheus, cuncta fouens atq; ipse ferens super omnia sese. Vt est actus omnium roboratq;, bonum dicitur. Vt uiuificat, lenit, mulcet & excitat, pulchrum. Vt in obiectis quæ noscenda sunt tres illas cognoscentes animæ uires, Mentem, Visum, Auditum allicit, pulchritudo. Vt in cognoscente potentia eam applicat cognito, ueritas. Denique ut bonum, procreat, regit, & complet: Vt pulchrum, illuminat, gratiamq; infundit.

PVLCHRITVDO EST SPLENDOR DIVINAE BONITATIS, & deus est centrum quatuor circulorum. CAP. III.

NEQVE ab re theologi ueteres, Bonitatem in centro, pulchritudinem in circulo posuerunt. Bonitatem inquam in centro uno, In circulis autem quatuor, Pulchritudinem. Centrum unum omniũ Deus est. Circuli quatuor circa id assidue reuoluti, Mens, Anima, Natura, Materia. Mens stabilis circulus. Anima per se mobilis. Natura mobilis in alio, non ab alio. Materia ab alio & in alio mobilis. Cæterum cur Deũ quidem centrũ, Quatuor illa cur circulos appellemus exponam. Centrũ circuli punctum est, unum, indiuisibile, stabile. Inde lineæ multæ diuiduæ, mobiles ad earum similem circũferentiam deducuntur. quæ sane circumferẽtia diuisibilis circa centrum quasi cardinem uoluitur. atq; ea est centri natura, ut licet unum indiuiduũ, immobile sit, in multis tamẽ, immo in omnibus lineis diuiduis & mobilibus, ubiq; reperiatur. Vbiq; enim est in linea punctum. Quoniã uero à dissimili suo attingi nihil potest, lineæ à circũferentia ad centrũ usq; deductæ, mediũ huiusmodi punctum singulæ sui quodam puncto uno simplici & immobili cogũtur attingere. Quis negat Deum centrum omniũ merito nominari: cũ omnibus insit unus penitus, simplex, atq; immobilis: cuncta uero ab ipso producta, multa, cõposita, & mobilia sint, atq; ut ab eo manant, ita in eum instar linearum & circũferentiæ refluant? Ita mens, anima, natura, materia procedentes à deo in eundem redire nituntur: seq; undiq; pro uiribus in illum circũferunt. Atq; ut centrũ punctum ubiq; in lineis & in toto circulo reperitur, perq; punctum suum singulæ lineæ mediũ circuli tangunt punctum: ita deus omniũ centrum, qui unitas simplicissima est, actusq; purissimus, sese inserit uniuersis: non ob id solum, quia cunctis est præsens, uerumetiã quia omnibus à se creatis partem aliquam, uel potentiã intimam, simplicissimã, præstantissimam indidit: quæ rerũ unitas nominatur: à qua & ad quam tanquã à centro & ad centrum suum rei cuiusq; partes & potentiæ reliquæ pẽdent. Ad hoc plane suũ centrũ, ab hac propriã unitatem se colligãt creata prius oportet, quàm suo hæreãt creatori: ut per propriũ centrum, quod iam sæpe repetimus, centro omniũ hæreant. In apicem suum caputq; mens angelica licet, animæ, naturæ, uisibilis mũdi circulus est imago. Corpora enim animarũ mentiumq; umbræ & uestigia sunt. Vmbra uero & uestigiũ figura eius, cuius umbra est, & uestigiũ refert. Quapropter quatuor illa, nõ iniuria circuli quatuor appellãtur. Sed mẽs immobilis orbis propterea, quod tam operatio eius quàm substantia semper eadẽ permanet, et similiter operatur: intelligit semper eodẽ modo, nullq; similiter. Mobilis autẽ quandoq; mens ex eo solũ dici potest, quòd quemadmodũ cætera omnia à deo procedens in eundẽ se uertit. Anima mũdi, & alia quæuis, circulus mobilis. Hæc enim sua natura discurrẽdo cognoscit, & temporũ curriculis operatur. Discursio autẽ ab alio in aliud, & operatio temporalis, motus

Universidad de Deusto
Biblioteca

proculdubio nominatur. Si quā uero in animæ cognitione ſtabilitas eſt, mentis conſtat potius q̄ animæ beneficio. Naturæ etiā mobilis eſt circuitus. Cū animā dicimus, priſcorū more theologorū uim in ratione & ſenſu poſitā intelligimus: cū naturā, uim animæ in generādo locatam. Vim illam in nobis hominē proprie uocauerunt: iſtam hominis idolum & ſimulachrum. Hæc ſanē generandi facultas ideo mobilis dicitur: quia tēporis ſpacijs ſuum opus exequitur. Verum in hoc ab illa animæ proprietate diſcrepat: quòd anima per ſe, & in ſe mouetur. Per ſe, inquam, quia principium motus exiſtit, in ſe etiā, quia in ipſa animæ ſubſtātia rationis & ſenſus remanet operatio. Ex ijs opus nullum neceſſario reſultat in corpore. Generādi uero uis illa quā uocamus naturā, per ſe quidē mouetur: cū animæ per ſe motæ uis quædam ſit. Moueri autem in alio dicitur: quia in mole corporis omnis eius operatio terminatur. Corpus enim nutrit, augetq; et generat. Materia uero & corporis moles, orbis eſt ab alio, & in alio mobilis. Ab alio quidē, quoniā ab anima neceſſario agitatur, In alio autē, quia in loci ſpacio motus corporis agitatur. Iam igitur quā ob cauſam bonitatē in cētro, in circulo pulchritudinē, theologi collocēt, aperte intelligere poſſumus. Bonitas ſiquidē rerū omniū unus ipſe eſt deus, per quē cūcta ſunt bona. Pulchritudo aūt dei radius, quatuor illis inſitus circulis circa deū quodāmodo reuolutis. huiuſmodi radius oēs rerū omniū ſpecies in quatuor illis effingit: ſpecies illas in mēte ideas, in anima rationes, in natura ſemina, in materia formas appellare ſolemus. Idcirco quatuor in circulis, quatuor ſplendores eſſe uidentur. Idearum ſplendor in primo: Rationum in ſecundo: in tertio ſeminum: Formarum in ultimo.

QVOMODO PLATO DE REBVS DIVINIS exponatur. CAP. IIII.

HOC myſterium in epiſtola ad Dionyſium regē Plato ſignificauit: cū deū affirmauit pulchrorū omnium cauſam: quaſi totius pulchritudinis principiū & originē. Circa omniū, inquit, regē cuncta ſunt: ipſius gratia omnia: ipſe cauſa eſt pulchrorū omniū: Secūda circa ſecundū, Tertia circa tertiū. Humanus autē animus affēctat qualia illa ſint intelligere: aſpiciēs in ea quæ ſibi cognata ſunt: quorum nihil ſufficiēter ſe habet. Circa uero ipſum regē & ea quæ dixi, nihil eſt tale: quod autē poſt hoc eſt, animus dicit. Circa regē, nō intra regē, ſed extra ſignificat. In Deo enim nulla eſt cōpoſitio. Quid uero dictio illa circa ſignificat, exponit Plato, cū addit: Eius gratia omnia: ipſe cauſa eſt pulchrorum omnium, Quaſi dicat, ideo circa regē omnia ſunt, quia ad illum tanquā ad finē pro natura ſua omnia reuoluuntur, quemadmodū ab illo tanquā principio producta ſunt omnia. Pulchrorū omniū, id eſt totius pulchritudinis: quæ ſupradictis in circulis emicat. Formæ enim corporū per ſemina: hæc per rationes, hæ per ideas reducūtur in deū, & ijſdem à deo gradibus producūtur. Proprie uero cum dicit Cuncta, ideas intelligit: nam in his reliqua includūtur. Secūda circa ſecundū: Tertia circa tertiū. Tres mundi principes poſuit Zoroaſter, triū ordinū dominos: Oromaſin, mithrin, arimanin. Hos Plato, deum, mentē, animam nuncupat. Tres aūt ordines in diuinis poſuit ſpeciebus, ideas, rationes & ſemina. Prima igitur, id eſt ideæ, circa primū, id eſt circa deū, quoniā à deo menti tributæ ſunt, & in eundē mentem cui ſunt datæ reducunt. Secunda circa ſecundū, id eſt rationes circa mentē: quandoquidē per mentē in animam tranſeunt, & in mentē animam dirigunt. Tertia circa tertium, id eſt ſemina rerū circa animam: non per animā tranſeunt in naturā, in illam ſcilicet generandi potentiā, rurſuſq; naturam animæ copulant. Eodē ordine à natura in materiā formæ deſcendunt. Sed eas Plato in ordine poſito non connumerat, quia de diuinis à Dionyſio interrogatus tres ordines ad incorporales ſpecies pertinētes tanquā diuinos induxit: Formas autē corporū prætermiſit. Noluit autē deum regē primū uocare, ſed omniū regem: ne ſi primū diceret, eum unà cū ſequētibus ducibus in aliqua numeri ſpecie, cōditionisq; paritate collocare forſitan uideretur. Neq; dixit prima circa illum, ſed cuncta: ne crederemus eū ordinis alicuius potius q̄ cunctorū gubernatorē. Humanus animus affēctat qualia illa ſint intellige re. Scitè poſt illos tres diuinæ pulchritudinis ſplendores tribus in circulis emicantes amorem animi ad illos adiecit. Illinc enim animi ardor accēditur. Quippe par eſt ut diuinus diuina deſideret: aſpiciens in ea, quæ ſibi cognata ſunt. Quoniam humana cognitio à ſenſibus oritur: per ea quæ in corporibus præſtantiora uidemus, diuina iudicare ſæpenumero cōſueuimus: per corporalium rerū uires, dei potentiā: per ordinem, ſapientiā: per utilitatem, dei bonitatem inueſtigamus. Vocat autē formas corporū animæ cognatas, quaſi proximè natas. Sequēti enim gradu poſt animam formæ corporum diſponuntur. Quorum nihil ſufficienter ſe habet. Formæ huiuſmodi neq; ſufficiēter ſunt, neq; ſufficienter nobis diuina oſtendunt. Veræ nāq; res, ideæ, rationes, & ſemina ſunt: Corporū uero formæ, umbræ rerum potius quàm ueræ res eſſe uidēntur. Quemadmodum uero corporis umbra exactam atq; diſtinctam corporis figuram non indicat, ita corpora diuinorum naturam propriam non demōſtrant. Circa ipſum regem & ea quæ dixi, nihil eſt tale. Quo enim pacto mortalia immortalibus, & falſa ueris ſimilia ſunt? Quod autem poſt hoc eſt, animus dicit: id eſt, animus dum diuina per mortalia indicat, falſo de diuinis loquitur: neq; diuina pronunciat, ſed mortalia.

PVLCHRITVDO DIVINA, PER OMNIA SPLENDET, & amator in omnibus. CAP. V.

AETERVM ut paucis multa cōprehendamus, bonū quidē ipſa ſupereminens dei exiſtentia dicitur. Pulchritudo actus quidā ſiue radius inde per omnia penetrans: Primo in angelicā mentē: Secundo in animam totius, & reliquos animos: Tertio in naturā: Quarto in materiā corporū. Mentem idearum ordine decorat: animam rationū ſerie cōplet: naturā fulcit ſeminibus: Materiā formis exornat. Quemadmodū uero ſolis radius unus corpora quatuor, ignē, aerem, aquam, terramq; illuſtrat: ſic unus deus

diuus mentem, animam, naturam, materiamq; illuminat. Atq; in his quatuor elementis quicunq; lumen inſpicit, ſolis ipſius aſpicit radium: perq; ipſum ad ſupernam ſolis lucem intuendam cōuertitur. Ita quiſquis decorem in quatuor iſtis, mente, anima, natura, materia contēplatur, amatq;, dei fulgorē in his, perq; fulgorē huiuſmodi Deum ipſum intuetur et amat.

PASSIONES AMANTIVM. CAP. VI.

HINC efficitur ut corporis nullius aſpectu uel tactu amatoris impetus extinguatur. Non enim corpus hoc aut illud deſiderat: ſed ſuperni luminis ſplendorem per corpora refulgētem admiratur, affēctat & ſtupet. Quapropter quid cupiant, aut quærant amantes ignorant. Deū nanq; ipſum ignorant: cuius ſapor occultus odorem quendam ſui dulciſſimū operibus ſuis inſeruit. Quo quidem ardore quotidie excē tamur, Odorem quidē ſentimus: Saporem proculdubio ignoramus. Cum igitur odore manifeſto illecti ſaporem latenter deſideremus, merito quid cupiamus, patiamurq; neſcimus. Hinc etiam ſemper accidit: ut amantes amatē aſpectum timeant quodammodo atq; uererentur. Quod etiam fortes, dicam equidē, & ſi uereor ne quis ueſtrum hæc audiens erubeſcat, & ſapiētes inquam uiri, coram inſertore quouis amato pati cōſueuerunt. Nempe nō humanum eſt quod eos terret, quod frangit, quod occupat. Humana enim uis in fortioribus ſapiētioribusq; ſemper eſt excellentior. Sed diuinitatis fulgor ille in formoſis emicans quaſi dei ſimulachrū amantes obſtupeſcere, cōtremiſcere, & uenerari compellit. Eadem ratione propter amati præſentiam amator diuitias & honores contemnit, & pro nihilo habet. Par enim eſt, ut diuina humanis anteponantur. Illud quoq; euenire ſæpenumero ſolet, ut ſe in amati perſonam quiſq; transferre cupiat. Nec immerito. Deus nāq; pro homine fieri cupit, atq; conatur. Quis autem pro Deo hominem nō cōmutet? Fit etiam ut amore illaqueati uicißim ſuſpirent & gaudeant. Suſpirant quod ſeipſos amittūt, quod perdunt, quod perimūt. Gaudent quod in melius quiddam ſe transferūt. Calent quoq; uicißim & frigent: inſtar eorum, quos tertiana febris inuadit. Merito frigent: quia calore proprio deſeruntur: necnon & calent, cum ſuperni radij fulgoribus accendantur. Frigiditatem timiditas: caliditatē audacia ſequitur. Ideo timidi quoq; uicißim & audaces apparent. Hebetißimi præterea quiq; acutiores admando reddūtur. Quis enim cœleſti radio aſpirante, non acutißime uideat? Verum de amore ipſo, & pulchritudine, eiuſq; origine, amantium affectibus iſta ſufficiant.

DE DVOBVS AMORIS GENERIBVS, AC DE duplici Venere. CAP. VII.

DEINCEPS de duobus Amorum generibus breuiter diſputandum. Cupidinem Veneris comitem eſſe apud Platonem Pauſanias aſſerit. Totidemq; eſſe Cupidines quot ſint & Veneres, neceſſarium arbitratur. Veneres autem duas cōmemorat: quas itidem gemini Cupidines comitentur. Venerem alteram quidem cœleſtem ponit: alteram uero uulgarem. Cœleſtem illam Cœlo ſine matre natam: Vulgarem ex Ioue & Dione genitam. Cœlum Platonici ſummum deum ideo uocant, quia ſicut cœlum iſtud ſublime corpus omnia corpora regit & cōtinet, ſic ſummus ille deus omnes ſpiritus ſupereminet. Mētem uero plurimis nominibus nuncupant. Saturnū enim modo, modo Iouem, modo Venerē uocant. Eſt nāq; mens illa, uiuit, intelligit. Eſſentiam ſuam Saturnū, Vitam Iouem, Intelligentiā Venerem appellare cōſueuerunt. Animā præterea mundi, Saturnum ſimiliter & Iouem uocamus & Venerem. Prout ſuperna intelligit, Saturnum. Prout cœleſtia mouet, Iouem. Vt inferiora generat, Venerem. Venus prima, quæ in mente eſt, Cœlo nata ſine matre dicitur: quoniam mater apud Phyſicos materia eſt. Mens autem illa à materiæ corporalis conſortio eſt aliena. Secunda Venus, quæ in mundi anima ponitur, ex Ioue & Dione genita. Ex Ioue, id eſt, ex ea uirtute ipſius animæ, quæ cœleſtia mouet. Ea ſiquidē iſtam creauit potentiam, quæ inferiora hæc generat. Matrem quoq; illi deo tribuunt: quia materiæ mundi infuſa eum materia commercium habere putatur. Deniq; ut ſummatim dicam, duplex eſt Venus. Vna ſane eſt intelligentia illa quam in mente angelica ponimus. Altera uis generandi animæ mundi tributa. Vtraq; ſui ſimilem comitem habet amorem. Illa enim amore ingenito ad intelligendam dei pulchritudinem rapitur. Hæc item amore ſuo ad eandem pulchritudinem in corporibus procreandam. Illa diuinitatis fulgorem in ſe primum complectitur: deinde hunc in Venerem ſecundam traducit. Hæc fulgoris illius ſcintillas in materiam mundi tranſfundit. Scintillarum huiuſmodi præſentia ſingula mundi corpora, pro captu naturæ, ſpecioſa uidentur. Horum ſpeciem corporum humanus animus per oculos percipit. Qui rurſus uires geminas poſſidet. Quippe intelligendi uim habet. Habet & generandi potentiā. Hæ geminæ uires duæ in nobis ſunt Veneres, quas & gemini comitantur amores. Cum primū humani corporis ſpecies oculis noſtris offertur, mens noſtra quæ prima in nobis Venus eſt, eam tanquam diuini decoris imaginem, ueneratur & diligit: perq; hanc ad illum ſæpenumero incitatur. Vis autem generandi, ſecunda Venus, formam generare huic ſimilem concupiſcit. Vtrobiq; igitur amor eſt. ibi contemplandæ, hic generandæ pulchritudinis deſiderium. Amor uterq; honeſtus atq; probandus. Vterq; enim diuinam imaginem ſequitur. Quid igitur in amore Pauſanias improbat? Dicam equidem. Siquis generationis audior contemplationem deſerat, aut generationem præter modum cum fœminis, uel contra naturæ ordinem cum maſculis proſequatur, aut formam corporis pulchritudini animi præferat, is utiq; dignitate amoris abutitur. hunc amoris abuſum uituperat Pauſanias. Quo qui rectè utitur, corporis quidem formam laudat: ſed per illam, excellentiorē animi mentisq; & dei ſpeciem cogitat, cāq; uehementius admiratur, & amat. Generationis autem & congreſſus officio eatenus utitur, quatenus naturalis ordo legesq; ciuiles à prudentibus ſtatuæ præſcribunt. De his diffuſius Pauſanias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXHORTATIO AD AMOREM. DE AMORE SIMPLICI, ac de mutuo. CAP. VIII.

VOS autem amici hortor & obsecro, ut amorem rem profecto diuinam totis uiribus cõplectamini, neq; uos illud deterreat quod de amante quodam Platonem dixisse ferunt. Ille, inquit, amator animus est proprio in corpore mortuus: in alieno corpore uiuẽs. Neq; uos etiã turbet quod de amara miseráq; amantiũ sorte cecinit Orpheus. Hæc enim quomodo accipiẽda sint, & qua uia his succurrendũ, quæso deinde si placet, diligenter attendite. Amorem Plato rem amaram uocat: nec iniuria, quia moritur quisquis amat. Hũc & Orpheus γλυκύπικρον, id est dulce amarũ nominat. Quippe cum amor mors uoluntaria sit. Vt mors est, amara res est. Vt uoluntaria, dulcis. Moritur autẽ quisquis amat. Eius enim cogitatio, sui oblita semper in amato se uersat. Si de se non cogitat, in se certe nõ cogitat. Ideo nec in seipso sic affectus animus operatur: cũ præcipua operatio animi ipsa cogitatio sit. Qui non in se operatur, nec in seipso est. Aequa enim inter sese hæc duo, esse, & operatio sunt: nec esse sine operatione est, nec operatio esse ipsum excedit: nec operatur quisquam ubi non est: & ubicunq; est operatur. Non ergo in se amantis est animus: quia in seipso non agit. Si in seipso nõ est, nec uiuit etiam in seipso: qui nõ uiuit, mortuus est. Quare in se mortuus est quicũq; amat. Num uiuit saltem in alio? Profecto. Amoris illæ duæ sunt species: amor unus simplex, mutuus alter. Simplex amor ubi amatus non amat amantem. Ibi omnino mortuus est amator: nam nec uiuit in se, ut satis iam demonstrauimus, nec in amato etiam cum ab eo reijciatur. Vbi ergo uiuit? nunquid in aere, uel aqua, uel igne, uel terra, aut aliquo breui corpore? Nequaquam. Animus enim humanus, non in alio uiuit corpore quam humano. An fortè in alio quodam corpore hominis non amati uitam ducet? Nec istud quidem. Nam si in eo nõ uiuit ubi uiuere uehementißime concupiscit, quonam pacto uiuet in alio? Nusquam ergo uiuit qui amat alium ab alio non amatus. Propterea omnino mortuus est non amatus amator. Nec reuiuiscet unquã nisi indignatio suscitet. Vbi uero amatus in amore respondet, in eo saltem uitam agit amator. Hic certe mira res fit: quoties duo aliqui mutua se beneuolentia cõplectuntur, hic in illo, ille in hoc uiuit. Vicißim huiusmodi homines se commutant, & seipsum uterq; utriq; tribuit, ut accipiant alterum. Quomodo seipsos tribuant dum sui obliuiscuntur, uideo. At quomodo accipiant alterum, nan intelligo. nam qui seipsum non habet multo minus alium posßidebit. Immo uero habet seipsum uterq;, & habet alterũ. Hic quidem se habet, sed in illo. Ille quoq; se posßidet, sed in hoc. Equidem dum te amo me amantem, in te de me cogitante me reperio, & me à me ipso negligentia mea perditum in te conseruante recupero. Idem in me tu facis. Mirum rursus & hoc appáret. Nam ego postquam meipsum amisi, si per te me redimo, per te me habeo, te prius ac magis habeo quàm meipsum: tibi propinquior, quàm mihi sum. Quippe cum mihi non aliter quàm per te medium inhæresçam. In hoc utiq; uis Cupidinis à Martis discrepat uiolentia. Nempe imperium sic, amorq; differũt. Imperator per se alios posßidet, amator per alium se complectitur: & uterq; amantium longior à seipso, sit propinquior alteri: ac in se mortuus, in alio reuiuiscit. Vna uero duntaxat in amore mutuo mors est, reuiuiscentia duplex. Moritur enim qui amat, in seipso semel cum se negligit. Reuiuiscit in amato statim cum amatus cum ardenti cogitatione complectitur. Reuiuiscit iterum, cum in amato se deniq; recognoscit, & amatum se esse non dubitat. O felicem mortem quam duæ uitæ sequuntur. O mirum commercium: quo quis seipsum tradit pro alio, nec habet, nec habere se desinit. O inextimabile lucrum. quando duo ita non fiunt, ut quisq; duorum pro uno solo, duo fiat: & tanquam geminatus qui unam habuerat uitam una interueniente morte duas iam habeat. Nam qui semel mortuus bis reuiuiscit, pro una uita geminam, pro se uno, se duos est cõsequutus. Iustißima certe est in nos tuo amore uindicta. Homicida morte plectendus. Quis enim homicidam esse neget qui amatur, cum animam ab amante seiungat? Quis iterum mori similiter eundem neget: cum similiter amat amantem? Debita nimiũ hæc restitutio est: quãdo hic illi, & ille huic reddidit animam quam accepit. Terq; amando suam tradit: & redamãdo per suam restituit alienam. Quapropter iure ipso amare debet quisquis amatur. Qui uero non amat amantem, homicidij reus est habendus. Immo uero fur, homicida, sacrilegus. Pecunia à corpore posßidetur, corpus ab animo. Qui ergo animum arripuerit, à quo tam corpus quàm pecuniæ posßidentur, animum simul corpusq; & pecunias arripit, à quo tam corpus quàm pecuniæ posßidentur. Quo fit ut tanquam fur, homicida, sacrilegus, triplici morti sit obnoxius: ac uelut infamis penitus atq; prophanus impune à quolibet interfici posßit: nisi ipsemet sponte sua legem illam impleat, amet uidelicet amatorem. Vbi cum semel moriente, semel ipse similiter moritur: cum bis reuiuiscente bis itidem reuiuiscit. Superioribus rationibus ostensum est, amatum uicißim amatorem amare debere: non solum uero debere, sed cogi, sic ostenditur. Amorem procreat similitudo. Similitudo natura quædam est in pluribus eadem. Nam si ego tibi similis sum, tu quoq; mihi es necessario similis. Eadem ergo similitudo, quæ me ut te amem compellit, te quoq; amare me cogit. Præterea amator se sibi ausert, deditq; amato. Hunc ergo amatus tanquam rem suam curat. charißima enim sua cuiq; sunt. Accedit quòd amans amati figurã suo sculpit in animo. Fit itaq; amantis animus speculum; in quo amati relucet imago. Iccirco amatus cum in amante se recognoscat, amare illum compellitur. Vicißitudinem amoris inter illos præcipuam esse astrologi arbitrantur, in quorum genesi luminum, id est solis & lunæ cõmutatio fuerit. Videlicet si me nascente sol in ariete, luna in libra. Te nascente sol in libra, luna in ariete. Aut quibus signum idem simileue, idemq; planeta similisue ascenderit: aut benigni planetæ similiter anguli orientis aspexerint, aut Venus in eadem natiuitatis domo, eodemq; gradu fuerit constituta. Addunt Platonici, quorum uitam dæmon idem, aut certe similis ducat. Physici uero moralesq;, Complexionis, Nutritionis, Eruditionis, Consuetudinis, Consilij similitudinem similis affectus causam esse uolunt. Deniq; ubi causæ plures concurrunt, ibi uicißitudo uehementior reperitur. Vbi omnes, illic Pythiæ & Damonis, Pyladis & Orestis, resurgunt affectus.

QVID

QVID QVAERANT AMANTES. CAP. IX.

QVAE TERVM quid isti quærunt cum se mutuo diligunt? Pulchritudinem quærunt. Amor enim fruendæ pulchritudinis desiderium est. Pulchritudo autem splendor quidam est humanum ad se rapiens animum. Nempe corporis pulchritudo nihil aliud est, quàm splendor ipse in colorum linearumq; decore. Animi quoq; pulchritudo fulgor in doctrinæ & morũ concinnitate. Lucem illam corporis, non aures, non olfactus, non gustus, non tactus, sed oculus percipit. Si oculus solus agnoscit, solus fruitur. Solus igitur oculus corporis pulchritudine fruitur. Cum uero amor nihil aliud sit, niśi fruendæ pulchritudinis desiderium, hæc autem solis oculis comprehendatur: solo aspectu amator corporis est cõtentus. Tangendi uero cupido, non amoris pars est, nec amantis affectus, sed petulantiæ species, & seruilis hominis perturbatio. Lucem præterea illam & pulchritudinem animi sola mente comprehendimus. Quare solo mentis intuitu contẽtus est: qui animi pulchritudinem expetit. Pulchritudo deniq; inter amãtes pro pulchritudine commutatur. Iunioris amati pulchritudine uir oculis fruitur. Viri pulchritudinem iunior mente consequitur: & qui solo corpore formosus est, hac consuetudine fit & animo speciosus: qui solo animo est decorus, corporis oculos explet corporis pulchritudine. Mirifica plane commutatio est, utriq; honesta, utilis & iucunda. Honesta, siquidem par in utroq;: æque enim honestum est & discere, & docere. Iucunditas in seniore maior, qui aspectu & intelligẽtia delectatur. In iuniore uero maior utilitas: quo enim præstantior est animus corpore, eo precioßor est pulchritudinis animi, quàm corporis consecutio. Pausaniæ hactenus, nunc Eryximachi orationem interpretemur.

ORATIO TERTIA.

AMOR IN OMNIBVS, PER OMNIA CREATOR omnium, magister omnium. CAP. I.

TRIA nobis deinceps ex nostri Eryximachi mente tractanda uidentur. Primum quòd amor omnibus insitus per cuncta porrigitur. Alterum quòd omnium quæ secundum naturam sunt operum, effector est atque seruator. Tertium quòd artium singularum est magister & dominus. Tres profecto rerum gradus in natura considerantur, Superiora, Inferiora, Aequalia. Quæ supra sunt, inferiorũ sunt causæ. Quæ infrà, superiorum opera. Quæ æqualia, eadem inter se natura sunt prædita. Causæ uero opera sua tanquam sui partes & imagines diligunt. Opera quientiam causas tanquam sui conseruatrices expetunt. Quæ autem in eo ordine locata sunt, ad sese inuicem quasi unius & eiusdem similia membra mutua charitate afficiuntur. Ideo deus angelos, & angeli cum deo simul animas, anima cum illis una corpora beneuolentia quadam regunt atq; gubernant. In quo superiorum ad inferiora dilectio plane conspicitur. Rursus corpora animis suis & iungunturauidißime, & ab eis modestißime seiunguntur. Animi nostri cœlestium beatitudinem cupiunt: cœlestes superi numinis maiestatem feliciter uenerantur. atq; hic inferiorum ad superna est amoris affectus. Item omnes ignis partes libenter inuicem cohærescunt. Terræ rursus, aquæ, & aeris partes inuicem: & in qualibet animalium specie, eiusdem speciei animalia sese mutua consuetudine semper adscisçunt. Vbi amor ad æqualia similiaq; cõspicitur. Cuinam igitur dubium erit, quia amor omnibus ad omnia sit ingenitus? Atq; id est quod Dionysius Areopagita in lib. De diuinis nominibus ex Hierothei mẽte ijs uerbis significauit. Amorem siue diuinum, siue angelicum, siue spiritualem, siue animalem, siue naturalem dixerimus, institiuam quandam intelligimus commiscentemq; uirtutem: quæ superiora quidem ad inferiorum prouidentiam mouet: æqualia rursus ad socialem sui inuicem communionem conciliat: ac postremo inferiora quæq; admonet, ut ad potiora sublimioraq; conuertantur. Hæc ille.

AMOR EST AVTOR OMNIVM ET SERVATOR. CAP. II.

SECVNDVM uero illud nostræ orationis membrum, quo amor effector omniũ & seruator est dictus, ita probatur. Cupiditas perfectionis proprie propagandæ amor quidã est. Absoluta perfectio, in summa dei est potentia. Eam diuina intelligentia contẽplatur, atque inde uoluntas eadẽ cupit extra se propagare: ex quo propagandi amore creata ab eo sunt omnia. Idcirco Dionysius noster, Diuinus, inquit, amor non permisit regem omniũ sine germine in seipso manere. Idem propagationis instinctus omnibus ab illo primo autore est inditus. Per hunc sancti illius spiritus cœlos mouẽt, & sequẽtibus omnibus sua munera largiũtur. Per hunc sydera lumen suũ in elementa diffundunt. Per hunc ignis sui caloris cõmunione aerem mouet, aer aquam, aqua terrã: ac uersa uice terra ad se trahit aquam, hæc aerem, ille ignem. Herbæ quoq; ac arbores cupidæ sui seminis propagãdi sui similia gignũt. Animalia quoq; bruta & homines eiusdẽ cupiditatis illecebris ad procreandã sobolem rapiũtur. Quod si amor omnia facit, seruat etiam omnia. Eiusdem enim semper est affectionis & cõservationis officiũ. Nempe similia similibus cõseruantur. Amor autẽ simile ad simile trahit. Terræ partes singulæ amore mutuo copulãtur, ad partes alias terræ sui similes sese cõferũt. Tota etiã terra ad simile sibi mũdi centrũ illius auiditate descendit. Aquæ partes ad sese inuicẽ similiter et ad locũ sibi cõuenientẽ cũ toto aquæ corpore pferũtur. Idẽ partes aeris ignisq; facit: ac etiã duo hæc elementa ad supernã regionẽ sibi cõgruã et simile regiõis illius amore trahũtur. Cœlũ etiã, ut Plato in lib. De regno, inquit, innato mouetur amore. Alia enim cœli tota simul est in quibuslibet cœli pũctis. Cœlũ ergo ãæ fruẽ

dæ cupi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæ cupidum ideo currit:ut per omnes sui partes ubiq; tota anima perfruatur. Aduolat autem rapidissime, ut quoad fieri potest, totum sit simul ubiq;, ubicunq; tota simul est anima. Præterea sphæræ maioris concaua superficies minoris sphæræ locus est naturalis. Et quia quælibet huius sphæræ particula æque cum qualibet illius particula conuenit, quælibet omnes appetit particulas illius attingere. Si quiescat, singulæ tangent singulas, non quælibet cunctas. Currendo fermè assequitur quod assequi quiescendo non posset. Currit autem uelocissime, ut quælibet pars eodem pene tempore pro uiribus cunctas attingat. Quinetiam unitate partium suarum cuncta seruantur, dispersione partium pereunt. Vnitatem uero partiũ mutuus earundem efficit amor. Quod in humoribus nostrorum corporum & mundi elementis intueri licet, quorum concordia, ut ait Empedocles Pythagoreus, & mundus & corpus nostrum constat, discordia dissipatur. Concordiam uero illis pacis atq; amoris præstat uicissitudo. Hinc Orpheus μὸν& γὰ τύντω πάντω σύμπαγκτύσας, id est, Solus horum omnium tu regis habenas.

QVOD SIT MAGISTER ARTIVM ET gubernator. CAP. III.

RESTAT post hæc ut quo pacto magister artium omnium & gubernator sit exponamus. Magistrum quidem artium esse intelligamus: si modo considerabimus neminem unquam artem aliquam aut inuenire, aut discere posse, nisi inuestigatiõis oblectatio, & inueniendi desiderium incitet: & qui docet, discipulos diligat, ac discipuli eam doctrinam auidissime sitiant. Gubernator præterea merito nominatur. Artis enim opera diligenter exequitur, atq; exacte consummat, quicunq; & artificia ipsa & personas quibus illa fiunt, maxime diligit. Accedit quòd artifices in artibus singulis nihil aliud quàm amorem inquirunt & curãt. Eas in præsentia nos artes breuiter percurremus: quas Eryximachus apud Platonem commemorat. Quid enim aliud Medicina consideratquàm quomodo humores quatuor corporis amici inuicem fiant, atq; permaneãt? quos cibos ac potus, cæterosq; uiuẽdi, aut medendi usus amat natura atq; requirat? Duos illos hic quoq; amores, Cœlestem & uulgarẽ, quos Pausanias supra distinxerat, per similitudinẽ quãdam Eryximachus adinuenit. Temperata enim affectio corporis moderatum, atq; ad res moderatas, cõuenientesq; habet amorem. Intẽperata contrarium, & ad contraria continet. Illi quidem indulgendum, Huic nunquam obtemperandum. In gymnastica etiam exercitatione inuestigandum: qui corporis habitus, quos exercẽdi modos, quos gestus amet & expostulet. In agricultura, quod solum, quæ semina, qualemue culturam exigat: quisue colendi modus à singulis arboribus diligatur. Idem in musica obseruatur: cuius artifices, qui numeri, quos numeros, aut magis, aut minus diligant, inuestigant. Ii inter unum ac duo, atq; unum & septem minimum amorem inueniunt. Inter unum uero, tria, quatuor, quinq;, sex, amorem uehementiorẽ reperiunt. Inter unum & octo uehementissimum. Ii uoces acutas, & graues natura diuersas certis interuallis & modulis sibi inuicem magis amicas faciunt. Ex quo harmoniæ compositio & suauitas nascitur. Tardiores etiam motus & uelociores ita inuicem temperant, ut amici potissimum fiant, & rhythmum concinnitatemq; exhibeant. Musicæ autem melodiæ genera duo traduntur. Est enim graue quoddam & constans: est & aliud molle atq; lasciuum. Illud utentibus utile: hoc noxium & libris De repub. & legibus Plato iudicat. Illi in conuiuio Vraniam musam, huic Polymniam præfecit. Alij primum illud genus, alij secundum amant. Illorum amori obtemperandum, adhibendiq; soni sunt, quos expetunt: horum appetitui obsistendũ. Illorum nãq; amor cœlestis est: horum uero uulgaris. Inest syderibus & elementis quatuor amicitia quædam, quam astronomia considerat. In his duo illi quodammodo amores reperiuntur. Est enim his moderatus amor quando inuicem nostris uiribus temperatissime consonant. Est & amor immoderatus, quando unum aliquid illorum seipsum amat nimium, alia quodammodo derelinquit. Ex illo aeris grata temperies, aquæ tranquillitas, terrarum fertilitas, animalium sanitas: ex hoc cõtraria proficiscũtur. Vatũ postremo, Sacerdotiũq; facultas in hoc potissimũ uersari uidetur, ut quæ hominũ officia deo amica sint, qua ratione homines deo amici fiãt, nos doceãt: qui amoris, charitatisq; modus ad deũ, ad patriam, ad parẽtes, ad alios tam ad uiuos, q̃ ad defunctos sit adhibẽdus. Idem in cæteris artib. cõiectari licet, atq; summatim cõcludere amorẽ in omnib. ad omnia esse omniũ autorem, seruatorẽq; existere & artium uniuersariũ dominũ & magistrũ. Hunc merito diuus Orpheus appellauit Solertẽ bigenium, omnium claues habentẽ. Quomodo enim geminæ naturæ sit à Pausania primũ: deinde ab Eryximacho audiuistis. Qua etiã ratiõe claues mũdi tenere dicatur ab Orpheo, ex superioribus satis cõprehendere possumus: quippe sicut ostẽdimus desideriũ hoc perfectiõis propriæ propagãdæ cũctis ingeniti, latentẽ in plicatã cuiusq; fœcũditatẽ explicat: dũ semina in germẽ pullulare cõpellit, et uires cuiusq; eius educit sinu, fœtusq; cõcipit & quasi clauibus quibusdã cõceptus aperiẽdo producit in lucẽ: quamobrẽ omnes mũdi partes, quia unius artificis operæ sunt, eiusdẽ machinæ mẽbra iter se i essendo et uiuẽdo similia, mutua quadã charitate sibi inuicẽ uinciũtur, ut merito dicẽ posit amor nodus perpetuus et copula mũdi, partiũq; et eius immobile sustẽtaculũ, ac firmũ totius machinæ fundamentũ.

NVLLVM MVNDI MEMBRVM ODIT ALIVD membrum. CAP. IIII.

QVOD si ita est: nulla operis huius membra inimica esse inter se ullo pacto possunt. Non enim ignis aquam, aquæ odio fugit: sed suipsius amore: ne ab aquæ frigore extinguatur. Neque ignem aquæ odio ignis extinguit: sed quodam amplificandi proprij frigoris appetitu trahitur ad aquam sibi similem ex ignis corpore procreãdam. Nam cum omnis appetitio naturalis ad bonum, nullaq; ad malum tendat: aquæ propositum est, non ignem extinguere, quod est malum: sed aquam sui similem, quod bonum est

est generare. Quod si absq; ignis interitu expleri posset, ignem utiq; non consumeret. Eadẽ de cæteris quæ cõtraria & inimica uidentur, ratio assignatur. Porro agnus lupi uitam, figurãq; non odit, sed sui perniciem quæ à lupo infertur, exhorret. neq; lupus agni odio, sed amore sui eum lacerat atq; deuorat. Neq; homo hominẽ sed uitia hominis horret, neq; potentioribus, aut acutioribus dotes suas illorum odio, sed nostri beneuolentia inuidemus, metuentes ne illis penitus succumbamus. Quapropter nihil obstat quin amor in omnibus sit perq; omnia penetret. Hunc igitur tantum deum, quia ubiq; est, omnium insidet penetralibus, tanquam potentem dominum cuius imperium effugere non ualemus, tanquam sapientissimum iudicem quem cogitationes nostræ latere non possunt, proculdubio metuamus: hunc quia creator est omnium atq; seruator, tanquam patrem ueneremur, tanquam tutorem, præsidiumq; colamus: hunc, quia artes singulas edocet, tanquã præceptorem sequamur: quo autore sumus & uiuimus: quo seruatore perpetui permanemus: quo præside & iudice gubernamur. Quo præceptore ad bene beateq; uiuendum instruimur, & formamur.

ORATIO QVARTA.

NARRATVR TEXTVS PLATONIS. De antiqua hominum natura. CAP. I.

HIS dictis familiaris noster uerbis finem imposuit. Eum Christophorus Landinus uir doctrinã excellens, quem potissimum cognouimus nostris temporibus Orphicum Platonicũq; poetam, sequutus est in hunc modum, obscuram & implicatam Aristophanis sententiã explicaturus. Quam quam Ioannes Caualcantes sua nos diligentia longis disputationum ambagibus liberauit: Aristophanis tamen sententia uerbis obscurissimis inuoluta enodationẽ adhuc aliquam lucemq; requirit. Est, inquit Aristophanes, amor præ cæteris dijs summopere generi humano beneficus, curator & tutor hominum, atq; medicus. Oportet primam qualis hominum quondam fuerit natura: quæue illius passiones animaduertere. Neq; enim qualis nunc est olim erat, sed longe diuersa. Principio tria hominum erant genera: non solum quæ nunc duo, mas & fœmina: uerumetiam tertium quoddam aderat ex utriusq; cõpositum. Præteres erant & integri. Sed propter superbiã cum deo æquare se uellent sciſsi in duo sunt: iterũ si superbiant, bifariã diſcindentur. Sectiõe facta, dimidiũ amore ad dimidiũ trahitur, ut integritatis restitutio fiat, qua cõpleta beatũ genus hominũ est futurũ. Summa uero nostræ interpretatiõis erit huiusmodi. Homines, id est hominũ animæ quõdã, id est quãdo à deo creãtur, integræ sunt, duobus sunt exornatæ luminib. ingenito & infuso: ut ingenito æqualia & inferiora, infuso superiora cõspicerẽt. Deo æquare se uoluerũt, ad unicũ lumẽ ingenitũ se reflexerũt. Hic diuisæ sunt. Splẽdorẽ infusum amiserũt, quãdo ad solũ ingenitũ sunt cõuersæ, statimq; in corpora cecidere. Superbiores factæ iterũ diuidetur, id est si naturali nimiũ confidant ingenio, lumẽ illud ingenitũ & naturale, quod restituit, quodãmodo extinguetur. Tres sexus habebãt, Mares sole, Fœminæ terra, Promiscuæ luna gentiæ. Dei fulgorẽ aliæ secundũ fortitudinẽ, quæ mascula est, aliæ secundũ temperantiam, quæ fœmina, aliæ secundũ iustitiam quæ promiscua, susceperũt. Hæ tres in nobis uirtutes aliarũ triũ quas deus habet, sunt

EXPONITVR OPINIO PLATONIS DE ANTIQVA hominis figura. CAP. II.

FAEC Aristophanes & alia narrat permulta, monstris portentisq; similia: sub quibus quasi uelaminibus quibusdam diuina mysteria latere putandum. Mos enim erat ueterum theologorum sacra ipsorum puraq; arcana ne à prophanis & impuris polluerentur figurarũ umbraculis tegere. Nos autem quæ in figuris superiorum, & alijs describuntur, singula exacte ad sensum pertinere non arbitramur. Nam Aurelius Augustinus, nõ omnia inquit, quæ in figuris finguntur significare aliquid putãda sunt. Multa enim propter illa quæ significãt ordinis & connexionis gratia sunt adiuncta. Solo uomere terra proscinditur. Sed ut hoc fieri possit, cætera quoq; huic aratri mẽbra iungũtur. Quæ igitur nobis exponẽda proponitur hæc est summa. Homines quondã tres sexus habebant, Masculinũ, Fœmininũ, Promiscuũ, Solis, Terræ, Lunæq; filios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filiæ. Sed in deo tres illæ, Sol, Luna, Terra: in nobis Mas, Fœmina, Promiscuum nuncupantur. Sectione facta dimidium ad more ad dimidium trahitur. Animæ iam diuisæ & immersæ corporibus, cum primū ad annos adolescentiæ uenerint, naturali & ingenito lumine, quod seruarunt, ceu sui quodam dimidio excitantur ad infusum illud diuinumq; lumen, olim ipsarum dimidium, quod cadentes amisere, studio ueritatis recipiendum. Quo recepto iam integræ erunt, & dei iussione beatæ. Hoc igitur erit interpretationis nostræ compendium.

HOMO EST IPSA ANIMA, ET ANIMA est immortalis. CAP. III.

CORPVS cum ex materia cōstet & quantitate, & ad materiā suscipere, ad quantitatem diuidi solum extēdiq; pertineat, atq; ita susceptio & diuisio passiones sint: cōsequens est, ut suapte natura passioni tamū sit & corruptioni subiectum. Siqua uero actio corpori competere uideatur, nō inquantū corpus est agit, sed in quantū illi uis quædam quodāmodo incorporea et qualitas ineſt, ut in ignis modo caliditas, in aquæ materia frigus, in corpore nostro complexio. Ex quibus certe qualitatibus operationes corporū proficiscuntur. Non enim quia longus, aut latus, aut profundus est ignis, sed quia calidus, calefacit. Neq; qui extensior ignis, calefacit magis, immo propter dispersionem minus, sed qui calidior. Cum igitur utrium, & qualitatum beneficio operationes proueniāt, ac uires ipsæ & qualitates ex materia & quantitate nō cōstent, licet in materia quātitateq; sint, sequitur ut pati ad corpus, agere ad aliquid incorporale pertineat. Vires utiq; hæ instrumenta quidem sunt operandi. Ipsæ uero per se nequaquam sufficiunt ad operandum, quia non sufficiunt ad existendum. Quod enim in alio iacet, seq; ipsum sustentare nō potest, ab alio certe dependet. Quo fit, ut qualitates, quia à corpore necessario sustinentur, ab aliqua superiori substātia, quæ neq; corpus sit, neq; in corpore iaceat, fiant atq; regantur. Huiusmodi anima est, quæ corporibus præsens & insidens ipsa se sustinet, & qualitatem uimq; complexionis corporibus tribuit, per quæ tanquam instrumenta in corpore, & per corpus uarias operationes exercet. Hinc generare, nutrire, augere, currere, stare, sedere, loqui, artis opera fabricare, sentire, intelligere, homo asseritur. Omnia uero hæc anima ipsa facit, ideoq; anima erit homo. Si generare, augere, nutrire hominē dicimus, anima tanquā pater & artifex corporis, ipsum gignit, auget, atq; nutrit. Si stare, sedere, loqui, anima corporis membra sustinet, flectit, & uibrat. Si fabricare, currere, anima manus porrigit, & pro arbitrio torquet, pedes agitat. Si sentire, anima per sensuum instrumenta, quasi fenestras, & foramina exteriora corpora percipit. Si intelligere, anima per seipsam sine aliquo corporis instrumento uarietatem assequitur. Omnia igitur quæcūq; homo facere dicitur, animus ipse facit, corpus patitur. Quapropter homo solus est animus, corpus aūt hominis opus & instrumentū. Eo maxime, quod animus operationē eius potissimā, intelligentiā scilicet, sine ullo corporis instrumēto exercet, cū res per illam incorporales intelligat, per corpus uero sola corporalia cognoscātur. Itaq; si animus per se agit quicquā, per se certe est, & uiuit. Viuit aūt sine corpore quod sine corpore operatur. Si per se est, esse sibi quiddā propriū conuenit corpori nō cōmune, propterea potest propriū sibi seorsum à corporis mole fortiri hominis cognomentū. Quod sanè nomen quia de uno quoq; nostrū per omnem uitam dicitur, quisq; enim in omni ætate uocatur homo, ideo aliquid significare uidetur quod stabile permanet. Corpus iugiter fluit, crescēdo, decrescēdo, refolutione cōtinua, liquefactione, calore uicissim, & frigore permutatū. Anima semper eadem permanet, quod liquido nobis ostēdit ueritatis inquisitio, boniq; uolūtas semper eadē, et firma memoriæ cōseruatio. Quis ergo usq; adeo demēs erit, ut hominis appellationē in nobis firmissimā corpori fluēti semper & undiq; permutato potius, q̄ animo stabilissimo tribuat? Ex his perspicuū esse potest, cum homines Aristophanes nominauit, more Platonico animas nostras significasse.

QVOD ANIMA EST DVOBVS ORNATA LVMINIBVS, ET quare in corpus descendit creatio animæ cum duobus luminibus. CAP. IIII.

PORRO anima statim ex deo nata naturali quodam instinctu in deum parentem suum conuertitur, quemadmodum ignis in terra superiorū ui genitus confestim naturæ impetu ad superiora dirigitur, cōuersa in eum eius radijs illustratur. Sed primus hic fulgor in animæ substantia per se prius informi receptus, fit obscurior, atq; ad illius tractus capacitatē proprius ipsi & naturalis euadit. ideoq; per eum utpote sibi æqualē, seipsam & quæ infra se sunt, id est, corpora omnia anima uidet quidem: Deū uero et alia supiora nō uidet. Sed enim per primā hāc scintillā deo facta propinquior aliud iterū clarius accipit lumē, quo etiā supna cognoscat. Lumē igitur habet geminū: Naturale alterū, siue ingenitū, Diuinū alterū et infusum: quæ una cōiūctis ceu duabus alis per sublimē peruolare ualeat regionē. Ac si diuino illo semp uteretur, semp diuinis hæreret: Terra ratiōalib. esset animalib. uacua. Cæterū diuina prouidētia decretū est ut ānā suijpsius sit domina, posset; tū utroq; simul lumine uti, tū altero. Hinc fit ut natura duce ad propriū sui lumen cōuersa prætermisso diuino seipsam uideq; suaq; quæ ad fabricā corporis spectāt, animad uertat: capiatq; uires huiusmodi in fabricandis corporib. exequi. Hac ut aūt, cupiditate grauata, descēdit i corpus: ubi generādi, mouēdi et sentiēdi uires exercet: suaq; præsentia terrā infimā mūdi scilicet, exornat: quæ ideo ratiōe carere nō debuit nequa pars mūdi esset ratiōalīū uiuētiū præsentia destituta: quē admodū et illius autor ad cuius similitudinem mundus factus est, totus est ratio. Cecidit autem animus noster in corpus, cum præternisso diuino solo suo usus est lumine: ac seipso cœpit esse contentus. Solus deus cui deest nihil, supra quem nihil, seipso contentus permanet, sibi sufficiens. quapropter deo se parem fecit tunc animus, cum se solo uoluit esse contentus, quasi non minus quàm deus sibi ipse sufficeret.

QVOS

QVOT VIIS ANIMA AD DEVM REDIT. CAP. V.

HANC plane superbiam causam fuisse Aristophanes ait, ut animus qui natus est integer, secaretur, id est ex gemmis luminibus altero posthac uteretur, alterū uero negligeret. Hic in corporis barathrum ceu letheum flumen immersus, simq; met ad tempus oblitus, sensibus & libidine, quasi satellitibus & tyranno raptatur. Verum adulto corpore, purgatis sensuum instrumentis conferente doctrina pabulum, resipiscit: ubi naturalis emicat fulgor, naturaliumq; rerum ordinem indagat: qua inuestigatione architectum ingentis huius machinæ aliquem esse persentit: eum & uidere cupit & possidere: illo diuino splendore cōspicitur. Ideo mens propriæ lucis indagine ad diuinam lucem recuperandam uehementissime instigatur. Instigatio uero, appetitioq; huiusmodi uerus est amor: quo duce dimidium hominis alterum, alterū eiusdem dimidiū concupiscit, quia naturale lumen, quod animi dimidium est, lumen illud diuinum quod alterum eiusdem dimidium dicitur, olim neglectum accēdere rursus in animo nititur: atq; id est, quod in epistola ad Dionysium, inquit Plato. Humanus animus affectat qualia diuina sint intelligere, aspiciens in ea, quæ sibi cognata sunt. Verū cum deus lucem suam infudit in animum, ad id potissimum eam accōmodauit, ut homines ad beatitudinē, quæ in ipsius possessione cōsistit, perduceret. Ad hanc quatuor uirtutibus perducimur, Prudentia, Fortitudine, Iustitia, Tēperantia. Prudētia primo beatitudinem nobis ostendit. Tres illæ uirtutes reliquæ, quasi uiæ tres ad beatitudinē ducunt. Scintillā itaq; suā in uarijs animis deus ad finē huiusmodi uarie tēperat: ita ut prudētia duce, alij per fortitudinis, alij per iustitiæ, alij per tēperātiæ officia suū repetant autorē. Nempe alij huius muneris gratia, pro dei cultu, pro honesto, pro patria pericula mortēq; forti animo subeūt. Alij sic uitam iuste instituūt, ut nec iniuriam cuiquā inferant, neq; inferri pro uiribus sinant. Alij uigilia, inedia, labore libidines domant. Hi tribus quidē procedunt callibus: sed ad eūdem beatitudinis finē prudentia hunc illis monstrante peruentre conantur: proinde tres hæ uirtutes in dei quoq; ipsius prudentia cōtinentur. Harum desiderio accensi hominum animi per earū officia ad eas cupiūt peruenire: illis hærere, perpetuoq; potiri. Fortitudinem hominū masculam robur & audaciam nuncupamus. Temperantiam fœminā propter remissum quendam & frigidiorē desiderij habitum, miteq; ingenium. Iustitiam promiscuam: fœminam quidem prout innocētia sua iniuriam infert neminī: masculam uero prout alij inferri non sinit, & seueriori censura in homines iniquos animaduertit. Quia uero maris dare, fœminæ suscipere proprium est, iccirco solem qui lumen à nullo accipiens exhibet omnibus, marem uocamus: Lunā quæ accipiens à sole dat elementis, à dando & accipiēdo promiscuam: Terrā cum accipiat quidem ab omnibus, tribuat nulli, fœminā nuncupamus. Quamobrē, Sol, Luna, Terra, Fortitudo, Iustitia, Temperātia, merito magis, promiscui, fœminæ signantur cognomine: atq; ut excellentiorē deo appellationem exhibeamus has uirtutes in illo, Solem, Lunam, Terram: in nobis masculinū sexum dicimus, promiscuum, fœmininū. Quibus autem lux illa diuina à dei sole cū fortitudinis affectu in sui ortu fuit infusa, his masculam dicimus lucē fuisse cōcessam. Quibus à dei luna cū affectu iustitiæ, promiscuā. Quibus à dei terra cū affectu temperātiæ, fœminam. Lucē illam insusam, atq; diuinā statim ad naturalē reflexi negleximus. Alteram ergo posthabita seruauimus alterā: ubi dimidiū nostri tenemus, dimidium prætermisimus. Certo uero ætatis tēpore à naturali lumine ducti diuinā affectamus quidem omnes, sed diuerso modo diuersi ad eius adeptionem procedimus: per fortitudinē, qui à dei fortitudine illud olim cū affectu fortitudinis acceperunt: per iustitiam alij, temperantiā ue similiter. Deniq; suum illud dimidium quisq; ut acceperat quærit. Et alij per masculam quidem dei lucem amissam olim, iam recuperatā, dei uolunt manscula fortitudine perfrui: alij per promiscuam lucem similiter uirtute promiscua: alij per fœminam eodem pacto. Munus profectò tantum hi cōsequuntur, qui postquā adulta ætate scintilla in ipsis naturalis eduxit, eam non esse ad diuina iudicanda sufficientem existimant, ne scintillæ naturalis iudicio, aut animarum aut corporū affectus diuinæ tribuant maiestati, putentq; illam non esse corporibus animisue præstantiorem. In quo sane pleriq; errasse traduntur: qui in diuinorū inuestigatione ingenio naturali cōfisi, aut deum nō esse dixerūt, ut Diagoras: aut dubitauerūt, ut Protagoras: aut corpus iudicauerūt: ut Epicurei, Stoici, Cyrenaici, alijq; permulti: aut animā quandam, ut Marcus Varro, Marcus Manilius, alijq; nōnulli. Hi tanquā impij non modo diuinū lumen olim neglectum non recuperauerunt, sed & naturale propter eius abusum deprauauere: quod deprauatū est, fractum nō iniuria scissumq; putatur. Ideo illorū animi, qui tanquam superbi & fastu tumidi suis confidunt uiribus, secantur, ut ait Aristophanes, iterum: cum etiam naturale lumen, quod illis erat reliquū, opinionibus falsis obscurant, & moribus iniquis extinguunt. Itaq; naturali lumine recte utuntur, quicunq; mancum illud, & mutilatum esse recognoscentes ad naturalia iudicanda satisfacere quodammodo arbitrantur: ad ea uero, quæ supra naturam sunt, sublimiori lumine opus esse putantes exactissima quadam animi purgatione ita se præparant, ut diuina lux iterum illis effulgeat: cuius radijs recte de deo sentient, & in pristinam illam integritatem restituentur.

AMOR ANIMAS REDVCIT IN COELVM, BEATITVDINIS distribuit gradus, gaudium largitur æternum. CAP. VI.

HVNC uos conuiuæ præstantissimi deum, quem præ cæteris dijs generi humano beneficum esse Aristophanes ait, omni sacrificiorum genere uobis propitium facite: hunc pijs precibus inuocate: hunc toto corde capessite. Hic animo sua beneficentia primum ad cœlestem ducit mensam, ambrosia & nectare abundantem: deinde singulos singulis accommodat sedibus: postremo suauiter detinet in æternum. Nulli enim cœlum repetunt, nisi qui cœlorum regi placuerunt: placent illi, qui eum summopere diligunt. Cognoscere quidem illum uere, omnino præsenti in tempore impossibile est. Vere autem amare quoquomodo co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnitum,& posibile est,& facile. Qui deum cognoscunt,nondum illi placent nisi cognitum diligant:qui cognoscunt dil gunt,non quia cognoscunt,sed quia qui diligunt,amantur à deo. Nos enim non eos qui nouerint,sed qui nos amauerint charitate complectimur. Multos nanq; qui nos cognoscunt,hostes habemus. Quod ergo nos cœlo restituit, non dei cognitio est,sed amor. Discumbentium præterea ordo in mensa cœlesti diuersos sequitur gradus amãtium. Nam qui deum excellentius dilexerunt,dapibus excellentioribus ibi uescuntur. Nempe qui per opera fortitudinis dei fortitudinem coluerunt,ea ipsa fruuntur. Qui iustitiam uero,iustitia:tẽperantia similiter,qui temperantiam: atq; ita uarijs diuinæ mentis ideis & rationibus uarij animi pro uario amoris raptu fruuntur. Toto autem deo fruuntur omnes,quia totus in singulis est ideis. Sed deum totum præstantius posident,qui eum in præstantiori idea conspiciunt. Quisq; uero ea dei uirtutis potitur,quam dilexit. Ideo liuor,ut Plato inquit in Phædro,abest à diuino choro. Cum enim omnium iucundissimum sit, re amata potiri:quilibet in eo potiundo quod amat cõtentus plenusq; uiuit. Quippe si amatores duo deliciarum suarum compotes fiant,uterque in amata sui possessione quiescit:neque curam quidem ullam habebit,ne alter pulchriori potiatur amato. Quapropter amoris beneficio factum est,ut in diuersis felicitatis gradibus portione sua quilibet sine ulla inuidia sit contentus. Fit etiam ut sine ulla satietate animi ijsdem uescantur dapibus in eternum. Vt enim oblectentur conuiuæ,non epulæ non uina sufficiunt,nisi fames,sitisq; ad uescendum alliciant: ac tandiu oblectatio quandiu & auiditas permanet. Auiditatem uero quis amorem quendam esse negauerit? Aeternus igitur amor quo semper in deum afficitur animus,efficit ut deo semper tanquam nouo spectaculo gaudeat. Amorem hunc eadem dei bonitas semper accendit in animo:quæ & beatum facit amantem. Tria igitur,ut breui complectar,amoris beneficia collaudabimus,quod nos olim diuisos in integrum restituendo,reducit in cœlũ:quod suis quenq; collocat sedibus,facitq; omnes in illa distributione quietos:quod omni expulso fastidio suo quodam ardore oblectamentum quasi nouum iugiter accendit in animo,redditq; illum blanda & dulci fruitione beatum.

ORATIO QVINTA.

AMOR EST BEATISSIMVS QVIA PVLCHER est & bonus. CAPVT I.

CAROLVS Marsupinus, musarum dulcis alumnus, Landinum poetam secutus, Agathonis orationem sic aggreditur. Amorem deum noster Agatho beatissimum, quia pulcherrimus sit & optimus,arbitratur. Quæ ad hoc ut sit pulcherrimus,quæ item ut optimus, exiguntur, diligenter enumerat:in quibus enumerandis amorem ipsum effingit. Postremo postquã qualis est enarrauit,beneficia ab eo generi humano tributa commemorat. atque hæc disputationis illius est summa. Nostra interest in primis inquirere,quam ob causam ut beatum ostenderet, pulchrum uoluerit esse dixit & bonum:quodue sit inter bonitatem,pulchritudinemq; discrimen. Beatum in Philebo Plato uult esse,cui nihil deest:idq; esse illud quod sit ab omni parte perfectum. Est autem perfectio interior quædam, est & exterior. Interiorem,bonitatem,exteriorem,pulchritudinem dicimus. Propterea quod bonũ penitus est & pulchrum id tanquam ab omni parte perfectũ,beatissimũ nuncupamus. Hanc utiq; differẽtiam omnibus in rebus animaduertimus. Nẽpe in lapyllis ut physici uolũt tẽperatissima quatuor elementorũ permixtio quædã interior,nitorẽ parit exteriorem. Herbas præterea & arbores innata radicibus medullisq; fœcunditas, florũ & foliorũ gratissima uestit uarietate. In animalibus autẽ salubris humorũ complexio iucundam lineamentorũ & colorũ speciem procreat. Virtus etiam animi decorem quendã præ se ferre uidetur in uerbis,gestibus,operibus,honestissimũ. Cœlos quoq; sublimis eorũ substantia claritudo lumine circũfundit. In his omnibus interna perfectio producit externã. Illam bonitatẽ,hanc pulchritudinem possumus appellare. Quo circa bonitatis florẽ quendam esse pulchritudinẽ uolumus:cuius floris illecebris, quasi esca quãdam latens interius bonitas allicit intuentes. Quoniam uero nostræ mentis cognitio à sensibus ducit originem, bonitatẽ ipsam in rerum penetralibus insitam nec intelligeremus unquã,neq; appeteremus,nisi ad eam speciei exterioris indicijs manifestis proueheremur. Qua in re mirabilis admodum formæ huius,comitisq; ipsius apparet utilitas. Per hæc satis ostensum arbitror,tantum inter bonitatem & speciem,quantũ inter semen & floscułum interesse:atq; ut flores arborum seminibus orti semina ipsi quoq; producunt:ita speciem hanc bonitatis florem ex bono pullulat,sic & ad bonum amantes perducere:quod quidem noster hic heros abunde in superioribus demonstrauit.

QVOMODO PINGITVR AMOR, ET QVIBVS ANIMAE partibus pulchritudo cognoscitur,& generatur amor. CAP. II.

POST hæc diffusius enumerat Agatho quod ad eius dei formosam speciem requiruntur. tuuenis inquit est,tener,agilis,concinnus,& nitidus. Nobis autem primo quærendum quid hæc ad pulchritudinem conferant. Deinde cũ deo huic attribuuntur,quo pacto intelligi debeant. Rationem homines habent & sensum. Ratio per seipsam rationes rerũ omnium incorporeas cõprehendit. Sensus per quinq; sui corporis instrumenta corporum imagines & qualitates attingit: Colores per oculos,per aures uoces. Odores per nares,per linguam sapores,per neruos qualitates simplices elementorũ, calorem uidelicet,frigusq; & reliqua. Propterea sex ad cognitionẽ pertinentes,quantum ad propositum attinet quæstionem, animi

animi numerantur: Ratio, Visus, Auditus, Olfactus, Gustus & Tactus. Ratio numini summo, Visus igni, Aeri auditus, Vaporum odori Olfactus, aquæ Gustus, Tactus terræ tribuitur. Ratio siquidem cœlestia indagat nec propriam in membro corporis aliquo sedem habet: quemadmodum neq; certam habet sedem in ulla mũdi parte diuinitas. Visus in sublimi parte corporis uelut ignis in suprema mundi regione locatur,& lumen natura sua percipit, quod ignis est proprium. Auditus uisum nõ aliter quàm purus aer ignẽ secutus uoces hausit: quæ & in aere fracto gignuntur: & per aeris interuallum aures illabuntur. Olfactus caliginoso aeri, uaporibusq; ex aere & aqua mixtis omnino assignatur: quia inter aures & linguam, quasi aerem & aquam, positus, uapores eos apprehendit facile & diligit maxime, qui ex aeris & aquæ mixtione proueniunt: quales sunt herbarũ, florum, pomorum odores, naribus suauissimi. Quis dubitet gustum aquæ liquoribus cõparare: qui olfactui tanquã aeri crassiori succedit, & iugi saliuæ liquore perfusus, potu uehementissime delectatur, humidisq; saporibus? Quis item ambigat terræ tactum ascribere: cum per omnes terreni corporis partes fiat: in neruis qui terreni maxime sunt, expleatur: facillime tangat quæ soliditatẽ habent & pondus, quod terra corporibus tribuit? Hinc etiam accidit ut tactus, gustus, olfactus, solũ proxime ipsis apposita sentiant,& patiantur admodum sentiendo: licet olfactus remotiora, quàm gustus & tactus apprehendere uideatur. Auditus autem remotiora cognoscit, neq; ita offenditur. Quo etiam longius prospicit uisus: & momento facit, quod aures tempore: prius enim coruscatio cernitur, quàm tonitrus audiatur. Ratio remotissima capit: neq; enim quæ in mundo sunt solum,& quæ præsentia, ut sensus: sed etiam quæ supra cœlum,& quæ fuerunt aut futura sunt, percipit. Ex his patere cuiq; potest, sex illarum animæ uirium, tres ad corpus & materiam potius, Tactum scilicet & Gustum,& Odoratum: tres autem alias, rationem uidelicet & Visum & Auditum ad spiritum pertinere. Ideo tres illæ ad corpus potius declinantes corpori magis quàm animo congruunt: & ea quæ ab illis percipiuntur, cum corpus sibi congruum moueant, uix ad animam usq; perueniunt, minimeq; illi tanquam minime similia placent. Tres uero superiores à materia remotissimæ, animæ multo magis cõueniunt: resq; eas capiũt, quæ corpus quidem parum admodum, animum uero uehemẽtissime moueant. Quippe odores, Sapores, Calor, atq; similia, corpori aut nocent plurimum, aut prosunt, paulum quid ad animi aut admirationem, aut iudicium conferunt, ac modice ab illo desiderantur. Ratio incorporeæ ueritatis, colores, figuræq; & uoces, corpus aut nihil, aut uix & minimum mouent: Animi uero aciem ad indagandum potissimum acuunt: atq; eius ad se desiderium rapiũt. Animi cibus est ueritas. Ad eam inueniendam oculi, ad discendam aures magnopere conferunt. Igitur quæ ad rationem, uisum, auditum pertinent, gratia suiipsius affectat, quasi proprium alimentum. Quæ uero sensus tres alios mouent, corpori uel nutriendo, uel fouendo, uel gerendo magis necessaria sunt. Ea itaq; animus, nõ sui, sed alterius, id est corporis causa quærit. Amare autem ea dicimur, quæ propter nosmetipsos desideramus: quæ autẽ propter aliud quiddam cupimus, minime. Merito igitur amorem ad scientias, figuras,& uoces duntaxat uolumus pertinere: atq; iccirco gratia illa solum, quæ in tribus his reperitur, animi uirtute, figura, uoce: quia maxime animum prouocat, κατὰ τὸ καλόν, quod uoco significat, πρόκλησιν, id est prouocatio nominatur, κάλλος uero Græce pulchritudinem Latine significat. Gratus quidem nobis est mos uerus & optimus animi: grata corporis speciosi figura: grata uocum cõcinnitas. cumq; tria hæc animus, utpote sibi cognata, & quodammodo incorporea pluris admodum quàm tria reliqua faciat, consentaneum est, ut auidius ascisca, ardentius complectatur, uehementius admiretur: atq; hæc ipsa, seu uirtutis, seu figuræ, siue uocum gratia, quæ animum per rationẽ uel uisum uel auditum ad se uocat,& rapit, pulchritudo rectissime dicitur. Atq; hæ trex illæ gratiæ sunt, de quibus sic Orpheus. κλεῖνα, θάλεια καὶ εὐφροσύνη πολύολβε. Splendor, uiriditas, lætitiaq; uberrima. Splendorem quidem uocat gratiam illam & pulchritudinem animi, quæ in ueritatis & uirtutis claritate consistit. Viriditatem uero, figuræ, coloris q; suauitatem: hæc enim summopere in iuuentutis uiriditate floresci t. Lætitiam deniq; sincerum illud & salubre, & perpetuum, quod in musica sentimus, oblectamentum.

PVLCHRITVDO EST ALIQVID INCORporeum. CAP. III.

CVM hæc ita se habeant, necessarium est pulchritudinem esse aliquid uirtuti, figuræ, uocibusq; commune. Non enim quodlibet istorum trium pulchrum similiter uocaremus, nisi una his tribus inesset pulchritudinis definitio. Quo fit ut ipsa pulchritudinis ratio corpus esse non possit: quoniam uirtutibus animi quæ incorporeæ sunt, pulchritudo si esset corporea, minime conueniret. At qui tantũ abest ut corpus sit pulchritudo, ut non modo quæ uirtutibus animi, sed etiam quæ corporibus, & nociex ipsa sui materia speciosa. Siquidẽ corpus hominis unum atq; idẽ hodie formosum, cras autẽ casu aliquo fœdante desor bus inest, nequeat esse corporea. Quamuis enim corpora quædam speciosa dicamus, non tamen sunt me: quasi aliud sit esse corpus, aliud esse formosum. Neq; etiam sunt ex ipsa quantitate formosa: quandoquidem grandia nõnulla atq; item breuia quædã formosa uidentur: ac sæpe magna deformia, parua formosa: & cõtrà parua turpia, magna gratissima. Nonnunquã etiam accidit, ut similis sit in magnis quibusdam,& paruis corporibus pulchritudo. Si itaq; stante sæpenumero eadem quantitate casu quodã pulchritudo mutatur,& mutata aliquando quantitate permanet pulchritudo, ac similis in magnis paruisq; uidetur, certe duo hæc pulchritudo, & quantitas debent esse omnino diuersa. Quinetiam si corporis cuiusq; formositas in ea ipsa sui corporis crassitudine quodãmodo corporea esset, non tamen ut corporalis esset, intuenti placeret. Placet animo personæ alicuius species, non prout in exteriori iacet materia, sed prout eius imago per uisum ab animo capitur uel concipitur. Imago illa in uisu & animo, cũ isti sint incorporei, corpus esse nõ potest. Quo enim pacto cœlum, ut ita loquar, totum paruã oculi pupillã caperetur, si modo corporali reciperet? Nullo

Universidad de Deusto
Biblioteca

profecto. Sed enim spiritus in puncto omnẽ corporis amplitudinẽ spiritali modo & incorporea imagine suscipit. placet utiq; animo ea duntaxat species, quæ ab illo suscipitur. Hæc autẽ licet exterioris corporis simulacrum sit in eo, tamen est incorporea. Ergo species incorporea placet. Quod placet, id cuiq; gratum: quod gratum, hoc deniq; pulchrũ, quo efficitur ut amor ad incorporeũ aliquid referatur: atq; ipsa pulchritudo spiritale quoddam potius rei simulacrũ sit, quàm corporea species. Sunt autem nonnulli qui certam membrorũ omnium positionem, siue, ut eorum uerbis utamur, commensurationem & proportionem cum quadam colorum suauitate, esse pulchritudinem opinentur. Quorum nos opinionem propterea non admittimus, quia cum huiusmodi partium dispositio in solis sit rebus cõpositis, nulla essent simplicia speciosa. Nunc autẽ puros colores, lumina, uocẽ unam, fulgorem auri, & argenti candorẽ, scientiam, animã, quæ omnia sunplicia sunt, pulchra uocamus: nosq; ista mirifice tanquã reuera sint pulchra delectant. Accedit ad hæc quod proportio illa cuncta includit corporis cõposita membra, neq; est in singulis, sed in cunctis. Singula itaq; mẽbra per se pulchra non erunt. Ex singulis autẽ particulis totius cõpositi proportio nascitur. Vnde nonnihil sequitur absurdißimum: ut quæ suapte natura speciosa non sunt, pulchritudinem pariant. Sæpenumero etiam accidit, ut manente eadem membrorũ proportione, atq; mensura, corpus æque ut ante nõ placeat. Eadem porro hodie, quæ anno superiori corporis uestri figura, gratia uero non eadem. Nihil tardius quàm figura, nihil citius senescit quàm gratia. Ex quo liquido cõstat, non idem esse pulchritudinem & figurã. Sæpe quoq; uidemus rectiorem in uno quodam quàm in alio dispositionem partium mensuram: membrorũ: alius tamẽ, uescimus qua de causa, nobis formosior iudicatus amatur ardentius, quo satis admoneri uidemur, ut aliud quiddam formositatẽ quàm dispositionem partium censeamus. Eadem nos ratione admonet ne formam suspiceamur esse colorum suauitatem. Plerunq; enim color in seniore clarior: in iuniore gratia maior. Et in æqualibus fit nõnunquam, ut qui colore superat alterum, gratia tamen ab illo & pulchritudine superetur. Neq; tamen audeat quispiam mixtionem quandã ex figura coloribusq;, pulchritudinem affirmare. Sic enim neq; scientiæ, neq; uoces quæ colore & figura carent, neq; colores & lumina quæ certam nullam figuram habent, amore digna iudicarentur. Præterea cuiusq; cupiditas, eo habito quod uolebat, expletur. Nempe fames & sitis cibo potuq; sedantur: amor nullo impletur aspectu corporis uel amplexu. Nullam igitur naturam corporis ardet: pulchritudinem certe sectatur. Quo fit ut ea corporeum aliquid esse non possit. Ex omnibus his colligitur, eos qui amore accensi pulchritudinem sitiunt, si modo uelint liquore hoc haustо ardentißimam sitim extinguere, alibi quàm in materiæ fluuio, aut quantitatis aut figuræ, aut colorum quorum libet riuulis, dulcißimum pulchritudinis huius humorem, quo sitis eorum accenditur, quærere oportere. Quo uos tandem miseri uertetis amantes? Quis uestri cordis flammas extinguet acerrimas? Quis tantum sedabit incendium? Hoc opus, hic labor. Dicam protinus. Sed attendite.

PVLCHRITVDO EST SPLENDOR diuini uultus. CAP. IIII.

DIVINA potestas omnia supereminẽs statim à se natis angelis, atq; animis suũ illum radium in quo fœcũda uis ineſt omnium creandorũ, tanquã filijs clementer infundit. Hic in eis utpote sibi propinquioribus totius mũdi dispositionẽ, & ordinem multo pingit exactius, quàm in mũdi materia. Quam obrẽ hæc mũdi pictura quã cernimus uniuersa, in angelis & animis lucet expreßior. In illis enim speciæ cuiusq; figura, solis, lunæ, et syderũ reliquorum, elementorũ quoq;, lapidum, arborum, animalium singulorum. Picturæ huiusmodi in angelis exemplaria & ideæ: in animis rationes, & notiones: in orbis materia, formæ atq; imagines à Platonicis nominantur: claræ quidem in orbe: clariores in animo: in angeli mente clarißimæ. Vnus igitur dei uultus tribus deinceps per ordinẽ positis lucet in speculis, Angelo, Animo, Corpore mundi: in illo tanquam propinquiore clarißime: in hoc remotiore obscurius: in hoc remotißimo, si ad cætera compares obscurißime. Proinde sancta mens angeli nullo impedita corporis ministerio in seipsam reflectitur, ubi dei uultum illum sinu suo insculptum introspicit: inspectum illico admiratur: auidißime illi semper inhæret, Vultus illius diuini gratiã, pulchritudinem dicimus, Auiditatem angeli, dei uultui penitus inhærentem, uocamus amorem. O utinam nobis idem cõtingeret. Sed enim animus noster ea conditione genitus, ut terreno corpore circũdetur, ad officium generandi declinat. Quã inclinatione grauatus thesaurum penetralibus suis absconditũ negligit. Deinde terreno corpore inuolutus diutißime seruit corporis usui: ad hoc opus sensum quidẽ semper, rationem quoq; diutius quàm decet, accommodat. Hinc efficitur ut diuini uultus illius candorem in se perpetuo enitentẽ, non prius animaduertat, quàm adulto iam corpore, & ratione expergefacta dei uultũ in dei machina refulgentem, & oculis manifestũ cogitatione considerat. Quã quidẽ consideratione prouchitur ad eum qui intus emicat, intuendũ. Quoniã uero parẽtis uultus gratus est filijs, necesse est animis dei patris uultum esse gratißimũ. Vultus huius, ut idem sæpius repetam, nitor, & gratia, siue in angelo, siue in animo, siue in mundi materia, pulchritudo uniuersalis est appellanda: impetusq; ad illam uniuersalis dicendus est amor. Vtiq; incorpoream esse hanc pulchritudinem non ambigimus. In angelo enim & in animo eam corpus aliquod nõ esse nemini dubiũ. In corporibus etiã esse incorporalẽ, & suprà monstrauimus, & ad præsens ex eo potißimũ intelligimus, quod oculus nil aliud, nisi solis aspicit lumen. Figuræ nãq;, & colores corporũ nunquã nisi lumine illustrata perspiciũtur, neq; ipsa cũ materia sua ad oculos ueniũt. Necessariũ tamen esse uidetur ea in oculis esse, ut ab oculis uideantur. Vnũ itaq; solis lumen corporum omniũ ab eo illustratorũ colorib. figurisq; depictũ sese oculis offert. Sic affectũ lumen oculi suo quodã radio adiuuante percipiũt: perceptũ ipsum, & quæ in eo sunt omnia uidẽt. Quare totus hic mũdi qui cõspicitur ordo, nõ eo modo quo in materia corporũ, sed quo in lucẽ oculis infusa est, cernitur. In ea luce cũ à materia secretus sit, necessario est corporis expers.

Quod ex hoc etiam euidẽter apparet, quod lumen ipsum corpus esse nõ potest, cũ momẽto ab oriẽte in occidentẽ totũ ferme impleat orbẽ: aeris & aquæ corpus sine ulla offensione undiq; penetret: sordibusq; immixtũ nusquã inficiatur. Hæc uero corporũ naturæ nullo modo cõueniunt. Corpus siquidẽ non momẽto mouetur sed tẽpore: neq; alterũ absq; sui, uel alterius, aut utriusq; offensiõe penetrat alterũ: ac duo imiicẽ corpora mixta mutua se cõtagiõe inficiũt. Quod i aquæ et in uini, ignis et terræ cõfusione cõspicimus. Cum igitur solis lumẽ incorporeũ sit, quicquid suscipit, naturæ suæ suscipit modo. Propterea colores, & figuras corporũ modo suscipit spiritali: eodẽq; pacto ipsum ab oculis susceptum inspicitur. Quo factũ est, ut totus hic mũdi decor, qui tertius est dei uultus, per incorporeã solis lucẽ incorporeũ sese oculis offerat.

QVOMODO NASCITVR AMOR ET ODIVM. quodq; pulchritudo est incorporea. CAP. V.

EX his omnibus sequitur, ut omnis diuini uultus gratia: quæ uniuersalis dicitur pulchritudo: non in angelo solũ, & animo incorporea sit, sed in aspectu etiã oculorũ. Neq; faciẽ hanc simul totã solũmodo, uerumetiã partes eius admiratione cõmoti diligimus. Vbi particularis amor ad particularẽ pulchritudinẽ nascitur. Sic & ad hominẽ aliquẽ ordinis mundani membrũ afficimur: præsertim cum in illo perspicue diuini decoris scintilla refulget. Affectus huiusmodi duabus ex causis nascitur: tũ quia paterni uultus nobis placet imago: tum etiã quia hominis apte cõpositi species, et figura, cũ ea humani generis ratione, quã animus noster ab omnium autore suscipit, & retinet, aptißime cõgruit. Vnde hominis exterioris imago per sensus accepta, trãsiensq; in animũ, si hominis figuræ quã posßidet animus, dissonat, cuestigio displicet, & odio tanquã deformis habetur. Si cõsonat, illico placet, & tanquã formosa diligitur. Quo fit, ut nõnulli nobis obuij continuo placeãt, uel displiceant: nosq; affectus huiusmodi causam nescimus. Quippe cũ animus corporis ministerio impeditus imaginẽ illã sui formas nequaquã respiciat. Verũ naturali, & occulta quadam incõgruitate, uel cõgruitate fit: ut forma rei exterior imagine sua eiusdẽ rei formam in animo pictã pulsans dissonet aut cõsonet: atq; occulta hac offensione uel blanditie motus animus, rem ipsam, aut oderit, aut amet. Integram sane creãndi hominis configurationẽ uis illa diuina, in angelo animoq; ingenuit: in mũdi uero materia, utpote ab illo opifice remotißima, hominis cõstitutio ab integra illa sui figura degenerat. In materia tamẽ melius affecta similior: in alia dißimilior prouenit. Quæ similior prouenit, ut dei ui, angeliq; ideæ, sic animi rationi quadrat & cõgruit. Animus hanc probat congruitatẽ. In ipsa profecto congruitate pulchritudo: in ea probatione, amoris consistit affectus. Quoniã uero idea, & ratio sunt à materia corporis aliena, hominis constitutio illius non ex materia, uel quantitate, sed ex aliquo potius incorporeo similis iudicatur. Vt similis, illis congruit: ut congruit, pulchra est. Iccirco diuersa sunt corpus, & pulchritudo. Quod si quis quæsierit quonã pacto corporis forma, animæ mẽtisq; formæ, & rationi similis esse queat: is oro cõsideret ædificiũ architecti. Principio architectus ædificij rationem, & quasi ideam animo cõcipu. Deinde qualem excogitauit domũ, talem pro uiribus fabricat. Quis neget domum corpus existere: eamq; ideæ artificis incorporeæ, ad cuius similitudinem effecta est, esse persimilem? Porro propter incorporalem ordinem quendam potius, quàm propter materiam est architecto similis iudicanda. Age igitur materiã subtrahe si potes: potes autem cogitatione subtrahere: ordinem uero relinque: nil tibi restabit corporis, nihil materiæ, imò uero idem erit penitus, qui ab opifice prouenit ordo, & qui remanet in opifice. Idem in quouis hominis corpore facias. Reperies illius formam animi rationi quadrantem, simplicem esse, materiæq; expertem.

QVOT REQVIRVNTVR VT RES PVLCHRA SIT, & quòd pulchritudo est spiritale donum. CAP. VI.

QVID tandẽ est corporis pulchritudo? Actus uiuacitas, et gratia quædã ideæ suæ influxu in ipso refulgẽs. Fulgor huiusmodi in materiã non prius quàm aptißime sit præparata, descendit. His uero tribus, ordine, modo, specie, cõstat uiuentis corporis præparatio. Ordo partiũ interualla: Modus, quantitatem: Species, lineamenta, coloremq; significat. In primis enim oportet ut membra quæq; corporis naturalem situm habeant: suo aures loco sint, oculiq;, & nares, &c. ac paribus interuallis oculi naso sint proximi: paribus itẽ aures utræq; distent ab oculis. Neq; hæc interuallorũ ad ordinem pertinens paribus sufficit, nisi partium modus accedat, qui mediocrẽ debita totius corporis proportione seruata, membris singulis tribuat magnitudinẽ: ut nasi tres in longũ dispositi, uultus unius impleant longitudinem: aurium utrarũq; semicirculi unà cõiuncti, oris aperti circulũ faciant. Idem quoq; cõiunctio supercilioriũ efficiat. Longitudo nasi, longitudinem labij cõpleat: auriq; similiter. Gemini oculorũ orbes unum æquent oris hiatũ. Capita octo proceritatẽ corporis comprehendant. Eandem quoq; monstret brachiorũ in latus extensio, crurũq; similiter atq; pedum. Necessariã præterea speciem ducimus, ut linearũ attractus artificiosi, rugæq;, & oculorũ splendor, ordinẽ illum modũq; partium decorẽt. Atqui tria hæc licet in materia sint, pars ulla corporis esse nõ possunt. Ordo membrorũ quidem est nullũ. Ordo enim membris omnibus ineſt: nullum uero membrũ in membris omnibus reperitur. Accedit quod ordo nihil est aliud quàm decens partiũ interuallũ. Interualliũ uero, quid aliud dicemus quàm distantiã partium? Distantia deniq;, aut nihil est, aut uacuũ prorsus inane, aut tractus aliquis linearũ. Lineas autẽ quæ latitudine profunditateq; carent, quæ corpori necessaria sunt, quis corpora dixerit? Modus item nõ quantitas, sed terminus quãtitatis. Termini uero superficies sunt lineæq; & puncta: quæ cum profunditatis crassitudine careãt, corpora nõ putantur. Speciem quoq; in luminum, umbrarũ, linearum iucũda concordia, non in materia collocamus. Ex his omnibus patet pulchritudinem usq; adeo esse à mole corporis alienam, ut nũquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsi materiæ se cõmunicet, nisi tribus illis incorporalibus præparationibus, quas narrauimus, sit affecta. Harũ uero fundamentũ est elementorũ quatuor tẽperata cõplexio, ut corpus nostrũ cœlo, cuius est tẽperata substãtia, sit simillimũ, neq; aliquo humorũ excessu ab animi formatione desciscat. Sic enim & cœlestis fulgor facile lucebit in corpore cœlo persimili: & forma hominis illa perfecta, quã habet animus in pacatã obedientẽq; materiã, resultabit expressior. Ad pulchritudinẽ præterea suã accipiendã, uoces ferme similiter disponũtur. Ordo nãq; illarũ est à graui uoce ad octauã ascensus, atq; inde descẽsus: Modus, debita per tertias, quartas, et quintas, & sextas uoces, tonos item & semitonos, progressio: Species canora claræ uocis intẽsio. His utiq; tribus ceu quibusdam elemẽtis corpora ex mẽbris multis cõposita, & arbores, & animalia, ac uocũ plurium cõgregatio ad suscipiendam pulchritudinẽ disponuntur. Corpora uero simpliciora, ut elementa quatuor, lapides & metalla, itemq; uoces singulæ, interiori quadam naturæ suæ temperie, fœcunditate & claritate, ad eandem sufficienter aptantur. Animus autẽ eo potissimum ad illam est natura sua accõmodatus, quòd & spiritus est, & quasi speculum deo proximum, in quo quemadmodũ in superioribus diximus, diuini uultus elucet imago. Igitur quemadmodum auro, ut appareat speciosum, nihil prorsus addendum: sed terræ sordes siquæ inhæserint, secernendæ: ità nullis adiunctionibus indiget animus, ut formosus appareat: sed deponenda corporis cura, & solicitudo tam anxia, cupiditatis & timoris perturbatio depellẽda, cõfestim naturalis animi species emicabit. Cæterũ ne longius digrediatur oratio, ex supradictis breuiter concludamus: pulchritudinẽ esse gratiam quandam uiuacem & spiritalem, dei ratio illustrante angelo primum infusam: inde & animis hominum, corporumq; figuris, & uocibus: quæ per rationem, uisum, auditum, animos nostros mouet atq; delectat, delectando rapit, rapiendo ardenti inflammat amore.

DE AMORIS PICTVRA CAP. VII.

AGATHO uero poeta ueterum poetarum more deum istum humana uestit imagine: pingitq; ipsum hominum instar formosum, iuuenem, tenerũ, flexibilẽ siue agilem, apte cõpositum atq; nitidum. Quorsum hæc? præparationes hæ quidẽ sunt ad formosam indolẽ potius ꝙ formositas. Nã ex quinq; his partibus tres primæ cõplexionẽ corporis temperatã. quod primũ est fundamentũ, significãt: duæ reliquæ ordinẽ, modũ, & speciẽ indicant. Physici tẽperatæ corporationis indicium teneræ carnis leuem & firmam æqualitatẽ demonstrauere. Vbi calor excedit nimiũ, aridum, & hirsutũ corpus: ubi frigus, rigidũ: ubi siccitas, durũ & asperũ: ubi humiditas, fluxũ, lapsum, inæquale, contortũ. Aequalis igitur, & firma corporis teneritudo, affectionẽ eius indicat in quatuor humorib. moderatã. Hanc ob causam Agatho mollẽ, delicatũ & teneritudinem appellauit. Cur iuuenẽ? Quia non solũ naturæ, sed ætatis etiã beneficio tẽperies hæc habetur. Tẽporis enim diuturnitate partibus humorũ subtilioribus resolutis partes restãt admodũ crassiores: igneq; & aere exhalato, aquæ & terræ regnat excessus. At cur agilẽ & flexibilẽ? Vt aptum ad motus omnes prõptumq; intelligat: ne forte putes cũ mollem dicere, aquæ mollitẽ, muliebrem, languidã, & ineptam dicere uoluisse. Ea siquidẽ est moderate cõplexioni contraria. Posthæc adiecit: Apte cõpositum, id est ordine & modo partiũ honestissime figuratũ. Adiecit & nitidũ, id est suaui colorum specie refulgentẽ. Præparationibus his præpositis, quod reliquũ erat reticuit Agatho, Nostrũ est enim post hæc adiectis gratiæ subintelligere. Hæ quinq; partes in hominis figura ita ut diximus: in amoris autẽ potentia aliter intelligendæ uidentur: eius enim uim & qualitatẽ ostendũt. Iuuenis ideo dicitur: quia iuuenes ut plurimũ amore irretiuntur, eiusq; instar irretiti ætatẽ appetunt iuuenilẽ. Mollis, quia mitia ingenia facilius capiũtur: & qui capti sunt licet ante feroces, mansueti reddũtur. Agilis & flexibilis, quia & insluit clõn, & similiter effluit. Cõcinnus atq; compositus: quoniam formosa & ordinata desiderat, fugitq; contraria. Nitidus, quoniam in florida & nitente ætate hominis aspirat ingenio, & florida concupiscit. Hæc quoniam copiosissime exequitur Agatho, breuiter perstrinxisse sufficiat.

DE AMORIS VIRTVTE. CAP. VIII.

QUA etiã quæ de quatuor uirtutibus ab Agathone dicuntur ad amoris bonitatem significandã, sic accipienda sunt, ut iustus ideo affirmetur: quia ubi integer ac uerus est amor, ibi & beneuolentiæ uicissitudo, quæ nullam admittit cõtumeliam uel iniuriam. Huius charitatis tanta uis est, ut ea sola humanum genus tranquilla posit in pace seruare, quod neq; prudentia, neq; fortitudo, neq; uis armorum, legum, & eloquentiæ sine beneuolentia potest efficere. Vocat præterea Temperatum, quia turpes domat cupiditates. Amor enim cum pulchritudinem quærat, quæ in ordine quodam, temperantiaq; consistit, uiles & immoderatas concupiscentias aspernatur: à turpibus gestibus semper abhorret: quod à principio satis ab heroe audiuistis: atque ubi huius regnat affectus, omnes cupiditates aliæ cõtemnuntur. Subiunxit, fortissimũ. Quid enim audacia fortius? Quis item audẽtius q̃ amator pro amato pugnat? Dijs alijs, id est planetis alijs, Mars fortitudine præstat, quia fortiores homines efficit. Venus hunc domat. Quãdo enim Mars in angulis cœli, uel secũda natiuitatis domo, uel octaua constitutus nascenti malum portendit. Venus sæpe cõiunctione sua, uel oppositione, uel receptione, aut aspectu sextili, aut trino, Martis, ut ita dicamus, compescit malignitatẽ. Rursus quãdo Mars in ortu hominis dominatur, magnitudinẽ animi iracundiamq; largitur. Si proxime Venus accesserit, uirtutẽ illam magni animi à Marte datã non impedit, sed uitium iracũdiæ reprimit: Vbi clementiorẽ facere Martẽ & domare uidetur. Mars autem Venerem nunquã domat. Illa siquidem si dux fuerit, amoris præstat affectũ. Si Mars proxime duxerit, suo calore Veneris impetum reddit ardentiorem: ita ut si nascente aliquo Mars in Veneris domo, Libra, uel Tauro fuerit, propter Martis præsentiã qui tunc natus est, acerrimis uratur amorib. Mars item

rum sequitur Venerẽ: Venus Martem non sequitur, quoniã audacia amoris pedissequa est, nõ amor audaciæ. Nõ enim ex eo quòd audaces sunt, amore homines illaqueãtur: sed ex eo plerũq; quòd amore saucij sunt, audacissimi fiũt ad quæq; pericula propter amatũ intrepide subeũda. Deniq; fortitudinis eius omnibus excellẽtis euidentissimũ illud est argumentũ, quòd amori omnia parẽt, ille nulli. Nẽpe cœlestes amãt, & animalia, & corpora omnia. Fortes itẽ & sapiẽtes. Diuites uiri regesq; maximi colla subdũt amoris imperio. Amor aũt nullis istorũ subijcitur. Neq; enim diuitũ munera amorẽ emũt, neq; potentũ minæ uiolẽtiæq;, ut amemus, uel desistamus amare, nos cogere possunt. Amor enim liber est, ac sua sponte in libera oritur uolũtate: quã neq; deus etiã coget, qui ab initio liberã fore decreuit. Quo fit, ut amor, qui uim omnib. infert, omniũ effugiat uiolentiã. Huius tãta libertas est, ut cæteræ animi affectiões uel artes operatiõesq; præmiũ aliquod, ut plurimũ, à se diuersum exoptẽt: Amor seipso tanquã suipsius præmio sit cõtentus, quasi nõ sit præmiũ aliud præter amorem quod amore sit dignũ. Nã qui amat, amorẽ amat præcipue. Id enim uult ab amato potissimũ, ut uicissim amet amantẽ. Est etiã sapiẽtissimus. Qua ratiõe amor rerũ omniũ creator sit atq; seruator, et artiũ singularũ magister & dominus, satis in Eryximachi oratiõe arbitror disputatũ. In quib. sapiẽtia amoris ostẽditur. Ex omnib. his cõcluditur amorẽ ideirco et beatissimũ esse, quia pulcherrimus sit, & optimus. Esse uero pulcherrimũ ex eo cõstat, quia pulcherrimis tanquã sui similib. delectatur. Optimũ propterea, quod optimos facit amãtes. Optimũ uero esse illũ necesse est, qui alios optimos efficit.

DE DONIS AMORIS. CAP. IX.

QVID amor sit ex nostra illa discursione apparuit. Qualis sit, ex uerbis superioribus Agathonis. Quæ munera largiatur, facile ex dictis dicetur. Est enim amor alter simplex: mutuus alter. Simplex ille quemcũq; comprehenderit prudentem reddit ad prouidendum: acutum ad disserendũ, facundum ad eloquendum: ad res gerendas magnanimum: ad iocos facetum: ad ludos promptum, ad seria quæq; fortissimum. Mutuus periculis pulsis securitatem, submota dissensione concordiã, uitata miseria præsentem felicitatem. Vbi enim mutua charitas, ibi nullæ insidiæ, ibi cõmunia omnia: ibi lites & furta, homicidia cessant, & prælia. Tranquillitatem huiusmodi nõ animalibus solum sed cœlis etiam, elementisq; ab amore mutuo tribui, & hic tangit Agatho, & supra in Eryximachi ratione diffusius est ostensum. In oratione huius clare dicitur amor cantu suo mentes deorum hominumq; mulcere. Quod planè intelliget quisquis meminerit in superioribus demonstratum fuisse amorem in omnibus esse, atq; ad omnia porrigi.

AMOR CAETERIS DIIS ET ANTIQVIOR EST & iunior. CAP. X.

SED antequam finem faciam optimi uiri, tres pro ingenij uiribus quæstiones: quæ in Agathonis dissertatione suboriuntur, absoluam. Primo enim quæritur cur Phædrus seniorem Saturno & Ioue amorem: Agatho uero dixerit iuniorem. Secundo quid apud Platonem regnum necessitatis significat: Quid amoris imperium. Tertio qui dij quas artes regnante amore repererint. Pater omnium deus mentes illas sui ministras, quæ Saturnum, Iouem, cæterosq; planetas mouent, amore quodam sui seminis propagandi, & benignitate prouidentiæ genuit. Mentes iterum eueſtigio natæ parentem suum recognitum diligunt. Amorem illum quo creantur cœlestes, seniorem illis: eum uero quo creatori suo afficiuntur, dicimus iuniorem. Præterea Saturni planetæ, & aliorum ideas angelica mens à patre suo non prius accepit quam ad eius faciem amore ingenito flecteretur. Ea rursus postquam illos accepit, flagrantius parentis munus amauit. Sic ergo angeli illius in deum dilectio, partim antiquior est ideis, quæ dijs dicuntur: partim etiam iunior. Igitur amor principium est & finis, deorum primus atq; nouissimus.

AMOR ANTE NECESSITATEM REGNAT. CAP. XI.

VERVM ut quæstio secunda soluatur, hic ante necessitatem ideo regnare dicendus: quoniam diuinus amor omnibus ex se natis dedit originem: in quo nulla necessitatis uiolentia ponitur. Nam cum nihil supra se habeat, non coactus, sed sponte quodlibet operatur. Mens autem quæ illum sequitur, serente illo necessario pullulat. Ille igitur amore producit: hæc necessitate producitur. Ibi amoris, hic necessitatis incipit dominatio. Hæc licet à summa dei bonitate nascatur, ideoq; sit bona: tamen quia extra deum processit, necessario ab infinita parentis perfectione degenerat. Nunquam enim effectus totã susceptæ bonitatẽ. In hac utiq; necessaria effectus tum processione, tũ etiã degeneratione, necessitatis consisteret imperiũ. Sed enim mẽs eueſtigio genita suã, ut diximus, diligit autorẽ: ubi regnũ resurgit amoris. Nã & illa amore in deũ erigitur: & deus amore eã ad se conuersam illuminat. Verũ hic rursus necessitatis potentia surrepit. Quippe cũ lumen illud à deo descendens non tanta claritate recipiatur à mẽte naturæ suæ obscuræ, quãta à deo tribuitur. Cogitur enim pro naturæ suæ capacitate recipere. Ideo uiolẽta naturæ susceptionis fit lumẽ obscurius. Huic necessitati, amoris succedit iterũ principatus. Illa siquidẽ primo hoc dei fulgore accẽsa, ardentius in eũ reflectitur, & hac re quasi scintilla luminis instigata totã expetit luminis plenitudinẽ. Hinc & deus prouidentiæ suæ benignitate ultra primum illud naturale lumẽ diuinum quoq; largitur: atq; ita sibi inuicem alterne succedit amoris necessitatisq; potentia. Quæ quidem successio, in diuinis naturæ origine fit: in alijs, temporis interuallis: ita tamen, ut amor primus sit omnium atq; nouissimus. De animo quoq; & cæteris quæ à

Universidad de Deusto
Biblioteca

deo fiũt,quo ad duo hæc imperia similiter iudicandũ.Iccirco si absolute loquatur,antiquius est amoris quàm necessitatis imperiũ:cũ in deo illius,huius in rebus creatis potestas incipiat.Si de rebus à deo creatis intelligamus,necessitatis tyrannis regnũ antecedit amoris:cũ res ipse prius necessitate procedãt atq; degenerẽt procedẽdo,quàm ad patrem suũ amore se uertãt.Duo hæc imperia,duobus hymnis cecinit Orpheus.Necessitatis imperiũ ita in noctis hymno. ἀφενὴ γὰρ ἀνάγκης παύτεσσι κρατεῖται,id est Grauis necessitas omnibus dominatur. Amoris autẽ regnum, ita in Veneris hymno.καὶ πρωτίστου ἔρωτος μορφὴν,γεγαῶσ᾽ ἰδὲ τὰ πάντα δοσαν᾽ εὐρεῖαν ἐφ᾽ ὑγρὴν οὐ γαίην πολυκαρπον. Tribus fatis imperas, & generas omnia,quæ in cœlo sunt,& quæ in terra,& quæ in mari.Diuine Orpheus duo regna posuit,& ea inuicem cõparauit,præposuitq; amorem necessitati,cum dixit illum tribus fatis,in quibus consistit necessitas,imperare.

QVO PACTO REGNANTE NECESSITATE SATVRnus castrauit Cœlium:Iupiter uero ligauit Saturnum. CAP. XII.

QVO autẽ pacto dominante Necessitate sequẽtes dij parẽtes suos aut castrare aut ligare hic ab Agathone dicãtur,ex dictis facile intelligimus.Nõ enim hæc ita accipiẽda sunt,ut mens angeli deũ ipsum,sed munus sibi à deo tributũ in seipsa diuidat & discerpat.Satis pauloante mõstrauimus munera dei in recipiẽte spiritu necessario à summa dei perfectione decidere.Quo fit,ut fœcũditas illa naturæ in deo quidem integra,sed in angelo cõminuta,& quodãmodo mutilata,merito castrata fuisse dicatur. Quod quidem regnãte Necessitate cõtingere dicitur,quia neq; dãtis,neq; accipiẽtisuolũtate,sed necessitate quæ affectus causæ suæ æquari nõ potest,necessario accidit.Sic enim Saturnus.i.angelus. Cœliũ.i.summũ deũ castrare uidetur:Iupiter quoq;.i.anima mũdi ligare Saturnũ.i.uim ab angelo acceptã in seipso naturæ suæ defectu angustiorib.limitib.coarctare. Amplior enim est illius q̃ huius potẽtia.Ideo potẽtia,quæ in illo expedita propter amplitudinẽ. & soluta,in hoc propter angustiã ligata iam et coarctata cẽsetur.Omitto quod astrologi opinãtur:Planetæ Saturni malignitatẽ Iouis cõiunctiõe,uel receptiõe, uel oppositione,aut aspectu sextili,aut trino sæpissime coerceri.Sed de his hactenus,ad quæstionẽ tertiã descendamus.

QVI DII, QVAS ARTES HOMINIBVS largiuntur. CAP. XIII.

ARTES à dijs propter amorẽ humano generi traditas Agathon arbitratur. Regnãdi ab Ioue, Sagittandi,diuinandi,medendi artẽ ab Apolline,Fabricã ærariam à Vulcano, Texẽdi artificiũ à Minerua, à Musis deniq; musicã,Duodecim Zodiaci signis numina præsunt duodecim.Arieti Pallas, Tauro Venus, Apollo Geminis, Cancro Mercurius, Leoni Iupiter, Virgini Ceres, Libræ Vulcanus, Scorpio Mars,Diana Sagittario,Vesta Capricorno,Aquario Inno,Piscibus uero Neptunus. Ab his artes omnes generi nostro traduntur.Signa illa in corpus:Numina quæ illis præsunt in animã uires suas ad singulas artes infundũt.Ita Iupiter per Leonẽ hominẽ ad gubernationẽ deorum & hominũ,id est ad res tam diuinas quàm humanas præclare gerẽdas reddit aptissimũ.Apollo per Geminos uaticinium,medicinam,& arcus industriam exhibet. Pallas per arietem texẽdi peritiam.Vulcanus per Libram ærariã fabricam:& artes reliquas alij.Quia uero prouidẽtia benignitate sua nobis munera magnifice largiũtur,amore instigãte dicimus elargiri.Præterea uelocissima illa & ordinatissima cœlorũ conuersione musicam nasci cõsonantiã arbitramur,atq; octo circulorũ motibus tonos octo:ex cũctis autem nonũ quendam produci concentũ.Nouem itaq; cœlorũ sonos,à musica cõcordia musas nouem cognominamus. Hius musicæ ratione noster olim donatus est animus.Cui enim est origo cœlestis,merito cœlestis innata dicitur harmonia. Quã deinde uarijs instrumentis & cantibus imitatur.Idq; munus similiter diuinæ prouidentiæ nobis est amore concessum.Hunc ergo nos uiri clarissimi deũ,quia pulcherrimus est amemus:quia optimus imitemur:quia beatissimus ueneremur:ut sua nobis clementia & largitate concedat pulchritudinis,bonitatis,beatitudinis suæ possessionem.

ORATIO SEXTA.

INTRODVCTIO AD DISPVTATIONEM DE amore. CAPVT I.

HACTENVS Carolus Marsupinus.Thomas autem Bencius Socratis diligens imitator ad Socraticorum uerborum cõmentationem libenti animo,& hilari uultu se contulit.Socrates inquit noster Græcorum omnium sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus amandi artem præ cæteris profiteri solebat,quasi ob artis huius peritiam potissimã & Socrates & alius quiuis esset sapientissimus iudicãdus.Artem huiusmodi nõ ab Anaxagora,Damone,Archelao physicis, non à Prodico Chio,& Aspasia rhetoricæ professoribus:non à Cono musico:à quibus multa didicerat,sed à Diotima fatidica muliere diuino afflata spiritu se accepisse dicebat.Mea quidẽ sententia, ut ostenderet sola diuinitatis inspiratione:quid uera pulchritudo sit:quid legitimus amor:qua ratione amandũ homines intelligere posse.Tanta est amatoriæ facultatis potẽtia,tãta sublimitas.Ergo procul ab his cœlestibus epulis abeste: procul inquã abeste prophani,qui terrenis obruti sordibus & Baccho Priapoq; prorsus emãcipati,amorẽ cœleste munus, in terram porcorum ritu cœnũq; prosternitis.Vos autẽ cõuiuæ castissimi:& alij omnes Dianæ & Palladi cõsecrati:qui animis purissimi

purissimi libertate perpetuoq; mẽtis gaudio exultatis,adeste feliciter:diuinaq; mysteria Socrati à Diotima reuelata diligenter audite.Sed antequã Diotimam audiatis soluenda est cõtrouersia quædam,inter eos qui de amore in superioribus tractauerunt,& eos qui tracturi sunt,orta.Superiores nanq; amorem pulchrum,bonum,beatum, deum, uocauerunt: Socrates & Diotima negant,atq; illum inter pulchrum & turpe,bonum & malum,beatum & misserum, deum & hominem medium collocant.Nos utranq; sententiam,licet alia ratione,ueram existimamus.

AMOR EST MEDIVS INTER PVLCHRITVDINEM & turpitudinem:atq; inter deum & hominem. CAP. II.

TERRO magnes lapis suã quandã inserit qualitatẽ:qua ferrũ magneti factũ persimile ad hũc lapidem inclinatur.Inclinatio huiusmodi prout à lapide orta uergit in lapidẽ,lapidea certe inclinatio dicitur:prout in ferro est,& ferrea est pariter,& lapidea.Est enim in ferri materia nõ pura illa quidẽ: sed per qualitatẽ lapidis iam formata.Ideo utriusq; retinet proprietatẽ.Ignis etiã,ut loquamur apertius,qualitate sua,id est calore linũ accendit.Linũ caloris qualitate suspẽsum ad supernã ignis euolat regionẽ.Volatũ huiusmodi prout ab igne excitus uergit ad ignẽ:igneũ plane cognominamus: prout in lino est nõ mero quidẽ,sed iam ignito,ab utriusq; tam lini quàm ignis natura,lineũ æque ac igneũ dicimus. Figura hominis sæpenumero propter bonitatẽ interiorem feliciter à deo cõcessam,aspectu pulcherrimũ,splendoris sui radiũ per oculos intuentiũ transfundit in animam.Hac utiq; scintilla tanquã hamo quodã tractus animus properat ad trahentem. Hunc nos tractũ qui & amor est,quoniã à pulchro bono felici depẽdens in idem reflectitur:pulchrũ,bonũ, beatum,dcũ Agathonis cæterorũq; superiorũ sententia nominare nõ dubitamus.Quoniam uero in animo est per radij illius pulchri præsentiam iam accẽso,affectũ inter pulchrũ & non pulchrũ medium cogimur nominare.Quandoquidem animus, qui nullam adhuc pulchræ rei suscipit imaginẽ,rem illam tanquã incognitam nõdum amat:& qui totam possidet pulchritudinem,amoris stimulis non uexatur.Quis enim quæ habet affectat:Restat,ut tũc ardenti flagret amore, quando speciosum aliquod rei pulchræ simulacrũ nactus,ea prægustatione ad plenam possessionẽ pulchritudinis infligatur.Cum igitur amantis animus rem ipsam pulchrã partim habeat quidem,partim uero nõ habeat:non iniuria partim pulcher est, partim nõ pulcher.Atq; ita amorẽ ex huiusmodi mixtione mediũ quendã affectum esse uolumus inter pulchrum & non pulchrũ,utriusq; participẽ.Ob hanc utiq; rationẽ Diotima ut ad eam iam ueniamus,amorẽ dæmonẽ appellauit:quia sicut dæmones inter cœlestia & terrena sunt medij:sic amor inter informitatẽ & formam medium obtinet.Mediam hanc eius regionem inter informem formosamq; naturam, Ioannes in prima & secunda eius oratione satis aperuit.

DE SPHAERARVM ANIMIS ET DAEMONIBVS. CAP. III.

SED quomodo mediam plagam cœlum inter & terrã dæmones habitent,ex uerbis Diotimæ in conuiuio,Socratis in Phædro atq; in Philebo,Atheniẽsis hospitis in legibus & Epinomi,ita cognoscite.Vniuersam huius mundi machinam anima quadam regi, atque moueri Plato existimat. Si quidem mundi corpus totum quoddam corpus est,ex totis quatuor elementis cõpositum,cuius particulæ sunt omnium animantium corpora.Nam animalis cuiusq; corpusculum mundani corporis particula est.Neq; ex toto ignis,aeris,aquæ,terræ elemẽto:sed horum elementorũ partibus quibusdam componitur.Quanto igitur totum parte perfectius est,tanto mundi corpus perfectius est singulorum animantium corpore.Absurdum esset imperfectum quidem corpus habere animam,perfectum uero neq; habere animam,neq; uiuere. Quis enim adeo mente captus est,ut partẽ uiuere dicat,totum neget? Viuit igitur totum mundi corpus,cum animalium corpora quæ partes illius sunt, uiuant. Vnam esse oportet totius animam,sicut & una est materia,una cõstructio.Cum ergo duodecim sint mundi sphæræ, ut Platoni placet:octo cœli,& elementa sub cœlo quatuor,atq; duodecim hæ sphæræ discretæ inuicem sint,specie, motibus,& prorietate diuersæ,duodecim necesse est illis adesse animas,specie & uirtute diuersas. Vna igitur erit unius primæ materiæ anima. Duodecim circulorum, animæ duodecim. Quis terram,aut aquam neget uiuere, quæ uitam animalibus ex se genitis tribuunt? Quod si feces hæ mundi uiuunt, uiuentiumq; sunt plenæ:cur non aer,& ignis excellentiores mundi partes uiuant,uiuentiaq; in se similiter habeãt,cœliq; similiter? Sed animalia illa cœlestia, quæ sydera sunt,& terrena,æquatiliaq; uidemus quidẽ,ignea uero & aerea non uidemus. Quippe cum neq; purũ ignis,aut aeris elementũ perspiciamus. Hoc autẽ interest:quod in terra duo sunt animantiũ genera,bruta & rationalia,similiterq; in aqua,cũ aqua corpore terræ præstantior,non minus quàm terra cõpos esse debeat rationis. Globi uero decem superiores propter eorũ sublimitatem solis sunt rationalibus exornati. Animã mundi,id est materiæ primæ,& duodecim sphærarum, & syderum animas deos Platonici nominant,tanquam angelicæ mẽtis summiq; dei pedissequas. Animalia quæ ignis ætherei sub luna locati, aut puri aeris, aut nebulosi aeris aquæ proximi regionem habitant, dæmones. Quæ terram incolunt rationalia, hominem. Dij etiam immortales,& impatibiles sunt,homines patibiles,atque mortales sunt. Dæmones immortales sunt quidem,sed patibiles. Neque passiones dæmonibus corporis,sed animi affectus quosdam attribuunt, quibus bonos homines amant quodammodo, malos oderunt, seq; ipsos propius & ardentius rebus inferioribus præcipue humanis gubernandis immiscent,vt omnes ex hoc officio boni uidentur. Esse uero alios quosdam malos dæmones Platonici non nulli, & Christiani theologi uoluerunt. Sed de malis dæmonibus nulla ad præsens nobis est disputatio. Bonos autem nostri custodes proprio nomine angelos inferioris mundi gubernatores. Dionysius Areopagita, quòd à Platonis mente minime discrepat,uocare solet. Quinetiam quos deos & sphærarum syderumq; animos Plato nuncupat, angelos

dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei ministros Dionysii more possumus appellare. quod etiam à Platone ob eam causam non dissentit: quia huiusmodi animos ut in decimo legum apparet, sphærarum claustris haudquaquã perinde illigat, ut corporibus animas terrenorum. Sed tanta uirtute à deo summo donatos affirmat, ut dei uisione gaudere simul ualeant, & sine ullo labore, aut solicitudine globos mundi pro patris sui uoluntate regere & mouere, bisq; mouendis inferiora facile gubernare. Quare inter Platonem & Dionysium uerborum potius est, quàm sententiæ discrepatio.

DE SEPTEM DONIS QVAE A DEO HOMINIBVS per medios spiritus tribuantur. CAP. IIII.

RERVM omnium ideis, quas diuina mens continet, sequentes dij, deorũ muneribus dæmones subseruire dicuntur. A summo nanq; ad imum omnia per media transeunt: ita ut ideæ illæ diuinæ mentis cõceptiones, per deos, & dæmones, sua hominibus munera largiantur. Horum sunt præcipua septẽ. Cõtemplationis acumen. Gubernãdi potestas. Animositas. Claritas sensuum. Amoris ardor. Interpretandi subtilitas. Fœcũditas generandi. Horũ uim deus primo in se continet. Deinde septẽ dijs, qui planetas septẽ mouent, angelicq; à nobis uocãtur, horum potẽtiam tribuit, ita ut singuli singula præ cæteris capiant. Illi septem dæmonũ ordinibus eis subseruiẽtibus singulis præcipue singula exhibent. Isti tradunt hominibus. Profectò deus hæc animis statim à se natis infundit: hi ex orbe lacteo per cancrum labentes in corpus, cœlesti quodã lucidoq; corpore inuoluuuntur: quo ciucumdati terrenis corporibus includuntur. Ordo enim naturæ requirit, ut purissimus animus in corpus hoc impurissimum, non prius quàm mediũ quoddam & purum tegmen accepit, decidere ualeat. Quod cũ animo crassius sit, hoc autẽ corpore purius & subtilius, cõmodissima à Platonicis iudicatur animæ cum terreno corpore copula. Hinc itaq; fit, ut planetarũ animæ nostris animis, corpora uero corporibus nostris septem illorũ munerum uires à deo datas statim ab initio, atq; assidue confirmẽt & roborent. Eidẽ officio præsunt naturæ dæmonũ totidem, inter cœlestes & homines mediæ. Contemplationis donum Saturnus per Saturnios dæmones roborat. Gubernãdi & imperandi potentiã Iupiter Iouialiũ dæmonũ ministerio. Magnitudinẽ animi Mars per dæmones Martiales. Sensum, opinionisq; claritatem, unde uaticinũ sequitur, Sol dæmonũ solariũ adiumẽto: Amorẽ per Venereos Venus inspirat. Pronũciandi & interpretandi solertiã Mercurialibus intercedẽtibus Mercurius adiuuat. Luna postremo lunaribus dæmonibus cõferentibus fouet generationis officiũ. Horum facultatẽ licet hominibus cunctis impertiant: illis tamen præcipuè, in quorũ conceptione & ortu ex cœli dispositione possunt plurimũ. Quæ quidem licet infusa diuinitus honesta sint, possunt tamen in nobis quandoq; propter abusum uideri deformia: quod est in gubernationis, animositatis, amoris generationis usu perspicuum. Amoris instinctũ ne lõgius digrediamur, à deo summo, et à Venere, quæ dea dicitur, & à dæmonib. Venereis habuimus. Quoniam à deo descendit, deus: quoniam à dæmonibus confirmatur, dæmon est appellandus. Quapropter iure apud Agathonem deus, apud Diotimam dæmon est dictus. Dæmon, inquam Venereus.

DE ORDINE DAEMONVM VENEREORVM, & quomodo iaculantur amorem. CAP. V.

DAEMON autem Venereus, triplex est amor. Primus in Venere cœlesti à Platonicis ponitur. In ipsa scilicet angelicæ mentis intelligentia. Secundus, in uulgari Venere, in ea uidelicet potentia, quam habet mundi anima generandi. Qui duo propterea dæmones appellantur, quia inter informitatem & formam sunt medij, ut suprà tetigimus, & paulo post latius explicabimus. Tertius ordo dæmonũ planetam Veneris comitantium. Horum quoq; scilicet dæmonum Venereorum, triplicem ordinem ponimus. Alij purissimi aeris, alij crassioris & nebulosi aeris elemento sunt assignati, omnesq; à Græco uocabulo ἵμερος, quod amorem significat, Heroes, id est amatorij nominantur. Primi in eos homines amoris aculeos iaculantur: in quibus bilis, humor cholericus & igneus dominatur. Secundi in eos in quibus sanguis, humor aereus. Tertij uero in eos in quibus pituita, & atra bilis, aqueus, & terreus imperat humor. Cupidinis autem sagittis cum omnes homines, tum quatuor maxime illorum uulnerãtur. Nam animas Iouis Phœbi Martis Iunonis, id est Veneris pedissequas uulnerari potissimum Plato in Phædro significauit: easq; ab ipsis generationis primordijs ad amorem pronas, eosq; summopere homines amare solere, qui sub ijsdem sint orti syderibus. Hinc Iouiales Iouialibus, Martialibus Martiales, atq; alijs similiter alij uehementer afficiuntur.

QVOMODO CAPIAMVR AMORE. CAP. VI.

QVOD de uno dicam exemplo, de tribus alijs intelligite. Quicunq; animus sub Iouis imperio in terrenum corpus delabitur, certam quandam in ipso descensu sibi concipit hominis fabricandi figuram Iouis astro conuenientẽ. Hanc in æthereo sui corpore tanquã optime affecto exprimit exactissimam. Si nactus in terris semen fuerit similiter temperatum, in eo quoq; tertiam figuram pingit primæ secundæq; simillimam. Sin contrà, non ita persimilem. Sæpenumero accidit, ut duo quidem animi licet diuersis temporum interuallis, Ioue tamen regnante descenderint: alterq; illorum semen in terra nactus idoneum corpus secundum priores ideas illas rectissime figurauerit: alter uero propter materiæ ineptitudinem, idem corpus inchoauerit quidem, sed non tanta ad sui exemplar fuerit similitudine executus. Corpus illud isto formosius. Ambo sibi

sibi propter quandam naturæ similitudinem mutuo placent. Sed placet magis, qui inter eos formosior iudicatur. Quo fit ut non formosissimos quosq; sed suos, id est similiter natos etiam si minus quàm alij multi formosi sint, quilibet maxime diligant. Proinde qui, ut diximus, eodem sub astro sunt orti, ita se habent, ut pulchrioris eorum simulacrum, per oculos in alterius animum manans, consimili cuidam simulachro, tam in corpore æthereo, quàm in animi penetralibus ab ipsa generatione formato quadret, & undiq; consonet. Ita pulsatus animus obuium illud simulacrum tanquã suum aliquid recognoscit. Quod quidem si tale est pro utribus quale & ipse iam olim intra se posidet, & suo in corpore cum uellet effingere, minime potuit: illud suo interiori protinus admonet: & si quid illi deest ad perfectam corporis Iouialis effigiem, instaurat reformãdo: ipsum deinde reformatum simulacrũ tanquam opus proprium diligit. Hinc accidit, ut amantes ita decipiantur: ut formosiorem quàm sit, existiment. Nam procedente tempore amatum non in mera eius imagine per sensus accepta perspiciũt: sed in simulacro iam ab anima ad ideæ suæ similitudinem reformato, quod ipso corpore pulchrius est, intuentur. Desiderãt insuper corpus illud unde primo manauit simulacrum intueri quotidie. Quamuis enim animus absente corpore illius apud se conseruet imaginem, idq; sibi fermè sit satis: spiritus tamen animæ instrumentum oculusq; non seruant. Tria profecto in nobis esse uidentur: Anima, Spiritus, atq; corpus. Anima & corpus natura longe inter se diuersa spiritu medio copulantur, qui uapor quidam est tenuissimus & perlucidus, per cordis calorem ex subtilissima parte sanguinis genitus. Inde per omnia membra diffusus animæ uires accipit & transfundit in corpus: Accipit iterum per organa sensuum, corporum externorum imagines: quæ in anima propterea figi non possunt, quia incorporeæ substãtiæ, quæ corporibus præstantior est, formari ab illis per imaginem susceptionum non potest. Sed enim anima utique spiritui præsens imagines corporũ in eo tanquam in speculo relucentes facile inspicit, perq; illas corpora iudicat: atq; hæc cognitio sensus à Platonicis dicitur. dum eas inspicit, similes illis imagines multo etiam puriores sua ui concipit in seipsa: huiusmodi conceptionem, imaginationem, phantasiamq; uocamus: hic conceptæ memoriter seruantur imagines. Per has animi acies sæpenumero incitatur ad uniuersales rerum ideas quas in se continet intuendas. Idemq; unum quendam hominem & sensu cernit & imaginatione concipit. Intellectu rationem, definitionemq; hominibus omnibus communem per innatam illi humanitatis ideam communiter contemplatur, & quæ fuerint contemplata conseruat. Animo igitur formosi hominis simulachrum conceptum semel apud se reformatumq; memoriter conseruanti satis esset amatum quandoque uidisse. Oculo tamen & spiritui, quæ ueluti specula præsente corpore imagines capiunt, absente dimittunt, perpetua formosi corporis præsentia opus est, ut eius illustratione continue lucescant, foueantur & oblectentur. Igitur & isti propter indigentiam suam præsentiam corporis exigunt, & animus ijs, ut plurimum, obsequutus eandem cogitur affectare.

DE AMORIS ORTV. CAP. VII.

SED iam ad Diotimam redeamus. Hæc igitur cum amorẽ in dæmonum numerũ ob eas quas enarrauimus causas retulisset: eius hunc in modũ originem Socrati demonstrauit. In Veneris natalibus discũbentibus dijs Consilij filius Porus potu nectaris ebrius, cum Penia in Iouis horto se miscuit: ex eo congressu natus est amor. In Veneris natalibus, id est, quando mens angeli, & mũdi anima: quas Veneres ea ratione quam alias diximus, nominauimus, ex summa Dei maiestate oriebantur: Dij discũbebant, id est Cœlius & Saturnus & Iupiter bonis proprijs uescebantur. Nam cum in angelo intelligẽtia, & in mundi anima uis generãdi, quas proprie Veneres geminas appellamus, prodibant in lucem: iam erat summus ille Deus quem uocant cœlũ: Essentia præterea, & uita in angelo, quos Saturnũ uocamus & Iouẽ, atq; etiam in mundi anima inerat supernorũ cognitio, & cœlestiũ corporum agitatio: quos iterũ Saturnũ Iouemq; uocamus. Porus & Penia, affluentiã & egestatem significant. Porus Cõsilij filius, id est, summi dei scintilla. Deus nẽpe consilium, & consilij fons appellatur, quia ueritas omniũ est & bonitas. Cuius splendore omne cõsilium uerũ efficitur. Ad cuius bonitatem omne tendit consilium. Iouis hortũ, angelicæ uitæ fœcunditatẽ intelligit: in quam cum descendit Porus, id est ille dei scilicet radius, Peniæ, id est, priori huius indigentiæ mixtus creat amorẽ. Principio angelus per deum est & uiuit: quo ad hæc duo essentiam & uitam, Saturnus & Iupiter nominatur. Habet insuper intelligendi potentiam, quam esse Venerem arbitramur. Potentia huiusmodi sua natura informis est & obscura, nisi à deo illuminetur: quemadmodũ oculi uis ante solis aduentum: hanc obscuritatem Peniam scilicet quasi inopiam & luminis defectum esse putamus. Cæterũ uis ea intelligendi naturali quodam instinctu ad suũ reflexa parentem, diuinũ, ab eo radiũ, qui Porus est & affluentia, susципit. In quo ueluti semine quodam, rationes rerum omniũ includuntur. Huius radij flammis naturalis ille instinctus accenditur, hoc incendium hic ardor ex obscuritate priori, & accedente scintilla exoriens, amor est ex inopia natus & affluentia, in horto Iouis, id est umbra uitæ progenitus. Quippe cum post uitæ uigorem statim ardor ad intelligendum exoriatur. Sed cur ebrium nectare Porũ inducit? quia ratione diuinæ uiuacitatis exuberat, Cur partim diues, partim egenus est amor? Quia neq; quod perfecte possidemus, neq; quo caremus omnino, ardere solemus. Cum enim id quærat quisq; quo caret: qui totã rem possidet, quid ultra perquirat? Quin etiam cum incognita nemo desideret, necesse est ut aliquo modo cognitum nobis ante fuerit quod amemus: neque cognitum solum: multa enim nota nobis odisse solemus: sed ut tanquã bonum nobis & iocundum fuerit iudicatum. Neq; id ad flagrantem beneuolentiam satis esse uidetur: nisi facile consequi posse quod iocundum fore censemus iudicemus. Quisquis igitur aliquid amat, illud quidem re ipsa nondum integerrime possidet. Animi tamen cogitatione idipsum cognoscit, iocundum iudicat, consequi posse confidit. Hæc ipsa cognitio, iudicatio, spes, quasi præsens aliqua absentis boni anticipatio est. Non enim arderet nisi idipsum placeret, nisi esset quodammodo prægustatum.

Ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ergo cum amantes partim quod optant habeant quidem, partim uero nõ habeant, haud ab re ex indigentia quadam, & affluẽtia mixtus est amor. Hac utiq; ratione Venus illa superna per superna per primam ipsius diuini radij gustationem accensa amore fertur ad integram totius luminis plenitudinem: hoc nixu parenti efficacius hærens plenissimo statim illius fulgore coruscat, rerumq; rationes illæ confusæ, quæ in radio, quem Porum dicimus ante fuerant implicatæ, explicantur, iam impotentia illa ueneris inhærente, & clarius distinctæ lucescunt. Quemadmodum uero se habet ad deum angelus, ita ad angelum deumq;, anima mundi. Ea enim ad superna se flectens ab illis similiter & radium accipit, & accenditur, gignitq; amorem affluentiæ inopiæq; participem. Hinc formis rerum omnium exornata ad earum exemplar cælos mouet, perq; potentiam generandi similes illis formas in elementorum materia generat. Venerem hic geminam rursus aspicimus. Alteram sanè uim animæ, huius ad superna cognoscenda. Alteram uero uim eiusdem inferiorum procreatricem. Illa quidem non est animæ propria: sed contemplationis angelicæ imitatio: hæc autẽ naturæ animæ propria. Ideo quoties unam in anima Venerem ponimus, uim eius peculiarem, Venerem eius propriam intelligimus. Quoties duas, alteram communem cum angelo, alteram ipsius animæ propriam. Sint igitur duæ in animo Veneres: prima cœlestis, secunda uero uulgaris. Amorem habeant ambæ: Cœlestis ad diuinam pulchritudinem cogitandam: Vulgaris ad eadem in mundi materia generandam. Qualem enim uidet illa decorem, talem uult hæc pro uiribus mundi machina tradere. Imò uero utraq; fertur ad pulchritudinem generandam: sed suo utroq; modo. Cœlestis Venus intelligentia sua effingere in seipsa exactissimam supernorum pulchritudinem nititur: Vulgaris diuinorum seminum ubertate conceptam apud se diuinitus pulchritudinem in mundi materia parere. Amorem illum quãdoq; deum iccirco uocamus, quoniam ad diuina dirigitur: Vt plurimum dæmonem, quoniam inter inopiam copiamq; est medius. Amorem alterum semper dæmonẽ, quoniam affectum aliquem ad corpus habere uidetur, & ad inferiorem mundi plagam esse procliuior. Quod quidem à deo alienum est: dæmonum naturæ conueniens.

IN OMNIBVS ANIMIS DVO SVNT AMORES, in nostris uero quinq;. CAP. VIII.

GEMINAE autem Veneres hæ geminiq; amores non solum in anima mundi, uerumetiam in stellarum, siderum, dæmonum, hominumq; animis insunt. Cumq; animæ omnes ad primam illam competenti naturalis ordinis serie referantur, necesse est amores quoque omnium ad illius amorem ita referri ut aliquo modo ab illo dependeant. Propterea hos quidem simpliciter dæmones: illum uero magnum dæmonem appellare Diotima consueuit. Qui per uniuersum mundum omnibus imminens torpere corda non sinit: sed passim suscitat ad amandum. In nobis autem non duo tantum, sed quinq; amores reperiũtur. Duo quidẽ extremi dæmones: medij tres, nõ dæmones solummodo sed affectus. Profecto in hominis mente æternus est amor ad diuinã pulchritudinẽ peruidendã: cuius gratia, philosophiæ studia, & iustitiæ, pietatisq; officia sequimur. Est etiã in generãdi potẽtia occultus quidã stimulus ad sobolẽ procreandã, isq; amor perpetuus est, quo assidue incitamur, ut supernæ pulchritudinis illius similitudinẽ in procreatæ prolis effigie effingamus. Hi duo amores in nobis perpetui, duo sunt dæmones illi, quos Plato nostris animis semper adesse uaticinatur: quorũ alter ad superna erigat, alter deprimat ad inferna: alter calodæmõ, id est bonus dæmon sit, alter cacodæmõ, id est malus sit dæmon. Reuera utriq; sunt boni, quoniã tam sobolis procreatio, quàm indagatio ueritatis necessaria & honesta censetur. Verũ secundus ideo dictus est malus, quia propter abusum nostrũ sæpe nos turbat, & animũ à præcipuo eius bono, quod in ueritatis speculatione cõsistit, auertit maxime, & ad mysteria uiliora detorquet. Horũ medium amores in nobis tres obtinẽt: qui cũ non sint in animo æque ut isti firmissimi: sed incipiãt, crescãt, decrescãt & desinant: rectius motus atq; affectus quàm dæmones uocãtur. Horũ unus æquis interuallis ab utrisq; distat extremis. Reliqui duo in partẽ alterutram inclinantur. Porro corporis alicuius figura propter materiæ præparationẽ talis est maxime, qualẽ in eius idea diuina mẽs continet tũc oculis obuia: perq; oculos in spiritũ penetrãs, animo cuestigio placet, cũ illis cõsonet rationibus, quas ueluti rei ipsius exẽplaria tũ nostra mens, tũ generandi potentia olim diuinitus accepta cõseruat. Hinc triplex, ut diximus, subrepit amor: aut enim ad cõtemplatiuam, aut actiuam, aut uoluptuosam uitam prõpti, & procliues geniti educatiue sumus. Si ad cõtemplatiuam, statim à formæ corporalis aspectu ad spiritualis atq; diuinæ cõsiderationem erigimur. Si ad uoluptuosam, subito à uisu ad cõcupiscentiam tangendi descẽdimus. Si ad actiuã atq; moralem: in sola illa uidendi atq; cõuersandi oblectatione persueramus. Illi tã ingenioſi sunt ut altissime prouehãtur: isti tam hebetes ut deprimãtur ad infima: hi tanquã medij in mediã remanẽt regione. Amor itaq; omnis incipit ab aspectu. Sed cõtemplatiui hominis amor ab aspectu ascẽdit in mentẽ. Voluptuosi ab aspectu descendit in tactũ. Actiui remanet in aspectu. Illius amor ad supremũ dæmonẽ magis q̃ ad infimũ se cõuertit: istius ad infimũ potius quàm ad supremũ deflectitur: huius ab utroq; interuallis distat æqualibus. Tres isti amores, tria nomina sortiũtur. Contemplatiui hominis amor, diuinus: Actiui, humanus, Voluptuosi ferinus cognominatur.

QVAE PASSIONES AMANTIBVS INSVNT, PROPTER amoris matrem. CAP. IX.

AMOREM esse dæmonẽ ex copia & inopia genitũ, & quinq; in species diuidi, hactenus declarauimus: quales autẽ in amantibus affectus ex huiusmodi amoris natura nascãtur, deinceps ex Diotimæ uerbis tractabimus. Quoniã inquit amor in natalibus Veneris progenitus est, Venerẽ sectatur & colit, ac pulchri desiderio capitur: cũ Venus ipsa pulcherrima sit. Quia inopiæ filius est, aridus est & macilentus &

tus & squalidus: nudis pedibus, humilis, sine domicilio, sine stramentis & tegmine ullo, ad fores in uia sub diuo dormiens, ac deniq; semper egenus. Quia copiæ filius est, pulchris ac bonis insidiatur. Virilis est, audax, feroxq;, uehemẽs, callidus, sagaxq; uenator, noua semper machinamẽta contexens, prudentiæ studiosus, facundus, per omnem uitam philosophans, incantator, fascinatorq; potẽs, ueneficus, atq; sophista. Neq; immortalis omnino secundum naturã, neq; mortalis. Sed interdum eadem die pullulat atq; uiuit quoties exuberat: interdum deficit atq; iterum reuiuiscit ob patris naturam: quod uero acquisitum est subterfugit: quocirca neq; mendicus est amor unquam, neq; etiam opulentus. Quinetiã in medio sapientiæ & insciticæ cõstituitur. Hæc Diotima. Nos ea quàm breuissimè poterimus, explanabimus. Hæc licet omnibus insint amorum generibus: in tribus tamen mediis tanquam nobis manifestioribus clariora uidentur. In Veneris natalibus genitus Venerem sequitur, id est cum supernis illis spiritibus, quos uocauimus Veneres, genitus, hominũ animos ad superna reducit: ac pulchri desiderio capitur, cũ Venus ipsa pulcherrima sit, id est animas accendit summæ diuinæq; pulchritudinis desiderio: cum ipse sit in illis spiritibus ortus, qui deo proximi dei decore summopere illustrantur, atq; ad eosdem nos radios erigunt. Præterea cum uita omnium animantium atq; arborum & terræ fertilitas in humore & calore consistat, ad demonstrandam amoris inopiam utrumq; deesse illi tam humorem quàm calorem Diotima innuit, cum aridum & macilentum dixit & squalidum. Quis enim ignoret arida & sicca esse illa, quæ deserit humor? Quis item pallorem dicat & squalorem aliũde quàm sanguinei caloris defectu uenire? Quinetiam diuturno amore pallidi & macilenti mortales efficiuntur. Quippe ad duo simul opera uis naturæ ferme non sufficit. Animi amantis intentio in assidua amati cogitatione tota se uersat. Illic & naturalis complexionis uis omnis intenta est. Ideo neq; cibus in stomacho perfecte coquitur. Quo fit ut maior pars in superfluas reliquias emittatur, minor & ea quidem cruda trahatur ad iecur. Illic etiam eadem ratione male cõcoquitur. Ideo sanguis paucus crudusq; inde per uenas diffunditur: quare membra omnia inopia cruditateq; alimenti extenuãtur & pallent. Præterea quocũq; animi assidua fertur intẽtio, illuc & spiritus qui animæ sunt currus, siue instrumenta sunt, aduolant. Spiritus in corde ex subtilissima sanguinis parte creantur. In amati imaginem phantasiæ infixã ipsumq; amatũ amantis animus rapitur. Eodem trahũtur & spiritus. Illuc euolantes assidue resoluũtur. Quapropter frequẽtissimo puri sanguinis somite opus est ad cõsumptos spiritus recreandos: ubi subtiliores quæq; & liquidiores partes sanguinis quotidie in reficiendis spiritibus exhalãtur: propterea puro & claro sanguine resoluto, macilosus, crassus, aridus restat & ater. Hinc exiccatur corpus & squalet: hinc & melancholici amãtes euadũt. Ex sicco enim crasso atroq; sanguine melancholia, id est atra bilis efficitur: quæ suis caput uaporibus opplet, cerebrum siccat, animam tetris horrendisq; imaginibus diu noctuq; sollicitare nõ cessat: quod Lucretio philosopho Epicureo propter amorem legimus accidisse. Qui amore primũ, insania deinde uexatus, sibi tandẽ ipsi manus iniecit. Hæc illis accidere consueuerunt, qui amore abusi quod contemplationis est ad amplexus concupiscentiam transtulerunt. Videndi enim desideria facilius quàm & uiuendi & attrectandi cupidinem toleramus. Quæ cum medici ueteres obseruassent, amorem esse dixerũt passionem morbo molancholico proximam, eamq; Rasis medicus coitu, ieiunio, ebrietate, deambulatione curari præcepit. Neq; solum tales amor homines reddit, uerũetiam quicũq; natura sunt tales ad amorem procliuiores existunt. Tales autem sunt ij in quibus bilis, quã choleram uocant, uel atra bilis quam melancholiam, cæteris humoribus præualet. Bilis calida & sicca est. Atra bilis sicca & frigida. Illa ignis, hæc terræ locum in animantiũ corpore tenet. Aridi ergo melancholici & sicci ad terræ similitudinẽ: Squalidi & pallentes choleriei ad similitudinẽ ignis intelliguntur. Cholerici propter ignei humoris impetum in amorẽ præcipites perferũtur: melancholici ob terrei humoris pigritiã tardius amant. Verum propter humoris ipsius stabilitatẽ, postquã illaqueati sunt diutissime perseuerant. Merito igitur aridus & squalens fingitur amor, cũ homines qui tales sunt, præ cæteris amori soleant indulgere. Quod ex eo potissimum fieri arbitramur, quia cholerici bilis incendio exurũtur. Melancholici atræ bilis corroduntur asperitate: quod Aristoteles in septimo libro de moribus affirmauit. Molestus itaq; humor semper angit utroq;, cogitãq; solamen aliquod maximum atq; continuum, contra continuam humorũ molestiam quærere. Huiusmodi sunt musicæ, amorisq; delitiæ. Nullis enim alijs oblectamẽtis tam assidue operam impendere possumus quàm musicæ uocumq; delinimentis, pulchritudinisq; illecebris. Reliqui enim sensus cito replentur. Visus autem aut auditus diutius uoculis & pictura pascuntur inani. Neq; solum horum sensuum firmiores sunt uoluptates: uerumetiam humanæ complexioni cognatiores. Quid enim humani corporis spiritibus conuenientius est, quàm uoces hominũ & figuræ? eorum præsertim qui nõ modo naturæ similitudine, sed etiam pulchritudinis gratia placent. Quamobrẽ cholerici & melancholici homines tanquã unicum remedium & solamen molestissimæ ipsorum cõplexionis, cantus & formæ oblectamenta sectãtur. Ideoq; sunt ad Veneris illecebras proniores. Et Socrates, quem Aristoteles melancholicũ iudicauit, ad amandi artem ut ipsemet profitebatur, erat omnũ propensissimus. Idemq; de Sappho melancholica ut ipsa testatur, possum iudicare. Necnõ & Maro noster quem cholericum fuisse eius effigies indicat, quamuis pudicus fuit tamẽ procliuior ad amãdum. Nudis pedibus. Talem propterea Diotima pinxit amorem, quoniam amator adeo in rebus amatorijs occupatus est, ut in cæteris uitæ officijs tam priuatis quàm publicis non cautus quidem incedat ut decet, sed absq; ulla discriminum prouidentia temerarius quocunq; feratur. Ideo in suis progressibus frequentia incurrit pericula, non aliter quàm qui pedes suos corio non suffulciunt: unde crebris sentibus & calculis offenduntur. Humilis. Græcum Platonis uocabulum humi & per infima uolans significat. Vidit enim sæpenumero propter amoris abusum sine sensu uiuere amantes, & leuibus curis magna perire bona: hi sanè amatis seipsos usq; adeo dedunt ut in eos penitus transire nitantur, eosq; tam uerbis quàm gestibus in seipsis effingant. Frequentissima uero puerorũ & puellarum imitatione, quis non effœminaretur? quis non puer, fœminaue euaserit? Sine domicilio. Humanæ cogitationis domicilium anima ipsa est. Animæ domicilium spiritus. Domicilium spiritus huius est corpus. Tres habitatores sunt: Tria sunt domicilia. Quisq; horũ naturali amisso exulat domicilio. Nam cogitatio omnis non ad animi sui disciplinã & tran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quillitatem,sed ad dilecti hominis se uertit obsequia,& anima corporis sui deserit ministerium,in amati corpus nititur transilire.Spiritus animæ currus,dum aliò properat animus,alio quoq; euolat exhalando.Propterea itaq; domo exit cogitatio,exit anima,exit & spiritus.Primum exitum insania & inquietudo:Secundum debilitas mortisq; formido:Tertium trepidatio,pauor & suspirium comitatur.Quo circa proprijs laribus,naturali sede,optata quiete,priuatus est amor.Sine stramentis & tegmine ullo.Vbi enim quiescat,& quo tegatur non habet,Cum enim res quæq; suam originem repetant,amoris igniculus à formosi corporis obiectu in appetitu amantis accensus, in corpus idem reuolare conatur. Quo quidem impetu,& appetitum & appetentem secum euehit euolando.O crudelem amantium sortem.O uitam omni morte miseriorem,nisi forsitan uester animus hac amoris uiolentia proprio ex corpore raptus negligat insuper amati figuram,atq; in diuini splendoris æde,ubi tandem quiescet,ubi explebitur,se recipiat . Quis item neget amorem sine tegmine nudumq; uagari? Quis enim celet amorem,quem toruus,taurinus,affixus prodit intuitus? quem interceptus sermo declarat? rubor,pallorq; uultus,crebra suspiria,iactatio membrorũ,perpetua querimonia,importunæ laudationes, subita indignatio,iactantia,procacitas,petulantia,uana suspitio,& uilissima indicant ministeria? Sicut in sole & igne calorem lux radij comitatur,sic intimum amoris incendium externa sequuntur indicia. Ad fores dormit.fores animi oculi & aures esse uidentur,hinc enim multa in animũ inuehuntur,& animi affectus & mores clarissime per oculos emicant. In figuris spectandis & uocibus audiendis amantes ut plurimum immorantur.Raro illorum mens in seipsam se colligit. Sæpius per oculos,auresq; uagatur. Idcirco ad fores dicuntur procumbere.Dicuntur & in uia iacere.Nam corporis species,uia quædam esse debet,per quam ad speciem incipiamus altiorem ascendere.Qui autem turpibus libidinibus se prosternunt,aut etiam in aspectu ultra quàm decet uersantur,in uia ipsa restare uidentur,ad eius terminum minime profici sci.Sub diuo.Merito.Vna enim in re penitus occupati,nihil in rebus agendis considerant.Itaq; casu uitam agentes,omnibus fortunæ periculis,tanquã qui nudi sub diuo uitam ducunt,omnibus tempestatibus sunt expositi.Propter matris naturam semper egenus.Sane cum prima origo amoris ab indigentia fuerit,& quod naturale est penitus extirpari non possit,semper egenus,semper sitibundus est amor.Quandiu enim deest ad consequẽdum aliquid,flagrat æstus amoris. Cum totum undiq; possidetur,cessante indigentia potius desinit ardor,quàm sine egestate perduret.

QVAE DOTES AMANTIVM PROPTER amoris patrem. CAP. X.

HAEC inopiam amoris matrem sequuntur,copiam uero patrem eius contraria. Quæ uero contraria sint intellectis superioribus,quiuis agnoscet.Supra descriptus est simplex, incautus, ullis,inermis: horum hic contraria inducũtur.Callidus enim dicitur,Venator sagax,Machinator,Insidiator,prudentiæ studiosus,philosophus,uirilis & audax,uehemens,facundus.Magus atq; sophista.Idem amor,qui in cæteris negocijs incuriosum & inertem facit amantem,in rebus amatorijs æstutum reddit & callidum,qui miris modis amati gratiam aucupetur.Seu dolis implicet,seu captet obsequijs, siue eloquio mulceat,siue cantu deliniat.Idem furor,qui obsequio blandum fecerat,idem inquam furor arma ministrat, indignantibus aduersus amatum ferocitatem,pro eo pugnantibus securitatem roburq; inuictum.Amor ut diximus ab aspectu dum ceit originem.Aspectus inter mentem & tactum est medius:hinc semper amantis distrahitur animus & sursum uicissim deorsumq; iactatur.Interdum amplexus cupido suboritur:interdum uero pudicum cœlestis pulchritudinis desiderium, & modo illa,modo hoc peruincit & ducit.In his qui honestissime educati sunt,& ingenij pollent acumine , hoc in alijs illa sæpius superat.Quicunq; in feces corporis se prosternunt,merito aridi,nudi,humiles,inermes & inertes esse censentur.Aridi,quia semper esuriunt,implentur nunquam.Nudi,quia tanquam temerarij omnibus subiecti periculis, tãquam impudentissimi,& inculti infames habentur.Humiles,quia nihil altum,nihil magnificum cogitant.Inermes,quia flagitioſæ succumbunt cupiditati.Inertes,quoniam adeo hebetes sunt ut quò amor eos trahat, ignorent, & in uia restent,ad terminum non perueniant.Contrarij uero contra uidentur affecti : nam solidis animi bonis uescentes implentur magis & tranquillius diligunt , pudorem seruant , umbratilem corporis speciem negligunt atque alijs cleuantur, ac uelut armis muniti,inanes à se libidines fugunt,& sensus rationi subijciunt.Hi tanquam solertissimi omnium & prudentissimi ita philosophantur,ut per corporum figuras quasi quædam uestigia,siue odores prouidentissime gradiantur:ex his sanctum animi numinumq; decorem sagaciter inuestigent:atq; ita prudenter uenando,quod cupiunt feliciter assequantur. Tantum profecto munus amoris à patre ipsius copia proficiscitur,quoniam pulchritudinis radius qui & copia est & pater amoris,hanc habet uim,ut illuc unde uenerat reflectatur secumq; trahat amantem. Descendit autem à deo primum in angelum & animam quasi ultreas materias transiens,& ab anima in corpus eius susceptioni paratum facile demanans,ab eo ipso iunioris hominis corpore,præsertim per oculos animi fenestras lucidissimas emicat:aduolat per aerem protinus & senioris oculos penetrans transfigit animam,appetitum accendit,sauciam animam, appetitumq; accensum in medelam eius & refrigerium ducit,dum eodem rapit secum unde ipse descenderat, gradatim quidem in corpus amati primum,in animam secundo,tertio in angelum,postremo in deum,primam splendoris huius originem.Hæc utilis uenatio,hoc felix amantium aucupium.Hanc utiq; uenationem apud Platonem in Protagora Socrati nostro familiaris quidam eius attribuit.Vndenam inquit ò Socrates? Arbitror equidem à uenatione illa redire te ad quam hoiesta indoles prouocare te solet.Præterea Sophistam amorem uocat & magum.Sophistam Plato in sophistæ dialogo ambitiosum & subdolum definit disputatorem,qui captiuncularum uersutijs falsum pro uero nobis ostendit, cogitq; eos qui secum disputant sibimet in sermonibus contradicere.Hoc tam amantes,quàm amati quandoque perpetiuntur.Siquidem amantes

amoris nebulis occæcati falsa sæpe pro ueris accipiũt,aũ dilectos suos formosiores,acutiores,meliores q̃ sint arbitrãtur.Sibimetipsi propter amoris uiolentiã cõtradicunt.Aliud enim ratio cõsulit,aliud cõcupiscẽtia sequitur.Cõsilia sua ad amati imperiũ mutant:sibipsi,ut morẽ gerant alijs,aduersantur.Sæpe etiã formosi amatorũ æstutia irretiũtur,& faciles fiunt qui antea fuerãt pertinaces.Sed cur magũ putamus amorẽ? quia tota uis magicæ in amore consistit.Magicæ opus est,attractio rei unius ab alia ex quadã cognatione naturæ.Mundi autẽ huius partes,ceu animalis unius mẽbra,omnes ab uno autore pendentes,unius naturæ cõmunione inuicem copulantur.Ideo sicut in nobis cerebrũ,pulmones, cor, iecur,& reliqua mẽbra à se inuicẽ trahunt aliquid,seq; mutuo iuuant,& uno illorũ aliquo patiente cõpatiuntur:ita in gẽtis huius animalis mẽbra,id est omnia mũdi corpora cõnexa similiter mutuant inuicem naturas & mutuantur:ex communi cognatione cõmunis innascitur amor,ex amore cõmunis attractio.Hæc autẽ uera magica est.Sic ab orbis lunæ concauitate propter naturæ cõgruitatem sursum trahitur ignis:ab ignis cõcauitate aer:à mundi centro terra ad infima trahitur,à loco etiã suo rapitur aqua.Hinc & magnes ferrũ,& electrũ paleas,ignem sulphur,sol flores multos ad se uertit & folia,luna aquas,Mars uentos ciere solet,& herbæ uariæ uaria quoq; ad se inuitãt animantiũ genera.In rebus etiã humanis trahit sua quẽq; uoluptas.Magicæ igitur operã,naturæ operã sũt:Ars uero ministra. Ars enim ubi naturali cognationi deest aliquid,per uapores,numeros,figuras,qualitates opportunis supplet tẽporibus:quemadmodũ in agricultura natura segetes parit,ars præparat.Hanc artẽ ueteres dæmonib.attribuerũt,quia intelligũt qualis sit rerũ naturaliũ societas, quid cuiq; cõgruat,quomodo cõcordia rerũ,sicubi desit,instauretur.His nõnulli uel naturæ similitudine quadã amici,ut Zoroaster & Socrates,uel cultu dilecti,ut Apollonius Tyaneus, & Porphyrius,fuisse tradũtur.Ideo uel urgilantibus uoces atq; portẽta,uel dormitãtibus oracula,& simulachra à dæmonibus cõtigisse narrãtur.Qui amicitia dæmoniũ magi euasisse uidentur:quemadmodũ dæmones magi sunt rerũ ipsarum amicitiã cognoscentes,& natura omnis ex amore mutuo maga cognominatur.Quinetiã formosus quisq; teneris nos fascinat oculis.Viri eos eloquẽtiæ uiribus & carminũ modulis quasi quibusdã incantationibus deliniũt,sibiq; cõciliant:cultu præterea & muneribus non aliter quàm uenefícijs placant & capiũt.Quapropter nemini dubiũ est,quin amor sit magus,cum & tota uis magicæ in amore consistat, & amoris opus fascinationibus,incantationibus,ueneficijs expleatur.Neq; mortalis est omnino,neq; etiam immortalis. Nõ mortalis,quoniã duo amores in nobis, duo illi quos dicimus dæmones, insunt perpetui.Nam immortalis, quoniã tres horũ medij mutantur quotidie,crescũt atq; decrescũt.Præterea in hominũ appetitu à uitæ primordijs inextinguibilis innatus est feruor,qui animũ quiescere non permittit,ac semper impellit,ut ad certũe aliquid studiose se applicet. Diuersa hominũ ingenia sunt,nec uoto uiuitur uno.Vnde cõtinuus ille cõcupiscentiæ feruor,qui naturalis est amor,alios ad studia literaria:ad musicam alios uel figuras,alios ad honestatem morũ seu uitam religiosam,alios ad honores,nonnullos ad pecunias cumulandas,plerosq; ad uentris luxuriã,alios impellit ad alia,nec non eundẽ hominem in diuersis ætatib.ad diuersa. Idem itaq; feruor & immortalis dicitur & mortalis.Immortalis,quia nunquã extinguitur,mutatq; materiam potius quàm euanescat:mortalis,quia nõ ad idem semper incũbit:sed aut ex naturæ mutatione,aut ex diuturna rei eiusdem frequẽtatione orta satietate noua requirit oblectamenta,& qui in re una fermè defecit,in alia quodãmodo reuiuiscit.Dicitur etiã ob eam causam immortalis,quod dilecta semel figura semper amatur:quãdiu enim eadem in eodẽ homine permanet,in eo ipso diligitur:cũ uero ab eo defluxerit,non amplius eadẽ in illo figura est,quã prius amabat.Nouã hanc non ardes quidem,quia nec arseras ante,priorẽ uero illam amare non desinis,hoc tamen interest,quod illam prius prospicie bas in alio:iam uero in teipso inspicis solũ,eademq; memoria semper infixam semper & amas,& quoties animi oculis oecurrit,toties te urit amantem.Ideo quoties illum nobis olim charissimum habemus obuium,toties cõmouemur,uel saliũt, trepidantiæ præcordia,uel liquescit iecur,uel tremunt oculi,uariosq; trahit uultus aduerso illo colores.Eius enim præsentia latentem mente figuram animi suggerit oculis,ac uelut sopitos sub cineribus flando suscitat ignes.Hac de causa dicitur immortalis.Sed hic etiã ideo immortalis habetur, quia licet maneant semper infixi pectore uultus,non tamen æque se mẽtis oculis offerunt,quocirca feruere uicissim beneuolentia atq; referuere uidetur.Accedit ad hæc quod et ferinus & humanus amor sine indignatione esse nunquam potest. Quis illi non indignetur, qui ipsi abstulerit animum? Vt enim præ cæteris grata libertas, ita seruitus onerosa . Itaq; formosos odis simul & amas:odis tanquam fures & homicidas,tanquam specula cœlesti fulgore micãtia,mirari cogeris,& amare.Quid agas miser? Quo te uertas, nescis heu perdite nescis.Cum tui homicida esse nolles,nolles etiam sine beato spectaculo uiuere.Cum hoc esse non potes,qui te perdit,qui necat:sine hoc non potes uiuere,qui tam miris illecebris te tibi surripit,qui totũ te sibi uendicat.Hunc fugere cupis,qui suis te flammis adurit:huic etiam cupis hærere,ut ipsi te posſideẽti proximus tibi quoq; cohæreas. Teipsum miser extra te quæris,hæresq; raptori,ut captum quandoq; te redimas. Amare quidem nolles insane, quia emori nolles : nolles etiam non amare,quippe qui cœlestium simulachro iudicas seruiendum.Quapropter hac alteratione fit, ut singulis (ut ita dicam)momentis arescat amor & reuiuescat.Ponitur etiã à Diotima inter sapientiam & ignorantiam medius.Porro amor,quæ pulchra sunt sequitur.Omniũ pulcherrima sapientia est.Appetit igitur sapientiam.Qui sapientiam appetit, eam omnino nõ possidet.Quis enim præsentia quærat? Neq; etiam caret omnino. In eo enim uno saltem est sapiens quod suam insciliam recognoscit:qui uero ignorare se nescit,tam res ipsas,quàm suam ignorat insciliam,neq; scientiam expetit,cuius esse se nescit expertem.Amor igitur sapientiæ,quia partim sapientia priuatus est,partim est sapiẽs, inter sapientiam ignorantiamq; locatur.Hæc inquit Diotima,est amoris conditio,ipsius autem pulchri,id est supremæ pulchritudinis natura est,ut delicatum sit,perfectum atq; beatum.Delicatum,inquantum sua quadam suauitate ad se allicit omnium appetitum:Perfectum,inquantum quæ illexit accedentia illustrat radijs suis & perficit : Beatum , inquantum illustrata bonis implet æternis.

Plato

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAE VTILITAS AMORIS EX EIVS definitione. CAP. XI.

POSTQVAM uero quæ sit amoris origo, & qualis ipse sit, Diotima enarrauit, iam quorsum tendat, & ad quid cõducat hominibus, aperit. Omnes quidem bona habere cupimus: nec habere so lum, sed semper habere. Singula uero mortalium bona mutantur atq; deficiunt, ac cito cuncta uane scerent, nisi abeuntium loco noua quotidie fierent. Vt ergo bona semper nobis quoquo modo perdu rent, pereuntia cupimus recreare. Generãdo recreatio fit. Hinc innatus est omnibus generationis in stinctus. Generatio autẽ cum mortalia diuinis cõtinuatione similia reddat, munus est profecto diuinũ. Diuinis utpote pulchris, deformia contraria sunt: formosa similia & amica. Iccirco generatio diuinum opus in eo quod pulchrum est perfecte & facile consummatur, in contrario contra. Quapropter generationis ille conatus formosa po scit, contraria refugit. Quid hominum amor sit postulatis? ad quid conducat? Cupido generationis in pulchro ob seruan dam uitam mortalibus in rebus perpetuam: hic hominum in terra uiuentium amor est, hic nostri finis amoris. Enimuero eo ipso in tempore quo animalium unumquodq; uiuere dicitur, idemq; esse, ut à pueritia ad senectutem, quamuis idem dicatur, nunquam tamen in se eadem continet: sed nouum semper efficitur, ut Plato inquit, & uetera exuit secundum po los, carnem, ossa, & sanguinem, & corpus penitus uniuersum. Neq; in corpore solum, sed etiam in anima id cõtingit. Mo res, consuetudines, opiniones, cupidines, uoluptates, dolores, atq; timores iugiter permutantur: nec aliquid ex istis idem & simile perseuerat: priora quidem abolentur, noua succedunt atq; adolescunt. Quinetiam quod mirabilius est, scientia quoq; non solum aliæ euanescunt, aliæ surgunt, neq; semper secundum scientias ijdem sumus: uerumetiam una quæuis sci entiarum ferme idem patitur. Meditatio enim & reminiscentia, quasi prætereuntis scientiæ resumptio est. Obliuio nãq; scientiæ exitus esse uidetur. Meditatio uero nouam semper memoriam abeuntis loco restituens, scientiã seruat, ut esse ea dem uideatur. Hoc utiq; pacto quæcunq; in animo uel corpore mutabilia sunt seruantur: nõ quia semper omnino eadem sint: hoc enim diuinorum est proprium: sed quoniam quod tabescit & abit, & nouum & simile sibi reliquit. Hoc certe remedio mortalia immortalibus reddũtur similia. Est igitur in utraq; animæ parte, tum ea quæ ad cognitionem spectat, tum ea qua regitur corpus, amor generationis innatus ad uitam perpetuo conseruandam. Amor qui in hac parte est ad corpus regendum accommodata, statim ab initio nos impellit ad cibum potumq; sumendum, ut his alimentis generentur humores: quibus quod à corpore iugiter desluit, resumatur. Qua generatione nutritur corpus & crescit. Adulto corpo re semen ipsum lacessit, & procreandæ sobolis libidinem prouocat, ut quod in seipso semper manere non potest, reseruat tum in prole sibi persimili maneat sempiternũ. Amor etiam generationis parti animæ cognoscenti tributus, efficit ut ani ma ueritatem, alimoniam propriam concupiscat, per quam suo modo nutriatur & crescat, ac si quid per obliuionem ani mo excidit, aut torpet propter desidiam & incuriam, recordationis & meditationis studio quasi regenerat, renocatq; in mentem quod per obliuionem perierat, uel torpuerat per ignauiam. Adultum uero iam animum flagrantissimè docen di atq; scribendi stimulat cupiditate, ut scientia uel in scriptis, uel in discipulorum animis generata, præceptoris intelli gentia, & ueritas inter homines æterna permaneat. Atq; ita amoris beneficio cuiusq; hominis tam corpus quàm anima in rebus humanis post mortem semper superesse posse uideatur. Amor uterq; pulchra sectatur. Nempe qui corpus regit atq; gubernat, corpus propriũ ex epulis quàm delicatissimis, iucundissimis, & pulcherrimis alere cõcupiscit, & prolem formosam cum specioſa fœmina generare: & qui ad animum pertinet, cum ornatissimis grauissimisq; disciplinis studet imbuere, ac scientiam suæ simillimam scribendo ornato pulchroq; in stylo edere, & docendo in animo quodam pulcher rimo generare: puro inquam animo, acuto & optimo. Animum quidem ipsum non cernimus: ideo neque eius inspicimus pulchritudinem. Corpus autem umbram animi, imaginemq; uidemus: itaq; ex eius imagine suspicantes in corpore formo so speciosum esse animum coniectamur. Quamobrem formosos homines libentius erudimus.

DE DVOBVS AMORIBVS, ET QVOD ANIMA NA- scitur prædita ueritate. CAP. XII.

DE amoris definitione satis iam diximus nunc autem quæ apud Platonem sit ex animi corporisue fœ cunditate de amore distinctio, declaremus. Omnium, inquit, hominum prægnans & grauidum corpus est, prægnans & animus. Corpori semina suorum omnium ab initio sunt inserta. Hinc statutis curriculis temporum dentes erumpunt, prodeunt pili, barba profunditur, procreationis semina desluunt. Si fœcundum corpus est, grauidumq; seminibus, multo magis animus præstantior corpore uberrimus est, atq; suorum omnium ab initio semina possidet. Igitur morum, artium, disciplinarum rationes iamdiu sortitus est ani mus, suosq; fœtus inde, si recte colatur, statutis temporibus promit in lucem. Quod autem rationes suorum omnium ha genitas habeat, ex appetitu eius, inquisitione, inuentione, iudicio, comparatione cognoscimus. Quis neget animum sta tim à tenera ætate, uera bona, honesta, utilia exoptare? optat autem nullus incognita. Ergo insunt istorum aliquæ etiam antequam appetat, in animo notiones: per quas ceu formas rationesue ipsorum, ea iudicat appetenda. Idem ab inquisi tione & inuentione probatur: si in turba hominum quærat Socrates Alcibiadem, sitq; illum aliquando repertum, nec cesse est Socratis menti aliquam Alcibiadis ineſſe figuram, ut sciat quem hominem quærat præ cæteris, ac repertum in cœtu multorum, Alcibiadem ab alijs discernere ualeat. Ita neq; indagaret ea quatuor animus, neq; aliquando inueniret, nisi haberet illorum, id est Veritatis, Bonitatis, Honestatis, Vtilitatis, aliquam notionem, per quam illa quæreret inuenta

rus, ut quoties reperit quæ inuestigauerat, recognoscat, atq; ab eorum discernat cõtrarijs. Neq; solum ab appetitu, inda gatione, inuentione, sed etiã à iudicio id probamus. Quicũq; enim aliquem sibi amicum iudicat, uel inimicum, quid amici tia, quidue maleuolentia sit, non ignorat. Quonã igitur pacto multa uera uel falsa, bona uel mala, ut solemus, quotidie iu dicaremus, & recte iudicaremus, nisi esset nobis ueritas quodammodo bonitasq; præcognita? Quomodo rursus structu ræ, musicæ, picturæ & artium cæterarũ opera, necnon inuenta philosophorum, multi etiam in his artibus non uersati probarent sæpissime recte & reprobarent, nisi illarum rerum forma quædam esset, & ratio illis à natura tributa? Com paratio quoq; idem nobis ostendit. Quicũq; enim mel uino comparans alterũ altero pronunciat dulcius, quis dulcis sit sapor agnoscit: & qui Speusippũ & Xenocratẽ conferens ad Platonem, Xenocratẽ censet Platonis similiorem, quàm Speusippũ, Platonis figurã proculdubio uouit. Eodem modo cũ è multis bonis aliud ãlio melius recte existimemus, & ma tori minoriue bonitatis participatione aliud alio melius deteriusue appareat: necesse est bonitatẽ non nos ignorare. Præ terea cũ è multis diuersis philosophorũ aut etiam aliorũ opinionibus, quæ ueri sit similior & probabilior, sæpe optime iudicemus, oportet nõ deesse nobis aliquẽ ueritatis intuitũ, ut quæ sint illius similiora nõ nesciamus. Quapropter nõnulli in adolescẽtia, aliqui etiã sine præceptore, pleriq; ex paucissimis doctrinæ rudimentis à præceptoribus demõstratis do ctissimi euasisse traduntur: quod nunquã nisi multũ, ut diximus, iuuãte natura, fieri potuisset. Hoc abũde Socrates Phæ doni, Theæteto, Menoni, pueris demonstrauit: docuitq; posse pueros recte in singulis artibus respõdere, si quis prudenter eos interroget: quippe cum à natura sint artium disciplinarumq; omnium rationibus præditi.

IN ANIMA EST VERITATIS LVMEN. CAP. XIII.

QVO autem modo huiusmodi sint in animo rationes, apud Platonem uidetur ambiguum. Si quis eos li bros sequatur, quos iunior scripsit Plato, Phædrum, Menonem & Phædonem, putabit forsitan ita ser me illas esse in animi substantia pictas tanquã in pariete figuras: quod in superioribus sæpe & à me & à uobis est tactũ: sic enim ibi uidetur innuere. In sexto autem de Repub. libro, diuinus ille uir totam rem aperit, dicitq; lumen esse mentis ad intelligenda omnia, eundem ipsum Deum, à quo facta sunt omnia. Solem nãq; & Deũ ita inuicem cõparat, ut quemadmodũ se habet sol ad oculos, ita ad mentes se Deus habeat. Sol oculos generat, umq; illis præstat uidendi. Quæ frustra esset, & sempiternis obruta tenebris, nisi solis lumen adesset corporum coloribus & figuris pictum: in quo oculus corporũ colores nidet atq; figuras. Neq; aliud quicquã nisi lumen, oculus in tuetur. Videtur tamen uaria intueri, quia lumen ipsi infusum uarijs externorũ corporũ formulis est ornatum. Hoc qui dem lumen in corporibus reflexum, oculus percipit: ipsum uero in fonte suo lucem minime sustinet. Eodem pacto Deus animam procreat, eiq; mentẽ, uim ad intelligendũ largitur: quæ uacua esset atque obscura, nisi Dei sibi lumen adesset, in quo rerum omniũ inspiciat rationes. Vnde per Dei lumen intelligit, atq; ipsum diuinum duntaxat lumen agnoscit. Diuer sa tamen uidetur agnoscere, quia sub diuersis rerũ ideis & rationibus ipsum intelligit. Quando quis oculis uidens homi nem, in phantasia hominis imaginẽ fabricat, diutiusq; in ea iudicãda reuoluitur, mentis suæ aciem tollit ad hominis ra tionem in diuino lumine existentẽ susp iciendam: inde scintilla in mente protinus emicat, ac reuera natura ipsa hominis intelligitur, atq; de cæteris omnibus eodem pacto. Itaq; per Dei lumen omnia intelligimus, ipsum uero purum lumen e iusq; fontẽ hac in uita uidere non possumus. In hoc plane tota animæ consistit fœcunditas, quod in eius Penetrali. lux illa Dei fulget æterna, rerum omnium rationibus ideisq; plenissima, ad quam anima quoties uult, uitæ puritate, & summa studij intentione conuertitur, conuersa scintillis emicat idearum,

VNDE AMOR ERGA MASCVLOS, VNDE erga fœminas. CAP. XIIII.

ITA prægnans hominum corpus, ut Plato uult, prægnans & animus, & ambo amoris incitamentis stimulantur ad partum. Cæterum alij uel propter naturam, uel propter educationem ad animi fœtus sunt quàm corporis aptiores: alij & quidem plurimi, contrà. Illi cœlestem sequuntur amorem, hi uul garem. Illi natura iccirco mares, & illos quidem iam pene adultos potius quàm fœminas, aut pueros amant: quoniam in eis magis admodum uiget mentis acumen, quod ad disciplinam, quam illi genera turi sunt, propter excellentiorem sui pulchritudinem est aptissimum. Alij contrà, propter congressus uenerei uoluptatẽ, & corporalis generationis effectum. Quoniam uero genitalis illa uis animi, utpote cognitionis ex pers, sexũ nullũ habet discrimen: natura tamen sua toties incitatur ad generandũ, quoties formosum corpus aliquod iu dicamus, cõtingit plerunq; ut qui cum masculis cõuersantur, quo genitalis partis stimulos sedent, illis se misceant: Hi præ sertim in quorum genesi Venus in signo masculino & cũ Saturno fuerit, uel in Saturni finibus, uel Saturno oppositа. O portebat autem animaduertere genitalis partis illius incitamenta, non irritum hoc iactuæ opus, sed serẽdi & procrean di officium effectuare, atq; à masculis ad fœminas eam traducere. Huiusmodi quodam errore nefarium scelus illud exor tum putamus: quod in legibus suis Plato tanquam homicidij speciem acerrime detestatur. Quippe non minus homicida censendus est, qui hominem præripit nascituro, quàm qui natum tollit è medio. Audacior quidem qui præsentem ab rumpit uitam, crudelior autem, qui lucem inuidet nascituro, & nondum natos suos filios enecat.

Plato

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVPRA CORPVS EST ANIMA, SVPER ANIMAM angelus, super angelum Deus. CAP. XV.

VERVM de gemina ubertate animæ, geminisq; amoribus hactenus. Deinceps quibus gradib. Diotima Socratem ab infimis ad superna euehit, disseramus: à corpore in animã, ab anima in angelum, ab angelo reducit in Deũ. Hos quatuor rerũ graduũ in natura esse debere ita licet argumẽtari. Omne corpus ab alio quodã mouetur, mouere autẽ seipsum natura sua nõ potest, quũ nec agere per se quicquã ualeat. Sed propter animæ præsentiã seipso moueri uidetur: & propter animam uiuere. Et præsente quidẽ anima seipsum mouet quodãmodo: absente uero, ab alio duntaxat mouetur, utpote quod quod hãc ex seipso naturã non habeat, sed anima proprie uim seipsam mouẽdi posideat. Nam cuicũq; adest, uim ad seipsum mouendum impertit: quod autẽ ipsa sui præsentia impertit aliis, hoc ipsa multo prius magisq; debet habere. Est igitur anima supra corpora: utpote quæ seipsam secundũ essentiam suã mouere queat: atq; iccirco super illa debeat esse, quæ nõ ex seipsis, sed aliorũ præsentia ut se moueãt assequuntur. Cum dicimus seipsa moueri animã, non transitiue, ut ita dixerim, quemadmodũ à Platone accipi uoluit Aristoteles, sed absolute uerbũ illud proferimus, ut cum stare per se deũ, lucere solem per se, calere ignem asseueramus. Non enim pars animæ mouet, pars agitatur: sed tota ex se, id est sua natura mouetur: hoc est ab alio in aliud ratione discurrit, ac nutritionis, augmẽti, generationis opera per interualla temporum transigit. Temporalis ista discursio ex seipsa competit animæ: quia quod super eam est, non aliqs momentis alia, sed uno æternitatis puncto simul intelligit omnia. Quapropter recte primus à Platone motus, & primũ temporis internallum in anima ponitur: unde & motus & tempus in corpora transeunt. Quoniã uero ante motum statum esse necessariũ est, cum status sit ratione perfectior, supra motionem animæ mobilem oportet stabilem aliquam intelligẽtiam reperiri, quæ secundum se totam intelligentia sit, & actu semper intelligentia. Anima enim nõ se tota, neque semper, sed ex quadam sui parte, & quandoq; intelligit: neq; certam habet, sed ambiguam intelligendi uirtutem. Vt ergo quod perfectius est, illud quod est imperfectius antecedat, supra mentem animæ, quæ mobilis est, quæ pars, quæ intermissa, quæ dubia, ponenda est angeli mens stabilis tota, continua, atq; certissima: ut quemadmodum corpori ab alio agitato, anima per se mota præcedit, ita animæ per se agitatæ mens stabilis per se præcedat. Et quemadmodum corpus per animam habet ut sese moueat atq; ideo non omnia corpora, sed animata spõte sua moueri uidentur: ita anima per mentem habet quòd semper intelligat. Si enim suapte natura animæ intellectus inesset, omnibus etiam bestiarum competeret animabus: quemadmodũ sui ipsius agitandi potestas. Non igitur animæ intellectus per se, primoq; competit, quare eam antecedat opõrtet, quod per se primoq; mẽtis est compos: huiusmodi angelus est, animis excellentior. Sed enim angeli mentem, rerum illud principium, summũq; bonum, quod in Parmenide Plato ipsum unum uocat, necessario supereminet. Quippe super omnem rei compositæ multitudinẽ unum ipsum simplex debet esse natura: ab uno enim numerus, & à simplicibus compositio tota cõstatur. Mens autem illa licet immobilis sit, non tamen unum ipsum purum simplex existit. Intelligit enim seipsam: ubi diuersa inter sese quoquomodo uidentur hæc tria: quod intelligit, quod intelligitur, intellectio. Alia enim ipsius ratio est, prout intelligit, prout intelligitur alia: alia item prout intellectio est. Habet præterea cognoscendi potentiam ante cognitionis actum per se prorsus informem: cognoscendo formatur, quæ intelligendo ueritatis lumen cupit & capit: quo uidetur aut æquam intelligeret caruisse. Habet quoq; in se idearum omnium multitudinem. Cernit quanta sit, quàm uaria in angelo multitudo atq; compositio. Itaq; ipsi purum unum & simplex præponere cogimur. Ipsi autem uni Deo nihil possumus anteponere, quia uerum unum omnis multitudinis, omnis compositionis est expers. Quod si supra se quicquam haberet, ab illo utiq; fieret: quare ab eo dependens in hoc ipso ab eodem degeneraret, ut à causa omnis solet effectus. Ideoq; non unum iam esset & simplex, sed saltem ex duobus cõpositum, scilicet ex causæ suæ munere, proprioue defectu. Ipsum itaq; unum, ut Plato uult & Dionysius Areopagita cõfirmat, omnia supereminet, excellentissimũq; Dei nomen, unũ ipsum ab utroq; censetur. Huius sublimitatẽ ratio quoq; illa nobis ostendit, quod eminentissimæ causæ donum esse debet amplissimum, uirtutisq; suæ præstantia se ad cuncta protendere. Vnius munus per uniuersa se propagat. Nam non mens solũ una est, & anima quælibet una, corpus quodlibet unum, sed etiam informis ipsa materies, rerũq; priuatio una quodammodo dicitur. Nam unũ silentium dicimus, unam obscuritatem: Mortem unam: Mentis tamen & animæ munera ad eam usque non extendũtur. Mens enim speciem artificiosam ordinemq; largitur: Anima uitam præstat & motum, informis uero & prima mundi materia, rerũq; priuatio speciei & uitæ est expers. Ita ipsum unum mentem & animam antecedit: cũ munus eius latius diffunditur. Eadem ratione mens animam uidetur excedere: quia ista, munus animæ, non omnibus datur corporibus, Omnibus tamen his speciem ordinemq; mens tribuit.

QVAE COMPARATIO INTER DEVM, ANGELVM, animam, corpus. CAP. XVI.

ERGO à corpore in animam, ab hac in angelum, ab hoc in Deum ascendimus. Deus super æternitatem est: Angelus in æternitate est totus. Sanè tam eius operatio quàm essentia, stabilis permanet. Status autem æternitatis est proprius. Anima partim in æternitate est, partim in tẽpore. Eius enim substãtia eadẽ semper absq; ulla incrementi aut detrimenti mutatione perdurat. Operatio autem, ut paulo ante monstrauimus, per temporis interualla discurrit. Corpus tempori omnino subijcitur. Nam & substantia eius mutatur, & operatio eius omnis temporis spaciũ exigit. Igitur ipsum unũ, supra

supra statũ motũue existit: Angelus, in statu: Anima, in statu pariter atq; motu: Corpus solo in motu locatur. Vnũ rursus super numerũ, motum locumq; manet: Angelus in numero super motũ & locũ ponitur: Anima in numero motuq;, sed sit per locũ: Corpus numero, motui, loco subijcitur. Siquidẽ ipsum unum, neq; numerũ ullum, aut cõpositionem partium habet:, neq; ullo pacto ab eo quod est, mutatur: neq; loco clauditur ullo. Angelus numerũ quidem habet partium uel formarum, sed à motu locoq; est liber. Anima partiũ habet & affectuum multitudinẽ, & ratiocinationis progressione, pertur bationumq; uarietate mutatur: sed à loci limitibus est exempta. Corpus autem his omnibus est obnoxium.

QVAE COMPARATIO INTER PVLCHRITVDINES Dei, Angeli, Animæ, Corporis. CAP. XVII.

ADEM uero inter quatuor hæc, & eorum formas est cõparatio. Nempe corporis forma in multarũ partium cõpositione consistit, loco astringitur, tempore labitur. Species animi, tẽporis quidẽ uicissitudines patitur, & partiũ continet multitudinem, sed à loci terminis est absoluta. Angeli uero species, numerũ habet solum, à duobus aliis immunis existit. Dei autem, nihil istorũ perpetitur. Corporis utiq; formam uides. Vis ne animi quoq; speciem intueri? Detrahe corporali formæ ipsius naturæ pondus, limitesq; locorũ, relinque cætera: animi iam speciem habes. Vis & angeli? Deme obsecro non loci spacia solum, sed temporis quoq; progressum, compositionem multiplicem retine, eam protinus nancisceris. Cupis etiam Dei pulchritudinem cernere? Auferas insuper multiplicem illam formarũ compositionem, simplicẽ prorsus relinque formam, cõfestim Dei speciem fueris cõsecutus. Verum quid mihi tandem subtractis istis reliquũ supererit? An tu esse aliud quàm lucẽ, pulchritudinem ducis? Porrò corporũ omnium pulchritudo lumen istud est solis quod uides, tribus illis infectum: formarũ multitudine, (Nam multis id aspicis figuris coloribusq; depictum) loci spacio, temporali mutatione. Tolle sedem eius in materia, ut præter locum reliqua duo retineat: huiusmodi prorsus est animi pulchritudo. Tolle hinc tẽporis, si lubet mutationem, mitte reliquum: lumen restat sine loco, sine motu clarissimum: sed omnibus insculptum rerum omnium rationibus. Id angelus est, id angeli pulchritudo. Tolle postremo diuersarum illum numerum idearum, unam simplicem ac meram relinque lucem: instar lucis eius, quæ in globo solis ipso permanet, per aerem non dispergitur: iam Dei pulchritudinem quodammodo comprehendis, quæ tantum saltem formas reliquas antecellit, quantum lux illa solis in seipsa mera, una, inuiolata, splendorem solis per nubilosum aera dissectum, diuisum, insectum, obscuratum exuperat. Fons itaque totius pulchritudinis Deus est. Fons itaq; totius amoris est Deus. Lumen præterea solis in aqua umbra quædam est ad claritatem solis eodem ipso in sole fulgentem. Eadem est inter quatuor illas, corporis, animi, angeli, Dei, pulchritudines comparatio. Deus nunquam ita decipitur, ut suæ speciei umbram in angelo amet quidem: propriam sui ac ueram negligat pulchritudinem. Neq; angelus usq; adeo capitur animæ specie quæ ipsius est umbra, ut sui umbra detentus, figuram propriam deserat. Anima tamen nostra, quod summopere dolendum est, hæc enim est totius nostræ infelicitatis origo: Anima, inquam sola ita corporalis formæ blanditijs delinitur, ut propriam posthabeat speciem, corporis uero formam, quæ suæ umbra est, sui ipsius oblita sectetur. Hinc crudelissimũ illud apud Orpheũ Narcissi fatũ. Hinc hominũ miseranda calamitas. Narcissus quidẽ adolescens, id est, temerarij & imperiti hominis animus, sui uultũ non aspicit: propriã sui substantiã, & uirtutẽ nequaquã animaduertit, sed eius umbrã in aqua prosequitur, & amplecti conatur, id est, pulchritudinẽ in fragili corpore, & instar aquæ fluenti, quæ ipsius animi umbra est, admiratur. Suam quidẽ figuram deserit, umbrã nunquã assequitur: quoniã animus corpus sectando se negligit, & usu corporis non impletur. Non enim ipsum reuera appetit corpus, sed sui ipsius speciem, à corporali forma, quæ speciei suæ imago est, illectus, quemadmodum Narcissus affectat: cumq; id minime aduertat, dum aliud quidem cupit, aliud sequitur, desiderium suum explere non potest. Ideo in lachrymas resolutus consumitur, id est, animus ita extra se positus & delapsus in corpus, perniciosis perturbationibus cruciatur: corporisq; infectus sordibus quasi moritur: cum iam corpus esse potius quàm animus uideatur. Quam utiq; mortem ut Socrates deuitaret, Diotima ipsum à corpore ad animum, ab hoc in angelum ab eo reduxit in Deum.

QVOMODO ANIMA A CORPORIS PVLCHRITVdine ad Dei pulchritudinem eleuetur. CAP. XVIII.

AGITE conuiuæ charissimi, Diotimam fingite ita Socratem alloquentem. Nullum corpus ô Socrates, undiq; pulchrum. Nam aut in hac parte formosum, illa deforme, aut hodie formosum, aliàs minime, aut ab alio pulchrum, ab alio turpe censetur. Ergo corporis pulchritudo turpitudinis contagione coinquinata, pura, uera, & prima pulchritudo esse non potest. Quinetiam pulchritudinem turpem esse nemo aliquando suspicatur, quemadmodum neque sapientiam esse insipientem, Corporum uero dispositionem quandoq; speciosam, quandoq; turpem putamus, eodemq; tempore de illis alij aliter sentiunt. Non igitur prima & uera est in corporibus pulchritudo. Adde quod multa corpora, uno pulchritudinis uocantur cognomine. Vna igitur est in corporibus multis pulchritudinis natura communis, per quam similiter pulchra denominãtur. Vnã uero naturã huiusmodi, sicut in alio est, id est, in materia, sic ab alio dependere putato. Quod enim in seipso sustẽtari nõ potest, multo minus à seipso depẽdere. Nunquid à materia depẽdebit? minime. Nihil enim deforme &

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperfectũ seipsum ornare potest atq; perficere. Quod autẽ unum est, ab uno debet oriri. Quapropter una multorum corporũ pulchritudo ab uno aliquo incorporali pendet artifice. Artifex unus omnium Deus est, qui per angelos atq; animas pulchrã quotidie reddit omnẽ mundi materiam. Propterea ueram illam pulchritudinis rationẽ in Deo eiusq; miris potius, q̃ in mundi corpore reperiri putandũ. Ad eam rursus his gradibus facile, ut arbitror, ascendes ò Socrates. Si oculos tibi lynceos natura dedisset mi Socrates, ut aspectu quælibet occurrẽtia penetrares: formosissimum illud extrinsecus Alcibiadis tui corpus tibi turpissimũ uideretur. Quantum est quod amas amicæ? Superficies dunt taxat, immo color te rapit: immo quædã reflexio luminũ, & umbra leuissima. Seu te uana imaginatio decipit: ita quod somnias potius quàm quod uides, amas. Cæterũ ne tibi uideat penitus aduersari, sit sane Alcibiades iste formosus. At enim quota parte formosus? omnibus profecto membris præterquã naso simo, & elatioribus q̃ deceat supercilijs. Hæc tamen in Phædro speciosa sunt. Sed crurũ in eo crassitudo non placet. Decora hæc apud Charmidem, nisi gracile te collum offenderet. Ita si hominem singulos obseruabis, nullum ex omni parte laudabis. Quicquid ubiq; rectũ est, colliges: figurã apud te integrã ex obseruatione omniũ fabricabis: ut absoluta humani generis pulchritudo, quæ in multis reperitur sparsa corporibus, in animo tuo sit unius imaginis cogitatione collecta. Cuiusq; hominis figurã paruipẽdes ò Socrates, si ad istam cõtuleris. Istam uero non tam corporũ, quàm animi tui beneficio possides. Itaq; istam potius quã tuus animus fabricauit, & animũ ipsum eius artificem, quàm exteriorem illam mancam, dispersamq; amato. Quid autẽ in animo amare te iubeo? animi pulchritudinem. Lux autem est pulchritudo corporũ, lux est animi pulchritudo, lux animi ueritas, quam solam amicus tuus Plato in uotis suis à deo postulare uidetur. Da mihi, inquit, Deus ut meus animus pulcher efficiatur: & quæ ad corpus attinent, animi pulchritudinẽ non impediant: solum sapientem diuitem putem. In his Plato declarat pulchritudinẽ animæ in ueritate sapientiaq; cõsistere: eam à Deo hominibus tribui. Veritas una est, & eadem nobis à Deo tributa: in uarijs eius affectibus uariarũ uirtutum cognomenta sortitur: prout diuina demonstrat sapientia, quam à deo præ cæteris Plato poscit: prout naturalia, scientia: ut humana, prudentia: ut æquos facit, iustitia: ut inuictos, fortitudo: ut tranquillos, dicitur temperantia. Ex his duo uirtutũ genera numerantur. Morales, inquam, uirtutes, & intellectiuæ illius præstantiores. Intellectiuæ sunt, Sapientia, Scientia, Prudentia: Morales, Iustitia, Fortitudo, & Temperantia. Morales propter operationes earum ciuiliaq; officia notiores sunt: Intellectiuæ propter recõditam ueritatem occultiores. Præterea qui honestis moribus educatur, utpote purior alijs facile ad intellectiuas uirtutes erigitur. Ideo pulchritudinem animi quæ consistit in moribus primum considerare te iubeo, ut intelligas unam esse morum omnium rationem: per quam similiter honesti uocantur. Vnam scilicet uitæ purissimæ ueritatem: quæ Iustitiæ, Fortitudinis, Temperantiæ actionibus, ad ueram nos perducit felicitatẽ. Vnam igitur hanc ueritatẽ morum, lucemq; animi speciosissimam primã diligito. Scito quinetiam sanctis moribus educato concedi, atq; in eis normam moralis uitæ rectissimã contineri. Quamuis autem uarias Sapientiæ, Scientiæ, Prudentiæq; doctrinas cõtuearis: in cunctis tamen unicam esse ueritatis lucem existimato: per quam omnes pulchræ similiter appellantur. Eam tibi utpote supremam animi pulchritudinem summopere amare præcipio. Sed enim una hæc in doctrinis plurimis ueritas, primo omniũ ueritas ideo esse nequit, quoniã in alio est, quũ sit in multis distributa doctrinis. Quicquid autẽ iacet in alio, ab alio certe dependet. Neq; tamẽ ueritas una à doctrinarũ multitudine nascitur. Quod enim unũ est, ab uno debet oriri. Quare oportet unam quandam esse super animã hominis sapientiam, quæ nõ per diuersas sit diuisa doctrinas, sed una sapientia sit: à cuius unica ueritate ueritas hominũ multiplex oriatur. Illam ò Socrates, unicam unicæ sapientiæ lucem, angeli pulchritudinem esse memento, quæ tibi super animi speciem sit colenda. Ea ut in superioribus demonstrauimus, corporũ speciem antecellit: quia neq; loco astringitur, neq; secundũ materiæ partes diuiditur, neq; corrũpitur. Antecellit & animi speciem, quia æterna est penitus, neq; tẽporali discursione mouetur. Quoniam uero angeli lux in idearũ complurium serie micat, ac supra multitudinem omnẽ unitas sit oportet, quæ est numeri totius origo: necesse est eam ab uno rerum omniũ principio, quod ipsum unum uocamus, effluere. Ipsius itaq; unius lux penitus simplicissima infinita pulchritudo est: quia nec materiæ sordibus inquinatur, ut corporis species: neque ut animi forma temporali progressione mutatur, neq; ut angeli species multitudine dissipatur. Omnis autem qualitas ab extraneo additamẽto secreta, dicitur apud Physicos infinita. Si in seipso sit calor, frigore & humore nõ impeditus, materiæ pondere non grauatus, calor dicitur infinitus, quia uis eius libera est, neq; ullis additionis limitibus coarctatur. Similiter lumen ab omni corpore liberũ infinitum: nam sine modo ac termino lucet, quod natura lucet sua, quãdo ab illo minime terminatur. Itaq; Dei lux & pulchritudo, quæ mera est, prorsus ab alijs omnibus absoluta, absq; dubio infinita dicitur pulchritudo. Infinita uero pulchritudo immensum quoq; requirit amorem. Quapropter te obsecro Socrates, ut certo quodam modo & termino cætera diligas. Deum uero amore diligas infinito, neq; ullus diuino modus adsit amori.

QVOMODO DEVS AMANDVS. CAP. XXI.

HAEC Diotima Socrati. Nos autem uiri clarissimi non solum sine modo Deum, ut iubere Diotima fingitur, sed Deum solum amabimus. Ita enim mens ad deum, ut ad solem acies oculorum. Oculus autem non modo lumen præ cæteris, sed solũ appetit lumen. Si corpora, si animos, si angelos diligemus, non hæc quidem, sed Deum in his amabimus. In corporibus quidem Dei umbram, in animis Dei similitudinem, in angulis eiusdem imaginem. Ita Deum ad præsens in omnibus diligemus, ut in Deo tandem omnia diligamus: Nam ita uiuentes eò proficiscemur, ut & Deum & in Deo omnia uideamus, amemusq; & ipsum, & quæ in ipso sunt omnia. Et quisquis hoc in tempore sese Deo charitate deuouerit, se denique recipe-

recuperabit in deo. Nẽpe ad suã, per quã creatus est, redibit ideã: ibi rursus, si quid ipsi defuerit, reformabitur: ideæ suæ perpetuo cohærebit. Verus autem homo & idea hominis, idem. Ideo quisq; nostrum in terris à Deo separatus, non uerus est homo, cum à sui idea sit formaq; disiunctus: ad eam nos diuinus amor, pietasq; perducit: cum hic discerpti simus & mutilati. Ideæ tunc nostræ amando coniuncti, integri homines euademus, ut Deum primo in rebus coluisse uideamur; quo res deinde in Deo colamus, resq; in Deo ideo uenerari, ut nos ipsos præ cæteris amplectamur, & amando Deum nos ipsos uideamur amauisse.

ORATIO SEPTIMA.

CONCLVSIO SVPRADICTORVM ET OPINIO Guidonis Caualcantis philosophi. CAP. I.

DOSTREMO Christophorus Marsupinus uir humanissimus, Alcibiadis personã gesturus, hic ad me uerbis cõuertitur. Gratulor equidẽ Marsili toãnis tui familiæ plurimũ: quæ inter multos & doctrina & rebus gestis clarissimos equites Guidonẽ philosophũ peperit de repub. benemeritum, & aculeis dialecticæ cũctis suo seculo præcellentẽ: qui hũc amorẽ Socraticũ tam moribus q̃ carminibus imitatus, breui quæcũq; à nobis sunt dicta, perstrinxit. Phædrus enim amoris originem tetigit ex chaos uisceribus emanantẽ. Pausanias iam natũ amorẽ geminã diuisit in speciẽ, cœlestẽ scilicet & uulgarẽ. Eryximachus eius aperuit amplitudinẽ, dum cũctis in rebus eã sic inesse mõstraret in partes geminas distributũ. Aristophanes quid agat in singulis tã amplissimi Dei præsentia, declarauit, ostendens per hũc fractos homines reparari. Agatho quãta sit eius uirtus, potẽtiaq; tractauit, cũ ab eo solo beatos fieri hoies disputaret. Socrates tandẽ à Diotima edoctus, summatim quid sit amor, & qualis, & unde ortus, quot habeat partes, quorsum tẽdat, & quanũ ualeat, explicauit. Guido Caualcãtes philosophus, oĩa hæc artificiosissime uidetur carminib. suis insseruisse. Quemadmodũ solis radio speculũ modo quodã percussum splendet iterũ, & proxime sibi appositã lanam reflexione illa splendoris inflãmat: ita ille partẽ animæ, quã obscurã phantasiã uocãt, atq; memoriã ceu speculũ, pulchritudinis ipsius solis locũ habẽtis simulachro tanquã radio quodã per oculos hausto cẽset ita pulsari, ut ipsa sibi ex illo alterũ effingat simulacrũ, quasi simulacri primi splendorẽ, quo appetẽdi uis nõ aliter q̃ lana accẽdatur & amet. Addit amorẽ hunc primũ in appetitu sensus accensum à forma corporis per oculos inspecta creari: sed eam ipsam formã nõ eo modo, quo in corporis materia est, in phãtasiam imprimi, sed sine materia, ita tamẽ ut certi cuiusdã hominis signato in loco & tẽpore positi sit imago. Rursus imaginis huiusmodi speciem aliquã statim in mente lucere, quæ nõ amplius unius cuiusdã humani corporis ut erat in phãtasia, uideatur esse similitudo, sed totius æque generis humani ratio cõmunis & definitio. Itaq; sicut ex phãtasiæ imagine à corpore sumpta, in appetitu sensus corpori dedito amor ad sensum procliuis exoritur: ita ex hac mẽtis specie rationeq; cõmuni, tanquã à corpore remotissima, amor alius in uolũtate nascitur à cõmercio corporis alienissimus. Illum in uoluptate, hũc in cõtemplatione locauit. Illũ circa particularẽ corporis unius formã reuolui putat, hũc circa uniuersalem totius humani generis pulchritudinẽ. Hos utiq; amores sibijpsis in homine repugnare, & illũ deorsum ad ferinã & uoluptuosam depellere, hunc sursum ad angelicã uitam cõtemplatiuãq; attollere, hunc absq; perturbatiõe uult esse, & in paucis reperiri: illũ multis passionib. anxiũ, ac plurimos occupare. Ideo istũ paucis uerbis absoluit, in alterius passionibus enarrãdis prolixior. Quoniã uero eadẽ apertissime, quæ & uos in superioribus narrauistis, hic explicat: ea in præsentia recẽsere opus esse nõ censui. Verũ cognouisse sufficiat philosophũ hũc aliquã chaos informitatẽ, qualẽ supra uos posuistis, in amoris procreatione miscuisse, dũ diceret obscurã phantasiam illuminari: atq; ex illius obscuritatis & huius luminis mixtione, amorẽ originẽ ducere. Amorẽ præterea geminũ illum cœlestem atq; uulgarem quis in eius uerbis nõ uideat? Originẽ quinetiã illius primam in diuinorum, secundam in corporum collocat pulchritudine. Solem nanq;. Dei lucem: radium, corporum formam intelligit. Finem postremo suum uult eiusdem principijs respondere: dum alios usq; ad formam corporis, alios usq; ad Dei speciem amoris prouehit instigatio.

SOCRATES FVIT VERVS AMATOR ET cupidini similis. CAP. II.

DE amore hactenus. Ad Alcibiadem & Socratem ueniamus. Postquã conuiuæ satis amãtium deum laudauerant, reliquum erat ut dei huius cultores legitimi laudarentur. Maxime omnium legitime amasse Socrates ab omnibus perhibetur. Is cum per omnem uitam palãm sine ulla prorsus dissimulatione in castris Cupidinis militasset, à nullis unquã notatus est quasi minus honeste quenquam dilexerit. Huiẽ uitæ seueritas & alienorum scelerum correptio frequens, multos & magnos uiros, ut solet ueritas, infensos reddiderat, Amytum, Melitum, Lyconẽ præsertim ciues in repub. potentissimos: Thrasymachum, Polum & Calliam oratores. Aristophanem præterea comicum acerrimum habuit insectatorem. Sed neq; ciues illi in accusatione, qua Socratem in iudicium traxere, inhonestos amores inscripserunt: neque oratores eius hostes tale quicquam Socrati obiecere: neque Aristophanes Comicus, licet alia multa & absurda in Dionysius colligat in Socratem maledicta. An censetis eum si tam fœda se labe coinquinasset, imò nisi fuisset ab huius criminis suspicione remotissimus, uenenosas talium detractorum linguas euasurum fuisse? Nunquid optimi uiri illud in superioribus animaduertis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

istis, quod dum Plato ipsum fingit Amorem, Socratis omnem pingit effigiem, ac numinis illius figuram ex Socratis per-
sona describit, quasi uerus amor, ac Socrates simillimi sint, atq; ideo ille præ cæteris uerus sit leguimusq; amator? Agite
iam Amoris picturam in animũ reuocate. Videbitis in ea Socratem figuratum. Socratis personã ante oculos ponite. Ma-
cilentum, aridum, squalidumq; uidebitis. hominem scilicet naturæ melancholicũ ut fertur, atq; hirsutũ. Extenuatum me-
dia. incuria sordidũ. Nudum præterea, id est simplici & ueteri opertum palliolo. Sine calceis incedentem. Ita semper so-
litum incedere Socratem apud Platonem Phædrus ostendit. Humilem perq; infima uolentem. Humi semper Socratis desi-
xus erat aspectus, ut ait Phædo. Loca insuper uilia frequentabat: aut enim in Simonis coriarij: aut in sculptorum offici-
nis obuersabatur. Rusticis & incomptis utebatur uocabulis: quod illi obijcit Callicles in Gorgia. Adeo præterea mitis, ut
multis lacessitus iniurijs, sæpe etiã pulsatus, ne cõmotus quidem animo fuisse tradatur. Sine domicilio. Interrogatus So-
crates cuias esset: Mundanus inquit. Ibi enim patria, ubi bonum. Sed neq; huic proprij lares, neq; mollis lectus, neq; delica-
catus uictus, neq; speciosa supellex. Ad fores in uia sub diuo dormiens. Hæc apertum pectus & cor patens omnibus in So-
crate nostro significant. Præterea quòd & uisu delectabatur atq; auditu, quæ fores animi sunt: quòd etiam securus & in-
trepidus incedebat, iacebatq; etiam si oportuisset pallio obuolutus ubiq;. Semper egenus. Quis nesciat Socratem sculpto-
ris & obstetricis fuisse filium? & usq; ad senectutẽ in sculpendis lapidibus manu propria uictũ quæsisse, nec habuisse un-
quam unde se satis & filios aleret? Hic inopiam suæ mẽtis passim confitebatur, interrogans omnes, nihil scire se prædi-
cans. Virilis: erat enim constantis animi, inuictæq; sententiæ, qui etiam Archelaum Macedonem, & Scopam Cranoniũ,
Eurilochumq; Larisseũ aspernatus est alto animo: cum ab eis missas pecunias non acceperit: neq; ipse ad eos uoluit profi-
cisci. Audax, feroxq;. Quanta eius fuerit in rebus bellicis fortitudo, Alcibiades in cõuiuio explicat copiosissime, cui So-
crates cum in Potidea uicisset, victoriã sponte dicitur cõcessisse. Vehemens, erat quippe ut recte Zopyrus Physionomus
iudicauerat, concitatissimus. Sæpe uero inter loquendũ agente id orationis uehementia iactare digitos solebat, & crimi-
uellere. Facundus. Huic rationes in utranq; partem ferme pares dum dissereret, suppetebant. Hic licet incõptis uerbis u-
teretur, ut in cõuiuio Alcibiades ait, magis tamen quàm Themistocles & Pericles, omnesq; cæteri oratores audientium
animos cõmouebat. Pulchris & bonis insidiatur. Insidiatum sibi semper fuisse Socratẽ Alcibiades inquit, eorum quippe
qui honesta indole præditi uidebantur, amore captus, eosdem rationibus suis ad Philosophiæ studia Socrates capiebat.
Callidus sagaxq; Venator. Socratem uenari solitum ex corporis forma diuinam speciẽ, in superioribus satis est dictum,
& in Protagora Plato testatur. Machinator. Multis modis, ut indicant Platonis dialogi, sophistas confutabat: adolescen-
tes exhortabatur, modestos uiros erudiebat. Prudentiæ studiosus. Fuit enim tanta prudentia, & in præsagiẽdo tam per-
spicax: ut quisquis contra eius cõsilium quicquam auderet, perderetur: quod in Theage à Platone narratur. Per omnem
uitam philosophans. Hic in sua illa apud iudices defensione iudicibus edixit, si ea conditione eum morte absoluerent, ut
nunquam posthea philosophetur, se mori malle quàm philosophari desinere. Incantator, fascinator, uenefi-
sta. Nam Alcibiades ait se magis Socratis uerbis quàm Marsiæ Olympiq; excellentiũ musicorum melodia mulceri. De-
monem uero illi fuisse familiarem, & accusatores sui & amici testantur. Sophistam quoq; Socratem Aristophanes comi
cus appellauit, atq; etiam sui accusatores. Quippe cui æqua esset hortãdi & dehortandi facultas. Inter sapientiam & ita
scitiam medius. Cũ omnes homines ignorantes sint, inquit Socrates, hoc ego tantũ à cæteris differo, quòd meam ignoran-
tiam nõ ignoro: cum alij prorsus ignorent. Ita erit inter sapientiam & ignorantiam medius: quia licet res ipsas nesciat,
suam tamen ignorantiam cognoscebat. Quas ob res Socratem amori simillimum ideoq; uerissimum amatorem post amo-
rem ipsum Laudandũ Alcibiades iudicauit, ut in eius laude intelligamus omnes qui similiter amant, esse laudatos. Quæ So-
cratis laudes sint hic audistis, & in Platonis uerbis Alcibiadis ore patẽt clarissime: quo etiam pacto amabat Socrates co-
gnoscere potest qui Diotimæ doctrinæ meminerit. Ita enim amauit Socrates, ut suprà Diotima docuit.

DE AMORE FERINO, QVOD INSANIAE SPECIES EST. CAP. III.

VERVM interroget forte quispiam, Quid hominũ generi Socraticus amor iste conducat: cur tan-
tis sit laudibus celebrandus, quid obsit contrarius. Dicam equidem altius aliquando exorsus. Plato
noster furorem in Phædro mentis alienationem definit. Alienationis autem duo genera tradit. Alte-
ram ab humanis morbis, alteram à deo proueuire existimat. Insaniam illam: hanc diuinum furorem
nuncupat. Insaniæ morbo infra hominis speciem homo deijcitur: & ex homine brutum quodammo-
do redditur. Insaniæ duo sunt genera. Vnum cerebri, alterum cordis uitio nascitur. Cerebrum sæpe
aduſta bili, sæpe sanguine adusto, nonnunquam atra bili nimium occupatur: hinc dementes homines quandoq; reddun-
tur. Qui aduſta bili uexantur: uel à nemine lacessiti uehementissime irascuntur: alte uociferantur, in obuios truculenti: scu-
pſos & alios cædunt. Qui sanguine adusto laborant, effusos nimium in risus prorumpunt: præter omnium consuetudi-
nem se iactant: mirabilia de se pollicentur: cantu gestiunt, exultantq; tripudio. Qui bili premuntur atra, mœrent perpe-
tuo: ipsi sibi somnia fingunt, quæ uel præsentia expauescant, uel futura formident. Atq; hæ quidẽ tres insaniæ species cere-
bri fiunt defectu. Quando enim humores illi retinentur in corde, angustiam & solicitudinẽ pariunt, nõ dementiam: tunc
uero amentiam, quando caput oppresserint. ideo cerebri uitio dicuntur cõtingere. Cordis autẽ morbo eam proprie insa-
niam fieri arbitramur, qua affliguntur hi qui perdite amant. His falso sacratissimum nomen amoris tribuitur. Verum ne
forte nimis contra multos sapere uideamur, dispositionis gratia nos etiam nomine ad istos utamur.

AMOR

AMOR VVLGARIS EST FASCINATIO quædam. CAP. IIII.

VOS autem aurium, ac mentis intentionem dicendis accommodate. Sanguis in adolescentia subtilis
est, clarus, calidus atq; dulcis. Procedẽte enim ætate subtilioribus partibus resolutis, fit crassior: pro
pterea fit & obscurior. Nempe quod tenue rarumq; est, purum est atq; perlucidum: contrariũ uero
contrà. Cur calidus atq; dulcis? quia uita, & uiuendi initium, ipsa scilicet generatio, in calore & hu
more consistit, ac semen prima uiuẽtium genitura calidum & humidum: natura talis in pueritia &
adolescentia uiget. In sequentibus ætatibus paulatim in contrarias qualitates siccitatẽ & frigidita-
tem necessario permutatur. Ideo sanguis in adolescente subtilis est, clarus, calidus atq; dulcis: quia subtilis, clarus: quia re-
cens, calidus atq; humidus, quia calidus & humidus est, ideo dulcis esse uidetur. Dulcedo enim fit in calidi & humidi mi-
xtione. Quorsum hæc? nempe ut intelligatis spiritus in hac ætate subtiles & claros, esse calidos atq; dulces. Hi enim cum
à cordis calore ex puriori sanguine generentur, tales in nobis sunt semper, qualis est & sanguinis humor. Quemadmo-
dum uero spirituum uapor huiusmodi creatur ex sanguine: ita & ipse similes sibi radios per oculos quasi uitreas fene-
stras emittit. Atq; etiam sicut cor mundi sol suo circuitu lumen, perq; lumen uirtutes suas ad inferiora demittit: sic corpo
ris nostri cor, motu suo quodam perpetuo proximum sibi sanguinem agitans ex eo spiritus in totum corpus, perq; illos
luminum scintillas, per membra diffundit quidem singula, per oculos autem maxime. Ad altissimas quippe corporis par
tes spiritus maxime cum sit leuissimus euolat: eiusq; lumen per oculos cum ipsi perspicui sint atq; omnium partium niti-
dissimi, uberius emicat. Ineſſe uero oculis & cerebro lumen aliquod licet exiguum, animalia multa quæ nocte uident te-
stimonio esse possunt, quorum in tenebris coruscant oculi. Ac etiam si quis certo quodammodo oculi angulũ digito pres
serit, contorseritq;, circulum quendam uidetur intra se lucidum intueri. Fertur & diuus Augustus oculos adeo claros &
nitidos habuisse, ut cum acrius quenquam intueretur, cogeret eum quasi ad solis fulgorem uultum submittere. Tiberius
quoq; prægrandibus fuisse oculis traditur, & qui quod mirum esset, noctu etiam & in tenebris uideret: sed ad breue, &
cum primo è somno patuissent, deinde rursus bebescebant. Quod autem radius emissus ab oculis uaporem secum spiri-
tualem trahat, & uaporis sanguinem, ex eo perspicimus quòd lippi & rubentes oculi spectantis proxime oculos radij
sui emissione cogunt morbo simili laborare. Vbi apparet & radium usq; ad obuium illum protendi, & cũ radio unà ua-
porem corrupti sanguinis emanare: cuius contagione oculus spectantis inficitur. Scribit Aristoteles mulieres quãdo san
guis menstruus desluit, intuitu suo speculum sanguineis guttis sæpe fœdare. Quod ex eo fieri arbitror, quia spiritus què
uapor sanguinis est, sanguis quidam tenuissimus uidetur esse, adeo ut aspectum effugiat oculorum: sed in speculi superfi-
cie factus crassior, clare perspicitur. Hic si in rariorem materiam aliquã ceu pannum, aut linum incidat, ideo nõ uidetur,
quia in superficie rei illius non restat, sed penetrat. Si in densam quidem, sed asperam, sicut saxa, lateres, & similia, corpo
ris illius inæqualitate dissipatur & frangitur. Speculum autem propter duriciem sistit in superficie spiritum: propter
æqualitatem, lenitatemq; seruat infractum: propter nitorem, spiritus ipsius radium iuuat & auget: propter frigiditatem
rarissimam illius nebulam cogit in guttulas. Eadem ferme rattione quoties hiantibus faucibus obnixe anhelamus in ultrũ,
eius faciem tenuissimo quodam saluæ rore cõspergimus: siquidem halitus à saliua euolans, in ea materia compressus rela-
bitur in saliuam. Ergo quid mirum si patefactus oculus & intentus in aliquem, radiorum suorũ aculeos in adstantis ocu
los iaculatur? atq; etiam cum aculeis istis, qui spirituum uehicula sunt, sanguineum uaporem illum, quem spiritum nun-
cupamus, inuendut? Hinc uirulentus aculeus transuerberat oculos: cumq; à corde percutientis mittatur, hominis percussi
præcordia, quasi regionem propriam repetit: cor uulnerat, inq; eius duriori dorso hebescit, reditq; in sanguinem. Pere
grinus hic sanguis à faucij hominis natura quodammodo alienus, sanguinem eius proprium inficit: infectus sanguis ægro
tat. Hinc duplex sequitur fascinatio. Aspectus fœtidi senis, & mulieris menstruæ patientis, puerum fascinat. Aspectus ado
lescentis fascinat seniorẽ. Quoniam uero senioris humor frigidus est atq; tardissimus, uix dorsum cordis attingit in pue-
ro: & ineptus ad transitum, cor nisi propter infantiam sit mollissimum, parum admodum commouet. Hæc ideo leuis fa-
scinatio est, illa uero grauissima, per quam iunior transfigit præcordia senioris. Hoc illud est amici optimi de quo Plato-
nicus Apuleius conqueritur. Causa, inquit, omnis & origo præsentis huius doloris, etiam medela ipsa, & salus unica mi-
hi tute ipse es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia, acerrimum meis medullis commouẽt in-
cendium. Ergo miserere tuæ causa pereuntis. Ponite obsecro ante oculos Phædrum Myrrhinusium, & Thebanum illum
eius amore captum Lysiam oratorem. Lysias in Phædri uultũ inhiat: Phædrus in oculos Lysiæ scintillas suorum defigit
oculorum, cumq; scintillis unà transmittit & spiritũ. Radius Phædri radio Lysiæ facile copulatur: spiritui quoq; facile
iungitur spiritus. Vapor huiusmodi à Phædri corde genitus Lysiæ statim petit præcordia: quorum hebetudine fit compa
ctior, & in priorem Phædri relabitur sanguinem: ita ut Phædri sanguis, quod mirum est, iam in corde sit Lysiæ. Hinc ad
clamorem confestim prorumpit uterq;. Lysias ad Phædrum, Cor meum Phædre, charissima uiscera, Phædre ad Lysiam,
O spiritus meus, ô meus sanguis Lysia. Sequitur Phædrus Lysiam, quia cor suum poscit humorem. Sectatur Phædrũ Ly-
sias, quia sanguineus humor uas proprium postulat, suam exigit sedem. Verum Lysias Phædrum sectatur ardentius. Fa-
cilius enim cor sine minimæ humoris sui particula quàm humor ipse sine corde proprio uiuit. Riuus fonte magis quàm
fons riuulo indiget. Igitur ut ferrũ qualitate magnetis accepta, ad lapidem hunc trahitur qui-
dem, lapidem uero non attrahit: ita Lysias Phædrum magis quàm
Phædrus Lysiam sequitur.

QVAM

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAM FACILE AMORE IRRETIAMVR. CAP. V.

AN potest dixerit quispiam tenuis radius, leuissimus spiritus, pauculus sanguis Phædri, tam cito, tam uehementer, tam pernicioſe totum Lyſiam inquinare? Hoc utiq; mirũ non uidebitur ſi cæteros morbos, qui contagione naſcuntur, conſiderabitis, ſi pruritum, ſi ſcabiem, ſi lepram, pleureſim, phthiſim, dyſenteriam, lippitudinem, epidimiam. Amatoria uero cõtagio facile fit, & grauiſſima omnium peſtis euadit. Quippe ſpiritualis uapor ille ſanguiſq; ab adoleſcẽte ſeniore prorſus intectus, quatuor habet ut ſuprà diximus qualitates. Clarus eſt, ſubtilis, calidus atq; dulcis. Quia clarus, oculorum & ſpirituum claritati in ſeniore maxime conſonat, blanditur & allicit: quo fit ut auide ab illis hauriatur. Quia ſubtilis, celerrime cõuolat in præcordia: inde facillime per uenas & arterias in corpus permanat uniuerſum. Quia calidus, uehementer agit & mouet, & fortius ſenioris ſanguinem inficit, eumq; in ſuam cõuertit naturam: quod Lucretius ita tetigit:

Hinc in te primum Veneris dulcedinis in cor
Stillauit gutta: & ſucceſſit frigida cura.

Præterea quia dulcis, fouet uiſcera quodam modo, paſcit atq; oblectat: hinc fit ut totus uiri ſanguis in iuuenilis ſanguinis naturam mutatus, iuniores illius appetat corpus, quo ſuas uenas inhabitet, & recentis ſanguinis humor, uenas quoq; recẽtes & teneras illabatur. Fit etiam ut uoluptate ſimul & dolore æger hic tangatur. Voluptate propter uaporis illius, & ſanguinis claritatẽ atq; dulcedinem. Illa ſiquidem allicit, hæc oblectat. Dolore propter eius ſubtilitatem atq; calorem: illa quippe uiſcera diuidit & diſcerpit: hic homini quod ſuum eſt aufert, & in alterius mutat naturam: per quam ſane mutationem eum in ſe quieſcere non permittit: ſed ad eum ſemper à quo infectus eſt trahit. Hoc ita Lucretius innuit.

Idq; petit corpus, mens unde eſt ſaucia amore.
Nanq; omnes plerunq; cadunt in uulnus: & illam
Emicat in partem ſanguis unde icimur ictu.
Et ſi comminus eſt hoſtem ruber occupat humor.

In his carminibus Lucretius non aliter uult ſanguinem hominis oculorum radio uulnerati in uulnerantẽ prolabi, quàm hominis gladio cæſi ſanguis prolabitur in cædentem. Huius, ut ita dicam, miraculi ſi rationem requiritis afferam. Vulnerat Hector Patroclum, ac perimit. Patroclus Hectorem inſpicit uulnerantem. Vnde eius cogitatio iudicat ulciſcendi: confeſtim ad uindictam bilis accenditur, ab ea ſanguis inflammatur, & ad uulnus eueſtigio properat, tum ut partem illam corporis foueat, tum etiam ad uindictam: eodem concurrunt & ſpiritus, ij quia leues ſunt, ad Hectorem uſq; uolantes in eum migrant, eius calore ſeruantur ad tempus puta ad horas ſeptem: eo ipſo in tempore ſi Hector cadaueris uulnus cominus intentius inſpiciat, uulnus cruorem uerſus Hectorem eijcit: poteſt enim cruor uerſus hoſtem quodammodo effluere, tum quia nondum calor omnis extinctus eſt, nondum agitatio quieuit interior, tum quia paulo ante in eum concitus fuerat, tum deniq; quia ſanguis ſpiritus repetit ſuos, atq; etiã ſpiritus ſuum attrahant ſanguinem. Simili quodam pacto hominis amore ſaucij ſanguinem feſtinare in ferientem & Lucretius innuit, & nos ſummopere comprobamus.

DE MIRO QVODAM EFFECTV VVLGARIS AMORIS CAP. VI.

DICAM ne uiri caſtiſſimi, quod ſequitur, an potius præterm[illã]? Dicam certe poſtquam res ipſa poſtulat, & ſi dictu uidetur abſurdum. At quis turpia non turpiter dixerit. Tanta permutatio ſenioris hominis urgens ad iunioris ſimilitudinem facit, ut hic totum ſuum corpus in illum transferre & totum illius in ſe transfundere ſtudeat, ut uel recens humor uaſa recentia, uel uaſa teneriora teneriorem conſequantur humorem. Hinc multa inter ſe turpiſſime facere compelluntur. Cum enim genitale ſemen à toto corpore defluat, ſolo huius iactu, uel tractu totum corpus tradere ſe poſſe confidunt, & totum accipere. Id in ſeipſo philoſophus Epicureus ille perſenſit Lucretius amantium omnium infeliciſſimus.

Sic igitur Veneris qui telis accipit ictus.
Siue puer membris muliebribus hunc iaculatur
Seu mulier toto iactans de corpore amorem,
Vnde feritur, eò tendit geſtitq; coire:
Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.
Affigunt auide corpus iunguntq; ſaliua
Oris: & inſpirant preſſantes dentibus ora
Ne quicquam: quoniam nil inde abradere poſſunt
Nec penetrare & abire in corpus corpore toto.
Nam facere interdum uelle & certare uidentur.
Vſqadeo cupide Veneris compagibus hærent,
Membra uoluptatis dum ui labefacta liqueſcunt.

Hæc Lucretius Epicureus. Quid etiam totum in ſe capere amatum amantes cupiant, Artemiſia Mauſoli regis Cariæ uxor oſtendit: quæ ſuprà affectionis humanæ fidem uirum ſuum amauiſſe dicitur: eiusq; defuncti corpus redegiſſe in puluerem, & aquæ inditum ebibiſſe.

VVLGA-

VVLGARIS AMOR EST SANGVINIS PERturbatio. CAP. VII.

ESSE uero hanc in ſanguine paſſionem illud argumento eſt, quod æſtus huiuſmodi alterna requieſcaret. Continua uero febris à phyſicis in ſanguine ponitur. quæ autem horas ſex quieti relinquit, in putrefactiua: quæ diem unum, in bili: quæ duos, in atræ bilis humore. In ſanguine igitur illam merito collocamus. In ſanguine uidelicet melancholico: ut in oratione Socratis audiuiſtis. hunc ſanguinem contagionis ſemper affixio comitatur.

QVOMODO AMANTES FIVNT AMATI ſimiles. CAP. VIII.

IDEO nemo ueſtrum miretur ſi quem amantem audiuerit amati ſui ſimilitudinem aliquam uel figuram ſuo in corpore contraxiſſe. Prægnantes ſæpe mulieres uinum quod auidiſſime cupiunt, uehementer excogitant: uehemẽs cogitatio, ſpiritus mouet interiores, atq; in his excogitatæ rei pingit imaginem. Iſti ſanguinem mouent ſimiliter, & in molliſſima fœtus materia, uini imaginem exprimunt. Amator autem ardentius quàm prægnantes, ſuas cupit delicias: uehementius quoq; & firmius cogitat. Quid mirum ſi uſq; adeo hærentes & infixi pectore uultus ab ipſa cogitatione purgantur in ſpiritu: à ſpiritu ſtatim in ſanguine infigantur? præſertim cum in Lyſiæ uenis iam molliſſimus ſanguis Phædri ſit genitus, ut facillime poſſit Phædri uultus in ſuiipſius ſanguine relucere. Quoniam uero mẽbra corporis ſingula ut quotidie areſcunt, ita ſumpto alimoniæ rore quotidie reuiuiſcunt: ſequitur ut in dies corpus cuiuſq; hominis, quod ſenſim exaruit, paulatim reficiatur. Reficiuntur autem membra à ſanguine ex uenarum riuulis emanante. Ergo miraberis ſi certa ſimilitudine pictus ſanguis eandem membris impreſſerit: ut Lyſias tandem Phædro in nonnullis uel coloribus uel lineamentis, aut affectibus, aut geſtibus euaſiſſe ſimilis uideatur.

A QVIBVS PRAECIPVE IRRETIAMVR. CAP. IX.

QVAERET forſitan aliquis: à quibus præcipue & quo pacto illaqueentur, & quomodo ſoluantur amantes. Fœminæ profecto uiros facile capiunt: facilius autem illæ, quæ maſculam quandam indolem præ ſe ferunt: & tanto facilius maſculi, quanto ſimiliores ſunt uiris quàm fœminæ, & ſanguinem ſpiritumq; habent lucidiorem, calidiorem, ſubtiliorem: qua in re amatoria conſiſtit illaqueatio. Ex maribus autem illi uiros, ſeu meliores uelociſſime faſcinant, qui ſanguinei ſunt potiſſimũ, & quadam ex parte cholerici, oculos amplos habent, glaucos atq; nitentes: præcipue uero ſi caſti uiuãt, neq; per coitum claro humorum ſucco exhauſto ſerenos uultus fœdauerint. Hæc enim ad ipſas ſagittas proprie emittendas quæ cor uulnerant, ut ſuprà tetigimus, requiruntur. Irretiũtur præterea cito quibus naſcentibus Venus fuerit in Leone, uel Luna Venerem uehementer aſpexerit, & qui eadem complexione ſunt præditi. Phlegmatici in quibus dominatur pituita, nunquam: Melancholici, in quibus atra bilis, uix quidem capiuntur: ſed capti, nunquam poſtea liberantur. Quando ſanguineus deuincit ſanguineum, leue iugum eſt, ſuaue uinculum, ſimilis nanq; complexio mutuum creat amorem. Huius præterea humoris ſuauitas ſpem & fiduciam præſtat amanti. Quando cholericus cholericum, intolerabilior ſeruitus. Viciſſitudinem quidem nonnullam beneuolentiæ in his facit complexionis ſimilitudo: ſed igneus ille bilis humor crebra illos iracundia turbat. Quando ſanguineus cholericum, aut contrà, propter ſuauis ſimul & acris humoris cõmixtionem alternatio quædam prouenit iracundiæ & gratiæ, uoluptatis atq; doloris. Cum ſanguineus melancholicũ ligat, nodus perpetuus non miſerrimus. Sanguinis quippe dulcedo melancholiæ amaritudinem temperat. Cum uero cholericus illaqueat melancholicum, peſtis omnium perniciоſiſſima. Acutiſſimus adoleſcentis humor ſenioris uiſcera paſſim illabitur. Eſt mollis flamma medullas. Vritur infelix amator. Cholera ad iracundiam cædesq; prouocat. Melancholia ad mœrorem & perpetuam quærimoniam. Iis ſæpe idem qui Phyllidi, Didoni, Lucretio, amoris eſt exitus. Phlegmaticus autem ſeu melancholicus adoleſcens propter ſanguinis & ſpirituum craſſitudinem capit neminem.

MODVS ILLAQVEATIONIS. CAP. X.

QVO autem pacto faſcinentur amantes, ſatis ſuprà dixiſſe uidemur, ſi modo illud addamus, mortales tunc ſummopere faſcinari, quando frequentiſſimo intuitu aciem uiſus ad aciem dirigentes, lumina iungunt luminibus, & longum miſeri combibunt amorem. Huius profecto morbi, ut Muſeo placet, cauſa omnis & origo eſt oculus. Ideo ſi quis nitore polleat oculorum, licet minus in reliquis membris compoſitus ſit, ſæpius intuentes ea ratione qua diximus, inſanire compellit. Qui contra diſpoſitus eſt, ad modeſtiam quandam beneuolentiam inuitat potius quàm ardorem. Reliquorum præter oculos membrorum concinnitas non cauſe uim ad ægrotationem huiuſmodi, ſed occaſionis impulſam uidetur habere. Talis quippe compoſitio eminus proſpicientem ut propius accedat, hortatur: deinde cernentem cominus in ipſa ſui conſideratione diutiſſime detinet: immorantem uero ſolus ipſe ferit intuitus. Ad moderatum autem amorem illum diuinitatis participem, de quo in hoc conuiuio ut plurimum diſputatur: non oculus ſolus, ut cauſa: ſed partium cunctarum concordia iucunditasq; concurrit.

Plato

A CVRA

Universidad de Deusto
Biblioteca

CVRATIO AMORIS CAP. XI.

HACTENVS quomodo & à quibus irretiamur, tractauimus: restat ut quomodo soluamur, paucis doceamus. Solutio uero duplex: altera quidem naturæ: altera diligentiæ. Naturalis est, quæ certis temporis interuallis perficitur. Quæ non ad hunc solum, sed ad omnes attinet morbos, siquidè in cute pruritus eatenus permanet, quatenus tabidi sanguinis fex in uenis, aut salsedo pituitæ uiget in membris. Defecato sanguine & pituita demollita pruritus desinit: & fœdæ cutis maculæ abolentur. Euacuationis tamen matura diligentia confert plurimum. Repentina euacuatio, uel unctio periculosissima iudicatur. Inquietudo quoq; amantium tamdiu necessario perseuerat, quandiu infectio illa sanguinis per fascinationem iniecta uisceribus permanens graui cor premit cura. Vulnus alit uenis: cæcis membra flammis adurit. à corde siquidem in uenas: à uenis in membra fit transitus. hæc deniq; expurgata amantiũ, immo uero amentium cessat inquietudo. Id lõgum in omnibus requirit temporis spacium, in melancholicis uero longissimũ: præsertim si Saturni influxu fuerint irretiti. adde & amarissimum: si Saturno retrogrado: uel Marti coniuncto: uel soli oppositio mancipati sint. Aegrotant & illi diutissime: in quorum natiuitate Venus in domo Saturni fuerit: uel Saturnum Lunamq; uehementer aspexerit. Addendа est naturali huic purgationi diligentissimæ artis industria. Cauendum in primis ne immatura euellere, uel amputare tentemus: neq; summo cum periculo discindamus, quæ tutius dissuere possumus. consuetudinis intermissio faciendа. Summopere uero cauendum ne lumina oculorum luminibus coniungantur. Si quid in amati animo uel corpore uitij est, diligenter animo reuoluendum. Plurimis, uarijs, grauibus negocijs animus applicandus: sæpe minuendus sanguis est: uinо utendum claro, nonnunquam etiam ebrietate, ut ueteri sanguine uacuato, nouus sanguis accedat, nouus & spiritus. Excitatione sæpe ad sudorem usq; uti præstat: per quam corporis meatus ad expurgationem faciendam aperiantur. Ea insuper omnia quæ Physici ad cordis præsidium adhibent & cerebri alimentum, prosunt quàm plurimum. Sæpe etiam conducit Lucretius præcipit.

Sed fugitare decet simulachra: & pabula amoris
Abstterrere sibi, atq; aliò conuertere mentem,
Et iacere humorem coniectum in corpora quæq;,
Nec retinere semen conuersum untus amore.

QVAM NOXIVS VVLGARIS AMOR. CAP. XII.

SED ne diutius de insania loquentes insaniamus, sic breuibus cõcludamus. Insaniæ species quædã est anxia illa solicitudo, qua uulgares amãtes diu noctéq; uexãtur, qui amore durante bilis incẽdio primũ, deinde atræ bilis adustione afflicti, in furias, ignẽq; ruũt: & quasi cæci quò præcipitẽtur ignorant. Quàm perniciosus adulterinus hic amor tam amatis quàm amantibus sit, Lysias Thebanus & Socrates apud Platonem in Phædro demonstrant. Hoc itaq; furore homo in bestiæ naturam deuoluitur.

QVAM VTILIS DIVINVS AMOR, ET DE QVAtuor eius speciebus. CAP. XIII.

DIVINO autem furore super hominis naturam erigitur, & in Deum transit. Est autem furor diuinus illustratio rationalis animæ: per quam Deus animam à superis delapsam ad infera, ab inferis ad superа retrahit. Lapsus animæ ab ipso uno rerum omnium principio ad corpora, per quatuor gradus efficitur, per mẽtem, rationem, opinionem atq; naturam. Nam cum in omni rerum ordine sex gradus existant, quorum summum tenet ipsum unum, infimum corpus, media uero sunt quatuor quæ prædiximus: necesse est quicquid à primo ad ultimum labitur, quatuor per media cadere. Ipsum uni rerum omnium terminus & mensurа, confusionis & multitudinis expers. Mens angelica multitudo quidem idearum, sed stabilis & eterna. Ratio animæ multitudo notionum argumentationũq; mobilis, sed ordinata. Opinio autem inordinata, & mobilis imaginum multitudo: sed substantia punctisq; unita: cum anima ipsa in qua est opinio, una substantia sit nullum occupans locum. Naturа, id est nutriendi uis ab anima, & animalis complexio similiter, nisi quòd per corporis puncta diffunditur. Corpus autem indeterminata partium & accidentium multitudo subiecta motui, & substantiæ punctis mouentisq; diuisa. Hæc omnia respicit anima nostra, per hæc descendit, per hæc & ascendit. Vt enim ab ipso uno quod omnium principium est, producitur, unitatem quandam sortita est: quæ omnem essentiam eius uires operationesq; unitatà quа & ad quam ita cæterа quæ in anima sunt, se habent, sicut à centro & ad centrum circuli lineæ. Vnit uero non modo animæ partes inuicem & ad totam animam: sed animam totam ad ipsum unum rerum omnium causam. Vt autem diuinæ mentis radio claret, rerum omnium ideas per mentem actu stabili contemplatur. Vt seipsam respicit, rationes rerum uniuersales cogitat: & à principijs ad conclusiones ratiocinatione discurrit. Vt corpora respicit, particulares rerum mobilium formas atq; imagines per sensus acceptas opinione uolutat. Vt materiam attingit, natura uelut instrumento utitur, quo unit materiam, mouet & format. Vnde generationes, augmenta, & eorum contraria proficiscuntur. Cernitis igitur ab uno quòd super æternitatem in æternam multitudinẽ labitur: ab æternitate in tempus, à tempore in locum atq; materiam. labitur inquam, quando ab ea puritate, qua nata est, longius corpus amplectendo discedit.

QVIBVS GRADIBVS DIVINI FVRORES ANIMAM extollunt. CAP. XIIII.

QVAPROPTER sicut per quatuor descendit gradus, per quatuor ascendat necesse est. Furor autem diuinus est, qui ad supera tollit, ut in eius definitione constitit. Quatuor ergo diuini furoris sunt species. Primus quidem poeticus furor. Alter mysterialis. Tertius uaticinium. Amatorius affectus est quartus. Est autem poesis à musis, Mysterium à Dionysio, Vaticinium ab Apolline, Amor à Venere. Redire quippe ad unum animus nequit, nisi ipse unum efficiatur. Multa uero effectus est: quia est lapsus in corpus in operationes uarias distributus, & ad corporalium rerum multitudinem respicit infinitam. Ex quo partes eius superiores pene obdormiunt, inferiores alijs dominantur. Illæ torpore, hæ perturbatione afficiuntur. Totus autem animus discordia & inconcinnitate repletur. Poetico ergo furore primũ opus est, qui per musicos tonos quæ torpent suscitet: per harmonicam suauitatem quæ turbantur, mulceat: per diuersorum deniq; consonantiam, dissonantem pellat discordiam, & uarias partes animi temperet. Neq; satis hoc est. Multitudo enim adhuc & diuersitas restat in animo. Accedit ergo mysterium ad Dionysium pertinens: quod expiationibus, sacrisq;, & omni cultu diuino partium omnium intentionem in mentem, qua Deus colitur, dirigit. Vnde cum singulæ animi partes ad unam mentẽ redactæ sint, iam totum quoddam unũ ex pluribus factus est animus. Tertio uero ad hoc opus est furore, qui mentem ad unitatẽ ipsam animæ caput reducat. hoc Apollo per uaticiniũ efficit. Nam cũ anima supra mentẽ in unitatẽ assurgit, futura præsagit. Dæmum cum anima facta est unum, unum inquam quod in ipsa natura & essentia animæ est, restat ut illico in unum quod est super essentiam, id est deum se reuocet. Hoc cœlestis illa Venus per amorem, id est diuinæ pulchritudinis desiderium, boniq; ardorem explet. Primus itaq; furor inconcinna & dissonantia temperat. Secundus temperata unũ totum ex partibus efficit. Tertius unum totum supra partes. Quartus in unum quod super essentiam, & super totum est ducit. Plato in Phædro, mentem diuinis deditam, in anima hominis aurigam uocat: Vnitatem animæ, aurigæ caput: Rationem, opinionemq; per naturalia discurrentem, æquum bonum: Phantasiam confusam, appetitumq;, sensuum, malum equum: Animæ totius naturam, currum. quia motus suus tanquam orbicularis à se incipiens in se deniq; redit, dum suipsius naturam animaduertit. Vbi consideratio eius ab anima profecta in eandem reuertitur. Alas uero tribuit, per quas in sublime feratur: quarum alteram putamus indagationem illam esse, qua mens assidue ad ueritatem annititur: Alteram boni desiderium, quo nostra uoluntas semper afficitur. Hæ partes animæ suum amittunt ordinem, quando perturbante corpore cõfunduntur. Primus itaq; furor bonum æquum, id est rationem opinionemq; à malo æquo, id est à phantasia confusa & sensuum appetitu distinguit. Secundus malum æquum bono, bonum aurigæ, id est menti subijcit. Tertius aurigam in caput suum, id est in unitatem mentis apicem dirigit. Postremus caput aurigæ in caput rerum omnium uertit. Vbi auriga beatus est, & ad præsepe, id est ad diuinam pulchritudinem sistens equos, id est accõmodans omnes sibi subiectæ animæ partes, obijcit illis ambrosiam, & super ipsam nectar potãdum, id est uisionem pulchritudinis, & ex uisione lætitiam. Hæc quatuor furorum opera sunt. De quibus generatim in Phædro disputat, proprie uero de poetico furore in Ione, de amatorio, in Conuiuio. Omnibus his furoribus occupatum fuisse Orpheum libri eius testimonio esse possunt. Amatorio maxime Sappho, Anacreontem & Socratem fuisse correptos accepimus.

OMNIBVS HIS FVRORIBVS AMOR PRAEstantior est. CAP. XV.

OMNIVM potentissimus & præstantissimus est amatorius. Potentissimus inquam, propterea quod omnes alij ipso necessario indigent, neq; enim poesim, neq; mysteria, neq; uaticinium sine ingenti studio, flagranti pietate, & sedulo diuinitatis cultu consequimur. Studium uero, pietatem, cultum quid aliud dicimus quàm amorem? Igitur omnes amoris potentia constant. Est etiam præstãtissimus, quoniam ad hunc tanquam ad finem alij referuntur. Hic autem proxime deo, qui nos copulat. Hos utiq; furores quatuor, totidem adulterini affectus falso imitari uidentur. Poeticum quidem musica ista uulgaris, quæ auribus duntaxat blanditur. Mysterialem, uana multorum hominum superstitio. Fatidicum, fallax peritiæ humanæ conlectio. Amatorium, libidinis impetus. Verus enim amor nihil est aliud quàm nixus quidam ad diuinam pulchritudinẽ euolandi ab aspectu corporalis pulchritudinis excitatus. Adulterinus autem, ab aspectu in tactum præcipitatio.

QVAM VTILIS AMOR SOCRATICVS. CAP. XVI.

VAERITIS quid amor Socraticus conferat? Primo quidem ipsi Socrati plurimum ad alas illas recuperandas, quibus in patriam reuolet. Deinde ciuitati suæ magnopere ad honeste feliciterq; uiuendum. Ciuitatem profecto non lapides sed homines faciunt. Homines uero à tenera ætate quemadmodum arbores à tenerioribus curandi sunt, & ad frugem optimam dirigendi. Puerorum curam parẽtes habent & pædagogi. Adolescentes autem limites parentum & pædagogorum non prius transgrediuntur, quàm iniqua uulgi consuetudine deprauentur. Superiorem quippe uiuendi normam domi imbibitam sequerentur, nisi ab ea improborum hominum, eorum præsertim qui illis blandiuntur, usu, consuetudineq; deflecterentur. Quid ergo Socrates faciet? Num permittet ut flagitiosorum contagione adolescentia, quæ futuræ reipublicæ semen est corrumpatur? At ubi patriæ charitas? Succurret itaq; patriæ Socrates, filiosq; illius, suos autem fratres hac pernicie liberabit. Leges fortasse con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribet, quibus lasciuos uiros ab adolescentum consuetudine segregabit. Sed non omnes Lycurgi, aut Solones esse possumus. Paucis legum condendarum datur autoritas, paucissimi legibus latis obtemperant. Quid ergo? uim inferet, & manu iniecta seniores à iuuentute depellet? At solus Hercules cum monstris dicitur decertasse, cæteris periculosissima est huiusmodi uiolentia. Forsitan scelestos homines monebit, corripiet, obiurgabit. Cæterum perturbatus animus monentis uerba contemnit, & quod deterius est, sæuit in monitorem. Qua de causa ab alio pugno, ab alio calce, dum id tentaret, percussus est Socrates. Vnica restat iuuentuti uia salutis, Socratis consuetudo. Huic ergo Græcorum ille sapientissimus charitate deuinctus sese miscet ubiq; & magna incedit adolescentum comitante caterua. Ita uerus amator, utpote pastor, agnorum gregem à falsorum amantium, ceu luporum uoragine, ac peste tutatur. Quoniam uero pares cum paribus facillime congregantur, parem se facit iunioribus puritate uitæ, uerborum simplicitate, ludis, iocis ac facetijs. Seq; ex sene puerum facit, in primis ut pueros quandoq; reddat domestica & iucunda familiaritate seniles. Ad uoluptatem prona iuuentus sola uoluptate tenetur, rigidos effugit præceptores. hinc nostræ adolescentiæ tutor ad patriæ suæ salutē rerum suarum administratione neglecta iuniorū suscipit curam, eosq; primum iucundæ consuetudinis captat suauitate. Ita illaqueatos, monet deinde seuerius. Postremo censura rigidiori castigat. Hoc pacto Phædonem adolescentulum lupanari publico prostitutum ab ea calamitate redemit, fecitq; philosophum. Platonem poesi deditum coegit tragœdias igni tradere, & studia preciosiora capessere. Xenophontem à uulgari luxu ad sapientum traduxit sobrietatem. Aeschinem & Aristippum ex pauperibus diuites, Phædrum ex oratore philosophum, Alcibiadem ex ignorante doctissimum reddidit. Charmidem grauem fecit & uerecundum, Theagem iustum, fortemq; in republica ciuem. Euthydemum ac Menonem à Sophistarum captiunculis ad ueram transtulit sapientiam. Quo factum est, ut non tam iucunda quàm utilis fuerit Socratis consuetudo, ac multo ardentius ab adolescentibus, ut Alcibiades ait, dilectus fuerit Socrates quàm dilexerit.

QVOMODO AGENDAE SVNT GRATIAE SPIRITVI sancto, qui nos ad hanc disputationem illuminauit atq; accendit. CAPVT XVII.

IAM igitur Conuiuæ optimi quid amor sit, quis uerus amator, quæue amantis utilitas ex uestra prudentissimum, ex mea deinde disputatione feliciter comperisse uidemur. Huius autem inuentionis felicissimæ causam & magistrum eundem ipsum amorem, qui & compertus est, fuisse proculdubio existimate. Amore nāq;, ut ita dixerim, inueniendi amoris accensi, amorem quæsiuimus & inuenimus, ut eidem inquisitionis & inuentionis pariter habenda sit gratia. O miram numinis huius magnificentiam. O incomparabilem amoris benignitatem. Cætera siquidem numina uix tandem postquam diu quæsieris se parumper ostendunt, Amor etiam quæsituris occurrit. Quapropter huic multo magis quàm cæteris homines se debere fatentur. Sunt autem qui diuinam potentiam sæpe audeant execrari, scelerum nostrorum fulminatricem. Nonnulli etiam sapientiam oderunt nostrorum omnium exploratricem flagitiorum. Amorem uero diuinorum bonorum omniū largitorem non amare non possumus. Nos autem amorem hunc adeo nobis propitium ea mente colemus ut ueneremur sapientiam & potentiam admiremur, ut amore duce totum, ut ita loquar, deum habeamus propitium, ac totum amoris flagrantia diligentes, toto etiam deo amore perpetuo fruamur.*

PLATONIS ATHENIENSIS SYMPOSIVM, SIVE DE AMORE. *Moralis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

APOLLODORVS. APOLLODORI SOCII. ARISTODEMVS. SOCRATES. AGATHO. PHAEDRVS. PAVSANIAS. ERYXIMACHVS. ARISTOPHANES. DIOTIMA. ALCIBIADES.

EQVIDEM uideor mihi non adeò inexercitatus esse in his de quibus sermonem confertis, ac me interrogatis, nam paulò ante è domo, ex Phaleris reuersus sum. Itaq; quidam ex familiaribus à tergo me conspicatus procul, uocauit: & simul ut uocabat ludens, Phalerensis (inquit) Apollodore non expectabis? & ego firmato gradu expectaui. Tum ille. Apollodore, inquit, te modò quærebam, cupiebam percunctari ex te, de congressu Agathonis, Socratis, & Alcibiadæ, itemq; aliorū qui tunc simul in cœna affuerunt, quinam fuerint

rint sermones illi quos de amore habuerunt. Alius enim quidā mihi retulit, qui audiuit de illis ex Phœnice Philippi filio, dixitq; etiā te nosse. Verùm ipse nihil habebat quod pro certo afferret. Proinde tu mihi exponito. æquissimū enim est, ut eos sermones soda li denarres. Verùm illud mihi prius, inquit, dicito, tu ipse affuisti in eo cōgressu, aut nō? Et ego profectò inquā, omnino nihil certi retulisse tibi uidetur is qui narrauit, si hūc de quo interrogas cōgressum, ita recens factū esse arbitraris, ut & ego potuerim interfuisse. Ego sanè ita putabam, inquit ille. Vnde uerò inquā ego ô Glauco? An ignoras, multis iam annis Agathonem huc nō accessisse? At ex quo ego cū Socrate cōuersationem habeo, & diligentiā adhibui, quo cognoscerē quid quotidie diceret, aut faceret, nondū tres anni elapsi sunt. Verùm ante illud tēpus, quocūq; fors ferebat discurrebam: & quū me aliquid facere putarem, quouis è uulgo miserior eram, nō minus quàm tu nunc, qui omnia magis facere oportere putas, quàm philosophari. Et ille, Ne illudas, inqt, sed dic mihi, quando factus sit ille cōgressus. Et ego, quum adhuc pueri nos essemus, inquam, quum prima tragœdia Agatho uicisset, postridie postquam uictoriæ celebritatem ipse cum tripudiatoribus suis peregisset. Itaq;, inquit ille, iam diu, uelut apparet, cōgressus is habitus est. Sed quis tibi retulit: num ipse Socrates? Nō per louem, inquā ego, sed ille qui etiā Phœnici. Erat autē is Aristodemus Cydathenensis, paruus ille, & semper discalceatus. Affuerat autē in eo congressu, ut qui inter præcipuos eius tēporis Socratis amator esset, ut mihi sanè uidetur. Attamē & ex Socrate quædā percūctatus sum de his quę ex illo audiuerā: & cōfitebatur mihi, ita se rem habere, uelut ille exposuerat. Cur igitur, inquit ille, non recenses tu mihi? Omnino autē uia ad urbem euntibus nobis cōmoda est, & ad dicendum, & ad audiendū. Sic itaq; simul iter facientes, de istis sermonem habebamus. Quare quod ab initio dixi, in his nō adeò inexercitatus sum. Si igitur etiā uobis eadem recensere opus est, faciam. Nam & ego alioqui, quū aliquos de philosophia sermones aut ipse habeo, aut ex alijs audio, supra utilitatē, quam me inde consequi puto, mirifice delector. Quum uerò alios quosdam tum aliorū, tum uestros diuitū ac lucri studiosorū sermones audio, & ipse ægrè fero, & uestri uelut sociorum misereor, eo q; aliquid facere uos putatis, quū nihil faciatis. Et fortassis uos putatis me infelicem esse: ac arbitror sanè uos uerè putare. Ego tamē non puto uos, sed probè scio. SOCII. Semper tui similis es Apollodore. Semper enim & teipsum, & alios accusas, & uideris mihi penitus omnes miseros putare, à teipso exorsus, unico Socrate excepto. Et unde tandem hoc cognominis contraxisti, ut insanus appelleris, haud scio. In sermonibus enim semper talis es: & in teipsum, & in alios asper es, solo Socrate dempto. APOL. Atô charissi me, satis utiq; manifestum est, q; iccirco insanio & delyro, quod & de meipso, & de uobis ita sentio. SOC. Res indigna est Apollodore, de his nunc cōtendere. Verùm quod te rogauimus, ne aliter facias: sed expone, qui fuerint illi sermones. APOL. Erant itaq; illi huiusmodi. Quin potius ab initio uobis, uelut ille narrabat, etiam ego denarrare conabor. Dixit enim, sibi obuiam factū esse Socratē lotum & calceatū, quæ ambo ille rarò faciebat: & interrogasse ipsum, quò iret, qui ita pulchre ornatus esset. Illum autem respondisse, ad cœnam in domum Agathonis. Heri enim non conueni ipsum, in uictorię celebritate turbam uitans: promisi autē me hodie affuturū: atq; ea de causa me ita exornaui, ut pulcher ad pulchrum accedam. At tu, inquit ille, Aristodeme quomodo ad hoc affectus es, ut ad cœnam nō uocatus eas? Et ego dicebam, ait is, ita ut tu iubes. Sequere igitur, inquit ille, quo etiā prouerbium corrūpamus transmutatū, quòd sanè Bonorum ad cōuiuia boni ultro accedūt. Homerus enim ita tractat, ut non solum corrumpat, sed etiam iniuriam faciat huic prouerbio. Quū enim finxisset Agamemnonē circa res bellicas eximiè præstantem: Menelaum uerò ad pugnam mollem: & iam sacrificium facerret, & conuiuium pararet Agamemnon, nō uocatum Menelaum finxit ad conuiuium accessisse, deteriorē uidelicet ad conuiuiū eius qui præstantior esset. Hæc ubi audiuisset, dixisse se inquit ille, Fortassis & ego in periculo uersor ô Socrates, nō ut tu dicis, sed iuxta Homerum, ut qui uitiosus sim, & ad sapientis uiri cœnam non uocatus accedam. Proinde quum tu me adducas, uide quid respondeas. Nam ego sanè nō inuocatum me uenire fatebor, sed uocatum à te. Ideoq; quum duo simul eamus, antea quàm uiam absoluamus, consultemus quid dicamus. Sed eamus. Talia quædam inter se colloquutos,

Philosophia neglecta Agatho tragœdia prima uicit

Philosophiæ sermōes utiles, & delectantes

Non uocatus ad cœnam ire

Universidad de Deusto
Biblioteca

Socrates cogitabũdus in uia

progreſſos eſſe inquit ille. Socratem itaque cogitabundum intenta ſibijpſi mente, in uia procedentem aliquantulum relictum eſſe: & illo expectante, iuſſiſſe ipſum ut porrò pergeret: & quum eſſet iam ad fores ædium Agathonis, deprehendiſſe ianuam apertam, & tunc ſe ridiculum quid perpeſſum eſſe dixit, famulum etiam quendam exædibus occurriſſe, ac ipſum ſtatim eò duxiſſe, ubi reliqui diſcumbebant, & deprehendiſſe illos iam cœnare uolentes. Statim uero ubi ipſum uidiſſet Agatho, dixiſſe eum, ô Ariſtodeme opportunè ades, quo ſimul cœnes. Si uerò aliqua alia de cauſa ueniſti, eam in aliud tempus differ. Nam & heri quum quæſiuiſſem te, quo inuitarem, nuſquam uidere te potui. Verùm cur Socratem nobis non adducis? Et ego, inquit ille, conuertens me nuſquam uideo Socratem ſequentem. dicebam igitur, quòd & ipſe ueniſſem cum Socrate, uocatus ab illo huc ad cœnam. Rectè, dixit, feciſti tu: ſed ubi eſt ille? Ponè me iam incedebat, ſed & ipſe ubi ſit admiror. Non uidebis puer, ait ille, dixiſſe Agatho nem, & introduces Socratem? Tu uerò Ariſtodeme, inquit, accumbe iuxta Eryximachum, & puerum mihi manus abluere iuſſit, quo diſcumberem. Tunc alium quendam puerum ueniſſe nunciantem, quòd Socrates ipſe receſſiſſet, & præ foribus uicinorum ſtaret, & quòd ab ipſo uocatus ingredi nollet. Abſurdam rem narras, inquit: itaque uoca ipſum, & ne dimittas. Et ille ſe dixiſſe inquit, nequaquam ita fiat, ſed ſinite ipſum. Hunc enim morem habet, ut aliquando prout contigerit ſtans permaneat. Veniet autem ſtatim, uelut arbitror. Ne igitur commoueatis ipſum, ſed ſinatis. At ſic facere oportet ſi tibi ita uidetur, inquit ille, dixiſſe Agathonem. Verùm uos ô pueri, nobis alijs cibos afferte: & omnino quicquid uoluerítis, apponite. Nemo enim uobis præfectus eſt: id quod ego nunquam antea feci. Nunc igitur putantes etiam me à uobis ad cœnam uocatum eſſe, alios quoq; ita tractate, ut uos collaudemus. Poſt hæc dixit Ariſtodemus ipſos quidem cœnaſſe. Socratem autem non acceſſiſſe. Agathonem itaque ſæpe iuſſiſſe Socratem accerſiri, ſe autem id nõ permiſiſſe, Veniſſe itaq; ipſum non ita poſt longam temporis moram, ueluti ſolebat, ſed circa mediam fermè cœnam. Itaq; Agathonem, qui ultimus accumbebat ſolus, dixiſſe ait ille, Ades huc Socrates: iuxta me accumbas, quo & ſapientiæ illius ex contactu tuo particeps fiam, quæ tibi præ foribus ſtanti acceſſit. Clarum enim eſt, quòd inueneris ipſam, & habes. Neque enim alioqui deſtitiſſes. Sediſſe ergo Socratem, ac dixiſſe: Bene profectô res ſe haberet ô Agatho, ſi tale quid eſſet ſapientia, ut ex pleniore, in eum qui magis uacuus ex nobis eſſet, diffloueret, idq; ex mutuo contactu: quemadmodum ſolet aqua in calicibus, quæ per canalis inſtrumentum, ex pleniore in magis uacuum diffluit. Nam ſi ita ſe haberet etiam ſapientia, multi facerem hunc iuxta te accubitum. Multa enim & bona ſapientia me à te impletum iri arbitror. Mea enim uilis quædam fuerit, & ambigua, & uelut ſomnium quoddam. Tua uerò ſplendida eſt, & multo incremento præpollens, quæ ex te, iuuene adeò, ita uehementer illuxit, & illuſtris euaſit nuper adeò, ut plus quàm triginta millia Græcorum teſtes eius conſtitueris. Contumelioſus es ô Socrates, inquit Agatho. Verum hæc paulo poſterius dijudicabimus & ego, & tu, Dionyſio iudice de ſapientia uſuri. Nunc autem ad cœnam primùm te cõuerte. Poſt hæc inquit, ubi accubuiſſet Socrates, ac cœnaſſet unà cum alijs, & libationes ipſos feciſſe, & deum cantu celebraſſe, alijſq; pro recepto more factis, ad potum ſe conuertiſſe. Itaque Pauſaniam talem quendam ſermonem auſpicatum eſſe. Age, uideamus uiri, quo modo quàm iucundiſſimè bibamus. Ego enim apertè fateor, quòd reuera ualde ægre affectus ſum ex heſterno potu, & refrigerio opus habeo. arbitror autem & pleroſq; ex uobis: affuiſtis enim heri. Videte igitur quo modo quàm facilimè bibamus. Ad hæc igitur Ariſtophanem dixiſſe, Rectè dicis Pauſania, ut omni modo refocillatio quædam à potu præparetur. Nam & ipſe unus ex his ſum, qui heri ſe ſubmerſerunt. His uerò auditis, Eryximachum Acumeni filium dixiſſe inquit, Profectô rectè dicitis, & adhuc unum ex uobis audire cupio, quomodo Agatho ſe habeat ad hoc ut fortiter bibat. Tum illum dixiſſe, Nequaquam ſanè in hac re præſto. Refugium autem nobis fuerit, ut par eſt, mihi, Ariſtodemo, Phædro, & alijs, ſi uos qui bibendo præſtantiſſimi eſtis, nunc renuncietis. Nos enim ſemper ad bibendum impotentes ſumus: Socratem autem excipio: ad utrunque enim præſtandum appoſitus eſt, ut utrum tandem faciamus, ſufficere poſſit. Tunc

Sapientia trãſflua optanda

Sapientia uilis, inſtar ſomnij eſt

Libationes ac cantus à cœnis

Refrigerio opus eſſe à potu pridiano

Socrates potor

Tunc uero Eryximachum dixiſſe ait: Quandoquidem igitur mihi uidetur ex præſentibus nemo ad multi uini potum promptus eſſe, fortaſſis ſi ego de ebrietate qualis res eſt, uerè dixero, minus moleſtus fuero. Mihi enim hoc ex medicina manifeſtũ factum eſſe arbitror, quòd grauis hominibus res eſt Ebrietas, & neque ipſe uolens, ultra modum bibere uelim: neque alij conſuluerim, tum aliàs, tum ſi pridiana crapula adhuc ſit grauatus. At ego ſanè, inquit Ariſtodemus, Phædrum Myrinuſium dixiſſe, tibi credere conſueui, tum aliàs, tum de Medicina dicenti. Nunc autem aſſentiuntur tibi etiam reliqui. Atque his auditis, omnes conſenſiſſe, ut præſentem congreſſum non per ebrietatem tranſigerent, ſed ita ad uoluptatem biberent. Deinde uero Eryximachum dixiſſe, Quandoquidem igitur hoc ita uiſum eſt, ut quiſque quantum uelit bibat, & nihil ſit coactum, id quod ſequens eſt proferam, ut tibicinam modò ingreſſam ualere ſinamus ſibijpſi tibia canentem, aut ſi uelit, mulieribus quæ intus ſunt: nos autem ſermones inter nos conferamus hodie: & per quales ſermones id fieri debeat, ſi uultis, uobis exponam. Itaque omnes dixiſſe, ſe uelle & iubere ut exponat. Dixiſſe igitur Eryximachum in hunc modum, Principium quidem ſermonis mihi iuxta Euripidis Melanippen erit. Non enim mea eſt hæc fabula quam referre uolo, ſed Phædri huius. Phædrus enim frequenter ad me cum indignatione dicit. Non indigna res eſt, inquit, ô Eryximache, quod alijs quibuſdam dijs hymni & pæanes à poetis facti ſunt: Amori uero, qui talis ac tantus deus eſt, ne unum quidem unquam ex tot poetis ullum encomium feciſſe? Si uero rurſus conſiderare uoles, bonos ſophiſtas Herculis, & aliorum laudes, ſoluta oratione conſcripſiſſe comperies, quemadmodum optimus Prodicus fecit. Et hoc quidem minus mirum eſt. At ego iam in libellum quendam incidi uiri ſapientis, in quo compræhenſa erat Salis laus, admirandã illius utilitatem complectẽs. Sed & alia multa eiuſmodi laudibus prædicata uideas. Itaq; in talibus rebus multum operæ collocaſſe, Amorem uero nullum hominem in hunc uſq; diem pro dignitate laudare auſum eſſe, ſed tantum deum ita neglectũ eſſe, quomodo non indigna res ſis? Hæc ſanè Phædrus rectè dicere mihi uidetur. Ego igitur ſimul & huic meam quandam partem offerre, & quaſi præmium referre ac gratificari cupio: & ſimul mihi decẽs eſſe uidetur, ut nos qui præſentes ſumus, in preſens deum ornemus. Si igiur ita etiam uobis uidetur, longa ſatis cõuerſatio in ſermonibus nobis contingere poterit. Videtur enim mihi unumquenq; noſtrum ſermonem habere oportere, eumq; prout poſſit pulcherrimũ, ex ordine ad dexteram, qui amoris laudem complectatur. Incipere autem debere primùm Phædrum. Nam & primus accumbit, & ſimul pater eſt ſermonis. Tum Socratem dixiſſe, nullus ô Eryximache, contra te decernet. Neq; enim ego abnuere poſſim, qui nihil aliud me ſcire aſſero, quàm amatoria: neq; ſanè Agatho, & Pauſanias, neq; etiam Ariſtophanes, cuius omnis eſt circa Dionyſium & Venerẽ conuerſatio: neq; alius quiſpiam ex his quos ego uideo. Quanquã non ex æquo ſors cõtinget nobis qui poſtremi accumbimus. Sed ſi priores ſatis & recte dixerint, nobis ſatis erit. Verũ bona fortuna auſpicetur Phędrus, & amorem laudibus uehat. Hæc autem etiam alij omnes collaudarunt, & eadem quæ Socrates, iubebant. Ac omnium quidem eorũ quæ unuſquiſq; dixit, neq; ita ualde Ariſtodemus meminerat, neq; ego illa omnia memoria teneo, quæ ille narrabat. Quæ uero maximè memoratu digna mihi uiſa ſunt, horum prout ſinguli dixerunt, uobis mentionem faciam. Primùm equidem, quemadmodũ dico, Phædrum dixit hinc dicere auſpicatum eſſe. PHAED. Magnus deus Amor eſt, & admirãdus inter homines & deos, multis quidem etiam alijs nominibus, non minus uero propter originem. Nam quod inter antiquiſſimos deos habetur, honorificũ exiſtit. Huius autem rei ſignum hoc eſt. Parentes enim amoris neq; ſunt, neq; ab aliquo referuntur, ſiue priuato, ſiue poeta. Verũ Heſiodus primùm quidem Chaos extitiſſe dicit, ſed poſtea terram amplam, omniũ ſedem tutam ſemper, atq; Amorem. Aſſerit enim poſt Chaos, duos hos genitos eſſe, Terram atq; amorem. Parmenides autem ortum dicit, Ante deos omnes primũ produxit Amorem, Heſiodo uero etiam Acuſilaus conſentit. Atq; ita ex multis locis Amor inter antiquiſſimos refertur. Cùm autem antiquiſſimus ſit, maximorũ bonorum nobis autor eſt. Non enim ego dicere poſſum, quòd ullum aliquod maius bonum eſt iuueni, quàm bonus amator: & amatori, quàm bonus iuuenis quem amet. Nam quod hominibus rectè

Ebrietatis mãlum

Bibere ad uoluptatem pro uoluntate

Tibicina ejecta

Euripidis Melanippe

Salis laus

Amor à nemine laudatus

Ad dextrã ſeramo habetur

Phædrus primus accumbit ſiniſtimus

Amor antiquiſſimus deorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiuere uolentibus per omnem uitam propoſitum eſſe debet, id neq; cognatio ita rectè inducere poteſt, neq; honores, neq; diuitiæ, neq; aliud quicquã, uelut ipſe Amor. Quid uero eſt id de quo dico? In rebus turpibus uerecũdia, in honeſtis ambitioſum ſtudium. Neque enim abſq; his aut ciuitas, aut priuatus aliquis, magna & honeſta opera efficere poteſt. Itaque aſſero ego uirum qui amat, ſi in turpi facto deprehendatur: aut perferens quid ab aliquo, propter animũ parum uirilem nõ ulciſcatur, neque ex patris, neque ex amicorum, neq; ex ullius alterius conſpectu ita grauem dolorem cõcipere, uelut ex eo quem amat, ſi is id cognoſcat. Idem hoc etiam in amato contingere uidemus, quòd præcipuè amantem ueretur, ubi in turpi aliquo deprehenſus conſpicitur. Si igitur hac industria ciuitas conſtrueretur, aut exercitus colligeret, ut ex amatoribus & amatis conſtarent, nõ fieri poſſit ut melius illa habitaretur, dum hi ab omnibus turpibus abſtinerent, & magna inter ſe ambitione ad honeſta contenderent. Quin & in prælijs tales inter ſe iuncti, etiamſi pauci eſſent, omnes tamen, ut ita dicam, homines ſuperarẽt. Nam uir qui amat, aut ordinem deſerere, aut arma abijcere, in amati conſpectu minus ſuſtinuerit, q; ſi ab alijs omnibus id facere uideatur: & prius utiq; mori optauerit. Sed & ut amatum relinquat, aut periclitanti non ſubueniat, nullus adeò ignauus fuit, quem non ipſe Amor numinis ſui afflatu ad uirtutem cõcitauerit, ut ei qui optimus natura ſit, ſimilis euaſerit. Et profectò quod Homerus dixit, deũ quibuſdã Heroibus robur inſpiraſſe: hoc amor amantibus præbet, de ſeipſo immiſſum. Quin & ſoli amãtes pro amatis mori expetunt, non uiri modo, ſed etiam mulieres. Cuius rei Peliæ filia Alceſtis ſatis amplum teſtimonium præbet, quæ ſola apud Græcos pro uiro ſuo mori non dubitauit, cùm tamen patrem ille haberet & matrem, quos ipſa propter amorẽ in tãtum dilectione ſuperauit, ut iſtos alienos à filio eſſe declararet, & nomine ſolo cõiunctos. Et hoc opere perpetrato, adeò præclarũ facinus perpetraſſe non hominibus modò, ſed etiam dijs uiſa eſt: ut cùm multi multa & honeſta facinora perpetrarint, paucis tamẽ numero ex his id præmij dij dederunt, ut anima ipſorũ ex orco reuerteretur, quod ſanè etiam illi datũ eſt: & huius facti admiratione ducti, etiam illius animã illinc remiſerunt. Ita etiam dij ipſi ſtudiũ & uirtutem circa amorẽ maximè honorant. Orpheũ uero Oeagri filium uoti ſui nõ perfectè cõpotem ex orco dimiſerũt, ſpectro uxoris oſtenſo propter quã ultro deſcenderat: ipſa autem non data illi eſt, q; molliter ſe gerere uideretur, ut qui citharœdus eſſet, & amoris gratia mori non auderet, quemadmodũ Alceſtis: ſed per induſtriã excogitaſſet, quomodo uiuus ad orcũ deſcenderet. Et propterea ſanè pœnã ipſi conſtituerũt, & ut ipſi mors à fœminis contingeret, fecerunt: & non uelut Achillem Thetidis filium honorarunt, ac in Beatorum inſulas tranſtulerunt, eo quòd quum audiuiſſet ex matre, quòd moriturus eſſet, ſi Hectorem occidiſſet: ſi uero hoc non feciſſet, domum reuerſurus eſſet, ac ſenex moriturus: illud eligere auſus fuerit, ut amatori ſuo Patroclo auxiliũ ferret, & mortem ipſius ulciſceretur, non ſolum pro ipſo mori paratus, ſed etiam illo perempto inſuper mortem obire. Vnde ſanè admirati dei ipſum excellenter honorarunt, quòd amatorem ſuum adeò multi feciſſet. Cæterum Aeſchylus nugatur, qui aſſerit Achillem Patroclo amatorem fuiſſe: quum non ſolum Patroclo, ſed omnibus heroibus præſtantior fuerit Achilles, & adhuc imberbis: deinde multò iunior, uelut Homerus dicit. At reuera hanc quidem circa amorem uirtutem dij maximè honorant. Magis tamen admirantur, & ſtupent, maioraq; præmia conferunt, cùm amatus amatorẽ diligit, quàm ubi amator amatum. Diuinior enim eſt amator, quàm amatus. Eſt enim numinis afflatu percitus. Quapropter etiam Achillem magis honorarunt, quàm Alceſtidem: illumq; in Beatorum inſulas tranſtulerunt. Sic itaque & ego Amorem antiquiſſimum deorum eſſe aſſero, & maximè honorandum: & ad uirtutem ac felicitatem conſequendam, hominibus tum uiuis, tum uita defunctis, maximam uim ac facultatem habere. Ac Phædrum quidem eiuſmodi quendam ſermonem habuiſſe, dixit Ariſtodemus. Poſt Phædrum uero alios quoſdam dixiſſe, quorum non ualdè ille meminerat. his itaq; omiſſis, Pauſaniæ ſermonem recenſebat, in hunc modum. PAVSANIAS. Nõ rectè uidetur mihi, ô Phædre, propoſita nobis eſſe hæc quæſtio, eo quòd ſimpliciter ita denũciatum eſt, ut laudemus amorem. Si quidem enim unus eſſet Amor, rectè ſe res haberet. Nunc uero unus non eſt. Quum autem unus nõ ſit, rectius fuerit prius prædixiſſe, qualem laudare oporteat. Ego igi-

Duo per omnẽ uitam proponenda

Ciuitas quæ ſit bene cõſtructa

Exercitus qui ſit præſtans

Alceſtidis amor erga uirum

Orphei amor erga uxorem

Achillis amor erga Patroclũ

Amoris uirtus à dijs honoratur

Amoris laus per Pauſaniã

Ego igitur hoc corrigere conabor, ac primùm dicere quem amorem laudare conueniat: & deinde illum prout dei dignitas poſtulat, laudare. Omnes equidem ſcimus, non eſſe Venerẽ ſine Amore. At ſi hæc una eſſet, unus eſſet itidem Amor. Quum uero duæ ſint Veneres, duos etiam neceſſe eſt eſſe Amores. Quomodo uero non ſint duæ Veneres? Altera enim antiquior eſt, & matre carens, Cœli filia, quam etiam cœleſtem cognominamus. Altera iunior, Iouis et Diones filia, quam ſanè uulgarem uocamus. Quare neceſſe eſt etiam Amorem alteri cooperantem, uulgarem rectè appellari, alterum autem cœleſtem. Laudare igitur omnes deos oportet: quæ uero utriuſq; Amoris opera ſint, explicare conari. Omnis enim actio hoc modo ſe habet. Ipſa quidem in ſeipſa dum peragitur, neque honeſta eſt, neq; turpis: uelut uerbi gratia, quod nos nunc facimus, aut bibere, aut canere, aut diſputare. Ex his non eſt ullum aliquod per ſe honeſtũ, ſed in ipſa operatione prout peractum fuerit, tale euadit. Si enim honeſtè peragatur ac rectè, honeſtum fit: ſin minus, rectè turpe. Sic ſanè etiam Amare & Amor, nõ omnis honeſtus eſt, neque laude dignus, ſed is qui nos ad honeſtè amandum impellit. Proinde uulgaris Veneris Amor reuera uulgaris eſt, & prout contigerit, omnia operatur: atque hic eſt per quem uiles ac uulgares homines amant. Amant autem tales non minus mulieres, quàm pueros, deinde eorum quos amant, corpora magis amant quàm animos. Poſtea prout contingere ipſis poſſunt, etiam ſtupidiſſimos amant: ad actionem ſolum reſpicientes, negligentes autem, honeſtè ac ſecus id ab ipſis fiat. Vnde ſanè contigit ipſis, ut prout quidq; ſe obtulerit, ita illud faciant, ſimiliter & bonum, & malum per omnia. Eſt enim hic Amor à dea, quæ multò iunior eſt quàm illa altera, & quæ utriuſque ſexus particeps eſt in ſuo ortu. At cœleſtis illius primùm quidem fœminei ſexus nõ participis, ſed maſculini tantum. Et eſt hic puerorum Amor. Deinde antiquioris illius, omnis contumeliæ exortis eſt. Quare ad maſculos ſe conuertunt, hi quos hic Amor afflauit, id quod natura robuſtius eſt, & magis mente præditum diligentes. Et in ipſo adeò puerorum amore cognoſcere quis poterit, eos qui ſynceriter ab hoc amore cõcitati ſunt. Non enim amant pueros prius, quàm incœperint iam mentem habere. Hoc autem tempus uicinum eſt illi quo pubeſcentes barbã producere incipiunt. Nam qui hinc amoris initium faciunt, præparati, uelut arbitror, ſunt, quo per omnem uitam ſimul conuerſentur, & communem uitam peragant: & non decepto illo, deriſoq;, uelut quem dum adhuc inſipiens eſſet, ſuſceperint, ſed alium amandum decurrant. Oportebat autem & legem conſtitutam eſſe, ut ne quis pueros amet, ut ne multum ſtudij in rem obſcuram inſumeretur. Incertus enim eſt puerorũ finis, quo'nam euaſuri ſint, tum in uirtute, tum in uitijs, animæ pariter atq; corporis. Boni igitur hanc legem ipſi ſibijpſis ultrò ponunt. Ad eandem uero etiam uulgares illos amatores cogere oportebat, quemadmodũ etiam ipſos cogimus, quantum poſſumus, ut ne liberas fœminas ament. Hi enim ſunt qui opprobrium inuexerunt, ut quidã dicere auſi fuerint. Turpe eſt amatoribus gratificari, dicunt autem talia ad hos reſpicientes, cùm ipſorum importunitatẽ ac iniuſtitiam uident: alio qui quæcunq; res honeſtè ac legitimè peragitur, minimè uituperari meretur. Et profectò lex de amore in alijs ciuitatibus lata facile intelligi poteſt. Simpliciter enim decreta eſt. Hic uero & in Lacedæmone uaria eſt. In Elide equidẽ, & apud Bœotos, & ubi non ſunt homines dicendi periti, ſimpliciter lege ſancitũ eſt, Honeſtum eſt amatoribus gratificari. Neq; quiſpiam ſiue iuuenis, ſiue ſenex, dicere poterit, quòd turpe ſit: ut ne, uelut arbitror, ſibijpſis negocia faciãt, ſi iuuenes oratione perſuadere conentur, cùm nulla dicendi facultate præſtent. At in Ionia, & alijs multis locis, ubi ſub barbaris habitant, turpe id eſſe lege receptũ eſt. Nam barbaris ob tyrannidem turpe hoc eſt, ſicut etiam philoſophia, & exercendorum corporum ſtudium. Non enim conducit principibus, ut ſubditi magna prudẽtia ſint prædíti, neq; ut amicitias ac ſocietates ualidas cõtrahant: quas res maximè ſolent tum alia omnia, tum amor ipſe inducere. Hoc uero etiam noſtri tyranni re ipſa cognouerunt. Nam Ariſtogitonis amor & Harmodij amicitia confirmata, ipſorum principatũ deſtruxit. Hoc itaq; modo, ubi quidẽ turpe eſſe amatoribus gratificari ſancitũ eſt, eorum qui legem tulerunt, culpa ſancitum eſt: principiũ quidem prærogatiua, ſubditorũ autem ignauia. Vbi uero ſimpliciter honeſtum eſſe lege receptum eſt, propter animi eorum qui legem tulerunt hebetudinẽ, ita ſancitum eſt. At hic longè rectius

Veneres duæ

Amores duo

Amor uulgaris etiam in mulieres

Puerorum finis incertus

Amatorib. grã tificari honeſtum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rectius lex poſita eſt: ſed uelut dixi,non facile eſt ipſam intelligere. Si quis enim ſecum expendat,quod à lege dicitur,hoc eſt. Præſtātius eſt apertè amare,quàm occultè,& maximè generoſiſſimos ac optimos,etiāſi deformiores ſint alijs. Et rurſus exhortatio contingit amatori ab omnibus admirāda, uelut qui nihil turpe faciat. Sed & ſi quod uoluit conſequutus eſt,honeſtum eſſe uidetur:& contrà,ſi conſequutus nō eſt,turpe. Quin & ad hoc, ut quod uult conſequatur, lex permiſit amatori, ut ob miranda quædam facta laudem reperiat, quæ ſi quis perpetrare audeat, aliud quid perſequens ac efficere cupiens quàm hoc ipſum, maximum ex philoſophia opprobrium incurreret. Si enim pecunias ab aliquo accipiēdi cupidus quis, aut in magiſtratu, aut alia aliqua poteſtate imperandi appetens,talia facere uelit,qualia amatores faciūt erga amatos, dum & preces, & in precibus ſupplicationes faciunt,& iuſiurandū præſtant,& præ foribus dormiunt, & uoluntarias ſeruitutes ſeruiunt,quales nullus ſeruus ſeruiat,impediretur utique ut ne ita rem perageret ab amicis pariter atq; inimicis, his adulationem & illiberalem aſſentationem exprobrantibus,illis admonentibus & erubeſcentibus ob amicum. At amatori omnia hæc facienti gratia adeſt, & à lege datum eſt hæc citra opprobriū facere,uelut qui honeſtiſſimā quandam rem peragat. Quod uero maximum eſt,quemadmodū uulgò fertur,ſoli huic iuranti uenia à dijs datur,ſi iuſiurandū tranſgreſſus fuerit. Venereum enim iuſiurandū non ualere dicunt. Ita & dij & homines omnia amatorē facere permittunt,uelut lex apud nos dicit. Hac igitur de cauſa putabit quis, honeſtiſſimū haberi in hac ciuitate,amare,& amatoribus amicos eſſe. Poſtquā autem patres pædagogos præficiunt amatis,qui non ſinunt ipſos cum amatoribus colloqui,hæc enim pædagogus ſibi demandata habet:& æquales itemq; alij exprobrāt, ſi quid tale fieri uideant:& ſenio res rurſus exprobrantes illos non compeſcunt, neq; obiurgant uelut qui non rectè dicant:ad hæc ſanè ſi quis reſpiciat,putabit rurſus turpiſſimū apud nos illud haberi. Verū res,uelut arbitror,in hunc modū ſe habet. Non eſt ſimplex,uelut ab initio dixi, neq; honeſta eſt ipſa per ſe,neq; turpis. Sed ſi quidē honeſtè peragit̄,honeſta eſt:ſi turpiter,turpis. Turpe igitur eſt,& improbo,& improbè gratificari. Honeſtū uero,& bono,& honeſtè. Improbus autem eſt ille amator uulgaris, qui corpus magis quàm animam amat. Neq; enim ſtabilis eſt,ut qui neq; ſtabilem rem amet. Simul enim ut corporis flos quem amabat, defloreſcit, auolat multos ſermones ac pollicitationes confundens. Qui uerò bonorum morum amator eſt, per uitam omnē permanet,ut qui in rei ſtabilis amore colliqueſcat. Hos ſanè lex noſtra bene ac diligenter examinare iubet,& his quidem gratificari,illos autem fugere. Et propterea hortatur,ut amati quidem illos accuſent,illi uero poſtulati cauſam dicant,inſtar eorū qui ludis præfecti ſunt, expendens ac examinās,ex utra parte ſit amator, & ex utra amatus. Hac itaq; de cauſa primū quidem ſi amatus citò ſe capiendū exhibeat,turpe cenſetur,quo tempus intercedat,quod pleraq; rectè examinare uidetur. Deinde pecunijs aut ciuili potentia capi,turpe eſt,ſiue in afflictionibus conſtitutus formidauerit,& non conſtanter tolerauerit, ſiue beneficijs affectus,aut pecunijs,aut ciuilibus munerib. in ſe collatis,non contemſerit. Nihil enim ex his firmum aut ſtabile eſſe uidetur,& præterea neq; generoſa amicitia ex ipſis contrahit̄. Vna itaq; reſtat legi noſtræ uia, ſi amatus amatori honeſtè gratificari debet. Eſt enim nobis lex, quemadmodū de amatoribus illa erat, ut ſi amator quodcunq; ſeruitutis genus ultro ſubire uellet,id neq; adulationis loco haberetur, neq; probroſum eſſet: ſic ſanè etiam alia una atq; ſola uoluntaria ſeruitus reſtat,quæ probroſa non eſt. Hæc autem eſt circa uirtutem. Lege enim nobis ſancitū eſt, Si quis aliquem colere uelit, putans fore ut per illum melior fiat,aut in ſapientia, aut in aliqua alia uirtutis parte: hanc uoluntariā ſeruitutem non turpem eſſe,neq; adulationē appellādam eſſe. Oportet itaq; cum hac lege coniungi ſimul & eam quæ de puerorum amore eſt, & eam quæ de tota philoſophia eſt ac reliqua uirtute,ſi id fieri debet ut honeſtū ſit, amatum amatori gratificari. Cùm enim ſimul conuenerint amator & amatus, uterq; legem habens,ille ut amato gratificāti inſeruiat, quacunq; re ipſi inſeruire iuſtum eſt: hic ut illi qui ipſum ſapientē & bonum facit, quicquid iuſtum eſt ſubminiſtret: & ille quidem ad prudentiam ac reliquam uirtutem conferre poſſit: hic uero opus habeat,ut eruditionē ac reliquam ſapientiam adipiſcatur: tūe ſanè his legibus ſimul in idem cōmiſſis, ſolummodo id contingit,ut honeſtum ſit amatum amari

Venereū iuſiurandum nō ualere

Pædagogorū cura

Amator improbus qui ſit, quique probus

Lex Athenis de amatorib.

tum amatori gratificari,aliàs autem nequaquā. Et in hoc etiam decipi minimè turpe eſt. In alijs uero omnibus & decepto & non decepto,pudorē affert. Si em̄ quis amatori uelut diuiti, diuitiarū gratia gratificatus,deceptus ſit, & pecunias nō accipiat,cùm amator pauper eſſe cōperiatur,nihilo minus turpe eſt. Videtur enim talis quantū in ſe eſt,oſtendiſſe,quòd pecuniarū gratia in quauis re cuicunq; inſeruierit: hoc autem honeſtū non eſt. Iuxta eandem rationem,etiamſi quis uelut bono gratificans,& uelut ipſe melior ſuperſidente,tamen honeſta eſt hęc deceptio. Videtur enim rurſus etiam hic quantum in ſe eſt declaraſſe,quòd uirtutis gratia, & ut melior fiat,omnia omnibus præſtare paratus ſit. Hoc autem rurſus præſtantiſſimū habetur. Ita penitus honeſtum eſt, uirtutis gratia gratificari. Hic eſt cœleſtis deæ Amor,etiam ipſe cœleſtis,& magni faciendus,tum ciuitatibus,tum priuatis omnibus,qui multam diligentiā ad uirtutem adhibere cogit amantem æquè ac amatum. Alij uero omnes uulgaris illius Veneris ſunt. Hæc,inquit Pauſanias,tibi,ô Phædre,ex tempore de amore produxi. Cùm autem Pauſanias pauſaſſet,ſic enim æqualia dicere dicendi periti me docent,dixit Ariſtodemus,oportuiſſe tum ex ordine Ariſtophanem dicere: accidiſſe autem ipſi ſingultum quendam,aut ex repletione, aut alia quadam ex cauſa illapſum, atque ita dicere non potuiſſe, ſed ipſum ad Eryximachum medicum propinquiſſimè accumbentē dixiſſe: Aequum eſt, ô Eryximache, ut aut ſingultū mihi ſedes,aut pro me dicas, donec ego ſingultire deſiero. Et Eryximachum dixiſſe,Imò ego ambo hæc faciam. Ego enim tuo loco dicā: tu uero ubi ſingultire deſieris,in meum ſuccedes. Interim uero dum ego dico, ſi quidē uoles citra reſpirationem ad multū tempus ſpiritū continere,ſedabitur tibi ſingultus: ſin minus, aquā gargariſſato. Si uero ualdè uehemens eſt,accepto aliquo huiuſmodi cum quo nares ſtimules, ſternutato. Et ſi hoc ſemel atq; iterū feceris,etiāſi ualde uehemens ſit,ſedabit̄. Tū Ariſtophanem dixiſſe,uix te ad dicendū conuertes,& ego hæc faciā. Tunc uerò Eryximachū ita dicere exorſum. ERYXIM. Videt̄ itaq; mihi neceſſariū eſſe,quando quidē Pauſanias ad dicendū rectè progreſſus,ſermonē non ſatis abſoluit,ut ego ipſi finem imponā. Equidē duplicem eſſe Amorem,rectè diſtinctū eſſe mihi uidetur. Quod uero nō ſolum in animis hominū eſt erga pulchros,ſed etiam erga alia multa,& in alijs tum animantiū omnium corporib. tum ex terra naſcentibus,& in omnibus (ut ſta dicam) rebus, id ex Medicina arte noſtra deprehendiſſe mihi uideor. Magnus em̄ eſt & admirandus deus, & qui ſe per omnia diuina pariter ac humana extendit. Initiū autem dicendi à Medicina faciā, quo etiam arti in primis honorē habeam. Corporū itaq; natura duplicem hunc amorē habet. Corporis enim ſanitas,& ægrotatio, ex cōfeſſo diuerſa ac diſſimilia inter ſe ſunt. Quod uero diſſimile eſt, diſſimilia concupiſcit & amat. Alius igitur eſt inſano amor, alius in ægroto. Et eſt ſanè, quēadmodū paulò antea Pauſanias dicebat, honeſtū bonis hominib. gratificari, turpe uero improbis. Sic etiā in ipſis corporibus bonis & ſanis in unoquoq; corpore gratificari honeſtū eſt, & gratificari oportet. Et hoc eſt id cui Medicinæ nomen obtigit. Malis aūt & morboſis gratificari turpe eſt,& minimè gratificari oportet, ſi quis in arte præſtans haberi uelit. Eſt enim Medicina, ut in ſumma dicam, ſcientia amorum corporis, ad repletionē & euacuationem. Et qui cognoſcit in his & honeſtum & turpem amorem, hic pro maximo medico habēdus eſt. Et qui tranſmutare poteſt,ut pro altero amore alterum quis adipiſcatur: & ut quibus amor non ineſt, cùm tamen ineſſe oporteat,ille inducatur: & ut quibus ineſt,eximatur,is profectò bonus fuerit opifex. Oportet enim ea quæ inimiciſſima ſunt in corpore, quantū eius fieri poteſt amica facere,& ut ſe mutuò ament efficere. Sunt autem inimiciſſima,ea quæ maximè ſunt contraria,frigidū calido, amarum dulci,ſiccum humido,& omnia alia huiuſmodi. His quum amorem & concordiam inducere noſſet progenitor noſter Aeſculapius,uelut bi poetæ prædicant,& ego credo,noſtram artem conſtituit. Omnis igit̄ Medicina, ita ut ego dico, per hunc deum gubernatur. Eodem etiam modo ars exercendi corpora,& agricultura. Quòd uero etiam Muſica eodem cum his modo ſe habeat,cuiuis manifeſtum eſt, qui uel parum animaduertere uolet. Fortaſſis autem & Heraclitus hoc dicere uult: nam uerbis non probè explicat. Vnū enim quod ipſum à ſeipſo diſcrepat,conſentire dicit, uelut harmoniā arcus & lyræ. Eſt autem multa abſurditas harmoniam di-

Decipi gratificantem quādo turpe

Falli gratificātem quādo honeſtum

Aequales dictiones

Singultus medelæ

Amor omnib. rebus ineſt

Medicina quid ſit

Aeſculapius

Artes quas deus mor gubernat

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam diſcrepare dicere,aut ex diſcrepantibus adhuc eſſe. Sed fortaſſis hoc dicere uolebat,quod ex diſcrepantibus prius acuto & graui,deinde uerò conſentientibus,facta eſt à Muſica arte harmonia.Non enim profectò ex diſcrepantib. adhuc acuto & graui harmonia eſſe poterit. Harmonia enim concentus eſt. Concentus autem,concordia quædam.Cõcordiam autem ex diſcrepantibus donec diſcrepant eſſe,fieri nõ poteſt.Quod autem rurſus diſcrepat,& non conſentit,id ut ad harmoniam congruat,fieri nõ poteſt. Quemadmodum etiam rythmus ex ueloci & tardo, prius quidem diſcrepantibus, poſtea uero conſentientibus factus eſt.Conſenſum autem omnibus his, uelut illic Medicina,ita hic Muſica indit,amorem & concordiam mutuam inducens. Et eſt rurſus Muſica ſcientia amoris circa harmoniam & rythmum. Et ſanè in ipſa harmoniæ ac rythmi conſtitutione, non ita operoſum eſt amorem cognoſcere : neq; duplex amor hic quodammodo eſt, ſed tum demum ubi ad homines rythmo & harmonia utendum eſt : aut dum quis ipſe carmina facit,quod ſanè melopœam uocant:aut dum iam factis carminibus ac metris rectè utitur,quod pædiam,hoc eſt diſciplinã, appellant:hic profectò operoſum eſt, & bonum artificem requirit. Nam hic rurſus idem ſermo repetendus uenit. Quod honeſtis hominibus,& ut hi qui nõdum ſunt honeſtiores fiant, gratificari oportet,& horum amorẽ conſeruare.Et hic eſt honeſtus,cœleſtis,& cœleſtis Muſæ Vraniæ amor. At uulgaris ille Polymniæ eſt, quem ſanè cautè admittere oportet, ut ne quis ea quæ ille offert,indiſcriminatim aſſumat, quo uoluptatẽ quidem ſibi demetat, intemperantiam uero nullam inducat.Quemadmodũ in noſtra arte arduum factu eſt,cupiditatibus circa artem ſtructoriã obſoniorum rectè uti,ut citra morbum uoluptate fruamur. Sedet & in Muſica,& in Medicina,& in aliis omnib. diuinis pariter ac humanis,utrumque amorem obſeruare oportet, quantum eius fieri poteſt. Ineſt enim uterq; omnibus. Nam & temporũ anni conſtitutio ambobus his plena eſt. Et ubi quidem temperatũ inter ſe habuerunt amorem, & ea quæ modò dicebam, calida & frigida, ſicca & humida, harmoniam ac temperaturã acceperint moderatam, nobis afferunt anni fertilitatem & ſanitatem,& hominibus, & aliis animantibus, & plantis, & nulla iniuria nos afficiunt. Cùm autem contumelioſus amor potentior circa anni tempora fuerit, multa corrumpit,& iniuria afficit:Nam & peſtes ex talibus oriri ſolent,& alij multi inæquales morbi, tum in brutis,tum in plantis. Etenim pruinæ, & grandines, & rubigines ex redundantia ac intemperantia huiuſmodi amorum inter ſe oriuntur : quorum ſcientia & de aſtrorum motus fertilitate, & de temporibus anni, Aſtronomia uocatur. Quin & inſuper ſacrificia omnia,& ea quibus uaticinatio præeſt (ea uero ſunt cõmunicatio illa quæ eſt inter deos ac homines inter ſe)non circa aliud uerſantur,quàm circa amoris cuſtodiam ac medelam. Omnis enim impietas committi ſolet, ſi quis non honeſto amori gratificetur,neq; ipſum honoret,& in oĩi opere primas tribuat:ſed circa alterũ uerſetur, tum in his quæ ad parentes & uiuos,& mortuos, tum in his q̃ ad deos pertinẽt. Itaq; uaticinandi arti demandatũ eſt,ut inſpiciat & curet amores. Eſtq; rurſus Ars uaticinãdi amicitiæ deorum ac hominũ opifex,eo quòd nouit hominum amores,qui & ad fas ac honeſtatẽ & ad impietatem tendunt. Adeò multam ac magnã, imò omnem uim comprehenſim in ſe habet omnis amor.Qui uero circa bona cum temperantia & iuſtitia perficitur, hic & apud nos,& apud deos maximã uim haber,& omnem nobis felicitatẽ efficit,quo & inter nos conuerſari poſſimus,& diis qui nobis præſtantiores ſunt,amici eſſe. Fortaſſis equidẽ & ego dum amorẽ laudo,multa omitto:non tamen uolens hoc facio. Verùm ſi quid prætermiſi,tuũ opus fuerit Ariſtophanes, ut id expleas. Aut ſi quo alio modo deũ laudare inſtituiſti,laudato : quandoquandoquidẽ & ſingultus tibi ſedatus eſt. Excepto igitur hoc ſermone,Ariſtophanẽ dixiſſe, ait Ariſtodem:quòd ſanè ſedatus eſſet ſingultus,non tamen prius q̃ ſternutationẽ adhibuiſſet:quare ego admiror,ſi tẽperies corporis moderata tales ſtrepitus ac titillationes expetit, qualis eſt & ſternutatio. Statim em̃ ſedatus eſt, poſtq̃ ipſi ſternutationẽ admoui. Tum Eryximachũ dixiſſe, Vide bone Ariſtophanes,quid facis.Riſum moues,cũ dicturus ſis:& me ſermonis tui obſeruatorẽ fieri cogis, ſi quid fortaſſe ridiculũ dixeris : cùm licuiſſet tibi in pace dicere.Et Ariſtophanem riſiſſe,ac dixiſſe, Bene dicis,Eryximache, & ſint ea quæ dixi,non dicta. Verùm me obſerues.Ego em̃ uereor de his quæ mihi dicenda ſunt,nõ ut ne ridicula dicã : (hoc enim lucro eſſet,& Muſæ noſtræ proprium :) ſed ne meritò deridenda. Emiſſo itaq; iaculo dixiſſe Eryximachum, Ariſtophanes te fuga elapſurum eſſe ſperas ? Imò adhibementem,& ſic dicito,uelut rationem daturus: fortaſſis tamen ſi uiſum fuerit mihi,dimittam.Tum uerò Ariſtophanem dixiſſe, Alio profectò modo Eryximache dicere cogito, quàm quo tu & Pauſanias dixiſtis. ARISTOPH. Mihi enim uidentur homines amoris uim penitus non percepiſſe : alioqui ſi percepiſſent, maxima ipſi templa conſtruxiſſent,arasq; ac ſacrificia maxima feciſſent, nõ quemadmodum nunc nihil horum fit erga ipſum,quum tamen maximè fieri oporteret. Eſt enim omnium deorum humaniſſimus,ut qui adiutor hominum ſit, & eorum malorum medicus:quæ ſi curata eſſent, maxima humano generi felicitas contingeret. Proinde conabor ego uim ipſius uobis exponere. Vos autem aliorum deinde doctores eritis. Primùm uero humanam naturam nos diſcere oportet, & ipſius affectiones. Nam uetus noſtra natura non hæc erat quæ nunc eſt,ſed ab hac diuerſa. Ab initio etenim tria hominum genera erant, non uelut nunc duo ſunt,mas & fœmina. Verùm & tertium erat, amborum horum commune,cuius nunc nomen reliquum eſt,ipſum autem deletum eſt. Androgynorum enim ſe miuirorum tunc una ſpecies & appellatio erat, ex ambobus mare & fœmina communis.Nunc autem non eſt,niſi in opprobrio poſitum id nomen.Deinde tota uniuſcuiuſque hominis ſpecies rotunda erat, dorſum & latera in circulum habens. Manus autem quatuor habebat, totidemq; pedes. Et facies duas in ceruice rotundiore penitus ſimiles.Verùm caput unum utriſq; faciebus ex oppoſito ſitis incumbens.Et aures quatuor, & pudenda duo,& reliqua omnia uelut ex his cõiectare quis poſſit.Ibant autem etiam erecti uelut nunc,in utram uellent partẽ. Et ſi quãdo citò progreſſum facere cuperent, tunc inſtar petauriſtarum eorum qui in caput deuoluuntur,& erecta crura circumferentes in gyrum ſe uolutant,octo membris innitentes,citò circunferebantur. Erant autem propterea tria genera, eaq; huiuſmodi, quòd mas eſſet ab initio ex Sole genitus,fœmina ex terra amborum particeps ex Luna, eo quòd etiam Luna amborum particeps eſt. Rotunda uero erant & hæc ipſa, & inceſſus ipſorum, eo quòd parẽtibus ſimiles eſſent. Erant itaq; fortitudine & robore præſtantia,et elatos animos habebant.Quare aggreſſi ſunt deos : & quod Homerus de Oto & Ephialto dicit,de illis fertur,quòd conati fuerint in cœlum aſcendere, & deos deturbare. Iupiter igitur & reliqui dij conſultauerunt quid agendum eſſet,& diu ambigebant. Neque enim occidendos eſſe uidebatur,ut ne uelut Gigantibus fulmine ictis genus ipſorũ deleretur : honores enim & templa ipſis ab hominibus ſubuertebantur : neque rurſus quomodo iſtam inſolentiam permitterẽt, inueniebant. Tandem uerò Iupiter inuenta uia dixit : Videor mihi inueniſſe modum quo & ſint homines,& inſolentes eſſe deſinant, ſed debiliores fiant. Nunc enim diſſecabo ipſos,inquit,ſingulos in duas partes,& ſimul ita debiliores fient,ſimulq; nobis uti liores,eo quòd plures numero erũt. Et erecti duobus cruribus iter facient.Si uero quid inſolenter tentare uiſi fuerint, & quietem agere noluerint, rurſus in duas partes ipſos diſſecabo,quo uno crure ſaltantes incedant.Atque hæc loquutus, homines in duas partes ſecuit,uelut hi qui oua ſecant, ubi ipſa condita aceto ac ſale, proponere in menſam uolunt : aut uelut hi qui oua pilis diuidunt. Vt igitur aliquem ſecuiſſet, Apollinem & faciem,& ceruicis dimidium ad ſectionem cõuertere iuſſit,quo homo inſpecta ſectione,de cætero moderatior eſſet,& ita reliqua ſanare præcepit.Apollo uero & faciẽ conuertit,& cutem undiquaq; contrahens ad eum qui nunc uenter appellatur, & uelut in crumenis quæ contrahi ſolent, unum oſculum faciens,circa medium uentrem obligabat eum quem umbilicum uocant, & alias quidem multas rugas leuigabat, & pectora efformabat ac explicabat,eiuſmodi quopiam inſtrumento utens,quale habent ſutores, ubi coriorum rugas circum pedis formam expoliunt : paucas autem circa ipſum uentrem ac umbilicum relinquebat, ut ueteris afflictionis monumentum eſſent. Poſtquam igitur natura in duas partes diuiſa fuit, ſingulæ dimidiæ partes ſuam dimidiam partem expetentes concurrebant, & manibus circumiectis mutuò ſe amplexabantur, coaleſcere cupientes, atque ita præ fame moriebantur, itemq; præ reliqua ſegnicie, eo quòd nihil ſeorſum ſine alterius opera facere uellent. Et ſi quando aliqua dimidia para mortua eſſet,& altera ſuperſſet, quæ reſtabat,aliam quærebat, eamq; amplexabatur, ſiue in mu-

Muſica quid ſit

Anni fertilitas ex temporum amore

Aſtronomia quid ſit

Ars uaticinandi quid ſit

Amoris laus per Ariſtophanem

Hominum genera tria Androgyni

Petauriſtæ

Homines ſecti in duas partes

Simile ad oua ſecta

Simile ad crumenas

Universidad de Deusto
Biblioteca

ue in mulieris totius dimidiam partem incurriſſet, quàm ſanè nunc mulierem uocant, ſi ue in uiri dimidiam partem: atque ſic quoque peribant. Miſertus itaque Iupiter aliam artem exquirebat, & pudenda ipſorum in anteriorē partem tranſponit. Hactenus enim *Simile ad cicadas* & hæc foris habebant, & generabāt, & pariebant, non in ſe mutuò, ſed in terram, uelut cicadæ. Tranſpoſuit igitur hoc modo pudenda ipſorum in anteriorem partem, & per hæc generationem inter ipſos induxit, per marem in fœmina, hac de cauſa, quo in com plexu, partim quidem ſi uir in mulierem incideret, ut generarent, & generis ſucceſſio contingeret: partim uero ſi mas in marem, ſatietas ſaltem eius conſuetudinis oboriretur, & interquieſcerent, & ad opera ſe cōuerterent, & reliquæ uitæ curam haberent. Ex *Amoris antiquitas* eo igitur tempore mutuus hominibus amor inſitus eſt, & ueteris naturæ conciliator, & qui unum ex duobus facere conatur, & ſanare humanā naturam. Vnuſquiſq; igitur noſtrum eſt hominis ſegmentum, ut qui ſectus ſit uelut rhombi ex uno duo. Quærit itaq; quiſq; ſuijpſius ſegmentum. Proinde qui uiri communis illius ſpeciei ſegmentum ſunt, *Adulteriorum cauſæ* quæ ſanè tunc ſemiutra appellabatur, hi mulieres amant, & multi adulteri ex hoc genere fuerunt. Et quæ rurſus mulieres, hæ uiros amāt, & adulterę ex hoc genere fiunt. Quæ cunq; uero mulieres mulieris ſegmentum ſunt, hæ non ualde uiris deditæ ſunt, ſed ma- *Tribades* gis ad mulieres ſe conuertunt: & ex hoc genere ſunt illæ, quæ Tribades appellantur. Qui uero maris ſegmentum ſunt, mares perſequuntur. Et quandiu quidem pueri fuerint, ut qui maris fruſta ſint, uiros amant, & uiris coaccumbere ac complicari gaudent. Et hi ex pueris & adoleſcentibus præſtantiſſimi ſunt, ut qui natura ſint maxime uiriles. Verùm quidam ipſos impudentes eſſe falsò dicunt. Neque enim ex impudentia hoc faciunt, ſed ex fiducia, & uirilitate ac maſculo aſpectu, id quod ipſis ſimile eſt, amplectentes. Magnum autem eius rei indicium inde contingit, quod ubi ad perfectam ætatem *Rempub. qui maximè capeſſant* deuenerint, tales uiri ſoli reipublicæ adminiſtrationem capeſſunt: & poſtquam in uiros euaſerunt, pueros amant, & ad nuptias, & ad liberos generandos, natura animum non aduertunt, niſi à lege cogantur, ſed ſatis eſt ipſis ut inter ſe uitam degant abſque nuptijs. Talis igitur penitus puerorum & amicorum amator euadit, ſemper id quod ſibi cognatum eſt amplectens. Quum igitur in illam ipſam ſuijpſius dimidiam partem incidérit & puerorum amator, & quiuis alius, tunc & mirum in modum obſtupeſcunt, & præ amicitia familiaritateq; ac amore, ne minimum quidem tempus inter ſe ſeparari, ut ita dicam, uolunt. Et qui per omnem uitam mutua cōiunctione degunt, hi ſunt, qui ne- *Maſculi amoris non eſt uerecunda conſuetudo* que dicere poſſint, quid alter ab altero uiciſſim expetat. Neq; enim uideri poterit Venereorum conſuetudo id eſſe, ut uidelicet eius gratia alter alterius conuerſatione delectetur, tam magno adeò adhibito ſtudio. Verùm aliud quid ſe uelle utriuſq; anima declarat, quod exprimere non poteſt: ſed quod uult uaticinatur, & obſcuris indicijs innuit. Et ſi ipſis in eodem loco accumbentibus adſtaret Vulcanus, ſua ſecum habens inſtrumenta, & interrogaret, Quid eſt tandem, ô homines, quod uobis uiciſſim contingere uultis? Etſi ambigētes ipſos rurſus interrogaret, Num hoc cupitis, ut in eodem ſimul *Amor ex duobus unum fieri cupit* inter uos maximè ſitis, ut neq; nocte, neq; die alter ab altero diſcedat? Si enim hoc cupitis, uolo uos liquefacere, & in idem conflare ita, ut coaleſcatis: & quum duo ſitis, unus fiatis: & quàm diu uixeritis, ut uelut unus eſſetis, ambo communiter uiuatis: & ubi mortui fueritis, illic rurſus in orco pro duobus unus mortuus in commune ſitis. Verùm uos tui fueritis, illic rurſus in orco pro duobus unus mortuus in commune ſitis. Verùm uos uidete an hoc ametis, & an ſufficiat uobis, ſi hoc aſſequamini. Hæc ſi ex Vulcano audiret, nullus ſcio, abnegaret, neq; aliud quicquā uelle appareret: ſed reuera hoc ſe audiuiſſe putaret, quòd dudum ſanè expetiuit, nimirum ut commixtus ac colliquefactus cum amato, ex duobus unus fiat. Hæc eñ eſt cauſa, quòd uidelicet uetus noſtra natura hæc erat, & eramus toti. Totius igiť cupiditatis ac expetētiæ nomen eſt Amor. Et antehac, uelut dixi, unum eramus. Nunc autem propter iniuſtitiam diſſecti ſumus à Deo, quem *Arcades à Lacedæmonijs diſſecti* admodum Arcades à Lacedæmonijs. Timendum igitur eſt, ſi non modeſti fuerimus erga deos, ut ne etiam rurſus diſſecemur, & obambulemus uelut hi qui in columnis expreſſi ſunt naribus diſſectis, facti exclunes & circa coxas extenuati, uelut animalcula *Liſpæ animalcula* quæ Liſpæ appellantur. Verùm hac de cauſa oportebat omnes homines uiciſſim ſe cohortari ad pietatem erga deos, ut hæc quidem effugiamus, illa uero conſequamur, proꝓ ut Amor nobis dux eſt & imperator, cui nemo contraria faciat: facit autem contraria, quiſquis

quiſquis dijs aduerſatur. Si enim amici fuerimus, ac recōciliati Deo, inueniemus & conſequemur amatos, quiſque ſuum ipſius, id quod nunc pauci faciunt. Et ne excipiat Eryximachus ita hunc ſermonem, ut reprehendat. Nam ad Pauſaniam & Agathonem hęc dico: fortaſſis enim & hi ex iſtorum numero ſunt, & ambo natura mares exiſtunt. Proinde hoc pronūcio ego de omnibus uiris ac mulieribus, quòd hoc modo felix noſtrum genus eſſet, ſi amorem perficeremus, & ſi amatū quiſq; ſuum adipiſceretur, ad priſcam *Amor felices facit* naturam reuerſus. Si uero hoc optimum eſt, neceſſe eſt & ex his quæ nunc adſunt, id quod huic proximum eſt, optimum eſſe, hoc eſt amatos adipiſci, qui ex natura conſentiant. Et huius ſanè cauſam & autorem Deum ſi laudare uelimus, meritò utiq; amorem laudauerimus, qui & in præſens nobis plurimum opis affert, dum nos ad id quod nobis proprium eſt, deducit: & in poſterum maximas ſpes inducit, fore ut ſi nos erga deos pij ſumus, in priſtinam naturam nos reſtituat, & curatos nos, beatos ac felices faciat. Hic, inquit, meus eſt Eryximache, de amore ſermo, alius quàm tuus. Quemadmodum igitur rogaui te, ne reprehendas ipſum: quo etiam reliquos audiamus, quid unuſquiſq; dicat, imò potius quid uterque. Agatho enim & Socrates adhuc reliqui ſunt. At ego tibi morem geram, ait ille, dixiſſe Eryximachū: nam & mihi oratio tua iucunda fuit, & niſi ſcirem & Socratem, & Agathonem, circa amorem potentes eſſe, ualde ſanè timerem, ne non habeant quod dicant, eo quòd multa & uaria dicta ſunt. Nunc tamen de ipſis confido. Socratem itaq; dixiſſe: Rectè equidem de me ſolicitus fuiſti, ô Eryximache. Si uero eo loco eſſes, in quo nunc ego ſum, uel fortaſſis potius in quo ero, poſtquam etiam Agatho dixerit, ſatis ſcio adhuc magis timeres, & in omni ſolicitudine, quemadmodū nunc ego, conſtitutus eſſes. Tum autem Agathonem dixiſſe, Incantare me uis, ô Socrates, quo conturber ex eo quòd putem theatrū magnum habere de me expectationem, uelut qui optimè ſim dicturus. Et Socratem, Obliuioſus eſſem, ô Agatho, dixiſſe, ſi te nunc coram nobis tam paucis hominibus turbari poſſe putarem, quum paulò antè uiderim fortitudinem ac magnanimum ſpiritum tuum, dum in ſuggeſtum cum hiſtrionibus tuis aſcenderes, & intrepidè tantum theatrum inſpiceres, quod ſam doctrinā tuam magnificare parabat, & neq; ullo aliquo modo conſternareris. Tum uero Agathonem dixiſſe: Nunquid ô Socrates, theatro adeò plenum adhuc me putas, ut etiam ignorem, quòd homini mente prædito pauci ſapientes multis inſipientibus magis ſint uerendi? Et non rectè facerem, ô Agatho, dixiſſe Socratem, ſi de te aliquid ſiniſtri ſuſpicarer. Verùm ſatis ſcio, quòd ſi in aliquos incidas, quos ſapientes eſſe putes, maiorem ipſorum rationem habeas, quàm multorum è uulgo. At hi non'ne nos eramus? Nos enim & illic aderamus, & de multorum è uulgo numero eramus. Si uero in alios ſapientes incidas, fortaſſis ipſos uereariſ, ſi forte quid quod turpe ſit, facere te putes. Aut quo modo dicis? Tum illum, uera refers, dixiſſe. Verùm multorū uulgus non uerearis, ſi quid turpe facere te putes? Et tum Phædrum, dixit ille, ſermonem excepiſſe, ac dixiſſe: Si reſponderis, optime Agatho, Socrati, nihil amplius curabit ipſe quicquid tandem hic peragatur, ſi modò habeat cum quo colloquatur, præſertim ſi is ſit etiam pulcher. Ego autem libenter quidem audio Socratem diſputantem. Verùm mihi neceſſarium eſſe uidetur, ut curam habeamus laudandi amoris, & ut de unoquoq; ueſtrum orationem accipiamus. Poſtquam igitur uterq; laudem Deo tribuerit, ſic tandem ad diſputationem ſe conuertat. AGATHO. At his auditis Agathonem dixiſſe, Rectè dicis, ô Phædre, ne *Amoris laus, per Agathonem* quę quicquam me prohibet, quo minus dicam. Cum Socrate enim rurſus etiam ſæpe diſputare licebit. Ego uero primùm dicere uolo, quatenus me dicere oportet, atque ita deinde dicere: uidentur mihi omnes qui ante me dixerunt, non deum ipſum laudaſſe, ſed homines beatos prædicaſſe, ob ea bona quæ deus ipſis ſuppeditat. Qualis uerò ipſe ſit qui hæc largitus eſt, nemo dixit. Vnus autē modus rectus eſt in omni laude, de quocunque inſtituta, ut qualis is ſit de quo nobis inſtituta eſt oratio, ut talium bonorum au- *Encomiorum ratio* tor & cauſa ſit, primum explicemus: Ita ſanè iuſtum eſt & nos Amorem collaudare: primùm ut qualis ſit, ipſe dicamus, deinde ipſius dona recenſeamus. Proinde aſſero ego, quum dij omnes beati ſint, Amorem ſi fas eſt dicere, & abſit inuidia uerbo, beatiſſimū omnium eſſe, ut qui inter ipſos pulcherrimus ſit, & optimus. Quum autem pulcherri- *Amor rectiſſimus deorum* mus ſit, talis eſt. Primùm quidem maximè iuuenis, & recentiſſimus eſt deorum, ô Phædre: atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

dre: atque huic ſermoni magnum teſtimoniũ ipſe præbet, dum fugit ſenectutem, quæ uelox nimirum exiſtit, atque ideo citius quàm oportet, nobis aduenit. Hanc itaq; ex natura Amor odio habet: & ſi multa ſit, ne propè quidem accedit. Cum iuuenibus autem uerſatur, ipſiſq; adeſt. Nam uetus illud uerbum rectè habet, quòd ſimile ſemper ad ſimile accedit. Ego uero quum multa alia Phædro concedam, in hoc non aſſentior, quòd Amor Saturno & Iapeto ſit antiquior. Sed recentiſſimum deorum ipſum eſſe cenſeo, & ſemper iuuenem. Verùm priſca illa facta circa deos, quæ Heſiodus & Parmenides produnt, ex neceſſitate, non ex Amore facta eſſe iudico, ſi modò illi uera retulerunt. Non enim caſtrationes, neque uincula inter ipſos facta eſſent, aliaq; multa ac uiolenta, ſi amor inter ipſos fuiſſet: ſed amicitia & pax, quemadmodũ nunc, ab eo tempore ſunt, quo Amor regnum in deos exercet. Iuuenis itaque eſt, & ad hoc etiam tenellus. Opus autem habet poeta, qualis erat Homerus, ad teneritudinem Dei declarandam. Homerus enim Aten deam eſſe dicit, eam' que teneram, pedes ſaltem ipſius teneros eſſe aſſerens his uerſibus:

Huic teneriq; pedes, neq; enim ueſtigia firmat
Ad terram, per ſumma means capita ipſa uirorum.

Amor tenellus eſſe unde cognoſcatur

Rectè igitur teneritudinem eius declarare mihi uidetur, quòd non per dura incedit, ſed per mollia. Eodem itaq; ſigno etiam nos utemur circa Amorem, quòd tenellus ſit. Non enim per terram incedit, neq; per caluarias, quæ non ſunt ita ualde molles, ſed in molliſſimis rebus & uadit, & habitat. Nam in moribus & animis deorum ac hominum habitationem firmat, & nec in his rurſus omnibus: ſed ſi in aliquem inciderit duris moribus præditũ, diſcedit: ſi uero in mollem, inhabitat. Quum itaq; ſemper & pedibus, & toto contingat molliſſimas molliſſimarum rerum partes, tenerrimum eſſe neceſſe eſt. Recentiſſimus igitur, & maximè iuuenis, et tenerrimus eſt. Et ad hæc liquidam ſpeciem habet. Non enim undique ſe circumplicare poſſet, neq; per omnem animam & primo ingreſſu, & exitu latere, ſi durus eſſet. Moderatæ uero & liquidę ſpeciei magnum ſignum eſt Venuſtas, quam ſanè præ omnibus excellenter, & ex confeſſo Amor habet. Impudentia enim & Amor perpetuum inter ſe bellum gerunt. Coloris autem pulchritudinem, conuerſatio Dei inter flores ſignificat. Nam in non florente, & eo quòd defloruit, & corpore, & anima, & quacunq; alia re, Amor non inſidet. Vbi uero floridus & odoratus fuerit locus, hic & ſedet, & manet. De pulchritudine igitur Dei hæc ſufficiunt, & adhuc multa dicenda reſtant. De uirtute uero Amoris poſt hæc dicendũ eſt. Et hoc quidem maximum eſt, quòd Amor neq; iniuriam facit, neq; iniuriam patitur, neq; à Deo, neque in Deum: neq; ab homine, neque in hominem. Neq; enim ipſe per uim patitur, ſi quid patitur. Vis enim Amorem non contingit, neq; ipſe uim facit. Quiſq; enim ultrò Amori omnia ſubminiſtrat. Quæ uero quis uolens uolenti conceſſerit, ea leges ciuitatum reges iuſta eſſe decernunt. Porrò ad iuſtitiã plurimæ etiam temperantiæ particeps eſt. Temperantiã enim fatentur eſſe, ſuperare uoluptates ac cupiditates: nullam autem uoluptatem potentiorem eſſe Amore. Si uerò inferiores ſunt, ſuperãtur utiq; ab Amore, hic uero ſuperat. Si autem uoluptates & cupiditates ſuperat Amor, excellenter ſanè temperans eſt. Quin & in fortitudine Amori neque Mars reſiſtit. Non enim habet Amorem Mars, ſed Amor Martem, uelut Veneris fabula narrat. Præſtantior autem eſt is qui habet, eo qui habetur. Quum autem fortiſſimũ omnium aliorum ſuperet, omnium utique fortiſſimus fuerit. De iuſtitia igitur, & temperantia, & fortitudine Dei dictũ eſt: reſtat ut de ſapientia dicamus. Quantum igitur eius fieri poteſt, conandum eſt ut nihil prætermittamus. Et primùm quidem ut & ego noſtram artem honorem, quemadmodum Eryximachus ſuam. Poeta adeò ſapiens eſt Deus hic, ut etiam alios poetas facere poſſit. Quilibet itaque quem Amor contigerit, poeta fit, etiamſi prius à Muſis alienus fuerit. Quo ſanè teſtimonio nos uti conuenit, quòd Amor poeta bonus eſt: in ſumma, totius poetices eius quæ ad Muſicam ſpectat. Quæ enim quis aut non habet, aut nõ nouit, ea neque alteri dare poterit, neque alterum docuerit. Quin & animalium omnium generationem quis aduerſabitur, ut ea non ſit ſapientia amoris, qua omnia animalia gignuntur ac naſcuntur? At in artium opificijs non' ne hoc nouimus? quòd cuiuſcunque hic Deus magiſter fuit, is eximius ac præclarus euaſit: quem uero Amor non contigit, obſcurus

Amor ſpecie liquidus

Amor inter flores

Amor uim nec infert, nec patitur

Amor temperans eſt

Amoris fortitudo

Amor poeta eſt, & poetas facit

obſcurus. Sagittandi porrò artem, & Medicinam, & Vaticinationem Apollo cupiditate & amore duce inuenit. Quare etiam hic Amoris diſcipulus eſt. Sed & Muſæ Muſicam inuenerunt, et Vulcanus artem fabrilem, & Minerua texendi artem, & Iupiter deorum & hominum gubernationem. Quare etiam deorum opera intercedente Amore, pulchritudinis uidelicet, conſtructa ſunt. Turpitudini enim non ineſt Amor. Ante hoc uero tempus uelut ab initio dicebam, multa et horrenda à dijs perpetrabantur, atque ea uelut fertur, propter neceſſitatis regnum. Poſtquam uero hic deus extitit, ex honeſtarum ac pulchrarum rerum amore omnia bona & dijs & hominibus oborta ſunt. Atque ſic ſanè mihi uidetur, ô Phædre, Amor primus ipſe pulcherrimus ac optimus eſſe, & poſtea alijs aliorum eiuſmodi bonorum autor ac cauſa eſſe. Venit autem iam mihi in mentem, ut etiam quid metro comprehenſum proferam,

Artium inuentio per Amorẽ

Etenim
Pacem homines inter, pelago facit ille quietem,
Ventis dat requiem, curas ſopitq; profundas.

Amoris dona

Hic eſt qui alienationẽ à nobis euacuat, familiaritate uero nos replet, ut qui eiuſmodi congreſſus omnes inter nos conſtituit, ut conueniamus in ſolennibus feſtis, in tripudijs & ducendis choreis, in ſacrificijs præſidens dux, manſuetudinem ſuppeditans, feritatem exterminans, beneuolentiæ largitor, maleuolentiæ expulſor, propitius, bonus, ſapientibus ſpectabilis, dijs admirabilis, inopibus expetendus, opulentis comparandus: deliciarum, illecebrarum, uoluptatis, gratiarum, iucunditatis ac deſiderij pater, ſtudioſus bonorum, negligentes malorum: in labore, in timore, in deſiderio, in ſermone gubernator, in nauem unà cum nauigantibus aſcenſor, adſtes, & optimus ſeruator, omniũ deorum ac hominum ornamentum, dux pulcherrimus, ſimulq; optimus: quem omnes homines ſequi oportet, pulchrè accinentes, & pulchra cãtilena participantes, quam canit ille omnium deorum ac hominum mentes demulcens. Hæc, inquit, oratio de me, optime Phædre, deo ſit dicata, partim luſu, partim ſerio ſtudio, pro mea mediocritate cõſtans. Quum autem dixiſſet hæc Agatho, ait Ariſtodemus omnes præſentes applauſiſſe, uelut adoleſcens dixiſſet ita, ut & ipſum, & deum decebat. Socratem igitur oculis ad Eryximachum conuerſis, dixiſſe, Nunquid uideor tibi, fili Ameni, metum ſine metu metuiſſe, & non ex uaticinio ea quæ paulo antè dicebam, dixiſſe, quòd admirandã orationem Agatho habiturus eſſet, ego uero quòd dicerem, non habiturus eſſem? Tum uero Eryximachum dixiſſe, Alterum quidem ex uaticinio dixiſſe mihi uideris, quòd Agathon bene dicturus eſſet: quod autem tu non habiturus eſſes quod diceres, non equidem arbitror. Et quomodo, ô bone, dixiſſe Socratem, nõ de dicendis ambigam & ego, & quiuis alius, quum dicturus ſim poſt orationem ita pulchram, & uariam, luculenterq; habitam. Et reliqua quidem non ſimiliter ſunt admiranda. At pulchritudinem nominum & uerborum ad finem adiectam quis audire poſſet, & non conſternari? Nam ego ſanè mecum cogitans, quod ipſe nequaquam poſſim, ne propè quidem, ad hanc dicendi uim accedere, fermè præ pudore aufugeram, ſi quis fugæ locus patuiſſet. Etenim Gorgus fabula me admonuit, ut ferè illud apud Homerum mihi accidiſſet. Timebam enim ne tandem Agatho ea dicendi facultate præſtans, Gorgus capite inter dicendum producto, & in meum ſermonem miſſo, lapidem me uocis priuatione faceret. Et tunc ſanè cognoui quàm deridendus fuerim, quando uobis promiſi me pro mea parte uobiſcum laudibus celebraturum eſſe amorem, & me circa amatoria præſtantem eſſe aſſerui, nihil omnino gnarus rei, quomodo quodcunq; tandem laudibus uehere oporteat. Ego enim præ ruditate putabam uera dicere oportere de ſingulis quæ laudanda aſſumerentur: & hoc quidem ita eſſe: ex his ipſis uero pulcherrimis delectis, ea quàm decentiſſimè collocare: & ſanè ualde magnificè de me ſentiebam, uelut qui optimè dicturus eſſem, nimirum ueræ laudandi rationis gnarus. At uero nunc, uelut apparet, recta laudandi quiduis ratio non ita ſe habet: ſed maxima atque pulcherrima rei attribuere oportet, ſiue ita ſe reuera habeant, ſiue non. Nihil enim referre uideo, etiamſi ſint falſa. Propoſitum enim eſt, ut uidetur, quomodo quiſque noſtrũm Amorem laudare uideatur, non quomodo ipſe Amor laudetur. Et propterea arbitror omnem fabulam modo uideatur pulcherrimus, idem' que optimus, nimirum his qui ipſum non nouerunt: uentes, Amori attribuitis: & dicitis ipſum talem eſſe, & tantorum donorum autorem,

Encomiorum ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

non utique apud eos quibus is notus est. Et pulchrè sanè ac uenustè laus hæc se habet. Verùm ego laudis huius modum non noueram, neque uelut gnarus uobis promi si, etiam me pro mea parte laudaturum esse. Lingua igitur promisit, mens minimè. Valeat itaque: non enim ego hoc modo laudare soleo, neque enim possim. Attamen si uera audire uultis, uolo dicere meo more, non ad uestros sermones, ut ne risu excipiar. Vide igit', ô Phædre, an etiam huiusmodi orationē experatis, in qua ea quæ uera de Amore dicuntur, audiatis: uerbis aūt & uocum positu talis sit, qualis ex tempore in mentem uenire possit. Phædrum itaque, dixit ille, itemq; alios iussisse ut diceret ea ratione, qua ipse dicere oportere putaret. Adhuc itaque Socratem dixisse, Permitte mihi, ô Phædre, ut ex Agathone pauca quædam perconter, ut consensu ab ipso accepto, sic iam dicam. Et permitto, dixisse Phædrum, modò percontare. Postea uero Socratem dixit ille hinc exorsum esse. SOCRATES. Profectò rectè mihi, chare Agatho, usus es orationis habendæ rationem præscripsisse, quòd primùm oporteat ipsum ostendere qualis' nam sit Amor, deinde ipsius opera. Hoc principium ualde probo. Proinde quum etiam alia de Amore rectè ac magnificè tractaris, qualis sit Amor, age, et hoc mihi expone, utrum quum talis sit Amor, fieri possit ut alicuius Amor sit Amor, aut nullius. Non interrogo an matris alicuius, an patris sit: Ridicula enim esset quæstio, an Amor sit Amor patris, aut matris. Verùm uelut si hoc ipsum interrogassem, Num pater est alicuius pater, aut non? respondisses sanè, si rectè respondere uoluisses, quod pater filij aut filiæ pater esset, an non? Prorsus ita, dixisse Agathonem. Num igitur & mater eodem modo? confessum esse illum & hoc. Amplius itaque Socratem dixisse, Responde paulò plura, quo magis intelligas id quod uolo. Si enim interrogarē, quid' nam frater hoc ipsum quod est, est' ne alicuius frater, aut non? dixisse illum, esse. Non' ne fratris, aut sororis? concessisse. Conare itaque & de amore dicere, Amor est' ne nullius amor, aut alicuius? Est profectò. Hoc itaque dixisse Socratem, serua apud teipsum, ut memor sis quod alicuius est amor: tantum uero dicito, utrum Amor illud ipsum cuius est amor, appetat, aut non? maximè, dixisse illum. Vtrum quum habeat hoc ipsum quod appetit & amat, deinde appetit & amat, aut quum non habeat? uerisimile est quum non habeat, dixisse illum. Considera itaque dixisse Socratem, an pro uerisimili necessarium sit, id quod appetit, appetere id quo indiget, aut non appetere, si non indiget? Mihi equidem mirum in modum placet, ut necessarium sit. Tibi uero quomodo? Etiam mihi, dixisse illum, placet. Rectè dicis. Nunquid igitur uolet quis, quum magnus sit, magnus esse, aut quum fortis sit, fortis esse? Id uero ex concessis fieri non potest. Non enim is qui est, indigere is potest. Vera dicis, ad hoc Socratem dixisse. Si enim & qui fortis est, fortis esse uolet: & qui uelox, uelox: & qui sanus, sanus: fortassis in his & omnibus huiusmodi putarit quis, eos qui tales sunt, & hæc habent, appetere etiam ea quæ habent. Quò igitur non decipiamur, hac de causa dico. Hos enim si consideras Agatho, necesse est unumquemq; ipsorum præsens habere quæ habent, siue uelint, siue nolint. Et quis' nam appetat id quod habet? At ubi quis dicat, Ego quum sanus sim, sanus esse uolo: & quum diues sim, diues esse uolo, & appeto ea ipsa quæ habeo: dicemus uicissim, At tu bone uir, diuitias adeptus, & sanitatem, & fortitudinem, ea etiam in futurum tempus possidere uis: nam in præsenti siue uelis, siue nolis, hæc habes. Considera igitur, quum hoc dicas, appeto præsentia: an aliud quid dicas quàm hoc? Volo ut ea quæ nunc præsentia sunt, etiam in futurū tempus mihi adsint. Aliud' ne quid confitetur? Agathonem consensisse, ille dixit. Socratem itaque dixisse, Non' ne igitur est illud amare, quod nondum paratum est, neque habet: & in futurum tempus ea adsint ac conseruentur, quæ nunc sunt præsentia. Prorsus ita, dixisse illum. Et hic ergo, & quilibet alius qui appetit, id quod non paratum est, appetit: & quod non est præsens, & quod non habet, & quod ipse non est, & quo indiget? Talia quædam sunt, quorum appetentia est & amor? Maximè, dixisse illum. Age itaque, dixisse Socratem, repetamus ea in quibus consensimus, Quod est primū amor aliquorum: Deinde eorum quibus ipse indiget. Ita sanè, dixisse illum. Ad hæc recordare, quorum in oratione tua dixisti esse Amorem. Si uero uis, ego tibi ea in memoriam reuocabo. Arditror enim te hoc modo dixisse, quòd à dijs opera constructa sunt, ob amorem pulchrorū. Turpium enim non

Amoris laus per Socratē

Amor alicuius est amor

Inductio Socratica

Appetimus præsentia, ut adsint in futurum

enim non esse Amorem. Non' ne hoc modo dicebas? Dicebam sanè, dixisse Agathonem. Et probè dicis ô amice, Socratē dixisse. Et si hoc ita se habet, certè Amor pulchritudinis fuerit Amor. Turpitudinis autem minimè confitebatur ille. Non' ne cōcessum est, ipsum amare illud quo indiget, & quod non habet? Maximè, dixisse illum. Indigus ergo est, & non habet Amor pulchritudinem? Necessariò, dixisse illum. Quid uero, id quod indiget pulchritudine, & quod nusquam adeptum est pulchritudinem, dicis tu pulchrum esse? Nequaquam. Adhuc igitur fateris Amorem pulchrum esse, si hæc ita se habent? Et Agathonem dixisse, eo adigor ô Socrates, ut conuincar: nihil nouisse eorum quæ tunc dicebam. Atqui rectè dixisti, ô Agatho. Verùm exiguum quid adhuc dicito. Bona non' ne etiam pulchra tibi esse uidentur? Mihi sanè. Si ergo amor pulchris indiget, bona uerò pulchra sunt, etiam bonis indiget amor. Ego tibi ô Socrates, dixisse illum, non contradicere possim, sed ita res se habēt, uelut tu dicis. Veritati equidem, dixisse Socratem, chare Agatho, contradicere non possis. Socrati uerò, nulla est difficultas. Et te quidem iam dimittam. Verùm orationem de Amore, quam aliquando ex fœmina uaticinandi perita Diotima audiui, uobis referam. Hæc autem & in his, & in alijs multis sapiens habebatur. Et quum Athenienses aliquādo ante pestem sacrificassent, ad decem annos morbi dilationem fecit, quæ sanè etiam me amatoria docuit. Quam igitur illa habuit orationem, conabor uobis exponere ipse à me ipso, prout potuero, ex his quæ à me & Agathone sunt concessa. Oportet itaque ô Agatho, quemadmodum tu exposuisti, primùm dicere quis sit ipse Amor, & qualis' nam, deinde uerò opera ipsius. Videtur igitur mihi facilimum esse ita dicere, uelut peregrina illa apud me hospes me examinans exposuit. Nam & ego ferè ad ipsam alia eiusmodi dicebam, qualia nunc ad me Agatho: quod uidelicet esset Amor deus magnus. Esset autem pulcher esset, iuxta meum adeò sermonē, neque bonus. Et ego, quomodo dicis, inquam, ô Diotima, turpis igitur est Amor, & malus? Et illa, bona uerba quæso, inquit. Aut putas quòd quicquid pulchrum nō est, necessariò id ipsum turpe esse? Maximè inquam. Aut etiam si quid sapiens non est, id indoctum esse? Aut non intellexisti, quòd est aliquod medium inter sapiētiam & ruditatem? Quid uerò hoc est? Rectè sentire, & absq; hoc ut habeas quo rationem reddas, Non noūi, inquit, quòd neq; scientia est: res enim rationis exors quomodo scientia esse possit? neque ruditas: quod enim assequitur rem uelut est, quomodo id ruditas haberi queat? Tale autem est sanè recta opinio, medium quiddam inter sapientiam & ruditatem. Vera, inquam ego, dicis: Ne igitur coge, inquit illa, quod non pulchrum est, turpe id esse: neq; quod nō bonum est, malum id esse. Sic etiam amorem quando quidem ipse fateris non esse bonum, neque pulchrum, nihilo magis putes oportere ipsum turpem & malum esse, sed mediū quiddam inter hæc duo. Atqui, inquam ego, in confesso est apud omnes, quòd magnus deus est Amor. Apud eos omnes qui ipsum non nouerunt dicis, inquit illa, aut etiam apud eos qui noue runt? Apud uniuersos, inquam. Et illa risu oborto, quomodo, inquit, ô Socrates hi magnum confiteantur esse deum, qui ne deum quidem ipsum esse asserūt? Qui sunt hi, inquam ego? Vnus quidem tu es, inquit, una autem ego. Et ego, quomodo hoc inquam, dicis? Et illa, facilè sanè, inquit, dic enim mihi. Non' ne omnes deos beatos & pulchros esse dicis? aut audeas dicere, aliquem deum pulchrū & beatum non esse? per louē ego non, inquam. Beatos autē non' ne eos esse dicis, qui bona & pulchra possident? Maximè, inquam. Atqui amorē confessus es, ob bonorum & pulchrorū indigentiam, hæc ipsa appetere, quorū indigus est, Confessus sum equidē. Quomodo igitur deus fuerit, qui pulchrorum ac bonorū exors est? Nequaquā, uelut par est. Vides igitur, inquit illa, q; neq; tu Amorem deum esse putes. Quid igitur, inquam, mortalis est Amor? Minimè, inquit illa. At quid tum, inquam ego? Quemadmodum superiora, inquit, medius inter mortale & immortale. Quid igitur est Diotima? Magnus dæmon, ô Socrates. Nam omne dæmonium inter deum & mortalem medium est. Quam uerò, inquam ego, uim habet dæmonium? Interpretatur & transmittit ad deos res hominum, & ad homines res deorum: illorum quidem supplicationes & sacrificia, horum uerò præcepta & retributiones pro sacrificijs. Quum autem in medio sit amborum, totum ipsum ita com-

Amorem pulchrum nō esse, conuincit Socrates

Amorem bonum non esse

Veritati nō potest contradici

Quod pulchrū nō est, nō necessario turpe est

Mediū inter sapientiam & ruditatem opinio recta

Amor medium quid inter pulchrū & turpe

Amorem deum non esse

Amor medius inter mortale & immortale

Amor dæmon est

Dæmoniorū et Amoris opera

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacerdotum artis origo

plet,ut ipſum ſibijpſi ſit connexum. Per hoc etiam omnis uaticinatio procedit, & tota ſacerdotum ars de his quæ ad ſacrificia pertinent, & ad paſtorũ myſteria ac incantationes,& ad omnem uaticinationem ac expiationem.Deus autem homini non miſcetur, ſed per hoc omnis conuerſatio ac colloquium dijs ad homines contingit,& uigilantes, & dormientes.Et qui quidem circa talia peritus eſt,beatus uir eſt.Qui uerò aliarum rerum peritiam habet, aut circa artes, aut circa quaſdam manuum operas,is mechanicus eſt. Hi itaq; dæmones multi ac omniſarij ſunt. Vnus autem ex his eſt etiam ipſe Amor. Quo uerò patre,& qua matre,inquam ego, prognatus eſt? Longius quidem fuerit, inquit illa,hæc exponere,attamen tibi dicam. Quũ enim nata eſſet Venus, conuiuabantur dij tum reliqui,tum Metidis filius Porus,ſiue Prouidentiæ filius Cenſus.Poſtquam autem cœnati eſſent, acceſſit eò uelut ad conuiuium Paupertas,cibum petitura,& præ foribus ſtabat.Cenſus igitur nectare inebriatus (uinum enim nõdum erat) in Iouis hortum ingreſſus,grauatus dormiuit. Paupertas igitur quum ob inopiam conſilium excogitaſſet, quomodo ex inſidijs filium ex Cenſu conciperet, concumbit cum ipſo, & concepit Amorem. Quapropter etiam Veneris comes eſt, & miniſter, natus in illius natali celebritate, & qui ſimul ex natura amator ſit pulchri, quum etiam Venus pulchra exiſtit. Quum igitur Cenſus & Paupertatis filius ſit Amor, in tali fortuna conſtitutus eſt. Primùm quidem ſemper pauper eſt, & tantum abeſt ut tenellus ſit & pulcher,uelut plerique putant, ut etiam durus ſit & ſqualidus,& diſcalceatus, & domus exors,ad humum depreſſus, ſtragula nõ habens, præ foribus & in uijs ſub dio dormiens, matris naturam habens,Inopiæ ſemper contubernalis.Rurſus quod ad patrem attinet, inſidiator eſt bonorum & pulchrorum, fortis eſt, uirilis, & impetuoſus, & concitatus, uenator uehemens, ſemper fraudes quaſdam ſtruens, & prudentiam appetens, & acquirens, philoſophans per omnem uitam , admirandus præſtigiator, & faſcinator, & incantator, & ſophiſta . Et neque ut immortalis natura eſt, neque ut mortalis . Sed aliquando eadem die floret & uiuit,quum abundarit:aliquando moritur, & rurſus reuiuiſcit,ob patris naturam. Quod uerò acquirit,ſemper diffluit. Quare neque unquam penitus indigus eſt amor,neque rurſus diues. In ſapientiæ uerò ac ruditatis medio conſtitit . Habet enim ſe res hoc modo . Nullus deorum philoſophatur, neque ſapiens eſſe appetit:eſt enim. Neque alius quiſpiam qui ſapiens eſt,philoſophatur:neque rurſus rudes philoſophantur, neq; ſapientes fieri appetunt. Hoc enim in primis malum ruditati ineſt,ut is qui non eſt pulcher, neq; bonus, neque ſapiens, ſibijpſi præſtans eſſe uideatur. Qui igitur indigum eſſe ſe non putat, is non appetit id quo ſe indigere non putat. Qui ergo ſunt, inquam ego,ô Diotima, qui philoſophantur, ſi neq; ſapientes illi ſunt, neque rudes? Etiam puero, inquit illa, hoc manifeſtum eſt, quòd hi amborum horum medij ſunt, quorum eſt etiam amor.Eſt enim pulcherrimarum rerum ſapientia . Amor autem amor eſt circa pulchrum . Quare neceſſe eſt amorem philoſophum eſſe. Quum autem philoſophus ſit, medium inter ſapientem ac rudem eſſe . Cauſa uerò etiam harum rerum ipſi eſt natiuitas. Ex patre enim ſapiente & opulento natus eſt. Ex matre uerò non ſapiente & egena . Natura igitur dæmonis, chare Socrates, hæc eſt. Cæterum nihil admirandi in eo perpetraſti, quem tu amorem eſſe putaſti . Putaſti autem, uelut ex coniectura de his quæ tu dicis aſſequi poſſum, amatũ eſſe amorem, non amatorem. Et propterea arbitror penitus pulcher tibi uiſus eſt Amor . Nam id quod amabile eſt, reuera pulchrum eſt,& delicatum,& perfectum, & beatum prædicãdum. Quod uerò amat,aliam eiuſmodi ſpeciem habet,qualem recenſui.Et ego, ſit ita, inquam,ô hoſpes: rectè enim dicis. Talis autem quum ſit amor, quam utilitatẽ hominibus exhibet? Hoc ſanè poſtea,inquit illa, te ô Socrates docere conabor. Eſt enim profectò talis,& ita natus amor. Eſt autem pulchrorum , uelut tu dicis ô Socrates. Si uerò quis nos interroget, quid pulchrorum eſt amor, ô Socrates & Diotima? aut ut clarius dicam, qui amat pulchra,quod amat? Et ego dicebam, ut ea ipſi cõtingant. At deſiderat, inquit illa, hæc reſponſio talem adhuc interrogationem. Quid aderit illi, cui pulchra obtigerint? Non ea amplius habere me ego dixi, quod ad hanc quæſtionẽ prompte reſpondere poſſem. At, inquit illa, uelut ſi mutatis uocibus, pro pulchri nomine, quis boni uoce utens interrogaret, Age Socrates dic, qui amat bona, quid amat? Vt obtin-

Cenſus filius Prouidentiæ

Amoris parentes Cenſus & Paupertas

Amoris fortuna

Amor in medio ſapientiæ & pruditatis

Ruditatis uicium

Amor philoſophus eſt

Amor non eſt amatus,ſed amator

Amamus pulchra & bona, ut nobis obtingant

gãt ea ipſi,inquã ego.Et quid aderit illi cui obtigerint bona? Ad hoc expeditius quod reſpondeam habeo,inquam ego, nempe quòd felix erit. Poſſeſſione enim bonorum, inquit illa,felices ſunt felices,& non amplius opus eſt quærere, quid uelit ille qui felix eſſe uult,ſed finem habere uidetur reſponſio. Vera dicis , inquam ego.Hanc autem uoluntatem,& hunc amorem,num omnibus hominibus communẽ eſſe putas, & omnes uelle bona ſibi ſemper adeſſe,aut quomodo dicis? Sic inquam ego,communẽ eſſe omnibus.Cur igitur, inquit illa,ô Socrates, non omnes amare dicimus, ſiquidem omnes eadem amant,& ſemper:ſed aliquos amare dicimus, aliquos nõ? Admiror,inquã ego, etiam ipſe. At ne admireris, inquit:ablatam enim quandam Amoris ſpeciem nominamus,totius nomen imponentes,ac Amorem appellantes: ad reliquas autem ſpecies alijs nominibus abutimur. Quo uerò illud modo,inquam ego? Quomodo,inquit,etiã hoc.Noſti quòd poeſis eſt multiplex quiddam.Nam cauſa omnis cuicunque rei, ut ex eo quod non eſt:ad id ut ſit,procedat,poeſis eſt. Quare etiam omnium artium operationes poeſes ſunt,& harum opifices omnes poetæ ſunt. Vera dicis,inquam. Attamen noſti iam , inquit , quòd non uocantur poetæ , ſed alia habent nomina. Verùm de tota poeſi una quædam pars ſeparata,quæ uidelicet circa Muſicam & metra uerſatur , totius nomine appellatur. Hæc enim ſola poeſis uocatur , & qui hanc poeſis partem habent,poetæ dicuntur. Vera dicis,inquam. Sic itaque etiam circa amorem res ſe habet. Summa quidem ipſius eſt , omnis bonorum & fœlicitatis appetentia : & maximus & doloſus amor in omnibus eſt. Verùm alij quidem, qui multis modis ad ipſum ſe conuertunt , aut per lucri appetentiam , aut per exercitiorum ſtudium,aut per philoſophiam,neque amare dicuntur,neq; amatores appellantur. Qui uerò ſecundum unam aliquam ſpeciem procedunt, & ſtudium adhibent , hi totius nomen amoris habent,& amare dicuntur,& amatores appellantur. Vera dicere uideris,inquam ego. Eo fertur equidem fabula quædam,inquit illa,quòd hi qui dimidiam ſui partem quærunt, ament. At mea oratio neq; dimidij,neq; totius,amorem eſſe dicit,ſi non bonum illud ſit. Nam & manus & pedes ſuos homines reſecare cupiunt,ſi uideantur ipſis ſuę ipſorum partes prauæ eſſe.Nõ enim quiſq; quod ſuum eſt amplectitur,niſi ſi quis id quod bonum eſt, proprium ac ſuum uocet : quod uerò malum eſt,alienum. Nam aliud nihil eſt quod amant homines,quàm bonum. No'nne & tibi ita uidentur? Per Iouem mihi ſanè,inquã ego.Num igitur,inquit,ita ſimpliciter dicere licet,quòd homines bonum amant? Profectò,inquam.Cur uerò non adijciendum eſt, inquit, quod amant,ut bonum ipſis adſit? Adijciendum eſt.Num ergo,inquit,non ſolum ut ipſis adſit,ſed etiam ut ſemper ad ſit? Adijciendum eſt & hoc. Eſt igitur in ſumma, inquit, Amor ut bonum ipſi ſemper adſit. Veriſſima,inquam ego,ducis.Quum igitur hoc ſit Amor ſemper , inquit, ſtudiũ & diligentia eorum qui ipſum perſequũtur,in quo modo,& in qua actione Amor uocari poterit.Quod uerò hoc ſit opus , potes'ne mihi dicere? At ſi id dicere poſſem,inquam ego,non ita ſapientiam tuam Diotima admiratus eſſem, & te ut hæc ipſa diſcerem acceſſiſſem. At ego tibi, inquit , dicam.Eſt enim hoc partus in pulchro,& ſecundum corpus , & ſecundum animam. Diuinatione,inquam ego, opus habet, quicquid tandem dicis,& ego nõ aſſequor.At ego iam clarius dicam. Concipiunt enim,inquit, ô Socrates, omnes homines,& ſecundum corpus,& ſecundum animam:& poſtquam ad aliquam ætatem peruenerint,parere cupit natura noſtra. parere autem in turpi non poteſt,uerùm in pulchro poteſt. Viri enim & mulieris congreſſus,partus eſt.Eſt autem diuina hæc res,& propterea in animali quod mortale eſt,immortalis eſt conceptio & generatio.Hæc autem in eo quod incongruum eſt , fieri non poſſunt.Incongruum autem eſt,turpe omni diuino.pulchrum autem congruum eſt. Parca igitur & Lucina eſt generationi ipſa pulchritudo . Quapropter quum id quod concipit , pulchro approximquarit , & placidum fit , & præ lætitia diffunditur , & parit , & gignit. Quum uerò turpi appropinquarit , triſte redditur , & præ mœrore contrahitur , & auerſatur,& reuoluitur , & non gignit , ſed conceptum fœtum retinens moleſtè geſtat. Vnde ſanè imprægnato , & iam ad partum gliſcenti , multum ſtudij ac operæ impenditur circa pulchrum , eo quòd magno partus dolore liberat eum qui id habet. Eſt enim ô Socrates , inquit , non pulchri amor , uelut tu putas.At cuius tum , inquam? Generationis

Bonorum poſſeſſio felices facit

Amor communis omnibus

Amor totus de ſpecie quadam dicitur

Amare illos qui dimidiam ſui partẽ quærũt, fabuloſum eſſe

Amare bonum ipſum homines , ut ipſis adſit ſemper

Partus in pulchro

Concipiunt homines animã et corpore

Conceptio & generatio immortalis eſt

Amor non eſt pulchri,ſed partus in pulchro

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionis & partus, inquit, in pulchro. Sit ita, inquam ego. Maximè, inquit illa. Cur igitur generationis? Quia eſt ſempiterna & immortalis generatio, quantum mortali contingere poteſt. Immortalitatem autem appetere una cum bono, neceſſarium eſt ex conceſſis: ſiquidem amor eſt, ut bonum ipſi adſit ſemper. Et hinc adeò efficitur, etiam immortalitatis Amorem eſſe. Hæc igitur omnia docuit me illa, quum de Amore ſermonem haberet. Et aliquando interrogabat, Quam putas ô Socrates cauſam eſſe huius amoris & appetentiæ? Aut non ſentis quàm uehementer afficiuntur omnia animalia, ubi generare cupiunt, tum pedeſtria, tum uolatilia, ut quæ ægrotent omnia, & amatorio modo afficiantur, primũ quidem circa mutuam inter ſe permixtionem, deinde circa alimentum eius quod natum eſt. Et horũ gratia etiam imbecilliſſima animalia cum robuſtiſſimis depugnare non dubitant: & ut ſobolem enutriant, etiam ipſa fame propter illam mori ſuſtinent, & quiduis facere tentant. Homines equidem, inquit, putare quis poſſet ex ratione hæc facere. At animalia ita amatorio modo affici, quæ cauſa ſit, habes ne quod dicas? At ego, quomodo dicere queam id quod neſciam? Illa uerò: Cogitas igitur, inquit, fieri poſſe, ut unquam circa Amorem admirãdus fias, ſi hæc non intellexeris? At ea de cauſa ô Diotima, uelut paulo antè dixi, ad te uenio, quum doctoribus me opus habere ſciam. Verùm dic mihi & horum cauſam, item quæ aliorum quæ pertinent ad amorem. Si itaque, inquit illa, credis amorem ex natura illius eſſe, cuius eſſe ſæpe ſumus confeſſi, ne admireris. Hic enim eadem ratione, uelut illic mortalis natura quærit, quantum fieri poteſt, ut ſemper ſit, & immortalis. Poteſt autem hoc ſolum ipſi contingere per generationem, eo quòd ſemper aliud nouum, pro ueteri relinquit. Nam & alioqui unumquodq; animal uiuere dicitur, & idem eſſe. Velut à puero idem eſſe dicitur, donec ſenex fiat: hic equidem quum nũquam eadem in ſe habeat, tamen idem appellatur, quum ſemper nouus fiat, & alia amittat, circa pilos, carnem, oſſa, ſanguinem, & uniuerſum corpus: & nõ ſolum circa corpus, ſed etiam circa animam. Mores, conſuetudines, opiniones, cupiditates, uoluptates, mœrores, timores, ſingula ex his nunquam eadem unicuiq; adſunt, ſed alia accedunt, alia pereunt. Multò uerò his abſurdius, id eſt quod etiam ſcientiæ non ſolum partim accedunt, partim depereunt nobis, & nunquam ijdem neque ſecundum ſcientias ſumus: ſed quòd etiam unaquæque ſcientia idem hoc patitur. Quod enim Meditari appellatur, uelut de egreſſa ſcientia dicitur. Obliuio enim ſcientiæ exitus eſt. Meditatio autem rurſus nouã, pro ea quæ egreſſa eſt, inducens memoriam, ſeruat ſcientiam, ut eadem eſſe uideatur. Hoc enim modo quicquid mortale eſt ſeruatur: non quod prorſus idem ſemper ſit, quemadmodum diuinum, ſed quòd id quod deceſſit & uetereſcit, aliud nouũ relinquit, quale ipſum erat. Hac arte ô Socrates, dixi mortale & corpus, & alia omnia, immortalitate participare. Alia uerò ante, id quod immortale eſt. Ne igitur admireris, ſi omnia ſuum germen ex natura magnifaciant. Nam immortalitatis gratia, in omnibus hoc ſtudium atque hic amor ineſt. Et ego his auditis admiratus ſum, & dixi, Sint hæc ita. Verùm ſapientiſſima Diotima, inquam ego, habent ſe reuera hæc hoc modo? Et illa uelut perfecti ſophiſtæ, Probe ſcias, inquit, ô Socrates. Nam etſi ad hominum ambitionem reſpicere uoles, miraberis de tarditate tua ad aſſequendum ea de quibus ego dixi, ſi non cogitaueris apud animum tuum, quàm uehementer affecti ſint amore, ut magnum nomen conſequantur, & ut gloriam in ſempiternum immortalem conſecrent. Et pro hac pericula ſubire parati ſunt omnes, magis quàm pro liberis, itemq; pecunias inſumere, & labores quoſcunq; impendere, & tandem etiam mortem oppetere. Alioqui putas tu inquit, Alcestidem pro Admeto moriturum fuiſſe: aut Achillem Patroclo perempto, inſuper mortem obiturum fuiſſe: aut ueſtrum adeò Codrum prius moriturum fuiſſe pro liberorum regno: ſi non putaſſent immortalem memoriam uirtutis ipſorum fore, quam nos nunc habemus? Multũ ſanè abeſt, inquit. Imò pro immortali uirtute, et eiuſmodi nominis exiſtimatione, omnes omnia facere arbitror: & quanto præſtantiores ſunt, tanto magis: immortalitatem enim amant. Qui igitur corporibus fœcundi ſunt, inquit, hi ad mulieres magis ſe conuertunt, & hac parte amorem declarant. per liberorum generationem, immortalitatem, & memoriam, & felicitatem, quantum fieri poteſt, in omne poſterum tempus ſibi comparantes. Qui uerò animam fœcundã habent, hi etiam in animis concipiunt

Amor eſt immortalitatis

Animantium amoris affectio

Animantium amor ob immortalitatem

Idem eſſe dicũtur, qui ſemper mutantur corpore, anima, ſcientijs

Immortalitas quomodo contingat mortalibus

Ambitio hominum amore magni nominis

Liberorũ generatio ob immortalitatis amorẽ

ciſpiunt adhuc magis, quàm in corporibus, ea quæ animam & concipere & parere conuenit. Quid igitur concipere conuenit? prudentiam ac reliquam uirtutem. Quarum ſanè & poetæ omnes genitores ſunt, & ex opificibus hi qui inuentores eſſe dicũtur. Longè maxima uero & pulcherrima prudẽtia eſt, inquit, rerumpublicarum ac priuatarum gubernatio, quæ temperantia & iuſtitia appellatur. Ex his igitur, ubi quis à iuuentute prægnans in animo fuerit, & diuinus extiterit, accedente iam ætate, parere ac generare cupit. Quærit autem & hic, uelut arbitror, circumcirca diuagans quod pulchrum eſt, in quo generare poſſit. In turpi enim nunquã generabit. Et corpora igitur pulchra magis, quàm turpia amplectitur, ut qui prægnans ſit. etſi in animã inciderit pulchram, generoſam ac ingenioſam, ualdè ſanè amplectitur ſimul utrũq;, & ad hunc hominem ſtatim ſermones producit de uirtute, & qualem eſſe oporteat uirum bonum, & quod ſit eius ſtudium, & erudire ipſum conatur. Quum enim pulchrũ attingat, ac cum ipſo conuerſetur, ea quæ dudum concepit, parit ac generat: & abſens & præſens illius memor, etiam id quod generatum eſt in communi cum illo coeducat. Quare multo maiorem ſocietatem & firmiorẽ amicitiam tales inter ſe habent, quàm ea eſt quæ ex liberis contingit, ut qui pulchriorum & magis immortalium liberorum ſocietate coniuncti ſunt. Et quiuis ſanè tales liberos ſibi natos eſſe magis optauerit, quàm humanos, ſi & ad Homerum reſpiciat, & ad Heſiodum, & ſi alios bonos poetas æmuletur, ac uideat quales ex ſe natos reliquerũt: qui quum tales ſint, illis immortalem gloriam ac memoriam pariunt. Aut ſi magis uis, inquit, quales Lycurgus liberos reliquit in Lacedæmone, ſeruatores Lacedæmonis, & ut ita dicam, totius Græciæ. In precio eſt & apud uos Solon, propter legum generationem, & alij alibi multis in locis uiri, & inter Græcos, & inter Barbaros, qui multa & pulchra opera deſignarunt, omnis generis uirtute per ipſos generata. Quibus & templa iam multa conſtructa ſunt, propter tales liberos: uerum pro nullis unquam. In his igitur Amoris ſacris fortaſſis etiam tu ô Socrates initiari poſſis. At perfecta illa & ſpeculatiua, quorum gratia etiam hæc ſunt, ſi quis recte tractet, haud ſcio an aſſequi queas. Dicam equidem ego, inquit, & nihil prompti tudinis omittam: tu uerò conare ut ſequaris, ſi id facere poteris. Oportet enim, inquit, eum qui recte ad hanc rem progreſſurus ſit, dum adhuc iuuenis eſt initium facere, ut ad pulchra corpora procedat. Et primum quidem, ſi rectè putat is qui putat, ut unum ipſe corpus amet, & in hoc pulchros ſermones generet. Deinde uerò conſiderare ipſum oportet, quod pulchritudo in quocũque corpore, ei quæ eſt in alio corpore, conſimilis eſt. Et ſi id quod ob ſpeciem pulchrum eſt perſequi oportet, multa dementia fuerit, non unam & eandem pulchritudinem eſſe putare, eam quæ in omnibus corporibus exiſtit. Poſtquam uerò hoc conſiderauit, omnium pulchrorum corporum amatorem fieri oportet: & uehementiam amoris erga unum per hoc laxare, ita ut contemnat & paruifaciat. Poſtea uerò pulchritudinem in animis præſtantiorem ducere oportet, ea quæ eſt in corpore. Quare ſi quis animam manſuetam habeat, & alioqui exiguo corporis flore præditus ſit, ſufficere illud ipſi debet, & amare, & curare, & eiuſmodi ſermones parere, ac quærere, qui faciant adoleſcentes meliores: quo cogatur rurſus inſpicere pulchritudinem quæ in inſtitutis ac legibus eſt: & hoc uidere, quòd tota ipſa ſibijpſi cognata eſt, ut corporis pulchritudinem exiguum quid eſſe putet. Poſt inſtituta uerò, ad ſcientias tranſire debet, ut rurſus ſcientiarum pulchritudinem uideat. & ad multam iam pulchritudinem reſpiciens, nõ amplius ad eam, quæ apud unum eſt, uelut ſeruus quiſpiam abiectus, & uilia magnifaciens, pueri unius, aut hominis alicuius, aut officij unius amore ducatur: ſed ad immenſum pulchritudinis pelagus conuerſus, & ſpeculans, multos & pulchros, & magnificos ſermones pariat, & doctrinas in philoſophia luculentas, donec hic confirmatus, & incrementum adeptus, unam quandam eiuſmodi ſcientiam uideat, quæ talis pulchritudinis exiſtit. Conare autem, inquit, ut quantum maximè eius fieri poteſt, animum mihi aduertas. Quiſquis enim hucuſque ad amorem inſtructus fuerit à puero, ita ut conſequenter & rectè pulchra ſpeculetur, is ad finem iam amoris progreſſus, pulchritudinem quandam admirandæ naturæ derepente conſpiciet: atque hæc illa eſt ô Socrates, cuius gratia etiam ſuperiores omnes labores inſumpti ſunt. Et primùm quidem ea ſemper eſt, & neque fit, neq;

Virtutum generatio ob immortalitatis amorem

Generatio uirtutũ potior eſt generatione liberorum

Generatio liberorũ, ſcriptorũ ac legum

Amoris perfectio ratio & progreſſus

Pulchritudo in pulchris corporibus eadem eſt

Pulchritudo animæ, corpore præſtat

Pulchritudo ſcientiarum

Pulchritudo perfecta admiranda

Universidad de Deusto
Biblioteca

neq; perit, neq; augeſcit, neque decreſcit. Deinde non hac parte pulchra eſt, illa turpis: neq; modò pulchra, modò ſecus: neq; ad hoc pulchra, ad illud turpis: neq; hic pulchra, illic turpis: ut quibuſdam uidelicet pulchra ſit, quibuſdam turpis. Neq; rurſus cõſpicietur ipſi pulchritudo illa, uelut facies quædã, neq; ut manus, neq; ut aliud quicquam eorum quorum particeps eſt corpus: neq; uelut oratio aliqua, neque ut ſcientia quædam, neq; ut quicquam aliud quod in altero eſt, uelut in animali, aut in terra, aut in cœlo, aut in ulla alia re, ſed ipſa per ſeipſam, cum ſe ipſa, uniformis ſemper exiſtens. Reliquæ uerò omnes pulchritudines, illius fiũt participes tali quodam modo: nimirum quod dum aliæ fiunt, ac pereunt, nihil illi amplius accedat, nec decedat, neq; quicquam illa patiatur. Quum itaq; quis ab his per rectum puerorũ amorem progreſſus, pulchritudinem illam conſpicere inceperit, fermè iam finem contigerit. Hoc enim eſt rectè ad amorem progredi, aut ab alio perduci, ut quis ínitio ab his pulchritudinibus facto illius pulchri tudinis gratia ſemper uberius pergat ac aſcendat, uelut gradibus quibuſdam utens ab uno ad duo, & à duobus ad omnia pulchra corpora, & à pulchris corporibus ad pulchras inſtitutiones, à pulchris inſtitutionibus ad pulchras diſciplinas, donec à diſciplinis in illam diſciplinam deſinat, quæ non eſt de alia re, quàm de illa ipſa pulchritudine, & cognoſcat tandem ipſum quod eſt pulchrum. In illa uita chare Socrates, inquit, peregrina illa uaticinandi perita fœmina, ſi uſquam alibi, optandum homini eſſet ut uiue ret, & ipſum pulchrum conſpiceret: quod ſi quando uideris, non circa aurum, & ueſtitum & pulchros pueros ac adoleſcentes tibi eſſe uideberis, quorũ conſpectu nunc obſtupeſcis: & paratus es & tu, & multi alij, dum iſtos amatos à uobis uidetis, & cum ipſis ſemper conuerſamini, ſi quo modo fieri id poſſet, neque cibum capere, neq; bibere, ſed ſolum ſpectare & adeſſe. Quid uerò tandem, inquit, futurum putamus, ſi alicui contingat ipſum pulchrum, uidere ſincerum, purum, impermixtum imò carnibus ac coloribus humanis, & alijs multis mortalibus nugis non refertum, ſed ipſum diuinum pulchrum ſi cui contingat, ut id uniforme conſpiciat? Num putas, inquit, uilem uitam illic eſſe, uidente homine, & illud quod oportet, ſpectante, & cum ipſo conuerſante? Aut non tecum cogitas, quòd illic ipſi uidenti, quatenus uideri poteſt pulchrum, ſolummodo contingere poteſt ut pariat, non imagines uirtutis, utpote qui imaginem non attingit, ſed ueram uirtutem, utpote qui ueritatem attingit. Vbi autem uirtutem ueram peperit, & educauit, licet iam ipſi ut Dei amicus fiat, & ſi cui alij homini, etiam illi datur, ut immortalis reddatur. Hæc ſanè ô Phædre, & uos alij, dixit quidem Diotima. Verùm ego perſuaſus credo, perſuaſus autem etiam alijs perſuadere conor, quod ad hanc poſſeſſionem acquirendam, nullus præſtantior auxiliarius humanæ naturæ facile contingere poſſit, quàm amor. Quapropter ego ſanè cenſeo omnes uiros Amorem honorare oportere: & ipſe amorem excellẽter exerceo, & alios ut id faciant, inhortor. Et nunc quoq; & ſemper, potentiam & fortitudinem amoris laudibus ueho, quantũ uires meæ ferunt. Hunc igitur ſermonem ô Phædre, ſi uoles, uelut laudem quandam amoris à me dictum eſſe putato. Si uerô alio quocunq; nomine appellare libuerit, appellato. Poſtquam uerò hæc Socrates dixiſſet, ait Ariſtodemus, alios quidẽ collaudaſſe, Ariſtophanem autem aliquid dicere aggreſſum eſſe, eo quod mentionem ipſius feciſſet Socrates de fabula ab ipſo producta. Verùm atrij ianuam derepente pulſatam, multum ſtrepitum exhibuiſſe, ita ut ebriorũ & tibicinæ uox audiretur. Itaq; Agathonem dixiſſe, Vos pueri non uidebitis quid rerum agatur? Et ſi quidem ex familiaribus aliquis fuerit, uocate: ſin minus, dicite quod non bibimus, ſed iam quieſcimus. Et non longè poſtea Alcibiadæ uocem auditam eſſe in atrio, ualde ebrij, & multum clamantis ac uociferantis, interrogando ubi eſſet Agatho, & iubentis ſe deduci ad Agathonem. Deduxiſſe itaq; eum ad ipſos tum tibicinam, tum alios quoſdam cõmites, & conſtitiſſe ipſum in foribus coronatum corona quadam denſa ex hædera & uiolis, & multas ualde faſcias in capite habentem, & dixiſſe: Saluete uiri, ebrium admodum uirum compotorem admittere uultis: aut abeamus ubi ſolum Agathonem coronauerimus, qua ſanè de cauſa uenimus. Ego enim heri tantum ocij non habui, ut accedere potuiſſem. Nunc autem uenio faſcias in capite geſtans, quo de meo capite ſapientiſſimi ac pulcherrimi caput, his ipſis uerbis etiam prolatis coronem. Num deridetis me uelut ebrium? ego uerò etiam ſi uos

Ad pulchritudinem perfectã amoris gradus

Vitæ futuræ & æternæ imaginatio

Vitæ æternæ fructus

Amorem perducere ad uitam æternam

Alcibiades ebrius cum clamore accedit

Corona ex hædera & uiolis

Coronati faſcijs uictores

ridetis, tamen ſatis, ſcio me uera loqui. Verùm dicite mihi in præſens, an iuxta prolatas conditiones ingredi liceat, aut non? compotatis, aut non? Omnes igitur applauſiſſe & iuſſiſſe ingredi, & accumbere, & Agathonem uocaſſe ipſum, et ita ingreſſum eſſe ab hominibus deductum, & ſimul detraxiſſe faſcias uelut qui illum eſſet coronaturus: & cùm illas oculis prætentas haberet, non uidiſſe Socratem, ſed conſediſſe iuxta Agathonem, in medio Socratis & illius. Ceſſiſſe enim Socratem, ut illi conſidendi locus eſſet. Vbi uero conſediſſet, ipſum amplexum eſſe Agathonem, eumq; coronaſſe. Dixiſſe igitur Agathonem, Exuite pueri calceos Alcibiadæ, quo tertius ex ordine accumbat. Tum maximè, dixiſſe Alcibiadem. Verũ quis nobis eſt tertius ille compotor? & ſimul conuertiſſe ſe, ac uidiſſe Socratem: ubi uero cõſpexiſſet, exiliſſe, ac dixiſſe: Quid hoc erat, ô Hercules? Num rurſus & hic Socrates deliteſcens accubuiſti, quemadmodum ſoles derepentè apparere iſthic, ubi minimè omnium te fore putaram? & nunc cur ades? & cur hic accubuiſti? & non potius iuxta Ariſtophanem, aut ſi quis alius ridiculus & eſt, & haberi cupit? & excogitaſti quomodo iuxta pulcherrimum omnium præſentium accumberes. Et Socratem dixiſſe, uide Agatho ut mihi auxilio ſis, ita mihi huius hominis amor non uilis res habenda eſt. Nam ab illo tempore ex quo hunc amaui, non amplius mihi licet aliquem intueri, aut alicui colloqui qui pulcher ſit: alioqui hic æmulatione & inuidia cõcitatus, admiranda in me committit, & conuiciatur, & uix manus abſtinet. Vide igitur, ne quid etiam nunc faciat, ſed litem inter nos dirime: aut ſi uim face re conetur, opitulare. Nam ego ingentem et inſanum huius amorem ualde formido. At non continget, dixiſſe Alcibiadem, inter me & te ex ullius arbitrio reconciliatio, ſed te aliàs ulciſcar. Nunc autem mihi, ô Agatho, de faſcijs aliquid imperti, quo etiam admirandum hoc huius caput coronem, ut ne mihi ſuccenſeat, quòd te quidem coronauerim: ipſum autem eloquentia omnes homines ſuperantem, non ſolum pridie uelut tu, ſed ſemper, non coronatum præterierim: & ſimul ipſum acceptis faſcijs Socratem coronaſſe, & iuxta ipſum accubuiſſe. Poſtquam autem accubuiſſet, dixiſſe: Profectò uiri uidemini mihi ſobrij eſſe: hoc non permittendum eſt uobis, ſed bibendũ. In hoc enim inter nos conſenſimus. Principem igitur bibendi me ipſum uobis deſigno, donec uos quod ſatis eſt, biberitis. At afferat Agatho, ſi quod adeſt poculum magnum. Imò potius nihil opus habemus. Verùm affer tu puer uas illud refrigeratorium, quòd ipſe plures quàm octo heminas capiens uidi. Et hoc impletum primùm quidem ipſum ebibiſſe, poſtea autem Socrati infundi iuſſiſſe, ac ſimul dixiſſe: Aduerſus Socratem certè, uiri, nullum commentum ualere poterit. Quantum enim quis iuſſerit, tantum ubi exhauſit, nihil magis unquam ebrius redditur. Socratem itaque, ubi infudiſſet puer, bibiſſe: Eryximachum autem dixiſſe, Quid ita, ô Alcibiade, facimus? Sic neque quid dicimus ſuper poculum, neque canimus, ſed planè uelut ſitientes bibimus? Alcibiaden itaque dixiſſe: Salue optime Eryximache, optimo ac temperatiſſimo patre prognate. Tum, & tu ſaluus ſis, Eryximachum dixiſſe. Sed quid facimus? Et illum reſpondiſſe, Quicquid tu iuſſeris: oportet enim tibi parêre. Vnus enim medicus, uir multis præſtat honore. Impera igitur quicquid uolueris. Audi itaque, dixiſſe Eryximachum, prius quàm tu ad uenires, uiſum eſt nobis unumquenq; noſtrûm oportere orationem habere, quantum eius fieri poſſet, pulcherrimam de amore, atque ita ex ordine ad dextram illum laudibus uehere. Nos alij igitur omnes diximus: Te uero quum non dixeris, & in nos inciderís, æquum eſt dicere: ubi uero dixeris, demandare Socrati quicquid uoles, & hunc deinceps ad dextram ſedenti, atque ſic reliquos ex ordine. At Alcibiaden, Rectè quidem dicis, ô Eryximache, dixiſſe. Sed ebrium uirum apud ſobrios uerba facere, haud æquum fuerit: & tamen, ô bone, perſuaſit' ne tibi quid Socrates ex his quæ paulo antè dixit? aut noſti quòd contrario modo omnia ſe habent, quàm quo ille dixit? Hic enim ſi aliquem ego laudabo ipſo præſente, aut Deum, aut hominẽ alium, quàm hunc ipſum, manus à me non continebit. Et bona uerba quæſo, Socratem dixiſſe: tum Alcibiaden per Neptunum dixiſſe, nihil dicas ad hæc. Nam neq; ego ullum alium laudare poſſim, te præſente. At ita facito, dixiſſe Eryximachum, ſi ita uoles, Socratem laudato. Et quomodo dicis Alcibiaden dixiſſe, uidetur'ne tibi Eryximache, ita facere oportere? Aggrediar uirum, & coram uobis ulciſcar? Et Socratem dixiſſe, ô bone, quid tibi in men-

Diſcalceati cõpotabant

Pocula magna in ſympoſijs

Socrates bibendo potens

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem uenit? num ridiculo modo me laudabis, aut quid facies? Vera referam, dixiſſe Alcibiaden, tu uide an id permittas. Atqui dixiſſe Socratem, Et uera permitto, & dicere iubeo. Haud aliter faciam, dixiſſe Alcibiaden, & tamen ita facito. Si non quod uerum eſt dico, interim reprehende quod uoles, & me hoc mentiri dicito. Ego enim uolens nihil mentiar. Si tamen aliud aliunde in memoriã reuocans dixero, ne mireris. Non enim facile eſt homini ita ſe habenti, tuam abſurditatem expeditè, & ex ordine enumerare. Socratem autem ego, ô uiri, ſic per imagines laudare conabor. Hic uero fortaſſis putabit hoc à me fieri ridiculo modo. Verũ imago ipſa ueritatis, non ridiculi gratia erit. Alcibiades in laudem Socratis. Aſſero itaq; ſimillimũ ipſum eſſe Silenis his qui in ſtatuariorum officinis inter reliquas ſtatuas habentur, ita efficti ab opificibus, ut fiſtulas aut tibias teneant: ubi uero ſunt in duas partes diducti ac aperti, intra ſe imagines deorum habere cõſpiciuntur. Et rurſus ſimilem ipſum eſſe aſſero Satyro Marſyæ. Quod igitur in ſpeciẽ his ſimilis ſis, ô Socrates, neq; ipſe ſanè ambigere poſſis. Quomodo uero etiam in reliquis ipſis ſimilis ſis, deinceps audi. Contumelioſus es, aut non ita? Si eñ non confitearis, teſtes producam. At non'ne tibicen es multò magis admirandus quàm ille? ille enim per inſtrumẽta demulcebat homines, facultate ab ore proficiſcente: & adhuc nũc etiam, quiſquis illius modos tibia canit. Quæ enim Olympus tibia canebat, ea Marſyæ eſſe dico, qui hunc docuit. Siue igitur bonus tibicen, ſiue mala tibicina illius modis uratur, id ſolum faciunt ut detineant illi uelut numine afflati, indicantq; eos qui dijs ac deorum myſterijs opus habent, eo quòd diuini ſunt illi. Tu uero in tãtum ſolum ab illo differs, quòd abſq; inſtrumentis, nudis uerbis idem hoc facis. Nos igitur quum alium aliquem audimus recitantem etiam ualde præſtantis oratoris orationes, nihil adeò, ut ita dicam, curamus. Vbi uero te quis audiat, aut orationes tuas alio recitante, etiamſi ualde uilis ſit qui dicat, ſiue fœmina audiat, ſiue uir, ſiue adoleſcẽs, obſtupeſcimus, & uelut numine afflati detinemur. Ego igitur, ô uiri, ſi nõ ualde ebrius eſſe uobis uidear, iureiurando præſtito recenſerem, qualia perpeſſus ſum ex huius ſermonibus, & quę adhuc etiam nunc perpetior. Quum enim eos audio, multò magis quàm à Corybantum uociferationibus & cor mihi ſalit, & lachrymæ ab huius ſermonibus mihi profluunt. Video autem etiam alios multos eadem perpeti. At uero ubi Periclem, & alios bonos oratores audiebam, bene quidem ipſos dicere arbitrabar. Tale autem nihil mihi accidit, neq; animam mihi conturbari ſenſi, neque indignabatur uelut eius anima ſolet, qui ſeruiliter eſt affectus. Verùm ab hoc Marſya ſæpe ita affectus ſum, ut mihi non uiuendum eſſe putarim, qui talem uitam uiuerem. Et hæc Socrates dicere non potes quòd non ſint uera; & adhuc mihijpſi cõſcius ſum, quòd ſi uelim præbere aures, tolerare non poſſim, ſed eadem mihi acciderent. Cogit enim me fateri, quòd quum ipſe adhuc multarum rerum indigus ſim, meipſum tamen negligo, Rempub. uero Athenienſium curo. Per uim igitur ue-

Socrates Sileno ſimillimus

Sirenas fugere auribus obturatis

lut à Sirenis aures obturans aufugio, ut ne apud ipſum conſidens conſeneſcam. Accedit autem ex ſolo hoc uiro mihi id, quod non putarit aliquis in me eſſe, ut quenquam uerear. Ego uero hunc ſolum reuereor. Etenim conſcius ſum mihijpſi, ut qui contradicere non poſſim, quòd facere oportet quæ hic iubet. Verùm ut qui ſuperer ab honore populari, ab ipſo diſcedo. Fugio igitur & uito ipſum: & quũ uideo, pudeſio, ob ea quæ promiſi. Et ſæpe ſanè libenter uideam ipſum ex hominibus ſublatum. Si uero hoc contingat, ſatis ſcio quòd multo magis doleam. Quare nõ habeo quomodo hoc uiro utar. Et ex tibiarum quidem cantu, & ego & multi alij talia perpetiuntur ab hoc Satyro. Cæterum ex me audite, quomodo & his quibus ipſum comparaui, ſimilis ſit, & quòd admirandam uim habeat. Probè enim id noſcite, è uobis neminem eſſe, qui hunc noſcat. Verùm ego quandoquidem id facere cœpi, declarabo. Videtis quòd Socrates amore affectus eſt erga pulchros, & circa hos ſemper uerſatur, & obſtupeſcit. Et rurſus ignorat omnia, & nihil nouit. Quomodo uero hæc ipſius figura Silenis non uehementer ſimilis ſit? Hac enim extrinſecus hic amictus eſt, quemadmodũ ſculptus Silenus. At ſi aperitus ſit, quanta temperãtia intrinſecus ipſum plenum eſſe uiri compotores, arbitramini. Sciote itaq;, quòd neq; ſi quis pulcher eſt, quicquam ipſi id curæ eſt, ſed contemnit in tantum quantũ neq; putare quis poſſit: neq; ſi quis diues, neq; ſi quis alia quadam dignitate præmineat, ex his quas uulgus magnifacere ſolet: ſed omnes has poſſeſſiones nullius pen-

Socrates nihil nouit, omnia ignorat

penſi facit, & nos pro nihilo ducit, cauillans autem & ludens omnem uitam cum hominibus tranſigit. At ipſius ſeriò agentis & aperti, haud ſcio an quis ueſtrũ unquam interno imagines inſpexerit. Sed ego iam aliquando uidi, & mihi adeò diuinæ, & aureæ, & penitus pulchræ ac admirandæ uidebantur, ut faciendum eſſe ducerem, idq; breui, quic quid Socrates iuberet. Cùm autem pulchritudinis meæ ſtudioſum ipſum eſſe putarem, lucrum id ingens, & admirandã meam felicitatem eſſe duxi, tãquam liceret nunc id mihi, ut & ego Socrati gratificarer, & omnia quæ ille noſſet, audirem. Mirum in modum enim iam mihi ob pulchritudinẽ placebam. Hæc igitur ubi mecum cogitaſſem, & anteà non ſolitus fuiſſem abſq; comite ſolus cum ipſo conuerſari, tunc ablegato à me comite, ſolus cum ipſo fui. Oportet enim apud uos omnia uera narrare, uerum animũ adhibere ut ſtatim ipſe mecum colloqueretur de his quæ amatores cum amatis loqui in ſolitudine ſolent, & gaudebã. Horum autem nihil adeò fiebat, ſed uelut ſolebat, colloquutus mecum, et per diem conuerſatus abibat. Poſtea uero ad cõmunem exercitationẽ ipſum prouocabã, & ſimul cum ipſo exercebar, uelut hic aliquid effecturus. Exercebat itaq; mecum, & ſæpe colluctabat, nemine præſente. Et quid dicere opus eſt? Nihil mihi amplius contingebat. Poſtquã uero hac uia nullatenus proficerem, fortiter uiro inſidiari uiſum eſt: & quandoquidẽ ſemel aggreſſus eſſem, non deſiſtendum eſſe. Verùm ſcire iam expedit, quod fuerit meum inſtitutum. Inuito ipſum ut mecum cœnet, fermè uelut amator amato inſidias tendens: & neq; in hoc ille citò mihi aſſenſus eſt, temporis tamẽ progreſſu perſuaſus fuit. Cùm autem me acceſſiſſet primũ, cœna peracta, abire uolebat: & tunc quidẽ ipſum reuerítus dimiſi. Rurſus uerò inſidiatus, ubi cœnatus eſſet, colloquiũ cum ipſo in multam noctem extendi: & cum abire uellet, prætendens quòd ſerum iam noctis eſſet, ipſum manere coegi. Quieſcebat igitur in uicino ad meum lecto, in quo etiam cœnauerat, & nemo alius præter nos in his ædibus dormiebat. Quæcunq; igitur huc uſq; ſermone proſequutus ſum, ea honeſtè poſſint coram quibuſuis exponi. Quæ uero deinceps ſequentur, me dicente nõ audietis, niſi id quod prouerbio dicitur, prius audieritis, uinum & cum pueris, & ſine pueris uerum eſt. Poſtea uero Socratis factum ſplendidum ſilentio præterire eum qui ad illum laudandũ progreſſus ſit, iniquũ mihi eſſe uidetur. Inſuper autem & affectus ille me habet, quo corripi ſolet is qui à uipera eſt comorſus. Aiunt enim, ita affectum dicere nolle qualis ſit affectio, præterq; his qui comorſi ſunt, uelut ſolis illis cognituris & ignoturis, ſi quiduis & facere & dicere audeat, præ dolore. Ego igitur à longè maiorẽ dolorem inferente cõmorſus, & ab eo quod omnium maximũ dolorem morſu infert ſauciatus, in cor nimirũ, aut animam, aut quomodocunq; quis appellare id uelit, ictus ac cõmorſus à philoſophicis ſermonib. qui multò ferocius q̃ uipera, adoleſcentis animæ non ingenioſæ inhærent, ubi ipſam apprehenderint, & quiduis facere ac dicere cõpellunt: & uidens rurſus Phędros, Agathonas, Eryximachos, Pauſanias, Ariſtodemos, & Ariſtophanes, Socratem deniq; ipſum quid attinet dicere, & quicũq; ſunt alij? Omnes enim inſaniæ ac furoris philoſophici participes facti eſtis, cõfidenter apud uos referre uolo. Quare etiam omnes audietis. Ignoſcetis enim & his quæ tunc facta ſunt, & his quæ nunc dicunt. Vos autem miniſtri domeſtici, & ſi quis alius eſt prophanus & indoctus, magnas ualdè portas auribus obdite. Poſtq; igitur, ô uiri, lucerna extincta eſſet, & famuli egreſſi eſſent, uiſum eſt mihi nihil oportere erga ipſum uariegare, ſed liberè quæ mihi uiderent dicere. Itaq; contacto illo, Socrates dormis inquã? Nondum, inquit ille. Noſti igitur, inquã, quæ mihi uiſa ſunt? Qua de re maximè, inquit ille? Tu mihi uideris, inquã ego, ſolus me dignus amator eſſe: & tamẽ cunctantior mihi eſſe appares ad hoc, ut amorẽ meum tibi concilies. Ego uero cum ita erga te affectus ſim, ualde ſtolidũ eſſe duco, tibi nõ & in hoc gratificari, & ſi quid aliud ſit, ſi aut opibus, aut amicis meis opus habeas. Mihi equidem nihil antiquius eſt, quàm ut optimus euadam. Ad hoc autem nullũ præſtantiorem adiutorem mihi contingere poſſe arbitror, quàm tu es. Ego uero ſi tali uiro nõ gratificarer, multò magis reuerear ſapientes, quàm uulgus & inſipientes, ſi gratificarer. Et ille his auditis, ualdè cauillatoriè, & pro more adeò ſuo, chare Alcibiade, dixit, reuera non malus eſſe uideris, ſi uera ſunt quæ de me dicis. Et quę eſt in me facultas, per quam tu melior fieri poſſis? Excellentem

Alcibiadis conuerſatio cũ Socrate

Lectis iiſdẽ cœnatum & dormitum

Præcaſtigatio ſermonis impudentioris

Viperæ morſus affectio qualis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quandam pulchritudinẽ in me uideris oportet, et tua formoſitate longè præſtantiorẽ: ſi ſanè iam cõſpicatus, cõmunicare mihi conaris, & pulchritudinẽ pro pulchritudine permutare, non paulò me potior eſſe cogitas: ſed pro opinione ueritatem pulchrorũ adipiſci conaris, & reuera aurea pro æreis permutatis recipere cogitas. Verũ ô bone, melius rem expẽde, ne cùm ego nihil ſim, fallaris. Nam mentis oculus acutè cernere incipit, cũ corporis oculi in uigore eſſe deſinunt: tu uero ab his procul adhuc abes. Et ego his audiui, Meæ quidem res, inquã, ita ſe habent, & nihil earũ aliter dictum eſt q̃ ueluti cogito. Tu uero ipſe ita meditare, quicquid & tibi, & mihi optimũ eſſe duxeris. At hoc, inquit, rectè dicis. In poſterũ enim deliberãtes faciemus, quicquid nobis uiſum fuerit, & de his & de omnib. aliis optimũ. Ego itaq; cùm hæc & audiuiſſem, & dixiſſem, ac immiſiſſem, uelut iaculo ipſum ſauciatũ eſſe putabam, ſurrexiq;, & nihil amplius hunc dicere permiſi, & pallio hoc meo intectus (erat enim hyems) & ſub attritã huius ueſtem reclinatus, manibus ambabus felici huic reuera ac admirando circũiectis, accumbebam per totam noctẽ: & neq; hæc mentiri me, ô Socrates, dicere potes. At ubi hæc ego feciſſem, hic in tantum ſuperior erat, & cõtempſit & deriſit meam pulchritudinẽ, inſuperq; caſtigauit:

Socratis temperantia

quanquam ſanè hoc aliquid eſſe putabam, uiri iudices. Superbiæ enim Socratis iudices eſtis. Probè enim id ſcitote, deos ac deas omnes iuro, quòd ubi dormieram cum Socrate, non aliter ſurrexerim, quàm ſi cum patre dormiuiſſem, aut fratre ſeniore. Quam uero poſtea mentem mihi fuiſſe putatis, cùm me quidem cõtemptum eſſe putarem, huius autem naturam & temperãtiam, & fortitudinem admirarer, ut qui in eiuſmodi hominem incidiſſem, qualem me nunquã adepturum eſſe putaram, quod ad prudẽtiam attinet ac tolerantiam? Quare neq; quomodo huic ſuccenſere, & me ab huius conſuetudine ſubducerem, habebam: neq; quomodo ipſum mihi conciliarem, facultas ſuppetebat. Hoc enim probè noram, quòd pecunijs multò magis ubiq; inuulnerabilis eſſet, quàm Aiax ferro. Et quo ſolo putarã ipſum captum iri, id me fefellerat. Conſilij itaq; inops eram, & ab homine in ſeruitutẽ redactus, uelut nullus ab ullo alio, obambulabam. Atq; hæc omnia mihi prius contigerant, & poſtea nobis expeditio cõmunis fiebat ad Potidæam, & illic contubernales eramus. Primũ igitur laboribus non ſolum me ſuperabat, ſed etiam alios omnes. Cùm itaq; alicubi intercluſi, uelut ſanè in expeditione cõtingere ſolet, inediam perferre coacti eſſemus, reliqui nihil ad tolerandũ ualebant. Et rurſus in conuiuijs ac comeſſationibus ſolus frui poterat: & tum in alijs, tum ſi bibere nollet, quãdo ad hoc cogebatur, omnes ſuperabat: & quod omniũ maximè admiratione dignum eſt, Socratem ebrium nullus unquam hominũ uidit. At huius rei argumentũ ſtatim fore mihi uidetur. Verùm ad tolerandam hyemem (ſunt enim iſthic hyemes uehementes) tum alia admiranda faciebat, tum aliquando cùm glacies ſæuiſſima eſſet, & omnes aut de tecto rijs nõ prodirent, aut ſi exirent, mirum in modum amicti eſſent, & calceati, & pedibus, pileis ac agninis pellibus inuolutis: hic inter hos exibat, palliũ quidem habens eiuſmodi, quale etiam prius geſtare ſolebat: diſcalceatus autem per glaciem facilius iter faciebat, quàm reliqui calceati. Milites uero ſuſpectũ ipſum habebant, uelut à quo cõtemnerentur. Atq; hæc quidem hoc modo ſe habent. Quale uero quiddam fecerit ac toleranit patientiſſimus uir ille quandoq; in militia, id audire operæpretiũ fuerit. Etenim cùm illi aliquid in mentem ueniſſet manè, perſtitit eodem loco cogitabundus: & cùm nõ ſuccederet ipſi, nihil remittebat, ſed quæſtioni intentus cõſiſtebat: & iam meridies erat, & homines id uidebant, & admirãtes alius ad alium dicebat, Socrates à matutino hic meditans aliquid conſtitit. Tandem uero Ioues quidam, cùm ueſpera eſſent cœnati (erat enim æſtatis tũc tempus) ſtratis exportatis ac humi poſitis, ſimul ſub dio frigus captantes dormiebant: ſimulq; ipſum obſeruabant, an etiã per noctem ita perſtiturus eſſet. At ille perſtitit ad matutinum uſq; tempus, & donec ſol exortus eſſet. Deinde adorato Sole abibat. Si uero uultis audire qnomodo ſe in prelijs geſſerit, iuſtum ſanè fuerit ipſi hoc quod res eſt attribuere, & à me reddi. Cùm enim prælium cõmitteretur, ex quo mihi exercitus duces rei optimè geſtæ, præmia dederunt, nullus alius hominum me ſeruauit, quàm hic, ut qui ſauciatũ relinquere nollet, ſed & arma & meipſum conſeruauit. Et ego quidem, ô Socrates, etiam tunc iubebam, ut exercitus duces rei optimè geſtæ præmia in te conferrent: & hoc nomine neq; mihi ſuccenſere potes, neq; quòd mentiar dicere.

Socrates pecunijs inuulnerabilis

Inediæ tolerãs Socrates

Socrates totũ diem naturalẽ cogitabũdus in eodẽ loco perſtitit

Socrates Alcibiadem in prælio ſeruauit

At enim

At enim quum imperatores ad meam dignitatem reſpicerent, & præmia illa mihi tradere uellent, tu ipſe imperatoribus promptior eras, quo ego potius quàm tu, illa acciperem. Adhuc uerò dignum uiſu ſpectaculum Socrates exhibuit, quando à Delio exercitus noſter fuga dilapſus eſt. Aderam enim ego eques, hic uero pedes armatus. Diſcedebat igitur diſperſis iam hominibus, & unà cum ipſo Laches. Et ego quum in ipſos incíderem, eoſq; uiderem, ſtatim adhortabar ut confidente animo eſſent, & non derelicturum me ipſos eſſe promittebã. Hic uerò etiam melius perſpexi Socratem, quàm apud Potidęam. Nam quũ ipſe eques eſſem, minus in timore conſtitutus eram, Primùm quidem quantum ſuperabat Lachetem, eo quòd præſenti ac prudenti animo eſſet. Poſtea mihi ſanè uidebatur ô Ariſtophanes, id quod tu narrare ſoles, etiã illic iter facere, quem admodum hic, elato animo: & oculos leniter circumferens, & amicos & hoſtes circumluſtrans, & omnibus etiam ualdè procul declarans, quòd ſiquis hunc uirũ attingat, fortiter ſe defendentem experturus eſſet. Quapropter etiam ſecurè diſcedebat & ipſe, & alter. Fermè enim eos qui ita animati ſunt, in bello neq; attingunt: ſed eos qui concitato gradu fugiunt, perſequuntur. Ac multa quidẽ etiam alia habere quis poſſet, eaq; admiranda, quæ de Socrate prædicarit. Verùm in alijs ſtudijs, fortaſſis etiam de alio quis talia dixerit. Quod uerò nulli homini ſimilis eſt, neq; ex ueteribus, neq; ex his qui nunc uiuunt, hoc omni admiratione dignum eſt. Nam qualis erat Achilles, talem aſſimilare quis poſſit etiam Braſidam & alios. Et rurſus qualis erat Pericles, talem etiam Neſtorem & Antenorem fuiſſe quis coniectet. Sunt etiam alij, ad quos alios itidem quis cõparare poſſet. Qualis uerò hic homo fuit, quod ad abſurditatem attinet tum ipſe, tum ſermones ipſius, ne prope quidem inuenerit quis quærẽs, neq; inter noſtri temporis homines, neq; ueteres. Niſi ſanè quis ipſum cõparet his de quibus ego dixi, nulli quidem homini, ſed Silenis & Satyris, tum ipſum, tum ſermones ipſius. Etenim & hoc inter prima à me relictum eſt, quòd etiam ſermones ipſius ſimilimi ſunt Silenis qui aperiuntur. Si enim Socratis ſermones audire quis uelit, primùm ſanè ridiculi apparuerint, talibus & nominibus & uerbis amicti ſunt, uelut contumelioſi cuiuſdam Satyri pelle. Aſinos enim magnos dicit, & fabros quoſdam ferrarios, & ſutores, & coriarios, & eadem ſemper per eadem dicere uidetur, ut imperitus & quiuis rudis homo ſermones irrideat. Si uero apertos ipſos quis uideat, & intrinſecus inſpiciat: primùm quidem ſolos ex omnibus ſermonibus mente intus prædítos comperiet: deinde diuiniſſimos, & plurimas uirtutis imagines in ſe habentes, & quàm longiſſimè ſe extẽdentes, imò potius ad omnia quæ cõſiderare debet is qui honeſtus ac bonus euadere uolet. Hæc ſunt ô uiri, quæ ego in Socrate laudo, & quæ rurſus reprehendo: quibus etiam ea adiuncta uobis dixi, per quæ contumelioſus in me fuit. Et profectò non in me ſolum hæc perpetrauit, ſed etiam in Charmiden Glauconis, & in Euthydemum Dioclis, & in alios multos: quos hic decipiens, uelut amor, ipſe potius amatus eſt pro amatore. Quæ ſanè etiam tibi dico ô Agatho, ne ab hoc decipiaris, ſed ex his quę nos pertulimus, cautior eſſe diſcas, & non iuxta prouerbiũ, uelut ſtultus accepto malo ſapias. At ubi hæc Alcibiades dixiſſet, riſum obortum eſſe ob ipſius dicendi libertatem, Ariſtodemus dixit: eo quòd adhuc amatorio modo erga Socratem affectus eſſe uideretur. Socratem igitur, Sobrius eſſe mihi uideris Alcibiade dixiſſe. Non enim alioqui ita uerſutè ambagibus aſſumptis id occultare ſtuduiſſes, cuius gratia hæc omnia dixiſti: & hoc ipſum uelut præter inſtitutum proferens, in fine poſuiſti: quaſi non omnia ea de cauſa dixiſſes, ut me & Agathonem uituperares, ut qui putes me oportere amare te, & neminem alium. Agathonem autem à te amari oportere, & à nemine alio. At non latuit id nos, ſed Satyrica & Silenica fabulæ actio manifeſta facta eſt. Verùm chare Agatho, nihil illi amplius contingat: ſed ita te para, ut mihi & tibi nemo ritè calumniam ſtruere poſſit. Agathonem igitur dixiſſe, profectò Socrates uera dicere uideris. Coniecturam uerò etiam ex eo facio, quòd medius inter me & te accubuit, quo ſeorſim nos dirimeret. Nihil igitur amplius ipſi cõtinget, ſed ego hinc progreſſus iuxta te accumbam. Tum maximè, dixiſſe Socratem, ades huc, & infra me accumbas. Et Alcibiadem, ô Iupiter dixiſſe, qualia perpetior ab hoc homine. putat enim ſe ubiq; ſuperiorem me eſſe oportere. At ſi nõ aliud, ô admirande, in medio ſaltem noſtrum accumbere Agathonem permitte. Tum, fieri hoc nõ poteſt, Socra-

Socratis etiã ſecura fuga ſecura fuit

Fugatur qui fugit

Socrates incõparabilis

Sermones Socratis etiã Silenis ſimiles apertis

Cõtentio inter Socratẽ & Alcibiadẽ de amãdo Agathone

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem reſpondiſſe. Tu enim me laudaſti. Oportet autem me ad dexteram ipſum laudare. Si itaq; infra te accubuerit Agatho, nunquid me rurſum laudabit, prius quàm à me laudetur? Verùm permitto ô bone, & ne inuideas adoleſcenti, ut à me laudet. Valde enim cupio ipſum laudare. Tum Agathonē, Io io dixiſſe: nō eſt Alcibiade q̄ amplius hic maneam, ſed præ omnibus illuc tranſibo, quo ex Socrate laudem reperiam. Et hæc ſunt illa, Alcibiaden dixiſſe, quæ pro cōſueto illius more fiunt. Nō enim fieri poteſt, ut Socrate præſente alius pulchrorū particeps fiat: & nunc quàm expeditè hanc rationē excogitauit, ut hic apud ipſum accumberet. Itaq; Agathonē uelut qui iuxta Socratem accumbere uellet, ſurrexiſſe. Derepente autem ebrios plurimos ad fores ueniſſe, easq; quum paulo antea quis egreſſus eſſet, apertas deprehendiſſe, atq; ita ad ipſos progreſſos eſſe, ac cōſediſſe, & omnia tumultu plena fuiſſe, & nullo amplius modo plurimū uinum bibere coactos eſſe. Proinde Eryximachum & Phædrum, & alios quoſdam dixit Ariſtodemus abiiſſe domum, ſe uerò ſomno tradidiſſe, & ualde multum dormiuiſſe, utpote quum longæ tunc eſſent nocte: experrectum uerò ſe eſſe ad diem iam, quum galli cecinniſſent: & ubi experrectus fuiſſet, alios quidem dormientes uidiſſe, alios autem abiiſſe. Agathonem uerò & Ariſtophanem, & Socratem, ſolos adhuc uigilaſſe, & ex magna phiala ex ordine ad dexteram bibiſſe. Et Socratē ſanè apud ipſos diſſeruiſſe. Et reliquorum quidem ſermonū dixit Ariſtodemus ſe non meminiſſe. Neq; enim ab initio ſe adfuiſſe, in ſuperq; aliquantum dormitaſſe. Summam tamen hanc fuiſſe dixit: Coegiſſe Socratem ipſos, ut cōfiterentur eiuſdem uiri eſſe, comœdiam & tragœdiam facere noſſe: & eum qui ſit arte tragicus poeta, eſſe etiam comicum. Hæc ſanè cōfiteri ipſos coactos eſſe, & non ita ualde aſſenſos dormitaſſe. Et primū quidem dormiuiſſe Ariſtophanem. Iam uerò die illuceſcente etiam Agathonem. Socratem igitur ſopitis illis ſurrexiſſe, ac abiiſſe, & ſe quoq; pro conſuetudine ſua illum ſequutū eſſe: & illum ubi ad Lyceū peruenisſet, ac lauiſſet, reliquum diem, quemadmodū aliàs ſolebat, cōtriuiſſe: atq; ſic tranſacta die, ad ueſperam domi quieuiſſe.

Ebriorum alio rum aduentus

Potatio ex phiala magna ex ordine ad dexterā

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Phædrum.

PLATO noſter poeticæ muſæ, quam à tenera ætate, immo ab Apollinea genitura ſectatus eſt, furore grauidus, primum peperit liberū totum pene poeticum, & candidiſſimum candidiſſimus, & de pulcritudine ſimul atq; Amore uir pulcherrimus, omniumq; amore digniſſimus, ut merito cæteros quoq; liberos deinceps ædiderit uenuſtatis & gratiæ plenos à uenerea Muſa exordium felix auſpicatus, ſuiusq; omnium uenuſtatē ubiq; cum dignitate cōiunxerit. Quoniam uero plurima huius libri myſteria in Theologia & libro de Amore expoſuimus, argumentū eius breuiſſime perſtringemus. Sympoſiū de Amore quidē præcipue tractat, conſequenter uero de pulcritudine. At Phædrus gratia Pulcritudinis diſputat de amore. Neq; ab re omnino inſerta eſt oratio Lyſiæ, atq; oratoria diſputatio. Pulcritudo enim & ad mentē, & ad uiſum, auditumq; pertinet. Quo fit, ut ubi de animorum nominumq; pulcritudine agitur, itemq; de pulcritudine corporis, merito de orationis pulcritudine diſputetur. Statim uero in ipſo exordio Socrates inter iocandam ſeria nimium tradit præcepta, Omnia ob ſapientiæ ſtudium penitus cōtemnenda. Potiſſimum ſapientiæ ſtudium conſiderare ſeipſum. Inter hæc artificioſiſſima loci deſcriptio allegorice ſignificat Academiam: Platanus, Platonē: Caſtum arbuſtum, amoris Platonici & Socratici caſtitatem: Fons, in communicanda ſapientia largitatem: ornamenta cætera oratorios poeticoſq; flores quibus Academia Platonis abundat. Reprehēditur iure Lyſias quod qualis ſit amoris affectus inquirat, neq; prius amorē ipſum definierit neq; diſtinxerit. Conſidera inter hæc amoris Socratici pudicitiam: nonaulla enim minus honeſta pronunciatus obuoluto capite exorditur. Mox inuocat Muſas, ut rem minus honeſtam ipſæ ſuo ſaltem ſplendore elocutionis honeſtent. Sed antequam turpem uituperet amatorem, ne in eodem ſit quo Lyſias crimine, turpem amorem definit eſſe cupiditatē quandam ſiue libidinem à ratione rebellem, quæ ſuperet opinionem ad recta tendentē, & ad formæ rapiat uoluptatem. Sed dum ad definiendum pergit, duos nobis tribuit duces, unum quidem appetitum uoluptatis ingenitū, alterum uero legitimam quandam opinionem acquiſitam paulatim per diſciplinam, & ad honeſta ducentem. Verum hos nobis intrinſecos duces, extrinſeci duo mouent. Dæmon quidam aereus opinionem, aqueus uero libidinem. Poſtquam uero deſſe nuit, multis rationibus adoleſcentes à turpibus amatoribus ſegregat. Tum uero interea mirabile nota myſterium, Moſaico myſterio ſimile. Malorum plurimis in ipſo ſtatim principio, dæmō aliquis immiſcuit uoluptatem. Quoniam uero nonnullam philoſophicam quàm poeticam agit perſonam, ſubdit ſe correptum à dæmone, quod Amorem dei nomen uituperauerit. Idq; facit, ut diſtincturus Amorem, poetico potius quàm dialectico more diſtinguat. In his animaduertes grauiſſimum peccatum eſſe in dei nomen delinquere. Rurſus in animo eſſe præſagiū. Deinde poeticis quibuſdam ambagibus ariem à furore ſecernit. Furorem in diuinum diuidit & humanum. Diuinum in quatuor, ſcilicet in uaticinium, myſterium, poeſim atq;

atq; amorem. Prouidentiā religionemq; confirmat. Sapientiam diuino furore infuſam humanæ ſapientiæ longiſſime anteponit. Antequam peragat animarum tractatum particularium, animas in medium communes adducit, ſcilicet mūdi animam, quam nominat Iouem, atq; ſub ea duodecim animas ſphærarum duodecim mundanarū, quibus ſubdit totidem ordines dæmonum, totidemq; particularium animarum. Singulis uero currus accommodat, id eſt cœleſtia corpora atq; ſempiterna. De rationalibus animabus diſputat, diuinis atq; humanis, de circuitu utrarūq;, & qua ratione hominum animæ tam in cœlo animarum cœleſtium contemplationem comitentur, quàm ſuper cœlum angelicum ſequantur intuitū. Quid uero in anima Currus uehiculum, alæ, auriga, equi, Fatum, caſuſq; in corpus: quid iterum Iupiter in cœlo magnus, cæteriq; dij ſequentes, in Theologia exponimus. Satis uero tibi fuerit in præſentia intelligere, geminas alas eſſe geminum inſtinctum menti ingenitum, ad ſuperna animum eleuantem: in intellectu quidem inſtinctum ad diuinum uerum, in uolunitate uero inſtinctum ad diuinum bonum pro utribus conuertentem. Quando uero hi quidem remittuntur, inclinatio autem uegetalis naturæ intenditur ad corpora gubernanda, animas fractis iam alis in elementa deſcendere Pythagorici putant. Poſt hæc eadentem de cœlo animam in nouem diſtribuit gradus. In his omnibus & poetica licentia utitur, & Pythagorica potius quàm propria narrat. Inter hæc animaduerte ſimilem animarum deſcribi caſum à Pythagoricis, atq; dæmonum à prophetis. Numerum quoq; nouenarium, tam choris angelicis, quàm lapſis inde dæmonibus conuenire. Mitto nunc quod ſimilem quendam caſum Pherecydes Syrius narrat dæmonibus accidiſſe. Additq; Ophionem, id eſt ſerpentem dæmonicum fuiſſe caput exercitus rebellantis à mente diuina. Huic & ſimile, quod in myſterijs diuinis cōtinetur, Iouem ſcilicet inferiores dæmones ad inferos deturbaſſe. Sed ad dialogum redeamus. Deniq; uirum purgata mente deo deditū, omnibus inde bonis impleri, ſolumq; ſapientem eſſe, quamuis quaſi extra ſe poſitus, uulgo derideatur uelut inſanus. Poſt hæc deſcēdit ad diuinum legitimi amoris furorem, quem accendi putat in animo quando pulchrā aſpiciens corporis formam, diuinæ pulchritudinis, quam quondam contemplatus fuerat, facile recordatur, illiusq; recuperādæ deſiderio inflamatur, & furit. Sed contrarium huic deſcribit furorem quaſi ferinum, à forma corporis non ad diuinum intuitū aſcendentem, ſed ad uenereum congreſſum turpiter deſcendentem. Deſcribit rurſus humanum quendam furorem inter diuinū atq; ferinum, in eius accenſum animo qui admiratione formæ corporeæ occupatus, neq; obliuioni diuinam tradit omnino, neq; penitus recordatur. Quo fit, ut neq; intemperatus ſit omnino, neq; etiam tēperatus, ſed modo quaſi incontinens, modo continens uideatur. Quærens poſtea cauſas ob quas alij alios, aut magis minusue ament, confugit ad ſidera, quorum ab initio ſint comites animæ. Tot enim animarum ordines humanarum in Timæo diſponit, quot in cœlo ſunt ſtellæ. Hinc reuertitur iterum ad uires animæ diuidendas: & rationem quidem aurigam uocat, geminos uero appetitus equos geminos: appetitum rationalem equum bonum, appetitum irrationalem equum malum. ſed in hoc genere appetitum uergentem ad iracundiam, minus malum: declinantē uero ad concupiſcentiam, magis malum. Deinde paſſiones animantium tam continentium quàm incontinentium, mutuumq; amorem quaſi poeta depingit. Quo fit, ut non aliter his allegorice indulgendum ſit, quàm canticis Salomonis. His actis, cum de pulcritudine quæ ad mentē, & quæ ad uiſum pertinet, tractauiſſet, iam ad examinandam orationem Lyſiæ pergit, atq; oratoris officium demonſtrandum, ut pateat qualis oratio nis pulcritudo ſit, quæ pertinet ad auditum. Pulcritudinem orationis in ordine collocat, uidelicet ut caput habeat à fine differens, habeat & media, capiti & fini & inuicem neceſſario copulata. Huiuſmodi ordinem in primis ab oratore præcipit obſeruari. Probat autem neminem oratorem uerum eſſe poſſe, niſi rerum præſertim humanarum, animorumq; ſcientiam habeat. Quo autem orator id aſſequi poſſit, præcipit ut à dialectico facultatem diſcat diuidendi atq; cōponendi, quem eſſe uult præcipuum ueritatis indagandæ inueniendæq; inſtrumentum, & in Philebo dei nuncupat donum, proptereà quod ſicut in mundo perpetuum dei officium eſt diuidere atq; componere, ita & dialectici eſt in arte. Ideoq; conſummatum dialecticum, id eſt metaphyſicum iudicat tanquam deum eſſe colendū. comparat poſt hæc inuicem oratores, uituperatq; eos, qui ueriſimile uero anteponentes, populum fallunt atq; ſeipſos, ſtulteq; confidunt quid ueri potiſſimum ſimile eſt etiam abſq; ueri ipſius notitia poſſe cognoſcere. Mox optima quædam nota præcepta. Tria primū oratori neceſſaria ſunt, Ingenium, Doctrina, Exercitatio. Philoſophia opus eſt ad ipſam maximæ cuiuſq; artis perfectionē. Ab exercitatione dialectica, rerumq; contemplatione ſublimium, tandem mentis ſublimitas uiſq; ad agendum efficax cōparatur. Quæ quidem duo in artium maximarum perfectione magnopere neceſſaria ſunt. Deinde comparat oratorem non legitimum coquis, adulatoribuſq; quemadmodum in Gorgia: legitimum uero medico. Proinde regulam tradit qua tam animi quàm corporis, immo rei cuiuſq; natura ſit cognoſcenda, ſtatimq; redit ad oratoris officium. Subdit ob ipſum ſcribendi officium literas in Aegypto à dæmone quodam Teuthe unà cū cæteris diſciplinis inuentas fuiſſe. Deridet præterea ſcribendi ſtudium, in eo uidelicet qui per literas indubitatam poſteris confidat patefacere ueritatem. Atq; Pythagoreorum more probat contemplationem traditionemq; ueritatis in animos, potius quàm in libros. Quod in Epiſtolis quoq; confirmat. Deniq; ſolum oratorem laudat, qui ingenio ſit ſtudioq; philoſophus. Concludit uero dialogum oratione, uotiſq; pulchritudinem animi à deo petentibus. In qua conſidera Socratem cæteris omnino ſpretis ſola pulchritudine animi, id eſt ſapientia eſſe contentum, ueritamen indicare, hanc ipſam non tam humano ſtudio, quàm diuino munere comparari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS ATHENIENSIS PHAEDRVS, SIVE DE PVLCHRO. *Moralis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. PHAEDRVS.

HARE Phędre quo'nam,& unde? PHAE. A Lysia Cephali filio ô Socrates,abeo autē ad deambulationē extra mœnia. Multū enim tempus illic contriui,ut qui à matutino illic cōsederim. A tuo uero & meo sodali Acumeno persuasus,per uias deambulationes facio. Dicit enim minus fatigare has,q̄ eas quæ per cursus fiūt. SOC. Recte ille ô amice dicit. At Lysias erat ut apparet in urbe? PHAE. Etiā,apud Epicratē in hac prope Olympiū domo,quę Morychi est. SOC. Quæ uero erat uobis cōuersatio: aut sermonū scilicet epulo Lysias uos excipebat? PHAE. Audies ubi tibi obambulanti audiendi ociū fuerit. SOC. Quid uero nō putas me iuxta Pindarū, etiam negocio rem præstantiorē facere,ut tuā & Lysię conuersationē audiam? PHAE. Progredere itaq;. SOC. Dicas itaq;. PHAE. At qui cōueniens tibi ô Socrates erat narratio. Nā sermo circa quē uersabamur, haud scio quo modo amatorius erat. Scripsit enim Lysias de quodā pulchro qui tentat, nō tamē ab amatore: At hoc ipsum etiā glorioſe iactat. Dicit enim gratificandū esse non amanti magis,q̄ amanti. SOC. O generosum illū. Vtinam scripsisset oportere magis gratificari pauperi,q̄ diuiti: & magis seniori,q̄ iuniori: & quicūq; alia & mihi, & plerisq; nostrū adsunt. Nam urbani profectò,& uulgo utiles essent sermones. Ego itaq; ita audire gestio,ut si progrediēdo ad Megaram usq; deambulationē faceres,& iuxta Herodoti morem ad mœnia progressus rursus discederes,non te relicturus sim. PHAE. Quō dicis ô optime Socrates? putasme quę Lysias in multo tēpore per ociū cōposuit, Vir inter eos qui nūc sunt in scribēdo prestātissimus, ea pro dignitate illius in memoriā reuocare posse,qui idiota sum. Multū certè abest: quanquā hoc magis uelim q̄ multū auri mihi contingere. SOC. O Phædre si ego Phædrū ignoro,etiā meipsius oblitus sum. At em̄ neutrū horū est. Hoc em̄ satis scio q̄ ille Lysiæ sermone audito,nō solum semel audiuit,sed sæpe etiā repetitū sibi recēsere iussit: ille uero prompte obsequutus est. At Phædro neq; hæc satis fuerūt: sed tandē accepto libro,quæ maxime desiderauit cōsiderauit,atq; hoc faciēs à matutino illic desidēs,tandē fatigatus ad deambulationē progressus est,ut ego quidē arbitror per canē,memoria cōplexus sermonē,nisi forte admodū ꝓlixus ille fuit: Abibat aūt extra mœnia ut meditaret,quū uero incidisset in hominē ex audiēdi sermones morbo laborantē,cōspicatus quidē illū gauisus fuit,q̄ habiturus esset qui Coryban tū more cū ipso exultaret,et progredi iussit. Quū aūt ille sermonū amator dicere ipsum rogat,molliter se gerit,uelut qui dicere nō cupiat. Tandē uero si quis nō ultrò aures præbuisset,per uim dicturus fuisset. Tu igit ô Phędre hoc ipsum rogatus facias, quod breui omnino facies. PHAE. Nūc itaq; reuera lōgè optimū est ut ego sic faciā, & prout possum dicā,ita uideris mihi tu nullo me modo dimissurus esse, prius quàm quomodocūq; tandē dicam. SOC. Admodū uerè tibi uideor. PHAE. Sic itaq; faciā. Reuera enim ô Socrates præ omnibus,uerba ipsa nō edidici,sententiā tamē ferè omniū, quibus amantē à nō amante differre dixit,in summa ex ordine recēsebo,à primo exorsus. SOC. Vbi ostēderis primū ô amice quid sit quod in sinistra sub pallio habes. Cōiecto enim te habere ipsam in libro scriptā orationē. Si uero hoc est,ita de me sentire debes,q̄ ego quidem te admodū amo,uerū præsente Lysia,ut me tibi docendū exhibeam,non ualdè uisum est. Quare age ostēde. PHAE. Desine, deiecisti me de spe,quā habebā uelut exercitaturus me unà tecū. At ubi uis ut cōsidentes legamus? SOC. Huc de uia diuertentes iuxta illis-

Discalceati ueteres

sum progrediamur. Deinde ubi uisum fuerit,in quiete consideamus. PHAE. Oportunē ut apparet discalceatus sum,tu enim semper ita. Facilimū igitur fuerit ut per aquulā pe-

des rigantes eamus, & tum aliàs, tum hoc & anni, & diei tēpore non iniucundū. SOC. Progredere itaq; & simul uide ubi cōsideamus. PHAE. Vides igit altissimam illam platanū? SOC. Quidni? PHAE. Illic & umbra est, & uētus moderatus, & herba ad insidendū, aut si uelimus ad recūbendum. SOC. Progredere itaq;. PHAE. Dic mihi ô Socrates, non'ne hinc alicūde de Illisso Boreas Orithyiam rapuisse dicitur? SOC. Dicit equidem. PHAE. Nū hinc? Gratiosæ em̄ & purę ac pellucētes aquulæ uidentur, & cōmodę ad hoc ut puellæ iuxta ipsas ludāt. SOC. Non, sed inferius ad duo aut tria stadia, quà ad Agręæ templū transimus, & isthic ara quædā Boreæ est. PHAE. Nō admodū animaduerti. Verū dic per Iouem ô Socrates, & tu hanc fabulā ueram esse credis? SOC. At si fidē ei non haberē, uelut sapiētes, nihil absurdi essem: & deinde cōmentū afferens dicerem, Boreæ uentū ipsam cū Pharmacea ludentē, de propinquis patris deiecisse, & sic mortuā, à Borea raptā dictā esse: aut ex Ario pago. Nā & hic sermo fertur, q̄ illinc & non hinc rapta sit. Ego uero ô Phędre talia quidē aliàs gratiosa arbitror, sed uiri admodū absurdi ac curiosi, & nō adeò felicis: nulla quidē alia de causa, nisi q̄ necesse est ipsum postea Hippocentaurorū speciē, itēq; Chimeræ corrigere: sed & turba affluit taliū, Gorgonū, & Pegasorū, & aliorū quarundam naturarū monstrosarū, tum multitudine, tum absurditate inexplorabilīū. Quibus si quis fidem nō habeat, sed agrestis cuiusdā sapientiæ usu, singula ad ueri similitudinē adducat, ei multo ocio opus fuerit. Mihi uero ad hæc nequaquā ociū est. Causa uero huius hęc est. Nō possum adhuc iuxta Delphicū oraculum, cognoscere meipsum. Ridiculū aūt mihi uidet, aliena cōsiderare eum qui adhuc hoc ignorat. Quare sanè his ualere iussis, & credens de ipsis id quod receptū est, quod uidelicet modo dicebā, cōsidero nō hęc, sed meipsum, an bestia sim Typhone multiplicior, et magis inflammata, aut māsuetius & simplicius animal, diuina quadā ac humili sorte ex natura prędituū. At inter sermones nō'ne ô sodalis hęc arbor erat ad quā nos ducebas? PHAE. Hęc ipsa. SOC. Pulchra per lunonē sedes. Nam & platanus hęc ualdè ampla ac alta est, & uiticis altitudo ac umbra penitus pulchra, et ut quę in floris uigore cōsistit, adoratissimū locū reddit. Et rursus fons gratiosissimus sub platano fluit aquę ualdè frigidę, uelut pede coniecturā facio: & nympharū quarundā ac Acheloi sacellū esse uidet, ex pupis ac imagūculis suspensis. Si uero rursus loci perspirationē uoles, amabile ac iucundum quiddam, estiuū item ac stridulū resonat ex cicadarū choro. Omniū autē bellissima herba est, in leniter accliui loco, cōmoda ad hoc ut recūbentis caput pulchrè excipiat. Quare optimè me uelut peregrinū deduxisti ô chare Phędre. PHAE. Tu uero ô admirande qui uelut peregrinus deducitur, & nō indigenæ: ita nec̄ ex urbe extra fines egrederis, nec̄ extra mœnia unquā egressus esse mihi uideris. SOC. Ignosce mihi optime Phędre. Sum enim discēdi cupidus. Regiones igitur & arbores nihil me docere possunt, sed homines in urbe. Tu tamen uideris mihi medicamentū mei egressus inuenisse. Quemadmodū enim hi qui pecora famelica fronde oleæ, aut fructu aliquo obtento ducūt, ita tu cūq; aliò uoles. Nunc autē in præsentia quum huc peruenerim, ego quidē decumbere uolo, tu uero in quali figura facilius te lecturū esse putas, ea delecta legas. PHAE. Audi itaq;. De meis equidē negocijs ac rerū statu nosti, & q̄ putē conferre nobis, si hæc fiant, audiuisti. Nō autē propterea, ea quæ peto, nō assequi me debere arbitror, q̄ amator tui nō sum. Nā illi quidē tunc ob collata beneficia, pœnitētia ducūtur, quū expleuerint cupiditatē. His autē tempus non est in quo pœnitere cōueniat. Non enim ex necessitate, sed ultrò, prout optimè de rebus suis cōsultarint, iuxta uires suas, beneficia cōferūt. Insuper uero Amatores quidē considerāt, & quō res suas male curarint, ob amorē, & quę beneficia cōtulerint, & quos labores subierint addētes, dudū dignam gratiā amatis se rependisse arbitrant: Qui uero Amatores nō sunt, nec̄ suarū rerū neglexionē propter hoc prætexere possunt, nec̄ præteritos labores supputare, nec̄ discordias cū cognatis causificari. Quare tātis malis sublatis, nihil aliud restat q̄ ut prōptè faciant quicquid id fuerit, in quo ipsis gratificari arbitrant. Quin et si ob hoc æquū est amātes plurimi facere, q̄ hos maximè amare dicūt eos quos amāt, & q̄ parati sunt tū sermonibus, tū operib. amatis gratificari, etiā si alios sibi infensos faciāt: facile cognitu est an uera dicāt, ex eo q̄ eos

Typhon gigas centū capitum

Platani descriptio

Pupæ & imāgunculæ in templis suspensæ

Arbores nihil docere, sed homines in urbe

quos

Universidad de Deusto
Biblioteca

quos postea amāt illis præferunt, & manifestū est q si posterioribus uideatur, illis mala inferant. Quanquā quomodo uerisimile est talem rem dimittere eum qui in huiusmodi calamitate uersatur, quā neq; auertere ullus peritus coneē? Nam & ipsi cōfitentur se ægrotare magis quàm prudētes esse, & scire q malè sentiant, sed nō posse sibijpsis imperare. Quare quomodo hi qui recte sentiunt, hæc recte se habere putarint, de quibus illi ita affecti cōsultant. Sed & si ex amātibus optimū deligas, ex paucis tibi electio cōtigerit. Si uero ex alijs tibi maximè idoneū, ex multis. Quare multò maior spes est, ut inter multos dignū tua amicitia cōsequaris. Si itaq; legem cōstitutam uereris, ne ubi id homines cognouerint, infamiā incurras: uerisimile est amātes quidem, dum putāt se ita ab alijs amari oportere, quemadmodū ipsi seipsos amāt, se in dicēdo efferre, & ambitiosè apud omnes ostentare, q nō frustra laborarint: Non amātes aūt, ut qui sibijpsis imperare possint, id quod optimū est, pro gloria ab hominibus eligere. Præterea necesse est uulgus & audire, & uidere, ut amātes amatos sequātur, & hoc studio teneantur. Quare ubi cōspecti fuerint inter se colloquentes, tunc putant aut factæ, aut futuræ cupiditatis gratia ipsos cōuersari. At non amantes ne accusare quidē aggrediuntur ob cōsuetudinem, quū sciant necessariū esse, aut amicitiæ gratia, aut ob aliam aliquā uoluptatē, cū aliquo colloqui. Quin & si metus tibi adest, & amicitiā permanere difficile esse putas, & si alio modo dissensio oboriat, cōmunem ambobus calamitatē emergere posse, & si amittas ea quæ plurimi facis, magnū tibi detrimentū futurum esse: meritò amātes magis times. Multa enim sunt quæ ipsos offendūt, & omnia in suam perniciem fieri putant. Quapropter etiā amatos ab aliorū cōsuetudine auertūt, uerētes opulentos, ne pecunijs ipsos excedant, eruditos, ne prudētia præstantiores fiant: & prout quicquā aliud boni quisq; habet, ita potentiā uniuscuiusq; formidāt. Vbi igit̄ persuaserint tibi ut ab his abstineas, ut amicis destitutus sis faciūt. Si uero rem tuā considerans melius q̄ ille senseris, in seditionem cū ipsis deuenies. Qui uero nō amātes sunt, sed propter uirtutē ea quibus opus est faciūt, alijs tecū conuersantibus nō inuident, sed qui id nolint facere, ut tecū cōsuetudinem habeāt eos, odio habent, arbitrātes ab his te cōtemni, ex his aūt qui tecum conuersantur utilitatē te capere. Quare multò maior spes est amicitiā quàm inimicitiā ex hac re ipsis prouenturā esse. Sed & plerisq; ex amātib. prius corpus cupiūt, quàm mores cognouerūt, & alia quæ ipsis priuatim adsunt experiētia didicerūt, ut incertū sit an adhuc tūc ipsis amici esse uoluerint, postquā cupiditatē expleuerint. At nō amātibus, qui etiā prius, quàm inter se amici essent, hæc fecerūt, non uerisimile est ex eo q̄ beneficijs affecti fuerint, amicitiam ipsis imminui, sed hæc beneficia futurorū monumenta relinqui. Quin & ut melior euadas, si mihi parueris, quàm si amatori obsecūdes, cōsentaneū est. Illi enim præter id quod optimū est, & quæ dicūtur, & quæ fiunt laudant, partim formidantes ne odio habeantur, partim etiam ipsi iudicio ob cupiditatē decepti. Talia enim amor designat, ut infortunatos molesta putare efficiat ea, quæ nullā alijs molestiā exhibent: fortunatos autē ut ea quæ uoluptate indigna sunt, ab ipsis laudētur cogit: adeò ut multò magis cōueniat amatis, ut ipsorū misereantur, quàm ut ipsos imitentur. At si mihi parueris, primū quidem non præsentē uoluptatem curans, tecum cōsuetudinem habebo, sed futurā utilitatem, ut qui ab amore nō superer, sed meipso superior sim: non ob paruas causas uehementē inimicitiā suscipiens, sed ob magnas tardè ad breuē iram deueniens, ita ut inuitè admissis ueniam præbeā, uoluntariò facta auertere conet. Hæc enim signa sunt amicitiæ ad multū tempus duraturę. Si uero fortè hoc animo tuo obuersatur, q̄ fieri nō possit ut fortis amicitia cōtrahatur, si quis nō amet, cogitare te oportet q̄ neq; filios multi faceremus, neq; patres, neq; matres: & neq; fidos amicos haberemus eos, qui nō ex huiusmodi cupiditate, sed ex alijs studijs facti sunt. Ad hæc si indigētibus maximè gratificari decet, etiā ex alijs nō optimis, sed egētissimus bene facere cōuenit. Nā à maximis malis liberati, plurimā gratiam habebūt. Sed & in proprijs sumptib. non cōuenit inuitare amicos, sed mēdicos & egētes ut saturenē. Hi enim amplectent̄, & sequētur, & ad fores ueniēt, & maximè gaudebūt, & nō minimā gratiam habebūt, & multa bona cōprecabuntur. At fortasse cōuenit nō ualdè indigentib. gratificari, sed his qui maximè gratiā referre possunt: neq; amātibus solū, sed etiā his qui re digni sunt: neq; his qui pulchritudine tua fruent̄, sed qui seni aliquādo bona sua impertient: neq; his qui

peracta apud alios se iactabunt, sed qui erubescentes ad omnia tacebūt: neq; his qui ad breue tempus tui studiosi sunt, sed his qui similiter per omnē uitā amici futuri sunt: neq; his qui expleta cupiditate, inimicitiæ occasionē quærunt, sed qui pulchritudine satiati, tunc suā ipsorum uirtutē ostēdent. Tu igitur & relatorū memor sis, & illud cogita, q̄ amantes admonēt amici, uelut qui malo studio teneātur: nō amantes autē nullus unquā ex familiarib. repræhēdit, uelut qui ob hoc male sibijpsis cōsulant. Fortassis igitur interrogas me, an omnibus nō animātibus gratificari te admoneā. Ego uero arbitror neq; amantē iubere te, ut ad omnes amātes hoc animo præditus sis. Neq; enim ei qui accipit æquali gratia dignū est: neq; tibi alios latere uolenti similiter possibile est. Oportet aūt detrimentū quidē ex hoc ipso nullū, utilitatē autem ambobus cōtingere. Ego quidem igitur sufficere puto ea quæ dicta sunt. Si uero tu quid admonueris, quod præteritū esse putas, proponito. Quid tibi uideē ô Socrates, non'ne oratio tum in alijs, tum in uerbis, egregiè dicta est? SOC. Feliciter equidē ô amice, ut me cōsternarit: atq; hoc mihi accidit propter te ô Phædre, dum ad te respicerē, eo q̄ lætari mihi uidereris ex oratione, interim dum illā legeres. Quū enim putarē te magis quàm me talia intelligere, te sequebar, & sequēdo una tecū diuinū caput debacchabar. PHAE. Eia sic tibi ludere placet. SOC. Ludere'ne tibi uideor, & non seriò dicere? PHAE. Nequaquā ô Socrates, sed dic uerè per amicitiæ præsidem Iouem, putas'ne alium aliquē ex Græcis maiora his alia & plura de hac re dicere posse? SOC. Quid uero hac parte orationē à me, & à te laudari oportet, uelut is qui illam scripsit, ea quæ competunt dixerit: & non illa solum, q̄ manifestè & rotūdè ac exactè singula uerba elaborata sunt? Si enim oportet, in tuā gratiam concedendū id est. Me enim præ imperitia latuit. Nam ad solam dicendi facultatē animum aduerti. Ad hāc uero neq; ipsum Lysiam arbitror putare se admodū præstantem esse. Proinde uisus est mihi ô Phædre, nisi tu aliud dicis, bis ac ter eadē dixisse, uelut cui copia non adeò esset, multa de eadē re dicendi, fortasse q̄ nulla ipsi de hoc cura esset. Et uidetur mihi iuueniliter se ostentare, uelut qui possit eadem aliter atq; aliter dicēdo, utroq; modo optime dicere. PHAE. Nihil dicis ô Socrates. Hoc enim ipsum uel maximè oratio habet. Nam quæ de re pro dignitate dici possunt, eorū nihil omisit, ut præter ea quæ ab illo dicta sunt, nemo unquā possit alia plura, & magis ad rem pertinentia dicere. SOC. Hoc ego tibi nō amplius credere possum. Nam ueteres sapiētes & uiri, & mulieres, qui de ijsdem dixerūt ac scripserūt, me redarguent si tibi gratificans conticuero. PHAE. Qui isti, & ubi tu meliora his audiuisti? SOC. Nunc quidē nō ita dicere possum. Verū certum est me quædam audiuisse, aut Sapphus illius pulchræ, aut sapientis Anacreontis, aut etiā quorundā scriptorū. Vnde uero coniecturā faciens hæc dico? Plenum quodāmodo ô beate pectus habeo, & sentio me præter hæc, habere alia nō deteriora. Quòd igitur nihil horū à meipso excogitauerim satis scio, meæ imperitiæ mihijpsi conscius. Restat itaq; ut arbitror, alicūdè ex alienis laticibus per aures me instar uasis repletum esse. Verum præ tarditate rursus etiam hoc ipsum oblitus sum, & quomodo, & ex quibus audierim. PHAE. At ô generosissime pulcherrimè dixisti. Tu enim mihi ex quibus, & quomodo audieris, ne si iussero quidem dicas. Hoc ipsum autem quod dicis facito: his quæ in libro scripta sunt meliora, & non deteriora alia te dicturū esse promitto, ita ut ab his abstineas: & ego tibi polliceor uelut nouem illi principes, aureum statuam æquilabrē in Delphis dedicaturū esse, nō solum meam, sed etiam tuam. SOC. Amicissimus es & reuera aureus ô Phædre, si me dicere putas Lysiam in totum aberrasse, & me præter hæc, omnia alia dicere posse. Hoc enim arbitror neq; utilissimo scripto ri accidere. Nam ut uerbi causa de eo de quo oratio est dicamus, Quid putas eū qui dicit, quòd nō amanti magis quàm amanti gratificari cōuenit, si omittat ut illius prudentiam laudet, huius dementiam uituperet, quæ sanè necessaria sunt, deinde alia quædam habiturum esse quæ dicat? Attamen talia quidē sinenda esse arbitror, & dicenti concedenda: Et talium quidem nō inuentionem, sed dispositionē laudandam esse: eorum uero quæ necessaria nō sunt, & inuentu difficilia, supra dispositionē, etiam inuentionem. PHAE. Cōcedo id quod dicis. Moderatè enim dixisse mihi uideris. Faciā igitur etiam ego ita. Et q̄ quidē amans nō amāte magis morbo laboret, proponendū tibi permittā. Si uero reliquis alia pluta, & magis ad rem pertinētia, q̄ ea quæ Lysias scripsit dixeris,

Oratio unde laudē reperiat

Inuentio
Dispositio

iuxta

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuxta Cypselidarū statuam in Olympia aureus esto. SOC. Seriò accipis ô Phędre, quòd amatum tuum repræhendi ludens ita tecum, & putas me reuera aggressurum esse, ut aliud quiddam uariegatius præter illius sapientiam dicam. PHAE. De hac quidē re ô amice ad easdē ansas deuenis. Dicendū enim tibi præ omnibus ita ut potes. Quo uero non onerosam illam comœdorū rem facere cogamur, ut alter alteri uicissim attribuat caue, & ne uelis me cogere ut illud dicā, Si ego ô Socrates Socratē ignoro, etiam meijpsius oblitus sum. Et hoc, cupiebat quidē dicere, sed molliter se gerebat. Verū illud cogita ꝙ hinc nō discedemus prius quàm tu dixeris ea quæ in pectore habere te dixisti. Sumus autem soli in solitudine. Ego uero fortior & iunior te sum. Ex his autē omnibus intelige id quod tibi dico, & ne uelis coactus magis quàm uolens dicere. SOCR. At ô beate Phædre ridiculus ero, si ego idiota cū bono scriptore ex tempore de ijsdem cōtendam. PHAE. Nosti quomodo res se habet. Desine te apud me offerre. Ferè em̄ habeo quod dixi, cogam te ut dicas. SOCR. Nequaquā hoc dicas. PHAE. Non? Imò dico, & sermo erit mihi iusiurādum. Iuro enim tibi per aliquē deum, aut si mauis hanc platanum, Si nō habueris orationē coram hac ipsa, nunquā me tibi aliā ullam ullius orationē, neq; ostēsurum esse, neq; denunciaturū. SOC. Papę ô sceleste, quàm facile inueneris quo cogeres uirū orationū studiosum facere quod iubes. PHAE. Quid ita tergiuersaris? SOC. Nihil amplius, postquā tu hęc iurasti. Qui em̄ possim ab hoc epulo abesse? PHAE. Dic ita ꝙ SOC. Nosti igitur quomodo facturus sim? PHAE. In qua re? SOC. Obuelatus dicam. quo quàm citissimè sermonē percurram, & nō si ad te respiciam, præ pudore ambiguus hæream. PHAE. Dic solum. Reliqua uero prout uoles facito. SOC. Agite ita ꝙ ô Musę, siue ob cantilenæ speciē, siue ob canorū illud Musicū genus, hanc appellationē habetis Ligeę, id est ut canoræ appellemini, meū sermonē adiuuate, quē me optimus iste dicere cogit, quo sodalis ipsius, qui etiā prius huic sapiens esse uidetur, nūc adhuc magis uideatur. Erat ita ꝙ puer quidam, Imò potius adolescentulus tener ac admodū pulcher. Hic amatores habebat ualdè multos, Verum unus quidā ex ipsis disertus erat, qui quū nullo minus amaret, puero persuadebat quod nō amaret: & aliquādo ipsum petēs, hoc ipsum persuadebat, nō amanti magis quàm amanti gratificari oportere, & in hūc modum dicebat. De quauis re ô puer unū est principium his qui bene cōsiderare uolunt. Scire enim oportet de qua re sit consultatio, aut de tota aberrare necesse est. Pleroſq; uero hoc latet, eo quòd uniuscuiusq; essentiā ignorent. Velut igitur qui sciāt, in principio disputationis nō proponunt, progressi uero id quod par est designāt. Neq; enim sibipsis, neq; alijs consentiunt. Ne igit̄ mihi & tibi accidat id quod in alijs repræhendimus, quādoquidē mihi & tibi propolita est disputatio, utrū cum amante, aut cum non amante, magis amicitia cōtrahenda sit, de Amore & quid sit, & quā uim habeat, ex consensione definitionē proponentes, & ad hanc respiciētes ac disputationem referentes, an utilitatē aut detrimentū exhibeat, cōsideremus. Quòd quidem igitur cupiditas quædā sit Amor, omnibus manifestū est. Quòd uero etiā hi qui non amant, pulchrorū cupiditate tenētur, scimus. Quo uero amantē, & non amantē dijudicemus, rursus cōsiderare oportet, quòd in unoquoq; nostrū duæ sunt ideæ regentes ac ducentes nos, quas sequimur quā nos ducūt: altera quidē à natura insita cupiditas uoluptatum, altera uero acquisitoria opinio optimum appetens. Hæ uero in nobis quādoq; cōsentiūt, quādoq; dissident: & nunc hæc, nunc illa superat. Quū igitur opinio ad optimū per rationē dicit, ac robore suo superat, Tēperantia nominat̄. Si uero cupiditas præter rationē ad uoluptatē trahit, & imperiū in nobis obtinet, contumelia nominata est, siue Intēperantia. Multas autem hæc appellationes habet. Quū enim multarū partium ac specierū sit, etiam harū speciērum quæ maximè excesserit, suo cognomine eum qui ipsam habet nominari facit, neq; pulchro illo, neq; ex dignitate. Nam circa cibū cupiditas, quę optimi rationē ac alias cupiditates superat, Ingluuies appellatur: & eū qui ipsam habet eodē cognomine uocari facit. Quæ uero circa ebrietates tyrannidē exercet, possessorē hac dicens, manifestū est quod nomē assequet̄. Sed & alia his cognata, & cognatarū cupiditatū nomina, quomodo ab ea quæ prædominatur semper imponi oporteat manifestū est. Cuius autem gratia omnia superiora dicta sunt, ferè iam patet. Quidnis tamē magis quodammodo clarum euadit si dicatur, quàm si non dicat̄. Nam cupiditas absq; ratione, quæ opinionem ad rectum

Orationum studium in Socrate

Musæ canoræ, Ligeæ

Oratio Socratis

Lysiæ orationi obiecta

Quid sit res, primum proponendum

Amor quid sit

Duæ ideæ unūquēq; ducentes

ad rectum tendentem superat, ad pulchritudinis uoluptatem perducta, & rursus à suis cognatis cupiditatibus circa corporum pulchritudinē uehemēter corroborata uictrix uita, ab ipso robore, quæ ῥώμη est, cognomen accepit, & ἔρως id est amor appellata est. Verum ô chare Phædre, uideor̄ ne tibi quemadmodum mihi, affectione quadam correptus esse? PHAE. Maximè ô Socrates præter solitum morem, fluida quædam dicendi facultas te corripuit. SOC. Cum silentio ita ꝙ me audi. Reuera enim diuinus uidetur esse locus. Quare si sæpe in sermonis progressu à nymphis correptus fuero, ne admireris, Nam quæ nunc loquor, nō multū à dithyrambis absunt. PHAE. Verissima dicis. SOC. Horum equidem tu causa es. Verū audi reliqua. Fortassis enim auerti poterit id quod me adoritur. At hæc quidem deo curæ erunt. Nobis autem ad puerum rursus sermo conuertendus est. Age ô optime quid quidem sit de quo consultandum est, & dictū, & definitum est. Ad hoc ipsum ita ꝙ respicientes relíqua dicamus, quæ utilitas aut quod detrimentum, & ab amante, & à non amante, gratificanti meritò continget. Qui ita ꝙ à cupiditate ducitur, aut uoluptati seruit, eum necesse est amatum sibijpsi quàm iucundissimum præparare. Aegrotanti autem quicquid non repugnat iucundum est, quod uero præstantius est & æquale, molestum. Neq; ita ꝙ præstantiorem, neq; æqualem, amator amatum ultrò tolerabit, sed minorem ac inferiorem semper efficit. Inferior autē est imperitus sapiente, timidus forti, impotens in dicendo eloquenti, tardus ingenioso. Quū ita ꝙ tanta mala & adhuc plura, ex sententia amatoris necessariò amato accedāt, & à natura quoq; adsint, ut his partim delectetur, partim ea ipse præparet, aut alioqui uoluptate priuetur: inuidum profectò esse necesse est: & quum à multis alijs conuersationibus ac utilibus rebus, unde maximè uir euadere posset, ipsum arceat, magni detrimenti causam esse necesse est, maximi uero eius unde prudentissimus euaderet. Hoc autem est diuina philosophia, à qua amatum amator procul arcet, ut qui timeat ne cōtemnatur: sed & alia machinatur, quo fiat ut omnia ignoret, & in omnibus ad amatorē respiciat, qualis ubi est, illi quidem iucundissimus, sibijpsi uero pernicioſissimus existit. In his igitur quæ ad animū pertinent, nequaquàm utilis curator ac socius est uir qui ex amoris morbo laborat. At uero corporis habitum & curationem qualem faciet, in eo cuius dominus fuerit, is qui iucundum magis quàm bonum persequi cogitur, postea uidendū est. Videbitur ita ꝙ mollem quendam, & non solidum persequi, neq; in sole puro educatū, sed sub ammixta umbra, laborum quidem uirilium & sudorum siccorum inexpertum, uerū teneri & muliebris uictus peritum, & peregrinis coloribus ac ornatibus, eo quòd proprijs caret, ornatum: & quæcunq; alia ad hæc sequuntur omnia studio habentē, quæ sanè manifesta sunt, & indigna ut ulterius in his progrediamur, sed in unam summā cōplexi ad aliud transeamus. Tale enim corpus in bello & alijs magnis necessitatibus, hostibus fiduciam addit: amicos autem & ipsos amatores timidos reddit. Hoc igitur uelut manifestum sinendum est, quod uero deinceps sequitur dicendum, quam nobis utilitatem, aut quod detrimentum circa possessiones, amantis conuersatio ac procuratio afferat. Hoc ita ꝙ omnibus maximè tamen amatori constat, quòd amatum quauis charissima & iucundissima ac diuinissima possessione priuatum uelit. Nam & parentibus & cognatis ac amicis ipsum priuari optauerit, ut quos à suauissima consuetudine eius impedire illum, ac increpare putat. Sed & eum qui opulentus est auro, aut alijs bonis, neq; similiter facile capi posse, neq; captū tractabilem esse putabit. Ex quibus clarū est, amatorē inuidere opulentiā amato, si habeat: gaudere uero si amittat. Præterea sine uxore, si ne liberis, sine domo, ad plurimū tempus amatum esse amator optabit, ut qui suauitate ipsius longissimo tempore frui cupiat. Sunt uero & alia mala, uerum dæmon quispiam plerisq; statim uoluptatem ammiscuit, uelut adulatori horrendæ bestiæ & magno malo, natura tamen uoluptatem aliquam ammiscuit non inelegantem. Et meretricem aliquis uelut damnosam repræhenderit, & alia multa huiusmodi pecora, ac studia, quæ tamen quotidianam iucunditatē exhibent. At amator amato supra detrimentū, etiā consuetudine sua molestissimus omnium est. Pares enim cum paribus, ut est in uetere prouerbio, facilimè congregantur. Nam temporum æqualitas ut arbitror, ad æquales uoluptates ducens, propter similitudinem amicitiam parit: attamen & horum consuetudo satietatem affert. Sed & necessitas in omnibus rebus cuiuis grauis esse dicitur, quàm sa-

Amor unde sit ἔρως dictus

Amantis affectiones

Voluptas mālis ammixta

Necessitas grauis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nè supra dissimilitudinẽ, amator ad amatũ habet. Iuniori em̃ senior adhærens neq; inter diu neq; noctu ultrò abest, sed à necessitate & furore impellitur, qui illũ quidẽ uoluptatũ exhibitione ducit uidentẽ, audientẽ, tangentẽ, & omnibus sensibus amato fruentẽ, ut cũ uoluptate assiduè ipsi inseruiat. At amatũ quali solatio, aut quib. uoluptatibus exhibitis afficiet, ut dum æquali tẽpore cũ illo est, non ad extremã molestiã deueniat, dum quidẽ intuetur faciẽ senilem, & nõ formosam, sequuntur autẽ ad hanc alia etiã auditu, nedũ opere iniucunda, necessitate semper incumbẽte ut illa tractet: & dũ custodes male suspectos semper, & ad omnes obseruat: & importunas ac excellentes laudes audit, itemq; uituperia, è sobrio quidẽ intolerabilia, sed à tendente ad ebrietatẽ eo grauiora, q̃ ad turpitudinẽ, dicẽdi libertate affatim & apertè utatur. Et dũ quidẽ ille amat, pernicio-sus & iniucũdus est: dũ uero amare cessauit, in posterũ tempus infidus, erga eũ cui multa, & cũ multis iuramentis ac precibus pollicitus est, & uix obtinuit ut is molestiã illius consuetudinẽ, ob bonorũ spem, toleraret. Tunc itaq; quũ iam gratiã referre oporteret, mutato principe & præfecto in seipso, & intelligentia ac temperantia, pro amore ac insania assumpta, alius iã factus amati obliuiscitur. Et hic quidẽ gratiã exigit, admonens ipsum eorũ quæ tunc facta ac dicta sunt, uelut cum eodẽ colloquatur. Ille uero præ pudore, neq; dicere audet se aliũ factũ esse, neq; quo modo prioris principatus iuramenta ac promissiones cõfirmet, habet, ut qui iam intelligentiã ac temperantiã sit adeptus, ut ne eadẽ quæ antea faciens, similis illi & idẽ rursus fiat. Fugitiuus itaq; hinc fit, & à necessitate priuatus qui prius amator erat, testa trãsmutata mutatus fuga dilabitur. Hic autẽ persequi cogitur indignè ferẽs ac execrãs, ut qui ab initio totũ illud ignoret, quòd non oportet amanti, & ex necessitate amenti gratificari, sed multò magis nõ amanti, & mẽte prædito: Sin minus, necesse fuerit committere seipsum infido, moroso, inuido, molesto, pernicioso ad bonorũ possessionẽ, pernicioso itẽ ad corporis habitũ, lõgè uero pernicio-sissimo ad animæ eruditionẽ, qua neq; homínib. neq; dijs, reuera unq̃ quicquàm præstantius est, aut erit. Hæc igitur ô puer cõsiderare oportet, & nosse amatoris amicitiam non cum beneuolentia coniunctam esse, sed bestiæ more expletionis gratia fieri: Vt lupus agnum, ita amat puerum uesanus amator. Hoc illud ô Phędre, neque amplius dicentem me audies, sed finem tibi oratio habeat. PHAE. Atqui putabam ipsum ad mediũ perductũ esse, & dicturũ te æqualia de nõ amante q̃ illi magis gratificari oportet, ita ut recẽseres quæ illi bona adsunt. Nũc uero ô Socrates cur desistis? SOC. Nõ animaduertisti ô beate me iã uersus proferre, & nõ amplius dithyrambos, & hoc quũ uituperẽ. Si uero laudare alterũ incipiã, quid me facturũ esse putas? Nunquid nosti q̃ à nymphis, quibus me tu obiecisti ex prouidẽtia, palàm afflabor? Dico igitur in summa, quod quæcunq; in altero reprehendimus, horũ cõtraria bona alteri adsunt. Et quid opus est lõgo sermone? De ambobus em̃ satis dictũ est. Atq; ita sanè sermo perpetietur, quicq̃d ipsum pati cõuenit. Et ego trãsmisso flumine hoc me subtrahã, priusq̃ ad maius quiddã à te cogare. PHAE. Nondũ ô Socrates priusquàm æstus præterierit. Nónne uides q̃ serè iã meridies instat, quæ stabilis appellatur. Quare expectãtes, & simul de relatis colloquẽtes hic duremus, ut ubi calor sedatus fuerit abeamus. SOC. Diuinus es circa orationes ô Phædre, & ualdè admirandus. Arbitror enim ego ex orationibus quæ te uiuente scriptæ sunt, neminẽ plures q̃ te ut haberentur curasse, ita ut uel ipsæ eas habueris, uel alios ad habendũ illas aliquo modo adegeris. Simmiam Thebanũ ab hoc sermone excipio, reliquos autẽ longè superas. Et nũc rursus uideris mihi in causa fuisse, ut oratio quædã à me habeatur. Non equidẽ bellũ denũcias? PHAE. At quomodo, & quæ ista? SOC. Quũ fluuiũ trãsire uellẽ ô bone, & dæmoniũ mihi occurrit, & consuetũ mihi fieri signũ factũ est. Semper aũt me quicquid facere paro prohibet: Et uocẽ quandã audire mihi uisus sum, quę me nõ sinit abire prius q̃ expiẽ, uelut qui peccarim aliquid in deũ. Sum igitur uates quidem, non aũt ualdè præstans, sed uelut qui circa literas leuiter uersati sunt, quantũ mihijpsi solum satis est. Manifestè igitur iã peccatũ intelligo, ita sanè ô amice etiam anima quandã uaticinandi uim habet. Me enim turbauit etiã dudũ dũ orationẽ haberẽ, & quodammodo uerebar iuxta Ibycũ, nec forte apud deos delinquẽs, honorem apud homines cõsequar. Nũc autẽ sentio peccatũ. PHAE. Quod illud dicis? SOC. Grauè ô Phędre, grauẽ sermonẽ & ipse proposuisti, & me dicere coëgisti. PHAE. Quid ita? SOC.

Amati affectiones

Amans, amens

Eruditionis præstantia

Anima uaticinatrix

SOC. Stolidũ & aliquo modo impiũ, quo quis absurdior esse possit? PHAE. Nullus, si modo tu uera dicis. SOC. Quid igitur amorẽ non Veneris filiũ, & deum quendã putas? PHAE. Dicitur equidẽ. SOC. Non tamẽ à Lysia, neq; à tuo sermone, uelut per meum os à te incantatũ, dictus est. Si igitur est, uelut sanè est, deus aut diuinũ quiddam Amor, nihil utiq; mali fuerit. At duo hi sermones nunc habiti, de ipso dixerunt, uelut qui talis sit. Hac igitur parte deliquerũt circa Amorem. Sed & stoliditas ipsorum ualdè urbana est, eo quòd quum nihil sani aut ueri dicant, iactant tamen se uelut aliquid sint, si fortassis homunculis aliquot deceptis, apud ipsos in precio sunt. Mihi igitur ô amice necesse est ut me purgem. Est autem purgatio uetus his qui circa sermones ac fabulas peccant, quã Homerus quidẽ non nouit, Stesichorus autem nouit. Quum enim oculis priuatus esset, ob Helenes uituperationem, nõ id ignorauit uelut Homerus, sed uelut qui Musicus esset causam cognouit, & statim hos uersus fecit.

Non uerus est sermo ille, nec tu in nauibus
Pulchris adisti Pergama ad Troiæ inclyta.

Facta itaq; tota recantatione, palinodia dicta, confestim uisum recepit. Ego igitur sapientior illis hac parte ero. Nam prius quàm aliquid mihi accidat ob amoris uituperationẽ, conabor ipsi palinodiã retribuere, atq; hoc nudo capite, nõ uelut tunc præ pudore obuelatus. PHAE. Nõ alia profectò sunt ô Socrates, quæ ego libẽtius ex te audiã. SOC. Et enim intelligis q̃ impudenter dicti sunt duo isti sermones, tũ meus ille, tum qui ex libro lectus est. Si enim quis generosus & mansuetis moribus præditus, qui etiã alterum huiusmodi amet, aut etiam prius aliquãdo amauit, dicẽtes nos audiat, q̃ ob paruas causas amatores magnas inimicitias suscipiunt, & quòd amatis inuident, ac nocẽt, quomodo non putas ipsum arbitrari audire homines inter nautas alicubi educatos, & qui nullũ liberalem amorem uiderint, tantum abest ut nobis assentiatur in his quæ in amore uituperamus. PHAE. Fortassis per Iouẽ ô Socrates. SOC. Hunc itaq; ego reuerens, & ipsum amorem formidans, potabili oratione uelut salsuginosum sermonẽ eluere cupio. Consulo autẽ etiã Lysiæ ut quàm citissimè scribat, q̃ amatori magis q̃ nõ amanti, ex similibus gratificari oportet. PHAE. At probe scias hoc ita futurũ esse. Nam ubi tu amatoris laudẽ dixeris, omnino necesse fuerit Lysiam à me cogi, ut rursus de eodẽ orationẽ scribat. SOC. Hoc quidẽ credo quãdiu fueris is qui es. PHAE. Dic itaq; cõfidẽter. SOC. Vbi uero puer est ad quẽ superiorẽ sermonẽ habui, quo etiã hunc audiat, & non gratificari festinet ei qui nõ amat, si hæc non audiat? PHAE. Hic apud te admodum propè semper adest, quum tu uoles. SOC. Sic igitur ô pulcher puer cogita, fuisse quidem superiorem sermonem Phædri filij Pythoclis uiri Myrrhinusij: quem uero dicere aggredior Stesichori fore, filij Euphemi Himeræi. Dicendus autẽ est in hunc modum. Non uerus est ille sermo, qui præsente amatore, nõ amanti magis gratificari oportere asserit, eo quod hic quidẽ sapit, ille uero furit. Si enim simplex hoc esset, Insaniã malũ esse, recte dictum illud esset. Nunc uero maxima bona nobis per insaniam contingunt, quæ quidẽ diuino dono datur. Nam & quæ in Delphis est Prophetis, & quæ in Dodona sunt sacerdotes, furentes quidem multa bona & priuatim, & publicè in Græciam contulerũt. Resipiscentes autẽ pauca, aut nihil. Et si Sibyllam & alios recenseremus, qui diuina uaticinatione usi, multis multa in futurum rectè prædixerunt, in longum sermonem extẽderemus, quum tamen omnibus nota diceremus. Illud autem dignum est ut in testimonium adducatur, quòd ueteres qui nomina posuerunt, non turpe neq; probrosum, insaniã duxerũt: alioqui em̃ pulcherrimę arti, qua futurũ iudicatur, hoc ipsum nomẽ nõ imposuissent, μαντικὴν appellassent. Verum uelut quod pulchrũ est ubi diuina sorte cõtingit, ita censentes imposuerũt. At huius tẽporis homines imperitè τ. literã inserentes μαντικὴν dicũt. Nam & sapientiũ de futuro inquisitionẽ, quã per aues & alia signa faciunt, ut qui ex ingenio humano cõsilio exquirẽt, intelligentiã ac cognitionẽ coniecturalẽ, hoc est οἰωνιστικὴν nominarũt, quam nunc recentiores ex ostentatione. ο. paruo in. ω. magnum commutato οἰωνιστικὴν uocãt, hoc est auguralem. Quanto igitur perfectius ac præstantius est nomẽ nomine, opus opere, Vaticinium Augurio, tanto præstantiorẽ esse testãtur ueteres insaniã sapientia, illam quę ex Deo, hac quę ex hominibus est. Atqui & morbo rũ & dolorũ maximorũ, propter peccata, ex deorũ ira in aliquibus factorũ, depulsionẽ

Oratio Socratis, Amoris uituperati palinodia

Insaniæ bona

Sibylla

μαντικὴ dicta

μαντικὴ

οἰωνιστικὴ dicta

οἰωνιστικὴ

Universidad de Deusto
Biblioteca

reperit Insania, accedens ac prædicens ea quibus opus esset; ad preces & cultus deorũ cõfugiens. Vnde sanè purificationes & lustrationes cõsequuta, sanũ fecit eũ qui ipsam haberet, ut quæ & in præsens & in posterũ tempus præsentiũ malorũ solutionẽ recte fu-
Insaniæ tertia species renti ac apprehẽso inuenit. Tertia uero à Musis apprehẽsio & Insania, ubi animam te-
nerã ac intactã corripuit, excitans ac afflans ipsam, per cantus, & reliquã poesim, innu-
mera ueterum facta adornans ad posteros transmittit. Qui uero absq; insania ad poeti-
Poetarũ furor cas Musarum fores accesserit, persuasus uelut ex arte poeta satis præstans sit futurus, is
& ipse, & poesis ipsius euilescit, sapientis nimirũ præ ea quæ est furiosorum. Tot equidẽ
& adhuc plura habeo quæ dicam tibi diuinitus immissæ insaniæ opera. Quare hanc ip-
sam ne timeamus, neq; aliqua oratio nos conturbet perterrendo, quòd amicũ sapientẽ
præmẽte moto eligere oporteat. Verũ ubi hoc, ad illud ostenderit, uictoriã ferat, quòd
non ad utilitatẽ & amãtis, & amanti, Amor ex dijs immittitur. Nobis autẽ demonstran-
dũ est contrariũ, ob maximã felicitatẽ à dijs huiusmodi insaniã dari. Demonstratio autẽ
Amantium felicitas apud cõtentiosos fidẽ non reperiet, uerũ sapiẽtes ei fidẽ habebunt. Primũ igitur de ani-
mæ diuinæ ac humanæ natura, ita ut & affectiones, & opera inspiciamus, ueritatẽ consi
derare oportet. Demonstrationis autẽ principiũ hoc est. Omnis anima immortalis est.
Quod enim semper mouetur, immortale est. Quod uero aliud mouet, & ab alio moue-
Anima immortalis tur, quietẽ motus habens, quietẽ uitæ habet. Solũ itaq; id quod seipsum mouet, utpote
quod seipsum nõ relinquit, nunquã moueri cessat: sed etiã alijs quæ mouẽtur, hoc fons
& principiũ motus est. Principiũ aũt factũ non est. Ex principio enim necesse est quic-
Principij ratio quid fit fieri. Ipsum uero ex nullo. Si enim ex aliquo fieret principiũ, nõ utiq; ex princi-
pio fieret. Quandoquidẽ uero factũ nõ est, etiam nõ corrumpi ipsum necesse est. Si em
principiũ perierit, neq; ipsum unq; ex aliquo, neq; aliud ex illo fiet, siquidẽ ex principio
Animæ est principium motus omnia fieri oportet. Sic itaq; motus quidẽ principiũ est id quod seipsum mouet. Hoc au-
tẽ neq; perire, neq; fieri possibile est: aut totũ cœlũ, omnẽq; terram collapsam stare, &
nunq; rursus habere unde cõmota fiant, necesse est. Quũ autem immortale appareat id
Animæ essentia à seipso mouetur, si quis hoc ipsum animæ essentiã, & rationẽ dicat, nõ pudebit. Omne
enim corpus cui cõtingit ut extrinsecus moueatur, inanimatũ est: cui ut intrinsecus ip-
sum ex seipso, animatũ: uelut hæc sit animæ natura. Si uero hoc ita se habet, nõ esse aliud
quid quod ipsum seipsum mouet, q; animã, necessariò & nõ facta, & immortalis fuerit
Animæ Idea anima. Et de immortalitate quidẽ ipsius sufficiũt hæc. De idea uero ipsius hoc modo di-
cendũ est. Qualẽ quidẽ penitus est, diuinæ penitus ac longæ expositionis esse: Cui uero
similis est, humanæ & breuioris: hoc igitur modo dicamus. Similis itaq; est naturali fa-
cultati alati iugi & aurigæ. Deorũ equidẽ & equi, & aurigæ omnes, & ipsi boni sunt, &
Anima similis iugo alato, & aurigæ ex bonis. Aliorum uero mixti sunt. Et primum quidẽ noster princeps bigas moderatur.
Deinde equorũ alter ipsi pulcher ac bonus est, & ex talibus: alter aũt ex cõtrarijs, & cõ-
trarius. Grauis itaq; ac difficilis necessariò est nostra moderatio. Quomodo igitur mor
tale & immortale animal uocatũ est, dicere conemur. Omnis anima cuiusuis inanimati
curã gerit, totumq; cœlũ circuit, aliàs in alijs speciebus existens. Quũ igitur perfecta est
& alata, sublimia percurrit, & totũ mundũ gubernat. Ea uero cui alæ defluunt, fertur do
nec solidũ quiddã apprehenderit, in quo habitatione cõstituta, terreno corpore assum-
pto, quod ipsum seipsum mouere, ppter illius uim uideť, animal totũ appellatũ est, cor-
pus & anima cõpacta, mortaleq; cognominatũ est. At uero immortale ne ex una quidẽ
ratione cognitũ est, sed fingitur, quũ neq; uiderimus, neq; satis intellexerimus, deũ im-
Deus quale sit animal nemo nouit mortale quoddã animal, quod & animã habeat corpus, atq; hæc perpetuò coniuncta.
Verũ hæc quidẽ quomodo deo gratũ est, ita se habeãt, & dicantur. Causam uero amis-
Alarũ amissionis causa sionis alarũ, ob quã animæ defluunt accipiamus. Est aũt huiusmodi quedã. Alę facultas
à natura hæc est, ut id quod est solidũ in sublime eleuans sursum ducat eò, ubi deorũ ge-
nus habitat. Particeps est autẽ Anima ex omnibus quæ circa corpus sunt, maximè eius
qd' diuinũ est. Diuinũ aũt pulchrũ est, sapiẽs, bonũ, & quicquid huiusmodi est. His itaq;
nutritur & augetur maximè alarũ animæ natura. Turpi uero & malo, & cõtrarijs corrũ-
pitur & perit. Magnus itaq; dux in cœlo Iupiter alatũ currũ agitãs primus incedit om-
nia gubernãs ac curãs. Hũc sequitur exercitus deorũ ac dæmonũ, in undecim partes or-
Duodecim dij dinatus. Manet em̃ Vesta in deorũ domo sola. Reliqui uero principes dei, qui in duode-
cim

cim deorũ numero cẽsentur, prosunt ordinibus prout quisq; cuicq; præfectus est. Multa igiť & beata spectacula ac discursiones intra cœlũ sunt, in quibus beatorũ genus deorũ uersatur, ita ut quisq; ipsorũ quod suũ est faciat, & semper uolẽs ac potẽs sequatur. Nã Inuidia extra diuinũ chorũ cõsistit. Quũ uero ad conuiuiũ ac cibũ capiendũ uadunt, ad summũ cœli fastigiũ per accliue procedunt. Et deorũ quidẽ uehicula æquali momento facile sequẽtia ꝓgrediuntur. Alia uero cũ difficultate procedunt. Degrauat em̃ equus prauitatis particeps, ad terrã repens ac deprimẽs, si nõ bene fuerit educatus ab aurigis, ubi sanè labor & certamẽ extremũ incũbit. Nã quæ immortales uocãtur, quãdo ad sum-
mũ peruenerint, extra ꝓgressæ in cœli dorso cõsistunt. Ipsas aũt cõsistẽtes circũuolutio circũducit, & quę extra cœlũ sunt ipsæ contẽplantur. At super cœlestẽ locũ neq; quispi-
am adhuc ex nostris poetis celebrauit, neq; unq; pro dignitate celebrabit. Habet aũt se in hunc modũ. Audendũ em̃ est ut quis ueritatẽ dicat, tũ aliàs, tũ si de ueritate sermo sit.
Essentia equidẽ animæ, quæ reuera est & coloris, & figuræ, & tactus exors, sola intelli- *Veritatis studium*
gẽtia gubernatrice ac contẽplatrice utitur, circa quã ueræ sciẽtię genus hũc locũ habet.
Quũ igitur dei mens, & intelligẽtia, & scientia incorrupta uersetur: itemq; cuiusuis ani-
mæ mens, quæ id qd' cõuenit susceptura est: ubi per tẽpus id quod est inspexit, id cõple
ctitur, & contẽplans ea quæ uera sunt, nutritur ac iucundè afficitur, donec circũuolutio
circũlata in idẽ retulerit. In circuitione uero intuetur ipsam Iustitiam, intuetur sapientiã,
intuetur scientiã, nõ eam cui generatio adest, neq; eã quæ est alia in alio, ex his quæ nos
nũc ea quæ sunt dicimus: sed eã quæ in eo quod reuera est id q; est, scientia existit: & ubi
etiã alia quæ reuera sunt similiter inspexit, & his nutrita est rursus ad internã cœli partẽ
subiẽs domũ reuertiť. Postq; aũt rediit, auriga equis ad præsepia adductis obijcit Am-
brosiã, & post ipsam Nectar bibendũ præbet. Et hæc quidẽ deorũ uita est. At uero aliæ
animæ sic se habẽt. Quæ quidẽ optimè deũ sequiť, ipsiq; assimilata est, ad extremũ locũ *Opinionis alimentum.*
aurigæ caput transgrediť, & simul cũ circũuolutione circũfertur, ita ut ab equis turbeť, *Veritatis campus*
& uix ea quæ sunt uideat. Alia uero modo caput effert, modo recõdit, & prout equi uio *Adrastiæ lex*
lẽti sunt, alia uidet, alia nõ uidet. Aliæ aũt cupiẽtes quidẽ omnes supernũ locũ sequunť,
uerũ impotẽtes submissæ simul circũferuntur, cõculcantes & impetẽtes se mutuò, dũ a-
lia aliã præuenire conatur. Fit igitur tumultus, & certamẽ, & sudor extremus oborítur.
Vbi sanè ob aurigarũ prauitatẽ multæ claudæ fiunt, multis multæ pennæ frangunť, oẽs
uero multo exhausto labore, à spectaculo eius quod est immunes discedũt, & digresse,
opinionis alimẽto utũtur. Quapropter etiã multo studio tenẽtur uidẽdi campũ ueritа-
tis, ubi' nã sit. Nã & optimæ animę parti ex illo prato pabulũ cõueniẽs cõtingit: & alarũ
natura qua anima eleuatur, hoc nutritur. Et Adrastiæ lex statuta hæc est. Quæcũq; ani-
ma deũ comitata uerorũ aliquid uiderit, eã ad secũdũ usq; circuitũ esse illæsam, & si hoc
semper facere possit, semper esse illæsam. Quũ uero ad sequendũ impotẽs nõ uiderit, &
aliquo casu, obliuione & prauitate repleta, grauata fuerit, grauata uero alas amiserit, &
ad terrã ceciderit: tũc Lex hãc, in nullã bestialẽ naturã, in prima generatione se inferere
sinit. Sed eã quidẽ quæ plurima uidit, in genituրã uiri philosophi futuri, aut honestatis *Animarũ trasſtiones ad diuersa corpora.*
studiosi, aut Musici cuiusdã & amatorij. Secundã in regis legibus addicti, aut uiri milita
ris et principis genituրã. Tertiã in uiri ciuilis aut œconomici, aut lucro dediti. Quartã in
labori dediti gymnastici, aut circa corporis curationem aliquã uersaturi. Quinta uatici-
nijs deditã, aut sacris deorũ mysterijs initiatã uitã habitura est. Sexta uitã poeticã. Septi-
ma Geometræ, aut opificis uitã. Octaua Sophistæ, aut populo addicti. Noua Tyranni.
Inter hos omnes qui iustè uitã egerit, melioris sortis particeps fit: qui iniustè, deterioris.
Nã in idẽ unde uenit unaquæq; anima nõ reuertitur per decẽ milia annorũ. Nõ em̃ alas *Annus alarum animæ 10000 annorum*
acquirit ante tantũ tẽpus, præterq; eius anima qui absq; dolo philosophiã sequutus est,
aut cũ philosophia puerorũ amator fuit. Hæ em̃ tertio mille annorũ circuitu, si ter dein-
ceps hãc uitã elegerint, ita acceptis ac recuperatis alis, anno ter millesimo illuc reuertũ-
tur. Aliæ uero animæ quũ primã uitã finierint, iudiciũ subeũt. Iudicatæ uero, partim ad
iudiciorũ sub terra locos digressæ pœnas pẽdunt: partim ad quendã cœli locũ à iustitia
eleuatæ, degũt uitã prout in hominis specie uixerũt. Millesimo aũt anno ambæ ad sortẽ
ac electionẽ secũdæ uitæ progressæ, eligũt quã unaquæq; uelit. Vbi etiã in bestiæ uitam
humana anima trãsiit, & ex bestia rursus in hominẽ, si tamẽ unquã antea hominis anima

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit. Nam quæ nunquam ueritatem uidit, in hanc figuram transire non potest. Oportet enim hominem intelligere, qui secundum speciem dicitur, quę ex multis uelut sensibus in unam ratiocinatione contrahitur. Hæc autem est recordatio illorum quæ quondam anima nostra uidit cum deo profecta, dum ea quæ nunc esse dicimus contempsit, & ad id quod reuera est exerto capite prospexit. Quapropter etiam meritò sola philosophi mens alas acquirit. Nã apud illa semper est pro uiribus ipsius memoria, apud quæ quũ deus sit, diuinus est. At uir qui talibus recordationibus rectè utitur & perfectis semper mysterijs initiatur, reuera perfectus solus euadit. Quũ aũt ab humanis studijs discesserit, & apud diuinũ uersatur, à multis è uulgo admonetur uelut mente motus, uerum latet il los quòd numine correptus ducitur. Omnis igitur sermo hucusq; tendens, de quarta in sania est, ubi quis uelut furiosè affectus accusatur, dum eam quæ illic est pulchritudinẽ uidens, & ueritatem in memoriam reuocans, alas acquirit, & ut acquirit euolare gestit, quum autem non possit, instar uolucris sursum respicit, & inferna negligit. Ita sane hæc numinis afflatio & optima, & ex optimis est, tum ei qui eam habet, tum ei qui ipsius particeps fit: & amans qui huius insaniæ particeps est, pulchrorũ Amator uocatur. Quemadmodum enim dictum est, omnis hominis anima ex natura ea quæ sunt uidit, alioqui in hoc animal non uenisset. Vt autem ex his illorũ recordetur, non cuiuis facile est, neq; his quæ modicè ea quæ illic sunt uiderunt, neq; his quæ huc delapsæ infelices sunt, neq; his quæ à quibusdam conuersationibus ad iniustitiam conuersæ, ad oblíuionem deuenerunt eorum sacrorum quæ tũc uiderunt. Paucæ itaq; restant quibus memoriæ adhuc satis adest. Hæ uero quum eorum quæ illic sunt simulachrum aliquod uiderint, consternantur, & non amplius suijpsarum compotes sunt. Quæ uero sit affectio ignorant, eo q nõ satis percipiunt. Iustitiæ igitur & sapientiæ, et aliorũ quæ animis preciosa sunt, nullũ lumen in simulachris quæ hic sunt ineſt: sed per instrumenta obscura, uix & pauci ipsorum imagines progressi, assimilati genus aspiciunt. Pulchritudo uero tunc splendida aspectu erat, quando cum beato choro beatum spectaculum ac uisionem sequentes, nos quidẽ cum Ioue, alij uero cũ alio quodam deo, & uiderũt, & initiati sunt mysterio, quod beatissimũ dicere fas est: quod celebramus quũ ipsi quidẽ integri sumus, & à malorũ affectione immunes, quæ nos posteriore tempore manebãt: integris autẽ & simplicibus & quietis ac beatis simulachris initiamur, ipsaq; inspicimus in puro splendore puri constituti, & nõ conclusi ac ostrei modo ligati, in eo quod nunc circũferentes corpus appellamus. Hæc igitur in memoriæ gratiã relata sunt, ob quam desiderio eorum quę tunc uidimus, nunc lõgiores fuimus. At uero pulchritudo quemadmodũ diximus, cũ illis pro cedens splendebat. Et nos huc delati præhendimus ipsam, per euidentissimũ ex nostris sensibus euidẽtissimè relucentem. Nam uisus acutissimus sensuum per corpus transit, quo sapientia nõ uidetur, uehemẽtes eñ induceret amores, si eiusmodi quoddã euidẽs suijpsius simulachrũ oculis occurrẽs exhiberet. Ita etiã alia quæ sunt amore digna. Nũc uero pulchritudo sola hanc sortem adepta est, ut & lucidissima sit et maximè amabilis. Qui igitur nõ est recẽs initiatus, aut corruptus, nõ uelociter hinc illuc fert ad ipsam pulchritudinẽ, ut qui uideat ipsius hic cognomẽ. Quare ipsam dũ aspicit nõ ueneratur, sed uoluptati se tradẽs, quadrupedis modo ingredi et pueros seminare conat, et in intẽperantia se uolutans, neq; formidat, neq; ueretur uoluptatẽ præter naturã persequi. Qui uero recẽs initiatus est, et multa tũc uidit, quũ diuina specie præditã faciẽ uiderit, quæ pulchritudinẽ probe imitatur, aut aliquã incorporeã ideã, primũ quidẽ horret, et aliqua formido ex his quæ tũc aderãt, ipsum inuadit. Deinde afficiẽs uelut deũ uenerat, et nisi uehemẽtis insaniæ opinionẽ formidaret, amato uelut numinis statuæ et deo sacrificaret. Ipsum aũt dũ aspicit, uelut ex horrore mutatio, et sudor, et calor insolitus corripit. Quũ enim pulchritudinis defluxionẽ per oculos susceperit, calescit quatenus alarũ natura rigatur. His aũt calefactis, partes circa exortũ ipsarũ liquescũt, quæ dudũ præ duricia cõclusæ, prohibuerũt ut ne excrescerẽt. Vbi uero influxit alimentũ, caulis alę per torã animę speciẽ intumescit, & cõcitatur, ut à radice enascatur. Tota eñ olim pennata erat. Feruet igitur in hoc tota & exilit: & quę est puerorũ dũ dentes producunt affectio circa dẽtes quũ iã prodeũt, pruritus & uexatio circa gingiuas: tandẽ sanè perpetitur anima quæ alas producere incipit. Feruet eñ & indignatur ac titillatur, dum alas producit. Quũ igit ad

Philosophi perfectio

Insaniæ quarta species

Pulchritudinis splendor

Pulchritudo ui sui exposita

Sapientiæ amores, si uideri posset

Alarum animæ productionis gradus

ad pueri pulchritudinẽ respiciẽs, & illic decedẽtes ac fluẽtes partes, quæ sanè ob id desiderijũ uocant, suscipiẽs rigatur & calescit, tunc sanè à dolore leuatur ac gaudet. Quũ uero seorsum fuerit, & meatuũ oscula per quæ ala procedit, squaluerint, exaresctia ac cõclusa illa alæ germẽ supprimũt. Hoc aũt intus cum desiderio conclusum, exiliẽs uelut ea quæ pulsum edũt solẽt, unicuiq; meatui in quẽ incurrit se ingerit. Quapropter tota anima dũ circumcirca pungit, furit ac dolet. Quũ uero rursus memoriã pulchri habet, gaudet. Ex ambobus aũt mixtis, affectionis absurditate uexatur, & in cõsilij inopia cõstituta, furit, & insania percita neq; nocte dormire potest, neq; interdiu ubicũq; fuerit manere. Currit aũt præ desiderio, ubicũq; eũ qui pulchritudine præditus est, uisurũ se esse putat. Cõspecto autẽ illo, & desiderio in se deriuato, partes quidẽ tunc obturatas soluit, respiratione aũt accepta, à stimulis ac doloribus liberatur, uoluptate uero hac dulcissima rursus in præsentia fruit, unde ex sua uolũtate nõ discedit, neq; aliquẽ pulchro pluris facit: sed & matrũ: & fratrũ, & amicorũ omniũ obliuiscitur, & si opes ipsi ob negligentiã pereãt, nihil curat: iusta uero & formosa quibus antea se iactabat omnia contemnẽs, seruire parata est, & dormire ubicũq; quis sinat propinquissimè iuxta desiderijũ. Nã ad hoc q; eũ qui pulchritudine præditus est colit, etiã Medicũ hũc solũ maximorũ dolorũ inuenit. Hãc itaq; affectionẽ ô pulcher puer, ad quẽ hãc orationẽ habeo, homines quidẽ Amorẽ nominant. Si uero audieris quo modo dij ipsam appellẽt, meritò ob nouitatẽ risueris. Producũt aũt quidã Homerici ut arbitror, ex arcanis uersibus duos in amorẽ, quorũ alter admodũ contumelioſus est, & non ualdè concinnus. Sic autem ipsum celebrant:

Mortales uolucrem appellant & amorem, & ἔρωτα:
Verum alas propter dicunt dij deinde πτερώτα.

ἔρως à dijs appellatur πτέρωτα.

His equidẽ & fidem habere, & nõ habere licet: attamen & causa, & affectio amantiũ illa ipsa existit. Qui igitur ex Iouis comitibus captus est, ille robustus ferre potest onus illius ab alis nomẽ ducentis. Qui uero Martis cultores fuerũt, & cũ illo cumulati, ubi ab amore capti fuerint, & ab Amato iniuria affectos se esse putauerint, cædis appetentes sunt, & ad seipsos, & ad amatos mactãdos prompti. Et sic prout quisq; uniuscuiusq; dei chorũ sectatus est, ita illũ colens ac imitans, pro uiribus uiuit, donec incorruptus fuerit, & primã hic generationẽ uixerit, & hoc modo tũ ad amatos, tũ ad alios se gerit, & cum illis cõuersatur. Proinde pulchrorũ amorẽ quisq; pro suis morib. eligit, & uelut ille ipse deus sibi sit, quasi statuã fabricat ac exornat, quã colat & cui sacra faciat. Qui itaq; Iouis imitatores sunt, Iouialẽ quandã animã quã amẽt quærunt. Considerant igitur an philosophus, et ad imperiũ à natura aptus sit is quẽ amandũ ducũt: & quum ipsum inuentum amauerint, omnia faciunt quo talis euadat. Si igitur prius hoc studiũ nõ fuerint aggressi, tunc id meditati undecunq; possunt aliquid discũt, atq; ipsi quoq; per se illud exercẽt. Quum autem inuestigent ut ex seipsis naturam dei sui inueniant, in consilij inopia uersantur, eo quod assiduè ad deum respicere coguntur, & ipsum memoria attingentes, ex illo afflati mores & studia accipiũt, quantum homini datum est ut dei particeps fiat. Et horum sanè causam facientes ipsum amatum, adhuc magis amplectuntur, etiamsi ex Ioue hauserint, & uelut Bacchi sacerdotes in amati animam infundentes, ipsum quoad fieri potest suo deo similimum faciunt. Qui uero Iunonem sequuti sunt, regium quendam quærunt, & eo inuento, omnia eadem circa hunc faciunt. Ita etiam Apollinis & uniuscuiusque dei comites secundum deum suum progredientes, quærunt puerum tali natura præditum, & ubi adepti fuerint, tum ipsi imitantes, tum amatis persuadentes, & ad illius dei studium acideam dirigentes, ducunt prout cuique uires sunt, non inuidia, neq; illiberali maleuolentia utentes erga amatos, sed ad absolutã similitudinem sibijpsi, et quem colunt deo, perducere illos conantes, omnia hoc modo peragunt. Hæc igitur quam dico promptitudo, et hoc studium est eorum qui uere amant, si id quod cupiunt perfecerint: et hæc prompti tudo ita pulchra ac beata, ab amico propter amorem insano, contingit amato, si electus fuerit. Capitur aũtem electus tali modo, quemadmodum in principio huius sermonis unamquamq; animam trifariam diuidebam Equorum enim formam duæ quædam species habebant, aurigæ uero tertia species erat. Et adhuc nunc nobis ita maneant. At uero equorum ut diximus alter bonus est, alter non ita. Quæ uero sit boni uirtus, aut prauimalicia, nondum diximus. Nũc autem dicendũ est.

Iouiales animæ

Lunoniæ animæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui itaque in meliori statu consistit, specie est rectus, & articulis probe expressis, ceruice alta, naso adunco, albo colore, nigris oculis, honoris amans cum temperantia & pudore, ueræ opinionis amicus, nō cōseruatur, inhortatione solū & ratione regitur. Alter uero obliquus, & qui multū temerè circūferatur, ualida ceruice, breui collo, sima facie, nigro colore, glaucis oculis subcruētis, insolēs & ꝓcax, circa aures hirsutus, surdus, flagris cū calcaribus uix obediēs. Quum igitur auriga cōspecta amati facie, ubi totā animā sensu percalefecit, titillationis ac desiderij stimulis fuerit repletus, tūc obediēs ille aurigæ equus, ut semper ita etiā tunc pudore coactus seipsum cōtinet, ut ne in amatū insiliat. Alter autē neq; flagra neq; calcaria aurigæ reuereť, sed saltu uiolēte fertur, & omnes molestias exhibēs tū cōiugato, tū aurigæ amatum adire cogit, et mentionē facere ut ille in re Venerea ipsi gratificetur. At auriga & alter equus primū quidē reluctanť, indignātes uelut qui grauia & iniqua patianť. Demū uero ubi nullū mali finē uidēt, uadūt ut ducuntur cedētes, & cōfitentes se facturos esse id quod iubetur, & iā ipsum sequuntur, & faciē amati coruscantē inspiciunt. Auriga uero memoria ubi ipse uidit, ad pulchritudinis naturā deducitur, & rursus ipsam uidet cū tēperantia in casta sede constitutā. Postq̄ aūt uidit, & timet, & cōsternata concidit supina, & simul cogitur retrorsum retrahere habenas, ita uehemēter ut ambo equi in coxendices cōsidant, alter quidē ultro, eo q̄ nō reluctetur, procax aūt ille ualdè inuitus. Digressi uero lōgius, alter præ pudore & stupore, totā animā sudore irrigat: alter sedato dolore, quē ex fræno & casu cōtraxit, ubi uix respirauit, conuiciatur ex ira multū uituperās & aurigā & coniugatū, uelut qui extimiditate & ignauia ordinē & pactū deseruerint: & rursus adire nolētes cogens, uix ipsis rogātibus dilationē aliquā cōcedit. Vbi uero constitutū tēpus aduenit, cuius immemores se esse illi simulāt, hic cōmonefaciens, uim inferēs, hinniens, trahens, rursus amatū adire cogit, & ijsdē uerbis alloqui. Et ubi iā propè adsunt, inclinatus, extēta cauda, mordēsq̄ frænū cū impudētia trahit. At auriga adhuc magis eadē affectione affectus, uelut à carceribus retrò supinatus magis adhuc q̄ procax equus, ex dentibus ipsius per uim frenū trahit, & maledicā linguā ac maxillas cruentat, & crura ac coxendices ad terra detrahit, ac doloribus affligit. Quū autē eodē modo sæpe afflictus malus ille equus procax esse desierit, humiliatus iā aurigæ prouidentiā sequitur: & quū uiderit pulchrū illū præ timore perit. Quare contingit tandē, ut amatoris anima cū pudore & timore amatū sequat. Quū igitur hic uelut deo æqualis omni reuerētia ab illo colatur, nō fugiēte se amatorē, sed reuera ita affecto, etiā ipse ut qui natura sit amicus, in idē cū cultore amicitiā cōtrahit. Et si forte superiore tēpore à sodalibus aut alijs quibusdā calumniā passus fuerit, ob ijcientibus turpe esse amāti adhærere, & propterea amantē repulerit: progressu tamē tēporis & ętas, & fatum inducūt ipsum ad hoc ut ipsum in consuetudinem admittat. Nun quàm enim ita à fatis decretum est, ut malum malo amicū sit, neq; ut bonum bono non amicū sit. Postq̄ uero colloquium admisit & conuersationem suscepit, beneuolentia illa è propinquo, amātis erga amatū, hunc cōseruat, ut qui percipiat, q̄ oēs alij amici & familiares in nulla amicitiæ sorte habendi sint, si ad diuinum illū conferanť. Quū aūt hoc facere perseuerat amator, & gymnasijs ac alijs cōuersationibus illū & tāgit & alias è uicino cōsuetudines habet: tunc iā fluxionis illius fons, quē desideriū Iupiter dū Ganymedē amaret appellauit, multus ad amantem fertur, & partim in ipsum subit, partim ex redundantia foras diffluit. Et uelut spiritus aut Echo quædam à leuibus ac solidis aberrās rursus eò unde processit fertur. Sic pulchritudinis fluxio rursus ad pulchrū per oculos regressu, & qua parte ad animā à natura transire solet delata, alarum meatus eleuatos irrigat, & ad alas producēdas cōcitat, et rursus amati animā amore implet. Amat igit, quid aūt amet, dubitat: & neq; quomodo affecta sit nouit: neq; dicere potest: sed uelut ex alio lippitudine affectus esset, causam dicere nō potest. Verū q̄ uelut in speculo, in amante seipsum uidet, non animaduertit. Et quū quidē ille affuerit, similiter ut ille à dolore leuatur: quū uero abfuerit, eodē modo rursus desiderat, & desiderāť, simulachrū amoris pro amore habēs. Appellat aūt et putat ipsum non amorē, sed amicitiā esse. Cupit itaq; similiter ut ille, sed debilius uidere, tangere, osculari, concumbere: & uelut uerisimile est, breui postea hęc facit. In ipso igitur concubitu, amatoris quidē procax ille equus habet quod ad aurigā dicat, & ꝓ multis laboribus parua uoluptate frui cupit. At amati equus quod dicat, non habet, sed luxurians et anxius amatorem circundat, et osculatur uelut ualdè

Fatum

Desiderium

Simile Echus

ualdè beneuolum amplectens: et quū condormiunt negare nō potest quo minus quantum in se est, amanti gratificetur, si ille quid expetat. Coniugatus aūt equus unà cū auriga, cū pudore ac ratione, ad hæc repugnat. Si igitur meliores mētis partes ad ordinatam uictus rationem & philosophiam ducētes superauerint, beatam & concordem uitā hic degunt, sui ipsorū potētes ac tēperati, ut qui in seruitutē redegerint eam animæ partē in qua malicia inest: & cōtra in libertatē asseruerint eam in qua uirtus. Mortui uero iam alati ac leues redditi, unum de tribus certaminibus reuera Olympiacis uicerunt, quo maius bonum, neq; humana temperantia, neq; diuina insania, homini prębere potest. Si uero uictus ratione importuniore, & à philosophia aliena, ac ambitiosa utentur, fortassis in ebrietatibus, aut alia quadam negligentia, procaces illi duo ipsorum equi animas incustoditas corripiunt, & in idem deducunt, & ipsi iam prædicatam uulgo sectam eligūt ac peragunt, & ubi peregerint, de cætero iam ipsa utūtur, sed rara, ut qui ea peragāt quæ non à rota mēte approbata sunt. Amici igitur & hi sunt, uerum minus q̄ illi, & tum per amorem, tum extra illū ab eo remoti, amici inter se degunt, ut qui maximā fidem & dedisse, & accepisse inter se arbitrentur, quam fallere, & unquàm ad inimicitiam deuenire, fas non sit. Sub finem uero uitæ, non quidem alati, sed alas iam acquirere exorsi, de corpore decedunt. Quapropter non exiguum præmium amatoriæ insaniæ ferunt. Nam in tenebras & iter sub terra deuenire, amplius Lex non est, eos qui iam cœlesti itinere ingredi cœperunt: sed illustrem uitam degentes, beatos esse inter se conuersantes, & unà pergentes, & æqualiter simul alas producere, quum hoc amoris gratia contingat. Hæc tanta atq; ita diuina tibi ô puer contribuet amatoris amicitia. At non amantis familiaritas, temperantia mortali temperata, & mortalia ac leuia curans, illiberalitatem à uulgo laudatā, uelut uirtutē in amica anima pariet, & ut per nouē milia annorū circū terrā uolutatur, & sub terra amens sit, efficiet. Hæc tibi palinodia ô dilecte amor, pro nostris uiribus & pulcherrima & optima data acrepensa est, quæ cum alijs, tū nominibus quibusdam poeticis, ob Phædrum uti coacta est. Quare & prioribus ueniam prębens, & his gratiam habens, beneuolus & propitius mihi, aftem quā dedisti amatoriā neq; auferas, neq; ob irā mutiles: præbeq; ut adhuc magis q̄ nunc apud pulchros in precio sim. At si quid in superiore sermone durius & ego & Phædrus diximus, in Lysiam sermonis parentē culpā referens, effice ut ille à talibus orationibus desistat, & impelle ut ad philosophiā uelut frater ipsius Polemarchus se conuertat, quo & hic amator ipsius nō amplius uelut nunc ambigat, sed simpliciter ad amorem cum philosophiæ studio deditis sermonibus uitam degat. PHAE. Vnà tecū precor ô Socrates, ut hæc contingant, siquidē hæc nobis esse melius est. Cæterū orationem tuam iamdudum admiror, quantò pulchriorē priore effecisti, ut uerear ne humilis uideatur, si fortè uoluerit Lysias aliā aduersus ipsam obtendere. Etenim nuper quidā ciuilis uir hoc ipsum ei conuitians exprobrabat, & per omnē uituperationem, orationū scriptorē uocabat. Fortassis igitur de industria à scribendo se continebit. SOC. Ridiculā ô adolescens sententiā dicis, & ab amico multum aberras, si ipsum adeò meticulosum putas. Fortassis aūt & conuitiatorē putes ex animo dixisse ea quæ dixit. PHAE. Ita uidebatur ô Socrates, & tu ipse nosti q̄ qui maximè potentes & præstantissimi in ciuitatibus sunt, orationes scribere, & scripta sua relinquere uerentur, opinionē formidantes apud posteros, ne sophistæ appellentur. SOC. Dulcis cubitus ô Phædre latet te, q̄ à longo illo cubito qui ad Nilum est appellatus sit: & præter cubitū latet te, q̄ uiri ciuiles qui maximè sapiūt, maximo scribendi orationes, & scripta sua posteris relinquendi studio tenentur: qui sanè etiā ubi scripserint orationem, ita amplectuntur laudatores, ut primos adscribant illos, qui singulis uicibus ipsos laudār. PHAE. Quomodo hoc dicis? Non enim intelligo. SOC. Non intelligis in scripti uiri ciuilis principio laudatorē primū scriptū esse? PHAE. Quomodo? SOC. Visum est, inqt ipsum scriptum, Senatui aut populo, aut utriscq;: & scriptor qui suā ipsius orationē ualdè grauiter & cū laude dixit, deinde post hoc dicit, laudatoribus suā sapientiā ostentans, quandoq; lōgo admodū scripto cōposito. Aut tibi aliud quiddā uidetur huiusmodi q̄ oratio cōscripta? PHAE. Non sanè mihi. SOC. Nónne si quidē hic approbet, gaudens ex theatro autor discedit. Si uero expugnatur, & exors scribēdi fiat, nec dignus qui scribat censeatur, luget & ipse, & amici? PHAE. Et ualdè quidē. SOC. Manifestū est autem quòd

Scribendi studium contemptum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd non uelut qui contemnant hoc studium, sed uelut qui admirentur. PHAE. Maximè. SOC. Quid uero quum orator, aut rex ita præstans sit, ut accepta Lycurgi, aut Solonis, aut Darij potestate, immortalis scriptor in ciuitate fiat, nónne æqualem deo ipse sibi ipsum dum adhuc uiuit esse putat, & posteri eadem hæc de ipso sentiunt, dum scripta ipsius uident? PHAE. Valdè equidem. SOC. Putas' ne igitur talium quempiam quomodocunq; Lysiæ infensum, hoc ipsum exprobare, quòd scribendi studio teneatur? PHAE. Nequaquam uerisimile est ex his quæ tu dicis. Suum enim ipsius studium ut apparet ex probraret. SOC. Hoc ergo cuiuis manifestum est, non esse turpe libros & orationes scribere. PHAE. Qui enim esset? SOC. At illud arbitror turpe iam est, nō bene dicere & scribere, sed turpiter ac male. PHAE. Manifestum est equidem. Quis igitur modus est bene scribendi? SOC. Opus est ô Phædre Lysiam de his interrogare, itemq; alium qui unq; quid scripsit aut scribet, siue publicū ciuile scriptū, siue priuatū, aut metro uelut poëta, aut absq; metro uelut priuatus. PHAE. Rogas an opus sit? Qua igitur gratia ut ita dicā quis uiuat, quam eiusmodi uoluptatum? Non enim illarum gratia quas dolor præcedit, aut neq; uoluptas sequatur, id quod omnes corporis uoluptates habent: quapropter etiam meritò seruiles appellatæ sunt. SOC. Ociū equidem ut apparet nobis est, & simul uidetur mihi uelut in æstu, supra caput nobis canere Cicadæ, & dū inter nos colloquimur etiam nos intueri. Si igitur uiderent etiam nos, uelut pleroſq; in meridie non disputantes, sed dormitantes, & qui ob mētis torporem ex illarum cantu demulceantur, meritò nos deriderēt, arbitrātes mancipia quædā ad diuersoria ipsorū cōcessisse, & uelut pecora in meridie circa fontē dormire. Si uero uiderint nos disputātes, & præternauigantes ipsas, uelut Sirenas, ita ut earum cantus nos nō demulceat, fortassis admiratione ducte, dederint nobis id munus quod à dijs habent, ut id hominibus impertiāt. PHAE. Quod uero istud habent? Nunquam enim quod sciam audiui. SOC. Non tamen decet uirum Musis deditum talium ignarum esse. Fertur has olim homines fuisse, prius q̄m Musæ natæ essent. Natis autē Musis, & cantilena in lucē producta, ita quosdā eius æui homines præ cantus uoluptate cōsternatos fuisse, ut canentes & cibos & potus neglexerint, & se mori non animaduerterint. Ex quibus postea cicadarum genus natum est, quòd hoc à Musis munus accepit, ut nullo alimento opus habeat statim ut natū est: sed sine cibo, & sine potu mox canat donec moriatur. Et postea ad Musas profectum denūciet, quis ex his qui hic sunt hominibus, quamq; ipsarum colat. Terpsicoræ igitur denunciantes eos qui ipsam tripudijs coluerunt, reddunt eos ipsi chariores. Erato uero eos qui in amatorijs: atq; alijs similiter, secundū speciem honoris attributi. At antiquissimæ Calliopæ, & post ipsam sequenti Vraniæ denunciant eos qui in philosophia uersantur, & qui illarū musicam colunt. Nam hæ Musæ circa uelum & sermones uersantes tum diuinos, tū humanos, pulcherrimā uocē edunt. Multis itaq; de causis aliquid dicendum est, & nō dormiendum in meridie. PHAE. Dicendū equidē. SOC. Nónne igitur considerandū est id quod nunc proponebamus, qua ratione oratio & dicatur, & scribatur rectè, & qua secus? PHAE. Manifestum est. SOC. Nónne contingere oportet his quæ bene ac rectè dici debent, ut meus eius qui dicit, cognouerit ueritatem eorum de quibus dicturus est? PHAE. Ita de his audiui ô chare Socrates, nō esse necesse futuro oratori, ut ea quæ reuera iusta sunt discat, sed quæ uidentur multitudini, quæ iudicatura est: neq; ut quæ reuera bona aut pulchra sunt, sed quæ uidentur. Ex his enim contingere persuasionē, & nō ex ueritate. SOC. Non uile dictum esse oportet ô Phædre, quicquid tandem sapientes dixerint, sed considerandum est an' ne quid dicāt. Et sanè etiam id quod nunc dictum est, dimittendū nō est. PHAE. Rectè dicis. SOC. Sic itaq; ipsum cōsideremus. PHAE. Quomodo? SOC. Si tibi ego persuaderē te hostes depulsurum esse si habeas equum. Ambo uero equū non nosceremus, tantū tamē ego de te nossem, quòd Phædrus equū esse putat quod ex nostris animalib. maximas aures habet. PHAE. Ridiculū hoc esset ô Socrates. SOC. Nondū hoc, sed quādo seriò tibi persuaderē, oratione de laudibus asini cōposita, equū hūc appellās, & asserēs quauis re dignū esse iumentū ut & domi, & in bello haberē, & ad debellandū hostes commodū, & ad gestādas sarcinas robustū, & ad multa alia utile. PHAE. Penitus ridiculū iā hoc esset. SOC. Nónne melius est ridiculū amicū esse, q̄m graué & inimicū? PHAE. Apparet. SOC. Quū igitur orator bonū & malū ignorās, ciuitati

Voluptates corporis seruiles

Cicadæ ex hominibus

Asini laus

Amicus ridiculus graui præstat

Oratio quæ bona sit, & quæ secus

Verane an uerisimilia oratori persequēda sint

ciuitati similiter affectæ persuadeat, non de asini umbra, ueluti equi laudem proferens, sed de malo uelut bonum sit, & opinionis multitudinis studiosus mala pro bonis facere persuadeat, qualem postea oratorium fructum, quem seminauit, metere posse putas? PHAE. Nō admodum bonum. SOC. Nónne ergo ô bone agrestius q̄m conuenit, dicendi artem uituperauimus? Illa uero fortassis dixerit, quid' nam ô uiri admirandi deliratis? Ego enim neminē ueritatis ignarū cogo discere ut dicat, sed si quis meo cōsilio illā adeptus, ita me assumit. Hoc igitur magnū quiddā affirmo, q̄ absq; me is qui ea quę sunt nouit, nihilo magis arte persuadere poterit. Nónne iusta dixerit si hęc dicat? PHAE. Assentior, si modo impetentes ipsam sermones testātur eā esse artē. Videor enim mihi audire aliquos sermones accedētes ac testantes, q̄ mentiatur, & nō est ars, sed artis exors exercitatio. Ars uera dicēdi inquit Lato, absq; hoc ut ueritatē attingat, neq; est, neq; in posterum unq; fiet. Hos itaq; sermones ô Socrates huc adductos expēde quid, & quomodo dicūt. SOC. Adeste alumni generosi, & pulchrorū liberorū patri persuadete, q̄ quandiu nō satis philosophiæ operā dederit, neq; ad dicendū de ulla re præstās erit. Respondeat itaq; Phædrus, uos interrogate. Nūquid in summa Rhetorica ars fuerit quædā animę alectatio per sermones, nō solū in iudicijs, & alijs publicis cōuentibus, sed etiā in priuatis eadē, de paruis ac magnis rebus: & q̄ recte fit, nihilo maiorē honorē circa seria quàm uilia meretur? aut quomodo tu hæc audiuisti? PHAE. Nō per louē omnino hoc modo, sed maxime quidē circa iudicia ars dicitur ac scribitur. Dicitur etiā de cōcione. Verum amplius nō audiui. SOC. Nūquid de Nestoris & Vlyssis solū artibus dicendi audiuisti, quas in Ilio ocioſi cōscripserunt: de Palamedis aūt nō audiuisti? PHAE. Et per louē de Nestoris orationib. ego audiui, nisi Gorgiā, Nestorē quendā facis, aut Thrasymachū & Theodorū, quendā Vlyssem. SOC. Fortassis. Sed em̄ hos sinamus. Tu uero dic quid faciunt in iudicijs aduersarij? nónne cōtradicūt, aut qd dicemus? PHAE. Hoc ipsum. SOC. De iusto & iniusto? PHAE. Etiā. SOC. Nónne qui arte hoc facit, efficiet ut idē ijsdē modo iustū uideatur, & rursus ubi uolet, iniustū? PHAE. Quidni? SOC. Sed & in cōcione, ut eadē modo bona, modo cōtraria uideātur? PHAE. Ita. SOC. Eleaticū igit' Palamedē nónne dicēdi arte effecisse scimus, ut audiētibus eadē similia & dissimilia, & unū ac multa, & manētia ac quæ ferrētur, uiderent? PHAE. Valdè equidē. SOC. Nō ergo circa iudicia solū, & circa concionē, est facultas cōtradicendi, sed circa omnia ut apparet quæ dicuntur, una quædā ars si est, hæc sanè fuerit, quæ quiduis cuiuis assimilare potest, ex his quæ assimilari possunt, & quib. ut quid assimiletur fieri potest: & alio assimilāte, & occultāte, in lucē producere. PHAE. Quomodo hoc dicis? SOC. Hoc modo arbitror quærētibus apparere posse. Nū deceptio in his quæ multū, an quæ parū differūt, magis contingit? PHAE. In his quæ parū. SOC. Sed & si in paruo trāsgrediaris, minus animaduertes ad contrariū te deuenisse, q̄ si in magno. PHAE. Quidni? SOC. Oportet igitur eū qui aliū decipere uolet, & ipse nō decipi, similitudinē ac dissimilitudinē eorū quæ sunt exactè cognoscere. PHAE. Necesse est equidē. SOC. Nū igitur fieri potest ut quis ueritatis singulorū ignarus, eius quod ignorat similitudinem tū paruā, tū magnā, in alijs cognoscat? PHAE. Fieri non potest. SOC. Nónne igitur manifestū est, q̄ his qui prēter ea quæ sunt opinātur ac decipiūtur, affectio hęc per similitudines quasdā influxit? PHAE. Ita sanè cōtingit. SOC. Fieri' ne igitur aliquo modo potest: ut qui nō nouit quod est unumquodq; ex his quæ sunt, artificè se in hoc designet, ut in paruo per similitudines ab eo q̄ est, aliū in contrariū abducat, aut ut ipse hoc euitet? PHAE. Nequaq̄. SOC. Dicēdi ergo artē ô amice ridiculā quandā ut apparet, & ab arte alienā exhibebit is qui ueritatis ignarus, opiniones uenatus est. PHAE. Consequēs est. SOC. Vis' ne igitur ut in Lysię oratione quam gestas, & in his quæ nos diximus uideamus, quid sine arte, & cū arte esse dicimus? PHAE. Maximè omniū. Nā nūc nudo quodā modo dicimus, quū iusta exempla nō habeamus. SOC. Sed & ex fortuna quadā ut apparet orationes duæ dictæ sunt quæ exemplū quoddā habēt, q̄ is qui ueritatē nouit, ludēs in sermonibus auditores decipit. Et ego ô Phædre ad deos huius loci, causam refero. Fortassis aūt & Musarum propheti des supra caput nostrum canoræ, hoc munus nobis inspirarunt. Nō enim ego alicuius dicēdi artis gnarus sum. PHAE. Sit ita ut dicis, declara solū id quod dicis. SOC. Age ita que lege mihi orationis Lysiæ principiū. PHAE. De meis equidē negocijs ac rerū statu nosti,

Dicendi artē esse negantes

Palamedis ars in dicendo

Deceptio contingit in parū differentibus

Similitudines decipiunt

Veritas oratori cognoscēda

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lysiæ orationis examinatio

nosti, & quòd putem cõferre nobis, si hæc fiant, audiuisti. Non autem propterea, ea quę peto, non assequi me debere arbitror, quod amator tui non sum. Nam illi quidem tunc ob collata beneficia, pœnitentia ducuntur, quum expleuerint cupiditatem. SOC. Desine. In quo igitur hic peccat, & ab arte alienum facit dicendum est. Nunquid? PHAE. Etiam. SOCR. Nónne igitur omnibus manifestum est hoc, quòd de quibusdam huiusmodi cõsentimus, de quibusdam dissentimus? PHAE. Videor mihi intelligere quod dicis. Dic tamẽ adhuc clarius. SOC. Quũ quis ferri aut argẽti montẽ dixerit, nónne oẽs

Iustum & bonum ambigua sunt

idem intelligimus? PHAE. Valdè equidem. SOC. Quid uero quum iusti aut boni, nónne alius aliò fertur, & tum ab alijs, tum à nobis ipsis dissentimus? PHAE. Maximè. SOC. In quibusdã igitur consentimus, in quibusdã non? PHAE. Ita. SOC. Ab utra ergo parte facilius decipi possumus, & in utris ars dicendi plus potest? PHAE. Nimirũ in quibus erramus. SOC. Nónne igitur eum qui artem dicendi tractare uolet, primum quidẽ uia quadam hæc distinguere oportet, & characterẽ quendam utriusq; speciei sumere, & esse in quo necesse est multitudinem errare, & eum in quo non? PHAE. Pulchram equidem ô Socrates speciem cognouerit, qui hanc acceperit. SOCR. Deinde uero ut arbitror, dum singula aggreditur, non ignorare, sed uelociter percipere, utrius generis sit id de quo dicere instituit. PHAE. Quidni? SOCR. Quid igitur amorem'ne ex his esse dice-

Amor ambiguus est

mus de quibus ambigimus aut de quibus non? PHAE. Ex his de quibus ambigimus. SOCR. Num putas ipsum tibi concessurum esse ut dicas ea quæ supra deipso dicebas, quòd & amato, & amanti pernicios us sit, & quod rursus maximum bonum sit? PHAE. Optimè dicis. SOCR. Sed & hoc dicito. Ego enim propter numinis afflationem non adeò memini, an ab initio orationis amorem definierim. PHAE. Per Iouem mirum in modum. SOC. Heu quantò magis artificio præstare dicis ad orationes componendas Nymphas Acheloi, & Pana Mercurij filium, quàm Lysiam Cephali: Aut nihil dico, sed & Lysias in amatorij sermonis initio coẽgit nos intelligere, Amorem unum quiddam ex his quæ sunt esse, quod ipse uidelicet uoluit, & ad hoc iam compositionem exorsus, omnem postea orationem perfecit. Vis'ne ut rursus principiũ ipsius legamus? PHAE. Si tibi uidetur. Quod tamen quæris, non est in ipsa. SOC. Lege ut audiam illum ipsum. PHAE. De meis equidem negocijs ac rerum statu nosti, & quod putem cõferre nobis, si hæc fiant, audiuisti. Non autẽ propterea, ea quę peto, non assequi me debere arbitror, quòd amator tui non sum. Nam illi quidem tunc ob collata beneficia, pœnitẽtia ducuntur quum expleuerint cupiditatem. SOC. Profectò multũ abesse uidetur ab eo ut quod quærimus faciat, qui neq; à principio, sed à fine, supinè ex contrario orationẽ perficere aggreditur: & ab his initium sumit, quæ desinens iã amator esse ad amatum dixerit. Aut nihil dixi ô Phędre charum caput? PHAE. Est equidem finis ô Socrates, de quo sermonem habet. SOC. Quid uero alia in oratione nónne fusim dispersa uidentur? Aut uidetur id quod secundo loco dictum est, necessariò eo loco poni oportuisse, aut aliud quid ex his quæ dicta sunt? Mihi equidem ut qui nihil sciam, uidetur id quod sequitur nõ ingenerosè à scriptore dictum esse. Tu uero habésne aliquã necessitatẽ scribendæ orationis, qua ille hæc ita deinceps alia ad alia posuit. PHAE. Suauis homo es, qui me putas adeò hac parte præstantẽ esse, ut illius scripta ita exactè dijudicare possim. SOC. At hoc

Oratio uelut corpus animalis composita

arbitror te dicere oportere, Omnem orationem uelut animal compositã esse, ita ut ipsa corpus suum habeat, & neq; sine capite sit, neq; pedibus careat, sed & media habeat, & extrema, ita scripta ut & inter se, & cum toto, decorum referant. PHAE. Quidni? SOC. Considera itaq; sodalis tui orationem, an sic aut aliter se habeat: & inuenies ipsam nihil

Midæ Epitaphium ineptũ

ab epigrammate differre, quod Midæ Phrygi quidam inscriptũ esse aiunt. PHAE. Quale hoc, & quid ei accidit? SOCR. Est quidam hoc tale.

Aenea Virgo Midæ teneo monumenta supernè,
Donec aquæ fluxum seruant, arboscq; uirorem,
Hic remanens, luctu & plenum seruans monumentum,
Dico Midam cunctis hic gentibus esse sepultum.

Malorum scriptorũ quæ sit utilitas

Quòd autem nihil referat, quid primo aut ultimo loco, in ipso dicatur, intelligis sanè ut ego arbitror. PHAE. Subsannas orationem nostram ô Socrates. SOC. Hanc itaq; ut ne tu grauiter feras, sinam, etiamsi multa habere mihi uidetur exempla, quæ si quis inspiciat,

ciat, hanc inde utilitatem consequatur, ut non admodum ipsa imitetur. Ad alias autem orationes progrediamur. Est enim in ipsis quiddam, ut puto, quod inspicere conueniat eos qui orationes indicare uelint. PHAE. Quod istud dicis? SOC. Contrariæ sanè sunt. Altera enim amanti, altera non amanti gratificari oportere dixit. PHAED. Et ualdè fortiter. SOC. Putabam te quod uerum est dicturum esse, nimirum ualdè furiosè. Quod tamen quærebam, hoc ipsum est. Insaniam enim quandam Amorem esse diximus. Nunquid? PHAE. Etiam. SOC. Insanię uero species duas, alteram à morbis humanis, alteram ex diuina immutatione eorum quæ recepto more fieri solent contingentem. PHAED. Maximè. SOC. Diuinæ autem quatuor deorum, quatuor partes fecimus, Vaticinationem quidem, Apollinis inspiratione ponentes: Mysteria uero Dionysij: poeticam Musarum: quartã uero Veneris & Amoris amatoriam insaniam optimam esse diximus. Et non scio quomodo amatoriam affectionẽ assimilantes, & fortassis ueritatem aliquam attingentes, fortassis etiam aliò mentis errore delati, sermone quodam fabuloso nõ penitus à ueri similitudine alieno ammixto, hymnũ lusimus moderatè ac cum laudatione, in meum ac tuum dominũ, ô Phædre, Amorem pulchrorum puerorũ præsidem. PHAE. Et ualdè quidem mihi auditu non iniucunda. SOC. Hoc itaq; hinc accipiamus, quòd à uituperatione ad laudationẽ oratio transiuit. PHAE. Quomodo hoc ipsum dicis? SOC. Mihi quidem uidẽtur alia reuera per lusum dicta esse. Verùm duarum harũ specierum forte fortuna relatarum, si quis ipsam uim arte capere posset, non iniucundum id esset. PHAE. Quarum uero? SOCR. Vt ad unam ideam respiciens, colligat ea quæ multifariam dispersa sunt, qui singula definiens, manifestum faciat semper id de quo docere uelit: quemadmodũ sanè in præsentia de Amore quid sit definitio, siue bene, siue malè dicta est, claritatem tamen, & ut ipsa sibijpsi in dicendo consona esset oratio hinc habuit. PHAE. Alteram autem speciem, ô Socrates, quam dicis? SOCR. Vt possit rursus in species articulatim, prout natura rei postulat, diuidere, & non aggrediat mali coci more, ullam partem confringere: sed quemadmodũ antea duæ illæ orationes mentis desipientiam, unam quandam cõmunem speciem acceperunt. Quemadmodũ uero ex uno corpore duplices & eiusdem cum illo nominis partes à natura prodierunt, alteræ sinistræ, alteræ dextræ appellatæ: Sic mentis emotæ uelut unã nobis speciem à natura opinatæ orationes illæ, altera quæ sinistrã partem secabat, eam rursus diuidere non cessauit, dextra quæ ad dexterã partem nos duxit, eiusdem quidem cum illo nominis, diuinũ tamen Amorem repertũ ac probatum collaudauit, uelut qui maximorũ bonorum nobis sit auctor. PHAE. Verissima dicis. SOC. Harum diuisionũ & ego ipse, ô Phædre, amator sum, itemq; collectionũ siue compositionũ, quo & in dicendo, & in sapiendo præstans sim: & si etiã alium quempiã præstantem putauero, ut ad unũ, & ad multa à natura, respiciat, hũc ego persequor ueluti uestigia diui. Quin & eos qui hoc ipsum facere possunt. an recte aut non appellem, deus nouit. Voco autẽ hucusq; dialecticos. At eos qui præsentia à te & Lysia didicerunt, dic quõ appellare oporteat: aut hæc illa dicendi ars est, qua Thrasymachus & alij utentes, ipsi quidẽ sapientes in dicendo euaserunt, & alios faciunt, qui ipsis munera uelut regib. offerre uolunt. PHAE. Viri quidẽ regij sunt, nõ tamen earum rerum periti, q̃ tu proponis. SOC. At hanc quidẽ speciem si dialecticã appelles, rectè appellare mihi uideris. Rhetorica uero species adhuc nos fugere mihi uidet. PHAE. Quõ dicis? SOC. Pulchrũ equidem quidnã esse possit, quod his destitutũ, arte tamẽ percipiatur? Contemnendũ tamen neq; hoc ipsum & tibi, & mihi penitus est, sed dicendũ quid sit quod de rhetorica restat. PHAE. Et ualdè sanè multa, ô Socrates, q̃ in libris de arte dicendi scriptis continent. SOC. Rectè me admonuisti. Exordiũ quidem primũ arbitror, quõ in orationis principio dicere oportet. Hæc'ne dicis? Sunt enim bella ista in arte. PHAE. Etiam. SOC. Secundũ uero narrationẽ quandam, & ad ipsam testimonia. Tertium argumenta. Quartũ uerisimilia. Et confirmationẽ, ut arbitror, ac cõfirmationis ampliationẽ quõ facere oporteat, tum in accusatione, tum in defensione. Optimũ autẽ Euenũ Parium in mediũ nõ adducimus? qui subdeclarationẽ primus inuenit, itemq; fictas laudationes. Quidam uero etiam

Malorum scriptorũ quæ sit utilitas

Orationum Socratis examinatio

Insaniæ species

Duæ species oratori considerandæ, compositio, diuisio

Cõponendi & diuidendi methodus

Dialecticorum appellatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro etiam fictas uituperationes, in metro memoriæ gratia ipsum dicere aiunt. Sapiens enim uir est. Tisiam aũt & Gorgiam dormire sinemus, qui uerisimilia ueris prætulerunt: et ut parua magna, & magna parua uideanẽ, faciunt, ob uim orationis: Et noua more ueterum, & uetera recentiorũ more dicunt: & orationũ compendiũ, & infinitas de omnibus prolixitates inuenerunt. Hæc autem cùm ex me aliquando Prodicus audiuisset, risit, & solum se inuenisse dixit eas orationes quibus arti opus est. Opus aũt esse neq; longis, neq; breuibus, sed moderatis. PHAE. Sapientissimè, ô Prodice. SOC. Hippiam uero non dicimus? Arbitror enim etiã hospitẽ Eleum cum ipso consensisse. PHAE. Quidni? SOC. At Poli orationũ Musea quõ dicemus? qui uerborum, duplicationẽ, & sententiarum insertionẽ, & similitudinũ inductionẽ, & nominum, q̃ Licymnion ipsi largitus est, suauitatem inuexit. PHAE. Protagoræ uero scripta, ô Socrates, nõ erant talia quædam? SOC. Rectitudo quædã dicendi, ô puer, & alia multa ac pulchra. At Chalcedonij uis ar te superasse mihi uidetur, in cõmiserationibus à senectute & paupertate mouendis. Et ad iram præterea concitandã, & iratos rursus uelut incantationibus, ut ipse dixit, demulcendos, & ad calumniandũ, & ad calumnias alicundè diluendas, præstãtissimus uir fuit. Cæterum de fine orationũ in communi omnes cõsensisse uidentur, quem aliqui reditionem uocãt: alij uero aliud nomẽ imponunt. PHAE. Dicis' ne summatim in memoriam auditoribus reuocare singula quæ dicta sunt? SOC. Hæc dico, & si quid tu aliud habes, quod de orationũ arte dicas. PHAE. Exigua sanè & indigna quæ referantur. SOC. Sinamus exigua. Hæc autem in lucem magis producamus, ut quam, & quando artis uim habeant, uideamus. PHAE. Et ualdè quidẽ ualidam in multitudinis conuentibus, ô Socrates. SOC. Habent equidẽ, uerùm ô beate, uide etiam tu, an fortassis etiã tibi uideatur ut mihi, uestem ipsorum dissectam esse. PHAE. Ostende solum. SOC. Dic itaq; mihi, Si quis ad sodalẽ tuum Eryximachũ, aut ad patrem ipsius Acumenũ progressus dicat, ego scio talia quædã corporibus adhibere, ut & calefaciam, si uelim, & frigefaciã, & si uidear, mihi, uomere faciam, & si rursus uideatur, efficiam ut deorsum per aluum egerãt, & alia multa huiusmodi: & cùm hæc sciam, pro medico haberi uolo, & alium medicũ facere posse me iacto, cui harum rerum scientiam tradidero, quid putas his auditis dicturos esse? PHAE. Quid aliud, quàm interrogaturos an etiã insuper sciat, & quibus oportet, & quando, & in quantũ, singula hæc faceret? SOC. Si igit̃ dicat, quòd nequaq̃ hæc sciat, sed oportet eũ qui hæc à me didicit, per seipsum facere posse ea quæ tu proponis. Quid dixerint? PHAE. Dixerint, arbitor, insanit homo, & ex libro alicundè doctus, aut in medicamenta collapsus, medicũ se factum esse putat, cùm nihil in arte sciat. SOC. Quid uero si Sophoclẽ & Euripidem quis accederet, ac diceret, se scire de parua re longissimas orationes habere, & de magna ualdè breues: & si uelit, miserabiles, & contrà, & rursus horrendas ac minaces: & quæcunq; alia huiusmodi essent: & dum hæc doceret, quomodo Tragœdia facienda sit, se tradere putaret. PHAE. Et hi, ut arbitror, ô Socrates, riderent, si quis Tragœdiã aliud quid esse putet, quàm horum congregationem ita constam, ut & inter se, & cum toto decorũ seruent. SOC. At nõ agresti more, ut arbitror, conuitiarentur. Sed quemadmodum Musicus, si incidisset in uirum arbitrantem se esse harmoniarum peritum, ex eo quod sciret quantũ eius fieri posset, chordam & acutissimam & grauissimam facere: non ferociter diceret, ô Improbe, atra bile percitus es: sed uelut qui Musicus sit, mitius, ô optime, necesse quidẽ est & hæc scire eum qui harmoniarũ peritus esse uelit: Nihil tamen prohibet, ut ne minimũ quidem de harmonia intelligat, qui tuo habitu prædítus sit. Nam quæ ante harmoniam necessariò discuntur, nosti, & non harmoniarum disciplinam. PHAE. Rectissimè sanè. SOC. Non'ne & Sophocles ostentatorem illum ea quæ ante Tragœdiam disci solent, nosse diceret, at non Tragica ipsa? & Acumenus ea quæ Medicinam præcedunt nosse illum diceret, sed non ipsam Medicinam? PHAE. Maximè. SOC. Quid uero si suauis Adrastus, aut Pericles audirent ea, quæ nunc recensuimus, pulcherrima artificia, & breuiter & per similitudines dicendi, & quæcunq; alia relata, in lucẽ producta consideranda esse diximus, num morosè ipsos putamus, quemadmodũ ego & tu præ rustica imperitia fecimus, dicturos esse uel uerbum aliquod inerudituũ, in eos qui hæc scripserunt, & uelut rhetoricam docent? Aut qui nobis sint sapientiores etiam nos reprehensuros esse his uerbis. O Phædre & Socrates, non

Medicus ex libro

Tragœdia quid sit

crates non cõuenit succensere, sed ignoscere, si qui differendi artis imperiti, definire nõ potuerunt quid sit Rhetorica: & ex hac affectione, cùm ea quæ necessariò ante artem discuntur, haberent, putauerunt se Rhetoricam inuenisse: & hæc sanè alios docentes, arbitrantur se perfectè Rhetoricã tenere. At singula hæc probabiliter dicere, & totũ componere, uelut rem nullius operæ, oportere ipsos discipulos à seipsis sibi in orationibus comparare. PHAE. Atqui uidetur sanè, ô Socrates, tale quiddã ars esse, quam hi uiri uelut rhetoricã & docent, & scribunt: & mihi rectè dixisse uideris. Sed reuera rhetorici sio minis, & ad persuadendũ potentis artem, quomodo, & unde quis sibi comparare possit? SOC. Verisimile est, & fortassis etiam necessariũ, ô Phædre, quemadmodũ in alijs, ita etiam in eo ut quis perfectus hac parte decertator fiat, habere facultatem à natura. Si eñ tibi à natura adest ut rhetoricus sis, euades rhetor præclarus, accedente insuper scientia ac exercitatione. Vbi uero horum quiddam tibi defuerit, hac parte imperfectus eris. Quanta uero res sit ipsius oratoris ars, non uidetur mihi apparere methodus, ex hac uia qua Lysias & Thrasymachus progrediũtur. PHAE. At qua tum? SOC. Meritò uidetur, ô optime, Pericles omniũ perfectissimus orator fuisse. PHAE. Quid ita? SOC. Omnes magnæ artes opus habent contemplatione & rerum sublimium de natura speculatione. Nam mentis altitudo, & ad res perficiendas efficacia, hinc alicundè accedere uidentur, quæ etiam Pericles habuit, ad hoc quod à natura industrius esset. Cùm enim in huiusmodi uirum, ut arbitror, incidisset Anaxagoram, sublimiũ rerum cognitione impletus, & ad mentis ac dementiæ naturam deductus, de quibus diffusè disserere Anaxagoras solebat, hinc traxit ad dicendi artem, id quod ad ipsam cõmodum esset. PHAE. Quomodo hoc dicis? SOC. Idem ferè artis dicẽdi modus est, qui & Medicinæ. PHAE. Quomodo istud? In utriq; naturã diuidere oportet, in altera corporis, in altera animę: si non solum exercitatione & experimento, sed arte, illi quidem medicamenta ac alimenta eximis persuasæ, quamcunq; libeat uirtutem tradere. PHAE. Sic equidem ô Socrates, uerisimile est. SOC. Animæ igitur naturam aptè putas intelligi posse, non cognita totius naturæ? PHAE. Siquidem Hippocrati ex Asclepiadarũ genere fides habenda est, ne corporis quidem naturam absq; hac methodo. SOC. Rectè ô amice, dicit. Oportet tamen insuper ad Hippocratem, etiam rationẽ expendere, & an consona sit, uidere. PHAE. Sanè quidem. SOC. De natura igitur considerare, quid est quod Hippocrates, & recta ratio dicit? Num ad hunc modum? De cuiusq; rei natura considerare oportet, primũ simplex ne sit, an multarum specierum, id in quo artifices esse uolumus, et alios ut tales sint facere. Deinde si simplex est, uim ipsius cõsiderare, quam à natura habet, ad hoc ut in alium faciat quid, aut quam ut ab alio patiatur. Si uero plures species habuerit, his enumeratis, id quod in una, hoc in singulis cõsiderare, quid'nam à natura facere solet, aut quid ab alio pati. PHAE. Consequens est, ô Socrates. SOC. Próinde methodus absq; his similis est itineri cæci. Non tamen cæco aut surdo assimilandus est, qui quamcunq; tandem rem arte tractat. Nam manifestum est quòd quisquis alicui sermones arte accõmodat, essentiam exactè ostendet naturæ eius, ad quod sermones habet. Hoc autem est anima. PHAE. Quidni? SOCR. Non'ne in hoc omne ipsius studium uersatur? Suadela enim in hoc facere id conatur. Nunquid? PHAE. Etiam. SOC. Hinc igitur patet quòd & Thrasymachus, & quisquis alius rhetoricam artem cum studio tradit, primùm omni diligentia scribet, & cognoscendũ exhibebit, num anima unum & simile sit à natura, aut secundum corporis formam multarum specierũ. Hoc enim naturam ostendere esse dicimus. PHAE. Maximè. SOC. Secũdo quid facere cuicunq;, aut ab aliquo pati, à natura soleat. PHAE. Quidni? SOCR. Tertio digestis iam in ordinem & sermonum, & animæ generibus, itemq; horũ affectionibus, recensebit omnes causas, ita ut singulas singulis accommodet, & doceat qualis quum sit anima, quales sermones, ob quam causam, necessariò aut admittat, aut respuat. PHAE. Pulcherrimè sanè, ut apparet, res hoc modo se habuerit. SOC. Neq; igitur hoc, ô amice, neq; quicquã aliud, unquam arte scribetur aut dicetur, si aliter ostendatur aut dicatur. Verùm qui nunc scribunt, quorum tu dicendi artes audisti, maligni sunt & occultant, quum de anima cognitionẽ pulcherrimè teneant. Prius quàm igitur in hunc modum & dixerint & scripserint, ne credamus ipsos arte scribere.

Naturæ uis in omnibus studijs

Medicinæ & artis dicendi similitudo

Hippocratis methodi doctor

Suadela dea

Quæstionũ genera quatuor

Universidad de Deusto
Biblioteca

PHAE. Quem istum dicis? SOC. Ipsa quidem uerba referre, non est facile. Verùm quomodo scribere oporteat, ut artificiosè id fiat, quantum eius fieri potest, dicere uolo.

Scribendi artificiosè ratio

PHAE. Dic itaq; SOC. Quandoquidem dicendi facultas animę allectatio quædam est, futurum oratorem, quot habeat anima species, scire necesse est. Sunt igitur tot ac tot, & tales ac tales, unde alij tales, alij tales fiunt. His autem ita diuisis, orationū rursus tot ac tot species sunt, & unaquæq; talis. Tales igitur homines, à talibus orationibus, ob hanc causam, ad talia facile persuadentur. Et rursus tales ob hæc ægrè persuaderi possunt. Oportet itaq; eum qui hæc iustè cognorit, postea ipsa dum in actionibus & sunt, & peraguntur, spectare & uelociter assequi posse: alioqui nihil amplius sciet quàm eos ipsos sermones quos à præceptoribus auditos intellexit. Cùm uero satis iam adeptus fuerit, ut dicat qualis qualibus persuadetur, & potentiam nactus fuerit, ut si quis ipsi occurrat, intelligat, ac sibijpsi indicet, hic est, & hęc est natura, de qua tunc sermones habebantur, nunc re ipsa præsens: aut hos sermones hoc modo instituere oportet ad hos persuadendos: Hæc omnia adeptus, si insuper temporis occasionem, quando dicendum ac silendum est, adiunxerit, & breuiter dicendi, ac cōmiserationem mouendi, uehemētiæ item, ac singularum quas didicit specierum orationū oportunitatem ac importunitatem cognouerit, iam rectè & perfectè artem absoluerit: prius autem minimè. Verū quicquid horum, dicens, aut docens, aut scribens quispiam omiserit, & tamen arte se dicere asseruerit, qui nō persuadet, prævalet. Quid igitur dicet fortassis scriptor, ô Phædre & Socrates, uidetur ne ita, aut aliter quodāmodo comparanda esse ea quæ orationum ac dicendi ars dicitur? PHAE. Impossibile est, ô Socrates, aliter id fieri, etiamsi nō exiguum uideatur opus. SOC. Vera dicis, atq; huius rei gratia omes orationes sursum ac deorsum uertere oportet, ac cōsiderare an aliqua facilior & breuior uia ad ipsam appareat, ut ne frustra longam et asperā ingrediamur, cùm liceat breuem eamq; leuem arripere. Quare si quam opem ferre potes, ex his quæ ex Lysia, aut alio quodam audiuisti, ea in memoriam reuocans dicere conare. PHAE. Experimenti quidem gratia posſem, nō tamen in præsentia. SOC. Vis ne igitur ut ego tibi sermonem referam, quem de his è quibusdam audiui. PHAE. Quidni? SOC. Aiunt itaq; ô Phædre, iustum esse etiā Lupi dogma referre. PHAE. Et tu ita facias. SOC. Dicunt itaq; nihil opus esse hæc ita magnificè ostentare, neq; ita longa uia circunducere, ac sursum attollere. Nam quod etiam ab initio huius disputationis diximus, futurum oratorem nihil opus est nosse ueritatem, de iustis aut bonis rebus, aut etiā hominibus, siue natura, siue educatione tales sint: In iudicijs enim de horum ueritate nulla ulli cura est, sed de probabili: Id autē uerisimile esse, eiq; intentum esse oportere eum qui arte dicere uelit. Neq; enim rursus ea quæ facta sunt, aliquando dicere oportere, si non uerisimiliter facta fuerint, sed quæ uerisimilia sunt, & in accusatione, & in defensione, & omninò dicere, & quod probabile est, persequendum esse, uel ritate longum ualere iussa. Hoc enim si per omnem orationē fiat, uniuersam artem suppeditare. PHAE. Ea ipsa, ô Socrates, recēsuisti, quæ dicunt hi qui dicendi artem sibi uendicant. Memini enim in superioribus nos hoc breuiter attigisse. Videtur autem penitus magnum esse his qui circa hæc uersantur. Sed & Tisiam ipsum exactè cōculcasti. SOC. Dicat itaq; & hoc nobis Tisias, an' ne quid aliud probabile dicat, quàm quod multitudini uidetur? PHAE. Quid enim aliud? SOC. Hoc autem sapienter, ut apparet, simulq; artificiosè à se inuentum scripsit. Si quis debilis & audax, robustum & timidum contudisset, & pallium ipsi aut aliud quid detraxisset, atq; ea de causa in iudiciū perduceretur, neutrum id quod est dicere oportet: sed timidum quidem, non à solo audaci se contusum esse asseuerare: illum uero hoc quidem redarguere, & quòd soli ambo fuerint affirmare, uerùm illo insuper uti: Quomodo uero ego qui talis sum, talem aggressus fuissem? Iste uero suam timiditatem non proferet, sed aliud quid mentiri aggrediens, fortassis aduersarium conuincet. Et circa alia sanè, huiusmodi quædam sunt quæ arte dicunt. Nonne ô Phædre? PHAE. Quidni? SOC. Hei quàm callidè occultatam artem inuenisse uidetur Tisias, aut quisquis alius tandem ille est, & undecunq; nomen ducit. Huic uero num quid nos, ô amice, hoc dicemus, aut non? PHAE. Quod istud? SOC. Iamdudum nos, ô Tisia, antea quàm tu accederes, diximus, quòd hoc probabile propter ueritatis similitudinem uulgo contingit. Similitudines autem ab eo qui ueritatē nouit, pulcherrimè penitus re-

Veri similia oratori persequenda

Tisiæ ars dicendi

nitus reperiri posse, paulò ante recensuimus. Quare si quid aliud de arte dicendi affers, audiemus: sin minus, his quæ antea recensuimus, fidem habebimus, nimirum nisi quis eorum qui audient naturas enumerauerit, & res ipsas tum in species diuidere, tum singulas una idea comprehendere poterit, nunquam dicendi artificem præstabit, inquantum homini contingere potest. Hæc autem nunquam absq; magna cura consequetur, quam sapiens nō ideo suscipiet, ut ad homines dicat ac faciat, sed ut quæ dijs grata sunt, dicere possit, & omnia pro uiribus cum gratia facere. Asserunt enim sapientiores nobis ô Tisia, non oportere eum qui mente præditus est, curam adhibere ut conseruis gratificetur, nisi obiter saltem: sed dominis bonis, & ex bonis. Quare si longa est circuitio, ne admireris. Magnorum enim gratia circuitio facienda est, & non uelut tu putas. Contineget tamē uelut ratio dictat, si quis uelit, ut & hæc pulcherrimè ex illis fiant. PHAE. Pulcherrimè mihi hæc dici uidentur, ô Socrates, si modò quis ea consequi posset. SOC. At pulchrum est etiam pulchra conari, & quicquid acciderit, perpeti. PHAE. Et ualdè qui dem. SOCR. Proinde & de arte, & de artis dicendi ignorantia, satis dictum sit. PHAED. Quidni? SOC. Restat ratio cum decoro & sine decoro scribendi, quomodo fiat ut rectè illud se habeat, & quomodo indecenter. Nunquid? PHAE. Etiā. SOC. Nosti igitur quo modo maximè deo gratū facias in orationibus, siue faciendo, siue dicendo? PHAE. Nequaquam ego, num uero tu? SOCR. Quæ sanè ex ueteribus audiui, dicere possum. Veritatem autem ipsi sciunt. Si uero hāc ipsi inuenerimus, num adhuc nobis aliqua humanarum opinionū cura fuerit? PHAE. Ridicula interrogatio est. Verùm quæ te audiuisse dicis, refer. SOC. Audiui itaq; circa Naucratim Aegypti fuisse quendam deorum priscorum, cuius etiam sit auis illa sacra, quā Ibim uocant: Nomen autem ipsi dæmoni esse Theuth. Hunc autem primum inuenisse numerū, & computationem, & Geometriam, & Astronomiam. Præterea & talorum & cuborum ludum: & sanè etiam literas. Quum autem eo tempore totius Aegypti rex esset Thamus, circa magnam ciuitatem superni loci, quem Græci Thebas Aegyptias uocant, & deum eius Ammonem: ad hunc progressus Theuth, artes ostendit, & alijs Aegyptijs distribui illas oportere dixit. At ille interrogabat, quam singulæ utilitatem afferrent. Cùm autem hic recensuisset, prout quic quid rectè aut secus dixisse uideretur, rex partim uituperauit, partim collaudauit. Multa itaq; de unaquaq; arte in utramq; partem Thamum ad Theuth pronunciasse ferunt: quæ longum esset recensere. Postquā uero ad literas deuenissent, hoc studium, ô rex, dixit Theuth, Aegyptios & sapientiores, & memoria præstantiores efficiet. Memoriæ enim & sapientiæ medicamentū hoc repertum est. At rex, ô artificiosissime Theuth, dixit, alius quidem parere potest ea quæ ad artem pertinent, alius aūt iudicare, quam uim habeant detrimenti & utilitatis, apud eos qui usuri sunt. Et tu nunc literarū pater, ob beneuolentiam erga illas, contrariū dixisti eius quod efficere possunt. Hæ enim in animis eorum qui discunt, obliuionem inducēt, ob memoriæ exercendæ neglectionem, ut qui non intrinsecus ipsi à seipsis recordentur, propter fidem quam inscriptionem extrinsecus ab alienis literarum figuris expressam habent. Non igitur memoriæ, sed admonitionis medicamentū reperisti. At sapientiæ opinionem, non ueritatem, discipulis exhibes. Cùm enim multa ex te audierint absq; doctrina, multa se scire putabunt, cùm ignari sint coram multitudine, & graues conuersatione, ut qui pro sapientia, opinionem sapientię adepti sint. PHAE. Quàm facile tu, ô Socrates, & Ægyptios & cuiuscūq; gentis sermones retuleris. SOC. At qui in Iouis Dodonæi templo uersantur, primos uaticinantes sermones è quercu prorupisse dicunt. Eius igitur æui hominibus, ut qui sapientes non essent, uelut uos recentiores, satis fuit ut quercus ac petras audirent, præ simplicitate, si solum uera dicerent. Tu uero fortassis referre putas, quis & cuias sit qui dicit. Non enim illud solum spectas, an sic, aut aliter se habeat. PHAE. Rectè me increpasti, & mihi uidetur de literis ita res se habere, quemadmodū Thebanus dicit. SOC. Proinde qui artem in literis relinquere se putat, & qui rursus suscipit, uelut clarum ac constans quiddam è literis futurum, is multa simplicitate plenus est, & reuera Ammonis uaticinium ignorat, ut qui scriptos sermones amplius quid posse putat, quàm ut scientem commonefaciant de his quæ scripta sunt. PHAE. Rectissimè. SOC. Absurdum enim hoc, ô Phædre, habet scriptura, & reuera simile picturæ. Nam illius opera stant uelut uiuant. Si uero quid in-

Oratoris scopus de gratia deorum

Conatus laus

Decori ratio, in scribendo

Literas prodesse memoriæ

Literas officere memoriæ

Scriptura similis picturæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid interroges, reuerenter admodum tacent. Eodem modo etiam sermones. Putaueris quidem ipsos uelut sapientes aliquid dicere. Si uero interroges, quid ex his quæ dicuntur, discere uolens, unum quiddam significant solum, idemq; semper. Cùm uero semel scriptus fuerit, uolutatur quidem quoquo uersus omnis sermo, æquè apud eos qui intelligunt, atq; apud eos ad quos nihil pertinet: & non nouit dicere quibus oportet, & quibus non. Si uero iniuria afficiatur, & immeritò conuitijs petitus fuerit, semper patre auxiliario opus habet. Ipse enim neq; aduersariū propulsare, neq; sibijpsi opem ferre potest. PHAED. Et hæc rectissimè à te dicta sunt. SOC. Quid uero, uidemus ne alium

Sermo animæ inscriptus, potens est

sermonem huius fratrem germanum, quo modo fit, & quanto melior ac potentior illo nascitur? PHAE. Quem hunc, & quomodo fieri dicis? SOC. Qui cum scientia scribitur in discentis anima, & potens est defendere seipsum, nouitq; & dicere, & tacere apud quos oportet. PHAED. Eius qui sciens est sermonem dicis uiuentem & animatum, cuius simulachrum quoddam scriptus ille meritò dici potest. SOC. Maximè. Verùm hoc mihi dicito. Prudens agricola seret ne seriò semina æstate in Adonidis hortos, ea uidelicet quorum studiosus est, & quorum fructus expetit, quum uideat ipsos pulchros in octo diebus fieri ac prodire: aut hoc quidem lusus & festi gratia faciet, quando sanè serit. In his autem quorum studio tenetur, & agriculturæ arte utens, & cōuenienti tempore seminans, boni consulet, si octauo mense ea quæ seminauit, perfectionem accipiant. PHAE. Sic quidem ô Socrates, alia seriò, alia aliter, quemadmodum dicis, faciet. SOCR. At eum qui iustorum, & pulchrorum, & bonorum scientias habet, agricolamne prudentem ad semina sua spargenda asseremus?

In aquā scribere

PHAED. Minimè. SOCR. Non ergo seriò in aqua illa scribet, atramento seminans per calamum cum sermonibus, quum non possit ipsis sermone opitulari, neque satis possit ueritatem docere. PHAE. Nequaquam consentaneum hoc est. SOC. Non profectò. Sed hortos quidem in literis, ut apparet, lusus gratia seminabit, ac scribet. Cùm autem & sibijpsi, & cuiuis idem uestigium

Senectutis obliuio

sequenti, scripserit commentarios, ut thesauri loco recōdat ipsos ad senectutis obliuionem, si fortè eò deueniat: tunc & ipse illos intuens teneros enascentes delectabitur, & quum alij alijs lusibus utentur, & sympotijs alijsq; consimilibus se irrigabunt: tunc ille horum loco illis quæ dixi, ludens uitam deget. PHAE. Pulcherrimum præ uitioso illo ludum ô Socrates, dicis, eius qui sermonibus ludere potest, ita ut de iustitia & alijs, de quibus dicis, fabuletur. SOC. Est equidem ita, chare Phædre. Verùm multò pulchrius studium, ut arbitror, circa hæc contingit, quum quis dialectica arte utens, animam idoneam adeptus, sermones cum scientia plātauerit ac seminauerit, qui & sibijpsis, & plantatori opem ferre possunt, & non infructuosi sunt, sed semen producunt. Vnde alij in alijs speciebus nascentes, hoc semper immortale conseruare possunt, & efficere ut qui ipsos habent, felices sint, in quantum maximè homini contingere potest. PHAE. Hoc adhuc longè pulchrius dicis. SOCR. Nunc uero his concessis, iam ô Phædre, iudicare possumus. PHAE. Quæ ista? SOC. De quibus uidere uolentes, ea que cognoscere huc delati sumus: ut Lysiæ in scribendis orationibus obprobrium expenderimus, item que sermones ipsos qui cum arte, & sine arte scribuntur. Quicquid igitur artificiosum est, & contrà, moderatè declaratum esse mihi uidetur. PHAE. Visum est sanè. SOCR. Rursus autem in memoriam mihi reuoca, prius fieri non posse ut quis arte, prout rei natura postulat, orationum genus tractet, neq; ad docendum, neq; ad persuadendum quicquam, uelut totus superior sermo nobis indicauit, si non antea ueritatem singulorum nouerit, de quibus dicet, aut scribet, & secundum ipsam totum definire poterit: & ubi deliniuit, rursus in species usque ad indiuiduum secare nouerit: & de natura animæ contemplatus, eodemq; modo congruentem unicuique naturæ speciem uenatus, sic dispo suerit ac exornarit orationem, & uariæ animæ uarias & ex omni harmonia constantes orationes accommodet, simplici uero simplices. PHAED. Maximè hoc ita quodammodo uisum est. SOC. Quid uero de eo quòd honestum aut turpe est, orationes dicere & scribere: & quomodo si fiat meritò probrosum, aut contrà dicatur: non ne paulò antea relata declarauerunt? PHAED. Quæ ista? SOCR. Quòd siue Lysias, siue alius quidam unquam scripsit, aut scribit, priuatim ac publicè, leges constituens, & ciuile scriptum edens, & magnam quandam in ipso sublimitatē & claritatem esse putans, sic quidem pro-

dem probrosum est scriptori, siue quis is dicat, siue nō. Nam ignorare uerum & falsum, de iustis & iniustis, & de malis ac bonis, non effugit ut nō reuera probrosum sit, etiamsi ipsum omnis uulgi turba collaudauerit. PHAE. Non profectò. SOC. Qui uero in oratione de quacunq; re scripta, multum ludum putat esse necessarium, & nullam unquam orationem, siue in neutro, siue sine metro, magno studio dignā ducit, ut aut scripta aut dicta sit: quemadmodum qui scripta componunt, & ea absq; dijudicatione, ac doctrina, persuasionis gratia recensent: sed reuera optimas ex ipsis, ad eos qui sciunt admonendos factas censet. In his autem quæ docentur, & discendi gratia dicuntur, & reuera in anima scribūtur, de iustis & pulchris & bonis, solum & claritatem, & perfectionem, & id quod studio dignū est, esse arbitratur: & tales orationes uelut geminos filios suos dici oportere sentit, primum quidem eam quæ in seipsos inuenta fuerit. Deinde si quæ huius filiæ & sorores in alijs aliorum animis pro dignitate insitæ fuerint: alias autem omnes ualere sinit: hic uir talis esse uidet ô Phædre, qualem ego & tu, me & te esse, optare deberemus. PHAE. Ego profectò & uolo & opto ea quæ dicis. SOC. Proinde modo ratè iam dicta sint uelut per ludum, & quæ ad dicendi artem pertinent. Et tu abi ac dic Lysiæ, nos ad Nympharum ac Musarum undam descendisse ac audisse sermones, qui iusserint Lysiæ, & si quis alius orationes componit dicere: Homero item, & si quis alius nudam poesim, aut in carmine composuit: Tertio uero Soloni, & quisquis in ciuilibus orationibus leges appellans, libros conscripsit: si quidem gnarus quomodo ueritas se habet, hæc composuit: & opem ferre possit, si redarguatur de his quæ scripsit: & ipse dicendo potens sit ut ea quæ scripta sunt, uilia demonstret: quòd talem non ab his cognomen ducentem appellari cōuenit, sed ab his quibus seriò operam dedit. PHAED. Qualia igitur cognomina ipsi attribuis? SOC. Sapientem quidem ô Phædre appellare, magnum quiddam esse mihi uidetur, & soli deo conuenire. At philosophum, aut tale quiddam dicere, & magis ipsi conuenerit, & concinnius fuerit. PHAE. Et nihil sanè absurdi fuerit. SOC. Non ne rursus eum qui non habet preciosiora his quæ composuit, aut scripsit, sursum ac deorsum uertens pro tempore, & inter se glutinans ac detrahens, meritò poetam, aut orationum siue librorum scriptorem, aut legum scriptorem appellabis? PHAE. Quidni? SOC. Hæc itaq; sodali tuo dicito. PHAE. Neque enim tuum sodalem præterire oportet. SOCR. Quem istum? PHAE. Isocratem pulchrum illum. Cui quid ô Socrates denuncias? quem ipsum esse dicemus? SOC. Iuuenis adhuc ô Phædre Isocrates est: quod tamen uaticinor de ipso dicere uolo. PHAE. Quod istud? SOC. Videtur mihi præstantiore natura prēditus esse, quàm Lysiam esse scripta ipsius testantur: Insuperq; moribus ac affectibus generosioribus temperatus esse. Quare nihil miri fuerit, si progressu ætatis circa ipsam dicendi artem, in qua nunc uersatur, plus quàm pueros superat omnes, qui unquam orationum scribendarum artem attigerunt: & hoc adhuc magis, si hæc ipsi non satis erunt, uerum ad maiora ipsum quis diuiniore impetu ducat. A natura enim ô amice philosophia quædam in uiri mente inest. Hæc igitur ego quidem de huius loci dijs, Isocrati uelut amato meo denuncio, tu uero illa Lysiæ, uelut tuo amato. PHAE. Hæc ita fient. Verum eamus, quandoquidem etiam æstus mitior factus est. SOCR. Non ne effusis prius precibus hinc abire conuenit? PHAE. Quid ni? SOCRAT. O chare Pan, & uos alij qui hic habitatis dij, date mihi ut pulcher intrinsecus fiam, & ut ea quæ extrinsecus habeo, internis sint amica, & ut diuitem putem, sapientem. Tantum uero mihi sit auri, quantum neq; ferre, neq; ducere alius possit, quàm uir temperatus. Alio' ne quodam adhuc ô Phædre opus habemus? Mihi enim moderatè precatus sum. PHAE. Et mihi eadem comprecare. Communia enim amicorum omnia. SOCR. Eamus.

Scriptor perfectus quid sit

Philosophiæ appellatio cui cōpetat

Poetarum & scriptorum appellatio

Precatio Socratis

Sapiēs diues est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecloga

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI, IN TERTIVM PLATONIS QVATERNIONEM,

ECLOGA TERTIA.

TERTIVS Platonis quaternio primum dialogū Parmeniden inscriptum, rationalem habet: in quo de ideis, id est rerum speciebus ac formis agitur: & quod unum, sit rerum omniū principiū multis argumentis adstruitur. Secundus Philebus moralis est, agitq; de uoluptate, aut potius de summo bono, quod in mixtura quadam sapientiæ ac uoluptatis consistere probatur. Tertius iudem moralis est, & de amoris præstantia tractat, mirificis argumentis uarijs atque diuersis modis productis. Quartus Phædrus, & ipse moralis, de pulchro agit, interno maximè, & quod in ipsa anima consistit, quod etiam ad finē Socrates sibi contingere precatur. Cæterum recētæ lectionis restitutæ loci, in his quatuor dialogis hi sunt, quos in hac tertia Ecloga cōprehendi. In Parmenide aliquantò inferius post principium, ubi cōuerti. Ne forte in quasdam inexplicabiles nugas illapsus peream: in Græcis legitur, μή ποτε ἄϊε τινα ἄμυδρον φλυαζίαν ἐμπεσὼν ἀπορῶ. Sed in manuscripto ἄβυδρον habetur pro ἄμυδρον. Ego uero ἀμύθητον legendū puto, id est ἀνυπόστατον: aut ἄμυδρον idem significare quod ἀμύθητον. Et mox ubi reddidi. Non ita esse dixisse Socratem, sed uelut si dies una &c. Græcè legendum est, σὺν καὶ εἶναι φαίνει, ἀλλ' οἷον εἰ ἡμέρα ἂν μία ἡμῖν ᾖ αὐτὴ αὐτὰ, πολλαχῇ ἄμα ἐνῇ, καὶ ἀπολύει τι μᾶλλον αὐτὴ αὑτῆς χωρὶς ἐόν, οὐ τοι νῦν ἔπαιζον &c. Et paulò post. Nonne unius cuiusdam, quod in omnibus notio illa apprehendens, unam quandam ideam esse intelligit: Græcè legendum, ἆρ' οὐκ ἔστιν τι, ὃ ἐπὶ πᾶσιν ἐκεῖνο τὸ νόημα ἕν ποιεῖ, νοεῖ μίαν τινὰ οὖσαν ἰδέαν: Significat enim ἕπω tracto, curo, apprehendo. Et infrà ubi de equo Ibyceo habetur, & ego conuerti. Et ego itidem ualdè formidare mihi uideor, dum cogito quomodo ram grandæuū, talem ac tantam sermonum multitudinem transigere oporteat: attamen gratificādum est, quandoquidem & Zeno paucos nos esse dicit: Græcè legendum. πάνυ μοι δοκῶ μεμνημένῳ μάλα φοβεῖσθαι πῶς χρὴ τὸν τι νῦν τοσοῦτον πλῆθος λόγων. ὅμως δὲ λεχθέσθαι, ἐπειδὴ νῦν ὁ ξῆνων λέγει, πάνυ γὰρ ὀλίγοι ἐσμὲν. In uulgatis habetur διαινῦσαι pro διανῦσαι, quod non improbarem, si pro πλῆθος legeretur πέλας. Sed ad πλῆθος uocis lectionem magis congruit διανῦσαι. Deinde αὐτοὶ falsò legitur pro παῦροι. Nam antea dixit. Si quidem igitur plures essemus, iniquum sanè esset rogare. Et infrà ubi dixi. Eo igitur quòd unum est, non erit aliud: aut putas: Non certè. Atqui si non eo, non aliud à seipso erit. Si uero non à seipso, neque ipsum: Græcè legendum, ὦ δαιμόνιε, ἆρα ἐν εἶναι, σὺν ἕτερα ἂν φῶμεν εἶναι; ἢ οὐκ ἀνάγκη ἄλλα μὲν εἶναι μὴ τοῦτο ᾖ, ἓν δὲ ἐκεῖνο ἔσεσθαι, εἰ δὲ μὴ αὐτὸ, οὐδὲ αὐτό. Et infrà. Quæ uero duo sunt, & fieri ne aliqua arte potest, ut nō utrunque ipsorum unum sit: Græcè legendum, ὧν δὲ καὶ ἑκάτερον ἓν ἂν εἴη καὶ ἓν ἄμφω. Sunt enim & ἑκάτερον & ἄμφω numeri dualis. Et infrà. Neque ergo uelut ad partē, ipsum suijpsius totum fuerit, quum ad seipsum pars nō sit: in Græcis deest particula μέ. Legendum enim πρὸς ἑαυτὸ μέρος μὴ ὄν. Et infrà. Quatenus igitur unum aliud est ab alijs, & alia aliud ab uno secundum idem: non sanè aliud patitur, sed idem perpetitur unum cum alijs: in Græcis legendum est. ἢ οὐχ ἕτερον τῶν ἄλλων τὸ ἓν, καὶ ταῦτα τὸ οὐδὲν πάσχειν ταὐτὸ ἕτερον, πεπονθὸς αὖ ὑπὸ ἄλλου, ἄλλο τὸ ποιοῦν ἂν τὸ ἓν τοῖς ἄλλοις. Et mox rursus legendum, ἓν pro οὖ. Et mox legendum, ὁμοίου falsò pro ὡμοίου. Et inferius, τὸ ἕτερον, id est assimilabat autem aliud: à uerbo ὁμοιόω: non ὁμοίου genitiuus ab ὅμοιος. Et inferius, Longiore uero aut breuiore tēpore ipsum seipso est, aut fit, aut æquali: in Græcis deest ἢ ἐλάττῳ, id est aut breuiore. Et paulò inferius. Sed est, & factum est & antiquius & recētius: non autem fit Græcè legendum ἀλλ' ἔστι καὶ γέγονε πρεσβύτερόν τι καὶ νεώτερον. γίγνεται δ' οὔ. Et paulò post. Erat igitur unum, & est, & erit: & fiebat, & fit, & fiet: in Græcis deest καὶ γγνήσεται, id est & fiet. Et infrà ubi conuerti. Et dum ex paruo in magnum & æquale, & cōtraria transit, neque paruum neque magnum, neque æquale neque inæquale, neque augescens neque decrescens, neque quod æquatur, neque quod nō æquatur fuerit: in Græcis manca lectio est, & sic restituenda. καὶ ἐν μικρῷ ὄντα μέγα καὶ ἐναντία ἴσον καὶ εἰς ταὐτὰ ἰόν, οὔτε σμικρὸν οὔτε μέγα, ὅτι ἴσον ἦν· αὔξον δὲ οὐδὲν ὂν ὅτι φθίνον, ὅτι ἴσῃ μέγα καὶ ἐναὶ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Calices pro puteis

plenis aqua translabēs,per canalis instrumentū in alios puteos dilabit. Nam quomodo aliàs aqua per lanam ex pleniore calice in magis uacuū diffluere possit,nō uideo, neq; intelligo:ne

Cornarij libellus de cōiuijs Germanorum

lut etiam antea in nostro de Germanorū conuiuijs libello,Platonis ac Xenophontis sympolio præmisso ostendimus. Et lōgè inferius.Nūc aūt propter iniustitiā dissecti sumus à deo,quēad

Λιτχίδημον Λιωνίδημον

modū Arcades à Lacedæmonijs:In Græcis legendū. Νυῦν δ' διὰ τὴν ἀδικίαν διῃρέθημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ ἀρκάδες ὑπὸ λακεδαιμονίων,Sed uulgo legit Λιωνιδημον falsò, pro recto Λιτχίδημον, quod uerbū rursus mox sequit:sicut in superiorib.eiusdē significationis uerbis usus est διατριβῶ & τριβὴ dixit.

Lispæ Lispi

Cæterum quod mox dixi,facti exclunes & circa coxas extenuati, uelut animalcula quæ Lispæ appellantur,per periphrasim à me expressum est, quū in Græcis pro his uerbis solum legatur, γεγονότες ὡσαεὶ λίσπαι.Exponūt autem Lispam esse animalculū ualdè tenue,à quo appellentur Lispi,qui sunt coxendicibus attenuati.Ego locustarum generis esse illud puto. Et infrà.Etenim

Gorgias pro Gorgone sup positus

Gorgus fabula me admonuit,ut ferè illud apud Homerū mihi accidisset. Timebā enim ne tandē Agatho ea dicēdi facultate præstās,Gorgus capite inter dicendū producto,& in meū sermonem misso,lapidē me uocis priuatione faceret:in Græcis legit. μὴ γάρ με γοργίκ' ὁ λύγος ἀπέμμηναται, ὥστε τι ἀτυχῶς τὸ τοῦ ὁμήρου ἐπιπόνημα ἐφοβήμην μὴ μετ' ὀλίγον ἀφωνίᾳ περιπέσω. Ego autē Gorgiæ rhetoris hic nullam mentionem fieri puto.Neq; enim ipsius caput hanc uim habuit,ut productū in aspectū lapides ex hominibus faceret:id quod de Gorgonis Medusæ capite fabulis proditur. Lege igitur pro γοργίκ' uoce bis repetita, uocem γοργῆς:& pro ἀφωνῇ, lege λιτῆς. Et post ἐφοβήμην, adijcio particulam γάρ. Atq; hęc est recta lectio,& iusta sententia huius loci,nisi penitus fallor. Et infrà de Codro dicit Diotima,& uestrum uocat,ad Socratem nimirū Athenien sem loquens, ὑμέτερον legendū est, non ἡμέτερον. Et mox,

ὡς εἰοντα falsò pro φορᾶς

ὡς εἶοντα legendum,pro falsò ὡς εἰοντα. Et mox σύξωστο legendum pro δίωξωστο.Sed talia plura sunt quàm ut indicare libeat,ex nostra conuersione cognoscenda. Et infrà ad finem ubi de pallio Socratis mentio fit,& dixi:quale etiam prius gestare solebat:in Græcis falsò legitur φρονεῖν,pro φορεῖν. Et mox uersus Homericus sic legendus est.

οἷον δ' αὖ τόδ' ἔρεξε κραὶ ἔτλη κάρτορ ἀνήρ.

Vulgati codices cōfusè habent,οἷον δ' ὄρεξε &c. Et penitus in fine. Proinde Eryximachū & Phædrum,& alios quosdam dixit Aristodemus abijsse domum:se uero somno tradidisse:in Græcis

ἐ δὲ deficit

legendum. τὸν μὲν οὖν ὄρυξίμαχον καὶ τὸν φαῖδρον καὶ ἄλλους τινὰς ἔφη ὁ ἀριστόδημος οἴκαδε ἰέναι, ἐ δὲ ὕπνον λαβεῖν.In uulgatis ἐ δὲ deficit extritum à præcedente uoce οἴκαδε.At uero in Phædro longius aliquantò à principio,ubi conuerti.Agite itaq; ô Musæ,siue ob cantilenæ speciem, siue ob canorum illud Musicum genus,hanc appellationem habetis,ut Ligeæ,id est canoræ appellemini:in

Μοῦσαι λιγειαὶ

Græcis legendum, ἄγετε δὴ ὦ μοῦσαι, εἴτε δι' ὠδῆς εἴτε λιγεῖαι, εἴτε διὰ γοῦν τὸ μουσικὸν τὸ λιγυρὸν, τοῦτο ἔσχετε ἐπωνυμίαν, ξύμμοι λάβετε τὸ μύθου &c.Vult enim Musas aut ob quandā cantilenæ speciem, quæ Ligea dicta sit:aut ob musicū genus λιγυρὸν,Ligeas appellatas esse. Et mox.Quòd in unoquoq;

Ligeæ cātilenæ

nostrum duæ sunt ideæ regentes ac ducentes nos:in Græcis habetur. ὅτι ἡμῶν οὐ ἑνάστῳ δύο τινὲ ἐόντε ἰδέα ἄρχοντε ἡμῖν ἄγοντε pro ἔἄρχοντε itaq; literis transpositis uitiato legendum est ἄρχοντι,ut apparet. Alioqui φορῆντι legendum arbitrarer, quū sequatur ἄγοντι : ut ad prouerbiale illud referretur, τὸ

ἄγειν τὰ φορῆντι ἄγειν ἡμᾶς φορῆντι, itemq; ἄγεσθαι τὰ φορήσθαι.

ἄγεσθαι ἡμᾶς φορήσθαι

Et infrà.Hæc igitur ô puer considerare oportet,& nosse amatoris amicitiam non cum beneuolentia coniunctam esse,sed bestiæ more expletionis gratia fieri:in Græcis legitur. ταῦτά τι οὖν χρὴ ὦ παῖ ξυνοσεῖν καὶ εἰδέναι, τὸν τὸ ὄρεγοῦ φιλιαν ὅτι οὐ μετ' εὐνοίας γίγνεται, ἀλλὰ σιτίου πρόκορ χάριν πλησμονῆς.Et reliqua quidē rectè habent,sed στείου uox mihi suspecta est.Neq; enim præclaram sententiam exhibet si dicas:sed cibi modo expletionis gratia. pro

στείου suppositum pro θηέου

τοῦ igitur uoce,legendam puto θηέου uocem,ut accipiamus quòd amator uelut bestia sit,& amicitia eius,bestiæ more expletionis gratia fiat.Et huic sententiæ cōsentit uersus qui mox sequē.

Ὡς λύκοι ἀρνὰ φιλοῦσ',ὡς παῖδα φιλοῦσιν ὄρεσαί.

Et infrà. Atqui & morborū & dolorum maximorū,propter peccata,ex Deorum ira in aliquibus factorū,depulsionē repetit insania, accedens ac prædicens ea quibus opus esset:in Græcis

Locus penitus corruptus, restitutus

legendum sic.ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων δι' ἀμελητήματα τῶν οἴκοθεν ἐν μυελοῖς ἐγγενομένη καὶ προφητεύουσα οἷς ἔδει, ἀπαλλαγὴν εὗρετο. Vulgata lectio corrupta est,hoc modo habens,ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων & δὴ παλαιῶν ἐν μυελοῖσι ποθὲν οἴ τινα τρόπον γενόμενα καὶ προφητεύουσα &c. Et mox φορέω legendum pro φορῆσθαι. Et mox

φλοῦαι uox redūdās

φλοῦαι uox redundat ubi legitur. καὶ φλοῦαι ποτὲ αὖθις ἔχαν φλοῦαι ὄφιν &c. Et infrà.In circuitione uero intuetur ipsam iustitiam,intuetur sapientiam,intuetur scientiam,non eam cui generatio adest,neq; eam quæ est alia in alio:Græce legendum.οὐ δὲ τῇ περιόδῳ πάντα ἔρχεται ἐν αὐτῇ δικαιοσύνην, πάντα δὲ σωφροσύνην, πάντα δὲ ἐπιστήμην, οὐχ ἡ γένεσις προσιοῦσα, οὐδ' ἣ ἔστι που ἑτέρᾳ ἐν ἑτέρῳ οὖσα &c. Et posterius aliquantò. At uero pulchritudo quemadmodum diximus,cum illis procedens splendebat:Græcè legendum. τὸ δὲ πάλιν ἔφαμεν μετ' ἐκείνων ἰὸν λαμπρὸν ἰόν. Vulgati codices habent,πολὺ δὲ πάλλους &c.& δὲ pro δὴ. Et infrà ubi de cicadarum cantu dicitur. Et dum inter nos colloquimur, etiam nos intueri : in Græcis legendū διαλεγομένους,nō διαλεγόμενοι,ut ad homines,non ad cicadas referatur. Et paulò post quod dixi.Nónne melius est ridiculū amicū esse,quàm grauem & inimicū:in Græcis legendum ἆρ' οὖν ὁ πρᾶττον γοητὸν,ἢ σπουδῇ τὸν ἐχθρὸν εἶναι ἢ φίλον;Vulgo ἢ habet,pro articulo ὃν. Et infrà in Lysiæ orationis examinatione,ubi dixi:omnē postea orationē perfecit:in Græcis

χρόνον falsò pro λόγον

χρόνον falsò legit, pro λόγον.id est orationem. Et mox pro διανύειν, manuscriptus habet διανύσειν. Quāquam etiam διανύειν legi possit,id est pertexere. Et infrà in censura de Polo.Qui uerborū duplicationem,& sententiarū insertionē,& similitudinū inductionem,& nominū quę Licymnion ipsi largitus est, suauitatē inuexit:Græcè legendū.ὃς ἀπλασιολογίαν,καὶ γνωμολογίαν,καὶ εἰκονολογίαν,ὀνομάτων τινὰ λειμωνίων ἐπαείρων ἐλαφρύνατο προσεκόπησεν σύνεσίας. In uulgatis πρὸς ποίησιν habet,pro uerbo προσεκόπησεν. Et mox, Si igitur dicat,quòd nequaquā hæc sciat,sed oportet eū qui hæc à me didicit, per seipsum facere posse ea quæ tu proponis.Quid dixerint:ΦΑΙ. Dixerint arbitror insanit homo : in Græcis lectio māca sic restituat.εἰ δή τις εἴποι ὅτι οὐδαμῶς,ἀλλ' ἐξιὼν τὰ τοῦτα παρ' ἐμοῦ μαθόντα,αὐτὸ οἷόν τ' εἶναι ποιεῖν ἃ ὑμεῖς τότε.τί ἔποιεν; ΦΑΙ. ἔποιεν οὖ οἶμαι ὅτι μαίνεσθαι αὐθρωπός. Et paulò post ubi de Hippocrate methodi ueræ doctore agit,primū in Græcis pro uoce πειθὼ,legendū est πείθων. Et mox,

Locus mancus restitutus

Hippocrates methodi uerę doctor

μέλαν substantiuum

In aqua scribere

Scriptura hortis Adonidis similis

Adonidis horti qui sint

δὴ πολὺ σώματος redundat. Et mox pro σπόνος,legendū est σπονεῖον.Sunt autē hæc de quibus hoc loco mētio fit,in libro Hippocratis de natura hominis inscripto. Et infrà. Non ergo seriò in aqua,illa scribet,atramēto seminās per calamū &c.in Græcis distinctè legendū,οὐ δῆλόν γε μέλανι σπείρων διὰ καλάμου &c. ut μέλανι nō ad aquā,uelut adiectiuū referat,sed sit per se substantiuū significās atramentū.Significat aūt in aqua scribere,frustrà scribere,& inanē operā sibi sumere:quū ut in superioribus dixit,sermo scriptus nō possit aduersariū propulsare,neq; sibiipsi opē ferre,sed semper patre auxiliario opus habeat.Et hoc est quod etiā hic mox subiūgit,dum ait:quū nō possit ipsis sermone opitulari,hoc est quū non possit efficere ut semina, id est sermones atramento seminati loquātur,& se defendant.Videtur autē & in similitudinis scripturę ad hortos Adonidis metaphora perseuerare.Nam ut illi in aqua seminati siue plantati cito uirescūt,& breui pereūt: Ira etiā uanū & non durabile est quod in aqua scribit,& per atramentū uelut seminat. Appellātur autē Adonidis horti,quales sunt hi quos uoluptatis ac amœnitatis gratia ad fenestras ferè expositos uidemus,partim in aqua,partim in arena,partim in fimo plantatos siue seminatos siue infixos,ex floribus coronarijs magna ex parte cōstantes,in qualē etiā Adonis conuersus fuit.

Reliqua in hoc loco leuia sunt quædā uelut ὑμῶν pro ὑμῖν: & δὴ pro τι:& λέγων pro ἐλεγον:quæ me nullo monente,translatio ipsa nostra docet. Et hic tertiæ Eclogæ finis sit.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN ALCIBIADEM PRIMVM, VEL DE NATURA HOMINIS.

CANDIDISSIMVS Platonis nostri liber,qui Alcibiades primus inscribitur, Alcibiade ipso uenustior,& omni carior auro,quid homo est,quid eius officiū docet.Est aūt homo,anima rationalis,mētis particeps,corpore utēs.Ex hac definitiōe illius officiū trahitur trifariā distributū. Vt enim rationalis anima est,in seipsam circulo quodā ratiocinationis sese animaduertēdo reflectitur.Vt mētis particeps,in diuinā mentē uelut riuulus in fontē suū refluit.Vt utens corpore,humanis negocijs gubernādis incūbit.Perfectū igitur & absolutū hominis officiū est, primo quidē ut naturā suam animaduertat,deinde ab illa tanquā ab imagine & affectu ad diuinā mentem exēplar eius & causam cōuertatur. A qua hominis animus illustratus,ipsum bonū,ipsum utile,ipsum pulchrū,ipsum iustū intelligit,suūq; bonum, utile,pulchrū, iustū perfecte cōprehendit.Vnde quid bonū,quid utile aliorū hominum quibuscū uersatur,quibusue imperat nosci t. Cūq; bonū absolutum,bonū sui,bonū aliorum cognouerit,ad seipsum iam & alium unūquenq; curādum secundū cogniti boni normā debet accedere.Philosophiæ studio,moralis,mathematicæ,theologiæ opus est,ut ad seipsum et ad mentē sui causam redeat. Moralis quippe & mathematica disciplina animū in corpus mersum in seipsum restituit:theologia supra se rapit,& extra seipsum attollit in deū. Mētis diuinæ ideārūq; cognitio sapiētia dicitur.Suipsius notitia,& sui suorumq; boni utilisq; inuētio ex diuinæ mētis intuitu manās,prudētia nūcupatur.Prudētia sanè ut bonū intelligit,humanas actiones tam priuatas ad finē optimū refert.Vt utile,per cōmoda media propiasq; uias,quibus ad finē perueniat,dirigit.Vt pulchrū,quis ordo,quis modus in hoc progressu quasi quodā itinere sit seruādus instituit.Vt iustū,quæ distinctio singulorū operū,quæ obseruantia impositi ordinis,quod supplicium transgredientis,quod præmiū legem huius itineris obseruantis præscribit.A philosophia igitur ad sapientiā,à sapientia ad prudentiam fit accessus:prudentia uero magistra uitæ discit plinam sui cuiusq; rei familiaris,& reipublicæ tribuit:homo per prudentiā gubernat,domus autē & ciuitas per amicitiam publicam,iustitiamq; seruantur. Publicā amicitiam uoco consensionem illam qua cūcti sub eadem lege & principe libenter conueniunt, & ad eundem finem respiciunt.Iustitiam publicam nomino legitimā distinctionem, qua singuli licet sub eodem principe,& ad eundem finem,hoc est publicum bonum, diuerso tamen tramite proficiscuntur, uariamq; officiorum distributionem pro natura & dignitate uniuscuiusq; à natura & legibus assignatam seruant,proprioq; munere sine usurpatione alieni funguntur.Insunt in hoc dialogo theologicæ dictiones duæ,ipsum idem,& ipsum unūquodque.Circa hominem illa significat animam ut ideam,hæc animam in corpore. Sed de ijs latius in commentarijs, quæ in decem hos Platonis dialogos scribere iam instituī.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS ATHENIENSIS ALCIBIADES PRIMVS, SIVE DE HOMINIS NATVRA. *Sub perſcrutationis ſpecie.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. ALCIBIADES.

Dæmonium Socratis

ADMIRARI puto te fili Cliniæ, quòd cum primus tui amator fuerim, poſtquam reliqui deſiuerũt, ſolus nõ diſcedam: & ꝙ quum alij colloquijs ſuis tibi moleſti fuerint, ego per tot annos ne alloquutus quidem fuerim. Verũ huius rei cauſa nõ eſt humana, ſed dæmoniũ quoddã obſtitit, cuius uim tu etiã poſtea audies. nũc uerò quũ illud nõ amplius aduerſetur, ſic acceſſi. Bonam autẽ ſpem habeo, etiam de cętero illud nobis aduerſaturũ non eſſe. Per hoc igit̃ tempus conſiderans, ferè cognoui, quõ te erga amatores habueris. Cũ enim multi, & qui de ſe magnifice ſentirẽt fuerint, nullus tamẽ fuit, qui nõ magnanimitate à te ſuperatus aufugerit. qua uerò ratione illos præ te cõtempſeris, recenſebo. Nullo tibi homine ad ullam rem opus eſſe aſſeris. Nã quæ tibi adſunt, ea magna eſſe, adeò ut à corpore initio ſumpto, ſi quis ad animæ uſq; bona ſupputet, nullius indigus eſſe cõperiaris. Primũ enim & pulcherrimũ, & maximum te eſſe arbitraris, & hoc ſanè omnibus in cõſpicuo eſt, ꝙ non mentiaris. Deinde clariſſimi generis in tua ipſius ciuitate, quæ omnium Græcarũ maxima exiſtit. Et in hac ex parte amicos ac cognatos tibi eſſe plurimos & optimos, qui ſi quid opus ſit tibi ſubminiſtrent. Et his neq; inferiores, neq; pauciores ex matre. Præ omnibus autem quos dixi, maiorem tibi potentiam eſſe exiſtimas ex Pericle Xantippi filio, quem pater tutorẽ tibi ac fratri reliquit, qui non in hac ſolum ciuitate quicquid uoluerit facere poteſt. ſed etiam in uniuerſa Græcia, & apud multas ac magnas Barbarorum gentes. Addam etiam ꝙ ex opulentis es, etiamſi ob hoc minime te iactare mihi uidearis. Per omniũ ſanè horum gloriam, amatores ſuperaſti, et illi inferiores à te ſuperati ſunt. Et hæc te nõ latent, unde ſatis ſcio ꝙ admireris quidnam cogitem, ꝙ ab amore tui nõ diſcedam, & quam ſpem habeam ut expectem, reliquis fugatẽ dilapſis. ALC. Et fortaſſis nõ noſti ô Socrates, ꝙ parum me anteuerteris. ego enim cogitabam prior te adire, & eadem ex te percũctari, quidnam tibi uelis, & qua ſpe ductus, ſemper ubicũq; ſim, diligẽtiſſime præſens interpellas. Reuera enim admiror quid nam tibi negocij ſit, & libentiſſime audierim. SOC. Audies itaq; me uelut par eſt promptè, ſi quidem uelut dicis, noſſe & audire cupis quid cogitem. Nam uelut auditurũ & expectanti dicam. ALC. Maximè. Verum dicito. SOC. Vide ſanè. Non enim admirari debes, ſi quemadmodũ uix incepi, ita uix etiã deſierim. ALC. Dic igit̃, ego enim audiã. SOC. Dicendũ igitur eſt. Difficile equidẽ eſt amatorem agere cũ uiro qui non ſit amatoribus inferior: tamen meam ſententiam dicere non cunctabor. Ego enim ſi uidiſſem te ô Alcibiade, ea quæ nunc recenſuimus amplectentem, & in his uitam tibi tranſigendam eſſe putantem, iamdudũ ab amore tuo diſceſſiſſem, ita enim mihi perſuadeo. Nũc uerò alias rurſus oſtẽſam cogitationes tuas de teipſo. Ex quo etiã cognoſces, ꝙ mẽtem tibi adhibere perſeueraui. Etenim ſi quis deus tibi dicat, Vtrũ expetis ô Alcibiade, nũ uiuere, ut quæ nũc habes habeas, aut ſtatim mori, ſi nõ maiora acquirere tibi liceat: mortem ſanè electurus eſſe mihi uideris. At nunc ob quã tandem ſpem uiuas, ego narrabo. Putas ſi citius ad Athenienſiũ populũ accedas, hoc autẽ intra paucos ualde dies futurũ eſſe, tum eò te progreſſum declaraturũ eſſe, ꝙ dignus ſis qui colaris, quantum neq; Pericles, neq; ullus alius qui unquã fuerũt, & ubi hoc declaraueris, maximam in ciuitate potentiam te conſequuturũ eſſe. Si uerò hic maximus fueris, & inter alios nõ modo Græcos, ſed etiã Barbaros, qui in eadem nobiſcum terra uiuũt ac habitãt. Et ſi rurſus idẽ ille deus

dicat, quòd iſthic in Europa te dominum eſſe oporteat, & quòd in Aſiam tranſire tibi non liceat, neq; illic quicquàm rerum moliri: profecto non uideris mihi neq; in his ſolis uiuere uelle, ſi non tuo nomine, & tua potẽtia, omnes ut ita dicam homines implueris. Et arbitror ſanè, Cyro ac Xerxe excepto, nullum memoria dignum fuiſſe, te puta re. Et quòd quidem hanc ſpem tecum foues probè ſcio & non cõiecto. Fortaſſis igitur dixeris, utpote cõſcius tibi me uera dicere, quid igitur ô Socrates hoc facit ad ſermonẽ quem dicturum te eſſe promiſiſti, cur à me non diſcedas. Ego itaq; tibi exponam chare Cliniæ ac Dinomaches fili. His enim omnibus tuis cogitationibus ut finem imponas, ſine me fieri nõ poteſt. Tantã ego uim mihi eſſe arbitror & in negocia tua, & in te quoque. Quapropter ſanè tam diu deum mihi non permiſiſſe puto, ut te alloquerer. Itaq; do nec ille permitteret expectaui. Quemadmodum enim ſpem habes tu, declaraturum te eſſe in ciuitate quauis re te dignum eſſe, & poſtquam hoc declaraueris, quòd nihil futurum ſit quod non ſtatim poſſis: ſic etiam ego me apud te plurimum potentem fore ſpero, ubi declarauerim tibi me omnibus præferendum eſſe, & neq; tutorem, neq; cognatũ neque ullum alium præter me, eam quam cupis facultatem tibi tradere poſſe, quod tamen deo uolẽte, à me dictum intelligi uolo. Quum igitur iunior eſſes tu, & prius quàm tanta ſpe plenus eſſes, quantum mihi ſanè uidetur, deus non permiſit mihi te alloqui, ut ne fruſtrà uerba funderem. Nunc autem permiſit. Iam enim me audire potes. ALC. Multo certè abſurdior mihi nunc uideris ô Socrates, poſtquam dicere incœpiſti, quàm quũ tacens me ſequebaris, quanquam etiam tunc talem aſpectum uehementer præ te ferebas. An igitur ego hæc cogitem, aut non ueriſimile eſt te noſſe. Et ſi ego negauero, nihil mihi amplius cõtinget ad hoc ut perſuadeas tu mihi. Eſt'ne ita? Si uerò confitear quòd maxime hæc cogitem, quomodo per te mihi contingent, & ſine te obtingere non poſſint, habẽsne quod dicas? SOC. Num interrogas an longam aliquam orationem habeam, quam recenſeam, quales ſanè tu audire cõſueuiſti? Non enim hic meus mos eſt. Verum indicare tibi uelut arbitror poſſim, quòd hæc ita ſe habeant, ſi unum hoc ſaltẽ, idq; exiguum mihi præſtare uelis. ALC. At niſi ualde difficile id ſit, quod à me præſtari tibi cupis, uolo. SOC. Num difficile uidetur reſpondere ad ea quæ interrogauero? ALC. Minimè. SOC. Reſponde igitur. ALC. Interroga. SOC. Proinde uelut cogites hæc, quæ te cogitare dico, interrogo. ALC. Eſto, ſi ita uis, quo tandem cognoſcam quid interroges. SOC. Age ſanè. Cogitas enim, uelut ego ſentio, prodire intra non multum adeò tẽpus, conſilium daturus Athenienſibus. Si igitur uolentem te ire iam ad tribunal apprehenſum interrogem, quandoquidem ô Alcibiade, de re aliqua conſultare Athenienſes cogitant, & tu ſententiã tuam dicturus ſurrexiſti, num de his quæ tu melius noſti, quàm illi dicturus es? quid mihi reſponderes? ALC. Reſponderim ſanè, de his quæ ego melius noui, quàm illi. SOC. Quæ igitur cognita habes, in his optimus cõſiliarius exiſtis. ALC. Quomodo uerò non? SOC. Nónne hæc ſolum noſti, quæ ab alijs didiciſti, aut ipſe inueniſti? ALC. Quæ enim alia? SOC. Num igitur unquam aliquid didiciſti, aut inueniſti, quod neq; diſcere neq; ipſe quærere uolueris? ALC. Minimè. SOC. Quid uerò, uoluiſti ne quærere aut diſcere, quæ te ſcire putares? ALC. Non ſanè. SOC. Num igitur tempus fuit, quando te ſcire non putabas, ea quę nunc noſti? ALC. Neceſſe hoc eſt. SOC. Atqui ea quæ didiciſti fermè etiam ego noui. Si uerò quid me latet, dicito. Didiciſti enim tu, quantum ego memini, literas, cithara canere, & luctari. non enim tibia canere uoluiſti diſcere. Hæc ſunt quæ tu noſti: niſi fortaſſis clam me quid didiceris. Arbitror autẽ neq; noctu, neque interdiu, te clam me de domo progreſſum eſſe. ALC. Imò non progreſſus ſum ad alios quàm hos quos dixiſti. SOC. Vtrum igitur quum de literis conſultabunt Athenienſes, quomodo recte ſcribant, tunc exurges conſilium ipſis daturus? ALC. Nõ ego ſanè per louem. SOC. At cum de pulſationibus in lyra? ALC. Nequaquã. SOC. Nec uerò de luctis in concione conſultare cõſueuerunt. ALC. Minimè. SOC. De qua igitur re quum conſultant? Non enim cum de ædificando. ALC. Non profectò. SOC. Architectus enim de hac re melius conſilium dabit, quàm tu, nónne? ALC. Maxime. SOC. Nec uerò ubi de uaticinatione conſultant? ALC. Non. SOC. Vates enim in hac re præſtatior te fuerit. ALC. Ita eſt. SOC. Siue paruus fuerit aut magnus, ſiue pulcher aut turpis, ſiue generoſus aut degener. ALC. Quidni? SOC. Eius enim qui de unaquaq; re nouit, conſi-

Athenien. nobilium ſtudia

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium ut arbitror requiritur, non eius qui diues est. AL C. Quidni? SOC. Imò siue pauper, siue diues fuerit qui consiliũ dat, nihil interest Athenienſiũ, quũ consilium ineunt quomodo ciues sani sint. Sed quærent ut medicus sit, qui consilium præbeat. AL C. Meritò sanè. SOC. De qua igitur re cũ consultãt, tu uelut consiliũ daturus recte exurges? AL C. Cum de suis ipſorum ô Socrates negocijs. SOC. De nauibus ne parandis dicis, qualés nam naues fabricare oporteat? AL C. Minimè ô Socrates. SOC. Naues enim fabricare, uelut arbitror, non nosti. Hæc ne est causa, aut alia aliqua? AL C. Nulla alia, sed hæc ipſa. SOC. At de quibus illorũ negocijs dicis quum consultant. AL C. Cũ de bello, aut de pace, aut de aliquo alio ciuitatis negocio consultant. SOC. Num dicis cum consultant, cũ quibus pacem facere oporter, & aduersus quos bellũ suscipere, & quo id modo? AL C.

Melius quod est

Etiam. SOC. Oportet autem aduersus eos, contra quos melius id est? AL C. Etiam. SOC. Et tunc quando id melius est? AL C. Maximè. SOC. Et tanto tempore quanto id melius est? AL C. Omnino. SOC. Si igitur consultent Athenienſes, aduersus quos lucta decertandũ sit, cum quibus summis manibus depugnandum, túne melius consiliũ dares, aut aliquis pædotriba? AL C. Pædotriba profectò. SOC. Potes igitur dicere, ad quid respiciens pædotriba consuluerit, aduersus quos luctandũ sit, & aduersus quos non: & quando, & quomodo? quod uerò dico tale est. Nũ aduersus eos luctari oportet, contra quos melius id est, aut non? AL C. Etiam. SOC. Num & tantũ quantũ id melius est? AL C. Tantum. SOC. Nónne & tunc quando id melius est? AL C. Maximè. SOC. At uerò & canem aliquando citharam pulsare oportet ad cantilenã, itemq; progressum facere? AL C. Oportet equidem. SOC. Igitur tunc cum melius id est? AL C. Maximè. SOC. Et tantum quantum melius id est? AL C. Ita sentio. SOC. Quando quidem igitur id quod melius est in utrisq; nominasti, & in cithara ad cantilenam pulsanda, & in luctando: quid uocas in cithara pulsanda id quod melius est? Quemadmodũ sanè ego in luctando uoco id exercitãdi rationem, tu illud quid' nam uocas? AL C. Non intelligo. SOC. At conare meimitari. Ego enim responderem, id quod per omnia recte se habet. Recte uerò se habet id quod secundũ artem fit, aut nõ ita? AL C. Etiam. SOC. Ars aũt nónne exercitatoria erat? AL C. Quidni? SOC. Ego uerò dicebam id quod melius est in luctando, exercitandi rationem esse. AL C. Dicebas equidem. SOC. Non igitur recte? AL C. Mihi sanè uidetur. SOC. Age itaq; & tu. Decuerit enim & te recte disserere. Dic primũ quæ sit ars, cuius est citharam pulsare, & canere, & progressum facere recte. Vniuersa hæc ars quomodo appellatur? Nondũ dicere potes? AL C. Non sanè. SOC. At sic conare. Quæ sunt deæ, quarum est hæc ars? AL C. Musas ó Socrates dicis? SOC. Ego utiq;. Vide itaq; quod cogno

Musæ Musica

mẽ ab ipſis ars hæc habet. AL C. Musicã mihi dicere uideris. SOC. Dico profecto. Quid igitur est id quod secundũ hanc recte fit? Quemadmodũ illic ego tibi id quod secundũ artem exercitatoriam recte fieret dicebam, ita & tu hic quid dicis quomodo fieri? AL C. Musicè, & musicam rationẽ, uelut mihi uidetur. SOC. Recte dicis. Age itaq; & id quod in bello melius est, & quod in pace tenenda melius est quid dicis? quemadmodũ illic in altero dicebas esse musicã rationẽ, in altero exercitandi rationẽ: ita & hic id quod melius est dicere conare. AL C. At nõ ita habeo quod dicã. SOC. Turpe uerò sit, siquis te decibis dicentẽ ac consulentem, quod hic melior illo sit, & nũc, & in tantũ, posse a interroget, quid est ô Alcibiade id quod melius dicis, de his quidẽ habeas quod dicas, esse id quod salubrius est, etiam si medicũ te esse nõ profitearis. De eo uerò cuius scientiã tibi uendicas, & exurgẽs uelut gnarus consiliũ das, de hoc interrogatus, si nõ habeas quod dicas, nõ erubescis? aut non turpe hoc esse putas? AL C. Maximè. SOC. Considera itaq; & conare dicere, ad quid tendit id quod melius est in pace tenẽda, & in bello, aduersus eos contra quos oportet suscipiendo. AL C. At ut etiã considerem, tamen intelligentia assequi non possum. SOC. Non nosti, quòd cũ bellũ suscipimus, mutuo inter nos de afflictione conquerimur atq; sic ad bellũ proficiscimur? & q̃ ipſam afflictionem nominantes sic proficiscimur? AL C. Ego sanè bellum nos suscipere noui, quũ aut decepti sumus, aut uim passi, aut ubi quid nobis ablatũ est. SOC. Age uerò cũ singula hæc aliquo modo perpetiamur, conare dicere quomodo differat, hoc, uel illo modo pati. AL C. Nũ hoc, uel illo modo dicis, ô Socrates, iuste aut iniuste? SOC. Hoc ipſum. AL C. At hoc omne ac totũ differt. SOC. Quid igitur tu Athenienſibus consules? aduersus utros bellum

suscipere

suscipere iubebis, iniustósne aut iustos? AL C. Horrendum est quod interrogas. Si enim etiam cogitet quis, quòd oporteat aduersus iusta facientes bellũ suscipere, non tamen confiteretur. SOC. Non enim legitimũ hoc est, uelut uidetur. AL C. Non profectò, neq; sanè honestum esse uidetur. SOC. Ad hoc igitur iustum etiam tu respiciẽs uerba facies? AL C. Necesse est. SOC. Aliud igitur quiddam est id melius de quo iam interrogabam, ad bellum suscipiendum, & non suscipiendũ: & aduersus quos oportet, & contra quos non: & quando, & non: quàm iustitiæ ratio aut non ita? AL C. Videtur sanè hæc, melius illud esse. SOC. Quomodo igitur ô chare Alcibiade, utrum clam te est quod hoc nõ no

Iustitiæ ratio in bello

sti? aut me fugit, te hoc didicisse, & ad præceptorem iuisse, qui te iustitiæ & iniustitiæ rationem docuit dinoscere? Et quis est hic dic mihi, quo & me discipulum ipſi propines? AL C. Illudis ô Socrates. SOC. Non per amicitiæ præsidem deũ, & meũ & tuũ: quẽ ego minime iurando fefellerim. uerũ siquidem habes, dic quis est. AL C. Quid uerò si non habeam, non putas me aliàs nosse de iustis & iniustis? SOC. Etiam, si sanè inueneris. AL C. At non inuenisse me putas? SOC. Et maxime, si saltem quæsiuisses. AL C. Deinde quæsiuisse me non putas? SOC. Ego certè, si modo putasti te ignorasse. AL C. Deinde fuit ne tẽpus quo non sic affectus fuerim? SOC. Recte dicis. Potes igitur dicere hoc tempus, quo non putasti iusta ac iniusta te scire? Verbi causa, Superiori anno quæsiuisti, & non putasti te scire, aut putasti? Et quod uerũ est responde, ut ne frustra colloquamur. AL C. Imò putaui me scire. SOC. Tertio uerò anno, & quarto, ac quinto, non ita? AL C. Ego sanè. SOC. At ante hoc tempus puer fuisti, nónne ita est? AL C. Etiam. SOC. Tunc igitur satis scio quòd putaueris te scire. AL C. Quomodo id nosti? SOC. Quũ puer esses sæpe audiui te in præceptorum domibus, & alibi, & quũ talis luderes, & quũ aliũ aliquem ludũ exerceres, nõ uelut de iustis & iniustis dubitantẽ, sed clara uoce ac cõfidenter dicentem, de quocunq; tandẽ puero contigisset, quòd improbus esset & iniustus, & quòd iniuste faceret. aut nõ uera hæc dico? AL C. At quid facere debebã ô Socrates, cũ quis me iniuria afficeret? SOC. Tu uerò uelut si tũc ignorasses, an iniuria affectus fuisses, aut nõ, quid te facere oportuerit quæris. AL C. At per Iouẽ non ignorabã ego, sed clare cognoscebam, quòd iniuria afficerer. SOC. Putas itaq; te nouisse etiam cum puer esses, quæ iusta, & quę iniusta essent? AL C. Ego sanè noueram. SOC. Quo uerò tempore inueneras? Non enim profectò in eo quo te scire putabas. AL C. Non certè. SOC. Quando igitur ignorasse te putas? considera. Non enim reperies hoc tempus. AL C. Per Iouem ô Socrates, non habeo quod dicam. SOC. Ex inuentione ergo non hæc cognouisti. AL C. Non ualde uideor. SOC. At uerò paulo antea confessus es, neq; ex præceptoris doctrina te nosse. Si ergo neq; inuenisti, neq; didicisti, quo modo & unde nouisti? AL C. At fortassis hoc non recte tibi respondi, cum dixi me nouisse ex mea inuentione. SOC. Hoc uerò quomodo se habet? AL C. Didici arbitror etiam ego, quemadmodum & alij. SOC. Rursus ad eundem sermonem deuenimus. Dic mihi, à quo didicisti? AL C. A uulgo. SOC.

Vulgus uile

Non ad præstãtes defugis præceptores, si uulgus allegas. AL C. Quid uerò, non est hoc ad docendũ idoneũ? SOC. Ne ea quidẽ quæ ad talorũ ludũ attinent, & quæ nõ attinẽt, etiamsi hęc ipſa longè putẽ iustitia esse deteriora. Quid uerò tu nõ ita putas? AL C. Etiã. SOC. Deinde cum deteriora docere nõ possit, docebit præstantiora? AL C. Ego quidẽ arbitror. Nam multa talorũ ludo præstantiora docere potest. SOC. Quæ uerò sunt hęc? AL C. Quale est & græcè loqui, quod ego sanè à uulgo didici, & meũ præceptorem di-

Vulgus quæ doceat

cere non possum, sed ad hunc ipſum refero, quẽ tu nõ præclarũ doctorẽ esse dicis. SOC. At ô generose, huius rei bonus doctor uulgus est, & meritò laudatur ob id q̃ hoc docere possit. AL C. Quid ita? SOC. Quia habet circa hanc rem ea quæ bonos doctores habere cõuenit. AL C. Quid hoc dicis? SOC. Non nosti quòd quicunq; rem quamcunq; tandem docere uolunt, ipſos primũ scire oportet? aut non ita? AL C. Quidni? SOC. Nónne & eos qui sciunt, consentire inter se oportet, & nõ dissidere? AL C. Etiã. SOC. In quibus uerò dissenserint, ea scire ipſos dices? AL C. Minime. SOC. Horũ igitur quomodo possit lapis aut lignũ? Et si quẽ interroges, nónne eadẽ confitentur, & ad eadẽ progredium tur, cũ lapidem aut lignũ prehendere uolunt? Eodẽ modo etiã omnia huiusmodi. Fert

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nónne in his uelut diximus, uulgus inter se priuatim consentit, & ciuitates quoq; inter se publice non ambigunt, dum aliæ has, aliæ alias uoces usurpant? ALC. Nō sanè. SOC. Meritò igitur horum bonus doctor fuerit. ALC. Maxime. SOC. Proinde si quidem aliquem in his doctum efficere uoluerimus, recte ipsum ad hæc discenda in uulgi disciplinam trademus. ALC. Planè ita. SOC. Quid uerò si scire uoluerimus, non solum quales sunt homines, aut quales equi, sed etiã qui ex ipsis cursu præstent, & qui non: nũ adhuc uulgus docere hoc poterit? ALC. Non profectò. SOC. Satis magnũ aũt signum tibi fuerit, quòd non nouerunt, neq; boni doctores in his sunt uulgi homines, ex eo quòd nulla parte de his inter se consentiunt. ALC. Mihi sanè. SOC. Quid autem si uoluerimus scire non solum qui homines sint, sed qui sani aut morbosi: Num hic uulgus satis aptũ doctorẽ se exhibebit? ALC. Non certe. SOC. Erat autem tibi signũ quòd praui sint harum rerũ doctores uulgi homines, si uidisses ipsos inter se dissidentes. ALC. Mihi sanè. SOC.

Vulgus inter se dißidens

Quid uerò nunc de iustis hominibus ac rebus, uidetúrne tibi uulgus inter se consentire? ALC. Minime per louẽ, ô Socrates. SOC. Quid aũt maxime de his dissentire? ALC. Multum sanè. SOC. Nunquã arbitror te uidisse, neq; audiuisse, quòd adeò inter se hominis dissenserint de sanis, & non sanis, ut propterea depugnarint, & alter alterũ peremerit. ALC. Non certè. SOC. At de iustis & iniustis noui ego q etiamsi non uideris, audiueris saltem, tum alios multos, tum Homerum. Nam in Odyssea & Iliade audiuisti. ALC.

Homeri poemata de quibus agant.

Omnino ô Socrates. SOC. Igitur hæc poemata de iustorum & iniustorum diuersitate ac dissensione sunt? ALC. Maxime. SOC. Et pugnæ & cædes propter hanc dissensionẽ inter Achiuos & Troianos factæ sunt. Inter procos item Penelopes & Vlyssem. ALC. Vera dicis. SOC. Arbitror autem & Athenienses, & Lacedæmonios, & Bœotos, qui in Tanagra perierunt, & qui postea in Coronea, inter quos etiam pater tuus Clinias cecidit, de nulla alia re dissensione orta, quàm de iustitia & iniustitia, cędes ac prælia commissse. Nunquid? ALC. Vera dicis. SOC. Hos igitur nouisse ea dicemus, de quibus adeò uehementer dissentiunt, ut inter se contendentes extrema mala uicissim inferant? ALC. Non sanè apparet. SOCR. Et tu tales præceptores allegas, quos non nouisse ipse confiteris? ALC. Apparet. SOC. Quomodo igitur uerisimile est te nouisse iusta & iniusta, de quibus ita erras, & neq; didicisse ab aliquo uideris, neq; ipse inuenisse? ALC. Ex his quidem quæ tu dicis uerisimile nõ est. SOC. Vides rursus ô Alcibiade, q hoc non recte dixeris. ALC. Quid? SOC. Quòd me hæc dicere ais. ALC. Quid uerò, nõ tu dicis q ego de iustis ac iniustis nihil scio? SOC. Non equidẽ. ALC. At ego? SOC. Etiam. ALC. Quo modo tandem? SOC Hoc modo cognosces. Si te interrogẽ, utrum unum aut duo plura sint, dicésne duo? ALC. Ego sane. SOC. Quãto? ALC. Vno. SOC. Vter igitur nostrũ dicit, quòd duo plura sint uno, quàm unũ? ALC. Ego. SOC. Ego igitur interrogabã, tu uerò respondebas. ALC. Etiam. SOC. De his uerò num ego dicere uideor qui interrogo, aut tu qui respondes? ALC. Ego. SOC. Quid uerò si ego quidẽ interrogẽ etiam quæ sunt literæ Socratis, tu uerò respõdeas, uter est qui dicit? ALC. Ego. SOC. Age itaq; una summa dicas, ubi interrogatio & responsio contingit, uter est qui dicit? qui interrogat, aut qui respondet? ALC. Qui respõdet, ut mihi quidem uidetur, ô Socrates. SOC. Nonne igitur ego semper eram is qui interrogabat? ALC. Etiã. SOC. Tu uerò is qui respondebat? ALC. Maxime. SOC. Quid igitur ea quę dicta sunt uter nostrum dixit? ALC. Ex cõcessis quidem uidetur, q ego ea dixerim. SOC. Dictũ igitur est, quòd de iustis & iniustis, pulcher Cliniæ filius Alcibiades nihil nouit. Putat aũt se scire, & in concionẽ prodiens consilium daturus est Athenienses, de quibus nihil nouit. Nónne hæc erant?

Scire se putat Alcib.

ALC. Apparet. SOC. Proinde Euripidis illud contigit ô Alcibiade. Ex te audisse, non ex me conuinceris. Neq; ego sum qui hæc dico, sed tu. Me aũt frustra culpas. ALC. Recte profectò dicis. SOC. Furiosum enim conatũ aggredi cogitas ô bone, qui docere uis ea quæ nõ nouisti, ut qui discere neglexisti. ALC. Arbitror equidem ô Socrates, Athenienses, itemq; alios Græcos raro cõsultare de his quæ iustiora sint, aut iniustiora. Talia enim manifesta esse putant. His igitur omissis, deliberant de his quæ transacta conducant. Non enim eadem esse puto iusta & utilia. Sed multis iã magna iniusta facta perpetrata profuerunt. Et alijs qui quæ iusta essent fecerant, nihil hoc cõtulit. SOC. Quid igit,

Iusta aliaquàm utilia

si quàm maxime alia sint iusta, alia utilia: nunquid tu rursus putas te nosse quæ utilia sint

hominibus? & cur id? ALC. Quid enim prohibet ô Socrates? nisi ex me rursus interrogaueris à quo didicerim, aut quomodo ipse inuenerim. SOC. Quale est hoc quod facis? si quid non recte dicis, & demonstrari possit per ea per quæ etiam superior ille sermo, putásne noua quędã te audire oportere, aliasq; demonstrationes, uelut priores sint quas si uestes detritæ, & quas tu non amplius induas, nisi quis tibi uestẽ puram ac impollutã afferat. Ego uerò tui sermonis præludijs ualere iussis, nihilo minus interrogabo, unde hæc edoctus utilia esse nouisti, & qui sit tibi doctor, & omnia illa quæ etiam prius, una interrogatione percunctabor. At enim manifestum est quòd ad idem redibis, & nõ habebis quod demonstres, neq; q ex inuentione utilia nouisti, neque ab aliquo edoctus. Quandoquidẽ uerò ita delicatus es, ut non ita libenter eundẽ sermonẽ gustaueris, hoc quidẽ ualere sinã, siue noueris, siue non, quæ sint Athenienſibus utilia. An uerò eadem sint iusta, & utilia, aut diuersa, cur non demonstras? si quidẽ uoles, interrogans me uelut ego te. Si uerò mauis, etiam ipse tuo ipsius sermone explica. ALC. At haud scio ô Socrates, an apud te explicare possim. SOC. At ô bone puta me concionem & populum esse, & illic sanè oportebit te unicuiq; persuadere, nunquid? ALC. Etiam. SOC. Nónne eiusdem fuerit, & uni per se persuadere posse, & multis simul, de his quæ ipse nouit, quemadmodum grammatista uni & multis persuadet de literis. ALC. Etiam. SOC. Num igitur etiam de numero idem, & uni & multis persuadebit? ALC. Etiam. SOC. Hic autem qui hoc nouit erit arithmeticus? ALC. Maximè. SOCR. Igitur & tu quæ multis persuadere potes, ea etiam uni? ALC. Consentaneũ est. SOC. Sunt autem hæc uidelicet quæ nosti? ALC. Etiam. SOC. Nulla ergo alia re quàm hac sola, differt à rhetore qui ad populum concionatur, is qui in eiusmodi conuentu consilium dat, quòd uidelicet ille pluribus aceruatim hæc persuadet, hic uerò singulis seorsum? ALC. Consequens est. SOC. Age itaq; nunc, quandoquidem eiusdem esse apparet, & multis, & uni persuadere, meditare coram me, & conare ostendere, quòd iustũ aliquando nõ conducit. ALC. Contumelioſus es ô Socrates. SOC. Nunc igitur præ contumelia persuasurus sum tibi contraria his quæ tu mihi non uis. ALC. Dic itaq;. SOC. Responde solum ad ea quæ interrogaris. ALC. Minime. Verũ tu ipse dicito. SOC. Quid igitur non q maxime uis persuaderis? ALC. Omnino. SOC. Si igitur dixeris hæc ita se habere, maxime fueris persuasus? ALC. Mihi sanè ita uidetur. SOC. Responde itaq;. Et si non tu ipse audieris te ipsum dicẽtem, quòd iusta sunt utilia, alij id dicenti fidem ne habeas. ALC. Minime. Verum respondendum est. Non enim puto fore ut aliquid damni incurram. SOC. Diuinus enim es. Et dic mihi, ex iustis aliqua conducere asseris, aliqua non? ALC. Maximè. SOC. Quid uerò, quædam ex ipsis honesta esse, quædam non? ALC. Quomodo hoc interrogas? SOCR. An quis iam tibi uisus esset turpia quidem, uerũ iusta facere? ALC. Mihi sanè non. SOC. At omnia iusta etiam honesta sunt? ALC. Etiam. SOC. Quid uerò rursus honesta? num omnia sunt bona, aut partim bona, partim nõ? ALC. Ego arbitror ô Socrates, aliqua ex honestis mala esse. SOC. Num & turpia quædam bona? ALC. Maximè. SOC. Num talia sunt quæ dicis, uelut uerbi gratia, multi qui in bello amicis aut socijs auxilium tulerunt, uulnera acceperunt, & mortui sunt. Qui uerò auxilium non tulerunt, quum tamẽ debuissent, sani abierunt? ALC. Maximè. SOC. Proinde eiusmodi auxilium honestum quidem esse dicis, quoad proposito seruandi eos quos oportet, contingit? Hoc autem est fortitudo, aut non ita est? ALC. Etiam. SOC. Malum uerò idem dicis, propter mortes & uulnera? nunquid? ALC. Maximè. SOC. Num igitur aliud est fortitudo, aliud mors? ALC. Maximè. SOC. Nõ ergo iuxta eundem respectum, honestum & malum est amicis auxiliari? ALC. Non uidetur. SOC. Vide itaq; an quatenus honestum, etiam bonum sit, quemadmodum hic. nam quo ad fortitudinem, confessus es honestum esse auxilium. Hoc ipsum igitur, fortitudo bonáne est an mala? Hoc uerò modo considera. Tu utra timere esse expetiueris, bona aut mala? ALC. Bona. SOC. Nũ ea quàm maxima? ALC. Maxime. SOC. Et talibus priuari minime sustinueris? ALC. Quid ni? SOC. Quomodo igitur dicis de fortitudine, quantum ipsa priuari sustineas? ALC. Ne uiuere quidem expetiuerim, si timidus essem. SOC. Extremũ ergo malũ tibi esse uidetur timiditas? ALC. Mihi sanè. SOC. Ita ut morti sit conferenda, uelut apparet? ALC. Assero. SOC. Morti igitur & timiditati, maxime contraria sunt uita & fortitudo. ALC. Etiã. SOC. Et hæc quidẽ maxi

Iusta esse etiam honesta

Timiditas extremũ malorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

xime expetiueris tibi, illa uerò minimè. ALC. Etiã. SOC. Num q̃ hæc quidẽ optima dicis, illa uerò pessima. ALC. Maximè. SOC. Auxiliari itaq̃ amicis in bello, quatenus qui dem honestum est, iuxta boni, fortitudinis uidelicet actionem, honestum ipsum appellasti. ALC. Ita apparet. SOC. Iuxta mali uerò, mortis uidelicet actionem, malum. ALC. Etiam. SOC. Proinde iustum fuerit hoc modo appellare unamquamq̃ actionẽ, si quidẽ quatenus malũ operatur, malã uocas: & quatenus bonũ, bona uocanda est. ALC. Mihi sanè uidetur. SOC. Nũ etiã quatenus bonũ, honestũ: quatenus malũ, turpe. ALC. Etiã. SOC. Quũ ergo auxiliũ amicis in bello, honestũ quidẽ esse dicis sed malũ: perinde est ac si dicas. bonũ quidẽ illud esse, sed tamen malũ. ALC. Vera mihi dicere uideris ô Socrates. SOC. Nihil igitur ex honestis, quatenus honestum est, malum est: neq̃ quicquã turpe, in quantũ turpe est, bonũ est. ALC. Non apparet. SOC. Præterea & hoc modo considera. Quisquis honeste agit, nónne etiã bene agit. ALC. Etiam. SOC. Qui uerò bene agunt, nónne felices sunt. ALC. Quidni. SOC. Nónne igitur felices propter bonorum adeptionẽ. ALC. Maximè. SOC. Acquirunt autẽ hæc bene & honeste agendo. ALC. Etiã. SOC. Bene igitur agere, bonorũ est. ALC. Quidni. SOC. Honesta igitur res est se

Honestum & bonum idem

licitas. ALC. Etiam. SOC. Idem ergo esse nobis rursus apparuit & honestum & bonũ. ALC. Apparet. SOC. Quicquid igitur inuenerimus honestum, id etiã bonũ inuenimus, ex hac sanè ratione. ALC. Necesse est. SOC. Quid uerò, bona conducunt, aut nõ. ALC. Conducũt. SOC. Meministi igitur quomodo de iustis concessimus. ALC. Arbitror sanè eos qui iusta faciunt, necesse esse honesta facere. SOC. Nónne eos qui honesta faciunt, etiam bonos. ALC. Etiã. SOC. Bona uerò utilia sunt. ALC. Etiã. SOC. Iusta igit ô Alcibiade, utilia sunt. ALC. Videtur. SOC. Quid uerò, nónne tu es qui hæc dicebas, ego uerò qui interrogabam. ALC. Ita uidetur. SOC. Si igitur quis surgit consiliũ daturus siue Athenien sibus, siue Peparethijs, putans se nosse iusta & iniusta, dicat autẽ se scire, iusta aliquãdo mala esse, aliúdne quid faceres, q̃ derideres ipsum, quandoquidẽ etiã tu es qui dicis, quòd eadẽ sunt & iusta & utilia. ALC. At per deos ô Socrates, neq̃ quid dicã scio, sed planè absurdo similis uideor. Nã te interrogante, modo alia mihi uidenti, modo rursus alia. SOC. Deinde quæ sit hæc affectio ô amice ignoras. ALC. Maximè. SOC. Arbitraris ne igitur, si quis ex te interrogasset, duos oculos aut tres habes, & duas manus aut quatuor, aut aliud quid eiusmodi, modo alia responsurus fuisse, modo rursus alia, aut semper eadẽ. ALC. Timeo quidẽ de meipso, arbitror tamen eadẽ responsurum fuisse. SOC. Nónne hæc causa est quòd nosti. ALC. Arbitror sanè. SOC. De quibus igitur inuitus contraria respondes, de his manifestum est, quòd non nosti. ALC. Consentaneũ est. SOC. De iustis igitur & iniustis, & de honestis & turpibus, & de malis & bonis, & utilibus & inutilibus respondens, te errasse fateris. deinde nónne manifestum est q̃ propterea errueris, eo quòd de ipsis nõ noueris. ALC. Mihi sanè ita uidet. SOC. Nã hoc modo se res quoq̃ habet, ubi quis nõ nouerit, necesse est de his animã errare. ALC. Quidni. SOC. Quid igitur, nosti ne quomodo ascendas in cælũ. ALC. Nequaquã ego per louẽ. SOC. Aut etiã circa hæc opinio tua aberrat. ALC. Non ita. Nosti uerò causam, aut dicam ego. ALC. Dic. SOC. Quoniã cum nescias, ipsum hoc te scire nõ putas. ALC. Quomodo rursus hoc dicis. SOC. Vide mihi & tu in communi, ea quæ non nosti, scis autem quòd non nosti, errásne circa talia. quemadmodũ de obsonij præparatione scis utique te non nosse. ALC. Maxime. SOC. Vtrũ igitur ipse circa hæc opinionem habes, quomodo præparare oporteat, & erras: aut ei qui nouit præparanda committis. ALC. Hoc modo. SOC. Quid uerò si nauigares: num opinione utaris, an întrò aut extra, cluuum flectere oporteat, & tanquam ignarus errueris: aut gubernatori rẽ cõmissa, quietem egeris. ALC. Gubernatori committerem. SOC. Non ergo circa ea quæ non nouisti erras, si cognoueris quòd ea nõ nouisti. ALC. Nõ arbitror. SOC. Intelligis igitur etiã peccata in actione, propter hanc ignorantiã esse, eo quòd is qui non nouit, nosse se putat. ALC. Quomodo rursus hoc dicis. SOC. Tunc sanè facere aggredimur, cum id quod facimus, scire nos putemus. ALC. Etiam. SOC. Cum uerò aliqui se scire non putãt, aliqs committunt. ALC. Quidni. SOC. Nónne tales qui non sciunt, sine peccato degunt, eo quòd alijs de illis ipsis committunt. ALC. Etiam. SOC R. Qui igitur sunt qui peccant. Non enim sunt hi qui sciunt. ALC. Non sanè. SOC. Quandoquidem igitur neq̃ hi qui

Error non circa ignota contigit

sciunt, neq̃ hi qui nõ sciunt, si saltẽ se nescire nouerunt, nũ alij restant quàm qui nõ sciũt, uerum scire se putant. ALC. Non, sed hi ipsi. SOC. Hæc igitur ignorantia, malorũ causa est, & probrosa imperitia. ALC. Etiã. SOC. Nónne quũ fuerit circa maxima, tunc malesicentissima ac turpissima erit. ALC. Maximè. SOC. Habésne quæ maiora dicas, quàm sunt iusta, & honesta, & bona, & utilia. ALC. Non sanè. SOC. Nónne circa hæc consideris te errare. ALC. Etiã. SOC. Si uerò erras, nónne ex superioribus manifestũ est, q̃ nõ maxima ignoras, sed etiã cũ non scias, hęc scire te putas. ALC. Consequens est. SOC. Pape ô Alcibiade, quali affectu laboras, quem ego quidẽ nominare dubito, attamen quoniam soli sumus dicendũ est. Imperitiæ enim cohabitas turpissimæ, quemadmodum sermo tuus te accusat, & tu teipsum. Quapropter etiam in rempublicã insilis, prius quàm de ea eruditus sis. Et non solũ tu hoc modo affectus es, sed etiã multi alij qui huius urbis res administrant, paucis sanè exceptis, & fortassis tutore tuo Pericle. ALC. Dicitur sanè ô Socrates, nõ per se casu quodã spontaneo sapiẽs factus esse, sed cũ multis, ijsq̃ sapientibus conuersatus esse, & cũ Pithoclide, & Anaxagora, & nunc etiã cum tantus sit, cum Damone conuersatur huius rei gratia. SOC. Quid igitur nouisti ne aliquẽ sapientem in quacunq̃ re, qui non posset alium sapientem facere in his quæ ipse nouit. Quemadmodum qui te literas docuit, & ipse literas doctus erat, & te doctũ fecit, itemq̃ alios quos uoluit. nunquid. ALC. Etiam. SOC. Nónne & tu qui ab illo didicisti, alium doctum facere poteris. ALC. Etiam. SOC. Sed & citharœdus & pædotriba eodem modo. ALC. Maximè. SOC. Bonũ equidem hoc signum est in his qui quodcunq̃ tandẽ sciunt, q̃ id sciant, ubi etiã aliũ scientem efficere poterint. ALC. Mihi sanè uidetur. SOC. Habésne igitur quod dicas, quémnam Pericles sapientẽ fecerit, à filijs ipsius initio sumpto. ALC. Quid uerò si ambo Periclis filij stolidi fuerunt. SOC. At Cliniã tuũ fratrẽ. ALC. Quid de Clinia dicis homine furioso. SOC. Postquã itaq̃ Clinias quidem insanit, ambo uero Periclis filij stolidi sunt, quã tibi culpã adscribemus, quòd ita habentẽ cõtemnit. ALC. Ego arbitror me in culpa esse, qui illi animum non aduerto. SOC. Verum ex alijs Athenien sibus, aut externis, dic mihi seruũ aut liberum, qui ex Periclis consuetudine sapientior factus sit: quemadmodũ ego tibi dicere possum, ex Zenonis consuetudine Pythodorum Isolochi, & Calliam Calliadæ, quorum uterq̃ centum minis Zenoni persolutis, sapiens ac doctrina præclarus euasit. ALC. At per Iouem non habeo quem dicã. SOC. Sit ita. Quid igitur cogitas de teipso, num sinere uis, uelut nunc habes, aut diligentiam aliquam adhibere. ALC. Communi cõsilio ô Socrates opus est. Et sanè intelligo te dicentem, & tibi assentior. Videntur enim mihi hi qui rempub. administrant, paucis exceptis ineruditi esse. SOC. Deinde quid hoc est. ALC. Si sanè eruditi essent, oportebat eum qui se ipsis opponere conaretur, ubi iam didicisset & se exercuisset, uelut cõtra athletas prodire. Nunc uerò postquam etiam hi uelut idiotæ ad rempublicam accesserunt, quid opus est se exercere, & discendo negocia sibijpsi exhibere. Ego enim satis scio, q̃ natura ualde multum hos excellam. SOC. Papæ, quale est hoc optime, quod dixisti, q̃ indignum hac specie, & alijs illis quæ tibi adsunt. ALC. Quid maxime, & ad quid, dicis hoc ô Socrates. SOC. Indignor propter tuum ac meum amorem. ALC. Quid ita. SOC. Si rem te dignam putas, contra homines qui hic sunt certamen suscipere. ALC. At contra quos alias. SOC. Decétne hoc quærere uirum qui multum adeò sapiẽtem se esse putat. ALC. Quomodo dicis, non contra hos mihi certamen erit. SOC. Num si triremem ad pugnam nauale m produturam gubernare cogitares, sufficeret tibi ut in arte gubernandi, ex tuis in ea nauigatione socijs præstantissimus esses. Aut hanc quidem artem tibi adesse oportere putares, uerum ad eos qui uere aduersarij essent respiceres, & nõ ueluti nunc, ad eos qui socij essent, quibus te in tantum superiorem esse oportet, ut nõ pares tibi, aduersarios impetant, sed uelut contempti à te, aduersus hostes simul decertent. si sanè reuera honestũ aliquod facinus perpetrare cogites, quod & te & ciuitate dignũ sit. ALC. At profectò ita cogito. SOC. Num igitur te dignares est, contentum te esse si militibus tuis præstantior sis, & non ad hostium duces respicere, postquam illis præstantior euasisti, ita ut ad illos duces intentus sis, & te exerceas. ALC. Quos uerò hos dicis ô Socrates. SOC R. Non nosti ciuitatem nostram contra Lacedæmonios, & magnum regem semper bellum gerere. ALC. Vera dicis. SOC R. Siquidem igitur huius ciuita-

Ignorantia malorũ causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis dux esse cogitas, & uelut aduersus Lacedæmoniorum reges, itemq; Persarũ tibi certamen esse putas, recte sane putaueris. ALC. Vera dicere uideris. SOC. Non ô bone. Verum ad Mediam coturnices alentẽ respicere te oportet, & ad alios huiusmodi, qui rempublicã administrare aggrediuntur, cum adhuc seruilem capillum, uelut mulieres dicere solent, in anima præ imperitia habeant, & nondum reiecerint. Et quũ adhuc barbariẽ redoleant, ad rempublicam accesserunt adulaturi, non imperaturi. Ad hos quos dico respicere te oportet, & teipsum negligere, & neq; discere ea quæ ex disciplina hærent, ubi tantum certamen decertare uoles, neq; exercere ea quæ exercitationem requirunt, ita ut omni apparatu instructus sic ad rempublicam accedas. ALC. At uera dicere mihi uideris ô Socrates. Arbitror tamen Lacedæmoniorum duces, & Persarum regem nihil a-lijs præstare. SOC. At hanc opinionem ô optime, qualem habeas considera. ALC. Quam dicere? SOC. Primum quidem utrũ maiorẽ tui curã habiturũ te putes, si timeas, & potentes ipsos esse existimes, aut non? ALC. Nimirũ si potentes ipsos putarẽ. SOC. Num igitur putas te lęsum iri, si tui curam habueris? ALC. Nequaquam. Verum etiam multã utilitatem consequuturum esse. SOC. Proinde unum quidem hoc tantum malum, hæc opinio habet. ALC. Vera dicis. SOC. Secundũ itaque quod etiam falsa est hæc opinio, ex uerisimilibus cõsidera. ALC. Quomodo hæc? SOC. Vtrum ueriſimile est, præstãtiores naturas in generoso genere nasci, aut secus? ALC. Nimirum in generoso. SOC. Nónne eos qui bono genere nati sunt, si etiam bene educentur, sic ad uirtutem perfectos euadere? ALC. Necesse est. SOC. Consideremus itaq; nostris rebus ad illorum comparatis, primũ quidem an uiliori genere esse uideantur Lacedæmonij, & Persarũ reges. Aut nescimus illos ab Hercule, hos ab Achæmene genus ducere? Herculis autẽ & Achęmenis genus ad Perseũ Iouis filium refertur. ALC. Et nostrum genus ô Socrates, ad Eurysacem refertur. Eurysacis autem ad Iouẽ. SOC. Nostrũ equidẽ genus, ô generose Alcibiade, ad Dædalum refertur. Dædalus autem ad Vulcanum Iouis filium. At in istorum generibus, ex ipsis exordio sumpto, reges sunt ex regibus, ad Iouem usq;, illi in Argo & Lacedæmone, hi in Perside semper, sæpe etiam in Asia, quemadmodum etiam nunc. Nos autem & ipsi priuati sumus, & patres nostri. Si uerò etiam maiores oporteat te ostendere, & patriam Eurysacis Salamina, aut Aeaci adhuc superioris patriam Aeginam, quantũ putas restat Artaxerxi Xerxis filio moueres? uerum uide ne & generis claritudine à uiris illis superemur, & insuper reliqua educatione. Nũquid percepisti quàm magnæ sint Lacedæmoniorum regum opes, quorum uxores publice ab Ephoris custodiuntur, quo pro uiribus caueatur, ne ex alio genere quàm Heraclidarum rex gignatur? At Persarum rex in tantum excellit, ut nemo suspicionem habeat, quòd ex alio quàm ex ipso rex gignatur. Quapropter non custoditur regis uxor ab alio quàm à metu. Postquam aũt filius natu maximus natus fuerit, qui in regno succedit, primũ quidẽ omnes qui sub regno sunt diem festum agunt. Deinde in reliquũ tempus, hac die regis natalẽ tota Asia colit ac celebrat. at ubi nos nascimur, iuxta illud Comici poetæ, ne uicini quidem ita percipiunt ô Alcibiade. Postea nutritur puer, non à muliere nutrice parũ splendida, sed ab eunuchis, qui circa regem præstantissimi esse putantur. Quibus tum reliqua recens nati cura incumbit, tũ ut cogitent quomodo quàm pulcherrimus euadat, effingendo ac dirigendo pueri membra. Atq; hęc facientes illi in magno honore sunt. Postquam uerò septennes facti sunt pueri, ad equos & equitandi artis magistros abeunt, & ad uenationes proficiſci incipiunt. At ubi bis septem annos impleuit, suscipiunt puerum hi quos illi regios pædagogos nominant. Sunt autem ex Persis delecti qui præstantissimi in ætatis uigore esse putantur quatuor, & sapientissimus, & iustissimus, & temperantissimus, & fortissimus. Quorum primus magiam docet Zoroastræ filij Oromazæ, Est aũt hæc cultus deorũ. Docet item regias institutiones. Qui uerò iustissimus est, uera loqui docet, per omnẽ uitam. Temperantissimus autem docet ut à nulla uoluptate superetur, ut liber esse assuescat, & ut reuera rex sit, imperans primũ his quæ sunt in ipso, & non inseruiens. At fortissimus impauidum ac intrepidum esse instruit, ut qui ubi timet seruus sit. Tibi uerò ô Alcibiade, Pericles pædagogum præfecit Zopyrum Thracem, præ senectute omnium famulorum inutilissimum. Recenserem tibi etiam reliquam aduersariorum educationem ac institutionem, si non operosum id esset, & simul hæc sufficiunt addeclarandum

Persarum regum nobilitas
Lacedæmoniorum nobilitas
Atheniẽs exilitas
Lacedæmoniorum opes
Persarum regis educatio
Zoroastræ magia

clarandum etiam alia quæ ad hæc consequuntur. Tuæ uerò aut alius cuiuscunq; Atheniensis, natiuitatis, educationis, & institutionis, nullus curam gerit, nisi forte quis amator tui existat. Si uerò uoles ad diuitias respicere, & uoluptates uestitumq; ac uestiũ tractus, & unguentorum illitiones, & seruorum sequentium turbam, & ad reliquas Persarũ delicias, pudesias apud teipsum, si sentias quantũ ab ipsis superaris. Si uerò rursus uoleris cõsiderare Lacedæmoniorũ temperantiã, modestiã, facilitatẽ, promptitudinem, magnanimitatẽ, boni ordinis disciplinã, fortitudinẽ, constantiã, laboris tolerantiã, pertinaciã, & magnificentiã, puerũ in omnibus huiusmodi teipsum putabis. Quòd si diuiti as spectas, & hic aliquid te esse putas, neq; hoc nobis silentio prætereundum est, si quo modo sentias ubi sis. Etenim si Lacedæmoniorũ diuitias uidere uelis, cognosces ea quę hic sunt illorũ bonis longè esse inferiora. Terrã enim quantã habẽt & suã ipsorũ, & Messenę, tũ aliorum, tum Helotarum, & equis, & siqua alia pecora in Messena pascuntur. Verum hæc quidẽ omnia ualere sino. Aurũ uerò & argentũ non est per uniuersam Græciã *Aurum & argentum in Lacedæ.* ingreditur ex omnibus Græcis: sæpe etiam Barbaris. Egreditur autẽ nusquã. Sed reuera tanta copia, quanta est priuatim apud Lacedæmonios. Permulta enim iam secula illuc iuxta Aesopi fabulã, quam uulpes ad leonem dixit, etiam numismatis ueſtigia in Lacedæmona ingressi, illuc conuersa conspicua sunt, egressi uerò nusquam apparẽt. Ex quo clarè constat, auri & argenti illic ditissimos omniũ Græcorum esse. Et ex illis ipsis maxime regem. nam ex talibus maximi ac plurimi reditus regibus accedunt. sed & tributũ regium non exiguũ est, quod Lacedæmonij regibus persoluunt. Et res quidem Lacedæmoniorũ quantũ ad Græcas opes, magnæ sunt: quantũ uerò ad Persicas, & regis illorũ *Persarũ opes* opes, nullæ. Audiui ego aliquando uirũ fide dignũ, qui ad Persarum regem profectus fuerat. Hic retulit se peragrasse regionẽ ualde magnam ac bonam, diei ferè unius itinere, quam indigenæ uxoris regiæ zonam uocent. Esse uerò etiam aliã, quæ Calyptra uocetur, itemq; alios multos locos pulchros & bonos, ad ornatum reginæ delectos, habereq; singulos locos nomina ab unoquoq; reginæ mũdo. Quare arbitror siquis dicat ad regis matrem, Xerxis uxorem Amastridem, Cogitat contra filium tuum exercitum ducere filius Dinomaches, cuius ornatus est fortassis precij quinquaginta minarũ ad sum mum, filio uerò ipsius sunt terræ iugera in Erchiadibus non plenè trecenta: admiraturã esse cuinam fidem habens, cogitet hic Alcibiades aduersus Artaxerxem depugnare. Et arbitror sanè ipsam dicturam esse, Profecto non est quicquam aliud in quo cõfidat hic uir ut hoc moliatur, præter diligentiã & sapientiam. Hæc enim sola alicuius existimatio nis sunt apud Græcos. nam si audiret quòd hic Alcibiades qui nunc hoc moliatur primum nondum sit adeò uiginti natus annos: deinde penitus ineruditus, Et ad hæc, quòd amator ipsius ad ipsum dicat, Oportere primum discere, & sui curam habere, ac se exercere, atq; ita aduersus regem decertaturum prodire: & quòd non uelit, sed dicat se sufficere etiam prout se haberet: arbitror admiraturam esse ac interrogaturam: Quid igitur tandem est in quo confidit hic adolescẽtulus? Si igitur diceremus, in pulchritudine, magnitudine, genere, diuitijs, & animæ natura: putaret sanè nos ô Alcibiade insanire, ad omnia huiusmodi apud Persas respectu facto. Arbitror autem etiam Lampidonẽ Leotychidæ filiam, Archidami uxorem, Agidis matrem, qui omnes reges fuerunt, admiraturam esse, & hanc quoq; respectu facto ad eas opes quæ apud Lacedæmonios essent, quòd tu qui ita male institutus es, cogites aduersus filiũ ipsius decertare. Atqui nónne turpe esse uidetur, quòd hostium mulieres melius de nobis cogitant, quales nos esse oporteat, si ipsos aggredi uelimus, quàm nos de nobisipsis? Ar ô beate mihi & illi apud Delphos scripto credens, Teipsum nosce. nam hi sunt nobis aduersarij, non quos tu putas: quos nulla alia re superare poterimus, quàm diligentia & arte: quibus si destitutus fueris, etiam nominis celebritate destitueris & apud Græcos, & apud Barbaros, quam tamen ita amare mihi uideris, ut nemo alius aliud quicquam. ALC. Quã igitur diligentiã facere oportet, potésne mihi ô Socrates exponere? præ omnibus eñ ueritatẽ dixisse mihi uideris. SOC. Etiã. Verũ cõmuni cõsilio opus est, quo modo q̃p optimi fiamus. Ego eñ non de te quidẽ dico, q̃p erudiri oporteat, de me uerò non. Non eñ est quo à te differam uno saltem excepto? ALC. Quo? SOC. Tutor meus præstantior & sapientior est q̃p tuus *Tutor Socratis Deus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuus Pericles. A L C. Quis hic est ô Socrates? S O C. Deus ô Alcibiade, qui ante hunc diē nō permisit mihi te alloqui: cui etiā fidē habens palā dico, q̄ per nullū aliū q̄m per me tibi nominis claritudo cōtinget. A L C. Ludís ô Socrates. S O C. Fortassis. Vera tamē dico q̄ diligētia opus habemus, magis quidem omnes homines, sed nos ambo sanè ualdè mul tū. A L C. Quòd quidem ego opus habeo, non mētiris. S O C. Neq; uerò quòd ego. A L C. Quid igitur fecerimus? S O C. Non pigros esse, neq; molliter gerere nos oportet ô ami ce. A L C. Nequaquā sanè decet ô Socrates. S O C. Nō sanè. Sed considerandū est in com muni. Et dic mihi, dicímúsne quòd optimi esse uelimus? Nunquid? A L C. Etiam. S O C. Qua uirtute? A L C. Nimirū qua uiri boni. S O C. Qua in re boni? A L C. Nimirum ad res a gendas. S O C. Quales, num equestres? A L C. Non ita. S O C. Alioqui ad equestris ordinis homines nos conferremus. A L C. Etiā. S O C. At res nauticas dicis. A L C. Nō, alioqui nau ticos homines adiremus. S O C. At quales? & qui homines eas res agūt? A L C. Ex Athe niensibus qui honesti sunt ac boni. S O C. Honestos ac bonos, dicis' ne sapientes, aut insi pientes? A L C. Sapiētes. S O C. Nónne in qua re quisq; sapiens est, in ea etiam bonus est? A L C. Etiam. S O C. Qui uerò insipiens est, malus est? A L C. Quidni? S O C. Num igitur su tor sapiēs est ad calceos faciendos? A L C. Maxime. S O C. Bonus ergo est ad hos facien dos? A L C. Bonus. S O C. Quid uerò ad uestes faciendas, nónne insipiēs est sutor? A L C. Maximè. S O C. Malus ergo ad hoc est? A L C. Etiam. S O C. Hac igitur ratione idē & ma lus & bonus est? A L C. Apparet. S O C. Num igitur bonos uiros dicis etiam esse malos? A L C. Minime. S O C. At quos tandem bonos dicis? A L C. Eos qui magistratum in ciui tate gerere possunt. S O C. Nō sanè in equos? A L C. Nō sanè. S O C. At in homines? A L C. Etiam. S O C. Num ægrotos? A L C. Non. S O C. At nauigantes? A L C. Minime. S O C. At messores? A L C. Non. S O C. At eos qui nihil faciunt, aut aliquid faciūt? A L C. Eos qui ali quid faciūt dico. S O C. Quid? conare & hoc mihi declarare. A L C. Eos qui cōtractus ac conuentiones inter se faciunt, & mutua opera utuntur, quemadmodū nos in urbibus ut uimus. S O C. Num magistratum gerere dicis eos, in homines qui hominibus utuntur?

Magistratū ge rere quid sit

A L C. Etiā. S O C. Nū eos nauis præfectos, qui remigibus utūtur? A L C. Non sanè. S O C. Artis enim gubernatoriæ est hæc facultas. A L C. Etiā. S O C. At magistratū gerere dicis in homines tibicines, qui in cātilenis hominibus præsunt, & tripudiationibus utuntur? A L C. Non ita. S O C. Nā choreas ducēdi ars hæc præstat. A L C. Maxime. S O C. At quid tandē dicis, magistratū gerere posse in eos homines qui homínib. utuntur? A L C. In eos dico qui repub. participant, & inter se contractus faciūt, in eos magistratum gerere qui sunt in ciuitate. S O C. Quæ igitur hæc ars est? Veluti si te interrogē, magistratū gerere nosse in eos qui nauigatione participant, quæ ars facit? A L C. Gubernatoria. S O C. Quę uerò ars facit, ut magistratū gerere possimus in eos qui cātilena, uelut paulo antè dice batur, participant? A L C. Ea quā tu modo ducendi choreas artē dicebas. S O C. Quid ue rò magistratū gerere posse in eos qui republica participāt, quā uocas scientiā? A L C. Bo nū consilium uoco ego ô Socrates. S O C. Quid uerò ars gubernatoria, nū cōsiliū inopia esse tibi uidetur? A L C. Nō sanè. S O C. At bonū consiliū? A L C. Mihi sanè uidetur ad ser uandos nauigantes. S O C. Rectè dicis. quā uerò tu bonum consiliū uocas, ad quid con ducit? A L C. Ad hoc ut melius gubernetur ciuitas, & seruetur. S O C. Melius aūt guber natur, & seruatur, qua re accedente, aut decedente? Quemadmodū si tu me interroga res, qua re accedēte aut decedēte, corpus melius gubernatur, & seruatur, dicerē sanè, sa nitate quidem accedente, morbo uerò decedente. Nū & tu ita sentis? A L C. Etiā. S O C. Et si me rursus interroges, qua ex re oculi melius habent, eodē modo dixerim, usū qui dē accedente, cæcitate uerò decedente. Sed & aures, surditate quidē decedente, auditu uerò accedente, & meliores fiunt, & meliores curantur. A L C. Rectè. S O C. Quid uerò ciuitas, qua re accedēte & decedēte, tū melior fit, tū melius curat & gubernatur. A L C. Mihi quidē uidetur ô Socrates, quū amicitia mutua ipsis accedit, odium autē & seditio decedit. S O C. Num igitur amicitiā dicis concordiam, aut discordiam? A L C. Concordi am. S O C. Per quam igitur artem concordant ciuitates circa numeros? A L C. Per arith meticā. S O C. Quid uerò idiotę, num propter eandem? A L C. Etiā. S O C. Ob quā uerò ar tem unus quisq; cum seipso? A L C. Eandem itidem. S O C. Per quā aūt artem quisq; sibi consentit, de palmo, & cubito, uter sit maior, nónne per metendi artem? A L C. Quid

Concordia ci uium

ni? S O C R. Proinde & idiotæ inter se, & ciuitates? A L C. Etiam. S O C. Quid uerò de pon deribus, non eodem modo? A L C. Ita sentio. S O C. Quam uerò tu dicis cōcordiam, quæ est, & de qua re, & quæ ars ipsam efficit, & quæ ciuitati ipsa est, & idiotæ ad seipsum, & ad alium? A L C. Par est. S O C R. Quæ igitur est ne pigeat respondere, sed promptè dici to. A L C. Ego quidē arbitror amicitiam dici, & concordiam, qua & pater filium amans consentit, & mater itidem, & frater fratri, & uxor marito. S O C R. Putas igitur ô Alcibia de, maritum uxori consentire posse de lanificio, eum qui non nouit, ei quę nouit? A L C. Non sanè. S O C R. Neque uerò oportet. Muliebre enim est hoc studium. A L C. Etiam. S O C. Quid uerò, potéstne mulier quæ non didicit consentire uiro de armatura? A L C. Non certè. S O C. Virile enim hoc fortassis esse dixeris? A L C. Ego sanè. S O C. Sunt igitur alia muliebria, alia uirilia studia, iuxta tuam rationem? A L C. Quidni? S O C R. Non ergo in his est concordia mulieribus cum uiris. A L C. Non. S O C. Neque ergo amicitia, siqui dem amicitia concordia erat. A L C. Non uidetur. S O C R. Quatenus igitur mulieres sua studia exercent, à uiris non amantur? A L C. Non est uerisimile. S O C. Neque ergo uiri à mulieribus, quatenus sua studia tractant? A L C. Non. S O C. Neque ergo hac ratione ha bitantur ciuitates, cum singuli sua studia tractarint. A L C. Ego sanè arbitror ô Socrates. S O C. Quomodo dicis amicitia non præsente, qua accedente diximus ciuitates bene ha bitari, aliàs uerò minime? A L C. At mihi uidetur etiam circa hoc amicitia ipsis accedere, quòd singuli quæ sua sunt faciunt. S O C. Non sanè paulo antè ita. Nunc uerò quomodo rursus dicis, concordia accedente amicitia accedit? Num fieri potest ut concordia acce dat de his, quæ alij sciunt, alij ignorant? A L C. Fieri non potest. S O C R. Iusta uerò faci unt, aut iniusta, cum singuli quæ sua sunt fecerint? A L C. Iusta. Quidni? S O C R. Iusta igi tur facientibus in ciuitate ciuibus, amicitia mutua non accedit. A L C. Necessarium rur sus mihi esse uidetur ô Socrates. S O C R. Quam igitur tandem dicis amicitiam aut con cordiam, de qua sapientes nos esse oportet, & bono consilio præstantes, quo boni uiri simus? non enim discere possum, neq; quæ sit, neque in quibus sit. Modo enim in ijsdē esse apparet, modo non, quantum ex tuis uerbis intelligo. A L C. At per deos ô Socra tes, neque ipse noui quod dico, & iamdudum in hoc uersor, ut meipsum turpiter dare non intelligam. S O C. At fidere oportet. Si enim quinquaginta annos natus ita te affe ctum sentires, difficile esset tibi ut tuijpsius curam haberes. Nunc autem hæc ętas quam habes, ea est qua hoc ipsum sentire oportet. A L C. Quid igitur facere oportet ô Socra tes, eum qui ita se affectum esse sentit? S O C. Respondere te oportet ô Alcibiade, ad ea quæ ego interrogabo: & si hoc feceris, & deus ita uoluerit, si modo meæ uaticinationi credere oportet, & tu & ego melius habebimus. A L C. Contingent hæc propter meam sanè responsionem? S O C. Age sanè quid est suijpsius curam habere, ne sæpe fallamur, ipsum homo? Num ubi rerum suarum curam habet, tunc etiam suipsius curam habet? A L C. Mihi sanè ita uidetur. S O C. Quid uerò quando homo pedum curam habet? Num ubi illorum curam habet quæ sunt pedum? A L C. Non assequor. S O C. Dicésne quid es se manus? uelut anulū alteriúsne alicuius homínis partis esse dixeris quàm digiti? A L C. Non sanè. S O C. Igitur & pedis calceum eodem planè modo? A L C. Etiam. S O C. Proin de cum calceorum curam habemus, tunc etiam pedum curam habemus? A L C. Non sa tis intelligo ô Socrates. S O C R. Quid uerò ô Alcibiade, recte curā habere uocas cuius cunque tandem rei? A L C. Ego sanè. S O C R. Num igitur cum quis melius quid fecerit, tunc rectam dicis curam? A L C. Etiam. Quæ igitur ars calceos meliores facit? A L C. Su toria. S O C. Per sutoriam igitur calceorū curam habemus? A L C. Etiam. S O C. Num etiā pedis per sutoriam curam habemus? aut per illam artem qua pedes meliores facimus? A L C. Per illam. S O C. Meliores autem pedes non per illam facimus, per quam etiam re liquum corpus? A L C. Mihi sanè uidetur. S O C. Hæc autē nónne exercitatoria est? A L C. Maximè. S O C. Per exercitatoriam igitur, pedis curam habemus, per sutoriam uerò, eo rum quæ pedis sunt. A L C. Maximè. S O C. Et per exercitatoriā quidem manū, per scul ptoriam uerò anulorum eorum quæ sunt manus? A L C. Etiā. S O C. Et per exercitatoriā quidē corporis, per textoriā uerò & alias, eorū quę sunt corporis? A L C. Omnino. S O C. Per aliam igitur artem uniuscuiusque curam habemus, per aliam eorum quæ sunt ip siusq;

Amicitia ex in stè factis

Suijpsius curā habere

Universidad de Deusto
Biblioteca

siusᵛ ALC. Apparet. SOC. Non igitur cum tuarum rerum curam habes, tuíjpsius curam habesᵛ ALC. Nequaquam. SOC. Non enim eadem ars est, uelut apparet, quæ tui ipsius, & quæ tuarum rerum curam geritᵛ ALC. Non. SOC. Age quánam arte nostri ipsorum curam habuerimusᵛ ALC. Non possum dicere. SOC. At tantum sanè concessum est, q non per eam, per quam quascunque nostras res meliores facimus, sed per quã nosipsos. ALC. Vera dicis. SOC. Num igitur unquam nouerimus, quæ ars calceum meliorem facit, si calceum non nouerimusᵛ ALC. Impossibile hoc est. SOC. Neque quæ ars anulos meliores facit, si anulum non nouerimus. ALC. Vera refers. SOC. Quid igitur: quæ ars nos meliores faciat, num unquam nosse poterimus, si ignorauerimus quidnam nos ipsi sumusᵛ ALC. Fieri nequit. SOC. Vtrum igitur facile fuerit, nosse seipsum, & utilis erat is qui hoc in Apollinis templum in Pytho dedicauitᵛ Aut difficile quid, & non cuiusuis. ALC. Mihi quidem ô Socrates, sæpe cuiusuis esse uisum est. Sæpe autẽ penitus difficile. SOC. At siue facile hoc est siue difficile, nobis tamen ita se habet, ut eo cognito, fortasis etiam curam nostri ipsorum cognouerimus, eo uerò ignorato, nunquam. ALC. Sunt hæc uera. SOC Age itaq; quo modo hoc ipsum per se inueniri possit. Sic enim inueniemus scilicet quidnam nos ipsi sumus. Quandiu uerò illud ignorauerimus, fieri hoc non potest. ALC. Recte dicis. SOC. Age igitur per Iouem, cum quo alio tu nunc colloqueris, quàm mecumᵛ ALC. Ita est. SOC. Nónne & ego tecumᵛ ALC. Etiam. SOC. Socrates igitur est qui disserit ALC. Maximè. SOC. Alcibiades autem qui auditᵛ ALC. Etiam. SOC. Nónne sermone disserit Socratesᵛ ALC. Quid ni? SOC. Disserere uerò & sermone uti, idémne uocasᵛ ALC. Maximè. SOC. Qui uerò utitur, & id quo utitur, nónne aliud estᵛ ALC. Quomodo dicisᵛ SOC. Quemadmodum sutor coria secat cultro semitundo, & scalpro, & alijs instrumẽtis. ALC. Etiam. SOC. Aliud igitur est qui secat & qui utitur, aliud item ea quibus secans utiturᵛ ALC. Quidni? SOC. Num igitur hoc modo etiam aliud fuerint ea quibus citharœdus cithara canit, & aliud ipse citharœdusᵛ ALC. Etiam. SOC. Hoc itaque modo interrogabam, an is qui utitur, & id quo utitur, semper aliud esse uideatur. ALC. Videtur. SOC. Quid rursus dixerimus, sutorem secare instrumẽtis solum, aut etiam manibusᵛ ALC. Etiam manibus. SOC. Vtitur ergo & his. ALC. Vtitur. SOC. Num & oculis utens coria secatᵛ ALC. Etiam. SOC. Vtentem autem, & ea quibus utitur, diuersa esse confitemurᵛ ALC. Etiam. SOC. Aliud igitur est sutor, & eitha rœdus, à manibus & oculis quibus operanturᵛ ALC. Apparet. SOC. Nónne & toto corpore utitur homoᵛ ALC. Maximè. SOC. Aliud itaque est utens, & id quo utiturᵛ ALC. Etiã. SOC. Aliud igitur est homo à suo ipsius corpore. ALC. Ita uidetur. SOC. Quid est igitur homoᵛ ALC. Non habeo quod dicam. SOC. Potes igitur dicere id quod corpore utiturᵛ ALC. Etiã. SOC. Nũ aliud quid utitᵛ ipso quàm animaᵛ ALC. Non aliud. SOC. Num imperansᵛ ALC. Etiam. SOC. At uerò hoc neminem aliter putasse arbitror. ALC. Quod hocᵛ SOC. Nõ ex tribus his unum aliquod hominẽ esse. ALC. Ex quibusᵛ SOC. Animam, aut corpus, aut ambo simul, totum hoc. ALC. Quid ni? SOC. Atqui hoc ipsum quod corpori imperat confessi sumus hominem esseᵛ ALC. Confessi sumus. SOC. Quid igitur est homoᵛ Nũ corpus sibijpsi imperatᵛ ALC. Nequaquàm. SOC. Imperio enim subijci hoc diximus. ALC. Etiam. SOC. Non itaque hoc fuerit quod quærimus. ALC. Non uidetur. SOC. Num ergo ambo simul corpori imperant, & est hoc totũ homoᵛ ALC. Fortassis ita. SOC. Minime gentium. nam cum alterum horum non imperet, fieri non potest, ut ambo simul imperent. ALC. Recte. SOC. Quandoquidem igitur neque corpus, neq; ambo simul, hoc totum est homo, cõsequens est arbitror, aut nihil esse ipsum, aut si quid est, nihil aliud hominem quàm animã. ALC. Prorsus ita. SOC. Adhuc igitur clarius demonstrari tibi oportet, quòd anima est homoᵛ ALC. Non per Iouem, sed sufficere hæc mihi uidentur. SOC. Si uerò non exacte, at mediocriter sufficiet nobis. Exacte enim tunc sciemus, cum inuenerimus id quod nunc præteriimus, eo q multam requireret considerationem. ALC. Quid hocᵛ SOC. Quod paulò ante sic quodammodo dictum est, quòd primum considerandum sit hoc ipsum per se. Nunc autem pro hoc ipso per se, considerauimus quid sit unusquisq;. Et fortassis sufficerit. Non enim quicquam nostri ipsorum præstantius dicere poterimus, quàm animam. ALC. Nõ certe. SOC. Nónne igitur recte habet nos sic censere, me & te inter nos conuersari sermonibus

Alia ars tui, alia tuarum rerum curam gerit

Nosse seipsum

Homo quid sit

nibus utentes, ad animamᵛ ALC. Maxime sanè. SOC. Hoc igitur erat id quod paulo antea dicebamus, quòd Socrates apud Alcibiaden disserit sermone utens, non ad personam tuam uelut apparet, sed Alcibiaden uerba faciens. hoc autem est anima. ALC. Mihi sanè uidetur. SOC. Animam igitur nosse nos iubet, qui seipsum nosse præcipitᵛ ALC. Videtur. SOC. Quisquis igitur ea quæ corporis sunt cognoscit, quæ sua sunt, & non seipsum cognoscit. ALC. Ita sanè. SOC. Nullus ergo medicus seipsum cognoscit, in quantum medicus: neq; pædotriba, in quantum pædotriba. ALC. Non uidetur. SOC. Multũ igitur ab eo absunt agricolæ, & alij opifices, ut seipsos cognoscant. Neq; enim quæ sua sunt, hi cognoscunt, uelut uidetur, sed adhuc remotiora ab his quæ ipsorũ sunt, circa artes quas habent. Nam ea quæ corporis sunt cognoscunt, quibus hoc curatur. ALC. Vera dicis. SOC. Si ergo sapientia est seipsum nosse, nemo ex his sapiens est, quod ad artẽ attinet. ALC. Mihi nõ uidetur. SOC. Propterea sanè etiam hæ artes mechanicæ esse uidentur, & nõ boni uiri disciplinæ. ALC. Maximè. SOC. Rursus igitur qui corpus curat, quod suum est, sed non seipsum curat. ALC. Consequens est. SOC. Quisquis autem pecunias curat, is neq; seipsum, neq; quæ sua sunt, sed adhuc à suis remotiora curat. ALC. Mihi sanè uidetur. SOC. Non ergo quæ sua sunt facit, qui pecunijs acquirendis studet. ALC. Recte. SOC. Si ergo quis corporis Alcibiadæ amator fuit, is non Alcibiaden, sed quod Alcibiadis esset, amauit. ALC. Vera dicis. SOC. Verum is qui animã tuam amatᵛ ALC. Necessario sequi uidetur ex tua ratione. SOC. Qui igitur corpus tuum amat, postquam in flore esse desinit, abit. ALC. Apparet. SOC. Qui uerò animam amat, non discedit donec ad melius progressum fecerit. ALC. Verisimile est. SOC. Ego igitur sum qui nõ discessi, perseuerans desinente corpore, reliquis iamdudum dilapsis. ALC. Bene facis ô Socrates, & ne discedas oro. SOC. Enitere ergo ut quàm optimus euadas. ALC. Enitar. SOC. Ita profectò res tuæ se habent, nec fuit aliquis uelut apparet, Alcibiadæ Cliniæ filij amator, nec est, præterquam unus solus, & hic amabilis ille Socrates Sophronisci & Phænaretes filius. ALC. Vera dicis. SOC. Nónne dixisti me accessu meo anteuertisse te, ut qui prior me adire uolueris, & ex me percunctari, cur solus non discedã. ALC. Ita est. SOCR. Hæc itaq; causa est, quòd solus te amabam, reliqui uerò tua. at tua tempore progressu pulchra esse desinunt. Tu uero florere incipis, & nunc sanè, si ab Athenien
si populo corruptus non fueris, & turpior euaseris, non te deseram. Hoc enim est quod maxime timeo, ne populi amator factus nobis corrumparis. Multi enim iam & boni Athenienses hoc ipsum perpessi sunt. Bona enim specie prædítus est magnanimi Erechthei populus. Verum exutum ipsum spectare oportet. Hanc igitur quam ego dico, cautionem adhibe. ALC. Quam? SOC. Exue prius illum ô beate, & quæ discere oportet discce, atq; sic ad rempublicam accede, prius autem minime: quo auxiliaria medicamenta habens accedas, & nihil mali patiaris. ALC. Recte dicere mihi uideris ô Socrates. Verũ exponere enitaris quomodo nostri curam habeamus. SOCR. Proinde tantum quidem nobis prius perfectum est. Nam quod sumus, id ex æquo concessum est. Timebamus autem ne ab hoc aberrantes falleremur, ut alterius alicuius, non nostri ipsorum curam haberemus. ALC. Ita est. SOC. Et postea animæ curam habendam esse concessum est, & ad hoc respiciendum esse. ALC. Manifestum est. SOC. Corporum autẽ & pecuniarũ curam alijs tradendam esse. ALC. Quidni? SOC. Quo igitur modo hæc ipsa euidentissime cognouerimus. Quandoquidem hoc cognito, uelut par est, etiam nos ipsos cognoscemus. Aut per deos Delphicum illud scriptum, quod recte dicit, cuius suprà mentionem fecimus, nõ intelligimusᵛ ALC. Quale illudᵛ quid cogitans dicis ô Socrates? SOC. Ego tibi narrabo id quod dicere illud suspicor, & quod scriptum istud nobis consulere puto. Videtur enim neq; in multis locis exemplar ipsius esse, sed secundũ usum solũ. ALC. Quomodo hoc dicis? SOCR. Considera & tu, Si oculo nostro uelut homini consulens dixisset, Vide teipsum: Quomodo suspicaremur quid monere? Nónne ad hoc respicere, in quod intuens oculus, seipsum uisurus esset? ALC. Manifestũ est. SOC. Cogita itaq; in quam rem intuentes, & illam simulq; nos ipsos uidemus. ALC. Manifestũ sanè est q in specula intuentes & alia huiusmodi. SOC. Recte dicis. Nũ & oculo, quo uidemus, tale quid inest? ALC. Maximè. SOC. Animaduertisti igitur, quòd intuentis in oculum facies apparet in opposito oculo, uelut in speculo, quam sanè etiam apicem uocamus, ut

Se aliud quàm sua cognoscere

Populus exutus spectandus

Visus & oculi exemplum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ sit intuentis imago. ALC. Vera dicis. SOC. Oculus igitur oculum inspiciens, & in hoc quod optimum ipsius est intuens, & quo uider, sic seipsum uiderit? ALC. Apparet. SOC. Si uerò in aliam quandam hominis partem intueatur, aut in rem aliquam præter illam cui hæc similis est, non uidebit seipsum. ALC. Vera refers. SOC. Oculus igitur seipsum si uidere uolet, in oculum intueri debet, & in illum oculi locum, in quo oculi uirtus ineſt. Est autem hæc uisus ipse. ALC. Ita est. SOC. Proinde etiam anima chare Alcibiade, si seipsam noscere uolet, in animam intueri debet, & in illum maxime ipsius locum, in quo uirtus animæ, sapientia ipsa ineſt, & in aliam partem cui hæc similis est? ALC. Mihi sanè uidetur ô Socrates. SOC R. Possumúsne dicere aliam esse animæ partem diuiniorem quàm hæc est, circa quam scientia & sapientia cõsistit? ALC. Non possumus. SOC R. Hæc igitur ipsius pars, diuinæ similis esse uidetur, & si quis in ipsam intueatur, & omnem diuinitatem deumq; ac sapientiam cognouerit, sic etiam seipsum maxime cognoscere poterit. ALC. Apparet. SOC. Cognoscere uerò seipsum sapientiam esse confessi sumus? ALC. Maximè. SOC. Si ergo non cognoscimus nosipsos, neque sapientes sumus, possumúsne nosse ea quæ nostra sunt, tum mala, tum bona? ALC. Et quo modo hoc fieri posset ô Socrates? SOC. Impossibile enim fortassis uidetur, ut is qui non nouit Alcibiaden, ea quæ Alcibiadæ sunt noscat, quòd sint Alcibiadæ? ALC. Impossibile per louem. SOC. Neq; ergo nostra quòd sunt cognoscimus, nisi per nosipsos? ALC. Quomodo enim fieri id posset? SOC. Si uerò nec nostra cognoscimus, neque ea quæ nostrorum sunt noscimus? ALC. Non uidetur. SOC. Non ergo ita ualde recte confessi sumus, dum confitebamur paulo antè esse aliquos qui seipsos quidem nõ nossent, uerum quæ sua essent. Imò neq; ea quæ suorum essent. Vnius enim & eiusdem artis esse uidetur omnia hæc nosse, seipsum, sua, & quæ suorum sunt. ALC. Consequens est. SOC. Quisquis autem quæ sua sunt ignorat, is etiam ea quæ aliorum sunt ignorauerit, iuxta eandem rationem. ALC. Quidni. SOC. Si igitur ea quæ aliorum sunt ignorat, etiam ea quæ reipublicæ sunt ignorabit? ALC. Necesse est. SOC. Non ergo talis uir in republica uersari potest. ALC. Non sanè. SOC. Imò neq; rem domesticam gubernare. ALC. Non certe. SOC. Neq; sanè sciet quid faciat. ALC. Non profectò. SOC R. Qui uerò ignorat, nónne peccabit? ALC. Maximè. SOC. Qui uerò peccat, nónne malefaciet & publicè? ALC. Quidni? SOC. Qui uerò male facit, nónne miser est? ALC. Valdè sanè. SOC. Quid uerò hi quibus facit? ALC. Etiam hi. SOC. Non ergo fieri potest, si non quis sapiens & bonus fuerit, ut felix sit. ALC. Fieri non potest. SOC. Mali ergo homines miseri sunt. ALC. Valde profectò. SOC. Nõ igitur qui diues euasit, à miseria liberatur, sed qui sapiens factus est. ALC. Apparet. SOC. Non igitur mœnibus, neque triremibus, neq; nauálibus opus habent ciuitates, si felices esse uolent: neq; multitudine, neq; magnitudine, absq; uirtute. ALC. Nõ sanè. SOC. Si itaq; rempublicam administrare uoles recte & bene, uirtutem ciuibus imperties. ALC. Quidni? SOC R. Potéstne aliquis impertiri id quod non habet? ALC. Et quomodo hoc fieri possit? SOC. Primum igitur tibiipsi uirtus acquirenda est, itemq; alij, qui non priuatim solum sui ac suorum curam habere uolet, hisq; imperare, sed etiam reipublicæ, & eorum quæ sunt reipublicæ. ALC. Vera dicis. SOC. Non igitur potestatem, neque principatum tibiipsi parabis, ad faciendum quicquid uoluerís, neque etiam reipublicæ, uerum iustitiam & sapientiam. ALC. Apparet. SOC R. Si enim iuste & sapienter feceritis, & tu & respublica, quod gratum est deo facietis. ALC. Par est. SOC R. Et quod in superioribus dicebamus, in diuinitatem & splendorem intuentes facietis. ALC. Apparet. SOC R. Atqui eò intuentes. & uosipsos & uestra bona conspicietis ac cognoscetis. ALC. Etiam. SOC R A. Rectè igitur & bene facietis. ALC. Etiam. SOC R. At uerò si ita feceritis, promittere uobis uolo, fore ut reuera felices siatis. ALC. Certus sanè es fideiussor. SOC R. At si iniuste feceritis, in impietatem & tenebras intuentes, his similia uelut par est facietis, uosipsos non cognoscentes. ALC. Apparet. SOC. Cui enim chare Alcibiade, potestas quidem fuerit faciendi quod uult, mentem autem non habuerit, quiddam par est illi contingere siue priuatus fuerit, siue respublica, quale ægrotanti, qui potestatem faciendi quod uult habet, mentem autem medicam non habet, sed uelut tyrannus agit, ut neque increpare quis ipsum audeat. Quid uerò est id quod contingat? nónne ueri simile est corruptum iri corpus? ALC.

Anima seipsam intueri debet

Ignorans peccat

Virtutis acquisitio

ALC. Vera dicis. SOC R. Quid uerò in naui, si cui potestas sit faciendi quod ipsi uiderentur, & sit mente & uirtute gubernatoria priuatus, uides'ne quid immineat & ipsi & eis qui simul nauigant? ALC. Ego sanè uideo omnes perituros esse. SOC. Non'ne igitur eodem modo, & in republica, & in omnibus principatibus & potestatibus, uirtute destitutis, sequitur ut male faciant? ALC. Necesse est. SOC. Non ergo tyrannidem parare oportet optime Alcibiade, neq; sibiipsi, neq; reipublicæ, si felices esse uolueritis, sed uirtutem. ALC. Vera dicis. SOC. Priusquã uerò uirtutẽ habeat, melius est uiro, nõ solum puero, ut præstantiori subditus sit q̃; ut imperet. ALC. Apparet. SOC. Non'ne quod melius est, etiam honestius est? ALC. Etiam. SOC R. Quod uerò honestius, etiam decentius? ALC. Quid ni? SOC R. Decet ergo ut malus seruiat. Hoc enim melius est. ALC. Etiam. SOC R. Seruos ergo decet malicia. ALC. Apparet. SOC R. Liberos autem decet uirtus. ALC. Etiam. SOC. Fugere igitur oportet ô amice, eam quæ seruos decet. ALC. Maximè ô Socrates. SOC R. Sentis'ne nunc quomodo te habeas, num uelut liberum decet, aut secus? ALC. Videor mihi etiam ualde sentire. SOC R. Nosti igitur quomodo effugias hoc quod nunc circa te est, ut ne ipsum apud honestum uirum nominemus? ALCIB. Ego sanè. SOC R. Quomodo? ALC. Si uolueris tu ô Socrates. SOC. Non rectè dicis ô Alcibiade. ALC. At quomodo dicere oportet? SOC. Si deus uoluerit. ALC. Dico itaq;, & ad hæc etiam hoc dico: quòd consequens est ut etiam habitus permutemus, & ut tuum quidem ego, meum autem tu assumas. Non enim fieri potest ut non ex hac die pædagogus tibi futurus sim, tu uerò me pædagogum sequaris. SOC R. Meus igitur erga te amor ô generose, nihil à ciconia differet, si alato amore apud te uelut in nidum posito, ab hoc rursus renutritur. ALC. At ita res se habet, atq; hinc iustitiæ curam habere incipiam. SOC. Optarim sanè te etiam perseuerare ac perficere, timeo tamen, non quòd de natura tua quicquam diffidam, sed quòd huius reipublicæ potẽtiam uideam, ideo timeo ne & me & te superet.

Virtus decet liberos

Si deus uoluerit, in faciendis præfandum

Ciconiæ amor

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN ALCIBIADEM SECUNDUM, VEL DE UOTO.

QVONIAM secundus Alcibiades liber profecto sanctissimus de uoto inscribitur, summatim colligendum est, quid uotum, quid in uoto petendũ, & quando & quomodo. Definitio uoti partim ab Orpheo, partim à Platone sumpta hæc est. Votum est ardens affectus casti animi, deo deditus, & quod bonum uidetur exoptans. Huic affectui Zoroaster & Orpheus suffumigationes & characteres adhibuerunt, quoties ad secunda numina preces dirigerentur. Mercurius ac Plato cum supremi numinis maiestatem uenerabantur, externas omnes ceremonias auferebant, solam ac puram fragrantiam animi relinquentes. Sed de his omnibus in nostris commentarijs diligentius. In uoto petendum Plato uult bonum: idq; ex eo patet, quod petitionem hanc poetæ Lacedæmoniorumq; testimonio comprobat, camq; tutam & prudenti esse putat, uotumq; huiusmodi & à quolibet & semper fieri posse. Petitionem uero certi cuiusdam & proprij boni tunc demum esse securam, cum prudentiam quis fuerit consecutus, alias autem periculosam. Vbi multa de prudentia disserit, quæ tuitur omnium prudentissime Cosme lege obsecro diligenter, ut quanti faciat prudentiam prorsus agnoscas. Vniuersalis ergo precatio, qua bonam solummodo petitur, semper fieri potest: propria uero qua certum aliquid quod bonum uidetur optatur, tunc faciendæ cum quid poscendum est quis nouerit. tunc id noscet, cum quid bonum, quid malum est, intelleXerit. Id intelliget, cum à mente didicerit. Discet, cum se ad illam conuerteret. Conuertet, cum purgauerit animam tenebrasq; expulerit. Purgabit, cum seipsum legitimæ philosophiæ dediderit. Tradet, cum suam ignorantiam recognouerit. Nosce ergo te ipsum, templo Apollinis est inscriptum, ne quis temere deum ornaturus accederet. Quo autẽ ordine in oratione propria sit orandum, Mercurius in orationibus suis, & in suis hymnis Orpheus, & Pythagoras in carminibus auctoribus docuerunt, quorum ritus alias exponemus. Plato deinde hos theologos imitatus, in libro De pulchritudine orantem sic Socratem introducit. O amice Pan atq; cætera numina date obsecro ut intus pulcher efficiar: quæcũq; & mihi extrinsecus adiacent, intrinsecis sint amica. Sapientem solum diuitem putem. Tantum uero huius auri tradite, quantum nec ferre nec ducere alius quàm uir temperans possit. Quid petit Socrates? Bonum. Quod bonum? Sapientiam, hoc est ueritatis diuinæ cognitionem, quam dare solus deus potest, quam accipere solus animus pulcher, id est temperatus, purus, candidus ualet. Quid poscit in primis? ut dignum sapiẽtia faciat, temerarij nempe hominis est, munus aliquod quo indignus est petere. Quis diuina sapientia dignus? qui lumen eius ferre paratus est. quis paratus? qui per continentiam primo, deinde per temperantiam, postremo per sanctimoniam, id est ciuilem, purgatoriam purgatiq; uirtutem animi, sic animũ expiauerit, ut pulcher hoc est purus omnino nitidusq; euaserit, & uirtutem iam exemplarem, diuinam scilicet sapientiam solam, utpote thesaurum omnium diuitiarum optauerit. Idcirco Socrates deum patrem omnium & ministros eius amice adspira-

Quid uotum

Quid petendum in uoto

Oratio Socratis ad deos

Universidad de Deusto
Biblioteca

adspirare precatur, ut illorum benigno proprioq; fauore purgatus euadat. Corporea uero & externa leuiter pertransit, eligens illa sic se habere, ut tranquillam puritatem animi nō impediant. Deinde pulchritudine hac iam parta, optat ut sapientiam solam hoc est dei cognitionē esse opulentiam omnem sufficienti. amq; æstimet, solamq; sitiat. Postremo quasi per ante dicta paratus fulgidum hoc aurum diuinæ sapientiæ postulat. Neq; id superbè, neq; remisse tamen. Minimam quippe ueritatis cognitionem intemperati homines sortiuntur, summam & infinitam in seipso deus amplectitur, magnam uero & amplam uir temperans adipiscitur. Tantum igitur huius auri postulauit, quantum solus ferre uir temperans ualet. Hoc equidem esse aurum ignitum arbitror, quod emendum Ioan. in Apoc. præcepit.

PLATONIS ATHENIENSIS ALCIBIADES SECVNDVS, SIVE DE ORATIONE AD DEVM. *Sub perscrutationis specie.*

DIALOGI PERSONAE.

SÔCRATES. ALCIBIADES.

NVM ad deum orationem habiturus abis ô Alcibiade? ALC. Maxime ô Socrates. SOCR. Videris aliquanto tristior esse, & ad terram intueris, uelut qui aliquid tecū cogites. ALC. Et quid cogitare quis posset ô Socrates? SOC. Maximam profectò cogitationem ô Alcibiade, uelut mihi uidetur. Nam age per louem, non ne putas deos ea quæ & priuatim & publice precamur, partim dare, partim non: & quibusdam ipsorū dare, quibusdam non? ALC. Maximè. SOC. Non ne igitur multa prouidentia opus habere tibi uidetur, ut ne quis seipsum fallat magna precādo mala, quum bona precari se putet: dij uerò in eo habitu sint, in quo dant ipsi quæcunq; quis precatus fuerit? Quemadmodum Oedipum precatum esse ferunt, ut filij bona paterna ferro diuiderent: quum licuisset ipsi præsentium malorum auersionem aliquam precari, ad ea quæ iam aderāt, alia imprecatus est. Proinde & hæc facta sunt, & ex his alia multa ac horrēda, quę sigillatim recensere quid attinet? ALC. At tú quidē ô Socrates furiosum hominē produxisti. Nam quis sanus talia precari audere, tibi uideri possit. SOC. Furere igitur & sapere, contraria esse tibi uidentur. ALC. Maximè. SOC. Desipientes autem & sapiētes homines aliqui esse tibi uidentur? ALC. Esse omnino. SOCR. Age itaq; cōsideremus qui nam sint hi. Nam q̄ sint aliqui, concessum est, & decipientes, & sapientes, & alij furiosi. ALC. Cōcessum est. SOCRA. Insuper autem & sani sunt aliqui? ALC. Sunt. SOC. Num & ægrotātes alij? ALC. Maximè. SOC. Non ergo ijdem. ALC. Non sanè. SOCR. Num & alij quidam sunt, qui neutro horum modorū affecti sunt? ALC. Nequaquā. SOC. Necesse enim est hominē aut ægrotare, aut nō ægrotare. ALC. Mihi sanè uidetur. SOC. Quid uerò de sapiētia & desipiētia, num eandem sententiā habes? ALC. Quomodo dicis? SOC. Videtur tibi fieri posse, ut aut sapiens, aut desipiens sit aliquis, aut est aliqua tertia affectio intermedia, quæ neq; sapientem, neq; desipientem hominem facit? ALC. Non est. SOC. Necesse est igitur altero horū modorū affectum esse? ALC. Mihi sanè uidetur. SOC. Non ne memini, si te cōfessum esse, sapientiæ contrariū esse furorem? ALC. Ego utiq; memini. SOC. Non ne etiā nullam intermediā esse affectionem tertiam, quę hominē neq; sapientem, neq; desipientē facit? ALC. Cōfessus sum. SOC. Atqui duo contraria uni rei, quomodo esse possint? ALC. Nequaquā. SOC. Consequēs est igitur desipientiā & furorē idem esse. ALC. Apparet. SOC. Si igitur omnes desipiētes ô Alcibiade furere dixerimus, recte dixerimus. ALC. Etiā. SOC. Proinde si ex tuis coætaneis aliqui desipientes sunt, quemadmodū sunt, & etiā ex his qui seniores te sunt: age putas ne per louē, paucos in ciuitate esse sapiētes, multos autē desipientes, quos sanè tu furiosos uocas? ALC. Ego ita puto. SOC. Putas ne igitur nos satis tutos inter tot furiosos uersari, ita ut nec impetamur, nec feriamur, nec eorū quæ furiosi facere solent, iamdudū pœnas persoluerimus. At uide ô beate, an nō hæc ita se habēt. ALC. Quomodo cūq; hæc se habeāt ô Socrates, profecto

Oedipi precatio

Duo contraria una res non habet

fecto non ita se habere consequens est, ueluti ego putaui. SOC. Neq; mihi ita uidetur. Sed quo tandem modo uidendum est. ALC. At quo tandem dicis? SOC. Ego itaque tibi dicam: Putamúsne aliquos esse ægrotos, aut non? ALC. Maximè. SOC. Num necessarium esse tibi uidetur, ægrotantem podagra laborare, aut febri, aut lippitudine? aut non uidetur tibi etiā is qui nihil horum perpetiatur, alio morbo ægrotare? multi enim sunt, & non hi soli. ALC. Mihi ita uidetur. SOC. Omnis igitur lippitudo, tibi uidetur morbus esse? ALC. Etiam. SOC. Num etiam omnis morbus lippitudo? ALC. Non sanè mihi, ambigo tamen quid dicere debeam. SOC. At si mihi animum aduertis, duobus simul consideratibus, ferè inueniemus. ALC. At aduerto animum ô Socrates, pro meis uiribus. SOC. Nónne igitur concessum est à nobis, omnem lippitudinem morbum esse, morbū tamen omnē, non esse lippitudinem? ALC. Concessum est. SOC. Et recte sanè mihi uidetur concessum esse. Etenim febrientes omnes ægrotant, non tamen ægrotantes omnes febriunt, neq; podagra, neq; lippitudine, arbitror, laborant. Verū morbus est quicquid eiusmodi est, differre autem aiunt hi quos medicos uocamus, curationē ipsorum. Neq; enim omnes similes sunt, neq; similiter curant, sed iuxta suā ipsius uim unusquisq; morbi tamē omnes sunt: quemadmodū opifices quosdā esse putamus, aut nō ita? ALC. Maximè. SOC. Nónne sutores, & fabros lignarios, & statuarios, & alios q̄ plurimos, quos singulatim recensere quid attinet? Habent autem opificij partes distinctas, & omnes hi sunt opifices, non tamen hi qui omnes opifices sunt, fabri lignarij sunt, neq; sutores, neq; statuarij. ALC. Non sanè. SOC. Si igitur etiam desipientiam distinctam habēt, & qui quidem plurimam ipsius partem habent, eos furiosos uocamus: qui uerò paulo minorem, eos stolidos & attonitos. Qui uero gratiosissimis nominibus appellare uolunt, partim magnanimos, partim simplices, alij innocentes, & imperitos, & stupidos uocant. Inuenies autem & alia multa nomina, si quæras. Omnia uerò hæc desipientia sunt. Differunt autē uelut ars ab arte differre nobis uidebatur, & morbus à morbo. Aut quomodo tibi uidetur? ALC. Mihi quidem ita uidetur. SOC. Proinde ab hoc rursus superiora repetamus. Nam in principio sermonis dicebamus, considerandū esse quinam sint, & desipientes, & sapientes. Concessum enim est esse quosdam. nunquid? ALC. Etiam, concessum est. SOC. Num igitur hos sapientes esse putas, qui quæ facere & dicere oportet sciunt? ALC. Ego sanè. SOC. Desipientes aūt quos? Num eos qui neutra horū norunt? ALC. Hos. SOC. Qui igitur neutra horum norunt, & dicendo, & faciendo quę non oportet, seipsos fallent? ALC. Apparet. SOC. Ex horum itaq; hominum numero ô Alcibiade, etiam Oedipum esse dicebam. Inuenies autem & ex nostri temporis hominibus multos, nō ira percitos, uelut ille erat, neq; putantes mala sibijpsis precari, sed bona. Ille em̄ uelut neq; precabatur, neq; putabat. Sunt uerò aliqui qui contrario his modo afficiuntur. Equidē arbitror, si tibi appareret deus, ad quē precaturus abis, & interrogaret prius q̄ quicquam precareris, an satis futurum esset tibi, si ciuitatis Athenienſium tyrannus fias: si uerò hoc uile quiddam duceres, & nihil adeò magni, ille adijceret, etiam omnium Græcorum: si uerò adhuc te minus habere putare uideret, si non etiam totius Europæ tyrannidē tibi promitteret, & non solum hoc promitteret eadem die, te ita uolente ut omnes sentiant Alcibiaden Cliniæ filium tyrannum esse, te inquam arbitror cum ingenti gaudio abiturum esse, ut qui maxima bona adeptus esses. ALC. Ego quidem arbitror ô Socrates, etiam quemuis alium, siquidem eiusmodi ipsi contingant. SOC. At pro tua anima ac uita, neq; omnium Græcorum ac Barbarorum regionem ac tyrannidem, tibi contingere uelis? ALC. Haud arbitror ego. Qui enim id faciam, quū ipsis non usurus essem? SOCR. Quid uerò si male & nociue usurus esses, ne sic quidem? ALC. Nō sanè. SOC. Vides igitur non tutum esse, neq; ea quæ temere dantur suscipere, neq; quēquam ut ea contingant precari, si sanè quis propter hæc damnū passurus esset, aut omnino de uita discessurus. Multos autem recensere possem, qui tyrannide affectata, eamq; consequuti, uelut boni aliquid perpetraturi, propter tyrannidem insidias pertulerunt, & uitam amiserunt. Arbitror autem audiuisse te quædam heri ac nudius tertius facta, quum Archelaum Macedonum tyrannum amarus illius, qui tyrannidē non minus q̄ ille amatum amabat, occidit amatorem, sperans se tyrannum, & felicem uirum fore, & ubi iam tres aut quatuor dies tyrannidem obtinuisset, rursus ipse insidijs à quibusdam

Desipientiæ nomina gratiosa

Tyrannidis precatio

Temerariæ preces

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs structis occisus est. Vides autem & ex nostris ciuibus: hæc enim non ex alijs audi-
uimus, sed ipsi præsentes uidimus: quicunq; imperium militare iam affectarũt, & ipsum
consequuti sunt, partim etiam nunc ab hac ciuitate exules sunt, partim perierunt. Qui
uerò optimè rem gerere putati sunt, hi per multa pericula & metus pergressi, nõ solum
in hoc militari imperio, sed etiam ubi in ciuitatem suam reuersi sunt, à sycophantarum
calumnijs obsidionem perferentes, non minorem quàm ab hostibus, uitam transege-
runt, ut quidam ipsorum optent potius ab imperio alienos fuisse, quàm imperium ges-
sisse, quòd si & pericula & labores in utilitatem cessissent, ratio aliqua afferri posset: nũc
Filios nasci precari uerò penitus contrario modo se res habet. Inuenies etiam eodem modo quosdam qui
filios sibi nasci optarunt, & his natis ad calamitates ac mœrores maximos deuenerunt.
Et hi partim improbis perpetuò natis sibi filijs, totam uitam in mœrore consumpserũt,
partim probis liberis sibi natis, sed calamitatibus obiectis, ut ipsis priuati sint, nõ ad mi-
norem quàm illi infelicitatem deducti sunt, & qui maluissent illos non natos sibi quàm
natos esse. Attamen his & alijs multis huiusmodi, adeò clarè perspicuis, rarus inuentu
est, qui aut abstineat si illa dentur, aut precari desinat, si precatione assequi se posse spe-
ret. Plerique uerò neq; à tyrannide oblata, neq; à militari imperio, neq; à multis alijs ab-
stinerent, quæ tamen ubi adsunt, magis lædunt quàm prosunt. Imò etiam precando sibi
contingere optarint, si cui iam hæc non adsint. At ubi ad breue tempus obtinuerunt, a-
liquando priorem cantilenam recinunt, deprecantes ea quæ prius sunt precati. ego igi-
tur ambigo, ne reuera frustra ac falso homines incusent deos, dum ex illis mala sibi esse
dicunt, quum ipsi suis siue stultitijs, siue desipientijs dicere oportet, habeant grauiores
morte dolores. Et uidetur sanè ô Alcibiade, sapiens quispiam esse poeta ille, qui cũ stul-
tos quosdam amicos haberet, & ipsos facere & precari uideret, quę non meliora essent,
Precatio communis pro omnibus illis tamen uiderentur, in communi pro omnibus ipsis precatus est. Dicit autẽ in hunc
modum: O rex magne deum bona nobis, siue precamur, Seu non, des: contrà & mala
cuncta precantibus aufer. Mihi quidem bene & caute dicere uidetur poeta. Tu uerò si
quid in animo habes, quod ad hæc proferas, ne fileto. ALC. Difficile est ô Socrates, ad-
uersus probè dicta contradicere. Illud autem cogito, quantorum malorum causa sit ho-
Ignorantia malorum causa minibus ignorantia, quando quidem uelut apparet, propter hãc non intelligimus nos-
ipsos & facere, & quod extremũ est precari nobis ipsis pessima, quod nemo putare pos-
set, sed ad hoc sanè quiuis idoneum se esse putat, ut optima, & non pessima sibijpsi pre-
cetur. Hoc enim reuera execrationi cuidam, & non precationi simile esset. SOC. At for-
tassis optime Alcibiade dixerit aliquis uir, qui & te & me sapientior sit, nos non recte
dicere, qui ita temere ignorantiam uituperamus, si non apponamus quarũ illam rerum
dicamus: & quibus etiam habentibus quodam modo bonum est, quemadmodum illis
malum. ALC. Quomodo dicis? Est ne aliqua quæcunq; tandem res, quam quomodo
cunq; se habẽti melius sit ignorare, q̃ cognoscere? SOC. Mihi sanè uidetur, tibi uerò nõ.
ALC. Non certè per louem. SOC. At uerò neq; illud in te reprehendam, quòd tu uelis ti
bi erga matrem tuam perpetrata esse ea quæ de Oreste & Alcmæone tradũtur, & si qui
alij sunt, qui eadẽ quæ illi perpetrarũt. ALC. Bona uerba quæso per louem ô Socrates.
SOC. At nõ eum qui dicit, quòd tu non uelis tibi hęc perpetrata esse, bona uerba profer
re iubere te ô Alcibiade oportet, sed multo magis si quis contraria dicat, quandoquidẽ
horrendũ adeò facinus tibi esse uidetur, ut neq; ita temerè sit proferendũ. Arbitraris aũt
Orestẽ, si sapiens & gnarus fuisset, ut quod optimum ipsi esset faceret, horũ quippiam
perpetrare ausum fuisse? ALC. Non profectò. SOC. Neq; aliũ arbitror quenquam. ALC.
Optimi ignorantia Non utiq;. SOC. Malum ergo est uelut apparet, optimi ignorantia, & id quod optimũ
est ignorare. ALC. Mihi ita uidetur. SOCR. Nónne & illi, & alijs omnibus? ALC. Ita sen
tio. SOCR. Adhuc itaq; & hoc consideremus. Si tibi ita in mẽtem ueniat, ut melius hoc
esse dicas, ut tutorem & amicum Periclem occidas, & accepto pugione, ad fores ipsius
progressus, an intus sit quæras, ut qui illũ ipsum occidere uelis, & aliũ nullum. Illi uerò
ipsum intus esse dicant. Et non dico quòd tu aliquid horum facere uelis, uerũ an uide-
tur tibi, quod nihil prohibet, id quod optimũ est ignoranti, talem opinionẽ in mentem
Pessima putari omnia uenire posse, ut id quod pessimũ est aliquando optimũ esse putes. Aut nõ ita tibi uider.
ALC. Maximè. SOC. Si itaq; intro admissus, & illũ ipsum cõspicatus, nõ nosceres, & aliũ

quendã esse putares, nũ adhuc ipsum occidere auderes? ALC. Per Iouẽ nõ arbitror. SO.
Non enim quemuis occurrentẽ, sed illũ ipsum quẽ uolebas. Nunquid? ALC. Etiã. SOC.
Nónne etiam si sæpe rẽ aggredereris, semper aũt non nosceres Periclem, quãdo hoc fa-
cere uelles, nunquã ipsum inuaderes? ALC. Non sanè. SOC. Quid uerò putásne Orestẽ
unq; inuasurũ fuisse matrem si similiter nõ nouisset? ALC. Ego certe nõ puto. SOC. Nõ
enim ille quamlibet mulierẽ, neq; quamlibet matrẽ occidere statuerat, sed ipse suam ip-
sius matrem. ALC. Sunt hæc ut dicis. SOC. Ignorantia igitur talium rerũ melior est his
qui ita affecti sunt, & eiusmodi opiniones habent. ALC. Apparet. SOC. Vides igitur q̃ *Ignorantia quando bona*
est quarundam rerũ ignorantia, & quibus habentibus etiam quodam modo bonũ est,
& non malũ, quemadmodũ paulo antea tibi uidebatur? ALC. Videtur. SOC. Præterea si
uoles id quod inde sequitur considerare, quũ absurdũ sit, fortassis ita esse tibi uideri pos-
sit. ALC. Quid istud ô Socrates? SOCR. Quòd reliquarum scientiarũ possessio, ut ita di-
cam, siquis absq; optimi cognitione adeptus sit, raro quidem prodesse uidetur, sæpius *Scientiæ sine iudicio*
autem obesse ei qui illam habet. Considera autem rem hoc modo. Nónne necessariũ es-
se tibi uidetur, ubi quid facere aut dicere uoluerimus, oportere nos primum scire puta-
re, aut reuera hoc scire, quod expeditius aut dicere aut facere uelimus? ALC. Mihi sanè *Rhetorum of-*
uidetur. SOC. Proinde rhetores aut consulere scientes, aut scire se putantes, semper no- *ficium*
bis consulunt, alij de bello & pace, alij de murorum constructione, aut etiam de porti-
bus parandis. In summa quicquid unq; facit ciuitas aduersus ciuitatem, aut ipsa per seip
sam, hoc totum à rhetorum consilio proficiscitur. ALC. Vera dicis. SOC. Vide itaq; etiã
ea quæ ex his sequuntur, si potuero proferre. Vocásne aliquos sapiẽtes, & aliquos desi-
pientes? ALC. Ego sanè uoco. SOC. Nónne multos desipientes, paucos sapiẽtes? ALC.
Ita omnino. SOC. Nónne utroq;, respectum ad aliquid habens? ALC. Etiã. SOC. Num
eum qui huiusmodi quid cõsulere nouit, absq; hoc ut sciat utrũ melius sit, & quando me
lius sit, sapientẽ uocas? ALC. Non ita. SOC. Neq; arbitror eum qui bellum gerere nouit,
absq; hoc ut sciat, quando hoc melius sit, & tãto tempore, quanto melius sit. Nunquid?
ALC. Etiam. SOC. Neq; si quis aliquem occidere nouit, neq; si pecunias auferre, & à pa
tria exulẽ facere nouit, absq; hoc ut sciat, quando id melius, & quem ita tractare melius
sit? ALC. Minime. SOC. Quisquis igitur huiusmodi quid nouit, siquidem eius quod op *Optimi scientia*
timũ est affuerit scientia, hæc aũt eadẽ erat cũ ea quæ est eius quod utile est, nũquid? AL.
Etiam. SOCR. Hunc ipsum sapientem dicemus, & consiliarium idoneum tum sibijpsi,
tũ reipublicæ. Qui uerò nõ hoc præstat, uice uersa. aut quomodo tibi uidetur. ALC. Mi
hi quidem ita uidetur. SOC. Quid uerò si quis equitare, aut sagittare nouit, aut luctari,
aut pugil esse, aut aliquid ex reliquis certaminũ generibus, aut etiam aliud quid ex tali-
bus quæ arte nouimus, quo nomine appellas eum qui nouit id quod secundũ hanc ar-
tem melius sit? Nónne eũ qui secundũ equitandi artẽ id nouit equitẽ uocas? ALC. Ego
certè ita. SOCR. Eum uerò qui secundũ pugilũ artẽ, pugilem: eũ autem qui secundũ tibi
cinum artem, tibicinem: & reliqua sanè secundum hanc proportionem, aut alio aliquo
modo? ALC. Non alio, sed hoc modo. SOC. Videtúrne igitur tibi necessarium esse, ut is
qui de his aliquid nouit, etiam uir sapiens sit, aut multum abesse dicemus? ALC. Multũ
sanè per louem. SOC. Qualem igitur putas esse rempublicam sagittariorum bonorum,
& tibicinum, athletarum item, & reliquorum artificũ, ita tamen ut talibus ammixti sint
hi de quibus paulò antè diximus, qui & bellum gerere nouerunt, & occidere. Insuper
autem etiam uiri qui in republica uersantes magno inde spiritu inflati turgeant. Sin au-
tem omnes hi absque eius quod optimum est scientia, & absque eo qui nouit quando
melius sit singulis his uti, & ad quem? ALC. Vilem profectò ô Socrates. SOC. Hoc utiq;
diceres, si uideas unumquenq; ipsorum ambitioni uacantem, & plurimam reipublicæ
partem sibi id circo uendicantem, quo ipse præstantissimus sit, hoc est, in ipsa arte opti-
mus fiat: uerum in eo quod reipublicæ ac ipsi optimum sit, lõgè aberret, ut qui uelut pu
to, opinioni absq; intelligentia fidem habeat. His autem ita se habentibus, nónne recte *Resp. quæ sit turbata*
diximus, si talem rempublicam multa turbatione & iniquitate plenã esse dixerimus?
ALC. Recte per louem. SOCR. Nónne necessarium esse nobis uidebatur, oportere nos
primum scire putare, aut reuera hoc scire, quod expedite aut facere, aut dicere uelimus?
ALCIB. Videbatur. SOCR. Nónne si quis facit ea quæ nouit, aut nosse se putat, ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc sequitur ut commode & utiliter se habeat,& ad rempublicam,& ad seipsum? ALC. Quidni? SOC. Si uerò his contraria,neq; ad rempublicam,neq; ad seipsum? ALC. Non sanè. SOC. Quid uerò adhunc nunc eodem modo tibi uidetur,aut aliter? ALC. Nō aliter,sed hoc modo. SOC. Nónne dixisti te multos uocare desipientes, paucos aūt sapientes? ALC. Ego sanè. SOC. Nónne diximus rursus, multos ab eo quod optimū est aberrare, ut qui plerūq; uelut arbitror absq; intelligētia opinioni fidē habeāt? ALC. Diximus. *Vtile esse nescire* SOC. Conducit igitur multis,neq; quicquā scire,neq; se putare: siquidē magis conabuntur facere ea quæ sciūt,aut scire se putant. Hæc aūt facientes,plus damni q̄ utilitatis consequentur. ALC. Verissima sunt quæ dicis. SOC. Vides igitur cū dixi,q̄ reliquarū scientiarū possessio,si quis absq; optimi cognitione adeptus sit,raro quidē prodesse uidetur, sæpius aūt obesse ei qui illā habet: nónne reuera recte dicere uidebar? ALC. Et si nō tūc, at nunc mihi uidetur,ó Socrates. SOC. Oportet igitur & rempublicam, & animā,recte uiuere uolentem,hanc scientiā omnino acquirere,nō aliter quàm æger medicum,auriga qui tutò nauigare uolet,gubernatorē aliquē quærit,atq; hoc tanto magis, si animæ naui- uigium impetu feratur. Nam absq; hac scientia,aut circa pecunias acquirendas,aut corporis robur,aut etiam aliud quid eiusmodi,tāto maiora ab ipsis cōmitti peccata necesse est. Qui uerò multarū rerū cognitionē,& multarū artiū scientiā adeptus est,huius aut *Iudicio carere periculo sum* scientiæ expers est,& ab unaquaq; alia ducitur, nónne reuera merito multa tempestate uexabitur? ut qui absq; gubernatore in pelago uersetur, nō ad longum tempus uitā spectans. Quare etiā hic illud poetæ conuenire mihi uidetur, quod quendam accusans dicit,ita inquiens, Multa quidē nouit,uerū male is omnia nouit. ALC. Et quinā conuenit illud poetæ ô Socrates? mihi enim nihil omnino ad rē dixisse uidetur. SOC. Imò ualde ad rem propositam. Verum & hic,& alij ferè omnes poetæ, per ænigmata loquūtur. & est uniuersa poetica ex natura ænigmatis obscurata, nec cuiusuis uiri est cognoscere. Ad hoc uerò quòd ex natura talis est,si prehenderit hominem inuidum,& qui indicare nobis nolit,sed suam sapientiam quàm maxime occultare, mirum in modum res cogni tu difficilis apparet,quidnam singuli poetæ uelint. Non enim profectò Homerum sapientissimū ac diuinissimū poetā ignorare putas,q̄ fieri nō possit ut quis male sciat. Ille *Margites Homeri* eñ est qui dicit Margiten multa quidē nosse, male uerò dicit ipsum omnia nosse. Verū per ænigmata insinuat arbitror,male ponens pro malo: & nouit,pro nosse. Quod igitur hinc componitur,extra quidem metri rationem est: quod uerò uult, hoc est, quòd multa quidem nouit, sed malum erat ipsi hæc omnia nosse. Manifestum igitur est, quòd malum ipsi erat multa scire,utilis quispiam fuerit, siquidem antea relatis uerbis fidem habere oportet. ALC. At mihi sanè uidetur ô Socrates,alioqui difficulter alijs quibusdam uerbis fidem haberem,si his illam derogarem. SOC. Et recte quidem tibi uidetur. ALC. Rursus sanè mihi uidetur. SOC. At age per louem. Vides equidem quanta & qualis sit ambiguitas. & huius etiam tu particeps fuisse mihi uideris. Nam sursum & deorsum mutata sententia,nulla parte quiescis, sed quod uel maxime tibi usum fuerit,hoc etiā rursus reijcis,& non amplius tibi eodem modo uidetur. Si igitur tibi etiam nunc appareret deus,ad quem precaturus abis, & interrogaret priusquam quicquam precareris, ān fatis futurum esset tibi,si contingant illa, de quibus etiam ab initio dicebamus: aut si etiā tibijpsi permitteres,ut precareris: quidnam putas, aut de his quæ ab illo offerruntur,tibi accipiendum esse,aut ut contingat,tibijpsi precandum esse, quo id quod opportunum est consequaris? ALC. At per deos,ego nihil habeo quod dicam ô Socrates. Verum ho *Precationis periculum* lidum quid esse mihi uidetur,& reuera multa cautione dignum,ut ne quis nō intelligat se precari mala,dum bona illa esse putat. Deinde ubi ad modicū tempus obtinuit,quod etiam tu dicebas,priorem cantilenā recinat,deprecās ea quæ prius fuit precatus. SOC. Nónne igitur plura q̄ nos sciens poeta ille,cuius etiam ab initio mentionem feci, mala etiam à precantibus auferre iussit? ALC. Mihi quidem uidetur. SOC. Hunc itaq; poetā *Precatio Lacedæmoniorum* ô Alcibiade,etiam Lacedæmonij imitati,siue etiam ipsi speculati,& priuatim,& publice semper consimilem precationem faciunt,honesta cū bonis deos dare sibijpsis tubentes. Nemo uerò illos amplius quid precantes audierit. Proinde ad hæc usque tempora homines illi nullis minus sunt felices. Si uerò contigit ipsis,ut non in omnibus succesum senserint, at non propter illorum precationem contigit, Nam in dijs situm est, arbitror,

bitror,ut dent & quæ quis precetur, & his contraria. Volo autē tibi etiam aliud quiddam denarrare,quod aliquādo à quibusdam senioribus audiui. Quum Athenienses & Lacedæmonij inter se dissentirent,cōtigit semper ciuitati nostræ,ut & in terra,& in mari,quū præsium cōmitteret,infeliciter rem gereret,& nunquam superiores euadere possent. Athenienses igitur rem indignè ferentes,& quanam arte præsentium malorum auersionem reperirent ambigentes, consilio inito optimum esse decreuerunt, ut legatis ad Ammonem missis,ex illo discerent. Et ad hæc insuper, qua de causa dei Lacedæmonijs magis quàm ipsis uictoriam darent,quum tamē ipsi plurima & de Græcis pulcherrima sacrificia,eadēq; optima facerent,& templa ipsorū donarijs præ omnibus alijs exornarent,& pompas quotannis sumptuosissimas ac augustissimas dijs ducerent,& pecunias persoluerent,quantas neq; uniuersi alij Græci: quum Lacedæmonij uice uersa nihil horum unquam curæ fuerit,sed ita parcè erga deos affecti sint,ut semper animalia mutila sacrificent,& in alijs omnibus,non paulo defectuosiorē quàm ipsi cultum præstent,etiam si diuitias non pauciores quàm ipsorum ciuitas possiderent. Postquam uerò & hæc legati dixissent,& percūctati essent,quid facere ipsos oporteret,ut præsentiū malorum depulsionē reperirent, prophetam aliud nihil respondisse dicunt,deo nimirum nō permittente,sed accitis legatis dixisse. Hæc dicit Ammon Athenienſibus, Male sibi cōtingere Lacedæmoniorum bona uerba,quàm uniuersa Græcorum sacrificia. *Bona uerba precationis* Tot sanè uerbis usum fuisse,neq; quicquā amplius addidisse. Bona itaq; uerba,non alia aliqua dixisse uidetur mihi deus,quàm ipsorū precationem. Nam reuera hæc multum ab alijs differt. Reliqui enim Græci partim auratis cornibus boues offerentes,partim donaria deis dicantes,precantur quæcūq; tandē ea fuerint,siue bona,siue mala. Quum igitur dei ipsos execranda precantes audiunt,sumptuosas illas pompas ac sacrificia nō suscipiunt. Quapropter multa cautione ac consideratione opus habet,quidnam sit petendum, & quid non. Reperies autem & apud Homerum alia similia his relata. Dicit enim Troianos dum suburbium exstruerent, sacrificasse dijs immortalibus perfectas hecatombas. Nidorem autem ex campo iucundum tulisse uentos in cœlum usq;. Verum dijs beatis illum non placuisse,neq; talia eos expetere. Valde enim odio habebant sacrum Ilium,& Priamū,& bellicosum Priami populū. Quare nihil operæprecij ipsis edi est,uelut arbitror, deorum natura,ut muneribus ducatur,quemadmodum improbus fœnerator. Quare etiam nos stolidum sermonem proferimus,si propter munera ac sacrificia,Lacedæmonijs præstantiores haberi uolumus. Indigna enim res esset, si ad *Sacrificiū deo acceptū animæ sancta & iusta* munera & sacrificia nostra respicerent dei,& non ad animam. nam siquis sanctus & iustus sit,hoc multo magis respiciunt,arbitror,q̄ ad sumptuosas has pompas ac sacrificia, quę nihil prohibet eos qui multū & in deos,& in homines peccarūt, tum priuatos homines,tum respublicas,singulis annis perficere. At illi munera non spectantes, omnes hos contemnūt,quemadmodū deus & deorum propheta dicit. Proinde cōsentaneum est,& apud deos & apud homines sana mente prędditos,tum iustitiam,tum sapientiam, præcipue in honore esse. Sapiētes autem & iusti non alij sunt,quàm qui sciunt quæ face *Sapientes qui sint.* re & dicere,& ad deos & ad homines oportet. Cupiam uerò etiam ex te audire, quid ad hæc ipse in mente habeas ac sentias. ALC. At mihi quidem non aliter sanè uidetur quàm tibi & deo. Neque enim fas esset,me à deo dissentire. SOCR. Num igitur memini te quòd in multa hæsitatione constitutus fueris, ut ne ipse non intelligeres precari te mala,dum bona illa esse putes. ALC. Ego sanè memini. SOCR. Vides igitur non tutum esse tibi,ut ad deum precaturus abeas,ut ne si ita contingat, execranda petentem te audiens,nihil huius sacrificij suscipiat. fortassis autem etiam aliud quid consequaris. Mihi quidem igitur optimū esse uidetur quietem agere. Nam Lacedæmonio rum precatione, propter magnanimitatem (hoc enim pulcherrimum nomen est inter ea quibus desipientia indicatur) non arbitror te uti uelle. Expectare igitur necesse est, donec quis discat, quomodo & ad deos & ad homines, affectum esse oporteat. ALC. Quando igitur aderit hoc tempus ô Socrates,& quis erit qui doceat? Libentissime enim uideam hunc hominē quis sit. SOC. Hic quidam est qui tui curā gerit. Verum mihi uidetur,quemadmodum dicit Homerus, Mineruam Diomedi caliginem de oculis

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis absterſiſſe, quo bene & deum & hominem cognoſceret: ita & ab anima tua primum caliginem, quæ nũc adeſt, abſtergere oportere, & tunc adhibere ea, per quæ cognoſcere poſſis & malum & bonũ. Nunc enim nõ poſſe mihi uideris. ALC. Auferat ſiue caligi nem, ſiue aliud quid uolet. Nam ego paratus ſum nihil ſubterfugere eorum quæ ab illo imperant, quiſquis tandẽ ſit homo, ſi modo melior ſim futurus. SOC. At uerò etiam ille admirandã erga te põptitudinẽ habet. ALC. In id itaq; tẽpus etiã ſacrificiũ differre opti mũ eſſe mihi uideẽ. SOC. Et recte tibi uideẽ. Tutius enim eſt q̃ tantũ periculũ incurre re. ALC. Ita eſt ô Socrates. Et quia bene mihi cõſuluiſſe uideris, hanc coronã tibi impo nã. Dijs aũt & coronas, & alia omnia ex recepto more tũc dabimus, ubi illam diẽ adue niſſe uidero. Veniet autẽ non ita poſt longũ tempus, his uolentib. SOC. At ego & hoc accipio, & ſi quid aliud à te datũ, & à me ſuſceptũ eſt, libenter id uideo. Quemadmodũ autẽ Creon apud Euripidem cõſpicatus Tireſiam coronas habẽtem, & audiens ab ho ſtibus primitias ipſum accepiſſe propter artẽ, auguriũ, inquit, duxi victoriales coronas: In fluctuatione enim cõſtituti ſumus uelut noſti. Sic etiam ego hanc à te datæ coronæ gloriam, auguriũ eſſe duco. Puto autem me non in minore fluctuatione quàm Creon fuit, eſſe: & optarim amatorum tuorum victor euadere.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN HIPPARCHUM PLATONIS.

PROPOSITVM Platonis in Hipparcho eſt docere nos, omnes homines bonum appetere, cum & illi qui propter auaritiam aberrare uidentur, bonum appetant. Illi ſiquidem lucri cupidi ſunt, lucrum utile eſt, utile uero bonum: bonum itaq; cupiunt. Etenim lucrũ damno contrariũ. Damnum uero cum obſit, malum: malo igitur contrariũ. Contrarium malo, bonum: lucrum ergo bonum. Quamrem cum illi etiam, qui ab appetitu boni declinare uidentur, bonum cupiant, nihil tam repugnat quo minus omnes homines bonum appetant. Bonum autem duplex. Vnum finis. Ad finem alterum. Illud propter ſeipſum, hoc propter aliud expetendũ. Illius appetitio uoluntas, huius electio. Illud uenerandũ, hoc utile. Illo fruimur, hoc utimur. Illius adeptio beatitudo, huius lucrũ uocatur. Lucrũ igitur eſt boni utilis acquiſitio, quod ad uenerandi boni conſecutionem conducere poteſt. Quod uero ad hoc nõ confert, nec ipſum utile eſt, nec eius adeptio lucrũ. Laudanda igitur lucri cupiditas, quæ omnibus natura ineſt. Vituperanda autẽ opinio falſa, quæ dum quod uera utile & lucrum eſt, ignorat, appetitũ naturæ ad aduerſa retorquet. Hæc omnia Plato latẽter docet, dum Socrates definitiones falſas, quas Hipparchus de lucri cupiditate refert, & inducẽdo & ratiocinãdo refellit. Vtitur autẽ Plato hac propoſitione. Omnes homines bonũ appetunt, tanquam manifeſta, ad concludendũ quod omnes natura lucrũ appetunt, quodq; hæc appetitio naturalis laudanda eſt. Hæc autẽ eſt concluſio quam modo quodam directo Socrates tribus argumentandi modis infert, id eſt, exemplo, inductione, ratiocinatione. Sed modo quodam conuerſo ex omni hac diſputatione per argumentationem à minori colligimus propoſitionem illam maxime confirmatam, Omnes ſcilicet homines bonum appetunt, quæ huius libri finis ultimus eſt, cum primus finis ſit oſtendere, omnes lucri cupidos eſſe, neq; id eſſe uituperandum.

PLATONIS ATHENIENSIS HIPPARCHVS, SIVE LVCRI STVDIOSVS. *Moralis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. HIPPARCHVS.

Lucri ſtudioſi impudentes

QVID eſt lucri ſtudium, quid tandem eſt? & qui ſunt lucri ſtudioſi? HIP. Mihi quidem eſſe uidẽtur hi, qui ex rebus nullius precij lucri cupiũt. SOC. Num ſcientes eſſe tibi uidẽtur, q̃ nullius precij ſint illæ, aut ignorantes? Si enim ignorantes ſunt, dementes dicis lucri ſtudioſos. HIP. At nõ dementes dico, ſed uerſutos, et improbos, & lucro inferiores, qui ſciũt q̃ nullius precij ſint ea ex quib. lucrari audẽt. SOC. Nũ dent, & tamẽ propter impudentiã lucrũ amplecti audẽt. SOC. Nũ talẽ dicis lucri ſtudioſum, uelut ſi agricola plantãs, & ſciẽs nullius precij

precij plantam eſſe, cupiat tamen ex hac enata lucrari, nũ talẽ ipſum dicis? HIP. Ex quauis re putat lucri ſtudioſus ô Socrates, lucrari oportere. SOC. Non mihi ita temere, uelut qui ab aliquo iniuria affectus ſis, ſed mentem mihi aduertens reſponde, quemadmodum ſi ab initio rurſus interrogem. Nonne confiteris lucri ſtudioſum ſcientem eſſe precij eius rei, unde lucrari cupit? HIP. Ego ſanè confiteor. SOC. Quis igitur eſt qui nouit plantarum precij, in quali & regione, & tempore, pro dignitate plantari oporteat, quo etiam nos aliquid ſapientium illorum uerborum eiſciamus, quorum elegantia inſignes illi cauſidici ſe uenditant. HIP. Ego quidem agricolam eſſe arbitror. SOC. Eũ igitur qui dignus eſt ut lucretur, aliud dicis putare, quàm lucrari oportere? HIP. Hoc dico. SOC. Ne itaq; decipere coneris me uirũ ſeniorẽ iam, cum tu ita iuuenis ſis, reſpondẽdo uelut nunc ea quæ neq; ipſe putas. Sed reuera ſiquidem ita eſt, an aliquem agricolam eſſe putas, qui ſciat quòd nullius precij ſit plantare plantam, & putet tamen ex hac ſe lucrarie? HIP. Per Iouem ego non puto. SOC. Quid uerò equitem qui ſciat quòd pabulum nulli us precij equo præbeat, ignorare ipſum putas, quòd equum perdit? HIP. Nõ ſanè ego. SOC. Non ergo putat ab hoc nullius precij pabulo ſe lucrari. HIP. Non. SOC. Quid uerò gubernatorem qui gubernacula & uela nullius precij ad nauem parauit, ignorare putas quòd damnum incurret, & periclitabitur ut & ipſe pereat, & nauẽ perdat, eaq; quæ uehit omnia? HIP. Non equidem puto. SOC. Non ergo putat ſe lucrari ex his nullius precij inſtrumentis. HIP. Non ſanè. SOC. At exercitus dux qui ſcit exercitum arma nullius precij habere, ex his ſe lucrari putat, & lucrari cupit? HIP. Nequaquàm. SOC. At tibicen qui tibias nullius precij habeat, aut citharœdus lyram, aut ſagittarius arcum, aut in ſumma alius quicunq; opifex, aut rei cuiuſuis peritus, inſtrumenta aut aliam quamcunq; ſuppellectilem nullius precij habeat, ex his ſe lucrari putat? HIP. Non apparet. SOC. Quos igitur tandem dicis lucri ſtudioſos? Non enim hi quos recẽſuimus, qui nullius precij illa eſſe ſciunt, ex his lucrari oportere putãt. HIP. At hoc modo uelut tu ô admirande dicis, nullus homo lucri ſtudioſus eſt. uerum ego hos lucri ſtudioſos eſſe, dicere uolo, qui præ inexplebili auiditate etiam ualde parua, & exigui ac nullius precij immodice appetunt, & inde lucrum quærunt. SOC. Non tamen ô optime hi ſciunt, quòd illa nullius precij ſint. eò enim iam noſipſos adegimus, ut fieri nõ poſſe dixerimus. HIP. Mihi ſanè uidetur. SOC. Si igitur non ſciunt, certũ eſt quòd ignorant, uerum putant ea quæ nullius ſunt, multi precij eſſe. HIP. Apparet. SOC. At lucri ſtudioſi amant lucrum? HIP. Etiam. SOC. Lucrum autem dicis cõtrarium damno? HIP. Ego ſanè. SOC. Eſt'ne igitur quis cui bonum ſit damno affici? HIP. Nemo eſt. SOC. At malum eſt damno affici? HIP. Etiam. SOC. Læduntur ergo homines à damno? HIP. Læduntur. SOC. Malum ergo eſt damnum? HIP. Etiam. SOC. Contrarium autem damno eſt lucrũ? HIP. Contrarium. SOC. Bonum igitur eſt lucrum? HIP. Etiam. SOC. Eos igitur qui bonũ amant, uocas lucri ſtudioſos. HIP. Videtur. SOC. Non aũt inſanos dicis ô amice lucri ſtudioſos? at tu ipſe utrum amas quod bonum fuerit: aut non amas? HIP. Ego ſanè amo. SOC. Eſt'ne bonum quicquam quod non amas, ſed malum? HIP. Per Iouem ego non. SOC. At omnia bona fortaſſis amas? HIP. Etiam. SOC. Interroga ſanè etiam me, an non & ego. Fatebor enim & ego tibi amare me bona. Imo ſupra me & te alij omnes homines nonne uidentur tibi amare bona, & odio habere mala? HIP. Mihi ſanè uidetur. SOC. At lucrum bonum eſſe cõfeſſi ſumus? HIP. Etiam. SOC. Omnes igitur lucri ſtudioſi uidẽtur hoc modo. quo uerò prius dicebamus, nullus erat lucri ſtudioſus. Vtra igitur ratione quis utatur, ut non aberret? HIP. Si quis ô Socrates recte accipiat lucri ſtudioſum, recte arbitror eũ lucri ſtudioſum putabit, qui in his ſtudiũ ponit, & ab ipſis lucrari cupit, à quibus boni uiri lucrari non audent. SOC. At uides ô ſuauiſſime, q̃ iam confeſſi ſumus, lucrari eſſe utilitatem capere? HIP. Quid tũ poſtea? SOC. Quòd etiã hoc ipſum inſuper confeſſi ſumus, omnes & ſemper bona uelle. HIP. Etiã. SOC. Nónne etiã boni uiri omnia lucra habere uolũt: ſiquidẽ bona ſunt? HIP. Non tamen ea lucra ô Socrates, à quib. lędi poſſint. SOC. Lædi uerò dicis damno affici, aut aliud quid? HIP. Nõ aliud, ſed damno affici dico. SOC. A lucro igitur homines lædũtur, aut à damno? HIP. Ab utriſq. Nã & à damno lædũtur, & à malo lucro. SOC. Nũ uideẽ tibi res aliqua utilis & bona, mala eſſe? HIP. Non ſanè mihi. SOC. Nónne paulo antè cõfeſſi ſumus lucrũ damno, qd̃ malum

Cauſi dicorum in uerbis affectata elegantia

Lucrum damno contrarium

Lucrum eſſe bonum

Bona amant omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

malum est, contrarium esse? HIP. Fateor. SOC. Contrarium autem quod est malo, bonum esse? HIP. Confessi sumus. SOC. Vides igitur quòd decipere me conaris, de industria dicens contraria his quæ paulo antea confessi sumus? HIP. Non per louem ô Socrates, sed uice uersa tu me decipis, & haud scio quò me in sermonibus sursum ac deorsum uertis. SOC. Bona uerba quæso. Neq; enim recte facerem si bono ac sapienti uiro non obedirem. HIP. Cui uerò, & quánam maxime in re? SOC. Ciui & meo & tuo Pisistrati in Philædone filio Hipparcho, qui inter Pisistratí filios natu maximus & sapientissimus erat, & tum alia multa præclara sapientiæ opera perpetrauit, tum Homeri scripta primus in hanc terram intulit, & rhapsodos in Panathenæis illa memoriter ex ordine recitare coegit, id quod etiam nunc illi faciunt. Et missa quinquaginta remorum naui, Anacreontem Teium in ciuitatem hanc inuexit. Simoniden autem Ceum magna mercede & muneribus persuasum, semper apud se habuit. Hæc autem faciebat, ciuibus persuasum esse uolēs, se optimis imperare cupere, ut qui & honestus & bonus uir esset, neq; ulli sapientiam inuidere oporteret putaret. Postquam uerò ciues in urbe tam ab ipso eruditi essent, & ob sapientiam ipsum admirarentur, consilium iniuit de his qui in agris degerent erudiendis, & Mercuriales statuas in medio ciuitatis, & singularum tribum ipsis constituit. Et postea præ sapientia sua, & quam didicit, & quā ipse inuenit, electis his quæ sapientissima esse iudicabat, ea elegiacis uersibus complexus, poemata & sapientiæ suæ documenta inscripsit, quo primum quidem sapiētia illa dicta in Delphis scripta, ciues ipsius non ita admirarentur, nimirum Nosce teipsum, & Nihil nimis, & alia huiusmodi: sed Hipparchi uerba magis sapientia ducerent. Deinde sursum ac deorsum prætereuntes, & legentes, & sapientiæ ipsius gustum accipientes, ex agris ad reliqua discenda abirent. Sunt autem epigrammata duo inscripta, in sinistra quidem parte uniuscuiusq; columnæ inscriptus est Mercurius qui dicit, quòd in medio ciuitatis & populi consistat: In dextra uerò dicit: Admonet Hipparchus, iusta tenere uelis. Sunt autē ex poematis alia in alijs statuis multa ac bona inscripta. Est uero & hoc in uia Steriaca expressum: Admonet Hipparchus ex omni parte cauendum, Ne quis amicum aufert decipere improbior. Ego igitur te amicum mihi decipere non sanè audeam, & illi qui talis uir fuit fidem non habere: quo etiam mortuo, Athenienses à fratre ipsius Hippia tribus annis tyrannidem pertulerūt. & profectò ab omnibus ueteribus audiuisti, quòd per solos hos annos tyrannis Athenis fuerit. Reliquo uerò tempore Athenienses uelut Saturno regnante uixerunt. Dicitur autem à syncerioribus hominibus etiā mors ipsius nō ea quę uulgo putatur causa cōtigisse, propter sororis uidelicet Harmodij, à canistro deferendo in Panathenaicis per illum prohibitæ, ignominiā. Nā hęc leuis sanè esset. Verum Harmodium fuisse amatum Aristogitonis, & ab illo esse eruditum. Magnopere uerò sibi placebat etiam Aristogiton ob id quòd illum erudiret, & aduersarium esse ducebat Hipparchum. Eo uerò tempore ipsum Harmodium amasse quendam iuuenem generosum ac formosum, & referunt etiā ipsius nomen sed ego non satis memini. Eum igitur adolescentem aliquandiu quidem admiratum esse Harmodium & Aristogitonem uelut sapientes. Postea uerò ubi consuetudinem cum Hipparcho haberet, illos contempsisse. Atq; ob hanc ignominiam illos indignatos, ita Hipparchum occidisse. HIP. Videris itaq; ô Socrates, aut me non amicum putare, aut si amicū putas, Hipparcho fidem non habere. Nam quòd tu me non decipias, haud scio quo modo in tuis sermonibus, persuaderi non possum. SOC. At uerò quemadmodum si talis ludam, uolo tibi in sermonibus repetere quicquid ex relatis uoles, ut ne te deceptum esse putes. Num igitur hoc tibi repetam, quòd non omnes homines bona appetant? HIP. Non mihi. SOCR. At quòd damno affici, & damnum non sit malum? HIP. Non mihi. SOCR. At quòd lucrum & lucrari, non sit contrarium damno, & damno affici. HIP. Neque hoc. SOC. At quòd quum contrarium sit malo, non est bonum lucrari? HIP. Neque totum hoc mihi repetas ac retractes. SOC. Videtur ergo tibi uelut ueri simile est, lucrum aliud esse bonū, aliud malum? HIP. Mihi sanè uidetur. SOC. Recantabo itaq; tibi hoc. Sit sanè lucrum aliquod bonum, aliud malum: attamen nihilo magis est lucrum id quod bonum est, quàm id quod malum est. Nunquid? HIP. Quomodo me interrogas? SOCR. Ego tibi narrabo. Cibúsne quidam bonus est, & quidam malus? HIP. Etiam. SOC. Nū igitur alter

Deceptio mutua

Homeri scripta

Anacreon Simonides

Mercuriales statuæ

Delphica scripta

Hippiæ tyrannis

Hipparchi cædis causa

Lucrum bonū & malum

Cibus bonus et malus

ter ipsorum magis cibus est, aut similiter ambo cibi sunt? & eatenus alter ab altero nihil differt, quatenus cibi sunt: uerum quatenus alter ipsorū bonus est, alter malus. HIP. Etiam. SOC. Non'ne & potus, & reliquæ omnes res quæ eædem sunt, partim bonæ sunt, partim malæ: & eatenus nihil differt altera ab altera, quatenus eædem sunt. Quemadmodū sanè homo, alius bonus est, alius malus? HIP. Etiam. SOC. At neuter altero arbitror neq; magis neq; minus homo est, neq; bonus magis quàm malus, neq; malus magis quàm bonus. HIP. Vera dicis. SOC. Non'ne sic etiam de lucro sentiemus, q̄ lucrum similiter & bonum est & malum? HIP. Necesse est. SOC. Nihil igitur magis lucratur is qui bonum lucrum habet, quàm is qui malum. Et neutrum sanè magis lucrum esse apparet, uelut confitemur. HIP. Etiam. SOCR. Neutri enim ipsorum neq; magis neq; minus adest. HIP. Non sanè. SOC. Tali itaq; re, cui neutrum horum adest, quomodo quis magis aut minus aliquid facere aut pati possit? HIP. Fieri non potest. SOC. Quādoquidem igitur lucra quidē similiter sunt ambo, itemq; lucrosa, hoc insuper considerare nos oportet. Cur'nam ambo ipsa lucrum uocas, & quid sit id quod idem in utrisq; uideris. Quemadmodum si tu me interrogares, Cur'nam & bonum cibum, & malum cibum, similiter utrosq; cibos uocem, dixerim utiq; tibi ideo, q̄ ambo siccum sunt corporis alimentum. Propterea sanè ego dicerem. Hoc enim esse cibū, etiam tu nobis negare non possis. Nunquid? HIP. Ego sanè fateor. SOC. Et de potu idem fuerit responsionis modus, quòd humido corporis alimento, siue bonum siue malum sit, hoc nomen est, & reliquis eodem modo. Conare igitur & tu me ita respondentem imitari. Bonum lucrum, & malum lucrum, lucrum utrūq; esse dicis, quidnam quod idem sit in ijsdem uideris, q̄ etiam hoc lucrum est. Si uerò rursus ipse quod respondeas non habes, at me dicentem considera. Num lucrum uocas omnē rem quā quis acquisierit, aut nullo sumptu facto, aut minore impēsa facta plus accipiat? HIP. Ego profectò hoc lucrū uocādū esse puto. SOC. Nū & talia lucrū uocas, uelut si quis nullo sumptu facto cōuiuio exceptus sit, sed laute cōuiuatus morbū acquisierit? HIP. Per louē non ego. SOC. At sanitatē ex conuiuio adeptus, lucrum'ne acquisierit, aut damnū? HIP. Lucrū. SOC. Non igitur hoc est lucrū quācunq; rem acquirere. HIP. Non certe. SOC. Nū igitur siue malū siue bonū quod cunque quis acquisierit, non lucrum acquisierit? HIPP. Apparet, si bonum acquisierit. SOC. Si uerò malum, non damnum acquiret? HIP. Mihi ita uidetur. SOCR. Vides igitur quòd rursus in idem sermo decurrit. Et lucrum quidem bonum esse apparet, damnum autem malum? HIP. Ambiguus sum ego quid dicam. SOCR. Non immerito ambiguus tu es. Verum adhuc etiam hoc responde. Si quis minore impendio facto, plus acquirat, lucrum hoc esse dicis? HIP. Non sanè malum dico. Sed si auri & argenti minore impendio facto plus accipiat. SOC. Et ego de hoc interrogabo. Age enim si quis libræ auri dimidiæ impensa facta, duplum argenti accipiat, lucrum aut damnum accipit? HIP. Damnum profectò ô Socrates. Nam pro duodecuplo duplum ipsi redditur aurum. SOC. Atqui plus accepit, aut non plus est duplum dimidio? HIP. Non argentum auro, quod ad æstimationem ac precium attinet. SOCR. Oportet ergo uelut apparet, lucro hoc adesse, precium uidelicet & æstimationem. nunc itaq; argentum quidem etiam si plus sit quàm aurum, tamen eiusdem æstimationis non esse dicis. Aurum uerò etiamsi minus sit, æstimationem habere asseris. HIP. Maximè. Ita enim res se habet. SOCRA. Quod igitur æstimationem habet, lucrosum est, siue paruū fuerit, siue magnum. quod uerò non habet, minime lucrosum est. HIP. Etiam. SOC. Quod uerò æstimationem habet, dignum'ne esse dicis alia re quàm ut acquiratur? HIP. Vt acquiratur. SOC. Quid uerò rursus dicis dignum ut acquiratur, id quod inutile est, aut quod utile? HIP. Quod utile est. SOC. Vtile igitur bonum est. HIP. Etiam. SOC. Non'ne igitur ô fortissime omnium, iam rursus tertio ac quarto à nobis cōfessio facta est lucrum esse bonum? HIP. Ita apparet. SOC. Meministi igitur unde nobis hic sermo initium cœpit. HIP. Arbitror. SOC. Sin minus, ego in memoriam reuocabo, non'ne mecum cōtendisti, bonos non omnia lucra uelle lucrari, sed bona lucra, mala uerò nō? HIP. Etiam. SOC. Non'ne omnia lucra & parua & magna, bona esse, ratio nos fateri coegit? HIP. Coegit utique ô Socrates, magis me quàm persuasit. SOCR. At fortassis postea etiam persuaserit. Nunc uerò siue persuasus es, siue quomodocunq; affectus es, consentis tamen nobiscum, om-

Potus humidū corporis alimentum

Auri & argenti precium

Lucrum iuxta æstimationem rerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia lucra & parua & magna bona esse. HIP. Fateor. SOC. Bonos autem homines omnes omnia bona uelle fateris: nunquid? HIP. Fateor. SOC. At malos dixisti & parua & magna lucra amare. HIP. Dixi. SOC. Proinde iuxta tuum adeò sermonem omnes homines tum boni tum mali, lucri studiosi fuerint. HIP. Apparet. Non igitur recte exprobrat, si quis alicui quòd lucri studiosus sit exprobrat, nam & is qui hæc exprobrat, ipse quoq; talis est.

Omnes lucri studiosi sunt

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI *in Platonis De philosophia, seu Amatores.*

SVMMA huius dialogi est, quid sit & quale officium philosophi definire. Est autem philosophi officium, diuina nosse, gubernare humana: in illo contemplatiua philosophia, in hoc actiua comprehenditur. Philosophus itaq; primo diuinam, id est absolutam ipsius boni naturam per sapientiam contemplatur. Deinde ad id bonum uelut ad finem humanas operationes dirigens humana gubernat. Hæc autem gubernatio duo requirit. Primum, ut quid humana natura sit, & quo pacto ducatur ad bonum, à malo remoueatur, cognoscat, quod quidem per prudentiam philosophus agit. Alterum, ut sic instituat hominum & affectus & actus, sic temperet atq; cohibeat, ut ad bonum quod sapientia ipsa inuenerat, & ad quod prudentia deinde direxerat, facile tendant. Id uero per morales uirtutes efficitur, quas omnes uno iustitiæ nomine Plato complectitur. Atq; ex ijs duobus humanorum gubernatio constat. Eiusdem autem est scire recte hominem unum, familiam, ac remp. publicam gubernare. Quamobrem qui moralis est, idem dominus, ciuilis, rex idoneus esset. Ex quibus cõcluditur in ipso philosophantis officio hæc omnia contineri, sapientiam, prudentiam, iustitiam, moralem, domesticam, ciuilem, ac regiam disciplinam. Per sapientiam diuina cognoscit, per prudentiam iustitiamq; humana gubernat, dum rem suam, rem familiarem, rempublicam administrat. Eiusmodi est philosophi ipsius officium, quod Plato in libris de republica latius explicat, in hoc significat breuius. Ac primo duas aliorum opiniones circa philosophi officium confutat. Prima uidetur uel Solonis fuisse uel similis alicuius, dicentis id esse quàplurima discere: secũda Hippiæ sophistæ uolentis philosophiam artium omnium peritiam esse. His deniq; confutatis, sententiam quam prædiximus, breuiter innuit. Socrates ergo fingitur hæc in scholis Dionysii, qui grammaticæ elementa Platoni tradidit, aduersus discipulos duos Dionysii disputasse: deinde quæ in scholis tractauerat, in corona familiarium suorum à principio recensere.

Quæ insint in philosophantis officio

PLATONIS ATHENIENSIS AMATORES, AVT DE PHILOSOPHIA. *Moralis.*

Iano Cornario interprete.

Dionysius Grammaticus

IN Dionysii Grammatici ludũ ingressus sum, atq; istic uidi & adolescẽtes qui specie moderatissimi esse uidebant, & claris patribus ortos, & ipsorũ amatores. Duo igitur ex adolescẽtibus contendebant, de qua re nõ ita satis percipiebã. Videbantur tamẽ aut de Anaxagora, aut de Oenopide cõtẽdere. Circulos itaq; describere uidebant et inclinationes quasdã imitabant in manus incũbentes, et ualde huic studio dediti. Et ego sanè cũ iuxta alterius ipsorũ amatorẽ sederem, cõtacto ipso per cubitũ, interrogabã quidnam esset quod ita studiose adolescentes illi tractarẽt, & addebã, Num magnũ quid & pulchrum esset id cui tantum studij impenderent. At ille dicebat, Quid magni ac pulchri id esset? nugantur inquit de rebus sublimibus, & delyrant philosophantes. Et ego admiratus iterum plius responsionem, O adolescẽs dicebam, turpe esse tibi uidetur philosophari, aut cur adeò morose respõdes? Et alius propè sedens, qui ipsius in altero illo adolescente amãdo æmulus esset, quum audiuisset me interrogantem, & illum respondentẽ, non ex tua dignitate, inquit, facis ô Socrates, quòd hũc interrogas, an turpe esse ducat philosophiam. Aut non nosti ipsum in collo prehendendo, & crapula, & somno omnẽ uitam trãsigisse? Quare quid aliud ipsum responsurum esse putas, quàm quòd turpis sit philosophia? Erat autem hic quidem in musica instructus. Alter autem ille cui conuiciabatur, in arte exercitatoria corporum. Visum est itaq; mihi alterum quem interrogaueram dimittendum esse, quum neq; ipse dicendi, sed faciendi peritiam sibi sumeret: alterum autem qui sapientior esse sibi uidebatur, interrogandum esse, quo etiam ab ipso si possem, utilita-

tem aliquam caperem. Proinde in cõmuni me quæstionem proposuisse dicebã: si uerò tu putas te melius respondere posse, ex te quæro idem quod ex illo. Num uidetur tibi honestũ esse philosophari, aut secus? Et cũ fermè nos hæc diceremus, adolescentes illi his auditis tacebant, & omissa cõtentione ipsi auditores nostri facti sunt. Et quid nam amatores illorum perpetiebãtur haud scio, ipse sanè obstupui. semper enim & iuuenum, & pulchrorum aspectu consternor. Videbatur tamen mihi etiam alter non minus q̃ ego anxius esse: attamen respondebat mihi etiam ualde liberaliter. Equidem inquit, si philosophari turpe esse ducerem, neq; hominẽ meipsum putarem, neq; aliũ qui ita sit affectus, indicans simul in illum in amando æmulum, & magna uoce dicens, quo ipsius amatus exaudire posset. Et ego honestum igitur, inquam, esse tibi uidetur philosophari? Maximè inquit ille. Quid igitur inquã ego, num uidetur tibi fieri posse, utquis rem quamcũq;, an honesta aut turpis sit sciat, qui ab initio quid sit nesciat? Non inquit ille. Nosti ergo inquam ego, quid est philosophari? & maxime inquit ille. Quid igitur est inquam ego? Quid aliud inquit ille, q̃ iuxta Solonem. Solon enim alicubi dixit: Dum disco semper multa, senecta uenit. Et mihi sanè uidetur semper ita oportere aliquid discere eum qui philosophari uelit, & dum iuuenis est, & cùm senex, quo quàm plurima in uita discat. Et mihi primum uisus est aliquid dixisse. deinde cogitatione aliqua habita, interrogabam ipsum, an philosophiam multarũ rerum scientiam esse putaret. & ille maxime inquit. Arbitraris autem inquam ego, honestum solum esse philosophiam, aut etiam bonum: etiam bonum ualde inquit. Vtrum igitur, inquam ego, in philosophia hoc proprium uides, aut etiam in alijs sic se habere putas, uelut uerbi causa, exercitationis studium non solum honestum esse ducis, sed etiam bonũ: aut secus? Ille uerò ô Socrates, cauillans duo respondit, ad hunc quidem dictum sit, neutrum esse, ad te & honestum & bonũ esse confiteor. Num igitur inquã, etiam in exercitationibus multum laborem esse putas studium exercitationis? Et ille maxime inquit, quemadmodũ etiam in philosophando multarũ rerum scientiam philosophiam esse puto. Et ego, Putas, inquam, exercitationis studiosos aliud quid appetere, quàm hoc quod faciat ut corpora ipsorũ bene se habeant? Hoc inquit ille. Num igitur multi labores inquam ego, faciunt ut corpus bene se habeat? quomodo enim inquit ille, à paucis laboribus quis corpore bene habere possit? Et iam mihi uisus est hoc loco incitandus esse ille exercitationis studiosus, quo mihi propter artis exercitatoriæ peritiam auxilio esset. Et postea interrogabam ipsum, tu uerò quid ita taces nobis ô bone, cum hæc ille dicat. Num etiam tibi uidentur homines corpore bene habere à multis laboribus, aut à moderatis? Ego quidem ô Socrates, inquit, putabam id quod dici solet, hoc etiam nunc scire, q̃ modera ti labores corpora bene se habere faciunt. Vnde uerò? non uirum uigilantẽ, cibos auertisantem, nõ tritum collum habentẽ, & præ curis attenuatũ. Et cum hæc dixisset, delecta sunt adolescentes ac risetũt. Alter uerò erubuit. Et ego, quid igitur tu inquã, iam concedis neq; multos, neq; paucos labores facere, ut hominũ corpora bene se habeant, sed moderatos? Aut nobis duobus repugnas hac parte? Et ille aduersus hũc quidem etiam libenter depugnarim inquit, & satis scio me ad propositam quæstionem tuendam sufficere posse, & si adhuc deteriorẽ hac proposuissem. Est enim nullius rei homo. Verum aduersus te nihil opus habeo, ut præter opinionem cõtendam, sed confiteor non multa, sed moderata exercitia bonũ habitum hominibus inducere. Quid uerò cibos moderatos ne aut immoderatos, inquam ego? Et cibos moderatos, inquã ego? Et cibos moderatos ille confitebatur. Insuper autem & ego cogebam ipsum cõfiteri, etiam alia omnia circa corpus moderata maxime prodesse, & nõ multa, neq; pauca. Et confitebatur sanè moderata. Quid uerò circa animã, inquã, moderata ne aut immoderata ex his quę ipsi adhibentur prodesse dicis? Moderata inquit ille. Non ne inquã, unum ex his quæ animæ adhibentur sunt disciplinæ? Confitebatur. Et ex his ergo moderatæ prosunt, & nõ multæ? Assensus est. Quem igitur interrogãtes recte interrogauerimus, quales & labores, & cibi, moderati sint ad corpus? consentiremus quidẽ etiam cum tres simus, aut medicum, aut pædotribam. Quem uerò de seminis satione, quantum eius sit moderatum? Et hic agricolam confitemur. Quem uerò de disciplinarum in animam plantatione ac satione interrogantes, recte interrogauerimus, quot & quales sint moderatæ? Ar-

Philosophari honestum

Philosophia multarum rerum scientia

Exercitationis studiũ est multus labor

Labores moderati salubres

Moderata omnia prosunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic iam omnes ambigui hærebamus. Et ego ludens ipsos interrogabam. Vultis, inquam, quandoquidē nos dubij hæremus, ut interrogemus hos adolescentulos? Aut fortassis erubescimus, quemadmodū de procisdicit Homerus, ꝙ noluerint alium aliquem esse qui arcum intenderet. Quandoquidē igitur ad hunc sermonem animum despōdere mihi uidebātur, alia uia inuestigare conabar, & dicebam: Quales maxime coniectamus esse disciplinas, quas philosophū discere oportet, quandoquidē non omnes, neq; multas? Hoc itaq; sermone excepto sapientior ille dixit, optimas esse eas disciplinas & cōuenientes, ex quibus plurimam gloriam quis afferat ad philosophiam. Plurimam autem gloriam quis attulerit, si artium omniū peritus esse uideatur: sin minus, saltem plurimarū, & maxime memorabiliū, ita ut ex iplis ea didicerit, quæ liberos homines discere decet, quæ ex intelligentia hærent, nō quæ chirurgia perficiuntur. Num igitur ita dicis inquam ego, uelut in arte fabrili? In ea enim fabrum lignarium quinq; aut sex minis emeris ad summū. Architectum uerò neq; decem milibus drachmarū. Pauci enim per omnē Græciam habentur. Num tale quiddā dicis? Et ille hoc audito cōcedebat etiam ipse tale quid se dicere. Ego uerò interrogabā ipsum, An non impossibile esset uel duas solum artes ita discere eundē, nedum multas & magnas. At ille ne ita me dicere putes inquit ô Socrates, ꝙ philosophū singulas artes exacte scire oporteat, quemadmodum eum qui artē habet, sed uelut par est uirum liberū & eruditum, ut intelligat ea quæ ab artifice dicūtur, pre omnibus qui adsunt excellenter, & ut ipse sententiam suam afferat, ita ut præstantissimus & sapientissimus esse uideat inter omnes qui adsunt his quæ dicuntur & fiunt circa artes. Et ego, adhuc enim quid sermo illius sibi uellet ambigebam, Num intelligo dixi, qualem uirum philosophum dicis? Videris enim mihi dicere, uelut in certamine quinquercliones, ad cursores aut cetratos. Nam illi inferiores quidem his sunt circa horū certamina, & secundi ad hos sunt. Inter alios uerò athletas primi sunt, & ipsos uincunt. Fortassis itaq; tale quiddam dicis efficere etiam philosophiæ studium in his qui huic studio sunt dediti, ita ut primis quidē ad intelligendas artes inferiores sint, secundum uerò locum teneant, & alios superent: ut hoc modo uir philosophus circa omnia ad summum proxime aspiret. Talem quendam mihi indicare uideris. Recte sane inquit ille, ô Socrates, mihi de philosopho sentire uideris, qui ipsum quinquercioni assimilasti. Est enim reuera talis qui nulli rei seruire uelit, neq; quicquā ad exactam cuiusq; artis perfectionem elaborare, quo propter unius alicuius studiū à reliquis omnibus deficiat, quēadmodū opifices faciunt: sed omnia moderate attingere. Post hāc autem responsionē, quum cuperem ego clare cognoscere quid nam diceret, interrogabam ipsum, utrū bonos esse utiles, aut inutiles esse putaret. Et is utiles sanè inquit ô Socrates. Num igitur si bonos utiles sunt, mali inutiles sunt? Confitebatur. Quid uero homines philosophos utiles esse putas, aut secus? Ille uerò utiles esse cōfitebatur, insuperq; utilissimos esse putare dixit. Age itaq; inquam, cognoscamus an tu uera dicas, & utiles nobis sint hi ad summa quæq; proxime aspirantes. manifestum enim est, ꝙ unoquoq; eorum qui artes habent deterior est philosophus. Confitebatur ille. Age uerò tu inquam ego, si aut ipse æger esses, aut aliquem amicum charum ægrotum haberes, utrum recuperandæ sanitatis gratia, philosophū illum ad summa proxime adspirantē, in domum induceres, aut medicū assumeres? Vtroq; ego assumerem, inquit ille. At ne mihi, inquam ego, utroq; dicito, sed utrum magis & prius. Nemo, inquit, de hoc ambigat, ꝙ nō medicū magis & prius. Quid uerò in naue tempestate uexata, utro magis teipsum, & tua cōmiseris, gubernatori, aut philosopho? Gubernatori inquit. Non'ne etiā in alijs omnibus hoc modo, quādiu opifex quispiam affuerit, nō utilis est philosophus? Apparet inquit. Nūc igitur inutilis est nobis philosophus. Nō desunt enim opifices. Confessi autem sumus bonos quidem esse utiles, malos autem inutiles. Cogebatur, confitetur. Quid igitur post hæc ex te quærā, aut agrestius est quærere? Quære quicquid uoles. Nihil inquā ego, quæro aliud quàm ut relata de quibus consensimus repetamus. Habent autem se hoc modo. Confessi sumus honestam esse philosophiam, & ꝙ sint ipsi philosophi, & philosophos esse bonos: bonos autem utiles, malos uerò inutiles. Rursus autem cōfessi sumus, quandiu opifices fuerint, philosophos esse inutiles. Opifices autem semper esse. Non'ne hæc cōfessi sumus? Maximè inquit. Cōfitemur igitur, uelut apparet, iuxta tuam rationē, liquidem

Philosophus quatenus artiū singularū peritus esse debeat

Bonos esse utiles

Philosophus inutilis

dem philosophari est scientes esse circa artes, eo quo tu dicis modo philosophos ipsos malos esse & inutiles, quandiu inter homines fuerint. At non ita se habent, neq; hoc est philosophari, circa artes studium collocasse, neq; multarum rerum curiosum his incumbentem uiuere, neq; multas res discere, sed aliud quid: alioqui etiam opprobriū esse hoc ducerem, & mechanicos appellari eos qui circa artes studium collocarūt. An uerò hæc uera dicam, hoc modo clarius cognosceremus, si hoc respondeas. Qui'nam equos recte tractare sciunt? Num qui optimos faciunt, aut alij? Qui optimos. Quid uerò canes, non'ne qui meliores facere sciunt, hi etiam recte tractare sciunt? Etiam. Eadem igitur ars & optimos facit, & recte tractat? Ita sentio, inquit, ille. Quid uerò, Num quæ meliores facit, & recte tractat, hæc etiā bonos & malos cognoscit, sicut alia? Eadem inquit. Velis ne igitur etiam circa homines hoc confiteri, ꝙ quæ ars optimos homines facit, ea etiam sit quæ recte tractat, & bonos & malos cognoscit? Maxime, inquit. Num quæ unum, etiam multos: & quę multos, etiam unum. Maximè. Et de equis, & de alijs omnibus eodē modo. Ita assero. Quæ est igitur scientia quę in ciuitatibus petulantes, & cōtra leges agentes recte tractat ac punit, non'ne iudiciaria? Etiam. Num aliam quandā uocas iustitiam, aut hanc? Non aliam. Qua igitur puniunt recte, etiā cognoscūt bonos & malos? Ea ipsa. Quisquis autē unum cognoscit, is etiam multos cognoscet? Etiam. Et qui multos nō nouit, etiam unū nō nouit? Ita sentio. Si ergo equus non nouit malos & bonos, etiā seipsum nō nouit, qualis'nā sit? Ita sentio. Et si bos non nouit malos & bonos, etiā seipsum nō nouit, qualis sit? Etiā inquit. Sic uerò etiā si canis? Cōfitebatur. Quid uerò si homo ignoret bonos & malos homines, num etiā seipsum nō nouit, bonus'ne sit an malus, quandoquidē etiam ipse homo est? Concedebat. Seipsum aūt non nosse, sapere'ne est, aut non sapere? Nō sapere. Seipsum ergo nosse, sapere est? Ita sentio inquit. Hoc ergo uelut apparet, etiā scriptū illud in Delphis præcipit, nimirū sapientiam exercere & iustitiam? Apparet. Eadem aūt etiam hac recte punire scimus. Assero. Num qua punire recte scimus, ea iustitia est: qua uerò cognoscere & seipsum & aliū, sapientia? Apparet, inquit. Idem ergo est iustitia & sapietia? Apparet. At uerò sic etiā ciuitates recte habitant, quū iniusti dant pœnas? Vera dicis, inquit. Reipublicę ergo gubernādę etiam hęc sciētia est? Cōsentiebat. Quid uerò quū unus uir ciuitatem recte gubernat, huic'ne nomē est Tyrannus & Rex? Ita sentio. Non'ne regia & tyrannica arte gubernat? Maximè. Et hæ igit̄ eędem artes cū illis sunt? Apparet. Quid uerò quū unus uir domū recte gubernat, quod nomē huic est, non'ne œconomus & dominus? Etiam. Num etiam hic per iustitiam domū recte gubernarit, aut per aliam aliquam artem? Per iustitiam. Est ergo idem, uelut apparet, Rex, Tyrānus, Reipublicæ gubernator, Oeconomus, Dominus, Sapiens, Iustus. Et una est ars regia, tyrannica, reipublicæ gubernatrix, dominatrix, œconomia, iustitia, sapientia. Apparet, inquit. Quid igitur cum quidē medicus de ægrotis aliquid dicat, turpe est philosopho non intelligere posse ea quę dicuntur, neq; quicquā afferre: & similiter cum alius quispiam artifex quid dicat: quum uerò iudex, aut rex, aut alius ex his quos nunc recensuimus, non turpe est de his neq; intelligere, neq; afferre aliquid posse? Quomodo uerò non turpe sit ô Socrates, de tantis rebus nihil habere quod quis afferat? Vtrum igitur, inquam, & circa hæc dicemus ipsum quinquercionem esse oportere, & ad summa proxime aspirare, ita ut in omnibus secundū locum philosophus obtineat, & inutilis sit quàm diu horum aliquis adsit? Aut primū quidem domum suam non alij permittet, neq; secundum locum in hoc obtinebit, sed ipse recte iudicans tractabit, si domus ipsius bene habitari ac gubernari debet? Cōsentiebat ille mihi. Postea uerò siue amici causas suas ipsi iudicandas cōmiserint, siue ciuitas quid dijudicandū aut deferendum demādarit, turpe profecto ô amice, in his uirum philosophū secundum, aut tertium conspici, & non omnibus præire. Mihi sanè uidetur, inquit. Multum igitur abest ô optime, ut philosophari sit discendi studium, & circa tractandas artes occupatio. Quum uerò hæc ego dixissem, sapiens quidem ille ex relatis pudefactus consiluit: Indoctus uerò illo modo rem se habere dixit. Et reliqui quæ dicta essent collaudarunt.

Iustitiæ officiū

Delphica scripta

Philosophus quinquercio

Universidad de Deusto
Biblioteca

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI, IN QVARTVM PLATONIS QVATERNIONEM,

ECLOGA QVARTA.

QVARTVS Platonis quaternio primum dialogum Alcibiaden primum inscriptum habet: in quo sub perscrutationis specie, de natura hominis agitur, & de eo quod melius & quod optimum est pertractatur. Secundus Alcibiades secundus inscribitur, & similiter sub perscrutationis specie, de oratione ad deum agit: & similiter multa de eo quod melius & quod optimum est habet. Tertius Hipparchus moralis est, & de lucri studio inquirit ac disputat: & omnes homines lucri studiosos esse cõuincit. Quartus amatores, aut de philosophia inscriptus item moralis est, & philosophiæ studium honestum esse asserit, contra quosdam qui philosophantes delyrare dicunt. In summa uero, in toto hoc quarto quaternione, de iusto, bono, honesto, recto, & de eo quod optimum est agitatur, & huius scientiam parandam esse dicit, siue respublica sit, siue anima, quæ recte uiuere uelit. Fieri enim non posse, ut non ab eo quod optimum est aberret is, qui absq; intelligentia, opinioni fidem habet. Imò quòd reliquarum scientiarum possessio, si quis absq; optimi cognitione illam adeptus sit, raro prosit, sæpius autem obsit ei qui illam habet, in Alcibiade secundo per longum astruit. Quòd autem optimum, & utile & rectum, & quod melius est, nihil aliud sit Platoni, quàm rerũ rectum iudiciũ, priuatim de hoc edito libello docui. At uero emendatæ lectionis loci selecti in hoc quaternione hi sunt, quos quarta hac Ecloga proposui. Quod itaque in Alcibiade primo conuerti. Age itaque & id quod in bello melius est, & quod in pace tenenda melius est, quid dicis? quemadmodum illic in altero dicebas esse musicam rationem, in altero exercitandi rationem: in Græcis sic legendum est. ἴθι δὴ καὶ τὸ οὐ ὡς πολεμεῖν βέλτιον, καὶ τὸ οὐ ὡς εἰρηνεύειν ἄμεινον λέγειν ἔφαν τὸ βέλτιον, τί ὀνομάζεις; ὥσπερ ἐκεῖ ἐφ' ἑτέρῳ ἔλεγες τὸ ἄμεινον, ὅτι μουσικώτερον, καὶ ἐνταῦθ' ὡς ἑτέρῳ, ὅτι γυμναστικώτερον. In uulgatis ἐφ' ἑτέρῳ falsò pro ἐφ' ἑτέρῳ legitur: & ὡς ἀμείνονι, pro τὸ ἄμεινον. Et paulò post. Non per amicitiæ præsidem deum & meum & tuum: in Græcis legendum est. μὰ τὸν φίλιον τὸν ἐμόν τε καὶ σόν. Vulgo autem habetur falsò φίλιον. Est autem φίλιος Iouis appellatio, frequens etiam alibi Platoni, quòd amicitiæ præses creditus fuit. Et mox. Tu uero uelut si tunc ignorasses: Græcè legendum. σὺ δ' ὡς εἰ τύχοις ἀγνοῶν. In uulgatis deest ὡς. Et infrà. Putás ne noua quædam te audire oportere, aliasq; demonstrationes, uelut priores sint quasi uestes detritæ, & quas tu non amplius induas, nisi quis tibi uestem puram acimpollutam afferat: in Græcis legendum. οἷα δὴ καινά τινα ἡμᾶς δεῖ ἀκούειν, ἀποδείξεώς τι ἑτέρας, ὡς τῶν προτέρων οἷον σπυραρίων καταπεπρισμένων, καὶ οὐκέτι ἂν σὺ αὐτὰ ἐμπίοιο, εἰ μή τις σοι σπυραρίον καθαρὸν καὶ ἀχράντου οἷου. In uulgatis habetur τιμήσειον pro σπυραρίον. Sunt autem σπυράρια quæ ad amictum parata sunt: hoc est σπυρὰς: non falsò pro σπυραρίον. Sunt autem σπυράρια quæ ad amictum parata sunt hoc est σπυρὰς: non ut σπύρα, quæ uasa & instrumenta alia significant. Et infrà ubi de terræ Lacedæmoniorum amplitudine dicitur, itemq; de auro & argento: in Græcis legendum. οὐδὲ ὄφ' ἁλὸς βεσπέμπτα ἐκείνοις ἔστιν τὰ μεσόλιθα νόμισται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πάντα ἐῶ χαίρειν. χρυσίον δ' ἔνεστι σφόδρα ἔνδοθι λακεδαίμονι ἰδίᾳ. πολλαὶ γὰρ ὕδαι γεγόνασι εἰσρέουσαι μὲν αὐτόθι ἐκ πάντων τῶν ἐλλίμνων. In uulgatis deest λακεδαίμονι: & αὐτῆς falsò pro αὐτόθι. Et paulò post. Nam si audiret quòd hic Alcibiades, qui nunc hoc molitur, primum nondum sit adeò uiginti natus annos: in Græcis legendum. ἐπεὶ ἆρα οὐδοιτο ὡς ἀλκιβιάδης οὗτος νεῶν ἐπιχειρεῖ πρῶτον ἔτη οὔπω γεγονὼς σφόδρα ἔνδοθι. In uulgatis desunt uerba νεῶν ἐπιχειρεῖ. Et infrà. Quemadmodum sutor coria secat cultro semirotundo, & scalpro, & aliis instrumẽtis: in Græcis legendum. ὥσπερ σκυτοτόμος τέμνει που ἡμιτομῇ καὶ σκύλλει καὶ ἄλλοις ὀργάνοις. Vulgo τομῇ pro ἡμιτομῇ habetur. Est autem ἡμιτομὴ culter quem operarium sutores uocant, & nostri Vuerckmesser. Hæc ex primo Alcibiade proponere uisum fuit, relictis his quæ ex nostra conuersione cognosci possunt. In secundo Alcibiade. Oportet igitur & rempub. & animam, recte uiuere uolentem, hanc scientiam omnino acquirere, non aliter quàm æger medicum, autis qui tutò nauigare uolet, gubernatorem aliquem quærit, atque hoc tanto magis, si animæ nauigium impetu ferratur: in Græcis uulgatis sic legitur. λεῖ ἆρα καὶ πόλιν καὶ ψυχὴν τὴν μέλλουσαν ὀρθῶς βιώσεσθαι, τὴν τῆς ἐπιστήμης αὐτίχ' ἅπτεσθαι ἀτυχοῦς, ὥσπερ ἀδύνατον ἰατροῦ, ἢ τινος κυβερνήτου τὸν ἀσφαλῶς μέλλοντα πλεῖν ἄνευ πόρου καὶ μὴ πρότερον ἐπουέμεν τὸ τῆς ψυχῆς. Sed manuscriptus codex uoces duas μὴ πρότερον habet, & legit ἄνευ πόρου καὶ ἐπουέμεν τὸ τῆς ψυχῆς. hoc est, quanto magis impetu fertur animæ nauigium. Intelligendum est enim in articulo τὸ, uel πλοῖον, uel ἀνάπτον. Ἐπουέμεν autem est impetu ferri uento secundo inspirante, qui οὔριος est. Manuscripti igitur codicis lectionem sequuti sumus, donec dies meliorem exhibebit. Et paulò post. SOC. Et rectè quidem tibi uidetur. ALC. Rursus sanè mihi uidetur. SOC. At age per Iouem in Græcis legendum est. Σ. ἀλλὰ φέρε πρὸς Διός.

Optimi scientia

Iudicium rectum rectum

ἐνάσῃ falsò pro ἑτέρῳ

φίλιος Iupiter

τιμήσειον pro σπυραρίον sup positum

σπυραρία σπυρὰς σπύρα

Locus mancus

Culter sutorius semirotundus ἡμιτομή

ΓΕ σοι δοκεῖ. ΑΛΚ. πάλαι αὐ μοι δοκεῖ. Σ Ω. ἀλλὰ φέρε πρὸς Διός. In uulgatis deest & persona & uerba Alcibiadis. πάλαι αὖ μοι δοκεῖ. Possit tamen etiam sic legi, ut ômnia uerba ista essent Socratis, qui diceret. Et recte quidem tibi uidetur. Et rursus sanè mihi uidetur. At age per Iouem. In Hipparcho ubi conuerti. Quis igitur est qui nouit plantarum precium, in quali & regione, & tempore, pro dignitate plantari oporteat, quo etiam nos aliquid sapientium illorum uerborum eiciamus, quorum elegantia insignes illi causidici se uenditant. His uerbis illudit causidicis, qui similia & similiter cadentia uerba affectant, uelut Plato hoc loco usus est uerbis ψελιχόρα καὶ ὠφελα. Et infrà. Dicitur autem â synecrioribus hominibus etiam mors ipsius non ex ea quæ uulgo putatur causa contigisse, propter sororis uidelicet Harmodij, à canistro deæ deferendo in Panathenaicis per illum prohibitæ, ignominiam. Hæc in Græcis sic leguntur. λέγεται δ' ὑπὸ τῶν ἥκιστα χαριεστέρων ἀνθρώπων, καὶ ὡς θανάτου αὐτῷ γενέσθαι, οὐ διὰ τοὺς πολλοὺς ὠήθησαν, οὐ διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς ἀτιμίαν τῆς κανηφορίας. Ad uocem itaque τῆς ἀδελφῆς, ad intelligendum est τὸ κάρπιδιον: & ad uocem τῆς κανηφορίας, intelligenda est uox οἴνης, ut κανηφορίας sit canistri gestatio, subsantiua uoce, non adiectiua ad uocem ἀδελφῆς referenda: alioqui τῆς κανηφόρου legendum esset: Nam & Plinius libro xxxvi. cap. v. Scopæ Canephorum habet: Minime uero proprium nomen sororis Harmodij Canephoria putanda est. Hipparchus enim occisus est ab Hermodio & Aristogitone, eo quòd in Panathenaicis canistrum deæ deferre, iuxta patrium morem, non permisit sorori Harmodij, etiamsi fortasis is digna illa esset, ut tradit Aelianus uariæ historiæ libro xi. cuius hæc sunt uerba. ἔπαρχος δὲ αὐτῶν ὑπὸ ἁρμοδίου καὶ ἀριστογείτονος, ὅτι οὐ τοῖς κανηφοροῦσι πομπὴν κανοῦν τῇ θεῷ κατὰ τὸν νόμον τὸν ἐπιχώριον, οὐκ ἔστιν ὅτε τῶν ἀδελφῶν τῶν ἁρμοδίου, καὶ ἴσως ἄξιον οὖσαν. Verum Plato hanc causam fuisse cædis Hipparchi negat, & aliam â synecrioribus traditam producit. Et infrà. Num lucrum uocas omnem rem quam quis acquisierit, aut nullo sumptu facto, aut minore impensa facta plus accipiat? Græcè legendum est. ἆρα πέρδος λέγεις πᾶν κτῆμα ὃ ἄν τις κτήσηται ἢ μηδὲν ἀναλώσας, ἢ ὁπωσοῦν ἀναλώσας πλέον λάβῃ; Et mox. Num igitur siue malum siue bonum quodcunque quis acquisierit, non lucrum acquisierit? in Græcis legendum. πότερον εἰ κακόν τι πανὸν, ἐκεῖνό γ' ἀγαθὸν ὁτιοῦν κτήσηται, οὐ πέρδος κτήσεται; Et paulò post. Age enim si quis libræ auri didiæ impensa facta duplum argenti accipiat, lucrum aut damnum accipit? HIPP. Damnum profectò ô Socrates. Nam pro duodecuplo, duplum ipsi redditur aurum: in Græcis legitur. φέρε γὰρ ἐκατὸν χρυσίου στατῆρ ἡμῖν ἀναλώσας, ἀντὶ δύο χρυσοῦν στατῆρα λάβῃ ἀργύριον, πέρδος ἢ ζημίαν ἔλαβε. ΙΠΠ. recta, sed non pro nostræ accurata ætatis æstimatione. Hodie enim octo partes argenti, æstimationis sunt unius partis auri, uelut uerbi gratia, moneta argentea uncialis ualoris est aureæ monetæ drachmalis plus minus, pro regionum & locorum uarietate. Vnde etiam moneta illa argentea, uulgo grossus aureus uel aurei appellatur, quia ualoris est aurei unius. Habet autem uncia drachmas octo. Sed Platonis æuo duodecim partes argenti, unius partis auri, ualoris fuerunt: & unus drachmalis aureus, æstimatus est ualore sequunciæ argenti, hoc est sesquigrosi aurei hodie dicti, qui est sesquuncialis: ut appareat aurum precio fuisse eo saculo, quàm est hodie dimidia parte. In Amatoribus integra est lectio per omnia, nisi quòd literæ aliæ pro alijs hinc inde suppositæ sunt. Verum quod dicitur, omnia circa corpus moderata maximè prodesse, & non multa, neque pauca: hoc ipsum ex Hippocrate est. Cuius sententia libro sexto De morbis popularibus sectione sexta hæc est. πόνει, σιτία, ποτὸν, ὕπνον, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. hoc est. Labores, cibi, potus, somnus, res Venereæ, omnia moderata. Cuius sententiæ explicationem fusius persequitur Galenus in suis in hunc Hippocratis librum commentarijs, ubi laborum tolerantiam admonet, cibi frugalitatem, potionis conuenientem tempori proportionem, somni modum, illecebrarum Venerearum non nimium sed infrequentẽ usum, cui commodè subiungit Modestiæ symbolum, ut nimirum omnibus rebus adsit modus. Sed huic succenturiatur sententiæ illud eiusdem: Exercitatio salubris, cibi nulla saturitas, promptitudo ad labores. Nam Hippocrates, non repleri usq; ad saturitatem, impigrumq; esse ad exercitationes, salubris uictus fastigium esse arbitratur. Et hic quartæ Eclogæ modus sit.

Locus mancus

Auri & argenti precium

Moneta argentea uncialis

Moneta aurea drachmalis

Vncia drachmarum octo

Hippocratis sententia à Platone usurpata

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM QVI THEAGES INSCRIBITVR, VEL DE SAPIENTIA.

DISTINGVITVR in hoc dialogo Sapientia, & ultimum distinctionis membrum sic inuestigandum assumitur, ut quo pacto acquiratur ab hominibus, pateat. Prima partitione Sapientia duplex dicitur. Vna absoluta, conditionalis altera. Absoluta, quæ simpliciter absq; additione aliqua Sapientia nominatur. Conditionalis, quæ non simpliciter sapientia, sed sapientia quædam dicta est. Illa sic definitur. Cognitio earum rerum de quibus haberi scientia potest. Habetur autem scientia de iis quæ semper eadem, & eodem modo sunt: huiusmodi sunt summa rerum principia, & æternæ rerum omnium rationes: hæc autem diuina dicuntur, quo fit ut sapientia sit diuinarum rerum scientia: quæ quidem absoluta sa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pientia est. Conditionalis uero omnibus artibus & facultatibus est cõmunis. Nam summitas cuiusq; artis sapientia quædam uocatur, ut sapientia gubernatoria, sapientia aurigaria, sapientia militaris. Ex omnibus autem quæ cum additione sapientiæ nuncupantur, præcipua est, quæ cæteris ut ministris utitur, cuiusmodi ciuilis sapientia est. Quæ quidem facultas commune ciuitatis & gentium bonum coniectans, definitur. Hæc tum ciuilis tum regia disciplina uocatur. Cuius subiectum ciuitas est: finis, commune bonum: ministræ, artes omnes. Officia duo, leges condere, & conditas exequi. Illud per prudentiam nomotheticam, hoc per iustitiam legalem & iudiciariam agit. Verum quo pacto quis ciuilem sapientiam nanciscatur, in plurimis eius disputationibus Plato dubitat: & in præsenti Theage, utrum ciuiles homines, an sophistæ, an contemplatiui duntaxat philosophi eam doceant. Quod à ciuilibus uiris, aut sophistis, aut soli contemplationi dediti discatur, in Menone & hic quodammodo negat, quod illi ne filios quidem suos unquam docuerint, quod isti rationem boni non habeant, quod hi rerum humanarum experti minime sint. Restat igitur, ut hæc aut à philosophis & contemplandi & agendi apprime peritis percipiatur, aut diuina sorte contingat. Illi nusquam reperiuntur. Vnde in Menone & in Theage diuino munere fieri asserit, ut in animos ciuium temperatos Dei prouidentia boni ipsius intelligentiam & leges ad id ducentes infundat. Quam sane notionem hic ciuilem sapientiam, in Menone propriori uocabulo naticinium quoddam nominat, ciuilesq; uiros furentibus comparat. Sæpe etiam ait, nũquam à malis genus hominum cessaturum, nisi aut legitimi philosophi dominentur, aut ij qui gubernant rempub. diuina quadam sorte philosophentur. Hoc autem libro cum Socrates in sua membra sapientiã distinxisset, & hanc ciuilem sapientiam sub quadam ironiæ specie, nec à ciuilibus uiris, nec à se ut à philosopho contemplationi dedito Theagem adipisci posse dixisset, subiunxit tentandam esse uim dæmonis, & deniq; uoluntatem dei precibus exorandam, quasi illinc ista discantur, & dei prouidentia per medios spiritus, sæpe hominibus agendorum oracula pandat. Eos autem ministros, qui dei iussu bonorum ciuium & legitimorum principum mentes ad bene gubernandum illuminant, Dionysius Areopagita principatus nominat. Esset hic fortasse de dæmone Socratis disputandum, sed argumenti breuitas prohibet. Quinetiam Maximus Tyrius, & Hermias, & Apuleius de hoc abunde disseruerunt. Inducit autem hic tres Plato personas, Demodocum ciuem Atheniensem, unà cum filio suo Theage sapientiam affectante, & Socratem. Incipit uero à Demodoci petitione dialogus.

PLATONIS ATHENIENSIS THEAGES, SIVE DE SAPIENTIA. *Sub perscrutationis specie.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

DEMODOCVS. SOCRATES. THEAGES.

VNT quædam ô Socrates quæ priuatim tecum conferre uelim, si tibi ocium esset. Quòd si etiam negocium sit, non adeò id magnum, tamen mea causa ocium agas. SOCR. At ego & aliàs ociosus sum, & tua causa uel maximè. Quare licet tibi si quid dicere uoles. DE. Vis'ne igitur ut illuc in Iouis Liberatoris porticum secedamus? SOC. Si tibi ita uidetur. DEM. Eamus itaque ô Socrates. Omnes stirpes eodem modo se habere uidentur, & quæ ex terra nascuntur, & animalia tum alia, tum homo. Etenim in stirpibus facilimum hoc nobis est qui terram colimus, ut præparemus omnia antea quàm plantemus, & facilima est etiam ipsa plantatio. Verum postquam id quod plantatum est uiuit, magna iam & molesta ac difficilis est eius quod productum est cultura. Sic autem & circa homines res se habere uidetur. Nam de meis rebus coniecturam etiam ad alia transfero. Etenim filij huius siue plantatio, siue generatio dicenda est, omnium facilima mihi fuit. Verum educatio difficilis est & cum timore coniuncta, dum pro ipso solicitus sum. Et multa quidem alia dicere possem, sed ea quæ nunc illi adest cupiditas, ualdè me perterret. Est enim illa non quidem ingenerosa, sed tamẽ dubia. Cupit enim hic uelut ipse fatetur ô Socrates, ut sapiens fiat. Et mihi uidetur quòd populares quidam ipsius coætanei ipsum perturbant, dum ad urbem descendunt, quos æmulatur, & iamdudum mihi molestus est, & rogat ut curam ipsius suscipiam, & pecunias Sophistæ cuidam persoluam, qui ipsum sapientem efficiat. Mihi uero pecuniarum quidem minus curæ est, uerum arbitror hunc non ad exiguũ periculum hoc suo studio tendere. Hactenus igitur consolando ipsum detinui, sed quum nõ amplius possim, optimũ esse duxi

Educatio liberorũ difficilis
Sapiens fieri cupidus

duxi, ut ipsi morem geram, ut ne dum sæpe sine me cum alio conuersatur, corrumpatur. Nunc igitur ea gratia uenio, ut alicui ex his qui Sophistæ esse uidentur ipsum commendem, cõmodè itaque tu nobis apparuisti, cum quo ego maximè consilia conferre cupio quid hic me facere oportet. Quare si quid habes quod consulas in his quæ ex me audiuisti, & licet & conuenit. SOCR. Consilium equidem ô Demodoce res sacra esse dicitur. Et si quidem sanè ullum aliud de quacunq; re sacrum est, etiam hoc sacrum fuerit de quo nunc rationem inis. Neque enim diuinius consilium est, quàm hominem de sua & suorum institutione consultare. Primum igitur ego & tu consentiamus, quid hoc esse putamus, de quo consultamus, ne contingat ut ego quidem aliud quid esse hoc opiner, & rursus aliud tu. Deinde procul à consensu constituti ridiculi uideamur, & ego qui consulo, & tu qui consilium petis, quum eadem non sentiamus. DE. Recte mihi dicere uideris ô Socrates, & ita facere conuenit. SOC. Et dico quidem recte, non tamen penitus. Parum enim sententiam muto. Cogito enim an'ne & hic adolescens non hoc cupiat, quod nos ipsum cupere putamus, sed aliud. atq; sic adhuc absurdiores simus, qui de alio quodam consultemus. Rectissimum itaq; mihi esse uidetur, ut ab hoc ipso initium sumamus ac quid sit id quod cupit interrogemus. DEM. Ita optimum esse uidetur uelut tu dicis. SOC. Dic itaq; mihi quod est pulchrum illud adolescenti nomen? quomodo ipsum appellabimus? DE. Theages huic nomen est ô Socrates. SOC. Pulchrum ô Demodoce nomen filio imposuisti, & sacris conueniens illud. Dic itaq; mihi ô Theages, confiteris te cupere ut sapiens fias? & expetis ut hic pater tuus uirũ aliquem exquirat, qui cõsuetudine sua sapientem te efficiat? THEA. Etiam. SOC. Vtrum uero sapientes uocas eos qui sciunt, quicquid tandem sciunt, aut eos qui nõ sciunt? THE. Eos qui sciunt. SOCR. Quid uero non'ne docuit te pater, & erudijt in his, in quibus hic alij eruditi sunt honestorum ac bonorum patrum filij, uelut sunt literæ, & citharam pulsare, & lucta, & reliqua certamina? THE. Docuit. SOCR. Adhuc igitur aliquam scientiam tibi deesse putas, cuius pro te curam patrem suscipere conueniat? THE. Ego sanè puto. SOCRA. Quæ est hæc, dic etiam nobis ut tibi gratificemur. THE. Nouit & hic ô Socrates, sæpe enim ego ipsi dixi. Verum hæc de industria ad te dicit, uelut qui non sciat quid ego cupiam. Hoc enim modo, & adhuc alijs etiam mecum cõtendit, & non uult me ulli commendare. SOCR. At ea quidem quæ antea à te aduersus hunc dicta sunt, uelut absq; testibus prolata sunt. Nunc autem me testem constitue, & coram me recense, quę sit hæc quam cupis sapientia. Age enim si hanc cupias qua homines gubernant naues, & ego te interrogarem, ô Theages cuius sapientiæ indigus patri succenseres, quòd te commendare non uult alicui apud quem sapiens euadas: quid mihi responderes, & quam hanc ipsam esse diceres? non'ne gubernatoriam? THE. Etiam. SOCR. Si uero in ea sapientia qua currus regunt, sapiens esse cuperes, & ita patri succenseres, & ego rursus interrogarem, quæ esset hæc sapientia, quam ipsam esse responderes? non'ne artem aurigandi? THE. Etiam. SOCR. Quam uero nũc cupis, num nomine caret, aut nomen habet? THEA. Arbitror sanè ipsam nomen habere. SOC. Vtrum igitur ipsam quidem nosti, non tamen nomen, aut etiam nomen? THE. Etiam nomen noui. SOCR. Quod igitur est dicito. THE. Quod uero aliud ô Socrates ipsius nomẽ esse quis dixerit quàm sapientiam? SOC. Non'ne etiam ars aurigandi sapientia est? aut imperitia tibi esse uidetur? THE. Non equidem mihi. SOC. Sed sapientia. THE. Etiam. SOC. Qua ad quid utimur? non'ne qua equorum iuga regere primus? THE. Etiam. SOC. Non'ne & ars gubernatoria sapientia est? THEA. Mihi sanè uidetur. SOC. Non'ne ea qua naues gubernare scimus? THE. Hæc ipsa profectò. SOCR. At quam tu cupis, sapientia quæ est? cui per ipsam imperare scimus? THEA. Mihi uidetur esse ea per quam hominibus imperare scimus. SOC. Num per quam ægrotantibus? THE. Non ita. SOCR. Medicina enim hæc est. Nunquid? THE. Etiam. SOC. At per quam cantoribus imperare scimus in choris? THEA. Non. SOC. Nã hæc Musica est. THE. Maximè. SOC. At per quam imperare scimus his qui se exercent? THE. Non. SOC. Nam hæc gymnastica est. THE. Etiam. SOC. At per quam quid tandem facientibus imperare? conare dicere ipse, quemadmodum ego superiora. THEA. Per quam his qui in ciuitate sunt, uelut sanè mihi uidetur. SOCR. Non'ne in ciuitate sunt etiam ægrotantes? THE. Etiam, sed non his solũ dico, uerum

Quid sit, primò quærẽdum
Sapientes qui dicantur
Adolescentium studia
Sapiẽtiæ uariæ
Sapiẽtia ciuitatis gubernãdæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerum etiam alijs qui in ciuitate degunt. SOC. Intelligo sanè quam artem dicis. Videris enim mihi dicere nō eam per quam messoribus imperare scimus, & uindemiatoribus, & plantatoribus, & seminatoribus, & trituratoribus, & plantatoribus. Hæc enim agricultura est, per quam his imperamus. Nunquid? THE. Etiam. SOC. Neq; uero eam dicis, per quam secantibus, & perforantibus, & radentibus, & tornantibus uniuersis imperare scimus. Hęc enim ars fabrilis est. THE. Etiam. SOC. Sed fortassis eam per quam & his omnibus, & ipsis agricolis, & fabris, & opificibus omnibus, & priuatis, & mulieribus & uiris. Hanc fortassis sapientiam dicis? THE. Hanc dudum dicere uolui ô Socrates. SOC. Potes'ne igitur dicere, num Ægisthus qui Agamemnonem occidit in Argo, his imperauit de quibus tu dicis, & opificibus & priuatis, & uiris & mulieribus uniuersis? aut alijs quibusdam? THEA. Non, sed his. SOCR. Quid uero Peleus Æaci filius in Phthia non'ne ijsdem imperauit? THE. Etiam. SOC. Periandrum autem Cypseli, principem in Corintho fuisse audiuistis? THE. Ego sanè. SOC. Non'ne eorūdem principem in eadem ciuitate? THE. Etiam. SOC. Quid uero Archelaum Perdiccæ recens in Macedonia principem, non'ne ijsdem imperare putas? THE. Puto equidem. SOC. Hippiam uero Pisistrati qui in hac ciuitate imperauit, quibus imperasse putas? non'ne ijsdem? THE. Quidni? SOC. Dicas itaq; mihi quod cognomen habent Bacis & Sibylla, & noster Amphilytus? THE. Quid aliud ô Socrates quàm Vatum? SOC. Rectè dicis. Verum etiam de his mihi ita respondere conare, quod cognomē habet Hippias & Periander, ob eundem principatum? THE. Arbitror uocari Tyrannos, quomodo enim aliter uocarentur? SOCR. Quisquis igitur hominibus in ciuitate uniuersis imperare cupit, is eundem quem illi principatum tyrannicum, & Tyrannus esse cupit. THEA. Apparet. SOC. Hunc igitur te cupere dicis? THE. Apparet ex his quæ dixi. SOC. O scelestę quū Tyrannidem in nos exercere cupias, dudum succenses patri, quòd te non ad doctorem aliquem tyrannidis misit. Et te ô Demodoce nō pudet, quum dudum scias quid hic cupiat, & habeas quo si ipsum misisses, iamdudum opificem sapientię quam cupit effecisses, inuides tamen ipsi, & mittere non uis. Quare nunc sanè postquam te coram me accusauit, in cōmuni ego & tu consultemus, quo'nam ipsum mittamus, & per cuius consuetudinem sapiens Tyrannus fieri possit. DE. Etiam per Iouem ô Socrates consultemus. Nam mihi de hac re consilio non uili opus esse uidetur. SOC. Sinito ô bone ut ex ipso primum ritè percunctemur. DE. Percunctare itaq;. SOCR. Quid igitur si Euripide hic utamur ô Theages? Euripides enim alicubi dicit, Sapiunt Tyranni dum sapientes audiunt. Si igitur interrogaret quis Euripidem, ô Euripides qua in re sapiētes sunt quorum consuetudine dum illos audiunt, tyrannos sapientes esse dicis? Quemadmodum si quem qui dixisset, sapiunt Agricolæ sapientum cōsuetudine, interrogaremus qua in re sapientum, quid nobis ille responderet? Nunquid aliud quàm in agricultura? THE. Non aliud, sed hoc ipsum. SOC. Quid uero si dixisset, sapientes sunt coci sapientū consuetudine, si interrogaremus qua in re sapientum, quid putas ipsum responsurum esse? non'ne in re culinaria? THE. Etiam. SOC. Quid uero si sapientes luctatores sapientum consuetudine dixisset, si interrogaremus qua in re sapientum, non'ne in lucta dixisset? THE. Etiam. SOC. Quandoquidem uero dixit, sapiunt tyranni sapientum consuetudine, si nos interrogaremus ô Euripides, qua in re sapientū dicis? quid'nam diceret, qualis ea esset? THE. At per Iouem haud scio. SOCR. At uis ut ego tibi dicam. THE. Sanè libet. SOC. Hæc res est quam Anacreon dixit Callicreten scire. Aut nō nosti carmen? THE. Noui. SOC. Talem'ne igitur alicuius & tu cupis consuetudinem, uiri qui eadem arte præstet, qua Callicreta Cyanæ filia, & qui nosset rem tyrannicam, quemadmodum illam nouisse poeta dixit, quo & tu nobis ac ciuitati tyrānus fias, et imperes. THE. Iamdudum ô Socrates cauillaris, & illudis mihi. SOCRA. Quid uero non'ne hanc sapientiam cupere te dicis, qua omnibus ciuibus imperes? hoc autem faciens, aliud'ne quid quàm tyrannus fueris? THEA. Optarim equidem tyrannus esse maximè omnium hominum: sin minus, plurimorum. Et tu sanè ut arbitror, & alij omnes homines & fortassis amplius deus esse. Sed non dicebam hoc me cupere. SOCR. At quid tandem est quod cupis? non'ne dicis te cupere ut ciuibus imperes? THEA. Non sanè uolenter, neque uelut tyranni, seuolentibus, quemadmodum etiam alij in ciuitate præstantes

Ægisthi imperium

Tyranni appellatio

Deum se esse optare

tes uiri. SOCRAT. Num dicis uelut Themistocles, & Pericles, & Cimon, & quicunque in republica præstantes fuerunt? THEA. Per Iouem istos dico. SOCRAT. Quid igitur si in re equestri sapiens fieri cuperes, ad quos te conferres, unde præstantem equitem te fore putares? Num ad alios quàm ad equites? THE. Non equidem per Iouem. SOCRA. Sed ad ipsos rursus in hac re præstantes, & quibus sunt equi, & utunt semper tum proprijs, tum alienis multis? THE. Ita nimirum. SOC. Qui uero si in arte iaculandi sapiens fieri uelis? Non'ne apud iaculandi peritos sapiētem te fore putares, eos scilicet qui & iacula habent, & multis tum alienis, tum proprijs semper utuntur? THE. Mihi ita uidetur. SOC. Dic itaq; mihi, quādoquidem in republica gubernāda sapiens fieri uis. Putas te ad alios quosdam profectum sapientem per quàm ciuiles hos, qui & ipsi in republica præstantes sunt, & semper tum sua ciuitate utuntur, tum cum alijs multis & Græcis & barbaris ciuitatibus conuersantur? Aut putas te aliorū quorundam conuersatione sapientem fore in his quæ hi sapiunt, & non horum ipsorum? THE. Audiui enim ô Socrates sermones, quos te dicere narrant, quòd horum ciuilium uirorū filij, nihilo meliores sunt quàm coriariorum. Et rectissime mihi dicere uideris, quantum ego intellige re possum. Stolidus igitur essem, si horum aliquem sapientiam suam mihi tradere posse putarem, filio uero suo nihil prodesse, si quid in hac parte alij cuicūq; homini commodare posset. SOC. Quid igitur oprime uir, ipse faceres si tibi esset filius, qui ita molestus tibi esset, & se bonum pictorem fieri cupere diceret, & tibi patri succenseret, quòd non uelis in ipsum ea gratia impendere pecuniam: ille autem opifices huius rei pictores repudiaret, & ab ipsis discere nollet? Aut si tibicines reprobaret, quū tibicen fieri uellet, aut etiam citharœdos? habes'ne quod cum ipso agas, & quò alio mittas, si ab his discere nolit? THE. Non profectò. SOC. Nūc igitur quum eadem hæc ipse aduersus patrem committas, miraris & indignaris, quòd ambigit quid tecū faciat, & quo te mittat: Nam cuicunq; uoluerís Athenienſi bono ac in republica præstanti te commendabimus, qui tecum gratis conuersabitur: & simul pecuniam nō insumes, simulq; multō magis apud uulgus hominum in existimatione eris, quàm si cum alio quopiam conuersatus esses. THE. Quid igitur ô Socrates, non'ne & tu bonus ac præstans uir es. Si enim tu mecum conuersari uelis, satis est: & nullum alium quæro. SOCR. Quid hoc dicis Theages? DE. Non equidem mali quid dicit ô Socrates, & simul mihi gratificaberis. Nā ego nullum maius lucrum ducerem, quàm si hic tuæ consuetudini placeret, & tu cum ipso conuersari uelles. Et sanè uereor etiam dicere quàm uehementer hoc expetam. Itaque ambos uos rogo, & te ut cum hoc conuersari uelis: & te fili ut non ullum alium quæras cū quo conuersēris quàm Socratem: & me à multis horrendis curis liberabitis. Nam & nunc ualdè huic timeo, ne in quem alium incidat, qui ipsum corrumpere possit. THE. Neam plius de me timeas ô pater, si quidem huic persuadere potes ut meam consuetudinem admittat. DE. Valdè bene dicis. Ad te itaque ô Socrates iam mihi sermo habendus est. Ego enim paratus sum tibi, ut breuibus dicam, & me & mea, quantum eius fieri potest, familiarissimè exhibere, quacunq; penitus re opus fuerit, si Theagem hunc amplecteris, & in quacunq; re potes benefeceris. SOC. Studium tuum ô Demodoce non admiror, si putas hunc maximè ex me utilitatem capere posse. Non enim scio cuius rei magius studium habendum sit uiro mente prædito, quàm pro filio suo, ut quàm optimus euadat. Vnde uero uisum sit tibi hoc, quòd ego magis filio tuo prodesse possim, ad hoc ut bonus ciuis fiat, quàm tu ipse: & unde hic putet me magis quàm te ipsi commodaturum esse, hoc ualdè admiror. Nam tu primū senior me es. Deinde multos iam, eosq; maximos magistratus Athenis gessisti. Et ab Anagyrusiis popularibus lōgè maximè, & à reliqua ciuitate nullo minus coleris. Neuter autē ex uobis quicquam horū in me esse uidet. Postea si sanè ciuilium uirorū cōsuetudines Theages hic cōtemnit, & alios quosdā quærit, qui adolescētes instituere posse profitentur, est hic Prodicus Ceus, & Gorgias, Leōtinus, & Polus Agrigētinus, & alij multi, qui adeò sapiētes sunt, ut ad ciuitates profecti generosissimis ac ditissimis persuadeāt, ut quum cū ciuibus suis quibuscūq; uelint gratis cōuersari possint, illorū relicta cōsuetudine, cum ipsis cōuersentur, & multam in ipsos pecuniam mercedis loco expendant, & gratiam insuper ingentē habeant. Ex his aliquos par erat & filium tuū, & teipsum eligere. Me uero ut eligatis par non est. Nihil enim

Socratis dictū

Filiorum cura

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ex beatis ac præclaris illis disciplinis noui, alioqui libentissimè scire illas uelim. Quare sanè semper ego dico, me talem esse ut ita dicam, qui nihil sciam, præter quā exi-
Socratis scientia guam quandam disciplinam rerum amatoriarum. In hac autem disciplina præstantem me esse, supra quoscunq; & superioris & præsentis æui homines profiteor. THE. Vides pater Socratem, uelut mihi uidetur, non admodum amplius uelle mecum conuersari. Nam quod ad me attinet paratus sum, si hic uelit. At hæc ludens ad nos dicit. Nam ego aliquos ex meis æqualibus & paulò senioribus noui, qui priusquam cum hoc conuer-sarentur, nullius precij erant. Postquam autem cum hoc conuersati essent, in ualdè bre-ui tempore omnibus quibus prius deteriores erant, præstantiores apparuerunt. SOC. Nosti igitur quale hoc sit fili Demodoci? THE. Noui profectò quod si uoles, etiam e-go talis fieri potero, quales etiam illi. SOCR. Non ô bone, sed latet te quale hoc sit, ego uero tibi dicam. Est enim quoddam ex diuina sorte à puero me sequens dæmoniū. Est
Dæmonij Socratis ratio & modus autem hoc uox, quæ ubi contingit, semper mihi significat auersionem ab eo quod face te uolo, nunquam autem impellit. Et si quis ex amicis mihi aliquid cōmunicat, & hæc uox contingat, eum hæc auertit, & facere non permittit, & horū uobis testes adducam. Charmiden enim pulchrū illum Glauconis filium nouistis. Hic aliquando mecū com-municabat se uelle exercere stadio in Nemea, & statim ut dicere inciperet se exercerī uelle, contingit uox, & ego ipsum prohibebam, ac dicebam, interim dum diceres con-tigit mihi uox dæmonij. Quare ne exerceas. Fortassis inquit ille, significat tibi me non fore uictorem. Ego uero etiamsi uictor non euasero, tamē hoc tempore ab exercitatio-ne utilitatem capiam. Hæc ubi dixisset, ad certamē abibat. Digna igitur sunt ut ex ipso cognoscatis ea quæ ipsi ex hac exercitatione contigerunt. Si uero uultis Timarchi fra-trem Clitomachum interrogare, quid dixerit ipsi Timarchus quando moriturus abiret contra dæmonum tum ille, tum Euathlus cursor, qui Timarchum fugientem susceperit: referet uobis dixisse illū hæc. THE. Quæ nam? SOC. O Clitomache dixit, ego quidem nunc abeo moriturus, eo quòd Socrati obedire nolui. Cur uero hoc ita dixerit Timar-chus, ego uobis exponam. Quum ex symposio surgeret Timarchus & Philemo Phile-monidæ filius occisuri Niciam Heroscamandri filium, sciebant quidem ipsi soli insidi-as. Timarchus autem surgens ad me dixit. Quid dicis inquit ô Socrates, uos quidem bi-bite, me uero surgere oportet, redibo autem paulò postea si successerit. Et mihi contin-gebat uox, & dicebam ad ipsum, nequaquam surgas. Contigit enim mihi cōsuetum si-gnum, ipsum dæmonium, & ille se continebat. Et interposito tempore rursus abire ge-stiebat, & dixit abeo iam ô Socrates, & rursus contingebat uox, rursus igitur ipsum se-continere coegi. Tertio me latere uolens surrexit, neq; quicquā mihi dixit, sed clàm di-scessit, quum obseruasset me aliò mente intētum, atq; sic abijt ac perpetrauit ea ex qui-bus mors ipsi cōtigit. Vnde sanè hoc ad fratrem dixit, quod ego nūc uobis retuli, quòd
Athenienſis cædes in Sicilia abiret moriturus, eo quòd mihi non paruisset. Quin & de rebus in Sicilia gestis ex mul-tis audietis, quæ ego de exercitus cæde dicebam. Et quæ quidem præterita sunt, ex his qui sciunt audire licet. Verum signi experimentum facere etiam nūc possumus an quid dicat. Nam in profectione ad militiam Samionis filij Calis, cōtingebat mihi signum. Abit autem nunc cum Thrasylo aduersus Ephesum & Ioniam. Ego igitur puto illum aut moriturum esse, aut unà cum hoc aliquid aggressurum esse, & sanè etiam de reliquo apparatu ualdè metuo. Hæc itaq; omnia recensui tibi, eo quòd facultas hæc huius dæ-monij, etiam ad consuetudines eorum qui mecum conuersantur totum potest. Multis enim aduersatur, & his nihil utilitatis sperandum est, etiamsi mecū conuersentur. Qua-re fieri non potest ut ego cum his cōsuetudinem habeam. Cum multis autem conuersa-ri nō impedit, sed tamen ex conuersatione nihil commodi capiunt. Quibus autem con-suetudinem indulserit dęmonij facultas, hi sunt quos et tu percepisti. Breui enim statim incremētum capiunt. Et ex his ipsis qui incrementū capiunt, alij constantem ac perma-nentem habent utilitatem. Multi uero quandiu mecū fuerint, mirificè proficiunt. Post quam uero à me discesserint, rursus nihil à quouis differūt. Hoc aliquando accidit Ari-stidæ Lysimachi filio, eius qui filius fuit Aristidæ. Quum enim mecum conuersaretur, multum proficiebat in modico tēpore. Postea in militiam abijt, & nauibus profectus est. Rediens autem deprehendit mecum conuersantem Thucydidem filium Melesiæ, eius

eius qui filius fuit Thucydidæ. Thucydides autē pridie mecum in sermonibus quibus-dam in dissensionem uenerat. Conspicatus igitur me Aristides, postquam saluasset, & de alijs colloquutus esset, Thucydidem inquit audio ô Socrates se iactare aduersus te, & indignari uelut qui sit aliquid. Est ita inquam ego. Quid uero non nouit inquit, qua-le mancipium erat. Prius quàm tecū cōuersaretur. Non apparet inquam ego per deos. Atqui & ipse ualdè ridiculè affectus sum ô Socrates. Quid ita maximè inquam ego? Quia antea quàm enauigarem inquit, cum quouis homine disputare poteram, & nullo inferior in differendo uidebar. Quare etiā pręstantissimorū uirorum cōsuetudines per sequebar. Nunc uero uice uersa fugio quemcunq; eruditum percipio, ita pudore affi-cior ob meam uilitatem. Vtrum uero inquam ego derepente facultas hæc te destituit, aut paulatim? paulatim inquit ille. Quando autem tibi illa adesset inquam ego, utrum ꝙ ex me didicisses tibi aderat, aut alio quodam modo? Ego dicam tibi inquit ô Socra-tes incredibile quidem per deos, sed tamen uerum. Ego enim nihil unquam à te didici, uelut ipse nosti. proficiebam autem quando tecum cōuersarer, etiamsi in eadem solum domo essem, & non in eadem habitatione, magis tamen quando in eadem habitatio-ne: & mihi uidebar multò magis quādo in eadem habitatione essem, & ad te dicentem respicerem, quàm quando alio aspicerem. Longè uero maximè & plurimum proficie-bam, quando apud te ipsum sedebam, ex te hærens, & te contingens. Nunc autem in-quit, omnis ille habitus defluxit. Talis igitur est ô Theages nostra cōsuetudo, si quidem deo gratum fuerit, ualdè multum proficies idq; breui: sin minus, nequaquam. Vide igi-tur an ne tutius sit ut apud illorum aliquem instituaris, qui ipsi potentes sunt eius utili-tatis, quam hominibus conferunt, magis quàm ut apud me quicquid tandem contige-rit efficias ac assequaris. THE. Mihi quidem uidetur ô Socrates, nobis ita faciendū esse, ut experiamur dęmonium hoc mutua inter nos consuetudine: & si quidem concesserit nobis, hoc optimum fuerit: sin minus, tunc iam statim consultabimus quid faciemus, & an cum alio consuetudinem inituri sumus, aut ipsum numen quod tibi adest, placare co nabimur precibus ac sacrificijs, & alio quopiam quod uates exponant. DE. Ne ampli-us ad hæc adolescenti contradicas ô Socrates. Bene enim dicit Theages. SOC. At si ita facere oportere uidetur sic faciamus.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLO-rentini in Charmidem, uel de temperantia.

STVDIVM Socratis in hoc dialogo est, omnes quidē ad temperantiam cohortari. Tres uero præ-cipue, scilicet adolescentes, & nobiles, atq; pulchros. Adolescentes quidem propterea, quod cita mor-bis adhibenda est medicina.

Principijs obsta, sero medicina paratur.
Cum mala per longas inualuere moras.

Nobiles quoq;, tum ut ostendat ueram in uirtute nobilitatem esse ponendam, tum quia nobiles plerūq; cæteris exemplo sunt, & quotidie ad rempublicam admittuntur, grauissimo si mali sint, humani generis detrimento. For mosos deniq;: nam hi potissimum flagitiosorum consuetudine deprauantur: quo fit, ut magis egeant medicina. Præterea formosi studere debent, ut quemadmodū natura corpori breuem tradidit pulchritudinem, sic ipsi uicissim deo naturæ au tori, sempiternam animi restituant pulchritudinem. Neq; uero permittendum est, ut cum exteriora nostra multis sua pul chritudine placeant, interiora interim sua deformitate displiceant. Etsi omnia in hoc dialogo mirificam habeant allego-riam, amatoria maxime, non aliter quàm Cantica Salomonis: mutaui tamen nonnihil, nonnihil etiam prætermisi. Quæ enim consonabant castigatissimis auribus Atticorum, rudioribus fortè auribus minime consonarent. Ideoq; Aristarchus quidam Homericus, immo uero Platonicus, quæ minus consonant, diceret non Platonis esse, sed Chroni. Tria uero in ipso exordio notanda sunt in primis, quæ amorem ab hac forma corporis ad incorpoream transferunt pulchritudinem. Pri-mum, quod inquit Socrates se inter pulchrum hunc, & pulchrum illum, nihil discernere, sed pulchros sibi cunctos æque placere: quasi dicat, non in unius corporis forma sistendum esse pedem, sed ad ipsam communem speciei totius pulchri-tudinē ascendendū. Quæ cum una sit in multis, ideam pulchritudinis unam refert super multa. Quemadmodū igitur ab in diuiduo ad speciem, & à specie ad ideam cogitando transcēdimus, ita & ab amore formæ huius, ad amorem communis formæ primo deinde ad formæ idealis amorem pergere admonemur. His addidit Socrates corporis pulchritudinem non propter se amandam, sed tanquam diuinæ pulchritudinis imaginem nobis existimandam. Iubet postremo nudare animū, corporisq; forma posthabita, decorem animi tum naturalem inspicere, tum studio comparandum diligentius adhibere. Et interea corripit Chærephontem, qui nescio quid de nudando quasi in palæstra corpore dixerat. Neq; iniuria exhorta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tationem ad temperantiam à pulchritudine corporis exorditur. Hæc enim temperantia quædam est lineatrum atq; colorum. Sed ab hac proxime transit ad corporis sanitatem, quæ etiam est temperantia quædam, humorum scilicet atq; morum. Tertio ab hac ad animi ipsius ornatum, qui & in affectu temperantia est, ipsa motionum scilicet moderatio: & in cogitatione quædam similiter est temperantia, in quadam intelligentiæ cum rebus quæ intelliguntur concinna cõgruitate consistens, ut non immerito Pythagoras temperãtiam uirtutem omnium esse dixerit saluberrimã, tam publice quàm priuatim humanæ societatis conseruatricem, præsertim cum & iustitia temperantia quædam sit, id est conueniens in cõmutando distribuendoq; moderatio. Profecto quãuis temperantia proprie circa cohibendas uehementes libidines uoluptates q; uersetur, tamen similitudine quadam transfertur & ad cupiditates omnes amputandas, & ad actum quemlibet moderãdum, ut etiam officium fortitudinis in audaciæ timorisq; moderatione uersetur, similiter iustitiæ in præmiorum pœnarumq; modo, liberalitatis quoq; in erogãdi modo, deniq; totius uitæ salus, ut ne quid nimis. Hinc Pythagoricum illud, Mensura omnium optima. Sed memento illos in Phædone negari temperatos esse, qui corporeæ uoluptatis gratia à uoluptatibus abstinent. Iubet enim actiones mortales ad purgandam mentem referri, cõsequendæ sapientiæ diuinæq; similitudinis gratia. Tanta uero est excellentia temperantiæ, ut & eam omnes in operibus suis obseruent artifices elegantes, & ipsius uirtute non solum corpus sub luna quodlibet, uerũetiam cœlum ipsum uniuersumq; seruetur, quod in Gorgia sapientũ testimonio confirmatur. Huic illud simile, Disponit deus cuncta suauiter. Item in numero, pondere, mensura cuncta disponit. Sed iam ad dialogum reuertamur. Socrates dum ex sententia magorum uetat curari corpus antequam curetur animus, manifeste eos improbat, qui minima curantes, maxima negligunt, uelut qui equis & canibus ægrotantibus remedia quærũt, in sui uero corporis et animi morbis medicos minime cõsulunt. Minima quæq; suppellectilia rite cõponunt, ipsi interim & animo & corpore incompositi. Intemperato animo citharam temperant. Quotidie aliena curiose tractant, propria deserunt. Omnia uero præter animum ipsum nobis sunt aliena. Ideo corporis medicinam solum appellauit, rem leuem, fragilem, & omnino mutabilem, ac penitus cõtemnendam. Significat etiam multa nobis incommoda tum corporis, tum fortunæ ob intemperantiam frequenter accidere: atq; contrà complurima bona per temperãtiam prouenire. Item animo perfecte composito, quæcunq; accidunt, tam & prudenter disponi, & æque tolerari, ut nihil tandem cuadat in malum. Incomposito uero animo nihil bene uel in corpore, uel extra posse componi. Exponit antẽ in Crytylo nomen intemperantiæ Græcum Sophrosynen, quasi salutem quandam cõseruationemq; prudentiæ. Putat enim animo uerorum lumina omnium innata fuisse, ideoq; si in seipsum prorsus inspiciat, uera in se omnia conspecturum. At uero quo minus inspiciat, in causa est immoderatus ad corpus corporeaq; affectus: quo fit ut temperãtia opus sit in primis, per quam expulsa perturbationum caligine mens facta serenior, diuini solis lumine abũde circumfundatur, unde sapientiam primo recuperet, deinde prudentiam adipiscatur. Quoniam igitur temperantiã sapientia prudentiaq; comitatur, ideo Plato sæpe alibi, & in hoc dialogo sub ipso temperantiæ nomine sapientiam quoq; uult & prudentiam contineri. Monet autem Socrates Charmidem, ut respiciat in seipsum de temperantia uerba facturus. nam hæc ipsa in seipsum conuersio, est huius uirtutis officium & quisquis in seipsum penitus conuersus fuerit, tum per ipsam temperantiæ ideam innatam menti, humanam intelligit temperantiam, tum moderationem ipsam agnoscens, qua deus animæ partes ab initio inuicem temperauit, cognoscet qua ratione sit affectus animi temperãdus. Accedit ad hæc, quod in hoc præcepto significat nemimem nisi temperatum de temperantia loqui ad persuadendum uel debere uel posse. Præterea traditur in Timæo, ex consonanti quadam animæ tam ad seipsam quàm ad corpus modulatione, nobis prospera cuncta contingere. Quinetiam Pythagoræi, quos Romanus in hoc sequitur Censorinus, si animus prudenter motiones singulas tum sui, tum corporis moderetur, perpetuam utriusq; sanitatem, & diuturnam uitam corpori pollicentur. Quod quidem plerisq; sapientiæ uiris proueniisse compertum & Censorinus & nos habemus. Ad eandem quoq; causam aut similem diuturnas priscorum uitas nonnulli referrent: Sed additur his aliquid mirabilius: Magos carminibus suis immortalitatem conciliare poribus polliceri. Magicem Zoroastris Plato in Alcibiade, nihil aliud quàm diuinum cultum esse dicit. hic insuper additur, non magicis tantum carminibus, uerumetiam philosophicis rationibus & temperari animum, et corpus uel semper, uel diu saltem procul à morte seruari. Profecto oratio illa quæ temperantiam audientibus omnino persuasisset, atq; insitam per affectura. duo potissimum exigit, & uim à deo infusam & rationes à philosophis cõparatas. Atq; orationẽ è duobus his cõpositam Plato incantationẽ nominat magicam. Qua Phœbus primo, deinde Pythagorici morbos ab animo & corpore mirabiliter expellebant. Neq; uero falsum putari debet, corpus sub anima penitus temperata immortale effici posse, & sub intemperata in morbos, & mala labi. Id enim Mosaicũ de primi parentis statu atq; lapsu mysterium continet. Atq; Auicenna sequutus Platonicos & Hippocratẽ, probat animũ ex ipsa sui natura adeo materiã omnem exuperare, ut cum primum in seipsum fuerit restitutus, posit elementa mũdi mira quadã uirtute mouere, atq; habere in corpora quæcunque uis imperiũ: quo fit, ut multo magis posit in propriũ. Quod quidem & ab initio Adam poterat experiri, & quidam pauci tant Enoch & Eliam, & nõnulli suspicantur euãgelistam adhuc ratione quadã simili uiuere. Sed de his omnibus in Theologia nostra latissime disputamus. Deniq;, ut summatim dicam, mira in hoc uirtus temperantiæ declaratur, quòd animum infeliciter in deteriora prolapsum, feliciter sibijpsi restituit. Declaratur & mira potestas animi, à quo omnia tam bona quàm mala in corpus desluant, & quo uolente corpus seruari ualeat incorruptũ. Quod quidem Mosaicis mysterijs ferè undiq; consonat. Post hæc sæpius quid sit temperantia quæritur, quod quidem neq; Charmides neq; Critias unquam absoluit. Ille enim non temperantiam proprie, sed quæ comitantur eam, adducit in mediũ: hic autẽ quæ ad prudentiam maxime pertinent: & id quidem semper inepte, uidelicet ut declaretur non esse cuiuslibet de uirtute tam præclara disserere, ut Interea nota priscos sacerdotes consueuisse in sacris tertiam libationis paterã Ioui seruatori præcipue consecrare, ut declararent principia, media, fines omniũ, ut in Legibus Plato refert, sub Iouis prouidẽtia disponi atq; seruari. Sed ad Critiæ

tiæ ineptias redeamus, dicentis esse scientiam quandã quæ tam se quàm scientias omnes sciat: res uero ipsas quarũ sunt scientiæ, nesciat. Quod quidẽ ideo est absurdũ, quia ueritas ipsa ratioq; scientiæ in ipso eorũ quæ sciuntur quasi quodam cõtactu cõgruentiaq; consistit. Præterea neq; perfecte sciri potest scientia, nisi quæ scientia sit discernatur: id uero nisi rei cuius sit habeatur, haberi nõ potest. Item cõsuetur Critias posse aliquem quæ nullo modo cognoscit, interim cognoscere se nõ nosse. Id autem Socrates idcirco non recipit, quoniã quæ nullo modo sciũtur, non possunt interim quodammodo sciri. Quisquis enim animaduerit se aliquid ignorare, eo ipso agnoscit & se carere. Si ita iudicat, ergo iam potionem ipsius quandam in seipso descripsit, per quam iudicet & se carere, & quo præcipue careat, Quo fit, ut quicunq; rem aliquam se ignorare cognoscit, interea rem ipsam non prorsus ignoret, immo generali quadam adumbratione describat, generali inquam propterea, quod in speciali rerum distinctione scientia perfecta consistit, quam in omnibus disputationibus suis Plato perquirit. Vbi uero Socratem inducit agnoscentem se nihil scire, indicat eum, & si non speciales, generales tamen rerum descriptiones habere, alioquin ignorantiam suam nõ posset agnoscere: ideoq; dum sciebat nihil, sciebat quodãmodo cuncta. Quoniam uero Critias sermonẽ de temperantia traduxerat ad prudentiã, & id quidẽ licentia quadã Platonica, Socrates prudentiã asserit, id est boni maliq; scientiã, autoritatem summã ad beatitudinẽ obtinere, tum quia & bonũ finem, & bona ad ipsum media demõstrat, tum quia omnes tam res quàm artes quatenus ab ipsa reguntur, nobis conducunt ad bonũ, contra uero nequaquã. Postremo docet Socrates nihil difficilius uel definiri uel cõparari quàm temperantiam. Difficultas uero definitiõis inde procedit, quod uix à cæteris uirtutibus quarũ ipsa cõsonantia quædam est, discerni potest. Adde quod tanto difficilius intelligitur, uerbisq; exprimitur, quãto difficilius intrinsecus posidetur. Profecto cum ex ipso corporis cõmercio maxime ad uoluptatẽ intemperãtiamq; procliues simus, in eaq; ab infantia nutriamur, difficile temperãtiam adipiscimur. Præterea primi sensus affectus uidentur nõnihil interdum uel ad fortitudinem per iram audaciamq; cõferre, uel ad prudentiam per timorẽ, uel ad patientiam per dolorẽ, uel ad iustitiam liberalitatẽq; per amorem. Temperantiæ uero semper impetus omnis opponitur. cũ enim in summa quadam tranquillitate solũ collocari possit, à quouis affectu undiq; impeditur. Auget quoq; difficultatẽ, quod sicut in corpore cõsonantem omnino humorũ mentemq; temperiem, sic in animo harmonicam suorũ omnium temperantiã reperire omniũ est difficillimũ. Quamobrem nõ iniuria Socratis tam in epilogo quàm in exordio ad temperãtiam cœlesti harmoniæ per similẽ consequendã opus esse aut cœlesti uirtute atq; diuina, tum animo, tum ratiõibus & uerbis infusa. Vbiq; uero admonet cõtendendum esse potius, ut sub legitimis institutis tẽperati efficiamur, quàm ut sub dialecticis rationibus de temperãtia disputemus: quandoquidẽ summa quadã difficultate cognoscitur, & cognita sine usu nõ modo nihil prodest, sed et obest quamplurimũ, atq; id quod maius est, nisi re ipsa possideatur, perfecte cognosci non potest. Impuro enim rem omniũ purissimam nõ licet attingere.

PLATONIS ATHENIENSIS CHARMIDES, AVT DE TEMPERANTIA. *Sub tentationis specie.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. CHAEREPHON. CRITIAS. CHARMIDES.

RIDIE uesperi redij ex Potidæa de exercitu, & uelut qui aliquandiu abfuissem, iucũdè me cõtuli ad cõsuetas conuersationes, & sanè etiã ad Taureæ palestrã, quæ ex aduerso templi porticus regiæ sita est, ingressus sum, & isthic deprehẽdi ualdè multos, partim etiã mihi ignotos, plurimos autẽ notos. Et ubi me ingressum uidissent ex inexpectato statim eminus alius aliunde salutabãt. Chærephon autẽ ut qui etiã insanus esset, ex medijs illis prosiliens ad me accurrebat: & appræhẽsa mea manu ô Socrates inquit, quomodo serua tus es ex pugna? Nã paulò antea q̃ nos abiremus pugna facta erat in Potidæa, de qua iam audiuerãt hi qui illic essent. Et ego illi respondens sic inquam uelut tu uides. Atqui nunciatũ huc est, inquit pugnã cõmissam esse admodũ fortem, & multos nobis familiariter notos occubuisse. Et satis uera inquã ego nunciata sunt. Interfuisti inquit ille præclarè audiuimus, & simul me ducens collocat iuxta Critiam Callæschri filiũ. Considens igitur & Critiam, & alios salutabã, & ea quæ in exercitu gesta essent exponebã, prout quídq; quiuis percunctaretur, alius autẽ aliud interrogabat. Postquã autem his satiati essemus, statim ego ipsos interrogabã, quo modo hic se haberet res philosophica hoc tempore, & de adolescentibus an aliqui inter ipsos essent præstantes aut sapientia, aut

Pugna in Potidæa

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulchritudine, aut in utraq; . Et Critias oculis ad fores conuersis, & conspicatus quos-
dam adolescentes ingressos & inter se cõuitiantes, & aliam turbã ponè sequentem, De
pulchris quidẽ ô Socrates inquit, statim cogniturus esse mihi uideris. Hi enim qui in-
gressi sunt, præcursores & amatores existũt eius qui hoc tẽpore pulcherrimus esse uide
tur. Et mihi uidetur etiã propè iam esse ut accedat. Est autẽ inquam ego, ille quis, & cu-
ius filius? Nouisti fortassis & tu inquit, sed antea quã abires nondũ ea statura erat, Char
miden Glauconis patrui mei filiũ, meum autẽ patruelẽ. Noui equidẽ per louem inquã
ego. Nõ enim uilis tũc erat, quũ adhuc puer esset. Nũc autẽ arbitror admodũ adolescẽ-
tulus fuerit. Statim inquit scies & quãtus, & qualis euaserit, & simul ut ipse hæc diceret,
Charmides ingreditur. Mihi igitur ô amice nihil expensum est. Reuera enim sum amul
sis alba ad pulchros. Ferè enim omnes in hac ætate pulchri mihi uidẽ. Quare & ille
tuus tum magnitudine, tum pulchritudine admirãdus mihi uisus est. Et sanè alij omnes
amare ipsum mihi uidebant, ita cõsternati ac perturbati erant quãdo ingrediebat. Mul
ti uero alij amatores etiã ponè sequebãtur. Et de nobis quidẽ uiris minus mirandũ erat.
At ego etiã pueris animũ aduerti, & nullus ipsorũ ne minimus quidem aliũ aspiciebat:
uerũ omnes uelut statuã ipsum intuebantur. Et Chærephon uocans me, quid tibi uide-
tur adolescẽs inquit ô Socrates, non'ne honesta facie præditus? Mirũ in modum inquã
ego. Hic tamẽ inquit, si se exuere uelit, turpis facie esse tibi uidebitur, adeò specie peni-
tus pulcher est. Cõsenserunt igitur etiã alij de ijsdem his Chærephonti. Et ego mehercu
les inquã, incõparabilem uirũ dicitis, si adhuc unũ solum ipsi adest exiguum quoddam.
Quod illud inquit Critias? Si anima præditus est inquã, ex natura ingeniosa. Consenta
neũ autem est ô Critia talem ipsum esse, ut qui ex uestra familia originẽ duxerit. Imò in-
quit ualdè pulcher ac prẽstans est etiam hac parte. Cur igitur inquã, non exuimus hanc
ipsius partem, & prius quàm speciem eius cõtemplamur. Nam quũ rantus sit, omnino
iam disputare uolet. Et maximè inquit Critias, quando quidẽ & philosophus est, & ue-
lut & sibi ipsi & alijs uideẽ, ualdè poeticus. Hæc inquã ego pulchritudo uobis ô Critia
ab antiquo adest à Solonis cognatione. At cur nõ ostendis mihi adolescentẽ huc uoca
tum. Neq; enim etiamsi iunior est, turpe fuerit ipsi nobiscum disputare, corã te qui et tu-
tor & patruelis ipsius es. At recte inquit dicis, & uocemus ipsum, & simul ad pedisequũ
conuersus, uoca inquit Charmiden, & dic me uelle ipsum Medico cõmendare, ob de-
bilitatem de qua nuper apud me conquestus est. Ad me igitur Critias nuper inquit, ca-
put sibi aliquãtulum grauari cõquestus est, quum mane surgeret. Quare quid prohibet
te simulare erga ipsum, uelut qui medicamentũ aliquod capitis sciat? Nihil inquã ego,
modo ueniat. At ueniet inquit, id quod etiã contingebat. Venit enim & risum multam
excitauit. Vnusquisq; enim ex nobis qui cõsidebamus locum concedere uolens, de in-
dustria proximũ protrudebat, quo iuxta ipsum cõsideret, donec ex his qui in extremis
sedebant, alterũ surgere cõpelleremus, alterũ in latus deijceremus. Ille uero inter me &
Critiam cõsidebat. Hic equidem ô amice ego iam cõsilij inops eram, & superior illa au
dacia mihi elidebatur, quã tunc habebã uelut qui admodum facile cum ipso disputatu-
rus essem. Postquã autem Critias dixisset me esse qui medicamentum sciam, aspexit ille
me oculis explicabili quodam modo, & ita se gerebat uelut interrogaturus esset. Et qui
in palæstra essent omnes circum nos diffundebantur. Tunc itaq; ô generose uidebam
ea quæ intra pallium essent, & ardebam, & nõ amplius in meipso eram. Et sapientissi-
mum in rebus amatorijs esse Cydian iudicabam, qui quũ de pulchro puero loqueretur,
alium admonens dixit. Cauendũ esse ne coram leone hinnuli progressi partem carni-
um quis experat. Nam ab eiusmodi pecore correptus esse ipse mihi uidebar. Et tamen
quum interrogasset an capitis medicamentum nossem, uix quodammodo me nosse re
spondi. Quid igitur inquit est? Et ego folium quoddam esse dicebam, & esse quan-
dam ad ipsum medicamentũ incantationẽ, quam si quis incinat, simulq; illo utatur, pe-
nitus sanum medicamentũ efficit. Verum absq; incantatione, folij nullam utilitatẽ esse.
Et ille describebam itaq; inquit, à te incantationẽ. Vtrum inquam, si mihi persuaseris, aut
etiamsi non. Ridens igitur si tibi ô Socrates persuasero inquit. Sit ita inquã ego, & no-
men meum tu exactè tenes? Si non iniuriam facio inquit, Neq; enim parum læpe men
tio de te fit inter nostros æquales: Et memini etiam quum puer essem te cum Critia hoc
conuer-

Pulchritudinis impetus

Incantatio ad medicamẽtum

cõuersatum esse. Recte tu, inquam ego, facis. Magis enim liberè tecum de incantatio-
ne agam qualis ea sit. Paulò ante enim dubitabam quomodo uim ipsius tibi ostende-
rem. Est enim ô Charmide talis, ut non solum caput sanum facere possit, sed quemad-
modum fortassis iam etiam tu de bonis medicis audiuisti, ubi quis oculos dolens ipsos
accesserit, fieri non posse dicunt ut ipsos oculos solos curare aggrediantur, sed necesse
esse ut simul etiam caput curetur, si oculi recte habere debeant. Et rursus putare ut quis
caput ipsum per se curet absq; toto corpore, ingẽtem amentiam esse. Ex hac itaq; ratio-
ne per uictum ad totum corpus se cõuertentes, unà cum toto partem curare ac sanare
aggrediunt. Aut non intellexisti hæc ipsos ita dicere, & sic se habere. Maximè inquit.
Proinde recte tibi dicere uidentur, & approbas sermonem? Omnium maximè inquit.
Et ego quũ audiuissem ipsum collaudantem, rursus animum recepi, & mihi paulatim
rursus confidentia colligebatur ac reuiuiscebam, & dicebam. Talis itaq; est ô Charmi-
de etiam huius incantationis facultas. Didici autem ipsam illic in exercitu à quodam
Thracensi Medico Zamolxidis sectatore, quod genus medicorũ etiam immortalitatẽ
inducere dicitur. Dicebat autem Medicus ille Thracensis, q̃ Græci quidem medici ea
quę nũc recensui recte dicant, Et Zamolxis inquit, noster rex, qui Deus est, dicit, Quẽ-
admodum absq; capite non oportet oculorũ curam tentare, neq; capitis absq; corpore:
Sic neq; corporis absq; anima. Et hanc esse causam quòd plerisq; morbi Græcos medi-
cos lateant, eo quòd totum ignorãt cuius curam facere oportet. Nam si hoc non recte
habeat, fieri nõ posse ut pars bene habeat. Omnia enim tum mala, tum bona, ex anima
in corpus & totum hominem procedere dicit: & illinc influere uelut ex capite ad ocu-
los. Oportere igitur illam & primã & maximè curare, si caput & totũ corpus recte ha-
bere debet. Curari autem animam quibusdam incantationibus dixit. Incantationes au-
tem has esse sermones pulchros. Ex talibus autem sermonibus temperãtiam in animis
nasci, qua inualescente ac præsente, facile iam esse sanitatem & capiti & reliquo corpo-
ri suppeditare. Quum igitur doceret me & pharmacum, & incantationes, hoc pharma
co inquit nemo tibi persuadeat ut caput ipsius cures, qui non animam primũ exhibue
rit, ut per incantationem à te curetur. Etenim nũc inquit hoc peccatum apud homines
est, quòd sine utraq; & temperantia & sanitate, quidam se pro medicis gerunt. Et mihi
admodum uehementer demandabat, neq; opulentum adeò aliquem esse debere, neq;
generosum, neq; pulchrum, qui mihi ut aliter facerẽ persuaderet. Ego igitur iureiuran-
do me obstrinxi, & necesse est me fidem præstare, & præstabo sanè. Et tu si iuxta pere-
grini illius mandatũ uoles mihi primũ animam exhibere, ut incinam ipsi Thracensis il-
lius incantationes, adhibebo etiam capiti medicamentũ: Sin minus, non habeo quod
faciam tibi chare Charmide. Quum igitur Critias hæc me dicẽte audiuisset, lucrum in-
quit fuerit ô Socrates adolescenti capitis debilitas, si cogetur ut propter caput, etiam
mente melior fiat. Affirmo tamen tibi quòd Charmides non solum specie æqualibus
suis præstare uidetur, sed etiam hoc ipso, cuius tu incantationem te habere dicis. Dicis
autem temperantiæ, nunquid? Maximè inquam ego. Probe itaq; scias inquit, quòd ex
his qui nunc sunt longè temperantissimus esse uidetur, & in alijs omnibus pro hac æta
te nullo inferior. Equidem inquam ego etiam iustum est ô Charmide, te omnibus alijs
in talibus præstantiorem esse. Non enim arbitror ullum alium ex his qui hic sunt, facile
ostendere posse, Quæ duæ familiæ Athenis inter se coniugio uerisimilius pulchriorem
& præstantiorem genuissent quàm hæc ex quibus tu genitus es. Nam & paterna uestra
Critiæ Dropidæ filij familia, & ab Anacreonte, & à Solone, & multis alijs poetis ce-
lebrata nobis tradita est, uelut pulchritudine & uirtute & reliqua appellata felicitate
præstans. Et rursus materna eodem modo. Nam Pyrilampe auunculo tuo nemo pul-
chrior & maior uir uisus est ex omnibus cõtinentis incolis, quoties ille aut ad magnum
Regem, aut ad alium aliquem ex his qui in continente degunt legatus abiret. Vniuersa
autem hæc familia in nulla re inferior altera est. Ex talibus itaq; genitũ te par est ad om
nia primum esse. Quantum igitur ad ea quæ uidentur attinet, specie sanè chare Glauco
nis filli, neminem ex maioribus tuis pudefacere uideris. Si uero etiam ad temperantiam
& ad alia, iuxta huius sermonem à natura productus es, beatum te chare Charmide ma
ter peperit. Habet igitur se res hoc modo. Si quidem tibi iam adest, uelut Critias hic di-

Medicorum curandi ratio

Zamolxis medicus, Rex, & Deus

Animæ cura primũ habẽda

Medici sine tẽperantia & sanitate

cit

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit, temperantia: & si satis temperans es, nihil amplius tibi opus est, neq; Zamolxidis, neq; Abaridis Hyperborei incantationibus. Sed ipsum tibi iam dandum fuerit capitis pharmacum. Si uero alicuius horum indigus, incantatio facienda est ante medicamenti adhibitionem. Ipse igitur mihi dic an cum hoc consentias, & affirmes te satis iam temperantiæ participem esse, aut ea indigere. Erubescens igitur Charmides, primũ quidem adhuc pulchrior apparebat. Pudor enim ætatẽ ipsius decebat. Deinde etiam non ingenerosè respondebat. Dicebat enim nõ facile esse in præsentia neq; cõsiteri, neq; denegare ea quæ ex ipso quærerentur. Si enim inquit nõ affirmaro me esse temperantẽ, absurdum est ipsum cõtra seipsum talia dicere, simulq; Critiam hunc mendacẽ esse ostendero, itemq; alios multos, quibus temperans esse uideor, uelut hic dicit. Si uero rursus affirmauero, & me ipsum laudauero, graue hoc & fortassis odiosum uidebitur. Quare quod respondeã nõ habeo. Et ego iusta inquã mihi dicere uideris ô Charmide, & mihi in cõmuni considerandũ esse uideꝛ, an possideas aut secus id de quo interrogo, ut neq; tu cogaris dicere quæ nõ uis, neq; ego incõsideratè ad medicinã me cõuertam. Si igitur tibi gratũ est, unà tecũ considerare uolo: sin minus, omittere. At omniũ maximè inquit gratum est, quare huius sanè gratia, quo modo ipse putas melius esse, ita cõsidera. Hoc igit modo inquã optima mihi uidetur de hac re cõsideratio. Manifestum enim est q; si adest tibi temperãtia, habes aliquã de ipsa opinionẽ. Necesse est enim eam quę in te est, si modo est, sensum aliquem sui exhibere, ex quo opinio aliqua tibi de ipsa fuerit, quid sit, & quale quiddã temperantia. Aut nõ ita putas? Ego inquit puto. Nõ ne hoc inquã quod putas, quando quidẽ Græcè loqui nosti, dicere possis quid nam ipsum tibi uideat? Fortassis inquit. Quo itaq; cõiectemus an in te sit, aut nõ sit temperantia, dic inquã quid nã ex tua opinione Temperantiam esse asseris. Et ille primũ quidẽ cunctabatur, & nõ admodũ respõdere uolebat. Postea tamẽ quid ei tẽperantia esse uideꝛ dixit, nimirũ ornatè omnia facere, & lentè per uias incedere ac dissolutè, & alia omnia eodem modo facere: Et mihi inquit in summa uideꝛ Lẽtitudo quędã esse id de quo quæris. Bene inquam dicis. Aiũt enim ô Charmide, lentos tẽperatos esse. Videamus autẽ an quid dicant. Dic igit mihi, num ex pulchris quiddã est temperãtia? Maximè inquit. Vtrũ igit pulchrius est, apud grãmatistam similes literas uelociter aut lentè scribere? uelociter. Quid uero legere, uelociter aut tardè? uelociter. Sed & citharã uelociter pulsare, & celeriter luctari, multò pulchrius est q; lentè & tardè? Etiam. Quid uero pugnis & pancratio decertare, non ne eodẽ modo? Maximè. Currere uero & saltare, & omnia corporis opera, non ne quæ celeriter & cito fiunt, pulchra sunt: Quæ uero tarde & uix ac lentè, turpia? Apparet. Videtur igitur nobis inquam circa corpus, pulcherrimum id esse quod celerrimũ ac uelocissimũ est, non quod lentum, nunquid? Maximè. Temperantia autem pulchrũ quid erat? Etiam. Non itaq; circa corpus lentitudo, sed uelocitas tẽperantior erat, si quidẽ pulchrũ quid est tẽperantia. Apparet inquit. Quid uero inquã ego facile ne discere pulchrius est aut difficulter? Facile. Est autem inquã facile discere, cito discere: difficulter autem discere, lentè ac tardè? Etiam. At docere aliũ non ne uelociter lõgè magis pulchrũ est, q; lentè & tardè? Etiam. Quid uero recordari & meminisse lentè & tarde, pulchrius est q; uehemẽter & uelociter? uehemẽter inquit & uelociter. At ingeniosum esse non ne celeritas quædã animæ est, & nõ lentitudo? Vera dicis. Non ne & intelligere ea quæ dicũtur, & apud grãmatistam, & apud citharistã, & ubiq; alibi, non q; lentissimè, sed q; citissime, etiam pulcherrimũ est? Etiã. Sed & in quæstionib. animæ, & in cõsultando nõ lentissimus, uelut ego puto, & qui uix animũ ad hoc inducit ac inuenit, laude dignus esse uideꝛ, sed qui facillime ac celerrime hoc facit. Est ita inquit. Omnia igit inquã ego ô Charmide, & quæ circa animã, & quę circa corpus fiũt. cũ uelocitate ac celeritate pulchriora apparẽt, q; cũ tarditate & lentitudine. Consequẽs est inquit. Nõ ergo lentitudo quædã fuerit tẽperantia, neq; uita lenta tẽperans, ex hac sanè ratione, si quidẽ pulchrũ esse oportet cum qui temperans est. Ex duobus enim alterũ, aut nunquã, aut raro admodũ lentæ in uita actiones pulchriores uisæ sunt, q; celeres & uehemẽtes. Si uero etiã non pauciores lentæ q; uehemẽtes & ueloces actiões pulchrę sunt, neq; hoc modo tẽperantia magis fuerit lentè q; facere, q; uehementer & uelociter, non in iter faciendo, nõ in dicendo, nõ in alia ulla re, lenta

lenta uita ornata temperantior fuerit q; non lenta, quando quidẽ in superiore sermone hoc à nobis constitutũ est, ex pulchris quid temperantiã esse. Pulchra autem nõ minus uelocia q; lenta apparuerunt. Rectè inquit, mihi uideris, ô Socrates, dixisse. Rursus itaq; inquã ego, ô Charmide, animũ diligentius aduertẽs, & ad teipsum respiciens, quale te præsens temperantia faciat, cogita, & qualis ipsa sit, ut talem te efficiat, & ubi omnia hæc collegeris, bene & considenter dicito quid tibi uideatur. Et ille ubi se continuisset, & admodum uiriliter secum considerasset. Videtur mihi inquit, facere temperantia, ut quis erubescat, & hominem uerecundum, & esse temperantia id quod pudor. Sit ita, inquam ego, non ne pulchrum quid paulò antea temperantiam esse confitebaris? Maximè inquit. Non ne etiam boni homines sunt temperantes? Etiam. Num igitur bonum fuerit id quod non bonos efficit? Non sanè. Non solum igitur pulchrum, sed etiam bonũ est. Mihi ita uidetur. Quid igitur inquam ego, non credis Homero quòd rectè dicat, dum inquit: *Tẽperantia an sit pudor*

Non bonus est pudor ipse, uirum si uexat egentem:

Ego inquit, credo. Est igit, ut apparet, pudor non bonũ, & bonum. Apparet. Temperantia autem bonũ, siquidem bonos facit eos quibus adest, & non malos. Atqui ita habere se mihi uideꝛ, uelut tu dicis. Non ergo temperantia fuerit pudor, si quidẽ hæc bona est, pudor autem nihilo magis bonus q; malus. At mihi uideꝛ, inquit, ô Socrates, hoc quidem rectè dici. Verùm considera quid tibi uideatur esse hoc de temperantia dictum. Iam enim recordatus sum me ex quodam audiuisse qui diceret, Temperantiã esse sua ipsius agere. Considera igitur an is qui hoc dicit, rectè dicere tibi uideatur. Et ego, ô sceleste inquã, hoc ipsum ex Critia hoc, aut alio quodam sapiente audiuisti. Videtur inquit Critias, ex alio audiuisse. Ex me enim nunquam audiuit. At quid refert, inquit Charmides, ex quo audiuerim? Nihil inquam, omninò enim nõ hoc considerandum est, quis dixerit, sed an uere dicat, aut nõ. Nunc rectè dicis, inquit ille. Per Iouem inquã ego, at si etiã inueniemus quõ hoc ipsum se habeat, mirũ mihi fuerit. Ænigmati enim simile est. Quid ita, inquit ille? Quia non sanè inquam ego, uerba locutus est hoc modo, ut ita dicas, temperantiam esse sua ipsius agere intelligeret. Aut tu nihil putas agere grammatistam, cum scribit, aut legit? Ego equidem inquit, puto. Videtur igitur tibi grãmatista suum solum nomen scribere, & legere, aut uos pueros doceꝛe? aut nihilo minus inimicorũ nomina scribitis quàm uestra & amicorum? Nihilo minus. Num igitur curiosi estis, & non temperantes, dum hoc facitis? Nequaq;. Atqui uestra ipsorũ nõ agitis, si scribere & legere est quid agere. Atqui est. Nã & mederi, ô amice, & ædificare, & texere, & quacũq; arte quoduis artis opus efficere, agere sanè aliquid est. Maximè. Quid igit inquã ego, uidetur tibi ciuitas ex hac lege bene habitari, quæ iubeat unũquenq; suum ipsius pallium texere, & lauare, & calceos suere, & uas oleariũ, & strigilem, & omnia alia secundũ eandem rationem, ita ut aliena non attingat, sed sua ipsius quisq; operet & agat? Non mihi uidetur inquit ille. Atqui inquam ego, si temperatè habitat, bene sanè habitatur? Quomodo uero non inquit? Non igitur inquã ego, talia & sic sua ipsius agere, temperantia fuerit. Non apparet. Ænigmate ergo ulus est, ut uideꝛ, & uelut antea dixi, is qui sua ipsius agere, temperantiã esse dixit. Non em adeò stolidus fuit. Aut stolidũ aliquem, ô Charmide, hoc dicere audiuisti? Minimè inquit. Nam & sapiens admodũ esse uidebat. Omninò igitur, uelut mihi uideꝛ, ænigma ipsum proposuit, uelut difficile sit cognoscere, quid nã est, sua ipsius agere. Fortassis inquit. Quid igitur sit tãdem sua agere, potes ne mihi dicere? Non noui, per Iouem, inquit ille. At fortassis nihil prohibet, neque eum qui hoc dixit, scire quid sibi uelit. Et simul ut hæc dixisset, subrisit, & ad Critiam respexit. Critias autem iamdudũ, & certandi aduersus Charmiden, & ambitionis erga præsentes studio flagrabat: & cùm in superioribus se uix cõtinuisset, tunc nõ amplius facere hoc poterat. Videbat em mihi præ omnib. uerum esse, quod ego suspicatus eram, nimirũ ex Critia Charmidẽ hanc de temperantia responsionem audiuisse. Charmides igit non uolens ipse respondendi laborẽ sustinere, illum ad hoc concitabat, & quòd cõuictus esset, ostendebat. Ille uero hoc non tolerabat, sed irasci ipsi mihi uidebat, uelut poeta histrioni poemata sua malè repræsentãti. Quare intuitus ipsum, Ita ne putas, inquit ô Charmide, si tu non nosti quid sibi uelit qui dixit, *Quis dixerit, nihil refert*

Tẽperantia an sit, sua ipsius agere

Sua agere, quid sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

temperantiã esse sua ipsius agere, neq; sanè illũ scire? At ô optime Critia, inquã ego, hũc quidẽ in hac ætatula hoc ignorare nihil miri est. Te uero scire uerisimile est & obætatẽ, & propter diligentiã. Si igitur cõcedis hoc quod hic dicit esse temperantiã, & sermonẽ excipis, libentius multò tecũ considerauero, an uerum, aut contrà, sit hoc dictũ. Atqui cõcedo, inquit, & excipio. Rectè itaq; tu facis, inquã ego, & dic mihi, num etiã ea quæ ego nunc interrogabã, cõcedis, opifices omnes aliquid agere? Ego sanè cõcedo. Num igitur uidentẽ tibi sua ipsorũ solum agere, aut etiã aliena? Etiã aliena. Temperãtes igit̃ sunt qui non sua solũ faciunt. Quid prohibet, inquit? Me quidẽ nihil inquã ego, sed uide ne illũ prohibeat, qui temperantiã esse asserit, sua ipsius agere, & deinde nihil prohibere dicit, etiã eos qui aliena agunt, temperantes esse. Ego sanè, inquit ille, hoc concessi, q̃ temperãtes sunt qui aliena agũt. Num etiã qui faciunt concessi? Dic mihi, inq̃ ego, nõ idem tu dicis facere & agere? Non equidẽ inquit, neq; operari & facere. Didici enim ab Hesiodo, qui nullũ turpe opus esse dicit. Putas igit̃ ipsum si talia opera operari & agere dixisset, qualia tu nunc dicis, nulli turpe esse dixisse coria & calceos suere, etiã sallamenta uẽdere, aut in lupanari sedere? Nõ ita opinari oportet, ô Socrates: sed et ille, ut arbitror, effectionẽ ab actione & operatione aliud esse putauit: & effectionẽ qui dem aliquãdo turpem esse, cũ non cum honestate fiat, opus aũt nullum unq̃ turpe esse. Quæ.n. honestè & utiliter fiunt, opera appellauit, et eiusmodi effectiones, tum operationes, tum actiones. Sed & talia solũ propria ipsum ducere, asserere oportet, nociua uero oĩa aliena. Quare & Hesiodũ & quemuis aliũ qui prudẽs est, eum qui ita sua agit, temperantem dicere putare oportet. O Critia inquam ego, statim ab initio sermonis tui intelligebam te propria & sua, uocare bona: & actiones, bonorũ effectiones. Nam Prodicum audiui innumera quædam de nominibus distinguentem. At ego ut nomina singula prout uelis, ponas, tibi concedo, si declaraueris solum, ad quam rem referas quod cunq; tandem nomen usurparis. Nunc igitur rursus ab initio clarius definias. Num bonorum actionem, aut effectionem, aut quomodocunq; appellare uoles, temperantiam esse dicis? Ego sanè dico inquit. Nõ ergo temperans est qui mala agit, sed qui bona. Tibi uero inquit, ô bone, non ita uidet̃. Siue inquã ego, nondũ enim id quod mihi uidetur, cõsideramus, sed quod tu nunc dicis. At ego inquit, eum qui nõ bona, sed mala facit, temperantẽ non dico. Qui uero bona, & non mala, temperantẽ. Nã bonorũ actionem, temperantiã esse apertè tibi definio. Et nihil fortassis ,phibet te uera dicere. Hoc tamen admiror, inq̃, si temperãtes homines ignorare putas, q̃ sint temperãtes. At non puto, inquit. Nõne paulò antea inquam, dicebatur nihil prohibere opifices, & eos qui aliena faciunt, temperantes esse? Dicebatur inquit, sed quorsum hoc? Nihil sanè, uerùm dic an uideat̃ tibi Medicus, dum sanum aliquem facit, utilia & sibijpsi, & illi quæ sanat facere? Mihi quidem uidetur. Non'ne ea quæ decent agit, qui hęc agit? Etiam. Qui quæ decet agit, non'ne temperans est? Temperans omninò. Nunquid & necesse est medicum cognoscere, quãdo utiliter medetur, & quando non? & unumquenque opificẽ quando utilitatẽ percepturus est ex opere quod facit, & quando non? Fortassis nõ. Aliquando ergo inquã, dum utiliter aut cũ detrimento Medicus egit, nõ cognoscit seipsum quõ egit: etiamsi dum utiliter egit, uelut tu dicis, tẽperatè egit. An nõ ita dicebas? Ego sanè. Non'ne igit̃, ut apparet, dum aliquãdo utiliter egit, egit quidẽ temperatè, & tẽperans est, ignorat autem ipse q̃ temperans sit. At hoc inquit, ô Socrates, fieri nunquã potest. Quare si quid ex superius à me cõcessis, hanc necessitatẽ inducere putas, illorũ aliquid libentius retractauero, et nõ puduerit me fateri, nõ rectè dixisse, potius quàm unq̃ concesserim, ut homo ignorans ipse seipsum temperans sit. Nam ego ferè hoc ipsum temperantiã esse assero, cognoscere seipsum, et ei qui hoc dictum in Delphis cõsecrauit, assentior. Etenim hoc dictũ ita mihi propositũ esse uidet̃: uelut sit salutatio Dei ad ingredientes, ,p eo quod aliàs dici solet, χαῖρε, aut salue: tanq̃ hæc salutatio nõ sit recta, neq; sic alter, alterũ compellare debeat, sed temperans sis. Sic sanè Deus ingredientes in templũ salutat, diuerso quodã modo quàm homines solent, uelut sensit, qui illud dedicauit, ut mihi uidet̃, & ad ingredientẽ nihil aliud q̃ temperans sis, dicit, uerùm ænigmate inuolutũ dicit, ut qui sit uates. Nam nosce teipsum, & sis temperãs, idem sunt, uelut literæ testãtur, & ego assero. Fortassis autem putauerit quis aliud esse, quod sanè his

Agere, & facere, diuersa esse

Opera quæ dicantur

Tẽperantia an sit actio bonorum

Noscete ipsum, idem est quod, sis temperans

sanè his accidisse mihi uidet̃, qui posteriora oracula conseruauerunt, & Nihil nimis, & Spondе, noxa præstò est. Nam hi consiliũ esse putauerũt, hoc dictũ Cognosce teipsum, & nõ dei ad ingredientes salutationẽ. Deinde ut & ipsi non minus utilia cõsilia dedicarent, hæc adscripta consecrarũt. Cuius igit̃ gratia, ô Socrates, hæc omnia dico, hoc est. Superiora quidẽ omnia tibi concedo. Fortassis.n. tu rectius quiddã de ipsis dixisti: fortassis ego: manifestũ tamen nihil admodũ fuit ex his q̃ diximus. Nunc aũt huius rationem tibi reddere uolo, si nõ confiteris Temperantiã esse, ipsum quenq; seipsum cognoscere. Atinq̃ ego, ô Critia, tu quidẽ uelut ego sciam ea de quib. interrogo, mecũ agis, & uelut cõcessurus sis, si ego uelim. Hoc aũt non ita se habet. Sed id quod proponit̃, semper tecũ quæro, eo q̃ ipse id nõ sciã. Postq̃ igitur cõsideraueró, dicere tibi uolo, an consentiã, aut non. Quare contine te donec cõsideraueró. Considera itaq;, inquit ille. Equidẽ cõsidero, inq̃. Si sanè cognoscere aliquid, est temperãtia, nimirũ inquit, scientia fuerit quædã, & alicuius scitia, aut nõ ita? Est ita, inquit, sui ipsius scientia. Nõne Medicina est scitia sanitatis tuendæ? Maximè. Si itaq; me inquã, tu interrogares, Medicina q̃ est scientia tuendæ sanitatis, quid nobis utilis est, & quid efficit: responderẽ utiq; non exiguã utilitatem. Sanitatẽ enim pulchrũ opus nobis efficit. Num cõcedis hoc? Concedo. Et si me interrogares, quod opus efficere asseram ædificatoriã, quę est scientia ædificãdi, dicerẽ ędificia. Et eodẽ modo etiam de alijs artibus. Oportet igit̃ & te de temperãtia, quandoquidẽ ipsam scientiã suijpsius esse dicis, habere quod interrogatus dicas. Temperantia itaq;, ô Critia, q̃ est suijpsius scientia, quod bonũ opus nobis efficit, quod eius nomine dignum sit. Age igit̃, dicito. At ô Socrates, nõ rectè quæris, inquit. Non.n. similis est hæc alijs scientijs, neq; aliæ alijs. Tu uero uelut similes sint, quæstionẽ facis. Nã dic mihi artis supputãdi, aut Geometriæ, quod eiusmodi opus est, quale est domus ædificatoriæ, aut palliũ textorię? aut alia huiusmodi opera, q̃ multa multarũ artium ostendere quis possit? Potes igit̃ tu tale quoddã harum opus ostendere? At nõ potes. Et ego, uera dicis inquã. Verùm hoc tibi ostendere possum, cuius scientia sit unaquæq; harũm scientiarũ, quod aliud est ab ipsa scientia: uelut ars supputãdi est paris & imparis multitudinis scientia, quõ ad ipsam, & inter se, se habeant. Nunquid? Maximè, inquit, Nõ ne ut aliud sit impar & par, ab ipsa arte supputãdi. Quidni? Sed & põderãdi scientia, grauioris & leuioris ponderis librandi scientia est: aliud aũt est graue & leue ab ipsa ponderãdi arte. Cõcedis? Ego sanè. Dic itaq; & temperãtia cuius est scientia, quod est aliud ab ipsa tẽperantia? Hoc est illud, inquit, ô Socrates, ad idem interrogãdo redis, quo ab omnib. scientijs tẽperantia differt. Tu uero similitudinẽ quandam ipsius ad alias quæris. Hoc aũt non ita se habet: sed aliæ omnes alterius sunt, non aũt suijpsarũ. Hęc aũt sola, & aliarum scientiarũ scientia est, et ipsa suijpsius. Et multũ abest ut tu hęc ignores. Verũ arbitror hoc facis, quod modò te facere negabas. Nã me redarguere conaris, omisso eo de quo instituta est oratio. Quid facis, inquã ego, qui putas etiãsi te redarguam, alia quadã te causa redarguere, q̃ cuius gratia etiã meipsum perscruter, quid dicã, timens ne fortè meipsum fallã, ut qui me scire quid putẽ, cùm nesciã. Et nunc sanè hoc facere, & hũc sermonẽ me habere fateor, ut considerẽ maximè quidẽ ob meipsum, fortassis aũt & ob alios familiares nostros. Aut non cõmune bonũ esse putas, ut unaquæq; quõ se habeat, omnib. ferè hominib. manifesta fiat? Et ualdè quidẽ, inquit ille, ô Socrates. Cũ fiducia itaq; inquã ego, ô beate, responde ad id quod in quæstionẽ uenit, quõ tibi uidetur, & ualere sine, siue Critias est, siue Socrates qui redarguit̃: ad ipsum aũt sermonẽ animũ aduerte, & quo tandẽ euasurus sit, si redarguat̃, considera. At inquit, ita faciã. Moderata.n. dicere mihi uideris. Dic itaq; inq̃ ego, de tẽperãtia, quõ sentias. Dico itaq; inquit ille, q̃ sola ex alijs scitijs, & ipsa suijpsius, & aliarũ scientiarũ scientia est. Nõ ne inq̃ ego, & inscitię scitia fuerit, siquidẽ & scitię est. Maximè inquit. Tẽperans ergo solus & ipse seipsũ cognoscat: & quid sciat: quid nõ, expẽdere poterit, et alios similiter examinare poterit, q̃d quisq; sciat, & scire se putet: siquidẽ sciat & q̃d ipse scire se putet, nõ aũt sciat. Alius aũt nemo. Et est sanè hoc temperantẽ esse, & tẽperantia, & se ipsum cognoscere, scire nimirũ & q̃ nouit, & q̃ nõ nouit. Nũ hęc sunt q̃ dicis? Ego ita sentio inquit. Rursus itaq; inq̃ ego, tertiũ Seruatori, uelut ab initio cõsideremus. Primũ q̃dẽ an possibile sit hoc ita esse, aut nõ, ut q̃s ea q̃ nouit, & q̃ nõ nouit, sciat q̃ nouit, & q̃ non no-

Delphica oracula

Medicina est scientia tuendæ sanitatis

Scientiarum et operum ipsarũ dissimilitudo

Temperantia qualis sit scientia

Disputationũ quæ sit ratio

Temperantia scientia maxima

Seruatori tertium

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō nouit. Deinde si etiā maximè possibile est, quæ nā sit nobis hoc ipsum scientibus uti
litas. At cōsiderare, inquit, oportet. Age itaq; inquā ego, ô Critia, cōsidera, an quid ex
peditius habeas q̄ ego. Nam ego in ambiguo constitutus sum. Quatenus aūt ambigam
tibi exponā. Maximè, inquit. Aliud igit̄ quid, inquā ego, omnia hæc fuerint, si quidē
est id quod tu nunc dicebas, c̄p una quædā scientia, q̄ non alterius alicuius est, c̄p & sui
ipsius, & aliarū scientiarum scientia, & sanè etiā insciticæ eadē hæc. Maximè. Vide igi
tur c̄p absurdum quiddā, ô amice, dicere tentemus. Nam si in alijs idem hoc cōsideraue
ris, impossibile, ut puto, tibi esse uidebit̄. Quō, & ubi? In his. Cogita enim an tibi ui
deatur uisus quidā esse, qui non sit earū rerum uisus, quarū sunt alij uisus: sed suijpsius &
aliorū uisuum, & non uisus quoq; uisus sit: & similiter cùm uisus sit, colorē quidem nul
lum uideat, sed seipsum & alios uisus. Videtur' ne tibi talis aliquis esse? Per louem non
mihi. Quid uero auditus, qui uocē quidem nullā audiat, seipsum aūt & alios auditus,
& nō auditus audiat? Neq; hoc. In summa, itaq; de omnibus sensib. considera, an alī
quis tibi uideat̄ esse, qui sensuū quidem & suijpsius sit sensus, nihil aūt sentiat ex his quę
alij sensus sentiunt. Non equidē mihi. At cupiditas aliqua tibi esse uidet̄, quæ uolu
ptatis quidē nullius sit cupiditas, sed suijpsius & aliarū cupiditatū? Non ita. Neq; ue
ro uoluntas, ut puto, quæ bonū quidem nullū uelit, seipsam uero & alias uoluntates ue
lit. Non equidē. Amorem aūt talem quendā esse dixeris, qui uelut amor nullius quī
dem pulchri sit, suijpsius aūt & aliorum amorū? Nō ego, inquit. Timorē uero aliquē
iam cognouisti, qui seipsum quidē & alios timores timeat, ex horrēdis aūt nihil timeat?
Non cognoui, inquit. Opinionē autem opinionū et suijpsius opinionē, uerùm q̄ nihil
opinet̄ ex his quæ aliæ opinant̄? Nequaq̄. At scientiam, ut apparet, aliquā huiusmo
di esse dicimus, quę disciplinæ quidē nullius sit scientia, suijpsius aūt & aliarum scientia
rum scientia? Dicimus equidē. Nō ne igitur absurdū est, si etiam est? Nihil em̄ ad
huc affirmamus c̄p non sit, sed an sit, considerabamus. Rectè dicis. Age itaq;, est' ne hæc
scientia alicuius scientia, & habet aliquā eiusmodi uim ut sit alicuius? Maximè. Nam
& maius talem quandā uim habere dicimus, ut aliquo sit maius. Habet sanè. Nō ne
minore aliquo, siquidē est maius? Necesse est. Si igit̄ maius quiddā reperiremus, q̄
maioribus quidē & seipso maius sit, uerùm nullo maius ex his quib. alia maiora exist̄ūt,
omninò sanè illi ipsi affuerit, ut cùm seipso maius sit, etiam seipso minus sit, an non ita?
Multa necessitas est, ô Socrates, inquit. Non'ne etiā si quid duplum est, & aliorū, & sui
ipsius: dimidij sanè existentis tum suijpsius, tum aliorū duplū fuerit? Nō enim alterius
c̄p dimidij duplū est. Vera dicis. Quod uero seipso plus est, nō'ne etiam paucius erit?
& quod grauius est, etiā leuius? & quod antiquius, etiam recētius, & alia omnia eodem
modo, quicquid uim suam ad seipsum habet, nō'ne etiam essentiā illam habebit, ad quā
uis ipsius est? Quod uero dico, tale quiddā est. Auditus dicimus, non alterius cuius
dam auditus est c̄p uocis. Nunquid? Etiam. Nō'ne si ipse seipsum audiet, uocem ha
bentem seipsum audiet? Non enim aliter audire poterit. Necesse est. Et uisus, ô opti
me, si ipse seipsum uidebit, colorē aliquem ipsum habere necesse est. Visus enim nunc̄p
quicquā coloris exors uidere poterit. Non equidem. Vides igitur, ô Critia, c̄p ex his
quæ recensuimus, quædā penitus impossibilia nobis apparent: quædā fidem non repe
riunt, c̄p unquā uim suam ad seipsa habeant. Magnitudines enim & multitudines, et alia
eiusmodi penitus impossibile est illā habere. Nunquid? Maximè. Visus autē & audi
tus, & insuper c̄p motus ipse seipsum moueat, & caliditas seipsam urat, & omnia huiusmodi à quibusdā non credunt̄, à quibusdā uero contra. Magno itaq; aliquo uiro opus
est, qui hoc per omnia satis distinguat, an nulla res uim suam ipsa ad seipsam à natura ha
beat, præterc̄p scientia, sed ad aliud: aut aliquæ habeāt, aliquę secus. Et si rursus sunt quæ
ipsæ ad seipsas habent, num ex his sit scientia, quam nos temperantiā esse dicimus? Ego
quidē mihi tantū fidei nō habeo, ut me hæc satis distinguere posse putem. Quapropter
neq; affirmare possum, an fieri possit, ut scientiæ scientia sit: neq; si etiā maximè est, tem
perantiam hāc ipsam esse recipio, prius quàm an quicquā nobis cùm talis sit, prosit, aut
non, considerauero. Nam temperantiam utile quid & bonū esse uaticinor. Tu igitur, ô
fili Callæschri, qui temperantiam hoc esse, scientię nimirum scientiam, & sanè etiam in
scitiæ asseris, primū quidem hoc ostende, te demōstrare posse id quod nunc dicebam.

Absurda multa congesta

Relationum ratio

Vis rerum an ad seipsas sit

Deinde

Deinde supra hoc quod possis, etiā utile id esse: & fortassis mihi c̄p de temperantia quid
sit, rectè dicas, satisfeceris. Et Critias cùm hæc audisset, & me ambigentē uidisset, quem
admodū hi qui oscitantes uident, eandē affectionē sustinent, etiā ille uisus est mihi à me
ambigente cogi, ut & ipse consilij inopia corriperet̄. Verùm ut uir clarus præsentes ue
rebatur, & neq; cōcedere mihi uolebat, cùm ea ad q̄ ipsum prouocarā, distinguere non
posset, & nihil apertè proferebat, sed ambiguitatē suam occultabat. Et ego ut sermo no
bis progressum haberet, at inquā, si ita uidetur, ô Critia, nunc quidē hoc cōcedemus fie
ri posse, scientiā scientiæ esse. Rursus aūt considerabimus, an ita res se habeat, aut cōtrà.
Age itaq; si etiam maximè fieri hoc possit, quid magis fieri potest ut quis sciat, et q̄ quis
nouit, et quę nō nouit? Hoc enim diximus esse seipsum cognoscere, et temperantē esse.
Nunquid? Maximè, inquit ille, & ita cōtingit, ô Socrates. Si enim quis habet scientiā,
quæ ipsa seipsam cognoscit, talis utiq; ipse fuerit, quale est id quod habet: quemadmo
dum cùm uelocitatē quis habet, uelox: & cùm pulchritudinē, pulcher: & cùm cognitio
nem, sciens. Cùm autem quis ipsam suijpsius cognitionē habuerit, tunc sanè iam ipse se
ipsum cognoscet. De hoc, inq̄ ego, non ambigo, c̄p cùm quis habuerit id quod seipsum
cognoscit, ipse seipsum cognoscet. Sed q̄ necessitas sit, ut is qui hoc habet, & quę nouit,
& quæ nō nouit, sciat. Quia idem est hoc cum illo, ô Socrates. Fortassis inquā. Sed ego
semper similis esse uideor. Non enim rursus intelligo c̄p idem sit, quæ quis nouit scire, et
quæ quis non nouit, scire. Quō dicis, inquit. Sic inquā ego. Scientia quæ scientia est,
num amplius quid distinguere potest, c̄p c̄p ex his alterū est scientia, alterū non scientia?
Non, sed tantū. Idem ergo est scientia & insciti̇a sanitatis tuendæ, & scientia ac insciti̇a
iusti. Nequaq̄. At illud quidem, ut arbitror, Medicina est, hoc autem reipub. scientia,
istud uero nihil aliud c̄p scientia. Quidni? Nōne si quis non insuper nouit sanitatis tu
telam, & iustū, sed solum scientiā nouit, utpote qui huius solum scientiā habet, is c̄p qui
dem scit aliquid, & c̄p scientiam aliquā habet, meritò sanè cognouerit & de seipso, & de
alijs. Nunquid? Etiam. Quòd uerò cognoscat hac scientia quō sciet? Cognoscit em̄
sanitatis tutelam, per medicinā, & non temperantiam: harmoniā autem per Musicā, &
non temperantiā: ædificationem per architecturā, & nō temperantiā: & sic omnia alia,
aut nō ita? Apparet. Temperātia aūt siquidem solū est scientia scientiarū, quomodo
sciet c̄p sanitatis tutelam cognoscit, & c̄p ædificationem? Nullo modo. Nō ergo sciet
quid nouit qui hoc ignorat, sed solum c̄p nouit. Apparet. Non ergo hoc fuerit tempe
rantem esse, & temperantia, scire & q̄ nouit, & quæ nō nouit, sed ut apparet, c̄p nouit, &
c̄p non nouit solum. Cōsequēs est. Neq; alium igit̄ examinare hic poterit, qui se quid
scire dicit, an sciat quod scire se dicit, aut nō sciat: sed tantum solū ut apparet, cognoscet,
c̄p aliquam scientiā habet, cuius uero, temperantia ipsum cognoscere nō faciet. Nō ut
uidet̄. Neq; igit̄ pro medico se gerentē, cùm non sit, ab eo qui uerè medicus est, discer
nere poterit: neq; ullum alium scientē à non sciente. Consideremus aūt ex his, Si tem
perans aut quiuis alius uerè medicū cognoscere debet, item c̄p fictum, non'ne sic faciet?
De medicina quidem cum ipso non disputabit. Nihil enim nouit Medicus, uelut dixi
mus, aliud c̄p sanum & morbosum, aut non ita? Etiā ita. De scientia uero nihil nouit,
sed hoc temperātiæ soli tribuimus. Etiā. Neq; ergo de Medicina nouit, siquidē Medi
cina scientia existit. Vera dicis. Quòd itaq; scientiā aliquam habeat, temperās cogno
scet: Medicinæ uero quō experientiam sumere oporteat, quæ sit, alius quidā considera
bit, ex eo c̄p quorum'nā iam sit scientia, expendet. Aut nō per hoc distincta est unaquæ
que scientia, c̄p non solum scientia sit, sed etiā quę sit, ex eo quod aliquorū est? Ita sanè.
Per hoc igitur etiā Medicina alia ab alijs scientijs esse, distincta est, eo c̄p sani & morbo
si scientia est. Etiam. Non'ne in his cōsiderare necesse est, si quis medicinā considera
re uelit, in quib. uidelicet est? Non. n. profectò in externis in quibus non est. Non sa
nē. In sanis igitur & morbosis considerabit medicum, quatenus medicus sit, qui rectè
considerat. Apparet. Non'ne in his quæ ita dicuntur, aut fiunt, ut ea quidem quæ di
cuntur, an uerè dicantur: quæ uero fiunt, an rectè fiant, cōsideret? Necesse est. Num
igitur absq; medicina alterutrū horum quis assequi possit? Non profectò. Neq; alius
quisquam, ut apparet, c̄p medicus, neq; sanè temperās. Medicus enim esset, supra hoc, c̄p
temperans est. Est ita. Omninò igitur si temperātia scientiæ solum scientia est, & in
scitiæ scien-

Simile oscitationis

Scientiā scientiæ esse

Medicina sani & morbosi scientia

Medicus quomodo sit considerandus

Universidad de Deusto
Biblioteca

scitiæ scientia, neq; medicum dijudicare poterit in arte doctum, aut indoctũ, sed tamen pro medico se gerentem, & esse putantem: neq; alium aliquem in quacunq; re doctum, præterquam eum qui eandem artem nouit, quemadmodũ alij opifices. Apparet, inquit. Quæ igitur inquã ego utilitas fuerit nobis, ô Critia, ex temperantia quæ eiusmodi exístit? Si enim id quod ab initio proponebamus, temperans nosset, & quæ nouit, & quæ non nouit, illa q nosset, hæc quòd non nosset: & alium eodem modo affectũ considerare posset, magnopere nobis cõduceret, si temperãtes essemus. Nam sine peccato uitam degeremus et nosipsi, & qui temperantiã haberent, & alij omnes qui sub nostro imperio essent. Neq; enim ipsi aggrederemur facere ea quæ nõ sciremus, sed requisitis his qui scirent, illis cõmitteremus: neq; alijs nobis subditis permitteremus ut aliud quid faceret, q̃ quod rectè facere possent. Hoc autem esset id cuius scientiã haberent. Et sic fanè domus quæ à temperantia gubernaret, rectè habitaretur: & respub. optimè regeret, & quicquid aliud est cui temperantia dominaret. Nam peccato sublato, & rectitudine præeunte in omni actione, necesse est rectè ac bene agere ita affectos, bene autem agentes felices esse. An nõ sic, ô Critia, de temperantia diceremus, si proferremus quantũ bonum esset scire & quæ quis nouit, & quæ non nouit? Maximè ita inquit. Nunc aũt uides, inquã ego, quòd nulla scientia usquam talis esse uideat. Video inquit. Nõne hoc bonum habet, inquã ego, ea quam nunc temperãtiam esse reperimus, nimirũ scientiam & inscitiam scire, q̃ qui hanc habet, quicquid aliud discat, facilius discet, & omnia ipsi euidentiora apparebunt, ut qui ad singula quę discit, ipsam insuper scientiã contemplatur: sed & alios melius examinabit in his quæ ipse etiã didicerit. Qui uero absq; hoc examinant, debilius & tenuius hoc facient? Num eiusmodi quædã sunt quæ nobis temperantia confert? Nos autem maius quiddã respicimus, & maius quiddam ipsum esse quærimus q̃ est. Fortassis, inquit, ita res se habet. Fortassis inquã ego, fortassis autẽ nos nihil utile inquisiuimus. Coniecto autem ex eo q̃ absurda quædam de temperantia mihi apparent, si talis est. Videamus enim, si ita uis, eo concesso q̃ fieri possit, ut quis scientiam scire se noscat: & eo quod ab initio proponebamus. Temperantiã esse scire & quæ quis nouit, & quæ non nouit, illam non priuemus, sed demus: & his omnibus datis, adhuc melius consideremus, an etiam nunc utilitatẽ nobis afferat, cùm tanta sit. Nam quę nunc dicebamus, q̃ magnum bonum esset temperantia, si talis esset, ut & domus & respub. gubernationi præesset: non rectè concessisse mihi uidemur. Quomodo istud, inquit ille? Quòd facile, inquã, concessimus, magnũ quoddam hominibus bonũ esse, si singuli ea quæ sciunt, facerent, quæ uero nõ sciunt, alijs scientibus cõmitterent. Nonne rectè, inquit, hæc confessi sumus? Non mihi uidetur, inquã ego. Absurda reuera dicis inquit, ô Socrates. Per canem inquã, & mihi ita uidẽ: atq; hic illum intuitus, absurda mihi apparere dixi, & q̃ timerem ne non rectè cõsideraremus. Nam reuera etiam si quàm maximè talis sit temperantia: tamen ego nihil boni uideo quod illa nobis efficiat. Quomodo, inquit ille, dicito, quo & nos quid dicas, sciamus. Arbitror, inquã ego, me delirare, tamen quod mihi uidetur, considerare necesse est, & non frustrà prætermittere, si quis etiã parum id curet. Rectè, inquit, dicis. Audi itaq; inquã, meum somnium, siue per cornua, siue per ebur processit. Si enim temperantia nobis maximè imperaret, quæ talis sit qualem nunc definimus, aliud quid secundũ scientias peragerentur: & neq; quis qui gubernatorem se assereret, non autem esset, nos deciperet: neq; medicus, neq; exercitus dux, neq; quisquã alius qui se scire fingat quod non nouit, nos lateret. Ex his autem ita se habentibus, aliud quid nobis contingeret, ut & corporibus magis sani essemus, & in mari ac bello periclitantes seruaremur, & uasa, & uestitus, & calceatus omnis, & uniuersa supellex, & multa alia artificiosè nobis elaborata essent, eo q̃ ueris opificibus uteremur. Si uero ita uis, etiam uaticinationẽ concedemus esse scientiã eius quod futurũ est, & temperantiam ipsi præfectã, temerarios quidem prohibere, uerosautem uates futurorũ prophetas nobis constituere. Hoc sanè modo præparatũ hominum genus, q̃ cum scientia peritè ageret, ac uiueret, assequor. Nam temperantia obseruans non permitteret inscitiam irrepere, & nobis cooperari. Quòd uero cum scientia peritè agentes, bene ageremus, ac felices essemus, hoc nõdum possum, chare Critia, intelligere. Atqui, inquit ille, non facile alium quendã bene agendi finẽ inuenies, si cum

Iudicij recti utilitas

Temperantiæ utilitas

Temperantia inutilis

Somniorũ portæ duæ

scientia peritè agere reprobaueris. Exiguum itaq; me inquã adhuc doceto, cuius nam cum scientia peritè dicas, Num cum scientia secandi coria? Per louem non ego. At fabricandi ferri? Nequaquam. At operandi circa lanas, aut ligna, aut alia huiusmodi? Non ita. Non ergo inquam ego, adhuc in eo sermone perseueramus, quòd felix sit qui cum scientia uiuit. Hi enim cum scientia uiuentes, non conceduntur à te felices esse. At de aliquibus cum scientia uiuentibus ut felicem determinemus, æquum esse mihi uidetur: & fortassis dicis quem ego modo dicebam, eum qui quæ futura sunt nouit omnia. Vatem hunc aut alium quendam dicis? Et hunc, & alium inquit dico. Quem nam inquam ego? Num talem, si quis supra futura etiam præterita omnia nosset, itemq; præsentia, & nihil ignoraret? Ponamus enim talem quendam esse. Non enim dixeris arbitror aliquem esse, qui magis quàm hic cum scientia uiuat. Non sanè. Hoc itaque adhuc amplius desidero, quæ nam scientia ipsum felicem facit, num omnes similiter? Nequaquam similiter inquit. At quæ maximè? Qua & præsentia & præterita & futura nouit. Num qua ludum talorum? Qualem inquit ille ludum talorum? Num qui rationem supputandi? Nequaquam. At qua sanitatis tutelam? Magis inquit. Illam uero quam maximè dicis inquã, qua quid? Qua bonũ inquit & malum. O sceleste inquam, dudũ me circumducis, & occultas q̃ non cum sciẽtia uiuere sit id quod bene agere ac felicem esse efficit, neq; cum omnibus alijs scientijs, sed cum una hac solum quæ est boni & mali. Et si uelis ô Critia hanc scientiam ex alijs scientijs eximere, Medicina quidẽ ut minus sani simus faciet, coriaria uero ut deterius calciemur, textoria ut deterius uestiamur, gubernatoria minus impediet ut in mari moriamur, Imperatoria militaris ut in bello. Nihil minus inquit. At ô chare Critia, ut hæc singula bene & utiliter fiant, deficiet nobis, si hæc scientia abfuit. Vera dicis. Non autem hæc ut apparet ex temperantia, sed ea cuius opus est ut nobis prosit. Non enim scientiarũ et inscitiarum sciẽtia est, sed boni & mali. Quare si ipsa utilis est temperantia, alia quadã re nobis utilis fuerit. Quid uero inquit ille, non hæc nobis prodest? Si enim scientiarum scientia est temperantia, & alijs scientijs præfecta est, etiam huic boni & mali scientiæ imperans, nobis proderit. Num & ut sani simus facit hæc inquam ego, & non medicina? & alia artiũ opera hæc facit, & nõ aliæ suum ipsius opus unaquæq; ? Aut non dudũ testati sumus scientiæ & inscitiæ solum scientiam esse temperantiã, & nullius alterius? Non'ne ita? Apparet. Non ergo sanitatis erit opifex. Non sanè. Alterius enim artis opus erat sanitas, aut non ita? Alterius. Neq; ergo utilitatis ô amice: Alteri enim arti iam hoc opus attribuimus. Nunquid? Maximè. Quomodo igitur utilis erit temperãtia, quæ nullius utilitatis opifex est? Nequaquam ut uidetur ô Socrates. Vides igitur Critia me dudũ meritò timuisse, & iustè meipsum accusasse, quòd nihil utile de temperantia cõsiderem? Non enim id quod pulcherrimũ omnium esse consensimus, inutile nobis apparuisset, si qua mei utilitas ad rectè inquirendum esset. Nunc autẽ ubiq; superamur, & inuenire nõ possumus cui nam rei legislator hoc nomen temperantiam imposuit, etiamsi multa concesserimus quæ cum ratione, neq; hoc esse asserente. Et huic rursus scientiæ esse concessimus, nõ permittente hoc ragnoscere concessimus, neq; hoc ratione admittente, ut uir temperans sit sciens & eorũ quæ nouit q̃ nouit, & eorũ quæ nõ nouit quòd nõ nouit. Et hoc sanè etiam penitus magnificè concessimus, neq; considerantes impossibile esse, ut quæ quis nullo modo nouit, ea quodammodo sciat. Nam quòd nouit, ipsa scire nostra consensio asserit, & quidem quum nihil adeò absurdum uideri possit, ut ego puto. Attamen ita ineptos, & nõ duros, hæc quæstio nos adepta, nihilo magis ueritatẽ inuenire potest, sed hęc intantum illam deriſit, ut quod nos dudum confitentes ac confingentes temperantiam esse prorsus nunciauimus, hoc nobis cõtumelioſè admodũ inutile esse apparuit. Quod igitur ad me attinet minus molestè fero, uerũ propter te ô Charmide ualdè indignor, si tu qui tali spe præditus es, & ad hoc anima temperãtissimus, nihil utilitatis capias ex hac temperantia, neq; quicquã tibi in uita prosit. Adhuc autem magis indignor, propter incantationem, quam à Thrace didici, q̃ quũ nullius rei sit, multo studio illam didicerim. Hæc igitur ita se habere non admodũ puto, sed me ignauũ inquisitorem esse arbitror. Nam

Scientia boni & mali

Temperantiæ nomen cuius rei sit, ignotum esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

temperantiam magnũ quoddam bonũ esse, & si quidem hoc ipsum habes, beatũ te esse minime ambigo. Quare uide an habeas, & nihil opus sit tibi incantatione. Si enim habes, magis ego tibi consuluerim, ut me delirum esse putes, & qui nihil ratione indagare possim: Teipsum uero quantò temperantior es, tantò esse feliciorem. Et Charmides, at per louem inquit ô Socrates haud scio, neq; an habeam, neq; an nõ habeã. Quomodo enim scire possum, quod neq; uos inuenire potestis quid nam sit, uelut ipse fateris? Ego tamen non admodum tibi credo, & me ipsum incantatione opus habere ualdè arbitror, & quod ad me attinet, nihil prohibet ut à te quotidie incanter, donec tu satis me habere duxeris. Sit ita inquit Critias ô Charmide, si hoc facis, mihi argumentum hoc erit, te temperantem esse, ubi incantandum te Socrati exhibueris, & neq; multum, neq; parum ab hoc discesseris. Sequuturum me inquit ille, & non defuturum ab hoc putes. Grauiter enim delinquerem si tibi tutori meo non parerem, & quæ iubes non facerem. Atqui inquit, ego iubeo. Faciam itaque inquit ille, ab hac die auspicatus. Quid hi inquam ego facere uolunt? Nihil inquit Charmides, sed iam statuimus. Coges ergo inquam ego, & neque deliberationem mihi permittes. Coacturum me putes inquit, quandoquidem hic præcipit. Ad hæc tu rursus delibera quid sis facturus. At nullum inquam ego restat consilium. Nam tibi quicquid libuerit facere aggredienti, & cogenti, nemo aduersari poterit. Neq; igitur tu inquit ille, aduersare. Non itaque inquam ego, aduersabor.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORentini in Lachetem, uel De fortitudine.

PLATO sæpenumero magistratus optimos legibus anteponit, quòd leges absq; illis omnino uideantur inutiles: eas enim seruabit nullus: Magistratus autem optimi ipsi sint leges. Sed ait magistratum non posse optimos fieri, nisi ciues uiri sint optimi: neq; uiros fore tales, nisi adolescentes quoq; pueriq; sint tales. Quapropter in omnibus pene dialogis parentes in primis ad recte educandos filios adhortatur, sciens non posse genus humanum absq; gubernatoribus optimis uel honeste uiuere, uel feliciter gubernari. Præterea nũquam fore bonos in repub. principes, nisi uiri sint probatißimi, statim uidelicet à tenera ætate diligenter exculti. Cum autem pueritia plerunq; sub domesticorum prouidẽtia satis fermè regatur, adolescentia uero licentiam nacta solatiorẽ paßim absq; frenis oberret, merito Plato noster plurimũ de adolescentibus corrigẽdis frenãdisq; pertractat, grauiter conqueritur eam ætatem, quæ cum mollitie lasciuiaq; petulantiam superbiaq; coniungit, ideoq; in summo discrimine posita est, tum à domesticis parum obseruari, tum à legibus magistratibusq; infeliciter negligi, præsertim cum adolescentes tam se inuicem coinquinent, quàm à grandioribus paßim inficiantur. Itaq; in Legibus & Repub. magistratum inter cæteros proprium adolescentiæ præfecit. Qui tanquam, ut ita loquar, episcopus exploratores quotidie tam nocte quàm die per totam mittat urbem, singulos singulorum adolescentum mores, uerba, gestus obseruaturos, singulaq; eorum tum facta tum dicta ad magistratum uelut ad pastorem patremq; fideliter delaturos. Nec tamen necessaria adolescentiæ diligentia soli ex omnibus Platoni fuit curæ. quæ quidem in re nec Aristoteles ipse Platonem potuit non summopere comprobare. Sed ad dialogum ueniamus. Lysimachus & Melesias de filijs cogitant educandis, de suis conquesti parentibus, quod publica curiosius pertractantes, domestica filiosq; neglexerint, cum tamen prima reposita cura in curanda iuuentute consistat: & quamuis iam senes, tamen ut rectius ea de re deliberẽt, Niciam Lachetemq; etiam senes quibus & filij sunt, ad consultandum similiter conuocant, ac ne quid minus prospectum sit Socratem consilio adhibent, nõ modo socium, sed & iudicem, Socratem inquã nihil aliud in omni eius uita tractantem, quàm tum de omni ætate, tum maxime de adolescentia rite curanda. Tu uero cõsiderabis interea miras Socraticæ uitæ laudes, item uerat esse Lachetes quæ à uiro laude digno proficiscũtur. At uero quoniã in alijs ciuitatibus institutio legum ad mansuetudinẽ magis declinat quàm ad audaciam, in alijs uero contrà, Plato utrunq; arbitratus periculosum, & mansuetudinem audaciæ, & audaciam mansuetudini iubet in Politico pariter commisceri. Si quis uero Charmidem Lacheti cõiunxerit, exhortationemq; tum ibi ad temperantiam, tum hic ad fortitudinem inuicem copulauerit, adolescentum animos rite contemperabit. Mitto quod in hac præsentis dialogi ad fortitudinem exhortatione tam Nicias quàm Laches militarem fortitudinem necessariam ultra quàm deceat admirantur, & Nicias præter armorum ludos quasi ad militiam præludia summopere necessaria, laudibus supra modum extollit. Sed hunc non iniuria Laches emendat. Post hæc sententia transfertur ad Socratem. Vbi animaduerte nullam consonantiam delectare magis, quàm quæ in sapiente fit ex ipsa animi sermonisq; concordia. Atq; contrà nullam dissonantiam magis offendere, quàm ubi lingua mensq; dissonãt. Deinde hominem perditum etiamsi belle loquatur audiendum non esse. Neq; licere de moribus loqui, nisi morato. Præterea Socratem semper consueuisse declinare quacunq; re disputaretur, disputationis socium eò perducere, ut totius uitæ suæ redderet rationem: quasi aliena frustra cognoscas, nisi te ipsum noris. Additur necesse in primis esse se ipsum alicui examinãti subijcere, cui sæpe rationes antea actæ uitæ reddantur. Quod quidem confessionẽ annuam à Christianis institutam ualde confirmat. Additur & tam din discendum

dum quàm diu uiuendum. Socrates autem omnium cautißimus iudicium sibi iniunctum ait traducendum in seniores. Sed interea obsecratus à cunctis rem ipsam aggreditur, ante omnia quidẽ diligentiam in filijs educandis probans, improbans negligentiam. Adiungit non posse fieri ut quis ad fortitudinem aliquem exhortetur, nisi sciat quid ipsa fortitudo sit expri mere. Mox interrogatus Laches, quid fortitudo sit, confidentius respondet esse uirtutem per quam quis non deserens ordinem, expugnat hostem. Quod quidem ideo confutatur, quia potest aliquis Scytharum more nõ minus fugiendo quàm permanendo hostem uincere, atq; æque fortis esse. Ideoq; Homerus eum appellat fortem qui opportune audere scit atq; timere. Paulo post ad quamlibet materiam fortitudinis uictoria trahitur, quasi fortem uirum deceat non modo formidines, uerumetiam dolores, libidines, uoluptates exuperare. Hinc quæritur communis ad hæc omnia fortitudinis definitio. Ad hæc respondet Laches, hanc esse quandam animi tolerantiam. At quoniam minus sufficienter est definitum, Socrates addere cogit, tolerantiam ipsam oportere honestam esse atq; conferentem: eiusmodi uero non erit, nisi prudenter id fiat. Ideoq; compellit Lachetem dicere, fortitudinem proprie tolerantiam prudentem esse. Siquidem fortitudo pulchrũ quid dam est atq; bonum. Deinde quæritur quænam tolerantia, & ad quid prudens, id est circa quam materiam, quodue officium. Labitur autem Laches quando generatim interrogatur, utrum ubi audacia maior est, ibidem fortitudo sit maior, idq; concedit: rursusq; admittit necessario audaciam in eo esse maiorem, qui absq; rei ipsius peritia, cognoscens tamen periculum, rem ipsam aggreditur, quam in eo qui peritia incedit instructus. Cautius enim tutiusq; is agit. Laches denique recipit, ubi plus audaciæ minusue peritiæ prudentiæq; est, fortitudinem esse maiorem. In qua quidem concessione & sibi ipsi repugnat, & admittit falsum. Nam fortitudo quidem pulchrum quiddam est & conferens, audacia uero imprudens est, turpis & noxia. Inter hæc nota tritam Socratis Platonisq; sententiam. Ad illa quisq; bonus est, ad quæ est sapiens: ad illa malus, ad quæ ignorans. Profecto quemadmodum errores omnes, tum manus in apprehendendo, tum pedis in gradiendo ab ipso uidendi defectu procedunt, sic errata hominum omnia, tum in eligendo, tum in agendo ex defectu intelligentiæ proficisci Socrates arbitratur. Nam ubi dux ipse cæcus est uel cæcutiens, omnia labuntur in præceps. Post Lachetem definit Nicias fortitudinẽ, metuendarũ rerum, & non metuendarũ scientiam, qua uidelicet ratione & quatenus metuẽda inuadendaq; sunt. Vocat utiq; fortitudinem habitum quendam cum prudentia circa metuenda & inuadenda cõstantem. Audaciam uero sine prudentia temerariam uocat ferocitatem. Socrates contra Niciam sic argumentatur. Quorũcunq; aliqua scientia est, non alia præteritorum est ut facta sunt, alia præsentium ut fiunt, alia futurorum ut optime fieri possunt, sed eiusdem scientiæ est hæc omnia intelligere. Si ergo fortitudo scientia est audendi & metuendi circa bona atque mala, uidelicet ut futura sunt, nimirum est etiam scientia eorundem ut præsentia sunt atq; præterita. omnium ergo simpliciter. Est igitur uniuersa uirtus. Nos autem fortitudinẽ ab initio tanquam uirtutis partem aliquam quærebamus. Obiectio hæc non tam refellendi, quàm tentandi Niciæ gratia facta est. At Nicias definitionem suam nescisse defendere, Socrates autem inter seniores propter modestiam doctorem agere nolens, simulat se definitionẽ similiter ignorare: hortaturq; eos ut unà secum uirtutum præceptores sibi ante perquirant, quàm facultatem erudiendæ iuuentutis profiteantur, ostendens in omni ætate moralem disciplinam esse magnopere necessariam, ac sine rubore uerecundiæ semper esse discendum. Definitiones uero quas uel hic de fortitudine, uel in Charmide de temperantia quærit, non hic, aut ibi, ubi exhortari & admonere duntaxat consilium est, sed in Repub. & Legibus absoluuntur. Sed ut de fortitudine simul & temperantia quasi germanis summatim dicam, Plato in Phædro Sympositoq; uitam hanc nostram itineri cuidam comparat. In quo quidem dirigendo ratio referat aurigam: affectus uero partim superiores, partim inferiores, geminos referant equos, album uidelicet atq; nigrum. Atq; ut, quantum ad propositam pertinet quæstionem, commodius distinguamus: Diuinam, inquit, prouidentiam statuisse nos à turpibus reuocare: ad honesta continuo prouocare. Ideoq; pudorem magnanimitatemq; nobis ingenuisse: ut auriga noster pudore quodam quasi freno, affectus nostros uelut equos à turpibus licet suauibus cohiberet: magnanimitatis uero calcaribus ad honesta quamuis ardua stimularet. Siquidem malus quidam dæmon ad turpia lenocinijs allicit uoluptatis: ab honestis amaritudine doloris absterret. Quamobrem & temperantia pudoris usa frenis, efficit ut à turpibus inuita uoluptate semper abstineamus: & fortitudo magnanimitatis freta calcaribus, dat operã ut ad honesta uiriliter contendamus, spreta difficultatis doloris q; formidine. Et quanto difficilius est dolores superare, quàm uoluptatibus abstinere: tanto forsitan alicui uideri posset fortitudinem temperantiæ anteponendam. Denique temperantia quidem facit ne ex homine præcipitemur in brutã: fortitudo uero præter id, ut etiam quodammodo transferamur in deum omnia superantem. Ob hanc præcipue uirtutem omnis antiquitas Herculem in deorum retulit numerum, Herculem, inquam, dum terræ uictor cœlestes scanderet gradus, ita clamantem: Ite nunc fortes ubi
celsa magni Ducit exempli uia: cur inertes Terga nudatis? supera tellus Sidera donat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS ATHENIENSIS LACHES,

SIVE DE FORTITVDINE. *Sub perſcrutationis ſpecie.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

LYSIMACHVS. MELESIAS. NICIAS. LACHES.
FILII NICIAE ET LACHETIS. SOCRATES.

VIDISTIS uirum pugnantem in armis ô Nicia & Laches. Quare de causa uos unà nobiſcum ſpectare iuſſerimus ego & hic Meleſias, tunc quidem non diximus, nunc autem dicemus. Arbitramur enim nos liberè ad uos loqui oportere. Sũt enim quidam qui tales derident, & ſi quis ipſis conſulat, quæ ſentiũt non proferunt, ſed eius qui conſulit ſententiã coniectantes, alia præter ſuam ipſorum opinionem dicunt. Quum autem uos & ad intelligẽdum ſufficere putemus, & ubi cognouiſtis, ſimpliciter ea quæ uobis uidentur proferre, ita in conſilium adhibuimus de his quæ communicare uolumus. Eſt igitur hoc de quo dudum tam longam præfationem habeo eiuſmodi. Nobis ſunt filij hi, huius, aui nomen habens Thucydides: meus autem ille, & ipſe patris mei nomen habens. Ariſtiden enim ipſum uocamus. Nobis igitur horum cura quantũ fieri poteſt maxima habenda eſſe uidetur, & non faciendum quod plerique ſolent, qui adoleſcentes iam factos dimittunt, ut quicquid uelint faciant. At etiã nunc incipere oportet ut ipſorum curam geramus, quantum eius in nobis ſitum eſt. Quum igitur & uobis filios eſſe ſciamus, de ipſis uos ut ſi quos alios, curam habuiſſe arbitramur, quo cultu adhibito optimi euadant. Si uero ad hanc rem animum ſæpe non aduertiſtis, admonemus uos nunc ut hanc curam non negligatis, & adhortamur ut curam aliquam filiorum unà nobiſcum ſuſcipiatis. Vnde autẽ nobis hęc ita uiſa ſint ô Nicia & Laches, operæprecium eſt audire, etiamſi ſint hæc paulò longiora. Vnà equidem cibum capimus ego & hic Meleſias, & nobiſcum hi adoleſcentes. Quod igitur ab initio ſermonis dicebam, liberè uos alloquimur. Nam uterq; noſtrum de patre ſuo multa & præclara facta referre adoleſcentes poteſt, quæ & in bello, & in pace perpetrarunt, dum & auxiliariorũ, & reipublicæ rem adminiſtrarunt. Verum neuter noſtrũ ſua ipſius opera quæ referat habet. Proinde & nos pudet, & in patres noſtros culpam reijcimus, quòd nos quidem in delitijs uiuere permiſerunt poſtquam adoleſcentes facti eſſemus, aliorum autem negocia curarunt: & his adoleſcẽtulis eadem hæc indicamus & prædicimus, quòd ſi ſeipſos neglexerint, & nobis non paruerint, ignobiles euadent. Si uero ſui curam habuerint, fortaſſis nominibus his quę habent digni fient. Hi igitur parere ſe uelle affirmãt. Nos autẽ hoc conſideramus, ex quibus diſciplinis aut ſtudijs quàm optimi euadant. Expoſuit igitur nobis quidam etiam hoc ſtudium, pulchrum eſſe adoleſcenti ut diſcat in armis pugnare, & hunc collaudabat, quem nunc uos oſtentantem ſe ſpectaſtis, & deinde ſpectare nos ipſum iubebat. Viſum eſt itaq; ut & ipſi ad ſpectandum uirũ prodiremus, & uos ſimul adhiberemus, partim ut ſpectatores, partim ut communi conſilio deliberaturos de filiorum cura, ſi ita uobis libeat. Hæc ſunt quæ cõmunicare uobis uoluimus. Veſtrũ igitur iam mutuus fuerit, & de hac diſciplina conſilium afferre, ſiue diſcendam eſſe, ſiue non, uobis uideatur: & de alijs ſtudijs ac diſciplinis iuueni uiro ſequendis admonere, ſi quod laude dignum ducitis: & de ſocietatis cõmunione dicere, quid facturi ſitis. NIC. Ego quidem ô Lyſimache & Meleſia conſilium ueſtrũ laudo, & ſocietatem uobiſcum inire paratus ſum. Arbitror autem & hunc Lachetem. LACH. Vera arbitraris ô Nicia. Nam quod modo Lyſimachus dicebat de ſuo & Meleſiæ parte, admodũ bene dictum eſſe mihi uidetur, & in illos, & in nos, & in omnes qui reipublicę negocia tractant. Fere enim hæc ipſis contingunt quæ hic dicit, ut & filios, & alias res priuatas paruipendant, & negligenter ſe gerant. Hæc igitur rectè dicis ô Lyſimache. Quod uero nos in

Filiorum cura

Pugnandi in armis ſtudium

Rẽpub. curãtes ſua negligunt

conſilium adhibes de adoleſcẽtium inſtitutione, Socratẽ autẽ hũc non aduocas, miror: primũ quidem quũ ſit popularis. Deinde q̃ hic ſemper cõuerſationes habet, ubi talis aliqua quæſtio agitur, qualẽ tu nunc proponis de honeſtis adoleſcentiũ ſtudijs aut diſciplinis. LYS. Quõ dicis ô Laches? Socrates ne unquã talem aliquã rẽ curauit? LACH. Maximè ô Lyſimache. NIC. Hoc q̃dẽ etiã ego tibi dicere poſſem nõ minus q̃ Laches. Nam & mihi nuper uirũ propinauit, filio præceptorẽ in Muſica Agathoclis diſcipulũ Damonẽ, uirũ præſtantiſſimũ non in Muſica ſolũ, ſed etiam in alijs quæ expetas, dignũ qui cũ talibus adoleſcẽtib. cõuerſetur. LYS. Nõ equidẽ ô Socrates & Nicia & Laches ego & æquales mei amplius cognoſcimus iuniores, ut qui plerũq; domi uerſemur præ ætate. Quare ſi & tu filij Sophroniſci quid boni habes, quod tuo populari cõſulas, conſiliũ affer. Æquũ enim hoc eſt, quũ & paternus nobis ſic amicus. Semper enim ego & pater tuus ſocij & amici eramus, & ille prius mortuus eſt q̃ in ulla re à me diſſentiret. Sed & his nũc de te dicentibus memoria quædã mihi ſubit. Hi enim adoleſcẽtes frequẽter inter ſe domi diſputãtes Socratis mentionẽ fecerũt, & eũ ualdè laudant: Non tamẽ unquã ex ipſis interrogaui, an de Sophroniſci filio dicerẽt. At ô pueri dicite mihi, Hic ne eſt Socrates, de quo frequẽter mentionẽ facitis? FIL. Maximè ô pater hic eſt. LYS. Euge per lunonẽ ô Socrates, q̃ & patrẽ optimum etiam alioqui uirũ attollis, & ſanè etiam q̃ tua nobis, & noſtra tibi addicta erũt. LACH. Atqui ô Socrates ne dimittas uirũ. Nã ego etiã alibi ipſum uidi, nõ ſolum patrẽ, ſed etiam patriam attollentem. In fuga enim à Delio unà mecũ diſcedebat. Et ego tibi affirmo, q̃ ſi alij tales eſſe uoluiſſent, erecta noſtra reſpublica eſſet, nõ tunc tali lapſu corruiſſet. LYS. Hæc equidẽ laus, qua tu nunc ô Socrates à uiris fide dignis hac parte laudaris, pulchra eſt. Scias igitur me dum hęc audio, tua exiſtimatione gaudere, & me inter beneuolẽtiſſimos tibi eſſe puto. Oportebat igitur etiam prius teipſum ad nos accedere, & coniunctos exiſtimare uelut æquũ eſt. Nũc igitur ab hac die, poſtquã cognitio inter nos interceſſit, ne aliter facias, ſed nos & hos iuniores uelut notos & amicos agnoſce, quo & uos noſtrã amicitiã cõſeruetis. Hæc igitur & tu facies, & nos te etiã rurſus cõmonefaciemus. Verũ de his de quibus incœpimus quid dicitis? Num ſtudiũ adoleſcẽtib. idoneũ eſſe, aut ſecus uobis uideẽ, ut in armis pugnare diſcãt? SOC. At ego & de his ô Lyſimache conſulere conabor ſi quid potero, & his imperitior, hos prius quid dicãt audiam, & ex ipſis diſcam. Si uero habeam aliud quid præter ea quæ ab his dicunt, tunc iam doceam, & tibi & his perſuadeã. At cur nõ ô Nicia alteruter ueſtrũ dicit? NIC. At nihil prohibet ô Socrates. Videẽ enim mihi multis modis utile eſſe, ut adoleſcẽtes etiã hanc diſciplinã teneant: & rectũ eſſe, ut nõ alibi uelut ſolent conuerſantur, ubi ociũ agunt, ſed in hac ſe exerceant, unde etiã corpus melius habere neceſſe eſt. Nullo enim exercitio inferius eſt, neq; minorẽ laborẽ exhibet. Et libero homini hoc exercitiũ & ars equitãdi maximè conueniũt. Nam in certaminib. nobis propoſitis, & in quib. nos decertare ſolemus, ſoli hi ſe exercẽt, qui in his bellicis inſtrumẽtis exercentẽ. Deinde profuerit hæc diſciplina etiã in ipſa pugna, quũ in acie cũ multis alijs pugnare oportuerit. Maxima tamẽ ipſius utilitas eſt, quũ acies fuerint diſſolutę, & iam uni aduerſus unũ ſtandũ eſt, ita ut aut inſequẽs repugnantẽ aliquẽ adoriaẽ, aut alio in fuga perſequẽte ipſe repugnet. Neq; enim unus qui hãc nouit ab uno quicq̃ lædeẽ, & fortaſſis neq; à plurib. ſed ubiq; per hanc ſuperior euadet. Inſuper autẽ & ad alterius pulchræ diſciplinæ cupiditatẽ hæc diſciplina prouocat. Quiſquis enim in armis pugnare didicit, etiã ſequentis deinceps diſciplinæ circa acies inſtruẽdas cupiditate tenebit. Et hęc adeptus, & in ipſis ambitioſè uerſatus, ad totũ militaris imperij ſtudiũ contendet, & iam nimirũ ad ea ſtudia ac diſciplinas quæ ex his hærẽt. pulchra illa & multi precij ut à uiro diſcant ac exerceanẽ, hac diſciplina duce ſe cõuertet. Apponemus autẽ ipſi non exiguũ additamentũ, q̃ quemuis uirũ in bello hæc ſciẽtia ipſum ſeipſo efficiet nõ paulò confidentiorẽ & robuſtiorẽ, & ne dedignemur dicere, etiãſi exilius alicui uideri poſſit, etiã magis decorũ hic ubi uirũ magis decorũ apparere cõuenit, ubi ſimul etiam magis horrẽdus inimicis uidebiẽ, ob decori illius uenuſtatẽ. Mihi igitur ô Lyſimache quemadmodũ dico, ita uideẽ oportere adoleſcẽtes hæc diſcere, & quas ob cauſas uidear dixi. Lachetem autẽ ſi quid præter hæc dicat, etiã ipſe libenter audierim. LACH. Eſt

Exercitij in armis utilitas

Equitãdi ars

Universidad de Deusto
Biblioteca

equidem ô Nicia difficile de quacũq; disciplina dicere, quòd ipsam discere non opor-
Omnia scire bonum esse teat. Omnia enim scire bonũ esse uidetur. Et sanè etiã hoc in armis pugnandi studium,
si quidẽ est disciplina, uelut aiunt hi qui ipsam docent, & Nicias dicit, discere oportet. Si
uero nõ est disciplina, sed decipiũt nos qui hoc de ipsa prædicãt: aut est quidem discipli
na, non tamẽ admodũ præclara: quid discere ipsam opus est? Dico autẽ hæc de hoc stu
dio, ex hac quã habeo cõsideratione. Arbitror enim si hoc alicuius precij esset, non late
re debuisse Lacedæmonios, quibus nihil aliud curæ in uita est, quàm ut quærant & stu-
deant ea assequi, ex quibus superiores alijs in bello euadant. Si uero illos hoc latuisset,
& nõ hos studij huius magistros hoc ipsum latuisset, ꝙ illi præ omnibus Græcis talibus
studijs tenerent: & ꝙ quis apud illos ob hæc studia clarus, etiã ab alijs plurimas colli-
geret pecunias quemadmodũ si apud nos Tragicus poeta celebris sit. Etenim qui tra-
gœdiam rectè facere se putat, nõ extrinsecus circũ Atticam per alias ciuitates se ostẽ-
tans oberrat, sed statim huc accedit, & se nostris hominibus approbat. At eos qui in ar-
mis pugnãt ego uideo putare Lacedæmonẽ sacrum templũ esse, ut qui nec; summo pe
de illam cõtingant, sed circũcirca oberrent, & omnibus potius se ostentent, & maximè
his qui etiam ipsi confitentur multos in re militari seipsis potiores esse. Deinde ô Lysi-
mache, nõ paucis ego affui in ipso opere peragendo, & quales sint uidi. Licet autẽ no-
bis etiam hinc coniectare. Nam quasi de industria nullus unquã in bello uir clarus eua
sit, ex his qui armorũ studio tenent, etiamsi in alijs omnibus celebres euadãt hi qui alijs
exercitijs dediti sunt. Hi uero præter alios adeò uehemẽter in hoc infelices sunt. Etẽim
hunc Stesileũ, quẽ uos mecum in tanta turba se ostentantẽ spectastis, & magnifica illa
de seipso dicentẽ audiuistis, ego alibi reuera melius spectaui, quũ se profectò nõ uolens
ostentaret. Quũ enim nauis in qua ueheretur in onerariã quadã irrueret, hastam falcatã
Hasta falcata habens pugnabat, arma præstantia, utpote & ipse præ alijs præstãs. Alia igitur indigna
relatu sunt de hoc uiro. Sed falcis ad hastam cõmentum quo euaserit referã. Dum enim
pugnaret, in nauis instrumẽtis alicubi illa inserta hærebat ac detinebaẽ. Trahebat itaq;
Stesileus ut qui illam exoluere uellet, & nõ poterat. Quandiu igitur nauis iuxta nauem
transiret in propinquo, accurrebat etiã ipse in naui hastam cõplectens. Postquam autẽ
nauis nauẽ præterijsset, & attraheret ipsum hastæ innitentẽ, dimittebat hastam per ma-
num, donec extremã eius partem amplecteretur. Oriebatur autẽ risus & plausus ab his
qui in oneraria naui essent, ob ipsius gestus. Et quũ proiecto lapide ad pedes ipsius in ra
bulatũ, hastam dimitteret, tunc iam etiã hi qui in triremi essent, non amplius risum con
tinere poterãt, dum ex natu oneraria dependentẽ falcatam illam hastam uiderent. For-
tassis igitur hæc sunt alicuius precij, uelut Nicias dicit. Verũ ea quibus ego interfui, ra-
lia quædam sunt. Quod igitur ab initio dicebam, siue ita exiguas utilitates habet, quũ sit
Armorũ studiũ timidis utile disciplina, siue quũ non sit, talis esse ab illis fingitur, indigna est quæ discatur. Equidem
ita mihi uidetur, si quidẽ timidus quispiã hoc studiũ sibi sequendũ putet, fore ut alacri-
or per ipsum redditus, clarior euadat ꝙ erat. Si uero fortis quẽ homines obseruãt, etiãsi
parũ delinquat, magnas calũnias subiturũ esse. Inuidiosa enim est huiusmodi scientiæ o-
stentatio. Quare si nõ quis mirũ in modũ uirtute alijs præstet, nõ est quod quis effuge-
re possit ut nõ ridiculus fiat, si hanc scientiã se habere iactet. Eiusmodi quoddã mihi el
se uidetur ô Lysimache huius disciplinæ studiũ. Oportet aũt uelut ab initio dicebã, etiã
Socratẽ hunc nõ dimittere, sed rogare ut cõsulat quid ipsi uideat de proposita quæstio-
ne. LYS. At rogo ego ô Socrates. Nam uelut iudice quodã adhuc nostra consultatio o-
pus habere mihi uidet. Si enim cõsensissent inter se hi duo, minus tali opus fuisset. Nũc
uero quũ contrariã Niciæ Laches sententiã protulerit, rectè res se habuerit ut & te au-
diamus, utri ex his uiris suffrageris. SOC. Quomodo uero ô Lysimache, si plures ex no
bis collaudẽt, his uti uelis? LYS. Quid uero quis faceret ô Socrates? SOCR. Num & tu
Melesia ita faceres? Et si aliqua tibi de exercitatione filij cõsultatio esset, quid illi exer-
cendũ esset, num plurib. nostrũ crederes, aut illi qui à bono Pædotriba institutus esset,
aut etiã se exercuisset? LYS. Illi credere par esset ô Socrates. SOC. Ipsi ergo magis crede
Iudiciũ ex scientia, non multitudine res, ꝙ si nostrũ quatuor essent? LYS. Fortassis. SOC. Scientia enim iudicari oportet ac
bitror, & nõ multitudine, si quid rectè iudicari debet. LYS. Quidni? SOC. Proinde etiã
nunc, primũ hoc ipsum cõsiderare oporter, an quis ex nobis artis, de qua consultamus,
peritus

peritus sit, aut non. Et si quis est, illi credere qui unus est, & alios omittere: sin minus, a-
lium aliquẽ quærere. Aut de parua re uos nunc periclitari putatis tu & Lysimachus, &
non de hac possessione, quæ ex uestris præstantissima existit. Nam prout filij aut boni,
Filij gubernationis domus exemplum aut contrà euadunt, tota etiam patris domus sic gubernabitur, quales filij fuerint. LYS.
Vera dicis. SOCR. Multam ergo huius rei prouidentiã habere oportet. LYS. Maximè.
Quomodo igitur id quod modo dicebã, considerauerimus, si considerare uelimus quis
nostrum artis huius decertandi peritissimus sit. Non'ne is qui didicit, & se exercuit, &
magistros quoq; bonos in hac habuit? LYS. Mihi ita uidetur. SOC. Nõ'ne adhuc prius
quid sit hoc, cuius magistros quærimus, considerauerimus? LYS. Quomodo dicis? SO
CRAT. Sic fortassis magis clarum euadet. Nondum ab initio inter nos consensisse uide
mur, quid'nam sit id de quo consultamus ac cõsideramus, quis nostrum eius peritus sit,
Quid sit res, prima quæstio est. & eius gratia magistros habuit, & quis non. NIC. Non'ne Socrates de pugna in armis
consideramus, an ipsam adolescentes discere conueniat, aut non? SOC. Maximè, ô Ni-
cia. At quum de medicamento ad oculos quis considerat, an ipsum sublini conueniat,
aut non, utrum tunc putas esse consultationem de medicamento, aut de oculis? NIC.
De oculis. SOCR. Non'ne & quum an equo frenum adaptandum sit, aut non, & quan-
do, quis deliberat, tunc de equo cõsultat, & non de freno? NIC. Verum est. SOC. Non'
ne in summa, quum quis aliquid alicuius gratia considerat, de illo consultat, cuius gra-
tia considerat, & non de eo quod alterius gratia quærit? NIC. Necesse est. SOC. Opor-
tet ergo etiam consultorẽ considerate an peritus sit ad eius rei curam cuius gratia deli-
beramus. NIC. Maximè. SOC. Non'ne nunc dicimus nos de disciplina considerare, ani
mæ adolescentiũ gratia? NIC. Etiam. SOC. An igitur ex nobis quis peritus sit circa ani-
mæ curam, & huic rectè mederi possit, & bonos magistros habuerit, considerandum
est. LACH. Quid uero, ô Socrates, nondum uidisti sine magistris quosdam in aliquibus
Magistris nullis usi periti peritiores euasisse, quàm cum magistris? SOC. Ego sanè uidi, ô Laches, sed quibus tu fi-
dem non haberes, si se bonos opifices esse iactarent, si non tibi artis suæ opus ostende-
re possent probè elaboratũ unum & plura. LACH. Verum hoc dicis. SOC. Et nos igitur
oportet, ô Laches & Nicia, quando quidẽ Lysimachus & Melesias in consilium nos ad
hibuerunt de filijs suis, quorum animas optimas euadere cupiunt, ostendere ipsis, si qui
dem habere nos dicimus, magistros nostros, qui ipsi primũ boni fuerint, & multorum
animos curarint. Deinde etiam nos docuisse uideantur: aut si quis nostrum sibi magi-
strum contigisse negat, is opera sua proferat, & ostendat, qui Athenienses aut externi,
serui aut liberi, per ipsum ex confesso boni euaserint. Si uero nihil horum nobis adest,
iubere illos oportet ut alios quærant, & non in alienis liberis corrumpendis periculum
subire, & maximam culpam apud familiarissimos sustinere. Ego igitur, ô Lylimache et
Melesia, primus de meipso dico, mihi præceptorem in hac re nullum fuisse, etiamsi eius
cupiditate à tenera ætate tenear. At non habeo unde Sophistis mercedem persoluam,
Sophistæ fŏrè matores animorum qui soli profitentur pulchrum & bonum me facere posse. Ipse uero artem inuenire ad-
huc nunc nequeo. Si uero Nicias aut Laches eã inuenit, aut didicit, nihil miri mihi fue-
rit. Nam & pecunijs me potentiores sunt, ut ab alijs discant, & simul seniores, ut iam in-
uenire potuerint. Videntur itaq; mihi hominẽ erudire posse. Nam enim intrepidè adeò
de studijs iuuenì cõmodis & malis pronunciassent, si non satis scire se crederent. Et alia
quidem ego his credo, ꝙ uero inter se dissentiunt, miratus sum. Hoc igitur ego uicissim
à te Lysimache peto, ut quemadmodum modo Laches ne me dimitteres, sed interroga
res iubebat, ita tu nunc me iubente neq; Lachetem, neq; Niciam dimittas, sed interro-
ges ac dicas: Socrates quidẽ negat se dere scire, et neq; dijudicare se posse uter uestrũ ue
ra dicat, ut qui neq; ipse inuenerit, neq; ab ullo de talib. didicerit. Tu uero, ô Laches &
Nicia, utriq; dicite nobis, cum quo educationis iuuenũ peritissimo conuersati sitis, & u-
trum ab aliquo docti sciatis, aut ipsi inueneritis. Et si quidẽ didicistis, quis sit utriq; ma-
gister, & qui sint alij huius artis professores, quo si nõ uobis otium fuerit præ reip. nego
tijs, ad illos accedamus, & aut munerib. aut gratia, aut utriscp; persuadeamus, ut & nostro-
rum & uestrorũ filiorum curam suscipiant, ut ne maiores suos dedecore afficiãt, si uiles
euadant. Si uero ipsi huius inuentores estis, producite exempla aliorũ, quorũ iam susce-
pta, ipsos è uilibus pulchros & bonos reddidistis. Si eũ nunc primũ instituere ingressis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

considerare oportet, ꝙ non hoc periculũ uobis fiat in Care, sed in filijs & amicorum liberis, & deniq; id quod prouerbio dicitur, uobis contingat, in dolio figulina. Dicite igitur quid ex his uobis adesse & conuenire affirmetis, aut negetis. Hæc ô Lysimache, ex ipsis percunctare, & uiros ne dimittas. LYS. Rectè mihi uidetur, ô uiri, Socrates dicere. An uero uobis gratum sit, ô Nicia & Laches, de talibus interrogari, & rationem reddere, uos uideritis. Mihi sanè & huic Melesiæ iucundũ fuerit, si omnia quæ Socrates interrogat, sermone explicare uelitis. Nam & ab initio hinc dicere incœpi, quòd ea de causa uos in consilium adhibuimus, quòd de talibus, uelut par est, curam uobis fuisse putamus: & alioqui etiam quando quidem filij uestri ferè uelut nostri, ætatem habent ut instituantur. Si igitur nihil uos prohibet, dicite, & in cõmuni cum Socrate considerate data & acceptis mutuò inter uos rationibus. Nam et hoc rectè hic dicit, quòd de maxima ex nostris rebus nunc cõsultamus. Quare uidete an ita facere oporteat uobis uideatur. NIC. Reuera uideris mihi, ô Lysimache, Socratem ex patre solum cognoscere, & cum ipso conuersatus non esse, nisi cùm esset puer fortè inter populares patrem sequutus se tibi applicuit, aut in templo, aut in alio quopiam popularium conuentu. Postquam autem senior factus est, uirum non compellasse uideris. LYS. Cur maximè, ô Nicia. NIC. Nõ uideris mihi nosse quòd qui proximus fuerit Socrati sermone, uelut genere, & cum ipso in colloquium uenerit, eum necesse est, etiamsi de alia quadam re prius differere incœperit, non quiescere dum ab ipso uerbis circunducitur, donec ad hoc deueniat, ut de seipso rationem reddat, quo modo & nunc uiuat, & quo modo præteritam uitam transegerit. Nec prius ipsum dimittit Socrates, quàm hæc omnia bene ac rectè expenderit. Ego uero familiaris sum Socrati, & noui necesse esse ut quis hæc ab ipso patiatur, & me ipsum etiam hæc perpessurum esse, satis scio. Delector enim, ô Lysimache, uiri consuetudine, & nihil mali esse arbitror, ut in memoriam reuocemus, si quid nõ rectè fecimus, aut nunc facimus. Nam qui hoc non fugit, eum in posterum prouidentiorẽ esse necesse esse, ut qui iuxta Solonis leges discere uelit, quandiu uiuit, & non putare senectutem intelligentia præditam sibi accedere. Mihi igitur non insolitũ est, neq; iniucundum à Socrate examinari. Nam & dudum ferè sciebam, non de adolescentibus fore nobis sermonem Socrate præsente, sed de nobis ipsis. Quod igitur ad me attinet, nihil prohibet ut cum Socrate cõuersetur, quomodo ipse expetit. Quomodo uero Laches ad hoc affectus sis, uideas. LACH. Simplex est mea, ô Nicia, erga sermones affectio, aut si mauis, nõ simplex, sed duplex. Etenim uideri possim alicui sermonũ studiosus esse, & rursus eorundẽ osor. Cùm enim audio uirum de uirtute differentem, aut de aliqua sapientia, qui reuera uir est, & sermonibus quos habet dignus, mirum in modum gaudeo, dum spectato simul & uirum, & ea quæ dicuntur, ꝙ decora ac consona inter se sunt. Et talis omninò Musicus esse mihi uidetur, qui harmoniã pulcherrimam adaptauit, non lyram, neq; lusus instrumenta, sed ipse reuera suam ipsius uitam coaptauit sermonibus ad opera cõsonam, Dorica profectò harmonia, & non Ionica, neq; Phrygia, ut arbitror, neq; Lydia, sed sola ea quæ Græca existit. Talis igitur gaudio me afficit, dum loquit, ut cuius uideri possim sermonũ studiosus esse, ita uehementer suscipio ea quæ ab ipso dicuntur. Qui uero contraria huic facit, offendit me tantò magis, quantò melius dicere uidetur, & efficit ut ego sermonũ osor esse uidear. At Socratis sermonũ quidem imperitus sum, uerum opera ipsius prius experiri mihi cõtigit, ex quibus comperi ipsum pulchris sermonibus dignum esse, & omni dicendi libertate. Si igit etiã hoc habet, consentio uiro, & libentissimè à tali uiro examinor, & discere nõ grauor. Sed & Soloni uno tantũ addito cõcedo. Senescens.n. multa discere uolo, à bonis solũ. Hoc.n. mihi cõcedat, ut bonus etiã ipse sit magister, ut ne indocilis esse uidear, si iniucundè discã. Nihil aũt mea refert, si iunior est qui docet, aut nondũ adeò celebris, aut aliud quid huiusmodi habet. Tibi igit, ô Socrates, permitto, ut & redarguas, et doceas me quodcũq; uoles, et rursus discas quicq̃d ego noui. Hæc tua fuit apud me existimatio ab illa die, qua cõmune mecũ periculũ subijsti, et uirtutis tuę documentũ dedisti, quod dare oportet eũ qui iustè dare uolet. Quicquid igit tibi gratũ, dicito, nihil ætatẽ nostrã reueritus. SO. Nõ uestra studia, ut apparet, accusabimus nõ parata esse, ut & cõsulant, & simul cõsiderent. LYS. At nostrũ sanè est opus ô Socrates. Vnum enim ego te ex nobis pono. Considera igitur pro me de adolescentibus, quid

Vitarum perscrutator Socrates

Harmoniarũ species

bus, quid ex his percunctari nos oporteat, & cũ his colloquens consule. Ego enim iam multa obliuiscor ob ætatẽ, ex his quæ interrogare cogito: & rursus quæ audio, si alij sermones interueniant, non admodũ memini. Vos igitur dicite, & inter uos ipsos exponite ea quæ proposuimus, ego uero audiam, & ubi audiero, cum hoc Melesia faciam quic quid uobis uisum fuerit. SOC. Parendũ est, ô Nicia & Laches, Lysimacho & Melesiæ. Quæ igitẽ nunc considerare aggressi sumus, qui nobis fuerint huius disciplinę magistri, aut quos alios meliores reddiderimus, fortassis nõ malum fuerit explorare in talib. nos ipsos. Sed & hæc consideratio in idem, ut puto, recidit, & ferè etiam magis principiũ repetit. Si enim de quacunq; re sciremus, ꝙ si ea accederet alicui, melius redderet illud cui accederet: & insuper efficere possemus, ut hęc ipsa ad illud accederet, nimirũ hoc ipsum sciremus, de quo consultores sumus, quomodo quis ipsum facilimè & optimè adipisca tur. Fortassis autem non intelligitis quid dicam, at hoc modo facilimè discetis. Si scire mus ꝙ uisus si accederet oculis, meliores illos faceret quibus accederet: & insuper efficere possemus, ut ipse oculis accederet, nimirum uisum ipsum sciremus quid sit, de quo cõsultores esse possimus, quomodo quis ipsum facilimè & optimè adipiscat. Si enim neq; hoc ipsum sciremus, quid nam sit uisus, aut quid sit auditus, nullatenus ullius rei consultores esse possimus, & aut oculorũ, aut aurium medici, quomodo aut auditũ, aut uisum quis optimè adipiscatur. LYS. Vera dicis, ô Socrates. SOC. Nõne ô Laches, & nunc nos hi duo in consiliũ adhibuerunt, quo modo filijs ipsorũ uirtus ad animas accedens, meliores ipsos efficiat? LACH. Maximè. SOC. Non ne igitur hoc esse oportet, ut sciamus quid nã sit uirtus. Si enim penitus ignoremus quid sit uirtus, quo modo de hac cuicunq; consultores esse possimus, quomodo ipsam optimè adipiscatur. LACH. Nullo equidẽ, ut mihi uidetur, ô Socrates. SOC. Fatemur igitur scire nos quid sit ipsa? LACH. Fatemur equidem. SOC. Non ne quod scimus, etiam dicere possumus quid sit? LACH. Quidni? SOC. Ne igitur, ô optime, de tota uirtute statim considerabimus. Maius em fortassis fuerit opus: sed de parte aliqua primũ uideamus, an satis eam assequi possimus. Et nobis ut par est, leuior erit consideratio. LACH. At ita faciamus, ô Socrates, uelut tu uis. SOC. Quam igitur uirtutis partem deligemus? Aut eam nimirum ad quam armorum disciplina tendere uidetur? Videtur autem multis ad fortitudinem. Nunquid? LACH. Et ualdè quidem ita uidetur. SOC. Hoc igitur primum, ô Laches, dicere aggrediamur, quid sit fortitudo. Deinde consideremus quo modo adolescentibus accedere possit, quantum fieri potest ut ex studijs ac disciplinis accedat. Quare quod dico, proferre conaris quid sit fortitudo. LACH. Per Iouem, ô Socrates, non est difficile dictu. Si enim quis in acie perstet, & hostes propulset, & non fugiat, satis scias eum fortem esse. SOC. Bene dicis, ô Laches. Verũ ego fortassis qui non clarè dixi, in causa sum ut tu nõ hoc respõderis quod mecũ cogitans interrogabã, sed aliud. LACH. Quomodo hoc dicis, ô Socrates? SOCR. Ego dicam, si potero. Fortis sanè hic est quem & tu dicis, qui in acie perstat, & pugnat aduersus hostes. LACH. Ego ita sentio. SOC. Et ego. At quid hic qui fugiens pugnat aduersus hostes, & nõ perstans? LACH. Quomodo fugiens? SOC. Quemadmodum etiam Scythæ dicuntur, non minus fugiendo quàm persequendo pugnare. Et Homerus laudans Æneæ equos, dicit ipsos scire:

Persequi & hinc citò ualdè, & rursus diffugere illinc.

Et secundum hoc, ipsum Æneam ob fugæ scientiam laudauit, fugę̃q; magistrum ipsum esse dixit. LAC. Et rectè, ô Socrates, de currib. enim dicit, & tu Scytharũ illud de equitibus dicis. Equites enim illorũ ita pugnant. Armorum aũt periti Græci, uelut ego dico. SOC. Exceptis fortassis Lacedæmonijs. Hos enim dicunt in plataeis, postquã ad scutise ros deuenissent, non uoluisse perstare, & aduersus ipsos pugnare, sed fugisse. Postquam autem ordines Persarum dissoluti essent, illos se conuertisse, & uelut equites pugnasse, atque ita illic pugnando euasisse. LACH. Vera dicis. SOCR. Hoc itaq; est quod ego dicebam, me in causa esse, ut tu non rectè respondeas, quòd non rectè interrogarim. Volebam enim percunctari non de his solum qui in armis fortes sunt, sed etiam de equitibus & omni militari specie, & non solum de his qui in bello, sed etiam his qui in marinis periculis fortes sunt, & qui aduersus morbos, & qui aduersus paupertatem, aut etiam aduersus Reipublicæ molestias fortes sunt. Et amplius de his qui non solum ad-

Senes obliuiosi

Fortitudo quid sit

Fuga laudata

Fortitudo in multis rebus

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum aduersus dolores, aut timores fortes sunt, sed etiã aduersus cupiditates, aut uoluptates fortiter pugnare possunt, siue perstent, siue per se ex fuga conuertant. Sunt enim, ô Laches, quidam etiam in talibus fortes. LACH. Et ualdè, ô Socrates. SOCRAT. Non ne fortes quidem omnes hi sunt, uerũ alij in uoluptatibus, alij in doloribus, alij in cupiditatibus, alij in timoribus fortitudinẽ possident. Alij uero in ijsdem his ut arbitror, timiditatem habent? LACH. Maximè. SOC. Quid igitur esset utrunq; ex his, hoc interrogabam. Rursus igitur dicere conare primùm quid sit fortitudo, quæ in omnibus his idem est. Aut nondum intelligis quod dico? LACH. Non admodũ. SOC. At ita dico. Quemadmodum si interrogassem, quid est celeritas, quæ & in currendo nobis est, & in citharа pulsanda, & in dicendo, & in discẽdo, et in multis alijs. Et ferè ipsam possidemus, quatenus dictu dignum est, aut in manuũ actionibus, aut crurũ, aut oris & uocis, aut mentis. Aut non etiam tu ita dicis? LACH. Maximè. SOC. Si itaq; quis me interroget, ô Socrates, quid dicis hoc, quod in omnibus Celeritatem nominas? dicerem sanè me, facultatem multa in breui tempore peragentẽ, Celeritatem appellare, & circa uocem, & circa cursum, & circa multa alia. LACH. Rectè sanè tu dicis. SOC. Conare itaq; & tu, ô Laches, fortitudinem ita definire, quæ sit facultas, quæ eadem est in uoluptate, & in dolore, & in omnibus in quibus sanè modò ipsam esse diximus, & postea fortitudo appellata est. LACH. Videtur itaq; mihi tolerantia quædam animæ esse, si id quod per omnia à natura est, de fortitudine dicere oportet. SOC. Atqui oportet, si id quod quæritur, nobis ipsis respondebimus. Hoc itaq; mihi uidetur, quòd non omnis tolerantia fortitudo à te putatur. Coniecturã autem hinc sumo. Ferè enim noui, ô Laches, ex ualdè pulchrarum rerum numero fortitudinẽ esse te putare. LAC. Imò rectè scias ex pulcherrimarũ. SOC. Non ne tolerantia cum sapientia coniuncta, pulchra & bona est. LAC. Maximè. SOC. Quid uero ea quæ cum insipientia, non ne contrà, damnosa est & malefica? LACH. Etiam. SOC. Pulchrum igitur quiddam tu esse dices id quod eiusmodi est, & damnosum? LACH. Nequaquã iustum est, ô Socrates. SOC. Non ergo eiusmodi tolerantiam, fortitudinem esse asseres, quando quidẽ pulchra non est. Fortitudo autem pulchra est. LACH. Vera dicis. SOC. Sapiẽs ergo tolerantia, iuxta tuum sermonem, fortitudo fuerit. LACH. Apparet. SOC. Viderimus itaq; in qua re sapiens, & num in omnibus tum magnis, tum paruis: uelut si quis toleret, dum pecuniam sapienter expendit, ut qui sciat ex impensa se lucrum facturũ esse, hunc ne fortem dixeris? LACH. Per Iouem non ego. SOC. At uelut si quis Medicus, filio aut alio quopiam ex pulmonis inflammatione laborante, & rogante ut potũ aut cibum det, non flectatur, sed toleret? LACH. Neq; hæc ullo modo. SOC. At in bello tolerantem uirum, qui sapienter ratiocinando pugnare cogitat, cùm auxilia affutura sibi sciat, & q̃ aduersus pauciores ac uiliores his, cũ quibus ipse se coniunxit, pugnaturus sit, & insuper q̃ locum meliorem occupet: hunc cum tali sapientia ac apparatu tolerantẽ, fortiorem dixeris, q̃ eum qui in contrario exercitu sustinere & tolerare cogitat? LACH. Eum qui in contrario, ut mihi uidetur, ô Socrates. SOC. Atqui huius tolerãtia insipientior est q̃ alterius. LACH. Vera dicis. SOC. Et eum qui cum scientia artis equitandi in equestri pugna tolerat, minus fortẽ esse dices q̃ eum qui sine sciẽtia? LACH. Mihi ita uidẽ. SOC. Et eum qui cum funda utendi, aut iaculandi, aut alia quadã arte tolerat? LACH. Maximè. SOC. Et eos qui in puteos se demittũt & innatant, tolerantiã declarare uolentes, cùm neq; huius, neq; alterius huiusmodi rei sint periti, fortiores dices his qui in talibus sunt periti? LACH. Quid enim aliud quis dixerit ô Socrates? SOC. Nihil, si ita sentiat. LACH. Atqui sentio. SOC. Sed & imprudentius tales periclitantẽ, & tolerant, q̃ qui cum arte hoc ipsum faciunt? LACH. Ita uidentur. SOC. Non ne insipiens audacia ac tolerãtia, in superioribus turpis & damnosa esse, nobis ui-sa est? LACH. Maximè. SOC. Fortitudinem autem pulchrum quiddam esse confessi sumus. LACH. Confessi sumus. SOC. Nunc autem rursus turpem illam insipientem tolerantiam fortitudinẽ esse asserimus. LACH. Ita uidemur. SOCR. Rectè igitur dicere tibi uidemur? LACH. Per Iouem mihi non, ô Socrates. SOC. Non ergo iuxta tuum sermonem dorica harmonia ego & tu, ô Laches, cõcinnati sumus. Nam opera nõ sunt nobis cum sermonib. consona. Re. n. quis dicere posset, nos esse fortitudinis participes, sermone uero, ut arbitror, non item, si nunc nos differentes audiret. LACH. Verissima dicis. SOC.

Celeritas in quibus sit

Celeritas quid sit

Fortitudo an sit tolerantia

Medici tolerantia

SOCR. Quid igitur, uidetur ne tibi pulchrum esse, nos ita affectos esse? LACH. Nequaquam. SOC. Vis ne igitur ut ei quod dicimus, in tantum pareamus? LACH. Cui nam, & quale hoc? SOC. Sermoni illi qui tolerare nos iubet. Si igitur placet, etiam nos in quæstione perseueremus et toleremus, ut ne nos ipsa tolerãtia deridear, q̃ nos fortiter ipsam quærimus, si modò sæpè ipsa tolerantia fortitudo est. LACH. Ego quidem paratus sum, ô Socrates, ut non prius desistam, etiamsi ad eiusmodi sermones non sim adsuetus. Sed me etiam quoddam contentionis aduersus relata studium inuasit, & reuera indignor, si adeò quæ sentio, dicere non possum. Intelligere emi mihi uideor, quid sit fortitudo, non tamen scio quõ me iam fugerit, ut sermone ipsam cõprehendere nõ potuerim, & quid sit dicere. SOC. Nõ ne ô amice, conuenit ut bonus uenator insequatur, & non remittat? LACH. Maximè. SOC. Vis ne igitur ut & Niciam hunc ad uenationẽ inuitemus, si fortè nobis expeditior sit? LACH. Volo. Quidni? SOC. Age itaq; ô Nicia, uiris amicis in sermone tempestate iactatis ac ambigentibus opitulare, si quam facultatem habes, nostra enim in ambiguo uersari uides. Tu uero quid fortitudinẽ esse putes, dicas, & nos ab ambiguitate exoluas, & quæ sentis, ipse sermone ac ratione cõfirmes. NIC. Videmini itaq; mihi ô Socrates, fortitudinẽ iamdudum non rectè definijsse. Nam quod ego sæpe iam te dicere audiui, eo non utimini. SOC. Quo isto, ô Nicia? NIC. Sæpe ex te audiui, quenq; nostrum in his præstantẽ esse, in quibus sapiens est: in quibus autem imperitus est, in his ineptum esse. SOC. Vera per Iouem dicis, Nicia. NIC. Non ne siquidẽ fortis præstãs est, nimirum sapiens est? SOC. Audiuisti, ô Laches. LACH. Audiui sanè, & non ualdè intelligo quid dicat. SO. At ego mihi intelligere uideor. Et mihi uidetur sapientiã quandã hic uir fortitudinem dicere. LACH. Qualem, ô Socrates, sapiẽtiam. SOC. Non ne ex hoc id interrogas? LACH. Ego sanè. SOC. Age itaq; dic ipsi, ô Nicia, qualis sapiẽtia sit fortitudo, iuxta tuum sermonem. Non enim ea est quæ tibia canit. NIC. Nequaquã. SOC. Neque ea quæ citharam pulsat. NIC. Non ita. SOC. At quæ hæc, aut cuius scientia? LACH. Admodum rectè ipsum interrogas, ô Socrates, & dicat quam ipsam esse asserat. NIC. Hanc ego, ô Laches, horrendorum & audendorum tum in bello, tum in alijs omnibus scientiam dico. LACH. Quàm absurda dicit, ô Socrates. SOCR. Quo respectu hoc dicis, ô Laches? LACH. Quo? diuersa sanè sapientia à fortitudine est. SOC. Non ne hoc dicit Nicias? LACH. Non per Iouem, ideoq; etiã delirat. SO. Proinde doceamus ipsum, & ne conuitiemur. NIC. Non ita, sed mihi uidetur Laches, ô Socrates, cupere, ut & ego nihil dicere uidear, eo quòd & ipse modò talis apparuit. LACH. Imò ô Nicia, conabor etiam ostendere, nihil enim dicis. Nam uerbi caula, non ne medici in morbis horrenda sciunt? aut fortes tibi scire uidentur? aut medicos tu fortes uocas? NIC. Nequaquam. LACH. Neque agricolas, arbitror, etiamsi quæ in agricultura horrenda sint, ipsi sciant. Sed & alij opifices omnes quæ in artibus ipsorum & horrenda, & audenda sunt, sciunt, at nihilo magis hi fortes sunt. SOC. Quid tibi Laches dicere uidetur, ô Nicia? Videtur sanè aliquid dicere. NIC. Dicit equidem aliquid, non tamen uerum. SOC. Quomodo istud? NIC. Quia ægros plus quicquam scire putat circa ægrotos, quàm quòd sanum & morbosum dicere possunt. At illi tantum solum sciunt. An uero horrendum hoc sit alicui, ut sanus sit magis quàm ut ægrotet, putas ne hoc tu, ô Laches, medicos scire? Aut non putas plerisq; melius esse, ut ex morbo non resurgant, q̃ ut conualescant? Hoc em dicito, Asseris tu omnibus melius esse uiuere, & non plerisq; melius esse mori? LACH. Ego hoc assero. NIC. Quibus igitur mori utile est, his eadẽ horrenda esse putas, quę illis quibus uiuere expedit? LACH. Non sanè ego. NIC. At hoc tu medicis cognoscendum tribuis, aut alicui alij opifici, excepto illo qui horrenda nouit, quem ego fortem appello? SOCRAT. Consideras, ô Laches, quid iste dicat. LACH. Intelligo ipsum uacia, utrum confiteris te Vatem esse, aut neque Vatem, neq; fortem. NIC. Quid uero uati conuenire putas, ut horrenda cognoscat & audenda? LACH. Ego sanè. Cui enim alij? NIC. Ei quem ego dico multò magis, ô optime. Nam Vatem signa solum futurorum cognoscere oportet, siue alicui mors, siue morbus, siue pecuniarũ amissio continget, siue uictoria, siue uictoriæ amissio aut in bello, aut alio quodam certamine. Quod uero ex his alicui melius sit pati, aut non pati, quid magis Vati iudicare conuenit, quàm cuicunque

Fortitudo scientia est

Fortitudo est scientia horrendorum & audendorum

Medici sciunt horrenda

Mori quibusdam quàm uiuere melius est

Vatis scientia

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunque alij? LACH. At ego hoc non intelligo, ô Socrates, quid dicere uelit. Neque enim Vatem, neq; Medicũ, neque ullum alium indicat, quem fortem dicat, nisi fortassis deum aliquem esse dicit. Mihi igitur uidetur Nicias nõ uelle ingenuè confiteri, se nihil dicere: sed sursum ac deorsum se uertit ambiguitatẽ suam abscondens. Atqui potuissemus etiã nos, ego & tu, ô Socrates, eiusmodi uersutijs uti, si uoluissemus non nobis ipsis contraria dicere uideri. Si igit in foro iudiciario uersaremur, haberet aliquam rationem hæc ita facere. Nunc autem in tali conuersatione, quid est quod quis iple seipsum inani bus uerbis frustrà ornet? SOC. Nihil, ut etiam mihi uidetur, ô Laches. Verùm uideamus an ne Nicias se aliquid dicere putet, & nõ uerborum gratia hæc dicat. Ipsum igitur clarius percunctemur, quid tandem sibi uelit. Et si quid dicere uideatur, concedemus: sin minus, docebimus. LACH. Tu igitur, ô Socrates, si ita uis percũctare. Ego enim fortasis satis percunctatus sum. SOC. At nihil me prohibet. Cõmunis enim erit prõ me & te percũctatio. LACH. Maximè. SOC. Dic itaq; mihi, ô Nicia, imò potius dic nobis: Communem enim ego et Laches facimus sermonem: fortitudinem scientiam horrendorum & audendorum esse asseris? NIC. Ego sanè. SOC. Hoc autem cognoscere non cuiuslibet uiri esse, quando neq; medicus, neq; uates ipsum hoc cognoscet: neque fortis quis erit si non hanc ipsam scientiam adeptus fuerit. Non ne sic dicebas? NIC. Ita sanè. SOC. Ixta prouerbium igitur, reuera non quæuis sus cognouerit, neq; fortis esse poterit. NIC. Non, ut mihi uidetur. SOC. Manifestum autem est, ô Nicia, quòd neque Crommyoniam suem tu fortem fuisse credas. Hoc autem non ludens dico, sed necessarium esse, arbitror, ut is qui hæc dicit, nullius bestiæ fortitudinem admittat, neq; concedat aliquam feram ita sapientẽ esse, ut quæ pauci homines, eo q; cognitu difficilia sunt, sciunt, ea cognoscat leo, aut pardus, aut aper: sed necesse est ut qui fortitudinẽ hoc quod tu esse pronunciat, similiter leonem & ceruum & taurum & simiam, ad fortitudinẽ à natura se habere asserat. LAC. Per deos rectè dicis, ô Socrates. Et nobis reuera hoc, ô Nicia, respondet, utrum sapientiores nobis has bestias esse affirmes, quas omnes fortes esse confitemur: aut omnibus aduersans neq; fortes ipsas dicere audes? NIC. Non equidem, ô Laches, fortes ego dico, neq; bestias, neq; quicquã aliud, quod præ dementia non formidat ea quæ sunt horrenda, sed intrepidum & fatuum hoc uoco. Aut etiam pueros omnes putas me fortes uocare, qui ob dementiam nihil formidãt? At arbitror, intrepidum & forte non idem esse. Ego enim fortitudinem & prouidentiam admodum paucis adesse puto, temeritatẽ autem & audaciam intrepidam absq; prouidentia ualdè multis & uiris, & mulierib. & pueris, & bestijs. Hæc igitur quæ tu & plerique fortia appellatis, ego temeraria uoco. Fortia autem quæ cum sapientia coniuncta sunt in his de quibus sanè dico. LACH. Vides ô Socrates, quàm belle hic seipsum, ut putat, uerbis ornat. Quos autem omnes fortes esse confitentur, eos hoc honore priuare conatur. NIC. Nequaq; ego, ô Laches, sed confide. Assero. n. te & Lamachũ esse sapientes, si quidẽ fortes estis, itemq; alios multos Athenienses. LACH. Nihil ad hæc dicam, etiamsi habeã quod dicere possim, ut ne me reuera Aexonensem maledicũ esse pronuncies. SOC. Ne dicas, ô Laches. Nam mihi neq; percepisse uideris, hunc sapientiã hanc à Damone amico nostro accepisse. Damon aũt frequenter cum Prodico conuersat, qui ex sophistis optimè eiusmodi nomina distinguere uidet. LACH. Etenim sophistã magis in talibus se iactare decet, q; uirum quem respub. sibi præfecit. SOC. Decet equidẽ, ô beate, maximis rebus præfectũ, maximæ sapientiæ participẽ esse. Videtur aũt mihi dignum cõsideratione esse, quo'nã respiciẽs Nicias, nomen hoc fortitudinẽ ponit. LACH. Ipse itaq; considera, ô Socrates. SOC. Hoc faciam, ô optime, ne tamen putes me dimissurũ esse, te à sermonis societate. Quare animũ aduerte, & quæ dicunt, considera. LACH. Sit ita, si ita facere oportere uidetur. SOC. At uidet. Tu uero Nicia, dic nobis rursus ab initio. Scis enim q; fortitudinẽ ab initio sermonis uelut uirtutis partem cõsiderabamus. NIC. Maximè. SOC. Nõne & tu hanc uelut partẽ respondisti, cùm sanè sint & aliæ partes, quæ omnes Virtus appellantur? NIC. Quidni? SO. Nunquid easdẽ quas ego etiã tu dicis? Ego aũt appello supra uirtutem, temperantiam, & iustitiam, & alias huiusmodi, non ne & tu? NIC. Maximè. SOC. Age itaq;, in his enim consentimus, de horrendis autẽ & audendis consideremus, ut ne tu alia quædam putes, & nos alia. Quæ igitur nos putamus, tibi dicemus. Tu uero si non

Sus Crommyonia

Fortia quæ sint

si nõ consenseris, docebis. Arbitramur autem nos horrẽda quidẽ esse, quæ etiam timorem inducunt. Audenda uero quæ timorem non inducũt. Timorẽ autem inducunt, nõ præterità, neq; præsentia mala, sed quę expectant. Timorem enim esse expectationem futuri mali. Aut nõ ita tibi uidetur ô Laches? LACH. Maximè ô Socrates. SOC. Nostra itaq; ô Nicia audis, quòd horrenda quidẽ futura mala esse dicimus. Audenda uero non mala aut bona futura. Tu uero hoc modo aut alio de his dicis? NIC. Hoc modo ego dico. SOC. Horum autem scientiam fortitudinẽ appellas? NIC. Valdè quidem. SOC. Adhuc itaq; tertiũ considerem us, an nobis in eo consentias. NIC. Quod istud? SOCR. Ego sanè dicam. Videtur itaq; mihi & huic, quòd quorũ est scientia, non alia sit de præterito scire, quomodo factum est: alia de his quę fiunt, quomodo fiunt: alia quomodo optimè fieri possit, & fiet id quod nondũ factum est, sed eadem. Veluti circa sanitatis tutelam, in omnia tempora, nõ alia quædã quàm quæ una est Medicina, respicit & quæ fiunt, & quæ facta sunt, & quæ fient quomodo fient. Et circa ea quæ ex terra nascuntur Agricultura similiter se habet. Et sanè in re militari testimonium uos ipsi præbuerit is, q; Imperiũ militare tum alia, tum quod futurũ est, optimè prouidet, neq; putat uaticinationi se inseruire oportere, sed imperare, ut quod melius sciat & quæ fiunt, & quæ futura sunt circa bellum. Et lex ita ordinat, nõ uatem duci exercitus imperare, sed ducẽ exercitus uati. Hæc ita ô Laches asseremus? LACH. Asseremus. SOCR. Quid uero tu ô Nicia nobis consentis, eandem scientiã de ijsdem & futuris & præsentibus & præteritis scire? NIC. Ego sanè. Ita enim mihi uidetur ô Socrates. SOC. Non ne ô optime etiã fortitudo horrendorũ & audendorũ scientia est uelut asseris? Nunquid? NIC. Etiam. SOC. Horrenda autẽ confessi sumus futura mala esse. Audenda uero futura bona? NIC. Maximè. SOC. Hanc autem scientiã eorundẽ & futurorum, & omni modo se habẽtium esse? NIC. Est ita. SOC. Non solum ergo horrendorũ & audendorum scientia est fortitudo. Nõ enim de futuris solum bonis & malis nouit, sed etiam de his quæ fiunt, & facta sunt, & omni modo se habent, quemadmodũ aliæ scientiæ. NIC. Apparet. SOC. Partem ergo fortitudinis ferè tertiam nobis ô Nicia respondisti, & quidẽ quum nos quid tota fortitudo esset interrogauerimus. Et nũc sanè ut apparet iuxta tuũ sermonẽ, non solum horrendorũ & audendorũ scientia est fortitudo, sed ferè de omnibus bonis & malis & omni modo se habentibus scientia fuerit fortitudo, uelut tu nũc rursus confiteris. Ita'ne rursus sentẽtiam mutas, aut quomodo dicis ô Nicia? NIC. Mihi ita uidetur ô Socrates. SOC. Videtur igitur tibi ô beate, is qui talis est aliquid uirtutis relinquere, si quidẽ nouerit & bona omnia & penitus ut fiunt, & fient, & facta sunt, & mala eodẽ modo? & hũc putas tu indigum esse tẽperantiæ aut iustitiæ & sanctitatis, cui soli cõuenit ut & circa deos & circa homines horrenda & nõ horrenda uitet, & bona acquirat, ut qui rectè cõuersari norit? NIC. Videris mihi aliquid dicere ô Socrates. SOC. Non ergo pars uirtutis fuerit ô Nicia, ea de qua nunc tu dicis, sed uniuersa uirtus. NIC. Apparet. SOC. Atqui diximus fortitudinem partem unã esse ex uirtutis partibus. NIC. Diximus equidẽ. SOC. At quod nunc dicitur nõ apparet. NIC. Non apparet. SOCR. Non ergo inuenimus ô Nicia quid sit fortitudo. NIC. Non sanè uidemur. LACH. Atqui ego ô chare Nicia te inuenturũ esse putabam, quando quidẽ me Socrati respondentẽ contempsisti. Valdè itaq; magnam spem habebam fore ut ex Damonis sapientia ipsam inuenires. NIC. Euge ô Laches q; nihil tibi negocij amplius esse putas, eo q; ipse modo nihil de fortitudine nosse uisus es, sed ad hoc respicis, an etiam ego talis uidear: & nihil amplius tua interest ut apparet, ut mecum nihil scias earum rerũ, quarum scientiam habere cõuenit uiro, qui aliquid se esse putat. Tu igitur reuera humanum quoddam admittere mihi uideris, qui nihil ad teipsum, sed ad alios respicis. Ego uero arbitror & nũc de his quæ dicebamus moderatè à me dictum esse: & si quid de ipsis non satis dictum est, me in posterum correcturũ esse, & cũ Damone, (quem tu deridendũ putas, & hoc quũ neq; unquã Damonem uideris) & cum alijs: & postquam certũ quid assequutus fuero, etiam te docebo, & non inuideb o. Videris enim mihi etiam ualdè opus habere ut discas. LACH. Sapiens equidem tu es ô Nicia, attamen ego Lysimacho huic & Melesiæ consulo, ut te & me de adolescentium institutione ualere sinant, Socratẽ autem hunc uelut ab initio dixi, ne dimittant. Nam si etiam mihi eius ætatis filij essent, eadem hæc facerẽ. NIC. Hæc sanè & ego concedi,

Horrenda quæ sint Audenda quæ sint Timor quid sit

Aliena re spicere

Universidad de Deusto
Biblioteca

cedo,ut si quidem Socrates adulescentulorum curam susciperet uoluerit, nullum alium quærāt. Nam & ego Niceratum huic libentissimè cōmendarem, si hic uellet. Etenim alios mihi semper proponit, ubi de hoc apud ipsum mētionem facio, ipse uero animum non inducit. Quare uide ô Lysimache an tibi magis Socrates obtemperat. LYS. Æquū est ô Nicia. Nam & ego multa huic facere paratus sum, quæ multis alijs non fecerim. Quid igitur dicis ô Socrates? morē ne geres & simul prouidebis ut optimi euadāt adolescētes? SOC. Equidē absurdū esset ô Lysimache, hoc nō uelle ut alicui quis simul prospiciat, quo quàm optimus euadat. Siquidē igitur inter habitas à nobis nūc disputationes ego meam scientiam declarassem, hi uero ambo inscij comparuissent, æquum esset me maximè ad hoc opus inuitare. Nūc autem quū omnes similiter in ambiguitate uersemur, non est quòd aliquis quempiā ex nobis præferat, neq; mihi sanè aliquis ex nobis eligendus esse uidetur. At quū hæc ita se habeant, cōsiderate an quid uobis cōsulere uidebor. Ego enim assero nos ô uiri oportere, (nemo enim sententiam meam efferet) in cōmuni omnes quærere, maximè quidē nobis ipsis præceptorē & optimū: Opus enim habemus: deinde etiam adolescētibus, ita ut neq; pecunijs, neq; ullis alijs rebus parcamus. Vt uero nos ipsos ita habere sinamus, uelut nunc habemus, minimè cōsulo. Si uero quis nos deridebit, q hac ætate ad præceptores accedere non ueremur. Homerū illi obijciendum esse mihi uidetur, qui in hanc sententiam dicit,

Disce prius quàm doceas

Sero discentes

Non bonus est pudor ipse, uirum si uexat egentem.

Et nos igitur ualere iusso eo, si quis forte nobis quid dicat cōmunem & nostrū ipsorū, & adolescentulorum curam suscipiamus. LYS. Mihi quidem ô Socrates ea quæ dicis placēt, & quantò sanè senior sum, tanto alacrius cū adolescentibus discere uolo. Quare mihi hoc tribuas, ut cras mane ad domū meam uenias, & ne aliter facias, quo de ijsdem rebus consultemus. Nunc autem conuersationem dissoluemus. SOC. At faciam ô Lysimache ut iubes, & cras ad te ueniam, si ita Deus uoluerit.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI

in Platonis Lysidem, uel De amicitia, ad Petrum Medicem patriæ patrem.

VBI Socrates cum sophistis eorumq; sectatoribus disputat, opiniones falsas redarguit, ueras significat potius, quàm doceat. Nam acuta ingenia redargutis falsis, exigno deinde uestigio uera uenantur. Quod in Euthydemo, Protagora, Menone, Hippia, Euthyphrone, & Lyside patet. Vbi uero cum discipulis & studiosis sui sermonem habet, ostendit ac docet, quod quidem ex multis dialogis intelligitur. In Lyside igitur cum de amicitia inter sophistarū discipulos disputetur, confutandis falsis potius, quàm monstrandis ueris, Socrates studet. Quæ uero sit de amicitia, & amore Platonis sententia, ex hoc libro conijcere, sed ex libris de legibus alijsq; multis comprehendere possumus. Amicitiam esse uult honestam perpetuæ uoluntatis communionem, Huius finem esse, uitam unam. Principium eius, cognationem. Medium autem amorem. Vt honestam dicit, excludit improborum hominum contubernia, lasciuorumq; congressus. Vt perpetuæ, leues adolescentulorum beneuolentias, etiam si honestæ sint, nondū amicitias appellandas monet. Vt uoluntatis, significat non similitudinem opinionis cuiusdam uel artis ad amicitiam perficiendam sufficere. Vt cōmunionem, beneuolentiæ uicißitudinem indicat. Huius finis est, ut è duobus animis unus uoluntate fiat, ex una uoluntate uita una, ac demum ex una uita, numinis unius eiusdemq; ideæ fruitio. Principium quo cōmunionis huius desiderium excitatur, cognatio est. Cognatio conuenientiam ideæ, fidere, genio, & quadam animæ corporisq; affectione significat. Nam qui ex uno pendent, in unum, per unum, atq; ad unum reuerti nituntur. Mediū & quasi quidam ad amicitiā trames, amor existit. Cum autē amor pulchri desiderium sit, & amicitia ab amore & ducatur pariter et dicatur, necesse est eos qui amici futuri sunt pulchros esse. Pulchros inquā quorum animi pulchri. Homo enim animus est: Corpus hominis instrumentum: & quisquis pulchrum amat corpus, non hominem, sed ea quæ sunt hominis amat. Quamobrem quotiens cognatio illa adest, & animorum pulchritudo eò uerti, perfecta nascitur amicitia. Si corporis forma huic animorum pulchritudini adiuncta est: citius amare incipiunt, & breui amicitiæ habitum assequuntur. Quod in Platonis Dionisq; mutua beneuolentia contigit. Sin autē forma corporis cum animi deformitate coniungitur, non honestæ cōmunionis, sed turpis congressus cupido exoritur. Vnde non amicitia, immo petulantia primum, deinde discordia proficiscitur. Quare si cognatio deest, amici nunquam. Si adest cognatio, deest omnis pulchritudo, interdum beneuoli potius, quàm amici. Sin autem cognationi pulchritudo corporis, nō animi est adiuncta, pro amicitiæ desiderio obscœni congressus ardor exoritur. Cum unus animo pulcher, turpis alter, admonitionis & increpationis studium cognatio illa parit. Quod si pulcher unius animus, alterius nec pulcher est, nec turpis, docendi discendiq; inuicē uoluntas ex cognatione prouenit. Tandē ex increpatione illa, & hac doctrina, amicitia nascitur. Quod quidem in Phædrum & Alcibiadem Socratis amor ostendit. At uero cognatio pulchritudinem uirginq; nacta, cito indissolubilem

procreat amicitiam. Idq; in Platonis Asterisq; beneuolentia constitit. Atq; hæc, ut è multis colligitur, de amicitia Platonis nostri sententia est. In hoc autem dialogo primo eos qui amore abuntur, & sub amicitiæ specie turpi libidini seruiunt, increpat. Deinde eos qui ex sola corporis forma, amari se dignos existimant, admonet. Tertio illos, qui minus uere de amicitia sentiebant, refellit. Postremo callem quendam sagacibus animis ad uenandam amicitiam indicat. Singula membra suis in locis legentibus patent. Nam dum Hippothalem & Ctesippū ironia iocisq; deridet Socrates, quod turpi amore capti essent significat. Et dum coram illis adolescentes ad mores instruit, amatores odmonet quo pacto amandum & quomodo unà uiuendum sit. Cumq; amatores instituisset, secundam dialogi partem ad amatos instituēdos aggreditur. Vbi longa inductionis serie docet, non umbratili huius corpusculi forma, sed uera animi pulchritudine, sapientia scilicet & prudentia amicos aucapari decere. Tertio loco confutat, & primo Solonis sententiam, qui amatos inquit amicos esse. Qui tamen sæpe amantes oderunt. Addit etiam nec amantes duntaxat, amicos esse, quia sæpe odio habentur qui amant. Vbi concludit reciprocam beneuolentiam, amicitiam esse uocandam. Deinde Empedoclem reprehendit, qui quamlibet simpliciter similitudinem ad amicitiam sufficere uoluit. Quod falsum esse artium multarum similitudo declarat, quæ inimica. Idq; falsum esse ex eo constat, quod odium & amor cum dißimilia sint, amica non sint, nec iustus uir & iniustus & uidiam & odium sæpius quàm amicitiam gignit. Accedit postmodum Hesiodi Heraclitiq; opinio, quod dißimilia sint ade alijs eodem pacto. Quod si quid aliquando dißimile sui appetere uideatur, ut aridum quod est, humorem, caloremue quod frigidum, dicendum est non amare contrarium, sed suipsius restitutionem ex contrario quærere. Quod enim calore nimio præter naturam suam uritur, per frigus ad temperiem naturalem reducitur. Quare non frigus sed temperiem per frigus amat. Idem est de cæteris contrarijs iudicandum. His confutatis opinionem quandam ut suam quasi uaticinans Socrates infert. Vbi trifariam affectiones animi diuidit, bonum animū, malum, neutrum. Malū bono propter diuersitatē amicū esse nunquam. Malum malo propter iniustitiā lædi. Ergo nec hos inuicem amicos esse. Neutrū quoq; amare malū impoßibile. Malum enim cū obsit, suapte natura odio semper habetur. Restat ut amicitia sit inter bonū ac malum, & neutrum atq; bonum. Et illa quidem in gaudio, in desiderio hæc consistit. Ex quibus duæ quædam amicitiæ species ortæ sunt. Sed insurgunt obiectiones quædam, quæ id turbare uidētur, quas Socrates palàm infert, solutiones uero clàm innuit. Prima, quia bonus homo similis, similia uero nō esse amica contra Empedoclem dictum fuit. Vbi intelligendum, non dictum esse similia nullo modo amica fieri, immo negatum quod simpliciter quælibet similitudo ad amicitiam procreandam sufficiat. Item cum secundo obijcitur: bonus seipso sufficit, ergo non desiderat alterum, unde non amat, quare nec boni amicus est: Exponendum est quod hæc absurditas non ex Platonis mente sequitur, sed ex Empedoclis & Heraclitidictis, in quibus amoris desiderium ab amicitia non distinguunt: quare unà cum amicitia cupiditas perpetua sit necesse est. Plato uero amicitiam habitum quendam esse uult ex amore diuturno contractum. Quo fit ut amor sit exoriens amicitia. Amicitia uero inueteratus amor, in quo multo plus uoluptatis quàm desiderij restat. Ex quo sequitur, ut qui cupierat, iam delectetur. Itaq; amicitiæ habitus non necessario desiderio præsentis ardorem, sed delectationē exigit. Ergo si bonus bonum minus desiderat, nō tamen minus, bonus bono gaudet quod ad seruandam amicitiæ rationem plurimum ualet. Atq; hæc una est amicitiæ species, inter bonum uidelicet atq; bonū in gaudio potius quàm in desiderio constituta. Est & altera, quæ desiderij plus, quàm uoluptatis includit, inter neutrum bonūq; exoriens. Quæ quidem qua ratione fiat, & cuius gratia, & propter quid, in textu satis patet. Describit illam primo ut opinio porrigit, deinde paulatim emendat. Nam cum dixisset, neutrum propter malum inimicum amare bonū amicum boni amiciq; gratia, statim dictis obijciendo corrigit. Vbi primum docet, amicitias omnes quæ ad homines diriguntur, imperfectas esse, & imagines amicitiæ quæ ad ipsum primum bonum rerumq; omnium respicit auctorem, quod primo amatur, & causa est ut amentur hæc omnia. Et quisquis aliquid amat, ipsum primum tāquam finem amoris habet. Nam à primo bono bonum omnibus inest: à primo pulchro, gratia singulis adest, bonitas uero trahit nos, allicit pulchritudo. Non ergo ista nos inferiora mouent, sed primum illud in istis trahit & allicit. Illud itaq; in istis simul atq; ex istis, non ista amamus. In quo Platonis nostri pietas in deum, summaq; religio mirifice fulget. Ostendit præterea non semper nos alterius gratia amicos esse. Neq; enim primum bonum, boni alterius gratia exoptamus. Item non propter malum, bonum cuperes. Quia etiam omni malo è rerum natura sublato restaret bonum suapte natura gratum, & appetitus in eo quod minus bonum, ad bonum maius consequendum traheret. Non enim malum est, quod summi boni excitat appetitum, sed ipsius minus boni egestas ad sui repletionem in summum bonum conuertit: quæ quidem non malum, quia nunquam malum ad bonum, & contrarium ad contrarium, sed inchoatio boni potius nuncupanda. His ad emendationem illatis principiū quoddam inducit amicitiæ perfectius inuestigandæ: Inquit enim cognationem & naturæ conuenientiam amicitiam parere, de qua satis in principio diximus. Postremo iuuenes illos adolescentesq; mordet, quod ignorent quid merito amandum sit: quæ amicitia uera, quo pacto honeste stabiliterq; confletur: & antequam hæc discant, temere, procaciter, & petulanter amicitiam inire contendant. Sed ne illos infestos sibi redderet, clàm ista significauit, & seipsum unà cum illis reprehendit. Hæc de argumento satis. Ad Lysidem ueniamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS ATHENIENSIS LYSIS,

SIVE DE AMICITIA. *Sub perscrutationis specie.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. HIPPOTHALES. CTESIPPVS.
MENEXENVS. LYSIS.

IBAM ex Academia recto ad Lyceum itinere, extra mœnia sub ipsum murum. Quum autem deuenissem ad portam ubi Panopus fons est, isthic incidi in Hippothalem Hieronymi filiũ, & Ctesippum Pæaniensem, & alios quosdam adolescentes aceruatim congregatos. Et me accedentem conspicatus Hippothales ô Socrates inquit, quo abis & unde? Ex Academia inquã recta ad Lyceũ. Huc itaq; inquit, rectà ad nos non accedis, æquum tamẽ hoc esset. Quo inquã dicis, & ad quos uos? Huc inquit, ostenso mihi ex aduerso muri septo quodam loco, & ianua aperta. Conuersamur autem hic & nos ipsi, & alij ualdè multi ac pulchri. Quid uero est hoc, & quæ conuersatio? Palæstra inquit recens ædificata, & conuersatio plerunq; in sermonibus, quos libenter tibi impertiemur. Rectè inquã feceritis. Quis uero hic docet? Tuus sodalis inquit & laudator Micus. Per louem inquam ego, nõ malus uir est, sed magnus sophista. Vis igitur me sequi inquit ille, ut & uideas eos qui hic sunt. Hoc ipsum primum libenter audierim, cuius gratia ingredi debeo, & quis sit ille pulcher. Alius alij nostrum inquit, uidetur ô Socrates. Tibi uero qs inquã ô Hippothales, hoc mihi dicito, et ille interrogatus erubuit. Et ego ô fili Hieronymi Hippothales dicebã, hoc quidem non amplius dicas an aliquem ames, aut non. Noui enim nõ solum q̃ ames, sed etiã quod longè in amore progressus sis. Ego uero in reliquis uilis ac inutilis sum, hoc autẽ mihi quodã modo ex deò datum est, ut & amantẽ & amatũ cito cognoscere possim. Et ille hoc audito multò adhuc magis erubuit. Ctesippus igitur urbanũ inquit est q̃ erubescis ô Hippothales, & Socratis nomen dicere cunctaris. At si hic uel modico tempore tecũ conuersabitur, à te frequenter id proferẽte audiendo enecabitur. Nostrę itaq; aures ô Socrates obsurduerũt, & plenę sunt Lysidis. Si uero etiã dormierimus, facile nobis cõtingit, ut & ex somno excitati, Lysidis nomen nos audire putemus. Et quæ quidẽ soluta oratione exponit, ut molesta sint, nõ tamen admodũ molesta sunt. Verum ubi poemata & scripta sua nobis offunderre aggreditur, & quod his grauius est, ubi etiã canit de amato suo uoce admiranda, quã nos audire & sustinere oportet. Nunc autẽ dum à te interrogatur erubescit. Est autẽ inquam ego, Lysis iuuenis quidã ut apparet. Coniecto autẽ, eo q̃ audito nomine id non cognoui. Non sanè admodũ inquit ille nomen ipsius proferunt, sed adhuc à patre cognominatur, eo quòd pater ipsius ualdè notus est. Alioqui satis scio multũ te ab eo abesse ut de pueri forma ignores. Ab hac enim sola satis cognosci potest. Dicatur inquam ego cuius filius sit. Democratis inquit Æxonensis filius natu maximus. Sit ita inquam ego ô Hippothales ut generosum & undiq; præclarum hunc amorẽ inueneris. Atq; age ostende mihi quæ etiam his ostendis, quo cognoscam an scias ea quæ amatorem de amato, ad ipsum aut ad alios dicere conuenit. Horum uero quicquã inquit ille, pondus habere putas ô Socrates, quæ ille dicit? Num inquã ego & hoc tu negas, q̃ ames illũ quẽ hic dicit? Non ego inquit, sed poemata facere, & de amato scribere me nego. Nõ sanus est inquit Ctesippus, sed delirat & insanit. Et ego ô Hippothales dicebã, neq; metra audire cupio, neque cantilenam si quã de adolescente fecisti, sed sententiam ipsam, ut cognoscam quomodo erga amatum te exhibeas. Hic inquit tibi dicat. Exacte enim nouit ac meminit, si quidem uelut dicit, à me semper audiendo obtũditur. Per deos inquit Ctesippus ualdè noui. Sunt enim ridicula ô Socrates, Nam esse amatorem, qui præ alijs præcipuè animũ ad puerũ aduertat, & deinde nihil habeat quod proprię de ipso

Amantũ cognitor Socrates

de ipso prædicet, quod nõ uel puer aliquis dicere possit, quomodo non ridiculũ fuerit? Quę uero tota ciuitas canit de Democrate & Lyside pueri auo, & de omnibus maioribus, diuitias, & equorũ multitudinẽ, & uictorias in Pytho, Isthmo et Nemea, & quadrigis & equorũ cursu, de his & dicit, & poemata facit. Et ad hæc adhuc his antiquiora. Nuper enim Herculis ad hospitiũ exceptionem nobis in poemata quodã recensebat: quomodo uidelicet ob cognationẽ cũ Hercule progenitor ipsorũ Herculem hospitio exceperit, quũ etiam ipse è Ioue natus esset, & ex ducis populi filia: quę etiã aniculę canũt, & multa alia huiusmodi ô Socrates. Hęc sunt quæ hic dicit & canit, & nos audire cogit. Et ego his auditis dicebam, ô Ridicule Hippothales ante uictoriam encomium facis, & de teipso canis. At de meipso inquit ô Socrates neq; facio, neq; cano. Non putas inquã ego. Hoc autẽ quomodo se habet inquit. Hæ cantilenæ maximè omnium in te tendunt. Si enim amatum qui talis est consequeris, & dicta & cantata tibi ornamento erũt, & reuera ueluti uictori encomia, quòd eiusmodi amatum adeptus es. Si uero fefellerit, quantò maiora encomia de amato à te dicta fuerint, tãtò maioribus bonis priuatus magis ridiculus esse uideberis. Quisquis igitur ô amice circa res amatorias sapiens est, is nõ laudat eum quem amat prius quàm cœperit, ut qui quod futurum est formidet, quo sit euasurum: Et simul pulchri ubi quis ipsos laudat & extollit, fastu & iactãtia turgidi reddũtur. Aut non ita putas? Ego sanè inquit. Nónne quantò iactantiores fuerint, tantò difficilius capiuntur? Veri simile est. Qualis igitur Venator esse tibi uideatur, si dum uenatur prædam repelleret & captu difficiliorem redderet? nimirũ malus. Et sanè sermonibus ac cantilenis nõ demulcere, sed exasperare, magna inconcinnitas & à Musis alienitas est. Nunquid? Mihi ita uidetur. Vnde igitur ô Hippothales ut ne omnium horum reum teipsum facias, ob poesim: quanquàm ego arbitrer uirum poesi lædẽtem seipsum, non confessurum esse te, quòd bonus sit poeta, quum sibijpsi sit damnosus. Non per louem inquit, magna enim esset absurditas. Quare ob hæc tecũ ô Socrates cõmunico, & si quid aliud habes consule, qua ratione quis aut dicendo, aut faciendo apud amatũ à se gratiam ineat. Non facile dictu est inquam, Verũ si ipsum mecum colloqui uelles, fortassis possem ostendere tibi quæ cum ipso loqui te oporteat, pro his quæ hi te dicere & canere dicunt. At nihil difficultatis est inquit. Si enim cũ Ctesippo hoc ingressus fueris, & desidẽs disputaueris, arbitror etiã ipsum accessurũ esse. Insigniter enim audiẽdi studiosus est. Et simul Mercurialia celebrant in eodẽ congregati adolescentes & pueri. Accedet igitur ad te: sin minus, familiaris est Ctesippo, propter huius nepotem Menexenũ. Menexenũ aũt omniũ maximè sodalẽ habet. Vocet igitur hic ipsum, si nõ ultrò accesserit. Hęc inquã ego, facere oportet, & simul assumpto Ctesippo in Palæstrã ingrediebar. Alij uero ponè nos sequuti sunt. Ingressi uero depræhendimus isthic pueros qui sacrificarant, & sacra ferè iam peracta, omnes autẽ talis ludentes & ornatos. Pleriq; igitur foris in aula ludebant. Quidam uero in angulo eius loci ubi exuí solent, talis multis è quibusdam sportulis productis par impar ludebant: his alij spectantes astabant, è quorum numero etiam Lysis erat, qui inter pueros & adolescentes stabat coronatus, affectu ingnis, & qui non solum pulcher dici deberet, sed pulcher & bonus. Et nos in locũ ex aduerso digressi considebamus: erat enim isthic quies: & inter nos colloquebamur. Conuertens igitur se Lysis frequenter ad nos respiciebat, & se cupidum accedẽdi ad nos declarabat. Aliquandiu tamẽ ambigebat, & solus accedere cunctabatur. Postea uero Menexenus ex aula ubi interim luserat ingreditur, & ubi uidisset me & Ctesippũ, ut ad nos assideret accedebat. Conspicatus itaq; ipsum Lysis sequebatur, & unà cum Menexeno assidebat. Accedebant etiã alij, & sanè etiam Hippothales postq; plures astantes uideret, his se uelut inuoluens ac occultans astabat, quo loco nõ putabat Lysim uisurum ipsum esse, ueritus ne illi ipsi succenseret, & sic astans audiebat. Et ego ad Menexenũ respiciens ô fili Demophontis inquã, uter uestrum senior est? Ambiguum est inquit. Nõ etiã uter generosior sit ambigitis inquã ego. Maximè inquit. Sed & uter pulchrior sit similiter. Riserũt itaq; ambo. Vter uero uestrum ditior sit non interrogabo. Estis enim amici. nunquid? Maximè dicebãt. Nónne amicorũ omnia cõmunia esse, dicitur? Quare in hoc nihil differetis, si quidẽ uera de amicitia dicitis. Assentiebantur. Aggrediebar ita que postea interrogare uter iustior & sapientior esset, sed interim accessit quidã qui Menexenum

Amatoris ineptiæ

Amati quomodo sint acquirendi

Talorũ ludus in sacris

Ludere par, impar

Universidad de Deusto
Biblioteca

nexenum surgere iuberet, ut qui à Pædotriba uocaretur. Videbatur enim mihi fàcrificus esse. Ille igitur abibat. Ego uero Lysim interrogabã, Num inquam ô Lysi ualdè amat te pater & mater? Maximè inquit ille. Non'ne uoluerint te felicissimum esse?

Seruiens non est felix

Quid ni? Videtur'ne tibi felix esse homo qui seruit, & cui nihil facere licet ex his quæ cupit? Per louem non mihi inquit. Non'ne si te amat pater & mater, & felicem te fieri cupiunt, omni nimirum modo hoc expetunt, & curant, quo felix euadas? Quidni inquit? Sinunt ergo te quæ uis facere, & nõ increpant, neq; impediũt facere ea quæ cupis? Non me per louem ô Socrates, imò ualdè multum prohibent. Quomodo dicis inquam ego? Quum te beatum esse uelint, prohibent hoc quod uis facere? Dic autem mihi hoc modo. Si in aliquo patris tui curru acceptis habenis uehi cuperes quum ille decertat, non te permitteret, sed prohiberet? Per louem non permitteret. At quem tum? Est quidam auriga qui à patre mercedem fert. Quomodo dicis, mercede conducto magis permittunt quàm tibi, ut quæ uult faciat circa equos, & huius insuper gratia pecunia persoluunt? At quidem inquit. At mulorum iugum tibi regere permittunt, & si uelis flagris cædere sinunt? Vnde inquit sinerent? Quid uero inquam nemini licet ipsos cædere? Et ualdè inquit mulioni. Seruo aut libero? Seruo inquit. Seruũ igitur etiam pluris faciunt quàm te filium, & sua illi magis quàm tibi permittunt, & quod uult facere sinunt, te uero prohibent. Et mihi adhuc hoc dicito. Teipsum tibiipsi imperare sinunt, aut neq; hoc tibi permittunt? Quomodo enim inquit permitterent? At quis tibi imperat? Hic pædagogus. Num seruus est? Quidni, noster sanè inquit, profectò graue est inquam ego, liberum seruo subijci. Quid uero facit hic pædagogus ut tibi imperet? Ducit me inquit ad domum præceptoris. Num hi quoq; præceptores tibi imperant? Omnino ita. Multos igitur dominos & principes pater ultrò tibi præficit. At ubi domũ ad matrem ueneris, illa'ne tibi permittit uti quod uis facias, quo ipsi beatus sis, aut circa lanas, aut circa telam quum texit. Neq; enim te impediet quo minus aut spathã, aut radium, aut aliud quoddam lanificij instrumentum attingas. Et ille ridens per louẽ inquit ô Socrates, non solum prohibet, sed etiam uerberaret si attingerem. Hercules inquam ego, num aliqua iniuria patrem aut matrem affecisti? Per louem non ego. At qua de causa adeò uehementer te felicem esse prohibent, & quod uis facere non sinunt, & per totum diem alunt te ut semper alicui seruias, & in summa ferè nihil ex his quæ cupis facias. Quare tantarum ut apparet opum nulla tibi utilitas est, sed omnes magis ipsis imperant quàm tu: neque corporis adeò generosi ulla tibi utilitas est, sed hoc alius pascit & curat. Tu uero ô Lysi nulli imperas, neque quicquam eorum quæ cupis facis. Nondum ætatem habeo ô Socrates. Vide ne non hoc sit quod tibi ô fili Democratis impedimento est, quandoquidem tantam rem ut opinor, & pater & mater tibi permittunt, & non donec ætatem habeas expectant. Quum enim sibi aliqua legi aut scribi uolunt, &

Filijs quæ permittãt parẽtes

mum ex domesticis ad hoc deligunt. Nunquid? Maximè inquit. Non'ne licet tibi hic quamcunq; uolueris literam primum scribere, & quamcũq; aliam secundo loco, & legere similiter? & quum lyram sumis, non prohibent te parentes, quo minus intendas & remittas quamcunq; uelis chordam, & psallas, & plectro pulses: aut prohibent? Non sanè. Quæ igitur fuerit causa ô Lysi, quòd hic quidem non impediant, in his autem quæ modo recensebamus prohibent? Quoniam ut arbitror inquit, hæc quidem scio, illa uero nescio. Sit ita inquam ego ô optime. Non ergo ætatem tuam expectat pater, ut tibi omnia permittat, sed qua die putabit te melius ipso sapere, hac & seipsum, & sua tibi commendabit. Arbitror ita inquit. Sit ita inquam ego. Quid uero non'ne uicino idem terminus qui patri tuo de te propositus erit? Vtrum putas uicinum tibi commissurum esse domũ suam regendam, ubi putabit te melius seipso rei familiaris gubernandæ rationem tenere, aut ipsum potius præfectum futurum esse? Mihi commissurum esse arbitror. Quid uero Athenienses non putas sua tibi commissuros esse, ubi te satis sapere senserint? Ego sanè puto. Per louem inquam quid ergo Magnus Rex, utrum maximo natu filio, cuius est Asiæ imperium, magis permittet, ut dum coquuntur carnes quicquid uelit inijciat in iusculum, aut nobis, si ad illum profecti ostenderemus ipsi, nos melius nosse quàm filium eius, quomodo parandũ sit obsonium?

Nobis nimirum inquit. Et illum quidem neq; minimum inijcere sineret, nos uero si uelimus, etiam salis quantum manu prædendi possit, immittere sineret? Quid ni? Quid uero si filius eius ex oculis laboraret, num ipsum suos oculos contingere sineret, cùm medicum esse nõ putaret, aut prohiberet? Prohiberet. Nos autem si medicos esse putaret, etiamsi uelimus, oculis diductis cinerem inspergere, non ut arbitror, prohiberet, ut quos rectè sapere putaret. Vera dicis. Non'ne etiam alia omnia nobis magis cõmitteret, quàm sibiipsi aut filio, de quibus nos sapientiores esse putaret? Necesse est inquit, ô Socrates. Sic igitur res se habet, inquam ego, chare Lysi, in his in quibus sapientes sumus, omnes nobis permittent, & Græci & Barbari, & uiri & mulieres, & in his faciemus quicquid uoluerimus, & nemo nos ultrò impediet: sed & ipsi liberi in ipsis erimus; & aliorum principes: & nostra hæc erunt. Vtilitatem enim ex ipsis capiemus. In quibus autem intelligentiam non habemus, in his nemo nobis permittet, ut quæ nobis uideantur, faciamus, sed prohibebunt omnes quantum poterint, non solum alieni, sed & pater & mater, & si quid his nobis coniunctius est. Et ipsi in his ipsis erimus alijs subditi, & nobis erunt ea aliena. Nullam enim ex ipsis utilitatem capiemus. Concedis rem ita se habere? Concedo. Num igitur alicui amici erimus, & quis nos amicos duxerit in his in quibus inutiles sumus? Non sanè, inquit. Nunc igitur neque te pater, neq; alius alium ullum amat, inquãtum inutilis fuerit. Non ut apparet, inquit. Si igitur sapiens euaseris, omnes tibi amici, & omnes familiares tibi erunt. Vtilis enim & bonus eris. Sin minus, tibi neq; alius quispiam, neq; pater amicus erit, neq; mater, neq; cognati. Fieri'ne igitur potest ut quis ob hæc se iactet, in quibus nondum sapit? Et quomodo inquit? Si ergo tu præceptore opus habes, nondum sapis. Vera dicis. Neq; ergo iactator es, si adhuc insipiens es. Per louem inquit, ô Socrates, nõ mihi uidetur. Et ego audito ipso ad Hippothalem respexi, & ferè deliquissem. Subijt enim mihi ita dicere. Sic oportet, ô Hippothales, cũ amatis ita disputare, ut ipsos & humiles & contrahas, & nõ uelut tu laxes & delicijs frangas. Cõspicatus igitur ipsum anxium & perturbatũ ex his quæ dicta essent, recordatus sum quòd etiam astans Lysim latere uellet. Reuocabam itaq; meipsum & sermonem cohibebam. Et in hoc Menexenus rediit, & iuxta Lysim eo loco quo etiam surrexerat, conmihi dicis, dic etiam Menexeno. Et ego hæc quidem tu ipsi referes, ô Lysi, dicebã. Penitus enim animum aduertisti. Maximè inquit. Conare itaq; inquã ego, ut ipsa quàm maximè in memoriam reuoces, quo huic omnia clarè dicas. Si uero quid ex his oblitus fueris, rursus ex me percunctare, cùm primùm me conueneris. At faciam hæc Socrates ualdè diligenter. Verùm tu aliud quid ipsi dicito, ut & ego audiam, donec domum abeundi tempus fuerit. At facere hoc conuenit, inquam ego, quando quidẽ & tu iubes: Sed uide quomodo mihi opem feras, si me redarguere conabitur Menexenus. Aut nõ nosti contentiosum ipsum esse? Etiam. Per louem ualdè, inquit. Quapropter etiã uolo ut cum ipso disputes. Quo ridiculus fiam, inquam ego? Non per louem, inquit, sed ut ipsum castiges. Vnde inquã ego, non enim facile est, cùm sit homo facundus, Ctesippi discipulus. Adest aũt ipse Ctesippus, nõ uides? Nullus tibi curæ sit ô Socrates, inquit, uerũ age disputes cum ipso. Disputandũ est, inquã ego. Cùm igit hæc nos diceremus inter nos ipsos, quid uos, inquit Ctesippus, ambo soli uelut mutuò pascitis, nihil aũt sermonũ nobis impertitis? At impertiendũ est inquã ego. Hic.n. quiddã ex his q̃ dico, nõ intelligit, sed dicit se putare Menexenũ scire, & hunc interrogare iubet. Cur igit, inquit ille, nõ interrogas? At interrogabo, inq̃, & dic mihi, ô Menexene, quod ex te interrogabo. Etem à puero possessionẽ quandã cupio, uelut alius aliã. Nam quidam equos possidere cupit, alius canes, alius aurũ, alius honores. Ego uero erga hæc mã te affectus sum, uerum ad amicorũ possessionẽ ualdè amatorie: & malim mihi amicũ bonum q̃ equũ & canem: arbitror aũt per canẽ, q̃ potius & multò prius amicũ possidendũ sciperem, quàm Darij aurũ, aut ipsum Dariũ, adeò amicorũ amans sum. Cùm igit te & Lysim uideo, stupeo, & beatos uos prædico, q̃ dum ita iuuenes estis, hãc possessionem citò ac facile adipisci potestis: & tu hunc adeò amicum breui & ualdè adeptus es, & hic

Sapientiæ prærogatiua

Pudefacere nõ oportet homines

Cupiditates uariæ

Amicus quantum sit bonum

Universidad de Deusto
Biblioteca

te rursus. Ego uero adeò procul ab hac possessione absum, ut neq; quo modo alter alterius amicus fiat, sciam. Quare hæc ex te uelut perito percunctari uolo. Et dic mihi quando quis aliquem amat, uter utrius amicus fiat, amans ne eius qui amatur, aut is qui amatur, amantis, aut nihil differt? Nihil inquit, mihi differre uidetur. Quomodo dicis, inquam ego, Ambo igitur inter se amici fiunt, si solum alter alterum diligat? Mihi inquit uidetur. Quid uero non contingit ut amans non redametur ab eo quem amat? Contingit. Quid uero contingit etiam ut amans odio habeatur, quale quiddam aliquando amatoribus accidit ab amatis? Cùm enim quantū maximè fieri potest, ament, redamari se non putant: alij etiam odio se haberi putant. Aut non uerum tibi hoc uidetur? Valdè uerum, inquit. Non'ne in tali conditione inquam, alter amat, alter amatur? Etiam. Vter igitur alterius amicus est, amans'ne eius qui amatur, siue redamatur, siue etiam odio habeatur: aut qui amatur amantis: aut neuter in tali conditione neutrius amicus est, si non ambo mutuò ament? Videtur sanè ita res se habere. Aliter ergo nunc nobis uidetur, quàm prius uisum est. Tunc enim si alter amet, ambos esse amicos duximus: Nunc autem si non ambo mutuò ament, neutrum amicum esse. Consequens est, inquit. Non ergo quicquam amicum est amanti, quod non redamat. Non uidetur. Neque ergo equorum amici sunt hi quos equi non redamant, neq; coturnicum amici, neque canum, neq; uini, neque exercitationis, neque sapientiæ, si non sapientia ipsos redamarit. Aut amant quidem hæc singuli, quum tamen nō sint amica? Et sic mentitur Poeta qui dicit:

Amicitiam esse mutui amoris

Felix cui pueri boni amici, suntq; caballi,
Venatorq; canis, & nouus hospes adest.

Non mihi uidetur, inquit ille. At uera tibi dicere uidetur? Etiam. Quod ergo amatur, amanti amicum est, ut apparet, ô Menexene, siue amet, siue odio habeat, uelut recens nati pueri partim nondū amantes, partim etiam odio habentes, quum à matre aut patre castigantur, tamē etiam in illo tempore, dum odio habent, omnium maximè parentibus amicissimi sunt. Mihi uidetur res ita se habere. Non ergo qui amat, amicus est ex hac ratione, sed qui amatur. Apparet. Et qui odio habetur, inimicus, & non qui odit. Apparet. Multi igitur ab inimicis amantur, & ab amicis odio habentur: & inimicis quidem amici sunt, amicis autem inimici, si quod amatur, amicū est, & non quod amat, quāquam multa absurditas sit, chare amice, imò potius, ut arbitror, impossibile, & amico inimicum, & inimico amicum esse. Vera inquit, dicere uideris, ô Socrates Non'ne si hoc impossibile est, id quod amat, eius quod amatur, amicum esse? Apparet. Quod odit igitur, rursus inimicū eius quod odio habetur? Necesse est. Non'ne eadem nobis efficientur, ut necesse sit confiteri ea quæ in superioribus, sæpe nimirum amicum esse non amici, sæpe etiam inimici, quum quis id quod non amat, aut etiam odio habet, ipse amat: sæpe uero inimicum esse non inimici, aut etiā amici, quum aut id quod non odio habet, aut etiam amat, quis odit? Consequens est, inquit. Quid igitur faciemus, inquam ego, si neq; amantes amici erunt, neque hi qui amantur: neq; amantes & qui amantur? Num etiam præter hos, alios quosdam adhuc inter se amicos esse dicemus? Nō per Iouem, inquit, ô Socrates, quod dicam, habeo. Fortassis inquam ego, omninò non rectè quæsiuimus, ô Menexene. Mihi sanè uidetur, ô Socrates, inquit Lysis, & simul ut dixisset, erubuit. Videbatur enim mihi, quòd inuito ipsi hoc dictum excidisset, eo quòd his quæ dicerentur, uehementer animū aduerteret, & clarum erat etiam quum auscultaret, nō ita illum affectum esse. Ego igitur Menexenum quietum reddere uolēs, & illius philosophia delectatus, ita permutatione facta, ad Lysim sermonem faciebam, & ô Lysi, dicebam, uera mihi dicere uideris. Nam si rectè considerassemus, nunquam ita errassemus. Verùm hac uia non amplius eamus. Nam difficilis quædam uelut uia mihi esse uidetur consideratio. Qua uero perreximus, eundum mihi esse uidetur, ut consideremus ea quæ sunt apud poetas. Hi enim nobis uelut patres ac duces sapientiæ existunt. Dicunt autem non adeò malè de amicis, qui tales sunt pronunciantes. Nam deum ipsum amicos ipsos facere dicunt, & inter se conciliare. Sic autem hæc, ut arbitror, dicunt.

Amans amati amicus, non contrà

Poetæ patres & duces sapientiæ

Vt semper similem simili deus optimus addit, & amicū facit.

Aut nō in huiusmodi

huiusmodi uersus incidisti? Ego sanè incidi, inquit. Non'ne etiam in sapientissimorū scripta incidisti, quæ eadem hæc dicunt, q̄ simile simili necesse est semper amicum esse? Sunt aūt hi qui de natura & uniuerso disputant ac scribunt. Vera inquit, dicis. Num igitur inquā, rectè dicunt? Fortassis inquit. Fortassis inquā ego, dimidium ipsius, fortassis etiam totum, sed nos nō intelligimus. Videtur.n. nobis improbus, quātò uicinius ad improbū accesserit, & magis conuersat, tantò magis inimicitias fieri. Iniuriā enim facit. Fieri aūt non potest ut amici sint qui iniuriā faciunt, & qui perpetiunt. Non'ne ita? Etiam, inquit ille. Hac itaq; ratione dimidiū illius dicti uerum nō fuerit, siquidē improbi inter se similes sint. Vera dicis. At mihi uidēt dicere, bonos inter se similes & amicos esse. Malos autē, id quod etiam de ipsis dicit, nunq; similes neq; ipsos sibijpsis esse: sed temerarios & nullius ponderis. Quod uero ipsum à seipso dissimile fuerit & dissentiens, nullatenus alij simile aut amicū fieri poterit. Aut non etiā tibi ita uidet? Mihi sanè inquit. Hoc itaq;, ut mihi uidet, ô amice, significant, qui simile simili amicū esse dicunt, quòd bonus bono solus soli sit amicus. Malus autem neq; cum bono, neque cum malo unquam ueram amicitiam init. Ita'ne etiam tibi uidetur? Aiunt. Habemus ergo iam qui sint amici. Nam ratio nobis indicat eos qui fuerint boni. Maximè inquit, ita uidetur. Et'mihi inquam ego, quanquam sit in hoc ipso quod me perturbet. Age igitur, per Iouem, uideamus quid suspicer. Similis simili inquantum similis, amicus & utilis talis tali est. Imò potius sic consideremus. Quodcunq; simile cuicunq; simili utilitatem aliquam afferre, aut detrimentum aliquod inferre poterit, quod non etiā ipsum sibijpsi inferat? aut etiā aliquid pati, quod non etiā à seipso patiatur? Talia itaq; quomodo inter se mutuò diligerent, cùm nullū mutuum auxilium afferre possint? Aut est quo modo possint? Non est. Quod uero non diligitur, quomodo amicum fuerit? Nullo penitus. At fortè similis simili non amicus, uerùm bonus bono inquantum bonus, nō inquantum similis, amicus fuerit? Fortè. Quid uerò, non'ne bonus inquātum bonus, intantū sufficiens sibijpsi fuerit? Etiā. Qui uero sufficiens est, nulla re indiget, iuxta hoc quod sibijpsi satis est? Quidni? Qui uero nulla re indiget, neq; quicquam expetierit? Non sanè. Qui uero non expetiuerit: neque amauerit? Non profectò. Qui uero non amat, non est amicus? Non apparet. Quomodo igitur boni bonis omninò amici erunt, qui neque absentes mutuò se desiderant: sufficiunt enim sibijpsis etiam quum seorsum sint: neque præsentes aliquam de se utilitatem exhibent? Qua ita quę arte fieri possit, ut hi alter alterum magnifacere possint? Nulla, inquit. Amici autem non fuerint, si nō seipsos magni fecerint? Vera dicis. Vide itaq;, ô Lysi, quatenus aberramus, an'ne toto quodam decipiamur? Quomodo, inquit? Iam olim è quodam audiui, qui diceret, & modò recordor, quod simile simili, & boni bonis inimicissimi sint: & sanè etiam Hesiodum testem adducebat, qui dicit:

Bonus bono solo amicus est

Sic figulus figulum odit, & inde poeta poetam,
Mendicum & mendicus.

Sed & in alijs omnibus ita necessarium esse uisum est, ut simillima inter se inuidia et contentione ac inimicitia impleātur: dissimillima amicitia. Pauperē enim cogi ut amicus sit diuiti, & debilē forti, auxilij gratia, & ægrotū ut medico, & quemuis ignorantem ut amplectatur & amet eum qui nouit, & adhuc amplius ac magnificentius rem idem explicabat, & tantum abesse dicebat simile simili amicum esse, ut ipsum huius contrariū uerum esset. Cōtrarium enim contrario maximè amicum esse. Vnumquodq; enim tale, & non simile cupere. Siccum enim humidū, frigidū uero calidum, amarum dulce, acutum obtusum, uacuū repletionē, plenum euacuationē cupere, & alia similiter secundū eandem rationē. Esse.n. contrarium cōtrario alimentū. Simile uero simili minimè frui. Et sanè dum hæc, ô amice, diceret, etiā belle facundus ille sibi uidebat. Rectè enim dicebat. Vobis aūt inquam ego, quomō dicere uidet? Rectè inquit ille Menexenus quantū nunc audire datum est. Dicimus igitur contrariū contrario maximè amicū esse? Maximè. Sic ita inquā ego, non absurdè, ô Menexene, & nobis statim ultrò imminebūt hi penitus sapientes uiri, & ad contradicendum parati, & interrogabunt an non maximè contrarium sit inimicitiæ amicitia: quibus quid respondebimus? aut non necesse est confiteri uera illos dicere? Necesse. Nunc igitur dicent inimicū amico amicum, aut

Similia inimica, dissimilia amica

Contrariorum inter se appetentia

amicum

Universidad de Deusto
Biblioteca

amicum inimico? Neutrum inquit. At iustum iniusto, aut temperatum intemperato, aut bonum malo? Non uidetur mihi ita se res habere. Atqui inquã ego, si secundum cõtrarietatem aliquid alicui amicum est, necesse est etiam hæc amica esse. Necesse est. Neq; ergo simile simili, neq; contrarium contrario amicũ est. Non uidetur. Amplius autem & hoc consideremus, ne magis adhuc nos lateat amicũ, ut quod reuera nihil horum sit, sed quod neq; bonũ neq; malum est, & ita amicum aliquando boni fiat. Quomodo dicis, inquit ille? At per Iouem inquã ego, haud scio, sed reuera ipse ob sermonis ambiguitatẽ uertigine afficior, & uidetur iuxta uetus prouerbiũ, pulchrum amicũ esse. Molli itaq; & læui ac pingui cuidam simile est. Quapropter etiam fortassis facile dilabitur & diffluit per nos, ut quod tale existat. Dico.n. ipsum bonũ pulchrum esse. Tu uero non putas? Ego sanè. Dico itaq; uelut diuinans, id quod neq; bonũ neq; malũ est pulchri & boni amicũ esse. Vnde uero ita mihi diuinare subeat, audi. Videt̃ mihi uelut tria quædã genera esse, primum bonũ, alterum malum, tertiũ neq; bonum neq; malum. Quid uero tibi? Et mihi, inquit. Et neq; bonũ bono, neq; malũ malo, neq; bonum malo amicum esse, quemadmodũ neq; superior ratio admittit. Restat aũt, si quidem alicui quid amicũ est, id quod neq; bonum neq; malum est amicũ esse, aut boni, aut talis quale ipsum est. Neq; enim malo quicq; amicum fieri poterit. Vera dicis. Neq; uero simile simili, ut modò diximus. Nunquid? Etiam. Non ergo erit ei quod neq; bonũ neq; malũ est, amicũ tale quale ipsum est. Non apparet. Bono ergo id quod neq; bonũ neq; malum est solũ soli amicum esse consequens est. Necesse est, ut apparet. Num igit etiam recte inquã ego, à nobis exponit̃, ô pueri, id quod nunc producimus? Si itaq; rem expendere uelimus, Sanũ corpus Medicina non habet opus, neq; ullo auxilio. Sufficiens ei in se habet. Quapropter nullus sanus medico amicus est, propter sanitatẽ. Nunquid? Nullus. At ægrotus, arbitror, propter morbũ. Quidni? Morbus itaq; malum est, Medicina uero utile & bonũ? Etiam. Corpus aũt inquantum corpus est, neq; bonum neq; malũ est? Ita est. Cogitur aũt corpus propter morbũ amplecti & amare medicinam. Mihi ita uidet̃. Quod igit̃ neq; malũ neq; bonũ est, amicũ boni fit, propter mali præsentiã. Apparet. Manifestum aũt est hoc contingere, prius q̃ ipsum malũ fiat à malo quod habet. Non.n. malum factum est pro bono quod cupit, & cui amicũ est. Impossibile enim esse diximus malũ bono amicum esse. Impossibile.n.est. Considerate itaq; quod dico. Dico.n. quædã talia esse etiam ipsa, quale est id quod præsens est: quædam uero nõ. Quemadmodũ si quis colorẽ aliquem cuicunq; illinere uelit, adest sanè illito id quod illitũ est. Maximè. Non'ne etiã tunc tale colore est id cui illitũ est, qualis est causa? Non intelligo, inquit ille. At sic inquã ego. Si quis capillos tuos flauos cerussa illeuisset, num tunc albi essent, aut apparerent? Apparerent, inquit ille. Et tamen adesset ipsis albedo? Etiã. Attamen nihilo magis fuerint albi, sed præsente albedine, neq; albi neq; nigri sunt. Vera dicis. At cùm senectus, ô amice, eundem colorẽ ipsis induxerit, tũc tales fiunt quale est id quod prẽsens est, albi coloris prẽsentia albi? Quidni? Hoc itaq; nunc interrogo, an cui aliquid adsit, tale euadet id quod habet, quale est id quod præsens est: aut si quidem secundũ aliquem modũ adsit, tale euadet: sin minus, non item. Hoc modo potius inquit. Ego etiam id quod neq; malum neq; bonum est, aliquando malo præsente nondũ malũ est: aliquando iam tale factũ est. Maximè. Non ne cùm nondũ malum fuerit malo præsente, hæc quidẽ præsentia facit, ut bonum appetat. Quæ uero malum facit præsentia, ea & cupiditate & simul amicitia boni ipsum prius. Neq;. n. est amplius neq; bonũ neq; malum, sed malũ. Bonum aũt malo amicũ non est. Non profectò. Quapropter asserimus etiã eos qui iam sapientes sunt, nõ amplius philosophari, siue dei, siue homines sint hi: neq; rursus eos philosophari, qui ita ignorantia præditi sunt, ut etiã mali sint. Nullus em̃ malus & imperitus philosophat̃. Restant igitur hi qui habent quidẽ malum hoc ignorantiã, nondum autẽ ex ipso improbi sunt, neq; imperiti, sed adhuc nescire se putant ea quæ non sciunt. Quapropter philosophantur, qui neque boni neq; mali adhuc sunt. Qui uero mali sunt, non philosophantur, neque qui boni. Neque enim contrarium contrario, neque simile simili amicum esse, nobis in superioribus sermonibus uisum est. Aut non meministis? Maximè dicebant. Omninò ergo inquã, inuenimus, ô Lysi & Menexene, quod amicum est, & quod non.

Tria rerum genera

Philosophentur qui

Dicimus enim ipsum & circa animam, & circa corpus, & ubiq;, quod neq; malum neq; bonum est, propter mali præsentiã, amicum esse bono. Omninò dicebant, & concedebant rem ita se habere. Et sanè etiam ego ipse admodũ gaudebam, uelut uenator quidã amplectens id quod uenatus essem. Et postea haud scio unde absurdissima quædam suspicio mihi in mentem uenit, quod uera non essent ea quæ concessissemus. Et statim indignatus, papæ, ô Lysi & Menexene, dicebã, uidetur mihi nos per somnium diuites fuisse. Cur ita, inquit Menexenus? Timeo inquam ego, ne uelut in temerarios homines, in eiusmodi quosdam falsos sermones inciderimus, de eo quod amicum est. Quomodo istud inquit? Hoc modo inquã, cõsideremus. Quisquis amicus fuerit, num alicui amicus est, aut nõ? Necesse est, inquit. Num igitur nullius gratia, & propter nihil: aut alicuius gratia & propter aliquid? Alicuius gratia, & propter aliquid. Nũ amica est res illa, cuius gratia amicus amico amicus est: aut neq; amica, neq; inimica? Non admodũ assequor, inquit. Meritò inquã ego. At sic fortassis assequeris, arbitror aũt & me magis cogniturũ esse quod dico. Ægrotũ nunc Medici amicũ esse diximus, nõ'ne ita? Etiam. Non'ne propter morbũ, sanitatis gratia medici amicus est? Etiam. Morbus autem malũ est? Quidni? Quid uero sanitas inquã, bonum est aut malũ, aut neutrum? Bonũ inquit. Non'ne diximus q̃ corpus quod neq; bonũ neq; malum est, propter morbũ, hoc est propter malũ, medicinæ amicũ est. Bonum aũt est Medicina. Sanitatis aũt gratia amicitiam Medicina adepta est. Bonum aũt est sanitas. Nunquid? Etiam. Amicum aũt, aut non amicum est sanitas? Amicũ. Morbus aũt inimicũ? Maximè. Quod igitur neq; malũ neq; bonum est, propter malum & inimicũ, boni amicũ est, boni & amici gratia. Apparet. Amici ergo gratia, amicũ amicum est, propter inimicum. Verisimile est. Sit ita inquã ego. Post̃q; autem huc peruenimus, ô pueri, animũ aduertamus ne decipiamur. Quòd.n. amicũ amici amicũ factum est, ualere fino: itẽq; q̃ simile simili amicũ fit, quod impossibile esse diximus. Attamẽ hoc cõsideremus, ne nos decipiat id quod nũc dicebamus. Medicina diximus sanitatis gratia amicũ est? Etiã. Non'ne & sanitas est amicũ? Maximè. Si ergo amicũ est, alicuius gratia amicum est? Etiam. Amici cuiusdã utiq;, si superiorẽ consensionem sequet̃? Maximè. Nõ'ne & illud amicũ rursus erit amici gratia? Etiã. Nunquid igit̃ necesse est nos huic progressioni renunciare, & ad principiũ quoddam peruenire, quod nõ amplius ad aliud amicũ transeat, sed ad illud deueniat quod est primũ amicum, cuius gratia etiã alia omnia amica esse dicimus? Necesse est. Hoc itaq; est quod animaduertendũ dico, ne nos alia omnia q̃ illius gratia amica esse diximus, uelut q̃ simulachra quædã ipsius sint, decipiant: Sit autem illud primum, id quod reuera est amicũ. Sic.n. rem expendamus. Quicquid quis plurimi facit, uelut aliquando pater filiũ, id omnib. alijs rebus prẽfert. Talis itaq; eo quod filiũ omnib. præfert, non'ne etiã aliud quid plurimi fecerit? Velut si senserit ipsum cicutã bibisse, non'ne plurimi fecerit uinũ, si hoc putauerit filiũ seruaturũ esse. Quidni inquit? Non'ne etiã uas in quo uinũ inest? Maximè. Nunquid igit̃ tunc nihilo pluris facit facilẽ calicem q̃ filium suũ, neq; tres uini hemínas q̃ filium? Aut sic quodãmodo res se habet? Omne eiusmodi studiũ non propter hæc adhibet̃, quæ alicuius gratia parantur, sed propter illud cuius gratia omnia huiusmodi parant̃. Nec est quod sæpe dicimus, q̃ aurum & argentũ multi facimus: uerùm timeo ne nihilo magis ita res se habeat. Sed illud est quod omnib. præferimus, quod nimirum esse uidet̃ cuius gratia & aurũ & omnia quæ parant̃, parari solent. Num sic dicemus? Maximè. Non'ne etiã de amico eadem ratio est. Quæcunq; enim amica nobis esse dicimus, ea ipsa alieno nomine amici cuiusdã gratia appellare uidemur. Amicum autem reuera illud ipsum esse uidetur, ad quod omnes hæ quæ dicunt̃ amicitiæ tendunt. Videt̃ ita res se habere inquit. Non'ne reuera amicum non amici alicuius gratia amicum est? Vera dicis. Hoc itaq; submotum est, amicum non amici alicuius gratia amicum esse. Nunquid ergo bonum est amicum? Mihi quidem uidetur. Nunquid propter malum amatur bonum? Et hoc modo res se habet. Si ex tribus generib. de quibus paulò antea diximus, bono, & malo, eo quod neq; bonum neque malum est, duo sumerentur, malum autem è medio secederet, & nihil attingeret, neque corpus, neq; animam, neque alia quæ ipsa per seipsa, neq; mala neq; bona esse diximus: non'ne tunc nihil nobis utile esset ipsum bonum, sed inutile

Ægrotus medici amicus

Amici primarij inquisitio

Cicutæ aduersantur uini heminæ tres

Pecunias non per se multi fieri

Amicum reuera, nullius gratia amicum

Universidad de Deusto
Biblioteca

inutile factum esset? Si enim nihil nos amplius læderet, nullo auxilio opus haberemus. Et sic sanè tunc manifestũ fieret, quòd propter malum, amplexi sumus ac dilexerimus bonum, uelut sit bonum mali medicamentũ. Multum autem morbus. Cùm autem non sit morbus, nihil opus est medicamento. Non'ne sic à natura se habet, & amatur bonũ, propter malum, à nobis qui inter malum & bonum in medio consistimus. Ipsum uero suijpsius gratia nullam utilitatẽ habet? Ita res se habere uidetur, inquit ille. Illud igitur nobis amicũ, ad quod omnia alia tendunt, quę alterius amici gratia amica esse diximus, in nulla re his simile est. Hæc enim amici gratia amica appellata sunt. Quod autẽ reuera amicũ est, in totum contrario modo à natura se habere uidet. Amicum enim nobis esse uisum est inimici gratia. Si uero inimicũ discederet, non amplius, ut apparet, amicũ nobis esset. Non uidet mihi, inquit, uelut nunc sanè dicitur. Vtrum igitur, inquã, per louem, si malũ periret, neq; fames amplius esset, neq; sitis, neq; aliud quicq; eiusmodi? aut fames quidem esset, si quidẽ homines & alia animalia essent, nõ tamen noxia: & sitis sanè ac aliæ cupiditates, at non malæ, nimirũ cùm malum perijsset? Aut ridicula est quæstio, quid tandem esset tunc, aut nõ esset? Quis enim nouit? At hoc sanè nouimus, q̃ etiam nunc esuriens lædit, aliquando uero etiam utilitatẽ sentit. Nunquid? Maximè. Non'ne & sitientẽ, & alia huiusmodi omnia cupientẽ, aliquando utiliter cupere contingit, aliquãdo noxiè, aliquando neutro modo? Valdè equidẽ. Nunquid si pereant mala, etiam ex his q̃ mala non sunt, aliquid unà cũ malis periret? Nihil. Erunt ergo quæ neq; bonæ neq; malæ sunt cupiditates, etiãsi perierint mala. Apparet. Fieri igitur potest, ut is qui cupit & amat, id quod cupit & amat, non amplectat? Non mihi uidetur. Erunt igitur etiam pereuntib. malis, ut apparet, quædã amica. Etiam. Non'ne si malũ causa esset, ut quid amicũ esset, hoc pereunte non esset alterũ alteri amicum. Causa enim sublata, impossibile est adhuc illud esse, cuius erat hæc causa. Rectè dicis. Nõ'ne consensimus inter nos, amicũ amare quid, & propter quid, & tunc putauimus propter malum, id quod neq; bonum neq; malũ est, amare bonum? Vera dicis. Nunc aũt, ut uidetur, alia quædã causa apparet, ut quid amet & ametur. Videtur. Nunquid igitur uera quemadmodũ modò dicebamus, Cupiditas amicitiæ causa est: & quod cupit, amicum est eius quod cupit illud, etiam tunc cùm cupit. Quod uero prius amicũ esse dicebamus, nugæ quædã erant, uelut longum poema cõpositæ. Cõsequens est inquit. At uero inquã ego, hoc quod cupit, id quo indiget, cupit. Nunquid? Etiam. Quod igitur indiget, amicũ eius quo indiget fuerit? Mihi ita uidetur. Indiget aũt quis eo quod ipsi negatũ est? Quidni? Cognati itaq; ut apparet, & amor, & amicitia, & cupiditas est, ô Menexene & Lysi. Assentiebantur. Vos ergo, si amici estis inter uos, natura quodammodo cognati inter uos ipsos estis. Admodũ dicebãt. Si ergo etiã quispiã alius alium cupit, inquã, ô pueri, aut amat, non sanè unq; cupijsset, aut amasset, aut amplexus esset, si non cognatus quodãmodo ei qui amatur esset, aut secundũ animam, aut secundum aliquam animæ speciem, aut mores, aut formã. Maximè, inquit Menexenus. Lysis aũt tacuit. Sit ita, inquã ego. Quod itaq; natura cognatũ est, id ut amemus, necessarium nobis usum est. Apparet inquit. Necessariũ est ergo ut genuinus & non simulatus amator, ab amato amet. Lysis igitur & Menexenus uix quodãmodo annuerant. At Hippothales præ uoluptate uarios omninò colores præferebat. Et ego ut qui sermonẽ diligentius considerare uellem, dicebã. Siquidem cognatũ à simili differt, dixerimus sanè quid, ut mihi uidet, ô Lysi & Menexene, de amico quid sit. Si uero idem est simile & cognatum, nõ facile est reijcere superiorẽ sermonem, q̃ simile simili secundũ similitudinẽ non sit inutile. At inutile confiteri amicũ, erroneum est. Vultis igit̃ inquam ego, quandoquidem uelut ebrij sumus à sermone, ut concedamus & dicamus cognatũ aliud quid esse à simili? Maximè. Vtrum igit̃ etiam bonũ omnibus cognatũ ponemus, Malum aũt alienum esse? Aut malũ malo cognatũ, bonum bono, ei uero quod neq; bonũ neq; malũ est, id quod neq; bonũ neq; malum est? Sic dicebant sibi uideri, unũquodq; uniuscuiq; cognatũ esse. Rursus ergo inquam ego, ô pueri, in eos sermones incidimus, quos primũ de amicitia reiecimus. Nam iniustus iniusto, & malus malo, nihilominus amicus erit q̃ bonus bono. Apparet, inquit. Quid uero si bonũ & cognatũ idem esse dixerimus, aliud'ne quid q̃ bonus bono solũ amicus? Maximè. Atqui et hoc nos ipsi reprobauimus.

Bonũ esse mali medicamentũ

Amicum uerè, inimici gratia amicum

Malo sublato, quid esset

Causa sublata

Cupiditatẽ esse causam amicitiæ

Amicitiam esse cognati

Cognationis modi

Cognatũ aliud esse à simili

bauimus. Aut non meministis. Meminimus. Quid igit̃ amplius effecerimus hac disputatione? Aut manifestum est quòd nihil? Ego igitur quemadmodũ sapiẽtes in iudicijs solent, opus habeo ut omnia quæ dicta sunt repetã. Si enim neq; qui amatur, neq; qui amãt, neq; similes, neq; dissimiles, neq; boni, neq; cognati, neq; alia quæ recensuimus: nõ enim adhuc memini pr̃e multitudine: si nihil horum inquã, amicum est, ego quidem non amplius habeo quod dicam. Quum autem hæc dixissem, de alio iam quodam è senioribus excitando cogitabam. Verum uelut dæmones quidam accedebant pædagogi & Menexeni & Lysidis, comites habentes ipsorum fratres, ipsosq; domum abire iubebant. Erat enim iam tempus serotinum. Primum igitur & nos & circũstantes, ipsos repellebamus. Postquam autem nihil nos curarent, sed barbarico more & importunè indignarentur, & nihilo minus illos uocarent: Videbantur enim nobis, in Mercurialibus ludis succubuisse, & nõ habere quod in mediũ afferrent: superati ab ipso rum importunitate, conuersationem dissoluimus. Ego tamẽ illis iam abeuntibus, nunc inquã ô Lysi & Menexene, ridiculi facti sumus ego senex uir, & uos. Hi enim qui hinc discedunt dicent, arbitrari nos inter nos amicos esse: Nam & me inter uos connumero: nondum autem quid sit amicus inuenire nos potuisse.

Amicũ incertũ relinquitur

Pædagogorum importunitas

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI, IN QVINTVM PLATONIS QVATERNIONEM,

ECLOGA QVINTA.

IN quinto Platonis quaternione primus dialogus Theages inscribitur, & in ipso sub perscrutationis specie, de sapiẽtia tractatur, quàm uaria & multiplex sit illa, & magis quæ non sit, q̃ quæ sit declaratur: & quomodo ab hominibus acquirat̃ ostenditur. Secundus Charmides inscribitur, & sub tentationis specie, de Temperantia agit, quid & cuius rei sit, & ubi maximè eius usus sit. Tertius Laches de fortitudine, sub perscrutationis specie disputat, quid sit, & in quibus rebus appareat. Quartus Lysis inscriptus de amicitia, sub eadẽ perscrutationis specie pertractat, quid sit, & in quibus, & quorum maximè certa ac constans sit, quãquam & hic, sicut ferè & in cæteris, omnia incerta ac ambigua relinquãtur. Cæterũ emendatæ lectionis locos, ex hoc quinto quaternione selectos, in hac quinta Ecloga cõprehensos subieci. In Theage ubi conuerti. Quare nunc sanè postquam te coram me accusauit, &c. in Græcis legitur. ἀλλὰ νυῦ ὀρᾶς ἐναντίον ἐμοῦ κατείρηκέ σον, ὀρᾶς uel in totũ redundat, uel pro ipsa legendum est ὄρα, expletiua particula significans δὴ, id est sanè. Et infrà. Audiui enim ô Socrates sermones, quos te dicere narrant, quòd horũ ciuilium uirorum filij, nihilò meliores sunt quàm coriariorũ, & rectissimè mihi dicere uideris, quantũ ego intelligere possum: in Græcis legitur, ἀκήκοα γάρ ὦ σώκρατες σὲ οἷα φασὶ λέγειν τοὺς λόγους ὧν τὰ τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν οἱ υἱεῖς, ἀδὲ βελτίους εἰσὶν, ἢ οἱ τῶν σκυτοτόμων καί μοι δοκεῖς ἀληθέστατα λέγειν, οἷ ὧν ἐγὼ διήκουσα ἔοικεν. Postrema igitur uerba, οἷ ὧν ἐγὼ διήκουσα ἔοικεν, nullam sententiã exhibent, & manuscriptus codex ὅρα δὴ æquè falsò & nulla cõmoda sententia habet. Ego itaq; aut οἷσθα puto legendũ esse, id est arbitrari & censere, ut respõdeat uerbo præcedenti δοκεῖς: aut οἶσθ' δή, ut sit sententia quam ego expressi. Et inferius. Hoc aliquãdo accidit Aristidę Lysimachi filio, eius qui filius fuit Aristidæ: Græcè legendum est, τοῦτο ποτὲ ἐπαθεν ἀριστείδης ὁ λυσιμάχου ὑὸς τοῦ ἀριστείδου. In uulgatis falsò ὑὸς legitur, pro ὑός. Et mox. Rediens autem deprehendit mecum conuersantem Thucydidem filium Melesiæ, eius qui filius fuit Thucydidæ: Græcè legendum. ἔπειτα δὲ πάντα μάβων μετ' ἐμοῦ διατρίβοντα θουκυδίδην τὸν μελησίου υἱὸν τὸν θουκυδίδου. Sed uulgo υἱὸν. falsò legitur pro υἱοῦ. Quòd autem Aristides hic de quo Socrates loquitur patrem habuerit Lysimachum, & auum Aristidem: quod Thucydidæ pater fuerit Melesias, & auus Thucydides, clarum est ex Lacheris principio. In Charmide mox in principió. ad Taureæ palæstram, quæ ex aduerso templi porticus regiæ sita est, ingressus sum: in Græcis legitur. εἰσ ηλὼ παρὸν παλαίστραν τὴν πρὸς αὐτηρὸν τοῦ βασιλικοῦ ὀρόφου. Intelligenda est autem uox φάτνε, ad uocem τῆς βασιλικῆς, ut accipiamus in regis uel regio porticu fuisse templum ex aduerso situm palæstræ Taureæ. Mentio uero regiæ porticus fit etiam in Eutyphrontis principio. Et infrà. Cauẽdum esse ne coram leone hinnuli progressi partem carnium quis expetat: in Græcis legendum. συλλαβεῖν μὴ πατεόντα λέοντος νεβρεῖοι ἐλθόντος μοῖραν αἰτήσαι πρῶτον. Vulgo habetur falsò νεβρὸν ἐλθόντα. Spectat autem sententia ad præsentiam Critiæ, qui uelut leo Socrati timendus erat, ne hinnuli id est Charmidæ carnium partem expeteret. Qui uero Cydias ille siue poeta, siue alius quispiam fuerit, non satis hodie constat. Et infrà. Tempe-

Auorum nomina in nepotib.

Porticus regia

Cydias poeta

rantes igitur sunt qui non suâ solum faciunt in Græcis deest particula μὴ. Legendum enim est, σωφρονοῦσιν δῆ οἱ μὴ τὰ ἑαυτῶν μόνων κτῶντες. Et infrà, Nónne etiam si quid duplum est & aliorum, & suũ psius: dimidij sanè existentis tum suijpsius, tum aliorum duplum fuerit? in Græcis legendum est. οὐκοῦν καὶ ἔστι διπλάσιόν ἑαυτοῦ τι ἄλλων διπλάσιον αὖ ἄν: In uulgatis redundat uox διπλάσιον. Habet enim. οὐκοῦν καὶ ἔστι διπλάσιόν ἑαυτοῦ τι ἄλλων διπλάσιον καὶ ἑαυτῷ. Et infrà. Quòd itaq; scientiam aliquam habeat, temperans cognoscet: Medicinæ uero quomodo experientiam sumere oportet, quæ sit, alius quidam considerabit, ex eo quòd quorum nam sit scientia expendet. Aut non per hoc distincta est unaquæq; scientia, quòd non solum scientia sit, sed etiam quæ sit, ex eo quòd aliquorum est? Ita sanè: per hoc igitur etiam Medicina alia ab alijs scientijs esse distincta est, eo quòd sani & morbosi scientia est: in Græcis lectio admodum corrupta est, ut nullam certam sententiam exhibeat. Sic autem uulgati codices habent. ὅτι μὲν δὴ ἐπιστήμων τινά ἐχει, γνώσεται ὁ σώφρων. τὸν ἰατρὸν δ' ἀπὸ τοῦ πείραν λαβεῖν, ἥτις ἐστιν, ἀλλ' ὅτι σπέψεται οὗτον τινῶν, ἢ οὐ τοῦτο ὁρισει ἑαυτὸν ἐπιστήμων, μὴ μόνον ἐπιστήμων εἶναι, ἀλλὰ καὶ τίς ὡς τινῶν εἶναι: ναὶ οὕτως, τοῦτο μὲν δὴ καὶ ἡ ἰατρικὴ δὴ ἑτέρα εἶναι ἀπ' ἄλλων ἐστὶ σημεῖον ὡρίσθη, ὡς τὸ ὑγιεινὸν εἶναι καὶ νοσώδους ἐπιστήμη. Nos autem partim ex manuscripto, partim ex coniectura, ita legendum putamus. ὅτι μὲν δὴ ἐπιστήμων τινά ἐχει, γνώσεται ὁ σώφρων. τὸν δ' ἰατρὸν ἀπὸ τοῦ πείραν λαβεῖν, ἥτις ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ὅτι τινῶν, ἢ οὐ τοῦτο ὁρίσει ἑαυτὸν ἐπιστήμων, μὴ μόνον ἐπιστήμων εἶναι, ἀλλὰ καὶ τίς ὡς τινῶν εἶναι: ναὶ οὕτως. τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἡ ἰατρικὴ &c. Et horum uerborum sententiam expressimus, commodam & rectam hoc loco esse censentes. At uero in Lachete mox in principio. Nobis sunt filij, hic huius, aui nomen habens Thucydides: meus autem ille, & ipse patris mei nomen habens. Aristiden enim ipsum uocamus: in Græcis legendum. ἡμῖν ἐστιν υἱὸς οὗτοσί, ὁ δ' ἐμὸς πάππου ἔχων ὄνομα θουκυδίδης, ἐμοὶ δὲ καὶ οὗτος ὄνομ' ἔχων τοῦμοῦ πατρός. ἀφ' ἑτέρου γὰρ αὖ τόδε, πάππου ἔχων ὄνομα θουκυδίδης, ἐμὸς

Universidad de Deusto
Biblioteca

tendos impensius studeant, nimirum sua ipsorum fallacia facillime falli. Præterea quod præstigiatores eiusmodi uirtutem quam pollicentur, neq; præstant unquã, neq; ad ipsam alicubi exhortãtur, sed ad consuetas uerborum cauillationes ubiq; refugiunt, eas q; quasi res serias studijs alijs quasi ludis proculdubio anteponunt, tria potissimũ nobis significat: Primum: eos qui uirtute ipsi ornati non sunt, eam nunquam uel ratione, uel exemplo posse docere. Secundum: homines uerborum nimium curiosos, res bonas nunquam uel consequi uel afferre. Tertium: eos qui facillime plurima pollicentur, minime omnium promissa seruare. Accedit ad hæc quod Socrates sophistas ad docendam uirtutem allicit discipulorum diuitum plurimorum q; turba tanquam ambitiosos nimium & auaros. Sed ibi sub persona Critonis admonemur, ne temere cuilibet curandum animum committamus. Quod uero Socrates sophistas dum uirtutem promittunt, interim quasi deos obsecrat, aperte declarat ab ipso deo uirtutem esse petendam, hominesq; uirtute præditos quasi diuinos habendos esse. Item quod illos ob uirtutis studium regibus beatiores existimat: planè significat uirum uirtute præditum, primo quidem suipsius, deinde & regum esse regem. Docet præterea Socrates in Clinia curando quantam cum charitate quanta curandæ iuuentuti adhibere diligentiam debeamus. Mox uero sub insolentissimorum sophistarum pollicitationibus parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Sed & notanda est ibi hyperbolica quædam ad uanos homines deridendos Socratis ironia. Deinde incomparabilis uanitas nebulonum pro rebus uerba, & illa quidem ineptissima ubique præstantiũ, quumq; exhortationem ad sapientiam promiserint, ad pueriles ineptias relabẽtium. Tum Socrates uniuersum sophistarum gymnasium ait, ludum esse uerborum, eosq; rerum naturam omnino latere, atq; artificiosas illorum telas, sola uerborum expositione significationisq; distinctione posse dissolui. Obsecrat deinde facetissima quadam ironia sophistas, ut post ludos ad seria ueniant: proponitq; formulam quandam, ad cuius exemplar exhortationem ad philosophiam ab illis exoptet. In eiusmodi formula felicitatem primo quidem communi notione describit, bene uiuere. Deinde hoc ipsum bene uiuere uel in ipsa rerum ad uotum consecutione, uel in recto rerum ipsarum usu probat consistere. Atque utrinq; per inductiones concludit: sapientiam, cum sola & consequatur res ad uotum, & utatur recte, solam beatos efficere. Ibiq; talis inductionibus ordo conspicitur, ut si per singulas uitæ partes sapientia tum ad uotum consequitur, tum recte utitur, consequentem in uniuersa uita finem uitæ commune summumq; bonum sapientia eadem afferat in consecutione prosperæ rei & usu consistens. Inter argumentandum uero præclara fulget sententia sectæ Stoicæ fundamentum, externa uidelicet & corporea esse indifferentia potius & communia, quàm aut bona, aut mala dicenda. Proprie uero bonam esse sapientiam, malam uero insipientiam. Siquidem per illam bona omnia, per hanc omnia mala nobis euadunt. Ideoq; sapientiam solam beatos facere posse. Quod uero in scientia potestas ad felicitatem tota consistat, tria ipsa felicitatis nomina à prioribus Græcorum auctoribus instituta declarant, scilicet Eudæmonia, Eutychia, Eupragia. Primum significat cognitionem boni, secundum consecutionem, tertium uero usum: quæ omnia scientia nobis perficit. Quam boni scientiam Plato & hic & alibi dicit quodammodo omnem esse uirtutem. Sapientiam quidem esse absoluti diuiniq; boni scientiam. Prudentiam uero, scientiam bonorum malorumq; proprie ad hominem pertinentium. Iustitiam quoq; scientiam bonorum malorumq; pro meritis distribuendorum. Fortitudinem autem scientiam circa bona & mala audendi atq; metuendi. Temperantiam deniq; scientiam circa bona malaq; similiter ascisendi atque fugiendi. Meminisse præ cæteris hic oportet, Platonem & hic & sæpe alibi innuere, sapientiam non tam humano studio comparari, quàm purgatis mentibus diuinitus infundi solere. Quippe cum animus huic coniunctus corpori, ad res penitus à corpore separatas reddatur ineptus, & quasi noctua sub nimio diuinorum splendore caliget. Quapropter Socratica ad sapientiam adhortatio non tam ad speculationem pertinet quàm ad mores. Quibus tandem purgatus animus sapientiam à deo & scientiam prudentiamq; consequitur. Per hæc Socrates dum à sophistis exhortationem ad philosophiam quæ est sapientiæ studium, exposcere simulat, ipse interim aptissima quadam dissimulatione ad philosophandum mirabiliter adhortatur. Verumtamen nondum sophistæ exhortationem uel pro seipsis uel pro alijs saltem accipiunt, sed per solitas iterum ineptias reuoluuntur. Inter hæc paret quàm pertinax uel in uitijs uel in nugis semper sit ingenium uel inique natum uel perperam educatum. Inter hæc aduerte diligentissime diuinam Platonis sententiam, qua iubemur uirtutis sapientiæq; consequendæ gratia perpeti non solum incommoda, iacturas, labores, & seruitutem: uerumetiam si speremus ex ipsa dissolutione nostri melliores denique euasuros, permittere nos illi qui hoc ipsum promiserit, excoriandos liquefaciendosq; ac penitus dissoluendos. Vbi apparet quantum animi bonum rebus præstet corporeis, & quantum probandi sint ueteres illi fortissimi martyres Christianorum. Huic illud simile: Qui animam amat suam in hoc mundo, perdet eam: qui uero hic eam perdiderit, eandem in æterna uita recipiet. Proinde Socrates sophistarum captiunculas confutans, demonstrat contra sophistas facillime posse sophismata retorqueri, præsertim quia cogit eos & sibimet repugnare. & absurdissima confiteri. His actis rursus similem superiori formulam simulando, declarat nihil boni auditores à sophistis accipere, sophistasq; ipsos ueluti perditissimos ad bonam frugem reuocari non posse. Quoniam uero tria hæc nomina inter disputandum, sapientiam, scientiam, prudentiam, sæpe repetit, animaduertendum est, ubi obseruantius loquitur sapiẽtiam definire diuinorum cognitionem, scientiam naturalium, prudentiam humanorum. Vbi uero minus obseruantur, scientiæ nomine ad tria hæc significanda uti solere. Sed ubi liberius, singulis pariter pro omnibus uti. Præterea duo adducit artium genera, scilicet quæ efficiãt operã, & earum quæ factis utantur. Et quoniam ars quæ utitur alterius artis opere, tum finem illi fabricandi præscribit, tum exemplar adhibet operis absoluendi, non iniuria utentem artem facienti dignitate præponimus. Attende hic Platonem tam paruifacere facientem artem, tam magnificare utẽtem, ut apertissime uelit, si quis uel materias omnes in aurum pro arbitrio posit conuertere, imò & immortalitatem ipsam inter homines comparare, nihil sibi uel tantam auri molem uel immortalitatem nisi uti sciuerit profuturam. Attende iterum communem hic oratoriæ artis abusum sophisticæ similem prorsus uituperari, tanquam fascinationis maleficæ speciem, ubiq; ad inficiendos perturbationibus animos ueneficè conten-

dentem. Simili quadam ratione communem poesis abusum alibi detestatur. Sed quia hic in artibus numerandis nominat dialecticam, ne quorundam more dixerim dialecticen, nam dialectica mihi latinius sonat, meminisse oportet logicam apud Platonem significare artem regulas nominum, orationum, argumentationumq; disponentem: dialecticam uero sagacem philosophantis indaginem, regulis his utentem ad rationes rerum inuestigandas, diuinarum præsertim, à quibus rerum quoq; sequentium summæ rationes accipiuntur, ideoq; dialecticam plerunq; apud Platonem theologiam nobis significare. Nominat ibidem artem regiam atque ciuilem, scilicet prudentiam humani generis feliciter gubernandi. Quæ quidem siue in persona priuata siue publica sit, uel una uel multis, æque ab ipso tam ciuilis quàm regia nuncupatur. Huic profecto tanquam reginæ omnes subijcit facultates, quæ in agendo faciendoq; uersantur, quibus ipsa dat leges, ac tanquam instrumentis utitur & ancillis. Subijcit similiter theologiæ scientias omnes quæ uersantur in speculando, ad quam hæ ita se habeant, quemadmodum priuatæ artes ad regiam. Quamobrem Socrates dum in ipsa formula superiori formulæ rursus continuata facultatem quærit ad felicitatem potissimum conducentem, merito dimissis alijs ad regiam theologiamq; confugit, præsertim cum felicitas in optimo rerum usu consistat: hæ uero rectissimum, tum speculandi, tum agendi & faciendi usum afferre omnibus per omnia studeant. Idem tradidit in Philebo, idem in ultimo Legum, idem in libris de Republica, ubi ad generis humani felicitatem futurum gubernatorem in theologia primum, deinde in ciuili instruit disciplina, asserens diuinam ipsam boni ideam, uix tandem à solo legitimo theologo percipi, ac nisi percepta fuerit, non posse quicquam uel priuatim uel publice recte agi feliciterq; disponi. Quamuis autem ita sit, Socrates tamen hic inter adolescentes atq; sophistas mysteria hæc reuelanda non censet. Mos enim Socraticus adolescentes exhortatur solum, sophistas solum confutat, uiros deniq; legitimos docet. Hic ergo sub ironia atq; dissimulatione eiusmodi tãgit mysteria, seq; simulat hæsitare, & quasi inter sophistas uertigimosos pati uertiginem. Fortè uero ambigere propterea simulat utrum theologia ciuilisq; præstet felicitatem, quia neq; theologiæ, neq; ciuilis disciplinæ absolutam perfectionem humana quadam uia, sed diuina potius inspiratione haberi posse sæpe confirmat. Quapropter non iniuria humanis diffisus uiribus, felicitatem in diuinam refert munificẽtiam, in quam & theologiæ sapientiam & ciuilis prudentiam proculdubio retulit. Eo denique pacto hæc omnia nobis accipienda sunt, ut humana quidem officia mentes ad felicitatem præparent, præcipue sub theologica ciuiliq; disciplina rectissime gubernata: Dei uero ipsius clementissima bonitas, summum hominis bonum per hæc quasi media ad ipsum conuersis denique largiatur. Statueram hic satis honestum argumento imò uero commentario finem imponere, uerum detinet me adhuc necessaria quæstio, ad quid conducat frequens Socratis ironia, quæ quidem semper Socratis bona dissimulat, sæpe uero bona simulat superborum: & quantum semper Socrati derogat, tantum sæpe superbis arrogat: atque id quidem iocis facetijsq; frequẽtibus efficit, & sæpius ultra fidem, ut in se quidem deprimendo audientes reddat modestiores: in superbis uero supra fidei modum extollendis, superbiam reddat omnibus deridendam. Profecto qui præter modum laudantur à Socrate, si non omnino perditi sunt, rubore confusi seipsos emendant: sin uero iam perditissimi, non ipsi iam, sed præsentes correptionis eius exemplo tam ridiculam superbiæ uanitatem cautissime uitant. Est autem Socratica ironia, res admodum artificiosa, urbana, faceta, uenusta. Tutius ueritati adstipulatur, odiumq; declinat, dum & professionem apte dissimulat, & prius sibi derogat manifeste, quàm uel clàm derogare alteri deprehendatur: & quod maximum est in uitijs corrigendis, fugit maledici notam. Per hanc utique prope huius dialogi finem sophisticæ cauillationis uituperationem in tria colligit capita. Primum quod probatissimi quiq; nugas eiusmodi aspernantur. Secundum quod sophismata seipsa confundunt. Tertium qnod uel pueri hæc tanquam leuissima bi duo assequuntur. Mox à sophista descendit ad rhetorem. Vterq; enim ciuilem uirtutem falso profitetur. ut scribitur in Gorgia: & sophista quidem philosophi speculationem, rhetor autem moralem philosophi disciplinam simulat procul à uero. Ostendit autem rhetores atque oratores dum se & philosophos & ciuiles simul profitentur, esse ad utrunque prorsus inutiles. Concludit postremo dialogum gemina optimaq; sententia. Altera quidem, curandum magis esse ut bene sint filij, quàm ut sint: atque ut illos relinquas bonos: potius quàm illis relinquas bona. Altera uero, omnino esse philosophandum: quandoquidem philosophia ipsa res est diuina: neque uel ob falsos eius professores, uel ob mendaces calumniatores dimittendam esse possessionem adeo preciosam.

Plato

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS ATHENIENSIS EVTHYDEMVS, SIVE LITIGIOSVS. *Sub confutationis specie.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

CRITO. SOCRATES. EVTHYDEMVS. DIONYSODORVS. CLINIAS. CTESIPPVS.



VIS erat ille ô Socrates, cũ quo heri in Lyceo disputabas? profectò multa uos turba circũstabat, ut quũ ego audiendi cupidus accessissem, nihil clarè audire possem, oculis tamẽ transmissis cõspexi, & mihi uisus est peregrinus quidã esse cũ quo disputabas, quis erat? SOC. De utro interrogas ô Crito? Nõ em unus, sed duo erãt. CRI. De quo ego dico ad dexterã tertius à te sedebat. In medio aũt uestrũ erat adolescẽtulus Axiochi filius, qui mihi ualdè admodum profecisse uisus est, & non multũ ætate à nostro Critobulo abesse, Verũ ille quidẽ gracilis erat: hic autẽ habitior est & pulcher & boni aspectus. SOC. Euthydemus hic est de quo interrogas ô Crito. Qui uero iuxta me sedebat ad sinistrã, frater huius est Dionysodorus, qui & ipse disputationis particeps erat. CRI. Neutrũ nouit ô Socrates. Noui quidã hi sunt ut apparet sophistæ. Quæ uero est patria, & quæ sapientia? SOC. Hi genere quidem sunt ut arbitror illinc alicunde ex Chio. Cõmigrarunt autem ad Thurios. Illinc autem fugientes multis iam annis in istis locis degunt. Quod uero de sapientia ipsorum interrogas, mirifice penitus sapiẽtes sunt ô Crito, & quod ego antea non noui sunt pancratiastæ. Sunt enim ambo omnis generis pugnæ periti, non quemadmodum Acarnani illi duo fratres pancratiastæ. Illi enim corpore solum ad pugnam ualent: hi uero primũ quidem corpore præstantissimi sunt, & pugna qua omnes superant. Armorũ enim pugnæ & ipsi admodũ periti sunt, & aliũ data mercede facere possunt. Deinde etiam in forensi pugna iudiciaria tum decertanda, tum docenda, præstantissimi sunt & dicendo, & scribendo iudiciales orationes. Et antea quidem in his solum præstantes erant. Nunc uero arti pancratiasticæ finem imposuerunt. Quæ uero reliqua erat ipsis pugna inelaborata, in hac nunc ita elaborarunt, ut ne unus quidem contra ipsos reniti possit, adeò prõpti in sermonibus sunt & ad pugnandum, & ad refellendum, si quid dicaẽ, siue falsum sit, siue uerũ. Ego igitur cogito Crito quomodo uiris utriscp instituendũ me tradam. Promittunt enim se facere posse, ut & alius quicũcp in brevi tempore in ijsdem excellens euadat. CRI. Quid uero ô Socrates nõ uereris ætatem, ne fortè senior sis ad hoc studium? SOC. Minime ô Crito, ut qui signũ & solatium magnum habeam ut ne uerear. Hi enim ambo senes, hanc quã ego cupio litigandi sapientiam aggressi sunt. Nam superiore anno, aut hinc tertio, nondum erant sapientes. Verum ego unum solum timeo, ne ipse hospitibus opprobrio sim, quemadmodũ Connorum Metrobij filio Citharistæ, qui me adhuc nũc citharam pulsare docet: quod dum pueri condiscipuli mei uident, me deridẽt, & Connum senum magistrum appellant. Timeo igitur ne & idem hoc hospitibus quis exprobret: & illi idem hoc fortassis timentes me non assumere uelint. Ego uero ô Crito illic quidem persuasi alijs senibus, ut mecum condiscipuli fierent: Et hic alijs persuadere conabor, & tu mecum adeas. Fortassis autem escam ipsis adducemus filios tuos. Scio enim quòd illorũ cupiditate etiam nos erudient. CRI. At nihil prohibet ô Socrates, si tibi ita uidetur. Primum uero sapientiam uirorũ mihi exponas quæ sit ea, ut quæ discemus sciam. SOC. Non audies me nõ habere quod dicam: eo quòd animum ipsis non aduerterim. Nam & ualdè aduerti, & memini, & tibi omnia ab initio exponere conabor. Equidem ex deo quodam contigit, ut sederẽ isthic ubi me uidisti, in loco ubi exui solent, solus, & iam surgere cogitabã. Quum autem surgerem, signum illud familiare dæmonium resistebat. Rursus igitur sedebam, & paulò postea ingressi sunt hi duo, Euthydemus & Dionysodorus, & alij simul discipuli multi ut mihi uidebatur. Ingressi uero deambulabant in curriculo contecto, & nondum

Axiochi filius Clinias Critobulus Critonis

Pancratiastæ duo fratres Acarnani

Litigandi sapientia

Magister senũ

nondum bis aut ter ambo iter curriculi peregerant, cùm ingrederet Clinias, quem tu multum profecisse ais, & uerè dicis. Sequebãtur aũt ipsum amatores multi admodum, tum alij, tum Ctesippus adolescens quidã Pæaniensis ualdè pulcher et bonus natura, uerùm cp iuuenis esset, lasciuior. Cõspicatus igitur me Clinias ab ingressu solũ sedentẽ, accessit, & ad dexterã considebat, uelut etiam tu dicis. Cùm aũt uidissent ipsum Dionysodorus & Euthydemus, primũ quidem consistentes colloquebanẽ, sæpe admodũ ad nos respicientes. Diligenter. n. ipsos obseruabã. Postea accedentes cõsederunt, iuxta adolescentem Euthydemus, alter iuxta me ex sinistra, alij prout unicuicp locus esset. Salutabã itacp ambos ipsos, ut quos longo interposito tempore uiderẽ. Postea uero ad Cliniã dicebam. Hi equidẽ uiri sapientes sunt, Euthydemus & Dionysodorus, non in paruis, sed magnis. Nam rem militarẽ omnem nouerunt, quantũ futurum exercitus ducem nosse oportet, quomodo & castra locanda, & acies instruendæ sunt, & quomodo armorum pugna docenda. Efficere etiã possunt ut quis ipse seipsum in iudicio defendere possit, si quis ipsum iniuria affecit. Hæc loquutus, contemptus sum ab ipsis, Ambo enim uicissim se intuiti riserunt, & Euthydemus dicebat. Non amplius hæc tractamus, sed obiter ipsis utimur. Et ego admiratus dicebã. Pulchrũ profectò opus uestrũ fuerit, si tantæ res uobis obiter & præter institutũ opus peragunẽ, & per deos dicite mihi, quid sit hoc pulchrum opus. Virtutem inquit, ô Socrates, optimè ac breuissimè nos tradere posse putamus. O Iupiter inquam ego, qualem rem dicitis? Vnde hoc lucrum comperistis? Ego enim de uobis cogitabã, uelut nunc dicebam, esse uos in armorũ pugna præstantes, & hæc de uobis prædicari. Nam cùm antea huc accessissetis: hæc uos profiteri memini. Si uero nunc reuera hanc scientiam habetis, propitij mihi estote. Ego enim profectò uos uelut deos appello, ut qui uenia opus habeam, ut mihi prius dicta ignoscatis. Verùm uidete, ô Euthydeme & Dionysodore, an uera dicitis. Præ magnitudine enim professionis, nihil miri est uobis fidem non haberi. At probè scias, ô Socrates dicebant, hoc ita se habere. Beatos igitur ego uos prædico, ob hanc possessionẽ, multò magis cp Magnum regem ob principatũ. Verùm hoc mihi dicite, an hãc sapientiã ostendere cogitetis, aut quod uestrũ sit hac parte consiliũ. Ob hoc ipsum assumus, ô Socrates, ut ostensuri & docturi si quis discere uelit. At cp quidem uolent omnes qui nõ habent, ego uobis polliceor, primus quidẽ ego, deinde hic Clinias, & nobiscũ Ctesippus, & alij isti, ostendens Cliniæ amatores, qui iam nos circũstabant. Ctesippus em procul à Clinia sedebat, & ut mihi uidebaẽ, cùm Euthydemus mecũ disputãs, in anteriorẽ partem se inclinasset, & in medio nostrũ Clinias sederet, Ctesippo tenebras ut spectare nõ posset, offundebat. Volens igitur amatũ uidere Ctesippus, & simul audiendi cupiditate ductus, primus exilijt, et ante nos adstitit. Quo conspecto etiã alij illi, tum Cliniæ amatores, tum Euthydemi & Dionysodori sodales, nos circũstabant. Hos itacp ego ostẽdens ad Euthydemũ dicebã, omnes ad discendũ paratos esse. Ctesippus igitur ualdè prõptè assensus est, itemcp alij, & in cõmuni omnes sapiẽtiæ facultatẽ ostendere ipsos iubebãt. Ego igitur dicebã, ô Euthydeme & Dionysodore omni modo his gratificabimini, & propter me ostẽdetis. Ac plurima quidẽ ut ostendatis nõ exigui operis fuerit. Hoc uero mihi dicite, utrũ pſuasum iam, cp à uobis discere oporteat, solũ bonũ uirũ facere possitis: aut etiã illum qui nondũ persuasus est, eo cp omninò non putet rem, ipsam uirtutẽ disci posse, aut uos eius doctores esse? Et nũquid eiusdẽ artis opus sit illi qui ita affectus est persuadere, cp & uirtus doceri possit, & cp uos sitis, é quibus optimè quis ipsam discere possit, aut aliter? Eiusdẽ inquit Dionysodorus, ô Socrates. Vos igitur, inquã ego, ô Dionysodore, præ omnibus huius ætui hominibus, optimè & ad philosophiã, & ad uirtutis studium adhortari potestis? Arbitramur sanè ô Socrates. Aliorum itacp ostensionẽ, inquã, in aliud tempus nobis reseruate, hoc ipsum aũt ostendite. Huic adolescenti, cp philosophari & uirtutis curam habere oporteat, persuadete, & mihi, & his omnibus gratificemini. Tale. n. quiddã huic adolescenti contigit, ut & ego et hi omnes, optimũ ipsum euadere cupiamus. Est aũt hic Axiochi Alcibiadæ ueteris filij filius, eius autem Alcibiadæ qui nunc est patruelis. Nomen autem ipsi est Clinias. Cùm autem iuuenis sit, de ipso, uelut par est de iuuene, timerũpat. Vos igitẽ oportunissimè adestis. Quare nisi quid ,phibet, de adolescente periculũ facietis,

Virtutis docto res

Virtutem disci posse

Universidad de Deusto
Biblioteca

facietis, & corã nobis disputabitis. Hæc ubi ego ferè dixissem, Euthydemus fortiter & confidenter, at nihil prohibet, ô Socrates inquit, si modò respondere uelit adolescens. At ad hoc adsuetus est inquã ego, frequenter. n. hi ad ipsum accedentes, multa interrogant & disputãt. Quare ut moderatè respõdeat cõfide. Quæ uero hinc sequunt, ô Cleto, quõ tibi rectè exposuerim? Non. n. exigui operis est repetere posse, ita ut quis incõparabilem illam sapientiã exponat. Quapropter ego uelut poetæ, opus habeo ut ab initio narrationis Musas & Memoriã inuocem. Incœpit igit hinc alicunde Euthydemus, ut ego puto. O Clinia, utri homines sunt qui discunt, sapientes ne aut indocti? Et adolescens utpote magna proposita quæstione erubuit, & ambiguus ad me respexit, et ego cognoscens ipsum turbatũ, confide inquã Clinia, & quod tibi uidet, uiriliter responde. Fortassis. n. hinc magnã utilitatẽ capies. Et in hoc Dionysodorus parũ inclinãs se ad aurem mihi insusurrabat, admodũ ridens, Atqui inquit, ô Socrates, prædico, quicquid responderit adolescens redarguet, & interim dum hæc ipse diceret, Clinias responderat, ut neq; admonere adolescentẽ possem, quo sibi caueret, sed responderat Sapientes esse qui discunt. Et Euthydemus, appellas inquit, aliquos doctores, aut nõ? Assentiebat. Non'ne doctores eorũ qui discunt, doctores sunt? Quemadmodũ citharista & grammatista tui & aliorũ puerorũ doctores fuerunt. Vos aũt discipuli. Assensus est. Quando igit discebatis, nondũ ea sciebatis q̃ discebatis? Non inquit. Num igit sapiẽtes erat is, quãdo hæc non sciebatis? Nõ sanè, inquit ille. Nõ'ne si non sapiẽtes, indocti? Maxime. Vos ergo discentes q̃ non sciebatis, indocti discebatis? Annuit adolescẽs. Indocti ergo discũt, ô Clinia, & nõ sapientes, uelut tu putas. Hæc ubi ille dixisset, quemadmodum chorus magistro signũ dante, simul & plausum & risum excitarunt illi Dionysodori & Euthydemi sectatores: et prius q̃ rectè & cõmodè respiraret adolescẽs, exceptum sermonẽ Dionysodorus prosecutus, quid uero inquit, ô Clinia, quando recitat uobis grãmatista, utri pueri ea q̃ recitant, discunt, sapientes ne aut indocti? Sapiẽtes inquit Clinias. Sapientes ergo discunt, & non indocti: & non rectè iam Euthydemo respondisti. Hic itaq; rursus ingentẽ risum ac plausum amatores illorũ uirorum cõmouerunt, sapientiã ipsorum admirati. At nos alij consternati tacebamus. Cùm aũt cognoscceret nos Euthydemus esse cõsternatos, quo adhuc amplius ipsum admiraremur, non dimittebat adolescentem, sed interrogabat, & quemadmodũ boni saltatores, duplices quęstiones mouebat de eadem re, & utrũ inquit, discentes discunt ea quæ sciũt, aut quæ non sciunt? Et Dionysodorus rursus parũ mihi insusurrans, & hoc inquit, ô Socrates, aliud eiusmodi est, uelut prius illud. O Iupiter inquã ego, profectò etiã prius illud quæstionis genus pulchrum nobis usum est. Omnia inquit, ô Socrates, eiusmodi q̃ euitari non possunt, nos interrogamus. Proinde inquã, uidemini mihi in precio esse apud discipulos. Interim aũt Clinias Euthydemo respõderat, q̃ discerent discentes ea quæ nõ scirent. Ille uero per eadem uelut prius ipsum interrogabat. Quid uero inquit, non nosti tu literas? Etiam inquit. Non'ne omnes? Confitebatur. Cùm igitur quis recitat quodcunq; tandẽ, non literas recitat? Confitebat. Non'ne eas quas tu nosti, recitat, si quidem omnes nosti? Et hoc confitebat. Quid uero inquit ille, num tu discis q̃cunq; quis recitat? Ita. Nõ sciens, literas discis? Non, sed sciens disco. Nõ'ne q̃ scis, sciens discis, siquidẽ omnes literas nosti? Confessus est. Non ergo rectè respondisti, inquit. Et nõdũ adeò dixerat hæc Euthydemus, et Dionysodorus sermone uelut pila excepto, rursus adolescentẽ tentabat, ac dicebat. Decipit te Euthydemus, ô Clinia. Dic. n. mihi, discere non est scientiã eius capere qd' quis discit? Confitebat Clinias. At scire inquit ille, aliud'ne quid est q̃ iam scientiã habere? Assensus est. Quid ergo nõ scire, nondũ habere scientiã est? Confitebat. Vtri igit sunt qui quodcũq; capiunt, qui iam habent, aut qui nõ habent? Qui nõ habent. Nõ'ne cõfessus es & eos qui nõ sciunt, ex eorũ qui nõ habẽt, numero esse? Annuit. Ex eorũ ergo qui capiũt numero sunt q̃ discunt, & nõ ex eorũ qui habẽt? Assensus est. Qui ergo nõ sciunt, inquit, discũt, ô Clinia, & nõ qui sciũt. Adhuc itaq; uelut tertio certamine assũpto, Euthydemus adolescentẽ adoriebat. Et ego ut qui illũ succũbere uiderẽ, & ipsum recreare uellẽ, ut ne nobis præ timore deficeret, cõsolans ipsum, ô Clinia, dicebã, ne admireris, si insoliti tibi uidẽt sermones. Fortassis. n. nõ sentis quid hospites hi tecũ agant. Idẽ aũt faciunt, qd' Corybantes in sacrorũ mysterijs

Musarum inuocatio

Discẽtes discũt ea quæ non sciunt

Nescientes discunt

mysterijs solent, cùm gestus suos faciunt circa eum quem initiare uolunt. Nam & isthic chorea ducit, & ludi fiunt, si quidẽ sanè initiatus es. Et nunc hi duo nihil aliud q̃ choreã circũ te ducunt, & ludentes uelut saltant, ita te initiãtes. Nũc igitur prima sacrorũ sophisticorũ mysteria audire te puta. Primũ enim de nominũ rectitudine discere oportet, uelut Prodicus ait, id quod etiã indicant tibi hi duo hospites, q̃ non noueris quid sit discere. Nã homines discere tum uocãt, cùm quis ab initio nullã de aliqua re scientiã habẽs, hac scientia eandẽ hanc rem cõsiderat, aut dum peragit, aut dum dicitur. Magis tamen hoc ipsum intelligere uocant, q̃ discere. Aliquãdo uero etiã discere. Te uero hoc latuit, uelut hi indicant, idem nomen in hominib. contrario modo se habentibus poni, tum in sciente, tum in nesciẽte. Simile huic est etiã id quod in secunda quæstione habet, in qua interrogabat te, utrũ discerent homines ea q̃ scirent, aut quæ nõ scirent. Hæc itaq; ludi sunt disciplinarũ. Quapropter etiam hos tecũ ludere dico. Ludos aũt propterea dico, q̃ etiãsi quis multa, aut etiã omnia huiusmodi discat, res tamen nihilo magis nouerit, quõ se habeant. Ludere uero cum hominib. poterit, propter nominũ differentiã supplantãs illos & euertens: quemadmodũ hi qui sedere uolentib. scabella subtrahunt, & delectantur ac rident, cùm supinũ iacentẽ uident. Hæc itaq; tecũ per lusum ab his acta esse puta. Postea uero hi ipsi seria nimirũ tibi indicabunt, & ego ipsis exponam, ut quod pollicitus sunt, mihi præstent: promiserunt. n. adhortatoriã sapientiã se demonstraturos esse. Nũc autem, ut puto, prius tecũ ludere oportere censuerunt. Hæc igitur Euthydeme & Dionysodore, per ludũ à uobis acta sint, & fortassis satis est. Quod aũt deinceps sequit, ostendite, adhortantes adolescentẽ, quomodo sapientiæ & uirtutis curã suscipere oportet. Cæterũ ego prius uobis ostendã quale hoc ipsum esse putem, & qualiter ipsum audire cupiã. Si igitur hoc ipsum imperite et ridicule facere uisus fuero, ne me deridentis. Nã uestræ sapientiæ audiendæ cupiditate, ex tempore corã uobis rem tractare audebo. Patienter igit & citra risum, & uos & discipuli uestri me audite. Tu uero fili Axiochi, mihi responde. Num omnes homines bene agere cupiamus: Aut hæc quidẽ quæstio ex ridiculis una est, de quibus modò timebã? Stolidum. n. est sanè etiã eiusmodi interrogare. Quis. n. hominũ non uelit bene agere, & felix esse? Nemo inquit Clinias. Sit ita inquã ego. At quod sequit, quandoquidẽ bene agere uolumus, quõ bene agere poterimus? num si nobis multa bona sint? Aut hoc adhuc illo stolidius est? Manifestũ enim est & hoc ita se habere. Assensus est. Age itaq; qualia bona ex omni rerũ genere sunt nobis: aut nõ difficile, neq; insignis admodũ uiri fuerit, etiã hoc inuenire? Quiuis. n. nobis dixerit, diuitẽ esse bonum esse. Nunquid? Maximè inquit. Nõ'ne etiam sanũ esse, & pulchrũ esse, & in alijs circa corpus iusto modo constructũ esse? Assentiebatur. Sed & nobilitas, & potentia, & honores in patria, bonorũ generis sunt? Cõfitebat. Quid igitur inquã, ex bonorũ generib. nobis restat? Quid ergo est temperantẽ esse, & iustũ, & fortem, utrũ per Iouem putas, ô Clinia, rectè nos posituros esse, si hæc ut bona ponamus, aut si non. Fortassis. n. aliquis nobiscũ contenderit. Tibi uero quõ uidetur? Bona inquit Clinias. Sit inquã ego: at sapientiã in quo cœtu ponemus, inter bona, aut quõ dicis? Inter bona. Considera ne quid bonorũ relinquamus, quod sit memoratu dignũ. At uidemur mihi, inquit Clinias, nihil reliquisse. Et ego recordatus, per Iouem inquã, maximũ bonorum reliquisse uidemur. Quod hoc inquit ille? Felicitatẽ, ô Clinia, quã omnes etiam admodũ uiles, maximũ bonum esse dicunt. Vera dicis inquit, & ego rursus mutata sententia, ferè ridiculi facti essemus hospitib. inquam, ego & tu Axiochi fili. Cur istud inquit? Quòd cùm felicitatẽ in superiorib. posuerimus, nunc rursus de eadẽ dicebamus. Quid igit hoc est? Ridiculũ sanè quod dudũ propositũ est, id rursus proponere, & bis eadem dicere. Quomodo hoc dicis? Sapientia inquã ego, felicitas est. Hoc autem uel puer nouerit. Et cùm ille admiraretur, ut qui iuuenis adeò et simplex esset, et id ego animaduertissem, num nosti inquã, ô Clinia, quòd circa tibiarũ usus successum tibicines felicissimi sunt? Assensus est. Non'ne inquã, etiam circa literarũ lectionis ac scriptionis successum, felicissimi sunt grammatistæ? Maximè. Quid uero ad maris pericula, num aliquos feliciores esse putas sapientibus gubernatoribus, ut in sum culi & fortunæ particeps fieres, cum sapiẽte imperatore, aut cum imperito? Cum sapiente.

Sophistarum ludi

Sophistis modũ docẽdi præscribit Socrates

Bonorum genera.

Bis eadem dicere ridiculũ est

Universidad de Deusto
Biblioteca

piente. Quid uero si ægrotares, cùm utro libentius periculũ subieris, cum sapiente medico, aut cum imperito? Cum sapiente. Nunquid ꝙ felicius tibi successurũ esse putas cũ sapiente, q̃ cum imperito? Cõcedebat. Sapientia ergo ubiq; felices esse homines facit. Nõ. n. unq̃ quis per sapientiã deliquerit, sed necesse est recte agere & assequi, alioqui. n. neq; adhuc sapientia esset. Consentiebamus tandẽ, non scio quõ, in summa ita rem se habere, ꝙ sapientia præsente, nihil opus esset felicitate. Postquã uero in hoc consensissemus, rursus interrogabã ipsum, quõ superius concessa se haberent. Cõcessimus enim unq̃, si bona multa nobis adessent, felices esse & bene agere. Assensus est. Nunquid igitur felices fuerimus ob præsentia bona, si nihil nobis prosint, aut si prosint? Si prosint inquit. Nũquid profuerint, si solũ fuerint ea nobis, non aũt ipsis utamur? uelut si cibi nobis essent multi, non aũt ederemur: aut potus, non aũt biberemus, nunquid prodessent? Nõ sanè, inquit. Quid uero opifices omnes, si ipsis essent parata omnia, cuiq; ad suũ ipsius opus idonea, non aũt uterent ipsis, nunquid hi bene & feliciter agerẽt ob possessionẽ, eo ꝙ omnia possiderent, q̃ opificem possidere oporteat? uelut si fabro ligna rio parata essent & instrumẽta omnia, & ligna iusti modi, non aũt fabricaret, nũquid ex possessione utilitatẽ caperet? Nequaq̃ inquit. Quid uero si quis possideret diuitias, & omnia q̃ modò dicebamus bona, non aũt ipsis utaꝛ, nũquid felix fuerit propter horũ bonorum possessionẽ? Non equidẽ, ô Socrates. Oportet ergo inquã, uelut apparet, non solũ possidere eiusmodi bona, si quis felix esse uelit, sed etiã ipsis uti. Nã possessionis nulla est utilitas. Vera dicis. Nunquid igiꝛ, ô Clinia, hoc iam sufficit, ut felicem aliquẽ efficiat, & possidere bona, & ipsis uti? Mihi quidẽ uideꝛ. Vtrũ inquã ego, si rectè quis utaꝛ, aut si non? Si rectè. Rectè inquã, dicis. Plus. n. ut puto, alterũ est, si quis quacunq; re nõ rectè utatur, q̃ si sinat. Illud. n. malũ est: hoc neq; malũ, neq; bonũ: Aut nõ ita dicimus? Cõcedebat. Nũquid igiꝛ in operatione & usu circa ligna, aliud quid est qd' rectè his uti facit, q̃ scientia fabrilis? Nõ aliud, inquit. Sed & in operatione circa uasa, scientia est q̃ facit quod rectũ est. Assensus est. Nũquid igiꝛ etiã circa usum eorũ bonorum q̃ primùm dicebamus, diuitiarũ & sanitatis & pulchritudinis, scientia est q̃ præit ac dirigit actionẽ, ut quis omnib. eiusmodi rectè utaꝛ, aut aliud quid? Scientia, inquit ille. Non solum ergo felicitatẽ, sed etiam successum hominib. scientia exhibet, in omni possessione & actione. Confitebaꝛ. Nũquid igitur per louem inq̃, utilitas aliqua est aliarum possessionũ, absq; prudentia & sapiẽtia? Nunquid utilitatẽ capiet homo, qui multa possidet, & multa facit, intelligentiam aũt non habet: aut potius qui pauca, & intelligentia prædítus est? Sic uero rem cõsidera. Nõne qui pauciora facit, minus peccarit: qui uero minus peccat, minus malè fecerit: qui uero minus malè facit, minus miser fuerit? Maximè, inquit. Vter igiꝛ potius pauciora fecerit, pauper aut diues? Pauper, inquit. Vter uero debilis aut fortis? Debilis. Vter honoratus, aut abiectus? Abiectus. Vter uero qui fortis est & tẽperãs pauciora fecerit, aut timidus? Timidus. Nõne etiam segnis potius q̃ laboriosus? Concessit. Et tardus potius q̃ uelox, & qui obtusè uidet ac audit potius q̃ qui acutè? In omnibus eiusmodi inter nos cõsentiebamus: In summa uero, ô Clinia, inquã, omnia q̃ primũ bona esse diximus, uidenꝛ non hanc rationem habere, ut ipsa per seipsa à natura sint bona, sed, ut apparet, ita res se habet. Si quidẽ ipsis præsideat imperitia, tantò maiora sunt mala, q̃ ipsorũ contraria, quãtò magis præsidenti malo inseruire possunt. Si uero prudentia & sapiẽtia ipsis præsideat, maiora sunt bona: ipsa uero per seipsa nullius precij sunt, & neq; bona neq; mala. Apparet inquit, ita esse uelut tu dicis. Quid igiꝛ ex relatis efficiꝛ nobis aliud, q̃ aliorum nihil esse neq; bonũ neq; malum: Verũ ex his duobus sapientiã bonum, Imperitiã malum esse? Consitebatur. Adhuc itaq; quod reliquũ est, cõsideremus, inquã: Quãdoquidẽ felices esse omnes cupimus: Tales aũt fieri ex usu rerum, & rectè utendo uisi sumus: rectitudinẽ aũt & felicitatẽ scientia suppeditat: oportet utiq; quẽuis uirũ omni modo eò eniti, ut sapientissimus euadat: Aut nõ ita? Etiam inquit. Existimare item oportet, multò magis expetendum esse, ut hoc, q̃ pecunias accipiat quis, & à parentib. & à tutoribus, & amicis, tum alijs, tum his qui se amatores esse profitenꝛ, & ab externis, & à ciuibus: neq; putare turpe aut indignũ esse, rogare & supplicare ut sapientiã illi impertiant: Huius etiam gratia non turpe esse ministrare & seruire, & amatori, & cuiuis homini, honestis ministerijs ac obse-

Felicitas in usu bonorum consistit

Scientia usum rectum præbet

Pauca faciens, minus miser est

Sapientiæ studium præstantissimum

quiis quoſuis demerẽdo, quo quis sapiens euadat: Aut nõ ita tibi uideꝛ inquam ego? Maximè rectè mihi dicere uideris, inquit ille. Num potest, ô Clinia, inquã, uirtus doceri, & non sponte hominib. accedit? Hoc enim nobis adhuc considerandũ est, & nondũ inter nos cõsensimus. At mihi inquit, ô Socrates, doceri posse uideꝛ. Et ego gauisus profectò inq̃, bene dicis optime uir, & probè fecisti, ꝙ me multa de hac re speculatione liberasti, utrũ doceri aut nõ doceri possit sapientia. Nunc igiꝛ postq̃ tibi doceri posse uideꝛ, & sola ex omnib. rebus esse, quæ beatũ & felicem hominẽ faciat, aliud' ne quid dixeris, q̃ necessariũ esse philosophari, & teipsum cogitare ut hoc faciasꝛ? Maximè inquit, ô Socrates, quantum eius fieri potest. Et ego cùm hæc libenter audiuissem, meũ inquã exemplũ, ô Dionysodore & Euthydeme, quales ego exhortatorios sermones esse cupio, tale est, uulgare fortassis, & qd' uix longo sermone absolui. Ex uobis aũt uter uolet, idem hoc arte faciens nobis ostẽdat. Si uero hoc nõ uultis, hinc ubi ego rem reliqui exorsi, quod deinceps restat adolescenti ostendite, utrũ omnem scientiã comparare ipsum oporteat, aut sit una quædã, qua accepta felicẽ & bonum uirũ esse oportet, et quæ sit hæc. Quemadmodũ enim ab initio dicebã, multi facimus hunc adolescentẽ sapientem et bonũ euadere. Ego igiꝛ hoc dicebã, ô Crito, quid uero deinceps futurũ esset ualdè animaduertebã, & quo tandem modo sermonẽ aggressuri, & unde initiũ facturi essent considerabã, quo adolescentem ad sapientiã & uirtutem exhortarenꝛ. Senior igitur Dionysodorus prior dicere cœpit, & nos omnes ad ipsum respiciebamus, uelut statim admirandos quosdã sermones audituri, quod sanè etiam nobis cõtigit. Admirandum. n. ô Crito, sermonẽ uir ille incœpit, & quem tu audisse dignus esses, adeò exhortatorius ad uirtutẽ sermo erat. Dic mihi, inquit, ô Socrates, & uos alijs qui cupere uos diceritis, ut adolescens hic sapiens euadat, utrũ ludítis, dum hæc dicitis, aut reuera cupitis, et hoc studio habetis? Et ego cogitabã putasse illos prius nos lusisse, quãdo ipsos cũ adolescente disputare iuberemus, & propterea collusisse, & nõ seriò egisse, magis adhuc mirum in modũ nos hoc studio habere affirmabã. Et Dionysodorus, uide itaq; inquit, ô Socrates, ut ne postea neges ea q̃ nunc dicis. Dudũ statui inquã, non. n. unquã negabo. Quid igiꝛ inquit, dicitis, uultis ipsum sapientẽ fieri, imperitũ aũt non esse? Cõfitebamur. Nõ' uultis ipsum sapientẽ fieri, imperitũ aũt non esse? Cõsitebamur. Nõ' dito perturbatus sum. Ille uero me turbatũ suspicatus, quãdoquidẽ inquit, uultis ipsum qui nũc est, nõ amplius esse, aliud' ne quid uultis q̃ ipsum perire? Atqui egregij fuerint amici & amatores, qui pre omnib. amatũ perire studeant. Et Ctesippus ut hoc audiuisset, indignatus est pro amato, & dicebat. O hospes Thurie, si nõ agrestius esset hoc dicere, dicerẽ in caput tibi, ꝙ falsò contra me & alios eiusmodi rem cõfingis, quã ego etiã dicto impiã puto, ꝙ ego hũc perire uelim. Quid uero ô Ctesippe, inquit Euthydemus, num uideꝛ tibi fieri posse ut quis mentiaꝛ? Per louẽ inquit, nisi sanè insanio. Vtrũ ut dicat rem de qua sermo fuerit, aut ut nõ dicat? Vt dicat inquit. Non' ne siquidẽ dicit ipsam, nõ aliam quandã dicit, q̃ illam quam dicit? Quõ enim aliter inquit Ctesippus? Vna tamẽ & illa quædã res est, quã dicit, ab alijs diuersa? Maximè. Nõne qui illã dicit, id qd' est dicit? Etiã. Atqui qui id quod est, & ea q̃ sunt dicit, uera dicit. Quare si Dionysodorus ea q̃ sunt dicit, uera dicit, et nihil cõtra te mentiꝛ. Etiã inquit Ctesippus, sed qui hæc, ô Euthydeme, dicit, non ea q̃ sunt dicit. Et Euthydemus ea uero q̃ non sunt, inquit, aliud' ne quid q̃ non sunt? Non sunt. Nusq̃ igitur sunt & q̃ non sunt, illa q̃ sunt. Nusquam. Potest' ne quis circa hæc quæ non sunt, agere quicquam, ut illa faciat etiam quicunq;, quę nusquã sunt? Non mihi uidetur, inquit Ctesippus. Quid igitur Rhetores cùm ad populũ dicunt, nihil agunt? Agunt equidẽ inquit. Nõ' ne siquidẽ agunt, etiã faciunt? Etiam. Dicere ergo, & agere, & facere est. Confessus est. Non ergo ea quæ non sunt ullus dicit. Faceret enim iam aliquid. Tu uero cõfessus es fieri non posse, ut ullus aliquis ea quæ non sunt faciat. Quare iuxta tuam confessionem, nemo falsa dicit: sed siquidem dicit Dionysodorus, uea ea quæ sunt, dicit. Per louem, inquit Ctesippus, ô Euthydeme. Nam ea quæ sunt, aliquo modo dicit, non tamen ut se habent. Quomodo dicis, ô Ctesippe, inquit Dionsodorus? Sunt' ne aliqui qui res uelut se habent, di-

Exhortationis ad philosophiã exemplum

In caput tibi, imprecatio

Mentiendi ratio

Agere & facere idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

bent, dicunt? Sunt equidē inquit, honesti & boni, & qui uera dicunt. Quid igitur in-
Boni dicũt res ut se habent quit ille, bona non bene se habent, mala malè? Concedebat. Honestos autem & bo-
nos cõfiteris dicere, ut res se habent? Confiteor. Malè igit̃ inquit, dicunt boni mala, si
quidem ut habent, dicunt Etiã per Iouem inquit, ualdè, nimirũ de malis hominibus, è
quorum numero, si me audies, esse uereberis, ut ne boni de te malè dicant. Nam satis no
sti, ꝙ boni de malis malè dicunt. Nunquid etiam de magnis, inquit Euthydemus, ma-
gnificè dicunt, & de calidis calidè? Maximè, inquit Ctesippus. Frigidos itaq; frigidè di
cunt & aiunt disputare. Tu quidē, inquit Dionysodorus conuitiare, ô Ctesippe, conui
tiare. Ser Iouem non ego, inquit ille, ô Dionysodore, quando quidē te amo, & ut ami-
cum admoneo, & persuadere conor, ut nunc̃q; coram me ita agresti modo dicas, ꝙ ego
hos perire uelim quos plurimi facio. Ego igit̃ cùm uiderē alterum aduersus alterũ exa
sperat̃ cum Ctesippo iocabar ac dicebam, Mihi quidem uidet̃, ô Ctesippe, oportere
nos ab hospitibus suscipere ea quæ dicunt, si impertiri uolent, & non de uerbis conten-
dere. Si enim itahomines perdere sciunt, ut ex malis & insipientib. bonos & sapientes fa-
Perit qui ex malo bonus fit ciant: & hoc siue ipsi inuenerunt, siue ab alio quopiam didicerunt corruptionem & in-
teritum talem, ut perdito eo qui malus est, bonum rursus efficiãt: si hoc inquam, sciunt,
manifestũ autem est eos scire: Dixerunt.n. artem à se nuper inuentã esse, ut bonos homi
nes ex malis faciant: permittamus sanè ipsis hoc ipsum. Perdant nobis adolescentẽ, &
sapientem faciant, & nos omnes alios. Si uero uos iuuenes timetis, in me uelut in Care
periculũ fiat. Nam ego quũ senex sim, paratus sum subire periculum, & meipsum huic
Dionysodoro uelut Colchicæ Medeæ trado, perdat me, & si uelit, coquat: aut quicquid
uoluerit, hoc faciat, modò bonũ me efficiat. Et Ctesippus. Ego etiã ipse inquit, ô Socra-
tes, paratus sum ut meipsum hospitibus exhibeam, & si uoluerint excorient me adhuc
magis quàm nunc excoriant, si mihi excoriatio non in utrem, uelut illa Marsyæ, sed in
uirtutem desinat: Quanquam hic Dionysodorus putet me ipsi succensere. Ego uero
non succenseo, sed contradico ad hæc, quæ mihi uidetur non rectè ad me dicere. At tu,
ô Dionysodore, contradicere, ne dicas conuitiari. Aliud enim est conuitiari. Et Dio-
nysodorus tanquã sit aliquid cõtradicere inquit, ita Ctesippe uerba facis. Omninò ita
inquit, & quidem ualdè: Aut tu, ô Dionysodore, non putas esse aliquid contradicere?
Nequaquã inquit, tu demonstrare poteris, te unquam audiuisse ullum aliquẽ alteri con
tradicentem. Vera dicis, inquit: At nunc audiamus an tibi ostendam, contradicente
Ctesippo Dionysodoro. Nunquid promittis inquit, talem orationem? Maximè. Non ne ut
quit. Quid igitur, inquit ille, sunt ne unicuiq; rei sermones? Maximè. Non ne ut
est unaquæq;, aut ut non est? Vt est. Si enim meministi, inquit, ô Ctesippe, etiam
antea ostendimus neminem dicere ut non est. Quod enim non est, nemo dicere ui-
sus est. Quid tum postea, inquit Ctesippus, minus ne ideo ego & tu contradicimus?
Vtrum igitur, inquit ille, contradixerimus, si de eadem re utrique sermonem decerne-
Contradictio quando fiat mus: aut sic quidem eadem dixerimus? Concedebat. At quum neuter inquit, rei
sermonem dicit, tunc contradixerimus: aut sic neuter nostrum omninò rei mentionem
fecerit? Et hoc cõfitebatur. At cùm ego quidem rei sermonem dico, tu uero alterius
cuiusdam, num tunc cõtradicimus? aut ego quidē dico rem, tu uero nec̃q; omninò dicis?
Qui uero non dicit, quõ dicenti contradixerit? Et Ctesippus quidem tacuit, ego ue-
ro admiratus sermonem, quõ inquam Dionysodore, dicis. Nam cùm hũc sermonem
ex multis & sæpe audiuerim, semper admiror. Hoc enim & Protagoras utebatur, & ad-
huc eo antiquiores. Mihi uero semper admirandus ille uidetur, ut qui & alios, & ipse se
ipsum euertat. Arbitror aũt ueritatem eius ex te maximè me auditurũ esse. Aliud ne ꝙ
ꝙ falsa dicere non est? Hoc enim sibi uult sermo: Nunquid? Sed aut dicentem uera dice
re, aut non dicere oportet? Concedebat. Vtrũ igitur falsa quidē dicere non est, opi
Imperitia quid sit nari tamẽ est? Nec̃q opinari inquit. Nec̃q ergo falsa inc̃q ego, opinio omninò est. Nõ
inquit. Nec̃q ergo Imperitia, nec̃q imperiti homines: Aut nõ hoc fuerit Imperitia, si qui
dem fuerit falli rebus. Maximè, inquit. At hoc non est, inc̃q ego. Non inquit. Disputa
tandi gratia, ô Dionysodore, sermonẽ profers, ut absurdũ quid dicas? aut reuera uidẽ ti
bi, nullus homo imperitus esse? At tu inquit, redargue. Nũquid etiam est iuxta tuum
sermonẽ quod quis redarguat, cùm nemo mentiat? Nõ est, inquit Euthydemus: nec̃q
sanè

sanè iussit, inquit nunc Dionysodorus, redarguere. Quod.n. non est, quomõ quis iube-
re possit. Ego uero, ô Euthydeme, inquã, sapientiæ plena hæc, & bene se habentia nõ
admodũ intelligo, sed citò quodãmodo considero. Fortassis igit̃ importunius quiddã
dicam, uerũ agnosces. Vide uero, si nec̃q mentiri est, nec̃q falsa opinari, nec̃q imperitũ es-
Peccare posse neminem se, aliud'ne quid c̃q nec̃q peccare est, cùm quis aliquid facit? Non.n. est quod is qui facit,
ab eo aberret quod facit: nõ'ne sic dicitis? Maximè inquit. Hæc iam est inquã ego, im
portuna illa quæstio. Si.n. non peccamus, nec̃q facientes, nec̃q dicentes, nec̃q cogitantes.
Vos prò Iupiter, si hæc ita se habent, cuius rei doctores nobis adestis? Aut nõ antea di-
xistis uos uirtutẽ præ omnibus hominib. optimè tradere posse, si quis discere uelit? Et
Dionysodorus excepto sermone, adeo'ne inquit, absurdus es, ô Socrates, ut quę primũ
diximus, nunc in memoriã reuoces, & si quid superiore anno dixissem, nunc in memo-
riam reuocares: Cum his aũt quæ in præsenti dicunt̃, non habes quod agas. Etem̃ inc̃q
ego, difficilia sunt ualdè meritò. A sapientib. n. dicuntur. Nam & cũ hoc quod dicis po-
stremò, quod agam penitus difficile est. Hoc.n. ꝙ non habeo quod agam, quid'nã dicis
Dionysodore? aut nimirũ ꝙ non habeo quod redarguã ipsum. Nam dic quid tibi aliud
uult uerbũ hoc, quod nõ habeo quod cum sermonib. agam? Aliud'ne tu dicis, inquit
hoc, quàm ꝙ admodũ difficile sit quod agas? Quare responde. Prius c̃q respondeas in
quam, ô Dionysodore? Non respondes, inquit? Num etiã iustũ est inc̃q? Iustũ equi-
dem inquit. Iuxta quã rationem inquã ego, aut nimirũ iuxta hanc, ꝙ tu nunc penitus
sapiens quispiã circa dicendi artem nobis ades, & quando respondere oportet, nosti, &
quando non: & nunc nihil omninò respondes, ut qui ꝙ non oporteat, scias. Garris, in-
quit, & quando respondere oportet, & quãdo non, negligis. Quare ô bone, pare, & re-
sponde: quando quidē etiam confiteris me sapientẽ esse. Parendũ est itaq; inquã ego,
ex necessitate, ut apparet, tu.n. imperas. Quare interroga. Vtrũ inquit, ea q̃ intelligũt &
uolunt, animã habentia intelligunt, aut etiã inanimata? Animã habentia. Nosti igit̃,
Velle quorum sit inquit, uerbũ aliquod, quod animã habeat? Per Iouẽ non ego. Quid igit̃ paulò antea
interrogabas, quid mihi uerbũ uellet? Quid aliud inquã ego, c̃q peccaui ob stoliditatẽ?
aut nõ peccaui, sed & hoc rectè dixi, ꝙ uerba uelle dixi. Vtrũ dicis peccasse me, aut nõ?
Si.n. non peccaui, nec̃q tu redargues, etiamsi sapiens sis: nec̃q habes quod cum sermone
agas. Si uero peccaui, nec̃q sic rectè dicis, ut qui peccari nõ posse asseras. Atq; hæc non
ad ea q̃ superiore anno dixisti, dico. At uidetur, inc̃q, ô Dionysodore & Euthydeme, hic
quidẽ sermo in eodem manere, & adhuc uelut dudũ ubi prostrauit, cadere: & ut ne hoc
ipsi accidat, nec̃q à uestra arte inuentũ esse: & hoc cùm admirãda adeò sit illa in sermoni
bus exactè expendendis. Et Ctesippus admiranda dicitis, inquit uiri Thurij, siue Chij,
siue unde & quomodocũc̃q appellari uultis, ita uobis nihil curæ est ut deliretis. Et ego
ueritus ne rursus conuitia oborirentẽ, Ctesippum mitigaui, & ô Ctesippe dixi, etiã nunc
quæ ad Cliniam dicebam, eadem hęc ad te dico, te non nosse hospitũ sapientiam, quàm
admirãda sit. Verũ nobis de industria ostendere nõ uolunt, sed Protea imitantur sophi-
stam illum Ægyptiũ, pręstigijs nos fallentes. Nos igitur Menelaũ imitemur, & uitros ne
dimittamus, donec nobis manifestent quod serium sit ipsorũ studium. Arbitror.n. pul-
cherrimum quiddã nobis ex ipsis apparere posse, postc̃q seriò agere incœperint. Quare
rogemus & mitigemus ac supplicemus ut id manifestent. Mihi igitur rursus exponen-
dum esse uidet̃, quales ipsos mihi uideri expetã. Hinc.n. ubi ego prius rem reliqui, dein
ceps his pro uirib. exponere conabor, an aliquo modo ipsos prouocare queam, ut mei,
quem concitatũ & studio captũ esse uident, miserti, etiã ipsi seriò agant. Tu uero, ô Cli-
nia, rem mihi in memoriã reuoca, ubi ipsam tunc reliquimus. Arbitror autẽ hinc nobis
pergendũ esse, ubi philosophari oportere tandẽ confessi sumus: Nunquid? Etiã inquit
ille. At philosophia scientiæ acquisitio est. Nõne ita inquã? Etiam inquit. Cũ igitur
Philosophia quid sit scientiã adepti, rectè adepti fuerimus? Non'ne hoc simplex quiddã est, ꝙ eam q̃ nobis
prodest? Maximè inquit. Nunquid nobis prodesset, si sciremus cognoscere ubi terra
rum multũ auri defossum esset? Fortassis inquit. At prius inc̃q ego, hoc refutauimus, ꝙ
nihilo plus ullius precij scientia esset, etiamsi absq; negotio & effodiendi terrã labore,
omne nobis aurũ contingeret, & ipsas etiã petras aureas facere sciremus, si nõ auro uti
mi. Nec̃q alterius, ut apparet, scientiæ ulla utilitas exist at: aut non meministi inc̃q? Maximè inquit, memi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ars quæ & facit, & facto uti nouit

næ, neq; ullius alterius quę aliquid facere potest, non aũt eo quod fecerit uti: nõ'ne ita? Assensus est. Neq; si qua esset scientia q̃ immortales facere posset, eius ulla aliqua esset utilitas: si ex superius concessis coniecturã facere oportet: absq; eo ut immortalitate uti nosset. Cõsensimus inter nos de omnib. his. Tali ego quadã scientia nobis, ô pulchel le puer, opus est inquã, in qua & facere, & eo qd' fecerit, uti scire simul coincidunt. Ap paret, inquit. Multũ ergo abest nos præstantes lyræ opifices esse, & eiusmodi cuiusdã scientiæ cõpotes. Hic.n. diuersa est ars quæ facit, ab ea q̃ eodem utit'. Nam ars quæ lyrã facit, & quæ citharã pulsat, multũ inter se differunt. Nõ'ne ita? Assensus est. Neq; uero ea q̃ tibias facit, opus habemus. Nam hæc altera eiusmodi est. Cõcedebat. At per deos inquã, si artem faciendi orationes disceremus, num hæc est, ex qua adeptos nos fe lices esse oportet? Nõ arbitror, inquit Clinias. Qua cõiectura inquã, uteris? Video, inquit, aliquos orationũ opifices, qui orationib. quas ipsi faciunt, uti nõ sciunt, quemad modũ lyræ opifices lyris. Nam & hic alij uti possunt eis quas illi fecerunt, cùm ipsi lyras facere nequeant. Manifestũ est igitur etiã circa orationes, diuersas esse faciẽdi & utendi artes. Iustã mihi uideris inquã, coniecturã afferre, q̃ non hæc orationũ faciendarũ ars ea sit, quam adeptus quis inde felix sit: etiamsi ego hic apparere debere putassem illam scientiã, quam nos dudũ quærimus. Nam mihi & uiri ipsi qui orationes faciũt, ubi cum ipsis cõuersor, sapientes admodũ esse uidẽt, & ipsa ars ipsorũ diuina quædã & excel sa. Et sanè nihil miri est. Est.n. artis incantationũ pars, paulò illa inferior. Nam incanta torum ars, uiperas, & phalangia, & scorpios, & alias bestias ac morbos demulcet. Hæc aũt iudices, & concionatores, & reliquã turbam demulcet ac mitigat: Aut tibi inquã ali ter quodãmodo uidetur? Non, sed ita mihi uidet' inquit, uelut tu dicis. Quo igit' con uertemus nos inquã ego, & ad quã artem? Ego quidẽ non habeo quod dicam, inquit. At arbitror me inquã, inuenisse. Quam illã inquit Clinias? Ars imperatoria præ om nibus esse mihi uidetur, ex cuius adeptione quis felix sit. Nõ mihi uidet'. Quomodo inquã ego? Venatoria quædam hominũ hæc ars est. Quid tum inquã ego? Nulla in quit uenatoria amplius se extendit, q̃ ut uenet', & capiat. Post q̃ autem hoc quod uenan tur, cæperint, eo uti non possunt. Sed qui cum canib. uenantur, & piscatores, obsoniorũ structoribꝫ tradunt: Geometræ uero & astronomi, & supputatores: Nam & hi uenato res sunt, Non.n. faciunt singuli hi descriptiones, sed eas quæ sunt, inueniunt: Velut igit' qui ipsi illis uti nõ possunt, sed uenari solũ, tradunt sanè dialecticis ut ipsorũ inuentis u tantur, quicũq; sanè ex ipsis nõ omninò dementes sunt. Sit ita inquã ego, ô optime ac sapientissime Clinia, hoc ita se habet? Maximè inquit, Et Imperatores inquit, eodem modo, postquã aut ciuitatem, aut exercitũ uenati cæperunt, ciuilib. uiris tradunt. Ipsi. n. uti nõ possunt his q̃ cæperunt: quemadmodũ coturnicũ uenatores, ut arbitror, coturni cum altoribꝫ tradunt. Si igitur inquit illa arte opus habemus, q̃ aut faciendo aut uenãdo partis, etiã ipsa uti sciet, & talis nos beatos faciet, alia quædã nobis quærenda est pro Im peratoria. CRI. Quid dicis, ô Socrates, adolescẽtulus ille talia dixit? SOC. Non putas, ô Crito? CRI. Nõ sanè per louem. Arbitror. n. ipsum, si talia dixit, neq; Euthydemo, neq; a lio ullo amplius homine opus habere ad institutionẽ. SOC. At fortassis Ctesippus erat qui hæc dixit. Ego uero nõ memini. CRI. Quis Ctesippus? SOC. Atqui hoc satis scio, q̃ neq; Euthydemus, neq; Dionysodorus fuerit is qui hæc dixit. Sed fortassis, ô beate Cri to, aliquis ex præstantioribus qui tum adessent, hæc dixit. Quòd.n. audiuerim, hæc satis scio. CRI. Etiã per louem, ô Socrates, ex præstãtiorib. aliquis fuisse mihi uidet', qui mul tum præstans fuerit. Sed postea, quã adhuc artem quæsiuistis, & illã inuenistis, aut nõ in ueneristis, cuius gratia quæsiuistis? SOC. Vnde inuenissemus, ô beate? Sed eramus admo dum ridiculi, uelut pueri qui galeritas persequuũt, semper sperabamus unãquãq; scien tiam statim nos appræhensuros esse, at illæ semper subterfugiebant. Quid igit' opus est multas recensere? Ad regiã sanè artem progressi, ipsamq; cõsiderantes an hæc esset q̃ se licitatem exhiberet et efficeret, hic uelut in Labyrinthũ illapsi, cùm putaremus iam nos ad finem deuenisse, reflexione rursus facta uelut in quæstionis principio cõsistere uide hamur, & æquè indigi uelut cùm primũ quereremus. CRI. Quõ hoc uobis accidit, ô So crates. SOC. Ego dicã. Visa est. n. nobis ciuilis & regia ars eadẽ esse. CRI. Quid ita? SO. Huic arti & imperatoriæ, & aliæ dominiũ tradere uisæ sunt eorũ operũ, quorũ ipse opi

fices sunt, uelut quæ sola uti sciat. Manifestè igitur uidebat' nobis hæc esse quam quære remus, et causa rectè agendi in repub. & omninò iuxta Æschyli Iambicũ, Sola sedere in publicæ puppi rei, omnia gubernãs, & omnibus imperans, & omnia utilia facere. CRI. Nõne rectè uobis uidebat', ô Socrates? SO. Tu iudicabis, ô Crito, si audire uoles etiam ea q̃ postea nobis acciderunt. Rursus. n. cõsiderabamus hoc ferè modo. Age ars regia q̃ omnib. imperat, opus'ne aliquod nobis efficit, aut nullum? Omninò itaq; nos inter nos cõsentientes dicebamus. Nõ'ne & tu hæc diceres, ô Crito? CRI. Ego sanè. SOC. Quod igit' ipsius opus esse diceres? uelut si ego te interrogarẽ: Omnibus imperans quibus im perat Medicina, quod opus exhibet: nõ'ne sanitatẽ diceres? CRI. Ego certè. SOC. Quid uero uestra ars agricultura, dum omnib. imperat quibus imperat, quid efficit: nõ'ne di ceres alimentũ nobis exhibere è terra? CRI. Ego ita. SO. Quid uero ars regia dum om nibus imperat quib. imperat, quid efficit? Fortassis nõ admodũ habes quod dicas? CRI. Nõ per louẽ, ô Socrates. SOC. Neq;. n. nos, ô Crito. At tantũ sanè nosti, q̃ siquidẽ est hęc quam nos quærimus, utilem esse ipsam oportet. CRI. Maximè. SOC. Nõ'ne bonũ quod dam nobis tradere ipsam oportet? CRI. Necesse est, ô Socrates. SOC. Bonũ autem con sensimus inter nos ego & Clinias, nihil aliud esse q̃ scientiam quandã. CRI. Etiam, ita. n. dicebas. SOC. Non'ne alia quidẽ opera, q̃ quis ciuilis artis esse dixerit: multa uero talia fuerint, uelut diuites ciues facere, & liberos, & à seditione alienos: omnia hæc neq; bona neq; mala esse nobis uisa sũt? Oportebat aũt ipsam sapientes facere, et scientiã impertiri, si hæc esse deberet q̃ utilis est, & felices facit. CRI. Est ita. Tunc itaq; sic inter uos consen sum est, uelut tu sermones recensuisti. SOC. Nunquid igitur ars regia sapientes & bonos homines facit? CRI. Quid prohibet, ô Socrates? SOC. Num ergo omnes, & omninò bo nos? & q̃ omnem scientiã & coriariam, & fabrilem, & omnes alias tradit, hæc est? CRI. Nõ arbitror, ô Socrates. SOC. At quã tandem scientiã, aut quid agemus? Nullius. n. ope ris, ex his quæ neq; mala, neq; bona sunt, opificẽ ipsam esse oportet, sed scientiã tradere nullã aliam q̃ ipsam seipsam. Dicamus igitur q̃ tandem hæc est, aut quid agemus? Vis' ne ut dicamus, ô Crito, eam qua alios bonos faciemus? CRI. Maximè. SOC. Quid autẽ erunt nobis boni? & quid utiles? aut amplius dicemus q̃ alios facient, & illi alij alios? Quòd aũt boni sint, nusquã nobis apparet, quãdoquidẽ opera q̃ ciuilis artis esse dicun tur, reprobauimus. Quare palã id quod dicit', Iouis Corinthus fit, & quod dicebã, æquè indigi sumus, aut adhuc amplius, ne hoc ut sciamus, quæ tandẽ est scientia illa, q̃ nos fe lices fecerit? CRI. Per louem ô Socrates, ad multam ambiguitatẽ deuenistis. SOC. Ego igitur etiã ipse, ô Crito, postquã in hanc ambiguitatẽ illapsus essem, omnis generis uo ces emittebã, rogans hospites, & uelut Dioscuros inuocans, ut nos seruarent, me et ado lescentem, ex magna ista sermonis tempestate: & ut omni modo serium studiũ adhibe rent, & per hoc ostenderent, quæ sit scientia, quam adepti reliquã uitam rectè trãsigere possemus. CRI. Quid igitur, uoluit'ne uobis ostẽdere Euthydemus? SOC. Quidni? & in cœpit, ô amice, admodũ magnificè sermonẽ hoc modo. Vtrũ inquit, ô Socrates, te hãc scientiã, de qua dudum ambigitis, docere debeo, aut q̃ ipsam habeas, ostendere? O bea te, inquã ego, est hoc in te situm? Maximè inquit, Ostẽde itaq; per louem, inquã, q̃ ego ipsam habeã. Multò. n. facilius hoc fuerit, q̃ ut tantæ ætatis uir discam. Age, itaq; respon de mihi inquit, est'ne quod scias? Maximè inquã, & multa parua sanè. Satis est, inquit, per louẽ. Nõ'ne tu inquit, scis aliquid? Ego sanè. Nõ'ne sciens es, siquidẽ scis? Ma ximè huius ipsius. Nihil refert, at nõ necesse est te omnia scire, cùm sciens sis? Per louẽ inquã, non ita. Nam multa alia nõ scio. Nõ'ne si quid non scis, nõ sciens es? Illius sanè et sic es idem hic qui es, & rursus nõ es, secundũ eadem simul. Sit ita inquã, Euthydeme. Quod.n. dici solet, pulchra omnia dicis. Quõ igitur scio illam scientiã, quam quæreba mus? Nã hoc sanè impossibile est, idem esse, & nõ esse, siquidẽ unum scio, omnia scio. Non.n. sciens fuerim, & nescius simul. Si uero omnia scio, etiam illam scientiã habeo. Num sic dicis, & hæc est sapiẽtia illa? Ipse teipsum redarguis, inquit, ô Socrates. Quid uero inq̃ Euthydeme, non eadẽ hæc tibi affectio accidit? Ego profectò quicquid mi hi acciderit, cõmune tecum & cũ Dionysodoro amico illo capite, non admodũ ægrè tu lerim. Et dic mihi, Vos'ne aliqua scitis, aliqua non scitis? Minimè, inquit Dionysodo rus, ô

Regiæ artis opera

Multa parua scit Socrates

Idem est sciens, & non sciens

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus, ô Socrates. Quõ dicitis, inquã, num ergo nihil scitis? Etiam ualdè scimus, inquit il
Vnum sciens, omnia scit le. Omnia ergo scitis inquã, quandoquidẽ etiam quodcũq;. Omnia inquit, & tu quoq; siquidẽ unum scis, omnia scis. O Iupiter inquã, rem admirandã dicis, & magnũ bonum cõparet. Num etiam alij homines omnes omnia sciunt, aut nihil. Nõ. n. aliqua quidem sciunt, aliqua uero nesciunt, & sunt simul & scientes & nescientes: sed quid inquã. Omnes inquit ille, omia sciunt, siquidẽ etiam unũ. Per deos inquã ego, ô Dionysodore, iam mihi clarũ fit uos seria dicere, & uix uos ad hoc ut seria diceretis, reuocaui. Reuera uos omnia scitis, uelut fabrilem & coriariã artem? Maximè inquit. Num & neruis suere scitis? Etiã per louẽ, calceos suere inquit. Num etiã taliã, quot sunt stellæ & arenæ numerum? Maximè inquit ille, aut non putas nos hoc confiteri? Et Ctesippus excepto eius sermone, per louẽ inquit, Dionysodore, signũ mihi horum ostendite tale, quo cognoscam uos uera dicere. Quid ostendã inquit? Nosti quot dentes Euthydemus habet: & quot tu habes Euthydemus nouit? Nõ satis est tibi audiuisse, q; omnia scimus? Nequaq; inquit ille, sed hoc adhuc solũ nobis dicite, & ostendite, q; uera dicatis: & si dixeritis quot utercq; uestrũ habet, & ostenderitis, ita ut numerãtes nos cognoscamus, iam credemus uobis etiã alia. Putantes igitur sibi illudi, nõ uoluerunt, sed omnes res scire
Omniã sciẽtes confessi sunt, dum de unaquaq; à Ctesippo rogarent. Nam Ctesippus admodũ aperte nihil nõ interrogabat, ut tandẽ etiã ea q̃ turpissima essent percunctaret. Illi uerò fortissimè quæstionib. se opponebãt, scire se cõfitentes, quemadmodũ apri aduersus plagã palàm se opponẽtes. Quare etiã ego ipse, ô Crito, præ incredulitate tandẽ coactus sum Euthydemũ interrogare, an etiã saltare sciret Dionysodorus. Ille uero admodũ dixit. Nunquid etiam petauristarũ instar inq;, in gladios deuolui, & in rota uolutari tam grãdis natu, adeo ne procul in sapientia progressus est? Nihil inquit est quod nõ sciat. Vtrum uero inquã, omnia nunc solũ scitis, aut etiã semper? Etiã semper inquit. Et quãdo pueri essetis, & statim ut nati essetis, sciuistis? Omnia ambo simul dixerunt. Et nobis quidẽ res incredibilis esse uidebat, Euthydemus aũt, nõ credis inquit, ô Socrates? Non inq;, hoc solũ excepto, q; uerisimile est uos sapientes esse. At si inquit, mihi respõdere uolueris, ego etiã te admiranda ista confiteri ostendã. Arqui inquã, ego libentissimè de his cõuincar. Si. n. sapientẽ me esse ignorauí, tu aũt ostendes me omnia scire, & semp, quod maius lucrũ in omni uita cõpererim? Responde itaq; inquit. Velut respõsurũ interroga. Nunquid inquit, ô Socrates, alicuius rei sciens es, aut nõ? Ego sanè sum. Vtrũ igitur qua sciens es, ea etiã scis, aut alia quadã? Qua sciens: Arbitror. n. te animã dicere: aut nõ hanc dicis? Nõ erubescis inquit, ô Socrates, q; dum interrogaris, uicissim interrogas. Sit ita inq;, at quid faciam? Sic ne faciã quõ tu iubes, cùm non sciã quid interrogas? Iubes tamen me respondere, & non uicissim interrogare. Intelligis ne inquit, quod dico? Ego sanè inquã. Ad hoc itaq; responde quod intelligis. Quid igitur inq;, si tu alio modo cogitãs interrogas, ego uero alio intelligã, & deinde ad hoc respondeã, satis ne est tibi si nihil aduersum respondeã? Mihi quidẽ inquit ille, nõ tamen tibi, ut arbitror. Nõ itaq; per louem inquã, prius respondebo q; interrogauero. Nõ respondebis inquit, ad ea q̃ semper intellexeris: quia nugaris, & ineptior es q; cõuenit. Et ego cognoui ipsum mihi succensere, eo q; ea quę dicerent, distinguerem, cùm ipse me nomini
Socrates ineptus & indocilis bus uelut circũuallatum capere uellet. Recordatus igit sum Conni, q; etiã ille mihi sempe succenseret, cùm ipsi nõ concederẽ, & postea minus curã mei gerit, ut qui indocilis sim. Cùm igit etiã huius disciplinæ me tradere cogitarẽ, concedere oportere ratus sum, ne me ad discendũ ineptum putaret, & in disciplinã non admitteret. Dicebã igitur, ut ti tibi uidet Euthydeme ut ita faciã, faciendũ est. Tu. n. omninò melius q; ego disputandi modũ nosti, ut qui artem habes, cùm ego sim homo idiota et rudis. Interroga igit rursus ab initio. Responde itaq; rursus inquit, utrũ scis aliqua re ea q̃ scis, aut non? Ego sanè interroquam, anima. Hic rursus inquit, amplius respondet q̃ interrogat, Non. n. ego interrogo qua, sed an aliqua re scias. Rursus inq;, plus q̃ conuenit, respondi prę imperitia, sed ignosce mihi: respondebo. n. iam simpliciter, q; scio aliqua re semper ea q̃ scio. Vtrũ, inquit, eadẽ ac semper, aut aliquãdo quidẽ hęc, aliquando uero alia? Semper cùm scio inquam, hac scio. Nõ desines inquit, rursus sinistrè respondere. At ita respondi, ne nos semper illud fallat. Nequaq; nos inquit, sed te, siquidẽ fallet: quare responde non semper hac scias. Semper inquã, quandoquidẽ uocem illã, quã detrahere oportet.

semper quidem hac scis: cùm aũt semper scias, num aliqua quidem hac scis qua scis, alia uero alia re, aut hac omnia? Hac inquã, omnia quæ scio. Hoc illud inquit, idem sinistrũ respõsum redit. At detraho inquã, id à me dictũ, quæ scio. At nihil detrahas inquit. Nihil. n. te opus habeo. Verũ mihi respõde, possesne omnia scire, si nõ omnia scires? Monstrum hoc esset inq;. Et ille dicebat, appone iam quicquid uoles. Omnia. n. scire confiteris. Ita uideor inquã, quandoquidẽ nullam uim habet illud à me dictũ, quæ scio: omnia aũt scio. Non ne etiã semper cõfessus es scire hac re qua scis, siue cùm scis, siue quõ uoles? Semper. n. scire, & simul omnia, confessus es. Manifestũ igitur est q; & cùm puer esses, sciueris, & cùm gignereris, & cùm nascereris, & prius q; natus es, & prius q; cœlũ & terra essent, omnia sciuisti, siquidẽ semper scis: & per louẽ inquit, ipse semper scies & omia, si ego uoluero. At uoles inquã, ô uenerãde Euthydeme, si reuera uera dicis. Verum non admodũ credo tibi, ut hoc præstare possis, si non tecũ cõsentiat frater hic tuus Dionysodorus. Sic aũt fortassis posses. Dicite aũt mihi inquã, nam de alijs quidẽ nõ habeo quod uobiscũ contendam, cum hominib. monstrosa adeò sapientia præditis, q; nõ omnia ego sciam, quandoquidẽ uos hoc dicitis. At talia quõ scire me dicã Euthydeme, q; boni uiri iniusti sunt. Age itaq;, dic, scio ne hoc, aut nõ scio? Scis equidẽ inquit. Quid inquã ego? Quòd non iniusti sunt boni, inquit. Dudũ admodũ inquã, hoc sciui. Verum nõ hoc interrogo, sed q; iniusti sunt boni, ubi ego hoc didici? Nusquã inquit Dionysodorus. Non ergo scio hoc inquã ego. Corrumpis sermonẽ inquit Euthydemus ad Dionysodorũ, & uidebit hic si nõ scit, & sciens esse, & nõ sciens. Et Dionysodorus erubuit. At tu, ô Euthydeme, inq;, quõ dicis? non uidet tibi rectè dicere frater, qui omia nouit? Et Dionysodorus statim excepto sermone, frater sanè sum inquit Euthydemi. Et ego, omitte inquã, ô bone, donec Euthydemus me docuerit, q; sciam bonos uiros in iustos esse, & ne mihi inuideas hoc dogma. Fugis ô Socrates, inquit Dionysodorus, et nõ uis respondere. Meritò inquã ego. Minor. n. sum etiã altero è uobis: quare multum abest ut non duos fugiã. Multò enim inferior sum Hercule, qui non poterat & aduersus Hydram depugnare, eo q; sophistria esset, & propter sapientiã, si unum sermonis caput ipsi resectũ esset, multa pro uno produceret: & aduersus Cancrũ alterum quendã sophistam è mari profectũ, & recens, ut mihi uidet, nauí aduectũ, qui ubi ipsum affligeret, è sinistra dicendo ac mordendo, Iolaum ex fratre nepotem auxiliariũ inuocauit. Et hic ipsi abundè opem tulit. At meus Iolaus Patrocles si uenerit, plus alterũ præstiterit. Respondeitaq; inquit Dionysodorus, postq; hæc ita tibi decãtata sunt, utrũ Iolaus Herculis magis nepos fuerit q; tuus. Optimũ equidẽ mihi fuerit inq;, ô Dionysodore, ut tibi respondeam. Non. n. percunctari desines, satis scio, inuidens ac impediens ut ne doceat me Euthydemus, sapiens illud dogma. Respondeitaq; inquit. Respondebo sanè dicebã, q; Herculis fuerit nepos Iolaus, Meus aũt, ut mihi uidet, nequaq;. Non. n. Patrocles frater meus ipsi pater fuit, sed consimili nomine Iphicles Herculis frater. Patrocles aũt inquit ille tuus? Maximè inquã, ex eadẽ matre, non tamen eodẽ patre. Frater ergo est tibi, & nõ frater. Nõ ex eodẽ patre, ô optime, dixi, illius. n. pater erat Chæredemus, meus aũt Sophroniscus, Pater aũt erat, inquit Sophroniscus & Chæredemus? Maximè inq;, ille meus, hic illius. Non ne inquit, alius à patre erat Chæredemus? alius à meo patre, inq; ego. Nunquid pater erat, cùm alius esset à patre? aut tu idem es cum lapide? Timeo quidem inquã, ne à te idem uidear, nõ tamen mihi uideor. Nõ ne alius es inquit, à lapide? Alius equidẽ. Aliud ne igit inquit, q; cùm alius à lapide sis, nõ lapis es: & cũ alius ab auro sis, non aurũ es? Est ita. Non ne & Chæredemus inquit, cùm alius à patre sit, pater nõ fuerit? Videt inquã, non esse pater. Si. n. inquit, excepto sermone Euthydemus, nõ pater est Chæredemus, rursus Sophroniscus, cùm alius sit à patre, pater nõ est. Quare tu ô Socrates, sine patre es. Et Ctesippus excepto sermone, at uestro inquit patri non eadẽ acciderunt: & alius est à meo patre? Multũ abest, inquit Euthydemus. At idem est, inquit ille? Idem equidẽ. Non. n. alioquí consentirẽ. At utrũ meus, ô Euthydeme, solus est pater: aut etiã aliorum hominũ? Etiam aliorũ inquit: aut putas eundem qui pater est, patrẽ non esse? Putabã sanè inquit Ctesippus. Quid uero inquit ille, qd aurũ sit, non aurũ esse: aut qui homo sit, non hominẽ esse? Nunquid inquit Ctesippus, ô Euthydeme, id quod dicit, filum filo non cõnectis? Absurdam. n. rem dicis, si pater tuus omniũ pater est. At est inquit. Num hominũ inquit Ctesippus, aut etiã equorũ,

Omnia semper scire persuadetur Socrates

Bonos uiros iniustos esse

Patrem non habere Socratem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pater Euthydemi omniū animalium pater

& aliorū animaliū omniū? Omnium inquit. Num etiā mater, mater? Etiam matet. Ergo & erinaceorū marinorum mater est tua mater. Et tua inquit. Et tu ergo frater es gobiorū, & catulorum, & porcellorū. Nam & tu inquit. Et insuper pater tibi est etiā canis. Nā & tibi inquit. Statim aūt inquit Dionysodorus, si mihi respōderis, ô Ctesippe, cōfiteberis hæc. Dic.n.mihi, est tibi canis? Et ualdè improbus inquit Ctesippus. Sunt igit̄ tibi catuli? Etiā ualdè inquit alij eiusmodi. Nō ne pater est ipsorū ille canis? Ego sanè uidi inquit ipsum inire caniculā. Quid igitur, nō ne tuus est canis? Maximè inquit. Non ne cùm pater sit, tuus est? Quare tuus pater est canis ille, & tu catulorum frater. Et rursus Dionysodorus statim excepto sermone, ut ne quid prius diceret Ctesippus, adhuc exiguū quiddam inquit, mihi respōde. Verberas hunc canē? Et Ctesippus ridens, per deos inquit, non.n.possum te. Non ne tuum ipsius patrē inquit, uerberas? Multò equidē iustius inquit, uestrū patrē uerberarē, q̄ frustrà adeò sapientes filios produxit. At nunquid ô Euthydeme, inquit Ctesippus, multa bona ex hac uestra sapientia cōsecutus est & uester, & catulorū pater? At nihil opus habet multis bonis neq̄ ille, neque tu, ô Ctesippe. Neq̄ tu ipse inquit ille, ô Euthydeme, neq̄ quispiā alius homo. Die mihi ô Ctesippe, inquit, an bonū esse putes, ut ægrotus medicamentū bibat, aut non bonum esse tibi uidet̄, cùm opus habeat? Aut si quis in malitiā proficiscat̄, ut armatus potius eat q̄ inermis? Mihi sanè inquit uidet̄, & profectò arbitror te ex pulchris aliquid dicturū esse. Tu optimè cognosces inquit, quare respōde. Quādoquidem.n.confiteris bonū esse homini ut medicamentū bibat, cùm opus habeat, aliud' ne quid, q̄ hoc bonum quāplurimū bibere oporteat, & tunc rectè res se habebit, si quis ad ipsum, tritū uero plaustrū ammisceat? Et Ctesippus maximè inquit, ô Euthydeme, si is qui bibet tantus est, quāta est statua in Delphis. Nō ne etiam in bello inquit, quandoquidē bonum est arma habere, quā plurimas hastas & scuta habere oportet? Maximè inquit Ctesippus. Tu aūt nō putas, ô Euthydeme, sed unū scutum, & unā hastam? Ego sanè. Num etiā Geryonen inquit, & Briareū ita ut tu armaueris? Ego uero putabā te præstantiorē esse ut qui armorū pugna clarus sis, æquè ut amicus ille. Et Euthydemus quidē tacuit. Dionysodorus aūt ad ea q̄ prius Ctesippus responderat, interrogabat, nō ne & aurū habere inquit, bonū esse tibi uidet̄? Maximè, & hoc sanè multū inquit Ctesippus. Quid igit̄, bonum ne tibi uidet̄ pecunias habere semper, & ubiq̄? Valdè inquit. Non ne et aurū bonum esse cōfiteris? Iam cōfessi sumus inquit. Nō ne semper ipsum habere oportet, & ubiq̄, & quāmaximè in seipso? & fuerit felicissimus qui habeat auri talēta tria in uentre, talentū unum in caluaria, stater ē aureum in uterq̄ oculo. Dicunt igit̄, ô Euthydeme inq̄t Ctesippus, Scythas illos felicissimos esse & optimos uiros, qui aurū multum in suis ipsorū caluarijs habent, quēadmodū tu nunc dicebas, canem patrē: & quod adhuc magis mirū est, etiā bibunt illi ex suis caluarijs auro obductis, et has intus cōtuentur, suum ipsorū uertice ē in manib. habentes. Vtrū igit̄ uidēt inquit Euthydemus, & Scythæ & alij homines, & q̄ uidere possunt, aut q̄ non possunt? Quæ possunt sanè. Nō ne etiam tu inquit? Etiā ego. Vides igit̄ nostra pallia? Etiā. Possunt ergo uidere hæc? Egregiè inquit Ctesippus. Quid uero inquit ille? Nihil. Tu uero fortasis nō putas uidere ipsa, adeò suauis homo es. At mihi uideris Euthydeme, nō dormiēs obdormiscere ipse, & uelut si quis dicēs nihil dicat, hoc etiā tu facere. Nūquid fieri nō potest inquit Dionysodorus, tacentē dicere? Nullo modo inquit Ctesippus. Nū neq̄ dicentē tacere? Adhuc minus inquit. Cùm igit̄ lapidē dicis, non tacentē dicis, & cū lignum & ferrū, militer? Nequaq̄ inquit, si ego prætereo fabrorū ferrariorū officinas, sed sonitū edere & plurimū reboare ferrum dicit̄, si quis ipsum tundat. Quare hoc quidē pr̄ sapientia te fefellit, ut nihil dixeris. At alterū adhuc mihi ostendite, quō rursus contingat dicentē tacere? Et mihi uidebat̄ Ctesippus ultra modū decertare, propter amatū illum suū. Cū taces inquit Euthydemus, nō omnia taces? Ego sanè inquit ille. Nō ne etiam ea q̄ dicūt, taces, siquidē inter omnia sunt etiā ea q̄ dicunt? Quid uero inquit Ctesippus, nō tacent omnia? Nō sanè inquit Euthydemus. At nūquid ô optime, dicūt omnia? Ita sanè ea q̄ dicunt. At nō hoc interrogo, inquit ille, sed an omnia tacent, aut dicūt. Neutra & utraq̄ in quit, surrepto sermone Dionysodorus. Satis.n.scio q̄ nō habebis quod cum hac respone agas. Et Ctesippus quemadmodū solebat, in magnū admodum risum effusus, Euthydeme inquit frater tuus sermonē in utranq̄ partem transtulit, & perdidit, & uictus est

Stater aureus

Scytha ex caluarijs suis bibunt

Tacentem dicere

Dicentem tacere

Medicamēti bibendi modus

Canem esse Ctesippi patrem

est. Et Clinias ualdè delectatus est ac risit, adeò ut Ctesippus decuplo amplior redderetur. Quod uero mihi uidebatur, Ctesippus ut qui callidus esset, hęc ipsa non satis percepta, ab illis ipsis fraude extorserat. Non enim est aliorū huius temporis hominum talis sapientia. Et ego dicebam, quid rides ô Clinia in seriis adeò ac pulchris rebus? Tu uero ô Socrates inquit Dionysodorus, uidisti' ne unquā tam pulchram rem? Ego sanè etiam multas inquā ô Dionysodore. Num essent à pulchro inquit, aut easdē cum pulchro? Et ego in omni angustia ambiguus uersabar, & iusta me pati ducebā, quòd non tacuissem: tamen alias ab ipso pulchro esse dixi, adest tamen inquam unicuiq̄ ipsarum pulchritudo quædam. Si igitur accederet ad te inquit bos, bos esses: & quia nunc ego tibi adsum, Dionysodorus es. Bona uerba quæso inquam ego. At quo modo inquit, altero ad alterum accedente, alterum esse poterit alterum? Num de hoc inquam ambigis? Iam uero uirorū istorum sapientiam imitari conabar, ut qui ipsius cupidus essem. Quomodo uero non ambigam inquit & ego, & alij omnes homines de eo quod non est. Quid dicis inquam ô Dionysodore, non pulchrū pulchrum est, & turpe turpe? Si mihi inquit uideatur. Non' ne uidetur? Maximè inquit. Non' ne etiam idem idem est, & aliud aliud. Non enim aliud idem est. Nam ego neq̄ puerum de hoc ambigere putabam, quòd non aliud aliud sit. Quare hoc quidem ô Dionysodore ultrò omisisti. Nam alioqui uidemini mihi, quemadmodū opifices quibus singula elaborare conuenit, etiam uos disputandi modū penitus pulchrè perficere. Nosti igitur inquit quid singulis opificibus conueniat? Primū cui cōuenit artem fabrilem ferri tractare? Noui inquā quòd fabro ferrario. Cui uero figulinam exercere? Figulo. Cui mactare, & excoriare, & paruas carnes concisas coquere & assare? Coco inquā ego. Non' ne si quis inquit, ea quæ cōueniunt fecerit, rectè faciet? Maximè. Cōuenit autē ut dicunt cocū concidere & excoriare: Confessus es hęc, aut nō? Confessus sum inquā, sed ueniā mihi dabis. Manifestū est itaq̄ inquit ille, quòd si quis mactatum ac concisum cocum coquat & asset, & quæ conueniunt faciet. Et si quis in iso fabro ferrario artem fabrilem ferri exerceat, & in figulo figulinam, etiam hic ea quæ conueniunt faciet. O Neptune inquā ego, iam Colophonē sapientiæ imponis. Num mihi unquā hæc cōtinget, ut mihi propria fiat? Cognoscere' s ne ipsam ô Socrates inquit, si tibi propria fieret? Si tu uelis inquam. Quid uero inquit, quæ tua sunt putas te cognoscere? Ego nimirum, nisi tu aliud quid dicas. A te enim incipere oportet, in Euthydemum uero hunc desinere. Nunquid inquit hæc tua puras esse, quorū dominus es, & quibus tibi prout uis uti licet, uelut sunt boues & oues? Nū hæc tua esse duxeris, quæ tibi licet & uendere, & dono dare, & sacrificare cuicūq̄ uelis deorū? Quæ uero non ita se habent, nō tua? Et ego ut qui nossem pulchrum quiddam ex ipsis quęstionibus emersurum esse, & simul cuperē quàm citissimè audire, maximè inquam ut res se habet, talia sola mea sunt. Quid uero animalia' ne uocas ea quæ animā habent? Etiam inquam. Confiteris igitur ex animalibus hæc sola esse tua, in quæ tibi potestas est, omnia hæc faciendi, quæ nunc ego dicebam? Confiteor. Et ille simulatè admodum se cōtinens, uelut qui magnū quiddam cōsideraret: dic mihi inquit ô Socrates, est tibi Iupiter patrius? Et ego suspicatus sermonē eò deuenturū esse quò sanè desiuit, anxiam quādam stropham cōuentus fugiebā, & me uertebam uelut in reti cōprehensus, & nō est inquā ô Dionysodore. Miser ergo homo tu es, & neq̄ Athenienſis, cui neq̄ dij patrij sunt, neq̄ sacra, neq̄ quicquā aliud pulchrū & bonū. Siue inquā ego ô Dionysodore, bona uerba quæso, & ne grauiter me doceas. Sunt enim mihi & aræ, & sacra domestica ac patria, & alia huiusmodi quæ etiā alijs Athenienſibus. Deinde alijs inqt Athenienſibus nō est Iupiter patrius? Nō est inquā hoc cognomen ulli lonum, neque bris qui ex hac urbe colonias deduxerunt, neq̄ nobis: sed Apollo patrius, propter Ionis generationē. Iupiter autē nobis patrius quidem nō uocatur, sed Herceus, & Phratrius, & Minerua Phratria. At satis est inquit Dionysodorus. Est enim tibi ut apparet, Apollo, & Iupiter, & Minerua. Maximè inquā ego. Non' ne & hi tibi dei fuerint inquit? Progenitores inquā & domini. At certè tibi inquit: aut nō tuos ipsos esse cōfessus es? Cōfessus sum, Quid.n.faciā? Nō' ne inqt etiā animalia sunt hi dei? Cōfessus es.n.quę animā habēt animalia esse: aut hi dei animā nō habēt? Habēt inquā ego. Nō' ne & animalia sunt? Animalia inquā. Ex animalib. aūt inquit cōfessus es tua esse, quæ tibi

Opificibus quæ cōueniant

Animalia quæ sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet & dono dare, & uendere, & sacrificare cuicũq; uelis deor. Confessus sum inquã. Nõ est eñ q̃ negare possim ô Euthydeme. Age itaq; statim mihi dicas inquit ille, quan doquidẽ tuũ esse louem confiteris, itẽq; alios deos, nõ licet tibi ipsos uendere, aut dono dare, aut prout uis cũ ipsis agere, uelut cũ alijs animalibus? Ego igit ô Crito uelut per cussus à sermone, uoce destitutus iacebã. Ctesippus autẽ progressus uelut mihi opem la turus, Pypax ô Hercules pulchrũ sermonẽ inquit. Et Dionysodorus utrũ igitur inquit Hercules Pypax est, aut Pypax Hercules? Et Ctesippus ô Neptune inquit admirandos sermones. Desisto iam. Inexpugnabiles sunt uiri. Hic equidem chare Crito, nemo erat ex præsentibus, qui nõ sermonẽ summè laudasset, & uiri illi ambo risu & plausu & gau dio ferè enecabãtur. Nam in superioribus ut singula pulchrè dicerẽtur soli Euthydemi amatores plaudebant. Hic autẽ ferè etiã ipsæ Lycei colũnæ uiris istis applauserũt & de lectati sunt. Sed & ego ipse ita affectus fui, ut cõfiterer nullos me unquã adeò sapientes homines uidisse: & à sapiẽtia ipsorũ in seruitutẽ redactus, ad laudẽ & prędicationẽ ipso tũ me cõuertebam, ac dicebã. Beati uos ob admirandã naturã, qui tantã rem ita cito & in breui tẽpore absoluistis. Multa equidem etiam alia pulchra sermones uestri Euthy deme & Dionysodore habent: Verũ inter hæc magnificentissimũ hoc est, q̃ uulgi ho minũ, & prestantiũ quoq;, & qui sibi esse aliquid uident, nulla uobis cura est, sed similiũ uobis solũ. Ego eñ satis scio hos sermones admodũ paucos homines uobis similes am plecti. Alij uero ita ignorãt ipsos, ut erubescerẽt magis si alios talibus sermonib. cõuin cerent, q̃ si ipsi cõuincerentur. Et hoc rursus aliud populare quiddã & leue in sermoni bus est, q̃ quũ negatis ullam rem aut pulchrã esse, aut bonã, aut albam, aut aliud quid e iusmodi, aut omnino aliã ab alijs, reuera palàm hominũ ora cõsuitis, quemadmodũ etiã iactatis. Quòd uero nõ solũ aliorũ, sed etiã uestra ipsi cõsuere uidemini, hoc gratiosum quiddã est, & ut ne sint graues, à sermonibus detrahit. Hoc autẽ maximũ est, q̃ hæc ita se habent, & à uobis artificiosè inuẽta sunt, ut admodũ breui tẽpore quilibet homo di scere possit. Cognoui ego & Ctesippo animũ aduerti, quàm cito uos ex tẽpore imitari poterat. Huius igit rei sapiẽtia præclara quidẽ est, ad hoc ut breui tradatis, uerũ corã ho minibus disputare nõ est cõmodũ. Quare si me audietis, cauebitis ne corã multis dica tis, ut ne ubi breui perceperint, gratiã uobis nullã habeãt. Verũ maximè quidẽ ipsi in ter uos soli disputate: Sin minus, si quidẽ corã alio quodam, corã illo maximè qui uobis pecuniã persoluat. Eadẽ hęc si sapitis etiã discipulis uestris cõsuletis, ut nunquã cũ ullo homine disputent, q̃ uobiscũ, & ipsi inter se. Nã quod rarũ est ô Euthydeme, pretiosum

Aqua utilissima & optima

est. Aqua uero utilissima est, quũ sit optima ut Pindarus ait. Quare agite ut & me, & Cli niã hũc suscipiatis. Hæc ô Crito & alia quędã adhuc pauca colloquuti discedebamus. Cõsidera igit quõ unà mecũ ad uiros hos discipulus accedas. Nã asserunt illi docere se posse omnes qui pecuniã dare uelint: & neq; naturã, neq; ętatẽ ullam obstare. Quod ue ro tibi uel maximè audire cõuenit, asserũt neq; lucri studiũ quicquã impedire, ut ne qui uis facile artẽ & sapientiã ipsorum suscipiat. CRI. Equidẽ audiendi cupidus sum ego ô Socrates, & libenter discerẽ, uideor tamẽ & ego nõ unus ex his esse, qui similes sunt Eu thydemo, sed ex illis quos tu dicebas à talibus sermonibus libentius sustinere ut cõuin canr, quàm ut ipsi conuincant. At uero ridiculũ quidem mihi esse uidetur ut ego te ad moneã, quæ tamẽ audiui recẽsere tibi uolo. Scias itaq; quendã ex his qui à uobis discess serũt ad me deambulantẽ accessisse, utrũ qui se admodũ sapientẽ putat, ex eorũ nume ro qui circa iudiciales orationes præstãtes habent, & ô Crito dixisse nõ audis hos sapiẽ tes? Nõ per louẽ inquã. Nõ enim poterã adstans præ turba audire. Atqui operæpreciũ esset inqt audiuisse. Quid ita inquã? Vt audiuisses uiros disputãtes, qui nũc sapiẽtissimi sunt circa tales sermones. Et ego quid igit tibi usum est inquã? Quid uero aliud inquit ille, quàm ea quæ semper quis ex talibus audire possit, dum delirãt, & de rebus nullius precij indignũ studium adhibent. Sic enim quodammodo ad uerbum ille dicebat. Et ego attamen inquã gratiosa res est philosophia. Qualis illa inquit gratiosa ô beate, q̃ nullius precij existit? Sed & si nunc affuistis, erubuisses ut arbitror sodalis tui gratia, ita absurdus erat, dum seipsum exhibere uellet hominibus, quibus nihil curę est quid nam dicant, singula autem uerba captant. Et hi uelut modo dicebam in præstantissimos hu ius temporis habentur. At enim ô Crito inquit, res ipsa, & homines qui in re uersantur, admodum uiles sunt & ridiculi. Mihi uero ô Socrates rem ipsam non rectè uituperare uideba

uidebatur, siue hic, siue alius quis ipsam uituperet. Attamẽ cum talibus disputare uelle coram multis hominibus rectè reprehẽdere mihi uidebatur. SOC. O Crito admirandi sunt tales uiri. At nondum scio quid dicere debeam. Ex utrorũ numero erat is qui ad te accessit & philosophiam uituperauit, nũ orator quispiam, ex his qui in iudicijs litigan do præstantes sunt, aut orationum scriptor, ex his qui tales emittunt, quibus oratores il li litigant? CRI. Minimè profectò orator erat, neq; arbitror unquam ipsum ad forum iu diciale conscendisse, sed de re ipsa, intelligentia ipsum præditum esse dicunt, & præstan tem esse, & insignes orationes cõponere. SOC. Iam intelligo de his, & ipse nũc sanè uo lebam dicere. Hi enim sunt ô Crito, quos Prodicus dixit philosophi ac ciuilis uiri consi nia obtinere. Putant autem se omnium hominum sapientissimos esse, & ad hoc ut sunt, etiã uulgo admodũ uideri. Quare ut apud omnes in existimatiõe sint, nullos alios ipsis impedimẽto esse, quàm homines philosophiæ studiosos. Proinde ita sentiunt, si hos in eam opinionẽ adducant, ut nullius precij esse uideãtur, iam citra ambiguitatẽ apud om nes uictoriã ferre de sapientię opinione. Esse enim reuera seipsos sapientissimos. Verũ in priuatis sermonibus, quum ab Euthydemi sectatoribus deprehensi fuerint, coerceri, Sapientes autẽ esse se putant ualdè meritò, quum & philosophię quod satis sit habeãt, & ciuilem peritiam moderatè, & quantũ expeti possit, teneant. Participes enim se esse amborũ quantum opus est, & extra pericula & lites se positos sapiẽtia frui. CRI. Viden tur ne igitur tibi quid dicere? SOC. Nõ sanè. CRI. At sermo ipse uirorũ decorum quod dam habet. SOC. Habet ita ô Crito, decorum magis quàm ueritatem. Non enim facile ipsis persuaderi potest, q̃ & homines, & alia omnia quæ in medio duorum quorũdam posita sunt, & ambobus participant, ita se habeãt, ut quæ quidem ex malo & bono con stant, illo meliora, hoc deteriora sint: Quæ uero ex duobus bonis, non ad idem tenden tibus; ambobus deteriora ad hoc, ad quod utrũq; illorũ ex quibus cõpositum est cõmo dum existit. Quæ uero ex duobus malis, nõ ad idem tendentibus composita, in medio posita sunt, hæc sola utrisq; illis meliora sunt, quibus ambobus participant. Si ergo phi losophia bona est, & ciuilis actio bona, ad aliud autẽ utraq; tendit: Hi uero ambarũ par ticipes, in medio harũ sunt, nihil dicũt, utrisq; enim deteriores sunt. Si uero altera bona est, altera mala: hac quidẽ meliores, illa uero deteriores sunt. Si uero ambæ malæ sunt, sic sanè uera dixerint, aliàs autẽ nequaquã. Non igitur puto ipsos cõfiteri, neq; q̃ malæ ipsæ ambæ sint: neq; q̃ altera mala: altera bona: sed reuera hi ambarũ participes, amba bus inferiores sunt ad utrũq; præstandũ, tum id quod ciuilis actio, tum id quod philoso phia præstare potest. Et quũ tertij reuera sint, id quærũt ut primi esse uideantur. Condo nare igitur ipsis oportet cupiditatẽ istam, & nõ succensere, tales tamen esse putare, qua les sunt. Conuenit enim quẽuis uirum complecti, qui quamcũq; rem cũ sapientia con iunctam dicit, & fortiter persequẽs elaborat. CRI. Atqui ô Socrates etiã ipse de filijs in ambiguo cõstitutus sum, quid cũ ipsis agere debeam, uelut semper ad te dico. Et iunior quidem adhuc paruus est, Critobulus autem iam ætatẽ habet, & opus habet aliquo, ex quo utilitatem capiat. Ego igitur quoties tecũ congredior, ita afficior, ut insania esse mi hi uideatur, filiorum quidem gratia circa alia multa huiusmodi studium adhibere, & cir ca nuptias, ut ex generosissima gignanr matre, & circa pecunias, ut opulentissimi fiant: ipsorum autem institutionẽ negligere. Quũ autẽ ad aliquem respicio, ex his qui homi nes erudire se profitẽtur, penitus perturbor, & uidetur mihi cõsideranti unusquisq; ipso rũ admodũ ab hac re alienus esse, ut apud te quod uerũ est farear. Quare nõ habeo quõ adolescentẽ ad philosophiã cohorter. SOC. O chare Crito non nosti, q̃ in omni studio uiles quidẽ multi sunt, atq; hi nullius precij: præstãtes autẽ pauci, & quauis re digni. Nã gymnastica non pulchrũ quiddã tibi esse uidetur, itemq; lucrandi ars, & ars dicendi, & imperiũ militare? CRI. Mihi profectò uidetur. SOC. Quid igitur in unaquaq; harũ, mul tos ad unumquodq; opus non ridiculos uides? CRI. Ita per louem, & ualde uera dicis. SOC. Num igitur huius rei gratia & ipse omnia studia fugies, & filio illa nõ permittes? CRI. Nequaquam iustũ est ô Socrates. SOCR. Ne itaq; id quod non conuenit facias ô Crito, sed ualere sinas eos qui philosophiæ studium profitentur, siue boni sint, siue ma li, ipsam autem rem rectè ac probè examines. Et si tibi utilis esse uideatur, omnes homi nes, non solum filios auertas. Si uero uideatur talis, qualem ego ipsam esse arbitror, con fidenter persequere, & quod dicitur, hoc age, & ipse unà cum filijs exerce.

Mediorũ inter duo quæ sit ratio.

Præstantes in omni studio pauci

ARGV-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLO-rentini in Protagoram.

EXTAT apud Græcos uerissimum de Platone dictum, Phœbum uidelicet duos præcipue filios genuisse, Aesculapium, & Platonem. Aesculapium quidem qui corporibus, Platonem uero qui animis mederetur. Socratem quoque Socratici omnes purgandorum gratia animorum à deo missum fuisse testantur. Morbus autem animi in falsis opinionibus malisq; moribus uidetur consistere. Tantum uero malum ingenuis animis haud tam facile ab alijs, quàm à sophistis solet inferri. Profectò philosophi sunt qui ueritatem studiose quærunt ueritatis duntaxat ipsius amore. Sophistæ uero, opinionem affectant, similiter opinionis amore. Hi enim quasi disciplinarum mercatores & caupones, undique opiniones absq; delectu uarias congregant, tum ad excogitandum, tum ad dicendum utcunq; libuerit pertinentes, quas deinde quasi uenales diuitibus uendant adolescentibus, diuitiarum & inanis gloriæ gratia. Itaq; nihil unquã habent pensi, utrũ uera, uel bona an contrà, aut ipsi discant, aut alios doceant: sed & confundunt, & passim errores effundunt quotidie plurimos, nulla prorsus rectæ elationis habita ratione, modo & diuitias cumulent, & uulgarem gloriam consequantur. Quamobrem necesse est adolescentes atque uiros, qui sophistas ob sapientiæ opinionem, & eloquentiæ fucum plurimi faciunt, quotidie ab illis falsarum opinionum, pessimorumq; morum uenena combibere. Siquidem mali mores, & falsæ sequuntur opiniones, & facile ab auaris ambitiosisq; præceptoribus, qui nihilominus plurimi existimantur, in discipulos transfundantur. Plato igitur animorum miserias tam prone, tam grauiter periclitantium, frequẽtissime sub Socratis sui persona male ficos, ueneficosq; sophistas pro uiribus detestatur, quo uidelicet homines discendi cupidi caute fallaces deuitent Sirenum cantus, & noxia pocula Circes. Neq; tamen inuectiuis eos manifestis effulminat, ne uel ipse perturbatione ulla odioq; in illos uideatur adductus, uel ipsi ipsorumq; sectatores, uenenosa in eum impudentissimæ linguæ tela retorqueant. Ergo partim ironia, partim risu, sæpe ioco, & ludo, sæpius honesta quadam redargutione immeritam sophistis auctoritatem conatur adimere. Id quidem in sophista acutissime perficit. Idem in Gorgia elegantissime. Facete admodum & urbane in Hippia. Scite & argute in Euthydemo. Artificiose etiam in Protagora, sæpeq; similiter. Vbique uero Sophistas omnia profitentes inducit iactabundos, & glorioſos, temerarios insuper, & auaros. In principio quidem disputationis satis aptos, paulatim uero ineptiores, postremo omnium ineptissimos, qui nulla de re præcipue grauiori, uel quid sit, uel quanta, uel qualis, intelligant: cumq; profiteantur omnia, nihil eos omnino scire conuincit. Hactenus in omnes Platonis dialogos in quibus Sophistarum commemoratio fit, præfatos esse sufficiat. Pergamus iam ad Protagoram. Socrates à Diotima fatidica artem amatoriam didicit, per quam sciebat per corporum pulchritudinem quasi per uestigia quædam sagaciter uenari, tum animi, tum mentis angelicæ, deiq; pulchritudinem, eandemq; artem ubique docebat. De hac eius arte Plato, & sæpe alibi, & in Sympoſio ac Phædro præcipue pertractauit. Eandem in principio huius libri significauit. Idcirco subiunxit eum non minus amare uirum quàm adolescentem. Ac paulo post seniores quoq; amare ardentius, modo sapientiores appareant. Post hæc Socrates dum Hippocratem adolescentem disciplinarum auidissimum artificiosissime monet ne temere cuiuslibet se disciplinæ committat, non solum illum, sed & nos commonefacit, ut earum animi lõge magis quàm corporis habeamus, caueamusq; diligẽter ne disciplinis ipsum noxijs imbuamus. Eas enim magis obesse animo, quã corpori nostro uenenũ. Mox quasi pictor Sophistarũ fastũ, uanitatemq; ante oculos ponit. Demõstrat quoq; quantũ iuuentus credula eorũ tum põpam admiretur, tũ lenocinijs capiatur. Deinde ad ea descẽdit quæ maximi ad uitã momenti sunt, & quibus sophistæ plurimũ gloriantur, quærẽs de uirtute quidẽ omni, præcipue uero de præcipua, id est ciuili, per quã & propria cuiusq;, & familiaris, & publica res ad summũ bonum recta ratione disponitur: quã uelut præ cæteris necessariã Plato in omnibus penè quærit dialogis: intereaq; ostendit hanc nullo modo à Sophistis esse petendam, sed quodãmodo à philosophis: qui cum uerũ intelligant colantq; bonum, nimirum recto ad ipsum tramite deo duce perducere possunt. Sed redeamus nunc ad Sophistam, quem non posse uirtutem eiusmodi, uel exemplo tradere, uel disputatione docere, ex hoc plenè perspicitur, quod & ipse uirtutis est expers & rectum disputãdi ordinem nõ obseruat. Cum enim interrogetur Protagoras hic à Socrate, utrum uirtus doceri possit nec ne, utpote qui ueræ disserendi artis sit ignarus, recipit statim se ostensurũ uirtutẽ posse doceri antequam quid ipsa sit quotue in partes diuidatur, aperiat. Socrates autẽ tentandi Sophistæ gratia argumentatur eam doceri nõ posse, his penè uerbis. Quãdo publice de aliquo eius artis opificio consultatur quæ à certis præceptoribus doceri potest, nullus admittitur ad consiliũ præter illos qui artẽ eiusmodi ab ipsis præceptoribus didicerunt, ipsiq; exercuerunt. Quãdo uero de publicis rebus quæ ad uirtutẽ ciuilem spectãt deliberatur, omnes fermè similiter admittũtur, neq; ab ullo quæritur utrum, & à quo, & quando peritiã ciuilem acceperit, quasi omnes intelligant eam certis in scholis discinõ posse. Præterea si ab altero alteri traderetur, præcipue uiri in ea clarissimi rem hãc tam preciosam sæpe suis hæreditario quodã iure relinquerẽt. Ad hæc Protagoras lõgis probat ambagibus, nonnullas doceri posse uirtutem. In quibus notanda quædam priscorum refert mysteria. Decet enim quamuis Sophistã sit, nonnulla etiam legisse bona, & cum prolixe loquatur apud Platonẽ, utilia quædam adducere. Tradunt theologi ueteres sub terra quondam animalia latuisse, id est in prima mundi materia rerum semina præfuisse. Præterea Ionem, id est deum mundi opificem per sequentes deos, hoc est per stellas, animalia ex elementis imposuisse. Deos autem ministerio dæmonum animalia instrumentis adminiculisq; ad uitam necessarijs armauisse, ea uidelicet ratione, ut Prometheus, qui dæmonum sublimium ordinem significat, armaret homines: Epimetheus autem qui inferiorum dæmonum refert exercitum, bruta fulciret, neq; id quidem iniuria: siquidem altiores dæmones, naturæ incorporeæ atque rationali: humiliores autem corporeæ irrationaliq; potius sauent. Quantum uero Epimetheus inferiorq; natura in his quæ ad corpus pertinent fauet brutis, tantum Prometheus prouidentiaq; superior in ijs quæ ad animũ spectant hominibus cõsuluisse uidetur. Cum enim artis

artis tribuit rationẽ, artificiosum omniũ quæ natura bestijs dederat, exhibuit fabrum. Accepit autẽ artem ipsam unà cum igne ab officina Mineruæ, atq; Vulcani. Minerua quidem in arte ingeniũ, Vulcanus autẽ efficaciam continet, ignis deniq; instrumentũ. Gemina uero hæc numina, Minerua, Vulcanusq;, primo quidẽ in ipsis artium ideis excogitãtur. Deinde in Mercurij Martisq; uirtutibus. Postremo in dæmonibus gubernatoribus artiũ. Ab his igitur omnibus Prometheus rationalis animæ gubernator in hominẽ traiecit artis industriã. Quoniam uero diuinũ id extitit donum, statim ob ipsam cum superis cognationẽ homo ueneratus est deum antequã uel loqueretur, uel artes aliquas exerceret: quippe cum diuinũ munus ob mirificam eius potentiã prius erigat in diuina quàm porrigat per humana. Prometheũ uero ob id munus dolore affectum, significat dæmoniciũ ipsum curatorem nostrum, in quo & affectus esse possunt, misericordia quadam erga nos affici, cõsiderantem nos ob ipsum rationis munus ab eo uel datum, uel potius excitatũ, tanto miserabiliorem uitam in terris quàm bestias agere, quãto magis sollicitam atq; inexplicabilem. Quod quidẽ Pythagoras animaduertẽs, Epimetheum quantum ad hoc ipsum spectat, Prometheo antepoſuit. Id autẽ illi quodammodo simile uidetur esse. Pœnitet me fecisse hominem. Proinde memento hominẽ hic quemadmodũ & apud Moysen ex terra, & postremo creatũ. Item more quasi Mosaico mundũ initium habuisse. Sed de his aliàs. Per eundẽ Prometheũ in Philebo dicitur datam esse nobis à dijs disserendi artẽ unà cum igne. Ars enim disserendi, ubi uniuersalia in particularia diuidit, processum rerum à superioribus repræsentat: ubi particularia uicissim in uniuersalia rite resoluit, cõuersionem rerum ad superiora designat: ubi definit & ubi demonstrat, existentiam rerũ ostendit, ibi quidem in seipsis, hic autem ab alijs dependentium. Ideo disserendi facultas diuinum est donum, cum diuinũ uniuersi ordinẽ referat. Cum igne uero data dicitur, quia ignis similiter diuidit, resoluit, desinit atq; demonstrat. Item quia rationalis facultas ignis instar illuminat intellectum, accendit uoluntatem, & utranq; eleuat ad sublimia. Quod autẽ traditur Prometheũ ciuilem uirtutem saluti hominũ penitus necessariam largiri nõ potuisse, propterea quod uirtus eiusmodi penes Iouem sit, quò Prometheo nõ licet ascendere, ea ratione intelligendũ est, quia ciuilis uirtutis officiũ est non solum rebus humanis, sed etiã artibus imperare, singulaq; cũ singulis ordinare, cũctas denique in cõmunem omniũ formã dirigere. Idem uero officiũ Iouis ipsius est in uniuerso, quod in hominũ genere apparet scientiæ ciuilis officiũ. Quamobrẽ non iniuria ad Iouẽ ipsum spectat hãc nobis ex alto largiri. Vniuersalis enim uirtus ad uniuersalem Iouis pertinet prouidentiã. Prouidentia uero dæmoniũ particularis est, & angusta, ideoq; in Iouis arcẽ nequit ascendere: cum angustior humiliorq; prouidentia, amplissimã eminentissimãq; æquare nõ ualeat. Iupiter igitur per Mercuriũ, id est per angelũ diuinæ uoluntatis interpretem, ciuilis scientiæ leges, id est uoluntatis suæ decreta ad humanæ societatis genus seruandum mentib. nostris inscribit: inscribit inquã, & ab initio, quod Timæus aperte docet, & quotidie per angelos diuinã nobis uoluntatẽ interpretãtes. Vnde intimus in nobis præsidet iudex inextinguibile rationis lumen, rectũ ueri falsiq; & boni maliq; examen, ineuitabilis cõscientiæ stimulus. Per hanc deus insusam omnibus legem omnes ita fermè ad cõmune dirigit bonũ, ut omnes flãmas leuitate erigat ad superna. Ab hac utiq; ingenita lege lex deinde scripta duxit originẽ. Quod quidẽ in ipso libri legũ exordio Plato aperuit dicens, nõ ab homine, sed ipso deo leges initium habuisse. Sed ut ad præsentem dialogũ redeamus, subiungit Iouem per Mercuriũ condidisse legẽ, qua iubeãtur omnes ciuilitatis esse participes: quippe cũ hæc sola sit uinculũ ciuitatis: ipsamq; ciuitatẽ iustitia & pudore cõstantem ait ad omnes cœlitus demisisse, eo uidelicet pacto, ut quicunq; postbac uirtutis huius omnino expers deprehẽsus fuerit, tanquã ciuitatis pestis ultimo afficiatur supplicio. Quẽ uero primo appellauit pudorẽ, deinde temperantiã nominauit. Est enim pudor ingenitus temperãtiæ fundamentũ. Temperantia quidẽ in ciuibus proprios cuiusq; moderatur affectus, gestusq; componit. Iustitia uero actus cuiusq; cõducentes ad alios dirigit. Memẽto uero ciuilitatẽ in persona priuata his ferè duobus esse contentam, sed in publica ex Platonis mẽte his adhibendam esse prudentiã. Atq; id quidem penè satis in pace fuerit: in bello aũt fortitudinẽ adhibeto, atq; ita ciuilitatis erit absoluta descriptio. Post hæc aũt cõfirmat Protagoras à cõmuni hominũ sententia uirtutis huius participes omnes esse debere, propterea quod, si quis iniustitiã suam palam fateatur, uulgo insanus habebitur: quasi omnes existiment tam necessariã communem ciuitati iustitiam, ut etiã si quis non habeat, saltem habere eam debeat simulare. Cũ uero ostenderit hactenus ciuilem uirtutẽ esse omnibus maxime omniũ necessariam, eiusq; affectum quendam siue somitem semenq; ab initio diuinitus nobis insusum, demõstrare deinceps aggreditur uirtutem ciuilem, immo & alias (omnes enim illa cõplectitur) neq; natura neq; casu absolutũ firmumq; habitum sortiri posse, sed doctrina duntaxat & cõsuetudine eius habitum comparari. Ad id uero primo rationẽ affert ostendentem homines non solere aliquem ob ea quæ uel natura, uel casu fiũt probare unquã, uel improbare: actiones autẽ uirtutis aut uitij, laudare seu per aut uituperare. Deinde pueritiæ adolescẽtiæq; educationẽ sub domesticis, grammaticis, musicis, gymnasticis, legibus, ordine quodam longo disponit, ostẽdens totã uitæ institutionẽ ad id obnixe contendere, ut declinentur uitia, uirtutes posideantur: quasi neq; uitia neq; uirtutes, uel fortuna, uel fato, sed arbitrio, & exercitatione proueniãt. Interea priscorum perstringit sententiam de uitijs puniendis cõsideratione dignã, uidelicet neminem quæ deliquerit, sed ne uel ipse ulterius, uel alius eius exẽplo delinquat, puniendũ esse: respõdetq; ad illa quæ obiecerat Socrates. Nos autem omnibus quæ hactenus disputata sunt auream illam priscorum sententiam tenebimus alta mente reposẽtam. Primo quidẽ deum ipsum uitæ salutiq; nostræ omnibus undiq; modis prouidere atq; cõsulere. Deinde ciuilem uirtutem donum esse diuinum, ne quis forte confidat se absq; diuina gratia rempublicam recte feliciterq; gubernaturũ. Id enim in Legibus, & alibi Plato confirmans ait: quemadmodũ bestiæ multæ ab una nisi sub humano pastore recte duci nõ possint, ita neq; homines multi feliciter ab uno quodam rege, nisi & unus regatur à deo. Ideoq; regendi facultatem non aliunde quàm à deo haberi in Theage & Menone probat. Protagoras uero sophista quid uelit ipse uiderit. Denique quàm necessaria sit inuiolata iustitia missa cœlitus meminerimus, si aures assidue nostras priscorum uoces illæ circumsonent: Mortales quondam miseri antequam ciuilitas cœlitus mitteretur, neque segregati uiuere poterant, quin passim laniarentur à feris, neque iterum congregati, quin

à se inuicem lacerarentur. Itaq; salutẽ nobis quã cunctæ simul artes præstare non potuerunt, sola tandem iustitia præstitit. Post hæc Socrates ne Sophista propter nonulla quæ ab alijs accepta narrauerat bona, admirationi sit audientibus, ironica quadam, & urbana, & artificiosa redarguẽdi ratione reddit illum præsentibus deridendum. Interrogat enim postquam de uirtute tam magnifice fuerat elocutus, utrũ una sit tantũ uirtus an plures. Præterea si plures, utrũ sint partes uenius, necne. Rursus si partes, nũquid similes sibi inuicem atq; toti, an utrinq; dissimiles. Ad hæc Protagoras neq; recte scit respondere, neq; definire aut partiri uirtutes, neq; distinguere qua ratione similes sint, & qua dissimiles, neq; quod in disputando turpissimũ est, euitare quin ad id facile deducatur, ut sæpe sibijpsi repugnet. Tandem uero cum ob ignorãtiam respõdendi inciperet Protagoras tergiuersari, ideoq; Socrates abiturũ se simularet, ab auditoribus Sophista ad differendum est reuocatus. In qua quidem altercatione, Prodici primum Sophistæ superstitiosa circa uocabula curiositas demõstratur, deinde Hippiæ quoq; Sophistæ ostentatio in cõcionando tumidior. Postremo Protagoras reuocatur ad disputandum, importune nimium, & inepte in carmina poesimq; digreditur, interrogans Socratem de quadam Simonidis poetæ sententia, quam & ipse minime intelligere à Socrate mox conuincitur, mentẽ Simonidis exponente, quasi dixerit, uirum bonum fieri quidem esse difficile, perseuerare autẽ impossibile. Hic audies priscorũ sapientiam uerbis quàm paucissimis fuisse contentam: atq; posse breuibus multa complecti, uiri absolute docti opus esse. Item nemínem mala turpiaq; sponte committere, sed ignorantia, Deniq; ubi dialectico more disseritur, poetica respuenda. His actis iterum Sophista tergiuersatur, atq; uix à præsentibus reuocatur. Tunc Socrates ad priorem de uirtute disputationem regreditur, utrũ multæ sint uirtutis unius partes, & qua inuicem ratione se habeant. Protagoras autem iterum labitur, affirmans alias inter se uirtutes esse simillimas, quod in superioribus non admiserat: item fortitudinem ab alijs longissime separans, consentiensq; hominem absq; prudentia cæterisq; uirtutibus fortem esse posse. Qua in re sibimet repugnare deinde compellitur, confiteriq; non solum fortitudinẽ, sed neq; etiam uirtutes ullas absq; prudentia posse consistere. Tum uero de bono, & malo multa tractantur. Siquidem prudentia est scientia eligendi boni maliq; uitandi. Ambigitur autem utrum bonum malumq; idem sit penitus quod & uoluptas atq; dolor. Neq; affirmatur id quidẽ omnino, neq; manifeste omnino negatur. De hoc enim in Gorgia, Phileboq;, & alibi. Omnino uero probatur prudentiam ipsam in qua finis uitæ cognitio, & uiarum ad hunc conferentium consistit electio, moralium uirtutũ esse principẽ atq; ducem: idq; usq; adeo asseritur ut uirtutes quasi scientiæ, id est prudentiæ quædam uideantur esse, uitia uero insciti æ, scilicet imprudentiæ quædam. Additur deinde peccata omnia ab ignorantia proficisci, neq; ullum aliquãdo electurum mala nisi, deceptum imagine boni: neq; fugiturum bona, nisi imagine quadam mali perterritum. Siquis uero dixerit hominem bona discernentem atq; mala, ab illis tamen diuerti, ad hæc contrà conuerti, propterea quod à uoluptate uel affectu sensuum alio superetur, Socrates id negabit, asserens idipsum quod ab affectu superari dicitur, nihil esse aliud quàm insciti am: Scientiam uero omnium quæ in nobis, & circa nos sunt, potentissimum esse, neq; ab ulla re unquã superari posse. Deniq; concludit scientiam plurimum, immo totum ad uirtutem beatitudinẽq; conferre, ignorãtiam uero pariter ad contraria. Iterumq; Protagoram corripit, quod & sibimet contradixerit, & ordine usus præpostero fuerit. Siquidem antequã quid sit uirtus definiat, partiri eam aggreditur, & utrum doceri ualeat disputat. Simulat quinetiam Socrates se quoque in repugnantiam esse deductum, ex eo duntaxat quod Sophistam secutus fuerit aberrantem, admoneteq; ut Promethei prouidentiam potius quàm Epimethei properantiam in omni uita pro uiribus imitemur.

PLATONIS ATHENIENSIS PROTAGORAS, AVT SOPHISTAE. *Sub ostentationis specie.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SODALIS. SOCRATES. HIPPOCRATES. PROTAGORAS. ALCIBIADES. CALLIAS. CRITIAS. PRODICVS. HIPPIAS.

VNDE nobis Socrates apparet? Num ex uenatione ea, qua Alcibiadæ pulchritudinem persequeris. Et sanè mihi nuper ipsum conspicato, uisus est pulcher uir esse, uir sanè ô Socrates, ut inter nos ipsos dicatur, & cui barba iam succrescens prodiret. SOC. Quid tum postea? nõ laudas tu Homerũ, qui gratissimam esse dixit pubertatem eius qui iam barbescere inciperet, quam nunc Alcibiades habet? SOD. Quid igitur nunc? num ab illo nobis ades? & quomodo adolescens erga te affectus est? SOC. Bene mihi uisus est, & maxime hodie. Multa enim pro me dixit, opem mihi ferens, et nunc ab illo uenio: absurdũ tamẽ quiddã tibi referre uolo. Præsente enim illo neq; animũ aduertebã, ipsiusq; frequẽter obliuiscebar. SOD. Quæ uero tanta res circa te & illum accidere potuit? Neq; enim alium

alium aliquem pulchriorem conuenisti in hac ciuitate. SOC. & multò utiq;. SOD. Quid ais? ciuem ne aut externũ? SOC. Externum. SOD. Cuiatem? SOC. Abderitanũ. SOD. Et ita pulcher tibi uisus est externus ille, ut Cliniæ filio pulchrior tibi apparuerit? SOC. Quomodo uero ô bone non id quod sapientissimũ est, pulchrius esse uideretur? SOD. Nunquid à sapientis alicuius congressu nobis apparet? SOC. Sapiẽtissimi profectò huius ætatis, si tibi sapientissimus esse Protagoras uidetur. SOD. Ô quid ais? Protagoras huc accessit? SOC. Tertia iam est dies. SOD. Et nunc cum illo congressus nobis ades? SOC. Ita sanè, & qui multa dixerim, & multa audiuerim. SOD. Quid igitur nõ exponis nobis congressum, nisi quid te prohibeat consedens hic, puero hoc locum cedere iusso? SOC. Maxime quidem, & gratiam uobis habebo, si audieritis. SOD. Quin & nos tibi, si dixeris. SOC. Geminata itaq; fuerit gratia, uerum audite præterita nocte hac profundo adhuc diluculo, Hippocrates Apollodori filius Phasonis frater, fores baculo ualdè pulsabat: & quum quispiam ipsi illas aperuisset, statim intrò festinans ibat, & uoce magno pere intenta, Socrates inquit uigilas, aut dormis? & ego cognita uoce ipsius, Hippocrates inquam, num nouí aliquid affers? nihil sanè inquit ille, nisi omnia bona. Bene dicis inquam ego, quid uero est? & cuius gratia huc uenisti? Protagoras inquit uenit, & in propinquo apud me diuertit. Nudiustertius inquam ego, tu uero modo audiuisti uesperi hercules inquit, & simul appræhenso scabello, ad pedes meos cõsidebat, & dixit, uespericet tibi narrare me ipsum persequutum esse, præ alia quadam re oblitus fui. Postquàm autem redijssem, & cœnati essemus, & quiescere uellemus, tunc frater mihi dicit, Protagoram uenisse, & adhuc statim te accedere uolebam, postea tamen ualde iam profunda nox esse uidebatur. Postquàm uero citissime me ex lassitudine somnus dimisisset, statim ut surrexi huc me contuli. Et ego qui fortitudinem & admirationis affectionem in ipso cognoscerem, quid igitur hoc ad te inquam? iniuria afficit te Protagoras? & ille ridens per deos inquit ô Socrates, eo quòd solus est sapiens, me uero talem non facit. At per louem inquam ego, si dederis ipsi argentum, ipsiq; persuaseris, faciet & te sapientẽ. Si inquit ille ô lupiter ac diij, in hoc situm esset, neq; mearum neq; amicorum facultatũ quicquam reliquí facerem, uerum ea de causa nunc ad te uenio, quo cum ipso pro me colloquaris. Ego enim simulq; & iunior sum, simulq; nunquam Protagoram uidi, nec audiui. Puer enim adhuc eram, quum primum huc accessisset. At uirum hunc ô Socrates omnes laudant, & in dicendo sapientissimũ esse dicunt. Sed cur non imus ad ipsum, quo domi deprehendamus. Diuertit autem uelut ego audiui, apud Calliam Hipponici filium. Verum eamus. Et ego nondum inquam ô bone eo eamus, adhuc enim mane est, sed huc surgamus ad aulã, & isthic deambulantes conuersemur, donec illucescat. Deinde eamus. Nam plerunq; domi moratur Protagoras. Quare confide, deprehendemus ipsum intus. Postea ubi surrexissemus, in aula deambulabamus: & ego experimentum fortitudinis ipsius faciens, explorabam ipsum & interrogabam. Dic mihi inquã ô Hippocrates, Protagoram nunc adire meditaris, argentum illi persoluturus, mercedem pro teipso, uelut ad quem abiturus? & quis ipse euasurus? Quemadmodũ sanè si ad cognominem tibi Hippocratem Coum Asclepiadarũ generis abire destinasses, ut mercedẽ persolueris illi argentum pro te ipso, & esset qui quæreret ex te, uis' ne dic mihi Hippocrates persoluere mercedem Hippocrati uelut quis tandem sit, quid' nam respondere? dicerem utiq; uelut qui medicus sit. qualis ipse euasurus? medicus inquit. Si uero ad Polycletum Argiuum, aut Phidiam Athenien sem abire statuisses: mercedemq; pro te persoluere illis, & quis te interrogaret, hoc argentum Polycleto & Phidiæ uelut quis' nam sit persoluere cogitas? quid respõderes? dicerem uelut qui statuarij sint. Quis uero ipse euasurus? nempe statuarius. Sit ita inquam ego. Proinde ad Protagoram nũc abeuntes ego & tu, pecuniam illi mercedem pro te persoluere parati erimus, si quidem sufficient nostræ pecuniæ, & his ipsi persuaserimus. Sin minus etiam, amicorum facultates eroga turi. Si quis igitur nos huic adeò rei intentos interrogaret. Dic mihi ô Socrates & Hippocrates, uelut qui' nam sit, pecunias Protagoræ persoluere cogitatis? quid' nam ipsi responderimus? Quod nomen aliud de Protagora dici audiuimus, quemadmodum de Phidia, quòd sit statuarius, & de Homero, quòd sit poeta, quod eiusmodi nomẽ de pro

Sapiens solus, iniuriosus

Hippocr. Cous Medicus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tagora audiuimus? Sophistam sanè inquit, nominant uirum ô Socrates. Ergo uelut Sophistæ persoluturi pecunias abimus? Maximè. Si igitur & hoc insuper ex te quis interrogarer. Ipse uero uelut quis euasurus ad Protagoram abis? & ille erubescens inquit: iã enim illuxerat aliquid diei, ut ipse conspicuus esset: si quidem superioribus res similiter se habet, manifestum est quod sophista euasurus. Tu uero inquã ego, nõ rubore perfunderis exhibiturus te græcis sophistam? Profectò ô Socrates, si quæ cogito dicere oportet. At fortassis non eiusmodi tuum discendi ex Protagora modum fore arbitraris, sed qualis apud grammatistam fuit, & Citharistam & pædotribam. Horum enim artes singulas Tu non uelut opifex futurus didicisti, sed discendi gratia, uelut ignarũ & liberum hominem decet. Maxime inquit mihi uidetur eiusmodi magis esse discendi ex Protagora modus. Nosti igitur quid nunc facere uis, aut latet te inquam ego? de qua re? Animã tuam curandam exhibere uis uiro uelut ais Sophistæ. Quid uero sit Sophista, mirũ est mihi si nosti. Atqui si hoc ignoras, neq; cui commendas animã nosti, neq; an bonæ, aut malæ rei. Arbitror inquit ille me scire. Dic itaq; quid putas esse Sophistam? Ego inquit ille, uelut nomen indicat, arbitror esse peritum sapientiæ. Nónne hoc inquam ego, etiam de pictoribus & fabris dicere licet, quòd scilicet & hi sunt sapientię periti? At si quis interroget nos, cuius sapientiæ periti sunt pictores, dixerimus ipsi, eius quæ ad efficiendas imagines pertinet. & reliqua eodem modo. Si uero quis illud interroget, Sophista uero cuius sapientiæ peritus est, quid' nam ipsi responderimus? cuius opificij præceptor est? quid' nam ipsum esse dixerimus? præceptorem ô Socrates qui præstantem in dicendo facere possit. Fortassis inquam ego uera diceremus, non tamen sufficienter. Nãostra responsio adhuc requirit interrogationem, de qua re Sophista præstantem in dicendo facit? Quemadmodum Citharista præstantem facit in dicendo de ea re, in qua sanè etiam peritum, nimirum de pulsanda cithara. Nunquid? Etiam. Sit ita. At Sophista de qua re præstantem in dicendo facit, nimirum in qua etiã peritus est? uerisimile est. Quid uero est hoc in quo & ipse sophista peritus est, & discipulum facit? Per Iouem non habeo quod dicam, Et postea dicebam. Quid igitur nosti in quale periculum animam expositurus abeas? Aut si quidem corpus alicui cõmittere te oporteret, in id periculi, quo ipsum aut bonum fiat aut malum, multa consideratione utereris an committendum esset, aut non: & in consilium adhiberes amicos & familiares per multos dies deliberans. Qui uero animam pluris quàm corpus facis, & in quo omnia tua sita sunt, ut bene aut male agas, prout aut bonum aut malum id ipsum fiat, de eo neq; cum patre, neq; cum fratre, neq; cum ullo aliquo nostrum qui tibi amici sumus, communicasti, an cõmittere oporteat te animam tuam externo huic qui huc uenit hospiti, sed uesperi ubi audiuisti uelut ais, mane ades, & de hoc quidem neque rationem, neque consilium inis, an ipsi committere teipsum oporteat, aut secus: paratus autem es tuas, & amicorum facultates in sumere, uelut qui iam pernoueris quòd Praxagoręconsuetudo tibi omnino amplexanda sit, quem neque nosti uelut ais, neque alloquutus es unquam, uerum sophistam nominas. Quid autem sophista sit, ignorare uideris, cui teipsum commissurus es. Quibus ille auditis, ita res se habet inquit ô Socrates, uelut apparet ex his quæ tu dicis. Num igitur Sophista est ô Hippocrates, mercator quispiam, aut caupo mercium, ex quibus animã nutritur? Mihi sanè eiusmodi quispiam esse uidetur. Qua uero re ô Socrates animã nutritur? Disciplinis inquam ego, & ut ne sophista laudans ea quæ uẽdit, nos decipiat, diligenter cauendum est: quemadmodum hi mercatores ac cauponesqui corporis alimenta uendunt ac cauponantur. Nam hi de mercibus quas uehunt, neque ipsi sciunt quæ bona aut mala corpori existant, sed uendentes omnia laudant, neq; hi sciũt qui ab ipsis emunt, nisi quis exercitiorum magister sit, aut Medicus. Sic sanè & qui disciplinas per ciuitates circumuehunt, & uendunt semper instar cauponum his qui illas expetũt, laudant quidem etiam ipsi quæ uendunt omnia, fortassis autem & horum aliqui ignorant quæ uendunt, an bona aut mala animæ sint. Eodem etiam modo qui ab ipsis emit, nisi rursus quis animæ Medicus existat. Siquidem igitur tu peritus es horum, & quouis alio potes? Sin minus, uide ò bone ne de rebus charissimis aleam subeas ac periclitẽris. Etenim longè maius periculum est in disciplinarum quàm in ciborum emptione. Nam qui cibos ac potus à mercatore quopiam & caupone emit, ei in alijs uasis illos deportare licet, & prius quàm ipsos bibendo aut edendo in corpus assumat, domi deponere, & accito earum rerum perito consilium capere, quid edendum ac bibendum sit, & quid nõ, & quantum, & quando, ut nõ sit adeo magnum in emptione periculum. At disciplinas in alio uase auferre nõ datur, sed necesse est deposito precio, disciplinam quam quis didicit in animo accipere, & aut læsum, aut utilitate inde accepta abire. Hæc igitur cum senioribus nobis consideremus. Nos enim adhuc iuniores sumus quàm ut tantam rem dijudicare possimus. Nunc tamen uelut instituimus eamus, ac uirum audiamus, postea uero ubi audiuerimus, etiam alijs communicemus. Equidem non solus Protagoras ista hic est. Sed & Hippias Eleus, & ut puto etiam Prodicus Ceus, & alij multi ac sapientes. His ita nobis constitutis ibamus. Postquàm autem præforibus essemus, consistẽtes de re quadam colloquebamur quæ nobis in uia inciderat. Ne igitur is sermo imperfectus nobis relinqueretur, sed eo absoluto ita ingrederemur, consistentes præforibus colloquebamur, donec inter nos consentiremus: Ianitor igitur Eunuchus quidam audiuerat nos colloquentes, & propter multitudinem sophistarum, his qui ad domum accederẽt indignabatur. Pulsatis itaq; foribus ubi ille aperuisset, & nos uidisset, Eia inquit Sophistæ quidam, non uacat ipsi, & simul ambabus manibus fores ualdè prompte quantum eius fieri poterat, illidebat. Et nos rursus pulsabamus. & ille occlusis foribus respõdens ait, ô homines inquit non audiuistis quòd non uacet ipsi? At ô bone inquam ego neq; ad Calliam uenimus, neque Sophistæ sumus. Verum confide, Protagora enim opus habemus, & ut ipsum uideamus uenimus. Nuncia itaque rem intrò. & uix tandem homo nobis fores aperuit. Quum autem ingressi essemus, deprehendimus Protagoram in porticus uestibulo deambulantem. Deinceps autem ab ipso simul deambulabant, ab altero latere Callias Hipponici filius, & frater eius uterinus Paralus Periclis filius, & Charmides Glauconis: ab altero Xanthippus Periclis alter ille filius, & Philippides Philomeli filius, & Antimoerus Mendæus, qui inter Protagoræ discipulos maxime celebris erat, & sic artem discebat, uelut sophista futurus. Hos à tergo sequebantur, qui quæ dicerentur audirent, & plerique externi erant, quos ex singulis ciuitatibus per quas proficiscitur, Protagoras secum ducit, illectans ipsos uoce uelut Orpheus, illi uero ad uocem deliniti sequuntur. Erant & indigenæ quidam in eo cœtu, quem sanè cœtum conspicatus ego maximè delectatus sum, ita honestè reuerebantur ne unquàm ab anteriori parte Protagoræ impedimento essent, sed ubi ipse, & qui cum ipso essent, se conuerterent, hi rite & cum ornatu hinc atque illinc aures præbentes se scindebant, & in circulo obeuntes, semper retrò honestissime consistebant. Post uero agnoui, inquit Homerus, Hippiam Eleum in aduerso porticus uestibulo sedentem in throno. Circum ipsum uero sedebant in scabellis Eryximachus Acumeni filius, & Phedrus Myrrhinusius, & Andron Androtionis filius, & de externis tum ciues ipsius, tum alij quidam. Videbantur autem de natura & rebus sublimibus astronomica quædam ex Hippia percunctari. Ille uero in throno considens singulis respondebat, & quæsita exponebat. Quin & Tantalum conspexi. Accesserat etiam Prodicus Ceus. Erat autem in domuncula quadam, qua antea uelut promptuario Hipponicus usus erat, nunc aũt prę multitudine hospitũ, qui ad ipsum diuerterant, Callias etiam hanc euacuatam externis hospitium fecerat. Prodicus itaq; uillosis pellibus, & stragulis ualdè multis, ut apparebat intectus, adhuc decumbebat. Assidebant autem ipsi in propinquis sellis Pausanias ex Ceramẽsibus, & cum Pausania tenellus adhuc adolescentulus, honesta ac bona natura, uelut ego puto præditus, forma certè ualdè pulchra, cuius nomen audiuisse me puto, uocari ipsum Agathonem, neq; mirum apud me erat, quòd hic Pausaniæ amatus esset, atq; hic quidem erat adolescentulus ille. Aderant & ambo Adimanti, tum Cepidis, rum Leucolophidæ filius, & quidam alij. Verum de quibus differebant, nõ poteram ego foris intelligere, etiamsi libenter Prodicum audiuissem. Penitus enim sapiens & diuinus uir esse mihi uidetur, sed ob uocis grauitatem, sonitus quidam in domũculo oboriebatur, & obscura reddebat ea quæ dicerentur. Et nos quidem iam ingressi eramus. Post nos autẽ ingressus est & Alcibiades ille pulcher, uelut tu ais, & ego credo, & Critias Callæschri filius. Nos igitur ut ingressi essemus, pauca quædam colloquuti adhuc, & hæc conspicati,

Artes quæ discantur à non futuris opifici bus

Sophista quid sit

Medicus animæ

Seniorum con silia

Universidad de Deusto
Biblioteca

conspicati, ad Protagoram accedebamus. Et ego ô Protagora inquam, ad te ego & hic Hippocrates uenimus. Vtrum inquit ille, cum solo colloqui uolentes, aut etiã alijs præsentibus. Nostra quidem inquam ego, nihil interest. uerum ubi audieris id cuius gratia uenimus, ipse considerabis. Quid igitur est inquit, cuius gratia uenistis? Hippocrates hic ex indigenis est, filius Apollodori, de familia magna & felice. Ipse uero natura uidetur esse æmulus æqualium. Et mihi quidem uidetur expetere, ut clarus doctrina in ciuitate fiat. Hoc autem arbitratur sibi maxime contingere posse, si tua cõsuetudine utatur. Tu itaque iam considera, utrum de hoc solus cum solis colloqui uelis, aut alijs præsentibus. Recte inquit ille prouidentiam de me habes ô Socrates. Nam uirum externum, & qui ad magnas ciuitates proficiscitur, & in his adolescentibus optimis persuadet, utrelictis aliorum consuetudinibus, familiarium, externorum, senum, iuuenum, secum conuersentur, uelut meliores ex sua consuetudine euasuri, talem uirum qui hæc agit ualdè uereri oportet. Non enim paruæ inuidiæ de his oboriuntur, & aliæ inimicitiæ ac insidiæ. Ego uero artem Sophisticam antiquam esse assero. uerum ueteres uiros qui ipsam tractarunt, inuidiam & odium ex ipsa ueritos, prætextum fecisse, & alios quidem poeticam prætexuisse, uelut Homerum, Hesiodum & Simonidem: alios autem sacrorum mysteria, & oraculorum responsa, uelut Orphea & Musæum: quosdam uero ut intelligo etiam gymnasticen, uelut fecit Iccus Tarentinus, & qui nũc adhuc superest, nullo inferior sophista Herodicus Selybrianus, prisca origine Megarẽsis. Musicam autem prætextum fecit Agathocles uester, qui magnus est sophista: & Pithoclides Ceus, & multi alij. Hi omnes uelut dixi ueriti inuidiam, his artibus pro uelamentis usi sunt. Ego uero his omnibus in hoc non consentio. Nec enim quæ uoluerunt, effecisse ipsos puto. Non enim latuerunt homines potentes in ciuitatibus, quòd facerent ea quorũ gratia hi prætextus essent ab ipsis assumpti. Nam plericq; è uulgo ut ita dicam nihil sentiunt, sed quæcunque illi professi fuerint, ea laudant. Fugientem igitur aufugere non posse, sed manifestũ fieri, magna conatus stultitia est, & necesse est homines facere multò insensiores. Nam præter alia, talem etiam improbum esse ducunt. Ego igitur contrariam his uiam ingressus sum, & confiteor me sophistam esse, & homines erudire, & hanc cautionem meliorem illa esse puto, ut quis confiteatur potius quàm abneget. Sed & alias quasdam supra hanc cautionem excogitaui. Quare ut deo propitio dicam, nihil graue patior, ob id quòd me sophistam esse confiteor, & quidem multis iam annis in hac arte uersor, & hi in uniuersum etiam mihi multi sunt, neq; est ex omnibus uobis quisquam, cuius non pater ætate esse possim. Quare mihi longè gratissimũ est, si de his omnibus corã his qui intus sunt sermonem habere uultis. Et ego (suspicabar enim uelle ipsum Prodico & Hippiæ ostentare ac iactare sese, quod amatores ipsius accessissemus) cur inquam non & Prodicum & Hippiam, & eos qui cum ipsis sunt uocamus, ut & ipsi nos audiant. Maxime inquit Protagoros. Vultis igitur inquit Callias consessum paremus, quo sedentes colloquamini. Visum est ita fieri oportere. Et nos omnes uelut sapientes uiros libenter audituri, & scabella appræhendentes & sellas parabamus apud Hippiam. Illic enim antea scabella erant. Interim Callias & Alcibiades ueniebant ducentes Prodicum excitatum è lecto, & eos qui apud ipsum erant. Postquàm uero omnes consedissemus, Nunc inquit Protagoras dicas ô Socrates, quando & hi adsunt, de his quorum paulò antea mentionem apud me faciebas pro hoc adolescente. Et ego idẽ inquã mihi est principium ô Protagora, quod etiam antea, de his quorum gratia ueni. Hippocrates enim hic consuetudine tua uti expetit. Quid igitur consequuturus sit, si tecum consuetudinem habuerit, libenter se audire uelle dicit. Eò usque sanè extendebat se nostra oratio. Excepta igitur ea Protagoras, ô adolescens dixit, continget tibi si mea consuetudine uteris, ut quacunque die mecum conuersatus fueris, domum abeas melior factus, & postridie eadem hæc, & ut singulis diebus semper in melius incrementum facias. Quod ubi ego audiuissem, ô Protagora dixi, nihil miri dicis, sed quod res est. Nam & tu etiamsi tantus scis, & adeò sapiens, si quis te doceret quæ non nosti, melior utique euaderes. Sed non sic res se habet. Verum ueluti si mutata sententia hic Hippocrates consuetudinem huius adolescentis, qui nuper adeò huc uenit, Zeuxippi filij Heracleotæ expeteret, & ad ipsum accederet, uelut nunc ad te, audiretq; ex ipso eadem hæc

Inuidia uerenda est Sophistica prisca prætexta

Consensus sophistarum

hæc quæ nunc ex te, quòd scilicet singulis diebus ex ipsius consuetudine melior futurus esset, & incrementum facturus, & ipsum rursus interrogaret, quid'nam dicis meliorem futurum, & ad quid incrementum facturum, responderet utique Zeuxippus, ad picturam. Et si Orthagoram Thebanum accederet, audiretq; ex illo eadem quæ ex te, & insuper interrogaret ipsum, ad quid melior quotidie futurus esset, ex illius consuetudine, responderet sanè ad tibias inflandas. Sic sanè & tu dicas adolescenti ac mihi de hoc interroganti. Dicis enim, Hippocrates hic cum Protagora consuetudinem habens, quacunque die cum ipso conuersatus fuerit, melior factus abibit, alijsq; singulis diebus ita incrementum faciet: ad quid ô Protagora, & in qua re? Et Protagoras his auditis, & tu inquit bene mi Socrates interrogas, & ego bene interrogantibus libenter respondeo. Hippocrates equidem ubi me accesserit, non perpetietur ea quæ perpessus fuisset, si cum alio quopiam sophista conuersatus esset. Alij enim adolescentes lędunt. Nam ad artes quas fugiunt, inuitos ipsos adducentes detrudunt, computationes, Astronomiam, Geometriam, & Musicam docentes, simulq; ad Hippiam respexit. At si me accesserit, discet non de aliqua alia re quàm ea cuius gratia uenit. Disciplina uero hæc est. Bene consulet rei familiari, quo quàm optime domum suam gubernet. Sed & reipublicæ bene consulet, quo & factis & dictis in ipsa præstantissimus sit. Num assequor inquam ego sermonem tuum? Videris enim mihi artem uersandi in republica dicere, & profiteri quòd ciues uiros bonos facias. Hæc ipsa inquit ille est professio ô Socrates quàm profiteor. Profectò inquam ego pulchram artem habes, si modo habes, Neque enim aliud quid ad te dicam quàm quod sentio. Nam ego hanc doceri posse non putabam, quum autem tu id dicas, non habeo cur non fidem habeam. Vnde uero putem ipsam doceri non posse, neque hominibus per homines parari, iustum esse arbitror ut dicam. Etenim ego uelut etiam alij Græci, Athenienses sapientes esse iudico. Itaq; uideo ubi conuenimus in concionem, & de ædificatione aliquid tractandum ciuitati instat, accersiri ædificatores de extructionibus consilium daturos: ubi uero de nauium fabrica, nauium fabricatores: atq; ita in reliquis omnibus quæ disci ac doceri posse putant. Si uero alius quispiam consilium ipsis dare uelit, quem illi opificem esse non putant, etiamsi honestate & opulentia ac generis claritate præstet, tamen nihilo magis admittunt, uerum deridentes explodunt, donec aut ipse qui dicere conatur tumultu deterritus desistat, aut stipatores ipsum iubente magistratu abstrahunt ac extrudant. Atque hæc quidem ita transigunt in his quæ arte discì posse existimant. At ubi de reipublicæ gubernatione consultare opus fuerit, de his similiter faber lignarius & ferrarius, coriarius, mercator, nauium fabricator, diues, pauper, nobilis, ignobilis, exurgens ipsis consilium dat, & hos nemo ita increpat uelut superiores, quòd qui nusquàm didicerit, neque ullo doctore usus sit, consilium tamen dare audeat. Manifestum est enim quòd doceri posse non putãt. Nec solum in republica res ita se habet, uerum etiam priuatim qui sapientissimi ac optimi apud nos ciues sunt, uirtutem hanc quam habent, alijs tradere non possunt. Nam Pericles horum adolescentum pater, hos quidem in his quæ magistros requirunt, recte & bene erudijt, in his uero quorum ipse sapientiam tenet, neque ipse illos erudit, neq; alij cuiquàm erudiendos tradit, sed ipsi oberrantes uelut liberi dimissi pascuntur, si forte casu spõtaneo in uirtutem incidant. Quod si ita uis adducam Cliniam Alcibiadæ fratrem iuniorem. Hunc idem hic uir Pericles, quum ipsi timeret, ne forte ab Alcibiade corrumperetur, ab ipso abstractum, apud Ariphronem erudijt, et ante sex mensium tempus ab illo redditum accepit, quum non haberet ille quod cum ipso ageret. Possem tibi et alios multos recensere, qui quum ipsi boni sint, neminem unquam meliorem reddiderint, neque domesticum neque alienum. Ad hæc igitur ego respiciens ô Protagora, non puto doceri posse uirtutem. Postquam uero te hæc dicere audio, flector à sententia, et aliquid te dicere existimo, eo quòd multarum rerum peritum te esse putem, et multa te didicisse, quædam etiam teipsum inuenisse. Si igitur euidentius nobis ostendere potes, quòd Virtus doceri possit, ne inuideas, sed ostendas. Imò inquit ille ô Socrates non inuidebo. Sed utrum nobis uelut senior iunioribus fabulam recensendo id demonstrabo, aut sermone rem prosequutus? Plericq; igitur ex assidentibus ipsi respondent, ut utro modo uellet rem prosequeretur. Videtur itaque inquit mihi, iucundius fo-

Virtutem doceri non posse

Cõsilia inepta explosa extrusa

Virtutem doceri posse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fabula Promethei & Epimethei

re ut fabulam uobis denarrem. Erat aliquando tempus quo dij quidem essent, mortalium autem genera non essent. Postquàm autem & his tempus fatis destinatum uenisset ut generarentur, formabant ipsa dij intra terram, ex terra & igne permixtis, & ex his quæ igne ac terra permiscentur. Quum uero in lucem iam illa producturi essent, demandarunt Prometheo ac Epimetheo, ut ornarent & facultates singulis tribuerent prout deceret. At Epimetheus reprobat Prometheum, ipse distribuendi munus suscipiens, & dum ego distribuo inquit, aspice ac considera, atque sic illo persuaso distributionem facit. Hic uero alijs robur absque celeritate apponebat, alia debiliora celeritate ornabat, alia armabat, alijs inermi data natura, aliam quandam facultatem ad salutem excogitabat. Quæ enim ex ipsis parua fecerat, his uolatilem fugam, aut subterraneam habitationem tribuebat. Quæ uero magnitudine auxerat, ea hac ipsa seruabat: & reliqua hoc modo adæquans contribuebat ea industria, ut caueret ne quod genus interiret. Postquàm uero mutuæ corruptionis effugia ipsis suppeditasset, facilitatem sufferendi anni tempora subdio excogitabat, induens ipsa densis pilis, & solidis pellibus, quæ & hyemem & æstum arcere possent: & quæ cubilia petentibus singulis proprium ac naturale stratum itidem essent: & sub pedibus alia ungulis, alia pilis & corijs solidis ac exunguibus muniuit. Huic autem alimenta alijs alia suppeditabat, his herbam ex terra, illis arborum fructus, alijs radices, quibusdam autem aliorum animalium laniatum alimentum dabat. Et his quidem paucam sobolem tribuebat, his uero quæ ab illis dilaniarentur multam, quo genus ipsum conseruaretur. Proinde Epimetheus ut qui non ita ualde sapiens esset, non animaduertit se facultates in bruta animantia expendisse. Restabat adhuc ipsi inornatum hominum genus, & quid cum ipso ageret ambigebat. Ad dubitantem ipsum uenit Prometheus inspecturus distributionem, & uidet reliqua quidem animalia accuratè omnia habere, hominem uero nudum, & non calceatum, & non intectum, & inermem. Iam autem dies à fatis præstituta aderat, in qua etiam hominem ex terra in lucem prodire oportebat. Consilij itaque inopia prehensus Prometheus quam'nam homini salutem reperiret, Vulcani & Mineruæ artificiosam sapientiam unà cum igne furatur. Fieri enim nullo modo poterat, ut illa absque igne ab ullo possideretur, aut ulli utilis esset, & sic sanè illam homini largitur. Sapientiam itaque circa parandum uictum hoc modo homo accepit. Artem uero uersandi in republica non habebat. Erat enim apud Iouem. Prometheo autem in arcem Iouis habitaculum ingredi non licebat. Insuper autem & Iouis munitiones horrendæ erant. In communem uero Mineruæ & Vulcani domum, in qua artes exercebant, furtim ingressus erat, & furto sublata ignea Vulcani arte, & alia Mineruæ, eas homini contribuit: & ex hoc contingit homini uictus facultas. Prometheus uero postea eam quæ fertur furti pœnam propter Epimetheum dedit. Postquàm autem homo diuinæ sortis particeps esset, primum quidem propter dei cognationem, solus ex animalibus deos esse putauit, & aras ac statuas deorum ponere tentabat. Deinde uocem & nomina breui per artem articulauit: & habitationes, & uestes, & calceos, & strata, & alimenta ex terra inuenit. Sic sanè instructi ab initio homines sparsim habitabant, ciuitates non erant. Peribant itaque à feris, eo quòd ubique imbecilliores ipsis essent. Et ars opificiorum ad alimentum quidem sufficiens auxiliatrix erat, uerum ad bellum contra feras, manca. Reipublicæ enim artem nondum habebant, cuius pars est ars belligerandi. Quærebant autem quomodo congregarentur ac seruarentur condentes ciuitates. Quum uero congregati essent, iniurias mutuo inferebant, ut qui artem gubernandæ reipublicæ non haberent. Quare rursus dispergebantur ac peribant. Iupiter igitur timens generi nostro ne in totum aboleretur, Mercurium mittit, ut pudorem & Iustitiam ad homines adducat, quo ciuitatum essent ornamenta & uincula, & amicitias inter homines conciliarent. Interrogat itaque Mercurius, per quem modum iustitiam & pudorem hominibus dare debeat. Num uelut artes distributæ sunt, ita & has distribuam? Distributæ autem sunt hoc modo. Vnus qui artem medicam tenet multis idiotis sufficit, ita & alij opifices. Ita'ne ergo & iustitiam & pudorem inter homines ponam? aut in omnes distribuam? In omnes inquit Iupiter, & omnes participent. Neque enim constituerint ciuitates, si pauci ex ipsis participarint, uelut ex alijs artibus. Legem itē ex me con-

Epimethei negligentia

Respublica apud Iouem

Promethei furti pœna

Belligerandi ars Reipub. artis pars

Pudor & Iustitia ornamenta ac uincula ciuitatum

das, ut qui pudoris & Iustitiæ particeps esse non possit, uelut pestis ciuitatis occidatur. Sic sanè ô Socrates & hac de causa, tum alij, tum Athenienses, ubi quidem de arte fabricandi, aut alia quadam opifice consultandum est, paucos consilij participes esse putant: & si quis extra numerum illorum paucorum consilium det, non admittunt uelut tu dicis, & meritò uelut ego sentio. Vbi uero ad consilium de uirtute reipublicæ gubernandæ prodeunt, quam totam per iustitiam & temperantiam procedere oportet, meritò omnes uiros admittunt, ueluti conueniens sit, ut omnes huius uirtutis participes sint, aut ne sint ciuitates. Atque hæc est ô Socrates huius rei causa. At ne decipi te putes, quòd reuera omnes homines quemuis uirum iustitiæ ac reliquæ uirtutis reipublicæ participem esse existimant, hanc rursus coniecturam sume. Nam in reliquis uirtutibus, uelut tu dicis, si quis bonum tibicinem se esse asserat, aut aliam quamcunque artem iactet, in qua præstans non sit, homines aut deridēt, aut ægrè ferunt: & familiares uelut insanientem admonent. At in Iustitia, & reliqua reipublicæ uirtute, si quem etiam uideant iniustum & impium esse, si is contra seipsum uera dicat coram multis, quòd frustra in ipso temperantiam esse putarint, uera dicere hic insaniam & furorem esse dicunt, & omnes oportere dicere, iustos se esse, affirmant, siue sint, siue non sint: aut insanire eum qui non simulet iustitiam: uelut necesse sit omnem hominem ipsius quo modo participem esse, aut non inter homines uersari. Quod igitur quemlibet meritò de hac uirtute consultorem admittunt, eo quòd omnes ipsius participes esse putant, hactenus ostendi. Quod uero non ex natura, neque ex casu, ipsam esse putent, sed doceri posse, & ex industria accedere, cui illa contingat, hoc tibi deinceps demonstrare conabor. Quæcunque mala hominibus ex natura, aut fortuitò adesse putamus, ob ea nemo cuiquàm succenset, neque de his admonet, neque docet, neque castigat quisquam eos qui hæc habent, ut ne sint tales, sed miseremur omnes deformium, paruorum, debilium. Quis enim adeò demens sit, ut tales castigare tentet? Nouerunt enim arbitror quòd hæc bona, & contraria ipsis mala, hominibus natura & fortuitò contingunt. Quæcunque uero ex industria, & exercitatione ac doctrina contingere, hominibus bona putamus, si quis hæc non habeat, sed contraria his mala, his succensemus, & hos castigamus ac admonemus. Horum malorum unum est etiam iniustitia, & impietas, & in summa quicquid contrarium est reipublicæ uirtuti. Vnde sanè quisque cuilibet succenset, & admonet nimirum ut quæ ex industria ac disciplina parari possit. Si enim considerare uoles ô Socrates, quæ sit intentio ut iniusti puniantur, res ipsa te docebit, quòd homines uirtutem parari posse putant. Nemo enim iniustos punit, eo proposito & hac de causa, quòd iniuriam fecerunt, nisi quis uelut bestia præter rationem puniat. Sed qui cum ratione punire aggreditur, is non præteritæ iniustitiæ gratia punit: neque enim factum infectum facere potest: sed futuri gratia, ut ne rursus iniuriam faciat, neque hic ipse, neque alius qui hunc puniri uidit. Et hoc propositum habens, uirtutem doceri posse cogitat. Quo itaque ipsum auertat punit, atque hanc opinionem omnes habent, qui & priuatim, & publice puniunt. Plectunt autem & puniunt eos quos iniustos esse putant, tum alij homines, tum uel maxime Athenienses tui ciues. Quare iuxta hanc rationem etiam Athenienses ex eorum numero sunt, qui uirtutem parari ac doceri posse putant. Quòd igitur meritò admittunt ciues tui & fabrum ferrarium & sutorem coriarium, in reipublicæ gubernatione consultorem, & quòd doceri ac parari uirtutem posse putent, sufficienter tibi ô Socrates demonstratum est, quantum sanè mihi uidetur. Restat adhuc dubitatio illa, qua de bonis uiris ambigis. Cur'nam uiri boni filios suos reliqua docent quæ magistros requirunt, & doctos faciunt: qua uero ipsi uirtute præstant, nullo meliores efficiunt: De hac re non amplius fabulam tibi narrabo, sed rationem. Sic enim cogita. Vtrum est unum quiddam, aut non est, cuius omnes ciues participes esse necesse est, siquidem ciuitas esse debet. In hoc enim hæc dubitatio soluitur, qua de ambigis, aut alibi nusquā. Si enim est, & hoc unum est, non ars fabrilis lignaria, neq; ferraria, neq; figulina: sed Iustitia & temperantia, & sanctum esse, & in summa unum ipsum appello, quod estuiri uirtus. Si hoc est cuius omnes participes esse oportet, & cum hoc quemlibet, si etiam aliud quid discere aut facere uoluerit, ita facere: absq; hoc uero minime: aut eū qui particeps

Lex Iouis

Reipublicæ uirtutis omnes participes

Mala ex natura, aut casu, nō probrosa

Mala ex negligentia nostra, probrosa

Puniendi iniustos causa

Boni bonos cur non efficiant

Virtus unū est, quoomnes participare debēt

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sit, et docere, et punire, et puerum, et uirum, et mulierem, donec ex pœna melior fiat: eum uero qui dum punitur & docetur non paret, uelut incurabilem ex ciuitatibus ejicere, aut occidere. Quum itaque hoc modo res se habeat, si uiri boni alia quidem filios docent, hoc uero non, considera quàm mirabiliter boni fiunt. Quòd etenim docere ipsum posse putent & priuatim & publice, demonstrauimus. Quum uero doceri possit & acquiri, alia filios docent, in quibus non est mortis pœna, si quis non sciat proposita: in quibus autem filijs ipsorum mors in pœnam præstituta est, & exilia non discentibus neq; curatis ad uirtutem, & ad mortem insuper bonorum publicationes, & insuma domorum euersiones, hæc sanè non docent, neq; omnem diligentiam adhibẽt. Existimare enim oportet ô Socrates, quòd à teneris pueris initio facto, quousq; uiuunt, & docent, & admonent. Nam statim ut quis intelligit ea quæ dicuntur, & nutrix, & mater, & Pædagogus, & ipse pater de hoc contendunt, ut optimus puer euadat, circa singula facta ac dicta docentes ac ostendentes, hoc esse iustum, illud iniustum: hoc honestũ, illud turpe: hoc pium, illud impium: & hæc facias, illa ne facias. et si quidem ultrò obsequitur, bene est: sin minus, uelut lignum distortum & incuruum, minis ac plagis dirigũt. Postea ad præceptores mittentes, multò magis demandant, ut puerorum modestiæ curæ habeatur, quàm literarum & citharæ. Præceptores autem & horum curam gerunt, & rursus ubi literas didicerint, & propemodum eò deuenere ut scripta intelligant, tunc uelut uocem ipsis supra fundamenta apponunt, bonorum poetarum poemata legenda ediscenda exhibentes: in quibus multæ insunt admonitiones, multæ explicationes & laudes ac encomia ueterum bonorum uirorum, quo puer æmulus imitetur, & talis fieri expetat. Citharistæ item tum alia huiusmodi, tum temperantiam curant, & ut adolescentes nihil mali perpetrent. Et ad hæc postquàm citharam pulsare didicerunt, rursus bonorum poetarum poemata docent Melicorum maxime, ad citharas ea adaptantes. Rythmos etiam ac harmonias animis puerorum familiares fieri cogunt, quo & mansuetiores reddantur, et concinniores ac congruentiores effecti, ad dicendum et agendũ utiles sint. Tota enim hominis uita concinnitate et congruentia opus habet. Insuper itẽ ad Pædotribam mittunt, quo corpora meliora habentes, menti bonæ inseruiant, et ut non propter corporum prauitatem, tum in bellis, tum in alijs actionibus, trepidare cogantur. Atq; hæc faciunt qui maximè potentes sunt. Maxime autem potentes sunt ditissimi, et ipsorum filij, qui primo ætatis tempore præceptores adire incipiunt, et tardissime ab ipsis discedunt. Postquàm uero à præceptoribus discesserunt, ciuitas statim leges discere ipsos cogit, et secundum has uelut iuxta exemplum uiuere, ut ne ipsi ex sese temere quid faciant, sed omnino uelut grammatistæ pueris qui nõdum scribere possunt, lineis per calamos ductis, ita libellum exhibent, ipsosq; ad linearum ductum scribere cogunt: sic et ciuitas præscriptis legibus, bonorum et ueterum legislatorum inuentis, secundum has et imperare, et parere cogit. Qui uero has transgreditur, eum punit. Et pœnæ huic nomen et apud uos, et multis alijs in locis, est correctio. uelut corrigente ipsos pœna. Quum igitur tanta sit cura de uirtute, et priuatim, et publicè, mi raris adhuc ô Socrates, et dubitas an doceri uirtus possit. At mirari nõ oportet, sed multò magis si doceri non posset. Cur igitur bonorum patrum filij mali fiunt? hoc rursus discite. Nihil enim miri est, siquidem uera sint quæ in superioribus dicebam, quòd huius rei, uirtutis scilicet, neminem oportet uelut priuatæ rei possessionem habere, si cimiras esse debet. Si enim id quod dico ita se habet, habet autem maxime omnium sic ita, cogita aliud quodcunque studij ac disciplinæ genus proponens, nimirum si non posset esse ciuitas, nisi omnes tibicines essemus, quisq; qualis tandem posset, et hoc studiũ priuatim et publice quilibet quenq; doceret, et eum qui non probe tibias inflaret increparet, neq; hoc ipsi inuideret, quemadmodũ nunc quæ iusta et legitima sunt nemo inuidet, neq; occultat, uelut reliquas artes. Commodat enim nobis aliorũ iustitia et uirtus, et propterea quiuis cuilibet prompte dicit et docet, tum quæ iusta sunt, tum quæ legitima. Si igitur hoc modo etiam in tibijs inflandis omnem promptitudinem, et nullam inuidiam alter alterum docendi haberemus, putas ne inquit ô Socrates, bonorum tibicinum filios magis q̃ malorum, bonos tibicinas fore? Non sanè arbitror. Sed cuiuscunq; natura filius maxime esset ad tibias inflandas ingeniosus, is clarus euaderet, cuiuscunq; ineptus,

Boni mirabiliter fiunt

Doceri nos ab ineunte ætate

Correctio

Bonorum patrum filij cur mali fiant

Inuidia circa artes

Puerorum in ludo studia

Vita tota concinnitate opus habet

E ludo digressorum studia

ineptus, is inglorius. Et sæpe boni tibicinis filius, malus tibicen euaderet, et mali bonus. Attamen Tibicines omnes sufficienter essent, si ad idioras & nihil artis inflandarum tibiarum tenentes comparentur. Sic etiam nunc existima, eum qui tibi iustissimus homo esse uidetur ex his qui inter leges & homines educati sunt, iustum esse, & huius rei opificem, si ipsum ad homines comparare uelimus, quibus neque disciplina est, neque iudicia, neque leges, neque ulla necessitas, quæ semper uirtutis curam habere cogat: sed sint agrestes quidam, quales hi quos superiore anno Pherecrates poeta in Lenæo produxit. Profectò si inter tales homines esses, quales in choro erant illi humanum genus odio habentes, ualdè bene tecum actum putares, si in Eurybatum & Phrynondum incideres, & lamentareris desiderans eorum qui hic sunt hominum prauitatem. Nunc autem delicatus es ô Socrates, eo quòd omnes doctores sunt uirtutis, quisque in quantum potest, & nullius tibi appareat. Quemadmodum si quæreres, quis esset doctor græcæ linguæ, nullusq; tibi appareret. Neque sanè arbitror si quæreres quis mechanicorum opificum filios docuisset eam ipsam artem, quam à patre didicerunt, quantum in ea pater præstabat, & patris amici eiusdem artis gnari: Quis hos insuper docuisset si quæreres inquam, non facile arbitror ô Socrates, horum doctorem apparere. At infinitorum aliorum omnino facile. Sic & uirtutis, & aliorum omnium. Quare si quis est qui uel parum præstat in hoc, ut nobis præeat ad uirtutem, boni consulendum est, atque ex horum numero ego me unum esse puto, & præ alijs hominibus excellenter nosse quædam ad hoc ut quis honestus & bonus fiat, & pro dignitate eius mercedis quam exigo, & adhuc amplioris, prout etiã ipsi uisum fuerit qui à me didicit. Quapropter & exigendæ mercedis modum eiusmodi constitui. Nam ubi quis ex me didicit, si quidem uoluerit, dat argentum quod exigo: Sin minus, progressus in templum, & facto iureiurando, quanti ea quæ didicit æstimat, tantum deponit. Talem tibi inquit ô Socrates, & fabulam, & rationem recensui quòd doceri possit uirtus: & sic sentiunt Athenienses: & quod nihil miri est, bonorum patrum filios euadere malos, & malorum bonos. Nam & Polycleti filij, Parali & Xanthippi huius cotanei, nihil ad patrem sunt, & alij aliorum opificum filij. At de illis nondum hoc prædicare conuenit. Adhuc enim in ipsis spes sunt, Iuuenes enim existunt. Et Protagoras quidem ubi tanta ac talia ostendisset, dicendi finem fecit. & ego quidem ad multum tempus delinitus adhuc ad ipsum respiciebam, uelut qui cuperem dicentem aliquid audire. Postquàm autem intelligebam quòd reuera orationi finem imposuisset, uix quodammodo meipsum ueluti collegeram, & ad Hippocratem respiciens dicebam. Gratiam habeo tibi fili Apollodori, quòd inuitasti me ut huc uenerim. Multi enim facio ea quæ audiui ex Protagora. Ego enim ante hoc tempus humanam diligentiam esse non putaui, qua boni boni efficerentur. Nunc autem credo. Exiguum tamen quiddam impedimento est mihi, quod scilicet Protagoras facile edocebit, quandoquidem & multa hæc edocuit. Etenim si quis de his ipsis cum aliquo oratore forensi conuersetur, fortassis etiam eiusmodi sermones audiret aut ex Pericle, aut aliquo quopiam in dicendo præstante. Si uero quis insuper quid ex aliquo percunctetur, uelut libri neque quod respondeant habent, neque quod ipsi interrogent. Verum si quis uel exiguum quid de relatis rursus interroget, quemadmodum ærea uasa percussa longum sonum edunt ac extendunt, si non quis ipsa apprehendat. Sic Rhetores de exigua re interrogati, in longum repetitum sermonem extendunt. At hic Protagoras longam & ornatam orationem habere potest, uelut res ipsa indicat. Potest etiam interrogatus breui ter respondere, & si ipse interroget, expectare ac excipere responsionem, quas res in paucis cognoscere datur. Nunc itaque ô Protagora parum abest ut omnia habeam, si hoc mihi responde√ris. Virtutem dicis doceri posse, & ego si ulli alicui homini fidem habeam, credam tibi. Quod uero te dicente admiratus sum, hoc animo meo obsecundans declarato. Etenim dicebas Iouem hominibus, Iustitiam & pudorem demisisse: & rursus multis in locis appellabatur à te Iustitia, & Temperantia, & Sanctitas, & omnia hæc, uelut unum quiddam comprehensim sit uirtus. Hæc igitur exactè mihi à te exponi cupio, utrum unum quiddam sit uirtus? partes autem eius sint Iustitia, & Temperantia, & sanctitas? aut hæc quæ ego nunc dixi, omnia sint nomina eiusdẽ quod unum

Oratorum forensium dicendi mos

Libri nuntij

Universidad de Deusto
Biblioteca

unum est? hoc est quod adhuc cupio. At facile est hoc inquit ô Socrates respondere, quòd uniꝰ rei uirtutis, partes sunt hæ de quibus interrogas omnes. Num inquam, uelut faciei partes sunt, os, nasus, oculi & aures? aut quemadmodum auri partes nihil inter se, neq; à toto differunt, præterquàm magnitudine & paruitate? Illo modo apparet ô Socrates, quemadmodum faciei partes se habent ad totam faciem. Vtrum igitur inquam ego, harum uirtutis partium homines participes sunt, ita ut alius aliam atque aliam habeat? aut necesse est ut si quis unam habeat, omnes habeat? Nequaquàm inquit, Nam multi fortes sunt, sed iniusti: & rursus iusti, non autem sapientes. Sunt'ne & hæc partes uirtutis inquam ego, Sapientia & fortitudo? Maximè omnium inquit, & maxima sanè partium Sapientia. Vnaquæque uerò harum partium inquam ego, alia atque alia est? Et sanè. Nam & uim unaquæque ipsarum propriam habet? uelut faciei partes, non est oculus uelut aures, neque uis ipsius eadem: Neque aliarum ulla est qualis alia, neque in facultate, neque in alijs. Num igitur etiam sic uirtutis partes se habent, ut non sit alia qualis alia, neque ipsa, neque facultas ipsius? aut ita rem se habere manifestum est, si quidem ad exemplum similitudo existit? Ita sanè res se habet inquit, & ego dicebam, Nulla igitur uirtutis pars alia est, qualis Scientia, neque qualis Iustitia, neque qualis fortitudo, neque qualis temperantia, neque qualis sanctitas. Non inquit. Age itaque inquam ego in commune consideremus, qualis'nam unaquæque ipsarum sit primum quidem sic. Iustitia quæ res est, aut neque res: mihi equidem uidetur, quid uero tibi? & mihi inquit. Quid igitur si quis interrogaret me & te, ô Protagora & Socrates dicite mihi, Hæc res quam iam nominastis, Iustitia, hæc ipsa iusta est, aut iniusta? Ego quidem responderem ipsi, iusta. Tu uero quem calculum ferres? num eundem quem ego, aut alium? eundem inquit. Ego igitur interroganti respondens dixerim, est ergo Iustitia talis res, qualis iustum esse. nonne & tu? certè inquit. Si igitur postea nos interrogaret. Nunquid & sanctitatem quandam esse dicis? affirmaremus utique, uelut ego arbitror. Etiam inquit ille. Nunquid & hanc rem, quandam esse dicitis? affirmaremúsne aut non? & in hoc ille consensit. Vtrum uero hanc ipsam rem talem esse dicitis, qualem impium esse? aut qualem pium? Succenserem inquit ego tali interrogationi, & bona uerba quæso dicerem, nullatenus enim aliud quid pium ac sanctum fuerit, nisi ipsa sanctitas sanctum erit. Quid uero tu nõ sic responderes? Maximè inquã. Si uero postea interrogando nos diceret, Quomodo igitur paulò antea dicebatis, aut si non rectè intellexi uos, uisi mihi estis dicere, uirtutis partes ita se habere inter se, ut non sit alia ipsarum qualis alia, dicerem sanè ego, recte quidem reliqua audiuisti: quod uero me hoc dixisse putas, non recte intellexisti. Protagoras enim hæc respondit, ego uero interrogabam. Si uero dicat ille, uera refert hic ô Protagora, tu dicis non esse aliam uirtutis partem qualem aliam? Tuus hic sermo est? Quid'nam ipsi respõderes? Necesse esset inquit ô Socrates confiteri. Quid igitur responderemus nisi ô Protagora, si his concessis insuper nos interrogaret. Non ergo est sanctitas talis res, qualis iustum esse, neq; iustitia qualis sanctum esse, sed qualis non sanctum esse: & sanctitas qualis non iustum esse. Iustum ergo est impium. Quid ipsi responderemus? Ego enim ipse, & pro meipso dicerem, & Iustitiam sanctum esse, & Sanctitatem iustum, & pro te quoq; eadẽ hæc si mihi permitteres responderem, quòd aut idem est iustitia, quod sanctitas: aut quàm simillimum, & maximè omnium quòd Iustitia est qualis sanctitas, & sanctitas qualis iustitia. Sed tu uide an prohibeas me ita respondere, aut etiam tibi ita uideatur? Non equidem mihi uidetur inquit ô Socrates, ita simplex res esse, ut concedam iustitiam, rem sanctam esse: & sanctitatem, rem iustam. Sed in hoc differenria quædam mihi esse uidetur, Sed quid refert inquit? Si enim ita uis, sit nobis & Iustitia sanctum, & sanctitas iustum. Mihi uero non, inquam ego, Neq; enim cupio istud, si ita uis, & si tibi ita uidetur, redarguí: sed & me, & te. Me uero & te, hoc dico, putans ita sermonem optime dici, si istud, ita uis, ab ipso auferatur. Atqui inquit ille, similis est aliquo modo iustitia sanctitati. Nam quodcunque cuilibet quodam modo simile est: (Etenim album est quod nigro simile non est, & durum molli, & alia quæ maxime inter se contraria esse uidentur:) Sed & quæ supra aliam uim habere diximus, & non esse aliam uelut aliam faciei partem, hæ quodammodo similes sunt, & est alia qualis alia. Quare hoc sanè modo, etiamsi hæc

Virtutis maxima pars Sapientia

Virtutes & ipsæ, & uires ipsarum diuersæ

Iustum esse impium, ex confessis colligit

Omnia quodã modo inter se similia esse

hæc redarguas, si ita uoles, q̃ omnia sint inter se similia. At non quæ simile quid habent, ea similia appellare iustum est, neq; quæ dissimile quid habent, ea dissimilia, etiamsi uald̃ paruum sit id quod simile habent. Et ego admiratus dicebam ad ipsum, Nunquid ita tibi iustum & sanctum inter se habere uidẽtur, ut simile quid exiguum inter se habeãt? Non ualde inquit ita, non tamen rursus uelut tu putare mihi uideris. Atqui inquã ego, quandoquidem grauiter ad hoc affectus esse mihi uideris, hoc omittamus, aliud uero ex his quæ dicebas consideremus. Insipientiam quid appellas inquam, num hanc rem cuius in totum contrarium est Sapientia? Mihi quidem uidetur inquit. Vtrum uero ubi homines quid fecerint rectè & utiliter, tunc temperantes esse tibi uidentur ita facientes? aut si contrarium fecissent? temperantes inquit. Nunquid per temperantiam temperantes sunt? Necesse est. Nónne qui non recte faciunt, insipienter faciũt & non temperantes sunt ita facientes? uidetur mihi inquit. Contraria igitur sunt, insipiẽter facere & temperanter. assensus est. Nónne quæ insipienter fiunt, per insipientiam fiunt: quæ temperanter, per temperantiam? confitebatur. Nónne si quid per fortitudinem fit, fortiter fit: & si quid per debilitatem, debiliter? uidebatur ipsi: & si quid cum celeritate, celeriter: etsi quid cum tarditate, tarde? confessus est. Et si quid eodem modo fit, ab eodem fit, & si quid contrario modo, à contrario? assentiebatur. Age inquam ego, est'ne quid pulchrum? est. huic est'ne quid contrarium quàm turpe? non est. Quid uero est'ne quid bonum? est. Huic est'ne quid contrarium præter malum? non est. Quid autem est'ne quid in uoce acutum? concessit. Huic'ne quid aliud contrarium est quàm graue? non inquit. Nónne unicuique contrario unum solum est contrarium, & non plura? confitebatur. Age sanè inquam ego, repetamus ea quæ sunt concessa. Confessi sumus unum solum uni contrarium esse, & non plura? confessi sumus. Quod uero contrario modo fit, à contrarijs fieri? concessit. Confessi autem sumus contrario modo fieri, quod insipienter fit, illi quod temperanter? annuit. Quod uero temperanter fit, à temperãtia fieri: qd̃ insipienter, ab insipientia? confitebatur. Nónne si quidem contrario modo fit, à contrario fit? etiam. Fit autem hoc quidem à temperantia, illud autem ab insipientia? etiã. contrario modo? Maximè. Nónne ab his quæ contraria sunt? etiam. Contrarium igitur est insipientia temperantiæ? apparet. Meministi igitur quòd in superioribus concessum est nobis Insipientiam sapientiæ contrariam esse? confitebatur. unum autem solum uni cõtrarium esse? etiam. Vtrum igitur sermonem reijciemus? eúmne qui dicit, unum uni solum contrarium esse? aut illũ quo dicebatur, sapientiam aliud esse à temperantia: utrãq; autem partem uirtutis. Et supra hoc quod aliud est, etiam dissimiles sunt & ipsę, & uires ipsarum quemadmodum faciei partes. Vtrum igitur reprobabimus? Nam hi ambo sermones non ualdè Musicè dicuntur, neque enim concinunt, neque inter se conueniunt. Quomodo enim concinerent, si quidem necesse est unum uni solum contrariũ esse, & non pluribus. Insipientiæ autem quæ una est, sapientia contraria est, & rursus temperantia. Nunquid ô Protagora, aut aliter? Confessus est ualdè inuitus. Nunquid unũ fuerit Temperantia & Sapientia? Prius aũt apparuit nobis Iustitia & Sanctitas ferè idem esse, nónne? Age itaq; inquam ego ô Protagora ne fatigemur, sed etiam reliqua consideremus. Num uidetur tibi homo iniustus temperans esse in eo quod iniustus est? Pudefierem inquit ô Socrates si hoc confiterer: alioqui plurimi homines asserunt. Vtrum igitur ad illos sermonem faciam, aut ad te? Si uis inquit, aduersus hunc plurimorũ sermonem disseras. At nihil refert, si modo tu respondeas, siue uideantur tibi hæc, siue non. Nã sermonem ego maximè expendo. cõtingit tamen fortassis, ut & ego qui interrogo, & tu q̃ respondes expendamur. Primũ igitur efferebat se Protagoras. Sermonem enim difficilem esse causabatur, postea tamen responsurũ se esse promisit. Age itaq; inquam ego ab initio mihi responde, Videnẽ tibi aliqui iniusti temperãtes esse? Esto inqt. Temperantẽ aũt esse dicis bene sapere? etiã. Bene sapere uero bene uelle, eo q̃ iniuste faciũt? Sit ita inquit. Vtrũ inquã ego si bene faciũt iniusti, aut si male? Si bene. Dicis igitẽ bona quædã esse? Dico. Nũ igitẽ hæc bona sunt, quæ utilia sunt hominib. Et, pfectò inqt, etiãsi nõ utilia sint hominib. ego tamẽ bona appello. Et uidebaẽ mihi iã exasperarus esse ac anxius Protagoras, & ad respõdendũ pturbatus. Postq̃ igitẽ ipsum ita affectũ uiderẽ reuerituś placide interrogabã, Vtrũ inquã dicis Protagora, q̃ nulli homini utilia sunt, aut q̃ neq; in to-

Contrario uniũ solum contrarium est

Universidad de Deusto
Biblioteca

in totum utilia sunt, etiam talia tu bona appellas? Nequaquàm inquit. Verum ego mul
ta noui quæ hominibus quidem utilia non sunt, & cibos, & potus, & pharmaca, & innu
mera alia. Quædã uero utilia, alia quidem hominibus, alia uero equis, alia bobus tantũ,
Olei natura alia canibus, alia nulli horũ, sed arboribus, alia arboris radicibus bona sunt, germinibus
mala, uelut etiam stercus bonum est si omnium plantarum radicibus adijciatur. Si uero
in ramos & recentia uirgulta immittas, omnia perdit. Nam & oleũ omnibus plantis pe
Bonum uariũ est nitus malum est, & pilis aliorum animalium omnium infestissimum, exceptis humanis.
his enim & reliquo hominis corpori auxiliare est. Ita uero uarium ac omnigenum quid
dam est bonum ipsum, ut & hic externis quidem corporis partibus hominis cõmodet,
internis autem idem hoc pessimum sit. Et propterea omnes Medici ægrotantibus inter
dicunt, ut oleo ne utantur, nisi paucissimo in his quæ edi debent, ut offensa solum extin
guatur, quæ ex cibis ac obsonijs olfactui per nares oboritur. Quum igitur hæc dixisset,
Longa oratio molesta præsentes uelut bene dicenti applaudebant. Et ego dicebam ô Protagora, obliuiosus
homo sum, & si quis mihi longam orationẽ denarret, obliuiscor de qua re fuerit sermo.
Proinde quemadmodum si subsurdus essem, & mecum colloqui uelles, maiore uoce u
tique quàm ad alios, tibi utendũ duceres. Sic & nũc postquàm in obliuiosum incidisti, cõ
cisioribus ac breuioribus responsionibus utaris, si te assequi debeo. Quomodo igitur iu
bes me breuibus respondere inquit ille? aut breuioribus tibi respondere debeo quàm
oportet? Nequaquam inquam ego. At quanũ oportet inquit? Etiam inquamego. Vtrũ
igitur quantũ mihi uidetur oportere respondere, tantũ tibi respondere debeo? aut quan
tum tibi? Audiui equidem inquam ego, & teipsum posse, itemq; te posse alium docere
de ijsdem, & ita longa oratione uti si uelis, ut nunquàm illa deficiat: & rursus ita breuib.
dicere, ut nemo rem paucioribus transigat. Si igitur ad me uerba facere uoles, alteromo
do, concisa nimirum oratione utaris. Ego cum multis iam hominibus inquit ô Socra
tes, in certamen dicendi deueni: & si hoc fecissem quod tu iubes, & uelut iussissem me ad
uersarius, ita disseruissem, nullo sanè præstantior apparuissem: neq; esset Protagoræ no
men celebre inter Græcos. Et ego quum cognouissem quòd ipse sibijpsi displicuisset in
superioribus responsionibus, & quòd non ita libenter respondendo differere uellet: nõ
amplius expedire mihi dixi adesse in hoc conuentu, atqui in quam ô Protagora, neq; e
go libenter uideo conuersationem nobis esse præter tuam uolũtatem, uerum ubi tu uo
les differere ut ego assequi possim, libenter tecum disputabo. Tu enim uelut de te præ
dicatur, & ipse affirmas, tum copiosa, tum breui oratione dicere potes. Es enim sapiens.
Ego uero longa oratione uti non possum, ac uellem sanè me in ea præstantem esse. At te
oportebat nobis concedere, qui in utraq; præstans existis, quo conuersatio diutius fie
ret. Nunc uero quando non uis, & mihi negotium quoddã est, & fieri non possit ut hic
maneã, & extentos tuos sermones audiam, abeo eò quo me uenire oportet: alioqui &
hæc fortassis non iniucundè ex te audiuissem. Et simul ut hæc dixissem, uelut abiturus
surrexi. Et ego ut surrexissem, Callias meam manum dextra manu prædendit, sinistra ue
ro pallium hoc meum, & dixit. Non dimittemus te Socrates. Si enim tu exieris, non si
militer nobis colloquia erunt. Rogo igitur te ut nobiscum maneas. Nam ego nullum li
bentius audierim quàm te & Protagoram differentes. Quare nobis omnibus gratifica
re. Et ego qui iam uelut exiturus surrexeram, ô fili Hipponici dicebam, semper quidem
ego philosophiam tuam admiror, sed & nunc laudo ac amo. Quare libenter tibi gratifi
cari uelim, si quæ fieri possent peteres. Nunc uero res ita se habet, uelut si rogares me ut
Crisonem Himerçum cursorem uigentis ætatis sequerer, aut aliquem ex his qui longos
repetitos, aut diurnos cursus faciunt currendo imitarer. dicerer enim utiq; magis hoc è
meipso exigere quàm te, ut hos currentes sequerer, sed non possum. Verum si libet tibi
spectare me & Crisonem eodem cursu pariter currentes, hunc roga ut se demittat. Ego
enim uelociter currere non possum, ille uero tarde potest. Si igitur me & Protagorã au
dire uoles, hunc roga ut ueluti primum breuibus mihi respõdit ad ea quæ interrogabã,
sic etiam nunc respõdeat. Sin minus, quis erit dialogorum modus? diuersum enim ego
putabam esse, per colloquia conuersationem habere, & cõcionari. At uides inquit Cal
lias ô Socrates, quòd iusta petere uidetur Protagoras, quũ putet sibi licere differe pro
ut uelit, & tibi prout tu uoles. Hic excepto eius sermone Alcibiades, nõ bene dicis inqt

Callia. Socrates enim hic confitetur se non posse longa oratione uti, & Protagoræ con
cedit. At ut in facultate disputandi, & in dandi ac excipiendi sermonis scientia alicui cõ
cedat, mirarer sanè. Si igitur etiam Protagoras confitetur se in disputando Socrate infe
riorem esse, satis hoc est Socrati. Si uero hoc sibi uendicat disputet, interrogans ac respõ
dens, non ad singula quæsita longum sermonem extendens, atq; sermones excutiens,
& rationẽ reddere nolens, sed producens donec plerisq; ex audientibus obliuiscantur
de qua re quæstio fuerat. Nam pro Socrate fideiubeo, ipsum obliturum non esse, nec est
quod ludit, & se obliuiosum esse dicit. Mihi igitur equiora petere uidetur Socrates. Ae
quum est enim ut quisq; suam sententiam dicat. Post Alcibiadem uero arbitror Critiam
fuisse qui diceret, ô Prodice & Hippia, Callias quidem Protagorę ualdè fauere uidetur,
Alcibiades autẽ semper contentiosus est, quocunq; tandem inclinarit. Nos autem neq;
pro Socrate, neq; pro Protagora contendere oportet, sed in communi utrosq; rogare,
ut ne conuentum dissoluant. Quũ autẽ hæc ille dixisset, bene inquit Prodicus dicere mi
hi uideris ô Critia. Conuenit enim ut hi qui ad eiusmodi sermones accesserunt, commu
nes sint amborum disputantium auditores, non autem æquales. Non enim idem est. Nã *Auditores cõmunes sint duobus disputantibus, non æquales*
in communi quidem ambos audire oportet, non autem æqualiter utriq; tribuere, sed sa
pientiori plus, indoctiori minus. Atq; ego quidem etiam ipse ô Protagora & Socrates
æquũ esse sentio, ut alter alteri concedat, & ut de his quæ afferuntur ambigatis quidem,
non autem contendatis. Ambigunt enim propter beneuolentiã inter se amici: conten
dunt autem inter se discordes ac inimici. Et sic sanè optima nobis conuersatio fuerit. Nã
uos qui dicitis, hoc modo maxime apud nos qui audimus in existimatione fueritis, & *Existimatio amplior est laude*
non laudem reperitis. In existimatione enim esse contingit apud animos eorum qui au
diunt absq; deceptione. Laudari uero in uerbis situm est mentientium sæpe præter sen
tentiam. Et nos rursus qui audimus, hoc modo maxime hilares fuerimus, non uolupta
te afficiemur. Hilarem enim esse contingit discendo aliquid, & si quis mente ipsa pru
dentiæ particeps fiat. Voluptate uero affici contingit edendo aliquid, aut si quid aliud
iucũdi quis ipso corpore percipiat. Hæc ubi Prodicus dixisset, multi ex præsentibus ap
plaudebant. At post Prodicum Hippias ille sapiens dixit. Viri inquit qui præsentes e
stis, ego arbitror uos cognatos & familiares & ciues omnes esse, natura non lege. Simi
le enim simili natura cognatum est. Lex uero quæ tyrannus est hominum multa præter
naturam cogit. Turpe igitur esset, uos naturam rerum nosse, & sapientissimos Græco
rum esse, & ob hoc ipsum nunc in ipsum totius Græciæ Prytaneum sapientiæ conuenis
se, & in ipsius ciuitatis maximam & felicissimam hanc domum: & nihil hac amplitudi
ne dignum designare, sed uelut uilissimos homines inter uos contendere. Ego igitur &
rogo & cõsulo ô Protagora & Socrates, uti esse uelitis sub nobis uelut arbitris, qui uos
in medium perducant: & ut neq; tu exactam hanc dialogorum formam requiras, quæ
concisa adeò est, si non hoc gratum est Protagoræ: sed permittas ac laxes sermonibus
habenas, quo magnificentiores ac uenustiores nobis appareãt: & ut neq; rursus tu Pro
tagora omnem rudentem extendas, secundoq; uento permittas, ac in sermonum pela
gus omni terra relicta defugias, sed ut medium utriq; teneatis. Sic igitur facietis & mihi
obtemperabitis, ut caduceatorem & præfectum ac Prytanim eligatis, qui utriusq; ue
strum sermonum moderatam longitudinem obseruet. Hæc præsentibus complacue
runt, & omnes collaudarunt, & me Callias non dimissurum esse dixit, & ut præfectum
eligeremus rogabant. Ego igitur turpe esse dicebam sermoni gubernatorem præficere, *Præfectus sermonis reprobatur*
Siue etiam inferior nobis erit qui electus fuerit, non recte res se habuerit, inferiorẽ præ
stantioribus præfectum esse: Siue similis, neq; sic recte. Qui enim similis nobis est, etiam
similia faciet. Quare ex superfluo constituetur. At ut præstantiorem nobis eligatis, reue
ra à uobis fieri posse non puto ut sapientior aliquis hoc Protagora eligatur. Quod si eli
getis nihilò præstantiorem, asseretis tamen, turpe & hoc huic fuerit, uelut uili homini
præfectum designare. Nam quod ad me pertinet, mea nihil refert. Verũ sic facere uolo,
quo conuersatio & dialogi nobis procedant. Si non uult Protagoras respondere, ipse
interroget, ego respondebo, & simul ipsi ostendere conabor, quomodo respondentẽ
respondere oportere ego putem. Vbi uero respondero, quomodocunq; hic interroga
rem uoluerit, rursus ipse sermonẽ mihi similiter subijciat. Si igitur nõ ita promptus esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

uisus fuerit ad hoc ut ad quæsitũ respondeat, & ego, & uos in cõmuni rogemus ip sum, quẽadmodũ uos me rogastis, ut cõuersationẽ ac cõuentũ ne exoluat. Et nihil opus est huius rei gratia unum prefectũ constituere. Verum in cõmuni omnes prefecti eritis. Visum fuit omnibus ita faciendũ esse. Et Protagoras nõ ita ualde prõptus ad hoc erat, tamen coactus est promittere, se interrogaturum esse, & ubi satis interrogarit, rursus se daturũ interrogandi copiam, & breuibus responsurum. Incœpit igitur interrogare hũc in modũ. Arbitror inquit ego ô Socrates, maximã eruditionis partẽ homini esse, ut circa uersus excellẽs sit, hoc est, ut ea quæ à poetis dicũtur intelligat, q̃ recte facta sint, & quæ cus: & ut distinguere sciat, & si interrogetur respondere. Et nũc sanè etiã quæstio erit de eodẽ, de quo ego & tu nunc disputamus, de uirtute, uidelicet, uerũ in tantum solum differet, quòd ad poesim est translata. Dicit enim Simonides ad Scopã Creontis Thessali filium, quòd uirum bonum quidẽ uere fieri difficile sit, manibusq; ac pedibus & mente quadrangularẽ, absq; uituperio factũ. Nosti hoc carmẽ, aut totũ tibi recẽsere debeo? Et ego nihil inquã opus est, noui em & cõsuetudo quẽdã adeò mihi cũ hoc carmine est. Bene inquit dicis. Vtrũ igitur bene tibi factũ esse uidet & recte, aut secus? Maximè inquã ego & recte. Videturne tibi bene fecisse poeta, si cõtraria ipse sibijpsi dicit? Nõ bene inquam ego. considera inquit melius. Satis ô bone consideraui. Nosti igitur inquit, quòd in carminis progressu alicubi dicit: Neq; mihi concinnè hoc Pittaci distribuitur, quanquàm à sapiente uiro dictum, Difficile est inquit bonum esse. Intelligis quòd hic idem & hæc dicit, & illa superiora? Noui inquam ego. Videntur igitur tibi inquit, hæc illis cõsentire? Mihi uidentur inquã, & simul tamen timebam ne quid diceret, sed tibi inquam non ita uidentur? Quomodo enim ipse sibijpsi cõsentire uideretur qui hæc ambo dicit? & qui primũ ipse pronunciauit, difficile esse uirũ bonũ uere fieri, paululũ aũt in poemate progressus, oblitus est, & Pittacum qui eadem quæ ipse dicit, quòd difficile est bonũ esse, reprehendit: & non recipere ipsum dicit, qui eadẽ quæ ipse profert. quanquàm manifestum sit, quòd quum eum qui eadem quæ ipse dicit reprehendit, etiã seipsum reprehendat. Quare aut prius, aut posterius non recte dicit. Quum igitur hæc dixisset, multorũ applausum, & ex audientibus laudem excitauit. Et ego primum quidem uelut à præstanti pugile ictus, oculis caligantibus uertigine affectus sum, ut hæc dixisset, & alij insuper applausissent. Postea ut tibi quod uerum est fatear, quo tẽpus mihi cõtingeret ad cõsiderandũ quid diceret poeta, cõuerto me ad Prodicũ, & uocato ipso ô Prodice dixi, Tuus sanè ciuis est Simonides, æquum est te uiro opitulari. Videor igitur ego mihi te sic aduocare, uelut dixit Homerus Scamandrum, quum obsideretur ab Achille, Simoenta aduocasse ac dixisse,

Chare uiri frater uim sustineamus uterq;.

Proinde & ego te aduoco, ne nobis Protagoras Simonidem exturbet. Etenim patrocinium pro Simonide suscipiendum tua Musica opus habet, qua uelle, & cupere distinguis, uelut idem non sit, itẽ ea quæ paulò antea dicebas, & multa pariterq; bona. Et nũc considera si tibi uidetur idem quod mihi. Non enim cõtraria ipse sibijpsi Simonides dicere uidetur. Tu itaq; Prodice tuam sentẽtiam prius ostendas. Idem'ne esse tibi uidetur fieri, & esse, aut aliud? Aliud per louẽ inquit Prodicus. Nónne inquã ego, in primis quidẽ Simonides suã sententiã pronunciauit, quòd uirũ bonum uere fieri difficile sit. Vera dicis inquit Prodicus. Pittacũ autẽ inquã ego reprehendit, nõ uelut putat Protagoras, quòd idẽ quod ipse dicat, sed quòd aliud. Non enim hoc Pittacus dixit, Difficile est bonum fieri, uelut Simonides, sed esse. Non est autẽ idem ô Protagora, uelut hic Prodicus dicit, esse & fieri. Si uero non idem est esse quod fieri, Simonides non contraria ipse sibijpsi dicit. Et forasse dixerit Prodicus hic, & multi alij, iuxta Hesiodũ, fieri quidem bonum difficile esse. Deos enim sudorem ante uirtutem locasse. Vbi uero quis ad summũ ipsius uenerit, facilem postea esse, quantumuis difficulter parta sit. Prodicus itaq; his auditis collaudauit me. Protagoras autẽ Patrociniũ tuũ inquit ô Socrates, maius delictũ habet, quàm id quod emendas. & ego, malũ ergo inquã ô Protagora à me perpetratum est, & sum ridiculus quispiã medicus, qui curãdo maiorẽ morbũ facio. At sic inquit res se habet. Quomodo inquã ego? Magnasanè esset inquit poetę imperitia, si adeo inle gd esse diceret uirtutẽ possidere, quod est omniũ difficilimũ, uelut omnib. hominib. uider. Et

Versuum poetarum iudiciũ habere

Quadrangularis est bonus

Et ego profectô inquam oportune Prodicus hic nostris sermonibus adest. Diuina etenim Prodici esse Sapientia uidetur, quæ olim à Simonide initium accepit, aut etiam antiquior. Tu uero qui aliorum multorum peritiam habes, huius imperitus esse uideris, & non uelut ego expertus, eo quòd Prodici huius discipulus sim. Et nunc mihi non intelligere uideris, quòd difficile hoc fortassis non ita Simonides accepit, uelut tu accipis. Sed quemadmodũ de uoce grauius sæpe me admonet Prodicus, ubi ego te, aut alium quendam laudans dico, Protagoras sapiens & grauis uir est, interrogat an non pudeat me bona grauia appellare. Graue enim inquit malum est. Nemo itaq; dicit graues diuitias, neque grauem pacem, neque grauem sanitatem, sed grauem morbum, & graue bellum, & grauem paupertatem, ut graue sit malum. Fortassis igitur & difficile Cei & Simonides, aut malum intelligunt, aut aliud quid quod tu non intelligis. Interrogemus itaque Prodicum. Aequum est enim Simonidis uocem ex hoc cognoscere. Quid dixit ô Prodice Simonides difficile? Malum inquit. Propterea etiam reprehendit, inquam ego, Pittacum, qui dicit difficile esse bonum esse, uelut si intellexisset ipsum dicere, malũ esse bonum esse? At quid aliud inquit dicere putas Simonidem ô Socrates quàm hoc? & exprobrare Pittaco quòd nomina non recte distinguere nouit, ut qui Lesbius sit, & in barbara uoce educatus. Audis inquam ego ô Protagora hũc Prodicum, habes quod ad hæc dicas? Et Protagoras multum inquit abest, ut res ita se habeat ô Prodice, uerum ego satis scio etiam Simonidem dixisse difficile, quod etiam nos alij, non malum, sed quod non facile sit, sed per multa negotia contingat. Sed & ego arbitror dixi ô Protagora, Simonidem hoc dicere, & Prodicum hunc id probe nosse, sed ludere, & te tentare, an tuo sermoni opitulari possis. Nam quòd Simonides difficile, non dicat malum, magnum indicium est statim post hoc uerbũ. Dicit enim quòd solus Deus hoc munus habeat. Nec uero si hoc diceret, malum esse bonum esse, postea subijceret, deum solum hoc habere, & soli deo munus hoc attribuisset. Proteruum enim quendam, non Ceum Prodicus diceret Simonidem. At uero quæ mihi uidetur in hoc carmine Simonides significasse, dicere tibi uolo, si experimentum de me facere uoles, quomodo circa uersum cognitionem habeam, de qua tu dicis. Si uero uis, te audiam. Protagoras igitur ubi me hæc dicentem audiuisset, si tu uis inquit ô Socrates. Prodiens autem & Hippias ac cæteri me ualdè impellebant. Ego igitur, inquam ego, conabor uobis exponere ea quæ mihi uidentur de hoc carmine. Philosophia Græcorum & antiquissima, & plurima est in Creta & Lacedæmone, & plurimi Sophistę in illis regionibus sunt. Verum abnegãt, & imperitos se esse fingunt, ut ne deprehendantur, quòd Sapientia omnibus Græcis præstant, quod in superioribus Protagoras sophistas facere dicebat: sed ut in pugnãdo & fortitudine præstare putentur, illud uerentes ne si cognoscerentur esse id quod sunt, omnes id studij amplectantur. Num uero eo occultato, decipiunt eos qui in ciuitatibus Lacones imitari student. Et alij quidem ipsos imitantes confringunt aures, & lora circundant, & gymnasiis student, & breues uestes gestant, quasi uero per hæc Lacedæmonij reliquis Græcis præstent. At Lacedæmonij ubi liberius cum sophistis apud se conuersari uolunt, & iam clancularios congressus ægrè ferunt, expulsis externis illis Laconum imitatoribus, & si quis alius hospes ad ipsos accessit, cum sophistis conuersantur remotis peregrinis: & ipsi nullum adolescentem ad alias ciuitates exire permittunt, quemadmodum neque Cretenses, ut ne quæ ipsi docent dediscant. Sunt autem in his urbibus non solum qui ob eruditionem se iactent, sed etiam mulieres. Cognoueris autem quòd hæc ego uera dico, & quòd Lacedæmonij ad Philosophiam ac dicendi artem optime eruditi sunt, hoc modo. Si enim quis uelit cum urbanissimo Lacedæmoniorum conuersari, plerunque in sermonibus uilem quendam apparere comperiet. Postea uero ubicunq; inter dicendum locus postularit, uerbum dignum animaduersione, idq; breue ac contortum immittit, uelut præstans iaculator, ita ut is cũ quo colloquitur puero nihilò melior appareat. Hoc igitur ipsum & nunc sunt, & olim fuerunt qui intellexerint, quod Laconissare multò magis est Philosophari, quàm gymnasiis studere, ut qui sciant, quòd talia uerba proferre posse, perfectè eruditi uiri est. Ex horum numero erat & Thales Milesius, & Pittacus Mitylenæus, & Bias Prienensis, & Solõ noster, & Cleobulus Lindius, & Myson Chenensis, & septimus inter nos habebatur Chilo Lacedæmonius.

Grauis uocis significatio ambigua

Difficile pro malo

Difficile pro non facili

Laconissare quid sit

Septem Græciæ sapientes Lacedæmoniorum imitatores

Universidad de Deusto
Biblioteca

nius. Hi omnes imitatores, & amatores, & discipuli fuerunt doctrinæ Lacedæmoniorum. Et quòd sapientia ipsorum talis fuerit, ex dictis breuibus memoratu dignis, quæ singuli dixerunt, cognoscere quis potest. Hi etiam communi habito conuentu, primitias sapientiæ Apollini dedicarunt, in tẽplo in Delphis scriptis his quæ omnes celebrãt. Nosce teipsum: & Nihil nimis. Et cuius gratia hæc refero hoc est, quòd hic erat modus Philosophiæ ueterum, breuiloquentia nimirum quædam Laconica. Et sanè etiam Pittaci priuatim dictum hoc circunferebatur, quod à sapientibus laudabatur, Difficile est bonum esse. Simonides igitur ut qui ambitiosus esset ob Philosophiã, cognouit quòd si hoc dictum euerteret uelut clarum athletam, ipsecp superior euaderet, celebris apud eius sæculi homines futurus esset. In hoc igitur dictum, & hac de causa huic insidias struens ut ipsum exturbaret, totum carmen fecit, ueluti mihi apparet. Consideremus itaque in communi omnes, an ego uera dico. Statim enim prima carminis pars insani hominis esse uideretur, si uolens dicere, uirum bonum fieri difficile est, postea iniiceret particulam quidem. Hęc enim nulla ratione iniecta esse apparet, nisi quis accipiat aduersus Pittaci dictum uelut contendendo Simonidem dicere, & quum Pittacus dicat, difficile est bonum esse, disceptantem dicere quòd non ita sit, sed fieri quidem difficile est uirũ bonum ô Pittace: & uerè difficile, non uerè bonum. Non enim ob id uerè dicit, uelut sanè sint quidã, quorũ aliqui uerè boni sint, aliqui boni quidẽ, non attamen uerè. Leue enim hoc dicerem, neque Simonide dignum. Verum hyperbaton siue Transgressionem decere oportet in carmine, uocem uerè, ut sic quodammodo Pittaci dictũ excipiat, quem admodum si poneremus ipsum Pittacum dicere, & Simonidem respondere, ita ut ubi ille dixisset, ô homines difficile est bonum esse, hic respondeat: uero ô Pittace nõ dicis. Non enim esse, sed fieri quidẽ uirum bonum, manibusq; ac pedibus, & mente quadrangularem, absq; uituperio factum, difficile est uerè. Sic rationi consentaneum est, & particulam quidem iniectam esse, & uocem uerè in fine recte locatam esse, & quę sequuntur omnia attestantur, quòd ita dictum sit. Multa equidem demonstrari possent etiam de singulis in hoc carmine dictis, quòd recte facta sunt, ualdè enim uenustè & accuratè habent, sed longum esset ipsum sic oratione exponere. Quare typum ipsius totũ & consilium persequemur. Nam per totum carmen Pittaci dictum, magis quàm quiduis aliud faciat, repræhendit. Dicit enim postea paululum progressus, uelut rationem redderet. Fieri quidẽ uirum bonũ difficile est uerè, possibile tamen ad tempus aliquod. Factũ uero, in hoc habitu permanere, & esse uirum bonũ, uelut tu Pittace dicis, impossibile est, & non humanum: sed deus solus hoc munus habere possit. Virũ aũt non datur, nõ malum esse, quem immensa calamitas euertat. Quẽ igitur in nauis gubernatione immensa calamitas subuertit: nimirũ non imperitũ. Imperitus enim semper subuersus est. Quem admodum igitur iacentem nullus deiicit, sed stantem quandoq; quis deiicere potest, ut iacentem faciat, iacentem uero minime. Sic & eum qui industrius est quandoq; immensa calamitas subuertit: eum uero qui semper consilij inops est minime, & gubernatorẽ magna tempestas illapsa consilij inopem facere poterit: & agricolã difficilis tempestas ingruens consilij inopẽ reddiderit. Et Medico eadem hęc accidere poterint. Fieri enim potest ut bonus fiat malus, quemadmodum etiam alius poeta testatur, qui dixit.

Pittaci dictum

Quidem particulæ uis

Hyperbaton in Simonide

Vir bonus est modò non talis, mox est bonus idem.

At malus ut malus fiat, fieri non potest, sed semper esse malũ necesse est. Quare fieri nequit ut non sit malus, is qui industrius & sapiens ac bonus est, ubi ingens calamitas ipsum subuertit. At tu Pittace dicis, Difficile est bonum esse. Res autem ita se habet. Fieri quidem bonum difficile est, possibile tamen: Bonum autem esse impossibile est, In felici enim rerum successu, quiuis uir bonus est, in aduerso contra malus. Quis igitur successus felix est ad literas? & quis uirum bonum facit ad literas? nimirum harum studium. Quis uero felix successus bonum medicum facit? nimirum curationis ægrotorum studium. Bonus enim medicus bene curat, malus cõtrà male. Quis igitur malus Medicus fieri potest? nimirum is cui primũ id adest ut medicus sit, deinde ut bonus medicus sit. hic enim etiam malus fieri poterit. Nos autem qui medicinę imperiti sumus, nullo unquàm malo successu, neq; medici, neq; fabri, neq; aliud quicquàm huiusmodi fieri poterimus. Quisquis autem malo successu medicus fieri non poterit, nimirũ is neq; malus medicus fuerit.

Calamitas bonos facit malos

Medicus bonus, ut malus fiat

fuerit. Sic etiam uir bonus fieri poterit aliquando malus, aut à tempore, aut à labore, aut morbo, aut alia calamitate. Hic enim solus malus successus est, scientia priuatũ esse. At malus uir, nunquàm malus fieri poterit. Est enim semper talis. Verum si fieri malus debet, oportet ipsum prius bonũ fieri. Quare etiam hæc carminis pars ad hoc tẽdit, quòd esse quidem uirum bonum impossibile est, ita ut bonus esse perseueret. Fieri autem bonũ possibile est, & malũ eundem ipsum. Plerũq; uero etiã optimi sunt hi quos dei amãt. Hæc igitur omnia aduersus Pittacũ dicta sunt, & hoc ea quæ sequuntur in carmine magis declarant. Dicit enim. Quapropter ego nunquàm id quod fieri non potest quærẽs, uanã aut ociosam spẽ, æui partẽ fouerim, penitus inculpatũ hominẽ, ex his qui amplæ terræ fructũ carpimus. Postea inuentũ inquit, uobis denunciabo. Ita uehemẽter Pittaci dicto per totũ carmen iudiciũ dictat. Omnes autẽ collaudarim, & amo eũ ultrò, qui nihil turpe faciat. Necessitati uero neq; dei repugnãt. Et hoc ad eundẽ modũ dictũ est. Neque enim ita ineruditus erat Simonides, ut eũ laudare se diceret, qui ultrò nihil mali faciat, uelut sint aliqui qui ultrò mala faciant. Ego enim ferè hoc arbitror, nullũ sapientẽ uirum esse qui putet ullum hominem ultrò peccare, aut turpia & mala ultrò operari: sed satis sciunt quòd omnes qui turpia & mala faciunt, inuiti faciunt. Et sanè etiam Simonides, non eius qui non ultrò mala facit, laudatorẽ se esse dicit, sed de seipso uocem ultrò dicit. Existimabat enim uirum honestum ac bonũ sępe seipsum cogere, ut alicui amicus ac laudator fiat, ametq; ac laudet: uelut sæpe contingit ut quis matrẽ, aut patrẽ, aut patri am improbã habeat, aut aliud quid huiusmodi. Mali igitur ubi tale quid ipsis contigit, uelut libenter uident, & uituperantes ostendunt, & parẽtum aut patriæ improbitatẽ accusant, ut ne homines ipsis uitio uertant, q illos negligũt, neq; exprobẽt, q illos cõtemnunt. Quare adhuc amplius illos uituperant, & ultroneas inimicitias ad necessitatẽ addunt. Boni uero occultant, & laudare se illos cogũt: & si irati fuerint, quòd à parentibus aut patria iniuria affecti sunt, ipsi seipsos consolantur, & recõciliantur, cogẽtes insuper seipsos ut suos amẽt ac laudent. Sæpe uero arbitror & ipse Symonides tyrannũ, aut aliũ aliquẽ huiusmodi laudandũ ac celebrandũ duxit, nõ ultrò, sed coactus. Hæc itaq; etiam ad Pittacũ dicit. Ego te ô Pittace non repræhẽdo, q repræhensionibus delecter, sed mihi satisfacit uir, qui nõ malus fuerit, neq; nimis imperitus. Sciẽs sanè profuerit ciuitati iustæ sanus uir: nõ tamẽ ego uituperabo. Nõ enim uituperijs gaudeo, Stultorũ enim infinita genera sunt. Quare si quis uituperijs gaudeat, illos repræhendendo se exatiare potest. Omnia sanè honesta sunt, quibus turpia nõ ammixta sunt. Non hoc dicit, uelut si diceret, omnia alba sunt, quibus nigra nõ ammixta. Multis enim modis ridiculum hoc esset. Sed quòd ipse etiã media suscipiat, ut nõ repræhendat. & nõ quæro inquit, penitus inculpatũ hominẽ, ex his qui amplæ terræ fructum capiamus. Postea inuentũ uobis denunciabo. Quare huius rei gratia neminẽ laudabo, sed mihi satisfacit si medius fuerit, et nihil mali faciat. Si ego omnes amo & laudo. Atq; hic Mitylenæorum uoce uisus est, uelut ad Pittacum dicens hoc. Omnes aũt collaudarim, & amo ultrò. Hic oportet uocẽ ultrò distinguere à sequentibus, dicendo qui nihil turpe faciat. Sunt aũt quos inuitus ego laudo, & amo. Te igitur si uel medio modo moderata ac uera dixisses ô Pittace, nunquã repræhendissem. Nunc aũt uehementer & de maximis rebus mentiens, uera dicere putaris, & propterea te ego repræhendo. Hęc uidetur mihi ô Prodice ac Protagora, Simonides significare uoluisse, & hoc carmẽ fecisse. Et Hippias bene quidẽ mihi uideris inquit ô Socrates, & tu de hoc carmine disseruisse. Est tamen & mihi sermo de illo, qui bene se habet, quem uobis referam si uolueritis. Et Alcibiades, etiam inquit ô Hippia, sed aliàs. Nunc aũt æquũ est audire ea de quibus inter se consenserunt Protagoras & Socrates. Et si quidẽ Protagoras adhuc interrogare uult, respondeat Socrates. Si uero ipse Socrati respondere uolet, interroget ille. Et ego permitto inquã Protagoræ, utrum ipsi iucundius fuerit. Si uero uult, carmina & uersus omittamus. At de quibus primum ego te interrogaui ô Protagora, ea libenter ad finẽ perduxerim tecũ de his cõsiderans. Etenim de poetica disputare similimũ esse mihi uidetur symposijs uiliũ ac plebeiorũ hominum. Nam hi eo q mutuò cõuersari inter potũ per seipsos non possunt, neq; per suã ipsorum uocẽ, & sermones suos, præ imperitia, præmia cõtribuunt, & tibicinas multa mercede conducunt, alienamq; tibiarũ uocẽ mercãtur, & sic per illarũ uocẽ inter se cõuersantur.

Bonus uir ut malus fiat

Spes æui pars

Patria etiam improba Laudanda

Stultorum genera infinita

Poeticæ disputationes plebeis sympositis similes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Symposia eruditorum

Conuersationes philosophorum quales

At ubi honesti ac boni & eruditi compotores sunt, isthic non uideas, neq; tibicinas, neque saltatrices, neq; psaltrias, sed ipsos sibijpsis sufficientes ad conuersandū, absq; nugis & ludis illis, per suas uoces dicentes & audiētes modestè seipsos uicissim, etiamsi ualdè multum uinum bibant. Sic aūt & huiusmodi conuersationes, si quidē habuerint uiros, quales se plericq; nostrū esse profitentur, nihil opus habēt aliena uoce, neq; poetis, quos neq; interrogare datur, de quibus dicunt: & plericq; qui ipsos adducunt in sermonibus, partim hęc poetā uelle asserunt, partim alia de re ipsa afferentes, redarguere nō possunt. Verū huiusmodi conuersationes illi ualere sinunt. Ipsi aūt inter seipsos cōuersantur per seipsos, in sermonibus suis experimentū mutuò dātes atq; accipiētes. Tales itaq; magis me & te imitari oportere mihi uidetur, ita ut deponamus poetas, et ipsi per nos ipsos sermones inter nos de ueritate faciamus, & de nobis ipsis experimentum sumamus. Et si quidem adhuc interrogare uoles, paratus sum tibi ad respondendum. Sin contra uoles, tu te mihi exhibe, quo his de quibus interim dicere cessauimus, finē imponamus. Quū igitur hæc & alia huiusmodi dicerem, Protagoras nihil declarabat, utrū facturus esset. Alcibiades igitur oculis ad Calliam conuersis, uidetur tibi ô Callia inquit, etiam nunc rectè facere Protagoras, qui an interrogaturus aut responsurus sit, aut nō, declarare nō uult. Mihi enim nō uidetur. Quare aut disputet, aut dicat, quòd disputare non uelit, quo hæc de ipso cognoscamus, & Socrates cū alio quopiā disputet: aut alius quicūq; uoluerit cum alio. Et Protagoras pudefactus uelut mihi uisus est, & Alcibiade hęc dicente, & Callia rogante, itemq; alijs qui præsentes erant, uix tandem ad disputandum impellebatur, & ut ipsum interrogarem iubebat uelut responsurus. Proinde ego ô Protagora inquam, ne putes me aliud quid tecum disputare uelle, quàm ea de quibus dubito ipse subinde sæpe, ut considerentur. Arbitror enim Homerum egregie illud dicere.

Bini ubi conueniunt, cognoscit rem prior alter.

Bini melius cō siluunt

Expeditiores enim hoc modo omnes sumus, ad omne opus, sermonem & cogitationē. At si quis solus deliberet, statim obambulans quęrit cui indicet, & cū quo confirmetur, donec comperiat, quemadmodū & ego ea de causa recum libētius colloquor quàm cū ullo alio, ut qui putem te optime cōsideraturū esse, tum de alijs, de quibus æquū est bonū uirum considerare, tū de uirtute. Quem enim aliū quàm te? qui non solū ipse honestū ac bonū te esse sentis, ueluti quidā alij probi sunt, facere uero alios non possunt. Verū tu & ipse bonus es, & alios bonos facere potes: atq; ita fiduciā tui præ te fers, ut quum alij hanc artē occultent, tu palàm prędicio de teipso facto, & per omnes grędos Sophistæ nomine assumpto, eruditionis & uirtutis doctorē teipsum declarasti, primusq; mercedē ex hac re exegisti. Quomodo igitur nō cōueniat te ad hæc cōsideranda adhortari & interrogare, & tibi communicare? Non est cur non etiam nunc sanè. Ego de his quæ prius interrogabam, rursus cupio quædam ab initio per te repeti, quædā simul mecū cōsiderari. Erat autem ut arbitror quæstio hæc. Sapiētia & temperātia, & fortitudo, & iustitia, & Sanctitas, utrū hæc quinq; nomina unius rei sunt, aut unicuiq; horū nominum propria quædā subiacet essentia, & res suā ipsius uim habens unaquæq;, ut nō sit altera ipsarū uelut altera? Dixisti igitur tu, non nomina unius rei esse, sed singula hæc nomina propria rei incumbere. omnes aūt has partes esse uirtutis: non quemadmodū auri partes similes sunt inter se, & toti, cuius partes existunt, sed uelut faciei partes, & toti cuius partes sunt, & inter se dissimiles existunt, singulæ propriam uim habētes. Hęc si tibi adhuc uidentur ueluti tunc, dicito: Si uero aliter, hoc distinguito. Nam ego nihil tibi imputabo, si quæ aliter nunc dixeris. Nihil enim miri mihi est, si tunc tentans me hæc dixisti. At ego tibi inquit dico ô Socrates, quòd omnes hę partes sunt uirtutis, & quatuor ex ipsis probe similes inter se sunt. Fortitudo uero ualdè multū ab omnib. his differt. Sic autē cognosces me uera dicere. Multos em reperies homines iniustissimos, impientissimos, petulantissimos & imperitissimos esse, qui tamen fortissimi sunt excellenter. Age itaq; inquam ego, dignū equidem cōsideratione est id quod dicis. Vtrum fortes audaces uocas, aut aliud quid? etiam impetuosos ad ea, quæ multi adire timent. Age sanè uirtutem honestum quid esse dicis, & uelut honestum quid sit, tu teipsum doctorem eius exhibes? honestissimum inquit, si non insanio. Vtrū igitur inquā ego, quædā ipsius pars turpis est, quædā honesta, aut tota honesta? Tota honesta quantum eius maxime fieri potest.

Fortes, audaces et impetuosi sunt

est. Nosti igitur qui audacter in puteos se demergunt? ego urinatores utiq;. utrum eo quòd sciunt, aut propter aliud quid? eo quòd sciunt. Qui uero ut ex equis pugnent audaces sunt? num equites? aut equitationis rudes? equites. Qui uero sunt audaces ex his qui cetras habent, num cetrati aut non? cetrati inquit, & in reliquis omnibus, si hoc quæris, scientes nescientibus audaciores sunt, & ipsi seipsis postquàm didicerint audaciores sunt, quàm antea quàm didicerunt. Iam uero uidisti? ne inquam, aliquos qui omnium horū ignari essent, & tamē ad singula hæc audaces essent? Ego sanè inquit etiā ualdè audaces uidi. Num audaces hi etiā fortes sunt? Turpe quid esse inquit fortitudo. Nā hi insani sunt. Quomodo igitur inquā ego, dicis fortes, nonne audaces esse? dixi inquit. Num quid hi qui sic audaces sunt, nō fortes, sed insani apparēt? & rursus illic sapientissimi, etiam audacissimi sunt? quū aūt audacissimi sint, fortissimi sunt, & secundū hanc rationē sapientia fuerit fortitudo? Non recte meministi inquit ô Socrates quæ dicebā, & tibi respondebā. Ego enim interrogatus à te, an fortes audaces sint, cōfessus sum. an uero etiā audaces fortes sint, nō interrogasti. Si em hoc ex me interrogasses, dixissem nō omnes. At quòd fortes nō sint audaces, à me concessum nusquàm ostendisses, neq; enim recte concessissem. Postea scientes ipsos seipsis audaciores esse pronuncias, itemq; alijs nescientibus, & in hoc putas fortitudinē & sapientiā idē esse. Hoc aūt modo si rē tractes, etiā robur sapientiā esse duxeris. Primū igitur si ita rē aggressus interrogasses me, num robusti potentes essent, affirmassem. Deinde an qui sciunt luctari, potentiores essent his qui luctari non sciunt, & ipsi seipsis postquàm didicissent potentiores essent, q̄m antea quàm didicissent, consensissem utiq;. Hęc uero me cōfesso, licuisset tibi ijsdē coniecturis uti, & iuxta meum assensum inferre, Sapientia est robur. Ego uero nusquàm neq; hic cōfiteor potentes robustos esse. robustos tamē potentes. Non enim idē esse puto potentiam & robur, sed & à scientia, & ab insania, & ab ira fieri potentiam. Robur autem à natura, & corporum proba educatione. Sic etiā illic nō idem esse audaciam & fortitudinē. Quare contingit fortes quidem audaces esse, non tamen audaces omnes fortes. Audacia enim & ab arte hominibus contingit, & ab ira, & ab insania, ueluti potentia. Fortitudo uero à natura & proba animorum educatione. Dicis' ne aliquos homines inquā ô Protagora bene uiuere, aliquos male? annuit. Num uidetur tibi homo bene uiuere, si in afflictione & dolore uiuat? Minime inquit. Quid si quis uita iucundè transacta mortuus sit, nonne bene tibi uixisse hic uidetur? maxime inquit. Iucundè igitur uiuere, bonum est: iniucunde, malū? siquidem honestis inquit iucunde affectus uixerit. Quid uero, num & tu uelut plericq; iucūda quędā uocas mala, & tristia bona? Ego sanè inquit. Quale est quod dicis, num eo quòd iucunda sunt, non sunt bona, nisi quid aliud ab ipsis contingat? & rursus tristia eodem modo? Ita maxime. non, eo quòd tristia sunt, mala. Haud scio ô Socrates inquit an ita simpliciter. ut tu interrogas mihi respondendum sit, quòd & iucunda bona sunt omnia, & tristia mala. Sed mihi non solum ad præsentem responsionem, sed etiam ad omnem reliquam uitā meam tutius esse uidetur respōdere, quòd sunt quędā iucūda, quæ nō sunt mala: & rursus sunt etiā tertia quædā tristia, quæ nō sunt mala: & sunt etiā tertia quædā, q̄ neutra sunt, neq; bona, neq; mala. Iucunda uero appellas inquā ego, nō quæ uoluptate participant, aut uoluptatem faciunt? Maxime inquit. Hoc itaq; est quod dico, an eo quòd iucunda sunt, non sunt bona? hoc nimirū interrogans, uoluptas ipsa an nō bonū sit. Quemadmodū tu sæpe dicis, inquit ô Socrates, consideremus hoc ipsum, & si quidem ad rationem se habere quæsitum uideatur, & idem esse apparebit iucundum ac bonū, concedemus: sin minus, tunc iam deliberabimus. Vtrū igitur inquā ego, tu uis considerationē auspicari, aut ego præibo? Aequū est inquit te præire, tu em sermonis autor & princeps es. Nunquid inquā ego, hoc modo nobis manifestū id fieri poterit? quemadmodū si quis hominē considerans ex forma, aut ad sanitatē, aut ad aliud quoddā corporis opus, conspicatus iā faciē, & manus summas dicat, age sanè etiā detectū pectus ac dorsum mihi ostende, quo clarius considerē. Et ego tale quid expeto ad considerationē, cōspicatus em q̄ ita te habes ad bonū & iucundū, uelut dicis, ut tale quid dicā opus habeo. Age Protagora etiā hāc sententiā tuā mihi detege, quomodo habes te ad scientiam? utrum & hoc tibi uidetur ut plerisq; hominibus, aut aliter? Videtur aūt plerisq; de Sciētia, quòd tale quid sit, quod neq; robustum, neq; principale, neq;

Fortes sunt scientes

Sapientia est robur

Potentia & robur diuersa

Bene uiuant, et male uiuāt qui

Iucunda & tristia quæ sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominãdi ui prædituꝫ sit: neq; uelut quod tale sit cogitãt de ipsa. Sed quũ sit sæpe in homine scientia, non tamen scientiã ipsi dominari, sed aliud quid, modo irã, modo uoluptatem, mox mœrorẽ, aliquando amorẽ, sæpe timorẽ: ita palàm de scientia cogitãtes, uelut de mancipio, quod ab omnibus circũ circa trahitur. Num igitur & tibi tale quid de ipsa uidetur? aut & honestum quid esse Scientia, & uelut dominari homini, & si quis cognoscat bona & mala, à nemine induci possit, ut alia aliqua faciat quàm ea quæ scientia iubeat, sed sufficiens sit prudentia ut homini opituletur? Et mihi uidetur inquit, uelut tu dicis ô Socrates: & simul si cui alij, turpe est & mihi, si sapientiã & scientiã non omnium humanarum rerum præstantissimum esse dicã. Bene inquam ego, tu dicis, & uera. Nosti igitur quòd plericq; homines & mihi & tibi nõ credunt? sed multos esse dicũt qui sciant optima, & facere nolint, quum id ipsis liceat, sed alia faciant. Et quoscunq; sanè ego interrogaui, quæ tandẽ esset huius rei causa, à uoluptate dicunt superari, aut à mœrore, aut ab horum aliquo, quæ ego paulò ante dicebam induci, ut hæc faciant. Multa inquit arbitror ô Socrates, etiam alia non recte dicunt homines. Age itaq; inquam ego, mecũ aggredere persuadere hominibus & docere, qui sit ipsis hic affectus, quo se à uoluptatibus superari dicunt, & propterea optima non facere, alioqui ipsa nosse. Si enim fortasse dixerimus, non recte dicitis ô homines, sed mentimini, interrogauerint utiq; nos, ô Protagora & Socrates, si non est hic affectus à uoluptate superari, at quis tandẽ est? & quẽ uos ipsum esse dicitis, nobis exponite. Quid uero ô Socrates opus est nos multorũ hominum opinionem considerare? Hi enim quicquid in buccam uenerit, id dicunt. Arbitror inquã ego, hoc nobis esse aliquid, ad hoc ut inueniamus de fortitudine, quomodo ad alias uirtutis partes se habeat. Si igitur tibi uidetur, ut in his acquiescamus quæ modo nobis uisa sunt, nempe ut ego præeam, qua ego puto ratione optime manifestũ fieri posse, sequere: sin minus, & ita tibi gratũ est, sinam ualere. At inquit recte dicis, & perfice uelut incœpisti. Rursus itaq; inquã ego, si interrogarent nos, Quid igitur dicitis hoc esse, quod nos uoluptatibus inferiorem esse dicebamus? respõderem sanè ego ipsis sic. Audite, Conabimur enim uobis ego & Protagoras declarare, aliud'ne quid ô homines dicitis uobis hoc fieri in talibus, quàm quale est id quod sæpe à cibis & potibus & rebus uenereis, quæ iucunda sunt, superamini, & scientes quòd hæc mala sunt, tamẽ ipsa facitis? affirmarent utiq;. Nunquid interrogaremus ipsos ego & tu rursus? Mala uero ipsa esse quomodo dicitis? Vtrum eo quòd uoluptatem hanc in præsens exhibẽt, & unumquodq; ex ipsis iucundum est? aut quòd in posterum tempus morbos faciunt & paupertates, & multa alia huiusmodi inducunt? aut etiamsi nihil horum in posterum inducãt, sed solum ut gaudeamus faciant: tamen mala fuerint, eo quòd solum ut gaudeamus faciunt etiam quomodocunq;? Num arbitramur ipsos ô Protagora aliud quid respõsuros esse, quàm quòd non circa præsentis uoluptatis usum mala sunt, sed propter ea quæ postea accedũt, uelut sunt morbi & alia? Ego quidem arbitror inquit Protagoras, plerosque hæc respõsuros esse. Nunquid si morbos faciunt, tristitias faciunt? & si paupertates faciunt, tristitias faciunt? assentirentur uelut ego puto. cõprobauit Protagoras. Num quid apparet uobis ô homines, quòd asserimus ego & Protagoras, ob nihil aliud hæc mala esse, quàm quòd in tristitias desinant, & alijs uoluptatibus priuant? confiterentur sanè. Ita simul uisum est nobis utriscq;. Nunquid si rursus ipsos contrarium interrogaremus, ô homines qui tristia dicitis esse bona, num talia dicitis, qualia sunt gymnasiorum exercitia, militia, & medicorum curationes, per ustiones, sectiones, medicamenta, & inedias contingentes? quòd hæc bona quidem sint, uerum tristia, faterẽtur utiq;. appro bauit ille. Vtrum igitur propterea bona ipsa appellatis, quòd in præsens dolores extremos & cruciatus inducunt? aut quòd in posterum tempus sanitates ex ipsis contingũt, & corporum bonæ habitudines, & ciuitatũ salus, & principatus, & diuitiæ? Consensérint arbitror ego. Visum est ita etiam illi. Hæc autem bona sunt ob aliud quiddã quàm quòd in uoluptates desinunt, & mœrorum remotiones ac auersiones? aut habetis aliũ quem dicatis finẽ, cuius respectu bona ipsa uocatis, quàm uoluptates & mœrores? Nõ habemus puto respõderint. Neq; mihi aliter uidet, inquit Protagoras. Nũquid uoluptatẽ persequimini uelut quæ bona sit, mœrorẽ aũt uelut malũ fugitis? Faterent. Assensus & ille est. Malũ ergo ducitis esse mœrorẽ, & bonã uoluptatẽ. Alioqui & ipsum gaudiũ tunc

Scientia princeps est

Affectus superare sapientiã

Homini opiniones ad quid utiles

Voluptatibus inferiorem esse quid sit

Voluptatis finis tristitia

tunc malum esse dicitis, quũ maioribus uoluptatibus priuat, quàm sunt hæ quas ipsum exhibet: aut quũ maiores mœrores inducit, quàm sunt uoluptates quæ in ipso sunt. Nã si ob aliud quiddam, gaudiũ ipsum malum appellatis, & ad malũ aliquẽ finẽ respicientes, possetis etiã nobis dicere. Sed non poteritis. Neq; mihi posse uidentur, inquit Protagoras, quicquàm aliud dicere. Rursus de ipso mœrore idem modus est. Tũc uocatis ipsum mœrorem bonũ, quũ aut à maioribus mœroribus, quàm sunt qui in ipso sunt, liberat: aut quum maiores uoluptates q̃ mœrores inducit. Nam si ad aliũ aliquem finẽ respicitis, quũ mœrorem ipsum bonum appellatis, quàm ad eum quẽ ego dico, potestis nobis dicere. Sed non poteritis. Vera dicis inquit Protagoras. Rursus itaq; inquã si me interrogaretis ô homines, cuius tandem rei gratia, multa & multis modis de hoc dicis, respondẽrẽ sanè ego. Primum equidẽ non facile est demonstrare quid sit tandẽ hoc, quod uos appellatis, uoluptatibus inferiorẽ esse. Postea in hoc sunt omnes demonstrationes. Sed adhuc etiã nũc retractare licet, si forte habetis aliud quid quod bonum esse dicatis, quàm uoluptatẽ: aut malũ aliud quid quàm mœrorem. Aut sufficit uobis iucundè uitã agere, absq; mœroribus? Si uero sufficit, & non habetis quicquàm aliud, quod bonum aut malum dicatis, quod nõ in hęc desinat, id quod sequitur audite. Assero enim hoc ita se habẽte, ridiculum uobis fieri sermonem quum dicitis, Quòd homo sæpe cognoscẽs mala quòd mala sunt, tamen facit ipsa, quum liceret ipsi non facere, dum à uoluptatibus ducitur, & consternatione afficitur: & rursus quum dicitis, quòd homo cognoscens bona, facere non uult, à præsentibus uoluptatibus superatus. Quòd aũt ridicula hæc sunt, manifestũ fiet, si non multis nominibus utemur, nempe iucundo ac tristi, & bono ac malo. Nã postquàm duo hæc esse apparuerunt, duobus etiã nominibus ipsa appellemus primum bono & malo, postea rursus iucundo & tristi: atq; his ita positis dicamus, quòd cognoscens homo mala, quòd mala sunt, tamen ipsa facit. Si quis igitur nos interroget cur hoc, quia superatur dicemus: à quo interrogabit ille, nobis autẽ à uoluptatibus quidem non amplius dicere licet, aliud enim nomen uoluptas assumpsit, nimirũ ut bonum dicatur: Si igitur illi respondebimus ac dixerimus quod superatur, & ille à quo interrogauerit, profectò à bono dicemus. Proinde si is qui nos interrogat cõtumeliosus homo fuerit, ridebit ac dicet. Ridiculã certè rẽ dicitis, si facit quis mala, cognoscẽs q; sunt mala, quũ non oporteat ipsa facere, superatus à bonis. Nũ indigna sunt dicet, bona, ut uincant in uobis mala, aut digna? dicemus nimirũ respondentes indigna, alioqui enim nõ peccasset ille quẽ dicimus uoluptatibus inferiorẽ esse. Quam ob rẽ dicet fortassis indigna sunt bona, ut uincãt mala, aut mala, ut bona? Num ob aliã aliquã rẽ, quàm quũ hæc quidẽ maiora, illa uero minora fuerint? aut hæc plura, illa pauciora? Profectò non habemus aliud quàm hoc quod dicamus. Clarũ igitur est dicet, quod superari & inferiorẽ esse, hoc dicitis, pro minoribus bonis maiora mala accipere. Atq; hęc quidẽ hoc modo. Mutata rursus nomina assumamus, eodem iure iucundũ & triste usurpãtes, & dicamus, quòd homo facit: tunc quidẽ dicebamus mala, nunc aũt dicamus tristia, cognoscens q; tristia sunt, superatus à iucundis, nimirum indignis ut uincant. Et quę alia indignitas est uoluptatis ad mœrorẽ, q; excessus inter hæc & defectus? Hoc aũt est quũ maiora & minora inter se fiunt, & plura ac pauciora, & magis ac minus. Si enim quis diceret, at multũ differt ô Socrates id quod in præsens iucundum est, ab eo quod in posterum tempus & iucundũ, & triste erit. Non alia quapiã re dixerim ego, quàm uoluptate & mœrore? Non enim alia potest. Sed quemadmodũ si homo põderandi gnarus, cõponeret iucunda, & cõponeret tristia: & quod prope est & quod procul, expẽderet in libra, & utra plura essent diceret. Si enim iucunda ad iucunda apponderes, maiora semper & plura accipienda sunt. Si uero tristia ad tristia, pauciora & minora. Si uero iucunda ad tristia, si quidem tristia superentur à iucũdis, siue ea quæ propinqua sunt, ab his quæ procul, siue ea quæ procul, à propinquis, eorum electio facienda est in quibus hæc insunt. Si uerò iucunda à tristibus superentur, ne eligantur. Num'ne aliter se hæc habent dixerim ô homines? & satis scio quod nõ aliter dicere poterint. Ita uisum est etiã illi. Quando uero hoc ita se habet, ad hoc mihi respõdete dicã. Videntur'ne uestris oculis eædẽ magnitudines cominus qdẽ maiores, eminus aũt minores, aut secus? affirmarẽt. Et crassa & multa eodẽ modo? & uoces æquales cominus quidẽ maiores, eminus aũt minores? Cõsentirẽt utiq;.

Mœror bonus sit

Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si igitur in hoc nostra felicitas consisteret, ut magnas longitudines & eligeremus, & ac
ciperemus, paruas autem & fugeremus, & non eligeremus, quæ nam appareret nobis
uitæ salus: num ars metiendi: aut uis eius quod apparet: aut hęc quidē nos seduceret, &
Metiendi ars uisu certior est faceret ut sæpe sursum ac deorsum eadē mutaremus, & tum in magnarum, tum in paruæ
rum rerum, & exactionibus, & electionibus pœnitentia duceremur. At ars metiendi,
hoc ipsum quod apparet irritum faceret, & eo quod uerum est ostenso, animos quietos
redderet, ut in ea ueritate permanerent, atq; sic uitam seruaret. Num cōsiterentur homi
nes, metiendi artem, aut aliam, nos ad hæc seruare: Metiendi artem confitebatur ille.
Quid uero si in imparis & paris electione, uitæ salus nobis esset, quādo id quod plus est
recte eligere oportet, & quando id quod paucius, aut ipsum ad seipsum, aut alterum ad
alterum comparatum, siue propè, siue procul esset, quid nam nostram seruaret uitam:
nónne scientia: & non sanè metiendi, quandoquidem excessus & defectus hæc ars est:
uerum imparis & paris. Num ergo alia quædam quàm numerandi scientia: Assentiren
tur nobis homines, aut non: Videbantur etiam Protagoræ assensuri esse. Esto ita ô ho
Vitæ salus in uoluptatis ac mœroris recta electione mines. Quandoquidem uero apparuit nobis, in recta uoluptatis & mœroris electione,
uitæ salutem esse, ita ut amplioris ac paucioris, & maioris ac minoris & eius quod pro
cul est, & eius quod propè, ratio habeatur, nónne ars metiendi, excessus & defectus, &
æqualitatis inter se consideratio esse apparet: Imò necesse est. Et quod eadem & ars &
scientia sit necesse est. Consentient. Quæ uero ars & scientia sit hæc, rursus considerabi
mus. Quòd uero scientia sit, tantum ad demonstrationem sufficit, quam me & Protago
ram demonstrare oportet, de his quæ ex nobis interrogastis. Erat autem si meministis
quæstio hæc. Quum nos inter nos consentiremus, Scientia nihil præstantius esse, sed
hanc semper ubicunq; esset, dominari & uoluptati, & reliquis omnibus: Vos sanè dice
batis uoluptatem sæpe etiam scientem hominem superare. Postquàm uero uobis non
assentiremur, postea interrogastis nos, ô Protagora & Socrates, si non est hic affectus à
uoluptate superari, at quis tandem est: & quem uos ipsum esse dicitis, nobis exponite.
Si igitur tunc statim dixissemus Imperitiam esse, derisissetis nos. Nunc uero si nos deri
detis, uos ipsos deridetis. Nam uos confessi estis ob scientiæ inopiam peccare eos qui
circa uoluptatum ac mœrorum electionem peccant. Hæc autem sunt bona & mala. Et
non solum inopia scientię, sed etiam ulterius confessi estis, scientię metiendi. At electio
quæ absq; scientia peccat, eam etiam uos scitis ab imperitia prouenire. Quare hic affe
Imperitia est à uoluptate superari ctus, à uoluptate scilicet superari, maxima Imperitia est, cuius Protagoras hic & Prodi
cus, & Hippias, medicos se esse profitentur. Vos autē eo quòd putatis aliud quid quàm
imperitiam esse, neq; uos ipsi acceditis, neq; filios uestros, ad harum rerū doctores hos
Sophistas mittitis, ueluti res sit quæ doceri non possit. Sed pecuniarum studio occupa
ti, neq; his quicquàm dantes, & priuatim & publice infeliciter uitam degitis. Hæc qui
dem plerisq; illis è uulgo respondissemus. Vos autem ô Hippia & Prodice, cum Prota
gora interrogo, communis enim sit uobis hic sermo, utrū uera dicere uidear uobis, aut
mentiri. Excellenter uera esse uidebantur omnibus ea quæ dicta sunt. Confitemini igi
tur inquam ego, iucundū bonum esse, triste malū: At Prodici huius nominū diuisionē
reprobo. Siue enim iucundum, siue delectabile, siue gratum, siue quocunq; alio nomi
ne hæc appellas optime Prodice, hoc mihi ad id quod uolo responde. Ridens itaq; Pro
dicus assensus est, ita etiam alij. Quid uero ô uiri inquā ego, nónne actiones omnes quę
ob hoc fiunt, ut quis citra tristitiam & iucunde uiuat, honestæ sunt ac utiles: & honestū
opus bonum ac utile est: Annuebant. Si igitur inquā ego, iucundū bonū est, nullus neq;
sciens, neq; putans alia esse meliora, quàm ea quæ fecit, aut facere potest, Postea hæc fa
cit, quum meliora facere ipsi liceat: neq; inferiorē seipso esse, aliud quid est quàm imperi
tia: neq; superiorem seipso esse, aliud quid quàm Sapientia. Visum est simul omnibus.
Quid uero imperitiam: nónne tale quid esse dicitis, uelut est, falsam habere opinionem,
& de rebus quātiuis precij falsum esse: Et hoc omnibus ita uisum est. Aliud igitur quid
inquam ego, quàm quòd ad mala nemo ultrò deuenit, neq; ad ea quæ mala esse putat:
Neq; hoc in hominis natura esse uidetur, ut ad ea quæ mala esse putat, se conferre uelit,
relictis his quæ sunt bona: & quum per necessitatē quis coactus fuerit, ut è duobus ma
lis alterū eligat, nemo id quod maius est eliget, quū liceat ipsi eligere id quod minus est.
Hæc

Hęc omnia omnib. nobis ita se habere uisa sunt. Quid igitur inquā ego, uocatis metū &
timorē: Nū quod ego ad te dico ô Prodice, dico aūt expectationē quandā mali, hoc ti
morē: ne an metū appellatis: Videbat Protagorę quidē & Hippiæ, & Metus & Timor
hoc esse. Prodico uero Metus, nō aūt Timor. At nihil inquā ego, ô Prodice refert, uerū
illud, an superiora sint uera. Nū igitur quispiā hominū ea accedere uolet quę timet, quū
liceat ipsi accedere ad ea quæ nō timet: aut impossibile hoc est ex supra concessis: Nā
quæ quis timet, & mala esse ipsum putare, cōcessum est. Quæ uero mala putat, ad ea ne
minē se cōferre, neq; ea ultrò accipere. Et hęc omnibus ita se habere uidebātur. Hisitaq;
ita suppositis inquā ego, Prodice & Hippia, defendat nobis Protagoras hic ea quę pri
mū respondit, quomodo recte se habeant, non ea quæ omnino primū respondit. Tūc e
nim quum quinq; sint uirtutis partes, nullam dixit esse alteram qualem alterā, sed unam
quamq; ipsarum propriam uim habere. Sed de his non dico, uerum de eo quod posteri
us dixit. Dixit enim posterius, quatuor quidem partes probe similes inter se esse: unam
uero, fortitudinem scilicet, ualdè ab alijs differre. Cognituru uero me esse dixit ex hoc
signo. Reperies enim inquit ô Socrates, homines iniustissimos, impientissimos, petulā
tissimos & imperitissimos esse, qui tamen fortissimi sunt: ex quo cognosces, quòd forti
tudo ab alijs uirtutis partibus multū differt. Et ego tunc statim ualde admiratus sum re
sponsionē, & adhuc magis postquā hæc uobiscum oratione prosequutus sum. Interro
gabā igitur hunc, an fortes uocaret audaces. At hic etiam impetuosos inquit. Memini-
sti inquā ô Protagora, hæc te respondisse: confitebatur. Age itaq; inquā ego, dic nobis *Fortes ad quæ sint impetuosi*
ad quid dicis impetuosos esse fortes: num ad ea ad quæ timidi: non inquit. Nunquid ad
aliaq; etiā inquit ille. Num timidi quidē audenda aggrediūtur: Fortes aūt horrēda: Ita di
citur ab hominibus ô Socrates. Vera inquam refers, uerum ego non hoc interrogo, sed
ad quid tu impetuosos esse fortes dicas, num ad horrenda, quū horrenda ea esse putent,
aut ad non horrenda: At hoc fieri non posse inquit, in tuis quos habuisti sermonibus iā
demonstratum est. Et hoc inquā uere dicis. Quare si hoc recte demonstratū est, ea quæ
horrenda esse putat, nemo aggreditur: quando quidē inferiorem seipso esse, inuentū est
imperitiam esse. Confitebatur. Atqui omnes homines tū timidi, tū fortes, ea quę audent *Fortes & Timidi eadem aggrediuntur*
aggrediuntur, atq; hac ratione eadem aggrediuntur & timidi, & fortes. Imò ô Socrates
in totū contraria sunt, ea quæ timidi & fortes aggrediuntur. Verbi causa, hi ad bellum
proficisci uolunt, illi nolunt. Vtrum inquam ego, honestum est ad bellum proficisci, aut
turpe: Honestum inquit. Nunquid si honestum, etiam bonū esse confessi sumus in supe
rioribus: Nā omnes honestas actiones, bonas esse consensimus. Vera dicis, & semper
mihi ita uidetur. Recte inquam ego. At utros ad bellū proficisci nolle dicis, quū hone
stum hoc ac bonū sit: Timidos inquit ille. Nunquid inquā, si honestū & bonū est, etiam
iucundū est: concessum est inquit. Nū igitur sciētes timidi proficisci nolūt ad id quod *Timidi ex imperitia bellum fugiunt*
honestū, & melius, & iucundius est: At si & hoc cōsiteremur inquit, superiores assensus
corrumperemus. Quid uero fortis, nónne quod honestius, & melius, & iucūdius est ag
greditur: Necesse est hoc fateri inquit. Nunquid fortes omnino nō turpi timore timēt,
ubi timēt, neq; turpi audacia audēt: uera refers inquit. Si uero nō turpi, nónne honesta:
cōfitebatur. Si uero honesta, etiā bona: etiā. Nunquid & timidi, & temerarij, & insani ui
ce uersa turpi timore timent, & turpi audacia audent: confitebatur. Audent autem tur
pia & mala ob aliud quid, quàm propter ignorantiam ac imperitiam: Ita res se habet in
quit. Quid igitur hoc propter quod timidi sunt timidi, timiditatem aut fortitudinem
uocas: Timiditatem ego uoco inquit. Timidi uero nónne propter horrendorum impe
ritiam esse apparuerunt: & maxime quidem inquit. Propter hanc igitur imperitiam ti
midi sunt: assentiebatur. Propter quod autem timidi sunt, timiditatem esse tu confite
ris: assentiebatur. Nónne igitur horrendorum & non horrendorū imperitia, timiditas
fuerit: annuit. Atqui inquā ego, cōtraria est fortitudo timiditati. est inqt. Nunquid hor
rendorum, & nō horrendorū sapientia, cōtraria est horū imperitiæ: & hic adhuc annue
bat. horū uero imperitia, timiditas est: ualde difficulter hic annuebat. Sapiētia igit horrendorū, & non horrendorū fortitudo est, quæ cōtraria est horū imperitiæ. Hic nō am- *Fortitudo est sapientia horrendorum*
plius annuere uolebat, & silebat. Et ego dicebā. Quid ita ô Protagora, neq; tu ad ea quę
interrogo respondes, neq; ipse ista negas ac sententiā tuam pronuncias: Perduc rem ad
finem

Universidad de Deusto
Biblioteca

sinẽ inquit. Vbi unũ solũ inquam ego, adhuc ex te percũctatus fuero: an tibi ueluti primum, ita adhuc nũc homines quidam esse uidentur, qui sint imperitissimi quidem, uerum fortissimi? Cõtendere adhuc mihi uideris inquit ô Socrates, ut ego sim qui respõdeam. Gratificor itaq; tibi ac dico, q̃ ex his quæ cõcessa sunt, impossibile id esse mihi uidetur. Non sanè inquam ego, aliam ob causam hæc omnia interrogo, quàm quòd considerare uolo, quomodo tandem se habeat res uirtutis, & quid nam sit ipsa uirtus. Nouí enim q̃ ubi hoc manifestũ fiet, maxime etiam illud clarum euadet, de quo ego & tu longũ sermonem extẽdimus, dum ego quidẽ assero, Virtutẽ doceri nõ posse: Tu uero cõtrà adstruis, q̃ doceri possit. Et mihi uidet hic sermonũ exitus, uelut homo quispiã, nos accusare ac deridere: & si uocẽ haberet, dicturus esse. Quàm inepti estis ô Socrates & Protagora, tu quidẽ qui in superioribus Virtutẽ doceri nõ posse, asseruisti, nũc tibiipsi cõtraria demõstrare tentans, q̃ omnes res sunt sciẽtia, & iustitia ipsa, & tẽperantia, & fortitudo: quo modo maxime Virtus doceri posse uidet. Si enim aliud quid esset Sciẽtia, q̃ uirtus, quemadmodũ Protagoras dicere aggrediebat, clarũ esset ipsam doceri nõ posse. Nunc autẽ quũ uirtus uideat esse Sciẽtia, uelut tu Socrates pronũcias, mirũ sit si doceri nõ possit. At Protagoras tũc quidẽ doceri ipsam posse adstruẽs, nũc uice uersa quiduis potius studio habere uidet, q̃ ut uirtus Sciẽtia habeat, atq; ita minime doceri poterit. Ego igitur ô Protagora, quũ uideam omnia hæc sursum ac deorsum turbari miris modis, omni alacritate huc feror, ut ista clara fiant: ac uellem ut nos qui hęc hactenus prosequuti sumus, etiã amplius uirtutẽ expenderemus, ut quid esset cognosceremus: & rursus de ipsa cõsideraremus, an doceri, aut nõ doceri posset, ne sæpe nos Epimetheus ille, & in considerãdo deceptos fallat, quemadmodũ etiam in distribuendo nos neglexit, uelut tu dicis. Proinde etiã in fabula Prometheus magis mihi placuit, q̃ Epimetheus. Illo itaq; ego utẽs, & uniuersæ uitæ meæ prouidẽs, omnia hæc tracto. Et si tu ita uelles, id quod etiã ab initio dicebã, tecum hæc libentissime cõsiderarẽ. Et Protagoras ego quidẽ, inquit ô Socrates, prõptitudinẽ tuam, & sermonũ explicationẽ laudo. Nam nẽq; aliàs malũ hominẽ me esse arbitror, & si quis alius est, minime inuidiosum. Et de te q̃dẽ apud multos uerba feci, q̃ ex his cũ quibus ego cõuersatus sum, te maximè admirer, & præ omnibus æqualibus excellẽter. Sed & illud dicere soleo, me nõ admirari si in præsentẽ sapientia uirum euadas. Quin & de his rursus ubi uoles tractabimus. Nũc uero tempus est, ut aliud quid nos cõuertamus. At inquã ego, sic facere oportet, si tibi ita uidetur. Nam & ut ego eò abeam, quo dixi, iamdudũ tempus est: uerum Calliæ honesto iuueni gratificans hic permansi. Atq; sic ubi hæc dicta & audita essent discessimus.

Prometheus sapientior Epimetheo

Socratis laus

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Gorgiam.

CVM duo quædam in animo potissima sint, cognitio & affectus, cognitionem quidem sophistæ subuertunt, uel turbatos animos acrius imitantur & referunt: neq; undiq; sed ex urbe, id est ex iuuenum ignorantumq; turba, qui in perturbationes admodum sunt procliues, & allegoricum poetarum non penetrant sensum. Quamobrem in libris De republica poetas iubet uel expelli, uel cogi de deo honeste loqui, neque perturbationibus audientes assuescere, sed & diuinos hymnos canere, & leges patrias magnorumq; gesta uirorum grauiter recensere. Sed ut reuertamur ad oratores, hos quoq; non omnes Plato uituperat, sed eos duntaxat, qui ad id incumbunt assidue, ut quicquid libuerit, quàcunque ualeant ratione audientibus persuadeant absque delectu, siue malum id est, siue bonum, seu falsa sit ratio seu uera, uel commiseratio, uel concitatio, uel coniectura. Quale fuerat Lysiæ Thebani, atque Tisiæ, necnon Gorgiæ Leontini propositum. Anteponit uero alijs Periclem in Phædro atque Isocratem: propterea quod eloquentiam cum philosophia coniunxerint. Additq; legitimum oratorem oportere rerum intelligere rationes, morum leges, uerborum uires, naturas ingeniorum, uerbaq; certa quadam ratione componere ingenijs audientium quoad fieri potest accommodata, communis boni persuadendi gratia: neque tam ad id incumbere, ut ea quæ dicis hominibus grata sint, quàm ut accepta deo. Eum uero qui Tisiæ Gorgiæq; more non ueritatem ipsam atque iustitiam, sed coniecturam turbæ duntaxat uerisimilem probabilemq; sequitur, tanquam hominem ciuitati ante alios noxium detestatur, quasi eloquentia sine sapientia sit ensis acutus in manibus furiosi. Duos autem exagitat ante alios, Lysiam quidẽ in Phædro, hic uero Gorgiam. Nam quanto maioris autoritatis erãt, tanto periculosiores erant. Adducitur hic in mediũ & Polus orator Gorgiæ sectator, & Callicles eorum astipulator. Socrates autem primo per Chærephõtem agit familiarem suum, & id quidem aduersus Polum. Deinde ipse per se contra Gorgiam. Quoniã uero hi in aliarum rerum rationibus assignandis apud populum mirum in modum gloriari solebant, ostenditur eos, ut ipsis omnis adimatur fides, nescire suæ professionis rationes afferre. Interrogatus enim Polus quæ sit ars Gorgiæ, cum debuisset eam solum per necessaria definire, & quæ sit explicare, per superflua circumscripsit, & qualis, & id quidem affectato nimium stylo, quo uti consueuisse, in Phædro ubi de oratorum stylis agitur, confirmatur. Deinde interrogatus ipse Gorgias quæ sit ars eius, inepta quadam iactantia respondit esse rhetoricam. Rogatur deinceps quid sit rhetorica definire. Meminisse uero debemus rem quamlibet in eo quod ipsa est, partim quidem cum rebus alijs conuenire, partim uero differre: atq; id per quod conuenit nominari genus: per quod discrepat, differentiam. hinc fit, ut definitio quæ idipsum quod res est comprehendit, per genus eiusmodi, differentiamq; debeat assignari. Gorgias ergo utpote qui artem suam nesciat definire, genus ipsius & id quidem inepte profert. Differentiam uero quam mox in eadem responsione una cum genere debebat adducere, uix tandem post multas interrogationes extorquente Socrate in medium afferre cõpellitur. Principio respõdet rhetoricam esse artem circa sermones. Et quoniã aliæ quoq; sunt similes, interrogatur circa quos quales ue sermones, ut qua in re ab alijs artibus differat, discernatur. Respondet autem circa sermones qui dicendi uim præstant. Iterum id alijs artibus est commune, unde rursus adiungere cogitur, rhetoricam uersari quàm plurimum circa sermones, uimq; dicendi. Sed quoniam id quoq; cõmune cum multis, urgetur iterum addere circa sermones, scilicet de rebus maximis. Cum uero & id cõmune, iam nescio quid distinctius afferre compellitur, id est per oratoriam nos consequi ut nulli seruiamus, sed alijs dominetur, atq; esse oratoriam artem persuasionis pro arbitrio effectricem. Interea Socrates admonet, ut in disputando nõ tam ad personam qua cum disputatur: quàm ad rem ipsam & sermonem & animum intẽdamus. Deinde uero quoniam omnis ars aliqua de re persuadet, quæritur qua de re, & qualis sit rhetoris persuasio. Mox in duo distinguitur persuasio. In eam scilicet quæ scientiam, & in eam quæ facit fidem. Concluditurq; oratoriam persuasionem non scientiam afferre, sed fidem, non circa quælibet proprie, sed circa iusta atq; iniusta, non ubiq;, sed in turba potissimum, ac de rebus quæ præcipue ad rempublicam pertinent. Additur quinetiam oratorem de rebus iusuper ad artes alias proprie pertinentibus suadentius quàm artifices ipsos posse loqui, non quidem inter artium ipsarum peritos, sed imperitos. Inter hæc admonemur ne potentia unquam arteq; abutamur. Item ne in disputando ubi ad ueritatem percipiendam necessaria est tranquillitas, perturbemur. Rursus æquo animo atq; libentissimo redargutionem esse recipiendam, præsertim in moribus corrigendis. Nihil deterius enim esse quàm de moribus falsa sentire. Post hæc concedit Gorgias non pertinere ad oratorem scire qua ratione res ipsæ se habeant, sed machinationẽ quandam sic ad persuadendum excogitare, ut ipse quamuis ignorãs, tamen apud ignorantes magis intelligere quàm ipsi scientes apparẽat, officiumq; eius esse, de quolibet in turba strenue loqui non docendo sed persuadendo. Concedit quoq; oratorem scire id debere & posse quod sit uerisimile, etiam si id quod uerum est nesciat. quod quidem fieri nullo modo potest, Nisi enim rem ipsam cognoueris, nũquam quid illius simile sit, agnosces. Proinde quæritur utrum sicut ad oratorem alia scire non attinet, ita neq; etiam quid bonum, honestum, iustum sit intelligere. Gorgias uero cum aliàs dixerit, oratorem ad hæc atq; illa similiter se habere, hic sibi repugnans, scire hæc saltem oportere consensit. Hinc Socrates argumentatur. Si orator scit iusta, ergo est iustus, tentans uidelicet Gorgiam nũquid uim consequentiæ teneat. Ille uero admittit statim, cum proprie in scientijs artibusq; ad intelligentiam pertinentibus id sequatur, scit astrologica uel fabrilia, ergo astrologus uel faber: in ijs tamen quæ ad uoluntatem moresq; pertinent non sequatur, scit iusta, ergo iustus. Opus enim ad iustitiam est uoluntate, Veruntamen si quis diuinã quandam de iustitia scientiam habeat, quod quidẽ spirante deo fieri quandoq; posse Plato uult, recte sequetur. Quisquis enim certissime sciuerit quãtum bonum iustitia sit, quantum ue præmium maneat: atq; contrà quantum iniustitia malum, quãtumue huic supplicium debeatur: is proculdubio iniustitiam fugiens, iustitiam complectetur. Quacunq; uero ratione sese res habeant, Gorgias sibimet cogitur contradicere. Quippe cum in superioribus, oratorem iniustum esse aliquando posse concesserit, hic uero neget. Post hæc Socrates ex arrogantia Poli sub quadam ironia & iuniores improbat, siquando seniores corripiant arroganter, & præcipit omnibus ut emendari à quolibet facile patiantur. Cæterum ut quæ sequuntur plane intelligantur, aduertendum est, oratoriam uel in genere uel in speciebus, posse considerari: atq; in genere quidem definiri, industriam ad persuadendum in materia ciuili promptissimam, tum quadam probationis facultate, tum uel maxime eloquij gratia. Ideoq; inter artem quandam differendi poeticamq; esse quodammodo constituit. Hactenus oratoria intellectui quidem bonum est, uoluntati uero neque bonum est neq; malum. Huius autem duæ sunt species, philosophica, & popularis siue adulatoria: illa bonum, hæc uero malum. Illius quidem finis est, certis rerum, uerborum, morum rationibus, audientes ad commune bonum perducere. Quam maxime Laudat in Phædro ex philosophia poesiq; grauiori compositam. Alterius autem finis est, per coniecturas turbæ uerisimiles, concitationesq; animorum, quodcunq; libuerit impetrare. Hanc inter sophisticam uulgaremq; poesim ponimus ex utriusq; permixtam, quam in hoc dialogo detestatur. Diuidit autem artes ipsius hominis proprie curatrices in duo præcipue genera. Quorum primum curat animum, secundum uero corpus. In animo legalem facultatem ait legũ conditricem morumq; moderatricem, animum ipsum in habitu quodam naturæ consentaneo formare atq; stabilire: artem uero iudicialem animum, siquando hinc lapsus fuerit, restituere. In corpore quoq; geminas ponit artes, similiter corporis curatrices, gymnasticam quidem huius exercitandi magistram in bona ipsum habitudine pro uiribus confirmãtem. Medicinam uero corpori amissam sanitatem restituentẽ. Quapropter qualis est legalis in animo, talis in corpore uidetur esse gymnastica

Universidad de Deusto
Biblioteca

stica. Item qualis iudicialis in animo, talis in corpore medicina. Hæc omnes appellat artes, quia certa ratione perducãt ad bonum. Subdit naturã quandam siue peritiam, adulatoriam, seruilem, atq; fallacem, quæ falso has quatuor æmulatur. Per sophisticam quidem simulat legalem, per oratoriam scilicet uulgarem fingit iudicialem, per fucatoriam præ se fert gymnasticam, per coquinatoriam medicum repræsentat. Totum uero hoc adulandi genus negat esse artem, quia non ratione certa ad uerum bonum, sed lenocinijs contendit ad gratiam. Sed ne quis existimet Platonem longe omnium eloquentissimum legitimam eloquentiam coquinariæ comparare, legat Phædrum, in quo & eam probat, & finem officiũq; & præcepta eius subtilissime tradit, asseritq; ipsam esse similem medicinæ. Quoniam uero Polus oratoriam uim extollens, oratores ait ex eo maximam habere potentiam, quod pro arbitrio ualeant aduersarios carceri mortiq; damnare, uel exoliare bonis, uel urbe priuare: Socrates duobus potissimum argumentis probat iniustos non esse potentes. Primo quidem quoniam potentia exoptanda est unicuiq; tanquam bonum: constat uero licentiam quodcunq; libuerit faciendi, iniustis hominibus ueluti mente captis non modo non bonam esse, sed malam, atq; tandem perniciosam. Deinde maxima potestas est posse idipsum quod uelis efficere. Patet autẽ omnes uerũ uelle bonũ. At malos uerum bonũ uel agere uel consequi nũquam. Adde quod mala mens eo ipso quod mala est, discors in seipsa & insana censetur, iamq; ab his quæ afferuntur sensibus superata. Quis ergo dixerit mentẽ & languidã & more mancipij suis seruientẽ mancipijs, esse potentem? Interea humana omnia distinguuntur in tria, scilicet in bona, malaq;, & media. Bonorum primum est sapientia. Secundum, optãda corporis habitudo. Tertium, fortunæ commoditas. Sed hæc duo eatenus iudicantur bona, quatenus commodũ menti exhibent ministerium. Horum uero opposita dicuntur mala, sed horum media tanquam indifferentia sunt, quæ non magis ad bonum declinant quàm ad malum, ut ire, sedere, atq; similia. Additur neminem uelle aut mala aut media, aut ea quæ agit proprie, immo duntaxat ea quorum gratia mouetur & agit. Non ergo qui iniurias faciunt, ipsas uolunt iniurias, sed bonum cuius gratia faciunt. Bonum uero non consequuntur, non assequuntur ergo quod uolunt: Non ergo potentes. Deinceps uero Socrates ex errore Poli communi cum multis nactus occasionem sancta nobis tradit præcepta. Cui peccare grauiter licet, prope miser est: qui peccat grauiter iam est miser: qui peccati non luit pœnas, est miserior, Iniurias pati eligendum est potius quàm inferre. Licentiam quodcũq; libuerit faciendi non est potentia, nisi id nobis sit deniq; conducturum. Conducet autem iuste duntaxat utentibus. Iniusti etiam si totius orbis imperio potiantur, infelices sunt, immo infelicissimi. Quo enim magis peccare licet, & quo minus peccati datur pœna, eo infeliciores habentur. Felicitas in sapientia iustitiaq; consistit, infelicitas in contrarijs. Quoniam uero Polus ueritatis iudicium quod ad iudicis qualitatem potius quàm ad iudicãtium numerum referri debet, in quorumlibet testium multitudine collocat, ideo Socrates optimum probandi modum esse respondet, si unicum in causa testem adduxeris, aduersarium scilicet ratione conuictum: alioquin coeruleam undiq; testium multitudinem, parui ad ueritatem esse momenti. Præterea quia Polus ait iniuriam quidem facere turpius esse, pati uero peius: Socrates id arguit, asserens idem in rebus humanis moribusq; bonum esse atq; pulchrum siue honestum: idem malum atq; turpe. Deinde idipsum pulchrum uel propter uoluptatem, uel utilitatem, uel utrunq; putat existimari, turpe uero contrà. Hinc argumentatur: si facere iniuriam turpius est quàm pati, non ex eo quidem quod sit molestius, ex eo igitur quod sit damnosius. Si ita, ergo deterius iudicatur. Mox adiungit oportere seipsum rationi tãquam medico curandum committere. Affirmat quoq; iustam peccatorum punitionem, ei qui punitur prodesse plurimum. Hæc enim si iusta est, ergo pulchra atq; honesta. Si ita, ergo bona: si bona, confert animo, uidelicet tanquam medicina corpori, multoq; magis. à morbo enim animi liberat, qui grauissimus est morborum omnium atq; malorum. Inter hæc animaduerte theologorum sententiam, nihil magis necessariũ esse utiliusq; peccatoribus quàm confiteri peccata, affici pœnitentia, pœnas à iudice petere, æquo animo ferre ut purgetur animus, anteq; iam insanabilis morbus eius euadat. Posthæc audies facillimum esse nobis affectum illi nostrum significare qui simili laborat affectu. Item Socratem philosophiæ amore captum illi semper obtemperare. Præterea eligendum potius esse ut cætera nobis dissonent omnia, quàm ut animus intra se dissonet. Proinde ubi Callicles Socratem corrigit quasi argutiarum nimium studiosum, intellige sub persona Socratis Sophistas à Platone redargui. Tangit postea Callicles Thrasymachi multorumq; prophanam opinionem, dicentium mores & leges non naturæ ordine, sed sola hominum uel opinione uel fictione consistere. Quod in libris De republica & insequentibus confutatur. Quod uero afferre uidetur Callicles contra philosophos, intellige non contra legitimos philosophos esse dicta, sed partim aduersus ignauissimos sophistarũ, partim aduersus eos qui philosophiæ studio abutuntur: dum uel ita solam logicam sectantur, ut partes speculationis alias deserant: uel ita solam speculationem capessunt, ut philosophica morum præcepta institutaq; ciuilia negligant. Nonnulla uero in ipsa Callicles inuectiua falsa dicuntur, quæ in sequentibus refellentur. Post hæc autem præcipitur omnem in animæ uostræ examine atq; probatione esse diligẽtiam adhibendam, atq; ad id tanquam iudicem unum eligendum esse. in quo sapientia sit rei ipsius qua de agitur, & beneuolentia qua libentius consulat, & audacia insuper, per quam quod profuturum putet, non uereatur exprimere. Deinde nos admonet Socrates, cum rationales natura simus, ne irrationali casu & fortuna uiuamus, sed certum uitæ finẽ diligentissime præscribamus, uiasq; ad ipsum eligamus cõmodiores. Deniq; dum sæpius obsecrat Callicle ut ipsum libere audacterq; redarguat, admonet nos nihil inquirere impẽsius oportere quàm animi medicinã. His actis Callicles cãcedit idem esse naturã potentius ualidiusq; & melius, aitq; naturalem iustitiam uelle, eum qui potentior est habere quæcunq; inferiorũ sunt, eisq; dominari, legemq; illius naturaliter esse iustam. Ad hæc Socrates ita infert. Si idem est potẽtius, ualidius, melius, atq; multitudo ualidior est quàm unus, ergo & potentior atq; melior. Multitudinis ergo leges cum potẽtioris meliorisq; sint, iustæ naturaliter erunt. At huius leges statuũt esse iustum seruari inter omnes æqualitatem, atq; esse turpius iniuriam inferre quàm pati. Quamobrem non solum lege turpius est facere iniuriam quàm pati, atq; iustum est æqualitatem seruare, ut in superioribus dixerat Callicles, sed etiam ipsa natura. Præterea quia Callicles in superioribus potentiores illos esse putauerat, qui astutia, audacia, uiolentia, cæteros anteirent: Socrates paulatim hunc emendat, cogitq; fateri potentiorem esse, qui prudentior fortiorq; sit ad rempublicam gubernandã. Significat quoq; inter hæc se eadem semper eisdem de rebus adducere, probans uidelicet constantiam, improbans leuitatem. Iam uero Calliclem conatur ultra prudentiam fortitudinemq; ad temperantiam quoq; perducere. At hic quemadmodum supra Thrasymachum imitatus circa iustitiam pro tentiamq; errauerat, ita nunc sequutus Aristippum circa temperantiam similiter errat, eam appellans stupidam ingenij seruilis ignauiam, atq; in fouendis explendisq; sensuum libidinibus uirtutem asserens felicitatẽq; consistere. Socrates autem mox ad dmonstrandum sese accingit, temperãtiam non opinione humana, sed ordine naturæ constare. Profecto naturalis ordo requirit ut inferiores animæ partes superioribus pareant, totusq; animus consonans undiq; sit & sanus & pulcher, neq; agat frustra, sed finem propositum consequatur, qualis est habitus uitaq; temperati. Contra uero in homine intemperato ratio regina hominis seruili seruit cõcupiscentiæ, dissonat quoq; & languet, opusq; inexplebile molitur, incomparabilitq; molestia uolantem sequitur uoluptatem. Id totum Socrates Pythagoræorũ præsertim Philolai & Empedoclis sententijs explicat, duplici præcipue uia, scilicet per fabulam & exemplum: in quibus ipse considera, animã in hoc corpore omnem quidem esse mortuam, intemperantem præterea inferis deputari, irrito assiduoq; labore miserabiliter agitatam, dum quodam perforato uase, id est deprauato fallaciq; iudicio continue machinatur perforatum quoq; uas alterum, id est concupiscentiam inexplebilem fluentibus oblectamentis implere. Post hæc quia Callicles non solum uirtutem, sed etiam felicitatem in assidua libidinum expletione constituit, affirmatq; idem esse uoluptatem atq; ipsum bonum, dolorem quoq; idem atq; malum, idcirco Socrates id pluribus rationibus confutat. Prima, constat uoluptatem non esse ipsum bonum, cum sæpe & turpissima sit, & turpissimis hominibus adsit. Secunda, bonum & malum utpote contraria in eodem simul esse non possunt. At uoluptas & dolor in eodem sunt simul, quando uidelicet quis sitiens bibit. tunc enim sitiendi molestia cum bibendi uoluptate concurrit. Tertia, bonum & malum sicuti cætera contraria solent, nõ simul abeunt ab eodem. Voluptas autem doloriq; tunc ab eodem simul abeunt, quando quis eodem in tempore dum bibit cessat simul & sitire pariter & delectari bibendo. Quarta, unusquisq; præsentia quidem boni fit bonus, mali uero præsentia fit malus. At neq; præsente uoluptate boni fiunt homines dissoluti, neq; dolore probi homines mali fiunt. Quinimmo cum sæpe æque gaudeant, aut doleant boni atq; mali, & aliquando magis mali gaudeant, & boni magis doleant, certe si uoluptas quidem bonum esset, dolor uero malum, sequeretur ut frequenter tam boni quàm mali pariter boni forent aut mali, ac nonnunquam boni magis mali quàm ipsi mali, atq; econuerso. Inter hæc animaduerte præceptum Socratis obseruandum, scilicet non esse ad grauissima festinandũ nisi leuiora prius fueris consequutus. Afferuntur deinde nonnulla ex quibus confirmare quis possit, uoluptatem non esse ipsum per se bonum. propterea quod multæ reperiantur uoluptates malæ, noxiæ uidelicet & animo simul & corpori, nosq; à rebus optimis diuertentes. quòd si uoluptas ipsum per se bonum esset, nulla esset mala uoluptas, proinde distinguũtur iterum facultates, & quæ uelut artes ad bonum utileq; certa ratione procedunt, & quæ tanquam adulationes, nulla ueri boni adhibita ratione uoluptatem solam aucupantur: quarum in numero poesim & musicam, communemq; oratoriam collocat. Tu uero inter differendum hanc nota sententiam. Virtutem corporis sanitatemq; in ordine quodam & ornatu consistere, similiterq; in ordine ornatuq; suo animi uirtutem atq; sanitatem. Ex quo fit, ut quemadmodum uirtus corporis uitiumq; non in opinione, sed in re ipsa uel naturæ consentanea uel opposita reperitur, sic uirtus uitiumq; animi non ad humanam opinionem, sed ad naturæ legem dijudicetur. Concludetandem, quantum naturaliter præstat corpus habere sanum quam ægrotum, tantum præstare similiter temperatum quàm intemperatum animum posidere. Præterea confirmatur in sequentibus sententia Pythagorica: omnibus in rebus esse optimam temperantiam. Quæ quidem prima omniũ adolescentibus est tradenda, per quã præcedens puerita corrigatur, totusq; animus temperetur, quam mox sequi cæteras uirtutes existimat. Siquidem temperatus erga deum atq; homines agit decentia, pius est iustusq; & fortis. Deinde concluditur in sola uirtute felicitatem, in sola improbitate esse miseriam, omniq; humana ad uirtutem uelut ad signum certissime referenda. Præterea sicut ad beatitudinẽ necessaria uitatis est, sic & uitiorum castigationem punitionẽq; necessariam esse, quasi morborum animi medicinam. Deniq; intemperatum neq; hominibus, neq; deo, neq; sibimet amicum esse posse. Vt autem naturalem temperantiæ excellentiam nobis ostendat, ex Pythagoræorum Orphicorumq; mente subiungit, uniuersum temperantia atq; etiam concordia & iustitia, quæ continentur in ipsa temperantia, contineri: ideoq;, quod & Pythagoræ inquit, intemperãtiam in omnibus tanquam perniciosissimam esse totis uiribus fugiendam. Quoniam uero ad hanc simul atq; iustitiam æqualitas præcipue pertinet, æqualitatem in primis præcipit obseruari, quam asserit in dijs & hominibus ualere quamplurimum. Aequalitatem, inquam, geometricam, per quam unicuiq; æqualis ita fit distributio, ut pro capacitate meritiq; cuiusq; æqualiter distribuatur, æqualiter, inquam, id est neq; magis neq; minus quàm uel capacitas uel meritum exigere iudicetur. Aequalitas quidem geometrica in quadam cõgrua portione cõsistit. Arithmetica uero in numero utrinq; pari. Neq; uero eadem est hæc & illa, Sane excessus sex ad quatuor, itemq; excessus quatuor ad duo, apud Arithmeticum numeros considerantem, est æqualis: per duo enim uterq; perficitur. Verum apud geometrum portionis iudicem est inæqualis. Nam senarius numerus quaternarium proportione sesqualtera superat, in qua maior numerus minorem & semel continet totum & insuper eius dimidium. Quaternarius uero binarium proportione superat dupla. Eiusmodi uero æqualitate quæ nõ numerantis more tantum ponderis uni tribuit quantum alteri, sed metientis ritu, neq; magis neq; minus quàm cuiq; congruat tribuit unicuiq;, aut cuncta seruari, in hac etenim & iustitia dei in operibus suis, & hominis ad homines continetur. Vtrobiq; enim pro mensura capacitatis & meriti cuiq; distribuitur. His dictis asserit theologica fundamenta morum firmissimis esse rationibus cõfirmata, præcipue peius esse iniuriam facere quàm pati, omnium uero peßimũ cum iniuriam feceris, non dare pœnas, quibus quasi medicamẽtis ab omnium maximo iniustitiæ morbo animus liberetur. Nullum enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

detrimentum maius cogitari posse quàm quod animo infertur à uitio, adeo ut quemadmodũ homini cum omnino ægroto corpore non expedit uiuere, ita neq; cum animo uitijs ægro. Item non multi faciendam esse uitam in corpore, sed uirtutem, peiusq; esse seipsum flagitiosis hominibus ob morum similitudinem præstare persimilem, quàm ab illis interfici. Inter hæc monet ne res ullas quarum ignari simus, tractandas aggrediamur, præsertim grauiores, maxime publicas. Omnino uero oratoriam paruifacit, si nullã posit uel priuatim uel publice salutẽ afferre animo, sed corpori duntaxat rebusq; ad ipsum pertinentibus consulat. Deridet & eos, qui cum diu Reipub. tenuerint gubernacula, semper quidem ciuitatem externis bonis auxerint, animos uero ciuium temperantia & iustitia formare neglexerint: quod quidem solum sit legitimi gubernatoris officium. Concluditq; non modo non prodesse, sed obesse plurimum ciuitati gubernatores, qui fortunæ potius quàm animi bonis prospiciant. Præterea potentiam omnem sapientiamq; uiri in eo consistere, ut animam à peccatis erga deum & homines conseruet intemeratam. Nam huius quidem uitæ iacturam leuissimam esse, æternæ uero salutis esse grauissimam. Cæterum ut quæ de futuris uel uirtutum præmijs uel uitiorum supplicijs Plato affirmat, intelligas, scito Saturnum apud Platonem intelligi supernam intelligentiam, in qua sit uniuersalis omnium lex atque prouidentia circa omnium essentias & uias ordinesq; formarum. Huic autem subesse ordines tres præcipuos numinũ, in quibus Saturnina prouidentia in tria potissimum officia distribuitur. Ex his quæ numina ad distribuendas essentias proprie subministrant, communi quodam Iouis nomine nuncupat. Quæ uero ad uitas suggerendas cõferunt, appellatione Neptuni. Quæ ad formarum ordines disponendos, nomine Plutonis appellat. Prometheum uero numinum gradum his aliquanto inferiorem, qui formalem ordinem naturæ dũtaxat rationali præsertim in hac uita distribuit. Deniq; tres Iouis filios, Asiæ, Europæ, Africæ iudices, tria uult intelligi numina ad id maxime ministra Iouis atq; Plutonis, ut formalis ordo iustitiæ in separatis à corporibus animis expleatur. His autem animaduerte diuinam legem delebiles uitiorum maculas certis temporibus puniendo diluere, indelebiles uero pœnis sempiternis affligere. Quod quidem transmigrationem animarum per corpora sempiternam improbare uidetur. Quod autem dicit quondam errauisse iudices in uiuentibus iudicandis, duo nobis significat. Primum quidem non diuinum, sed humanum circa uirtutes & uitia iudicium decipi. Secundum uero, diuinam prouidentiam in seipsa præuidisse iudicia fore falsa si à uiuentibus in hoc corpore uiui iudicarentur. Ideoq; non ex quodam tempore, ut uerba sonant, sed ab æterno, iudicium post hanc uitam fieri statuisse. Interea memento animam uitiorum uirtutũq; affectiones & habitus secum ferre. Deniq; Socratem hæc penitus affirmare, nihilq; aliud expauescere, nisi eius modi animæ detrimentũ, iudicisq; diuini conspectum. Propterea concludit in nullo certamine nobis acrius quàm in hoc contendendum, ut purissimam iudici cuncta inspicienti animam offerre possimus: cæteraq; omnia quæ homines admirantur, esse penitus cõtemnenda, solaq; ex omnibus honoranda, quæ ad salutem animæ conferant sempiternam.

PLATONIS ATHENIENSIS GORGIAS, SIVE DE RHETORICA. *Sub confutationis specie.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

CALLICLES. SOCRATES. CHAEREPHON. GORGIAS. POLVS.



IC ad bellum & pugnam ô Socrates, re peracta accedere oportere aiunt. SOC. Nũquid quod dicit, post festum uenimus, & tardius adsumus? CAL. Equidẽ post festũ ualdè gratiosum. Multa enim & pulchra Gorgias nobis paulò antea exposuit. SOC. Horũ sanè causa Chærephon hic est, ô Callicles, qui nos in foro morã trahere coegit. CHAE. Nihil negocij est ô Socrates, ego enim etiam medebor, Amicus enim mihi Gorgias. Quare explicabit nobis siquidẽ uidetur, nũc: aut si ita uis alio tẽpore. CAL. Quid uero ô Chærephon, cupit Socrates Gorgiam audire? CHAE. Ob id ipsum sanè adsumus. CAL. Proinde quando uultis, ad me domũ uenite. Gorgias eñ apud me diuertit, & explicabit uobis. SOC. Bene dicis ô Callicles. Nũ uero ualet nobiscũ disputare? Percũctari eñ ex ipso cupio, quæ sit artis uiri facultas, & quid est quod profiteꝛ ac docet. Reliquã uero explicationẽ alio tẽpore, uelut tu dicis, faciat. CAL. Nihil graue fuerit ipsum interrogare ô Socrates. Nã hoc ipsum unũ erat quod ostẽtaret. Iussit enim interrogare qd quisq; ex præsentib. uellet: & ad oñia se respõsurũ esse dixit. SOC. Profectò pulchrè dicis. Itaq; ô Chærephõ interroga ipsum. CH. Quid interrogẽ? SOC. Quis nã sit. CH. Quõ dicis? SOC. Quẽadmodũ si calceamẽtorũ opifex esset, respõderet sanè tibi sutorẽ se esse: aut nõ intelligis. CH. Intelligo, & interrogabo. Dic mihi ô Gorgia, uera ne dicit Callicles hic, te, pũteri respon-

Gorgiæ ad omnia respondere paratus

resposurum esse ad omnia quæ quis interroget? GOR. Vera ô Chærephon, Nam & nunc hæc ipsa promittebã, & dico neminem adhuc me multis iam annis quicquam nouui interrogasse. CHAE. Nunquid ergo facile respõdes ô Gorgia? GOR. Licet huius rei periculũ facere ô Chærephon. POL. Per Iouem licet. Si uero uoles ô Chærephon, in me periculũ facias. Gorgias enim defatigatus esse mihi uidetur. Multa enim iam recensuit.

Polus alter Gorgias

CHAE. Quid uero Pole putas te melius quàm Gorgiam respõdere posse? POL. Quid uero hoc refert, si modo tibi satis fiat? CHAE. Nihil. Verum quando quidẽ tu uis respõde. POL. Interroga. CHAE. Interrogo itaq;. Si Gorgias artis eius peritus esset, cuius frater ipsius Herodicus, quomodo ipsum iustè appellaremus? nõne quomodo illũ? POL. Maximè. CHAE. Si ergo medicũ ipsum esse diceremus, rectè diceremus. POL. Etiam.

Experiẽtiæ uis

CHAE. Si uero artis cuius Aristophon filius Aglaophõtis, aut frater ipsius, peritus esset, quẽ ipsum rectè uocaremus? POL. Nimirũ pictorẽ. CHAE. Nũc autẽ postquã alicuius artis peritus est, quẽ ipsum rectè appellauerimus? POL. Multæ ô Chærephon artes inter homines sunt experiẽtia peritè adinuentę: Experiẽtia enim facit, ut uita nostra secundũ artẽ progrediatur. Imperitia uero, ut secundũ fortunam: Ex his autẽ alij alias alio modo cõsequũtur. Verũ optimi optimas, è quorũ numero etiã Gorgias hic est, & optimam artem tenet. SOC. Pulchrè ô Gorgia uidetur Polus ad dicendũ instructus esse. Verum quod Chærephonti promisit, nõ præstat. GOR. Quid maximè ô Socrates. SOC. Id de quo interrogatur nõ uidetur mihi admodũ respõdere. GOR. At tu si uoles interroga ipsum. SOC. Non, si sanè tu respõdere uoles. Nam multò iucũdius te audiã. Ex his enim quæ dixit, declarat Polus rhetoricã se magis tractasse, cq; disputãdi rationẽ tenere. POL. Quid ita ô Socrates? SOC. Quòd ô Pole dũ interrogaret Chærephon, cuius artis Gorgias peritus esset, laudabas tu quidẽ ipsius artem, uelut si esset quis qui ipsam uituperaret. Quæ uero sit, nõ respondisti. POL. Non ne optimã esse respõdi? SOC. Etiam ualdè. Sed nemo interrogat qualis sit Gorgię ars, sed quæ sit, & quẽ oporteat Gorgiam appellare: Quemadmodũ superiora tibi proposuit Chærephon, & tu ipsi recte & breuibus respõdisti. Et nũc igitur sic dicito, quæ sit ars, & quẽ uocare nos oporteat Gorgiã. Imò tu ipse ô Gorgia dic nobis, quẽ te uocare cõueniat, uelut artis alicuius peritũ? GOR. Rhetorices, ô Socrates. SOC. Rhetorẽ ergo te uocare oportet? GOR. Bonũ ô Socrates, si quod glorior esse, uelut Homerus ait, uocare me uoles. SOC. Imò uolo. GOR. Voca itaq;. SOC. Num & alios facere te posse dicemus? GOR. Profiteor sanè hæc nõ solũ hic, sed etiã alibi. SOC. Nunquid ergo uolueris ô Gorgia, uelut nũc disputamus perseuerare, ita ut partim interroges, partim respõdeas? hanc autẽ uerborũ prolixitatẽ, qualẽ etiã Polus incœpit, in aliud tẽpus reponere. At quod polliceris, nõ mentieris, sed breuibus ad id quod interrogaris respõdebis. GOR. Sũt aliquę respõsiones ô Socrates necessariò prolixius explicandæ: attamẽ breuissimis id facere conabor. Nam & hoc unũ ex his est quæ profiteor, neminem breuioribus me eadem dicere. SOC. Hoc itaq; opus est ô Gorgia, & huius breuitatis nunc mihi documentũ exhibebis, prolixitatis aũt alio tempore. GOR. At faciam, & neminem breuiorẽ audiuisse te dices. SOC. Age itaq;, Rhetorices artis asseris te peritũ esse, & aliũ rhetorẽ facere: Rhetorica circa quã rem uersatur? quẽadmodũ textoria circa uestium opificiũ. Nunquid? GOR. Etiã. SOC. Non ne & Musica circa cantilenarũ opificiũ? GOR. Etiã. SOC. Per Iunonẽ ô Gorgia responsiones tuas laudo, q; quantũ fieri potest breuissimis respõdes. GORG. Arbitror ô Socrates me hoc admodũ moderatè facere. SOC. Bene dicis. Age itaq; sic mihi etiã de rhetorica respõde, circa quã rem uersatur ea sciẽtia? GOR. Circa sermones. SOCR. Quales illos ô Gorgia, num qui docent quo uictu ægri utẽtes sani euadãt? GOR. Non. SOC. Non ergo circa omnes sermones Rhetorica uersatur. GOR. Nõ sanè. SOC. Atqui dicendo præstãtes facit? GOR. Etiam. SOC. Non ne de quibus dicere, de ijsdem etiam sapere facit? GOR. Quidni? SOC. Nunquid & de qua nũc dicimus, Medicina, & sapiendo & dicendo præstantes facit de ęgris? GOR. Necesse est. SOC. Et medicina ergo ut apparet, circa sermones uersatur? GOR. Etiam. SOC. Eos qui ad morbos pertinent? GOR. Maximè. SOCR. Non ne & gymnastica circa sermones uersatur ad bonum & malum corporis habitum spectantes? GOR. Maximè. SOCR. Sed & aliæ artes ô Gorgia ita se habent. Vnaquæq; ipsarũ circa sermones uersatur, qui de re sunt, cuius unaquæq; est sciẽtia. GOR. Apparet.

Rhetoricam uersari circa sermones

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret. SOC. Cur igitur alias artes non uocas rhetoricas, quum circa sermones uersentur, si quidem hanc rhetoricam uocas, quæ circa sermones uersetur? GOR. Quoniam aliarum quidem artium ô Socrates omnis scientia circa manuum operas & eiusmodi actiones, ut ita dicam, uersatur. Rhetorices autem nullum eiusmodi opificiũ est. Sed omnis actio & facultas in sermonibus consistit. Quapropter ego Rhetoricam artẽ circa sermones esse constituo, rectè dicens uelut ergo sentio. SOC. Nũquid intelligo qualem ipsam uocare uis? Fortassis autem clarius cognoscam. Quare responde. Sunt nobis artes, Nunquid? GOR. Etiam. SOC. Omniũ itaq; ut arbitror artiũ, alię quidẽ magna ex parte in opera uersantur, & breui sermone opus habent: aliquæ uero nullo, sed artis opus etiã silentio perfici potest, uelut est pictura & statuaria, & alię multę. Huiusmodi dicere mihi uideris, circa quas Rhetoricam esse negas, aut nõ ita? GOR. Maximè rectè intelligis ô Socrates. SOC. Aliæ uero artes sunt quæ per sermonem omnia perficiũt, & opere ut ita dicam, aut nullo, aut admodum exiguo opus habent, uelut Arithmetica, & Computatoria, & Geometrica, & ars lusoria talorũ, & multæ aliæ artes, quarum aliquæ ferè æquales actionibus sermones habent. Multæ uero plures. Et in totum omnis actio & facultas ipsis in sermonibus cõsistit. E talium numero quandam mihi uideris etiam rhetoricam dicere. GOR. Vera dicis. SOC. At neq; horum ullam arbitror te rhetoricam appellare uelle. Nec est quòd ex uerbis tuis, quum Rhetorices facultatẽ in sermonibus consistere dixisti, apprehendat quis qui uerbis illudere uelit, ac dicat, Arithmeticam ergo ô Gorgia rhetoricam dicis? Nam nõ arbitror te, neq; Arithmeticã, neq; Geometriã dicere rhetoricam. GOR. Rectè arbitraris ô Socrates, & iustè intelligis. SOC. Age nunc & tu responsionem quam rogabam perfice. Quandoquidẽ enim rhetorica ex his artibus est, quæ magna ex parte sermone utunt, sunt autẽ & aliæ huiusmodi, conare dicere quę sit, & circa quid in sermonibus Rhetorica facultatẽ habeat: Velut si quis me interroget de quacũq; arte, ex his de quibus nunc dixi, ô Socrates quæ est Arithmetica ars, responderem sanè ipsi, quemadmodũ tu modo, quòd ex eatũ numero sit, quę in sermonibus facultatẽ habent. Et si amplius interrogaret circa quid, dicerem sanè q̃ circa par & impar cognitio esset, quæ utraq; existant. Si uero rursus interrogaret, Computatoriam uero quam artem uocas, dicerem & hanc ex his esse, quarum tota facultas in sermone consistit. Et si amplius interrogaret circa quid, responderem quemadmodũ hi qui sibi a populo cauent, q̃ alia quidem uelut Arithmetica, etiam cõputatoria habet: Circa idem & par, & impar uersatur: Differt autẽ, eo quòd Computatoria impar & par considerat, quomodo multitudine & ad seipsa, & inter se habent. Et si de Astronomia quis percunctatus, ex me audiuisset etiam hanc sermone omnia complecti, & rursus diceret, At Astronomiæ sermones circa quid uersantur ô Socrates, responderem circa astrorũ, & Solis, & Lunæ lationẽ, quomodo uelocitate inter se habent. GOR. Rectè diceres tu ô Socrates. SOC. Age itaq; & tu ô Gorgia. Est equidem Rhetorica quædam ex his quæ sermone omnia peragunt ac cõplectuntur. Nũquid? GOR. Est ita. SOC. Dic itaq; quid rei id sit, de qua hi sermones sunt, quibus rhetorica utit. GOR. Maximæ humanarũ rerum ô Socrates & optimæ. SOC. At ô Gorgia ambiguũ etiam hoc dicis, & nondũ satis clarum. Arbitror equidẽ audiuisse te homines in cõuiuijs hanc cantilenam canere, in quo canentes enumerãt, optimum esse sanũ esse. Secundũ autem, pulchrũ esse. Tertiũ ut ait carminis poeta, circa dolum diuitem esse. GOR. Audiui equidem. Verũ ad quid hoc dicis? SOC. Quoniam statim affuerint tibi opifices harum rerũ, quas is qui carmen fecit laudauit, Medicus, & Pædotriba, & lucri studiosus. Et dixerit primũ quidem Medicus, ô Socrates decipit te Gorgias. Nõ enim circa maximũ hominibus bonũ huius ars uersatur, sed mea. Si igitur ipsum ego interrogarẽ, tu uero quis es qui hæc dicis, dixerit forsitassis se medicũ esse. Quid igitur dicis, num tuæ artis opus maximũ est bonum? Quidni dixerit fortassis ô Socrates, sanitas? Quod uero maius sanitate hominibus bonũ est? Si uero rursus post hunc Pædotriba dixerit, admiror equidẽ ô Socrates etiã ipse, si Gorgias maius bonum suæ artis ostendere tibi potest quàm ego meæ: Dixerim sanè & ad hunc, tu uero quis es ô homo, & quod est tuũ opus? Pædotriba itaq; sum dixerit. Opus autem meũ est, & pulchros & fortes corporibus facere homines. Post Pædotribã uero dixerit lucri studiosus, magno ut arbitror omniũ contemptu, Considera ô Socrates an tibi

Artium diuisio

Tria optima esse

Sanitas bonum maximum

Pulchritudinis bonum

tibi maius quoddam uideatur bonũ quàm diuitiæ, siue apud Gorgiam, siue apud quẽcũq; aliũ. Dixerim itaq; ad ipsum, quid uero tu ne harũ opifex es? affirmarit sanè ut qui lucri studiosus sit. Quid igitur, dicemus, iudicas tu maximũ hominibus bonũ esse diuitias? Quomodo uero nõ dicet? Atqui contendit Gorgias hic dixerimus nos, suã artem maioris boni causam esse, quàm tuã. Manifestũ igitur est q̃ postea interrogabit, & quod sit hoc bonũ respõdeat Gorgias. Age igitur ô Gorgia putes te & ab illis, & à me interrogari, & responde quod sit hoc, quod tu maximũ hominibus bonũ esse asseris, & te ipsius opificẽ esse. GOR. Quod reuera maximũ bonũ est ô Socrates, & simul quidẽ ipsis hominibus libertatis causa, simulq; causa ut quisq; in sua ciuitate alijs imperet. SOCR. Quid igitur hoc dicis? GOR. Posse sermonibus persuadere, et in iudicio iudicibus, & in senatu senatoribus, et in cõcione concionatoribus, & in alio quouis ciuili cœtu. Et quidem in hac facultate seruũ habebis medicũ, seruũ Pædotribam. At lucri studiosus hic, alij lucratus esse uidebitur, & nõ sibijpsi, sed tibi quid dicere, & multitudini persuadere potes. SOC. Nũc mihi uideris ô Gorgia q̃ proximè declarare, quã nam artem rhetoricam esse putes. Et si quid ego intelligo, persuasionis opificẽ rhetoricam esse dicis, & apparatus ipsius uniuersus, & summa in hoc desinit. Aut potes quid dicere quod amplius Rhetorica possit, q̃ persuasionẽ audientiũ animis inducere? GOR. Nequaquã ô Socrates. Sed mihi uideris iustè definire. Est enim hoc ipsius summa. SOC. Audi itaq; ô Gorgia, & probe scias me mihi persuadere, si quidẽ quis alius qui cum alio disputat, hoc ipsum cognoscere cupit de quo sermo est, etiam me ex horũ numero esse, arbitror autem & te. GORG. Quid tum postea ô Socrates? SOC. Dicam nunc ego. Rhetorica illa persuasio quæ nam sit quã tu dicis, & de quibus rebus sit persuasio, probe scias me non clarè nosse. Attamen quam, & de quibus, te dicere putem, suspicor. Nihilo minus tamen interrogabo te, quã tandem persuasionẽ rhetoricã, & de quibus esse dicas. Quũ igitur ipse de re suspicer, te tamẽ interrogabo, & nõ ipse dicã, nõ propter te, sed sermonis gratia, quo ita procedat, ut maximè nobis manifestũ faciat id de quo habet. Cõsidera enim an tibi uidear iustè te interrogare. Quemadmodũ si interrogassem te, qui nã pictor esset Zeuxis, & tu mihi respõdisses, esse qui animalia pingeret, nũquid iustè te interrogarem, qualia animalia pingat, & ubi? GOR. Maximè. SOC. Num propterea q̃ etiam alij sunt pictores, qui alia multa animalia pingũt? GOR. Etiam. SOC. Si uero nullus alius q̃ Zeuxis pingeret, rectè à te respõsum esset. GOR. Quidni? SOC. Age itaq; etiam de rhetorica dicito, an tibi uideatur sola rhetorica persuasionẽ facere, aut etiam aliæ artes. Dico autẽ tale quiddam. Quisquis quãcunq; rem docet, num id quod docet persuadet, aut non? GOR. Nõ ita ô Socrates. Sed omniũ maximè persuadet. SOC. Rursus itaq; de ijsdem artibus de quibus paulò antea dicamus. Arithmetica non ne docet nos quæ sunt ipsius numeri, itẽq; Arithmeticus homo? GOR. Maximè. SOCR. Non ne etiam persuadet? GOR. Etiam. SOC. Persuasionis ergo opifex est etiã Arithmetica. GOR. Apparet. SOC. Non ne si quis interrogaret nos cuius persuasionis, & circa quid, respondemus ipsi, eius quæ docet de pari & impari quæ nam sint. Sed & alias quas modo recensebamus artes uniuersas cõmonstrare possumus persuasionis esse opifices, & cuius, & circa quid, aut nõ ita? GOR. Etiam. SOCR. Non ergo sola Rhetorica persuasionis opifex est, GOR. Vera dicis. SOC. Quandoquidẽ igitur nõ sola efficit hoc opus, sed etiã aliæ, iustè uelut de pictore, post hoc amplius interrogauerimus, cuius persuasionis, & circa quid uersantis Rhetorica ars est, aut nõ uidetur tibi iustum esse amplius interrogare? GOR. Mihi sanè. SOCR. Responde itaq; ô Gorgia, quãdoquidẽ & tibi ita uidet. GOR. Huius itaq; persuasionis dico ô Socrates, quę in iudicijs & in alijs cœtibus, uelut etiã modo dicebam, contingit: & de his quæ iusta & iniusta sunt. SOC. Et ego hanc persuasionẽ dicere te suspicabar, & de his ô Gorgia. Sed ut ne admireris, si paulò postea te interrogauero, quod quidẽ clarũ esse uidetur, ego tamẽ amplius interrogo. Nam uelut dixi, ut ordine sermo perficiatur interrogo, nõ propter te, sed ut ne suspicari adsuescẽtes, alter alteri dicẽda præripiat, sed tu quę tua sunt iuxta propositũ prout uoles peragas. GOR. Et rectè mihi facere uideris ô Socrates. SOC. Age itaq; et hoc cõsideremus. Vocas aliquid discere? GOR. Voco. SOC. Quid uero credere? GOR. Ego sanè. SOC. Vtrũ igit idẽ tibi esse uidet discere & credere, & disciplina & fides, aut aliud qd? GOR. Ego ô Socrates aliud

Diuitiæ bonũ maximum

Rhetorica bonum maximũ

Docentes persuadent

Persuasio Rhetorices summa est

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse puto. SOC. Rectè enim putas. Cognoscès autè hinc, Si enim quis te interrogaret, Nũquid est ô Gorgia fides falsa & uera, affirmares ut ego arbitror? GOR. Etiam. SOC. Quid uero scientia est falsa & uera? GOR. Non ita. SOC. Manifestũ igitur est non idem esse. GOR. Vera dicis. SOC. Atq; & qui didicerũt persuasi sunt, & qui crediderũt. GOR. Est ita. SOC. Vis igiť ut duas persualiõis species ponamus, alterã quæ fidem facit absq; scientia, alterã quæ scientiam? GOR. Maximè. SOC. Vtram igitur persuasionem rhetorica facit in iudicijs & alijs cœtibus, de iustis & iniustis, num etiã ex qua fides contingit absq; scientia, aut eam ex qua scientia? GORG. Manifestum est quòd eam ex qua fides contingit. SOCR. Rhetorica ergo ut apparet, persuasionis opifex est, eius quæ fidem facit, & nõ eius quæ docet, circa iustum & iniustum. GOR. Etiam. SOC. Neq; ergo docet rhetor in iudicijs & alijs cœtibus, sed solum fidem facit. Non enim tantum cœtum, in tam breui tempore, de magnis adeò rebus docere posset. GORG. Non sanè. SOC. Age itaq; uideamus quid tandem de rhetorica dicamus. Ego equidem neq; ipse adhuc intelligere possũm quid dicam. Quũ de Medicorũ electione conuentus in ciuitate fuerit, aut de nauiũ fabricatoribus, aut de alia quadam opificiaria gente, aliud'ne quid quàm tunc Rhetor non consulet? Manifestũ est enim in unaquaq; electione artificiosissimũ eligi oportere: Neq; quum de murorũ extructione, aut portuũ structura, aut naualibus parandis, sed architecti: neq; quũ de exercitus duce eligendo, aut acie militari instruenda, aut regionibus occupandis, sed rei militaris periti tunc consulent, & non rhetores. Aut quomodo de huiusmodi dicis ô Gorgia? Quandoquidẽ enim ipse rhetorẽ te esse profiteris, & alios rhetores facere posse, iustum est ea quæ tuæ artis sunt ex te petere: & me nunc putes quod tuum est tractare. Fortassis enim est quispiã intus qui discipulus tuus fieri uolet, uelut ego quosdam & complures esse sentio, qui te interrogare uerentur. Dum igitur à me interrogaris, etiam ab illis interrogari te putes. Quid igitur nobis continget ô Gorgia si tecũ conuersati fuerimus? de quibus cõsilium dare ciuitati poterimus? Num de iusto solum & iniusto, aut etiam de his quæ nunc Socrates recensuit? Conare itaq; ut ipsis respondeas. GOR. At ego tibi ô Socrates rhetorices facultatem uniuersam reuelare conabor. Ipse enim pulchrè nos deduxisti. Nosti equidem naualia hæc, & hos Athenienſium muros, & portuũ structuram, ex Themistoclis consilio, partim etiam Periclis, & non opificum constare. SOC. Dicuntur hæc ô Gorgia de Themistocle. At Periclem etiam ipse audiebam, quum de medij muri extructione consilium nobis daret. GOR. Et quũ electio aliqua fuerit ex his de quibus tu ô Socrates dicebas, uides Rhetores esse qui consulunt, & qui sententijs suis in his uincunt. SOC. Hæc etiam admirans ô Gorgia dudum interrogo, quæ tandem sit rhetorices facultas. Diuina enim quadam esse mihi uidetur magnitudine, dum ita considero. GOR. Si omnia nosses ô Socrates, scires profectò uniuersas ut ita dicam facultates complexam in se habere. Cuius rei magnũ argumentum tibi adducam. Sæpe enim ego iam cum fratre & alijs medicis, ad aliquem ęgrotum ingressus, qui neq; medicamentũ bibere uellet, neque secandum aut urendum se medico exhibere, & medico persuadere nequeunte, ego persuasi, nõ alia arte quàm rhetorica. Assero autem etiam hoc, si & Rhetor & Medicus, in quamcũq; ciuitatem uenirent, & in concione, aut alio quodam cœtu, sermone contendendum esset, uter eligẽdus esset, rhetor'ne an medicus, fore ut nusquam appareat medicus, eligatur autem illi dicẽdo præstans, si modo uelit. Et si aduersus alium quemcunque opificem decertaret uir rhetoricus, persuaserit ut ipse potius eligatur, quàm quiuis alius. Non enim est quicquam de quo non probabilius apud multitudinem rhetor dicat, quàm quiuis alius opificum. Facultas igitur artis tanta ac talis est. Oportet tamen rhetorica uti, quemadmodum reliquo uniuerso decertandi genere. Nam reliquo certandi genere non propterea aduersus omnes homines uti oportet, eo quòd quis pugil & pancratiastes esse, & in armis decertare didicit, ut & amicis & inimicis superior sit: neq; propterea amicos uerberare oportet, neq; pungere, neque occidere. Neq; per louem si quis in palæstra uersatus, ut habeat corpus bene affectum, & pugil factus sit, deinde patrem uerberet & matrem, aut alium quempiam ex cognatis aut amicis: ea propter Pædotribas, & eos qui in armis pugnare docent, odio habere & è ciuitatibus eijcere oportet. Illi enim tradiderunt ut iustè his uterentur aduersus hostes & iniuriam facientes

Persuasionis species duæ

Consiliorũ habẽdorũ modus

Certaminum modus

cientes, ita ut depellerent, non ipsi uim inferrent. Hi uero rem peruertentes, & robore, & arte non rectè utuntur. Nequaquam igitur praui sunt hi qui docuerunt, neq; ars culpanda, neq; mala est hac de causa, sed qui non rectè ut puto utuntur. Eadem de rhetorica ratio est. Præstans est enim rhetor ut ad omnes, & de omni re dicat, adeò ut facile apud uulgus de quacunq; re probabilius dicat, sed ea propter nihilo magis, neq; medicis existimationem detrahere oportet, neque alijs opificibus, quòd hoc facere possint, sed iustè rhetorica uti, quemadmodũ certamine. At si quis rhetor factus, deinde hac facultate & arte iniustè utatur, nõ ideò eum qui docuit odio habere, & ciuitatibus eijcere oportere arbitror. Illé enim ob iustũ usum tradidit. Hic uero contrario modo utiť. Eum igitur qui nõ rectè utitur odio habere, & eijcere ac occidere iustum est, & nõ illum qui docuit. SOC. Arbitror ô Gorgia, & te multarum disputationũ peritũ esse, & in ipsis tale quid conspicatũ esse, quòd homines nõ facile possunt, ubi de aliquibus disputationem incœperint, ita cõuersationẽ dissoluere, ut distinctis inter se rebus, postquam & didicerunt & docuerunt discedãt: sed si de aliqua re contenderint, & alter alterũ rectè aut clarè dicere negauerit, indignanť & ex inuidia dicere putant, contentionis studio ductos, & non quærentes id quod propositum est in disputatione, & quidã tandem turpissimè discedũt, conuitijs dictis & uicissim auditis talibus, ut ob ipsa præsentes sibijpsis succenseant, & talibus hominibus aures præbuerũt. Cuius uero gratia hæc dico? Quòd nunc uideris mihi tu, nõ admodũ consequẽtia dicere, neq; cõsona his quæ primũ de rhetorica dicebas. Vereor igitur redarguere te, ne putes me non ad rem cõtendentem dicere, quo ea manifesta fiat, sed aduersus te. Ego igitur, siquidẽ & tu ex eorũ hominũ numero es, ex quorũ etiam ego, libenter te interrogauerim: sin minus, omiserim. Quorũ uero è numero sum ego? Ex eorũ qui libẽter redarguũtur, si quid quod uerũ non sit dicã: & ex eorũ numero qui libẽter redarguũt, si quis quid quod uerũ non sit dicat. Neq; iniucundius est mihi redargui, quàm si ipse redarguã. Maius enim ipsum bonũ esse duco, quàtò maius bonũ est, si quis ipse à maximo malo liberetur, quàm ut aliũ liberet. Nullũ enim tantum malum homini esse arbitror, quantũ est falsa opinio de his rebus, de quibus nũc nobis disputatio instituta est. Si igitur & tu talem esse te asseris, disputemus. Si uero etiam sinere oportere uidetur, sinamus iam ualere, & conuentum dissoluamus. GOR. At assero ego ô Socrates, & me talem esse, qualem tu te esse profiteris. Fortassis uero oportebat etiam præsentium rationem habere. Dudum enim antea quàm uos ueniretis, ego præsentibus multa exposui, & nunc fortassis longius rem producemus si disputauerimus. Considerare igitur etiam horum sentẽtiam oportet, ut ne aliquos ipsorũ detineamus, qui aliud facere malint. CHAE. Tumultum equidem ô Gorgia & Socrates ipsi audiris horum uirorum, qui audire uolunt si quid dicatis. Mihi uero ipsi absit ut tantum sit negocium, ut talibus, & qui ita dicũtur, sermonibus omissis, aliud faciam quod utilius esse putem. CAL. Per deos ô Chærephon, quum & ipse multis iam disputationibus interfuerim, haud scio an unquam ita delectatus sim, uelut nunc. Quare etiamsi totum diem disputare uelitis, mihi gratificabimini. SOC. Atqui ô Callicles quod ad me attinet, nihil prohibet si Gorgias uelit. GOR. Turpe iam deinceps sit me non uelle, & hoc quũ ipse professus sim, ut quicquid quis uelit inrerroget. Quare si his ita uidetur disputa, & interroga quicquid uoles. SOCR. Audi itaq; ô Gorgia quæ in his quæ à te dicuntur admirer. Fortassis enim te rectè dicente, ego non rectè intelligo. Rhetorem asseris te facere posse, si quis à te discere uelit? GORG. Etiam. SOCR. Non'ne ut de omnibus apud multitudinem probabiliter dicat, non dicendo, sed persuadendo? GOR. Maximè. SOCRAT. Dicebas itaq; quòd etiam de sanitate probabilius dicturus esset Rhetor quàm Medicus. GOR. Dicebam equidem, apud multitudinem sanè. SOC. Non'ne hoc apud multitudinem, idem est quod apud eos qui non intelligunt. Non enim profectò apud eos qui intelligũt probabilius, quàm medicus dicet. GOR. Vera dicis. SOC. Non'ne siquidẽ medico probabilius dicet, eo qui nouit probabilius dicit? GOR. Maximè. SOC. Quũ nõ sit medicus. Nũquid? GOR. Etiã. SOC. Qui uero medicus nõ est, insçius est eorum quorũ sciens est medicus? GOR. Ita nimirum. SOC. Qui ergo non scit, eo qui scit probabilius dicit, apud eos qui non intelligũt, quum rhetor medico probabilius dicat. Hoc'ne cõsequens est, aut aliud quid? GOR. Hoc sanè hic cõsequens est. SOC. Non'ne etiam

Disputationis rectæ ratio

Redarguere est redargui quàm tum bonum

Rhetoris artis summa repetita

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam circa alias omnes artes eodem modo rhetor & rhetorica se habet? ipsas quidem res nihil opus est ipsam scire, quomodo se habeant, sed artem quādam persuasionis inuenire oportet, ut apud nō intelligentes magis scire uideatur, quàm hi qui sciūt? GOR. Non'ne hæc magna facultas est, ut is qui alias artes non didicit, sed unā hanc, nihilo inferior sit opificibus? SOC. An quidem inferior sit, aut non, rhetor aliis, eo quòd ita se habet, statim considerabimus, si quid ad disputationem facere nobis usum fuerit. Nunc uero hoc prius consideremus. Nunquid circa iustum & iniustū, & turpe & pulchrum, & bonum & malum, ita se habet Rhetor, uelut circa sanitatem, & circa alia quorum reliquę sunt artes, ut ipse quidem nō sciat quid bonū, aut quid malū sit: aut quid pulchrū aut turpe: aut iustum aut iniustum: persuasionē uero excogitet de ipsis, ut uideat scire, quum non sciat, magis quàm is qui scit, apud eos qui nō intelligunt? Aut necesse est scire, & oportet eum qui hæc prius nouit ad te accedere, si rhetoricam discere uelit? Sin minus, tu qui es rhetorices doctor, horum quidem nihil accedentem docebis: nō enim tuum est opus: efficies autem ut apud multitudinem uideatur scire talia, quū non sciat: & uideatur bonus esse, quum non sit? Aut rhetoricam docere ipsum omnino non poteris, si non prius nouerit de his ueritatem? Aut quomodo talia se habent ô Gorgia? Et per louem quemadmodū modo dicebas reuelata re ipsa: dic quæ tandem sit rhetorices facultas. GOR. At ego quidem arbitror ô Socrates, si inscius fuerit, etiam hæc à me discet. SOC. Age itaq; rectè enim dicis. Si quem tu rhetorem facies, necesse est ipsum scire iusta & iniusta aut prius, aut posterius à te didicerit? GOR. Maximè. SOC. Quid uero qui fabrilia didicit, Faber est, aut non? GOR. Etiam. SOC. Non'ne & qui Musica, Musicus? GOR. Etiam. SOC. Et qui Medica Medicus, & alia sic secundum eandem rationē, qui singula didicit talis est, qualem unūquenq; scientia efficit? GOR. Maximè. SOCR. Non'ne secundū eandem rationem & qui iusta didicit iustus est? GORG. Omnino ita. SOC. Iustus autem iusta facit? GOR. Etiam. SOC. Non'ne necesse est rhetorem iustum esse, iustum autē iusta facere uelle? GOR. Apparet. SOC. Nunquā ergo uolet iustus iniusta facere. GOR. Necesse est. SOC. Rhetorē autem necesse est ex hac ratione iustum esse. GOR. Etiam. SOC. Nunquā ergo uolet rhetor iniusta facere. GOR. Non, ut apparet. SOC. Meministi igitur te prius dixisse, nō oportere Pędotribas criminari, neq; ex ciuitatibus eijcere, si pugil pugilatu non rectè utatur, & iniusta faciat? Similiter autem etiam si rhetor rhetorica iniuste utatur, non eum qui docuit oportere criminari, neq; è ciuitatibus expellere, sed eum qui iniusta facit, & non rectè utitur rhetorica? Dicta sunt hæc, aut non? GOR. Dicta sunt. SOC. Nunc autem idem hic rhetor uidetur nunquam iniusta facere, aut non ita? GOR. Videtur. SOC. Et in primis ô Gorgia sermonibus dicebatur, Rhetoricam circa sermones uersari, non qui essent de pari & impari, sed de iusto & iniusto, aut non ita? GOR. Etiam. SOC. Ego itaq; quum tu tunc hæc diceres, intelligebam Rhetoricam nunquam esse rem iniustam, qua sanè semper de iustitia sermones haberet. Quandoquidem uero paulò posterius dicebas, quod Rhetor rhetorica etiam iniustè utatur, sic admiratus & non consona esse ratus ea quæ dicerentur, uerba illa protuli, quòd si quidem lucrum esse duceres redargui, uelut ego, operæprecium esset disputare: sin minus, ualere sinere. Postea uero nobis considerantibus, uides sanè etiam ipse consensum esse, fieri non posse ut rhetor rhetorica iniustè utatur, & iniusta facere uelit. Hæc igitur quomodo se habeant per canem ô Gorgia non breuem conuersationem requirunt, ut iustè consideremus. POL. Quid uero ô Socrates ita etiam tu de rhetorica sentis, quemadmodum nunc dicis? Aut putas quod Gorgias non erubuerit tecum non consentire, rhetoricum uirum nō & iusta scire, & pulchra & bona: & si hæc non sciens ad ipsum accedat, postea ipsum, illum doctурū esse? Ex hac fortassis consensione contrarium quid in sermonibus contigit, hoc quod tu sanè amplecteris, dum ad eiusmodi quæstiones perducis. Nam quem putas negaturum esse, ut non & ipse iusta sciat, & alios docere possit? Verum sermones ad eiusmodi quæstiones perducere & reuocare magna rusticitas est. SOCRAT. At ea de causa ô optime Pole, & amicos & filios de industria nobis comparamus, quo postquam præsenio fallimur, uos iuniores præsentes uitam nostram & in factis, & in uerbis corrigatis. Et nunc si quid ego & Gorgias in sermonibus fallimur, tu præsens corrigas. Iustum autem est te hoc facere, & ego

Gorgiā sibijpsi contradicere

& ego uolo ex concessis si quid tibi uideor nō rectè cōcessum esse, retractare. quicquid adeò tu uolueris, si unum saltem uitaueris. POL. Quid hoc dicis? SOCR. Prolixitatem ô Pole si continueris, qua primum uti aggressus es. POL. Quid uero non licet mihi dicere quantum uoluero? SOCR. Grauia equidem patereris ô optime, si Athenas profectus, ubi maxima totius Græciæ est dicendi libertas, postea tu eam his solus non consequereris. Verum hoc contrà oppone, non'ne ego rursus grauia paterer, si te prolixa dicente, & ad quæstionem respondere nolente, non liceret mihi abire, & te non audire? Quare si qua tibi habitæ disputationis cura est, & corrigere ipsam uis, quemadmodum nunc dicebam, quicquid tibi uidetur retractans, dum partim interrogas & interrogaris, uelut ego & Gorgias fecimus, redargue, & ut redarguaris patere. Profiteris equidē & tu scire ea quæ Gorgias nouit, aut non ita? POL. Ego sanè. SOC. Non'ne & tu iubes teipsum interrogare semper quicquid quisq; uoluerit, uelut qui scias respōdere? POL. Maximè. SOC. Et nunc itaq; utrum horum uoles facito, interroga aut responde. POL. At faciam hæc, Et mihi ô Socrates responde. Quandoquidem Gorgias ambigere de rhetorica tibi uidetur, tu quam esse ipsam dicis? SOC. Nunquid interrogas quam artem esse asseram? POL. Ego sanè. SOC. Nulla ut mihi uidetur ô Pole, ut uerum apud te fatear. POL. At quid tibi uidetur esse rhetorica? SOC. Res quam tu artem fecisse dicis in eo scripto quod nuper legi. POL. Quam istam dicis? SOC. Experientiam quandam dico. POL. Experientia ergo tibi uidetur esse rhetorica? SOC. Mihi sanè, nisi tu aliud dicis. POL. Cuius experientia? SOC. Gratiam quandam & uoluptatem efficiendi. POL. Non'ne pulchrum quiddam esse rhetorica tibi uidetur, q̄ hominibus gratificari possit? SOC. Quid uero ô Pole audiuisti iam ex me, quid ego ipsam esse dicam, ut post hoc interroges, an non pulchra esse mihi uideatur? POL. Non'ne audiui quòd experientiam quādam ipsam esse dicis? SOC. Vis'ne igitur, quandoquidē gratificari magni facis, exiguum quid mihi gratificari? POL. Ego sanè uolo. SOC. Interroga nunc me, an obsoniorum structura ars quædam esse mihi uideatur. POL. Interrogo itaq;, quæ ars est obsoniorum structura? SOC. Nulla ô Pole. POL. At quid dicitor? SOC. Experiētia quædam dico. POL. Quæ illa? SOC. Gratiam & uoluptatē efficiendi ô Pole. POL. Idem uero est obsoniorum structura & Rhetorica? SOC. Nequaquam, sed eiusdem studij pars. POL. Cuius studij dicis? SOC. Ne agrestius putetur ueritatem dicere, Gorgiæ causa dicere uereor, ne me studiū ipsius uituperare putet. Ego uero an sit hoc studiū, rhetorica ea quā Gorgias exercet: non scio. Nam ex disputatione nihil nobis manifestū factum est, quid tandem hic putet. Quod uero ego rhetoricam appello, rei cuiusdam pars est, nequaquā pulchræ. GORG. Cuius ô Socrates dicito, nihil me ueritus. SOC. Videtur itaq; mihi, ô Gorgia esse quoddā studium, nō quidem artificiosum, sed animæ tamen sagacis, & fortis, & natura præstantis, ut cum hominibus cōuersetur. Appello autem summam ipsius adulationem. Huius studij multæ quidem etiam aliæ partes esse mihi uidentur. Vna uero etiam obsoniorum structura, quæ uidetur quidē esse ars, uerum meo iudicio nō est Ars, sed experientia & Exercitatio. Huius partē etiam rhetoricā ego appello, & comptoriam, & Sophisticam: quatuor has partes de quatuor rebus. Si igitur uult Polus interrogare, interroget. Nondum enim audiuit, qualem ego adulationis partem rhetoricam esse dico. Sed fallitur ipse ut putet me sic respondisse. Ipse uero amplius interrogat, an non pulchrum esse putem. Ego uero nō respondebo ipsi prius an pulchrum, aut turpe rhetoricam esse putem, quàm ubi primū quod sit respōdero. Non enim iustum est ô Pole, sed si quidem audire uis, interroga qualem adulationis partem rhetoricam esse dico. POL. Interrogo itaq;, & responde qualis sit pars. SOC. Nunquid intelliges, postquā respondi? Est enim rhetorica secundū meam rationē, ciuilis partis simulachrum. POL. Quid igitur pulchrum aut turpe ipsam esse dicis? SOC. Turpe sanè. Nam mala ego turpia uoco, quandoquidē respondere tibi oportet, uelut iam sciēti quæ ego dico. GOR. Per louem ô Socrates, neq; ego ipse intelligo quid dicas. SOCR. Meritò ô Gorgia. Nihil enim adhuc manifestè dico, Polus autem hic iuuenis est, & acutus. GOR. At hunc sine, mihi uero dicito, quomodo ciuilis partis idolum & simulachrum rhetoricam esse dicas. SOCRAT. At hoc ego dicere conabor, quod mihi rhetorica esse uidetur. Si uero hoc nō est, Polus hic redarguet. Corpus equidē tu Gorgia uocas quid & animam?

Rhetorica obsoniorū structuræ comparata

Adulationis studij pars est rhetorica

GOR.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habitus bonus est animæ & corporis

GOR. Quidnì? SOC. Non'ne & utriusq; horum bonum quendam habitum esse putas? GOR. Ego sanè. SOCR. Quid uero qui uidetur quidem bonus habitus, non autem est? Quod uero dico tale est. Multi corporib. bene habere uidentur, quos non alius quispiã non bene habere facile senserit, quàm medicus & gymnasticus. GOR. Vera dicis. SOCRA. Tale quiddam & in corpore, & in anima esse dico, quod facit quidem ut & corpus, & anima bene habere uideantur, quum nihilo magis ita se habeant. GORG. Est ita. SOC. Age itaq; si potero, clarius tibi ostendam quod dico. Quum duæ res sint,

Duæ res, duæ artes

duas artes esse dico: alteram quidem ob animã, ciuilem uoco: alteram uero ob corpus, unam quidem sic nominare non possum: quum autem una sit corporis cura, duas partes dico, alteram gymnasticam, alteram Medicinam. Ciuilis uero partes pro gymnastica, legislatoriam: quæ uero Medicinæ respondet, Iustitiam. Communicant autẽ inter se utræq; hæ, ut quæ circa idem uersentur, & Medicina cum gymnastica, & iustitia cum legislatoria. Attamen differunt inter se aliquo modo. Quũ igitur quatuor hæ sint,

Adulatoriæ species quatuor

& semper ad optimum curent, hæ quidem corpus, illæ uero animam, Adulatoria sentiens, non dico cognoscens, sed cõiectans, quadrifariam seipsam distribuit, & unãquanq; partem subiens, eam se esse simulat quam subiuit. Et optimi quidem nullam curam habet, eo uero quod semper iucundissimum est mentem uenatur ac decipit, ut plurimi sa-

Obsoniorũ structrix, ars non est, sed prima species adulationis

cienda esse uideatur. Sub Medicinam igitur subit obsoniorũ structrix, & optimos corpori cibos se nosse simulat. Quare si inter pueros, obsoniorum structorem & Medicum decertare oporteret, aut inter uiros æquè ueluti pueri sunt, amentes, uter de bonis aut malis cibis magis intelligeret, Medicus fame moreretur. Adulationẽ igitur hoc ipsum uoco, & turpe esse tale dico ô Pole: Hoc enim ad te dico: eo quòd iucundi cõiecturam

Ars cum ratione coniuncta

facit absq; optimo. Artem autem ipsam esse nego, sed experientiam dico, eo quòd nullam habet rationem eorum quę affert, qualia sint natura. Quare uniuscuiusq; causam dicere non potest. Ego autem artem non uoco rem ratione carentem. Et de his si ambigis, rationem tibi reddere uolo. Medicinam igitur uelut dixi, obsoniorum structrix adu-

Comptoria secunda adulationis species

latio subit. Gymnasticam autem secundũ eundem hunc modum Comptoria, malefica & deceptrix, & ingenerosa, & illiberalis, figuris & coloribus, & leuitate ac sensu decipiens, ut alienam pulchritudinẽ ascíscere faciat, & propriam quæ per gymnasticam inducitur negligere. Vt ne igitur longum faciam, quemadmodum Geometræ solent, tibi

Sophistica tertia adulationis species

dicere uolo. Iam enim fortassis assequeris. Quod est Comptoria ad gymnasticam, hoc est obsoniorum structrix ad medicinam. Imò potius sic. Quod est Comptoria ad gymnasticam, hoc est Sophistica ad legislatoriam. Et quod est obsoniorũ structrix ad Medicinam, hoc est Rhetorica ad iustitiam. Quemadmodũ itaq; dixi, sic natura distãt. Ve-

Rhetorica quarta adulationis species

rum ut quæ propè consistant, in eodem & circa eadem miscentur sophistæ & rhetores: & non habent quod faciant ipsi cum seipsis, neq; quod alij homines cum ipsis. Nam si non anima corpori præfecta esset, sed ipsum sibiipsi, & non ab illa consideraretur & discerneretur obsoniorum structrix & Medicina: sed ipsum corpus iudicaret, gratia ergase illas expendens, multum sanè illud Anaxagoræ dominaretur chare Pole: tu enim harum rerum peritus es: & simul omnes res in eodem miscerentur, ita ut indistincta essent & salubria, & medica, & obsonatoria. Quod igitur ego rhetoricam esse dico audiuisti, respondentem nimirum obsoniorum structrici, in anima, uelut illa in corpore. Fortassis igitur absurdè feci, quòd quum te longos sermones habere prohibeã, ipse in longum sermonem extendi. Venia tamen dignus sum, eo quòd si pauca dixissem non intellexisses, neq; responsione uti potuisses, sed expositione opus habuisses. Si igitur te respondente, etiam ego non habuero quod faciam cum responsione, tu quoq; sermonem extende. Si uero habuero, sinas me uti: Aequum enim hoc est. Et nunc si hac responsione uti potes, utere. POL. Quid igitur dicis? Videtur tibi Rhetorica esse adulatio? SOCR. Adulationis equidem partem esse dixi, aut non meministi in hac ætate ô Pole, quid igitur senex facies? POL. Nũquid uidentur tibi boni rhetores, uelut uiles adulatores in ciuitatibus haberi? SOC. Quæstionem hanc proponis, aut sermonis alicuius principium dicis? POL. Quæro sanè ego. SOC. Pro nihilo haberi mihi uidentur. POL. Quomodo pro nihilo haberi? Non'ne præ omnibus plurimum in ciuitatibus possunt? SOC. Non, si posse dicis bonum quid esse ei qui potest. POL. Atqui ego dico. SOC. Minimũ itaq; in ciuitate Rhetores posse mihi uidentur. POL. Quid uerò nónne quemadmodum tyranni & quem uolunt occídunt, & pecunias auferũt, & è ciuitatibus eíjciunt? SOC. Per canem ô Pole de singulis quæ dicis ambigo, an ipse hæc dicas, & sententiam tuam pronuncies, aut me interroges. POL. At ego te interrogo. SOC. Sit ita ô amice. Postea duo simul me interrogas? POL. Quomodo duo? SOC. Nónne sic modo dicebas, quòd occidunt rhetores quos uolunt, uelut tyranni, & pecunias auferunt, & è ciuitatibus expellunt? POL. Ego sanè. SOC. Dico itaq; tibi duas esse has quæstiones, & ad ambas tibi respondebo. Affero enim ô Pole & rhetores, & tyrannos, in ciuitatibus minimum posse, uelut nunc dicebam. Nihil enim eorũ quę uolunt facere, ut ita dicam: facere tamẽ quod ipsis uideatur optimum esse. POL. Nónne hoc est plurimũ posse? SOC. Non sanè, uelut Polus dicit. POL. Ego uero non dico? Imò ego ita assero. SOC. Per Iouẽ tu nõ hoc dicis, quandoquidẽ plurimũ posse, bonũ esse ei qui potest dixisti. POL. Ita dico. SOC. Bonum igitur esse putas, si quis ea faciat quæ ipsi optima esse uideantur, quum mente præditus non sit: & hoc plurimũ posse uocas? POL. Non ego. SOC. Proinde rhetores mẽte præditos esse demonstrabis, & rhetoricam esse artem, & non adulationem, & me cõuinces. Si uerò inconuictum reliqueris, rhetores & Tyranni qui faciunt in ciuitatibus ea quæ ipsis uidentur, nihil hoc boni habẽt. Potentia enim uelut tu dicis, bonum est. Facere uero absq; intelligentia ea quæ uidentur, etiam tu malum esse confiteris: aut nõ ita? POL. Ego sanè. SOC. Quomodo igitur rhetores aut Tyrãni plurimum poterint in ciuitatibus si non conuictus fuerit à Polo Socrates, quòd faciant quæ uolunt? POL. ô Virũ. SOC. Nego ipsos facere quæ uolunt. Quare me redargue. POL. Nónne modo confitebaris facere eos, quę ipsis optima esse uiderentur? SOC. Etiam nunc confiteor? POL. Nónne faciunt quæ uolunt? SOC. Nego. POL. Faciunt autem quæ ipsis uidentur? SOC. Affero. POL. Molesta & immania dicis ô Socrates. SOC. Ne accuses optime Pole, ut te secundum te appellem. Sed si habes quod ex me interroges, ostende me mentiri: Sin minus, ipse responde. POL. At uolo respondere, quo cognoscam quid dicas. SOC. Vtrum igitur uidentur tibi homines hoc uelle quod semper faciunt, aut illud, cuius gratia faciunt hoc quod faciunt? Velut qui medicamenta à Medicis data bibũt, utrum tibi uidentur hoc uelle quod faciunt, bibere uidelicet medicamentum, & dolere: aut illud, sani sícíicet esse, cuius gratia bibunt? POL. Sani nimirum esse, cuius gratia bibunt. SOC. Nónne & his qui nauigant, & reliquum quæstum exercent, non hoc quod semper faciunt, id est quod uolũt? Quis enim uult nauigare, & periclitari, & molestias subire? Sed illud arbitror cuius gratia nauigant, ditescere uidelicet? Diuitiarum enim gratia nauigant. POL. Maximè. SOC. Aliud'ne quid igitur quàm sic etiam in omnibus? Si quis alicuius gratia quid fecerit, non hoc uult quod facit, sed illud cuius gratia facit. POL. Etiã. SOC. Nunquid est aliquid rerum, quod nõ aut bonum sit, aut malum, aut medium inter hæc, neq; bonum neq; malũ? POL. Multa necessitas est ô Socrates. SOC. Nónne dicis bonũ quidem esse sapientiam, & sanitatem, diuitias, & alia huiusmodi: Mala autem his cõtraria? POL. Ego sanè. SOC. Quæ uero neq; bona neq; mala sunt, nam talia dicis, quæ aliquando quidem bono participant, aliquando uero malo, aliquando neutro, uelut sedere, & uadere, & currere, & nauigare: rursus ligna & lapides, & alia huiusmodi? Nũ hæc dicis, aut alia quædam uocas, quæ neq; bona sunt neq; mala? POL. Non sed hæc. SOC. Vtrum igitur media hæc bonorum gratia faciunt, quum faciunt: aut bona mediorum gratia? POL. Media sanè bonorum gratia. SOC. Bonum ergo persequẽtes & uadimus, quum uadimus, melius hoc esse putantes: & contra stamus, eiusdem boni gratia: aut nõ ita? POL. Etiam. SOCR. Nónne & occidimus, si quem occidimus, & eíjcimus, & pecunias auferimus, putantes melius esse nobis hæc facere, quàm non? POL. Maximè. SOC. Boni ergo gratia omnia hæc faciunt qui faciunt. POL. Ita sentio. SOC. Nónne confessi sumus, non illa nos uelle, quæ alicuius gratia facimus, sed illud cuius gratia hæc facimus? POL. Maximè. SOCR. Non ergo occidere uolumus, neque eíjcere è ciuitatibus, neque pecunias auferre ita simpliciter, sed si utilia fuerint hæc, facere ipsa uolumus. Si uero damnosa, non uolumus. Bona enim uolumus uelut tu dicis: Quæ uero neque bona neque mala sunt, non uolumus: neq; mala. Nunquid uera dicere tibi uideor ô Pole, aut non? Quid non respondes? POL. Vera. SOC. Nónne si quidem in his consentimus,

Aliud faciunt, aliud uolũt homines

Tria omnium rerum genera

Bona nos uelle non media, neque mala

Universidad de Deusto
Biblioteca

si quis occiderit aliquem, aut è ciuitate eiecerit, aut pecunias abstulerit, siue Tyrannis
sit, siue rhetor, quum putet hoc sibi melius esse, sit autem peius, hic sanè facit quæ sibi
uidentur? Nunquid? POL. Etiam. SOCRA. Nunquid etiam quæ uult, siquidem sunt
hæc mala? Quid non respondes? POL. At non uidetur mihi facere quæ uult. SOCR.
Quomodo igitur talis plurimum potest in ciuitate, siquidem plurimum posse est bo-
num quiddam, iuxta tuam adeò confessionem? POL. Non potest. SOC. Vera ergo ego
dicebam, quum dicerem fieri posse, ut sit homo in ciuitate qui quæ uideantur ipsi faci-
at, non tamen plurimum possit, neq; quæ uult faciat. PÒL. Nónne & tu Socrates opta-
ris licere tibi facere quod tibi uidetur in ciuitate, potius quàm non facere? & nónne æ-
muleris ubi uideris aliquem, qui uel occidat qui ipsi uideatur, aut pecunias auferat, aut
in uincula coniiciat. SOCRA. Iustè aut iniustè dicis? POL. Vtro modo id faciat, Non-
ne utroque modo optandum est? SOCRA. Bona uerba quæso ô Pole. POL. Quid ita?
SOCRA. Quia neque æmulatione indignos æmulari conuenit, neque miseros, sed ip-
sorum misereri. POL. Quid uero itáne tibi uidentur habere homines de quibus ego di-
co? SOC. Quidni? POL. Quisquis igitur occidit quem iustè occidere sibi uidetur, miser
tibi & miserabilis uidetur? SOCR. Non mihi: Neque tamen æmulatione dignus. POL.
Non modo miserum esse dixisti? SOC. Eum qui iniustè occidit ô amice, & insuper mise
rabilem. Qui uero iustè, eum non esse æmulatione dignum. POL. Nunquid qui mori-
tur iniustè, miserabilis & miser est? SOCRA. Minus quàm qui occidit ô Pole, & minus
quàm qui iustè moritur. POL. Quid ira ô Socrates? SOC. Quia maximum malorum est
iniusta facere. POL. Nunquid hoc maximum est? non maius est iniusta pati? SOCRA.
Minime. POL. Tu ergo malis iniusta pati, quàm facere. SOCR. Malim quidem ego neu
trum. Si uero necesse esset iniusta facere, aut pati: eligerem potius pati quàm facere iniu
sta. POL. Tu ergo non susciperes tyrannidem? SOC. Non, si Tyrannidem dicis id quod
ego. POL. At ego hoc dico quod paulò ante, licere in ciuitate facere quod ipsi uidea-
tur, ita ut & occidat, & eiiciat, & omnia faciat ex sua sententia. SOC. ô beate me dicen-
te sermones reprehende. Si enim ego in foro hominibus referto, accepto sub alas pu-
gione dicerem ad te, ô Pole mihi potestas quædam ex Tyrannis admiranda recens ac-
cessit. Si enim mihi usum fuerit, aliquem ex his quos tu uides hominibus statim mori
oportere, morietur is qui usus fuerit. Et si mihi usum fuerit caput alicuius ipsorum con
fringi oportere, statim confractum erit. Et si pallium discissum esse oportere, discissum
erit, ita plurimum possum in hac ciuitate. Si igitur fidem non habenti tibi ostenderem
pugionem, fortassis conspicatus diceres, Sic quidem ô Socrates omnes plurimum po-
terint. Nam & domus incendi posset hoc modo, quæ tibi uideretur, & Athenienssium
naualia, & triremes ac naues omnes, tum publicæ, tum priuatæ. At non hoc est plurí-
mum posse, facere quicquid uideatur: aut tibi uidetur? POL. Non sanè ita SOC. Potes
igitur dicere cur eiusmodi potestatem reprehendas? POL. Possum certè. SOC. Cur ita-
que dicito. POL. Quia necesse est eum qui ita agit pœnas dare. SOC. At pœnas dare nõ
malum est? POL. Maximè. SOC. Nónne ô admirande plurimum posse rursus tibi uide
tur esse, si facientem ea quæ uidentur, comitatur utiliter facere, & bonum esse. Et hoc ut
ut apparet, est plurimum posse: Sin minus, malum, & parum posse. Consideremus eti-
am hoc. Aliud'ne quid quàm confiteamur, aliquando quidem melius esse hæc facere,
quæ nunc dicebamus, occidere & expellere homines, & pecunias auferre, aliquando
uero non? POL. Maximè. SOCR. In hoc itaque ut apparet, ego & tu cõuenimus. POL.
Etiam. SOC. Quando igitur tu melius esse dicis hæc facere? Dic quem terminum sta-
tuas. POL. Tu quidem ô Socrates hoc ipsum responde. SOC. Ego itaque dico ô Pole, si
tu ex me libentius hoc audis, quum quidem iuste quis hæc fecerit, melius esse: quum in-
iustè peius. POL. Difficile est te redarguere ô Socrates. At nónne uel puer te redargue-
re posset, quòd uera non dicis? SOC. Magnam ego puero habebo gratiam, æqualem e-
tiam tibi, si me redargueris, & à nugis liberaueris. Quare ne cesses amico uiro bene face
re, sed redarguere. POL. Atqui nihil opus est te ô Socrates antiquis factis ac exemplis
redarguere. Nam ea quæ heri & nudiustertius facta sunt, satis te redarguere possunt &
ostendere, quòd multi homines iniusti felices sunt. SOC. Quæ ista? POL. Archelaum
hunc Perdiccæ filium Macedoniæ imperare uides? SOCR. Si non uideo, audio tamen.
POL.

Æmulatione indigna

Tyrannis quid sit

Potestas utilis & bona sit

POL. Felix igitur tibi esse uidetur, aut miser? SOC. Haud scio ô Pole. Non enim cum ui
ro conuersatus sum. POL. Quid uero si cõuersareris cognosceres: alioqui in præsens fe-
licem esse non cognoscis? SOC. Per Iouem nõ ita. POL. Clarũ itaq; est ô Socrates, quòd
neq; magnũ regẽ felicem esse cognoscere te dices. SOC. Et uera tibi dicã. Non enim no
ui quomodo institutus sit, & quàm iustus. POL. Quid uero in hoc omnis felicitas sita
est? SOC. Velut ego sentio ô Pole. Honestum enim & bonum uirum, itemq; fœminam,
felicem esse dico: iniustum & malum, miserum. POL. Miser ergo est hic Archelaus iu-
xta tuum sermonem? SOC. Siquidem ô amice iniustus est. POL. At quomodo non sit
iniustus, ad quem eius regni quod nunc tenet, nihil pertinet, ut qui natus sit ex serua Al
cetæ fratris Perdiccæ, & secundum iustitiam seruus esset Alcetæ. Et si iusta facere uellet,
Alcetæ seruiret, & ex tua sententia felix esset. Nunc autem mirum in modum miser fa-
ctus est, postquàm maximè iniusta fecit. Qui primum quidem hunc ipsum dominum
& patruum suum accersiuit, uelut traditurus regnum quod Perdiccas ipsi abstulisset, &
hospitio exceptum ac inebriatum ipsum, ac filium eius Alexandrum patruelem suum
ferè ætate æqualem, in currum imposuit, & noctu eductos ambos mactauit & deleuit.
Et his perpetratis, seipsum miserrimum esse nõ animaduertit, neq; ipsum pœnituit: Sed
paulò post fratrem suum, genuinum Perdiccę filium, puerum septem annorum, cuius se
cundum iustitiam regnum esset, non uoluit iustè enutrire, ac ipsi regnum tradere, ut fe-
lix esset, sed eo in puteum immisso ac suffocato, ad matrem ipsius Cleopatram dixit, il-
lum anserem persequutum in puteum incidisse ac mortuum esse. Proinde nunc ut qui
maximas præ omnibus in Macedonia iniustitias perpetrauit, omnium Macedonum
miserrimus est, & non felicissimus. Et fortassis est aliquis Athenienssium, qui à te initio
sumpto maluerit quiuis alius Macedonum esse, quàm Archelaus. SOC. Et ab initio di-
sputationis ego te ô Pole laudaui, quòd uideris mihi in rhetoricis probe instructus esse,
uerum disputandi rationem neglexisse. Et nunc aliud'ne quid est hic sermo, quo me uel
puer redarguere posset? & ego nunc à te uelut tu putas conuictus sum hoc sermone, ut
qui asseram iniusta facientem non felicem esse? Vnde ô bone? Et quidem in nullo horũ
quæ dicis ego tibi assentior. POL. Non enim uis, alioqui sanè uidentur tibi uelut ego di
co. SOC. ô beate rhetorico more me redarguere conaris, uelut hi qui in iudicijs conuin-
cere se putant. Nam illic alij alios conuincere sibi uidentur, postquàm sermonum quos
habuerunt, multos & claros testes produxerint. Qui uero contraria dicit, unum aliquẽ
aut nullum adducit. At hic redarguendi modus, nullius momenti est ad ueritatem. Ali-
quando enim etiam falsa testimonia contra aliquem afferri possunt à multis, & qui ali-
quid esse uidentur. Et nunc in his de quibus tu dicis, ferè omnes Athenienses tibi assen-
tirentur. Et si contra me testes producere uis, quòd non uera dico, testimonium præbe-
bunt tibi Nicias Nicerati filius, & fratres eius una cum ipso, quorum sunt tripodes exor
dine in Dionysio stãtes. Aut si mauis Aristocrates Scellij filius, cuius est pulchra illa in
Pytho statua. Aut si mauis tota Periclis domus, aut alia quædam familia, quamcunq; ex
his quæ hic sunt eligere mauis. At ego qui unus sum, tibi non assentior. Non enim me
cogis, sed multos falsos testes contra me producis, & me ex ueritatis natura eiicere co-
naris. Ego uero si non teipsum unum testem produxero, assentientem his de quibus di-
co, nihil memorabile peractum esse puto, in his de quibus nobis disputatio est. Arbi-
tror autem neque te putare, si non ego tibi qui unus sum testimonium præbuero, & tu
alios omnes ualere iusseris. Est igitur hic quidam redarguẽdi modus, uelut tu cum mul-
tis alijs putas. Est etiam alius quem ego puto. Eos igitur inter se collatos consideremus,
an quid inter se differant. Sunt enim ea de quibus contendimus nõ ita parua, sed ferè ta
lia quæ & scire pulcherrimum est, & nescire turpissimum. Nam summa ipsorum est aut
cognoscere, aut ignorare, qui felix sit, & qui non. Velut uerbi causa primum de quo nũc
disputatio est, tu putas fieri posse ut beatus sit uir iniustus, & qui iniusta facit: siquidem
Archelaum iniustum esse putas, sed felicem. Numquid uelut ita te putãte intelligimus?
POL. Maximè. SOCR. Ego uero impossibile hoc esse dico. Vnum quidem hoc est de
quo contendimus. Sit ita. Qui uero iniusta facit, erit'ne felix si pœnam & supplicium
consequatur? POL. Minimè. Nam sic miserrimus fuerit. SOC. At si pœnã nõ consequa
tur qui iniusta facit, ex tua sententia felix erit? POL. Ita sentio. SOC. At secundum meam

Testium utilitas

Redarguendi modi

Felix qui sit, et contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

opinionem ô Pole & iniustus, & qui iniusta facit, omnino quidem miser est: Miserior tamen si pœnas non det, neque supplicium consequatur: Minus autem miser si det pœnam, & supplicium à dijs & hominibus consequatur. POL. Absurda ô Socrates dicere nam, & supplicium à dijs & hominibus consequatur. SOC. Conabor autem efficere ô amice, ut & tu eadem quæ ego dicas. Amicum enim te puto. Nunc igitur ea de quibus dissentimus hæc sunt. Considera uero etiam tu. Dicebam in superioribus peius esse iniusta facere, quàm iniusta pati. POL. Maximè. SOCRA. Tu uero iniusta pati. POL. Etiam. SOC. Et iniusta facientes miseros esse ego dixi, & à te redargutus sum. POL. Etiam per louem. SOCRA. Velut tu putas ô Pole, POL. Fortassis uera puto. SOC. Tu uero rursus felices iniusta facientes, si pœnam non dent. POL. Maximè. SOC. Ego autem miserrimos dico ipsos. Si uero dent pœnam, minus. Vis & hoc redarguere? POL. At hoc adhuc difficilius illo redargui potest ô Socrates. SOC. Non ita ô Pole, sed impossibile. Nam quod uerum est, nunquàm redargui potest. POL. Quomodo dicis? Si iniustè homo deprehendatur Tyrannidem moliri, & captus torqueatur, & excidatur, & oculi ipsi exurantur, & alijs multis & magnis ac uarijs mutilationibus & ipse mutilatus, & uxorem ac liberos mutilari conspicatus, tandem in crucem agatur, aut in mare demergatur, hic felix erit? aut si elapsus Tyrannus constituatur, & princeps in ciuitate degens quod uelit faciat, ita ut æmulatione dignus uideatur, & felix à ciuibus & alijs externis prædicetur? Hæc redarguere impossibile esse dicis? SOCRAT. Laruis me perterres ô generose Pole, & non redarguis. Paulò antea uero testes producebas. Attamen exiguum quiddam in memoriam mihi reuoca. Si iniustè tyrannidem moliri, dicebas? POL. Ego sanè. SOCRA. Felicior itaque nunquàm erit neuter ipsorum, neque qui tyrannidem iniustè consequutus est, neque qui pœnas dedit. Ex duobus enim miseris felicior non fuerit alter: Miserior tamen qui elapsus tyrannidem occupauit. Quid hoc ô Pole rides? Hæc rursus alia redarguendi species est, ubi quis aliquid dixerit deridere, non autem redarguere. POL. Non putas redarguta esse ô Socrates, quum talia dicas, quæ nullus unquàm affirmarit? Nam horum aliquem interroga. SOCRAT. ô Pole non sum ex ciuilibus istis, & superiore anno in consilium delectus, quum tribus nostra magistratũ gereret, & me suffragia colligere oporteret, risum exhibui, & suffragia colligere non potui. Ne igitur me nunc quidem suffragia me à præsenti bus colligere iube, sed si non habes meliorem his redarguendi modum, uelut modo dicebam, mihi ex parte concede, & experire qualem ego arbitror redarguendi modum esse oportere. Ego enim eorum quæ dico unum testem producere scio, eum ipsum ad quem mihi sermo institutus est. Multos autem ualere sino. Et unius suffragium colligere scio, cum Multis autem neque disputo. Vide igitur an redarguendi copiam mihi ex parte facere uelis, ita ut ad ea quæ interrogo respondeas. Ego enim arbitror & me, et te, & alios homines, iniusta facere peius putare, quàm iniusta pati: et nõ dare pœnas peius, quàm dare. POL. Ego autem neque me, neque ullum alium hominem. Num tu optaris potius iniusta pati, quàm facere? SOCRA. Et tu sanè, ac omnes alij. POL. Multum abest. Imò neque ego, neque tu, neque quisquàm alius. SOC. Nónne respondebis? POL. Maximè. Nam cupio cognoscere quid tandem dices. SOC. Dic itaque mihi, ut tu cognoscas, uelut si ab initio interrogarem. Vtrum uidetur tibi ô Pole peius esse iniusta facere, aut iniusta pati? POL. Iniusta pati mihi peius esse uidetur. SOCRA. Quid uero turpius, num iniusta facere, aut iniusta pati? Responde. POL. Iniusta facere. SOC. Nonne et peius, siquidem turpius? POL. Minimè. SOC. Intelligo, Non idem putas tu ut apparet, pulchrum et bonum: malum et turpe. POL. Non ita. SOC. Quid uero hoc? Pulchra omnia, uelut sunt corpora, colores, figuræ, uoces, & studia ad nihil respiciens, semper uocas pulchra? uelut primum corpora pulchra, nónne aut secundum utilitatem pulchra esse dicis, prout quęque utilia existunt: aut secundum aliquam uoluptatem, si in eo quòd spectantur, uoluptatem spectantibus inducunt? Habésne quod extra hæc de corporis pulchritudine dicere possis? POL. Non habeo. SOC. Nónne etiam alia omnia sic, & figuras & colores, aut ob uoluptatem aliquam, aut ob utilitatem, aut propter utranque, pulchra appellas? POL. Ego sanè. SOC. Nónne & uoces, & omnia ad Musicam pertinentia eodem modo? POL. Etiam. SOCR. Sed et quæ ad leges pertinent, et studia, non extra hæc pulchra sunt, nimirum ut non sunt utilia aut iucunda, aut utraq; POL.

Deridere dicta, redarguendi species est

Socrates non est ciuilis

POL. Non mihi uidetur. SOC. Nónne & disciplinarum pulchritudo similiter se habet? POL. Maximè, & pulchrè nunc definis ô Socrates, qui pulchrum iucundo & bono definis. SOCRA. Nónne & turpe contrario, molesto & malo? POL. Necesse est. SOCR. Quum igitur è duobus pulchris alterum pulchrius fuerit, aut altero illorum, aut utriusque excedens pulchrius est, nimirum aut uoluptate, aut utilitate, aut utriscp? POL. Maximè. SOC. Et quum è duobus turpibus alterum turpius fuerit, aut molestia aut prauitate excedens turpius erit: aut non ita necesse est? POL. Etiam. SOC. Age itaq; quomodo nunc dicebamus de faciendo & patiendo iniusta, nónne dicebas iniusta pati peius esse, iniusta uero facere turpius? POL. Ita dicebam. SOC. Nónne siquidem turpius est iniusta facere quàm pati, aut molestum est, & molestia excedens turpius fuerit, aut prauitate, aut utriscque? Non & hoc necesse est? POL. Quidni? SOCR. Primum itaque consideremus. Num iniusta facere molestia excedit iniusta pati, & dolent magis iniusta facientes quàm patientes? POL. Nequaquàm hoc ô Socrates. SOCR. Non ergo molestia excedit. POL. Non ita. SOCR. Nónne si non molestia, utriscque sanè non excesserit? POL. Non apparet. SOCR. Nónne reliquum est ut altero? POL. Etiam. SOCR. Malo? POL. Apparet. SOC. Nónne si malo excedit iniusta facere, peius fuerit quàm iniusta pati? POL. Ita nimirum. SOCR. Aliud'ne igitur & tu in superioribus confessus es, & plerique homines confitentur, quàm turpius esse iniusta facere quàm pati? POL. Etiam. SOC. Nunc autem peius esse uisum est. POL. Apparet. SOC. Optaris igitur tu potius id quod peius est & turpius, pro eo quod minus tale est? Ne cunctéris respondere ô Pole: Nihil enim inde læderis: sed generose te sermoni uelut medico exhibens responde: & ea quæ interrogo: aut affirma, aut nega. POL. At non optarim ô Socrates. SOC. Alius uero quispiam hominum? POL. Non mihi uidetur iuxta hanc rationem. SOC. Vera ergo ego dicebam, quòd neque ego, neque tu, neque quisquàm alius homo optarit potius iniusta facere quàm pati. Est enim peius. POL. Apparet. SOC. Vides igitur ô Pole redarguendi modum ad alterum modum collatum nihil simile habere. Verum tecum quidem alij omnes, præter me, consentiunt. Mihi uero tu solus sufficis, ut & consentias, & testimonium præbeas, & ego tuum solum suffragium colligens, reliquos ualere sino. Et hoc quidem ita se nobis habeat. Post hoc autem, id quod secundo loco nobis ambiguum fuit consideremus. Num iniusta facientem pœnas dare maximum sit malorum, uelut tu putas, aut maius non dare, uelut ego putabam. Consideremus autem hoc modo. Dare pœnas, & iniusta facientem iustè puniri, num idem dicis? POL. Ego sanè. SOCRA. Potes igitur dicere quòd non iusta omnia pulchra sint, inquantum iusta sunt? & ubi satis consideraueris responde. POL. At mihi uidetur ô Socrates. SOCRA. Considera & hoc. Num si quis aliquid facit, necesse est quid esse quod ab hoc faciente patiatur? POL. Mihi uidetur. SOCR. Num quod id patitur, quod facit id quod facit, & tale quale facit id quod facit? Quod uero dico tale est. Si quis uerberat, necesse est quid uerberari? POL. Necesse est. SOCR. Et si uehementer aut uelociter uerberat qui uerberat, sic etiam id quod uerberatur uerberari? POL. Etiam. SOCR. Talis ergo affectio est ei quod uerberatur, qualem fecerit id quod uerberat? POL. Maximè. SOCRA. Nónne & si quis urit, necesse est quid uri? POL. Quidni? SOCRA. Et si uehementer aut dolorosè urit, sic uri id quod uritur, uelut urit id quod urit? POL. Maximè. SOCR. Nónne & si quis secat, eadem ratio est? Secatur enim aliquid. POL. Etiam. SOCRA. Et si magna aut profunda, aut dolorosa sit sectio, tali sectione secatur id quod secatur, quali id quod secat secat? POL. Apparet. SOCRA. In summa itaque uide an de omnibus confitearis id quod modo dicebam, nimirum quale facit id quod facit, tale pati id quod patitur? POL. Confiteor. SOCRA. His itaque concessis, pœnas dare utrum pati quid est, aut facere? POL. Necesse est ô Socrates pati. SOCRA. Nónne ab aliquo faciente? POL. Quidni? ab ipso uidelicet puniente. SOC. Qui uero rectè punit, iustè punit? POL. Etiam. SOCRA. Iustáne faciens, aut non? POL. Iusta. SOC. Nónne qui punitur, dum pœnas dat, iusta patitur? POL. Apparet. SOCRA. Iusta autem pulchra esse confessi sumus? POL. Maximè. SOCRA. Horum ergo alter facit pulchra, alter qui punitur patitur? POL. Etiam. SOCRA. Nónne siquidem pulchra, etiam bona? Aut enim iucunda, aut utilia. POL. Necesse est. SOCRA. Bona ergo patitur qui pœnas dat. POL.

Pulchri & turpis definitio

Iniusta facere, peius est quàm pati

Facientis et patientis ratio

Pulchra esse bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apparet. SOC. Vtilitatem ergo capit? POL. Etiam. SOC. Num quam ego intelligo utilitatem, melior in anima euadit, siquidem iustè punitur? POL. Verisimile est. SOCR. Ab animæ ergo prauitate liberatur qui pœnas dat? POL. Etiam. SOCR. A maximo ergo prauitate liberatur. Sic autem considera. In pecunijs parandis aliam'ne quandam hominis afflictionem contueris, quàm paupertatem? POL. Non aliam, sed hanc ipsam. SOCR. Quid uero in corporis structura, debilitatémne, & morbum, & turpitudinem, & huiusmodi, dixeris esse prauitatem? POL. Ego sanè. SOCR. Nónne & in anima prauitatem quandam esse putas? POL. Quidni? SOCR. Hanc igitur non iniustitiam uocas, & imperitiam, & timiditatem, & huiusmodi? POL. Maximè. SOC. Nónne pecuniarum & corporis & animæ, quæ tria sunt, tria mala dixisti, paupertatem, morbum, iniustitiam? POL. Etiam. SOCR. Quod igitur horum malorum turpissimum est, nónne iniustitia, & in summa animæ prauitas? POL. Maximè. SOCR. Si uero turpissimum, etiam pessimum? POL. Quomodo dicis ô Socrates? SOCR. Sic. Semper quod turpissimum est, aut molestiam maximam exhibens, aut damnum, aut ambo, turpissimum est, ex his quæ in superioribus confessi sumus. POL. Maximè. SOCR. Turpissimum autem est iniustitia, & uniuersa animæ prauitas, uelut iam confessi sumus. POL. Confessi sumus. SOCR. Nónne quia molestissimum est, & molestia excedens, aut damno, aut utrisque, ideò turpissimum est? POL. Necesse est. SOCR. Nunquid iniustum esse, & petulantem, & timidum, & imperitum, molestius est, quàm pauperem esse, & ægrotare? POL. Non mihi uidetur ô Socrates ex his sanè. SOCR. Immenso ergo quodam damno, & admirando malo, alia excedens animæ malum, turpissimum omnium est: quandoquidem non molestia excedit, uelut tu dicis. POL. Apparet. SOCR. Atqui id quod maximo damno excedit, maximum omnium fuerit malorum. POL. Etiam. SOC. Iniustitia ergo & petulantia, & reliqua animæ prauitas, maximum omnium malorum est. POL. Apparet. SOCR. Quæ igitur ars à paupertate liberat, nónne lucri studium? POL. Etiam. SOCR. Quæ uero à morbo, nónne Medicina? POL. Necesse est. SOCR. Quæ uero à prauitate & iniustitia? Aut si non ita assequeris, hoc modo considera. Quo, & ad quos ducimus eos qui corporibus ægrotant? POL. Ad medicos ô Socrates. SOCR. Quo uero iniusta facientes & petulantes? POL. Ad iudices dicis. SOCR. Nónne ut pœnas dent? POL. Ita sentio. SOCR. Nunquid qui recte puniunt, iustitia quadam utentes puniunt? POL. Manifestum sanè est. SOCR. Lucri ergo studium à paupertate liberat. Medicina autem à morbo. Pœna uero à petulantia & iniustitia. POL. Apparet. SOCR. Quod igitur ex his pulcherrimum est? POL. Ex quibus dicis? SOCR. Ex lucri studio, Medicina, & pœna. POL. Longè excellit ô Socrates pœna. SOCR. Nónne rursus aut uoluptatem plurimam affert, aut utilitatem, aut utranque, siquidem pulcherrimum est? POL. Etiam. SOCR. Nunquid à medico curari iucundum est, & delectantur qui à medico curantur? POL. Non mihi uidetur. SOCR. At utile sanè, nunquid? POL. Etiam. SOCR. A magno enim malo liberat. Quare conducit dolorem sustinere, & sanum esse. POL. Quidni? SOCR. Nunquid sic felicissimus fuerit homo circa corpus, si à medico curatur, aut neque omnino ægrotat? POL. Si neque omnino ægrotat. SOCR. Non enim hoc erat felicitas ut apparet, liberatio uidelicet à malo, sed ut omnino id nos non contingat. POL. Est ita. SOC. Quid uero si duo habeant malum, siue in corpore, siue in anima, uter miserior est, qui curatur & liberatur à malo, aut qui non curatur, sed id habet? POL. Mihi uidetur quòd is qui non curatur. SOC. Nónne pœnas dare, erat liberatio à prauitate, maximo malo? POL. Erat sanè. SOC. Castigat enim pœna, & iustiores facit, & improbitatis Medicina fit. POL. Etiam. SOC. Felicissimus ergo est qui non habet in anima prauitatem: quandoquidem hoc maximum malorum uisum est. POL. Manifestum est. SOCR. Secundo uero loco est qui ab illo liberatur. POL. Apparet. SOC. Hic autem erat qui admouetur, & castigatur, & pœnas dat? POL. Etiam. SOC. Pessimè ergo uiuit qui iniustitiam habet, & non ab illa liberatur. POL. Apparet. SOC. Nónne hic est qui maximè iniusta facit, & maxima iniustitia utitur, & sic transigit ut neque admoneatur, neque puniatur, neque pœnas det? quemadmodum tu dicis Archelaum instructum esse, & alios Tyrannos, & rhetores ac potentes. POL. Apparet. SOC. Hi enim ô optime fermè perinde faciunt, ac si quis maximis morbis correptus transigeret ut non pœnas det medicis, propter peccata circa corpus admissa, neque curetur, ut qui uelut puer formidet uri & secari, eo quòd sit doloroſum. Aut non etiam tibi ita uidetur? POL. Mihi sanè. SOCR. Ignorans ut apparet, qualis res sit sanitas, & corporis uirtus. Videntur equidem ex his quæ nunc concessa sunt, tale quiddam facere ô Pole, etiam hi qui pœnam fugiunt, nimirum dolorem ipsius contueri, ad utilitatem uero cæci esse, & ignorare quantò miserius est non sanè animæ cohabitare, sed putidæ & iniustæ ac impiæ, quàm non sano corpori. Vnde etiam quidquis faciunt, ut pœnas non dent, neque à maximo malo liberentur, & pecunias comparant & amicos, & seipsos ut dicendo maximè persuadeant. Si uero nos uera concessimus ô Pole, sentis'ne ea quæ ex hoc sermone sequuntur, aut uis ut ipsa colligamus? POL. Si non tibi aliter uidetur. SOC. Nunquid sequitur maximum malum esse iniustitiam, & iniusta facere? POL. Apparet. SOCR. Sed & liberatio ab hoc malo uisa est, dare pœnas. POL. Consequens est. SOC. At non dare pœnas, perseuerantia in malo uisa est. POL. Etiam. SOC. Secundum ergo magnitudine malum est iniusta facere. At ut qui iniusta facit pœnas non det, omnium malorum maximum et primũ est. POL. Apparet. SOC. Nunquid de hoc ô amice contendimus, dum tu quidem Archelaum felicem prædicas, qui maximè iniusta facit, & nullas pœnas dedit. Ego uero contrarium sentiens, siue Archelaus sit, siue quispiam alius homo, qui iniusta faciens pœnas non dat, ipsum insigniter præ alijs hominibus miserum esse pronuncio: & semper iniusta facientem miseriorem esse eo qui patitur, & eum qui pœnas non dedit miseriorem eo qui dedit. Nónne hæc erant quæ à me dicerentur? POL. Etiam. SOC. Nónne demonstratum est hæc uerè dicta esse? POL. Apparet. SOC. Sit ita. Si itaque hęc uera sunt ô Pole, quæ adeò magna rhetorices utilitas est? Oportet enim ex his quæ nũc concessa sunt, ipsum seipsum maximè custodire, ut ne iniusta faciat, ut qui satis mali inde habiturus sit. Nunquid? POL, Maximè. SOCR. Si uero iniusta fecerit aut ipse, aut alius quispiam ex his quorum curam gerit, oportet ipsum ultro ire eò ubi quàm citissimè det pœnas, ita ut ad iudicem uelut ad medicum festinet, ut ne inueteratus iniustitiæ morbus, putrem & incurabilem animam efficiat. Aut quomodo dicimus ô Pole, siquidem priores nobis manent consensiones, nónne necesse est hæc ita illis consona esse, & non aliter? POL. Quid itaque dicemus ô Socrates? SOC. Equidem ad defensionem iniustitiæ suæ, aut parentum, aut amicorum, aut filiorum, aut patriæ iniusta facientis, nihil utilitatis affert nobis rhetorica ô Pole, nisi si quis contrà accusare oportere putauerit, maximè quidem seipsum, deinde etiam familiares, & alios, prout semper quiuis amicus iniusta fecerit, & non occultare, sed in propatulum iniustè factum producere, ut pœnas det, & sanus fiat: Cogere item & seipsum, & alios non præ timore deterreri, sed fortiter & uelut clausis oculis exhibere, uelut medico secandum & urendum, ita ut bonum & pulchrum ac honestum persequatur, & dolorem non consideret, & siquidem iniusta plagis digna perpetrauit, uerberandum se exhibeat: si uinculis, ligandum: si mulcta, mulctandum: si exilio, fugandum: si morte, necandum, ita ut ipse primus sit accusator & sui ipsius, & aliorum familiarium, & non parcat, sed ad hoc rhetorica utatur, quo dum manifesta fiunt iniusta facta, à maximo malo iniustitia liberentur. Dicemus ita ô Pole, aut non dicemus? POL. Absurda quidem ô Socrates mihi uidentur. Superioribus cõcessis tamen fortassis consona. SOC. Nónne aut illa dissoluere necesse est, aut hęc sequi? POL. Etiam hoc ita se habet. SOC. Rursus autem contrà mutatione facta, si alicui siue inimico, siue cuicunque male facere oportet, hoc equidem solum cauendum est, ut ne ipse ab inimico iniusta patiatur. Si uero in alium iniusta perpetrarit inimicus, omni modo conandum est & faciendo & dicendo, ut ne det pœnas, neque ad iudicem pertrahatur. Si uero pertrahatur, amittendum ut euadat, & ne det pœnas inimicus: sed siue aurum multum rapuerit, ne reddat hoc, sed retineat, & in seipsum & in suos iniustè ac impiè consumat, atq; turpiter cum omni luxu & libidine abliguriat: siue morte digna perpetrauerit, ut ne moriatur unquàm, sed immortalis sit, ut qui prauus existit: sin minus, quo quum talis sit, ad plurimum tempus uiuat. Ad huiusmodi mihi uidetur ô Pole rhetorica utilis esse. Nam qui iniusta facere non uolet, ei non magna aliqua ipsius utilitas esse mihi uidetur, si sanè etiã est aliqua utilitas, uelut in superioribus nullatenus esse uidebatur

Pœnæ inter bona præstantia

Pœnas dantes felices esse

Iustitiam esse maximum malum

Iniustus seipsum & suos accusabit

Rhetorices usus absurdus

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidebatur. CAL. Dic mihi ô Chærephon, seriò hæc dicit Socrates, aut ludit? CHAE. Mihi quidem uidetur ô Callicles mirificè seriò dicere. Nihil tamen absurdi fuerit ipsum interrogare. CAL. Atqui hoc cupio, per deos dic mihi ô Socrates, an te dicemus nunc seriò dicere, aut ludere? Si enim seriò dicis, & sunt hæc uera quæ dicis, aliud'ne quid quàm uita nostra humana euersa fuerit, & omnia contraria facimus ut apparet potius quàm ea quæ oportet. SOCR. ô Callicles si non esset hominibus affectio eadem, quæ tamen aliis alia atq; alia est, sed quis nostrum propriã quandam ab alijs haberet affectionẽ, non facile posset alter alteri suam affectionem indicare. Dico autem hæc, quod cogitem me & te nunc idem perpeti, ut quum duo simus duos amemus: Ego quidem Alcibiaden Cliniæ filium, & Philosophiam: tu uero Atheniensem populum, & Pyrilampis filium. Sentio igitur semper te contradicere non posse, quantumuis dicendo præstes, quomodocunque contradixerit & habere asseruerit tuus amatus, ita ut sursum ac deorsum sententiam mutes. Nam & in concione si te dicente aliquid, populus Athenienſis negarit id ita se habere, mutata sententia quæ ille uult dicis. Et ad Pyrilampis adolescentem pulchrum illum, eiusmodi quædam alia affectio tua est. Nam amati uoluntati & sermonibus aduersari non potes. Quare si quis te dicente, admiretur ea quæ semper in horum gratiam dicis, quòd absurda ea sint, fortassis dixeris ipsi, si uera dicere uolueris, nisi quis effecerit ut amati tui à talibus sermonibus abstineant, fieri non posse ut tu unquàm talia dicere desinas. Puta itaque & te alia huiusmodi ex me audire oportere, & ne admireris me hæc dicere, sed philosophiam amatam meam ut à talibus dicendis abstineat efficere. Semper enim illa dicit chare amice, quæ nunc ex me audis. & est multò minus temeraria quàm alter ille amatus. Nam Clinieus hic alias alios sermones producit. Philosophia uero semper eosdem. Dicit autem ea quæ tu nunc admiraris. Affuisti autem etiam ipse his quæ dicebantur. Aut igitur illam redargue uelut modo dicebam, quòd iniusta facere, & iniusta facientem pœnas non dare, non est extremum omnium malorum. Aut si hoc sines inconuictum, per canem Aegyptiorum deum, non tecum consentiet Callicles ô Callicles, sed per omnem uitam dissentiet. Atque ego quidem ô optime, me huius esse puto Lyram mihi discordem esse ac dissonare, & chorum cuius præfectus essem, & plurimos homines mecum non consentire, sed contraria mihi dicere, quàm unũ me mihijpsi non consonum esse, & contraria dicere. CAL. ô Socrates uideris in sermonibus iuueniliter te gerere, ut qui uerè sis concionator. Et nunc hæc concionaris, quum eandem affectionem inciderit Polus, quam Gorgiam aduersus te pati ostendebat. Dixit enim Gorgiam, dum interrogaretur à te, si perueniret ad ipsum qui iusta non sciret, & rhetoricam discere uellet, an ipsum doceret Gorgias, erubuisse ac dixisse se doctorum esse, propter consuetudinem hominum, qui indignentur si quis negaret. Ob hanc itaque consensionem coactum esse ut ipse sibijpsi contraria diceret. Te uero hoc ipsum amplecti. Et ut mihi uidetur, tunc rectè te deridebat. Nunc autem rursus ipse in eandem affectionem incidit. Et ego ob hoc ipsum non laudo Polum, quòd tibi concesserit iniusta facere turpius esse quàm pati. Ex hac enim concessione ipse à te in sermonibus impeditus se cõtinuit, ueritus dicere ea quę sentiret. Tu enim reuera ô Socrates ad eiusmodi importuna & concionatoria perducis, ueritatem persequi te asserens dum quæ natura quidem non sunt pulchra, sed lege, adducis. Natura uero & lex plerumque inter se contraria sunt. Si igitur quis erubescat, & non audeat dicere quæ sentit, contraria dicere cogitur, quam sanè sapientiam etiam tu excogitasti, & in disputationibus maligne te geris. Si enim quis secundum legem dicat, tu quæ secundum naturam sunt interrogas: Si uero secundum naturam, tu quæ secundum legem: quemadmodum nunc in faciendo & patiendo iniusta, quum Polus id quod secundum legem turpius esset dicere, tu legem persequebaris secundum naturam. Natura enim quidquid turpius est, quod etiam peius, uelut iniusta pati: lege uero iniusta facere. Neque enim uiri est hæc affectio, iniusta pati, sed mancipij cuiusdam, cui melius est mortuum esse quàm uiuere, si quis dum iniusta patitur & irritatur, ipse sibijpsi opem ferre non potest, neque alij cuius curam gerit. Verum arbitror eos qui leges condunt esse debiles, & de uulgi numero. Ad seipsos igitur & suam utilitatem, & leges condunt, & laudes ac uituperationes faciunt, perterrẽtes robustiores homines, & qui plus habere possunt, ut ne

Vita humana euersa

Philosophiæ sermones quales

Natura & lex contraria

Socratis fraudes in disputando

ut nè plus quàm ipsi habeant. Dicunt enim turpe & iniustum esse plus habere, & hoc esse iniusta facere, si quis quærat ut plus alijs habeat. Bene enim secum actum ipsi putant, si quod æquale est habeant, ut qui sunt uiliores. Quapropter lege quidem hoc iustum & turpe dicitur, si quis plus quàm pleriq; alij habere quærat, & hoc iniusta facere dicunt. At natura ipsa ut puto, ostenderit iustum esse, ut præstantior plus habeat deterio re, & potentior impotẽtiore. Declarat autem multis locis hæc ita se habere, tum in alijs animantibus, tum in totis hominum ciuitatibus ac generibus, quòd iustum ita iudicatum est, ut præstantior inferiori dominetur, & plus habeat. Nam qua iustitia usus Xerxes in Græciam arma mouit? Aut pater ipsius in Scythas? Sed & innumera alia eiusmodi quis recensere posset. At hi ut arbitror secundum iusti naturam hæc faciunt, & per louem, secundum naturæ legem: non tamen fortassis secundum hanc quam nos condimus, qui optimos ac robustissimos ex nobis, dum iuuenes sunt assumimus, & uelut Leones formamus, & incantationibus ac præstigijs in seruitutem redigimus, ut qui æqualitatem habere oportere dicimus, & hoc pulchrum ac iustum esse. Si uero exurgat uir iusta natura præditus, qui omnia hæc excutiat, & confringat, & uestra illa præscripta, & incantationes, & præsagias, & leges præter naturam omnes euitet ac conculcet, is dominus noster ex seruo conspiceretur, & hic naturæ iustitia reluceret. Videtur autem mihi etiam Pindarus ea quæ dico ostendere in ea cantilena, in qua dicit, Legem esse reginam omnium mortalium & immortalium. Hæc sanè inquit, ducit uiolenter id quod iustissimum est suprema manu: Coniecto autem de operibus Herculis, quando quidem inempta illa dicit in hunc ferè modum: Nam cantilenam ipsam memoria non teneo: Dicit autem quòd neque emptos neque donatos Geryonæ boues abegerit, tanquàm hoc iustum sit natura, & boues & alias omnes possessiones deteriorum ac inferiorum, esse melioris ac superioris. Veritas igitur ita se habet. Cognosces autem si omissa iam philosophia ad maiora deueneris. Philosophia equidem ô Socrates gratiosum quiddã est, si quis moderatè ipsam attingat per ætatem. Si uero quis ulterius quàm oportet immoretur, pernicies est hominum. Nam si etiam admodum ingeniosus sit, & ultra ætatem philosophatur, necesse est omnium earum rerum imperitum euadere, quarum peritum esse oportet eum qui honestus & bonus & clarus uir esse uolet. Nam legũ ciuilium imperiti fiunt, & sermonum quibus publicè & priuatim in hominum commertijs ac conuersationibus uti oportet, & uoluptatum ac cupiditatum humanarum, & in summa morum inexperti penitus euadunt. Postquàm igitur ad aliquam priuatam aut ciuilem actionem deuenerint, ridiculi sunt: quemadmodum arbitror etiam ciuiles ridiculi sunt, ubi ad uestras conuersationes ac disputationes deuenerunt. Contingit enim illud Euripidæ. Qua in re clarus quisque est, ad hanc properat, plurimam ei tribuẽs diei partem, ut ipse seipso præstantior euadat. In qua uero uilis fuerit, inde fugit, & hanc uituperat. Illam autem sua quadam beneuolẽtia laudat, ut qui ipse seipsum sic laudare putet. At ego rectissimum esse puto ambarum participem fieri. Philosophiæ quidem eruditionis gratia participem fieri pulchrum est, & non turpe est adolescenti philosophari. Quum autem senior iam homo adhuc philosophatur, ridicula ô Socrates res est. Et ego similiter affectus sum erga philosophantes, uelut erga balbutientes & ludentes. Quum enim puerum uideo, cui adhuc conuenit ita loqui, balbutientem & ludentem, gaudeo, & gratiosum mihi uidetur, & liberale, ac quod pueri ætatem deceat. Vbi uero puerum audio clarè loquentem, amarulenta res esse mihi uidetur, & offendit mihi aures, & seruile quid esse mihi uidetur. At ubi uirum quis audit balbutientem, aut uidet ludentem, ridiculum apparet & minimè uirile, ac plagis dignum. Eodem igitur modo affectus sum etiam erga philosophantes. Quum enim circa adolescentem uideo Philosophiam, laudo, & decere mihi uidetur, & liberum quendam hunc hominem esse arbitror. Eum uero qui non philosophatur, illiberalem duco, & qui nulla unquàm honesta aut generosa re seipsum dignum iudicauit. Quum uero seniorem iam uideo adhuc philosophantem, & non discedentem, plagis iam opus habere mihi uidetur talis uir. Nam quod dicebam, huic homini contingit, ut etiam si admodum ingeniosus sit, minime uirilis euadat, ut qui media ciuitatis fugit, & forum, in quo dicit Poeta uiros illustres euadere: subit autem per reliquam uitam in angulum, in quo cum tribus aut quatuor

Naturæ lex

Philosophandum quatenus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quatuor adolescentibus susurrando uitam degit, & nunquàm quicquam liberale & magnum præstabile profert. Ego uero erga te ô Socrates benignè & amicè affectus sum. Videtur igitur nunc idem mihi accidere, quod Zetho erga Amphionem apud Euripidem accidit, cuius paulò ante mentionem feci. Nam & mihi talia quædam ad te dicere subit, qualia ille ad fratrem dixit. Equidem negligis ô Socrates ea quorum te curam suscipere oportebat, & naturã animæ adeò generosam, inuenili quadam forma ornas: & neq; iudiciorum consilijs rectè sententiam tuam adieceris, neq; quod uerisimile & probabile est delegeris, neq; pro alijs promptum consilium dederis. Quare ô amice Socrates, ne ægrè feras quæ cum beneuolentia quadam erga te dicam. Nónne turpe esse tibi uidetur ita habere, uelut ego te habere puto, item q; alios qui procul semper in philosophia progrediuntur: Nunc enim si quis te, aut alium quemcunq; eiusmodi compræhen

Philosophorũ inutilitas

sum in carcerem abducat, & iniusta facere asserat, quum tamen nihil iniustè facias, nosti te nihil habere quod ipse tecum facias, sed uertigine afficereris & hiares, ut qui quod dicas non habeas, & ad iudicium productus, accusatorem malum ac improbum nactus, ultimum supplicium subieris, si ille te mortis condemnare uolet. Atqui quomodo hoc cum sapientia coniunctum est ô Socrates, si qua ars acceptum uirũ ingeniosum reddat deteriorem, ut neq; ipse sibijpsi opẽ ferre possit, neq; ex maximis periculis aut seipsum, aut alium quempiã cõseruare: Sed qui ab inimicis opibus omnibus spolietur, & deniq; ignominiosus in ciuitate degat. Talẽ uero etiamsi agrestius sit dictu, impunè in collũ eq; dere licet. Quare ô bone mihi obsequere, & à redarguendo cessa, Rerũ aũt concinnitatẽ cõplectere, atq; ea exerce ex quibus sapere uidearis, ita ut bella hæc alijs relinquas, siue deliramẽta, siue nugas dicere oportet, ex quibus uacuas ædes inhabitabis, & imitaris non uiros qui parua hæc redarguunt, sed quibus & uictus, & existimatio, & alia multa bona adsunt. SOC. Si aureã animã habeã ô Callicles, nõ putas me libenter inuenturũ

Index lapis

esse optimũ aliquẽ ex his lapidibus, quibus aurũ explorãt, ad quẽ admota illa, probe cognoscerem an assereret hic, animã mihi rectè curatã esse, ut iustè habeã, & non opus sit mihi alia exploratione? CAL. Ad quid hoc interrogas ô Socrates? SOC. Ego nunc tibi dicã. Arbitror em̃ quũ in te inciderim, huiusmodi lapidẽ me inuenisse. CAL. Quid ita? SOC. Satis scio quod si tu mecum consenseris in his quæ anima mea opinatur, hæc ipsa iã sunt uera. Cogito enim quòd qui iustè de anima explorare uelit, recténe uiuat aut secus, tria habere debet, quæ tu omnia habes, scientiam, & beneuolentiam, & dicendi libertatem. Nam ego in multos incido, qui me explorare non possunt, eo quòd sapiẽtes non sint, quemadmodum tu es. Alij uero sapientes quidem sunt, sed ueritatem mihi dicere nolunt, uelut tu, eo quòd nullã mei curam habent. Externi uero hi hospites Gorgias & Polus, sapientes quidem & amici mei sunt, uerum dicẽdi libertatẽ non habent, & uerecundiores sunt q̃ oportet. Quomodo enim nõ essent, qui ad tantã uerecundiã perueneruũt, ut propter ipsam audeat uterq; ipsorũ ipse sibijpsi cõtraria dicere, corã multis hominibus, & hoc de maximis rebus? Tu uero omnia habes quæ alij non habent. Satis enim liberaliter eruditus es, uelut pleriq; Athenienses testari possunt: & mihi beneuolus es. Vnde uero hoc cõiectem, ego tibi exponam. Noui uos ego ô Callicles, quatuor fuisse in sapientiæ studio sodales, te & Tisandrum Aphidnæum, & Andronem Androtionis filium, & Nausicyden Cholargensem. Et audiui aliquando uos cõsultantes, quousq; exercendum sit sapientiæ studium, & talem quandam opinionem in uobis uicisse scio, Non expetendum esse exactum philosophiæ studium, sed cauendum esse, mutuò uos admonuisse, ut ne ultra quàm conuenit sapientiores facti, nõ animaduerteretis uos corruptos esse. Postquàm igitur audio te ea mihi consulere, quæ amicissimis tibi consuluisti, satis magnam inde coniecturam sumo, te uerè mihi beneuolentem esse. Sed & quod liberè dicere possis, & non erubescas, tum ipse confiteris, tum oratio quam paulò antea habuisti testatur. Proinde ita nunc de his res se habet, si tu in disputationibus mihi quid cõcesseris, hoc iã & à me, & à te satis exploratũ erit, & nõ fuerit opus id amplius aliam explorationem subire. Neq; enim unquàm ipsum concesseris tu, aut ob sapientiæ inopiam, aut ob uerecundiæ præsentiam: neq; uero rursus concesseris ut me fallas. Amicus enim mihi es, uelut etiam ipse fateris. Reuera igitur & mea, & tua consensio, finem iam ueritatis habebit. Cæterum pulcherrima est consideratio ô Callicles de his ob quæ tu me

Tria exploratia animam

tu me obiurgasti, qualem conueniat esse uirum, & cui studio deditum, & quatenus, dũ & senior est, & iunior. Ego enim si quid in uita mea nõ rectè facio, id nosse te uolo quòd non ultro delinquo, sed ob meam imperitiam. Tu igitur uelut incœpisti, me admonere ne desistas, sed iustè mihi ostendas, quid sit hoc cui operam me dare oportet, & quo modo ipsum comparare possim. Et si me nunc tibi consentientem depræhenderis, & in posteriore tempore ea quibus assensus sum non facientem, stolidum admodum me putabis, & nunquàm amplius in posterum admonebis, uelut qui nullius rei homo sim. Verum ab initio mihi rem repete. Quomodo dicis tu & Pindarus iustum se habere, Num secundum naturam iustum est, ut præstantior ea quæ inferioris sunt uiolenter abducat, & melior deterioribus dominetur, & ut plus habeat uiliore qui sit præstantior? Num alid quid dicis esse iustum, aut recte meminis? CAL. At hæc & tunc (si recordaris) dicebam, & nunc dico. SOCR. Vtrum uero eundem tu uocas meliorem & præstantiorem? Neque enim tunc intelligere poteram quid nam diceres, num robustiores appellares præstantiores, & oportere obedire imbecilliores robustiori, uelut etiam tũc mihi ostendisse uideris, quòd magnę ciuitates iuxta iustum naturale inuadũt paruas eo quòd præstantiores sunt & robustiores, uelut idem esset præstantius, & robustius, & melius: Aut potest melior quis esse, inferior tamen & imbecillior: & præstãtior, tamẽ nequior? Aut eadem est melioris & præstantioris definitio? Hoc ipsum clarè mihi explica, idem aut aliud est præstantius, & melius, & robustius. CAL. At ego tibi clare dico, quòd idem est. SOC. Nónne multi uno præstantiores sunt secundum naturam, qui sanè etiam leges cõdunt ob unum, quemadmodum etiam tu modo dicebas? CAL. Quidni? SOC. Multorũ ergo leges, præstantiorum sunt. CAL. Maximè. SOC. Nónne & meliorum? præstantiores enim multò meliores sunt, iuxta tuum sermonem. CAL. Etiam. SOC. Nónne horum leges secundum naturam pulchræ sunt, utpote eorum qui præstantiores sunt? CAL. Ita sentio. SOC. Nónne multi legem faciunt, uelut tu modo dicebas, iustum esse æqualitatẽ habere, & turpius esse iniusta facere q̃ pati? Est ne ita, aut secus? Et uide ut ne etiã tu hic ob uerecundiã capiaris. Censent aut nõ cẽsent multi illi æqualitatẽ habere, & non plus, iustũ esse, & turpius esse iniusta facere quàm pati? Ne inuideas mihi hanc responsionem Callicles, quo si mecum consenseris confirmer iam à te, uelut à uiro quem iudicio præstare constat. CAL. Imò multi ita censent. SOCR. Non ergo lege solum turpius est iniusta facere quàm pati, neque iustum æqualitatem habere, sed etiam natura. Quare non uera in superioribus dixisse uideris, neque rectè me accusasse, quum legem & naturam contraria esse diceres, quæ sanè & ego nossem, & in disputationibus malignè me gerem. Si enim quis secundum naturam dicat, ego ad legem abducerem, si uero secundum legem, ego ad naturam. CAL. Hic uir non cessat nugari. Dic mihi ô Socrates, non erubescis in hac ætate constitutus nomina uenari, & si quis uerbo peccet, lucrum id facere? Me enim putas aliud quid dicere, præstantiores esse, quàm meliores. Nónne dudum tibi dixi, me idem esse asserere melius & præstantius? Aut putas me dicere, si collectio seruorum & omnis generis hominum nullius rei, præterquàm fortassis ut corpore præstent, confluat, & hi statuant ac pronuncient, hæc ipsa legis loco esse? SOC. Sit ita ô sapiẽtissime Callicles. Sic'ne dicis? CAL. Maximè. SOC. At ego quidem ô beate etiam ipse dudum coniecto tale quiddam te præstantius dicere, & interrogo ut qui clarè cognoscere cupiam quid dicas. Non enim profectò tu duos meliores uno ducis, neq; seruos tuos meliores te, eo quòd robustiores sunt quàm tu. Verum rursus ab initio dic mihi quos tandẽ dicas meliores, quando quidẽ non robustiores. Et ô admirãde mitius me edoce, ne à te aufugiã. CAL. Cauillaris ô Socrates. SOC. Nõ per Zethũ ô Callicles, quo tu usus multa nunc in me cauillaris. Quare age dic quos meliores esse dicas. CAL. Probiores equidẽ. SOC. Vides ergo quòd tu ipse nomina dicis, nihil aũt declaras. Nõ dices utrũ sapientiores, aut alios quosdã, meliores & præstãtiores dicas? CAL. At per louem hos dico, & ualdè quidẽ. SOC. Sæpe ergo unius sapiẽs, sexcẽtis insipiẽtibus præstãtior est, iuxta tuã sententiã, & hunc dominari oportet, illos aũt subditos esse, & dominantẽ plus q̃ subditos habere. Hoc enim dicere uelle mihi uideris, & nõ uerba uenor, si unus sexcẽtis est præstãtior. CAL. At hæc sunt q̃ dico. Hoc em̃ ego arbitror iustũ natura esse, ut qui melior sit & sapientior, & imperet, & plus habeat, q̃ uiliores. SOC. Age itaq; hic, quid

Studiorum cuiusq; ratio pulcherrima

Iusti secundum naturam ratio

Iusti secundum legem ratio

Natura & lex non sunt contraria

Meliores esse sapientiores

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid tandem nunc dicis, si in eodem loco congregati essemus, uelut nunc multi homines, & nobis in communi multi essent cibi ac potus. Essemus autem omnis generis partim robusti, partem debiles. Vnus autem è nobis esset sapientior circa illos, ut qui esset medicus: esset autē uelut uerisimile est, alijs robustior, alijs debilior: aliud'ne quid quàm hic qui è nobis sapiētior est, etiam melior & præstantior erit circa illos? CAL. Maximè. *Medici sapientia & præstantia*

SOCR. Num igitur ex his cibis plus ipsum habere oportet quàm nos, eo quòd melior est: aut eo quòd imperat, omnia illum distribuere oportet, uerum in insumendo illos, & utendo in suum corpus, non plus illum habere oportet, si non damnum incurrere uelit, sed alijs plus, alijs minus habere. Si uero debilissimus omnium fuerit, omnium optimū, minimum habere oportet? Itáne ô bone Callicles? CAL. De cibis & potibus, & Medicis & alijs nugis tu dicis, ego uero de his non dico. SOC. Num igitur sapientiorem meliorem dicis? Affirma, aut nega. CAL. Ego sanè dico. SOC. At non meliorem plus habere oportere? CAL. Non de cibis neq; potibus. SOC. Intelligo. Sed fortassis de uestibus. Et oportet eum qui in textoria sapientissimus est maximum habere pallium, & plurimis ac optimis uestibus indutū incedere? CAL. Qualibus uestibus? SOC. At de calceis fortassis plus habere oportet eum qui in illis faciendis sapientior ac optimus est. Et sutorem fortassis maximis ac plurimis calceis indutum incedere oportet? CAL. De quibus calceis nugaris? SOC. At si non de talibus dicis, fortassis tamen de eiusmodi, uelut Agricolam circa terram colendam sapientem & præstantem & bonum, fortassis de seminibus plus habere oportet, & plurimo semine in suam terram uti? CAL. Vt semper eadē dicis ô Socrates. SOC. Non solum eadem ô Callicles, sed etiam de ijsdem. CAL. Per deos tu semper sutores, & fullones, & cocos, & Medicos producere non cessas, uelut de his nobis sit disputatio. SOC. Nónne igitur tu dices in quibus rebus præstantior & sapientior iustè plus habeat? Aut neque me pronunciantem sustinebis, neque ipse dices? CAL. At ego etiam dudum dico. Et primum quidē eos qui sunt præstantiores, non suto res dico neque cocos, sed qui ad reipub. negotia sapientes sunt, quo illa modo optimè administrentur: & non solum sapientes, sed etiam fortes, ut ea quæ intelligunt perficere possint, & non ob animi mollitiem delassentur. SOC. Vides ô optime Callicles, quòd non eadem tu in me accusas, & ego in te. Tu enim me semper eadem dicere asseris, & mihi succenses. Ego uero contrà, nunquàm eadem de ijsdem te dicere assero. Nam aliquando meliores & præstātiores decernis robustiores: Rursus aūt sapiētiores. Nūc autem rursus aliud quid adducis, & præstantiores ac meliores à te dicuntur quidam fortiores. Quare ô bone absoluas tandem quósnam meliores & præstantiores dicas, & in qua re. CAL. At dixi ego sapientiores in reipublicæ negotijs administrandis & fortes. *Sapientia reipub. administrandæ plus habere debet*

Hos enim ciuitatibus imperare conuenit, & iustum hoc est hos plus alijs habere, imperantes subditis. SOC. Quid uero sibijpsis ô amice, num imperantes, aut subditos. CAL. Quomodo dicis? SOCRAT. Vt quisque sibijpsi imperet dico. Aut nihil quidem opus est ipsum sibijpsi imperare, sed alijs? CAL. Quomodo sibijpsi imperare dicis? SOCRA. Nihil uariegati dico, sed sicut uulgo dici solet, ut temperatus, & ipse suijpsius potens sit, & uoluptatibus ac cupiditatibus suis imperet. CAL. Quàm suauis homo es, fatuos dicis temperatos. Quidni enim ita? SOC. Nemo non cognouerit me non hoc dicere. *Imperare sibi quid sit*

CAL. Imò ualdè ô Socrates. Nam quomodo felix fuerit homo qui cuicunque seruit? At hoc est secundum naturam pulchrum & iustum, quod ego tibi nunc liberè loquens dico, quòd oportet eum qui rectè uicturus sit, cupiditates suas sinere ut quàm maximæ sint, & non castigare: & potentem esse ut his uelut quæ maximæ sint, ob fortitudinem & sapientiam, subministret & expleat omnia, quorum semper cupiditas oboriatur. At hoc ut arbitror plerisque è uulgo impossibile est. Vnde illos uituperant, ob uerecundiam occultantes suam impotentiam, & turpem esse dicunt petulantiam, & uelut in superioribus dicebam, meliores natura homines in seruitutem redigunt: & quum ipsi uoluptates suas explere non possint, laudant temperantiam et iustitiam, propter suam ignauiam. Nam quibus ab initio contigit, ut aut regum filij sint, aut ipsi ex natura principatum, aut tyrannidem, aut potestatem comparare sibijpsis potuerint, quid reuera turpius ac peius fuerit his hominibus quàm temperantia, ut quum liceat ipsis frui bonis nemine impediente, ipsi sibijpsis dominum inducant, uulgi hominum legem, et sententiam,

tentiam, & uituperationem? Aut quomodo non miseri essent præ temperantiæ & iustitiæ bono, si nihil plus amicis suis quàm inimicis tribuerent, & hoc imperantes in sua ipsorum ciuitate? Cæterum uèritas ô Socrates, quam tu te persequi dicis, hoc modo se habet. Voluptas & petulantia et libertas, si auxilium habeat, uirtus & felicitas est. Reliqua uero ista ornamenta præter naturam constituta, nugæ hominum sunt, & nullius pretij. *Voluptas cum potentia coniuncta est felicitas*

SOCR. Non ingenerosè ô Callicles nunc explicas dicendi libertate utens. Clarè enim nunc dicis, quæ alij cogitant quidem, sed dicere nolunt. Rogo igitur te ut nullo modo remittas, quo reuerà manifestum fiat, quomodo sit uiuendum. Et dic mihi, Voluptates non castigandas esse censes, si quis talis esse uolet qualem oportet, sed sinendas esse ut maximè sint, & expletionem ipsis alicunde parandam esse, & hoc esse uirtutem? CAL. Ita ego sentio. SOC. Non ergo rectè dicuntur felices esse, qui nulla re indigent. CAL. Lapides equidem & mortui sic felicissimi essent. SOC. At uero & sic ut tu dicis admiranda uita esset. Nec uero admirer si Euripides uera dicat dum ait. Quis nouit an uiuere quidem sit hic mori, uerum mori uiuere? Et nos fortassis reuera morimur, id quod iam ego ex sapiente quodam audiui, quòd nos nunc morimur: & corpus quidem est nobis sepulchrum, pars autem ea animæ in qua sunt cupiditates, est uelut persuadetur, & sursum ac deorsum translabitur. Et hanc sanè fabulator quidam elegans uir, Siculus fortassis aut Italicus, deducto nomine πίθου, id est dolium appellauit, propter πιθανὸν & πασικόν, hoc est eo quòd persuadeatur & credat: amentes autem, non initiatos dixit. Amentium uero id est non initiatorum, hanc animæ partem, in qua cupiditates sunt, eo quòd petulans sit & non arcta, ob inexplebilitatem, dolio perforato assimilauit. Contrarium itaq; hic tibi ô Callicles indicat, quòd ex his qui in orco sunt, qui ἀΐδης ab obscuritate appellatur, hi miserrimi sint, qui nō sunt initiati, & portent in perforatum dolium aquam, alio eiusmodi perforato cribro. Cribrum autem dicit, uelut ille qui mihi retulit dixit, animam esse. Amentium autem animam cribro assimilauit, uelut perforatam, ut quæ non possit continere, propter infidelitatem & obliuionem. Hæc quidem aliquo modo satis absurda sunt, declarant tamen id quod ego tibi ostendere uolo, si quo modo tibi persuadere potero ut sententiam mites, & pro uita inexplebili ac petulanti, moderatam & prę sentibus semper contentam & satis habentem eligas. At persuadeóne tibi, & sententiam mutas, feliciores esse temperatos petulantibus: aut nihil efficio, sed si etiāmulta eiusmodi fabuler, nihilo magis sententiam mutabis? CAL. Hoc uerius dixisti ô Socrates. *πίθος unde dicatur* *ἄΐδης unde dictus*

SOC. Age itaque aliam tibi similitudinem ex eodem quo nunc gymnasio dicam. Considera enim an tale quid de utriusq;, & temperati & petulātis uita dicas, uelut si duobus uiris utriq; dolia multa essent, & alteri quidem integra & plena, aliud uino, aliud melle, aliud lacte, & alia multa multis alijs. Essent autem liquores singuli rari & difficiles, & cum multis ac grauibus laboribus comparati. Alter igitur qui dolia impleuisset, neque affunderet, neque quicquàm curaret, sed quod adhæc attinet quietem ageret. Alteri uero liquores quidem uelut illi parabiles quidem essent, sed tamen difficulter, uasa uero perforata & putrida, & cogeretur semper interdiu & noctu ipsa implere, aut extremos dolores sustinere. Num quum huiusmodi sit utraque uita intemperati uitam feliciorem esse dicis quàm temperati? Persuadeóne tibi dum hæc dico, ut concedas uitam temperatam meliorem esse quàm petulantem, aut non persuadeo? CAL. Non persuades ô Socrates. Nam illi qui impleuit dolia non est ulla uoluptas, sed hoc est quod nunc ego dicebam, uelut lapidem uiuere, ut postquàm impleuit neque delectetur, neque tristetur. At in hoc iucunda uita est, ut quàm plurimum influat. SOC. Nonne necesse est si multū influat, multum etiam esse id quod discedit, & magna quædam foramina effluxionibus esse? CAL. Maximè. SOC. Charadrij uitam quandam tu dicis, & non mortui, neque lapidis. Et dic mihi, taléne quid dicis uelut esurire, & esurientem edere? CAL. Ego sanè. SOC. Et sitire, & sitientem bibere? CAL. Dico, & alias cupiditates omnes habentem, & expletum potentem, & gaudentem, feliciter uiuere. SOC. Ego ô optime, perseueras enim quemadmodum cœpisti: & ut ne pudefias: oportet autem neque me ut apparet pudefieri: primum quidem dic mihi an etiam scabiosum & purigino sum, qui largè habeat quod scalpet, ita ut scalpendo se uitam degat, feliciter uiuere contingat. CAL. Quàm absurdus es ô Socrates, & profectò cōcionator. SOC. Equidem ô Callicles Polum quidem & Gorgiam *Vitæ temperatæ & petulantis simile* *Vita iucunda ex influxu*

Universidad de Deusto
Biblioteca

giam,& perterrui,& erubescere feci. Tu uero non perterreris, neq; pudefis. Fortis enim es, sed responde solum. CAL. Dico itaq; etiam scalpētem se, iucundè uiuere. SOC. Nónne si iucundè, etiam feliciter? CAL. Maximè. SOC. Vtrum si capite solū pruriat, aut adhuc quid te interrogo? Vide ô Callicles quid respondeas, si quis ex te omnia quę ex his deinceps hærent percunctetur. Et quū hæc eiusmodi sint in summa, Cinædorū uita ista, non absurda & turpis ac misera est? Aut etiam hos felices esse dicere audebis, si largè habeant quibus opus habent? CAL. Non erubescis ô Socrates sermones ad talia deducere? SOC. Num ego huc deduco, aut ille qui impudenter adeò asserit, oblectātes se quomodocunq; se oblectent, felices esse, & nō distinguit quæ uoluptates bonæ sint, & quæ malæ? Quare adhuc etiam nunc dic, utrum idem esse dicis iucundum & bonum, aut esse quid iucundum quod non est bonum? CAL. Vt ne mihi consentiens sit sermo, si aliud esse dicā, idem esse assero. SOC. Corrumpis ô Callicles primos sermones, & non amplius mecū iustè ea quæ sunt expendis, siquidem præter ea quæ tibi uidētur dicis. CAL. Nam & tu ô Socrates. SOC. Non itaq; rectè facio ego, si hoc facio, neq; tu. Verum ô bea te uide ne non sit hoc bonum, omni modo penitus delectari, & gaudere. Hęc enim quę nunc obscurè insinuata sunt multa & turpia, & multa alia sequi uidentur, si hoc ita se habet. CAL. Velut tu putas ô Socrates. SOCR. Tu uero ô Callicles reuera hæc affirmas? CAL. Ego sanè. SOC. Aggrediamur ergo disputationem, uelut seriò te agēte. CAL. Maximè. SOCR. Age itaq; quandoquidem tibi ita uidetur, hæc mihi distingue. Scientiam ne quid uocas? CAL. Ego sanè uoco. SOC. Nónne & fortitudinem nunc quandam esse dicebas cum scientia? CAL. Dicebam equidem. SOC. Aliud quid igitur quàm uelut diuersum à scientia fortitudinem, duo hæc dicebas? CAL. Taldè equidem. SOC. Quid uero uoluptatem & scientiam, idem aut aliud? CAL. Aliud ô sapientissime. SOC. Num & fortitudinem aliam à uoluptate? CAL. Quidni? SOC. Age itaq; ut hoc memoria teneamus, quòd Callicles Acharnensis dixit, iucundum quidem & bonum idem esse, scientiam autem, & fortitudinem, tum inter se, tum à bono diuersa. Socrates autem ex Alopecensium tribu nobis hæc non concedit, aut concedit? CAL. Non concedit. SOC. Arbitror autem neq; Callicles, ubi ipse seipsum rectè considerarit. Dic enim mihi putásne se

Contrariorū inter se ratio

lices & infelices contrariam affectionem pati? CAL. Ego sanè. SOC. Nunquid si contraria hæc inter se sunt, necesse est ea ita se habere, uelut sanitas & morbus se habēt? Nō enim simul sanus est & ægrotat homo: neq; simul à sanitate & morbo liberatur. CAL. Quomodo dicis? SOCR. Velut de quacunq; uoles corporis parte assumpta considera. Aegrotat homo ab oculis, cui morbo nomen est lippitudo. CAL. Quidni? SOC. Nunquid & sanus est simul ex oculis? CAL. Nullo modo. SOC. Quid uero quum à lippitudine liberatur, num tunc etiam à sanitate oculorum liberatur, & tandem simul ab ambobus liberatur? CAL. Minimè. SOCR. Mirum enim arbitror & absurdum id esset. Nunquid? CAL. Admodū. SOC. Sed ex parte ut puto, utrunq; & accipit & perdit. CAL. Ita sentio. SOC. Nónne & robur & debilitatē eodem modo? CAL. Etiā. SOC. Et uelocitatē, & tarditatē? CAL. Maximè. SOC. Nónne & bona et felicitatē, & his contraria mala & miseriā ex parte accipit, & ex parte ab utroq; liberatur? CAL. Omnino ita. SOC. Si ergo inuenerimus quædam, à quibus & simul liberatur homo, & quæ simul habet, nimirum hæc non fuerint & bonum & malum. Confitemur hæc? & re bene considerata respondebis? CAL. At insigniter confiteor. SOC. Age itaq; ad superius concessa redeamus. Esurire iucundum' ne aut molestum esse dicebas, ipsum esurire dico? CAL. Molestum. SOC. At tamen esurientem edere iucundum? CAL. Ita sanè. SOC. Intelligo. At uero esurire ipsum molestum est: aut non ita? CAL. Ita sentio. SOC. Nónne & sitire? CAL. Valdè. SOCR. Vtrum ergo adhuc plura interrogem, aut confiteris omnem indigentiam & cupiditatē molestam esse? CAL. Confiteor, & ne interroges. SOC. Sit ita. Sitientem autem bibere, aliud quid quàm iucundum esse dicis? CAL. Ego sanè dico. SOC. Nónne eius quod dicis, sitientem quidem esse, molestum est? CAL. Etiam. SOCR. Bibere uero expletio est indigentiæ & uoluptas? CAL. Etiam. SOCR. Nónne secundum quod bibit, delectari et gaudere dicis? CAL. Maximè. SOC. Sitientem sanè dico qui molestiam sentit. CAL. Etiam. SOC. Sentis igitur quod sequitur, quòd molestiam sentientē delectari et gaudere dicis, quū sitientē bibere dicis: Aut nō hoc simul contingit, secundū eundē locū et tēpus,

Cupiditas omnis molesta est

Molestia & delectatio cōiuncta

siue animæ siue corporis uoles. Nihil enim arbitror refert. Est ita aut non? CAL. Est. SOC. Atqui felicem infelicem esse, simul, impossibile esse dixisti. CAL. Ita sentio. SOC. Vt autē molestiam sentiens gaudeat, possibile esse cōfessus es? CAL. Apparet. SOC. Nō ergo gaudere est felicem esse, neq; molestiam sentire infelicem esse. Quare aliud est iucundū, quàm bonum. CAL. Non scio quid cōminiscaris ô Socrates. SOC. Imò scis, sed accissas ac dissimulas ô Callicles. Et progredere ultrà in his quæ deliras, ut cognoscas quàm sapiens sis qui me admones. Nónne unusquisq; nostrum simul & sitire desinit, & delectari, eo quod bibit. CAL. Non scio quid dicas. GOR. Nequaquàm ô Callicles, Sed responde etiam nostri gratia ut absoluantur disputationes. CAL. At semper talis est Socrates ô Gorgia, parua & parum momenti habentia percunctatur & redarguit. GOR. At quid tua interest? Omnino non tua est hæc censura. Quare sustine ut redarguat Socrates pro ut uoluerit. CAL. Interroga itaq; tu parua hæc & angusta, quandoquidem Gorgiæ ita uidetur. SOC. Felix es ó Callicles quòd in magnis prius initiatus es quàm in paruis. Ego autem fas esse non putabam. Vbi igitur reliquisti responde. An non unusquisq; nostrū simul & sitire, & delectari desinit? CAL. Ita sentio. SOC. Nónne etiam esurire, & ab alijs cupiditatibus simul desinit? CAL. Etiam. SOC. Nónne & à molestijs & à uoluptatibus simul liberatur? CAL. Est ita SOC. Atqui à bonis & à malis non simul liberatur, uelut tu confitebaris. Nunc autem non confiteris? CAL. Ego sanè. Quid tū postea? SOC. Quòd non eadem sunt ô amice bona & iucunda, neq; mala & molesta. Ab his enim simul liberatur, ab illis non, ut quæ sint diuersa. Quomodo igitur eadem sint iucunda cum bonis, & molesta cum malis? Si uero ita uis, etiam hoc modo considera. Arbitror enim te neq; hoc modo confessurum esse. Vide itaq;. Bonos nónne bonorum præsentia bonos uocas, uelut pulchros quibus pulchritudo affuerit? CAL. Ego sanè. SOC. Quid uero bonos uiros uocas insipientes & timidos? Non enim paulò antea, sed fortes & sapientes dicebas: Aut non hos bonos uocas? CAL. Maximè. SOC. Quid uero puerum amētem, gaudentem iam uidisti? CAL. Ego sanè. SOC. Virum autem amentem, nondum uidisti gaudentem? CAL. Arbitror ego, sed quid hoc? SOCR. Nihil, sed responde. CAL. Vidi. SOC. Quid uero mente præditum molestiam sentire, & delectari siue gaudere? CAL. Ita sentio. SOC. Vtri uero magis delectantur & molestiam sentiunt, sapientes aut insipientes? CAL. Arbitror ego non multum differre. SOC. At satis est & hoc. In bello uero uidisti iam uirum timidum? CAL. Quidni. SOC. Quid igitur discedentibus hostibus utri tibi uisi sunt magis gaudere, timidi ne, aut fortes? CAL. Vtriq; magis: sin minus, similiter sanè. SOC. Nihil refert. Gaudent igitur etiam timidi? CAL. Valdè equidem. SOC. Et insipientes ut apparet? CAL. Etiam. SOC. Accedentibus autem hostibus timidi solū molestiam sentiunt, aut etiam fortes? CAL. Vtriq;. SOC. Num similiter? CAL. Magis fortasse timidi. SOC. Discedentibus autem non magis gaudent? CAL. Fortassis. SOC. Nónne molestiam sentiunt quidem & gaudent, & insipientes & sapientes, & timidi & fortes similiter, uelut tu dicis: magis tamē timidi quàm fortes? CAL. Ita sentio. SOC. Atqui sapientes & fortes, boni sunt: Timidi uero & insipientes mali. CAL. Etiā. SOC. Similiter ergo gaudent & molestiam sentiunt boni & mali. CAL. Ita sentio. SOC. Nunquid similiter sunt boni & mali, hi qui boni & mali sunt: aut etiam adhuc magis boni, qui boni sunt, & mali, hi qui mali sunt? CAL. At per louem non scio quid dicas. SOC. Non scis q̄ bonos bonorū præsentia bonos esse dixisti, malos uero malorum: Bona autem esse uoluptates: Mala uero molestias? CAL. Ego uero scio. SOC. Nónne gaudentibus adsunt bona ipsæ uoluptates, siquidem gaudent? CAL. Quidni? SOC. Nónne bonis præsentibus boni sunt qui gaudent? CAL. Etiam. SOC. Quid uero molestiā sentientibus nō adsunt mala ipsæ molestiæ? CAL. Adsunt. SOC. Malorum autem præsentia tu malos dicis esse malos: aut non amplius ita sentis? CAL. Ego sanè sentio. SOC. Boni ergo sunt qui delectantur & gaudēt, Mali qui molestiā sentiunt. CAL. Maximè. SOC. Qui quidē magis, magis: qui uero minus, minus: qui uero similiter, similiter. CAL. Etiam. SOC. Nónne dicis similiter gaudere & molestiā sentire, sapiētes & insipiētes, & timidos & fortes: aut etiā adhuc magis timidos? CAL. Ego sanè. SOC. Collige itaq; in cōmuni mecū quid nobis ex cōcessis cōsequens sit. Nā & bis, & ter dicere ac cōsiderare quæ pulchra sunt, pulchrū esse dicunt. Bonū quidē sapientē & fortē esse dicimus. Nūquid? CAL. Etiā. SO.

Accissare

Bona & iucunda diuersa esse

Boni et mali similiter gaudēt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Malum autem insipientem & timidum? CAL. Maximè. SOC. Bonum uero rursus gaudentem? CAL. Etiam. SOC. Malum uero molestiam sentientē? CAL. Necesse est. SOC. Molestiam autem sentire & gaudere bonum & malum similiter: fortassis autem etiam magis malum? CAL. Etiam. SOCR. Similiter igitur fit malus & bonus bono, aut etiam magis bonus, qui malus est. Non hæc sequūtur, & priora illa, si quis eadem dicat esse iucunda & bona? Non hæc necessariò ita se habent ô Callicles? CAL. Iamdudum te audio ô Socrates consentiens tibi, & hoc animaduertens, quòd etiamsi quis ludens quodcūq; tibi concesserit, id prompte arripias, uelut admodum adolescentes facere solēt. Ita sane tu putas me, aut alium quemcunq;, nō arbitrari alias meliores esse uoluptates, alias deteriores. SOC. Io Io ô Callicles quàm callidus es, & mecum uelut cū puero agis, nunc quidem hæc ita se habere asserens, nunc uero aliter, & me decipiens: Quanquàm nō putassem ab initio fore ut à te ultro deciperer, ut qui amicus sis. Nunc autem falsus sum, & ut apparet, necesse est me iuxta ueterem sermonem, id quod præsens est boni cōsulere, & hoc quod à te datur suscipere. Est autē ut apparet, id quod nūc dicis, quòd Voluptates sunt partim bonæ, partim malæ. Nunquid? CAL. Etiā. SOC. Nunquid bonæ utiles sunt, Malæ uero damnosæ? CAL. Maximè. SOC. Vtiles autem sunt quæ boni quid faciunt, Malæ uero quæ quid mali? CAL. Ita sentio. SOC. Nunquid tales dicis, uelut circa corpus eas quas nunc dicebamus in edendo & bibendo uoluptates: Num ex his, quæ quidem sanitatem corpori inducunt, aut robur, aut aliā aliquā corporis uirtutē, hæ bonæ sunt: quæ uero his contraria, malæ? CAL. Maximè. SOC. Nónne & molestiæ eodem modo partim bonæ sunt, partim malæ? CAL. Quidni? SOC. Nónne bonas quidem & uoluptates & molestias, & eligere & comparare oportet? CAL. Maximè. SOC. Malas autem non? CAL. Clarum hoc est. SOCR. Nam bonorum gratia omnia facienda esse nobis, mihi & Polo, uisum est, si meministi. Num & tibi ita uidetur, finem esse omnium actionum, ipsum bonum, & illius gratia omnia alia facere oportere, & non illud aliorū gratia? Suffragaris & tu nobis tertius? CAL. Ego sanè. SOC. Bonorum ergo gratia oportet etiam alia, & iucunda facere, & non bona iucundorum gratia. CAL. Maximè. SOC. Num igitur cuiusuis uiri est eligere, quæ ex iucundis bona sunt, & quæ mala? aut artificioso ad singula opus est? CAL. Artificioso. SOC. Reuocemus in memoriam ea quę ego ad Polum & Gorgiam dicebam. Dicebam enim si meministi, quòd essent præparationes, alię quidem usęq; ad uoluptatem, hoc ipsum solum præparantes, quod uero melius & deterius est ignorantes: aliæ uero & quod bonum sit, & quod malum cognoscentes: & ponebam ex his quæ circa uoluptates (qualescunq; eæ uideantur) uersantur culinariam, circa corpus experientiam, sed non artem: ex his autem quæ circa bonum, artem Medicam. Et per louem amicitiæ præsidem ô Callicles, neq; ipse putes mecū ludere oportere, neq; quiduis prout contigit præter animi tui sententiā respōde, neq; rursus quæ à me proferuntur sic uelut ex ludente excipe. Vides enim quòd de hoc nobis est disputatio, quo quid magis studio habeat quis, qui uel parum mente prædītus sit homo? Nimirum quomodo uiuere conuenit, utrum eo ad quem tu me prouocas, ut uidelicet ea quæ uiri sunt faciā, & in populo dicendo uerser, & rhetoricā exerceā, & rempublicā administrē eo modo quo uos nunc illam administratis: aut ea uita quæ uersatur in philosophia: Et quid sit in quo hæc uita ab illa differat. Fortassis igitur optimū fuerit uelut ego iam distinguere aggressus sum, & facta distinctione, & inter nos consensione, si sunt hæ duæ uitæ, qua in re inter se differant considerare, & utram ex ipsis uiuere oporteat. Fortassis igitur nondum intelligis quid dicam. CAL. Non ita. SOC. At ego tibi clarius dicā. Quandoquidem consensimus ego & tu, esse quid bonum, esse et quid iucundum, aliud autem iucundum à bono: Vtrisq; uero ipsorum studium quoddam esse et præparationem adeptionis, ita ut altera sit uenatio iucūdi, altera boni: Hoc ipsum itaq; primum sic habere assentiris mihi, aut non? CAL. Ita assentior. SOC. Age itaq; et in his quæ ad hos dicebam assentire mihi, si sanè tunc uera dicere tibi usus sum. Dicebam autem quòd ob soniorum structrix non uideretur mihi ars esse, sed experientia. Medicina uero ars, eo quòd Medicina quidem eius quod curat, et naturam considerat, et causam eorum quæ facit, et singulorum horum rationem reddere potest. Altera uero uoluptatis, ad quam omnis ipsius cura incumbit, ualdè inartificiose ad ipsam progreditur, ut quæ neq; ram

Absurda consequentia

Voluptates esse bonas & malas

Bonum esse finem omnium actionum

Viuere quomodo conueniat

ram, neq; causam uoluptatis considerauit, & citra rationem omnino ut ita dicam, nulla enumeratione facta exercitium est, & experientia, quæ memoria solum eius quod fieri solet conseruatur, per quod etiam uoluptates exquirit. Hæc igitur primum considera, an iustè dici tibi uideantur, & an sint quædam aliæ huiusmodi circa animam curæ, partim quidem artificioſę, prouidentiam quandam optimi circa animam habentes: partim uero huius quidem negligentes, sed rursus uelut ista, uoluptatem solum animæ spectantes, quo modo ipsa contingere possit: Quæ uero melior aut deterior sit uoluptas, neq; considerantes, neq; quicquam aliud quàm ut gratificentur solum curantes, siue melius id sit, siue deterius. Mihi equidem ô Callicles & esse uidentur, & ego tales curas adulationem esse assero, & circa corpus, & circa animam, & circa aliud, cuiuscunq; quis uoluptatem curet, ita ut melioris & deterioris considerationem negligat. Tu uero num assentiris nobis de his eandem opinionem habens, aut contradicis? CAL. Non ego, sed concedo, quo & à te disputatio absoluatur, & Gorgiæ huic gratificer. SOC. Vtrum uero circa unam quidem hoc est animam, circa duas autem & multas non est? CAL. Non, sed & circa duas & multas. SOCR. Nónne etiam multis simul congregatis gratificari quis potest, ita ut quod optimum est nihil consideret? CAL. Arbitror ego. SOCR. Potes igitur dicere quæ sint studia ac exercitia quæ hoc faciunt? Aut potius si uis me interrogante, quod horum tibi esse uidetur, assere: quod non, nega. Primum autem consideremus Tibicinum studium. Nónne uidetur tibi tale quoddam esse ô Callicles, quod uoluptatem solum persequitur, & nihil aliud curat? CAL. Mihi uidetur. SO. Nónne & huiusmodi omnia, uelut est Citharistica in certaminibus? CAL. Etiam. SOC. Quid uero chororum doctrina, & Dithyramborum poesis, non tale quoddam tibi apparet? Aut putas curare quid Cinesiam Meletis filium, ut tale quid dicat, unde auditores meliores reddantur, & non potius unde spectatorum turbæ gratificetur? CAL. Manifestum sanè hoc est ô Socrates de Cinesia. SOCR. Quid uero pater ipsius Meles, num ad optimū respiciens uidebatur tibi Citharam pulsare? Aut ille quidem neq; ad iucundissimum, ut qui dum ad citharam caneret, spectatoribus molestus esset? Verum considera, Nónne uniuersa Citharœdica, & dithyramborum poesis, uoluptatis gratia inuenta esse tibi uidetur? CAL. Mihi sanè. SOC. Quid uero præclara hæc & admiranda Tragœdiæ poesis, quo studio tenetur? Num est ipsius conatus et studium, ut tibi uidetur, gratificari solum spectatoribus: aut etiam contendere, ut si quid ipsis iucundum et gratum sit, sed tamen malum, hoc quidem non dicat, Si uero iniucundum sit et utile, ut hoc et dicat et canat, siue delectentur inde, siue non? Vtro modo præparata esse tibi uidetur Tragœdiarum poesis? CAL. Manifestum hoc est ô Socrates, ipsam ad uoluptatem, et ut spectatoribus gratificetur magis præparatam esse. SOCR. Nónne hoc ipsum diximus modò adulationem esse. CAL. Maximè. SOC. Age itaq; si quis de tota poetica destrahat, et melos, et rythmum, et metrum, aliud'ne quid quàm sermones erunt quæ restant? CAL. Necesse est. SOC. Nónne ad multam turbam et populū hi sermones dicuntur? CAL. Ita sentio. SOC. Concio ergo quædam est poetica. CAL. Apparet. SOC. Nón ne etiam Rhetorica concio fuerit? Aut non uidentur tibi rhetoricam exercere poetæ in Thæatris? CAL. Mihi equidem. SOCR. Nunc ergo inuenimus nos rhetoricam quandā ad populum talem, qualis est puerorū simulq; mulierū, et uirorū, et seruorū, et liberorū, quā non admodū probamus. Adulatoriā enim ipsam esse dicimus. CAL. Maximè. SOC. Sit ita. Quid uero ea qua ad Athenienſem populū, et ad alios in ciuitatibus liberorū uirorum populos utuntur Rhetorica, quid tandem hæc nobis est? Vtrum uidētur tibi ad optimū semper dicere rhetores, hoc spectantes ut ciues quàm optimi ex ipsorū orationibus euadant: aut etiā hi ad gratificandum ciuibus parati, et sui cōmodi gratia, publico bono neglecto, uelut cum pueris uersantur cum populis, ut gratificentur ipsis solū conantes: An uero meliores aut deteriores euadant ex his nihil curantes. CAL. Non amplius simplex est hoc quod interrogas. Sunt enim qui ciuium curam gerentes dicunt ea quæ dicunt. Sunt itē quales tu dicis. SOC. Satis est. Si enim et hoc duplex est, altera eius pars adulatio fuerit, et turpis concio: altera uero pulchra, nimirum præparare ut ciuium animi quàm optimi fiant, et semper contendere ut optima quis dicat, siue iucundiora, siue molestiora audientibus fuerint. At tu nunquàm hanc rhetoricam uidisti: aut si eius-

Ars ut differat ab experientia

Adulatio est cura uoluptatis

Studia uoluptatis

Rhetorica est concio

Rhetorica est adulatio

Rhetorica duplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

modi quendam rhetorem dicere potes, cur nō & mihi ipsum dicis quis sit. CAL. At per
Rhetores boni nulli louem non possum dicere tibi ullum aliquem talē huius temporis rhetorem. SOC. Potes autem ex ueteribus aliquem dicere, qui causa Atheniēsibus fuerit, ut meliores facti sint, postquàm ille concionari cœpit, quum superiore tempore deteriores fuissent: Ego enim non scio quis hic sit. CAL. Quid uero Themistoclem non audis uirum bonū fuisse, & Cimonem, & Miltiaden, & Periclem hunc qui nuper è uita decessit, quem & tu audiuisti? SOC. Si est ea uera uirtus, quam tu ô Callicles prius dicebas, cupiditates uidelicet & suas & aliorum explere: Si uero non hoc, sed quod in posteriore sermone coacti sumus confiteri, quod eas cupiditates, quæ dum explentur meliorem hominem faciūt, persequi oportet: quæ uero deteriorem, fugere: huius autem rei ars quædam est: Talem uirum horum aliquem fuisse potésne dicere? CAL. Non habeo ego quod dicam. SOC. At si rectè quæsieris inuenies. Videamus itaq; sic sensim considerantes, an quis horū talis fuerit. Age itaq; Bonus uir, & qui ad optimum dicit ea quæ dicit, aliud'ne quid ipſ
Boni uiri qualis sit oratio non temere dicet, sed ad aliquid respiciēs? Quemadmodum etiam alij omnes opifices, quorum quisq; ad suum opus respicit, non temerè eligens ea quæ ad suum opus adhibet, sed quo modo formam quandam accipiat hoc quod efficit. Velut si inspicere uelis pictores, & ædificatores, & nauium fabricatores, & alios omnes opifices, quemcūq; ex ipsis uelis, quomodo in ordinem quendam quisq; singula disponit, & alterū alteri conueniens esse & cōgruere cogit, donec totum opus & ordine & ornatu absolutum constituerit. Et profectò tum alij opifices, tum hi quos paulò antea proferebamus Pædotribæ & Medici, ornant & cōponunt corpus. Confitemur hoc ita se habere, aut nō? CAL. Sit hoc ita. SOC. Ordinem ergo & ornatum adepta domus, bona fuerit: sin minus, mala. CAL. Ita sentio. SOC. Nónne & nauis similiter? CAL. Etiam. SO. Sed & corpora nostra? CAL. Maximè. SOC. Quid uero anima ordinis exors bona erit, aut ordinem & or-
Ordo & ornatus in omnibus requiritur natum quendam adepta? CAL. Necesse est ex superioribus etiam hoc confiteri. SOCR. Quod igitur est nomen in corpore ei quod ex ordine et ornatu accedit? CAL. Sanitatē fortassis et robur dicis? SOC. Ego sanè. Quod uero ei quod in anima ex ordine et ornatu accessit? Conare ut inuenias et dicas uelut illud nomen. CAL. Cur uero non ipse dicis ô Socrates? SOC. At si tibi hoc gratius est ego dicam. Tu uero si tibi rectè dicere uidebor, assentire: sin minus, redargue, et ne permittas. Ac mihi quidem uidetur corporis ordini nomen esse salubritas, ex qua in ipso fit sanitas, et reliqua corporis uirtus. Est ita, aut non? CAL. Est. SOC. Animæ uero ordini ac ornatui nomen est, et iustum, et lex. Vnde etiam iusti et temperati fiunt. Sunt autem hæc, et iustitia et temperantia. Assentiris, aut nō? CAL. Sit ita. SOC. Nónne ad hæc respiciens rhetor ille artificiosus et bonus, et sermones quos habet animis adhibebit, et omnes actiones, et donum si quod dederit, dabit: et si quid abstulerit, auferet, ad hoc semper mentem intendens, quomodo ciuium animis iustitia inducatur, iniustitia excludatur, et temperantia inducatur, petulantia re-
Rhetoris bonū officium moueatur, et reliqua uirtus accedat, malicia discedat. Concedis, aut non? CAL. Concedo. SOC. Quæ enim est utilitas ô Callicles, corpori ægrotanti et male affecto, multos et iucundissimos cibos, aut potus exhibere, aut quiduis aliud, quod nō profuturum sit ipsi plus quàm contrarium: aut etiam minus, secūdum iustam rationem? Est'ne ita? CAL. Sit ita. SOC. Non enim ut arbitror conducit homini uiuere cum corpore male affecto. Necesse enim est sic etiam male uiuere. Aut non ita? CAL. Etiā. SOC. Nónne et cupiditates explere, uelut est ut esuriens quantum uult edat, aut sitiens bibat, sanū quidē plerumque Medici sinunt: Aegrotum uero nunquàm ut ita dicā, expleri his quæ cupit permittunt. Concedis et tu hoc? CAL. Ego sanè. SOC. At circa animam ô optime nónne idem modus est? Quandiu quidem praua fuerit, demens, petulās, iniusta et impia, à cupiditatibus ipsam prohibere oportet, et non permittere ut alia quædam faciat, quàm ea à quibus melior euadet. Assentiris, aut non? CAL. Assentior. SOC. Ita enim melius est ipsi animæ. CAL. Maximè. SOC. Nónne prohibere est temperare ab his quæ cupit? CAL. Etiā. SOC. Temperantia ergo melior est quàm intemperantia, uelut tu antea putabas. CAL. Non scio quæ dicas ô Socrates, Quare alium quendam interroga. SOC. Hic uir non sustinet ut utilitatē capiat, et ut ipse hoc patiatur de quo sermo est, ut uidelicet castigetur ac temperetur. CAL. Neq; mihi curæ est quicquàm eorum quæ tu dicis. Et hæc tibi in

Gorgiæ

Gorgiæ gratiam respondi. SOC. Sit ita. Quid igitur faciemus, in medio disputationem relinquemus? CAL. Ipse statues. SOC. At neq; fabulas fas esse aiunt in medio relinquere, sed caput imponendum esse, ut neq; absq; capite obambulent. Responde igitur & reliqua, ut disputatio nobis caput accipiat. CAL. Quàm uiolentus es ô Socrates. Si uero me audis, ualere sines hanc disputationem, aut cum alio quodam disputabis. SOC. Quis igitur alius uolet, ut ne imperfectam disputationem relinquamus. CAL. Ipse non potes sermonem recensere, ita ut aut per teipsum dicas, aut tibi ipsi respondeas? SOC. Vt ne illud Epicharmi contingat, ut quæ antea duo uiri dicebāt, ad ea ego unus sufficiam. Attamen maximè necessarium esse ita facere uidetur. Si tamen faciemus, arbitror oportere nos omnes contendere, ut cognoscamus quid sit uerum, & quid falsum in his quæ dicimus. Commune enim bonum omnibus est, ut hoc ipsum manifestum fiat. Exponā igitur ego sermone, quo modo mihi res se habere uidetur. Si uero alicui uestrum non quæ ita sunt, mihi ipsi concedere uidebor, captare id oportet & redarguere. Neq; enim ego sciens dico ea quæ dico, sed in communi uobiscum quæro. Quare si quid dicere uisus fuerit qui mecum contendet, ego primus consentiam. Hæc tamen dico si uidetur disputationem finiri oportere. Si uero non uultis, ualere sinamus, & discedamus. GOR. At mihi non uidetur ô Socrates adhuc discedendum esse, sed disputatio à te persequenda. Videtur autem mihi etiam aliis ita placere. Volo enim etiam ipse te reliqua exequentem audire. SOC. Atqui & ipse ô Gorgia libenter adhuc cum Callicle hoc disputarem, donec ipsi Amphionis orationē pro illa Zethi reponerē. Quandoquidē uero tu ô Callicles disputationē mecū finire nō uis, attamē dum me audis arripe & repræhēde, si quid non rectè tibi uidebor dicere. Et si me conuicēris, nō succensebo tibi, quemadmodū tu mihi, sed maximus benefactor apud me cōscriberis. CAL. Dic ô bone, & rē ipsam absolue. SOC. Audi itaq; me ab initio repetentē disputationē. Nū iucundū & bonum idē est? Nō idem, uelut ego & Callicles consensimus. Vtrum uero iucundum boni gratia persequendū, aut bonū iucundi gratia? Iucundū gratia boni. Iucundum aūt est hoc, quo accedente delectamur: Bonū uero quo præsente boni sumus? Maximè. Atqui boni sumus nos, & alia omnia quæ bona sunt, uirtute quadam accedente? Mihi quidem necessariū esse uidetur ô Callicles. At uirtus uniuscuiusq; & operis & corporis, & rursus animæ, & animantis cuiusuis, non ita temerè optimè accedit, sed ordine, & rectitudine, & arte, p-
Disputationis cum Callicle summa ut ex his quiddam singulis illis attributum est. Num est ita? Ego equidē ita sentio. Ordine ergo ordinata & ornata est unuscuiusq; uirtus? Ita ego faterer. Ornatus ergo quidam in unoquoq; accedens, qui unuscuiusq; proprius est, singulas res bonas facit? Mihi quidem uidetur. Et anima ergo suum ornatum habens, melior est quàm inornata? Necesse est. Atqui quæ ornatum habet, ornata est? Quomodo enim non esset? Ornata uero temperans? Valdè necesse est. Temperans ergo anima bona est. Ego quidem ô chare Callicles non habeo alia præter hæc quæ dicam. Tu uero si habes, doce. CAL. Dic ô bone. SOC. Dico itaq; si temperans anima bona est, contrario modo affecta, mala est. Est autē hæc insipiens & intēperata. Maximè. Sed & tēperans ea quæ conueniunt facit, & erga deos, & erga homines. Non enim temperans fuerit qui non decentia facit. Necesse est hæc ita esse. Sed & qui ea quæ decent erga homines facit, iusta utiq; facit: & qui erga deos, pia. Iusta uero & pia facientem, necesse est iustū & pium esse. Est ita. Sed & fortem esse necesse est. Non enim temperantis uiri est, aut persequi, aut fugere ea quæ non decent. Sed oportet & res & homines, & uoluptates & molestias, fugere & persequi, & ubi opus est sustinendo tolerare. Quare magna necessitas est ô Callicles, temperantem *Temperans perfectè bonus uir est* qui uelut recensuimus et iustus est, et fortis, et pius, perfectè bonum uirum esse. Bonum uero bene et rectè agere quæcunq; agit. Bene agētem uero, beatum et felicem esse. Malum autem et male agentē, miserum. Hic autē fuerit qui cōtrario temperanti modo affectus est, petulans ille et intemperans, quē tu laudabas. Ego igitur hæc ita statuo, et hæc uera esse assero. Si uero sunt uera, par est ut qui felix esse uolet, temperantiā persequatur et exerceat, intemperantiā fugiat, prout quisq; nostrū pedibus ualet: et præparet se maximè quidem, ut nihil opus habeat castigatione. Si uero opus habuerit aut ipse, aut alius quispiam ex familiaribus, aut priuatus, aut respublica, pœna adhibeatur et castigetur, si felix esse debet. Hic mihi scopus esse uidetur, ad quem respicientē uiuere oportet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& omnia tum priuata, tum publica ad illum dirigere, quo iustitia & temperantia adsit ei qui beatus esse uolet, ita ut sic agat, ut cupiditates incastigatas esse non sinat, ne si has explere conetur, inexplebile malum incurrat, & latronis uitam uiuat. Nam neq; alij homini, neq; deo, talis gratus esse poterit. Societatē enim ferre non potest. In quo uero nō est socieras: in eo neq; amicitia fuerit. Aiunt autem sapientes ô Callicles, Societatem continere & cœlū, & terrā, & deos ac homines: & amicitiā, itidem & mundiciē, & temperantiam, & iustitiā: & uniuersum hoc propterea mundum uocant, nō immundiciē, neq; intemperantiā. Tu uero mihi uideris animū ad hæc non adhibere, & hoc quum sapiens sis, sed latet te quòd æqualitas Geometrica & inter deos, & inter homines multum potest. At tu prærogatiuam exercere oportere putas. Geometriam enim negligis. Est ne ita, aut redarguendus nobis hic sermo est, quòd non iustitiæ & temperantiæ possessione felices sint felices, & maliciæ possessione miseri sint miseri? Aut si hic sermo uerus est, quæ sint quæ consequantur, nimirum superiora illa, considerandum est. Sequuntur autem omnia, de quibus tu me dicentem interrogabas an seriò dicerem, quòd accusare oporteat & seipsum, & filiū, & amicū, si quid iniustè faciat, & ad hoc rhetorica utile & quæ Polū uerecundia cōcedere putabas. Vera ergo erant hæc. Iniusta facere tātò peius esse quàm pati, quantò turpius est: & eum qui rectè rhetor esse uelit iustum esse oportere, & quæ iusta sunt scire, id quod rursus Gorgiam ob uerecundiam concessisse Polus dixit. His autem ita se habentibus, consideremus quid tandem est quod tu mihi exprobras: Num rectè dicatur, aut non quòd ego neq; mihijpsi opem ferre possim, neq; ullis amicorum aut familiarium, neq; ex maximis periculis conseruare: Sim autem ad arbitrium omnium, uelut ignominiosi, expositus, siue quis in collum cędere uelit, iuxta terarium illum tuum sermonem, siue pecunijs spoliare, siue è ciuitate eijcere, siue ad extremū occidere. Atq; sic affectū esse, turpissimū est, ut tuus sermo ferebat. Verū meus erat ille qui sępe iā relatus est, nihil aūt uetat etiā adhuc dici. Negō ô Callicles cędi in collū iniustè, turpissimū esse, nego itē turpissimū esse secari, tū meū corpus, tum marsupiū. Sed uerberare & me, & mea iniustè, & secare, & turpius est, & peius, & furari similiter, & mācipare, & muros perfodere, & summatim quodcūq; iniustè facere & mihi, & meis, ei qui iniustè facit, & peius & turpius esse quàm mihi qui iniusta patior. Hæc nobis supra in illis sermonibus ita uelut ego dico conspecta, ferreis & adamantinis, (etiamsi agrestius sit dictu, tamen ita putari possit) rationibus continentur ac ligata sunt: quas si tu non solues, aut aliquis te fortior, fieri non potest ut qui aliter dicit, quàm ego nunc dico, rectè dicat. Nam mihi quidem idem semper sermo est, me hæc quomodo se habeant nō nosse, neminem tamen non ridiculum fuisse, ex his in quos ego, uelut nunc in uos, incidi, qui aliter diceret. Ego igitur rursus hæc ita se habere statuo. Si uero ita habent, & maximum malorum est iniustitia ei qui iniusta facit, et quum hoc maximum sit, adhuc maius hoc est si fieri possit, ut qui iniusta facit pœnas nō det: quam'nam opē si quis homo sibi ipsi non ferre possit, reuera ridiculus fuerit? Nū hanc quæ maximū à nobis damnū auertet? At magna necessitas est hanc esse turpissimā opē nō posse opē ferre neq; sibijpsi, neque amicis neq; familiaribus. Secundam autem eam quæ est secundi mali. Et Tertiam quæ est tertij, & sic deinceps, prout uniuscuiusq; mali magnitudo fuerit. Sic & pulchritudo est, posse ad singula opem ferre, & turpitudo, non posse. Num aliter, aut ita res se habet ô Callicles? CAL. Non aliter. SOC. Quum igitur duo sint, iniusta facere, & iniusta pati, maius malum esse dicimus iniusta facere, minus iniusta pati. Quid igitur comparauerit sibi homo, quo sibijpsi opem ferre possit, ut utranque hanc utilitatem capiat, & ex eo ut non iniusta faciat, & ex eo ut non iniusta patiatur? Num potestatem aut uoluntatem? Sic autem dico. Vtrum si non uoluerit iniusta pati, non patietur: aut si potestatem sibi comparauerit ut ne iniusta patiatur, nō patietur? CAL. Manifestum est hoc, si potestatem sibi comparauerit. SOCR. Quid uero ut non iniusta faciat? Vtrum si non uoluerit iniusta facere, satis hoc est? Non enim iniusta faciet. Aut etiam ad hoc potestatem quandam & artem comparare oportet, quam si non discat et exerceat, iniusta faciet? Cur non hoc ipsum mihi ô Callicles respondes, utrum uideamur tibi rectè coacti confiteri ego et Polus, aut secus, quando confessi sumus neminem uolentem iniusta facere, sed omnes iniusta facientes inuitos iniusta facere. CAL. Sit tibi hoc ita ô Socrates, ut disputationem absoluas. SOC. Ergo etiam ad hoc ut apparet comparanda est potestas quædam & ars, ut ne iniusta faciamus. CAL. Maximè. SOC. Quæ igitur tandem est ars, qua se præparet quis, ut nihil aut minimum iniusti patiatur? Considera an tibi uideatur quomodo mihi. Mihi enim uidetur, aut ipsum imperare oportere in republica, aut tyrannum esse, aut gubernantis reipublicæ amicum esse. CAL. Vides ô Socrates quàm ego paratus sum laudare si quid rectè dicas? Hoc enim mihi uideris admodum rectè dixisse. SOC. Considera itaq; & hoc an rectè dicere tibi uideor. Amicus mihi esse uidetur unusquisque unicuique, quantum eius fieri potest maximè, uelut uetares & sapientes dicunt, qui similis simili est. Nónne etiam tibi? CAL. Mihi sanè. SOCR. Nónne ubi Tyrannus est princeps ferus & ineruditus, si quis hoc multò melior fuerit in ciuitate, ipsum Tyrannus timuerit, & huic ex tota mente nunquàm amicus esse poterit? CAL. Est ita. SOC. Neque si quis multò uilior fuerit. Contemserit enim ipsum Tyrannus, & nunquàm uelut erga amicum afficietur. CAL. Et hæc uera sunt. SOC. Restat itaque solus ille in aliqua existimatione tali tyranno amicus, qui similibus moribus præditus, eademq; uituperans & laudans, subditus esse ac subijci principi uoluerit. Hic multum in hac ciuitate potens erit. Huic nemo cum gaudio iniusta faciet. Nónne ita res habet? CAL. Etiam. SOC. Si ergo quis ex iuuenibus in hac ciuitate sic secum cogitauerit, quónam modo ego multum potens fieri possim, ut nemo mihi iniusta faciat: eadem ut apparet uia ipsi statim à iuuentute ineunda est, ut se adsuefaciat, ut ijsdem cum domino & gaudeat, & doleat, & se præparet, ut quàm maximè similis sit illi. Nónne ita? CAL. Etiam. SOC. Nónne hic iuxta nostrum sermonem efficiet in ciuitate, ut & iniusta non patiatur, & multum possit? CAL. Maximè. SOC. Nunquid etiam ut non iniusta faciat? Aut multum abest, siquidem similis erit principi iniusto, & apud hunc multum potens? Nam ego in totum contrarium arbitror, fore ut hæc præparatio commoderet ipsi ad hoc ut plurima iniustè facere possit, & iniusta faciens pœnas non det. Nunquid? CAL. Apparet. SOC. Nónne maximum ipsi aderit malum, si prauo sit animo præditus, & mutilato ob domini imitationem & potestatem. CAL. Non scio quomodo ô Socrates sermones semper sursum ac deorsum uertas. Aut non nosti quòd hic qui imitatur, eum qui non imitatur illum occidet, si uoluerit, & bonis spoliabit? SOC. Noui equidem bone Callicles, si non surdus sum, ut qui & ex te, & modo ex Polo, & alijs fere omnibus in ciuitate audierim. Sed & tu me audi. Nam occidet quidem, si uolet, sed qui prauus est honestum & bonum. CAL. Nónne hoc sanè indignè ferendum est? SOC. Non certè uiro mente prædito, uelut disputatio nostra ostendit. Aut putas hominem in hoc elaborare oportere, ut longissimo tempore uiuat, & has artes tractet, quæ nos semper ex periculis conseruant, quemadmodum & eam quam tu me exercere iubes rhetoricam, quæ in iudicijs conseruat? CAL. Per Iouem rectè ego tibi consulo. SOC. Quid uero ô optime, Num etiam natandi scientia præclara quædam esse tibi uidetur? CAL. Per Iouem non mihi. SOC. Attamen seruat & hæc homines ex morte, quum in tale periculum inciderint, ubi hac scientia opus sit. Si uero hæc parua esse tibi uidetur, ego tibi maiorem hac producam artem gubernatoriam nauium, quæ non solum animas seruat, sed etiam corpora & pecunias ac opes ab extremis periculis, quemadmodum rhetorica. Et hæc moderata est ac temperata, & non iactat se extollens tanquàm immensum quid præstet, sed quum eadem præstet quæ causidica illa, si ex Aegina huc seruet, duos ut puto obolos exigit. Si uero ex Aegypto aut Ponto, in portum deduxit seruata ea quæ nunc dicebam, & ipsum & liberos et opes et uxores, si multum pro hoc magno beneficio postulat, duas drachmas exigit. Et ipse qui hanc artem tenet, & hæc præstitit, egressus è naui circa mare et nauem obambulat moderato habitu. Nouit enim expendere ut puto, quòd incertum sit quibus ex his qui cum ipso nauigauerunt utilis fuerit, eo quòd in mari demergi non permisit: et quibus nocuerit, gnarus quòd nihilo meliores ipsos exposuerit, quàm quales inscenderunt tum corporibus, tum animis. Cogitat igitur quòd non si quis magnis & incurabilibus morbis corporis occupatus, non submersus est, hic quidem miser est, quod mortuus nō est, et nullam ex ipso utilitatem accepit. Si uero quis in re corpore præstantiore, ipsa anima, multos et incurabiles morbos habet, huic uiuendum est, et huic profuerit siue ex mari, siue ex iudicio, siue undecunque aliunde

Societate omnia contineri

Geometrica æqualitas

Felicitas in iustitiæ & temperantiæ possessione

Socratis utilitas defensa

Socrates nihil affirmat

Potestas & uoluntas in agendis

Ars ut ne iniusta patiaris

Ars ut ne iniusta faciat

Vita longa negligenda

Natandi scientia

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliunde ipsum seruet: Imò nouit non melius esse uiuere prauo homini. Necesse est enim
Machinatoris ars male uiuere. Quapropter non est mos magnificè se iactare gubernatorem, etiamsi nos
seruet. At uero machinator, qui neq; exercitus duce, nedum gubernatore, aut quouis a-
lio minus aliquando seruare potest: ciuitates enim aliquando totas seruat: uidetúrne ti-
bi causidico comparandus esse? qui sanè si dicere uellet ô Callicles ea quæ uos iactatis,
profectò rei ostentatione & uerbis uos obrueret, dicẽdo & adhortando ad hoc, ut om-
nes machinatores fiant, ita nihil alia esse. Iustus enim est hic eius sermo. At tu nihilo mi-
nus ipsum contemnis, & artem ipsius, & uelut in opprobrium machinatorem appella-
ueris, & neq; filio ipsius filiã tuã collocare uolueris, neq; ipse illius filiam ducere. Quan-
Artes multos seruare posse quàm tu qui tua ipsius studia laudas, qua iusta ratione & machinatorem, & alios quos
nunc recensui contemnis? Scio dixeris meliorem te esse, & ex melioribus natum. At ip
sum melius si nõ est hoc quod ego dico, sed ipsum hoc est uirtus, seruare seipsum & sua,
qualiscunq; quis sit: ridicula tua fit uituperatio aduersus machinatorem & medicum, &
alias artes, quæ seruandi gratia factæ sunt. Quare ô beate uide ne aliud quid generosum
ac bonum sit, quàm seruare ac seruari. Non enim hoc uiuere quantumcunq; tempus, op
tandum est ei qui uerè uir sit, & non uitæ studendum est, sed de his committendum est
Fatuis prouerbialis deo, & mulieribus fides habenda, quòd fatum nullus effugere possit: Et post hoc iam
considerandum quo modo per hoc tempus quo uiuere debet, quàm optimè uiuat. Nũ
si exæquet seipsum reipublicæ in qua habitat? Et nunc sanè oportet te similimũ fieri po
Lunam detrahentes Thessalicæ fœminæ pulo Athenienſiũ, si huic gratus esse, & multũ in ciuitate posse uoles. Hoc an tibi & mi-
hi cõducat cõsidera, et ut ne nobis id accidat ô beate, quod Thessalicis mulierculis lunã
detrahentibus accidere dicunt, cum amicissimis contingat nobis electio huius quæ in
ciuitate est potestatis. Si uero tu putas quemcunq; hominem traditurum esse talẽ quan-
dam artem, quæ te in hac ciuitate multum posse efficiet, quum dissimilis sis reipublicæ,
siue ad melius, siue ad deterius, ut mihi uidetur non rectè tibi consulis ô Callicles. Non
enim imitatorem esse oportet, sed ex ipsa natura his similem, si genuinum quiddam effi
cere uoles ad contrahendam amicitiam cum Athenienſium populo, & per Iouem insu
per cum Pyrilampis filio. Quicunq; igitur te his similimum efficiet, hic te faciet uelut cu
pis, ut et ciuilis sis et rhetoricus: Quum enim ad ipsorum mores habentur sermones, sin
guli gaudent: quum ad alienos, grauantur ac dolent, nisi tu quid aliud dicis ô charũ ca-
put. Dicimus quid ad hæc ô Callicles? CAL. Non scio quo modo rectè dicere mihi uide
ris ô Socrates. Verum ex multorum è uulgo affectione laboro, non admodum tibi fidẽ
Duæ præparationes ad corporis animæ curam habeo. SOC. Populi amor qui in anima tua insitus est ô Callicles mihi resistit. At si sæpe
fortassis et melius eadem hæc considerauerimus, fidem habebis. Reuoca igitur in me-
moriam quòd duas diximus esse præparationes, ad unumquodq; corpus & animã cu-
randam. Et unam quidem ad uoluptatem cõuersari, alteram uero ad id quod optimum
est, ita ut non gratificemur, sed repugnemus. Nónne hęc erant quę tunc definiebamus?
CAL. Maximè. SOC. Nónne altera quidem quæ ad uoluptatem conuersatur, ingenero
sa est, et nihil aliud quàm adulatio? Nunquid? CAL. Esto si ita uis. SOC. Altera uero ut
quàm optimum sit hoc, siue corpus est, siue anima, quod curamus. CAL. Maximè. SO.
Nunquid igitur sic tractanda est respublica, et ita ciues curandi, ut optimos ipsos ciues
efficiamus? Nam absq; hoc uelut in superioribus comperimus, nulla utilitas est ullũ ali-
ud beneficium conferre, si non honesta et bona sit mẽs eorum qui aut opes multas, aut
principatum aliquem, aut aliam quamcunq; potestatẽ accipere debent. Ponemus ita rẽ
se habere? CAL. Maximè, si tibi ita placet. SOCR. Si igitur cohortaremur nos mutuo ô
Callicles, ciuilia negotia publicè tractaturi, aut ad murorum, aut naualium, aut templo
rum maximas illas exstructiones. Num oportet nos primum considerare ac examina-
re nos ipsos, an artem ædificandi sciremus aut nescíremus, & à quo didicissemus? O-
Disce prius quàm doceas portéretne aut non? CAL. Maximè. SOC. Nónne secundo loco etiam hoc? an uideli-
cet unquam ædificium aliquod exstruxerimus priuatim, aut alicui ex amicis, aut no-
bis ipsis: & an hoc ædificium pulchrum aut turpe sit? Et si quidem inuenissemus do-
ctores nobis fuisse bonos et præstantes, et ædificia multa ac pulchra cum doctori-
bus à nobis exstructa esse, multa etiam priuatim, postquàm à præceptoribus discel-
simus: sic iam in hoc rerum statu, mente præditorum erat ad publica negotia, & opera
accedere

accederet? Si uero neq; magistrum nostrum proferre possemus, neq; ulla ædificia, aut
multa quidem, sed nullius existimationis, sic sanè stolidum esset publica opera aggredi,
et mutuo nos ad illa cohortari: Fatemur hæc rectè dici aut non? CAL. Maximè. SOCR.
Nónne sic etiam in omnibus alijs. Et si publicè quid agere uelut præstantes medici co-
naremur, sic nos mutuò cohortaremur, consideremus et ego te et tu me. Age per deos
Medicus quæ modo sit considerandus ipse Socrates quomodo affectus est corpore ad sanitatẽ, aut est'ne aliquis alius per So-
cratem liberatus à morbo siue seruus, siue liber? Et ego ut arbitror alia huiusmodi de te
considerarem. Et si non reperíremus ullum corpore meliorem per nos factũ, neq; exter
num, neq; ciuẽ, neq; uirũ, neq; mulierem, nónne per louem reuera ridiculum esset, eò de
mentiæ homines deuenire ut prius quàm priuatim, et multa prout contigísset facere, et
multa rectè obire, et iustè artẽ exercere tentassemus, iuxta id quod dicitur in dolio figu
linam díscere aggredi, et ipsi publicè medicinã exercere aggrederemur, et alios qui ta-
les essent adhoc cohortaremur? Nónne stolidũ esse tibi uidetur ita facere? CAL. Mihi sa-
nè. SOC. Nũc uero ô optime uir, quandoquidẽ et tu ipse reipublicæ negotia agere inci
pis, & me ad ea cohortaris, et quòd ea non ago exprobras, non ita uicissim considerabi
mus? Age fecit'ne iam Callicles aliquẽ ciuẽ meliorẽ? Est'ne quis qui quũ antea prauus
esset, iniustusq; et intẽperatus ac insipiens, per Callíclem honestus et bonus factus est,
siue externus siue ciuis, siue seruus siue liber? Dic mihi si quis hæc scrutetur ô Callicles,
quid dices? quem hominem tua consuetudine meliorem redditum produces? Cunctа-
ris? CAL. Cõtentíosus es ô Socrates. SOC. At non contentionis studio interrogo, sed q
reuera cognoscere cupiam, quónam modo inter nos rempublícam gerere te oportere
putes: Nũ aliud quid de nobis, ad reipublicæ negotia progresso tibi curæ erit, quàm ut
Reipub. cura est bonos ciues facere optimi ciues simus? Aut non sæpe iã confessi sumus hoc ciuilẽ uirũ facere oportere? Cõ
fessi sumus, aut nõ? respónde. Confessi sumus. Ego pro te respondebo. Si igitur hoc bo-
nũ uirũ in republica efficere oportet, nunc in memoriã reuoca, & dic mihi de illis uiris
de quibus paulò antea dicebas, an uideãtur tibi adhuc boni ciues fuisse Pericles, Cimõ,
Miltiades & Themístocles. CAL. Mihi sanè. SOC. Nónne si boni, nimirum quisq; ipso-
rũ meliores faciebat ciues pro deterioribus? Faciebat, aut non? CAL. Faciebat. SOCR.
Nónne quũ Pericles ad populũ dicere inciperet, Athenien. peiores erant, quàm quum
extremã orationẽ haberet? CAL. Fortassis. SOC. Nõ fortassis dicere oportet ô optime,
sed ex cõcessis necesse est, si quidẽ bonus ille ciuis erat. CAL. Quid tũ postea? SOC. Ni-
hil. Sed hoc mihi insuper dic, num dicantur Athenienses per Periclem meliores reddíti
esse, aut potius contrà ab illo corrupti. Ego enim hæc audio, Periclem fecisse Athenien
ses pigros, timidos, loquaces & auaros, ut qui primus stipendia constituit. CAL. Ex his
qui fractas aures habent hæc audis ô Socrates. SOC. At hæc non amplius audío, sed cla
rè scio & ego, & tu, quòd Pericles primum quidem in existimatione erat, & nullam tur-
pem sententiam contra ipsum tulerunt Athenienses, quum deteriores essent. Postquàm
autem honesti & boni ab ipso facti essent, ad finem uitæ ipsius furti ipsum condemna-
runt, & ferè etiam mortis damnassent, nimirum ut qui malus esset. CAL. Quid igitur hu
ius gratia malus erat Pericles? SOC. Asinorum certè & equorum ac boum curator si ta
lis esset, malus esse uideretur, si acceptos non calcitrantes, neque cornu petentes, ne-
que mordentes, effecisset hæc omnia facientes, ob feritatem. Aut non uidetur tibi ma-
lus esse curator cuiuscunque animalis, qui mansuetius acceptum efficeret ferocius
quàm erat quum acciperet? Videtur tibi, aut non ita? CAL. Maximè, ut tibi gratifi-
cer. SOCR. Itaque & in hoc gratificare mihi ut respondeas. Num etiam homo est unum
ex animalibus, aut non? CAL. Quidni. SOCR. Nónne hominum curam gerebat Pe-
ricles? CAL. Etiam. SOCR. Quid ergo non oportebat ipsos uelut modo consensimus,
iustiores factos esse ab illo pro iniustioribus, siquidem ille ipsorum curam gerebat, qui
in rebus publicis administrandis peritus esset? CAL. Maximè. SOCR. Nónne iusti
Iustos esse mansuetos mansueti sunt, ut ait Homerus? Tu uero quid dicis? non ita? CAL. Etiam. SOCR.
Atqui ferociores ipsos effecit quàm essent quum assumeret, et hoc aduersus seipsum,
minimè ex sua uoluntate. CAL. Vis'ne ut tibi assentiar? SOCR. Si uideor tibi uera di-
cere. CAL. Sint hæc ita. SOCR. Nónne si ferociores, etiam iniustiores et deteriores?

CAL.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAL. Sit ita. SOC. Non ergo in rebus publicis administrandis peritus erat Pericles ex hac ratione. CAL. Non uelut tu dicis. SOC. Per Iouem neq; uelut tu dicis in his quæ confiteris. Rursus autem dic mihi de Cimone. Nónne relegatum in exilium miserũt ipsum hi quos curauerat, ut uocem ipsius per decennium nõ audirent? Et aduersus Themistoclem eadem hæc perpetrarunt, & ipsum insuper exilio condemnarunt? Miltiaden uero qui in Marathone rem gessit, in barathrum immittere decreuerunt, & immissus esset, si non per magistratum prohibitum fuisset. Et quidem si fuissent hi boni uiri uelut tu dicis, nunquàm hæc perpessi essent. Profectò boni aurigæ nequaquàm ab initio quidem de, iugis non excidunt, postquàm uero curauerint equos, & ipsi meliores euaserint auriga tunc excidunt. Non contingunt hæc neq; in arte aurigandi, neq; in alio ullo opere. Nũ tibi uidetur? CAL. Nõ mihi. SOC. Veri ergo ut apparet superiores erãt sermones, quòd nullum nos sciremus uirum bonum & in rebus publicis administrandis peritum fuisse in hac ciuitate. Tu uero confitebaris nullum esse ex his qui nunc essent, fuisse tamen ex prioribus, & hos uiros designabas. At hi uisi sunt ex æquo se habuisse, uelut hi qui nunc sunt. Quare si hi fuerunt rhetores, neq; uera rhetorica usi sunt, alioqui enim non excidissent: neq; adulatoria illa. CAL. Attamen multum abest ô Socrates, ut aliquis ex huius temporis hominibus talia facta perpetrarit, qualia horum aliquis quemcunq; tandem uoles, perpetrauit. SOC. Neq; ego ô beate hos uitupero, quantum ad ciuitatis administrationem attinet. Imò uidentur mihi in administratione diligentiores his qui nũc sunt fuisse, & qui magis potuerint ciuitati procurare ea quæ illa cuperet. At enim cupiditates transmutare, & non permittere, suadendo & cogendo ad hoc, unde meliores euaserint ciues, quod solum boni ciuis opus est, nihilo plus illi quàm hi potuerunt. Naues autem & muros & naualia, & multa alia huiusmodi illos magis quàm hos procurare potuisse, etiam ego confiteor. Rem igitur ridiculam ego & tu in disputãdo facimus. Per omne enim tempus quo disputamus, in idẽ semper reuoluimur, & quid dicamus ignoramus. Ego igitur puto te sæpe confessum esse & statuisse, duplicem hanc esse, et circa corpus, et circa animam, curam. Et altera quidem ministrat, et suppeditare potest, siquidem esuriant corpora nostra, cibos: si uero sitiant, potus: si frigeant, uestes, stragula, calceos, et alia quæ corpus expetit. Et de industria tibi eadem exempla recenseo, quo facilius intelligas. Hæc enim suppeditare ita ut quis caupo sit, aut mercator, aut opifex alicuius ex his, pistor uidelicet aut obsonator, aut textor, aut sutor, aut coriorũ tinctor, nihil miri est ut hinc & sibi, & alijs, corporis curator esse uideatur, si quis non sciat esse præter has omnes, artem gymnasticã & medicam, in quibus reuera corporis cura consistit, quas etiam his omnibus artibus imperare conuenit, & harum operibus uti, eo q; sciunt quid bonum, quid malum in potibus ac cibis sit, quod ad uirtutẽ corporis attinet: quũ aliæ omnes hæc ignorent. Quapropter etiam has omnes seruiles, & ministras, & illiberales circa corporis curam esse oportet. Gymnasticam uero et Medicinam iustè harum reginas esse. Eadem igitur hæc etiam circa animã esse quũ dico, aliquando quidẽ intelligere mihi uideris. et cõfiteris uelut qui intelligas quid ego dicã. Paulò post uero producis q; homines honesti & boni fuerint ciues in hac ciuitate. Et postquàm ego interrogo quinam illi, uideris mihi similimos producere homines circa rempublicã administrandã, uelut si circa gymnasticã me quærente qui boni fuerint aut sint corporũ curatores, admodũ seriò mihi diceres, q; Thearion pistor, & Mithæcus qui de Sicula obsoniorum structura scripsit, et Sarambus caupo, admirandi fuerint corporũ curatores, primus ad panes mirificè præparandos, alter ad obsonia, tertius ad uinum. Forassis igitur succenseres, si ego tibi dicerẽ, ô homo nihil de gymnastica intelligis, ministros mihi producis, et homines cupiditatũ structores, qui quod honestũ et bonũ est in his ignorant, et si ita contigerit hominũ corpora implent et crassefaciũt, et dũ laudantur ab ipsis, etiam priores ipsorũ carnes insuper perdũt. Atq; hi rursus ob imperitiẽ, nõ illos nutritores, morborũ et amissionis ueterũ carniũ causam esse dicũt, sed eos qui ipsis tunc præsentes adsunt et quid consulũt. Nam quũ ea quæ tũc fit repletio, multo postea tempore morbum inducit, ut quę absq; ullo sanitatis tutore facta sit, hos criminantur & uituperant, & si possent, mali quiddam ipsis inferrent. Priores autem illos, et malorum autores laudant. Et tu nunc ô Callicles similimum quiddam facis. Laudas homines qui tales nutriuerunt, et his

Rhetores boni nulli

Ciuis boni opus

Duplex cura & corporis, & animæ

& his quæ cupiuerunt impleuerunt: Et hos magnam effecisse ciuitatẽ dicunt, quòd uero tumeat, & putrida ac corrupta sit ob ueteres illos non sentiunt. Nam absq; temperantia & iustitia, portibus & naualibus, & muris, & tributis, & alijs huiusmodi nugis ciuitatem impleuerunt. Quum igitur hic debilitatis ac morbi impetus ingruerit, tunc in præsentes consultores culpam reijcient. Themistoclem uero & Cimonem, & Periclem laudabunt, qui sunt malorum autores. Te uero fortassis reprehendẽt si nõ caueris, & meũ amicum Alcibiaden, quum uetera illa etiam cum his quæ pepererunt amiserint, quum tamen malorum autores non sitis, sed fortassis unà cum alijs autores. Quanquàm ego stolidam rem de priscis uiris etiam nunc fieri uideam ac audiam. Quũ enim ciuitas in aliquem ex uiris in republica uersantibus uelut iniustũ animaduertit, sentio indignantes & molestè ferentes, uelut indigna patiantur hi qui magna beneficia in rempublicã contulerunt. Iniustè ergo ab illa perduntur uelut hi dicunt. Imò totum hoc falsum est. Nullus enim ciuitatis præfectus unquàm iniustè perimitur ab ipsa ciuitate cui præfectus est. Videtur enim idem contingere & his qui se ciuiles esse simulant, & sophistis. Nã sophistæ quũ in cæteris sapientes sint, hanc absurdam rem cõmittunt. Quũ enim uirtutis doctores se esse profiteantur, sæpe discipulos accusant, uelut iniusta contra ipsos facientes, & mercedem non persoluentes, & reliquã gratiam non referentes pro collatis in se beneficijs. At hoc sermone quod absurdius dici posset? Homines bonos & iustos effectos, quibus iniustitia exempta sit à doctore, & qui habeant iustitiam, iniusta facere per hoc quod non habent. Non uidetur tibi hoc absurdum esse ô amice? Reuera autem cõcionari me coegisti ô Callicles, quum nolueris respondere. CAL. Tu uero dicere nõ potes, si non quis tibi respondeat? SOC. Ita uideor sanè. Et nunc in longum extẽdo sermones, postquàm mihi respondere non uis. Verum dic mihi ô bonæ per amicitiæ præsidẽ Iouẽ, non uidetur tibi absurdũ esse, ut qui bonũ aliquẽ effecisse dicit, hunc repræhẽdat, quòd qui bonus ab ipso factus sit, & est, postea sit malus? CAL. Mihi sanè uidetur. SOC. Nónne talia dicere audis eos, qui homines ad uirtutem erudire se asserunt? CAL. Ego sanè audio. Sed quid de hominibus nullius rei dicis? SOC. Quid uero de illis dicis, qui ciuitati se præfectos esse dicunt, & curam se gerere quo quàm optima sit illa, & rursus ipsam accusant, si ita contingat, ut pessimam? Putásne hos ab illis quid differre? Idem est ô beate, sophista & rhetor, aut propinquum quiddam & simile, quemadmodum ego ad Polum dicebam. Tu uero propter ignorantiam, pulchrum penitus quiddam putas esse rhetoricam, Sophisticam autem contemnis. Reuera autem pulchrius quiddam est sophistica quàm rhetorica, quemadmodum legislatoria quàm iudiciaria, & gymnastica quàm medicina. Solis autem concionatoribus & sophistis putabam ego non licere repræhendere eam rem quam ipsi docent, uelut erga ipsos mala sit, aut eadem hac ratione simul etiam seipsos accusare, quòd nihil profuerint his, quibus se profuisse asserunt. Nónne ita res se habet? CAL. Maximè. SOC. Et profundere beneficium absq; mercede ut par est, solis his conueniebat, si quidem uera dicerent. Nam si quis alio quodam beneficio affectus esset, uelut si uelox factus esset per Pædotribam, is fortassis gratiam nõ referret, si pædotriba beneficium in ipsum profunderet, & non de mercede pacisceretur, quòd simul ut uelocitatem impertiuisset, pecuniam acciperet. Nõ enim per tarditatem arbitror, homines iniusta faciunt, sed per iniustitiam. Nunquid? CAL. Etiam. SOCR. Nónne si quis hoc ipsum auferret, iniustitiam uidelicet, nihil metuendum ipsi esset ne unquàm iniusta patiatur? Nam in hoc solo securum est beneficium hoc profundere, si reuera quis bonos facere possit. Nónne ita? CAL. Ita sentio. SOC. Quapropter sanè ut apparet nihil turpe est, ut si quis in alijs rebus consulat, pecuniam accipiat, uelut in ędificatione aut alijs artibus. CAL. Apparet. SOC. At in hac facultate, quo modo quis quàm optimus sit, & domum suam aut rempublicam optimè gubernet, turpe existimatur consilium negare, si quis non det pecuniam. Nũquid? CAL. Etiam. SOC. Manifestum enim est hanc esse causam, quòd solum hoc beneficiũ efficit, ut is qui id accepit, uicissim beneficio afficere cupiat. Quare præclarum uidetur esse signum, si is qui hoc beneficium cõtulit, uicissim ipse recipiat: Sin minus, contrà. Habent ne hæc ita? CAL. Habent. SOC. Ad utram igitur reipublicæ curam me cohorteris mihi distingue, Num ad eam ut cum Athenienſibus contendam, quo quàm optimi euadant, uelut medicus: aut ad eam in

Ciuilium uirorum cũ sophistis similitudo

Sophistarum factum absurdum

Sophista, & rhetor, idem est

Mercede docere quibus turpe sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua ipsis inseruiam, & ad gratiam cum ipsis conuerser? Dic mihi uerum Callicles. Aequum est enim ut quemadmodum libere ad me loqui cœpisti, ita facere perseueres, & quæ sentis dicas. Et nunc itaq; rectè & generose dicito. CAL. Dico itaq; ad eam in qua ipsis inseruias. SOC. Ad adulationem ergo ô generosissime me cohortaris. CAL. Si non tibi iucundius est ut Mysorum præda fias, ô Socrates si non hæc facies. SOC. Ne dicas id quod sæpe dixisti, occidet te qui uolet: ut ne & ego rursus dicam, At malus bonum: neq; dicas, auferet tibi si quid habes: ut ne & ego rursus dicã, At qui auferet nõ habebit quod cum ablatis agat, sed sicut iniustè à me abstulit, ita etiam ablatis iniustè utetur. Si uero iniustè, etiam turpiter. Si uero turpiter, male. CAL. Vt mihi uidetur ô Socrates, credis nihil horum tibi accidere posse, uelut qui procul habites, & non pertrahi possis in iudicium, ab homine fortassis prauo & admodum uili. SOC. Stolidus reuera essem ô Callicles, si non putarem in hac ciuitate cuiuis tale quid acciderе posse. Hoc tamẽ satis scio si ad iudiciũ deuenero, ob aliquod ex his periclitãs quæ tu dicis, malus quidam erit qui me pertrahit. Nemo enim bonus hominem non iniusta facientem in iudicium pertrahit. Et nihil miri fuerit, si etiam ad mortem condemner. Vis' ne ut tibi dicam quam ob causam hæc expectem? CAL. Maximè. SOC. Arbitror me cum paucis Athenien sibus, ut ne dicam solum, reuera ciuilem artem tractare, & ex his qui nunc sunt solum reipublicæ negotia agere. Proinde tanquàm non ad gratiam dicẽs eos sermones quos subinde dico, sed ad id quod optimum est, non ad id quod iucundissimum: & non uolens facere speciosa illa de quibus tu nunc admones: non habebo in iudicio quod dicam. Idem uero sermo mihi incidit, quem ad Polum habebam. Iudicium enim subibo uelut apud pueros Medicus subierit, si accuset ipsum cocus. Considera enim quomodo se defendet talis Medicus in iudicium uocatus, si quis ipsum ita accuset. Multa uobis ô pueri mala hic uir intulit, ut qui & uos, & tenerrimos è uobis corrumpat, & secando, & urendo, & attenuando, & suffocando ad extremam desperationem adducat, dum amarissimas potiones exhibet, & famem ac sitim ferre cogit: non quemadmodum ego multis & iucundis & omnis generis obsonijs uos pasco. Quid putas medicum in tanto periculo constitutum responsurum esse? Aut id quod res est dixerit, nimirum hæc omnia ô pueri ego feci sanitatis uestræ gratia? Quantum uero tales iudices reclamaturos esse putas, an nõ magnopere? CAL. Fortassis putare oportet. SOC. Nónne putas in summa desperatione ipsum habiturum esse quod dicat? CAL. Maximè. SOC. Eiusmodi quiddam scio etiã mihi accidet ad iudicium perracto. Neq; enim uoluptates quas ipsis suppeditaui proferre potero, quas illi beneficij ac magni commodi loco habent, Ego uero neq; suppeditatores, neq; eos quibus illæ suppeditantur æmulor. Et si quis me iuniores corrumpere dicat, & ad extremam desperationem adducere: aut seniores accusare, & amarulentis sermonibus tum priuatim, tum publicè incessere: neq; ueritatem producere potero, quòd scilicet omnia hæc ego iustè faciam, & hæc uiri iudices in uestram gratiam ago, neq; aliud quicquam. Quapropter fortassis quicquid contigerit patiar. CAL. Videtur igitur tibi ô Socrates rectè se habere homo, qui in republica ita affectus est, ut nullam opem sibi ipsi ferre possit. SOC. Si illud in ipso est ô Callicles, quod tu sæpe confessus es, si ita sibi opem tulerit, ut neq; in homines, neq; in deos, quicquam iniusti aut dixerit, aut fecerit. Hoc enim auxilium si quis sibi ipsi præstet, optimum esse, sæpe nos confessi sumus. Si quis igitur me conuinceret, quòd talem opem neq; mihi ipsi, neq; alij ferre possim, erubescerem sanè, siue inter multos, siue inter paucos cõuincerer, siue etiam solis à solo. Et si propter hanc impotentiam ad mortem condemnarer, grauiter ferrem. Si uero ab adulatricis rhetoricæ inopiam ego morerer, satis scio mortem me facile ferre uideres. Ipsam enim mortem nemo timet, qui non penitus rationis exors & euiratus est. Iniusta uero facere, timet. Nam multa iniustitia refertam animam ad orcum deuenire, omnium malorum extremum est. Si uero ita uis, ego tibi quomodo hoc ita se habeat, sermonem recensere uolo. CAL. Imò quando quidem reliqua perfecisti, etiam hoc perfice. SOC. Audi itaq; ut aiunt ualdè pulchrum sermonem, quem tu quidem uelut arbitror, fabulã duces, ego uero sermonẽ. Nam ut quæ uera sint, tibi recẽsebo ea quæ dicere uolo. Quemadmodum enim Homerus dicit, diuiserunt principatum Iupiter & Neptunus & Pluto, postquàm illum à patre accepissent. Erat igitur hæc lex de hominibus sub Saturno, & semper

Socratis de morte sua uaticinium

Medicus accusatus à coco, in dicibus pueris

Socratis in republ. actiones

Vita recta in quo sita sit

Orcus malorũ omnium extremum

Vniuersi principatus diuisio

semper nunc adhuc est inter deos: ut qui homo iustè & pie uitam trãsegisset, postquàm mortuus fuisset, in beatorum insulas abiret, illicq; in omni felicitate extra mala constitutus habitaret. Qui uero iniustè & impiè, in supplicij ac pœnæ carcerem, quem Tartarũ uocant abiret. Horum autem iudices sub Saturno, & adhuc nuper Ioue imperiũ tenente, erant uiuẽtes uiuorum, in illa die iudicantes, qua illis moriendum esset. Iudicia igitur male exercebantur. Quapropter & Pluto & curatores ex insulis beatorum ad Iouem profecti, dixerunt uenire ad se homines in utrunq; locum indignos. Dixit igitur Iupiter, At ego efficiam inquit, ut hoc ne amplius fiat. Nunc enim iudicia male exercentur, quum homines induti iudicentur, uiuentes enim iudicantur. Multi igitur inquit, qui animas prauas habent, induti sunt corporibus, pulchris, & genere, & diuitijs. Et quum iudicium fit, accedunt ipsis multi testes, quòd iustè uixerint asserentes. Proinde iudices & ab his perterrentur, & simul etiam ipsi induti iudicãt, ut qui animam oculis, & auribus, & toto corpore intectam habeant. Hæc igitur omnia ipsis obstacula sunt, & sua ipsorũ, & eorum qui iudicantur indumenta. Primum igitur omnium inquit, hoc tollẽdum est, ut ne ipsi mortem præsciant. Nunc enim præsciunt. Hoc igitur etiam demandatum est Prometheo, ut hoc ab ipsis tollat. Deinde his omnibus denudati iudicandi sunt. Mortuos enim iudicari oportet. Et iudicem nudum esse oportet, mortuum uidelicet, ita ut ipsa anima consideret ipsam animam, statim ut quisque mortuus est, omnibus cognatis destitutam, & omni illo ornatu in terra relicto, quo iustum iudicium fiat. Ego igitur quum hæc prius quàm uos decreuerim, feci iudices filios meos, duos quidem ex Asia Minoem & Rhadamanthum, unum uero ex Europa Aeacũ. Hi igitur postquàm mortui fuerint, iudicabunt in Prato, in triuio ex quo duæ uiæ procedunt, altera ad beatorũ insulas, altera in Tartarum. Et Asiaticos quidem iudicabit Rhadamanthus, Europæos autem Aeacus. Minoi uero hanc prærogatiuã dabo, ut ipse dijudicet si quid alteri illorũ ambiguum fuerit, quo quàm iustissimum iudicium fiat hominibus de profectione. Hæc sunt ô Callicles quæ ego audiui, & uera esse credo. Et ex his sermonibus tale quid sequi existimo. Quòd mors est, ut mihi, uidetur, nihil aliud quàm duarum rerum dissolutio inter se, animæ & corporis. Postquàm uero inter se dissoluta fuerint, utrunq; ipsorum non multò minus habitum suum, quẽ etiam quum uiueret homo habebat, conseruat. Et corpus ipsum naturam suam, & cultus, & affectiones, conspicua omnia habet. Velut si cuius magnum erit corpus natura, aut educatione, aut utriusq;, dum uiuebat, huius etiã ubi mortuus fuerit, cadauer magnum est: & si crassum, crassum etiam mortui cadauer. Et reliqua eodem modo. Et si rursus comam nutrire quis solitus fuit, etiam huius cadauer comas nutriet. Si quis uerbero fuit, & uestigia plagarum cicatrices in corpore habuit, aut ex flagris aut alijs uulneribus, dum uixit, etiam mortui corpus hæc habere cõspicietur. Si cuius partes fractæ erant, aut distortæ dum uiueret, etiam in mortuo hæc conspicua erunt. Et in summa, qualis quisq; uiuens corpore constructus erat, talia etiam omnia in mortuo sunt, aut plerunq; ad multum tempus. Idem itaq; hoc etiam circa animã esse mihi uidetur ô Callicles. Omnia conspicua sunt in anima, postquàm corpore nudata est, et quæ naturæ sunt, & affectiones, quas ob cuiusq; rei studiũ homo in anima habuit. Postquàm igitur ad iudicem deuenerint, Asiatici quidem ad Rhadamanthum, Rhadamanthus illis productis cuiusq; animam intuetur, ignarus cuius illa sit. Verum sæpe magni regis, aut alterius cuiuscunq; regis aut potentis animam prehendens, nihil sani contuetur, sed flagris concissam ac cicatricibus plenam, ex periurijs, & iniustitia, prout sua cuiq; facta, in animam illa expresserunt. Contuetur etiam omnia obliqua, ex mendacio & petulantia, & nihil rectũ, eo quòd absq; ueritate educata est. Et uidet animam præ potestate & uoluptate, & contumelia, & intemperantia actionum, omni confusione & turpitudine refertam. Conspicatus autem talem, ignominiose ipsam recta in custodiam abiegat, quò delata meritas pœnas persoluet. Conuenit autem cuiuis in pœna constituto, qui rectè ab alio punitur, ut aut ipse melior fiat, & utilitatem capiat: aut exemplũ quoddam alijs exhibeat, quo alij uidentes ipsum pati ea quæ patitur, ex timore meliores eua dant. Qui uero utilitatem capiunt, & dijs ac hominibus pœnas dant, hi sunt qui sanabilia peccata commiserunt. per cruciatus autem & dolores, & hic, & in orco contingit ipsis utilitas. Non enim aliter fieri potest ut ab iniustitia liberentur. Qui uero extremè in-

Insulæ beatorũ

Inferorum iudices

Mors est corporis & animæ dissolutio

Iudicij apud inferos modos

Pœnarum utilitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

iusti fuerint, & propter eiusmodi iniusta facta incurabiles sunt, ex his exempla fiunt. Et hi ipsi quidem non amplius quicquam utilitatis capiunt, ut qui curari non possint. Verum alij utilitatem capiunt, qui hos uident ob peccata, maximas & dolorosissimas ac horrendissimas pœnas perpetuò pati, ut qui palàm sunt isthic in orco in carcere, in exemplum, & spectaculum, ac monimentum propositi iniustis, qui semper eò deueniunt. Ex quorum numero unum etiam Archelaum fore assero, si uera de illo Polus dicit, & alium quisquis eiusmodi tyrannus fuerit. Arbitror autem plerosq; eorum qui exempla præbent, esse ex tyrannis, & regibus & potentibus & reipublicæ administratoribus genitos. Hi enim propter potestatem, maxima & impientissima peccata committunt. Testimoniũ aũt præbet his etiam Homerus. Reges enim & potentes in poematis inducit apud inferos perpetuò torqueri, Tantalum, & Sisyphum, & Tityon. Thersitẽ autem & si quis alius priuatus malus fuit, nemo unquàm magnis supplicijs, uelut insanabilẽ, torqueri scripsit. Nõ enim aderat ipsi facultas ut puto. Quapropter etiam illis felicior erat, quibus aderat potestas. At enim ô Callicles ex potentibus sunt & qui ualdè prauí homines sunt. Nihil tamen prohibet etiam inter hos esse bonos uiros, & æquum est admodũ admirari eos qui tales sunt. Difficile enim est ô Callicles & multa laude dignum, in magna potestate iniusta faciendi constitutum, iustè uitam transigere. Pauci autem sunt tales. Nam & hic, & alibi fuerunt, & erunt ut arbitror, clari & præstantes uiri hac uirtute, ut iustè administrent quæ quis ipsorum arbitrio permittat. Vnus autem etiam ualdè egregius inter alios græcos fuit Aristides Lysimachi filius. Pleriq; uero ex potentibus ô optime mali sunt. Quemadmodum igitur dicebam, postquàm Rhadamanthus ille talẽ quempiam acceperit, aliud quidem nihil de ipso nouit, neq; quis sit, neq; ex quibus ortus sit, sed quòd malus sit: & hoc conspicatus in tartarum ablegat, explorans an sanabilis, aut incurabilis esse uideatur. At ille illuc delatus meritas pœnas luit. Aliquando uero aliam conspicatus animam, quæ sanctè & cum ueritate uixit, hominis priuati aut alterius cuiusdam, maximè quidem ut ego ô Callicles sentio philosophi, qui suas res egit, et non multa in uita curiose scrutatus est, hanc amplectitur & ad beatorum insulas transmittit. Eadem hæc etiam Æacus facit. Vtesque uero horum uirgam tenens iudicat. At Minos inspectans solus considet aureum tenens sceptrum, uelut Vlysses Homeri ipsum uidisse dicit,

Aureum habentem sceptrum, & mortua iura ferentem.

Ego igitur ô Callicles ab his sermonibus persuasus sum, & circũspicio quomodo apud Iudicem compaream, ut sanissimam animam habeam. Proinde honoribus ex uulgo hominum ualere iussis, ueritatem considerans, conabor ut quantũ potero, reuera optimus & uiuam, & moriar. Adhortor autem & alios omnes homines quantum possum, & nè etiam te uicissim cohortor ad hanc uitam, & ad hoc certamen, quod ego omnibus certaminibus præferẽdum esse censeo, quæ sunt in hac uita. Et exprobro tibi fore ut nõ possis tibijpsi opem ferre, quum iudicium tibi constituetur, & ea quam nunc dicebam sententia feretur: sed perductus ad iudicem Aegines filium, ubi appræhensum te ducet, hiabis & uertigine afficieris, non minus quàm ego hic, tu illic. Et te fortasse quis in collum ignominiose cedet, & omnibus modis irritabit. Hæc fortassis uelut anilis fabula tibi dici uidentur, & ipsa contemnis. Et nihil miri esset hæc contemnere, si quærendo meliora & ueriora ipsis possemus inuenire. Nunc autem uides, quòd quum uestrum tres sint, qui Græcorum sapientissimi estis, tu & Polus, & Gorgias, non potestis demonstrare aliam uitam uiuendam esse quàm hanc, quæ etiam illuc conducere uidetur. Nam inter tot sermones, dum alij redarguuntur, solus hic immotus manet, nimirum uerendum esse magis iniusta facere quàm pati. Et præ omnibus curandum est uiro, non ut bonus esse uideatur, sed & priuatim & publice sit. Si uero quis in aliqua re malus fiat, puniendus est. Et hoc secundum bonum est, post hoc ut quis sit iniustus, ut bonus fiat, & dum castigatur pœnas det. Et omnis adulatio & circa seipsum, & circa alios & circa paucos, & circa multos, fugienda est, & rhetorica ita utendum & omni alia actione semper ad iustitiam. Mihi igitur fidem habens sequere me hic, ut eo deuenies felix sis & uiuens, & mortuus, uelut sermo significat. Et siue ut quis te uelut stolidum contemnat, & si uelit iniuria afficiat, & per Iouem etiam in collum ignominiosa illa plaga cædat.

Exempla pœnarum alijs dantes

Sententia

Suas res agentes philosophi

Optimum & uiuere, & mori oportere

Esse bonũ, non uideri oportet

cædat. Nihil enim graue patieris, si reuera honestus & bonus fueris, & uirtutem exercueris. Et postquam ita in communi nos exercuerimus, tũc iam reipublicæ negocia aggrediemur, si ita facere oportere uisum fuerit: aut quodcũq; tandem uisum fuerit tũc statuemus, ubi ad cõsultandum meliores quàm nũc fuerimus. Turpe est enim ita affectos, uelut nunc affecti esse uidemur, iactare se uelut aliquid sint, quibus nũquam eadem de ijsdem uidentur, & his maximis, ad tantam uidelicet imperitiam deuenimus. Proinde uelut duce utemur hoc sermone, qui nobis nunc cõparuit, & significat, hunc uitæ modum optimum esse, ut & iustitiam, & reliquã uirtutẽ exercentes, & uiuamus, & moriamur. Hunc igitur sequamur, & alios ad hunc cohortemur, & non ad illum, ad quem tu tu me in ipso confisus cohortaris. Est enim nullius precij ô Callicles.

Vitæ modus optimus

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Menonem, siue De uirtute.

QVATVOR *esse argumentationum genera, quibus Plato utitur, exemplum, inductionem, ratiocinationem, & enthymema, & quo pacto fiant, satis in Alcinoi cõpendio, quod & nos traduximus, declaratur. Vbi etiam tres Platonicorum dialogorum species inuenimus, & quibus argumentationibus in unaquaq; dialogi specie uti soleat. Aut enim solum inquirit, falsa ue confutat dialogus, aut solum uera exponi ac docet, aut in utroq; uersatur. Primus inquisitiuus & contentiosus. Expositiuus alter. Posterius mixtus est dictus. Meno autem licet mixtus sit, maiori tamen ex parte contendit & confutat, & omnes argumentationes attingit. Vt nisi qui ex aliis Platonis dialogis, qui ad expositionem magis quàm ad disceptationem pertinẽt, sensa colligat, & Menoni huic adijciat, difficile summã disputationis huius elicere possit. est autem hæc, quid uirtus sit, & quomodo nobis adsit, inquirere. id Socrates efficit, dum quatuor Menonis, Aristippi, Gorgiæ, & Prodici de uirtute definitiones confutat, & definitionem suam post illas inductam geminis obiectionibus retractat. Veritas quippe ex redargutione falsitatis elucet. Est autẽ hominis uirtus affectio siue habitus animæ, quo potentia naturalis eius quàm optime suum opus exercet. quæ definitio in libris de Republica traditur. Opus cuiusq; potentiæ tunc optime exercetur, cum ad finem suum dirigitur. Quod ad finem confert, utile dicitur. Merito igitur in hac disputatione commune uirtutis officium id esse traditur, ut & actiones & ea quibus agẽdo utimur, utilia reddat. Illa itaq; definitio huic dialogo consonat, cunctisq; uirtutibus est cõmunis. Virtutum profecto species plures sunt, pro uirium animæ & actuum diuersitate, in quibus una tamen quæ dicta est communis uirtutis ratio semper inspicitur. Prima uis animæ mens est, cuius actus est perpetua contemplatio ueritatis. Secunda ratio, cuius actus ueritatis inuestigatio. Tertia phantasia, cuius actus collectio eorum quæ sensus eius nuncij porrigunt, perq; illa discursus. Atq; hæ sunt uires animæ, quæ cognitiuæ dicuntur. Restant tres aliæ, quas appetitiuas uocant: Voluntas, & irascendi uis, & cõcupiscendi. Voluntatis actus, appetere quæ mens & ratio porrigit. trascibilis, aggredi quæ ratio & phantasia proponit. Concupiscibilis actus, adscisc ere quæ phantasia sensusq; obiciunt. Sex insuper istis duæ subijciuntur, mouendi & nutriendi uigor, sed hæ cũ superioribus, aut nihil, aut uix, & parum admodum in uirtute cõmunicant. Affectio mentis quæ cõtemplationem perficit, sapientia est: quæ rationis imaginem, scientia atq; prudentia. Scientia quidem indagationem eorũ quæ natura facit, prudentia consultationem in ijs quæ nos agimus. Quæ phantasiæ discursum opinio recta, quam sagacitatem quidam uocant. Iustitia uoluntatem & liberalitas. Irascibilem fortitudo eiusq; pedissequæ. Concupiscibilem continentia simul & temperantia. His omnibus id est commune, ut quælibet earum sit affectio actum potentiæ naturalis perficiens, dum decorum reddit & utilem ad finem ultimum consequendum. Variæ uero uirtutes diuerso modo habentur. Sapientia quidem natura, est enim æterna rationum omnium in mente complexio, perpetuusq; ueritatis intuitus. Scientia per doctrinam philosophiæ quæ reminiscentiam præstat, acquiritur, dum ratio quæ pennas olim abiecit, ad mentem conuersa reminiscendo iterũ alas recuperat. Prudentia doctrina simul & longo usu rerum aduenit. Recta opinio exemplis, autoritate, inductione, sorte. Iustitia fortitudoq; & temperantia, cæteræq; morales uirtutes prudentiæ rectæq; opinionis legibus & exercitatione legitima perficiuntur. Vnde duo hæc moralium uirtutum principia Plato posuit, prudentiam & rectam opinionem. Quamobrẽ prudentia sæpenumero totius moralis uirtutis apud Platonem nomen usurpat. Est & uirtus quædam ad rectam opinionem attinens, qua legiimi principes ac ciues, in agendo honesti, contemplationis tamen expertes bonum pnblicum curant, quam ciuilem peritiam nominant. Eamq; Plato facultatem, & in Theage, & in præsenti Menone, haud aliter quàm sorte diuina, dari ciuilibus hominibus disputat. Hac igitur summula quis mentem Platonis in Menone colliget, & huiusmodi præmissa distinctione contradictiones renuet, obiectionesq; uitabit. Disputationem uero illam de reminiscentia geometricisq; figuris in argumento tractare idcirco non placuit, quoniam non ut principalis, sed ut accessoria est inserta. Argumentum autem summam rei caputq; requirit. Singula quippe discutere non argumenti, sed commentarij potius est officium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS ATHENIENSIS MENON,

SIVE DE VIRTVTE. *Sub tentationis specie.*

Iano Cornario interprete,

DIALOGI PERSONAE.

MENON. SOCRATES. PVER MENONIS. ANYTVS.

POTES'NE mihi dicere ô Socrates,num doceri possit uirtus: aut non doceri,sed exerceri:aut neq; exerceri, neq; disci: sed ex natura,aut alio quodam modo hominibus accedat? SOCR. Ante hoc tempus ô Menon Thessali clari fuerunt inter Græcos, & in admiratione constituti,& ob equitandi artem,& ob diuitias:Nunc uero ut mihi uidetur,etiam ob sapientiã:& uel maximè Aristippi sodalis tui Larissæi ciuis. Huius autem rei autor nobis est Gorgias. Hic enim ad ciuitatem delatus,tum ex alijs Thessalis,tum ex Aleuadis,ex quibus tuus amator Aristippus est,primarios sibi ob sapientiam amicos fecit: & sanè ad hunc morem uos asuefecit,ut intrepidè & magnificè respondeatis, si quis aliquid interroget,uelut par est facere eos qui sciunt:ut qui etiam ipse exhibeat seipsum, ut qui uelit ex Græcis interroget quicquid uelit,& omnibus respondeat. At hic ô chare Menon contrarius rerum status est,uelut squalor quidam sapientiæ factus est, & uidetur ex his locis ad uos sapientia abire. Si itaq; aliquẽ ex his quæ hic sunt hominib. ita interrogare uelis,nemo non ridebit,& dicet. O hospes puto me beatum quendam tibi uideri,& proinde nosse an uirtus doceri possit,aut alio modo accedat. Tantum autem abest ut ego sciam an doceri possit,aut non,ut neque hoc ipsum, quid tandem omninò sit uirtus sciam. Ego igitur etiam ipse ô Menon ita affectus sum, in magna huius rei egestate unà cum ciuibus cõstitutus sum,& meipsum accuso, ut de uirtute in totum nihil sciens. At de quo non noui quid sit, quomodo quale quiddam sit nosse possim? Aut uidetur tibi fieri posse,ut qui Menonem non noscat in totum quis sit, hoc sciat an pulcher, aut diues, aut generosus sit, aut etiam his contraria? Videtur tibi fieri posse? ME. Non mihi. At tu ô Socrates reuera neque quid sit uirtus nosti? Et hæc de te ad domum referemus? SOC. Non hoc solum ô amice,sed etiam quòd neq; in aliũ quempiam inciderim qui hoc nouisset,ut ego puto. ME. Quid uero cum Gorgia non es colloquutus, quum hic esset? SOC. Ego sanè. ME. Deinde non uidebatur tibi nosse? SOCR. Non admodum memor sum ô Menon. Quare in præsentia dicere non possum quomodo tunc mihi uisum fuerit. Sed fortassis & ille nouit,& tu nosti quæ ille dixit. Reuoca igitur mihi in memoriam quomodo dixit. Aut si mauis ipse dicas. Tibi enim fortassis eadem quæ illi uidentur. ME. Mihi equidem. SOC. Illum itaq; sinamus, quãdoquidem etiam abest. Tu uero ipse per deos ô Menon,quid uirtutẽ esse dicis? Dic & ne inuideas, quo felicissimi mendacij conuincar,si tu nosse uidearis, itemq; Gorgias, ego uero dixè in neminem me unquam incidisse qui id nouisset. ME. At non difficile dictu est ô Socrates. Et primũ quidem si ita uis,uiri uirtutem dicere facilius est. Est enim Viri uirtus, præstantem esse in reipublicæ negocijs administrandis, & in his tractandis, amicis bene facere,inimicis male:& sibijpsi cauere ut ne quid tale patiatur. Si uero uis, mulieris uirtutem non difficile est recensere,oportet enim ipsam, domum rectè gubernare,ita ut conseruet ea quæ intus sunt,& uiro obediens sit. Et alia est pueri uirtus,tum fœminę, tum masculi:& uiri senioris,tum liberi,tum serui: Et multæ aliæ uirtutes sunt, ut non sit inopia dicendi de uirtute quid sit. Nam in singulis actionibus,& ætatibus,ad unũquod que opus,unicuiq; nostrum uirtus est. Similiter autẽ arbitror etiam uitium. SOC. Multa quadam bona fortuna usus esse mihi uideor ô Menon,qui unam quærens uirtutem, examen quoddam uirtutum apud te repositarum inueni. Verum ô Menon secundum hanc circa examina similitudinẽ,si me interrogante de apis essentia,quid'nam sit, multas & uarias ipsas esse respondisses,quid'nam respõderes mihi si interrogarem te: Num ob hoc

Quæstionum ordo

Virtus uiri quid sit

Virtutes & uitia multa

ob hoc multas & uarias,& inter se diuersas esse dicis, quòd sunt apes: aut in hoc quidẽ nihil differunt,sed alio quodam,uelut aut pulchritudine,aut magnitudine,aut alio quodam huiusmodi? Dic quid responderes sic interrogatus? ME. Hoc sanè ego responderem,quòd nihil differat altera ab altera,quatenus apes sunt. SOC. Si igitur post hæc dicerem,hoc itaq; ipsum mihi dic ô Menon,quo nihil differunt,sed idẽ omnes sunt, quid hoc esse dicis? Haberes'ne quod mihi responderes? ME. Ego sanè. SOC. Sic sanè etiam de uirtutibus,etiamsi multæ & uariæ sunt,unam tamen quandam speciem eandem omnes habent, propter quam sunt uirtutes,ad quã iustum est respicere eum,qui responsurus sit,ei qui interrogauit quid sit uirtus. Aut nõ intelligis quod dico? ME. Videor mihi intelligere,non tamen adhuc uelut uolo,id quod quæris comprehendo. SOC. Vtrum uero de uirtute solum tibi ita uidetur ô Menon,aliam quidẽ uiri esse,aliam mulieris,& aliorum:aut etiã de sanitate,& de magnitudine,& de robore eodem modo,ita ut aliam quidem uiri sanitatem esse putes,aliam mulieris:aut eadem ubiq; species est, si quidem sanitas fuerit siue in uiro,siue in alio quocũq; fuerit? ME. Eadem mihi esse uidetur sanitas & uiri,& mulieris. SOC. Nõ'ne etiã magnitudo & robur: siquidẽ robusta fuerit mulier,eadẽ specie & eodẽ robore robusta erit. Nam eodem,hoc dico,ut in eo q̃ robur est, nihil differat robur,siue in uiro sit,siue in muliere. Aut uidet tibi differre? ME. Non mihi. SOC. At uirtus in eo q̃ uirtus est,differet siue in puero sit,siue in sene,siue in muliere,siue in uiro? ME. Mihi quodãmodo uidetur ô Socrates,hoc nõ amplius alijs his similè esse. SOC. Quid uero uiri uirtutẽ nõ dicebas esse,rempublicã rectè gubernare,mulieris autẽ domũ? ME. Ego sanè. SOC. Nũquid fieri potest ut quis aut rempublicã, aut domũ rectè gubernet,aut quiduis aliud,si nõ temperãter & iustè gubernat? ME. Non ita. SOC. Nõ'ne si quidẽ iustè & tẽperanter gubernarint,iustitia & tẽperantia gubernabũt? ME. Necesse est. SOC. Iisdẽ ergo ambo opus habẽt,si boni esse debẽt,& mulier & uir,iustitia & tẽperantia. ME. Apparet. SOC. Quid uero puer & senex,num si petulãtes & iusti sint,boni unquã fuerint? ME. Nõ ita. SOC. Sed si temperantes & iusti? ME. Etiam. Apparet. SOC. Nõ em̃ profectò eodẽ modo boni sunt. Eadem enim adepti, boni fiũt. ME. ME. Nõ profectò. SOC. Quando quidẽ igit̃ eadẽ omniũ uirtus est,conare dicere & in memoriã reuocare,quid ipsum Gorgias esse dixerit,& tu cũ illo. ME. Quid aliud quàm posse hominibus imperare, si quidẽ unũ quiddã in omnib. quæris. SOC. Atqui quæro. Sed num & pueri eadẽ uirtus erit ô Menon, itẽq; serui,ut possit imperare dominos? Et uideť tibi adhuc seruus esse qui imperat? ME. Nõ admodũ mihi uideť ô Socrates. SOC. Nõ enim uerisimile est ô optime. Adhuc enim etiã hoc cõsidera. Imperare posse dicis. Nõ apponemus hoc iustè,nõ aũt iniustè? ME. Ego quidẽ arbitror. Nam iustitia ô Socrates uirtus est. SOC. Vtrũ uirtus ô Menon,aut quædã uirtus? ME. Quõ hoc dicis? SOC. Velut de alio quocũq;,ut exẽpli causa de rotũditate dicerẽ ego, q̃ figura quædã est,& nõ ita simpliciter q̃ figura. Propterea uero ita dicerem,q̃ etiam alię figurę sunt. ME. Recte sanè tu diceres. Nam & ego dico, nõ solum iustitiã,sed etiã alias uirtutes esse. SOC. Quas istas dicito,uelut etiam ego tibi dicerem alias figuras si iubères,ita tu etiam mihi dicito alias uirtutes. ME. Fortitudo itaq; mihi uidetur uirtus esse, & temperantia, & sapientia,& magnificẽtia,& multa alia. SOC. Rursus ô Menon idẽ nobis accidit. Vnam enim quærẽtes,multas uirtutes inuenimus,sed alio sanè q̃ antea modo. At unã quę pertes,uelut tu quæris, unã in omnibus uirtutem cõprehendere,quemadmodum in alijs. omnes has diffusa est,inuenire non possumus. ME. Non enim adhuc possum ô Socra- SOC. Et meritò sanè. At ego quantum potero, nos ducere conabor. Intelligis enim ita in omnibus rem se habere. Si quis interrogaret ex te hoc,q̃ nunc ego dicebam,quid est figura ô Menon,si ipsi respõdisses rotũditas,& ille rursus interrogaret uelut ego,utrum figura est rotunditas,aut quædam figura,diceres'ne quòd quædam sit figura? ME. Maximè. SOC. Nõ'ne propterea quòd etiã alię sunt figuræ? ME. Etiam. SOC. Et si insuper interrogasset quales,dixisses utiq; ? ME. Ego sanè. SOC R. Et rursus de colore si eodem modo interrogaret quid sit,& tu dixisses Album, & ille postea subiecisset, utrũ album color est, aut quidam color,diceres'ne quòd quidam color,eo quòd etiam alij sint colores? MEN. Ita certè. SOCRAT. Et si proferre iuberet te alios colores, diceres etiam

Virtus eadem omnium

Sanitas eadem in omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

alios, qui nihilo minus colores sunt quàm album? ME. Etiam. SOC. Si igit quemadmodum ego sermonē prosequeretur, & diceret, semper ad multa deuenimus, sed mihi nō ita placet. Verū quandoquidē multas has uno nomine appellas, & nullā ex ipsis esse dicis quæ non sit figura, & hoc quū inter se sint contrariæ, eo ꝙ sit hoc quod figurā nominas, id quod nihilo minus rotundū quàm rectū continet: & nihilo magis rotundū figurā, quàm rectū esse dicis: Aut nō ita dicis? ME. Ego sanè. SOC. Nūquid igitur quum ita dicas, tūc nihilo magis rotundū dicis esse rotundū quàm rectū, neꝙ rectū magis rectū quàm rotundū? ME. Non profectò ô Socrates. SOC. Atqui figurā nihilo magis rotundū esse dicis quàm rectū: neꝙ alterū magis quàm alterū. ME. Vera dicis. SOC. Quid igitur sit hoc, cuius hoc nomē figura est, dicere conare. Si igit ita interrogāti aut de figura, aut de colore, díceres: At neꝙ intelligo ego qd uelis ô homo, neꝙ nouí quid dicas: tortassis admiratus dixerit. Nō intelligis ꝙ quæro id quod in omnib. his idē est? Aut neꝙ de his dicere potes, ô Menō, si quis interrogaret, quid est quod in rotūdo, & recto, & in alijs quas figuras uocas, idē in oīb. est? Conare ut dicas, quò cōtingat tibi exercitatio ad respondendū de uirtute. ME. Nequaquā, sed tu ô Socrates dicito. SOC R. Vis ut tibi gratificer? ME. Maximè. SOC. Vis igit & tu mihi de uirtute dicere? ME. Ego sanè. SOC. Conandū itaq; est, Æ. quū enim est. ME. Maximè. SOC. Age itaq; conabimur tibi dicere quid sit figura. Cōsidera igit an hoc ipsam esse admittas. Sit em nobis hoc figura, quod solū ex omnibus rebus semper corpus sequit. Satis tibi est, aut aliter quodā modo quæris? Ego enim ita cōtentus essem, si mihi de uirtute díceres. ME. At hoc uile quiddā est ô Socrates. SOC. Quō dicis? ME. Quòd figura est iuxta tuā sententiā, id quod semper corpus sequit. SOC R. Sit ita. ME. Si ergo quis corpus se nosse negaret, & similiter uelut de figura ambigeret, quid putas à te respōsum esse? SOC. Quæ uera sunt ego responsa esse à me puto. Et siquidē ex sapiētib. quispiā esset, & cōtentiosis ac litigiosis qui interrogaret, dicerem ad ipsum, à me quidē dictum est. Si uero nō rectè dico, tuū nūc fuerit ut sermonē accipias ac redarguas. Si uero quemadmodū nūc ego & tu, uelut amici inter se disputare uelint, mitius sanè quodāmodo & magis dialecticè respondere oportet. Est autē fortassis magis dialecticè, nō solū uera respōdere, sed etiā per ea quæ confiteat se scire ac intelligere is qui interrogat. Conabor itaq; & ego tecū sic disputare. Dic enim mihi, finē uocas quid tali significatione, uelut extremū & ultimum? Omnia enim hæc idem dico. Fortassis autē Prodicus à nobis dissenserit. At tu dicis finitū quid esse, & ad extremū ac terminū perductū esse? Tale quid dicere uolo, nihil uarij. ME. Imò dico, & puto me intelligere quod dicis. SOC. Planū uero uocas quid, & aliud solidum, ut ea quæ in Geometria usurpant? ME. Ego sanè uoco. SOC. Iam itaq; ex his intelleris quid dicā figurā. De omni enim figura hoc dico, figurā esse hoc in quod solidū finis, quod sanè in summa dixerim, figurā esse solidi finē. ME. At colorem quid dicis ô Socrates? SOC. Petulans es ô Menon, uiro seni respōdendi negocia imponis. Ipse uero in memoriā reuocare nō uis, neq; dicere quid'nā Gorgias uirtutē esse dicit. ME. At postquā tu mihi hoc dixeris ô Socrates, ego tibi dicam. SOC. Etiamsi quis contectus sit ô Menon, tamen te differente pulchrū te esse cognouerit, & ꝙ adhuc amatores tibi sint. ME. Quid ita? SOC. Quia nihil aliud quàm imperas in sermonibus, id quod faciūt delicati, utpote tyrannidē exercentes quandiu pulchritudo in ipsis durat. Et me fortassis simul cōtemnis, ꝙ pulchris istis inferior sum. Gratificabor igitur tibi & respōdebo. ME. Maximè gratificare. SOC. Vis'ne igit ut tibi secundū Gorgiam respondeam, quo modo tu maximè assequi possis? ME. Volo. Quidni? SOC. Non'ne defluxiones quasdā rerum iuxta Empedoclem dicitis? ME. Maximè. SOC. Et meatus in quos, & per quos, defluxiones procedūt? ME. Omnino. SOC. Et ex defluxionibus alias quidē quibusdā meatibus cōgruere, alias uero maiores, aut minores esse? ME. Est ita. SOC. Non'ne & uisum quid uocas? ME. Ego sanè. SOC. Ex his itaq; intellige quod dico, aut Pindarus. Est em color defluxio figurarum uisui congrua, & sensui expositа. ME. Optimè mihi uideris ô Socrates hanc respōsionem protulisse. SOC. Fortassis enim iuxta tuam cōsuetudinem tibi hæc prolata est, & simul ut arbitror intelligis ꝙ ex hac dicere possis, & quid uox sit, & quid odor, & multa alia huiusmodi. ME. Maximè. SOC. Tragica enim est ô Menon respōsio. Quare magis tibi placet, quàm illa de figura. ME. Mihi profectò. SOC. At nō est ô

Figuram sequi corpus

est ô fili Alexidemi, uelut ego mihi persuadeo, sed illa melior. Arbitror autem neque te ita existimaturum esse, nisi quemadmodum heri dicebas, necessarium est te abire ante mysteria. Quare si permanseris, initiaberis. ME. At permanerem ô Socrates, si multa huiusmodi mihi díceres. SOC. Atqui promptitudinis nihil omittam, ut & tuam in gratiā, & propter meipsum talia dicam, sed uereor ne possim talia multa dicere. Quare age conare & tu præstare quod promisisti, ut de uirtute in uniuersum dicas quid sit, & desine multa ex uno facere, quod cauillatores facere dicunt eos qui semper amplius quid conterunt. Quare totam & integram sine, & dic quid sit uirtus, Exempla autem à me accepisti. ME. Videtur itaque mihi ô Socrates, Virtus esse uelut poeta dicit, Gaudere pulchris, & posse: Et ego hoc uirtutem dico, pulchra cupere, & comparare ea posse. SOC. Num dicis eum qui pulchra cupit, bona cupere? ME. Maximè. SOC R. Num uelut sint aliqui qui bona cupiunt: alij uero qui mala: non omnes uidentur tibi ô optime bona cupere? ME. Non mihi. SOC. Sed quidam mala? ME. Etiam. SOC. Num dicis quòd mala putent esse bona: aut quum etiam cognoscant quòd mala sunt, tamē ipsa cupiunt? ME. Vtrunque mihi uidetur. SOC. Num uidetur tibi quis ô Meno cognoscere mala, quòd mala sunt, & tamen cupere ipsa? ME. Maximè. SOC. Quid dicis cupere? Num contingere ipsi? ME. Contingere. Quid enim aliud? SOC. Num quòd putat mala prodesse illi cui contingant: aut cognoscens quòd lædunt mala eum cui adsint? ME. Sunt qui mala prodesse putant. Sunt etiam qui cognoscunt quòd lædunt. SOC. Num etiam uidentur tibi cognoscere mala quòd mala sunt, hi qui mala prodesse putant? ME. Non admodum hoc mihi uidetur. SOC. Nónne igitur manifestum est, quòd hi non cupiunt mala, qui ipsa ignorant, sed illa quæ bona esse putant, sunt tamen mala? Quare qui ignorant ipsa, & bona esse putant, bona nimirum cupiunt: Aut non ita? ME. Ita de his uidetur. SOC. Quid uero hi qui mala cupiunt uelut tu dicis, putant autem mala lædere illum cui contingant, cognoscunt'ne quòd ab ipsis lædentur? ME. Necesse est. SOC R. At eos qui lædunt non putant hi miseros esse inquantum lædunt? ME. Et hoc necesse est. SOC. Miseros autem non infelices? ME. Arbitror ego. SOC R. Est'ne igitur qui miser & infelix esse uelit? ME. Non mihi uidetur ô Socrates. SOC R. Nemo ergo uult mala, siquidem talis esse non uult. Quid enim aliud est miserum esse quàm cupere mala, eaq; adipíscí? ME. Videris uera dicere ô Socrates, & nemo uult mala. SOC. Nónne modo dicebas, Virtutem esse, uelle bona & posse? ME. Dicebam. SOC. Nónne ex hoc dicto, uelle quidem omnibus adest, & hac parte alius alio nihilo melior est. ME. Apparet. SOC. Quare patet, si alius alio melior est, quòd circa facultatem melior fuerit. ME. Maximè. SOC. Hoc igitur est ut apparet secundum tuam sententiam, uirtus facultas comparandi bona. ME. Penitus ita res se habere mihi uidetur, uelut tu nūc putas. SOC. Videamus itaq; an hoc uerum dicas, fortassis enim rectè dicis. Bona comparare posse, uirtutem esse dicis? ME. Ego sanè. SOC. Bona uero nónne uocas, uelut est sanitatem & diuitias & aurum & argentum adipíscí, & honores ac magistratus in republica? Num alia quædam bona dicis, aut huiusmodi? ME. Non alia, sed omnia huiusmodi dico. SOC. Sit ita. Aurum itaq; & argentum adipíscí uirtus est, uelut dicit Menon magni regis patrius hospes. Vtrum uero huic quæstui apponis ô Menon, ut iustè & sanctè fiat: aut nihil tua interest, sed etiamsi quis iniustè illa adipíscatur, similiter tu uirtutem uocas? ME. Non ita ô Socrates, sed uitium. SOC. Omnino itaq; huic quæstui ut apparet, iustitiam aut temperantiam aut sanctitatem, aut aliam quandam uirtutis partem adesse oportet: Sin minus, non erit uirtus, etiamsi bona adipíscatur. ME. Quomodo enim absque his uirtus fuerit? SOC. At non adipíscí aurum & argentum, quum non fuerit iustum, neque sibiipsi neque alij, nónne & hæc inopía uirtus est? ME. Apparet. SOC R. Nihilo ergo magis talium bonorum quæstus, quàm inopia uirtus fuerit. Sed ut apparet, quod cum iustitia sit, uirtus erit: quod uero absque omnibus talibus, uitium. ME. Videtur mihi necessarium esse uelut dicis. SOC R. Nónne singula hæc paulo prius uirtutis partes essе diximus, iustitiam, & temperantiam, & omnia huiusmodi? ME. Etiam. SOC. Deinde ô Menon mihi illudis? ME. Quid ita ô Socrates? SOC R. Quia quum ego te precatus sim ut non confringeres neque in frusta uirtutē secares: & exempla dederim iuxta quæ responderе oporteret, hoc quidē neglexisti, dicis autē mihi, Virtutē esse bona

Virtus est cupido, & adeptio pulchri

Voluntatis & facultatis ratio

comparare

Universidad de Deusto
Biblioteca

comparare posse cum iustitia. Hanc autem uirtutis partem esse dicis. M E. Ego sanè. S O. Nónne ex his quæ tu confiteris sequitur, cum uirtutis parte facere quicquid quis facit, hoc uirtutem esse? Iustitiam enim uirtutis partē esse dicis & singula hæc? M E. Quid tum postea? Hoc dico. S O C. Quia quum precatus sim, ut totam dicas uirtutem, multum abest ut tu quid sit dixeris. Omnem uero actionem uirtutem esse dicis, si cum uirtutis parte peragatur, uelut si dixisses quid sit uirtus tota, & iam ego cognoscere possim, etiam si tu ipsam in frusta seces. Eadem igitur interrogatione tibi chare Menon rursus ab initio opus est, quid sit uirtus: aut cum parte uirtutis omnis actio, uirtus fuerit. Hoc enim dicit quis quum dicit, quòd omnis cum iustitia actio uirtus est. Aut nō uidetur tibi rursus eadem interrogatione opus esse? sed putas aliquem nosse uirtutis partem, qui quid ipsa sit non nouit? M E. Non mihi uidetur. S O C. Si enim meministi ea quæ ego paulò antea de figura respondebam, reiecimus sanè huiusmodi responsionem, quę per ea de quibus ad huc quæstio est, & nondum concessa sunt, respondere aggreditur. M E. Et rectè reiecimus ô Socrates. S O C. Neq; itaq; ô optime, dum adhuc de uirtute tota quæstio est quid sit, putes te per huius partes respondendo cuicunq; ipsam declaraturum esse, aut etiam aliud quiduis eodem hoc modo dicendo: sed rursus eadem interrogatione opus habere, quid nam sit uirtus, de qua dicis ea quę dicis. Aut nihil dicere tibi uideor? M E. Rectè dicere mihi uideris. S O C. Responde itaq; rursus ab initio, quid tu & amicus tuus uirtutem esse dicatis. M E. Audiui equidem ô Socrates prius quàm tecum congrederer, quòd tu nihil aliud quàm & ipse ambigas, & alios ambigere facias: & nūc ut mihi uideris me decipis, & præstigijs uteris, & deniq; me incantas, ut plenus ambiguitatis fiam. Et uideris mihi penitus, si quid ludere oportet, simillimus esse & specie, & reliquis, torpedini illi latæ marinæ. Nam hæc quoq; appropinquanti & tangenti torporem inducit. Et tu nūc mihi tale quid induxisse uideris ut torpeam. Reuera enim ego & anima, & corpore torpeo, & quod respondeam tibi non habeo, etiamsi millies de uirtute multas orationes, & ad multos, & admodum rectè ut mihi uisus sum, habuerim. Nunc autem neque quid sit omnino dicere possum. Et mihi uideris rectè tibi consulere, quòd hinc naui nō abis, neq; peregrè proficiscaris. Si enim peregrinus in alia ciuitate talia faceres, fortassis uelut præstigiator abducereris. S O C R. Versutus es ô Menon, & ferè me decepisses. M E. Quam ob rem maximè ô Socrates. S O C. Cognosco cuius gratia me assimilasti. M E. Cuius itaque putas? S O C. Vt te uicissim assimilem. Ego uero hoc de omnibus pulchris noui, quòd assimilari gaudent. Conducit enim ipsis. Pulchræ enim arbitror sunt etiam pulchrorum similitudines. At non uicissim te assimilabo. Ego uero si quidem torpedo ipsa torpens, sic etiam alios torpere facit, ipsi similis sum: Sin minus, non. Nō enim ipse abundans, alios ambigere facio: sed ipse quouis magis ambiguus, sic etiam alios ambigere facio. Et nunc de uirtute quid sit ego quidem non noui, tu tamen fortassis prius quidem noueras, antea quàm me contingeres. Nunc autem similis es nescienti. Attamen unà tecum considerare uolo, & quærere quid sit. M E. Et quo modo quæres ô Socrates hoc, quod penitus non nosti quid sit? Quale enim ex his quæ non nosti proponens quęres: aut si etiam quàm maximè in ipsum incidas, quomodo scies quòd hoc est, quod tu non noueras? S O C. Intelligo quid dicere uelis ô Menon. Vides quòd contentiosum hunc sermonem inducis? quòd non detur homini quærere, neq; quod nouit, neq; quod non nouit. Neq; enim quod nouit, quæsierit: Nouit enim, & nihil opus est ad tale inquisitione: neq; quod non nouit. Non enim nouit quid quæret. M E. Nónne rectè tibi uidetur dici hic sermo ô Socrates. S O C. Non mihi. M E. Habésne quod dicas cur non? S O C. Quē illi Ego sanè habeo. Audiui enim ex uiris & mulieribus diuinarū rerū peritis. M E. Quē illi sermonem dicebās? S O. Verum ut mihi uidetur & pulchrum. M E. Quem istum? & qui sunt qui dicunt? S O C. Qui dicunt sunt utriusq; sexus sacerdotes, quibus studium fuit ut de his quæ tractant, rationem reddere possint. Dicit item Pindarus, & alij multi poetæ, qui diuini sunt. Quæ uero dicunt hæc sunt. Quare uide an uera dicere tibi uideantur. Dicunt enim animam hominis esse immortalem, & nunc quidem desinere, quod sanè mori uocant: nunc uero rursus fieri: Interire autē nunquàm. Oportere itaq; ob hæc sanctè mè uitā trāsigere. De quibus eñ Proserpina pœnas antiqui luctus sumpsit, illorū animā rursus nono anno in supernū Solem reddit, ex quibus reges clari, & robore præstantes, & sapientia

Totius cognitio peior quàm partium

Noscendi & quærēdi ratio

sapientia maximi uiri augescūt. In reliquum uero tempus Heroes sancti ab hominibus uocātur. Anima igitur ut quæ immortalis sit, & sæpe renata, & quæ sæpe uiderit, & quæ hic sunt, & quæ apud inferos, & omnes adeò res, nihil reliqui habet quod nō didicisset. Quare nihil miri est etiam de uirtute & alijs, ipsam in memoriam reuocare posse ea quæ prius nouit. Quum enim natura tota cognata sit, & anima omnia didicerit, nihil uetat uno solum in memoriam reuocato, quod sanè discere & disciplinam homines uocant, alia omnia ipsum inuenire, si quis uirilis sit, & quærendo non defatigetur. Quærere ergo & discere, in totum recordatio est. Nequaquàm igitur contentioso illi sermoni fidē habere oportet. Ille enim nos segnes fecerit, & mollibus hominibus iucūdus auditu est. At hic ad laborem, & ad quærēdum industrios facit, quem ego uerum esse credens, unà tecum quærere uolo quid sit uirtus. M E. Etiā ô Socrates. At simpliciter dicis hoc, quòd non discimus, sed quam uocamus disciplinam, recordatio est. Potésne me docere quòd hoc ita se habet? S O C. Et modo dicebam uersutum te esse Menon, & nūc interrogas an docere possim te, qui disciplinam esse nego, sed esse recordationem dico, quo statim ipse mihijpsi contraria dicere uidear. M E. Non per louem ô Socrates ad hoc respiciens dicebam, sed ex consuetudine. Quare si quomodo iudicare mihi potes, ita rē habere uelut dicis, indica. S O C. At non est facile, in tuam tamen gratiam conari uolo. Quare accerse mihi ex multis tuis istis pedissequis unū, quemcūq; uolueris, ut in hoc tibi ostendā. M E. Maximè. Ades huc puer. S O C. Græcus est, & græcè loquitur? M E. Admodū ualdè, domi natus. S O C. Animū itaq; aduerte utrū tibi uideatur, in memoriā reuocare, aut à me discere. M E. Imò aduertā. S O C. Dic itaq; mihi ô puer, cognoscis quadrangulum spatium tale esse? P V. Ego sanè. S O C. Est igitur quadrangulum spatiū, quod has omnes quatuor lineas æquales habet? P V. Maximè. S O C. Nónne etiam has quæ per medium tendunt æquales habet? P V. Etiam. S O C. Nónne esse poterit huiusmodi spatiū & maius, & minus? P V. Maximè. S O C. Si igitur esset hoc latus duorum pedum, & hoc duorum, quot pedum esset totum. Sic autem considera. Si in hoc latere duorum pedum esset, in illo uero unius solum pedis, aliud quid quàm semel duorum pedum esset spatium? P V. Etiam. S O C. Postquàm uero duorum pedum & in illo latere est, aliud quid quàm bis duorū pedum spatium fit? P V. Fit. S O C. Duorū ergo pedum bis fit. P V. Etiam. S O C. Quot igitur sunt bis duo pedes? Supputatione facta dicito. P V. Quatuor ô Socrates. S O C. Nónne fieri possit aliud huius spatij duplū eiusmodi, quod omnes lineas æquales habeat, quem admodū hoc? P V. Etiam. S O C. Quot igitur erit pedū? P V. Octo. S O C. Age itaq; conare mihi dicere, quanta erit unaquæq; illius linea. Huius enim linea duorum pedum est? Quanta uero illa illius dupli? P V. Manifestum est ô Socrates quòd dupla. S O. Vides ô Menō, me nihil horū docere, sed omnia interrogare? Et nunc hic putat se scire, quanta sit linea, à qua spatiū octo pedum efficietur. Aut non tibi uidetur? M E. Mihi sanè. S O C. Nouit igitur? M E. Non ita. S O C. Putat autem à dupla? M E. Etiam. S O C. Vide itaq; ipsum deinceps recordantem uelut recordari oportet. Tu uero mihi dicito. A dupla linea duplex spatiū fieri dicis, tale dico, nō quod hoc latere longū sit, illo breue: sed æquale undiq; sit uelut hoc, at duplū huius, octo pedū. Verū uide an adhuc à dupla fore tibi uideatur? P V. Mihi sanè. S O C. Nónne dupla huius hæc fit, si aliam tantam hinc adponamus? P V. Maximè. S O C. Ab hac itaq; dicis fore spatiū octo pedum, si quatuor tantæ fiant? P V. Etiam. S O C. Describamus itaq; ab ipsa æquales quatuor lineas, altúdne quid hæc quatuor, quorū quodlibet æquale est huic quadrupedali? P V. Etiā. S O C. Quantum igitur fit? nónne quater tantum? P V. Quidni? S O C. Duplū igitur est id quod quater tantū est? P V. Non per louem. S O C. At quotuplum. P V. Quadruplū. S O C. A dupla ergo ô puer, non duplū, sed quadruplū fit spatium. P V. Vera dicis. S O C. Quatuor enim quater est, sedecim nimirū. Nónne? P V. Etiā. S O C. Octo pedū uero à qua linea? Nónne ab hac quidē quadruplū? P V. Ita sentio. S O C. Quadrupedale uero hoc, ab huius dimidia? P V. Etiā. S O C. Sit ita. Octo pedū uero spatiū, si huius quidē duplum est: huius sesquialterū, nónne à maiore quidē q̄ hac tāta linea erit, à minore uero quàm illa tanta? Aut non ita? P V. Mihi quidem ita uidetur. S O C R. Rectè. Quod enim tibi uidetur, hoc respondet mihi. Nónne hæc quidem duorum pedum erat, illa uero linea quatuor. P V. Etiam.

S O C R.

Natura totà cognata est

Recordationis in nobis declaratio

Quadranguli spatij ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

S O C. Oportet ergo sex pedum spatij lineam, maiorem quidem esse bipedali, minorem uero quadrupedali. P V. Oporteat. S O C. Conare itaq; dicere quantam ipsam esse censes. P V. Tripedalem. S O C. Nónne siquidem tripedalis est, dimidium huius assumemus, & erit tripedalis, duo quidem hi pedes, unus autem ille: & illinc eodem modo, duo quidem hi, unius autem ille: & fit hoc quod dicis spatium? P V. Etiã. S O C. Nónne si ab hoc latere trium pedum fuerit, & ab illo trium, totum spatium bis trium pedum fit? P V. Apparet. S O C. Bis autem tres quot sunt pedes? P V. Sex. S O C. Duplum uero quot pedum esse oportuisset? P V. Octo. S O C R. Non ergo à tripedali linea fit spatium octo pedum. P V. Non ita. S O C. At à qua conare nobis exactè dicere: & si non uis numerare, saltem ostende à qua. P V. At per Iouem ô Socrates ego non noui. S O C. Intellígis rursus ô Menon, quo sit hic recordando progressus: Nam primum quidem non nouerat, quæ esset octo pedum spatij linea, quemadmodum neq; adhuc nunc nouit: Sed tunc putabat hãc se nosse, & cõfidenter respondebat, uelut qui nosset, & non putabat se ambigere: Nunc autem ambigere se putat, & quemadmodum non nouit, neq; nosse se putat. M E. Vera dicis. S O C. Nónne nunc melius se habet circa rem quam non nouerat? M E. Et hoc mihi uidetur. S O C. Quum igitur ambigere ipsum fecerimus, & torpere, quemadmodum Torpedo, num quid læsimus? M E. Non mihi uidetur. S O C. Operæprecij itaq; quiddam fecimus ut apparet, ad inueniendum quomodo res se habet. Nunc enim libenter quæret, ut qui non nouit: Tunc autem facilè & ad multos & sæpe putabat se rectè dicere de duplo spacio, quòd duplam longitudine lineam habere oporteret. M E. Apparet. S O C. Putas igitur ipsum prius aggressum esse quærere aut discere, hoc quod putabat se nosse, quum non nosset, antea quam in ambiguitatem incidit ratus se non nosse, & nosse desiderauit? M E. Non mihi uidetur ô Socrates. S O C. Vtilitatem ergo à torpore cœpit. M E. Mihi uidetur. S O C. Considera itaq; ex hac ambiguitate, quòd etiam inueniet unà mecum quærens, nihil aliud quàm me interrogante, & non docente. Obserua autem si forte comperias me docentem & ipsi exponentem, & non ipsius opiniones percunctantem. Dic enim tu mihi. Nónne hoc quidem quadrupedale nobis spatium est? Intelligis? P V. Ego sanè. S O C R. Alterum autem ipsi apponamus hoc æquale. P V. Etiam. S O C. Et tertium hoc æquale utriq; illorum. P V. Etiam. Nónne insuper explebimus hoc in angulo? P V. Maximè. S O C. Aliud'ne igitur quid fieri poterit, quàm quatuor hæc æqualia spatia? P V. Etiam. S O C. Quid igitur totum hoc quotuplum huius fit? P V. Quadruplũ. S O. Oportebat autem duplum nobis factum esse. Aut non meministi? P V. Maximè. S O C R. Nónne hæc linea ex angulo in angulum tendens, unumquodq; ex his spatijs bifariam secat? P V. Etiam. S O C. Nónne quatuor hæ fiunt lineæ æquales hoc spatiũ cõprehendentes? P V. Fiunt. S O C. Considera igitur quantũ est hoc spatium. P V. Non intelligo. S O C. Nónne quũ quatuor hæc sint, dimidiũ uniuscuiusq; unaquæq; linea intus discidit? aut non ita? P V. Etiam. S O C. Quot igitur tanta in hoc insunt? P V. Quatuor. S O C. Quot uero in hoc? P V. Duo. S O C. Quatuor aũt ad duo quid sunt? P V. Dupla. S O C. Hoc igitur quod pedum fit? P V. Octo. S O C. A qua linea? P V. Ab hac. S O C. Ab ea quæ ex angulo in angulum quadrupedalis spatij tendit? P V. Etiam. S O C. Vocant autem hanc lineam Sophistæ diametrũ. Quare si huic nomẽ est diameter, à diametro uelut tu ô puer Menonis dicis, duplum fit spatium. P V. Maximè ô Socrates. S O C. Quid tibi uidetur ô Menon? Est aliqua opinio quam hic non ex seipso respondisset? M E. Non, sed ex seipso. S O. Et tamen non nouerat paulò antea uelut diximus. M E. Vera dicis. S O C. Erant autem in ipso hæ opiniones: Aut nõ ita? M E. Etiã. S O. In eo ergo qui nõ nouit, de quibus nõ nouit, ueræ opiniones sunt de his quæ nõ nouit. M E. Apparet. S O. Et nũc quidẽ ipsi uelut per somnium commotæ sunt hæ opiniones. Si uero quis ipsum sæpe & multis modis de ijsdẽ percũctabitur, scias quòd tandẽ nullo minus exactè de his sciet. M E. Apparet. S O. Nónne ita ut nemo docuerit, sed saltẽ interrogauerit, sciet, repetẽs ipse ex seipso scientiã? M E. Etiã. S O. Repetere autẽ ipsum in seipso scientiã, nónne recordari est? M E. Maximè. S O. Nũquid igit scientiã quã nũc hic habet, aut accepit aliquando, aut semper habuit? M E. Etiã. S O. Nónne si quidẽ semp habuit, semp etiã sciẽs fuit: Si uero aliquãdo accepit, non sanè in hac uita accipere potuit? Aut docuit quis hũc geometricam? Hic enim faciet eadẽ hæc de tota geometria, & de omnib. alijs disciplinis. Est'ne igitur q hũc omnia docuit?

Torpedinis uis

Diametri potestas

Recordari quid sit

Æquum

Æquum enim est te nosse, tum aliàs, tum quòd in domo tua natus atque educatus est. M E. At noui ego quòd nemo unquam hunc docuerit. S O C. Habet autem has opiniones, aut nõ habet? M E. Necesse est ô Socrates. S O C. Si uero nõ in hac uita adeptus hęc nõ nouit, manifestũ est q; in alio quodã tempore habuit & didicit. M E. Apparet. S O C. Non'ne est hoc tẽpus quando nõ erat homo? M E. Etiam. S O C. Si igitur quo tempore erat, aut etiam quo nõ erat homo, erunt in ipso opiniones ueræ, quę interrogationibus excitatæ fiunt scientiæ: nunquid per omne tempus anima ipsius didicit? clarũ enim est quòd per omne tempus est, aut nõ est homo. M E. Apparet. S O C. Non'ne si ueritas rerum semper est nobis in anima, immortalis sanè fuerit anima? Quapropter cõfidenter oportet te id quod nunc non scis, hoc est id quod nõ recordaris, quærere & ad memoriã reuocare conari. M E. Rectè mihi nõ scio quomodo dicere uideris ô Socrates. S O C. Nam & ego mihi ô Menon. Et de alijs quidẽ in sermone relatis nõ admodũ asseueratim. Quòd uero si quęrere oportere putaremus ea quę quis nõ nouit, meliores essemus & uiriliores & minus pigri, q̃ si putaremus fieri non posse ut inueniamus, neq; quęrere oportere ea quæ nõ scimus, de hoc sanè pertinaciter & sermone, & re ipsa: si possem contẽderim. M E. Et hoc mihi dicere uideris ô Socrates. S O C. Vis'ne igitur ut quandoquidẽ de quęrendo ea quæ quis nõ nouit cõsentimus, in cõmuni quid sit uirtus quęrere aggrediamur? M E. Maximè. Attamen ego illud quod primũ interrogabam, libẽtius & cõsiderarim & audierim, utrũ uelut rem quæ doceri possit aggredi ipsam oporteat, aut uelut natura, aut alio quodam modo uirtus hominibus accedat. S O C. At si quidem ego imperarem ô Menon nõ solum mihi sed etiam tibi, nõ sanè prius consideraremus, doceri'ne uirtus posset, aut nõ, sed primũ quid sit quęsiuissemus. Quandoquidẽ uero tu tibi quidem imperare ne attentas quidẽ, quo uidelicet liber sis: Mihi uero imperare conaris, & imperas, concedam tibi. Quid enim facere oportet? Videtur igitur cõsiderandum esse quale sit, quod nondũ scimus quid sit. Si igit̃ non aliud, parũ saltem mihi imperium laxa, & permitte ut ab exẽplo hoc ipsum cõsiderem, an ex doctrina, aut quocunq; alio uirtus cõtingat. Dico autem ab exẽplo hoc modo. Quemadmodũ Geometræ sæpe considerant postquã quis ipsos interrogauit, uelut de spacio, an fieri possit ut in hũc circulũ hoc triangulare spaciũ extendatur: dixerit sanè quis, nondũ noui an sit hoc tale, sed uelut exemplo quodã ad hanc rem opus habere me puto huiusmodi. Si quidem est hoc spaciũ tale, ut ad datã ipsius lineam extendenti deficiat tanto spacio, quantũ ipsum quod extẽsum est fuerit, aliud quid cõtingere mihi uidetur, & rursus aliud, si fieri nõ potest ut hæc patiat̃. Re igit̃ proposita, dicere tibi uolo quid cõtingat de extẽsione ipsius in circulũ, an fieri possit, aut non. Sic sanè etiã nos de uirtute, quando quidẽ non scimus neq; quid est, neq; quale est, proposita re ipsa cõsideremus an doceri possit, aut non, in hunc modũ dicentes. Si quale quiddã est uirtus ex his quæ circa animã sunt, doceri poterit, aut nõ doceri. Primũ quidem si est aliud quàm quale est scientia, num doceri potest, aut nõ: aut uelut modo dicebamus in memoriã reuocari? Nihil autem differat apud nos utro uerbo utamur: Nũ ergo doceri potest? Aut hoc cuiuis patet, q; homo nihil aliud docetur quàm scientiã? M E. Mihi sanè uidetur. S O C. Si uero est uirtus scientia quædam, nimirũ doceri poterit. M E. Quidni? S O C. Ab hoc ergo breui liberati sumus. Nam si talis est, doceri potest: si nõ talis, nõ potest. M E. Maximè. S O C. Post hoc itaq; ut apparet considerare oportet, utrum uirtus sit scientia, aut aliud quid à scientia. M E. Mihi sanè uidetur hoc post illud cõsiderandum esse. S O C. Quid uero aliud quid quàm bonum esse uirtutem dicimus? Et hæc propositio nobis manet, bonũ ipsam esse? M E. Maximè. S O C. Non'ne si quidẽ est quoddam bonũ, etiam aliud à scientia separatũ, fortassis non fuerit uirtus scientia quædã. Si uero nihil est bonum, quod non scientia compræhẽdit, si scientiam quãdam ipsam uirtutẽ esse suspicemur, rectè suspicamur? M E. Est ita. S O C. Sed & uirtute boni sumus? M E. Etiam. S O C. Si uero boni, utiles. Omnia enim bona utilia sunt. Non'ne? M E. Etiam. S O C. Et uirtus itaq; utile est. M E. Necesse est ex concessis. S O C. Consideremus itaq; singulatim repetẽtes quæ sint ea quæ nobis utilia sunt: Sanitas dicimus, & robur, & pulchritudo, & diuitiæ: hæc & huiusmodi utilia dicimus. Non'ne? M E. Etiam. S O C. Eadem uero hæc dicimus aliquando etiam nocere. Num tu aliter dicis, aut sic? M E. Non, sed sic. S O C. Considera itaq; quid singula hęc præcedat, ut nobis

Quærèda esse ea quæ quis non nouit

Universidad de Deusto
Biblioteca

prosint:& quid,ut noceant.Non'ne quũ rectus usus præit, prosunt:quum nõ, nocent? ME.Maximè. SOC.Adhuc itaq; etiam ea quæ circa animam sunt cõsideremus.Temperantiam quid uocas,& iustitiam,& fortitudinem,& docilitatem,& memoriam, & magnificentiam,& omnia huiusmodi? ME.Ego sanè. SOC.Considera itaq; quæ ex his uidentur tibi non esse scientia,sed aliud à scientia, non'ne aliquando nocent, aliquando prosunt:uelut fortitudo si nõ est sapientia,sed uelut cõfidentia quædam,non'ne quum absq; intelligẽtia cõfidit homo,lædit:quũ uero cum intelligẽtia,utilitatẽ capit? ME. Etiam. SOC.Non'ne etiam temperantia eodem modo,& docilitas,si cum intelligentia & discantur & parentur,utilia sunt:absq; intelligentia uero,damnosa? ME. Admodum ualdè. SOC.Non'ne in summa,omnes animæ aggressiones & tolerantiæ,præeunte qui dem sapientia,in felicitatem desinũt:desipientia uero,in contrariũ? ME.Apparet. SOC. Si ergo uirtus aliquid ex his quæ in anima sunt existit,& necessariũ est ipsum utile esse, sapientiam ipsum esse oportet:quãdo quidem omnia quæ circa animam sunt, ipsa quidem per seipsa neq; utilia,neq; damnosa sunt:accedente uero sapientia aut insipientia, damnosa & utilia fiunt.Secundum hanc itaq; rationẽ quum utilis sit uirtus,sapientiam quandam esse oportet. ME.Mihi uidetur. SOC.Sed & alia quæ modo dicebamus,diuitias & huiusmodi,aliquãdo bona,aliquãdo damnosa esse:Nunquid quemadmodum si sapientia reliquæ animæ præit,utilia ea quæ sunt animæ facit:si insipiẽtia, damnosa:Sic etiam si his anima rectè utitur,& præit,utilis ipsa facit:si non rectè,damnosa? ME. Maximè. SOC.Rectè autẽ præit quæ sapiens est:non rectè quæ insipiens. ME.Est ita. SOC. Non'ne sic de omnibus dicere licet,homini quidem alia omnia ab anima pendere:quę uero sunt animæ ipsius à sapientia,si bona esse debeat? Et hac ratione sapientia fuerit id quod utile est.Diximus autem uirtutem utilem esse. ME.Maximè. SOC. Sapientiam ergo dicimus uirtutem esse,aut uniuersam,aut partem quandam. MEN.Recte dici hæc mihi uidentur ô Socrates. SOC.Non'ne si hæc ita se habent,boni natura esse non potest? ME.Non mihi uidetur. SOC.Etenim si natura boni fierent,etiam hoc cõtingeret. Essent sanè nobis qui bonos natura iuuenes cognoscerẽt, quos nos ex illorum iudicio assumptos custodiremus in arce,multò magis obsignatos quam aurum,ut nemo ipsos corrumperet,sed ubi ad ætatem peruenirent,ciuitatibus utiles fierent. ME. Verisimile est equidem ô Socrates. SOC.Quandoquidem uero natura boni non fiunt, nunquid disciplina? ME. Videtur mihi iam necessariũ esse,& manifestum ô Socrates iuxta propositum, siquidem uirtus scientia est,quòd doceri potest. SOC.Fortassis per louem.Sed num quid hoc non rectè concessimus? ME. Atqui uidebatur suprà rectè dici. SOC.At non solum suprà oportebat ipsum rectè dici uideri, sed etiam nunc,& in posterum,si quid sani in ipso esse debet. ME.Ad quid igitur respiciens perturbaris,& uirtutem scientiam esse non credis? SOCR. Ego tibi dicam ô Menon, quod equidem doceri possit,si quidem scientia est,hoc rectè dici non retracto:quòd uero scientia sit,considera an meritò diffidere tibi uidear.Hoc enim dic mihi,si doceri potest quæcunq; res, nõ solum utitus,non'ne necessarium est ipsius & doctores & discipulos esse? MEN.Mihi sanè uidetur. SOC.Non'ne contrà,cuius neq; doctores,neq; discipuli fuerint, si rectè de ipso cõiectauerimus,id doceri non posse coniectabimus? ME.Est ita.At uirtutis doctores nõ esse tibi uidentur? SOC.Sæpe profectò quærens an sint aliqui ipsius doctores, & omnia faciens,inuenire non possum,etiamsi cum multis,& maximè his quos huius rei peritissimos esse puto quæram.Et sanè etiam nunc commodè hic ipse assidet,quem quęstionis participem faciamus.Meritò autem hoc fecerimus.Hic ipse enim primum quidem natus est ex patre diuite ac sapiente Anthemione:qui diues fuit non ex casu temerario,neq; ex alicuius largitione, quemadmodum nuper Ismenias Thebanus qui Polycratis opes accepit,sed sua sapientia ac diligentia diuitias adeptus est. Deinde etiam in alijs non superbus ciuis uisus est,neque fastuosus & cuiquam grauis, sed moderatus & frugalis uir.Postea hunc bene educauit & instituit, uelut Athenienſium pòpulo uidetur,qui maximos magistratus ipsi defert.Iustum itaq; est cum talibus quærere de uirtute,an sint ipsius doctores,aut non,& qui'nam isti.Tu igitur Anyte unà nobiscũ quære,mecum & cum hoc hospite tuo Menone de hac re,qui'nam sint doctores.Sic autem considera. Si uelimus Menonem hunc bonum medicum euadere, ad quos doctores ipsum

Boni natura non sunt

ipsum mitteremus:nõ'ne ad medicos? AN.Maximè. SOC. Quid uero si sutorẽ bonum fieri uelimus,non'ne ad sutores? AN.Etiam. SOC.Et de alijs eodem modo? AN.Maximè. SOC.Sic itaq; mihi rursus de ijsdem dic.Si hunc ad medicos mitteremus, dicimus, rectè mitteremus si medicũ fieri uelimus:Nunquid quũ hoc dicamus, istud dicimus, q̃ sapienter fecerimus,si ad hos ipsum potius mittamus qui artem sibi uẽdicant, quàm ad eos qui non:& qui mercedem exigunt,hoc ipso declarantes se esse doctores,si quis accedere ac discere uelit? Non'ne ad hæc respicientes rectè miserimus? AN.Etiam. SOC. Non'ne etiam de tibicinũ arte,& alijs eodẽ modo : Magna demẽtia esset,si aliquẽ tibicinem facere uelimus,ad eos quidẽ qui profitentur artis doctrinã,& mercedẽ exigunt, mittere nolimus,alijs uero quibusdã negocia exhibeamus,ut ab illis discat,qui neq; doctores se esse profitentur,neq; est ullus ipsorum discipulus huius disciplinę, quã nos ab ipsis discere uolumus eum quemcũq; tandem miserimus? non'ne magna absurditas est tibi uidetur? AN.Etiam per louem,mihi etiam insania insuper esse uidetur. SOC.Rectè dicis.Nunc itaq; licet tibi mecũ in cõmuni de hospite hoc Menone deliberare. Hic enim ô Anyte dudum ad me dicit se hanc sapientiam & uirtutem cupere, qua homines & priuatas domos, & respublicas rectè gubernant,& parentes suos colunt, & ciues & externos,tum excipere,tum dimittere sciunt,prout dignum est bono uiro.Ad hanc igitur uirtutẽ comparandam, considera ad quos'nam rectè ipsum miserimus:aut manifestum est iuxta superiorẽ sermonem,q̃ ad eos qui profitentur se esse uirtutis doctores,& qui se in cõmuni omnibus Græcis exponunt qui discere uolunt,mercedem huius gratia statuẽtes ac exigentes? AN.Et quos'nam dicis hos ô Socrates. SOC. Nosti sanè etiã tu esse hos,quos homines uocant sophistas. AN.Hercules bona uerba quæso ô Socrates.Neminem ex cognatis,aut familiaribus,aut amicis,aut ciuibus,aut externis tãta insania corripiat,ut ad hos accedat & perdatur. Nam hi manifesta pernicies ac pestis sunt eorum qui cum ipsis conuersantur. SOC.Quomodo dicis ô Anyte? Num hi soli ex his qui beneficio afficere se nosse profitentur,tantum ab alijs differũt,ut nõ solum nõ prosint,uelut alij si quis ipsis quid cõmittat,sed etiam contra corrumpant,& horum gratia palàm pecunias exigant? Ego igitur nõ scio quomodo tibi credam.Noui enim unum uirum Protagoram plures pecunias ex hac sapiẽtia adeptum,quàm Phidiam, qui adeò insigniter pulchra opera fecit,& decem alios statuarios.Quãquã monstri simile dicis, si hi qui calceos ueteres reficiũt,& uestes resarciunt,per triginta dies latere nõ possunt, si peiores reddiderunt quàm acceperũt,tum uestes tum calceos:Imò si talia fecerint,fortassis fame perierint.Protagoras autẽ totam Græciam fefellit,dum cõuersantes cũ ipso corrupit,& supra quadraginta annos deteriores dimisit quàm assumpsit. Arbitror eñ ipsum mortuũ esse septuaginta ferè annos natum,quadraginta uero artem professum. Et per omne hoc tempus in hunc usq; diem existimatio ipsius nõ cessauit.Et nõ solum Protagoræ,sed etiam alijs multis,qui partim ante illũ fuerunt, partim adhuc nunc sunt, ita res successit.Vtrũ igitur iuxta tuã sententiam,sciẽtes ipsos decipere ac perdere adolescentes dicemus,aut fallere etiam seipsos,& sic insanire iudicabimus hos,quos aliqui sapientissimos mortalium esse dicunt? AN.Multum abest ut insaniant ô Socrates, sed multò magis adolescentes qui illis pecuniam dant:& his adhuc magis horum cognati qui id ipsis permittũt:longè omniũ uero maximè respublicæ,qui ipsos recipiũt,& non expellunt,siue externus quispiã,siue ciuis,tale quid facere aggreditur. SOC. Vtrũ uero neq; ego unquam cum ullo ipsorum congressus sum,neq; alium quempiã meorum per miserim. SOC.Nullam igitur de uiris experientiam habes. AN. Et utinam ne experiar. SOCR.Quomodo igitur scire poteris ô beate de hac re,an quid boni aut mali in se habeat,cuius nullam experientiam habes? AN.Facile.hos itaq; noui qui sint,siue experiẽtiam habeo,siue non habeo. SOCR.Vates fortassis es ô Anyte,Nam mirum sit quomodo aliàs nosses de his quæ ipse dicis.At enim non hos quærimus qui sint, ad quos Menon accedens malus fiat.Hi enim si ita uis sint sophistæ.Sed illos dic nobis,& paternũ hunc amicum beneficio affice,relatis his ad quos accedens in tanta ciuitate, uirtutem quam ego nunc recensui,pro dignitate consequatur. AN. Quid uero non ipse refers? SOC.At quos quidem ego doctores esse putabam dixi,sed ut tu dicis, nihil dico.Et fortassis

Parentũ cultus

Sophistæ pestes sunt

Sophistæ ciuitatib. expellẽdi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tassis aliquid dicis, Quare tu ex parte ipsi dicas, quos Athenienſium accidere debet. Profer nomen cuiuscunq; uoles. ANY. Quid uero unius hominis nomen proferre opus est? In quemcunq; enim præstantem ac bonum Athenienſem inciderit, nemo est qui non meliorem ipsum faciet quàm ſophiſtæ, ſi modo parere uoluerit. SOC. Nūquid hi præstantes & boni ſua ſponte tales facti ſunt, ita ut à nemine didicerint, & tamē alios docere possunt ea quæ ipsi non didicerunt? AN. Et hos ego iudico à prioribus, qui præstantes ac boni fuerunt, didicisse. Aut non uident tibi multi præclari & boni uiri in hac ciuitate fuisse? SOC. Mihi sanè ô Anyte & esse uidētur hic præstantes in republica administranda uiri, & fuisse etiam non minus quàm esse: sed num etiam doctores præstantes uirtutis suæ fuerunt? hoc enim est de quo nobis sermo est, non an sint, aut non sint hic boni uiri: neq; an in superiore tēpore fuerint, sed an doceri possit uirtus dudum considerabamus. Hoc autem considerantes, istud considerabamus. Num boni uiri & qui nunc sunt, & qui prius fuerunt, hanc uirtutem qua ipsi præstantes fuerunt, etiam alij tradere nouerunt: aut non tradi possit hoc homini, neq; in alium ab alio trāssumi. Hoc est quod ego & Menon dudum quærimus. Sic igitur ex tuo ipsius sermone rem considera. Themistoclem non bonum uirum fuisse fateris? ANY. Ego sanè maximè omnium. SOCR. Non'ne & doctorem bonum, si quis alius uirtutis suę doctor fuit, etiam illum fuisse? ANY. Arbitror ego siquidem uoluisset. SOCR. At putas quòd non uoluerit tum alios quosdim præstantes ac bonos fieri, tum maximè filium suum? Aut putas ipsum inuidisse illi, & de industria uirtutem non tradidisse, in qua ipse præstans erat? Aut non audiuisti quòd Themistocles filium Cleophantum docuerit, ut eques præstans fuerit. Erectus itaq; in equis stans manebat, & erectus de equis iaculabatur, & alia multa ac admiranda faciebat, in quibus ille ipsum erudierat, & sapientem fecerat, in quantum bonos doctores attigerat. Aut hæc è senioribus non audiuisti? AN. Audiui. SOC. Non ergo naturam filij ipsius accusare quis poterit, uelut quæ mala sit. AN. Fortassis non. SOC. Quid uero hoc, quòd Cleophantis Themistoclis filius uir bonus & sapiens fuerit in his quib. pater ipsius claruit, num ab aliquo iuniore aut seniore audiuisti? AN. Non sanè. SOCR. Num igitur in his putamus ipsum uoluisse filium suum instituere: in qua uero sapientia ipse præstans erat, nihilo uicinis præstantiorem facere uoluisse, si quidem doceri uirtus posset? AN. Fortassis per Iouem non. SOC. Hic itaq; tibi talis uirtutis doctor, quem etiam tu confiteris inter optimos ex prioribus fuisse. Alium autem consideremus Aristiden Lysimachi. Aut hunc non confiteris bonum fuisse? AN. Ego sanè omnino. SOC. Non'ne & hic filium suum Lysimachum, inquantum doctores attigerat, optimè omnium Athenienſium instituit. Virum autem meliorem quouis alio fuisse'ne tibi uidetur? Cum hoc enim & tu conuersatus es, & uides qualis sit. Si uero uis, Periclem magnificè adeô sapientem uirum, nosti ipsum duos filios educasse, Paralum & Xantippum? AN. Ego sanè. SOCR. Hos equidem uelut nosti equites quidem fecit nullo Athenienſium inferiores: & Musicam & certaminum genera, & alia quæ arte cō stant edocuit, ut nullo essent deteriores. Bonos autem uiros facere non uoluit? arbitror equidem uoluisse, sed doceri res non poterat. Quo uero non paucos & utilissimos Athenienſium putes hoc facere non potuisse, cogita quòd etiam Thucydides duos filios educauit, Melesiam & Stephanum: & hos tum in alijs rectè instituit, tum optimos luctatores essecit, ut qui alterum Xanthiæ, alterum Eudoro instituendum tradiderit. Hi uero eo tēpore lucta omnibus præstare uidebantur. Aut non meministi? AN. Ego audiuisse me memini. SOC. Non'ne his ea quidem in quæ sumptum facere oportebat, filios suos edocuit: in quæ uero nullo sumptu opus erat, ut bonos uiros faceret, ea scilicet nō docuisset, si doceri potuissent? At enim fortassis Thucydides utilis quispiam erat? At non'ne habebat plurimos amicos tum Athenienſes, tum auxiliarios. Imò & ex familia magna erat, & multa erat ipsius in hac republica, & apud alios Græcos potentia. Quare si quidem doceri potuisset, inuenisset utique qui filios ipsius bonos effecisset, aut ex indigenis, aut de extremis aliquem, si ipsi non fuisset otiū, ob reipublicæ administrandæ curam. At enim uereor ô chare Anyte ne uirtus doceri non possit. AN. O Socrates uideris mihi facile de hominibus male dicere. Ego igitur consuluerim tibi, si mihi parere uelis, ut caueas. Nam & in alia fortassis ciuitate facile est, hominibus bene aut male facere

facere, in hac uero admodum. Arbitror autem & teipsum hoc nosse. SOCR. O Menon Anytus uidetur mihi succensere, & mihil miror. Primum enim putat me hos uiros accusare. Deinde putat etiam seipsum unum ex his esse. At hic si aliquando cognoscet quid sit hominibus male dicere, succensere desinet. Nunc autem ignorat. Tu uero dic mihi, num etiam apud uos sunt præstantes & boni uiri? ME. Maximè. SOC. Quid igitur, uolunt'ne hi exhibere seipsos iuuenibus doctores, & confiteri se esse doctores, aut uirtutem doceri posse? ME. Non per Iouem ô Socrates: sed nunc audieris ex ipsis quòd doceri possit, nunc rursus quòd non possit. SOCR. Dicemus igitur hos esse huius rei doctores, qui neque hoc ipsum cōfitentur? ME. Non mihi uidetur ô Socrates. SOC. Quid uero sophiſtæ hi qui soli profitentur, uidentur'ne tibi uirtutis doctores esse? ME. Et Gorgiam ob hoc maximè laudo ô Socrates, quòd nunquam audieris ipsum hoc promittentem, sed & alios deridet quum promittere hoc ipsos audit. Sed profiteri oportere putat, eloquentes facere posse. SOCR. Ergo neque sophiſtæ uidentur tibi doctores esse? ME. Non habeo quod dicam ô Socrates. Nam & mihi idem quod multis accidit, nunc quidem uidentur, nunc uero non. SOCR. Nosti uero non solum tibi & alijs ciuilibus uiris ita uideri, modo quidem doceri posse, modo uero non: sed etiam Theognidem poetam eadem hæc dicere nosti. ME. In quibus uersibus. SOCRAT. In elegijs ubi dicit.

Sophiſtæ non sunt uirtutis doctores

Theognidi uer sus contrarij

Tu bibe, tuq; ede cum his, quorum sit magna potestas,
Asside & his semper, deinde placere studе.
Namq; boni bona dant, sed consuetudo malorum
Perdet si qua prius uel bona mens fuerit.

Nosti quòd in his, uelut doceri uirtus possit, dicit? ME. Apparet. SOCR. In alijs autem paululum progressus, Mentibus induci posset si uirtus, inquit, & dicit quodam modo quòd multam & magnam mercedem ferrent, qui hoc facere possent, & nunquā ex bono patre malus esset filius,

Consilijs parens rectis. Verum ipse docendo
Efficies nunquam ut sit malus inde bonus.

Intelligis ipsum sibijpsi de ijsdem contraria dicere. ME. Apparet. SOC. Potes'ne igitur dicere aliam quācunq; rem, cuius hi quidem qui se doctores esse asserunt, non solum non aliorum doctores se esse confitentur, sed neque ipsi scire: Verum uiles & praui esse circa hanc ipsam rem cuius doctores se esse asserunt: Qui uero confitentur se præstantes & bonos esse, nunc quidem doceri ipsam posse asserunt, nunc autem negant? Eos igitur qui ita circa quācunq; rem turbati sunt, dixeris'ne tu propriè doctores esse? ME. Per Iouem non ego. SOC. Non'ne si neq; sophiſta, neque qui præstantes & boni sunt, rei doctores sunt, manifestum est quòd non alij. ME. Non mihi uidetur. SOCR. Si uero non doctores, neq; discipuli? ME. Videtur mihi ita res se habere uelut dicis. SOC. Confessi autem sumus, rem cuius neq; doctores neq; discipuli sint, eam doceri non posse? ME. Confessi sumus. SOCR. Non'ne uirtutis doctores nusquam apparent? ME. Est ita. SOC. Si uero non doctores, neq; discipuli? ME. Apparet ita. SOCR. Virtus ergo doceri non potest. ME. Non apparet, si nos rectè considerauimus. Quare etiam admiror ô Socrates, an neq; sint boni uiri, aut quis sit modus, per quem fiunt boni uiri. SOCR. Videmur ô Menon ego & tu uiles quidam uiri esse. Et te Gorgias, & me Prodicus, non satis erudijsse uidetur. Proinde præ omnibus animum nobis ipsis aduertamus, & quæramus aliquem qui nos uno modo meliores efficiat. Hęc autem dico ad propositā quę stionem respiciens, Nam ridiculè nos latuit, quòd non solum scientia præeunte, rectè & bene hominibus res peraguntur: aut si non hoc concesserimus, quòd nō solum scientia præeunte, sed etiam alia quadā re: fortassis effugerit nos cognitio, qua sciamus quonam modo homines boni fiunt. ME. Quomodo hoc dicis ô Socrates? SOC. Hoc modo. Quòd quidem bonos uiros utiles esse oportet, rectè confessi sumus hoc non aliter se habere. Nunquid? ME. Etiam. SOCR. Et quòd utiles erunt, si rectè nobis in rebus gerendis præfuerint, etiam hoc rectè confitemur. ME. Etiam. SOC. Quòd autem non recte præesse possit, si non quis sapiens sit: hoc non rectè confessi esse uidemur. ME. Quo modo non rectè dicis? SOCR. Ego tibi dicam. Si quis gnarus uiæ ad Lariſſam, aut quò

Virtus doceri non potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

uoles aliò, is si adiuerit, aut alijs præiuerit, aliud'ne quid quàm rectè & bene præiuerit? ME. Maximè. SOCR. Quid uero si quis rectè quidem opinatur quæ sit uia, profectus autem nunquam, neque sciens, adiuerit aut alijs præiuerit, non'ne & hic rectè præiuerit? ME. Maximè. SOCR. Et donec rectam opinionem habet de his, quorum alter scientiam habet, nihilo deterior dux erit, putans quidem uera, non autem sciens, quàm is qui hoc nouit? ME. Nihilò sanè. SOCR. Opinio ergo recta ad actionis rectitudinem, nihilo deterior dux est quàm sapientia ac scientia. Et hoc est quod supra reliquimus in consideratione de uirtute, quale quid esset: quum diceremus quod sapientia solum

Opinio uera est sapientiæ uicaria

in rectè faciendo præiret. At hoc erat etiam opinio uera. ME. Apparet. SOCR. Nihilò ergo minus utilis est recta opinio quàm scientia? ME. In tantum sanè ô Socrates, quòd qui scientiam habet, semper assequitur: qui uero rectam opinionem, quandoque assequitur, quandoq; non. SOC. Quomodo dicis? Qui semper habet opinionem rectam, non'ne semper assequitur donec recta opinatur? MEN. Necessarium esse mihi uidetur. Quare admiror ô Socrates, quum hoc ita se habeat, quid tandem scientia multò præstantior recta opinione habeatur: & cur diuersa sint. SOCR. Nosti igitur cur admireris: aut ego tibi dicam? ME. Maximè, dic. SOCR. Quia Dædali statuis animum non aduertisti. Fortassis autem non sunt apud uos. ME. Ad quid uero hoc dicis? SOCR. Quòd etiam hæ si quidem ligatæ non fuerint, aufugiũt & fugitiuæ fiunt: si uero ligatæ, manent. ME. Quid tum postea? SOC. Ex illius operibus solutum quidem comparare, non magni precij res est, quemadmodum neq; fugitiuum hominem: non enim permanet: Liga

Dædali statuæ fugitiuæ

tum uero multi precij est. Sunt enim opera admodum præclara. Ad quid igitur hæc dico? ad ueras scilicet opiniones. Nam & ueræ opiniones quandiu quidem permãserint, præclara res sunt, & omnia bona operantur. Verum multo tempore permanere nõ uolunt, sed ex hominis anima fugiunt. Quare non multi precij sunt, donec quis ipsas ratiocinatione ligarit. Hæc autem est ô amice Menon recordatio, uelut in superioribus à nobis consensum est. Postquam uero ligatæ fuerint, primum quidem scientiæ fiunt. Deinde stabiles. Et propterea præstantior est scientia recta opinione, & uinculo differt scientia à recta opinione. ME. Per louem ô Socrates tali quodam differre uidetur. SOC. Sed & ego non ut qui sciam dico, sed coniecto. Quòd uero aliud quid sit recta opinio à scientia, hoc non admodum coniectare mihi uideor: Sed si quid aliud scire me dixerim, pauca uero dixerim, unum sanè etiam hoc posuerim inter ea quæ scio.

Opinio recta ut differat à scientia

ME. Et rectè ô Socrates dicis. SOCR. Quid uero hoc non rectè, quòd uera opinio si præeat, untiuscuiusque actionis opus nihilo deterius efficit quàm scientia? MEN. Et hoc uerè dicere mihi uideris. SOCR. Nihilo ergo recta opinio deterior est quàm scientia, neque minus utilis ad actiones: Neque uir qui habet rectam opinionem, quàm is qui scientiam habet. ME. Est ita. SOC. Sed & bonum uirum utilem esse, à nobis consensum est. ME. Etiam. SOC. Postea igitur non solum per scientiam, boni & ciuitatibus utiles uiri fuerint, si quidem fuerint, sed etiam per rectam opinionem: Horum autem neutra ex natura hominibus adest, neque scientia, neque opinio uera: aut uidetur tibi alterutra ipsarum ex natura adesse? ME. Non sanè mihi. SOC. Non'ne si non ex natura, neq; boni uiri ex natura fuerint? ME. Non certè. SOCR. Quandoquidem uero non natura, considerabamus postea an doceri uirtus posset? ME. Etiam. SOC. Non'ne doceri posse uisa est, si sapientia esset ipsa uirtus? ME. Etiam. SOCR. Et si doceri posset, sapientia esse uisa est? ME. Maximè. SOCR. Et si quidem doctores essent, doceri posse uisa est: si non essent, neque doceri? ME. Ita. SOCR. Atqui confessi sumus non esse ipsius doctores. ME. Est ita. SOCR. Confessi ergo sumus neque doceri ipsam posse, neque sapientiam esse. ME. Maximè. SOCR. At uero bonum ipsam esse confitebamur? ME. Etiam. SOCR. Vtile autem & bonum esse id quod rectè præit? MEN. Maximè. SOCR. Rectè autem præire duo hæc solum, opinionem ueram & scientiam, quæ si habet homo, rectè præit. Nam quæ à fortuna contingunt, non humano ductu fiunt. Per quæ uero dux est homo ad id quod rectum est, duo hæc sunt, opinio uera & scientia. MEN. Mihi ita uidetur. SOCR. Non'ne quandoquidem doceri non potest, neque per scientiam fanè uirtus contingit? ME. Non apparet. SOCR. Quum ergo duo sint bona & utilia, alterum quidem reprobatum est, & non fuerit scientia dux in ciuili actione. MEN. Non mihi

Scientia & opinio rectæ, non insunt natura

Duo solũ præeunt in rebus humanis

mihi uidetur. SOCR. Non ergo sapientia quadam, neque ut qui sapientes sint, talesuiri rebus publicis præsunt, Themistocles scilicet, & hi quos paulò antea Anytus hic censebat. Quapropter etiam tales facere non possunt, quales ipsi sunt, ut qui non per scientiam tales sint. ME. Videtur res ita se habere ô Socrates uelut dicis. SOC. Non'ne si non scientia, opinio recta restat, qua uiri ciuiles utentes, ciuitates & respublicas regunt, nihilo magis sapientia præstantes, quàm uates & qui responsa dant. Nam & hi dicunt quidem uera & multa, nihil autem sciunt ex his quæ dicunt. MEN. Videtur ita res se habere. SOCR. Non'ne dignum est ô Menon, ut hos uiros diuinos uocemus, qui quum mente præditi non sint, multa tamen & magna tum faciendo, tum dicendo, rectè perpetrant. MEN. Maximè. SOCR. Rectè igitur uocauerimus diuinos, & eos quos nunc dicebamus uates, & qui responsa dant, & omnes poeticos homines: & non minus his, etiam ciuiles uiros diuinos esse, & numine duci dixerimus, ut qui afflati sint, & ex deo correpti, quum multas & magnas res dicendo rectè peragant, & nihil tamen ex his quæ dicunt intelligant. ME. Maximè. SOC. Et sanè mulieres bonos uiros, diuinos uocant. Et Lacones quum aliquem bonum uirum laudibus uehunt, diuinus uir hic est aiunt. MEN. Et uidentur sanè ô Socrates rectè dicere: Etiamsi fortassis hic Anytus hoc dictum à te ægrè ferat. SOC. Nihil mihi curæ est: & cum hoc quidem ô Menon etiam rursus disputabimus. Si uero nunc nos in tota hac disputatione rectè quæsiuimus ac diximus, uirtus sanè neq; natura contigerit, neq; doceri poterit, sed diuina sorte accedit, absq; intelligentia, his quibus accesserit: si non sit quis ex ciuilibus uiris eiusmodi, ut etiam alium ciuilem facere possit. Si uero fuerit, hic ferè talis inter uiuos dici poterit, qualem dixit Homerus Tiresiam inter mortuos esse, ubi de ipso ait, quòd inter eos qui apud inferos sunt,

Ille sapit solus, reliqui uolitant uelut umbræ.

Eodem modo etiam hic talis, uelut iuxta umbras, res uera fuerit ad uirtutem. MEN. Optimè dicere mihi uideris ô Socrates. SOCR. Ex hac itaque ratiocinatione ô Menon, diuina sorte nobis accedere uidetur uirtus quibus accedit. Verum rem certam de ipsa tunc cognoscemus, quum antea quàm quo modo hominibus uirtus accedit, quæremus prius aggrediemur, quid tandem ipsa per seipsam sit uirtus. Nunc uero tempus est mihi, ut aliquò abeam. Tu uero hæc quæ tibi persuasa sunt, etiam hospiti tuo huic Anyto persuadeas, ut mansuetior fiat. Nam si huic persuaseris, aliquando etiam Athenensibus prodesse poteris.

Scientia nõ est dux in ciuili actione.

Opinio recta regit ciuitates

Diuinos esse uiros ciuiles

Diuini appellatio quorum sit

Virtus diuina sorte accedit

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI, IN SEXTVM PLATONIS QVATERNIONEM,

ECLOGA SEXTA.

SEXTVS Platonis quaternio primum dialogum Euthydemum habet, Litigiosum itidem inscriptum: In quo sub confutationis specie, Sophistæ uelut uanũ & nugax hominum genus exploduntur, ut qui altercando & quiduis in medium producẽdo, nihil uereri soleant, sed bonis illudere, & ipsorum ingenia à rectis studijs auertere ac peruertere. Secundus dialogus Protagoras aut Sophistæ inscriptus, itidem Sophistas exagitat, Et sub ostentationis specie totus dialogus cõpositus Sophistas depingit ac perstringit. Tertius Gorgias inscriptus de Rhetorica tractat, Et sub confutationis specie omnem disputationẽ peragit, & boni rhetoris siue oratoris artem, studium & officium exponit. Quartus Menon inscribitur, & sub tentationis specie de uirtute disputat quid sit, & quàm uaria ac multiplex sit, & quo modo accedat & acquiratur. At uero locos, quos obseruatione dignos duximus in his quatuor dialogis, in hac sexta Ecloga comprehensos proposuimus, In Euthydemo ubi conuerti. Ctesippo tenebras ut spectare nõ possent offundebat: in Græcis legendũ est, ἐπισκότει τῷ κτησίππῳ τὴν θέαν. Vulgati codices falsò habent ἐπισκότει. Est enim ἐπισκοτεῖν tenebras offundere. Et infrà. Quid uero inquit ille, num tu discis quæcunq; quis recitat? Ita. Non sciens, literas discis? Non, sed sciens disco: in Græcis legendum. τί οὖν ἦλθ' ὃς, σὺ μανθάνεις ἅττ' ἂν ἀκούσῃ τινὸς ἀναγιγνώσκοντος, γράμματα μανθάνεις; οὐκ, ἀλλ' εἰδώς τί οὖν ἦλθ' ὃς, σὺ μανθάνεις ἅττ' ἂν ἀκούσῃ τινὸς ἀναγιγνώσκοντος; οὐκ, ἀλλ' εἰδώς μανθάνω. Vulgata lectio corrupta sic habet, τί οὖν ἦλθ' ὃς, σὺ μανθάνεις ἅττ' ἂν ἀκούσῃ τινὸς ἀναγιγνώσκοντος; οὐκ, ἀλλ' εἰδώς μανθάνω. Et inferius. Quòd falsò cõtra me & alios eiusmodi

ἐπισκοτεῖν

ἦλθ' ὃς suppositum pro εἶπεν

modi rem confingis:in Græcis legendum.ὅτι μάτλιω μου καὶ τὴν ἄλλων κατεψεύδῃ τοῦτο πρᾶγμα. Vulgo habetur μαθὼν pro μάτλιω;sed falsò ut apparet.Nam μάτλιω αὐτὶ ψευδίως dicitur. Et infrà.Et Dionysodorus excepto sermone,adeò ne inquit absurdus es ô Socrates:in Græcis habetur. ἐπ' ἐφη ὁ Διονυσόδωρος ὑπολαβὼν οὕτως εἶ πρόν: Verum quomodo πρόν id est Saturnus hic locum habeat non uideo,& falsò eam uocem hic legi puto, etiamsi Marsilius quoq; eam legerit, & cõuerterit, Vsq; adeò ô Socrates. Cronus ille es.Neq; satis scio an Saturnus,utpote senex admodum deus,uelut obliuiosus productus sit prouerbiali quodam schemate.Quum autẽ manuscriptus codex hic πρὸς habeat pro πρόν,multum ambigo an hæc uox hic rectè legatur, ut accipiamus uacuum adeò Socratem,ut necesse habeat ea quæ suprà dicta sunt in memoriam reuocare,quum non habeat quod agat cum his quæ in præsentia dicũtur.Quare ego κωνὸς uocis lectionem rectam esse iudico,ut sit κωνὸς idem quod ἄτοπος,& accipiamus absurdum esse Socratem,qui præterita ad memoriam reuocet,& ad præsentia non respondeat,nec quod cum ipsis agat habeat.Et suprà ridiculum esse dictum est,eadem bis dicere. Et mox.Garris inquit, & quando respondere oportet,& quando non, negligis:in Græcis legendum est. λαλεῖς ἔφη ἀμελῶν σας ὅτι δεῖ ἀποκρίνεσθαι,καὶ ὅτι μή.In uulgatis deficiunt uoces ὅτι δεῖ. legitur enim λαλεῖς ἔφη ἀμελῶν σας ἀποκρίνεσθαι καὶ ὅτι μή. Et infrà.Nihilominus inquit non sciens es, qui paulò antea scientem te esse dixisti:in Græcis legendum. ὅτ᾽ ἦν οὖν ἐφη οὐκ ἐπιστήμων εἶ,ἄρτι δ᾽ ἐπιστήμων ἔφησθ᾽ εἶναι. Et paulò post.Non inquam,hoc solũ excepto,cp uerisimile est uos sapientes esse:Græcè legendũ.πλὴν γ᾽ ἴσως ἐγὼ οὐκ ὑμᾶς ἔγε σοφοὺς εἶναι.In uulgatis ἴσως ante uocẽ ἐγὼ deest. Et paulò post.Tu enim omnino melius cp ego disputãdi modum nosti, ut qui artẽ habes,quũ ego sim homo idiota & rudis:Græcè legẽdũ.σὺ γὰρ πάντως πολὺ κάλλιον ἐπίστασαι διαλέγεσθαι ἢ ἐγὼ, τέχνην ἔχων, ἐμοῦ ὄντος ἰδιώτου ἀνθρώπου. Vulgo habet ultima clausula sic. τέχνην ἔχων ἰδιώτου ἀνθρώπου. Et infrà. Multò equidẽ iustius inquit,uestrum patrem uerberarem,quòd frustrà adeò sapientes filios produxit:in Græcis ultima clausula sic legenda est. ὃν μάτλιω σοφοὺς ὄντας οὕτως ἔφυσε. Sed uulgo habetur μαθὼν pro μάτλιω, quemadmodum etiam in superioribus falsò haberi ostendi.Esse autem μάτλιω uocis lectionem rectam,ex sequentibus declaratur,dum dicit.At nunquid ô Euthydeme inquit Ctesippus,multa bona ex hac uestra sapientia consequutus est & uester,& catulorum pater? Quod si nõ fieret, μαθὼν utiq; legerem,& pro gnarus acciperem. Et infrà.Nónne etiam ea quæ dicũt taces,si quidem inter omnia sunt etiam ea quæ dicunt:in Græcis legendum.ἀνάμνησόν τε λέγοντα σιγᾷς. ἄτοπον γὰρ ἀπαίτων ἐγὼ καὶ τὰ λεγόμενα. Vulgo habetur falsò τὰ λεγόμενα pro τὰ λέγοντα.Et paulò post.Nam aliquis inde mihi quemadmodum opifices: Græcè legendum. ἐπεὶ τὰ ἄλλα μοι δοκεῖ τι οὐκοῦν ὅπως μουργοί:Vulgata lectio confusa est. ἐπαυτα ἀλλά μοι δοκεῖ τι &c. Et mox. Cognoscerés ne ipsam ô Socrates inquit,si tibi propria fieret:Si tu uelis inquam.Quid uerò inquit,quæ tua sunt putate cognoscere:Ego nimirum,nisi tu aliud quid dicas:in Græcis uerba trãspositа,ita rectè in suũ locum reponenda sunt. ἐπαγγοῦμαι αὖ αὐτὼ ὦ σώκρατες ἐφη οἰκείαν γοῦν εἰ σὺ γε βάλοι ἐφίλει. τοῦ δ᾽ ὃς τὰ σαυτοῦ οἶει γιγνώσκειν; ἐγὼ δοκοίην,εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. Et ad finem ferè.Sed de re ipsa,intelligentia ipsum prædictum esse dicunt:Græcè legendum. ἀλλ᾽ ἐπαίειν αὐτὴν φασι πρὸ τοῦ πράγματος. Vulgo ἐπαίειν falsò habetur pro ἐπαίειν. At uero in Protagora ubi reddidi. Dicis enim, Hippocrates hic cum Protagora consuetudinem habens &c. in Græcis legitur. ἐπιπορεύεται δὴ πρωταγόρᾳ συγγενόμενος &c. Videtur autem à principio quid deesse,uelut est,φῦσι γάρ,uel tale quiddam. Et infrà in fabula Promethei.Alia debiliora celeritate ornabat,alia armabat:in Græcis legendum. τὰ μὲν γὰρ νέησρα τάχει ἐκόσμει, τὰ δὲ ὅπλοις. falsò autem legitur in uulgatis τοῦ δ᾽ ἀδυνατώτερος τάχει ἐκόσμει, τὰ δὲ ὅπλοις. Et mox αὐάμους legendum pro αὐέμους. Et infrà.Si quem etiam uideant iniustum esse, si is contra seipsum uera dicat coram multis,quòd frustrà in ipso temperantiam esse putarint: in Græcis legendum. ἐὰν τινα καὶ εἰδῶσιν ὅτι ἄδικος ἐστιν,ἐὰν οὗτος αὐτὸς τἀληθῆ λέγῃ σὠφρονεῖν ᾠήθησαν,ὃ οὐκ ἔστιν οὐ σωφροσύνην ᾠήθησαν εἶναι.Vulgo falsò ὃ ἐνᾷ,pro ὃτι εἰκῇ οἱ habetur. Et paulò post.Vtrum est unum quiddam,aut non est,cuius omnes ciues participes esse necesse est,si quidem ciuitas esse debet:Græce legendum. πότερον ἐστι τι ἓν ἢ οὐκ ἔστιν,οὗ ἀναγκαῖον πάντας τοὺς πολίτας μετέχειν,ἐπερ μέλλει πόλις εἶναι.Vulgo habetur,ἐπερ μέλει πολίτης εἶναι.Sed illa lectio recta & in superioribus habita est.& in sequẽtibus habetur. Et paulò post.Et siquidem ultrò obsequitur,bene est:sin minus, uelut lignum distortum &c.in Græcis anantapodoton est. Sic enim legitur. καὶ ἐὰν μὲν ἑκὼν βούληται·εἰ δὲ μή, ὥσπερ ξύλον &c. Et mox.pro ὡς ἄνῳα,legendum εὖ τω καὶ:& pro σὺ θυδὲ legendum σὺ θύων id est correctio. Et paulò post,pro uoce παρῴων legendum est παρῶν:& pro κιναληδῶ legendum est κιναληδῶ id est delinitus,à uerbo κιναλέω. Et infrà.Me uero & te,hoc dico,putans ita sermonem optime dici,si istud,si ita uis,ab ipso auferatur:Græcè legendum.τὸ μὲν ἐμὲ τε καὶ σὲ λέγω, οἰόμενος ὅτιως τὸν λόγον βέλτιστ᾽ αὖ λέγεσθαι,ἔστις οὗ τὸ βέλος, ἀφέλοι αὐτό.In uulgatis primo ἐλέγχει δὲ καὶ falsò habetur pro λέγεσθαι,ex præcedente linea repetitũ.Deinde τὸ εἰ mancè,pro τὸ εἰ βούλει.Nam hoc ita integrè præcessit. Et mox.Insipientiam quid appellas,num hanc rem cuius in totũ contrariũ est sapiẽtia?in Græcis legendũ.ἀφροσύνην τινὰ καλεῖς ἔφην,ὅσον τὸ πρᾶγμα τοῦτο ἐναντίον ἐστὶ τῇ σοφίᾳ:In uulgatis τοῦτο ὡς πρᾶγμα habeẽ. Et infrà.Et ad respõdendũ perturbatus:Græcè legendũ,

ῥᾳχθαι πρὸς τὸ ἀποκρίνεσθαι.Vulgo falsò habetur παραπεπτῶχθαι.Sicut paulò ante deest uox εἰ, ubi habetur καί σε τὸν ἀπορεῖν ὁρῶντ. Et mox.Quædam uero utilia,alia quidem hominibus,alia uero equis,alia bobus tantum:in Græcis lectio corrupta sic emendanda est. τὰ μὲν γε ὠφέλιμα,τὰ μὲν αὖ θρέπτα,τὰ δὲ ἵππους,τὰ δὲ βοῦς μόνον. Et paulò post. At te oportebat nobis concedere,qui in utraq; præstans existis:in Græcis legendum ἀλλά σὲ ἐχρῆν ὑμῖν συγχωρεῖν τὸν ἀμφότερον δυνάμενον. Et mox.At uides inquit Callias ô Socrates:in Græcis deficiunt uoces ὁ καλλίας. Ita enim legendum est.ἀλλ᾽ ὁρᾷς ἔφη ὁ καλλίας ὦ σώκρατες. Et infrà.Nouí enim,& consuetudo quædam adeò mihi cum hoc carmine est:Græcè legendum.ἐπίσταμαί τε γάρ, καὶ πάνυ μοι συγχαίρει μελέτη τις τῷ ἄσματι. Vulgo partim μεμιλημὶς,partim μεμελημὸς,utrunq; falsò habetur. Et paulò ante, ἔστι τὸ ὁρώτημα legendum est,non ἔστε τῷ ὁρώτημα. Et mox. διαλεγόμενα legendum,non διαλεγόμενα. Et infrà.Postea iniiceret particulam quidem.Hæc enim nulla ratiõe iniecta esse apparet,nisi quis accipiat aduersus Pittaci dictum uelut contendendo Simoniden dicere: & quum Pittacus dicat, difficile est bonum esse,disceptantem dicere quòd nõ ita sit, sed fieri quidem difficile est uirum bonum ô Pittace:& uere difficile,non uere bonum.Non enim ob id uere dicit:in Græcis legendum est. ἔπειτα οὐθέλει τὸ μὲν ὅσιον γαῖ᾽ εἶναι πρὸς σῶν λόγων φαίνεται ἐμβιβλῆσθαι,ἐκὼν μή τις ὑπολάβῃ πρὸς τὸ δὲ πιττακοῦ ῥῆμα ὥσπερ ὑρίζοντα λέγειν τὸν σιμωνίδην,καὶ λέγοντ᾽ εἶναι τὸ πιττακοῦ,ὅτι χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι,ἀμφοῖν τοῦτο γὰρ ἐπὶ τούτῳ λέγει τὸ ἀληθῶς.Hæc est recta lectio,quam etiam Latinè expressimus.Vulgatam conferant docti cum hac,& expendant. Et mox ubi habetur, εἰκότα τὼ ἀνθρώποι: legendum est, τὸν μὲν εἰκότα τὼ ἀνθρώποι. Et infrà.Bonus enim medicus bene curat,malus contrà male: in Græcis legendum. ὁ μὲν γὰρ ἀγαθὸς ἰατρὸς καλῶς, κακὸς δὲ κακῶς.In uulgatis deficit prior periodus. Et mox pro uoce πορίπτωματ᾽, legendum est περιπτώματ᾽. Est enim περίπτωμα, casus aduersus & calamitas. Et paulò post.Sciens sanè profuerit ciuitati iniustæ sanus uir:in Græcis legendũ: εἰδὼς γε ὑγιάσας πόλιν ἄδικον ὑγιὲς ἀνήρ. Vulgo δίκαιον legitur pro ἄδικον: nisi ἄδικαν pro ἄδικον fœminino genere Simonides,cuius uersus est,dixit. Et infrà. Sed solum ut gaudeamus faciantita? men mala fuerint,eo quòd solum ut gaudeamus faciunt etiam quomodocunq;:in Græcis habetur,χάιρων ἧ μόνον ποιῇ μᾶλλον δ᾽ αὖ κακὰ ἦ,ὅτι μάθοντα χάιρων ποιεῖ,καὶ ὄνασιν. Ego itaque pro uoce μαθὸν ta legendum puto μόνον, ut uox μόνον præmissa repetatur. Suspicarer μάτλιω pro μαθὸντα legendum esse, uelut etiam suprà in Euthydemo μαθὼν pro μάτλιω bis suppositum haberi ostendi: Sed uoces mox subiectæ, καὶ δοκοῦν οὐδ᾽, id est etiam quomodocunque,hanc suspicionem eleuant.

Et paulò post.Nunquid uoluptatem persequimini uelut quæ bona sit,mœrorem autem uelut malum fugitis:Faterenturin Græcis deest φαῖεν αὖ,id est faterentur. Et ad finem ferè.Atq; hac ratione eadem aggrediuntur & timidi,& fortes:in Græcis legendum. καὶ ταύτα γε ἐπὶ τὼ αὐτὼ ὄρχονται οἱ δειλοί τε καὶ οἱ ἀνδρεῖοι.In uulgatis codicibus habetur αὖ ἀνδρεῖοι,pro οἱ ἀνδρεῖοι. In Gorgia ubi conuerti.Nihil graue fuerit ipsum interrogare ô Socrates:in Græcis habetur, ὁ δεῖν οἶον τὸν αὐτὸν ὁρωτᾶν.Sed ego nihil dubito pro οἶον, legendum esse δεινὸν:etiamsi infrà in medio ferè hoc dialogo rursus habeatur, ὁ δεινὸν δοίη οἶον τὸ αὐτὸν ὁρωτᾶν. Nam & isthic δεινὸν, pro οἶον legendũ esse puto. Et paulò post.Nam & hoc unum ex his est quæ profiteor:Græcè legendum. καὶ γὰρ αὖ καὶ ὧν οὖ ἔστιν ὃν φημί. Vulgo οὗτος ἐστὶν habetur. Et mox.Nunquid & de qua nũc dicimus medicina, & sapiendo & dicendo præstantes facit de ægris?Græci codices partim habent:ἐρῇ δὲ καὶ ἣν νυνὶ δὴ λέγομεν ἰατρικὴ &c.Sed recta lectio manuscripti codicis hæc est.ἐρῇ δὲ καὶ ἣν νυνὶ δὴ λέγομεν ἰατρικὴ &c. Et paulò post.Et si amplius interrogaret circa quid,responderem quemadmodum hi qui sibi à populo cauẽt,quod alia quidem uelut Arithmetica,etiam computatoria habet:in Græcis ita habetur. καὶ εἰ ἐπανερώτα πρὸς τί.εἰ ποιεῖ· αὖ ὥσπερ οἱ οὐ τῷ λόγῳ συγγραφόμενοι,ὅτε τε τὰ ἐπὶ ἀγορᾶς καὶ ἀπὸ γραμμῆς ἔχει.Ita uerba hæc, ὥσπερ οἱ οὐ τῷ λόγῳ συγγραφόμενοι,reddidi,quemadmodum hi qui sibi à populo cauent.Est enim συγγράφεσθαι sibi cauere ab aliquo in quacunque re transigenda. Et συγγραφόμενοι sunt qui hoc faciunt.Solent autem hi qui apud populum agunt siue dicunt, sibi cauere, uelint,ne quis postea aliter interpretetur. Et hoc uidetur Socrates hic uelle & facere in hac responsione:si recta est hęc huius loci lectio,uelut sanè in omnibus quos uidi codicibus habetur. Et infrà. Eo quòd quis pugil & pancratiastes esse,& in armis decertare didicit:in Græcis legendum est ὅτι ἐραβεῖ τις πυκτεύειν τε καὶ παγκρατιάζειν, καὶ εὖ ὅπλοις μάχεσθαι. In uulgatis deest τις, & ἔχειν pro ἔσεσθαι habetur. Et mox. Neque ars culpanda, neque mala est hac de causa:in Græcis legitur, οὐδ᾽ ἡ τέχνη οὔτε αἰτία, οὔτε πονηρά, τούτου οὐδαμῶς ἐστι. Sed pro οὔτε αἰτία, manuscriptus codex ἀπαιτία habet.Neque satis certum est an hæc,aut illa lectio rectior sit.Vtrunq; certè eandem sententiam exhibet. Et paulò post.Sinamus iam ualere,& conuentũ dissoluamus:in Græcis legitur, καὶ διαλύωμεν τὸν λόγον,id est dissoluamus sermonem siue disputationẽ.Sed legendũ est συλλογον,id est conuentũ. Et infrà.Aut putas quòd Gorgias nõ erubuerit,tecũ non consentire: in Græcis legendũ est. ἢ οἴει ἔτι γοργίαν οὐκ αἰσχύνθη σοι μὴ πρόσω μολογῆσαι.In uulgatis deest particulã οὐκ.

Et infrà

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἀύοια pro ἀιὰ νοια suppositũ

Et infrà.Eo uero quod semper iucundissimum est mẽtem uenatur ac decipit:in Græcis legendum.ὧσ δ' ἀεὶ ἡδίστου ὀρεγόμενα τὴν διανόησιν νῦν ἀύοιαν ἄγει ἀπατᾷ. Vulgo ἀύοιαν habetur pro διανόησιν. Quæ uox etiamsi legi possit,tamen amentiam uenari ac decipere non est operosum. Et mox.Eo quòd nullam habet rationem eorum quæ offert:in Græcis legendum.ὅτι οὐκ ἔχει λόγον εὐλογίας ὧν προσφέρει,ἃ προσφέρει.Quod igitur expositionis est.Vulgata lectio sic habet.ὅτι εἰκῆ ἔχει λόγον οὐ λείπει ᾧ προσφέρει,ἃ προσφέρει.Quod igitur expositionis uice in margine adscriptum fuit,ἃ προσφέρει, etiam in contextum irrepsit. Et infrà.Per louem tu non hoc dicis:in Græcis deficit uox διὰ. Legendum est enim μὰ τὸν διὰ οὐ σύγε. Et infrà. O beate me dicente sermones reprehendes:in Græcis legendum. ἐμοῦ μὴ λέγοντος τὸν λόγον ἐπαινεῖν. Vulgo habetur ὦσ λόγῳ. Et infrà. Tandem in crucem agatur, aut in mare demergatur: in Græcis habetur. τὸ ἔσχατον ἀνασκολοπισθῆναι ἢ κατακεντηθῆναι. Sed haud dubiè corrupta est lectio uocis κατακεντηθῆναι,& pro ea legendum λιτακεντωθλιῦναι.Est enim λιτακεντωθλιῦναι idem quod λιτακεντηθλιῦναι. At λιτακεντηθλιῦναι pro cum pice comburi,nec dicitur, nec probabilem compositionis formam habet. Et infrà.Nihil tamen absurdi fuerit ipsum interrogare:in Græcis legitur. ὀκνῶ μὲν οὖν τὸν ἔλεον αὐτὸν ὁρῶντα. Sed mihi λεανὸν legendum esse uidetur pro ἔλεον, uelut etiam suprà in principio huius dialogi legendum esse dixi. Et paulò post.Et ut mihi uidetur,tunc recte te deridebat:Græcè legendum.καὶ σὺ κατιγέλα ὡς γε μοι δοκεῖν ὀρθῶς τότε. Vulgo habetur καταγιλᾶν. Et mox.Quum Polus id quod secundum legem turpius esset diceret,tu legem persequebaris secundum naturam:in Græcis deficiunt duæ uoces κατὰ φύσιν,quæ in manuscripto habentur,ut legatur.καθὸν τὸ κατὰ νόμον αἰσχιον λέγοντος,σὺ τὸν νόμον ἐλιώκαζες κατὰ φύσιν. Et infrà.Et neq; iudiciorum consilijs recte sententiam tuam adieceris:in Græcis legendum:καὶ οὔτ' αὖ λιπὼν βουλᾶται προσθεῖναι αὖ ὀρθῶς λέγων.

κατακεντωθλιῦναι

κατακεντηθῆναι

ἔλεον pro λεανὸν

Locus mancus

Et mox.Nunc enim si quis te,aut alium quemcũq; eiusmodi comprehensum,&c.in Græcis legendum est. νυῦ γὰρ ἔστις σον λαβόμενος,ἢ ἄλλου ὁτουοῦν τῶν τοιούτων. Vulgo desunt uoces τοῦ τοιούτων. Et infrà.Et turpius esse iniusta facere quàm pati:in Græcis legendum.καὶ αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι. In uulgatis redundant uoces τὸ ἀδικεῖν post τὸ ἀδικεῖν positæ. Et mox.τοὺς βελτίους legendum est,non τοὺς βιλτίονους. Et infrà.Quæ enim est utilitas ô Callicles corpori ægrotanti & male affecto,multos & iucundissimos cibos aut potus exhibere,aut quiduis aliud,quod non profuturum sit ipsi plus quàm contrarium:aut etiam minus secundum iustam rationem? Græca sic legantur.τί γὰρ ὄφελος ὦ καλλίπλεις,σώματί γε πάμενοντι καὶ μοχθηροῖς διανεμεῖν,σιτία πολλὰ ἡδέα καὶ τἄλλα ὁτιοῦν πιεῖν,ἢ ποτὰ,ἢ ἄλλ' ὁτιῦν ὃ μὴ ὠφελεῖ αὐτὸ ἑὸ' ὅτι πλέον ἢ τἀναντίον,ἢ κατὰ γε τὸν δίκαιον λόγον ὠφελεῖ; Et mox legendum.σύνδυο ὧν τοὺς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάν. Et rursus mox.Quid igitur faciemus,in medio disputationem relinquemus? Græcè legendum.τί οὖν δὴ ποιήσομεν μετοξὺ τὸν λόγον κατιλείφομεν; Vulgo habetur Sed uerbi κατιλείφομεν lectionem confirmant uerba mox sequentia, κατιλείπειν, & κατιλείπωμεν. Et alioqui κατιλύσομεν legendum esset, non κατιλύσομεν. Et infrà.Non enim hoc uiuere quantũcunq; tempus, optandum est ei qui uere uir sit:in Græcis legendum. μὴ γὰρ τόδε μοὶ τὸ ζῆν ὁ πόσον δὴ χρόνον,τὸν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα σύνετον ἐχεῖ. Vulgati codices ἐαυτὸν, pro σύνετον falsò habent. Et infrà.Si non tibi iucundius est ut Mysorum præda fias ô Socrates:Nullus in toto Platone corruptior quàm hic locus est,in paucis adeò,septem nimirum uerbis:& tamẽ rectam lectionem me assequutum esse ac expressisse mihi persuadeo. Sic autẽ uulgati codices habent. εἰ σοι μύσον γε ἥδιον πάλειν ὦ σώκρατες.Ex his uerbis ego planè nullam sententiam assequor huic loco conuenientem.Significant enim hæc uerba,Si tibi Mysum iucundius est uocare ô Socrates:sed quid sibi uelint:non esse puto qui intelligat.Ego itaq; unam uocem,quæ in manu scripto codice recte legitur,nempe μυσῶν pro μύσον,uelut rectæ lectionis indicem sequutus, reliqua ex ingenio ac iudicio meo emendaui:atq; sic legẽdum censeo.εἰ μή σοι μυσῶν γίνεσθαι ἥδιον λέγειν ὦ σώκρατες. Commoda est hæc sententia huic loco,& haud dubiè ea quæ à Platone ab initio scripta est. Et si quis nos imitatus corruptam lectionem expendere uoluerit, facile comperiet quomodo describentium culpa deprauata sit.Primum enim de εἰ σοι intermedia particula μὴ excidit. Deinde μύσον pro μυσῶν suppositum est. Et mox γε particula pro uerbo γίνεσθαι supposita. Et deinceps ἥδιον uox permansit integra.Sed postremum uerbum πάλειν corruptum est ex uoce λείπειν.Quòd autem Mysorum præda,quam à uicinis pertulerũt,in prouerbium abierit, notius est quàm ut hic sit longius indicandum. Et mox pro εἰσαχθείς, legendum est εἰσαχθείης, ubi habetur ἐὰν οὖν αὖ εἰσαχθείης εἰς δικαστήριον,id est & non pertrahi possis in iudicium. Et infrà.Hæc igitur omnia ipsis obstacula sunt:in Græcis legendum.ταῦτα μὲν αὐτοῖς ποιοῦντα ἐπιπρόθεσιν γίγνεται. Vulgo habetur ἐπιπρόσθεσιν,quod falsò legi pro ἐπιπρόθεσις,ex Plutarcho patet,qui in consolatoria ad Apollonium rectam lectionem citat. Et ad finem iam.Et sine ut quis te uelut stolidum contemnet,& si uelit iniuria afficiat,& per louem in collum plaga illa ignominiosa cædat. Nihil enim graue patieris,si reuera honestus & bonus fueris, & uirtutem exercueris: in Græcis legendum. καὶ ἐάσειν τινὲ σου κατοφρονῆσαι ὡς κινδύνου,καὶ προσπελάσαι ἐὰν βούληται,καὶ κόπ μὰ δία ἐπί γε πρῶτον τοῦτο καὶ τῶν ἄτιμον ταῦτελεῖν πληγὴν. ὀδὸν γὰρ δεινὸν πάσει,ἐὰν ὦσ ἔστι ἢ καλὸς πάγαθὸς ἀνὴρ ἀσκῇ τὴν ἀρετήν. In uulgatis falsò legit σύγε θαρρῶν,pro ἐπί γε πρῶτον.Sic autẽ legi oportere ex superioribus cõstat,in quibus sæpe huius plagæ in collũ ignominiosæ mẽtio facta est,& paulò ante dictũ fuit,καὶ εἰ ἐγώ τυπτοίμην ὑπ' ἀνδρὸς

ἀύοια pro διανόησιν suppositũ

Locus reddũdus

ἐαυτὸν pro σύνετον suppositũ

Locus Platonis omnium corruptissimus

Mysorum præda in prouerbio

ἐπιπρόθεσις

In collum cædere,plaga ignominiosa

ἀνδρὸς ἀτίμου,id est,Et te fortassè quis in collum ignominiosè cædet.Deest etiam particula ἄν,post ὦσ ὄντι. Porrò in Menone ubi cõuerti.Sit enim nobis hoc figura,quod solũ ex omnibus rebus semper corpus sequitur:in Græcis legitur.ἐγὼ γὰρ δὴ ἡμῖν ὅσα τε σχήματα,ὃ μόνον τῶν ὄντων συγκινεῖ χρῶμα,καὶ τἄλλα ἁπλῶς,χρῶμα itaque dixit τὸ σῶμα, uelut etiam Hippocrates usurpat:aut certè ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος. Atque ita etiam mox bis χρόαν, idem corpus,id est τὸ σῶμα, siue ἐπιφάνειαν ipsius appellat. Quòd autem corporis siue superficiei ipsius significatione χρῶμα dixit,ex sequenti mox figuræ descriptione patet, ubi ait, figuram esse hoc in quod solidum finit,quod sanè in summa dixerim,figuram esse solidi finem. Patet & ex eo quod deinceps ait: Est enim color defluxio figurarum usui congrua, & sensui exposita: Si enim figurarum defluxio est color, figura non sequitur colorem,sed color ex ipsa figura resultat ac defluit.Sed & definitio quã Plutarchus lib.1. De plac.philos.recenset,cum Platone cõsentit.Sic enim ait.Figura est superficies & circũscriptio & finis corporis. Et mox.Sed etiam per ea quæ confiteatur se scire ac intelligere is qui interrogat:Græcè legendum est. ἀλλὰ καὶ διὰ ἐκείνων ὧν αὐ προσομολογῇ εἰδέναι ὁ ἐρώμενος. Vulgo ἐρωτώμενος falsò habetur:Sicut paulò ante etiã ἐρώμενος falsò pro ἐρόμενος. Et infrà. SOC. Quadrupedali uero hoc,ab huius dimidiat. PV. Etiam. SOC. Sit ita.Octo uero pedum spacium,si huius quidem duplum est:huius sesquialterũ nónne à maiore quidem quàm hac tanta linea erit,à minore uero quàm illa tanta? Aut nõ ita? PV. Mihi quidem ita uidetur. SOC. Rectè. Quod enim tibi uidetur,hoc respondе.Et dic mihi.Nónne hæc quidem duorum pedum erat,illa uero quatuor? PV. Etiam. SOC. Oportet ergo sex pedum spacij lineam, maiorem quidem esse bipedali, minorem uero quadrupedali. Et mox. SOC.Nónne si ab hoc latere trium pedum fuerit, & ab illo triũ, totum spacium bis trium pedum fit? PV. Apparet. SOC. Bis autem tres quot sunt pedes? PV. Sex &c.Hæc in Græcis sic legenda sunt. ΣΩ. τετράπουν δὴ ἀπὸ τῆσ ἡμίσειας ταυτησὶ τετὶ, Π. ναὶ. ΣΩ. εἶεν. οὐκοῦν δὴ τοιόνδε μὲν ἓξ ποδῶν ἔσται τὸ ἐν ἡμῖν,ὅσον ἀπὸ μὲ μείζον ἔσται ἢ τοσούτοις χρωμιῦν,ἀπ' ἐλάττονος δὲ ἢ ποσοντιπαφωρι. Π. ναὶ. ΣΩ. δεῖ δέπα τἀληθῆ ἐξ ἀπόδου χωρὶς χραμμιῦν,μείζω μὲν εἶναι τὸ δὶ τρίποδος,ἐλάττω δὲ τὸ τετράπουν δὲ δὶς τόσοι εἰσὶ πόδες: Π. ἓξ. &c. Vulgata lectio conferatur,& expendatur, & ueritas ac discrimen apparebit. Et paulò post.Aliud ne igitur quid fieri poterit,ἢ quatuor hæc æqualia spacia in Græcis legendũ.ἄλλο τί δῆτ' ἂν γένοιτ' αὖ τέτταρα ἴσα χωρία τοῦτι. Et mox.Nónne hæc linea ex angulo in angulũ tendens &c.Græcè legendũ.σὺν δὲ γε αὐτὰ χραμμὴ ἐν γωνίαις εἰς γωνίαν τείνουσα &c. Vulgo habetur pro τείνουσα. Et paulò post.Si igitur quo tẽpore erat,aut etiã qui nõ erat homo, erũt in ipso opiniones uerę,quæ interrogationibus excitatæ fiũt scientiæ: Græcè legendũ. εἰ οὖν ἐν ᾧ χρόνῳ,ἃ ὡ ἦν ἐν ᾧ μὴ ἦ ἀνθρωπος,ἐνέσονταί αὐτῷ δόξαι ἀληθεῖς δίξαι,αἱ ἐρωτήσεσιν ἐπεγερθεῖσαι ἐπιστῆμαι γίγνονται. ἐμοίγε ὡ μανίαι γε πρόσ. Vulgo ἀμαθίαι habetur pro μανίαι.Sed μανίαι rectè legi declarat eadẽ uox paulò post rursus sequens. Et infrà.Aut nõ uidentur tibi multi præclari & boni uiri in hac ciuitate fuisse:In Græcis desunt duæ uoces καλοί τε. Sic enim legendũ est. ἢ οὐ δοκοῦσί σοι πολλοὶ καλοὶ τε ἀγαθοὶ γεγονέναι ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἀνδρες: Et infrà.Quomodo nõ recte dicis?Græcè legendũ. πῶσ μὲ ἐρεῖσ λέγων: Vulgo habetur falsò μὴ pro μή. Et infrà.Postea igitur non solum per scientiã, boni & ciuitatibus utiles uiri fuerint,si quidẽ fuerint,sed etiam per rectam opinionem.Harum autẽ neutra ex natura hominibus adest,neq; scientia,neq; opinio uera:in Græcis legendũ. ἔπειτα τοίνυν οὐ μόνον διὰ ἐπιστήμην ἀγαθοὶ ἄνδρες αὖ εἶεν,ὡ σοφίλιμοι τοῖς πόλεσιν,εἴπερ εἶεν,ἀλλὰ καὶ διὰ εὐβολίαν δόξαν. τὸ γὰρ ἓν ἑκάτερον φύσει οὐδετέρᾳ τοῖν ἐγγίγνεται,οὔτε ἐπιστήμη,οὔτε δόξα ἀληθὴς,uoces duæ falsò adiectæ sunt,οὐδ' ἐπίκτητον, ut referretur ad uoces, pro ἔπειτα.Et ad finẽ post uerba,οὔτε δόξα ἀληθὴς,uoces duæ falsò adiectæ sunt,οὐδ' ἐπίκτητον. Atq; ego sanè in margine expositionis loco adscriptũ fuisse suspicor, ἀλλ' ἐπίκτητον, ut referretur ad uoces, ἑκάτερον φύσει ἔγγιγνται,ut quum neutra ex natura adsit, expositio doceat, acquisitiua tamen esse, hoc est ἀλλ' ἐπίκτητον.Postea uero uoces has in contextum relatas esse,& amplius οὐδ' pro ἀλλ' scriptum esse,eo quòd bis præcederet uox οὔτε. Et hic sextæ Eclogæ modus statuatur.

ἀμαθίαι pro μανίαι supposita

ἀλλὰ falsò pro μὴ

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI

in Hippiam, uel De pulchro,seu honesto,ad Petrum Medicem patriæ patrem.

DE pulchro,in Phædro, Symposio & Hippia disputatur.In Hippia, quia Socrates agit aduersus Hippiam sophistam,qui cum ignoraret,se scire putabat, quæ ignorantia animum reddit indocilem, quid pulchrum sit non satis docet,sed quid non sit ostendit, & opiniones falsas redarguit. Sophistam uocat eum qui se sapientẽ uideri magis quàm esse studet,pecuniarum honorisq; gratia. Talem uero Hippiam esse in procœmio declaratur,& in fine procœmij. Sumpta occasione ab oratione quadam Hippiæ quæ de pulchris officijs differebat,interrogat Socrates quid ipsum per se pulchrum quo reliqua omnia pulchra fiunt. Oportet enim particularia ad uniuersale quod in particularibus: & uniuersale quod in particularibus, ad ipsum quod supra singula est uniuersale referre.Nam singuli homines pulchri,per formam quãdam singulis cõmunem pulchri reddunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

redduntur: forma uero communis pluribus à diuina specie uelut à sigillo character imprimitur: quoniam omnis multitudo ad unum quod in multitudine, & unum quod in multitudine, ad unum quod supra multitudinem est, reducitur. Quare cum multa sint pulchra, oportet singula per pulchritudinem communem omnibus, & omnibus insitam esse pulchra: & pulchritudinem quæ in omnibus est, sicut in alio est, non in seipsa, sic ab alio, non à seipsa pendere. Vnumquodq; è singulis pulchris, pulchrum hoc Plato uocat: formam in omnibus, pulchritudinem: speciem & ideam supra omnia, ipsum pulchrum. Primum sensus attingit opinioq;. Secundum ratio cogitat. Tertium mens intuetur. Interrogatus Hippias, ter secundum sensum opinionemq; definit. Quibus confutatis, Socrates ter quoq; definit. Bis quidem secundũ rationem, postremo secundũ mentem. Sophista enim sensu opinioneq; incedit. philosophus ratione potius, atq; mente: In primis Hippias pulchram uirginem, ipsum pulchrũ esse respõdet. Quod esse falsum ex eo cõstat, quod nõ omnia quæ pulchra sunt, per uirginem pulchra fiunt. Et uirgo, si cum brutis comparetur, pulchra: si cum dijs, deformis apparet. Quare non magis pulchra quàm turpis esse uidetur. Tum Hippias aliud quiddam similiter è singulis pulchris, nõ commune respondet. Aurum quippe ipsum pulchrum, quo omnia pulchra fiunt. Quod ea ratione respuit Socrates, quoniam aurum quibuscunq; conuenit, pulchra illa facit: alia uero deformat. Ergo non simpliciter pulchra facit, sed cum decet. Quocirca nõ sat magis quàm alterius ratione res ornat. nec aurum solum est quo cuncta ornantur, sed argentum quoq; & ebur, cæteraq; huiusmodi. Tertio loco aliud quiddam infert, quod etiam propriũ est potius quàm commune: Pulchrum, inquit, corpore bene ualere, diuitem esse & honoratum, senem mori, sepeliri à filijs, sepelisse parentes. Falsum hoc esse patet, quia non res omnes præter hominem hoc ipso pulchræ redduntur. præterea hoc inter homines forte pulchrum: inter deos deorumq; filios turpe, ubi parentes non moriuntur. His redargutis quæ circa singula corporea per sensum & opinionem Hippias adducebat, Socrates iam ad altiora tendens, non quod sensus opinioni, sed quod opinioni ratio porrigit infert. Primo enim decorũ pulchrum dicit. Quod quidem incorporeũ est magis, pluribusq; cõmune. Id tamẽ hac diuisione refellit. Decorum aut uideri solum pulchro, aut tam uideri quàm esse præstat. Si primum, deceptio quædam circa pulchrum, potius quàm ipsum pulchrum, decorum existit. Vera enim pulchritudo pulchra esse facit: quemadmodum uera magnitudo, magna, etiam si nõ uideatur. Si secundum dixeris, falso dixeris. Nam si ipsum pulchrũ quoties esse dat pulchra, uideri quoq; pariter largiretur, quæcũq; pulchra sunt, ut sunt ita omnibus apparerent. Id esse falsum, cõtentiones de rebus pulchris et cõtrouersiæ nobis ostendunt. Secundo aliud quiddam etiam, quod ratio opinioni offert, adducit. Vtile porro pulchrũ uocat. Vtilitas incorporeum quiddam multisq; cõmune. Nec mirum est, cogitationẽ circa decens & utile decipi. Illud quippe ordinem partis ad partem, partiumq; ad totum, hoc autem ordinem totius cuiusdam ad totum aliud habet, ordo uero pulchritudinem repræsentare uidetur. Quapropter decens uel utile, facile quis pro pulchro accipit. Quod decens pulchrum non sit, constitit: quod nec utile, sic ostendit. Vtile est quod potentiam ad aliquid faciendum habet. Potentia igitur & utilitas idem. Quicquid agimus potentia quadam agimus, sed mala ut plurimum facimus, potentia itaq; & utilitas malum ut plurimum inferunt, pulchrum autem nunquã mali causa. Ergo nõ simpliciter quæcũq; utilitas pulchrum. At fatebitur quæ ad bonum confert, respondebit quispiam: aduersus quẽ sic argumentatur: Quod ad bonũ tendit conducibile, cõducibile bonũ efficit: quod aliquid efficit, aliud est quàm id quod efficitur: quapropter aliud conducibile, aliud bonum. Conducibile, & pulchrũ, idem. Ergo pulchrũ & bonum aliud. Neq; pulchrum igitur bonũ, neq; bonum pulchrum, quod prorsus absurdum. Tandem sensus opinionis, cogitationisq; conuictis erroribus mens rationi dictat, pulchrum esse gratiam quandam, quæ animam per mentẽ, uisum, & auditum mouet & allicit. Quod sanè partim ex huius dialogi calce, partim ex Phædro & Symposio Platonis elicitur. Qua ratione gratia hæc insit, & quo nomine nuncupanda, inquirit Socrates, nec tamen ambitioso sophistæ declarat, quæ Phædro reuelauit, & Agathoni, qui quamuis ignorarent, suam tamen ignorantiam agnoscentes, dociles erant. Gratia profecto pulchritudo est, non ratione sensus, quia menti non cõueniret, & cæteris sensibus æque ut auditui uisuiq; competeret. Non ratione mentis, quia oculos auresq; effugeret. Non uoluptatis ullam ratione, quia hæc non in auditu & uisu duntaxat, sed in omnibus sensibus reperitur. Non ratione auditus solum: non enim menti uisuiq; congrueret. Non ratione uisus. Auditui nanq; mentiq; deesset. Non ratione auditus uisusq; simul, quia in uisu audituq; una coniunctis pulchritudo inesset. In unoquoq; uero illorum seorsum ab altero agente, pulchritudo nulla. Volumus autem gratiam illam tribus animi uiribus cõmuniter percipi, tribus quoq; obiectis earum inesse communiter. Quapropter addit uoluptates mentis, uisus, auditusq;, ex eo pulchras esse, quod maxime omnium uoluptatum innoxiæ sunt & optimæ. Si optimas idem quod conducibiles intellexeris, redibit superior ambiguitas. Conducibile bonum facit, ergo boni causa. Causa & effectum aliud. Ergo aliud cõducibile, aliud bonum. Quo sequitur, aliud pulchrum, aliud bonum esse, Ideo neq; pulchrum bonum, neq; bonũ pulchrum. Sin autem optimas, id est, innoxias, faciles, spirituales, lucentes, uitalesq;, ut ita dixerim, exposueris, ueri cõpos efficieris. Nam pulchritudo nihil aliud est quàm summi boni splẽdor, fulgens in ijs quæ oculis, auribus, mente, percipiũtur, perq; illa ad ipsum bonum, uisum, auditum, mentemq; conuertens. Quo fit ut pulchritudo circulus quidam diuinæ lucis existat, à bono manans, in bono residens, per bonum & ad bonum sempiterne reflexus. Hoc Socrates mysteriũ quod à Diotima Sibylla didicisse se asseruit, non sophistis sed discipulis reuelauit. Quid ipsum bonum, ipsum unum rerum omnium principium, actus purus, actus sequentia cuncta uiuificans, quid ipsum pulchrum. Viuificus actus è primo fonte bonorum effluens. Mentem primo diuinam idearum ordine infinite decorans. Numina deinde sequentia mentesq; rationũ serie complens. Animas tertio numerosis discursibus ornans. Naturas quarto seminibus, formis quinto materiam. Sed profecto corpora uisibilia & oculos uidentes procreat. Oculis, ut uideant, lucidum infundit spiritum. Corpora ut uideantur, coloribus pingit. Neq; tamẽ proprius oculis radius, propriisue corporibus colores, ad uisionem perficiendã sufficiũt, nisi lumẽ ipsum unũ supra multa à quo multa & propria lumina oculis & corporibus distributa sunt, adueniat, illustret, excitet, atq; roboret. Eodem modo primus ipse actus, id est, deus

speciem actumq; rebus singulis producendo largitus est. Qui sane actus cũ in subiecto patiente susceptus fuerit, debilis est, & ad operis executionem impotens. Sed diuni solis perpetua & inuisibilis lux una, semper omnibus adstat, fouet, uiuificat, excitat, complet, & roborat. De quo diuine Orpheus, Cuncta fouẽs atq; ipse ferens super omnia sese. Vt est actus omnium roboratq;, bonum dicitur. Vt uiuificat, lenit, mulcet, & excitat, pulchrum. Vt in obiectis quæ noscẽda sunt, tres illas cognoscentis animæ uires allicit, pulchritudo. Vt in cognoscente potentia eam applicat cognitio, ueritas. Vt bonum est, procreat, regit, & complet. Vt pulchrum, illuminat, gratiamq; infundit. Præparata autem esse oportet omnia ad gratiam diuni fulgoris excipiendam. Corpora quidem proportione, quæ ordine, modo & specie constat. Voces harmonia, quæ numeris mteruallisq; conficitur. Officia, morum rectitudine ad finem bonum. Disciplinas ordine ad obiectũ uerum. Animam puritate per auersionem ab inferis, & conuersionem ad supera. Mentem, per æternum in ipsum bonum, intuitum. Per hæc omnia gradatim diuinæ pulchritudinis radius penetrat. Circa corpus in æqualitate numerosa refulget, loco motuiq; subiecta. Circa uoces, in harmonia, extra certum locum, sed motu dispersa. Circa officia disciplinasq; & animã, in motu quidem, sed ratione uitali consistens. Circa mentem supra motum, in æterna idearum serie micans. Circa ipsum bonum, actus purus, uitam & gratiam omnium inferens. Hæc precor Petre Medices uir omnium præclarißime, solita diligentia legas. Nam & tuæ mentis miram pulchritudinem prorsus agnosces, & quàm proxime ad ipsum pulchrum, de quo his disputatur, accedas, animaduertes.

PLATONIS ATHENIENSIS HIPPIAS

MAIOR, SIVE DE PVLCHRO. *Sub confutationis specie.*

Iano Cornario interprete,

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. HIPPIAS.

PVLCHER & sapiens Hippia quàm raro ad Athenas ad nos accedis. HIP. Non enim est etiam ô Socrates. Nam Elis ubi quid apud aliquam ciuitatem transigendum instat, semper ad me primum è ciuibus accurrit, legatum eligit, ut quæ putet me iudicem & nũcium maximè idoneum esse eorum quæ à singulis ciuitatibus referri solent. Sæpe igitur etiã ad alias ciuitates legati munere functus sum: sæpissime tamẽ de plurimis & maximis rebus ad Lacedæmonem. Quapropter quod & tu interrogas, non frequẽter ad hoc locos accedo. SOC. Tale equidem ô Hippia est reuera sapientem ac perfectum esse uirum. Tu enim & priuatim multas ab adolescẽtibus pecunias accipis, & maiorem q̃ pro eorum quæ accipis ratione, utilitatem illis affers: & rursus publicè ciuitatem tuam beneficio afficis, uelut conuenit ei qui non cõtemni, sed in precio apud uulgus haberi uelit. At quæ tandem est causa ô Hippia, quòd ueteres illi, quorũ magna sunt ob sapientiam nomina Pittacus, & Bias, & Thales Milesius, & qui adhuc posterius usq; ad Anaxagoram uixerunt, aut omnes aut plerique ex ipsis, à ciuilibus actionibus abstinuerunt? HIP. Quid uetera aliud putas ô Socrates, quàm quòd nõ potuerint ambo, & publica & priuata, sapientia sua commodè tractare. SOC. Nunquid ergo per Iouem, quemadmodum aliæ artes auctæ sunt, & sunt apud huius temporis artifices, ueteres illi uiles: Sic etiam uestram Sophistarũ artem auctam esse dicemus, & esse ueteres illos sapientia claros, uiles si ad uos comparentur? HIP. Rectè omnino dicis. SOC. Si igitur nunc nobis Bias reuiuisceret, ridiculus ad uos collatus esset. Quemadmodum etiam Dædalum dicunt huius temporis statuarij, si uiueret & talta faceret, qualia erant illa ex quibus nomen adeptus est, ridiculum planè fore. HIP. Est quidem ita uelut dicis ô Socrates & priores nobis præferre & magis laudare soleo, quàm eos qui nunc sunt, ueritus inuidiam quidem uiuentium, iram uero mortuorũ. SOC. Rectè tu ô Hippia sentis ac statuis, uelut mihi uidetur. Testimonium autem tibi præbere possum, quòd uera dicis. Et reuera ars uestra creuit, ut quę publica unà cũ priuatis obire possit. Nam & Gorgias hic Leontinus Sophista, publica domi legatione assumpta huc uenit, uelut qui res Leõtinorum optimè agere posset: & in populo optimè dicere uisus est: & priuatim doctrinæ suæ exempla edens, & cum iu-

Sapiẽtes uetères ciuiles actiones neglexerũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenibus conuersationē habens, multas pecunias lucratus est, & ex hac ciuitate accepit. Sed & amicus noster hic Prodicus, sæpe quidē etiā aliàs legationes publicas susceptit: Verū postremū nuper hic publico nomine ex Ceo ueniens, & cū magna existimatione in senatu dixit, & priuatis editis doctrinæ exēplis, ex iuuenū conuersatione mirū in modum ingentes pecunias collegit. At nemo ex ueteribus illis unquā pecunias mercedis loco exigere uoluit, neq; inter omnis generis homines sapientiæ suæ specimen edere, ita simplices erāt, & latebat ipsos pecunias tantæ existimationis esse. Horū autē uterq; plus argēti ex sapientia collegit, q̄ ullus opifex ex quacūq; arte. Et his adhuc prior Protagoras. HIP. Nihil equidē egregij in hac re nosti ô Socrates. Si enim nosses quantū argenti ego lucratus sim, admirareris profectò. Et alia quidem omitto, uerū profectus aliquādo in Siciliam, quū Protagoras isthic degeret, & in existimatione, & iam senior esset, ego multò iunior in breui admodū tempore ultra centū & quinquaginta minas lucratus sum, & ex uno loco ualdè paruo Inyco ultra uiginti minas. Et domū reuersus patri tradidi, ut ille cū alijs ciuibus admiraretur & stuperet. Et ferè arbitror me plures pecunias collegisse, quàm duos alios quoscūq; uelis sophistas. SOC. Pulchrū ô Hippia & magnū sapiētiæ tuæ indiciū profers, & quantū huius æui homines ueteribus præstent. Nā ex prioribus de Anaxagora multa imperitia iuxta tuū sermonē fertur. Cōtrà enim Anaxagoræ cōtigisse dicūt quàm uobis. Multas enim opes ipsi relictas eum neglexisse, & omnes perdidisse: adeò stolidū ipsum sophistam fuisse. Sed & de alijs ueterib. alia eiusmodi dicunt. Hoc igitur pulchrū indicium sapientiæ eorū qui nunc sunt proferre mihi uideris, si prioribus illis cōferantur, & multi in hoc consentiunt, q̄ sapientē ipsum sibijpsi maximè sapientem esse oporteat. Huius autē scopus est ut quàm plurimū argenti lucretur. Et hæc quidē de his suffecerint. Verū hoc mihi dicito, tu ipse unde plurimum pecuniæ collegisti, ex ciuitatibus dico ad quas peruenisti: aut cōstat q̄ ex Lacedæmone, ad quam etiam sæpe accessisti? HIP. Nō per Iouem ô Socrates. SOC. Quomodo dicis? Num minimum? HIP. Nihil penitus unquam. SOC. Monstrū & admirandū quid dicis ô Hippia. Et dic mihi, potest'ne sapientia tua, eos qui cum ipsa cōuersantur & discunt, meliores ad uirtutē efficere. HIP. Et ualdè quidē ô Socrates. SOC. At Inycinorū quidē filios meliores efficere potuisti, Spartiatarū autem nō potuisti? HIP. Multū abest. SOC. At Siculi meliores fieri cupiūt, Lacedæmonij non? HIP. Omnino ô Socrates etiā Lacedæmonij. SOC. Num igitur ob pecuniarū inopiam fugerunt tuam consuetudinem? HIP. Non sanè, nam his abūdant. SOC. Quid igitur fuerit, q̄ quū & meliores fieri cupiant, & pecunias habeāt, & tu maximam utilitatē ipsis afferre possis, nō plenum te pecunia dimiserūt? Num illud forte q̄ Lacedæmonij melius quam tu filios suos erudire possunt? Num hoc dicemus, & tu ita cōcedis? HIP. Nequaquā. SOC. Vtrū igitur iuuenib. in Lacedæmone persuadere non potuisti, ut ex tua cōuersatione plus incrementi caperent, quàm ex suorū? Aut illorū patribus persuadere nō potuisti, ut tibi ipsos potius traderent, quàm ut ipsi eorū curam gererent, si quā modo filiorū curam gerunt? Nō enim inuidebāt arbitror filijs suis ut optimi euaderent. HIP. Non arbitror ego ipsis inuidere. SOC. Atqui bonis legibus Lacedæmon gubernatur. HIP. Quidni? SOC. At in ciuitatibus bonis legibus institutis, Virtus in maximo honore est? HIP. Maximè. SOC. Tu uero hanc alteri tradere omniū hominum optimè nosti. HIP. Admodū ô Socrates. SOC. Qui igitur equestrē artem optimè tradere nouit, non'ne in Thessalia magis quàm in reliqua Græcia colet, & plurimas pecunias acceperit, & alibi ubi hoc studiū in precio est? HIP. Verisimile est. SOC. Qui uero præstantissima ad uirtutē præcepta tradere potest, non'ne in Lacedæmone maximè coletur, & plurimas pecunias si uoluerit colliget: & in alia quoq; ciuitate quæ ex Græcis urbibus bonis legibus gubernatur? At in Sicilia ô amice putas magis, & in Inyco. Hæc credemus ô Hippia? Si enim tu iusseris, credendum est. HIP. Nō equidē patrium est ô Socrates Lacedæmonijs mouere leges, neq; præter ea quæ cōsueta sunt filios erudire. SOCR. Quomodo dicis? Lacedæmonijs non est patriū rectè agere, sed delinquere? HIP. Nō dixerim ego ô Socrates. SOC. Nō ne rectè facerēt si melius, & nō deterius, iuuenes instituerēt? HIP. Sed nō receptum est ipsis peregrina eruditione instituere: alioqui probe scias si quis alius unquam pecunias ob eruditionē lucratus est, me longè maximas lucraturū fuisse. Delectantur itaq; dum me

Anaxagoras opes suas perdidit

Sapientem sibijpsi sapientē esse oportet

me audiunt, & laudant, sed & quæ dico, lex non admittit. SOC. Legem uero ô Hippia, damnum aut utilitatem ciuitatis esse dicis? HIP. Sanctitur quidem utilitatis gratia. Aliquando uero etiam lædit, si male sancita lex fuerit. SOC. Quid uero non ut bonum maximum legem ciuitati ferunt, qui eam ferunt, & absque hoc fieri non potest ut homines cum concordia habitent? HIP. Vera dicis. SOCR. Quum ergo à bono aberrarint qui leges ferre conantur, à legitimo & lege aberrant: aut quomodo dicis? HIP. Exacta quidem ratione ô Socrates ita res se habet: homines tamen non ita nominare solent. SOC. Vtrum ô Hippia qui sciunt, aut qui non sciunt? HIP. Vulgus. SOCR. Sunt autem hi qui ueritatem sciunt plerique de uulgo? HIP. Non sanè. SOCR. Atqui hi qui sciunt, id quod utilius est, eo quod inutilius est, magis legitimum reuera omnibus hominibus censent: aut non concedis? HIP. Etiam, concedo quòd reuera. SOC. Non'ne est, & ita se habet, uelut hi qui sciunt censent? HIP. Maximè. SOC. Est autem Lacedæmonijs utilius, uelut tu dicis, ut tua eruditione quæ peregrina est, potius instituantur quàm patria. HIP. Et uera dico. SOC. Et quòd utiliora magis legitima sunt, etiam hoc dicis ô Hippia? HIP. Dico equidem. SOC. Secundū tuam ergo sententiā, Lacedæmoniorum filijs ab Hippia institui, magis legitimū est, magis autem illegitimum à parentibus, si quidem reuera ex te plus utilitatis capient. HIP. Atqui capient utilitatē ô Socrates. SOC. Contra leges ergo agunt Lacedæmonij, qui aurum tibi non dant, neq; filios suos tibi cōmittunt. HIP. Concedo hæc. Videris enim mihi sermonem pro me dicere, & non oportet me ipsi aduersari. SOC. Iniquos itaq; ô amice Laconas comperimus, & hoc in maximis, eos qui maximè legibus honorem habere putantur. At laudant te per deos ô Hippia, & dum audiunt delectantur, qualia illa? aut manifestū est quod illa quæ tu optimè nosti, de astris & cœlestibus affectionibus? HIP. Nequaquam, sed hæc me sustinent quidem. SOC. At de Geometria audire gaudent? HIP. Nequaquam. Nam neq; numerare ut ita dicam, plericq; ex illis sciunt. SOC. Multum ergo abest ut de supputatio nibus docentem te audiant. HIP. Multum per Iouem. SOC. At sanè illa quę tu exactissimè nosti præ omnibus hominibus, distinguere uidelicet de literarum & syllabarū & harmoniarum ac rythmorum potestate? HIP. De quibus ô bone Harmonijs ac literis dicis? SOC. At quæ sint illa quæ ex te libenter adeò audiunt, & collaudant, ipse mihi dicito, quandoquidē ego non reperio. HIP. De generibus ô Socrates & heroum, & hominum, & de constructionibus, quomodo olim conditæ sint ciuitates: & in summa de omni antiquitate libentissimè audiunt. Quare ego cogor propter ipsos edisscere, & omnia huiusmodi studio persequi. SOC. Per Iouem ô Hippia bene tecum agitur, quòd Lacedæmonij non delectantur si quis ipsis principes nostros à Solone exorsus recēseat, alioqui edisscēdi molestias sustinere cogereris. HIP. Vnde ô Socrates, semel audita quinquaginta nomina in memoriam reuocabo. SOC. Vera dicis. At ego non noui te ita memoria præditum esse. Quapropter intelligo Lacedæmonios meritò te delectari, uelut multa sciente. Et utunt̄ te uelut aniculis pueri, ut iucundas ipsis fabulas recenseas. HIP. Et per Iouem ô Socrates de pulchris studijs, quibus adolescentem deditum esse oportet, nuper isthic habito sermone, in magna existimatione fui. Est enim de ipsis pulcherrima oratio à me composita, & tum alijs, tum uerbis ipsis probè disposita. Status autem mihi est, & principium orationis huiusmodi. Postquā capta esset Troia, Neoptolemus interrogauit Nestorem, quæ pulchra essent studia, quibus deditus adolescens clarisset. ualere posset. Postea uero dicit Nestor, & suggerit multa ipsi ac penitus pulchra, & magni momenti. Hanc sanè orationem & illic habui, & hic habiturus sum, in tertiam diem in Phidostrati ludo, & de multis alijs auditu dignis specimen edam. Rogauit enim me Eudicus Apemanti filius. Quare uide ut & ipse adsis, & alios adducas, qui ea quæ dicūtur audita iudicare possunt. SOC. At hæc fient, si deus uoluerit ô Hippia, Nunc tamen exiguum quiddam de hac mihi responde. Nam me commodum commonuisti. Nuper enim quidam ô optime in ambiguitatem me in quibusdam sermonibus induxit, dum quædam ut turpia uituperarem, quædam ut pulchra laudarem, sic quodā modo & quidē ualdè cōtumeliosè interrogans, Vnde uero mihi tu ô Socrates inquit nosti, quę pulchra sint, & quę turpia. Age enim potes dicere quid sit pulchrum? Et ego ob meam intelligentiæ tenuitatem ambigebam, & non poteram ipsi cōmodè respondere. Digres-

Legum cōdendarum ratio

Memoria Hippiæ

Hippiæ oratio de pulchris studijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pulchrũ qd sit

ſus igitur ex una conuerſatione: mihijpſi ſuccenſebam, & exprobrabam, & minabar quàm primum in aliquẽ ex uobis ſapientibus inciderem, fore ut audirem & diſcerem, & inde præmeditatus rurſus illum qui interrogaſſet accederem, & de eo ſermone pugnam renouarem. Nunc igitur ut dicebam cõmodum ades, & quid'nam ſit ipſum pulchrum iuſtè me edoce, & maximè exactè reſpondendo mihi dicere conare, ut ne rurſus ſecundo redarguar, & irridear. Noſti enim profectò clarè, & exiguum ſanè hoc fuerit è multis quæ tu noſti. HIP. Exiguum equidem per louem ô Socrates, & nullius ut ita dicam momenti. SOC. Facilè ergo diſcam, & nemo me amplius redarguet. HIP. Nemo ſanè: alioqui enim uile & uulgare ſtudium meum eſſet. SOC. Bene per lunonem dicis ô Hippia, ſi uirum iſtum apprehendemus. At num prohibet quid, ut ego illum imitans, te reſpondente ſermonibus me opponam, quo quàm maximè me exerceas. Ferè enim peritus ſum apprehenſionum. Si igitur tua nihil refert, uolo me opponere, ut firmius diſcam. HIP. At oppone te. Nam uelut nunc dicebam, non magna eſt quæſtio, ſed etiam ad longè difficiliorem hac reſpondere ego te docerem, ut nemo te redarguere poſſet. SOC. Ehem quàm bene dicis. At age quandoquidem & tu iubes, ego uelut ille ſim, interrogare te conor. Si enim coram illo ſermonem hunc de pulchris ſtudijs habuiſſes, ille eo audito mox ubi dicere deſiiſſes, nõ de alio prius interrogaſſet, q̃ de pulchro: Hũc enim morẽ ille habet: & dixiſſet ô hoſpes Elee, nõ'ne iuſtitia iuſti ſunt qui iuſti ſunt? Reſpõde itaq; ô Hippia uelut ſi ille interrogaret. HIP. Reſpõdebo, iuſtitia. SOC. Nõ'ne eſt aliquid ipſa iuſtitia? HIP. Maximè. SOC. Non'ne & ſapientia ſapientes ſunt qui ſapientes ſunt, & bono omnia bona bona ſunt? HIP. Quidni? SOC. Ita ut ſapiẽtia & bonũ ſint aliqua. Non enim ut non ſint. HIP. Vt ſint. SOCR. Nunquid etiam pulchra omnia pulchro pulchra ſunt? HIP. Etiam, pulchro. SOC. Ita ut ſit hoc aliquid? HIP. Vt ſit. At quid tum poſtea? SOC. Dic itaq; ô hoſpes dicet, quid eſt hoc pulchrum. HIP. Aliud'ne quid ô Socrates, is qui hoc interrogat audire cupit, quàm quid eſt pulchrum? SOC. Non mihi uidetur, ſed quod'nam eſt pulchrum ô Hippia. HIP. Et quid differt hoc ab illo? SOC. Nihil tibi uidetur? HIP. Nihil enim differt. SOC. Atqui manifeſtum eſt te melius noſſe. At tamen ô bone uide. Interrogat enim te nõ quid eſt pulchrum, ſed quod'nam eſt pulchrum. HIP. Intelligo ô bone, & reſpondebo ipſi quod eſt pulchrum, & nũquam redarguar. Eſt enim ô Socrates ut probè ſcias, ſi uerũ dicere oportet, uirgo pulchra pulchrũ.

Quod ſit, aliud eſt quàm qd ſit

Pulchrũ eſt uirgo pulchra

SOC. Pulchrè ô Hippia per canem & appoſitè reſpondiſti. Nunquid igitur ſi ego hoc reſpondero, id quod interrogatur reſponſum fuerit, & rectè, & non potero redargui? HIP. Quomodo enim ô Socrates redargui poſſis in eo quod omnibus uidetur, & de quo omnes qui audiunt teſtimonium tibi dabunt, quòd rectè dicis? SOC. Sit ita maximè. Age uero ô Hippia apud meipſum repeto id quod dicis, ille me ſic quodammodo interrogabit. Age ô Socrates reſponde mihi, hæc omnia quæ pulchra eſſe dicis, ſi quid eſt ipſum pulchrum hæc fuerint pulchra? Ego uero dicam, quòd ſi uirgo pulchra pulchrum eſt, propterea hæc fuerint pulchra. HIP. Putas igitur adhuc ipſum redarguere te aggreſſurum eſſe, quod non pulchrum eſt id quod dicis? aut ſi aggredietur, non ridiculum fore? SOC. Quòd quidem aggredietur ô admirande ſatis ſcio. An uero aggreſſus ridiculus erit, res ipſa oſtendet. Quæ tamen dicet, referre tibi uolo. HIP. Dic itaque. SOC. Quàm ſuauis homo es dicet ô Socrates. Equa uero pulchra non eſt pulchrũ, quã etiam deus oraculo laudauit? Quid dicemus ô Hippia? aliud'ne quid ẽ etiam equam pulchrum eſſe dicemus, quæ ſanè pulchra eſt. Quomodo enim negare audeamus pulchrum eſſe pulchrum? HIP. Vera dicis ô Socrates. Nam & rectè hoc ipſum deus dixit. Penitus enim pulchræ equæ apud nos naſcuntur. SOCR. Sit ita dicer. Quid uero Lyra pulchra, nõ pulchrum? aſſeremus'ne ô Hippia? HIP. Etiam. SOC. Dicit itaq; poſt hoc ille: ferè enim hoc nouí ô optime, ex more illius coniecturam faciens: Quid uero olla pulchra, non pulchrum? HIP. O Socrates quis eſt homo adeò ineruditus, ut ita uilia nomina de præclara re nominare audeat? SOC. Talis quidam eſt ô Hippia, non elegans, ſed ſordidus & impurus, nihil aliud curans quàm ueritatem. Attamen reſpondendum eſt uiro, & ego prius pronuncio. Siquidem olla à bono figulo facta fuerit, læuis, & rotunda, & probè auſata: quales ex bonis ollis ſunt quędã utrinq; anſas habentes, ſex congios capientes penitus pulchræ: ſi de tali olla interroget, fatendũ eſt pulchrã eſſe. Quomodo

Pulchrum eſt equa pulchra

Olle ſex congiorum pulchræ ut ſint

modo enim dixerimus id quod pulchrum eſt, nõ pulchrũ eſſe? HIP. Nequaquã ô Socrates. SOC. Non'ne & olla licet pulchra pulchrũ? reſponde. HIP. At ita res ſe habet arbitror ô Socrates. Pulchrũ quidem eſt & hoc uas probè elaboratũ. Sed totũ hoc indignũ eſt ut uideatur uelut ſit pulchrum, ſi ad equã & uirginẽ conferatur, & ad alia omnia quę pulchra ſunt. SOC. Sit ita. Intelligo ô Hippia quòd ad eum qui hæc interrogat, hæc contradicere oportet. O homo illud Heraclíti rectè ſe habere ignoras. Quòd pulcherrima ſimia turpis eſt, ſi alteri generi conferatur. Et olla pulcherrima turpis eſt, ad uirginũ genus collata, uelut Hippias ſapiens dicit. Nõ'ne ita ô Hippia? HIP. Maximè ô Socrates rectè reſpõdiſti. SOC. Audí itaq;, poſt hoc enim ſatisfacio ꝙ dicet: Quid uero ô Socrates ſi quís uirginũ genus deorũ generi conferat: non'ne ídem patietur, quod ollarũ genus, dum cum uírginum genere comparatur? Non'ne pulcherrima uirgo turpis apparebit? Aut non etiam Heraclitus quẽ tu citas, idem hoc dicit, ꝙ ſapientiſſimus homo ad deũ collatus, ſímia apparebit, & ſapiẽtia, & pulchritudine, & omnibus alijs. Confitebimur'ne Hippia pulcherrimã uirginem ad deorũ genus comparatã turpem eſſe? HIP. Quís enim huíc contradixerit ô Socrates? SOC. Si itaq; hæc cõfitebimur, rídebit & dicet. O Socrates meminiſtí quid interrogatus ſis? ego uero reſpondebo, ipſum pulchrũ quod'nam ſit. Deínde, dicet, interrogatus de pulchro reſpõdes id quod eſt, uelut ipſe dícis, nihílo magis pulchrũ quàm turpe: Apparet dícam'ne, aut quid mihí cõſulís ut dícam ô amice? HIP. Hoc ipſum. SOC. Et ſanè ad deos collatũ homínum genus non pulchrũ uerè eſſe dícet. Si uero ab ínitio te interrogaſſem dicet, quid eſt pulchrũ et turpe, ſi mihi ea quæ nũc reſpondiſſes, nõ'ne rectè reſpõdiſſes? Adhuc uero etiã uídetur tibi ipſum pulchrũ: quo & alía omnia ornantur, & pulchra apparẽt, poſtquam alicui hæc ſpecies acceſſerint: hoc eſſe, uírgo uídelícet, aut equa, aut lyra? HIP. At uero ô Socrates ſi hoc quę rit, facílimũ fuerit ipſi reſpõdere quid ſit pulchrũ, quo alía omnía ornantur, & ipſo accedente pulchra apparent. Stolidíſſimus igitur eſt homo, & nihil pulchrarũ poſſeſſionũ nouit. Si enim ipſi reſpõderís, hoc quod interrogas pulchrũ, nihil aliud eſt q̃ aurũ, ambiget, & nõ aggredietur te redarguere. Nouimus enim omnes ꝙ ubí hoc acceſſerit, etiãſi prius turpe apparuerit, pulchrũ uídebitur auro ornatum. SOC. Non noſti uirum ô Hippia quàm moleſtus ſit, & nihil facilè admittat. HIP. Quid igitur hoc ô Socrates? Nam quod rectè dícitur neceſſe eſt ipſum admittere, aut ſi nõ admittat, ridículum eſſe. SOC. Hanc profectò reſpõſionem ô optime non ſolum non ſolum admittet, ſed admodũ me etiam irridebit, & dícet, ô ſtupide tu putas Phídíam malũ eſſe opificẽ? Et ego ut puto dícam, nequaquã. HIP. Et rectè dices ô Socrates. SOC. Rectè quidẽ. At ille poſtquã ego confeſſus fuero Phidiã eſſe bonũ opificem, deinde dícet, putas tu hoc pulchrũ quod tu dícis Phídíam ígnoraſſe? Et ego cur ita maxímè dícam? ꝙ, dícet, Mineruæ oculos nõ aureos fecit, neq; reliquã faciem, neq; pedes, neq; manus: ſiquidẽ id quod aureum eſt, pulcherrimũ futurũ fuiſſet: ſed eburnea illa fecit. Manifeſtũ igitur eſt ꝙ in hoc præ imperitia peccauit, ignorans aurũ eſſe quod omnía pulchra facit, ubicũq; tandẽ acceſſerit. Hęc igitur dicenti quid reſpõdebímus ô Hippia? HIP. Nihil difficultatis eſt. Dicemus rectè ipſum feciſſe. Nam eburneũ ut arbitror etiam pulchrũ eſt. SOC. Cur igitur, dícet, nõ etiam medías oculorũ partes eburneas fecit, ſed lapídeas? Quòd quantũ fieri poſſet ſímili tudinẽ lapídis ad ebur exquiſiuiſſet. Sic'ne, aut ꝙ etiam lapís pulcher pulchrum eſt dicemus ô Hippia? HIP. Dícemus ſanè quũ decorus fuerit. SOC. Quũ autem non decorus, turpem fatebor aut non? HIP. Fatere quũ non fuerit decorus. SOC. Quid uero ô tu ſapiens dicet, ebur & aurũ non'ne quũ decora fuerint, pulchra ut uídeantur faciũt: quum non, turpia? Negabimus, aut cõfitebimur hoc rectè ipſum dicere? HIP. Confitebimur hoc, ꝙ quicquid unicuiq; decorũ fuerit, hoc pulchrũ unũquodq; facit. SOC. Hic ille utrũ dicet quum quis ollam, quam modo dícebamus pulchram, coquet legumine freſo plenam, decora eſt ipſi uirga agitatoría, quã torynam appellant, aurea, aut ficulnea? HIP. Hercules qualem hominẽ dícis ô Socrates. Non uis mihi dicere quís ſit? SOC. Nõ ſanè cognoſceres, etiamſi tibí nomen proferrem. HIP. At etiam nũc ego cognoſco, illum ímperitum eſſe. SOC. Curioſus eſt admodum ô Hippia. Attamen quid dicemus? utram ex torynis legumini & ollæ decoram eſſe, aut nimirum ficulneam? Odoratius enim facit legumen, & ſimul ô amice non contrita nobis olla legumen effuderit, neq; ignem ex-

Pulchrũ ipſum eſt aurum

Pulchrum fit ex decoro

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinxerit, neq; conuiuio excipiendos precioſi obſonio priuabit. At aurea illa omnia hęc fecerit. Quare mihi uidetur nobis dicendum eſſe, ficulneam magis conuenire, quàm auream, ſi non tu aliud dicis. HIP. Conuenit quidem ô Socrates, & magis decora eſt. Ego tamen cum homine talia interrogante non diſputarim. SOC. Et rectè quidem ô amice. Tibi enim decorum non fuerit eiuſmodi nominibus repleri, qui ita pulchrè amictus es, ita pulchrè calceatus, & in tanta exiſtimatione inter omnes Græcos ob ſapientiam haberis. Me uero nihil prohibet cum homine cõuerſari. Me igitur prædoceas, & propter me reſponde. Si enim magis decora eſt & conuenit ficulnea quàm aurea, dicet ille homo, aliud'ne quid quàm etiam pulchrior fuerit? quandoquidẽ decorum pulchrius eſſe confeſſus es, quàm non decorũ. Nunquid confitebimur ô Hippia ficulneam pulchriorem eſſe quàm auream? HIP. Vis'ne ut tibi dicam ô Socrates, quod ubi pulchrum eſſe dixeris, à longiore diſputatione ipſum remouebis? SOCR. Maximè. Non tamen prius quàm mihi dixeris, utram reſpondeam ex torynis, uelut modo dicebam, & decoram & pulchriorem eſſe. HIP. At ſi uis reſponde ipſi, eam quæ è fico facta eſt. SOC. Dic itaque nunc id quod modo dicere uolebas. Nam hac reſponſione, qua pulchrum dico eſſe aurum, nihil ut apparet, pulchrius uidebitur mihi aurum eſſe, quàm lignum ficulneum. Nunc uero quid pulchrum eſſe dicis? HIP. Ego tibi dicam. Videris enim mihi quærere, ut tale quid pulchrum eſſe reſpondeam, quod nunquam uſquam ulli turpe eſſe uideatur. SOC. Maximè ô Hippia, & rectè nunc ſuſpicaris. HIP. Audi itaq;. Nam ſi quis habet quod aduerſus hoc contradicat, ſcito confiteri me, nihil omnino me ſcire. SOC. Dic itaq; per deos quàm citiſſimè. HIP. Dico itaque ſemper, & cuiuis, & ubiq; pulcherrimum eſſe, ut quis ſit uir diues, & ſanus, & in honore apud Græcos peruenìat ad ſenectutem, & parentes ſuos mortuos iuſtè compoſuerit, & ut ipſe à filijs ſuis iuſtè ac magnificè ſepeliatur. SOC. Io Io ô Hippia, quàm mirificè, & magnificè, & ex dignitate tua dixiſti. Et nunc per Iunonem amplector te, quòd mihi uideris quantum potes beneuolè auxiliari. At enim uirum non aſſequimur, ſed nunc ſanè nos plurimum deridebit. HIP. Prauum ô Socrates riſum. Quum enim nihil habeat quod aduerſus hæc dicat, ridebit tamen, ſeipſum deridebit, & coram præſentibus ipſe ridiculus erit. SOCR. Fortaſſis ita ſe res habet. Fortaſſis tamen ob hanc reſponſionem uelut ego uaticinor, nõ ſolum me deridere uidebitur. HIP. At quid tum? SOCR. Si baculum habuerit, & non effugero ipſum, admodum me inuadere conabitur. HIPP. Quomodo dicis? Dominus tuus eſt hic homo, & ubi hoc fecit, non abducetur, & pœnas dabit? Aut non iuſta eſt ciuitas ueſtra, ſed ſinit ut ciues iniuſtè alter alterum uerberent? SOC. Nequaquã ſinit. HIP. Non'ne dabit pœnas ſi te iniuſtè uerberauerit? SOCR. Non mihi uidetur ô Hippia, ſed iuſtè ſi hæc reſponderim. HIP. Et mihi ita uidetur ô Socrates, quandoquidem ipſe ita putas. SOC. Non'ne dicam tibi, quapropter ipſe putem me iuſtè uerberari, ſi hęc reſpondeam? aut etiam tu me non iudicatum uerberabis? aut rationem admittes? HIP. Graue equidem eſſet ô Socrates ſi non admitterem. At quomodo dicis? SOC. Ego tibi dicam eodem modo uelut nũc illum imitans, ut ne ad te dicam uerba talia, qualia ille in me dixit grauia & abſurda. Probè enim ſcias illum dicturũ eſſe, dic mihi ô Socrates putas eũ iniuſtè plagis cædi, qui quũ tantum dithyrambũ cecinerit, ita inconcinnè longè à quæſtione aliena cecinit? Quomodo dicã ego? Quòd inquiet non potes meminiſſe, me interrogaſſe ipſum pulchrum, quod cuiuis cuicunq; acceſſerit, præbet ut illud pulchrum ſit, & lapidi nimirum, & ligno, & homini, & deo, & omni actioni, & omni diſciplinæ: Hoc enim pulchrum ego quæro quod'nam ſit: & à te nihilo magis audior, quàm ſi mihi lapis aſſediſſes, & hic molaris, neq; aures, neq; cerebrũ habẽs. Si igit ego paueſactus ad iſta dicerẽ hæc, nũquid ægrè ferres ô Hippia? Atqui hoc pulchrũ eſſe Hippias dixit, & quidẽ quum interrogarẽ ipſum ſic, quemadmodũ tu me, quod omnibus & ſemper pulchrum eſſet. Quomodo igitur dicis, non ægrè feres ſi hæc dixero? HIP. Satis equidem ſcio ô Socrates, quod omnibus pulchrũ hoc eſt, & uidebitur, quod ego dixi. SOC. Num etiam erit, dicet? Semper enim pulchrũ ipſum pulchrum. HIP. Maximè. SOCR. Non'ne etiam erat, dicet? HIP. Etiam erat. SOCR. Nunquid etiam Achilli inquiet, horſpes ille Eleus dixit pulchrum eſſe poſt progenitores ſæpeliri, & auo ipſius Æaco, & aliis qui ex dijs geniti ſunt, & ipſis dijs? HIPP. Quid hoc hominis? auſer in beatã. Neq; gratio

Hippiæ ornatus

Pulchrũ multa complectens

Pulchrum alia acceſſione ſua pulchra facit

gratioſæ ſunt, ô Socrates, hæ quæſtiones. SOC. Quid uerò ſi alius interrogaretur, dicere hæc ita ſe habere, non admodum ingratum eſſet. HIP. Fortaſſis. SOC. Fortaſſis itaque tu es hic dicet, qui omnibus & ſemper pulchrũ eſſe dicis, à filijs quidem ſepeliri, parentes autem ſepelire: an nõ unus ex omnibus etiam Hercules erat, & omnes illi quos modò recenſebamus? HIP. At nõ dijs ego dicebã. SOC. Neq; Heroibus ut apparet? HIP. Non, qui ſanè deorum filij fuerunt. SOC. At his qui non? HIP. Maximè. SOC. Non'ne iuxta tuam rurſus rationẽ, ut apparet, ex heroibus Tantalo quidem & Dardano & Zetho abſurdum & impium & turpe eſt: Pelopi uero & alijs ita genitis pulchrũ? HIP. Mihi ſanè uidetur. SOC. Tibi itaq; uidetur, dicet id quod modo non dixiſti, ſepelire parentes, ſepeliri à filijs, aliquando et aliquibus turpe eſſe, imò potius impoſſibile, ut apparet, omnibus hoc contingere & pulchrum eſſe. Quapropter hoc uelut etiam ſuperiora illa, & uirgo & olla, eodem modo ſe habet: quanquam etiam magis ridiculè, his quidem eſt pulchrum, illis non pulchrum. Et nondum hodie dicet, potes ô Socrates, de pulchro id quod quæritur, quodnam ſit, reſpondere. Hæc & huiuſmodi meritò mihi exprobrabit, ſi ipſi ita reſpondero. Plerunq; igitur ô Hippia, in hũc ferè modum mecum diſputat. Aliquando uero uelut imperitiam & ignorantiam meam miſeratus, ipſe mihi proponit interrogans, an tale mihi eſſe uideatur pulchrum: aut etiam de alio prout contigerit percunctans, & de quo nobis diſputatio fuerit. HIP. Quomodo hoc dicis, ô Socrates? SOC. Ego tibi dicam. O beate Socrates, inquit, talia quidẽ & ita reſpondere deſine. Valdè enim leuia ſunt, & facilè redargui poſſunt. At tale conſidera an uideatur tibi pulchrũ eſſe, quod etiam nunc in reſponſione attigimus, quando diximus aurũ, quibus quidem decorũ eſt, pulchrũ eſſe: quibus aũt non, non: et alia omnia quibus hoc acceſſerit, ipſum uidelicet decorũ. Et ipſius decori naturã conſidera, an hoc ſit ipſum pulchrũ. Ego igitur aſſentiri talib. ſemper ſoleo. Non. n. habeo quod dicam. Tibi igit uidetur decorũ ipſum eſſe pulchrũ? HIP. Omninò ô Socrates. SO. Conſideremus ne fortè decipiamur. HIP. At cõſiderare oportet. SOC. Vide itaq; num decorũ hoc dicimus, quod ubi accedit, ſingula uideri pulchra facit quibus affuerit: aut quod eſſe facit: aut neutrũ horum? HIP. Mihi ſanè uideť. SOC. Num quod pulchra uideri facit, quemadmodũ ubi quis amictũ acceperit aut calceos ornatos, etiamſi ridiculus fuerit, pulchrior apparet? Non'ne ſiquidem decorũ pulchriora uideri facit q̃ ſunt, fraus quædam fuerit decorũ, circa pulchrũ, & non fuerit hoc quod nos quærimus, ô Hippia? Nos enim illud quærebamus, quo omnes pulchræ res pulchræ ſunt. Quemadmodũ quo oĩa magna magna ſunt, ipſo exceſſu: Hoc enim omnia magna ſunt, & ſi non uideanť, excedãt tamen, neceſſe eſt ipſa magna eſſe: Sic ſanè dicimus etiam pulchrũ, quo omnia pulchra ſunt, ſiue uideaťſiue non, quod'nã fit. Nam decorũ quidem non fuerit. Pulchriora enim cẽ ſunt uideri facit, iuxta tuam ſententiam: qualia uero ſunt, uideri nõ ſinit. At quod eſſe pulchra facit, de quo modo dicebamus, ſiue uideatur, ſiue non, hoc quod eſt dicere conãdum eſt. Hoc enim quærimus, ſiquidem pulchrum quærimus. HIP. At decorum ô Socrates, & eſſe, & uideri pulchra facit, ubi adeſt. SOC. Impoſſibile ergo eſt, reuera pulchra non uideri pulchra eſſe, præſente eo quod uideri facit. HIP. Impoſſibile. SOC. Cõfitebimur igitur hoc ô Hippia, omnia reuera pulchra tum inſtituta, tum ſtudia, & putari pulchra eſſe, & uideri ſemper omnibus: aut in totum contrà ignorari, & maximè omnium litem & contentionem de ipſis eſſe, & priuatim ſingulis, & publicè ipſis ciuitatibus? HIP. Ita magis ô Socrates, ignorari. SOC. Non profectò, ſi uideri ipſis adeſſet: adeſſet autem, ſi decorũ pulchrũ eſſet, & non ſolum pulchra eſſe faceret, ſed etiã uideri. Quare ſi decorũ eſt quod pulchra eſſe facit, pulchrũ quidẽ fuerit quod nos quærimus, nõ tamen quod uideri facit. Si uero rurſus decorũ eſt quod uideri facit, non fuerit pulchrũ quod nos quærimus. Illud. n. eſſe facit. Videri aũt, & eſſe idem, non ſolum pulchrũ facere non poteſt, ſed neq; aliud quicq̃. Eligamus itaq; utrum uideaťdecorũ eſſe, quòd pulchra uideri facit, aut quod eſſe. HIP. Quod uideri facit, ut mihi uideť ô Socrates. SOC. Papæ, fugit ergo nos cognitio pulchri quodnã ſit, ô Hippia, quãdoquidem decorũ aliud quid eſſe uiſum eſt cẽ pulchrũ. HIP. Etiã per louẽ, ô Socrates, & mihi quidẽ ualdè abſurdè. SOC. Atramẽ ô amice, nondũ dimittamus ipſum. Adhuc. n. ſpem aliquã habeo fore ut cõpareat qd' tandem ſit pulchrũ. HIP. Omnino ita ô Soc. Neq;. n. difficile eſt inuẽtu. Ego igit ſatis ſcio, ſi ad breue tẽpus

Decorum eſt quod pulchrũ facit

Decorum & eſſe, & uideri pulchra facit

Decorũ aliud quàm pulchrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quieuero, & apud meipsum cõsiderauero, omni certitudine certius ipsum tibi dixerim. SOC. Ah ne quid grandius dicas, ô Hippia, uides quanta negotia nobis iam exhibuerit, ut ne iratum nobis adhuc magis aufugiat: quanquã nihil dicam. Tu enim, arbitror facilè ipsum inuenies postquã solus fueris. At per deos coram me, ipsum inuenias. Si uero uis quemadmodum nunc unà mecum quæras: & si quidem inuenerimus, pulcherrimè res se habebit: Sin minus, ego fortuna mea cõtentus ero, tu uero digressus facile inuenies. Et si nunc inuenerimus, non amplius tibi molestus ero, percunctando quid erat illud quod apud teipsum inueniſti. Nunc uero uide an ipsum tibi uideatur esse pulchrum: dico sanè ipsum esse: At enim attende mihi, mentem diligenter aduertens, ne delirẽ. Hoc enim nobis sit pulchrum, quod fuerit utile. Dico autem ex hac cogitatione progressus.

Pulchri oculi, qui utiles sunt ad uidendum

Pulchri dicimus, sunt oculi, non qui tales esse uidentur, ut uidere non possint, sed qui & possunt, & ad uidendum utiles sunt. Nunquid? HIP. Etiam. SOC. Non'ne & totum corpus sic pulchrum esse dicimus, aliud ad cursum: aliud ad luctam: & rursus animalia omnia, equum pulchrum, & gallum, & coturnicem: & uasa omnia, & uehicula tum terrestria, tum in mari nauigia & triremes: & instrumenta omnia tum musica, tum aliarum artium. Si uero ita uis, studia & leges, ferè omnia hæc pulchra appellamus, eodem modo respicientes ad singula ex ipsis, qua gratia natum est, qua factum, qua positum unumquodq; : & quod quidem utile est, & quatenus utile, & ad quod utile, & quando utile,

Vtile est pulchrum

pulchrum esse dicimus. Quod uero penitus inutile est, turpe. Nunquid & tibi ita uidetur, ô Hippia? HIP. Mihi sanè. SOCR. Rectè ergo nunc dicimus, quòd utile præ omnibus est pulchrum? HIP. Rectè equidem ô Socrates. SOC. Nõ'ne id quod unumquodque efficere potest, in quod potest, in hoc etiam utile est: quod uero non potest, inutile? HIP. Maximè. SOC. Potentia ergo pulchrum est, impotentia turpe. HIP. Valdè. Et alia igitur ô Socrates, nobis testimoniũ præbent, hoc ita se habere, & non minus res ciuiles. Nam in rebus ciuilibus, & sua ciuitate potentẽ esse, omniũ pulcherrimũ est: Impotentem uero esse omnium turpissimũ. SOC. Bene dicis. Nũquid per deos, ô Hippia, propterea etiam sapientia omnium pulcherrimum: imperitia uero omnium turpissimum?

Potentia est pulchrum

Pulcherrimũ est potentem esse

HIP. At quid putas ô Socrates? SOCR. Age, sis quietus chare amice, nam uereor quid tandem dicimus. HIP. Quid rursus uereris, ô Socrates? Nunc enim tibi sermo penitus pulchrè processit. SOC. Optarim equidem, uerùm hoc unà mecum cõsidera. Nunquid facere quis poterit aliquid, quod neq; nouit, neq; omninô potest? HIPP. Nequaquam. Quomodo enim fecerit quod non potest? SOCR. Qui igitur peccant, & mala operantur & faciunt inuiti, nunquid hi si non potuissent hæc facere, nunquam fecissent? HIP. Ita nimirum. SOCR. At uero potentia possunt qui possunt. Non enim impotentia. HIP. Non sanè. SOCR. Possunt autem omnes qui faciunt, facere ea quę faciunt? HIP. Etiam. SOC. Mala uero multò plura faciũt omnes homines quàm bona, statim ab ineunte ætate, & peccant inuiti? HIP. Est ita. SOC. Quid igitur hanc potentiam, & hæc utilia? quæ ad operandum malum quoddam utilia sunt, num dicemus hæc esse pulchra? aut multum abest? HIP. Multum, ut mihi uidetur, ô Socrates. SOCR. Non ergo ô Hippia, potentia, & quod nobis utile est, ut apparet, est ipsum pulchrum. SOC. Si sanè ô Socrates, bona poterit, & ad huiusmodi utilis sit. SOCR. Illud itaq; perit, potentiam & utile simpliciter esse pulchrum. Nunquid ergo hoc erat illud ô Hippia, quod anima nostra dicere uolebat: quòd utile & potentia ad boni quiddam faciendum, pulchrum est. HIP. Mihi uidetur. SOC. At uero hoc utile est, aut non? HIP. Maximè. SOC. Sic itaq; etiam pulchra corpora, & pulchra instituta, & sapientia, & quæ modò dicebamus, omnia pulchra sunt, quia utilia. HIP. Nimirum ita. SOC. Vtile ergo uidetur nobis pulchrum esse, ô Hippia. HIP. Omninò ita, ô Socrates. SOC. Atqui utile est quod bonũ facit. HIP. Est equidem. SOC. Quod uero facit, non aliud est q̃ causa. Nunquid? HIP. Ita. SOC. Boni ergo causa est pulchrum. HIP. Est equidem. SOC. Atqui causa ô Hippia, aliud est q̃ id cuius est causa. Non enim causa causæ causa fuerit. Sic autem rem considera. Non'ne causa id quod facit apparuit? HIP. Maximè. SOC. Non'ne à faciente fit non aliud quid q̃ id quod fit, & non id quod facit? HIP. Est ita. SOCR. Nõ'ne aliud quid est quod fit, aliud quod facit? HIP. Etiam. SOCR. Non ergo causa causæ causa est, sed eius quod fit ab ipsa. HIP. Maximè. SOCR. Si ergo pulchrum est causa boni, fit utique à pulchro ipsum bonum. Et pro-

Pulcherrimũ est potentem esse

Hominum ad mala inclinatio

Et propterea, ut apparet, & sapientiæ, & aliorum omnium pulchrorũ studio tenemur, eo quòd opus ipsorum. & quod ab his fit, laudatum est ipsum bonum. Et uidetur ex his quæ comperimus, pulchrũ patris cuiusdam speciem habere ad bonum. HIPP. Maximè. Rectè enim dicis, ô Socrates. SOC. Non'ne & hoc rectè dico, quòd neq; pater filius est, neq; filius pater. HIP. Rectè equidem. SOC. Neq; causa est id quod fit, neq; id quod fit causa. HIP. Vera dicis. SOC. Per louem ô optime, neq; ergo pulchrũ bonum est, neq; bonum pulchrum: aut uidetur tibi ex relatis fieri posse? HIP. Per louem mihi non uidetur. SOC. Placet igitur nobis, & uoluimus ita pronunciare, q̃ pulchrũ non est bonum, neq; bonum pulchrũ? HIP. Per louem non admodũ mihi placet. SOC. Etiam per louẽ ô Hippia, mihi minimè omniũ placet, ex his quos protulimus sermonibus. HIP. Ita equidem apparet. SOCR. Videtur ergo nobis non ita se habere, quemadmodũ modò uidebatur pulcherrimus sermo esse, utile & commodũ, & potentiam ad boni quiddam faciẽdum, pulchrũ esse: Imò si fieri potest, primis illis magis ridiculus esse, in quibus & uirginem, & singula supra relata, ipsum pulchrũ esse putabamus. HIP. Videt. SO. Et ego quidem non amplius habeo quo me uertam ô Hippia, sed ambiguus sum. Tu uero habes quod dicas? HIP. Non sane in præsens, sed quemadmodũ paulò antea dicebam, postquã considerauero, me inuenturũ esse satis scio. SOC. At ego præ cognoscendi cupiditate, fieri posse non puto, ut expectem donec id facias. Cæterũ puto nunc me quod dicam habere. Vide.n.an id quod nobis delectationem inducit, non per omnes uoluptates, sed per auditum & uisum, dicemus esse pulchrum. Quomodo.n.ambigere possumus? Nam & pulchri homines ô Hippia, & omnes rerum uarietates, & picturæ, & figmenta quæ pulchra sunt, uidentes nos delectãt. Et soni pulchri, & uniuersa Musica, & sermones & confabulationes, idem hoc faciunt. Quare si audaci illi homini responderemus, ô generose pulchrũ est quod per auditũ, et per uisum delectat, non putas fore ut audaciã ipsius reprimeremus? HIP. Mihi equidẽ nunc uidetur ô Socrates, rectè dici ipsum pulchrum, quod est. SOC. Quid uero studia pulchra & leges, ô Hippia, per auditũ, aut uisum delectantia, dicemus esse pulchra, aut aliam quandã speciẽ habere. HIP. Hæc fortassis, etiã si hominẽ lateant. SOC. Per canem ô Hippia, non sanè illũ quem ego maximè reuerear, si delirans & dicere quid simulãs, nihil dicerẽ. HIP. Quem illũ? SOC. Socratẽ Sophroniſci filiũ, qui mihi nihilo magis hæc permiserit, ut facilè dicam nõdum cognita, q̃ ut q̃ nõ noui, uelut qui sciam dicã. HIP. Atqui etiã mihijpsi, post q̃ tu dixisti, aliud quid esse uideť hoc circa leges. SOC. Sis quietus ô Hippia. Videmur.n.in eãdem ambiguitatẽ de pulchro illapsi, in qua modo eramus, & tamẽ putare abũdè nobis qđ dicamus adesse. HIP. Quõ hoc dicis ô Socrates? SO. Ego tibi dicã quod mihi uideť, si modo quid dico. Hæc equidẽ quæ leges & studia attinent, fortassis uideri nõ possunt esse extra sensum, qui per auditũ & uisum nobis contingit, sed feramus hunc sermonẽ, delectationem per hos pulchrũ esse, ita ut nihil legum in medium adducamus. At si quis nos interrogaret, siue hic de quo dixi, siue alius quicunq; tandẽ. Quid uero ô Hippia & Socrates, delectationem pulchrũ esse decernitis, hac ratione qua uos dicitis: eam uero quæ secundũ alios sensus cõtingit ex cibis & potibus, & rebus uenereis, & alijs omnib. huiusmodi nõ censetis pulcrã esse: aut neq; delectationẽ, neq; uoluptates omninò in talib. esse dicitis, neq; in alio q̃ in uidendo & audiendo? Quid dicemus ô Hippia? HIP. Omninò sanè dicemus ô Socrates, etiã in alijs magnas admodũ uoluptates esse. SOC. Cur igitur dicet, cùm uoluptates sint non minus q̃ illæ, abstrahitis ipsis hoc nomen, & ut pulchræ sint priuatis? Quoniã dicemus, nemo non nos deridebit, si dixerimus nõ iucundũ esse comedere, sed pulchrũ, & iucundũ quid olfacere non iucundũ, sed pulchrum. At res Venereas oẽs nobiscũ cõtenderint iucũdissimas esse. Oportet tamẽ si quis ipsas peragere uelit, ita peragere ut nemo uideat, uelut res usu turpissimas. Hæc ubi nos dicemus, ô Hippia, intelligo etiã ego, fortassis ille dixerit, q̃ dudũ erubescitis dicere, has uoluptates pulchras esse, eo quòd hominibus non ita uidetur. Ego uero nõ hoc quærebã quod uulgo homínibus pulchrũ esse uidetur, sed quod est. Dicemus itaq; ut arbitror, id quod proposuimus, q̃ hanc partem uoluptatis nos pulchrã esse censemus, quæ ex usu & auditu oborí tur. At habes'ne quod facias cum hoc sermone: aut aliud quid dicemus ô Hippia? HIP. Necesse est ad ea quæ dicta sunt, ô Socrates, non alia quædam quàm hæc respondere.

Et propterea, ut apparet, & sapientiæ, & aliorum omnium pulchrorũ studio tenemur, eo quòd opus iplorum, & quod ab his fit, laudatum est ipsum bonum. Et uidetur ex his quæ comperimus, pulchrũ patris cuiusdam speciem habere ad bonum.

Delectãs an sit pulchrum

Quisq; seipsũ maximè reuereri debet

Delectationes quæ sunt pulchræ

Voluptas uisus & auditus pulchra est

SOC.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOC. Bene profectò dicitis, inferet: Non'ne siquidem uoluptas quæ per uisum & auditum contingit, pulchrum est, quæ non talis est uoluptas, nimirũ non fuerit pulchrum? Confitebimur? HIP. Etiam. SOC. Num igitur id quod per uisum iucundũ est, dicet, per uisum & auditũ iucundum est: & quod per auditũ iucundum est, per auditum & uisum iucundum est? Nequaquã dicemus id quod per alterum est, hoc per ambo esse. Hoc enim dicere nobis uideris. Sed nos dicebamus, & alterum horum iucundorũ ipsum per seipsum pulchrum esse, & ambo: non'ne sic respondebimus. HIP. Maximè. SOC. Nunquid igitur dicet, quodcunq; iucundũ à quocunq; iucundo differt in eo quod iucũdum est? Nõ dico an maior aliqua uoluptas, aut minor, aut magis, aut minus sit: sed an aliqua hoc ipso differat, quòd ex uoluptatib. alia quidem uoluptas sit, alia non uoluptas? Non nobis ita uidetur. Nunquid? HIP. Nequaquã uidetur. SOC. Non'ne dicet, ob aliud quid dam quàm quòd uoluptates sunt, has uoluptates ex aliarum uoluptatum numero elegistis, eiusmodi quiddam in ambabus uidentes, quòd habent quid ab alijs diuersum, cuius respectu pulchras ipsas esse dicitis? Non enim ob hoc pulchra est uoluptas quæ per uisum contingit, quòd per uisum existit. Si enim hæc ipsi causa esset, quòd pulchra est, nunquam esset illa altera quæ per auditum contingit pulchra, ut quæ non sit per uisum uoluptas. Vera dicis, dicemus'ne? HIP. Dicemus equidem. SOC. Neq; rursus quę per auditum cõtingit uoluptas, propterea pulchra est, quòd per auditum existit. Nunquam enim rursus quæ per uisum contingit, pulchra esset, ut quæ non sit per auditũ uoluptas. Vera dicemus, ô Hippia, dicere uirum qui hæc dicit? HIP. Vera. SOC. Attamen ambæ sunt pulchræ uelut dicitis. Dicimus'ne? HIP. Dicimus. SOC. Habẽt ergo quiddã idem, quod ipsas pulchras esse facit, & hoc cõmune, quod etiã ambabus inest, & cõmuniter, & utriq; priuatim. Non.n. aliter & ambæ, & utraq; pulchræ essent. Responde mihi uelut illi. HIP. Respondeo, & uidetur mihi ita res se habere, uelut ille dicit. SOC. Si ergo hę uoluptates ambæ paterentur quid, quod non utraq; seorsim patiatur, non sanè hac affectione pulchræ essent. HIP. Et quomodo hoc esse posset, ô Socrates, ut quum neutra quodcunq; tandem patiatur, postea hanc affectionem quam neutra patitur, ambæ patiantur? SOC. Non uidetur' tibi? HIP. In multa equidem harum rerum naturę imperitia uersarer, & simul in præsentibus disputationibus dicendi rationem non tenerem. SOC. Iucundè ô Hippia. At ego fortassis uideor mihi uidere quid quod ita se habet, uelut tu impossibile esse dicis, uideo tamen nihil. HIP. Non uideris tibi uidere, ô Socrates, sed admodum apertè malè uides. SOC. Multa equidem huiusmodi mihi animo obuersantur, sed fidem ipsis non habeo, eo quod tibi non obuersantur, uiro qui ex his qui nunc sapientia celebres sunt, multũ argenti collegit: mihi uero qui nihil unq; colligi uidenť. Et cogito, ô amice, ne mihi illudas, & ultrò me decipias: Ita mihi multa admodũ uidentur. HIP. Nemo melius cognoscet quàm tu ô Socrates, siue ludam, siue non, si hæc quæ tibi animo obuersantur, dicere aggredieris. Nihil enim dicere uideberis. Nunquã enim reperies, ut quod neq; ego patior, neq; tu, ambo nos patiamur. SOC. Quomõ dicis, ô Hippia? Fortassis equidẽ aliquid dicis, ego aũt nõ intelligo. Verũ audi me, dicam.n. clarius quod uolo. Mihi.n. uideť, quod neq; mihi accidit ut sim, neq; sum, neq; rursus tu es, hoc fieri posse ut ambo nos patiamur: & rursus quæ ambob. accidunt ut sumus, hæc neutrũ nostrum esse. HIP. Monstra respondere uideris, ô Socrates, adhuc maiora q̃ paulò antea respõdisti. Considera.n. utrũ si ambo iusti sumus, non etiam uterq; nostrũ fuerit? aut si iniustus uterq;, non etiã ambo? aut si ambo sani, non etiam uterq;? aut si languens, aut sauciatus, aut uerberatus, aut alio quodam modo affectus uterq; nostrũ fuerit, nõ etiam ambo hoc perpetiamur? Et adhuc si aurei, aut argentei, aut eburnei: aut si ita uis, genero si, aut sapientes, aut honorati, aut senes, aut iuuenes, aut aliud quodcũq; rerum humana rum ambo essemus, non'ne magna necessitas esset etiam utrũq; nostrũ hoc esse? SOC. Omninò ita. HIP. At enim tu ô Socrates, totas quidem res non cõsideras: neq; illi cum quibus tu disputare soles. Lancinatis autem appræhendentes pulchrũ, & singulas res in sermonibus cõscindentes. Quapropter ita magna & perpetua solidæ essentiæ corpora uos latent. Et nũc in tantũ te latent, ut putes esse affectionẽ aut essentiã, quæ circa ambo quidẽ sit simul, circa utrũq; uero non: Aut rursus circa utrũq; quidẽ, circa ambo uero nõ: adeò sine omni ratione, & incõsideratè, & stolidè, & sine omni cõsilio, temerè omnia agitis.

Voluptatum distinctio

Ambas pati, nõ posse, quod neutra patitur

Totas res considerandas esse

agitis. SOC. Ita res nostrę se habent ô Hippia, nõ quę uult quis, dicunt subindè homines prouerbio utẽtes, sed quæ potest. At tu nos semper admonẽdo iuuas. Nã & nunc prius quàm de his admoneremur, quàm stolidè senserimus, adhuc magis ego tibi ostendam, ubi dixero ea quæ de ipsis sentimus. At dicam'ne? HIP. Scienti dices, ô Socrates. Noui enim quomodo affecti sint singuli qui in disputationibus uersantur: tamen si tibi ita iucundius est, dicito. SOC. Atqui iucundius est. Nos em̃ ô optime, ita stolidi eramus, prius quàm tu hæc nobis diceres, ut opinionem haberemus de me & te, quòd uterq; nostrum unus esset: hoc uero quod uterq; nostrum esset, nõ sanè ambo essemus. Non enim unus sumus, sed duo: ita stolidè affecti eramus. Nunc aũt à te edocti sumus, quòd si quidẽ duo ambo sumus, duos etiã utrunq; nostrũ esse necesse est: Si uero unus uterq; est, unũ etiam ambos esse necesse est. Nõ.n. fieri potest, ut pro perpetua essentiæ ratione secundũ Hippiam aliter res se habeat, sed quod ambo erant, hoc etiã utrunq;: & quod utrunq;, ambo esse. Ego itaq; nunc persuasus à te hîc sedeo, prius tamen ô Hippia, mihi in memoriã reuoca, utrum unus sumus ego & tu, aut & tu duo es, & ego duo. HIP. Quid dicis ô Socrates? SOC. Hæc quæ dico. Vereor.n. apud te clarè dicere, eo quòd mihi succenses, postq; aliquid dicere tibijpsi uideris. Attamẽ adhuc mihi dicito, non'ne unus uterq; nostrũ est, & hoc utriq; accidit ut unus sit? HIP. Maximè. SOC. Non'ne si unus, etiam impar fuerit uterq; nostrũ? aut unum nõ impar esse putas? HIP. Ego sanè. SOC. Num & ambo, cùm duo simus, impares sumus? HIP. Nõ poterit esse ô Socrates. SOC. Sed pares ambo: nunquid? HIP. Maximè. SOC. Num igitur eo quòd ambo pares sumus, ideo etiam uterque nostrum par est? HIP. Non ita. SOC. Non ergo in totum necesse est, ut nunc sanè dicebas, quæ ambo sumus, etiam utrunq;: & quæ uterq;, etiam ambos esse. HIP. Non ea quę huiusmodi sunt, sed qualia ego prius dicebã. SOC. Satis est ô Hippia. Boni.n. cõsulenda sunt & hæc, quandoquidẽ alia quidem sic, alia non sic se habere uidenť. Nam & ego dicebam, si meministi, unde hic sermo obortus & cõfutatus est, q̃ uoluptas & per uisum, & per auditũ, non ob hoc essent pulchræ, quod utriq; ipsarum accideret ut esset, non autem ambas: aut ambabus quidẽ, nõ autem utriq;: sed ob illud quod & ambab. & utriq;. Quapropter cõcedebas & ambas ipsas esse pulchras, & utrãq;. Huius itaq; rei gratia pudebam ob essentiã ad ambo sequentem ipsa pulchra esse oportere, si quidem ambo sunt pulchra: non aũt ob eam quæ circa alterum relinquiť. Et adhuc nunc puto. Quare mihi uelut à principio dicas, uoluptas & per uisum, et per auditũ, siquidẽ ambę sunt pulchrę, & utraq;, non'ne quod facit ipsas pulchras, id & ambas ipsas & utramq; sequitur? HIP. Maximè. SOC. Nunquid eo quòd uoluptas utraq; est, & ambæ, ideo pulchræ fuerint? aut propterea quidem etiam aliæ omnes nihilo minus quàm hæ fuerint pulchræ? Nihilo enim minus uoluptates esse uisæ sunt, si meministi. HIP. Memini. SOC. Sed eo quòd per uisum & auditum hæ existunt, ideo dicebatur ipsas pulchras esse? HIP. Et ita dictũ est. SOC. Cõsidera uero an uera dicam. Dicebatur enim uelut ego memoria teneo, hoc esse pulchrum quod iucundum esset, non quoduis, sed quod per uisum & auditum esset. HIP. Vera dicis. SOC. Non'ne hæc affectio ambas quidem sequitur, utramq; uero non. Non enim utrumq; ipsorum, uelut in superioribus dicebatur, per ambo est, sed ambo quidem per ambo, utrumq; uero non. Est'ne ita? HIP. Est. SOCR. Non ergo ex hoc utrunq; ipsorum est pulchrum, quod non utrũq; sequitur. Nam ambo utrumq; non sequitur. Quare ambo quidem ipsa, iuxta propositum, pulchra dicere licet, utrumq; autem non licet. Aut quomodo dicemus? Non'ne necesse est? HIP. Apparet. SOCR. Dicimus igitur ambo quidem pulchra esse, utrumq; autem non dicimus? HIPP. Quid enim prohibet? SOC. Hoc mihi, ô amice, prohibere uidetur, quòd erant nobis quæ quidem sic ad singula accedunt, ut siquidem ad ambo accedant, accedant etiam ad utrunque: & siquidem ad utrunque, etiam ad ambo, omnia illa quæ tu recensuisti. Nunquid? HIP. Etiam. SOCRAT. Quæ uero ego recensui, non item: è quorum sanè numero erat etiam ipsum utrunque, & ambo. Est'ne ita? HIP. Est. SOC. Ex utris igitur tibi, ô Hippia, uidetur pulchrum esse, Num ex his quæ tu producebas, siquidem ego fortis, & tu, etiam ambo: & si quidem ego iustus, & tu, etiam ambo: & si quidem ambo, etiam uterq;: hic sanè & siquidem pulcher, & tu, etiã ambo: & siquidẽ ambo, etiam uterq;? Aut nihil prohibet, quemadmodum dum paria quædam ambo sunt, fortassis utraque imparia esse, aut for-

Ambo, duo, uterq;, ut distinguantur

Iucundum per uisum, & auditum, pulchrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut fortassis paria: & rursus dum utraq; dici non possunt, fortassis ambo simul dici posse, fortassis dici non posse: & innumera alia huiusmodi, quæ sanè & ego mihi obuersari dixi. Ex utris itaq; ponis pulchrum, aut quemadmodū mihi de ipso uidetur, ita et tibi? Magna enim absurditas mihi esse uidetur, ambos quidem nos esse pulchros, utrūq; uero non: aut utrunq; quidem, ambos autem non aut aliud quodcunq; huiusmodi. Sic'ne eligis quemadmodū ego, aut illo modo? HIP. Sic ego ô Socrates. SOC. Bene sanè facis tu, ô Hippia, quo etiam ab ampliore inquisitione liberemur. Si enim ex his est pulchrū, non amplius iucūdum per uisum & auditum, pulchrū faciunt, non autem utrunq;. Hoc autem impossibile est, uelut ego & tu ô Hippia, cōfitemur. HIP. Confitemur equidem. SOC. Impossibile ergo est, iucundum per uisum & auditum, esse pulchrum. Nam si pulchrum fit, impossibile quiddam exhibet. HIP. Est ita. SOC. Dicite itaq; rursus, inquiet, ab initio, quandoquidem in hoc aberrastis, quod hoc pulchrum esse censeatis, quod in ambabus est uoluptatibus, propter quod has alijs præferentes, pulchras nominastis. Necesse itaq; mihi uidetur esse Hippia ut dicamus, quòd hæ uoluptates maximè innoxiæ sunt, & optimæ, tum ambæ, tum utraq;. Aut tu aliud quid dicere potes, quo ab alijs differunt? HIP. Nequaquā. Reuera enim optimæ sunt. SOC. Hoc ergo dicet, pulchrum esse dicitis, uoluptatem utilem? Videmur ita, dicam ego. Tu uero quid? HIP. Et ego. SO. Non'ne utile dicet, est quod facit bonum. Quod autem facit, & quod fit, aliud nunc esse uisum est. Et ad superiorem sermonem uobis disputatio redit. Neq; enim bonum fuerit pulchrum, neq; pulchrum bonum, siquidem aliud utrunq; ipsorum est. Præ omnibus ita esse asseremus, ô Hippia, si sapiemus. Non enim fas est rectè dicenti non concedere. HIP. At uero ô Socrates, quid putas hæc omnia esse? Ramenta equidem sunt, & præsegmina sermonum, quemadmodū paulò antea dicebam, paulatim diuisa. At illud & pulchrum, & multi precij posse bene & præclarè orationem habere in iudicio, aut in curia, aut coram alio quodā magistratu, ubi dicere opus sit, & persuasis auditoribus abire, ita ut quis nō minima, sed maxima præmia ferat, suijpsius & suorum bonorum ac pecuniarum, & amicorum salutem. Hæc itaq; amplecti oportet, & ualere sinere istas minutias, ut ne ualdè amens esse uidearis, si deliramenta & nugas quemadmodū nunc tractes. SOC. O amice Hippia, tu quidem beatus es, eo quòd nosti quarum rerum studio homines teneri conuenit, & ipse satis magnum, uelut dicis, studium adhibuisti. Me uero mira quædam, ut apparet, fortuna uexat. Quare erro quidem & ambigo semper. Vbi uero ambiguitatem meam uobis sapientibus ostendo, sermone rursus à uobis stimulor. Dicitis enim ad me ea quæ & tu nunc dicis, quòd stulta & parua & nullius precij tracto. Postquam autem rursus à uobis persuasus, dico ea quæ & uos, quòd longè præstantissimum est, posse bene & præclarè orationem habere in iudicio, aut in alio quodam cœtu, tunc & ab alijs quibusdam qui hic sunt, & ex hoc homine qui me semper redarguit, omnia mala audio. Nam est mihi genere propinquissimus, & in eadem domo mecum habitat. Postquam igitur domum meam ingressus sum, & me hæc dicentem ille audit, interrogat an non erubescam, quòd de pulchris studijs disputare audeo, quum adeò manifestè de pulchro redarguar, ut neq; hoc ipsum quodnam tandem sciat sit. Et quidē inquit, quomodo tu cognosces quæ oratio bene & pulchrè composita sit, aut non: aut alia quæcunq; actio, si pulchrum ignoras. Et quum ita affectus sis, putas tibi melius esse uiuere quàm mori. Contingit itaq; mihi uelut dicebam, ut & à uobis, & ab illo malè audiam, & obprobria feram. At enim fortassis necessarium est hæc omnia sustinere. Nihil enim absurdi esset, si utilitatem inde caperem. Ego igitur uideor mihi ô Hippia, ex uestra & amborum consuetudine utilitatem cœpisse.

Nam prouerbium difficilia quæ pulchra, quid
tandem dicat, uideor mihi
intelligere.

Voluptas uisus & auditus, innoxia & optima

Ramenta & præsegmina sermonum

Socratis studiorum mira fortuna

ARGVMEN-

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLO-
rentini in Hippiam minorem.

MIRIFICA Socratis Platonisq; nostri bonitas cum diligentissime multis ubiq; modis prouideat ne inuentus credula subdolis sophistarū aucupijs capiatur, captaq; perdatur, nonnihil uisa Hippiam Elien sem sophistarum insolentissimum atq; fallacissimum duobus dialogis agitat, Maiore uidelicet, atq; Minore. In maiore quidem demonstrat Hippiam rerum professorem pulcherrimarum omnino quid ipsa pulchritudo sit ignorare. In minore uero eundem se iactantem quod ante alios mendacem à uerace discernat, ostēdit in utriusq; definitione prorsus errare: ut pateat Hippiam, ut omnium arrogantissimus est, ita & ignorantissimum esse, atq; ineptissimum apparere. Mitto nunc quod eum, ut mos est sophistarum, iactabūdum & temerarium auarumq; depingit: & eum promittat omnia, in omnibus dantem uerba, nihil uero præstantem: cūq; maximis glorietur, uel in minimis claudicantem. Sed ut ad mendacis ueracisq; definitionem redeamus, mendax rite describendus erat, qui maxime uelit, utcunq; possit sciatq;, mentiri. Verax aūt contrà, qui maxime uelit utcunq; possit & sciat, uera loqui. At Hippias inertissimus artium magister omnium, confusissimusq; ueracis mendacisq; discretor, ordine desinit opposito, dicitq; mendacem qui maxime possit sciatq; mentiri quotiescunq; uoluerit: Veracem uero, qui quandocūq; uoluerit queat & sciat uera loqui. Vnde cogitur primum fateri mendaces esse potētes, scientes, prudentes, sapientes. Deinde & bonos ad illa ad quæ potentes sunt atq; sapientes. Tertio per artes singulas deducendo cōpellitur in qualibet tam re quàm arte fateri eundem esse ueracem atq; mendacem, quod negauerat ab initio. Siquidem in qualibet ille qui optime callet, idem maxime potest & scit pro arbitrio uera loqui pariter atq; mentiri. Quarto ad concedendum inducitur ueracem nihilo meliorem esse mendace: quandoquidem quàm sufficiens bonusq; est uerax ad loquendum uera, tam sufficiens bonusq; appareat mendax ad mentiendum. Post hæc Socrates sophistam in ambiguitatē adducit, uter delinquat grauius, num qui mentitur uolens, an qui nolens. Id uero sophista nescit soluere, neq; Socrates quidem soluere uult sophistæ. Est autem ita soluendum. In his quidem quæ ad intelligentiam pertinent minus errare qui mentiuntur sponte: in his autem quæ ad mores spectant, errare magis. Eum uero qui nolens dicit mendacium, contrà se habere. Deinde ambigitur utri magis errent, num qui dedita opera, an qui infirmitate uel ignorantia peccant. probaturq; longis inductionis ambagibus, in his quæ ad naturam & artem, illarūq; instrumenta pertinent, grauius esse uitium uel impotentia uel ignoratione cōmissum, quàm malitia perpetratum. Si quidem naturæ bonum in ipsa potentia, bonū uero artis in hac ipsa, atq; insuper in cognitione consistit. Malum igitur in oppositis. Ex his autem extra propositum Socrates Hippiam ad mores transfert, concludens idem in genere morum, quod & in naturæ artisq; genere. Quod quidem & si intelligit Socrates fieri non debere, studet tamen declarare sophistam id nequaquam animaduertere. Profectò in his quæ ad uoluntatem moresq; pertinent, grauius delinquitur malitia, id est quadam uoluntate peccandi quàm si uel per impotentiam uel per ignorantiam delinquatur. Postremo Socrates iustitiam esse dicit uel potentiam uel scientiam uel utrunq;. Addere sciebat, sed nolebat tertiū, scilicet uel uoluntatē. Iustitia enim maxime in uoluntate consistit. Id uero declarare uoluit latere sophistam. Sed iam argumentum superioribus præceptis his concludamus. Docendum sine inuidia. Absq; rubore discendum. Gratiæ semper habendæ docenti. Aliena inuenta sibi non usurpanda.

PLATONIS ATHENIENSIS HIPPIAS MAIOR, SIVE DE MENDACIO. *Sub confutationis specie.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. EVDICVS. HIPPIAS.



V uero ô Socrates quid taces, quū Hippias tot doctrinæ suæ specimina ediderit? & cur non aut collaudas quid ex his quæ relata sunt, aut etiam redarguis, si quid tibi non rectè dixisse uidetur? & hoc tum aliàs, tum quòd & ipsi inferiores fuimus, qui exercitationis in philosophia non paruam partem nobis uendicamus. SOC. Sunt equidem ô Eudice quæ libēter ex Hippia percuncter, ex his quæ de Homero dicebat. Nam ex patre tuo Apemanto audiui, Iliadem Homeri præstantius poema esse quàm Odysseam. Tantò uero præstantius, quantò præstantior esset Achilles Vlysse. Ex poematis enim alterum in Vlyssem compositum esse, alterū in Achillem. De illo igitur libenter Hippiam percunctarer, si cum ipsius uoluntate fieri posset, quomodo ipsi de his duobus uiris uideatur, utrum ipsorum præstantiorem esse dicat: quandoquidem etiam alia multa ac uaria

Iliias præstantior Odyssea

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis commonstrata sunt, tum de alijs poetis, tum de Homero. EV. At manifestum est quòd non inuidebit Hippias respondere, si quid ex ipso interroges. Nũquid ô Hippia respondebis, si quid Socrates ex te percũctabitur: aut quid facies. HIP. Absurdũ quiddam cõmitterem ô Eudice, si nunc Socratis interrogationẽ auersarer, qui ad Olympia ad magnũ illum Græcorũ conuentum, quũ Olympia festa celebrantur, semper è domo ex Elide ascendo, & meipsum ad festum ita exhibeo, ut & dicã quid quisq; uelit, ex his quę mihi ad hoc ut publicè exhibeã, præparata sunt, & expetẽti respõdeam quid quisq; interroget. SOC. Felici affectione laboras ô Hippia, si qualibet Olympiade, ita de anima tua ad sapientiã cõfisus, proficiscaris ad festum. Et profectò admirarer si quis Athlę ta adeò intrepidè & confidenter se gerat, & eò proficiscatur, corpore decertaturus, uelut tu mente dicis. HIP. Meritò ô Socrates ego ita affectus sum. Nam ex quo in Olympijs decertare incœpi, in nullum unquã in ulla re præstantiorẽ incidi. SOC. Præclarum ô Hippia & Eleorum ciuitati, & parentibus tuis, sapientiæ monumentũ, gloriam tuam esse dicis. At quid dicis nobis ab Achille & Vlysse, utrum præstantiorẽ & in qua re esse censes? Quãdo enim multi intus essemus, & tu doctrinæ tuæ specimẽ ederes, quędam quæ à te dicerentur me subterfugerunt. Verebar enim rursus interrogare, eo quòd turba multa intus esset, & ne interrogãdo orationẽ tuam impedirem. Nunc uero postquã pauciores sumus, & Eudicus hic interrogari iubet, dic & doce nos clarè quid de his utris dixeris, & quo modo de ipsis iudicaris. HIP. At ego uolo tibi ô Socrates adhuc clarius quàm tunc recensere quæ dico, & de his, & de alijs. Assero enim Homerum fecisse optimum uirum Achillem, ex his qui ad Troiam peruenerunt: sapientissimũ autẽ Nestorem, uersutissimum uero Vlyssem. SOC. Papæ ô Hippia, Nunquid mihi in hoc gratificabere? ut ne me derideas, si uix ea quæ dicũtur intelligo, & sæpe interrogo, sed coneris leniter & facile mihi respondere. HIP. Turpe equidem esset ô Socrates, quũ alios hæc doceam, & horũ nomine pecunias exigam, si ipse dum à te interrogor nõ ignoscã, & leniter respõdeam. SOC. Rectè admodũ dicis. Egò equidẽ quãdo optimũ Achillem fecisse diceres, uidebar mihi intellígere quid diceres, itẽq; quando Nestorem sapientissimũ. Postquã uero de Vlysse dixisses, q poeta ipsum uersutissimũ fecisset, hoc ut apud te uerũ fatear, omnino nõ scio quid dicas. Et dic mihi si fortassis hinc magis intelligam. Achilles non uersutus ab Homero factus est? HIP. Minimè ô Socrates, sed simplicissimus. Nã & in supplicatiõib. quãdo ipsos inter se disceptãtes facit. Achilles ad Vlyssem dicit.

Achilles optimus Nestor sapiẽtiss. Vlysses uersut.

O Laertiade generose uaferrime Vlysses,
Consilium quiuis ut apertè hìc dicat oportet.
Sentio quod dicam, uelut inde puto esse futurum.
Inferni portis æqualis is hostis habetur,
Pectore diuersum qui sentit, dicit ab ore
Deinde aliud: sed ego dicam quæ certa sequentur.

In his uersibus utriusq; uiri mores indicat: quòd Achilles quidem uerax sit & simplex: Vlysses autem uersutus & mendax. Nam Achillem hos uersus in Vlyssem dicere poeta fingit. SOC. Nunc sanè ô Hippia uideor mihi intelligere quod dicis. Versutum mendacem dicis uelut apparet. HIP. Maximè ô Socrates. Talem enim fecit Vlyssem Homerus multis locis & in Iliade & Odyssea. SOC. Videbatur ergo ut apparet, Homero, alter quidem esse uir uerax, alter autem mendax, & nõ idem. HIP. Quomodo enim nõ deberet ô Socrates? SOC. Num & tibi uidetur ô Hippia? HIP. Maximè omniũ. Nam absurdum esset, si non ita uideretur. SOC. Homerũ itaq; mittamus, quandoquidẽ etiam fieri nõ potest ut rursus interrogemus illum, quid nam senserit quũ hos uersus faceret. Tu uero quandoquidem causam suscipere uideris, & tibi cõplacent ea quæ Homerũ dicere asseris, responde in communi pro Homero, & pro teipso. HIP. Fiet ita. Sed breui interroga quod uoles. SOCR. Mendaces dicis uelut impotentes ad aliquid faciendum, quemadmodum ægrotantes: aut potentes ad aliquid faciendum? HIP. Potentes ego dico, & ualdè admodum tum in alijs, tum in decipiendis hominib. SOC. Potentes itaq; ut apparet sunt, iuxta tuum sermonem, etiam uersuti. Nunquid? HIP. Etiam. SOC. Versuti uero sunt etiam deceptores, præstoliditate & imprudentia, aut ex uafricia & prudẽtia quadam? HIP. Ex uafricia & prudentia omnium maximè. SOCR. Prudentes ergo sunt

Versutum esse mendacem

sunt ut apparet. HIP. Etiã per louẽ ualdè. SOC. Cùm aũt sint prudentes, nõ sciunt quid faciũt, aut sciunt? HIP. Et ualdè admodũ sciunt, quapropter etiã mala faciunt. SO. Scientes aũtem quæ sciunt, num imperiti sunt aut sapiẽtes? HIP. Sapientes equidẽ in his ipsis decipiendum. SOC. Age itaq; reuocemus in memoriam ea quæ dicis. Mendaces dicis ad esse potentes, & prudẽtes, & scientes & sapiẽtes, in quibus sunt mendaces? HIP. Di eo equidem. SOC. Alios autem tum ueraces, tum mendaces, & maximè inter se contrarios? HIP. Ita dico. SOC. Age uero ex potentũ & sapientum numero, uelut apparet ex tuo sermone, sunt mẽdaces? HIP. Maximè. SO. Cũ itaq; potentes & sapiẽtes esse dicas mẽdaces in his ipsis, Vtrũ dicis potentes esse ad mentiendũ si uelint: aut impotentes in his quęmentiuntur? HIP. Potentes sanè dico. SOC. Vt ergo in summa dicatur, Mendaces sunt sapientes & potentes ad mentiendũ. HIP. Etiam. SOC. Qui ergo mentiri non potest, & imperitus uir est, nõ fuerit mendax. HIP. Ita est. SOC. Potens aũt est unusquisque qui facit quod uult, tunc cùm uult: nõ dico si à morbo & huiusmodi alijs prohibeatur: sed sic dico, uelut tu scribere potes nomen meũ cùm uelis: Non'ne eum qui sic affectus est, tu potentem uocas? HIP. Etiam. SOC. Dic itaq; mihi ô Hippia, non'ne tu peritus es computationum & artis supputandi? HIP. Maximè omnium ô Socrates. SOCR. Non'ne si quis te interrogaret, ter septingenta quot sunt numero, si uelis omnium citissimè & maximè, diceres de hoc ueritatẽ. HIP. Maximè. SOC. Num eo quòd potentissimus & sapientissimus in his es? HIP. Etiam. SOC. Vtrum igitur sapiẽtissimus & potentissimus es solum: aut etiam optimus in arte supputandi es, in qua potentissimus & sapientissimus existis? HIP. Etiam optimus. SOC. Vera itaq; tu potentissimè de his dixeris. Nunquid? HIP. Arbitror equidem. SOC. Quid uero falsa de ijsdem his? Et mihi uelut priora generosè & magnificè responde ô Hippia. Si quis te interrogaret, ter septingenta quot sunt, utrum tu magis mentiaris, & semper secundum eadem falsa dixeris de his, ut qui mentiri & nunquam uera respondere uelis? aut supputandi imperitus poterit magis mentiri quàm tu etiamsi uelis? aut imperitus quidem sæpe uolens falsa dicere, uera inuitus dixerit, si ita contingat, eo quòd non nouit. Tu uero qui sapiens es, siquidẽ uelis mentiri, semper secundum eadem mentiaris? HIP. Etiam. Sic res se habet, uelut dicis. SOC. Mendax igitur utrum circa alia quidem mendax est, non tamen circa numerũ: neq; de numero mentietur? HIP. Etiam per louem circa numerum. SOCR. Ponamus ergo & hoc ô Hippia, circa supputationem & numerum esse aliquem hominem mendacem. HIP. Etiam. SOCR. Quis igitur fuerit hic? Non'ne oportet ipsum, siquidem mendax esse debet, uelut tu modò dicebas, potentem esse ad mentiendum? Qui enim impotens est ad mentiendum, nunquam mendax fieri poterit, uelut ipse dicebas, si meministi. HIP. At memini, & sic dictum est. SOC. Non'ne modò uisus es tu potentissimus esse ad mentiendum circa supputationem? HIP. Etiam hoc dictum est. SOC. Nunquid etiam potentissimus es uera dicere de computationibus? HIP. Maximè. SOCR. Non'ne idem falsa & uera de computationibus dicere potẽtissimus est. Hic autem est qui in his præstans est, ipse cõputator. HIP. Etiam. SOC. Quis igitur alius mendax fit de computationibus quàm qui præstans est? Idem enim etiam potens. Hic autem etiam uerus. HIP. Apparet. SOC. Vides igitur quòd idem mendax, & uerax de his est, & nihilo præstantior uerax falso est ac mendace. Idem enim est, & non habet contrarietatem, uelut tu modo putabas. HIP. Non apparet sanè hic. SOC. Vis igitur ut consideremus etiã alibi? HIP. Si sanè aliter tu uis. SOC. Non'ne etiam Geometriæ peritus es? HIP. Ego sanè. SO. Quid igitur, nõ'ne etiam in Geometria res sic se habet, ut idem potentissimus sit & mentiri, & uera dicere de tabulis geometricis, nimirũ ipse geometra? HIP. Etiam. SOC. In his igitur alius quis est, aut hic? HIP. Non alius. SO. Non'ne præstans ac sapiens Geometra in ambobus potẽtissimus est. Et si quis alius mendax circa descriptiones geometricas est, hic sanè præstans ille fuerit. Hic enim potens est. Malus autem impotens erat ad mentiendum. Quare mendax fieri non poterit, qui mentiri non potest, uelut concessum est. HIP. Est ita. SO. Adhuc itaq; tertium etiam consideremus Astronomum. Cuius tu artis adhuc magis scientẽ re putas quàm superiorũ. Nunquid ô Hippia? HIP. Etiam. SOC. Non'ne & in Astronomia eadem hæc sunt? HIP. Verisimile est ô Socrates. SOC. Et in Astronomia si quis alius mendax est, præstãs Astronomus mendax erit, qui mentiri po-

Mendax circa numerum

Mendax & uerax idẽ est, circa numeros

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiri potest. Non enim qui non potest. Imperitus enim est. HIP. Apparet ita. SOC. Idem ergo etiam in Astronomia uerax & mendax erit. HIP. Apparet. SOC. Age itaq; ô Hippia, passim ita considera per omnes scientias, an aliter se res habeat, quàm hoc modo. In plurimis autem omninò artibus præ omnibus hominibus sapientissimus es, uelut ego aliquando te multam illam & admirandā sapientiam iactantem, audiui recensere in foro inter mensas. Dixisti autē uenisse te aliquando ad Olympia, ita ornatū ut omnia quæ circa corpus haberes, tua ipsius opera essent. Et primū quidem anulum: hinc enim incipiebas: te habuisse tuum opus, ut qui anulos sculpere scias: & aliud sigillum tuum opus, & strigilem & uas olearium, quæ ipse feceras. Postea calceos quos habebas, teipsum consuisse dixisti, & pallium & tunicā texuisse. Et quod omnibus usum fuit, maximè admirandum, & maximæ sapientiæ exemplum, cingulum tunicæ quod habebas, dixisti esse ex preciosis, qualia sunt Persica, & hoc te cōtexuisse. Ad hæc uenisse te & attulisse poemata & uersus & tragœdias & dithyrambos: & soluta oratione multas & uarias orationes cōpositas. Et in artibus quas modò referebam, & in scientijs, dixisti te eò peruenisse ita ut alios excellueris, & in rythmis, & in harmonijs, & descriptionum rectitudine, & alijs adhuc admodum, uelut ego mihi meminisse uideor. Et quidem ferè oblitus sum tui illius memoriæ, ut apparet artificij, in quo tu te illustrissimū esse putas. Arbitror autem & alia multa me oblitū esse. Verùm quod dixi, & ad tuas, quæ multæ adeò sunt, & ad aliorum artes respiciens, dic mihi an alicubi reperias, ex his de quib. inter nos consensimus, ubi uerax à mendace diuersus sit, & non idem, in quacunq; sapientia, aut uasitia, aut quomodocunq; appellare libet, hoc si ita uis cōsidera. At non reperies ô amice. Non enim est: aut si est, dicito. HIP. At nunc ô Socrates, non ita possum. SOC. Neq; poteris, ut ego arbitror. Si uero ego uera dico, meministi ô Hippia, quid nobis ex sermone consequens sit. HIP. Non admodum intelligo, ô Socrates, quid dicas. SOC. Nunc fortassis non opus est memoriæ artificio. Manifestum enim est quòd opus esse non putes. At ego tibi in memoriam reuocabo. Nosti te dixisse Achillem ueracem esse, Vlyssem autem mendacem & uersutum? HIP. Etiam. SOC. Nunc igitur sentis eundem mendacem & ueracem apparuisse? Quarè si mendax erat Vlysses, erat etiam uerax: & si uerax Achilles, etiam mendax. Et non diuersi inter se fuerunt uiri, neq; contrarij, sed similes. HIP. Semper tu ô Socrates ejusmodi quosdam sermones texis, & quod molestissimum est in sermone appræhendens, ex hoc hæres paulatim id tractans, & non de tota re de qua sermo fuerit, contendis. Nam & nunc, si ita uoles, ex multis coniecturis sumpta iusta ratione demonstrabo tibi, Homerum fecisse Achillem Vlysse præstantiorem, & nō mendacem. Vlyssem uero dolosum & multa mentientem, & Achille deteriorem. Si uero ita uis, sermonem cum sermone uicissim confer, quòd alter melior sit, & magis cognoscent præsentes uter nostrum melius dicat. SOC. Ego profectò non contendo, ô Hippia, te nō esse sapientiorem quàm me: sed semper ubi quis aliquid dicit, animum aduertere soleo, tum alias, tum si is qui dicit, sapiēs esse mihi uidetur: & discendi cupidus quid dicat, percunctor, & rursus considero, & cōfero ea quæ dicuntur, quo intelligam. Si uero uilis esse mihi uidetur is qui dicit, neq; rursus interrogo, neq; mihi curæ est quid dicat. Et ex hoc cognosces quos ego sapientes esse duco. Comperies enim me sedulū esse circa ea quæ ab hoc dicuntur, & percunctantē ex ipso, quo aliquid discendo utilitatē capiam. Nam & nūc te dicente considerauī, ep in uersib. quos tu modo producebas, ostendis Achillē in Vlyssem uelut temerariū dicere: & mirū esse mihi uideī, si tu uera dicis: quia Vlysses quidē uersutus ille, nusq; uideī mentitus esse. Achilles aūt uersutus quispiā esse uideī, iuxta tuū sermonē. Mētiī. n. nā ubi dixisset hæc uerba, q̄ & tu modò dicebas:

Artes Hippiæ uariæ

Mendax & uerax idem est in omnibus

Inferni portis æqualis is hostis habetur,
Pectore diuersum qui sentit, dicit ab ore

Deinde aliud:

Paulò post dicit, se neq; ab Vlysse, neq; ab Agamemnone persuaderi posse, ut omninò in Troia maneat, sed inquit:

Cras ubi sacra Ioui cum diuis ordine cunctis
Fecero, mox hinc instructas traham ad æquora naues,
Ipseq; spectabis, modò sit tibi cura uidendi,
Summo mane meas piscosum hinc Hellespontum ad Instru-

Instructas exire uiris & remige naues.
Quòd si successum dederit Neptunus amicum,
Tertia lux aderit Phthiam ueniemus amœnam.

Adhuc uero grauius quàm hic, alibi Agamemnoni conuitians dixit:

Nunc repetam Phthiam, melior sententia nam hæc est,
In patriam cum nauibus ire, & non tibi frustra
Quærere opes, ut sim contemptus, cassus honore.

Hæc cùm dixisset, modò cōràm toto exercitu, modò ad suos sodales, nusquā tamen uisus est aut se præparasse, aut aggressus esse, ut naues detraheret, uelut domum nauigaturus, sed admodum strenuè uera dicere negligit. Ego igitur ô Hippia & ab initio te interrogabam, ambigens uter horum uirorum præstantior poetæ factus esset, & putans amborum optimos esse, & difficile iudicatu, uter melior esset, & mendacio, & ueritate, & reliqua uirtute. Nam ambo etiā in hoc consimiles sunt. HIP. Non rectè cōsideras ô Socrates. Quæ. n. Achilles mentiī, nō ex insidijs mētiri uideī, sed inuitus, ob exercitus calamitatem manere et auxiliū ferre coactus. Quæ uero Vlysses, uolens & ex insidijs. SOC. Decipis me charissime Hippia, & ipse Vlyssem imitaris. HIP. Nequaq; ô Socrates. Quid uero, & ad quid dicis? SOC. Quòd nō ex insidijs Achillē mentiri dicis: qui adeò præstigiator & insidiator erat supra temeritatē, uelut Homerus finxit. Quare etiā Vlysse tātò uideī plus sapere, ad hoc ut facile lateat ipse, dū temerè agit, ut corā illo ipse sibijpsi contraria dicere audeat, & Vlyssem fallat. Nihil itaq; uideī ad ipsum locutus Vlysses, uelut ipsum mentientē sensisset. HIP. Quænā ista dicis ô Socrates? SO. Nō nosti ep cùm prius ad Vlyssem dixisset, se summo mane nauigaturū esse, postea ad Aiacē rursus dicit, se nō nauigaturū esse, sed alia producit. HIP. Vbi istud? SOC. In his uersibus ubi ait:

Sed uos ite citi, reliquisq; hæc dicta referte:
Non me sanguinei prius hæc commercia belli
Licturum, quàm cæde ferox, & Marte cruentus
Cæsorum Danaum, atq; incensis nauibus, igne
Omnibus iniecto, celeres Priameius Hector
Myrmidonum ad naues, & ad hæc tentoria pergat:
Si tamen huc pergat, quod non audebit opinor.

Tu igiī ô Hippia, non obliuiosum esse putas Thetidis filium, eumq; à sapiētissimo Chirone institutū, ut qui paulò antea extrema cōuitia in temerarios dixisset, mox ad Vlyssem nauigaturū se esse dixerit, ad Aiacem uero mansurū se esse: & non potius insidiatorem, ut qui Vlyssem ueteranū esse sciret, & hoc ipso, dolū uidelicet machinādo & mentiendo, superiorē illo se fore sperareť? HIP. Nequaq; mihi uideī ô Socrates. Sed & hæc ipsa à simplicitate persuasus, alia ad Aiacem, alia ad Vlyssem dixit. Vlysses autē & quæ uera dicit, ex insidijs semper dicit, & quæ mentiī eodem modo. SOC. Præstantior ergo est ut apparet, Vlysses Achille? HIP. Minimè uero ô Socrates. SOCR. Quid uero, nonne iam uisum est ultrò mētientes meliores esse, ep eos qui inuiti mentiunt? HIP. Et quomodo ô Socrates, hi qui sponte iniusta faciunt, & sponte insidias struunt, & mala operantur, meliores fuerint his qui non sponte? Multa. n. uenia esse uideī, si quis non sciens iniusta faciat, aut mentiaī, aut aliud quid mali perpetret. Et leges ipsæ longè seueriores sunt in eos qui ultrò mala operātur & mentiunī, ep in eos qui non sua sponte. SOC. Videdes ô Hippia, me uera dicere, cùm sedulū me esse assero ad sapientū interrogationes, & uideor unum hoc solū bonum habere, cùm in alijs admodū utilis sim. Nam res ipsæ quo modo se habeāt in errore uersor, & non scio quales sint. Atq; huius rei iustam coniectu ram inde sumo, ep ubi cum aliquo uestrū qui sapientia clari estis, & quibus omnes Græci sapientiæ testimoniū præbent, cōuersor: nihil scire uideor. Nihil enim mihi & uobis, ut ita dicam, idem uideī: & quidē quod maius imperitiæ signū est, ep si quis à sapientib. uiris dissentiat? Vnū uero hoc admirandū habeo bonū, quod me seruat. Non. n. erubesco discere, sed percunctor & interrogo, & multā gratiam respondenti habeo, neq; unq̄ erga illū ingratus fui. Nunq; enim didicisse me quid negaui, ita & uelut meum inuentū iactassem, sed laudo eum qui me docuit uelut sapientē, ea quæ ab ipso didici producēs. Et sanè etiā nunc in his quæ dicis, nō tibi assentior, sed ualdè admodū dissentio. Et hoc

Sponte peccantes meliores sunt. non sponte peccantibus

Dissentire à sapientibus, imperitiæ signum

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter me fieri satis scio, eo q̃ talis sum, qualis sanè sum, ut nihil amplius de meipso dicam. Mihi.n.ô Hippia, totum contrariũ ei quod tu dicis, uidet: nimirum qui lædunt homines, & iniusta faciunt, & decipiunt, & peccant uolentes, meliores esse mihi uidentur, q̃ qui inuiti. Nonnunq̃ uero etiam contrariũ horum mihi uidet, & erro circa hæc, propterea uidelicet quod non sciam. Nunc aũt in præsentia uelut per circuitũ morbi accessio mihi reuoluit. Et uidentur mihi qui uolentes peccant, aliquãto meliores esse his qui inuiti peccant. Præsentis aũt affectionis causas esse puto superiores sermones, ut nũc mihi uideant hi qui singula hæc inuiti faciunt, peiores esse his qui uolentes faciunt. Tu igitur gratificare, & ne inuideas animæ meæ medelã. Longè.n. maius beneficiũ mihi conferes, si liberaueris animã ab imperitia, q̃ si corpus à morbo. Longũ equidem sermonẽ si habere uoles, iam tibi prædico, q̃ me non curabis. Non.n.assequi potero. Si uerò uoles, quemadmodũ modo, mihi respondere, ualdè mihi profueris. Arbitror autẽ neq; te hinc damnũ passurum esse. Meritò uero etiã te aduocauerim, ô fili Apemanti. Tu.n.me induxisti ad hanc cum Hippia disputationẽ. Et nunc si non respõdere mihi Hippias uoluerit, ipsum pro me rogato. EV. At ô Socrates, nihil opus esse arbitror meis apud Hippiam precibus. Non.n.talia sunt q̃ ab ipso prædicta sunt, sed q̃ nullius hominis auersetur interrogationẽ. Num hæc erant Hippia, q̃ dicebas? HIP. Erant equidem. Sed Socrates ô Eudice, semper turbas mouet in sermonibus, et malefico similis esse uidet. SO. O optime Hippia, nõ uolens hæc facio: Sapiens.n. essem & admirandus, iuxta tuam sententiã: sed inuitus. Quare ueniam mihi dabis. Dicis.n. rursus ueniam dari oportere ei qui inuitus mala facit. EV. Et nequaq̃ aliter facias, ô Hippia, sed & nostri, & relatorum à te sermonum gratia, respondeq̃ Socrates ex te interrogat. HIP. At respondebo, te rogante. Quare interroga quod uoles. SOC. Equidẽ ualdè cupio cõsiderare, ô Hippia, id de quo nunc nobis sermo est, utri meliores sint tandẽ, qui uolentes, aut qui inuiti peccant. Arbitror aũt ad cõsiderationẽ hoc modo rectissimè peruenirí posse. Quare respõde. Vocas aliquem cursorem bonum? HIP. Ego sanè. SOC. Et malum? HIP. Etiam. SOC. Non'ne bonus quidem est qui bene currit, malus autẽ qui malè? HIP. Etiam. SOC. Non'ne qui tardè currit, malè currit: qui uelociter, bene. HIP. Etiã. SOC. In cursu ergo et in currendo uelocitas bonũ est, tarditas malũ? HIP. At quid tũ? SOC. Vter igit̃ melior est cursor, qui uolens tardè currit, aut qui inuitus? HIP. Qui uolens. SOC. Nunquid currere est aliquid facere? HIP. Facere equidẽ. SOC. Si uero facere, nõ'ne etiam operari aliquid? HIP. Etiã. SOC. Qui ergo malè currit, malũ & turpe hoc in cursu operat̃? HIP. Malũ. Quidni? SO. Malè uero currit, qui tardè currit? HIP. Etiam. SOC. Nõ'ne bonus cursor uolens malum hoc operat̃ & turpe: malus aũt inuitus? HI. Apparet. SO. In cursu ergo deterior est qui inuitus mala operat̃, q̃ qui uolens? HIP. In cursu sanè. SOC. Quid uero in lucta, uter luctator melior est, qui uolens cadit, aut qui inuitus? HIP. Qui uolẽs, ut apparet. SOC. Deterius aũt & turpius est in lucta, cadere'ne aut deijcere? HIP. Cadere. SO. Et in lucta ergo qui uolens mala & turpia operat̃, melior luctator est q̃ qui inuitus. HIP. Apparet. SOC. Quid uero in omni reliquo corporis usu, non'ne qui melior est corpore, ambo operari potest, & robusta & debilia, & turpia & pulchra: Quare cùm is qui præstãtior est corpore, mala per corpus operat̃, uolens operatur: Qui uero deterior est, inuitus? HIP. Videt̃ etiam circa robur res ita se habere. SOC. Quid uero circa ornatũ, ô Hippia, nõne melioris corporis est ut turpes & prauas figuras fingat ultrò: deterioris autẽ ut inuitè? aut quomodo tibi uidetur? HIP. Ita. SOC. Et turpis ergo habitus uoluntarius ex uitio est: inuoluntarius ex uitio corporis. HIPP. Apparet. SOCR. Quid uero de uoce dicis, utram asseris esse meliorem, eam quę ultro absona est, aut quę inuitè? HIP. Eam quæ ultrò. SOC. Deteriorem uero eam quæ inuitè. HIP. Etiam. SOCR. Vtrũ uero malueris, bona possidere, aut mala? HIP. Bona. SOCR. Vtrum igitur malueris pedes habere ultrò claudicantes, aut inuitè? HIP. Vltrò. SOCR. Claudicatio uero pedum non'ne prauitas & turpis habitus est? HIP. Etiam. SOC. Quid uero hebetudo oculorũ, non'ne prauitas oculorum est? HIP. Etiam. SOC. Vtros igitur oculos habere malueris, & cum utris conuersari, quibus uolens quis cæcutiat, & malè uideat, aut quibus inuitus. HIP. Quibus uolens. SOCR. Meliores ergo ex partibus tuis putas eas quæ ultro male operantur, quàm quæ inuite. HIP. Tales equidem. SOC. Non'ne omnes, uelut & aures & nares &

res & os? & omnes sensus una ratio comprehendit, ut qui inuitè male operantur, eos non expetamus ut qui sint praui: qui uero ultro, eos uelimus, ut qui sint boni? HIP. Mihi sanè uidetur. SOC. Quid uero instrumentorum, utrorum melior est usus, quibus uolens quis male operatur, aut quibus inuitus? uelut gubernaculũ melius'ne est quo quis inuitus male gubernat, aut quo uolens? HIP. Quo uolens. SOC. Nõ'ne & arcus eodem modo, & lyra, & tibiæ, & alia omnia? HIP. Vera dicis. SOC. Quid uero animam habere equi, qua quis uolens male equitet, melius'ne est, aut qua inuitus? HIP. Qua uolens. SOC. Melior ergo est? HIP. Etiam. SOC. Meliore ergo anima equi, mala huius animæ opera ultro faciet: deteriore uero, inuitè. HIP. Maximè. SOC. Non'ne & canis, & aliorum animalium omnium? HIP. Etiam. SOC. Quid uero hominis sagittarij animam habere melius est, quę ultro à scopo aberrat, aut quæ inuitè? HIP. Quę ultro. SOCR. Non'ne hæc in sagittandi arte præstantior est? HIP. Etiam. SOC. Et anima ergo inuitè aberrans deterior est, quàm quæ ultro aberrat. HIP. In arte sanè sagittandi. SOCR. Quid uero in Medicina? Non'ne anima quæ uolens mala operatur circa corpora, magis medica est? HIP. Etiam. SOCR. Melior ergo hæc est in hac arte, quàm ea quæ medica nõ est. HIP. Melior. SOC. Quid uero ea quæ ad citharas pulsandas, & tibias inflandas, & ad alia omnia artium & scientiarum opera petitior est? Non'ne quæ melior est, uolens mala operatur & turpia, & aberrat: quę uero deterior, inuita? HIP. Apparet. SOCR. Sed & seruorum animas habere maluerimus, quæ ultro quàm quæ inuitè peccant & mala faciunt, ut quæ meliores ad hæc opera sint? HIP. Etiam. SOC. Quid uero nostrã animam non'ne optauerimus habere quàm optimam? HIP. Etiam. SOC. Non'ne melior erat si uolens mala faciat & aberret, quàm si inuita? HIP. Absurdum equidem fuerit ô Socrates, si qui uolentes iniusta faciunt, meliores erunt, quàm qui inuiti. SOC. Atqui ex relatis apparet. HIP. Nequaquam mihi. SOC. Ego uero putabam ô Hippia, etiam tibi ita uideri debere. Verum rursus respondeto. Iustitia non'ne potentia quædam est, aut scientia, aut ambo? Aut non necesse est unum ex his esse iustitiam? HIP. Etiam. SOC. Non'ne si quidem potentia est animæ ipsa iustitia, quæ maiore potentia prædita est anima, iustior est? Melior enim talis nobis uisa est. HIP. Visa est equidem. SOCR. Quid uero si scientia est, non'ne quæ sapientior est anima, iustior est: quæ uero imperitior, iniustior? Quid uero si ambo? Non'ne quæ ambas habet anima, & scientiam & potentiam, iustior est? quæ uero imperitior est, iniustior est? Non'ne ita habere necesse est? HIP. Apparet. SOCR. Non'ne quæ potentior & sapientior est, ea melior esse uisa est, & quæ ambo magis facere posset, & pulchra & turpia circa omnem actionem? HIP. Etiam. SOCR. Quum ergo turpia operatur, uolens operatur, ob potentiam & artem. Hæc autem uel ambo, uel alterum, iustitiæ esse apparet. HIP. Apparet. SOC. Et iniusta quidem facere, mala facere est: non autem facere iniusta, bona? HIP. Etiam. SOC. Non'ne potentior & melior anima, quum iniusta facit, uolẽs iniusta facit: praua uero, inuita? HIP. Apparet. SOC. Non'ne bonus uir est qui bonam animam habet: malus qui malam? HIP. Etiam. SOC. Boni ergo uiri est sponte iniusta facere: mali inuite: si quidem bonus bonam animam habet. HIP. Atqui habet. SOC. Qui ergo uolens peccat, & turpia & iniusta facit ô Hippia, si quis hic est, non alius fuerit quàm bonus. HIP. Non possum tibi hæc concedere ô Socrates. SOCR. Neq; enim ego mihi ô Hippia: sed necessarium est ita uideri nunc nobis ex hac disputatione, Quod tamen dudum dicebam, ego circa hæc sursum ac deorsum erro, & nũquam eadem mihi uidentur. Et me quidem errare nihil miri est, neq; si quis alius idiota erret. Si uero etiam uos sapientes errabitis, hoc iam etiam nobis graue est, si neq; ad uos deuenientes, ab errore liberabimur.

Mala omnia ultroneæ meliora

Mali ultro meliores inuitis

Bonus uir sponte iniusta facit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLO-
rentini in Platonis Ionem, uel De furore poetico, ad Laurentium
Medicem uirum magnanimum.

PLATO noster, optime Laurenti, furorem in Phædro, mentis alienationem definit. Alienationis autem duo genera tradit. Vnam ab humanis morbis, alteram à deo prouenientem. Insaniam illam, hanc diuinum furorem nũcupat. Insania infra hominis speciem homo deijcitur, et ex homine brutum quodãmodo redditur. Diuino furore supra hominis naturam erigitur, & in deum transit. Est autem furor diuinus, illustratio rationalis animæ, per quam Deus animam à superis delapsam ad infera, ab inferis ad supera retrahit. Lapsus animæ ab ipso uno rerũ omnium principio ad corpora, per quatuor gradus efficitur, per mentem, rationem, opinionem, atq; naturam. Nam cum in omni rerum ordine sex gradus existant, quorum summum tenet ipsum unum: infimum, corpus: media uero sint quatuor quæ prædiximus, necesse est quicquid à primo ad ultimum labitur, quatuor per media cadere. Ipsum unum rerũ omnium terminus, & mensura, infinitatis & multitudinis expers. Mens multitudo quidẽ, sed stabilis & æterna. Ratio, multitudo mobilis, sed finita. Opinio, multitudo mobilis infinita, sed substantia punctisq; unita. Natura similiter: nisi quod per corporis puncta diffunditur. Corpus autẽ infinita multitudo subiecta motui, & substantia punctis momẽtisq; diuisa. Hæc omnia respicit anima nostra, per hæc descendit, per hæc & ascẽdit. Vt enim ab ipso uno quod omniũ principium est, producitur, unitatẽ quandam sortita est, quæ omnem essentiã eius, uires, actiõesq; unit: à qua, & ad quã, ita cætera quæ in anima sunt, se habent, sicut à centro, & ad centrum circuli lineæ. Vnit uero nõ modo animæ partes inuicem, & ad totam animam, sed animam totam ad ipsum unum, rerum omnium causam. Vt autem à mente diuina dependet, rerũ omnium ideas per mentem actu stabili cõtemplatur. Vt seipsam respicit, rationes rerum uniuersales cogitat, & à principijs ad conclusiones ratione discurrit. Vt corpus respicit, particulares rerũ mobilium formas opinione concipit, easq; percurrit. Vt materiam attingit, natura uelut instrumento utitur, quo unit materiam, mouet, & format: unde penetrationes, augmenta, eorumq; cõtraria proficiscuntur. Cernis igitur quod ab uno quod super æternitatem, in æternam multitudinem labitur, ab æternitate in tempus, à tempore in locum atq; materiam. Quare sicut per quatuor descendit gradus, per quatuor ascendat necesse est. Furor autem diuinus est qui ad superna cõuertit, ut in eius definitione constitit. Quatuor ergo species diuini furoris existunt. primus quidẽ poeticus furor: alter mysterialis: tertius uaticinium: quartus amatorius affectus. Est autem poesis à Musis, mysterium à Dionysio, uaticinium ab Apolline, amor à Venere. Redire quippe ad unum animus nequit, nisi ut ipse unum efficiatur. Multa uero effectus, est lapsus in corpus, in operationes uarias distributus, respiciensq; ad singula. Ex quo partes eius superiores penè obdormiunt, inferiores alijs dominantur: illæ torpore, hæ perturbatione afficiuntur: totus uero animus discordia & inconcinnitate repletur. Poetico ergo furore in primis opus est, qui per Musicos tonos quæ torpent suscitet, per harmoniacam suauitatem quæ turbantur, mulceat: per diuersorum deniq; consonantiam dissonantem pellat discordiã, uarisq; partes animi temperet. neq; satis hoc est. Multitudo enim adhuc in animo restat. Accedit ergo mysterium quod expiationibus sacrisq;, & omni deorum cultu, omniũ partium intentionem, in mentem, qua deus colitur, dirigit. Vnde cum singulæ animi partes ad unam mentem redactæ sint, iam totum quoddam unũ ex pluribus factus est animus. Tertio uero adhuc opus est furore, qui mentem ad unitatem ipsam animæ caput reducat. Hoc Apollo per uaticinium efficit. Nam cum anima supra mentẽ in unitatem surgit, futura præsagit. Demum cũ anima unum facta est, unũ inquam quod in ipsa essentia animæ ineſt, restat ut illico in unũ quod est super essentiam, cõuertatur. Hoc cœlestis ipsa Venus per amorẽ, hoc est, diuinæ pulchritudinis desiderium, boniq; ardorẽ explet. Primus itaq; furor inconcinna & dissonantia temperat. Secundus tẽperata, unũ totum ex partibus efficit. tertius unũ totum supra partes: quartus in unũ quod super essentiam & totũ est, ducit. Primus bonũ equum, id est rationem opinionẽq; à malo equo, id est à phantasia cõfusa & natura, distinguit. Secundus malum equũ bono, bonum aurigæ, id est menti subijcit. Tertius aurigã in caput suum, id est in unitatẽ mentis apicem dirigit. Postremus caput aurigæ, in caput rerũ omnium uertit. ubi auriga beatus est, & ad præsepe, id est diuinã pulchritudinem sistens equos, obijcit illis ambrosiam, & super ipsam nectar potandum, id est uisionem pulchritudinis, & ex uisione lætitiam. Hæc quatuor furorum opera sunt, de quibus generatim in Phædro Plato disputat, proprie uero de furore postremo, id est, amore, in Symposio: de primo hoc est furore poetico, in præsenti dialogo qui Io inscribitur: quem in Phædro ita definit: poeticus furor est occupatio quædam à Musis, quæ sortita lenem & insuperabilem animam, excitat eam atq; exagitat per cantilenas aliamq; poesim, ad genus hominum instruendum. Occupatio significat raptum animæ & conuersionem in Musarum numina. Lenem dicit quasi agilem à Musisq; formabilem. nisi enim præparata sit, non occupatur. Insuperabilem, quia post quàm rapta est, superat omnia, & à nulla rerum inferiorum inquinari, uel superari potest. Excitat è somno corpora ad uigiliam mentis, ex ignorantiæ tenebris ad lucem, ex morte ad uitam, ex obliuione lethæa ad diuinorum reminiscentiam reuocat, exagitat, stimulat, & inflammat ad ea quæ contemplatur & præsagit carminibus exprimenda. Post definitionem addit, eum qui sine furore Musarum poeticas ad fores accedit, inanem esse ipsum atque eius poesim, quasi tanti sit poesis, ut absque summo dei fauore comparari nequeat. Eadem in Ione hoc tradit, & unde sit hic furor, & per quot descendat gradus edocet. Inquit autem in libro quarto de legibus Plato, Deum, fortunam, & artem, omnia humana gubernare. Quo fit ut poesis uel dei donum sit, uel fortunæ sors, uel artis opus. Quid istorum potissimum uerum sit, Socrates cum Ione rhapsodo perquirit. Rhapsodus autem hoc in libro significat recitatorem interpretemq;, & cantorem carminum. Interpretabatur Io Homeri carmina, & coram populo ad lyram cancbat, atq; ita erat affectus, ut alium poetam nullum præter Homerum exponeret, etiam si eidem

dem quã Homerus facilitate referret. Homeri autẽ omnia celeriter explicabat. Vnde sic argumentatus est. Aut casu profert Io quæ scribit Homerus, aut arte, aut afflatu diuino. Non casu, quia non omnia, sed pauca quædam, & absq; continuatione ordineq; interpretaretur. Nõ arte, quia quisquis artem integram habet, quicquid eidem arti subiectum est, iudicat. Eidem uero studio poetico subiecta sunt Hesiodi aliorumq; poemata, cui Homeri, præsertim quæ de eisdem tractant, quæ tamen Io non percipit, cum Homerum perfecte exponat. Ergo non arte iudicat. Restat ut inspiratione diuina. Ex quo patet quod interpres poetæ Io, & alij multi qui similiter affecti sunt, diuino instinctu alienam poesim interpretãtur. Quod si ad percipiendam poesim iam traditam humanum ingenium non sufficit, multo minus ad inuẽtionem sufficiet. Quare nec Homerus, nec alius quiuis reuera poeta absq; cœlesti afflatu poesim consecuti sunt. Quod & alijs modis Socrates hic ostendit. Primo sic. Omnes artes & scientias poetæ traduni, sed omnes didicisse humano studio impossibile est, cum unicam ex parte percipere sit difficillimum. Non igitur arte humana, sed diuina quadam infusione proferunt. Cuius rei argumentum est, quod plerique uates postquam furoris remissus est impetus, quæ scripserunt non statim intelligunt, cum tamen recte de singulis artibus in furore tractauerint, quod singuli illarum opifices legendo dijudicant. Præterea sæpe uidemus rudem hominem, & ineptum subito in poetam bonum euadere, & aliquid magnificum diuinumq; cantare. Magna uero in momento assequi, non humani ingenij est: sed diuinitus inspirati. Qua in re perspicue deus ostendit, nutu suo intelligentiam hanc infundi. Vtq; ita esse demonstret, sæpe ineptos quosdam potius quàm urbanos, insanos potius quàm prudentes rapit, ne si acutis prudentibusq; uiris ad hæc uteretur, humana subtilitate & industria fieri hæc existimaretur. Cum ergo non sit à fortuna, nec ab arte poesis, à deo, & à Musis tribuitur. Cum deum dicit, Apollinem significat: cum Musas, sphærarum mundi animas. Iupiter quidem mens dei est. ab hac Apollo, mens animæ mundi, & anima totius mundi, octoq; sphærarum cœlestium animæ, quæ nouem animæ, nouem Musæ uocantur, quia dum cœlos harmonice mouent, musicam pariũt melodiam: quæ in nouem distributa sonos, octo scilicet sphærarum tonos & unum omnium concentum, nouem Sirenes deo canentes producit. Quamobrem ab Ioue Apollo, & Musæ: ab Apolline, id est, mẽte animæ mundi, chorus Musarum ducitur. quia mens illa sicut ab Ioue illustratur, sic & animas mundi sphærarumq; illustrat. Gradus autem quibus furor ille descendit, bi sunt. Iupiter rapit Apollinem. Apollo illuminat Musas. Musæ suscitant & exagitant lenes & insuperabiles uatum animas. Vates inspirati interpretes suos inspirant. Interpretes auditores mouent. Ab alijs uero Musis aliæ animæ rapiuntur, quia & alijs sphæris sideribusq; aliæ attributæ sunt animæ, ut in Timæo traditur. Calliope Musa uox est ex omnibus resultans sphærarum uocibus. Vrania, cœli stelliferi, per dignitatem sic dicta. Polymnia Saturni, propter memoriam rerum antiquarum quam Saturnus exhibet, & siccam frigidamq; complexionem. Terpsichore, Iouis, salutifer enim choro hominum. Clio Martis, propter gloriæ cupiditatem. Melpomene solis, quia totius mundi temperatio est. Erato Veneris, propter amorem. Euterpe Mercurij, propter honestam in grauibus rebus delectationẽ. Thalia Lunæ, propter uiriditatẽ eius humore rebus exhibitam. Apollo item solis est anima, lyra eius solis corpus: nerui quatuor, motus eius quatuor, annuus, mẽstruus, diurnus, obliquus: quatuor uoces, neates, hypates, doriones, gemini: quatuor sunt signorum triplicitates, ex quibus quatuor qualitates temporum producuntur. Orpheum quidem afflauit Calliope, Museum Vrania, Homerum Clio, Polymnia Pindarum, Erato Sapphon, Melpomene Thamyram, Terpsichore Hesiodum, Thalia Maronem, Nasonem Euterpe. Linum rapuit idem qui & te iam nunc exagitat Phœbus optime Laurenti, Phœbus inquam qui auo tuo Cosmo uaticinium dedit, parenti autem Petro arcum atque medelas, tibi deniq; lyram & carmina.

PLATONIS ATHENIENSIS ION,

SIVE DE ILIADE. *Sub tentationis specie.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. ION.



ONEM saluere iubeo. Vnde nunc nobis, ades, num de domo ex Epheso? ION. Nequaquam ô Socrates: sed ex Epidauro ab Asclepieis. SOC. Num etiam rhapsodorum, qui poetarum scripta recitant, certamen Epidaurij deo instituerunt? ION. Maximè, & reliquæ etiam Musicæ. SOCR. Quid igitur nobis decertasti, & quomodo decertastis? ION. Prima præmia tulimus ô Socrates. SOCR. Bene dicis. Age itaq; ut etiam in Panathenæis Mineruæ quinquatrijs uincamus. ION. At fiet ita si deus uoluerit. SOCR. Sæpe equidem æmulatus sum uos rhapsodos ob artem. Nam quòd simul & corpus semper uobis ornatum est, ut decorum sit uestræ arti, & ut pulcherrimi uideamini: & simul necessa

Rhapsodi qui sint

Quinquatria

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessarium est tum in alijs multis & bonis poetis uersari, tum uel maximè in Homero optimo & poetarum diuinissimo, & huius sententiam, non solum uersus edisscere: hoc sanè æmulatione dignum est. Nũquam enim fieri poterit rhapsodus, si non intelligat ea quæ dicuntur à poetis. Nam rhapsodum sententiæ ipsius poetæ interpretem esse oportet apud auditores. Hoc autem rectè facere eum qui nõ nouit quod poeta dicit, impossibile est. Hæc igitur omnia æmulatione digna sunt. ION. Vera dicis ô Socrates. Et sanè mihi hoc plurimum negocij in arte exhibuit. Et arbitror me præ omnibus hominibus pulcherrima de Homero dicere, adeò ut neq; Metrodorus Lampsacenus, neq; Stesimbrotus Thasius, neq; Glauco, neq; quisquam alius ex his qui unquã fuerunt, ita multas & pulchras sententias de Homero dicere potuerit, quot ego possum. SOC. Bene dicis ô Ion, & ut patet nõ inuidebis mihi hæc declarare. ION. Equidem operæpreciũ est audire ô Socrates, quàm pulchrè Homerum exornauerim. Quare dignũ me esse puto, ut ab Homericis aurea corona coroner. SOC. Ego profectò ocium adhuc mihi facam, ut te audiam. Nunc uero tantum mihi responde, num circa solum Homerum præstans sis, aut etiam circa Hesiodum et Archilochum. ION. Nequaquam: Sed circa solum Homerũ. Hoc enim satis esse mihi uidet. SOC. Est'ne quid de quo Homerus & Hesiodus eadem dicunt? ION. Arbitror ego & quidẽ multa. SOC. Vtrum igitur ea quæ Homerus dicit, aut quę Hesiodus, melius explicare poteris. ION. Similiter sanè ô Socrates ea de quibus eadem dicunt. SOC. Quid uero de quibus non eadem dicunt? uelut de uaticinatione dicit quid & Homerus & Hesiodus. ION. Maximè. SOC. Quid igitur quæ similiter & diuersè de uaticinatione dicunt hi duo poetæ, utrum tu melius exponere potes, aut aliquis bonus uates? ION. Vates. SOC. Si uero tu esses uates, non'ne siquidem ea quæ similiter dicũtur exponere posses, etiam ea quæ diuersè dicuntur exponere noses? ION. Ita nimirum. SOC. Quid igitur tandem circa Homerum præstans es, non autem circa Hesiodum, neq; alios poetas? Num de alijs quibusdam dicit Homerus, quàm de quibus omnes alij poetæ? Non'ne de bello pleraque recensuit, & de colloquijs hominum inter se, & bonorum & malorum, & priuatorum, & opificum: & de deorum inter se & cum hominibus colloquijs. Itemq; de cœlestibus affectionibus, & de his quæ apud inferos sunt. Et deorũ ac Heroum generationes. Non'ne hęc sunt de quibus Homerus poesim fecit? ION. Vera dicis ô Socrates. SOC. Quid uero alij poetæ, non'ne de ijsdem? ION. Etiam. Sed non similiter ut Homerus. SOCR. Quid uero, peius? ION. Multò sanè. SOC. Homerus autem melius? ION. Melius equidem per Iouem. SOCR. Non'ne ô charum caput Ion, quum multis de numero dicentibus, unus aliquis optima dicit, cognoscet aliquis eum qui bene dicit? ION. Ita sentio. SOCR. Vtrum igitur idem qui etiam eos qui male dicunt: aut alius? ION. Idem profectò. SOCR. Non'ne qui Arithmeticen artem tenet hic est? ION. Etiam. SOCR. Quid uero quum multis de salubribus cibis dicentibus, quales sint illi, unus quispiam optima dicit, utrum alius quidam optima dicentem cognoscet, quòd optima dicit: alius peius dicentem, quòd peius dicit: aut idem? ION. Manifestum est quòd idem. SOCR. Quis hic, quod est ipsi nomen? ION. Medicus. SOCR. Non'ne in summa dicimus, quòd idem cognoscet semper, ubi multi de ijsdem dicunt, & eum qui bene, & qui male dicit: aut si non cognoscet eum qui male dicit, manifestũ est quòd neq; eum qui bene de eodem dicit cognoscet? ION. Ita est. SOC. Non'ne idem amborum cognitione præstat? ION. Etiam. SOC. Non'ne tu dicis & Homerum, & alios poetas, inter quos & Hesiodus & Archilochus est, de ijsdem dicere, sed non similiter: Verum illum bene, hos autem deteriùs? ION. Etuera dico. SOC. Non'ne siquidem eum qui bene dicit cognoscis, etiam eos qui deterius dicunt cognoueris, quòd deterius dicant. ION. Apparet. SOCR. Non'ne ô optime si dixerimus Ionem, & circa Homerum, & circa alios poetas præstantem esse, non peccabimus? quandoquidem sanè ipse confitetur eundem esse iustum omnium iudicem qui de ijsdem dicunt. Poetas autem omnes ferè eadem in poematis suis dicere. ION. Quæ igitur tandem causa est ô Socrates, quòd quum de alio quodam poeta quis disserit, neque animum aduerto, neq; quicquã memorabile cõiectare possim, sed penitus dormito: postquã uero quis Homeri mentionẽ facit, statim uigilo, & animũ aduerto, & quod dicam habeo. SOC. Non difficile est hoc coniectare ô amice: sed cuiuis patet te arte & scientia de Homero dicere non posse. Si enim arte posses, etiam de alijs omnibus poetis dicere posses. Poetica enim est totum: aut non ita? ION. Etiam. SOC. Non'ne postquam quis etiam aliam quãcunq; artem totã apprehenderit, idem considerationis modus est de omnibus artibus? Quomodo hoc dico cupis'ne ex me audire ô Ion? ION. Etiam per Iouem ô Socrates. Gaudium enim est mihi audire uos sapientes. SOC. Vellem te uera dicere ô Ion. Verum sapiẽtes estis uos rhapsodi & histriones, & hi quorum uos poemata canitis. Ego uero nihil aliud quàm ueritatem dico, uelut uerisimile est facere hominem idiotam. Nam & hoc quod nunc ex te interrogabam, uide quàm uile & uulgare sit, & cuiuis cognitu facile, quũ dicerem eandẽ esse considerationẽ, postquam quis totam artem apprehenderit. Assumamus enim uerbi causa. Pictura ars quędam est totum? ION. Etiam. SOC. Non'ne etiã pictores multi & sunt & fuerunt boni & mali? ION. Maxime. SOC. Iam igitur aliquẽ uidisti, qui de Polygnoto quidẽ Aglaophontis filio pronunciare posset, quæ rectè pinxit, & quæ secus: de alijs autẽ pictoribus nõ possit? & qui ubi quis aliorum pictorum opera ostendit, dormitet & ambigat, & quod eõiectet non habet: Vbi uero de Polygnoto, aut alio quocũq; pictore uno solo sentẽtiam pronunciare oportet, uigilet & animum aduertat, & abundè habeat quod dicat. ION. Non ita per Iouem. SOC. Quid uero in statuaria, uidisti'ne iam aliquem, qui de Dædalo quidem Metionis filio, aut de Epeo Panopis, aut Theodo Samio, aut alio quodam statuario uno exponere possit, quę bene fecit: In aliorum autem statuariorum operibus ambigat & dormitet, ut non habeat quid dicat. ION. Per Iouem neq; hunc uidi. SOC. Sed & ut ego arbitror, neq; in tibia inflanda, neq; in cithara pulsanda, neq; in cantu ad citharam, neq; in rhapsodia, unquã uidisti uirum, qui de Olympo quidẽ exponere posset, aut de Thamyra, aut de Orpheo, aut de Phemio Ithacensi rhapsodo: Verũ de Ione Ephesio ambigat, & non habeat quod coniectet, quæ bene, & quæ secus, in poetarum scriptis recitandis ille peragat. ION. Non possum tibi de hoc contradicere ô Socrates. Sed illius mihi conscius sum, quòd præ omnibus hominibus pulcherrima de Homero dico, & quod dicam habeo: & alij omnes me bene dicere asserunt. Verum de alijs non item. Et quidem quid hoc sit uide. SOCR. Et uideo ô Ion, & incipio tibi commonstrare, quid mihi uideatur hoc esse. Nam quòd de Homero bene dicis, hoc apud te non est ars, uelut modo dicebam: uerum diuina uis, quæ te mouet: quemadmodum in lapide, quem Euripides Magnetem nominauit, plerique uero Heracleon. Nam & hic lapis non solum ipsos anulos ferreos trahit, sed etiã uim anulis indit, ut idem hoc facere possint, quod lapis, alios scilicet anulos trahere. Vnde aliquãdo longa admodũ ferri & anulorum catena efficitur, dum alij ex alijs pẽdent. Omnibus autem his ex illo lapide uis applicatur. Sic uero etiã Musa, minime quidem afflatos ipsa facit, dum autẽ per hos minime afflatos alij afflantur, catena dependens connectitur. Omnes enim uersuum poetæ boni, nõ ex arte, sed minime afflati ac correpti, omnia hæc pulchra poemata dicunt. Et carminum poetę boni eodem modo. Quemadmodũ enim Corybantes nõ sana mente prædicti saltant: Sic etiam cantilenarũ poetæ nõ sana mente prædicti, pulchra illa carmina facĩut, sed postquam in harmoniã & in rythmũ insurgunt, debacchãtur: & dum nurmine corripiũtur, uelut Bacchæ correptæ ex fluminibus hauriũt mel & lac, quum uero sana mẽte sunt, hoc nõ item: etiam carminum poetarũ anima hoc operatur, quod sanè ipsi dicunt. Sic enim ad nos poetæ dicunt, quòd de fontibus melle fluẽtibus, ex quibusdam Musarũ hortis ac saltibus carmina decerpẽtes ad nos afferũt, uelut apes, etiam ipsi ita uolantes. Et uera dicunt. Leuis enim res poeta est, & uolatilis, & sacra. Et non prius facere quid potest, quàm numine corripiatur, & mente moueatur, ita ut non sit amplius mens in ipso. Nam quandiu hanc possessionem habuerit homo, neq; carmina facere, neq; uaticinari poterit. Proinde ut qui non arte faciant, & multa, & pulchra de rebus dicunt, quemadmodum tu de Homero. Nam diuina sorte hoc solum quisq; rectè facere potest, ad quod Musa ipsum concitat: alius Dithyrãbos, alius laudes, alius carmina ad tripudia, alius uersus, alius lambos. In reliquis aũt quisq; ipsorũ uilis est. Non enim arte hęc dicũt, sed ui diuina. Nam si de uno rectè ex arte dicere nossent, etiam de alijs omnibus scirent. Quapropter deus mentẽ his eximens, ministris his utitur, & uatibus, & quĩ diuina oracula promãr, quo nos audiẽtes cognoscamus, q̃ non hi sunt qui hæc dicunt

Homerus quæ tractet

Eiusdem est bona & mala cognoscere

magni

Magnetis uis

Musarũ horti

Poetarum ars nulla est

Universidad de Deusto
Biblioteca

magni adeò existimanda, quibus mens non adest: sed deus ipse est qui dicit, per hoc au
tem nos alloquitur. Maximum autem huius rei argumentum hinc sumi potest. Tynni-
chus Chalcidensis nullum quidem unquam aliud poema fecit, cuius quis mentionem
facere dignaretur. Pæonem autem quem omnes canũt ferè omnium carminũ pulcher
rimum siue arte, quod ipse dicit Musarum inuento. In hoc enim maximè mihi uidetur
deus indicasse nobis, ut ne dubitemus non humana esse pulchra hæc poemata, neq; ho
minum: sed diuina & deorum. At poetæ nihil aliud sunt quàm interpretes deorũ, dum
minime corripiuntur ex quocũq; tandem quisq; corripitur. Hæc ostendens deus ex in-
dustria, per uilissimum poetam pulcherrimũ carmen cecinit. Aut nõ uideor tibi uera di
cere ô Ion? ION. Etiam per louem mihi sanè. Contingis enim mihi quodammodo ani-
mam sermonibus ô Socrates. Et mihi uidentur diuina sorte nobis hæc à dijs boni poe-
Rhapsodorum munus tæ interpretari. SOC. Nõ ne uos rhapsodi rursus poetarũ scripta interpretamini? ION.
Et hoc uerum dicis. SOC. Non ne interpretum interpretes estis? ION. Omnino. SOC.
Age itaq; & hoc mihi dic ô Ion, & ne me cæles quod interrogo. Quũ bene recitas uer-
sus, & stupore maximè percellis spectantes: aut quũ Vlyssem in limen insilientem ca-
nis, ut procis cõspicuus fiat, & sagittas ante pedes effundat: aut Achillem in Hectorem
impetum facientem: aut etiam miserabile quiddam circa Andromachen, aut circa He-
cubam, aut Priamum, tunc sana'ne mẽte præditus es, aut extra teipsum positus, & apud
res quas dicis anima tua se esse putat numine correpta, uel in Ithaca, uel in Troia, uel
prout uersus se habent? ION. Quàm euidens mihi hoc argumentum protulisti ô Socra
tes, & nihil te celaturus dicam. Quũ enim ego miserabile quid dico, lachrymis mihi im
plentur oculi: quum uero terribile aut horrendũ, recti mihi capilli insurgunt præ timo-
re, & cor salit. SOC. Quid igitur ô Ion sana mente præditum tunc dicimus hominẽ, qui
uestè uaria & coronis aureis ornatus, in sacrificijs & festis plorat, quum nihil horum a-
miserit: aut timet inter plura quàm uiginti milia hominum amicorum cõstitutus, quum
nemo ipsum exuat, aut iniuria afficiat? ION. Non admodum per louem ô Socrates, ut
uerum fateamur. SOC. Nosti igitur quòd & plerosq; spectatores eodem modo uos affi-
Spectatorum affectiones cis? ION. Et ualdè bene noui. Video enim ipsos subinde supernè de suggesto & plorã-
tes: & horrendum aspectum præferentes, & unà cum his quæ dicũtur stupentes. Opor
tet enim me etiam ualdè his animum aduertere. Nam si plorantes ipsos fecero, ipse ar-
gento accepto ridebo: Si uero ridentes reddidero, ipse argento amisso plorabo. SOC.
Nosti igitur quòd hic spectator est postremus inter anulos, quos ego dicebam ab He-
racleo lapide ex ordine uim accipere. Medius autem tu rhapsodus & histrio. Primus au
tem est ipse poeta. Deus autem per omnes hos animam trahit, quocunq; uoluerit, uim
hominum ex alijs in alios suspendens: & uelut ex lapide illo catena longa dependet, tri
pudiatoribus, & doctoribus, & doctorum uicem subeuntibus, è latere depẽdentibus,
ex his anulis qui è Musa pendent. Et alius quidem poeta ex alia Musa, & rursus alius ex
alia pendet. Hoc uero corripitur nominamus, quod consimile est. Hæret enim. Ex his
autem primis annulis, ipsis poetis, alij ex alio rursus dependent, & minime corripiun-
tur: alij ex Orpheo, alij ex Musæo, pleriq; ex Homero corripiuntur ac hærent, quorum
tu ô Ion unus es, & ex Homero correptus detineris. Et quũ quis alterius poetæ scripta
canit, dormis & non habes quod dicas. Vbi uero huius poetæ carmen quis protulerit,
statim uigilias, & saltat tibi anima, & quod dicas habes. Non enim arte, neq; scientia, de
Homero dicis ea quæ dicis, sed diuina sorte & correptione. Quemadmodum enim Co
rybantes illam solam cantilenam cito percipiunt, quæ eius dei est quo correpti renen-
tur, & ad illam cantilenam & figuris & uerbis abundant: Reliquas autem non curant.
Sic & tu ô Ion, ubi quis de Homero mentionem facit, abũdè habes quod dicas, de alijs
uero nõ item. Atq; hæc est causa eius rei quam ex me interrogasti, cur scilicet tu de Ho
mero quidem abundè habes quod dicas, de alijs uero non habes & ambigis, eo quòd
non arte, sed diuina sorte Homeri præstans es laudator. ION. Tu quidem bene dicis ô
Socrates, mirum tamen fuerit mihi, si ita bene dixeris, ut mihi persuadeas, me minime
correptum & insanientem laudare Homerum. Arbitror autem neq; tibi uideri posse, si
me de Homero dicentem audires. SOC. Volo equidem audire, non tamen prius quàm
mihi hoc responderis. Ex his de quibus Homerus dicit, de quo bene dicis? Non enim
profectò

profectò de omnibus. ION. At probe nosse debes, quòd de nullo non bene. SOC. Nõ
certè etiam de his quæ tu quidem ignoras. Homerus autẽ dicit. ION. Et hæc quæ sunt,
quæ Homerus quidem dicit, ego uero ignoro? SOC. Nõ ne & de artib. in multis locis
& multa dicit Homerus, uelut etiã de arte aurigãdi? Si in memoriã reuocauero uersus,
ego tibi recensebo. ION. At ego referã. Ego enim memini. SOC. Dic itaq; mihi ea quæ *Aurigandi ars*
Nestor ad Antilochũ filium dicit, dum monet ipsum, ut in equorum curlu ob Patroclũ *apud Homerũ*
instituto, in flectendis equis cautè se gerat. ION. Sic equidem dicit.

Ipse sedens sella longè spectandus in alta,
Ad læuam tendas, sed dextrum fortiter urge
Verbere equum, & uerbis stimulans, concedito habenas.
At prope iam signum, uide equum ut moderere sinistrum,
Vt rota perstringat ferè metam extructam, at ab ipso
Sis lapide erecto tutus, ne impinxeris illi.

SOC. Sufficiũt hi uersus ô Ion. Vter uero melius cognouerit an rectè dicat Homerus,
aut non, Medicus'ne, aut auriga? ION. Auriga certè. SOC. Vtrũ eo quòd hæc artem ha
bent: aut iuxta aliud quid? ION. Non, sed quòd artẽ. SOC. Non ne unicuiq; arti datum
est à deo, ut opus quoddã cognoscere possit. Nõ enim quæ per gubernatoriã cognosci
mus, ea cognoscemus etiam per Medicinã? ION. Non ita. SOC. Neq; quæ per medici- *Artibus singu-*
nam, hæc etiam per fabrilem. ION. Non sanè. SOC. Non'ne sic etiam per omnes artes? *læ sunt cogni-*
Quæ altera arte cognoscimus, altera non cognoscemus? Verum hoc mihi prius respõ- *tiones*
de. Aliam atq; aliam artem quandam esse dicis? ION. Etiam. SOC. Nunquid ea qua e-
go coniectura utens, quum hæc quidem aliarum rerum fuerit scientia, illa uero alia-
rum, sic & hãc aliam, & illam aliam uoco artem, ita etiam tu? ION. Etiam. SOC. Si enim *Artium di-*
de ijsdem rebus scientia quædam esset, cur hanc aliam, & illam aliam esse diceremus, *uersitas*
quando eadem in ambabus cognoscantur? Quemadmodũ ego cognosco, quòd quin-
que sunt hi digiti, & tu uelut ego de his eadem cognoscis. Et si ego te interrogarem, an
eadem arte Arithmetica ego & tu eadem cognoscamus, aut alia, dixeris utique eadem.
ION. Etiam. SOC. Quod itaq; modò ex te percunctari uolebam, id nunc dicito, an per
omnes artes tibi ita uideatur necessarium esse, eadem arte eadem cognoscere, alia ue-
ro non eadem: sed si quidem alia est, necessarium est etiam alia cognoscere. ION. Ita mi
hi uidetur ô Socrates. SOC. Non'ne quisquis non habuerit aliquam artem, is ea quæ di
cuntur aut aguntur in hac arte cognoscere non poterit? ION. Vera dicis. SOCR. V-
trum igitur de uersib. quos recitalti, tu melius cognosces, aut auriga, an rectè dicat Ho-
merus, aut non? ION. Auriga. SOCR. Rhapsodus enim es, & non auriga. ION. Etiam.
SOC. Rhapsodorum autem ars recitandi, alia est ab arte aurigandi? ION. Etiam. SOC.
Si ergo alia, de alijs etiam rebus scientia est? ION. Etiam. SOCR. Quid uero quum Ho
merus dicit, quòd sauciato Machaoni Hecamede Nestoris Pallace Cyceonẽ uariè mi-
xtam potionem bibendam dat, & sic ferè dicit,

Pramnium & in uinum, mox caseus inde caprinus
Scalpro ferrato derasus, Et,
Ad potumq; affert obsonia, cepas.

Hæc an rectè dicat Homerus, aut non, utrum medicinæ est, aut artis recitandi, rectè di-
gnoscere? ION. Medicinæ. SOC. Quid uero quum dicit Homerus,

Massa uelut plumbi mox hæc se mersit in altum,
Quæ bouis excepta est cornu, & descendit ad ima:
Piscibus ut sic crudiuoris cladem inferat atram. *Plumbi piscatorij usus*

Hæc quæ'nam & an rectè, aut secus dicat, utrum ad piscatoriæ artis iudiciũ potius per-
tinere dicimus, aut artis recitandi? ION. Manifestum est quòd ad artis piscandi. SOCR.
Considera itaque te interrogante, si me interrogares. Quandoquidem igitur ô Socra-
tes in Homero reperis, quæ unicuiq; harum artium dijudicare conuenit, age inueni-
as etiam ea quæ ad uatem & uaticinationem pertinent, ut ipsa dijudicare possit, bene'
ne aut male ab Homero scripta sint. Considera quàm facile & uere ego tibi respon-de-
bo. Multis equidem locis & in Odyssea dicit, uelut sunt etiam ea quæ Melampodida-
rum Vates dicit Theoclymenus ad Procos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ah miseri quæ nam ista mala esse putemus, ut atram
Per noctem, & caput, & facies, & membra fatiscant.
Planctus circundet, lachrymæ labantur in ora:
Sanguine respersiq; madent sic undiq; muri:
Vestibulum plenum est simulachris, aulaq; plena:
Est Erebus tristis caligine, Sol quoq; cœlo
Defecit, tenebræ ingentes atq; omnia uersant.

Multis item locis in Iliade, ut in murorum expugnatione. Nam & hic dicit.

At dum illi multum murum perrumpere tentant,
Aduolat ecce super Iouis ales in aere, acutis
Vnguibus implexum gestans immane Draconis
Corpus adhuc uiuum, atq; tremens, pugnæq; paratum
Nam obtorta ceruice petit raptorem, & in ipso
Vulnere percellit pectus, mox labitur ultro
Ad terram, & medium sese demittit in agmen.
Ille autem clangore motu liquidum aera tramit.

Hæc & huiusmodi dicam conuenire uati, ut ea consideret, & iudicet. ION. Vera dicis tu ô Socrates. SOC. Et tu ô Ion hæc uera dicis. Age itaque quemadmodum ego tibi ex Odyssea, & ex Iliade elegi, quæ uatis sunt, & quæ Medici, & quæ piscatoris: Sic & tu, quandoquidem in Homero, peritior me es, elige mihi ô Ion, quæ Rhapsodi sunt, & artis recitandi, quæ rhapsodo præ alijs hominibus conueniunt, ut ea consideret, & dijudicet. ION, Ego quidem ô Socrates omnia affero. SOC. Non equidem tu ô Ion dixisti omnia. Aut ita obliuiosus es? Quanquam non deceat rhapsodum uitiū obliuiosum esse. ION. Quid uero obliuiscor? SOC. Non meministi te dixisse, artem recitandi rhapsodorum, aliam esse ab arte aurigandi? ION. Memini. SOC. Non ne quum alia sit, alia etiam cogniturā esse confiteris? ION. Etiam. SOC. Non ergo omnia cognoscet ars recitandi, iuxta tuum sermonem, neq; ipse rhapsodus. ION. Præterquam fortassis talia ô Socrates. SOC. Talia uero dicis fere, præter ea quæ sunt aliarum artium. At quæ tandem cognoscet, quandoquidem non omnia noscet? ION. Quæ uiro dicere conuenit, ut ego arbitror, & quæ mulieri, & quę seruo, & quæ libero, & quæ subdito, & quę principi. SOCRA. Num dicis ea quæ principem in mari, dum tempestate uexatur nauis, dicere decet: hæc scilicet rhapsodus melius cognoscet quàm gubernator? ION. Non. Sed hæc gubernator melius cognoscet. SOC. At quæ principem ægrotantem dicere conuenit, rhapsodus melius cognoscet, quàm Medicus? ION. Neq; hæc. SOCR. At quæ seruum dicere decet dicis? ION. Etiam. SOCR. Velut quæ bubulcū seruum dicere decet dicis, dum se efferatis bobus consolatur, ea rhapsodus cognoscet, & nō bubulcus? ION. Nō ita. SOC. At quæ mulierem dicere decet ad textorem de lanarum opificio? ION. Non. SOCR. At cognoscet quæ uirum dicere decet exercitus ducem abhortantem milites? ION. Etiam, talia cognoscet rhapsodus, SOC. Quid uero ars rhapsodorum imperatoria est? ION. Cognouerim sanè ego quæ Imperatorem dicere decet. SOCR. Fortassis enim es etiam Imperator ô Ion. Nam si & equestris, & citharœdus simul esses, cognoscerem sanè equos bene & male equitantes. At si ego te interrogarem, uera arte ô Ion cognoscis equos bene equitantes, qua eques es, aut qua citharœdus, quid mihi responderes? ION. Qua eques, SOCR. Non ne si etiam citharam bene pulsantes cognoscerem, confitereris te ea qua citharœdus es cognoscere, non autem qua eques. ION. Etiam. SOCR. Quandoquidem uero res militares cognoscis, utrum qua imperator es cognoscis, aut qua bonus rhapsodus? ION. Nihil mihi uidetur differre. SOC. Quomodo nihil differre dicis? Vnam dicis esse artem rhapsodorum & Imperatoriam, aut duas? ION. Mihi una esse uidetur. SOCR. Quisquis ergo bonus rhapsodus est, hic etiam bonus imperator est. ION. Maximè ô Socrates. SOCR. Non ne & quisquis bonus imperator est, etiam bonus rhapsodus est? ION. Hoc non rursus mihi uidetur. SOC. At illud quidem tibi uidetur, quisquis bonus rhapsodus est, etiam bonus imperator est? ION. Maximè. SOCR. Non ne tu optimus Græcorum rhapsodus es? ION. Maximè ô Socrates. SOC. Num etiam imperator optimus es Græcorum ô Ion? ION. Id probe nosse debes

Rhapsodorum quæ sint propria

Rhapsodus etiã Imperator est

Imperator non etiam rhapsodus est

debes ô Socrates. Et hæc sanè ex Homero didici. SOCR. Cur igitur tandem per deos ô Ion, quum in ambobus optimus sis, Græcorum & Imperator & rhapsodus, artem quidem rhapsodorum exerces, obambulans per Græcos, exercitum autem non ducis? Aut rhapsodus quidem aurea corona coronati magna necessitas esse tibi uidetur apud Græcos, Imperatoris autem nulla? ION. Nostra equidem ô Socrates ciuitas, uestro imperio subdita est, & nihil opus habet imperatore. Vestra uero & Lacedæmoniorū ciuitas me non delegerit imperatorē. Ipsi enim præstantes esse uos putatis. SOC. O optime Ion, Apollodorum Cyzicenum non nosti? ION. Quem istum? SOCR. Quem Athenienses sæpe Imperatorem sibijpsis elegerunt, quum sit externus: & Phanosthenem Andrium, & Heraclidem Clazomenium, quos iam ciuitas, quum externi sint, & in exercitus duces, & in alios magistratus constituit, ut qui se præstantes uiros designarunt: Ionem uero Ephesium non eliget imperatorem, & honoribus cumulabit, si præstans uir esse uisus fuerit? Quid uero uos Ephesii non ab antiqua origine Athenienses estis? & Ephesus nulla ciuitate inferior est? At tu ô Ion si quidem uera dicis, quòd arte & scientia Homerum laudare potes, iniustè facis, ut qui pollicitus sis, quæ multa & pulchra de Homero nosti, ea te mihi ostensurum esse, & nunc me decipis, & multum abest ut id facias, qui neq; quæ sint ea in quibus præstans es dicere uelis, dudum me iam rogante: sed palàm uelut Proteus in omnes formas sursum & deorsum te uertis, donec tandem mihi elapsus Imperator apperuisti, ut ne mihi ostendas, quàm præstans sis circa Homeri sapientiam. Si quidem arte præstans, uelut nunc dicebam, de Homero te mihi ostensurum esse pollicitus, me decipis, iniustus es. Si uero artificiosus non es, sed diuina sorte correptus ab Homero, quum nihil scias, multa & pulchra de poeta dicis, quemadmodum ego de te dixi, nihil iniustè facis. Elige igitur utrum mauis à nobis putari, Vir iniustus esse, aut diuinus. ION. Multum differt ô Socrates. Longè enim pulchrius est diuinum putari. SOC. Hoc itaq; quod pulchrius est, attribuitur tibi ô Ion à nobis, diuinum te esse, & non artificiosum Homeri laudatorem.

Rhapsodi diui ni, non artificiosi sunt

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI *in Menexenum, ad Laurentium Medicem uirum Magnanimum.*

CONSILIVM Platonis in Menexeno est, cohortari omnes ad summā patriæ charitatem, idēq; facit, quamuis aliter in Critone, & legibus, atque Republica. Hic uero duobus præcipue id efficit modis. Primo quidem, dum laudat illos, qui pro salute patriæ pericula mortemq; intrepide subeunt. Deinde dum ipse patriæ suæ antiquitatem uirtutesq; laudibus miris extollit. Tu uero statim ab initio nota, philosophiam scilicet moralem uiro rempublicā gubernaturo esse summopere necessariam. Mox præclarum esse in bello occumbere, scilicet pro salute patriæ, idq; confirmari ex eo, quod hoc apud omnes gentes maxime omnium honoretur. Deinde occasione sumpta ex laudibus oratorijs, animaduerte quàm pernicio sa sit adulatio. Communem siquidem oratoriam in Gorgia adulationis speciem esse iudicat. In Phædro autem adulatorem appellat bestiam humano generi pestilentem. Similemq; affirmat impuro dæmoni, incautos animos sub noxiæ uoluptatis esca continue corporis sordibus inquinanti. Hic præterea præstigiatoribus ueneficisq; adulatorem tam priuatum quàm publicum iudicat esse persimilem: quippe qui tanquam fure & homicida deterior & iniquior, non pecunias, non ipsam corporis uitam duntaxat nobis auferat, immo uero tanquam sacrilegus rem sacram, iudicium scilicet rationis sub boni specie surripiat atq; subducat. Et uide quàm ualde decipiat. Nō enim in rebus solum occultis, sed id quod mirum est, in manifestissimis artificiosissime fallit. Cui enim non euidentissima sit auita paternaq; origo? Item ipsa sui corporis magnitudo atque forma? Veruntamen in his quoq; adulatores uenefici nos circumuentiunt, tanto Circe crudeliores, quanto grauius inferunt detrimentum. Illa enim suis poculis exteriora hominis fertur in bestias transformasse: hi uero lenoci nijs suis interiora transformant. Proinde deridet Socrates oratores, quod gratiam popularem omnibus machinamentis aucupentur, laudentq; alios supra modum, quo ipsi laudentur, remq; adeo leuem graui quodam studio & diuturna præmeditatione pertractent. Aggreditur præterea quod statuerat ab initio, omnes uidelicet ad defendendā patriam cohortari, Laudando uidelicet eos qui pro patria occubuerunt. Hic enim erat mos uetus Atheniensium, publica concione illos Laudare quotannis, atque insuper inferias celebrare. Verum ne supra quàm par est oratoriæ tribuat facultati, asserit se orationem eiusmodi ab alio, & quidem à muliere Aspasia, accepisse: præsertim cum Socratici ingenij non sit oratorū more concionari. Quo potissimum ordine Laudandum sit, præsertim in oratione funebri, manifeste declarat. Quod autem homines ait ab initio in Attica regione solum atque solos ex terra sponte progenitos: ex alijs uero regionibus, è terra simiter solum bruta: ut cunq; placet, accipito, siue tanquam à philosopho, siue potius oratore. Scito tamen Platonicam

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse sententiam, post uastas terræ illuuiones, ex abundanti humore atq; calore sequenti post diluuium, terram adeo fœcundam reddi, ut ex ea non animalia tantum pusilla, qualia nunc, sed grandia etiam, atq; ipsi insuper homines ultrò nascantur. Quod quidem & hic & alibi sæpe confirmat. tdq; pleriq; senserunt Aegyptiorum atq; Græcorum, & Arabes multi, deniq; confirmarunt præcipue Algazeles atq; Auicenna. Qua quidem sententia Aristoteles in quæstionibus naturalibus usus ex antiquorum mente inquit: Quemadmodum in paruis temporum mutationibus parua quædam ex terra pullulant animalia, ita in maioribus quoq; maiora, in maximis deniq; maxima atq; perfectissima. Plato autem ubicunq; ex ipsis terræ uisceribus eruit animantes, deos artifices adhibet mundani architecti ministros. Deos, inquam, id est ideas specialesq; rationes in ipsa mundi uita diuinaq; intelligentia consistentes: per quas & statim post diluuia, & quotidie animantium formentur species, ubicunq; corporeum speciei eiusdem semen abesse uideretur. Quod quidem fieri oportere satis in theologia probauimus. Vbi uero nascitur homo, non solum sicut cæteris deorũ adhibet manus, sed etiam quandam Dei summi spiraculum expressioremq; imaginem. Deinde statim natis deos ipsos saltem in primis seculis tanquam duces præficit atq; præceptores. Tu uero ex his omnibus quæ Mosaicæ sapientiæ magis cõsonant, prudenter eligito. Profecto id Moysi maxime congruit, quod hic, & in Protagora, et in Politico, atq; Critia uult hominẽ aliquando ex terra auctore Deo ad Dei ipsius similitudinem fuisse progenitũ. Quales autem illuuiones sint, & quando, & quam ob causam docebimus in Timæo. Post hæc insignis pietate uir patriæ suæ laudes mirifica quadã tum charitate, tũ arte prosequitur, ab origine prima, ab ipsa reipublicæ forma, à disciplina quotidiana, à rebus egregie gestis, quæ & hinc & aliunde ex aliis scriptoribus manifestissimæ sunt. Quamobrem argumentũ nostrũ paucis concludamus, eiusmodi sententias annotantes. Virtuti omnia parent. Prosperitas primo æmulationem parit, deinde inuidiam, demũ dissensiones & prælia. Omnis posa sessio absq; morali uirtute non solum inutilis est, sed noxia. Scientia seorsum à uirtute morali, non sapientia, sed calliditas quædam est iudicanda. Maiorum splendor in filijs obscurus euadit, quando per ipsorum ignauiam in posteros non transfunditur. Non est optãdum, ut omnia succedant ad uotum. Obseruandum est in omnibus prouerbium uetus, Nihil nimis. Qui ita se comparauit ut ex seipso pendeant omnia quæ ad beatitudinem conferunt, uel quamproxime ad hoc accedit, hic optime uitam instituit. Noli uel lætitia exultare, uel dolore deijci. Parentes iudicare debent se genuisse filios, nõ ut immortales, sed ut boni forent. Lugubres lamentationes domesticorum molestæ sunt defunctis, si quidem illas audiant. Perpetuo quodam solenni honore prosequi decet eos, qui pro salute patriæ strenue se in bello gesserunt: eorum filij cura publica educandi, colendi quoq; parentes. Ne ipsæ nobis iniquæ sint, æquo sunt animo perferendæ.

PLATONIS ATHENIENSIS MENEXENVS, SIVE EPITAPHIVS. *Moralis.*

Iano Cornario interprete,

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. MENEXENVS.

Curia petita post philosophiam

FORO, aut unde nobis Menexenus? ME. E foro ô Socrates, & de curia. SOC. Quid maximè tu ad curiam? aut nimirum quòd putas te ad eruditionis & philosophię finem peruenisse, & ut qui iam illarum satis habeas, ad maiora te conuertere cogitas: & quum hoc ætatis agas ô admirande, nobis senioribus imperare aggrederis, ut ne deficiat familia uestra, quo minus semper aliquẽ curatorem nobis exhibeat. ME. Si tu ô Socrates permittis & consulis ut impe rem, promptus ad hoc ero: sin minus: non item. Nunc uero ad curiam accedebam, ut percunctarer quem Senatus electurus esset ad dicendum, in hono rem eorum qui mortui sunt. Inferias enim ut nosti parant. SOC. Maximè. Sed quem ele gerunt? ME. Nullum, sed distulerunt in crastinum. Arbitror tamen Archinum, aut Diotimum eligendum esse. SOC. Pulchrum equidem ubique esse uidetur in bello mori. Nam & sepulturam pulchram & magnificam consequitur, & si quis pauper moriatur, etiam laudem suam habet: & si quis uilis fuerit: à uiris sapientibus & non temerè laudantibus extollitur: qui ex longo tempore paratis orationibus adeò pulchrè laudant, ut & quæ adsunt, & quæ non, de unoquoq; dicentes, & pulcherrima uerborum elegantia uarian tes, uelut præstigijs animos nostros corripiant. Sed & ciuitatem secundum omnes modos laudibus uehunt, & maiores nostros omnes superiores, qui in bello occubuerunt: & nos ipsos qui adhuc uiuimus collaudant. Quare ergo ô Menexene generosè admodum

Bello mori pulchrum

dum afficior dum ab ipsis laudor, & semper ubi illos audio demulceor, ut me in præsens maiorem & generosiorem & præstantiorem factum esse putem. Et plerunq; ac ferè semper contingit, ut externi quidam me sequantur ac simul illos audiant, apud quos egò statim præstantior habeor. Nam & illis eadem hæc accidere mihi uidentur, & erga me, & erga reliquam ciuitatem, ut magis quàm antea admirandam ipsam esse putent, ab oratore illo persuasi. Et hęc præstantia durat apud me plures quàm tres dies, ita & orationis concinnitas, & uox sonora eius qui dicit, in aures meas se insinuãt, ut uix quarta aut quinta die de meipso recorder, & sentiam ubi terrarum sim. Interea uero tantum non in beatorum insulis habitare me arbitror, ita præstantes nobis rhetores sunt. ME. Semper tu ô Socrates rhetoribus illudis. Nunc tamen arbitror electum nõ admodum habiturum esse quod dicat. Nam sub manu penitus electio facta est. Quapropter cogitur fortassis uelut ex tempore dicere is qui dicet. SOCR. Vnde ô bone? Sunt enim singulis orationes præparatæ. Et simul nulla difficultas est talia ex improuiso facere. Si enim oporteret Athenienses inter Peloponesios bene dicere, aut Peloponesios inter Athenienses, bono sanè rhetore opus esset, qui persuaderet, & in existimatione esset. Quũ uero quis inter hos decertat, quos etiam laudat, nihil magni esse uidetur bene dicere. ME. Non putas ô Socrates. SOC. Non equidẽ per louem. ME. Num putas te tantũ posse ut ipse diceres, si opus esset, & te Senatus eligeret? SOC. Et mihi sanè nihil miri esset ô Menexene si dicere possem, cui magistra contigit non admodum uilis in rhetorica: sed quæ & alios multos & bonos rhetores fecit, unũ autem etiam insignem inter Græcos Periclem filium Xanthippi. MEN. Quæ est hæc, aut nimirum Aspasiam dicis? SOCR. Dico equidem, & Connum Metrobij. Hos enim duos habeo magistros, hunc Musicę, illam rhetoricę. Sic igitur educatũ uirum nihil mirum est dicendo præstantem esse. Sed & qui peius me institutus est, in Musica quidem à Lampro, in rhetorica uero ab Antiphonte Rhamnusio, tamen etiam hic poterit Athenięses inter Athenienses laudans in existimatiõe esse. ME. Et quid nam habeas quod dicas, si dicere te oporteret? SOC. Ipse quidem à meipso fortassis nihil. Verũ Aspasiam audiui etiã heri de his ipsis funebrem orationem perficientẽ. Audiuerat enim ea quæ tu dicis, quòd electuri essent Athenienses aliquem qui diceret. Deinde partim ex tempore, partim prius meditata, exponebat mihi quæ dicere oporteret: tunc quidẽ ut mihi uidetur meditata, quãdo funebrem orationem composuit, quam Pericles dixit, reliquias quasdam ex illa cõpingens. ME. Nun quid etiam meminisse potes ea quæ Aspasia dicebat? SOCR. Si sanè non iniustè facio, didici enim ex ipsa, & ferè plagas accepissem, eo quòd obliuiscebar. ME. Cur igitur nõ recenses? SOC. Vt ne mihi succenseat magistra, si orationẽ ipsius efferam. ME. Nequaquam ô Socrates, sed dic, & ualdè mihi gratificabere, siue Aspasiæ, siue cuiuscunq; orationem dicere uolueris. Verũ dic modo. SOC. At fortassis me deridebis, si tibi uidebor senex sim adhuc ludere. ME. Nequaquã ô Socrates, sed omni modo dicito. SOC. At uero tibi gratificari oportet. Nam etiamsi me uestibus exutũ saltare iuberes, fermè in hoc tibi gratificarer, quãdoquidem soli sumus. Quare audi. Dicebat enim, ut ego arbitror, initio dicendi ab ipsis mortuis sumpto, in hunc modum. Re quidem ipsa habent hi iusta sibijpsis persoluta, quæ adepti proficiscuntur uia fatali, & in communi à ciuitate, & priuatim ab amicis ac cognatis suis cum pompa deducti. Oratione uero reliquum ornatum, & lex uiris persoluere iubet, & ita facere conuenit. Rerum enim bene gestarum memoria, & ornatus, contingit illis qui eas perpetrarunt, ab auditoribus ex pulchrè habita oratione. Tali uero quadã oratione opus est, quæ defunctos quidem iuste laudet, uiuentes autem beneuole admoneat, ut filij quidem & fratres illorum uirtutem imitentur: patres autem & matres, & si qui adhuc altius ex progenitoribus supersunt, consolationẽ accipiant. Quę igitur talis oratio nobis uideri poterit, aut unde rectè initium sumpserimus bonos uiros laudantes, qui & uiuentes exhilararunt suos ob uirtutem, & mortẽ pro uiuentiũ salute permutarũt? Videtur mihi oportere secundum naturam, quemadmodũ boni fuerunt, sic etiam ipsos laudare. Boni uero fuerunt, eo quòd ex bonis originem duxerũt. Generis igitur ipsorum nobilitatẽ primum laudemus. Deinde educationẽ & institutionem. Post hæc res gestas ostendemus, q̃ has pulchras, & origine ac institutione dignas gesserũt. Primum igitur generis nobilitas his ex maiorũ

Rhetorũ Athenięsium præstantia

Aspasia rhetoricęs magistra

Oratio funebris Aspasiæ

Boni ex bonis

Universidad de Deusto
Biblioteca

origine initium sumpsit, quæ externa nō est, neq; hos successores in hac regione inquilinos, uelut ipsi aliunde uenerint & huc transmigrarint, pronūciat: sed indigenas, & ueuera in patria habitantes ac uiuentes, & nutritos non à nouerca, uelut alij, sed à matre regione in qua habitarunt: & nūc iacere illos mortuos in proprijs locis, eius quæ & peperit, & educauit, & susceptt. Iustissimum atq; est ornare primum matrem ipsam. Sic enim contingit ut etiam simul horum generis nobilitas ornetur. Est autem regio digna quæ ab omnibus hominibus laudetur, nō solum à nobis, multis quidem etiam alijs nominibus, primum autem & maximè, quòd dijs chara est. Testimoniū uero sermoni nostro præbet, contendentiū de ipsa deorum lis & iudicium. Quam uero dei laudauerūt, quomodo ea non ab hominibus uniuersis merito laudetur? Secunda uero ipsius laus iustè hæc fuerit, quòd in illo tēpore, in quo omnis terra producebat animalia omnis generis, fera & gregaria, in hoc nostra à feris quidem agrestibus sterilis & pura uisa est, elegit autem ex animalibus, & genuit hominem, qui & intelligentia reliqua excellit, & solus iustitiam & deos reueretur. Quòd autem hæc terra & horum, & nostros progenitores pepererit, inde satis magna coniectura colligitur. Quicquid enim peperit, alimentum idoneum habet ei quod genitum est: ex quo etiam mulier manifesta fit, & quæ peperit, & quæ non, sed suppositiua est, si non habeat fontes alimenti genito commodos. Itaq; & nostra terra & mater iustum exhibet signū, quòd homines genuerit. Sola enim tunc tempore illo, & prima alimentum humanum protulit, tritici & ordei semen, quo pulcherrimè & optimè nutritur hominum genus, ut quæ reuera hoc animal produxit. Imò potius de terra, quàm de muliere, talia signa suscipere conuenit. Non enim terra imitatur mulierem conceptu & partu, sed mulier terram. Hoc autem semen nō inuidit, sed etiam alijs distribuit. Post hoc autē olei productionem, dolorū leuamen, filijs largita est. Et postquā enutriuit, & ad pubertatis augmentum euexit, principes & doctores ipsis deos induxit: Quorū nomina in hac re omittere decet. Scimus enim qui uitam nostram instruxerint, & ad quotidianum uictum artes primi docuerint, & ad regionis custodiam arma parare, ijsdemq; uti tradiderint. Sic autem geniti & educati horū maiores habitabāt republica cōstituta, cuius mentionē facere paucis iustum fuerit. Respublica enim educatio hominū est, pulchra bonorū, contraria malorū. Quòd igitur in pulchra republica educati sunt maiores nostri, necessariū est declarare, per quā sanè & illi boni sunt, & qui nunc sunt itidem, ex quibus sunt hi qui uita decesserunt. Eadem enim respublica & tunc erat, & nunc est, optimatū dominium, in qua & nunc uersamur, & ex illo tempore ferè semper uiximus. Vocat autem alius populare dominiū, alius alio nomine prout libet. Est autē reuera optimatū dominium cum multitudinis approbatione. Reges equidem semper nobis sunt. Hi uero quandoq; ex genere, quandoq; electi. Verum potentia ciuitatis plerūq; apud populū est. Magistratus autem & imperium semper defert his qui optimi esse uidentur, & neq; debilitate, neq; paupertate, neque ignobilitate patrum quispiā repudiatur, neq; ob horū contraria in honore est, quemadmodū in alijs ciuitatibus: sed unus est modus propositus, ut qui sapiēs aut bonus esse uideť, dominet & imperet. Huius autē reipublicæ nobis causa est ea quæ æqualiter contigit natiuitas. Aliæ enim ciuitates ex omnis generis & inæqualibus hominibus cōstitutæ sunt. Quare etiā inæquales sunt ipsorū respublicæ, tum tyrannides, tum paucorū principatus. Habitant igiť ut alij seruos, alij dominos se mutuo censeant. Nos autē & nostri ex una matre omnes fratres producti, non expetimus serui, aut domini, inter nos uicissim esse: sed natiuitatis secūdum naturā æqualitas cogit nos æqualitatē secundū legem quærere, & nulla alia de causa, q̄ ob uirtutis & sapiētię opinionē inuicem cōcedere. Vnde in omni libertate educati & horū, & nostri patres, & hi ipsi quos uidetis, & honesta origine nati, multa & pulchra facta, & priuatim, & publicè, in omnes homines perpetrarunt, arbitrati oportere pro libertate, & aduersus Græcos pro Græcis, & aduersus Barbaros pro omnibus Græcis pugnare. Quum igitur Eumolpus & Amazones, & his adhuc priores, regionē cū exercitu inuaderēt, quomodo ipsos propulsarint: & quomodo Argiuis aduersus Cadmeos, & Heraclidis aduersus Argiuos suppetias tulerint, et tēpus breuius est q̄ ut pro dignitate exponi possit, & poetę iam ipsorū uirtutē pulchrè in Musica celebratā, in omnes diuulgarūt. Si igiť nos eadē nudo sermone ornare aggrederemur, secū di

Athenienses indigenæ sunt

Atticæ regionis laus

Primus homo est Attica

Fruges primæ ex Attica

Oleum leuamen dolorum

Respub. Athen. ex optimatibus

Sapiētes aut boni imperant

Barbari omnes præter Græcos

di fortassis ab illis uideri possimus. Hæc itaq; hac de causa omittenda esse mihi uidenť, quandoquidē etiā pro dignitate tractata sunt. At quorū neq; poeta quispiā adhuc mentionē fecit, aut cognitionē à fide dignis accepit, & quæ adhuc in obliuione posita sunt, de his mentionē facere oportere mihi uideť, ita ut laudem & uelut præparem alijs, quo prout rerum gestarū gloria postulat, in carmina & reliquā poesim referant. Prima uero ex his de quibus dico, hæc sunt. Persas imperantes Asiæ, & in seruitutē adigentes Europam, huius regionis progenies, patres autem nostri cohibuerunt: quorū etiam iussū est, & cōuenit primùm meminisse, & uirtutē ipsorum laudare. Hanc autem si quis ritè prędicare uelit, in illud tempus respicere, & sermonē dirigere oportet, quādo tota Asia tertio iam regi seruiebat. Quorum primus quidem Cyrus, cùm Persas ciues suos animi sui magnitudine in libertatem asseruisset, simul etiam dominos Medos in seruitutē redegit, & reliquæ Asiæ usq; ad Ægyptum imperauit. At filius ipsius & Ægypto & Libyæ, quantum occupare poterat. Tertius autem Darius pedestribus quidem copijs ad Scythas usq; imperium extendit. Nauibus aūt, & mari & insulis dominatus est, ita ut neque auderet quisquam ipsi aduersarius esse. Mentes autem omnium hominū in seruitutem redactæ erant, adeò multæ & magnæ ac pugnaces gentes, Persarum imperio subiectæ erant. Darius autem causam prætexens, nos & Eretrienses Sardibus insidias tendere, quingentis millibus hominū missis in classe nauali, & nauibus trecentis, ad Datim præfectum dixit, ut abiret & adduceret Eretrienses & Athenienses, si capiti suo consultum uellet. Ille uero nauibus in Eretriam delatus, in uiros qui & non pauci essent, & inter Græcos eius temporis clarissimi haberentur, quod ad bellicas res attinet: hos quidem per triduum subegit, omnem autem ipsorum regionem perscrutatus est, ut nemo fugæ elaberetur, atq; hoc tali modo. Milites ipsius ad fines Eretricę delati, ex mari ad mare ita dispositi, ut coniunctas manus haberent, uniuersam regionem penetrarūt, ut ad regem referre possent, neminem aufugisse. Eodem consilio ex Eretria in Marathonem deferebantur, eum locum oportunū sibi esse rati, ut etiam Athenienses in eadem necessitate cum Eretriensibus coniunctos abducerent. Hæc cùm partim ita peracta essent, partim tentarenť, neq; Eretriensib. neq; Atheniēsibus quisquā Græcorū opem tulit, præter Lacędemonios: qui postera die post prælium cōmissum uenerunt. Alij uero omnes perteriti, & præsentē salutem amplectentes, quiescebant. Hanc itaq; rem si quis consideret, cognoscere poterit quales fuerint uirtute, hi qui Barbarorum uim in Marathone sustinuerunt, & totius Asiæ superbiā castigauerūt, & primi de Barbaris trophæa erexerunt, duces & doctores alijs facti, quòd Persarū potentia nō inexpugnabilis esset: sed omnis multitudo, & omnes diuitiæ uirtuti cedant. Ego igitur uiros illos non solum corporum nostrorum patres esse assero, sed etiam libertatis tum nostrę, tum uniuersorū in hac continenti. Nam ad illud factum respicientes Græci, etiam in posterioribus prælijs pro salute pericula subire ausi fuerunt, discipulos eorū qui in Marathone rem gesserunt, se declarantes. Primam igitur rectè factorum gloriam ad illos referre oportet. Secundam uero ad eos qui circa Salaminē & Artemisium nauali pugna uicerunt. Nam & de his uiris multa quis recensere posset, qualia mala imminentia sustinuerint, & in terra, & in mari, & quomodo hæc à se depulerint. Verùm quod mihi etiam ex illorum factis pulcherrimum esse uidetur, eius mentionem faciam. Nam quod deinceps à Marathone restabat opus, id perpetrauerunt. Qui enim in Marathone rem gesserunt, hoc solum declarauerunt Græcis, q̄ fieri posset ut pauci Græci multos Barbaros in terra depellerent ac superarent. Naualis autem pugna adhuc obscura erat, & ea erat de Persis opinio, quòd in mari inexpugnabiles essent, & multitudine, & diuitijs, & arte, & robore. Hoc itaq; dignum est laude, in uiris qui tunc naualem pugnam gesserunt, quòd & eum qui adhuc restabat Græcorum timorem exoluerunt, et effecerunt ut neque nauium, neq; uirorum multitudinem formidarēt. Ex ambobus itaq;, & his qui in Marathone pugnauerunt, & qui nauale prælium in Salamine cōmiserunt, contingit ut alij Græci eruditantur & adsuescant, ut neq; in terra, neq; in mari Barbaros formidēt. Tertium autem dico id quod in Platæis gestum est, & numero & uirtute græcæ salutis causam fuisse, & hoc cōmune iam est, & Lacedęmonijs, & Athenienśibus. Quod igitur maximum & difficillimū est, omnes hi opem tulerunt & propter hanc uirtutē, & nunc à nobis laudantur, & in poste

Marathonium prælium

Salaminia pugna

Platæense bellum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum tempus à posteris laudabuntur. Postea uero multæ quidem ciuitates Græcorũ adhuc sub Barbaro erant: Ipse uero rex denunciabat se meditari nouam rursus in Græcos expeditionem. Iustum itaq; est etiam horum nos mentionem facere, qui superiorum factis, finem salutis imposuerũt, omni barbarie ex mari repurgata ac expulsa. Fuerunt autem hi qui in Eurymedonte nauale prælium cõmiserunt, & qui in Cyprum exercitum duxerunt, & qui in Ægyptum nauigarunt, & ad multos alios locos: quorum meminisse conuenit, & gratiam ipsis habere, eo quòd Regi timorem incusserunt, ut suæ salutis curam gereret, & non ad Græcorum perniciem insidias tenderet. Et hoc sanè bellum uniuersæ ciuitati exhaustum est, & pro seipsa, & pro alijs eiusdem linguæ consortibus, aduersus Barbaros. Quum autem pax redderetur, & in honore ciuitas esset, uenit in ipsam id quod ex hominibus accidere solet his qui feliciter degunt, primùm quidem æmulatio, ab æmulatione uero inuidia, quę etiam hanc ciuitatem inuitam ad bellum contra Græcos suscipiendum adduxerunt. Postea bello oborto conflixerunt in Tanagra, pro Bœotorum libertate aduersus Lacedæmonios pugnantes. Quum autem pugna in ambiguo discrimine uersaretur, posterius factum ipsam diremit. Alij enim fuga dilapsi sunt, relictis Bœotis, quibus opem laturi uenerãt. Nostri uero tertia die in Oenophytis uictoria potiti, eos qui iniustè fugerãt, iustè reduxerunt. Hi itaq; primi post Persicũ bellum, Græcis aduersus Græcos pro libertate auxilia ferentes, boni uiri, & qui eos quib. auxilia ferebant, in libertatẽ asseruerunt, in hoc monumento à ciuitate honorati, primi positi sunt. Postea uero cùm bellum multum increbresceret, & omnes Græci hostiliter inuaderent, ac depopularentur regionem, & indignã gratiam ciuitati rependerent, nostri deuictis ipsis nauali prælio, & captis ipsorũ ducibus Lacedęmonijs in sacra uictima rum die, cũ liceret ipsis illos perdere, pepercerunt & reddiderunt, ac pacẽ firmauerunt, arbitrati aduersus eiusdem quidẽ gentis homines, ad uictoriã usq; bellum persequendũ esse, & non ob priuatã ciuitatis iram, cõmunem Græcorum societatẽ perdere oportere: uerũ aduersus Barbaros usq; ad internecionẽ. Hos itaq; uiros laudare operęprecium est, qui hoc bello gesto hic iacent, eo q̃ declararũt nõ uerè ambigere illos, qui in ea uersantur opinione, quòd alĩ quidã fuerint, in priore aduersus Barbaros bello, Athenien-sibus præstãtiores. Hi.n. hic tota Gręcia seditionẽ agente, in bello superiores facti, & aliorum Græcorũ præfectis subactis, declarauerũt se uincere hos priuatim, cum quibus tunc Barbaros in cõmuni uincebant. Tertiũ post hãc pacem, bellum graue admodũ ex insperato ortũ est, in quo multi & boni uita defuncti hic iacent. Et plerique quidẽ, qui circum Siciliam plurima trophæa erexerunt, pro Leontinorũ libertate, quibus ob cõmunẽ fœdus auxilia tulerunt, ad illos locos nauigarunt. Cùm uero ob nauigationis diutur nitatem, ciuitas ad cõsilij inopiã deuenisset, & ipsis subuenire non posset, ex hoc in desperationẽ adducti, aduersam fortunã experti sunt. Quorũ inimici & in bello aduersarij maiorẽ temperantiæ et uirtutis laudem habent, q̃ aliorũ amici. Plerique uero in nauali bus per Hellespontũ prælijs, una die oẽs hostiũ naues cæperũt, & multas alias deuicerunt. Quod uero dicebã graue & ex insperato bellũ ortum esse, ideo dico, q̃ ad tantam contentionẽ aduersus ciuitatẽ reliqui Gręci deuenerunt, ut ad infensissimũ regem, quẽ in cõmuni nobiscum eiecerãt, legatos mittere ausi fuerint, & hũc Barbarũ rursus priuatim in Græcos adducere, & oẽs Græcos ac Barbaros ad ciuitatẽ congregare. Vbi sanè & potentia & uirtus ciuitatis huius effulsit. Cùm.n. putarent ipsam debellatã esse, & interceptę essent in Mitylena naues, ipsi auxiliũ laturi sexaginta naues ingressi sunt, & ex cõfesso uiri optimi cõspecti, hostes quidẽ deuicerunt, amicos aũt liberarunt, indignã tamen fortunã experti, nõ ex mari sublati, hic iacent: quorũ semper meminisse oportet, ipsosq; laudare. Illorũ.n. uirtute uicimus, nõ solũ eo quod tũc gestũ est, nauali prælio, sed etiã reliquo bello. In eam.n. opinionẽ, ppter ipsos uenit ciuitas, q̃ nunq̃ expugnari posset, ne ab omnib. quidem hominib. Et uera hæc opinio fuit. Verũ nos nostra ipsorũ dissensione uicti sensiõe, nõ ab alijs, uicti sumus. Nã & adhuc nũc inuicti ab illis sumus. Nos aũt ipsi nos ipsos & uicimus & superauimus. Postea uero quiete reddita, & pace cum alijs inita, domesticum nobis bellum ita gestum est, ut si fatis decretũ esset homines seditionem agere, nemo aliter debeat optare ciuitatem suam ægrotare. Nam & ex Piræo, & ciuitate ciues, benignè & familiariter uires inter se coniunxerunt, & præter aliorum Græcorum

Eurymedontẽ prælũ nauale

Tanagræum bellum

Populare Græciæ bellum

Athenien. sua dissensione uicti

Domesticũ bellum Athenien.

spem, bellum aduersus eos qui in Eleusyne essent, moderatè transegerunt. Et horum omnium nulla alia causa est, quàm reuera cognatio, amicitiam cõstantem & cognatam, uerbis, sed re ipsa inducens. Conuenit autem & eorum qui in hoc bello ex mutuo conflictu occubuerunt, memoriam celebrare, & quo possumus, ipsos conciliare, uotis & sacrificijs, in huiusmodi celebritatibus supplicantes his qui ipsos deuicerunt: quandoquidem & nos conciliati sumus. Non enim ex malicia, neq; inimicitia, sed ex aduersa fortuna, manus cõseruerunt. Horum autem testes nos ipsi sumus, qui uiuimus. Quum enim ijdem cum illis genere sumus, ueniã mutuò damus, siue quid fecimus, siue perpessi sumus. Postea uero perfecta pace nobis reddita, quietem agebat ciuitas, barbaris quidem ignoscens, quòd satis malè afflicti ab ipsa, non segniter ulti essent: Græcis autem indignans, memor pro quibus beneficijs, qualem gratiam reddidissent, societate cum Barbaris inita, & nauibus ablatis, quæ illos aliquando seruarant, & muris dirutis, pro eo quòd nos illorũ muros ne ruerent, prohibuissemus. Cogitans autem ciuitas nostra non amplius suppetias ferre Græcis, siue inter se, siue à Barbaris in seruitutem redigerentur, ita habitabat. Quum igitur nos in eiusmodi sententia essemus, Lacedæmonij arbitrati nos libertatis defensores cecidisse: suum uero iam opus esse, alios in seruitutem redigere, hoc operam dederunt. Et quid opus est orationem extendere? Neq; enim olim, neque ante multa hominũ sæcula facta, recensuerim ea quæ postea contigerunt. Ipsi enim scimus Græcorum primos, Argiuos, Bœotos, & Corinthios, perterritos huius ciuitatis auxilium imploraſſe: & quod omnium diuinissimum est, etiam regem ad tãtam rerum desperationem deuenisse scimus, ut non aliunde salutem sibi cõtingere posse speraret, quàm ex hac ciuitate, quam cupidè adeò perdere uoluerat. Et sanè etiamsi quis ciuitatem iustè accusare uellet, hoc solum producens rectè accusauerit, quòd semper nimis misericors est, & eius qui succumbit adiutrix. Proinde & in eo tunc tempore non poterat perseuerare, neq; ea quæ constituisset, ipsa secum conseruare: quod uidelicet nemini ex his qui ipsam iniuria affecissent, si in seruitutem redigeretur, opitulari uellet: sed flexa est, & auxilium tulit. Et Græcos quidem hæc auxilio suo à seruitute liberauit, ut liberi essent, donec rursus ipsi seipsos in seruitutem redegerunt. Regi uero opem ferre ausa non fuit, uerita trophæa in Marathone, & Salaminæ, ac Platęis de ipso erecta. Profugos autem solum, & si qui alij uoluissent, illi auxilium ferre sinens, ex confesso ipsum seruauit. Muris autem & nauibus constructis, bellum expectans, postquam bellum suscipere coacta est, pro Parijs aduersus Lacedæmonios pugnauit. Rex uero timens ciuitatem, quum uideret Lacedæmonios bellum nauale detrectare, deficere, uolens expetebat Græcos, qui essent incontinenti, quos prius Lacedæmonij ipsi exhibuissent, si nobis & alijs belli socijs auxilia ferre deberet, putans fore ut id sibi denegaretur, quo ipsi defectionis occasio esset. Et de alijs quidem belli socijs falsam eam opinionem concepit. Voluerunt enim ipsi exhibere, & pacta iureiurando confirmarunt Corinthij, Argiui, Bœoti, & alij belli socij, se exhibituros esse Græcos qui essent in continenti, si pecunias dare uellet. Soli uero nos neq; exhibere, neq; iusiurandum præstare ausi fuimus. Sic sanè ciuitatis generositas & libertas, cõstans & integra, & natura barbaris infensa, eò quòd sincerè Græci sumus, absque omni Barbarorum ammixtione. Non enim Pelopes, neque Cadmij, neque Ægyptij, neque Danai, neq; multi alij, qui natura quidem Barbari sunt, lege uero Gręci, nobiscum habitant, sed ipsi Græci Barbaris non ammixtis habitamus. Vnde purum alienæ naturæ odium ciuitati illiquuit. Rursus igitur soli relicti fuimus, eo quòd turpe & ipsum facinus cõmittere noluimus, ut Græcos Barbaris exhiberemus. Quum autem ad eadem deuenissemus, propter quæ etiam prius bello impetiti fumus, cum Deo meliorem quàm tunc belli successum experti sumus. Nam & nauibus, & muris, & colonijs nostris saluis à bello liberati sumus, adeò etiam hostes benè secum agi putabant, quòd à nobis discessus ipsis contingeret. Viris tamen bonis ac præstantibus etiam in hoc bello priuati sumus, qui in Corintho in regionis difficultatem, & in Lechæo in proditionem inciderunt. Præstantes autem etiam illi qui regem liberauerunt, & Lacedæmonios è mari eiecerunt. Quos ego quidem uobis in memoriam reuoco. Vos aũt decet tales uiros collaudare & ornare. Et facta sanè hæc uirorum qui hic iacent, & aliorum qui pro ciuitate occubuerunt, multa quidem & pulchra sunt ea quæ

Græcorum in Athenien. ingratitudo

Misericordia Athenien.

Athenien. puri Græci

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea quæ relata sunt. Multa uero plura & pulchriora sunt ea quæ restant. Multi enim dies ac noctes non sufficerent, si quis omnia transigere uellet. Horum igitur meminisse conuenit, & horum filios quemuis uirum adhortari uelut in bello, ut maiorum suorum ordinem non deserant, neq; abiectis armis se turpiter dantes, in fugam retrò cedant. Ego igitur etiam ipse uos ó bonorum uirorum filij, & nunc adhortor, & in posterum ubicunque in aliquem uestrum incidero, admonebo ac cohortabor, ut quàm optimi esse conemini. At in præsentia æquum est dicere ea quæ patres nobis demandarunt, denunciare posteris, si quid accideret, quum iam pericula subire uellent. Dicã autem uobis & quæ ex illis ipsis audiui, & quæ nunc libenter uobis dicerent, si in ipsorum potestate esset, coniecturam sumens ex his quæ tunc dicebant. Quare putare oportet audire uos illos ipsos in his quæ ego referam. Dicebant autem hæc. Quòd quidem ex bonis patribus nati estis ô filij, res ipsa quæ nunc præsens est, indicat. Nobis autem quum liceret non honestè uiuere, potius elegimus honestè mori, quàm & nos, & posteros, obprobrijs exponere, & patres nostros, & uniuersum superius genus pudore afficere, ut qui putemus ei qui suos pudore afficit, uiuendum non esse, & tali neque aliquem hominem, neque deum quempiam amicum esse, neque super terram uiuenti, neque sub terra uita defuncto. Oportet igitur uos sermonum nostrorum memores, etiamsi quid aliud exercea tis, cum uirtute exercere, illud scientes quòd quæ hac destituuntur omnia, & opum bona, & studia, turpia sunt & mala. Neque enim diuitiæ pulchritudinẽ afferunt possidenti ipsas cum ignauia. Talis enim alij diues est, & non sibi ipsi: neq; corporis pulchritudo & robur, si in timido & malo sunt, decorem afferunt: sed habentem indecorum & magis conspicuum faciunt, & timiditatem manifestant. Omnis quoq; scientia, si à iustitia & reliqua uirtute separetur, uafricia non sapientia apparet. Qua de causa & primum, & postremum, & per omnia, omnem penitus promptitudinẽ habere conemini, quo maximè quidem & nos, & superiores, uirtutis gloria superetis: Sin minus, scitote quòd nobis quidem, si uos uirtute uicerimus, uictoria pudorem affert: Si uero superemur à uobis, felicitatẽ. Maximè uero nos superabimur, & uos uincetis si ita comparaueritis uos, ut maiorum gloria non abutamini, neq; ipsam consumatis. Hoc enim nosse uos decet, quòd uiro qui se esse aliquid putat, nihil turpius est quàm exhibere seipsum honorandum, non propter seipsum, sed ob gloriam maiorũ. Esse equidem honores parentũ, pulcher & magnificus filijs thesaurus est. Vti uero & pecuniarum & honorum thesauro, et non filijs tradere, turpe est & ignauum, ob propriarũ possessionum & rectæ gloriæ inopiam. Et si quidem huc studium uestrum collocaueritis, amici ad amicos nos deuenietis, ubi sanè uos debitum fatum adduxerit. Si uero neglexeritis, & peiores facti fueritis, nemo uos benignè excipiet. Hæc igitur filijs dicta sint. Patres autem nostros, quibus illi sunt, & matres consolari oportet, quòd calamitatem facile ferre conueniat, si ita accidat, & non unà cum illis lamentari. Non enim eo qui amplius affligat, opus habebunt: Nam præsens fortuna hoc satis præstare poterit: sed sanando & mitigando ipsis in memoriam reuocare, quòd quæ maxima sibi à dijs contingere optauerunt, ea consequuti sunt. Non eñ immortales sibi filios nasci optauerunt, sed bonos & gloria claros, quæ cũ maxima sint bona, ipsis contigerunt. Omnia uero ex animi sententia mortali uiro in uita sua euenire, nõ procliue est. Et si fortiter ferent calamitates, reuera fortiũ filiorũ patres esse uidebunt̃, & ipsi quoq; tales. Si uero dolori succũbent, suspicionẽ de se exhibebunt, aut q̃ patres nostri non sint, aut q̃ hi qui nos laudant, mentiant̃. Neutrũ uero horũ cõuenit, sed illos maximè omniũ nostros laudatores esse, ita ut re ipsa seipsos exhibeãt, ut reuera uiri uirorũ patres esse uideant̃. Etenim uetus illud prouerbiũ, Nihil nimis, pulchrè dici uideť. Reuera enim bene dicitur. Nam cuicũq; uiro ex seipso pendent omnia quæ ad felicitatem tendũt, aut propè ita, & non ex alijs pendet, ex quibus prout aut bene, aut malè degerint, etiam ipsius res in errore uersari coguntur: huic uita optimè comparata est, hic temperans est, hic fortis & prudens: Hic siue contingant ipsi pecuniæ, & nascantur filij, siue pereant, maximè prouerbio credet. Neq; enim gaudebit, neq; tristabitur nimis, eo quòd in seipso confidit. Tales autem cupimus nos etiam nostros esse, & uolumus, & asserimus: & nos ipsos nunc tales exhibemus, non molestè ferentes, neque timentes nimis si in præsentia mori oportet. Rogamus itaque & patres, & matres, ut eadem

Exhortatio ad maiorum imitationem

Patrum in bello periclitantium ad filios oratio

Miserũ est alienæ incumbere famæ

ut eadem hac sententia utentes, quod reliquum est uitæ degant, & sciant quòd non lugentes, nos neq; lamentãtes, nobis maximè gratificabuntur: sed si quis est mortuis uigentium sensus, ita maximè ingrati fuerint, si seipsos afflixerint, & grauiter tulerint calamitates. Si uero leuiter & moderatè, maximã gratiam inierint. Res equidem nostræ finem iam habebunt, qui hominibus pulcherrimus existit. Quare decet ipsas magis ornare quàm lugere. Porrò si uxorum & liberorum nostrorum curam suscipient, ipsosq; educabunt, & huc mentem conuertent, ita & maximè in fortunæ obliuionem uenient, & melius ac rectius & nobis gratius uiuent. Hæc sanè sufficiunt ut nostris de nobis denuncientur. Cæterum ciuitatem rogare deberemus, ut & patrũ & filiorum nostrorum curam suscipiant, & hos quidem honestè erudiant, illos autem pro senum dignitate alant. Nunc autem scimus, quòd etiamsi nos non rogemus, satis tamen hæc res curabitur ab illa. Hæc igitur ô filij & parentes eorum qui occubuerũt, & illi demandarunt nobis ut denunciaremus, & ego quantum possum promptissimè denuncio, & ipsa illorum nomine rogo, illos quidem ut suos imitentur, hos uero ut de seipsis cõfidant. Nam nos & priuatim & publicè uos alemus, & senectutis uestræ curam geremus, ubicunq; quisq; nostrum in aliquem qui illos cognatione attingit inciderit. At ciuitatis curam ac diligentiam etiam ipsi nouistis. Leges enim de liberorum & parentũ, eorum qui in bello occubuerunt, cura suscipienda tulit, & insigniter præ alijs ciuibus demandatum est maximo magistratui, ut obseruet ne parẽtes horum iniuria afficiantur. Liberos autem ipsa prompte coeducat, ut maximè ipsis ignota fiat orbitas, in patris forma ipsis se constituens, dum adhuc pueri sunt. Et postquam ad uirilem ætatẽ deuenerint, ad suas ipsorum possessiones dimittit armatura ornatos, ostendens & in memoriam reuocans patris studia. Atq; ita & instrumẽta paternæ uirtutis largitur, & simul augurij gratia ita instructos ad paternum domum abire sinit, uelut imperaturos cum robore armis exorna tos. Ipsis uero morte sublatis anniuersarium cultum præstare nunquam intermittit, iusta in communi omnibus faciens, quæ priuatim unicuique à singulis fiunt. Ad hæc uero, certamina gymnica & equestria ac totius Musices cõstituit. Et in summa, quod quidem ad mortuos attinet, hæredis & filij locũ subit: quod uero ad filios, patris: quod autem ad parẽtes & alios huiusmodi, tutoris: omnẽ omnium per omne tempus curã susci piens. Quæ omnia considerare cõuenit, & calamitatẽ mitius ferre. Sic enim & mortuis uos & alij omnes, qui iuxta legẽ mortuos in cõmuni deplanxistis, abite. Hæc est tibi ô Menexene Aspasiæ Milesiæ oratio. ME. Per Iouem ô Socrates beatam dicis Aspasiam, si quum fœmina sit, tales orationes componere potest. SOCR. At si non credis, sequere me, & audies ipsam dicentem. ME. Sæpe ô Socrates cum Aspasia colloquutus sum, & qualis sit noui. SOCR. Cur igitur non admiraris ipsam, & nunc gratiam habes ipsi pro oratione? ME. Multam equidem ô Socrates gratiam habeo pro hac oratione illi, aut alteri, quicunque tandem sit qui hanc habuit: & præ alijs multis gratiam habeo ei qui recensuit. SOCR. Bene se habuerit res. Verum uide ut ne me prodas, quo tibi etiam rursus multas ac pulchras ciuiles orationes ab ipsa recenseam. ME. Confide, non prodam, recenseas solum. SOC. At fiet ita.

Mortuorũ de uiuis sensus ambiguus

Filios & parẽtes occisorũ in bello, curari apud Athenienses

Anniuersarius mortuorum cultus

Aspasia Milesia

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI, IN SEPTIMVM PLATONIS QVATERNIONEM,

ECLOGA SEPTIMA.

IN SEPTIMO Platonis quaternione primus dialogus Hippias maior inscribitur, & de pulchro tractat sub confutationis specie, qua Hippias qui omnia se scire profitebatur, confutatur, & ignorantia ipsius multis modis detegitur. Ostenditur autem magis quid non sit pulchrum, quàm quid sit: contrà quàm in Phædro & Symposio de pulchro tractatur. Secundus Hippias minor appellatur, ad differentiam prioris maioris appellati, & de mendacio agit, itidem sub confutationis specie, qua Hippiæ ignorantia declaratur, & qui ueraces, qui mendaces sint, uarijs modis ostenditur. Tertius Ion inscribitur siue de Iliade, & in ipso Homeri poema Ilias expendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

expenditur,& aliquot loci inde producti exponũtur.Agitur autem tota res sub tentationis spe cie,qua Socrates Ionis Ephesii, qui inter Rhapsodos in Epidauro prima præmia tulerat, inge nium & de poetis sententiam explorat:Et nõ ex arte,sed numinis afflatu correptos bonos poe tas poemata sua facere ostendit. Quartus Menexenus siue Epitaphius,hoc est sepulchralis inscriptus,moralis est.Et continet orationem funebrem Aspasiæ Milesiæ,de qua ita sentiunt do cti,ut nihil putent esse illa absolutius.Synesii certè iudicium de hac oratione,hoc est. Si quis au tem ignorat,inquit,differentiam ciuilis uiri & rhetoris in eodem argumento,is perlegat diligẽ ter Aspasiæ & Pericles orationem sepulchralem Thucydidæ & Platonis, quarum altera multò pulchrior altera est,si proprijs regulis iudicetur.Cæterum quod ad locos attinet, nõ ita multos illos in hoc septimo quaternione,eos selectos in hac septima Ecloga comprehendimus.

Aspasiæ Milesiæ oratio funebris

In Hippia maiore ubi conuerti.Non mihi uidetur,sed quòdnam est pulchrũ ὁ Hippia:Græcè legendum.ἄ μοι δοκεῖ,ἀλλ' ὅ,τι ἐγὶ τὸ καλὸν ὦ ἱππία.In uulgatis redundat alterum τὶ,post ὅ,τι. Distinguit autem Socrates inter τί & ὅ,τι,illud definitionẽ quærere ostendens,hoc rem ipsam, ut sit ὅ,τι ἐγὶ,quòdnam sit,id est quæ res sit,Hoc autem facit illudens Hippiæ.Nam & in Menone,& ahàs, τί & ὅ,τι eadem significatione usurpat. Et mox.Aliúdne quid quàm etiam equam pulchrũ esse dicemus,quæ sanè pulchra est:In Græcis legendum.ἄλλό τι ἢ φῶμεν καὶ τὴν ἵππον καλὸν εἶναι τὴν γε καλήν.In uulgatis καλὴν post ἵππον legitur falsò.Est enim uox neutra. Et infrà.Quòd quantũ fieri posset similitudinem lapidis ad ebur exquisiuisset:Græcè legendum.ὡς ὅτι μὴ ὁμοιότατα τῷ λίθῳ τῷ ἐλέφαντι ἀπεργάσαιτο.Vulgo habetur τῷ ἐλεφαντίνῳ pro τῷ ἐλέφαντι. Et mox.Decora est ipsi uirga agitatoria quam torynam appellant:Græcè legitur.πρέπει τορυὴν αὐτῇ.Suidas exponit τορυὸν τὸ κινητήριον τῶν χύτρας,id est instrumentum quo olla mouetur. Et addit. παντιχῶς δὲ ἐκτείνεται, ut accipiamus tudiculam esse undiquaq; expassa brachia habentem, quod genus nostri ein quirrel uocant.Et hoc ipsum satis declarat etiam hoc loco Plato. Hippocrates etiã uerbo τορωσῦν usus est pro τῇ τορυὴ χρῆσθαι.in libro De internis morbis,ubi de uoluulis agit. Et paulò post.Nam si quis habet quod aduersus hoc contradicat,scito confiteri me,nihil omnino me scire: Græcè legendum. πρὸς γὰρ ταῦτ' ἴσθ',ἐάν τις ἔχῃ ὅτι ἀντείπῃ,φάναι ἐμὲ μὴ δ' ὁτιῦν ἐπίστασθαι.In uulgatis ἐπαινεῖν falsò habetur pro ἐπαίειν,quemadmodũ etiam in fine Euthydemi falsò haberi ἐπαίνειν,pro ἐπαίειν ostendi. Et infrà.Vt ne iratum nobis adhuc magis aufugiat:Græcè legendum.μὴ καὶ ὀργισθεὶς ἡμῖν ἔτι μᾶλλον ἀποδρᾷ,Vulgo habetur καὶ μὴ &c. Et infrà.Si enim hoc ipsi causa esset, q̃ pulchra est,nũquã esset illa altera quæ per auditũ cõtingit pulchra,ut quæ non sit per uisum uoluptas:Græcè legendum. εἰ γὰρ τοῦτ' αὐτῇ ἦν τὸ κάτοπτον καλὴ εἶναι,οὐκ ἂν ποτε ἦν ἡ ἑτέρα ἢ διὰ τῆς ἀκοῆς καλή,ὅτι ὅσα ἐστὶν ἀκοῆς ἡδέα ψιλῶς ἀλλοῖ. Et mox.Nunquam enim rursus quæ per uisum contingit pulchra esset,ut quæ non sit per auditum uoluptas:Græcè sic legendum, ὃ γὰρ αὖ ποτε αὖ ἡ διὰ τῆ ὄψεως καλὸ,ὅτι ὅσα ἐστὶν ἡδέα διὰ ταύτης ἀκοῆ ψιλῶς ἀλλοῖ.Sed in uulgatis utroq; loco falsò legitur ὅταν pro ὅτι ὅσα. In Hippia minore ubi reddidi,& in rythmis,& in harmonijs,& descriptionum rectitudine: in Græcis uulgatis habetur. καὶ γραμμάτων ὀρθότητος,id est literarum rectitudine. Sed ego διαγραμμάτων legendum puto. Nam & paulò ante διαγραμμάτων id est tabularum ac descriptionum geometricarum meminit. Et nihil adeò magni esset,tanto & tot artiũ cognitione præstanti sophistæ Hippiæ literarum scribendarum rectitudinem attribuere. Et infrà ad finem.Quid uero animã habere equi, qua quis uolens male equitet,melius ne est,aut qua inuitus:Græcè legẽdum. τί δὲ ψυχὴν πεπτῆσθαι ἵππου ἢ ἵππον ἧττον τε πανῦ ἵππου ἢ ἄκοντος;Vulgo falsò habetur ἀμείνων ἢ ἄκων. Et mox. Meliore ergo animã equi,mala huius animæ opera ultrà faciet:deteriore uero,inuite:Græcè legẽdum. τῇ ἀμείνονι ἀρᾳ ψυχῇ ἵππου,τὰ δ' ἧττον ὄργα τούτοις τὰ πονηρὰ ἐπιτελεῖ αὐ ποιοῖ,τῇ δὲ κακῇ πονηρίας ἀπεργάζεται.Vulgo habetur falsò postrema clausula,τὰ δὲ κακῆς πονηρίας ἀπεργάζεται.Nam τῇ δὲ κακῇ πονηρίας,idem est ac τῇ δὲ κακῇ πονηροτάτῃ.

τί & ὅ,τι differre

τορυὸν

τορωσῦν

ἐπαίειν

ἄνδρ falsò pro οὐκ οὖσα

γράμματα διαγράμματα

ἧττον ἄκοντος

Et mox.Quid uero hominis saggitarij animam habere melius est: in Græcis legendum. In Ione ἦ καὶ ἀνθρώπου ψυχὴν κεκτῆσθαι τοξότου ἀμείνονα ἐστί. Vulgo habetur falsò τοξότου ἀμείνονές ἐσι. quod dixi.Ex his de quibus Homerus dicit,de quo bene dicis:Græcè legendum. ὅν ἅμμορ & λέγεις, τοῦτόν σὺ λέγεις:Vulgo falsò λέγα habetur,pro λέγεις. Et mox in uersibus Homeri legendũ est. ἐγχριμφθήτω,ὡς αὖ τοῖ πλήμνη γε &c.Et in uersibus deinceps sequẽtibus piscatoriam similitudinem habentibus,uoces quædam aliter legũtur apud Homerũ quã Plato citat,partim fortassis ultro mutata,quũ eandẽ sententiã exhibeãt,partim uero describentiũ culpa uitiatę.Plato sic habet.

Homeri uersus quomodo á Platone citentur

Homerus sic Iliad. ω.

Η δὲ μολυβδαίνῃ ἐικέλη ἣν βυσσὸν ἵπαυσιν,
Ητε κατ' ἀγραύλοιο βοὸς κέρας ἐμμεμαυῖα
Ερχεται,ὠμηστῆσι μετ' ἰχθύσι πῆμα φέρουσα.
Η δὲ μολυβδαίνῃ ἐικέλη ἣν βυσσὸν ὄρουσεν
Ητε κατ' ἀγραύλοιο βοὸς κέρας ἐμβεβαυῖα
Ερχεται,ὠμηστῆσιν ἐπ' ἰχθύσι κῆρα φέρουσα.

At in uersibus qui mox sequũtur ex Odyss. deest inter uersus ex ordine quartus, nimirum hic

Αἰματι δ' ἐξεφόωσε τοῖχοι μεσόδμαι.

In Menexeno porrò ubi habetur in Græcis. καὶ λαβόντας αὐτοὺς ἡγεμόνας λακεδαιμονίους ἐν τῇ σφαγίᾳ θύειν αὐτοῖς ἀπαρξαμένους,ἐφέσκοντο καὶ ἀπέδοσαν &c.& ego conuerti:& captis ipsorum ducibus Lacedæmonijs in sacra uictimarum die, quum liceret ipsis illos perdere, pepercerunt & reddiderũt. ἐν τῇ σφαγίᾳ itaq; reddidi in sacra uictimarũ die.Exponitur enim uox σφαγία, ἡ τῶ ἱερᾶ ἱερουργίας ἡμέρα, id est sacrificij uel uictimarũ sacra dies.Videtur tamen etiam simpliciter σφαγία pro σφαγῆς, id est cæde accipi posse,ut uerba in totum sic reddamus, quum liceret ipsis cæde illos perdere, pepercerunt &c.ita ut ad posterius orationis membrum,nõ ad prius,uoces ἐν τῇ σφαγίᾳ referantur.Et fortassis hæc rectior sententia est.Ego ambas proponendas duxi. Sequatur quisq; utrã uolet.

σφαγίᾳ

Et infrà.Neq; abiectis armis se turpiter dantes,in fugam retro cedant:in Græcis ita legitur. μὴ δ' εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν ἥκοντας πάνυ.Vox itaq; πάνυ exponitur παντὶ τρόπῳ διὰ τὸ βίᾳ δεδιέναι τὰ ὅπλα,hoc est turpitudo uitæ propter abiecta arma.Significat ergo ἥκοντας πάνυ turpiter uenientes,id est turpiter se dãtes,ut sit ἥκειν πάνυ,turpiter uenire,id est turpiter se dare,quod nostri αὐτοφωρίσκειν schõn kommen uocant,id est belle uenire dicunt.Nisi fortassis ἥκοντας legendum est pro ἥκοντος,ut sit ἥκειν πάνυ turpiter cædentes.quod tamen ego non puto. Sunt & talia quædam in hoc minuta,quæ uelut in superioribus ex ipsa translatione animaduertenda relinquimus. Atq; hæc sunt quæ ex septimo quaternione selecta proponenda duximus. Quæ omnia cum superioribus sex Eclogis meis,uobis dijudicanda,& expendenda relinquimus.

ἥκοντες πάνυ

πάνυ

ἥκειν πάνυ

PLATONIS ATHENIENSIS CLITOPHON, SIVE EXHORTATORIVS. *Moralis.*

Iano Cornario interprete,

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. CLITOPHON.



VPER quidam nobis exponebat,Clitophõtem Aristonymi cum Lysia disputantem,Socratis quidem conuersationem uituperasse, Thrasymachi uero consuetudinem mirum in modum prædicasse. CLIT.Quisquis is fuit ô Socrates,non rectè recensuit tibi meos de te habitos sermones ad Lysiam. Nam partim ego te nõ laudabam, partim uero etiam laudabam. Quandoquidem uero certum est te mihi succẽsere,etiamsi simules te nihil curare,libentissimè tibi ipse illos exposuerim,maximè quum soli sumus, quo minus putes me erga te male affectũ esse.Nunc enim fortassis non rectè percepisti. Quare uideris aspe riore quàm decebat erga me animo esse.Si uero mihi dederis dicendi libertatem,libentissimè susceperim,& dicere uolo. SOC.At tupe esset te mihi prodesse uolente, non sustinere.Manifestum est enim quòd ubi cognouero qua parte deterior sum, & qua melior,hæc quidem exercebo & persequar,illa uero pro uiribus fugiam. CLIT. Audies itaq;.Equidem ô Socrates dum tecum conuersarer,sæpe obstupebam, ubi te dicentem audirem,& uidebaris mihi præter aliorum hominum morẽ pulcherrimè dicere,quando increpans homines, uelut ex machinamento tragico apparens deus diceres. Quo ruitis uos homines,& ignoratis nihil uos facere eorum quæ decent? qui pecunijs quidem cumulandis omne studium impẽditis,ut eas habeatis:filiorum autem quibus eas tradetis,quo illis iustè uti sciant,curam negligitis:& neq; doctores iustitiæ ipsis exquiritis,si quidem disci potest:neq; qui illos exerceant,& adsuetudine ad illam perducant, si adsuetudine & exercitatione illa acquiritur:neq; adhuc prius uos ipsos ita curastis. At quum uideatis & uos ipsos,& filios uestros,literas, & Musicam, & gymnasticam satis didicisse:quæ sanè disciplinam uirtutis perfectam esse ducitis: & deinde nihilo minus circa pecunias uitiosos esse:quomodo non præsentem institutionem contemnitis, neq; qui uos ab hac incõcinnitate liberet quæritis? Et quidem quum ob negligentiam & socordiam hanc,& non ob eam quæ in pede contingit ad Lyram,immoderatã motionem,& frater cum fratre,& ciuitates cum ciuitatibus immoderatè & inconcinnè agentes seditionem agunt,& belligerantes extrema & patiuntur,& faciunt. Vos autem

Socraticæ doctrinæ summa

Adolescentum studia

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitis nō ob imperitiā, neq; ob ignorantiā, sed uolēres iniustos iniustos esse. Rursus autem dicere auderis, turpem & deo inuisam esse iustitiam. Quomodo igitur tale malum uolens quis elegerit? Qui inferior fuerit uoluptatibus dicitis. Non'ne & hoc inuolunta-
Iniusti inuolontarij tales sunt riū est, si quidem uincere uoluntariū est? Quare iniusta facere, omni modo inuoluntariū esse ratio docet, & maiorem quàm nunc diligentiā adhibere oportere, & quemuis uirum priuatim, & simul publicè omnes ciuitates. Hæc igitur ô Socrates, quum ego te frequenter dicere audio, & ualdè admiror, & mirificè laudo: & quum rursus deinceps ab hoc sequens dicis, eos qui exercēt corpora, & negligunt animas, simile quiddam facere, uelut si quis negligat imperatorē, circa subditū autem studium ponat: & quum dicis, q; quocunque quis uti non nouit, eius usum omittere melius esse: uelut si quis non sciat oculis uti, neq; auribus, neq; uniuerso corpore, huic neq; audire, neq; uidere, neq; aliū ullum corporis usum habere, melius esse quàm quomodocūq; uti. Et sanè etiā circa artem eodē modo. Quisquis enim nō scit sua lyra uti, eum neq; uicini lyra uti posse constat: & qui nō aliorum, neq; sua uti nouit: & eodē modo neq; alio ullo instrumento, aut possessione. Et pulchrè sanè desinit tibi hic sermo, q; quisquis anima uti nō nouit, huic melius esse ut quietem agat cū anima, & nō uiuat, quàm ut uiuat, & secundū seipsum agat. Si uero quædam uiuendi necessitas sit, melius esse ut seruus quàm ut liber degat uitam qui talis est. Licet ergo mentis uelut nauis gubernacula alteri cōmendare, qui artē didicit hominū gubernatoriam, quā tu ô Socrates sępe ciuilem nominas, eandem hanc iudiciariam & iustitiam esse dicens. His itaq; sermonibus & alijs huiusmodi multis ac præclaris, uirtutē doceri posse asserētibus, & omniū maximè suipsius curam gerere oportere: ferè nunquā contradixi, neq; unquā in posterū ut arbitror cōtradicam, & maximè exhortatorios & utilissimos hos esse puto, & deniq; nos uelut dormientes excitare. Animū itaq; aduerti uelut auditurus ea quæ deinde sequerētur, & percunctatus sum nō te primū ô Socrates, sed æquales & sodales aut amicos tuos, aut quomodocūq; talem ipsorū erga te affectionē nominare oportet. Ex his enim eos qui inter primos aliquid esse à te putātur percunctatus sum, quærens quis esset qui hinc sequeretur sermo, & iuxta tuū quendam modū ipsis proponens. O uos optimi inquā, quo modo tandem suscipimus exhortationē Socratis ad nos, ad uirtutem, uelut solum hoc sit, & non oporteat insuper ad rem procedere, & ipsam perfectè accipere? Nunquid nostrum pernem uitam opus hoc erit, exhortari eos qui nondū admoniti sunt, & illos rursus alios? Aut oportet Socratē, & nos inuicem percunctari deinceps, postquā hoc ipsum hominī faciendū esse cōfessi sumus, quid est quod hinc sequitur? quomodo iustitiæ studium incipere oportere dicemus? Quemadmodū si quis nos ad corporis curā faciendā exhortatus esset, & nos uelut pueros nihil prouidere uideret, q; gymnastica & Medicina extet: & deinde exprobraret ac diceret, turpe esse tritici quidē & ordei & uitiū curam
Gymnastica & Medicina circa corpus omnem facere, aliorū item quæ corporis gratia elaboramus & comparamus: huius autem ipsius nullam artē aut studiū, quo q; optimum sit corpus, excogitare, & hoc quum ars extet. Si uero interrogaremus eū qui nos ad hæc exhortat, dicis ne esse aliquas has artes, fortassis respōderet gymnasticā & Medicinā. Et nunc itaq; dicatur, quam artē ob animæ uirtutem esse dicimus. Qui itaq; præstātissimus ex ipsis esse uidebatur, ad hęc respōdens, dixit mihi hanc artem esse, de qua tu audis inquit Socratē dicere, non aliam q; iustitiam. Quū autē dixissem ego, nō solum nomē mihi dicas, sed hoc modo. Medicina dicitur quædā ars, huius autē duo sunt effectus, alter medicos semper ad eos qui iam sunt efficere: alter efficere sanitatē. Est autē alter horū non amplius ars, sed artis quæ & docet, & discitur opus, quod sanitatē dicimus. Et fabrilis artis eodem modo, & domus est, & ipsa ars: alter opus, alter doctrina. Iustitiæ itaq; eodē modo alter effectus sit facere iustos, quemadmodū singulos illos artifices: alter autē ipsum opus, quod iustus nobis facere potest: quod hoc dicemus dicito? Hic alius ut arbitror utile respondit, alius decorū, alius cōmodum, alius id quod conducit. Repetebam itaq; ego ac dicebam, eadem illa nomina etiam in unaquaq; arte esse, rectè facere utilia, & cōmoda, & alia huiusmodi. Verū die id ad quod hæc omnia tendūt, quod ppriū est unicuiq; arti: uelut in arte fabrili, rectè, & bene, & decorè, positū esse dices in eo, ut instrumēta lignea fiant, quæ sanè nō sunt ipsa ars. Dicatur itaq; & iustitiæ opus eodē modo. Tandē itaq; respondit mihi

mihi quidam ô Socrates ex tuis sodalibus, qui sanè scitissimè dicere uisus est, quòd hoc esset propriū iustitiæ opus, & nullius alterius, amicitiam in ciuitatibus facere. Hic autē quū rursus interrogaretur, amicitiam & bonū esse dixit, & nunquam malum. Et quum amplius interrogaretur, puerorum & bestiarū amicitias, quas nos hoc nomine appellamus, amicitias esse nō admittebat. Hinc enim sequi uidebatur, tales plus damnosas q; bonas esse. Hoc itaq; ut euitaret, neq; amicitias tales esse dixit, sed illos qui sic nominat ipsas falsò nominare. Amicitiā autem quæ reuera & uere talis sit, esse manifestissimè cō sensionē. Quum uero interrogaretur an consensionem, eandem opinionē esse diceret, aut scientiam eandem opinionē reprobabat: Multas enim & damnosas esse easdem hominum opiniones necessariò efficiebatur: amicitiam uero bonum omnino esse confitebatur, & iustitiæ opus. Quare idem esse dixit consensionem, & scientiam, sed nō opinionem. Quū uero huc sermone delati essemus, qui præsentes essent in ambiguo cōstituti, iuste ipsum increpabant, & sermonē in idem cum primis circumuerti dicebant, & addebant etiam medicinam, & uniuersas artes, consensionem esse quandam, & hæ, dicebant, dicere possunt de quo sint: quo uero ea, quæ à te iustitia aut consensio dicit, tendat, nos fugit: & obscurū est quod tandem sit ipsius opus. Hæc ô Socrates ego tandem etiam ex teipso interrogabam, & dicebas mihi, iustitiæ esse inimicos lædere, amicis autem benefacere. Postea uero usum est, iustum neminem unquam lædere. Omnia enim omnibus in utilitatē illum facere. Hæc autē quum non semel, neq; bis, sed multo iam tempore tentauerim ac sustinuerim, etiam rogādo defatigatus sum, & censeo te exhortationē ad uirtutis studiū pulcherrimè præ omnibus hominib. facere. Ex duobus uero alterū, aut tantū solum, & nihil amplius te facere posse: id quod etiam circa aliam quācunq; artē fieri posset: Nimirū ut qui non sit gubernator, artis tamē eius laudes tractet. quòd multi sit hominibus facienda. Et de alijs artibus eodē modo. Idem itaq; fortassis etiam de te quis proferre posset, & de iustitia, quòd nihil amplius de iustitia scias, eo quòd pulchrè ipsam laudibus uehis. Non tamē hæc est mea de te sententia. Verum ex duobus alterum, aut non scire te, aut non uelle mihi eam communicare. Quapropter etiam ad Thrasymachum ut arbitror me conferam, & aliò quocunq; possum in hac ambiguitate, id quod non facerem, si tu horum exhortatoriorū sermonum ad me aliquando finem facere uelles. Porrò uelut si me ad gymnasticam exhortatus esses, quòd corporis curam negligere non oporteat, deinceps sanè post exhortatorium sermonem diceres, quale sit meum corpus, & quali curatione opus habeat. Et nunc itaque idem à te fiat. Pone Clitophontem confiteri ridiculum esse, aliorū quidem curam suscipere, animæ uero, cuius gratia reliqua elaboramus, curam negligere. Sed & alia omnia, quæ ad hæc deinceps sequuntur, & quæ nunc recensui, puta me nunc ita dixisse. Et te rogo ut ne aliter facias, ut ne quemadmodū nunc, partim laudem te apud Lysiam & alios, partim uituperem. Equidem homini cui nō contigit exhortatio, dicam te ô Socrates quàuis re dignum esse. Verum ei cui iam exhortatio contigit, fermè etiam impedimento te esse, ne ad uirtutis finem perueniat, & felix euadat.

Iustitiæ opus esse amicitiam

Amicitia cōsensio et scientia est

Iustus lædit neminem

Laudari artes posse ab ignorantibus ipsas

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI *in dialogum primum de Republica, uel De iusto, ad Laurentium Medicem uirum Magnanimum.*

QVANTO *oculus præstat manibus, caput pedibus, ratio sensibus, anima corpori, finis omnibus quæ diriguntur ad finem, status motui, æternitas tempori, tanto contemplatiua uita actiuæ præstare uidetur. Contemplatio enim actionis & principium est & finis, ducitq; illam pro arbitrio atq; sistit, iubens deniq; inferiores motus, externamq; desinere actionem, ut intrinseca stabiliscq; actio, liberior tandem possideatur. Sic utiq; ab ipsa contemplatione Dei cœlestes naturalesq; motus, & actiones omnes cæteris ciuitatum legumq; conditoribus est excellentior, quo cæteri quidem uelut humani ad actionem magis ciuitatem instituerunt. Ipse uero quasi diuinus actionem ciuitatis omnem tam publicam quàm priuatam potissimum perducit ad contemplandum, ciuitatemq; constituit suipsius antequam orbis dominam, neq; tam multis timendam, quàm cunctis gentibus uenerandam, cœlestem quasi Hierusalem pro uiribus in terris expressam, in qua sublatis propriæ possessionis gratia contentionibus communia sint pro ipso iure naturæ omnibus omnia, communis sit copia, firma concordia, cun-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctorum una uoluntas, ideoq; ad contemplandum semper expedita trãquillitas. Componit autem integram absolutæ Rei publicæ formam denario librorum numero numerorum omnium integerrimo numeros tum intra se numeratos continente, tum ex se innumeros replicante. Atque, ut sæpe his in libris præcipue in secundo declarat, totam disputationem de iustitia à nobis inscribi mauult, quàm de Republica: docens ut arbitror, rem omnem actionemq;, & publicam & priuatam, non ad copiam, non ad potentiam, non ad victoriam esse sed ad ipsam iustitiam penitus referendam. Quæ quidem iustitia omni sublata perturbatione, expulsisq; contentionum impedimentis ciues tandem reddit expeditissimos ad uerum inuestigandum, deumq; colendum. Etiusmodi uero contemplationem atq; cultum Plato noster iudicat præcipuum reipublicæ finem: ut quod neq; unus, si solus uixerit, neq; plures si simul habitauerint, sine lege efficere possunt, multi saltem ciues communi lege in unum ciuitatis cœtum congregati perficiant. Præterea docet nos Timæus, & Critias ante ingentem terrarum inundationem Athenas alias extitisse, & apud Græcos, & apud Aegyptios, similibus inter se legibus gubernatas, quas dea Pallas condidit, educauit, & docuit, eamq; illis tradidit reipublicæ formam quam in his libris Plato conscribit. In libris uero de Legibus rempublicam ex gubernatione Cretensi, ex Lacedæmonia, & Attica noua cõponit. ipsamq; cõpositionem à Deo inchoat legum omnium autore. Verum ut ad præsentia redeamus, hanc quoq; rempublicam felicibus auspicijs exordiuntur ab ipsis diuinæ sapientiæ sacris, à seniorum consuetudine atq; consilio, à religiosa iustitia atq; sanctitate. Ex eo enim quod & uota Deo, & sua cuiq; reddenda dixerat, incipit iam de priuata quadam iustitia disputare, per quam ad publicam opportune suo loco transibit. Tu uero memento in his à Platone significari, absq; diuina humanaq; iustitia, seniorumq; consilio, ac sapientiæ diuinæ fauore, non posse ciuitatem uel ab initio constitui prospere, uel constitutam feliciter gubernari. Deinceps argumentum primi libri perstringens, ex plurimis grauibusq; præceptis necessaria quædam excerpam. Moderata iuuentus facilem efficit senectutem, immoderata difficilem. Qui corporis obsequitur libidinibus, proculdubio insanis seruit tyrannis. Animus in senectute sedatis perturbationibus quas secum affert iuuentus, segregatus à corpore, diuina propius & apertius inspicit. Innocentia sola optimam in posterum spem animo præbet, unicum uitæ solamen. Vir sanæ mentis ad id in primis pecunias esse utiles iudicabit, ut quicquid uel Deo uouerit, uel homini promiserit aliterq; debuerit, impleat, neq; ob paupertatem adducatur aut mentiri cuiquam, aut ulla in re defraudare. Pecuniæ nanq; referendæ sunt ad iustitiam, iustitia uero ad uitæ alterius præmium. Sed antequam disputationem de iustitia prosequamur, considerandum moneo singula sub allegoria quadam à Platone disponi. Primo quidem Cephalus senex, id est caput, præbet disputationi caput. Deinde Polemarchus, quod & nomẽ eius significat, princeps, id est primus moderate pugnam aggreditur. Deniq; Thrasymachus, id est pugnator ferox agit asperius. Socrates autem, id est seruator potens, ubiq; ab errore omnes, & iniustitia seruat. Sed allegoriam commentarijs relinquentes, ad definitionem iustitiæ iam pergamus. Simonidem, Pittacum, Biantem, dixisse ferunt iustitiam esse uera fateri, ac debitum unicuique reddere. Quod quidem ita nõnulli interpretantur: Simpliciter uerũ cuilibet aperire, & quod acceperis, restituere. Id autem ideo Socrates improbat, quoniam insano neque omne uerum patefaciendum est, neque arma reddenda sunt quæ sanus dum erat apud te deposuerat. Alij sic exponunt: Dare unicuique quod sibi conuenit, ceu amicis emolumentum, inimicis uero damnum, prodesse quidem bonis, malos autem lædere. Id iterum improbatur, propterea quod neminem uniquam lædere deceat. Quicunque enim aliquid lædit, idipsum ad opus suum propriamq; uirtutem deterius efficit, & ineptius. Vt qui canem lædit, ad propriam canis uirtutem reddit ineptũ. Iustitia uero hominis uirtus est. Quisquis ergo lædit hominem, ad iustitiam facit deteriorem. At iustitia iustitiam nunquam minuit, sicut neque musica opus musicæ destruit. Quamobrem non est iustum aliquem lædere. Inter hæc Thrasymachus, quod & alij multi aliàs, obiecit. Socrati, quod reddere nunquam uelit semper autem interrogare. Te uero latere non debet multis de causis Socratem quærere solitum semper potius quàm docere. Prima, ut arrogantes admoneret in omni ætate discendum esse potius quàm docendum. Secunda ut significaret ueritatem mentibus per opportunam inquisitionem segregatis à corpore atq; erroribus, statim infundi diuinitus. Quod & Auicenna magnopere comprobat. Tertia ut ostenderet rerum formas esse animis nostris ingenitas. Per quas ipsa rerum ueritas animis per interrogationem ad eos conuersis quandoq; subrutilet. Quarta, quo declararet humanam scientiam in negatione quadam falsi potius quam in ueri affirmatione consistere. Adducitur deinde definitio iustitiæ à Thrasymacho, qualis & à Callicle in Gorgia, iustum esse quod est potentioribus utile. Semper enim potentiores dominari, atque ad utilitatem suam ferre leges, ac subditos gubernare. Tunc uere subditos iuste agere, cum illis parent legibus, quæ sunt ad utilitatem gubernantium constitutæ. Socrates hunc ad contradictionem trahit. Quoniam posit princeps per ignorantiam mandare quæ sibimet sint detrimento futura. Quæ si obseruet priuatus, tum iustus erit, quia dominanti pareat: tum iniustus quoniam agat contra dominantis utilitatem. Addit artem quamlibet absolutam, ideoq; minime indigam, in tractandis materijs, & hominibus, non suæ, sed rerum sibi commendatarum utilitati consulere, quasi pupillis tutor, medicus ægris, nautis gubernator: similiterq; magistratum legitimum subditorum utilitati prospicere. Si qua uero ars ceu medicina mercedem exigit, nõ quatenus medicina est, cuius finis est morbi curatio, quæstum facit, sed quatenus cum mercenaria quadam & quæstuaria commiscetur. Artem ergo ciuilem omnium perfectissimam facit, ideoq; minime indigentem atque seruilem constat multo minus utilitatis gratia gubernare. Mitto quæ Thrasymachus ebus temere, & cum quadam suimet repugnantia adducit contra iustitiam. Tu uero nota non decere quenquam, petere principatum, & magistratus ambire. Item, si quando bonorum uirorum existet ciuitas, non aliter pugnaturos gratis non imperandi, quàm nunc certent imperandi cupiditate. Tria uero nunc aduerte. Primum, malos non esse admittendos ad magistratum. Secundum: Ciues non malos, quo libenter graue onus gubernandi suscipiant inuitandos, impositio quodam præmio stipendij atque honoris. Tertium, probos homines qui neque auaritia, neque ambitione mouentur, eo damnatos taxat discrimine metuq; prouocari ad rempublicam oportere, ne uidelicet ipsi deteriorum iniustæ gubernationi subijciantur

ciantur. Plato diuinus intelligit, si quis unquam alius, officiũ gubernandæ patriæ, si iustum sit, uoluntarium esse debere. Sed probatissimi ciuis exemplo uult iniquam illorum arrogantiã improbare, qui qualibet uia semper ambiunt magistratus, dignitatesq; aucupantur. Qua uero ratione dignitatibus ipsi digni fiant, omnino non curant. Vult ergo id officium uoluntarium esse simul atq; necessariũ, ut uir probatissimus libentissime patriæ suæ suscipiat gubernacula, sed tunc solum id faciat, quando necessitas postulat, interea uero contemplationem præferat actioni: uerum rebus quandoq; urgentibus actionem circa publicum bonum ad tempus cõtemplationi propriæ anteponat. Id totũ ex epistola Platonis ad Archytam Tarentinum cõprehendi planissime potest. Confutatur deinceps tyrannicum Thrasymachi dictum, iustitiam quidem in genere insipientiæ maliq;, iniustitiam uero in genere sapientiæ bonoq; collocans: quod quidem ideo falsum esse monstratur, quia quælibet ars, sapientia quædam est, atq; circa quæ sapiens est circa eadem est & bona. Vir autem in quauis arte doctus non plus alio docto in actione artificiosa quærit, imò pariter actionem exequi atq; similiter. Et quamuis doctum adæquare tantũ uelit, indoctum tamen uult superare. At indoctus temere nõnunquam plus sibi assumere tentat quàm doctus simul atq; indoctus. Illi simillimus est uir iustus, nihil plus habere cupiens alio iusto, sed aliquid tamen, id est uirtutis plus iniusto. Iniustus autem indocto similis tam iusto quàm iniquo plus habere contendit. Concludo contra Thrasymachum, iustitiam quidem ad sapientiæ bonoq; genus, iniustitiam uero ad insipientiæ maliq; referendam. Adde iniustitiam esse infirmitatis omnium causam. Nam in quolibet cœtu odium & discordiam parit, infirmissimum primo cœtum reddit, deinde dissoluit. Eatenus uero consistere cœtus potest, quatenus nonnihil distributionis iustæ seruatur. Per iustitiam ergo consistit, per iniustitiam uero dissoluitur. Per illam & sibi inuicem, & alijs est amicus, per hanc undique inimicus. Quod autem in qualibet congregatione, idem & in quolibet animo iustitia & iniustitia facit: ut iustus quidem secũ ipse consentiat, amicusq; sibi sit, & hominibus, atq; superis. Illi enim iustissimi sunt, ut non mirum sit iustũ illis simlem etiam amicum esse. Iniustus autem in his omnibus omnino cõtra se habet. Præterea res quælibet proprium quoddam habet opus. Requirit quoq; uirtutem propriam, quandam scilicet facultatem per quam aptissime proprium perficiat opus, sine qua id efficere nequit. Cum igitur anima propriũ quoddam habet, ceu consulere atq; gubernare, multoq; prius & uiuere, propriam quoq; uirtutem exigit, per quam hæc commodissime peragat, qua sublata laborat. Virtus autem animæ iustitia est, iniustitia uero uitium. Quapropter per iustitiam perfecte consulit, & gubernat, uiuitq; feliciter. Sublata uero iustitia, contra. His dictis primus liber cum quadam correptione concluditur. Nempe cum prius dicendum esset quid iustitia sit quàm qualis, factum est hactenus econuerso, dum Socrates partim disputãtes sequeretur, partim per notiora principia disputans, audientium tum ingenio indulgeret, tum facultati consuleret.

PLATONIS ATHENIENSIS DE REPVBLICA, SIVE DE IVSTO, DIALOGORVM X. PRIMVS. *Ciuilis.*

Iano Cornario interprete,

DIALOGORVM PERSONAE.

SOCRATES. GLAVCO. POLEMARCHVS. THRASYMACHVS. ADIMANTVS. CEPHALVS. CLITOPHON.

Festum nouum Bendidiorum

DESCENDI in Piræum cum Glaucone Aristonis filio, adoraturus deam, & simul spectare uolens quo modo peragerent festum, utpote quod nunc primũ agunt. Pulchra igitur mihi patriæ pompa esse uisa est: non tamen minus decora uidebatur ea quam Thraces miserant. Quum uero adorassemus & spectassemus, reuertebamur ad urbem. Conspicatus igitur nos eminus ad domum contendentes Polemarchus Cephali filius, misso seruo expectari se iussit. Et seruus apprehenso à tergo pallio meo, iubet inquit, Polemarchus uos expectare. Et ego conuersus interrogabam ubi ille esset. Hic inquit propè accedit. Quare expectate. Imò expectamus inquit Glauco. Et paulò posterius uenit Polemarchus, & Adimantus Glauconis frater, & Niceratus Niciæ filius, & alij quidam, ut à pompa. Polemarchus igitur ô Socrates inquit, uidemini mihi uelut ad urbem abituri cõtendere. Non male inquam coniectas. Vides igitur inquit, nos quot sumus? Quid ni? Aut igitur his fortiores sitis, aut hic manete. Non'ne inquam, ad-huc unũ restat, nimirũ si persuaserimus uobis conuenire ut nos dimittatis? Nunquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam persuadere poteritis eis qui non audiunt? Nequaquàm inquit Glauco. Proinde uelut audituri non simus inquit, ita statuite. Et Adimantus, nunquid scitis inquit, quòd

Lampada cur sub tradentes

ad uesperam faces gestabuntur ab equis in honorem deæ? Ab equis inquam ego? Nouum sanè hoc est, facésne tradent alter alteri decertantes in equis? aut quomodo dicis? Ita inquit Polemarchus, & insuper excubias per totam noctem habebunt, spectatu dignas. Exurgemus enim post cœnam, & excubias spectabimus, & conueniemus isthic cum multis iuuenibus ac colloquemur. Quare manete, & non aliter facite. Et Glauco uidetur inquit, manendum esse. At si uidetur inquam ego, ita facere oportet. Ibamus igitur ad domum Polemarchi, & isthic offendimus Lysiam & Euthydemum Polemarchi fratres, & sanè etiam Thrasymachum Chalcedonium, & Charmantidem Pæaniensem, & Clitophontem Aristonymi filium. Erat autem intus etiam Polemarchi pater Cephalus, & admodum senex esse mihi uidebatur. Per tempus enim ipsum non uideram. Sedebat autem coronatus in quodam puluinari, & sella. Sacrificauerat enim in aula. Sedebamus igitur iuxta ipsum. Positæ enim erant sellæ quædam isthic in orbem. Statim igitur me Cephalus conspicatus salutabat, & dicebat. O Socrates non frequenter ad nos accedis in Pireum, quum tamen te id facere conueniret. Si enim ego his uiribus adhuc præditus essem, ut facile ad urbē proficisci possem, nihil opus esset te huc descendere, sed nos ad te accederemus. Nunc autem conuenit te frequentius huc uenire. Nam

Senum uoluptas in sermonibus

hoc probe scire debes, quòd quantum aliæ corporis uoluptates mihi euanescunt, tantum augescunt sermonum cupiditates & uoluptates. Ne igitur aliter facias, sed istos adolescentes comitare, & huc ad nos accede, uelut ad amicos & admodum familiares. Sed & ego ô Cephale inquam, cum magna uoluptate cum ualde senibus disputo. Videtur enim mihi ex ipsis percunctandum esse, uelut qui uiam quādam iam perfecerint, quàm & nos fortassis ire oportebit, qualis ea sit, asperáne & difficilis aut facilis & expedita. Et sanè etiam ex te libenter audierim, quid in hac re tibi uideatur, quando quidem

Senectutis limen

in ea iam ætate es, quam in senectutis limine esse Poetæ dicunt, utrum uitæ molestiam, aut quomodo tu illud apelles. Ego tibi inquit per louem dicam ô Socrates, quale mihi illud uideatur. Sæpe enim conuenimus simul quidam senes, consimilem ætatem agentes, uetus prouerbium conseruantes. Plurimi igitur nostrum in hoc cœtu lugent, iuueni

Prouerbium pares cum paribus

les uoluptates desiderantes, & in memoriam reuocantes res uenereas, & potationes ac conuiuia, & alia quædam quæ ex his hærent, & indignantur uelut magnis quibusdam rebus priuati, & qui tunc quidem bene uixerint, nunc uero ne uiuant quidem. Quidam uero eticm familiarium in senectutem contumelias deplorant. Et insuper hanc senectutem celebrant, quātorum malorum ipsis sit causa. Mihi uero uidentur hi ô Socrates, non causam culpare. Si enim hæc esset causa, eadem etiam mihi quæ illis acciderent propter senectutem, itemq; alijs omnibus qui ad hoc ætatis peruenerunt. Nunc uero ego etiam in alios incidi, qui non ita affecti essent. Et sane etiam aliquando apud Sophoclem poetam fui, quum à quodam interrogaretur, Quomodo inquit ô Sophocles affectus es erga res uenereas? Potésne adhuc cum muliere coire? Et ille bona uerba quæso,

Sophoclis dictum

inquit ô homo, libentissimè enim hoc ipsum fugi, uelut à rabioso quodā ac feroci domino profugus. Bene igitur dicere & tunc ille mihi uisus est, & nunc non minus. Omnino enim ab huiusmodi rebus in senectute multa pax & libertas cōtingit. Postq; enim cupiditates infestare cessauerint, ac remiserint, omnino hoc Sophocleum contingit, ut a domi

Mores grauāt omnes ætates

nimis admodū multis & furentibus liberemur. Sed et horū, & eorū quæ de familiaribus dicuntur, una quædā causa est, non senectus ô Socrates, sed hominum mores. Si enim moderati ac faciles fuerint, etiam senectus moderatè grauis est: Sin minus, & Senectus ô Socrates, et iuuentus grauis tali contingit. Et ego hæc illo dicente admiratus, et amplius ipsum dicere cupiens prouocabam ac dicebam O Cephale arbitror te, quum hæc dicis, plerosq; non admittere, sed putare te facile senectutem ferre, non propter mores, sed eo quòd multas opes habes. Diuitibus enim multa solatia esse dicunt. Vera inquit dicis, Non enim admittunt, et dicunt quidem aliquid, non tamen quantum putant. Verum Themistoclis dictum præclarum est, qui Seriphio cuidam conuiciantiac

Themistoclis dictum

dicenti, quòd non ob seipsum, sed propter patriā ciuitatem in existimatione esset, respōdit, quòd neq; ipse si Seriphius esset, ad eā nominis claritatē peruenisset: neq; ille, si Athe

nienſis. Et his itaq; qui diuites non sunt, grauiter autem senectutē ferunt, idem dictum pulchrè conuenit, q̄ neq; moderatus admodū facile senectutē cum paupertate tulerit: neq; qui moderatus nō est, cum diuitijs facilis unquā sibijpsi fuerit. Vtrū uero inquam ego, ô Cephale, plura ex his q̄ possides, hæreditariò accepisti, aut ipse acquisiuisti? Vbi acquisiuissem, ô Socrates? Medius quidā inter auum & patrē in faciēdo lucro fui. Nam auus eiusdem mecū nominis, fermè quantā ego nunc habeo, rem familiarem hæreditariò acceptā, sæpe tantam fecit. Lysanias aūt pater adhuc minorē hac quæ nūc est, ipsam fecit. Ego uero boni consulam, si non minorem relinquā his, sed paulò auctiorem q̄ accepi. Huius rei gratia interrogabā, inquam ego, q̄ uisus es mihi non ualdè amare pecunias. Hoc autem faciunt plerunq; hi qui non ipsi illas acquisiuerunt. Qui uero acquisierunt, duplo magis quàm alij ipsas amplectūtur. Quemadmodū enim poetæ poema ta sua, & patres filios diligunt, ita & hi qui ipsi lucrum fecerunt, pecuniarū uelut operis sui studio tenentur, non secundū usum, quemadmodum alij. Morosi igitur sunt etiam in conuersationibus, ut qui nihil præter diuitias laudare uelint. Vera inquit, dicis. Maximè inquam ego. Verùm tantum mihi adhuc dicito, quod maximū bonum te adeptū esse putas, ex eo q̄ multas opes possides? Quod fortassis si dicam, inquit ille, non multis persuaserim. Hoc enim probè scias, inquit ô Socrates, q̄ posti quā quis eò deuenit, ut se moriturū esse putet, inuadit ipsum timor & cura, de his quæ antea non curauit. Nam fabulæ de inferis, q̄ oporteat eum qui hic iniusta fecit, illic pœnam dare, hactenus derisæ, tunc animā ipsius torquēt, formidantē ne ueræ sint illæ. Et ipse aut præ senectutis debilitate, aut etiam uelut qui iam propior sit illis quæ isthic sunt, magis ipsa cōtuetur. Suspicione igitur & formidine repletur, & reputat iam ac considerat an aliquē iniuria affecerit. Qui igitur multa iniusta facta in uita sua reperit, è somno frequenter uelut pueri excitatī et expauescit, et cū mala spe uiuit. At ei qui nihil iniusti sibijpsi cōscius est, iucunda spes semper adest, & bona senectutis nutrix, uelut etiā Pindarus dicit. Lepidè enim ô Socrates, hoc ille dixit, Qui iustè & piè uitam degerit, eum dulcis, & cor exhilarans, ac senectutis nutrix spes comitatur, quæ maximè uersatilem mortalium mentem gubernat. Mirificè igitur admodum bene dicit. Ad hoc uero censeo ego pecuniarum possessionem plurimi faciendam esse, nō cuiuis uiro, sed moderato. Vt enim neq; inuitum aliquem quis decipiat, aut mentiatur: neq; rursus aut deo sacrificia aliqua, aut homini pecunias debeat: & deinde cum timore illuc abeat: ad hoc magnam partem confert pecuniarum possessio. Habet autem & alias multas utilitates, sed si unum pro uno ponatur, non minimum ego hoc censuerim uiro mente prædito, ô Socrates, diuitias utilissimas ad hoc esse. Omninò pulchrè inquam ego, ô Cephale, dicis. Hoc autem ipsum, iustitiam scilicet, utrum ueritatē dicemus esse ita simpliciter, & reddere si quis aliquid ab aliquo acceperit: aut eadem hæc aliquando iustè, aliquando iniustè facere quis possit. Tale uero est quod dico. Quiuis equidem asseruerit, si quis ab amico uiro sapiente arma acceperit, si insanus ille repetat, quòd neq; talia reddere oporteat, neq; iustus fuerit qui reddiderit: neque rursus ille qui ad ita affectum omnia uera dicere uelit. Rectè inquit dicis. Non ergo hæc est iustitiæ definitio, & uera dicere, & quæ quis acceperit, reddere. Maximè ô Socrates, inquit, excepto sermone Polemarchus, si quid Simonidi credere oportet. Atqui inquit Cephalus, trado uobis disputationē. Oportet enim me iam sacrificiorū curam habere. Non'ne inquam ego, Polemarchus est tuarum rerum hæres? Maximè inquit ille, cum risu, & simul ad sacrificia abibat. Dic itaq; inquam ego, tu disputationis hæres, quid dicis Simonidem rectè de iustitia dicere? Quòd iustum est, inquit ille, ea quæ unicuiq; debentur, tribuere. Hoc quum dicat, rectè mihi dicere uidetur. Atqui inquā ego, non facili est Simonidi fidem abrogare. Sapiens enim et diuinus uir est. Hoc tamē quod tandē dicat, tu quidē ô Polemarche, fortassis intelligis, ego uero ignoro. Manifestum enim est nō hoc ipsum dicere, quod modò dicebamus, si quis apud quēcunq; aliquid deposuisset, id nō sapienter repetenti reddendū esse: etiāsi debitū hoc sit quod deposuit. Nunquid? Etiam. Reddendum aūt neq; quodcūq; tandem, tūc quando quis nō sapienter repetit? Vera dicis, inquit ille. Aliud igitē quid q̄ tale, ut apparet, Simonides dicit, cū ait, iustū esse ea quæ debent, reddere. Aliud equidē per louē inquit. Amicis. n. debere putat amicos, bonū tamen qd facere, mali uero nihil.

Pecuniarū patarum amor

Pecuniarum utilitas

Iustitia quid sit

Simonidis definitio iusti

Amicis debaribona

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intelligo inquã ego, ꝙ non ea quæ debent, reddit, qui alicui qui depositũ esset aurum reddit, si quidẽ redditio & acceptio damnosa fiat, sint aũt amici & qui accepit, & qui reddidit. Nõne sic Simonidẽ dicere ais? Maximè. Quid uero inimicis reddendũ est, quod sit debitũ? Omninò inquit quod ipsis debetur. Debeẽ autẽ, ut arbitror, inimico ab inimico id quod etiam cõuenit, malum quoddã. Poeticè ergo, ut apparet, inquã ego, Simonides obscurè significauit quod iustum esset. Statuebat enim, ut apparet, hoc iustum esse id quod conuenit unicuiq; tribuere, hoc autem debitum nominauit. At quid putas inquit? Per louẽ ita inquã ego. Si igitur quis ipsum interroget, ô Simonides, quæ igitur ars, quibus debitũ & conueniens quid tribuens, uocatur Medicina? Quid putas ipsum nobis responsurũ esse? Nimirum inquit, quæ corporibus medicamẽta, & cibos ac potus tribuit. Quæ uero ars, quibus debitũ & cõueniens quid tribuens, uocatẽ culinaria? Quæ obsonijs condimenta. Sit ita. Quæ igitur quibus quid tribuens ars, iustitia uocari poterit? Siquidẽ inquit, antea relata sequi oportet, ô Socrates, quę & amicis & inimicis, & utiliates & damna tribuit. Amicis ergo benefacere, & inimicos malo afficere, iustitiã dicit? Mihi ita uidetur. Quis igitur potentissimus est ægrotis amicis benefacere, & inimicis malè, quo ad morbum & sanitatem? Medicus. Quis uero nauigantibus, quod ad maris periculũ attinet? Gubernator. Quid uero iustus, in qua actione, & ad quod opus, potentissimus est amicis prodesse, & inimicos lædere? In oppugnando hos, & illis auxiliũ in bello ferendo, ut mihi uidetur. Sit ita. Non ægrotantibus autem ô chare Polemarche, inutilis est medicus. Vera dicis. Et nõ nauigantibus gubernator. Etiam. Num & bellum non gerentibus iustus inutilis est? Non admodũ mihi hoc uidetur. Vtilis ergo est & in pace iustitia? Vtilis. Nam & Agricultura, aut non ita? Etiam. Ad fructus consequendos? Etiam. Sed & sutoria? Etiam. Ad calces, ut arbitror, cõparandos? Maximè. Quid uero iustitiam, ad cuius rei usum aut adeptionem, in pace utilem esse dixeris? Ad cõmercia ô Socrates. Cõmercia autem dicis societates, aut aliud quid? Societates nimirũ. Num igitẽ iustus bonus & utilis est socius ad talorũ positionem, aut lusor talorũ? Lusor talorũ. At ad laterũ & lapidum positionẽ, iustus utilior & melior socius est ꝙ ædificator. Nequaq;. At ad quam societatẽ, iustus melior socius est ꝙ citharistæ? quemadmodũ citharista melior socius est ꝙ iustus, ad pulsationes. Ad argenti societatẽ, ut mihi uidẽ. Excepto fortassis ô Polemarche, argenti usu, cùm in cõmuni equum emere aut uendere argento oporteat. Tunc.n. ut ego opinor, equestris ordinis aliquis melior socius esset. Nũquid? Apparet. Sed & cùm nauẽ, nauium fabricator aut gubernator. Apparet. Ad quem igitẽ cõmunem argenti aut auri usum, iustus utilior alijs est? Cùm deponere & saluũ id esse uolumus, ô Socrates. Non'ne dicis cũ nihil opus sit ipso uti, sed iacere? Maximè. Cùm ergo inutile fuerit argentũ, tunc utilis est ob ipsum iustitia. Cõsequens est. Proinde & cùm falcẽ custodire oportuerit, iustitia & in cõmuni & priuatim utilis est: cũ uero illa uti, ars uitiũ culturæ. Apparet. Dices etiã cùm scutũ aut lyram custodire oportuerit, & non ipsis uti, utilem esse iustitiã: cùm uero uti, armorũ disciplinã, & Musicam? Necesse est. Et circa alia oĩa, in usu quidẽ uniuscuiusq;, inutilis est iustitia: extra usum uero, utilis. Cõsequens est. Nequaq; igitur, ô amice, præstans admodũ res fuerit iustitia, si ad inutilia utilis est? Hoc uero cõsideremus. Non'ne qui in pugna, siue cæstuũ, siue alia quadã præstãtissimus est ad ictum inferendũ, hic etiam ad uitandũ? Maximè. Non'ne & qui morbũ uitare ac fallere potest, hic etiã inducere potest? Mihi sanè uidetur. Atqui exercitus idem bonus custos est, qui etiã consilia & alias hostiũ actiones furari potest. Maximè. Cuius igitẽ rei quis præstans custos est, eius etiã præstans fur est. Apparet. Si ergo iustus argentũ custodire potest, etiã furari potest. Profectò ut hic sermo colligit, inquit. Fur igitur quidã iustus esse uidẽ, et uideris hoc ipsum ab Homero didicisse. Nã ille maternũ Vlyssis auum Autolycũ & admiratẽ, & ipsum super oẽs homines ornatũ esse dicit furto & iureiurãdo. Videt igitur iustitia & secundũ te, & secundum Homerũ ac Simonidem furandi ars quædã esse, ob utilitatẽ tamen amicorũ, & in detrimentũ inimicorum. Non'ne sic dicebas? Non per louem inquit. Imò nõ amplius noui quid dixerim. Hoc tamẽ adhuc mihi uidẽ, prodesse quidẽ amicis iustitiã, nocere uero inimicis. Amicos aũt dicis esse, utrum eos cui unicuiq; boni esse uidentur, aut eos qui sunt,

Inimicis deberi mala

Debitum esse iustum

Iustitia in bello utilis

Iustitia in pace utilis

Iustum esse furem

Iustitia furandi ars

qui sunt, etiãsi non uideant: & inimicos eodem modo? Verisimile est inquit, ut quos quis bonos putat, amet: quos uero prauos, odio habeat. Nõne ergo peccãt circa hoc homines, ut uideant ipsis multi boni esse qui nõ sunt, & multi contrà? Peccãt. His ergo boni quidẽ inimici sunt, mali uero amici. Maximè. Attamen iustum est his, prauis quidem prodesse, bonos autem lædere. Apparet. Atqui boni & iusti sunt, & qui iniusta facere non possunt. Vera dicis. Iuxta tuum itaq; sermonẽ, eos qui nihil iniustè faciunt, iustum est malefacere. Nequaq; inquit ô Socrates. Prauus enim esse uidetur hic sermo. Iniustos ergo inquã ego, iustum est lædere, iustis autem prodesse. Hic illo melior esse uidetur. Multis igitur ô Polemarche, continget, qui in iudicãdis hominibus errant, iustum esse amicos lædere. Praui enim sunt hi: inimicis autem prodesse. Sunt eñ boni. Et sic dicemus contrariũ eius quod Simonidem dicere diximus. Et ualdè inquit, ita cõtingit. Verùm trãsponamus. Videmur.n. amicum & inimicum non rectè posuisse. Quõ hoc, ô Polemarche? Quòd posuimus eum qui bonus uidetur amicũ esse. Nunc uero inquã ego, quomodo transponemus? Eum qui uidetur inquit, & est bonus, amicum: eum uero qui uidetur, non aũt est, uideri sed nõ esse amicum: & de inimico eadem positionis ratio sit. Amicus itaq;, ut apparet, ex hac ratione bonus erit: inimicus prauus? Etiam. Iubes itaq; nos apponere ad iustũ aliter quàm prius dicebamus, cùm diceremus iustum esse, amico quidem benefacere, inimico uero malè: ita ut nunc sic dicamus. Iustum est amico quidem qui bonus est benefacere, inimicũ uero qui malus est, lædere? Maximè inquit. Sic mihi rectè dici uidetur. Est ergo inquam ego, iusti uiri lædere uel quemcunq; hominem? Et maximè inquit, prauos & inimicos lædere oportet. Equi uero si lædãtur, meliores aut deteriores reddũtur? Deteriores. Num ad canum uirtutem, aut ad equorum? Ad equorum. Non'ne & canes si lædantur, deteriores redduntur, ad canum, & non equorũ uirtutem? Necesse est. De homini bus uero non sic dicemus, ô amice, si lędantur, ad humanam uirtutem deteriores reddi? Maximè. At iustitia nõne humana uirtus est? Et hoc necesse est. Ergo & homines si lædantur, necesse est deteriores reddi. Apparet. Nũquid possunt Musici per Musicam amusos facere? Impossibile hoc est. At equites per artem equitandi ab equis alienos? Non potest fieri. At iusti per iustitiam iniustos? aut etiam in summa, boni per uirtutem malos? Imô impossibile hoc est. Non enim caliditatis opus est frigefacere, ut arbitror, sed contrarij. Etiam. Neq; siccitatis humectare, sed contrarij. Maximè. Neq; itaq; boni lædere, sed cõtrarij. Apparet. Iustus autẽ bonus est. Maximè. Non ergo iusti opus est lædere, ô Polemarche, siue amicũ, siue alium quempiã, sed contrarij, iniusti. Omninò uera dicere mihi uideris, inquit ô Socrates. Si ergo dicit quis iustũ esse, ea quæ debentur unicuiq; tribuere, per hoc aũt intelligit, inimicis quidem deberi detrimentũ à uiro iusto, amicis uero utilitatẽ: non erat sapiens qui hoc dixit. Non.n. uera dixit. Nusquã enim iustum esse nobis uisum est, aliquẽ lædere. Cõcedo inquit. Pugnabimus igitur inq; in cõmuni ego & tu, si quis asserat hoc ipsum, aut Simonidẽ aut Biantem, aut Pittacũ, aut alium quempiã ex sapiẽtibus & beatis illis uiris dixisse. Ego sanè inquit, paratus sum ut pugnæ socius sim. At nosti inquã, cuius dictũ esse mihi uideat, quod asserit iustum esse, amicis quidem prodesse, inimicos uero lædere? Cuius inquit? Arbitror ipsum Periandri esse, aut Perdiccæ, aut Xerxis, aut Ismeniæ Thebani, aut alterius cuiusdã diuitis uiri, qui multũ se posse putet. Verissima inquit dicis. Sit ita inquã ego. Quãdoquidẽ uero neq; hoc uisum est esse iustitia, aut iustũ, quid' nã alius quis ipsum esse dixerit? Et Thrasymachus sæpe quidẽ etiam interim dum nos disputaremus, sermonẽ excipere constituerat, sed prohibitus fuerat ab assidentibus, qui nos audire uolebant. Postq; uero quieuissemus, & ego hæc dixissem, nõ amplius se continebat, sed cũ se contraxisset uelut bestia, inuasit nos tanq; discerpturus: & ego ac Polemarchus præ timore cõsternati sumus. Ille uero sermone in medium prolato, ꝙ uos inquit, dudũ ô Socrates, nugæ detinent, & quid inter uos ineptitis uobis ipsis cõcedentes? At si quidem uerè cognoscere uis, quid sit iustum, non solum interroga, neq; redarguendo gloriare, ubi quis quid respondeat, cùm hoc scias, facilius esse interrogare quàm respondere. Quare etiã ipse responde, & dic quid iustũ esse censeas. Et uide ut ne mihi dicas, decorum esse, neq; utile, neq; commodum, neq; lucrosum, neque quod con-

Esse, & uideri, quam habeant rationem

Iustum quid sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lupi Mœrim uidere priores

quod cõduc it: sed clarè & exactè dic mihi quid sentias. Nã ego non admittã, si tales nugas dixeris. Et ego his auditis, cõsternatus sum, & intuens ipsum timebã, & arbitror sanè, si nõ prior uidissem ipsum, ꝙ ille me, mutus factus fuissem. Nũc uero quãdo à sermone exasperari cœpisset, intuitus sum ipsum prior. Quare potẽs ad respondendũ ipsi eua si, & aliquantulũ tremiscẽs dixi. Ne grauis sis nobis, ô Thrasymache. Si. n. peccamus in sermonũ cõsideratione ego & ille, probè scias inuitos nos peccare. Ne. n. putes si quidẽ aurum quæreremus, nunquã nos ultrò alterũ alteri concedere in quærẽdo, & inuentionem ipsius perdere. Cùm aũt iustitiã quæramus, rem multo auro pretiosiorẽ, ita stolidè alterũ alteri concedere, & nõ conari ut ipsa quãmaximè nobis cõpareat, qualis sit ô amice. Verũ, ut arbitror, nõ possumus. Qua ꝓpter multò magis æquũ est, ut uos excellẽtes misereamini nostri, ꝙ ut succenseatis. Et ille his auditis, in risum effusus est ualdè Sardoniũ, & dixit, ô Hercules, hęc est solita illa Socratis cauillatio. Et hęc ego sciebã, & his prædicebã, ꝙ tu his respõsurus nõ esses, sed cauillaturus, & omnia potius facturus, q̃ ut respõderes si quis te quid interroget. Sapiens. n. inquã ego, ô Thrasymache. Probè igit nosti ꝙ si quem interrogares, quot sunt duodecim: & interrogans prædiceres ipsi, uide ut ne dicas mihi, ô homo, duodecim bis sex esse, neq; ter quatuor, neq; sexies duo, neq; quater tria. Nã non admittã, si tales nugas produxeris: nosti inquã, ꝙ nemo tibi respondebit ita interrogãti, sed dixerit tibi, ô Thrasymache, quõ dicis? Vt nõ respondeã ex his quæ prædixisti quicq̃? Vtrum ô admirande, neq; si quid ex his est, sed aliud quid à uero dicam? aut quõ dicis? Quid igit ipsi ad hæc respondebis? Sit ita inquit, ut sit hoc illi simile. Nihil sanè prohibet inquã ego. Si uero etiã non est simile, uidet tamen interrogato tale, minus ne quid putas ipsum respõsurũ esse id quod sibijpsi uidet, siue nos interdicamus, siue nõ? Aliud ne quid igit inquit, ꝙ & tu facies ita, ut q̃ ego interdixi, horũ quid respõdeas? Nihil miri fuerit, inquã ego, si mihi considerãti ita uideat. Sí igitur inquit, ego tibi ostendã aliam præter has omnes responsionẽ de iustitia, his meliorẽ,

Ignorantis pœna est, ut discat

quam tibi pœnã statuis? Quam aliam inq̃ ego, q̃ eam quam pati cõuenit ignorãtem? Conuenit autem ut discat à sciente. Et ego igit hanc pœnã mihi constituo. Suauis equidem homo es inquit, uerùm ad hoc ut discas, persolue etiam argentũ. Equidem dicebam, ubi mihi cõtigerit. At est inquit Glauco. Quare argenti gratia, ô Thrasymache, dicito. Omnes. n. nos Socrati conferemus. Maximè arbitror, inquit ille, quo Socrates id quod solitus est peragat, & ipse quidẽ non respondeat, alio uero respondente sermonem excipiat, & redarguat. Quomodo. n. inquã ego, ô optime, quis respõderit, primũ quidẽ qui neq; sciat, neq; scire se asserat. Deinde si etiam quid putet de his, interdictũ sit ipsi, ut nihil dicat ex his quæ putat, & hoc à uiro non uili? At te dicere magis æquũ est. Tu. n. asseris te scire, & quod dicas habere. Ne igit aliter facias, sed mihi gratificare ut respondeas, & ne inuideas, ut & Glauconẽ hunc, & alios doceas. Hæc aũt ubi ego dixissem, & Glauco, & alij rogabant ipsum, ut nõ aliter faceret. Et Thrasymachus palàm declarabat dicendi se cupidũ esse, quo inde nominis claritatem consequeret, putans se habere responsionẽ penitus præclarã: simulabat tamen se de hoc contendere, ut ego essem qui responderet. Tandem uero concessit. Et postea hæc inquit, est Socratis sapientia, ut ipse quidem docere non uelit, uerùm circũeat, & ab alijs discat, & pro his neq; gratiam reddat. Quòd quidem inquã ego, ab alijs disco, uerùm dixisti, ô Thrasymache: ꝙ uero

Gratia laudis

gratiam rependere me negas, falsum. Rependo. n. quantã possum. Possum autem laudare solũ. Pecunias. n. non habeo. Quàm uero promptè hoc faciã, si quis mihi benedicere uideat, statim probè admodũ cognosces, postq̃ respõderis. Arbitror em te bene dicturum esse. Audi itaq; inquit ille. Assero enim ego, iustum nihil aliud esse q̃ potẽtioris cõmodum. At cur non laudas? Imò non uoles. Si intellexero prius inquã, quid dicas. Nunc. n. nondũ scio. Potentioris cõmodum asseris esse iustum, & hoc ô Thrasymache, quid tandẽ dicis? Non. n. tale quid asseris. Si Polydamas Pãcratiastes nobis potentior est, & cõmodant ipsi bubulæ carnes ad corpus: hunc cibũ esse etiam nobis debiliorib. illo cõmodum simul & iustum. Odiosus es inquit ô Socrates, & eo modo accipis, quo maximè sermonẽ deprauare possis. Nequaq̃ ô optime inq̃ ego, sed dic clariùs quid

Reipub. status tres

asseras. Deinde non nosti ciuitates alias à tyrãnis, alias à populo, alias ab optimatibus gubernari? Quidni? Non ne hoc potentius est in unaquaq; ciuitate quod imperat? Maximè

Maximè. Fert aũt leges quisq; principatus ad suum cõmodum: populare imperiũ populares, Tyrannis tyrãnicas, & alij eodem modo. Cùm aũt illas ferunt, pronunciãt hoc iustum esse subditis, quod sibijpsis cõmodum est: & eum qui hoc excedit, puniũt, uelut cõtra leges agentem & iniustũ. Hoc igit est, ô optime, quod dico, in omnib. ciuitatibus idem esse iustũ, constituti uidelicet principatus cõmodum. Hic aũt potentior est. Quare cõtingit, si quis rectè reputet, ubiq; esse idem iustum, potentioris nimirũ cõmodum. Nunc inquã ego, intelligo quid dicas. An aũt uerum sit, aut nõ, discere conabor. Commodũ equidem, ô Thrasymache, etiã tu respondisti iustum esse, etiãsi mihi interdixeris ut ne hoc responderẽ. Adest aũt hic adiecta uox potentioris. Exigua fortassis inquit, additio. Nõdum manifestũ est, neq; an magna sit, sed ꝙ hoc considerandũ sit an uera dicas, manifestũ est. Quãdoquidem. n. cõmodum quiddam esse iustũ, etiam ego cõfiteor: tu uero apponis, & ipsum esse dicis cõmodũ potentioris: ego uero ignoro, cõsiderandũ sanè est. Cõsidera inquit. Ita fiet inq̃ ego, & dic mihi, Nõ ne etiam obedire principatibus iustũ esse dicis? Ego sanè. Vtrũ uero errare nõ possunt principes in singulis ciuitatibus, aut possunt etiã errare? Omninò inquit. Nõne dum leges ferre aggrediunt, alias rectè ferunt, alias nõ rectè? Arbitror ego. Rectè ergo ferre, cõmoda sibijpsis ferre est: nõ rectè, incõmoda: aut quõ dicis? Ita. Quæ uero sancierint, facienda sunt subditis, & hoc est iustum? Quidni? Non solũ ergo iustũ est iuxta tuum sermonẽ, potentioris cõmodum facere, sed etiam contrariũ, quod cõmodum non est. Quid dicis, inquit? Quæ & tu dicis, ut mihi uideor. Consideremus itaq; melius. Non ne cõfessi sumus, principes dum subditis facienda quædã imperant, aliquando aberrare ab eo quod sibijpsis optimũ est? Quæ uero præceperint principes, iustũ esse ut ea faciant subditi? Hæc nõ ne confessi sumus? Arbitror ego inquit. Puta igitur inquã ego, etiam incommoda facere principibus & potentioribus iustum esse, te confessum esse: cùm principes quidem mala ipsis præceperint inuiti, illis autem iustũ esse asseras ea facere quæ hi præceperunt. Nõ ne ergo tunc sapientissime Thrasymache, necessarium est hoc ipsum ita fieri, iustum esse facere contrariũ quàm quod tu dicis? Nam potentioris incõmodum facere subditis imperatur. Etiam per louẽ, ô Socrates, inquit Polemarchus, clarissima hæc sunt. Sí tu inquit, excepto sermone Clitophon, testimoniũ ipsi præbueris. Et quid opus habet inquit? Ipse enim Thrasymachus confitet, principes quidem aliquãdo teste sibijpsis mala imperare: subditos autem hæc facere iustũ esse. Nam quæ iubentur ô Polemarche, à principibus, ea facere iustum censui t Thrasymachus. Equidem & potentioris cõmodum, ô Clitophon, iustum esse posuit. His autẽ ambobus positis, rursus confessus est, potentiores aliquãdo sibijpsis incõmoda, inferioribus & subditis facienda imperare. Ex his aũt concessionibus, nihilo magis cõmodum potentioris iustum fuerit, ꝙ incõmodum. At inquit Clitophon, potentioris cõmodum dicebat id quod putabat, potentior sibijpsi cõmodare: & hoc faciendũ esse inferiori, & hoc iustum esse ponebat. At nõ ita inquit Polemarchus, dicebat. Nihil inquam ego, ô Polemarche, refert. At si nũc ita dicit Thrasymachus, ita ipsum accipiamus. Et dic mihi, ô Thrasymache, hoc ne erat quod uolebas dicere, iustum potentioris cõmodum, quod uidelicet uideatur esse cõmodum potentiori, siue cõmodet, siue nõ? Sic te sentire dicemus? Minimè inquit. An potentiorẽ uocare me putas eum qui aberrat, cùm aberret? Ego sanè putabã, inq̃, te hoc dicere, quando cõfitebaris principes nõ absq; errore esse, sed etiã quandoq; errare. Sycophãta es inquit ô Socrates, in sermonibus. Nam statim Medicũ uocas tu eum qui aberrat circa ægrotos, secũdũ hoc ipsum in quo aberrat? Aut cõputatorẽ qui in supputatione errat, tũc cùm erret, secundũ hunc errorẽ? At, ut arbitror, uerbo sic utimur, ꝙ Medicus aberrauit, & cõputator aberrauit, & grãmatista errauit. Inquantũ uero unusquisq; horũ est hoc quod appellamus ipsum, nunq̃, ut arbitror, aberrat. Quare secundũ exactã dicendi rationẽ, quando quidẽ & tu exactã rationẽ sequeris, nullus artifex errat. Deficiẽte. n. scientia, is qui errat, errat, in quo nõ est artifex. Quare artifex, aut sapiẽs, aut princeps nullus errat, tunc cũ princeps fuerit: sed quiuis dicere poterit, medicus errauit, & princeps errauit. Huiusmodi igitur quiddam & me nũc tibi respondisse accipe. Exactissimum aũt illud est, principem inquantũ princeps est, nõ errare: non errantẽ uero, si bijpsi optimũ sancire. hoc autem subdito faciendũ est. Quare quod ab initio dicebam,

Medicus non errat

iustum

iustum est obedire principatibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustum esse dico potentioris cõmodũ facere. Sit ita, inquã ego, ô Thrasymache, uideor tibi sycophanta esse? Maximè inquit. Putas'ne inquam me ex insidijs in sermonibus maleficum, te interrogare, uelut interrogabam? Bene equidẽ noui inquit, & nihil tibi amplius continget. Neq; enim me latuerit malignitas tua, neq; si non latuerit, sermone cogere poteris. Neq; tentauerim inquã ego, ô beate. Sed ut ne rursus nobis tale quid contingat, distingue utrum dicas principem & potentiorem, illum'ne, ut dici solet, aut secũdum exactam rationem, eum de quo nunc dicebas, cuius utpote potentioris commodum, iustum est facere inferiorẽ. Eum qui exactissima ratione princeps est, inquit. Aduersus hæc maleficus sis, & si potes, calumniare. Nihil eñ deprecor. At non poteris. Putas'ne me, dicebam, ita insanire, ut leonem radere tentem, & Thrasymachum calumniari. Nunc sanè inquit, tentasti, cùm nihil possis etiã in his. Abundè satis inquã ego, de talibus. Verũ dic mihi, Medicus exacta ratione, de quo modò dicebas, utrum pecuniarũ cumulator, aut ægrotorũ curator est? & dic de eo qui reuera medicus est. Ægrotorum inquit curator. Quid uero gubernator qui rectè gubernator est, nautarum princeps est, aut nauta? Nautarũ princeps. Nihil arbitror hoc reputandũ est, q̃ nauigat in naui, neq; nauta uocãdus est. Non. n. ex eo q̃ nauigat, gubernator uocaꝛ, sed secundũ artem & nautarũ principatum. Vera dicis, inquit. Non'ne unicuiq; horũ est aliquod cõmodum? Maximè. Non'ne etiam ars inquã ego, ob hoc orta est, ut quod unicuiq; horum cõmodum est, quærat & suppeditet? Ob hoc inquit. Non'ne etiã unicuiq; arti est aliud quoddã cõmodũ, q̃ ut maximè perfecta sit? Quõ hoc interrogas? Quem admodũ inquam ego, si me interrogares, an sufficiat corpori ut sit corpus, aut aliquo indigeat super opus habeat, dicerẽ omnino aliquo insuper opus habere. Quapropter etiã ars medica nunc inuenta est, q̃ corpus prauum sit, & non sufficiat ipsi ut tale sit. Huic igitur ut cõmoda suppediteꝛ, ob hoc ars subornata est. Num rectè tibi uideor inq̃, ita dicere, aut secus? Rectè inquit. Quid uero ipsa Medicina, aut alia quædã ars praua est, ut aliqua insuper uirtute opus habeat: quẽadmodũ oculi usu, & aures auditu, & ꝓpterea ob ipsa sibijpsis quod cõmodum est, considerat? Aut neq; seipsa, neq; alia insuper opus habet, ut ad suam prauitatẽ quod cõmodum est consideret? Neq;. n. prauitas, neq; error ullus, ulli arti adest: Neq; cõuenit arti, ut alij cõmodum quęrat, q̃ illi cuius est ars. Hæc aũt illæsa & integra est recta existens, donec fuerit unaquæq; exacta tota ea quæ est? Et secundũ illam exactã rationem considera, ita' ne, aut aliter res se habeat. Ita inquit, apparet. Non ergo inquã ego, Medicina medicinæ cõmodum cõsiderat, sed corpori. Etiã inquit. Neq; ars equitãdi arti equitãdi, sed equis: neq; alia ulla ars sibijpsi: neq;. n. opus habet: sed illi cuius est ars. Apparet ita inquit. Atqui ô Thrasymache, imperant artes & dominantur illi cuius sunt artes. Concessit hic & admodũ difficulter. Non ergo ulla scientia potentioris cõmodum considerat, neq; ipsi præcipit, sed inferioris et subditi sibi seipsa. Confessus quidẽ est & hæc tandem, conabaꝛ autem de ipsis contendere. Postq̃ uero cõfessus esset, aliud'ne quid igiꝛ inquã ego, quàm q̃ neq; medicus ullus, inquantũ medicus, medico cõmodum cõsiderat, neq; præcipit: sed ægroto. Concessum. n. est, exactum medicũ, corporũ esse principẽ, & non pecuniarum cumulatorẽ. Nõ'ne cõcessum est? Assensus est. Non'ne & gubernatorẽ exactũ, nautarũ esse principẽ, & nõ nautã? Cõcessum est. Non ergo talis gubernator & princeps, id quod gubernatori cõmodũ est cõsiderabit, & præcipiet, sed qd' nautæ & subdito. Vix admodũ assensus est. Nõ'ne inq̃ ego, ô Thrasymache, neq; alius quisquã in ullo principatu, inquantũ princeps est, sibijpsi cõmodũ cõsiderat, neq; præcipit, sed subdito, & cui ipse præest: & ad illud respiciens, & ad id quod illi cõmodũ & decorũ est, & oia q̃ dicit, dicit: & q̃ facit, facit? Postq̃ igiꝛ in hac disputationis parte uersaremur, & omnib. cõspicuũ esset, q̃ sermo de iusto ad contrariũ deuenisset, Thrasymachus ꝓ eo quod respondere debebat, dic mihi inquit, ô Soc. est'ne tibi nutrix? Quid uero inq̃ ego, nõ respondere magis oportebat, q̃ talia interrogare? Quoniã te inquit, muco narib. grauatũ neglígit, & cũ opus sit, non emungit, qui neq; oues, neq; pastorẽ cognoscis. Cur istud maximè inquã ego? Quoniã putas pastores,

Medicũ ægros, non pecunias curare

Medicina cur sit inuenta

Ars an arte opus habeat

pastores, aut bubulcos, ouium aut boũ considerare commodũ, & pingue facere ac curare ipsos, ad aliud quid respicientes, quàm dominorũ & suũ ipsorũ commodum. Sed & ciuitatum principes, qui reuera imperãt, aliter quodammodo erga subditos affectos esse putas, q̃ uelut quis erga oues afficitur: & aliud qd cõsiderare ipsos per noctes & dies, q̃ hoc unde ipsi utilitatẽ capiãt. Et adeò lõgè à iusto & iustitia, & ab iniusto ac iniustitia abes, ut ignores iustitiã & iustũ, alienũ esse bonũ, & reuera potentioris ac principis commodum, obedientis autẽ & subditi propriũ detrimentũ. Iniustitiã uero contrà imperare reuera simplicibus ac iustis. Subditos uero facere illius qui potẽtior est commodum, & felicem illum reddere, dum ipsi inseruiunt, sibi uero nullo modo. Sic autẽ ô simplicissime Socrates cõsiderare oportet, quòd Iustus uir iniusto ubiq; minus habet. Primũ quidem in mutuis commercijs, ubi talis cum tali societatem habet, nusquam reperies in societatis dissolutione, plus habere iustum iniusto, sed semper minus. Deinde in commercijs ad rempublicã, quando tributa conferenda sunt, iustus de æqualibus plus cõfert, iniustus minus. Quando uero aliquid accipiendũ est, iustus nihil, iniustus multa lucratur. Nã & quũ principatũ aliquem gerit uterq;, iusto quidem contingit & illic, si non aliud detrimentum, ut tamen res familiaris ob negligentiam deterius habeat, ex publico uero nullam utilitatẽ capiat, eo quòd sit iustus. Et ad hæc ut odio habeatur à suis & familiaribus, dum nihil ipsis inseruire uult præter iustum. Iniuste autem omnia his cõtraria eueniunt. Dico aũt id quod etiam modo dicebam, eum qui multum potest, semper plus accipere. Hunc igitur considera si quidem iudicare uoles, quantò magis conferat huic priuatim iustũ esse quàm iustũ. Facilime uero cognosces, si ad summam iniustitiam peruenerís, quę iniustũ felicissimũ efficit, uerũ iniuria affectos, & iniusta facere non uolentes, miserrimos. Est aũt hoc tyrannis, quæ non paulatim, sed aceruatim, & clàm, & uiolẽter, aliena tum sacra, tum sancta, tũ priuata, tũ publica aufert. In quorum singulis partibus si quis iniustè egisse depræhendatur, mulctatur, & maximum opprobrium incurrit. Nam & sacrilegi, & plagiarij, raptores, & latrones, & fures uocantur, qui in singulis eiusmodi maleficijs iniusta faciunt. Postquàm uero quis supra ciuium pecunias, etiam ipsos in seruitutem redegerit, pro turpibus his nominibus felix & beatus appellatur, non à ciuibus solum, sed etiam ab alijs, qui ipsum totam iniustitiam perpetrasse audiunt. Nam qui iniustitiam exprobrant, non facere iniusta, sed pati formidãtes, exprobrant illam. Ita ô Socrates robustius & liberalius & regalius quiddam est iniustitia quàm iustitia, si abundè progrediatur: Et quod ab initio dicebam, potentioris commodum est iustum: Iniustum uero sibijpsi utile & commodum est. Hæc ubi dixisset Thrasymachus, abire uolebat, ut qui uelut balneator, aceruato & longo sermone aures nostras perfudisset, non tamen permiserunt hoc ipsi qui præsentes essent, sed expectare ipsum coegerunt, & dictorum rationem reddere. Et sanè etiam ego ipse ualdè rogabam ac dicebam. O beate Thrasymache quali sermone immisso abire cogitas, prius quàm satis doceas, aut discas, siue sic siue aliter res se habeat. Aut paruam rem decernere putas te aggredi, & non uitæ degendæ rationem, qua quisq; nostrum degens commodissimam uitam transigat? Egone putem inquit Thrasymachus, hoc aliter se habere? Videris inquam ego, nos nõ multifacere, neq; curare siue deterius, siue melius uiuemus, quum ignoremus id quod tu te nosse asseris. At ô bone conare ex animo & nobis ostendere. Non enim male locabitur à te beneficium, quod in nos qui tot sumus contuleris. Ego enim tibi meam sententiam profero, quòd non credo, neq; puto iniustitiam utiliorem esse quàm iustitiam, etiamsi quis ipsam sinat, & non prohibeat facere, quæcunq; uelit. At ô bone sit iniustus, possit etiam iniusta facere, aut latenter, aut uiolenter, mihi tamẽ non persuadet hoc iustitia uti lius esse. In hac igitur sententia fortassis etiam alius quispiã è nobis est, & non solus ego. Tu igitur ô beate persuadeas nobis abundè, non rectè statuere nos, qui iustitiam pluris facimus quàm iniustitiam. Et quomodo inquit tibi persuadebo? Si enim ex his quæ nunc dicebam, persuasus non es, quid tibi amplius faciam? an in animam ingerens sermonem tibi indam? Per louem inquam ego non tu, sed primum quidem in his quæ dixeris perseueres, aut si mutare uelis, palàm mutes, & nos ne decipias. Nũc autẽ uides ô Thrasymache: adhuc enim superiora considerabimus: quòd quum reuera medicum primum definieris, eum qui uerè pastor est, non amplius postea putasti diligenter custodi

Iniustißimi sunt felicißimi

Tyrannidis descriptio

Universidad de Deusto
Biblioteca

re oportere, sed pascere putas ipsum oues inquantũ pastor est, non ad id quod ouibus optimum est respicientem, sed uelut conuiuatorem aliquẽ, qui hospitibus excipiendis conuiuiũ paret: aut rursus ut uendat, uelut pecuniarũ cumulator, & non pastor. At arti pastorali non sanè alterius rei cura est, quàm cui præfecta est, quo huic id quod optimũ est suppeditet. Nã ipsius res, ut optima sit ipsa, satis curatæ sunt, quandiu nihil defuerit ut pastoralis sit. Sic uero putabam ego nunc necessarium esse nobis cõfiteri, omnẽ principatũ inquantũ principatus est, nulli alij id quod optimũ est prouidere, quàm illi quod subditũ est & curatur, tum in ciuili, tum in priuato principatu. Tu uero principes in ciuitatibus, qui reuera principes sunt, uolentes principatũ gerere putas? Per Iouẽ nõ puto inquit, sed probe scio. Quid uero inquã ego ô Thrasymache, de alijs principatibus non cogitas, quôd nemo uolens uult gerere principatũ, sed mercedẽ petunt, uelut non sit ipsis futura utilitas ex principatu, sed subditis? Nã hoc solũ dic mihi. Nónne unamquamq; artem ob id aliam esse dicimus, quòd aliam uim habet? Et ô bone ne præter opinionem respondeas, quo etiam quid perficiamus. Imò ob id aliã esse dicimus. Nónne & utilitatem unaquæq; harũ propriã quandã nobis exhibet, & non cõmunem, uelut Medicina sanitatẽ, gubernatoria salutẽ in nauigãdo, & alię similiter. Maximè. Nónne etiã mercenaria mercedem? Hæc enim ipsius uis est: Aut medicinã tu & gubernatoriã, eandẽ uocas? Aut si quidẽ exactè distinguere, uelut proposuisti, uoles, si quis gubernator sanus fiat, eo quòd conferat ipsi nauigatio in mari, huius rei gratia gubernatoriã ipsam nihilo magis uocabis medicinam? Non sanè inquit. Neq; ut arbitror mercenariam, si quis mercede quid faciens sanus fiat? Non ita. Quid uero medicinã uocabis mercenariã, si quis medicus mercedẽ capiat? Non inquit. Nónne utilitatem uniuscuiusq; artis propriã esse confessi sumus? Sit ita inquit. Si ergo aliquã in communi utilitatẽ omnes artifices capiunt, manifestũ est quòd in cõmuni quodã eodẽ insuper utentes, ex illo utilitatem capiunt. Apparet inquit. Dicimus aũt mercedẽ capientes artifices utilitatẽ capere, ex eo quòd mercenaria arte insuper utuntur. Vix assensus est.

Non ergo ex sua arte uicuiq; utilitas hæc cõtingit, mercedis uidelicet acceptio. Verum si exactè considerare oportet, Medicina quidẽ sanitatẽ parit, Mercenaria uero mercedẽ: Et ædificatoria quidẽ domũ facit, Mercenaria uero ipsam sequens, mercedẽ: & aliæ omnes sic, unaquæq; suũ ipsius opus operatur, & illi prodest cui præfecta est. Si uero non accedat ipsi merces, capit'ne utilitatem artifex ex arte? Non apparet inquit. Nunquid neq; prodest tunc quũ gratis operatur? Arbitror ego. Nónne ô Thrasymache hoc iã manifestũ est, nullã artẽ, neq; principatũ id quod sibijpsi utile est efficere, sed uelut dudũ dicebamus, id quod subiecto utile est: & subornare & præcipere illius, utpote inferioris commodũ spectantẽ, & nõ potentioris. Et propter hæc sanè ego ô chare Thrasymache etiã modo dicebã, neminẽ uelle ultrò principatũ gerere, & aliena mala corrigere aggredi, sed mercedẽ petere: Quoniã qui artè rectè uti uolet, nunquàm id quod sibijpsi optimũ est faciet, secundũ artẽ præcipiẽs, sed subdito. Quapropter mercedẽ constitutã esse oportet, ut apparet, his qui principatũ gerere uelle debent, aut pecuniã, aut honorẽ, aut pœnã, si nõ uelint. Quomodo hoc dicis ô Socrates inquit Glauco? Duas enim mercedes cognosco, pœnã uero quámnam dicas, & quomodo mercedis loco recẽsueris, non intelligo. Optimorũ ergo mercedẽ inquã non intelligis, propter quã moderatissimi principatũ gerunt, quũ ipsum gerere uolunt: Aut nõ nosti ambitiosum & auarũ esse, opprobriũ & dici, & esse? Ego sanè inquit. Ob hæc itaq; inquã ego, neq; pecuniarũ gratia boni principatum gerere uolunt, neq; honoris. Neq; enim aperte principatus gratia mercedẽ exigentes, mercenarij uocari uolũt: neq; si ipsi clàm ex principatu accipiãt, fures. Neq; rursus honoris gratia. Nõ enim sunt ambitiosi. Necessario itaque ipsis pœnã etiã adesse oportet, si principatũ gerere uelle debẽt. Vnde sequit' turpe censeri, si quis uolẽs, & non coactus, ad principatũ accedat. Maxima uero pœna est, si quis nõ ipse principatũ gerere uelit, ut deteriori subiectus sit: quã formidãtes principatũ gerere mihi uidentur moderati uiri, quũ ad hũc deueniunt. Et tunc ad principatũ perueniunt, non uelut ad bonũ aliquod, neq; ut uoluptatẽ in ipso percepturi, sed uelut ad rẽ necessariam, & qui neq; præstantioribus se, neq; similibus, principatũ permittere possint; alioqui si præstãtes uiros ciuitas haberet, uideret futurũ esse ut depugnetur de eo, ut quis

Principatus recusati quæ sit maxima pœna

ut quis à principatu immunis esset, quemadmodũ nunc de principatu gerendo contentio est: & hic conspicuũ fore, q; reuera uerus princeps non suum, sed subditi cõmodum spectare solear. Quare quiuis mente præditus, libentius ex alio utilitatẽ capere uoluerit, q; dum alijs prodesse studet, sibijpsi negotia exhibere. Hoc igitur ego nullo modo Thrasymacho concedo, q; iustum sit potentioris cõmodum. Verùm hoc quidem rursus cõsiderabimus. Multò autem maius esse mihi uidetur id quod nunc Thrasymachus dicit, dum iniusti uitam meliorem asserit q; iusti. Tu igitur ô Glauco, inquã ego, utrum eligis, & utrum uerius dici tibi uidetur? Iusti inquit uitam ego utiliorem esse censeo. Audiuisti inquã ego, quot bona uitæ iniusti Thrasymachus modò recensuit? Audiui inquit, sed non credo. Vis'ne igitur ut persuadeamus ei, ipsum nõ uera dicere, si fortè inuenire possimus? Quidni uelim, inquit ille. Si itaq; inquã ego, sermonẽ sermoni opponentes dicamus, quot rursus bona habeat, si quis iustus sit, & hic rursus aliũ obtendat, & nos alium uicissim, numerare opus fuerit, & mensurare bona, quæ utrique de utroq; proferimus, & iam iudicibus quibusdã qui discernant opus, habebimus. Si uero quemadmodũ paulò antea uicissim concedentes consideremus, simul ipsi & iudices, et rhetores erimus. Maximè inquit. Vtro igitur modo inquã ego, tibi placet. Hoc modo inquit. Age itaq; ô Thrasymache, inquam ego, responde nobis ab initio, summam iniustitiã summa iustitia utiliorem esse asseris? Maximè & assero inquit, & qua propter dixi. Age itaq;, tale de ipsis quomodo dicis, uocas'ne alteram ipsarum uirtutem, alteram uitium? Quidni? Non'ne iustitiam uirtutem, iniustitiã uitium? Consentaneum'ne est inquit, ô suauissime, quando quidẽ etiam dico iniustitiam utilem esse, iustitiam uero non? At quid tum? Contrarium inquit ille. Num iustitiam uitium? Non, sed generosam admodum simplicitatẽ. Iniustitiam ergo malignitatem uocas? Non, sed bonum consilium inquit. Num etiam sapientes & boni esse uidentur tibi, ô Thrasymache, iniusti? Qui sanè perfectè inquit, iniusta facere possunt, & ciuitates ac gentes hominum sibijpsis subiugare. Tu uero putas me fortassis dicere de his qui locu-los resecant. Vtilia equidem etiam talia sunt inquit, si quidem lateant, sed mentione indigna sunt, præ his quæ nunc dicebam. Hoc quidem inquã, non ignoro quid dicere uelis, uerùm illud miror, si in uirtutis & sapientiæ parte iniustitiã ponis, iustitiam uero in contrarijs. Imò ualdè sic pono. Hoc inquã durius iam est, ô amice, & non facile habuerit quis quod dicat. Si enim utilem quidem esse iniustitiã posuisses, uitium tamẽ aut turpem ipsam esse confessus esses, quemadmodũ alij quidã, haberemus sanè quod dicere mus nos pro recepto more loqui. Nunc uero declaras te asserturũ ipsam & pulchram & fortem esse, & alia omnia ipsi attributurũ esse, quæ nos iusto tribuebamus, quãdoquidem cum uirtute & sapientia ipsum collocare ausus fuisti. Verissima inquit, uaticinatis. Attamen cessandũ non est, inquã ego, quo minus disputãdo progrediamur ac considereamus, donec ea quę sentis te dicere cognouero. Mihi. n. uideris tu ô Thrasymache, profectò nunc non cauillari, sed ea quæ tibi uidẽt de ueritate dicere. Quid uero inquit, tua hoc interest, siue mihi uideãt, siue nõ? Nam sermonẽ non redarguis. Nihil inquam ego, uerũ hoc mihi adhuc ad hæc respondere conare. Videtur'ne tibi iustus uel le plus iusto habere? Nequaquã inquit, alioqui. n. probus & simplex, uelut nunc, non esset. Quid uero plus iusta actiõe? Neq; hac inquit. Vtrũ uero cupierit iniusto plus habere? & hoc iustũ esse duxerit, aut nõ iustũ? Duxerit quidem inquit ille, & cupierit, sed non poterit. At non hoc inq;, ego interrogo, sed an iusto quidẽ neq; cupierit, neq; uoluerit iustus plus habere, uerũ iniusto? Imò ita inquit est. Quid uero iniustus, num cupierit iusto, & iusta actione plus habere? Quidni inquit, qui omnib. plus habere cupit? Nõ'ne & iniusto homine, & actione, iniustus plus habebit, & cõtendet ut præ ombet, sed dissimili: Iniustus aũt & simili & dissimili. Optimè inquit dixisti. Est aũt iniustus sapiens & bonus, iustus aũt neutrũ? Et hoc inquit, bene. Non'ne inq; ego, etiam similis est iniustus sapienti & bono: iustus aũt similis non est? Quõ enim inquit, qui talis est, talib. etiam similis esse nõ deberet: Qui uero nõ est, similis esse? Rectè. Talis ergo est uterq; ipsorũ, quales sunt hi quibus similis est. At quid tum postea inquit? Sit uta ô Thrasymache. Musicum aũt aliquem dicis, aliũ uero amusum? Ego sanè. Vtrum

Disputationis optimus modus

Iniustitiam esse bonũ cõsilium

Iniustus plus omnib. uult

Iniustus sapienti & bono similis est

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapientem,& utrum insipientē? Musicum quidem sapientē,amusum aūt insipientem. Non'ne in quibus sapientē, in his etiam bonū:in quibus insipientē,in his malū? Etiā. Quid uero medicū,non'ne sic? Sic. Videt'ne tibi ô optime,Musicus aliquis uir dum lyram coaptat,in intendendis & remittēdis chordis, musico uiro plus habere uelle, aut cupere ut plus habeat? Nō mihi. Quid uero plus amuso? Necesse est inquit. Quid uero Medicus,in cibo,& potu, quam aut uir, aut res medica plus habere uelle uidetur? Nō ita. Sed eo qui non medicus est,plus? Etiam. Considera uero de omni sciētia,& ea quæ scientia nō est,an uideatur tibi quis sciens,qui plura aut facere,aut dicere uelit,q̄ alius sciens,& non eadē quæ ille qui ipsi similis est,ad eādem actionē? At fortassis inquit,necesse est hoc ita se habere. Quid uero inscius, non'ne & sciente,& insscio simili ter plus habere uolet? Fortassis. Sciens uero sapiens est? Ita sentio. Sapiens aūt bonus? Ita. Bonus ergo et sapiens simili quidē plus habere nō uolet,sed dissimili & contrario. Apparet. Nō'ne ô Thrasymache, inq̄ ego,iniustus nobis & dissimili, & simili plus habet? aut nō ita dicebas? Ego sanè inquit. Iustus aūt nō quidē simili plus habebit,sed dissimili? Etiam. Similis ergo est inq̄ ego,iustus quidē sapienti & bono,iniustus aūt malo & insscio. Cōsequens est. Atqui cōfitebamur, cui similis uterq̄ esset,talem etiam utrunq̄ esse. Cōfitebamur equidē. Iustus ergo apparuit nobis bonus & sapiens esse:iniustus aūt insscius & malus. Thrasymachus itaq̄ confessus est omnia hæc, non ita facile uelut ego nunc dico,sed qui pertraheret,& uix, cum admirando admodū sudore,utpote cùm etiam æstas esset.Et tunc ego uidebā, quod prius nunc̄, Thrasymachum erubescentē.Quandoquidē uero confessi essemus iustitiā uirtutem esse & sapientiam:iniustitiā uero uitium & imperitiā: Sit ita inq̄ ego,hoc quidem ita nobis maneat. Diximus aūt etiam robustū quiddam esse iniustitiā.Aut nō meministi ô Thrasymache? Memini inquit, sed mihi neq̄ ea quæ nunc dicis,placent, & habeo quæ de ipsis dicam. Si igitur dicerē,satis scio concionari me dixeris. Aut igitur sine me dicere quæ uolo,aut si uis interrogare,interroga. Ego uero tibi uelut puer auiculis fabulas narrātibus, sic ita dicam,& annuam,& abnuam. Nequaq̄ inquam ego,præter tuam opinionē. Vt tibi inquit,satisfaciā,quandoquidem dicere nō sinis,quid ergo aliud uis? Nihil per Iouem inquā ego,sed si quidē hoc facies,facito: ego uero interrogabo. Interroga itaq̄. Hoc itaq̄ interrogo, quod etiam paulò antea, quo etiam desinceps sermonē considerēmus, qualis res sit iustitia ad iniustitiā. Dictum est enim etiam potentiorē & fortiorē esse iustitiā iustitia. Nunc uero inquit, siquidē sapientia & uirtus est iustitia, facile arbitror apparebit etiam fortior q̄ iniustitia,quandoquidē imperitia est ipsa iniustitia. Hoc nemo amplius ignorauerit. At nō ita simpliciter ô Thrasymache,ego cupio,sed hoc quodam modo considerare. Ciuitatē'ne dixeris iniustam esse,quæ alias ciuitates iniustè in seruitutē redigere conet,& iam redegerit,& multas in seruitutē redactas sub seipsa habeat? Quidni inquit? & hoc ea quę optima est,maximè fecerit,& quę perfectissimè iusta est. Intelligo inq̄, tuum hunc fuisse sermonē, uerùm hoc de ipso cōsidero,unum ciuitas q̄ alia ciuitate potētior euasit,hāc potestatē absq̄ iustitia habebit: aut necesse est ipsi ut cum iustitia habeat. Si quidē inquit, quod tu modo dicebas, iustitia est sapiētia, cū iustitia: si uero uelut ego dicebā,cum iniustitia. Valdè laudo,inq̄ ego. ô Thrasymache, q̄ non annuis solū, & abnuis, sed etiam respōdes admodū pulchrè. Tibi.n.inquit gratificor. Bene facis tu,sed & in hoc mihi gratificare,& dic,uidetur'ne tibi aut ciuitatem,aut exercitū,aut latrones,aut fures,aut aliā quandam gentem in cōmuni iniustè aliquid inuadentē,efficere quid posse,si ipsi inter se uicissim iniustitiā exerceant? Non sanè inquit ille. Quid uero si non inter se uicissim iniustitiā exerceant? Non'ne magis? Maximè. Iniustitia.n.seditiones ô Thrasymache,& odium & pugnas inducit: iustitia uero cōcordiam & amicitiā.Nunquid? Sit ita,inquit ille,ut ne à re dissentiā. At bene facis,ô optime. Verū hoc mihi dicito. Si hoc iniustitię opus est,odiū inducere ubicunq̄ affuerit,nō'ne etiam si liberis & seruis affuerit, mutuū odium & seditionē efficiet, & ut nō possint in cōmuni inter se aliquid facere? Maximè. Quid uerò si in duobus affuerit,nō'ne dissentient,& odia exercebunt,& inimici erunt,& inter se,& iustis? Erūt,inquit. Si uero ô admirāde, in uno fuerit iniustitia, num uim suā perdet, aut nihilo minus habebit? Nihilo minus habeat,inquit, Non'ne talem quandā uim habere uidetur, ut

Thrasymach. erubescens

Iustitiæ & iniustitiæ effectus

cuicunq̄ affuerit,siue ciuitati,siue genti, siue exercitui, siue cuicunq̄ alij, primum quidem impotens ipsum reddat, ad aliquid cum seipso faciendum, propter seditionem ac dissensionem.Deinde ut inimicum sit,& sibijpsi,& cuiuis contrario, & iusto.Nónne ita? Maximè, Et si in uno ut arbitror fuerit, eadem omnia faciet,quæ operari solet. Primum quidē impotentē ipsum ad agendū reddet,ut qui seditionē agat,& ipse sibijpsi non consentiat.Deinde inimicū & sibijpsi,& iustis.Nunquid? Etiā.Iusti aūt sunt ô amice & dei? Sint inquit. Et deis ergo inimicus erit iniustus ô Thrasymache: iustus autē amicus. Conuiuare & exsatia te confidenter inquit in sermone, Non enim ego tibi aduersabor,ut ne istorū odiū incurrā. Age itaq̄ inquā ego, etiā reliquū conuiuiū mihi exhibe,ita respōdens uelut etiā nunc.Quòd quidē igitur & sapiētiores,& præstātiores, & potentiores ad faciendū quid sint iusti, apparet: Quòd itē iniusti nihil inter se facere possint.Quare quòd etiam fortiter unquàm aliquid inter se in cōmuni fecerint hi quos iniustos esse dicimus,hoc non omnino uerum diximus.Non enim abstinuissent inter se ab iniustitia uicissim exercenda,si penitus iniusti fuissent. Verū manifestum est fuisse in ipsis iustitiam quandā,quæ fecerit ut ipsi non simul & inter se uicissim, & in eos quos inuaserunt,iniustitiā exercuerint:per quam iustitiā fecerunt ea quæ fecerunt.Progressi autē sunt ad iniusta, per iniustitiā, ut qui è dimidio mali fuerint. Nam qui penitus mali & perfectè iniusti sunt,perfectè etiā ad faciendū impotentes sunt.Hæc igitur ita se habere intelligo,at nō ita ut tu primū ponebas.An uero etiā melius uiuant iusti q̄ iniusti, & feliciores sint,id quod posterius considerandū proposuimus,considerandū est. Apparēt igitur etiā nunc,uelut mihi ex his quæ diximus uidetur:attamen melius aliquantò cōsiderandum est.Non enim de uulgari re nobis disputatio est,sed quo modo uiuere oportet. Considera itaq̄ inquit. Considero inquam ego,& dic mihi, Videtur tibi aliquod equi opus esse? Mihi sanè. Nunquid hoc & equi,& cuiuscunq̄ alterius dixeris opus, quod aut per solū illū, aut optimè, facere quis possit? Non intelligo inquit. At sic fortassis.Est'ne aliud quo uidere possis quàm oculis? Non sanè. Quid uero, audieris alio quàm auribus? Nequaquàm. Nónne iustè hæc horū opera esse dicimus? Maximè. Quid uero gladióne & scalpello,& multis alijs,uitis sarmentū resecueris? Quidni? At nullo alio ita pulchrè ut arbitror,uelut falce ad hoc parata? Nónne igit̄ hoc illius opus ponemus? Ponemus equidem. Nūc itaq̄ melius ut arbitror intellexeris id quod modo interrogabā,quū percunctarer an nō hoc uniuscuiusq̄ opus esset,quod aut per solū, aut præ alijs optimè,efficere quis possit. At intelligo inquit,& mihi uidetur hoc uniuscuiusq̄ rei opus esse. Sit ita inquā ego,Nónne etiā uirtus tibi esse uidetur in unaquaq̄ re, cui sanè etiam opus quoddā demandatum est? Redeamus autem ad eadem rursus. Oculorū ut diximus,est quoddā opus. Est. Nunquid & uirtus oculorū est? Etiam uirtus. Quid uero aurium erat'ne quoddā opus? Etiam. Nónne & uirtus? Etiam uirtus. Quid uero de omnibus alijs nónne eodem modo? Eodem. Age itaq̄. Nunquid oculi unquàm opus suū rectè fecerint,si nō habeāt propriā suā uirtutē, sed pro uirtute uitiū? Et quomodo inquit? Cæcitatē fortassis dicis pro uisu. Quæcunq̄ inquā ego ipsorū uirtus est.Non enim adhuc hoc interrogo:Sed an propria quidē uirtute rectè suū opus operabūtur ea quæ operantur,uitio uero male. Verū inquit hoc dicis. Nón ne etiam aures si sua uirtute priuētur,male suū opus efficient? Maximè. Ponimus igitur etiā alia omnia ad eandē rationē? Mihi sanè uidetur. Age itaq̄ post hęc hoc cōsidera.Est'ne animæ quoddā opus,quod per nullā aliā rē facere possis? uelut est tale, cura re,& imperare,& cōsultare,& eiusmodi omnia.Hęc ipsa per aliúdne quodcunq̄,quàm per animā iustè absoluerimus? & dixerimus propria hæc illius esse? Per nullum aliud. Quid uero ipsum uiuere,animæ opus esse dicemus? Maximè inquit. Nónne & uirtutē quandam animæ esse dicimus? Dicimus. Nunquid unquàm ô Thrasymache,animā bene efficiet sua opera,si propria uirtute priuetur,aut impossibile hoc est? Impossibile. Necesse ergo est per malam animam male imperare & curare:per bonam uero omnia hæc rectè facere. Necesse est, Nónne uirtutē animæ concessimus esse iustitiā, uitiū autē iniustitiam? Concessimus equidē.Iusta ergo anima,& iustus uir,rectè uiuet, iniustus male. Apparet inquit, iuxta tuam rationem. Atqui qui rectè uiuit, beatus est & felix:qui secus, contra? Quidni? Iustus ergo felix est,iniustus miser. Sint ita inquit.

Iniustus deis inimicus

Opus cuiusq; quod sit

Animæ opera

Animæ uirtus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atqui miserum esse non commodat, sed felicem esse. Quid ni? Nunquam ergo ô beate Thrasymache iniustitia magis commoda est quàm iustitia. Hoc itaque inquit conuiuium tibi exhibitum sit in Bendidijs. At te inquam ego ô Thrasymache, postquam mihi mitior factus es, & indignari cessasti. Non tamen pulchrè conuiuatus sum, non quidem propter te, sed propter meipsum. Nam quemadmodum gulosi semper id quod affertur rapiunt ac degustant prius, quàm priore cibo moderatè usi sint: Sic etiam ego uideor mihi prius, quàm inuenerim id quod primum considerabamus, quid uidelicet est iustum, dimisso illo progressus esse ad considerandum de ipso, an uitium sit & imperitia, aut sapientia & uirtus. Et quum postea rursus incidisset sermo, quòd utilior esset iniustitia quàm iustitia, non me continui, ut non ab illo ad hoc transirem. Quare mihi nunc contigit ex dialogo, nt nihil sciam. Quando enim iustum quid est non noui, nullatenus cognouero an uirtus quædam sit, aut non: & utrum is qui ipsum habet, non felix sit, aut felix.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum secundum, de Iusto.

SECVNDVS Dialogus à trina exorditur diuisione bonorum. Bonum profecto idem est atq; expetendum. Expetimus autem aliquid suijpsius gratia tantum, ut uoluptates & gaudium. Aliquid alterius solum gratia, qualia quæcunq; laboriosa sunt. Aliquid & gratia sui, & aliorum quæ inde sequuntur, ceu cognitionem ac prosperam ualetudinem. Iustitiam uero dicit, cum aliorum ex ea sequentium, tum uel maxime suijpsius gratia expetendam. Sed antequam de iustitia perfecte quicquam definiatur, Glauco, quæ prætermissa sunt à Thrasymacho, pro iniustitiæ patrocinio copiosius elegantiusq; prosequitur. Adde & modestiæ. Ait enim, non quia ita sentiat, sed ut prouocet Socratẽ ad iustitiam acrius defendendam, iustitiam se laudaturum. Similia quædam habemus & in Gorgia. Post eum Adimantus, & primũ pro iustitia uerba facit, præmia illi & humana tribuens & diuina. Vbi notabis religiosa quædam mysteria poetarum. Deinde nõnulla pro iustitia adducit in medium, personam uidelicet & Socratis & Thrasymachi referens, addens etiam se non iustitiam uituperare uelle, sed quodammodo Socratem irritare. Optat autem laudes audire iustitiæ, quæ non ab externis, sed ab intrinseca iustitiæ natura ducantur, quales afferri ab alijs non consueuerint. Tu uero animaduerte nõ temere Platonem multa hic rursus ad poetas sacerdotesq; pertinentia posuisse. Ostendit enim in his sæpe à poetis, sæpius à malis sacerdotibus peccandi licentiam prouenire. Vbi gentium superstitiones irridet. Præterea haud ab re in his libris omnium sibi charissimis charissimas sibi personas inseruisse, Glauconem Adimantumq; fratres eius, patremq; Aristonem. Rursus Socratem nihil in omni eius uita propensius contemplatum, quàm secluſis externis affectibus, quidnam sit, quidue faciat uirtus ipsa, uitiumq; in animo. Quod quidem & sponte & prouocatus deinceps de iustitia & iniustitia demonstrabit. Sed ego hic iniuste nimũ prætermisi mirum illud iustitiæ præmium ex Musæi mente adductum, perpetuam inquit ebrietatem. Quod quidem Musæus accepit ab Orpheo, idipsum per Dionysii sacra significante. Hoc illi prophetico simile: Inebriabor ab ubertate domus tuæ. Ebrietas ergo sit duplex. Altera quidem sub luna, Letheo inducta potu: per quam anima extra se posita, & infra se posita obliuiscitur diuinorum circa terrena delirans. Altera uero super lunam nectarea proueniens potione, per quam animus extra se positus, supra se positus, morborum mortalium obliuiscitur: sustiensq; diuina quasi primo illorum splendore caligat: siue potius saporem gustans nouo quodam calore è priori habitu permutatur. Mox uero perspicue cernit gustatq; salubriter, immo uero nutritur. Profecto idea diuina per quam factus est animus, redeunti illabitur animo, ceu gustui sapor. Ab eo primũ suauiter si quid alienum est diluit. Deinde penitus implet, magisq; implendo delectat. Tertio redigit in seipsam inestimabili uoluptate perfundens. Vbi animus ex anima primum factus est intellectus, ex intellectu deniq; deus. Neq; ulterius sicut prius sapit, neq; quæ prius, sed sapit aliter atq; alia. Et quemadmodũ apud nos imaginatio uehemens mouet formatq; corpus, ita & tibi corpus subiectũ animæ sensusq; eius à potentissima cogitatione mentis mouetur protinus & formatur, adeo ut ineffabili dulcedine mẽtis mirabiliter & sensus dulcescat & corpus. Sed iam ad iustitiam reuertamur. Hanc Socrates tanquã disputationis suæ finem atq; obiectũ, per singula quærens, quia difficile inueniretur in animo, prius quærit in ciuitate, tanquam in ea manifestiorem futuram, ut per hanc deinde animi iustitiam manifeste definiat. Vt autem iustitiam in ciuitate considerare queat, constituit ab initio ciuitatem, dicens primo quæ sit eius origo, scilicet indigentia mutua. Deinde quæ materia, scilicet res artesq; necessariæ. Postremo quæ forma, uidelicet regula uictus, legitimaq; gubernatio. Et uideto quantum laudet uitam sobriam, quantum uituperet delicatam atq; luxuriosam. Illa quidem sana atq; sufficiens, hæc autem insana & indigens plurimorum. Deniq; quum ob hanc nascatur bellum, opus est in eiusmodi ciuitate militibus. Quapropter ob diligentem militaris artis institutionẽ deascendens, quot necessariæ sint militi strenuo & custodi patriæ, accurate prosequitur. In omnibus uero memẽto, neminem ad diuersa aptissimum nasci posse. Ideoq; nullum diuersas artes exercere debere. Præsertim cum ex alterius opere, opus immediatur alterius. Oportere & unũquemq; artem suam statim à puero et per omnẽ uitam cõtinue exercere. Præterea miti patriæ custodem talem & nasci & educari debere, ut canũ instar & erga notos sit mitis, & aduersus ignotos fe-

rox, semperq; uigil & sagax. Proinde asserit Socrates principiũ cuiuslibet operis maximũ quiddã esse, in tenera præsertim ætate facile utinq; formabili. Adeirco futuros milites à teneris unguiculis & secũdum animũ primo per musicam, & secundum corpus deinde per gymnasticam rite format, sub musica cõprehendens fabulas quoq; poeticas. Quas præcipit assidue puerorũ auribus adhibere. Sed tales solum, quales ad militare studium quasi præludia quædam & prouocent & erudiant. Similiterq; cæteros bis à pueritia fabulis iubet assuefieri, quæ studio potissimum futuro conducant. Contrarias uero longius arcet. Id uero maximum est præceptum. Detestatur mox poeticam impietatem turpia de dijs fingentẽ. Atq; eiusmodi audiri fabulas prohibet, Subiungit geminas theologiæ figuras. Primam, Deum omnino bonum esse, bonorumq; duntaxat causam. Mali uero nullius causam esse Deum. Item siquem Deus punit, punire gratia boni. Secundũ uero, Deum esse penitus immutabilem, ex eo quod simplicissimus, potentissimus, optimus, sapientissimus. Quo fit, ut neget Deum aliquando quenquam fallere, uel fictis simulacris, uel signis atq; uerbis. Neq; enim in uarias mutatur formas, neq; cum non mutetur, simulat permutari. Cõclude librum aurea quadam sentẽtia. Mendacium maxime omniũ & dijs & hominibus est odiosum. Quod si mendaciũ in sermone odiosum est, idq; simulacrũ est mendacij ipsius quod est in animo, nimirum mendacium quod in animo est, & dijs & hominibus est admodum odiosum. Eiusmodi uero mendacium est ignorantia, per quam circa rerum ueritatem sibimet animus ipse mentitur. Quoniam uero ueritas ad id quod esse dicitur, spectat, ideoq; falsum ad non esse declinat, merito mendax quatenus in falsum labitur, eatenus in nihilum quoq; prolabitur.

PLATONIS DE REPVBLICA, SIVE DE IVSTO. DIALOGVS II.

EGO igitur quum hæc dixissem, à disputatione liberatum me esse putabam. Verum ut apparet, erat hoc proœmium. Nam Glauco qui semper ad omnia fortissimus est, etiam tunc Thrasymachi in dicendo fatigationem non admisit, sed ô Socrates inquit, utrum uideri uis nobis persuasisse, aut reuera persuasisse, quòd omni modo melius est iustum esse, quàm iniustum. Reuera inquam ego mallem, si in me situm esset, Non itaq; inquit facis quod uis. Dic enim mihi, Videturne tibi eiusmodi quiddam esse bonum, quod habere uelimus, non ea quæ inde eueniunt appetentes, sed ipsum suijpsius gratia amplectentes? uelut est gaudere, & uoluptates quæ innoxiæ sunt, etiam si nihil in posterum tempus per ipsas aliud fiat, quàm ut gaudeat qui illas habet? Mihi inquam ego tale quiddam esse uidetur. Quid uero illud, quod & ipsum sui gratia amamus, & eorum gratia quæ ab ipso fiunt, uelut sapere, & uidere, & sanum esse. Talia enim propter ambo amplectimur? Etiam inquam. Tertiam uero uides inquit, boni speciem quandam, in qua est exerceri, & ægrotum curari, & medicatio, ac reliquum pecuniæ studium? Hæc enim laboriosa esse fateamur, & tamẽ nobis prodesse, & ipsa quidem suijpsorũ gratia habere non expetiuerimus, uerum mercedis gratia & aliarum rerũ quæ nobis ab ipsis contingunt. Est equidem inquã & hæc tertia. Sed quid tum? In quo genere ex his iustitiam ponis? Ego quidem arbitror inquam in optimo, quod & propter seipsum, & propter ea quæ ab ipso eueniunt, amplectendum est ei qui beatus esse uelit. Non sanè inquit, ita pleriſq; uidetur, sed laborioſi generis esse, quod mercedis gratia & ob existimationem & gloriam expetitur, ipsum uero propter seipsum fugiendum est, ut quod sit molestum. Noui inquam ego ita uideri, & dudum à Thrasymacho uelut quod tale sit uituperari, Iniustitiam uero laudari: Verum ego ut apparet ad discendum tardus sum. Age itaq; inquit, audi etiam me, si tibi eadem uidentur. Thrasymachus enim mihi uidetur citius quàm oportebat, à te uelut serpens incantatus esse. Mihi uero nondũ ex animi sententia facta est de utroque demonstratio. Cupio enim audire quid sit utrunq;: & quam uim habeat ipsum per seipsum in anima existens: mercedem autem & quæ ex ipsis cõtingunt ualere sinere. Sic igitur faciam, si etiam tibi uidetur, renouabo Thrasymachi sermonem, & primum quidem dicam, quale quiddam iustitiam esse aiunt, & unde ortam esse putent. Deinde quòd omnes qui ipsius studio tenentur, inuiti id faciant, uelut rem necessariã sequentes, & non ut bonam. Tertio quòd meritò hoc ipsum faciũt. Multò enim melior est iniusti quàm iusti uita, uelut dicũt. Nam mihi ô Socrates nondum ita uidetur. Ambigo tamen dum audiendo Thrasymachum & innumeros alios, aures mihi implentur. At orationẽ pro iustitia, quòd melior sit q̃ iniustitia, ex nemine adhuc audiui ut uellem. Vellem autẽ audire ipsam per seipsam laudari. Maximè uero spero me hoc ex te auditurum esse. Qua-

Iustitia in quo genere bonorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter extento sermone iniustæ uitæ laudes recensebo, & dum hoc ago, ostendam tibi, quo modo & te rursus audire uolo, ut iniustitiam quidem uituperes, iustitiam uero laudes. Verũ uide an placeãt tibi ea quę dico. Omniũ maximè inquã ego. De qua enim re quis mente præditus libentius & dicat sæpe, & audiat: Optimè inquit dicis, & quod primũ dicturũ esse me dixi, de hoc audi, & quid sit, & unde orta sit iustitia. Ex natura equidem aiunt iniusta facere, esse bonũ: iniusta pati, malum. Magis tamen excedere malo, iniusta pati, q̃ bono, iniusta facere. Quare postquã uicissim & iniusta fecerũt, & pertulerũt, & ambo gustauerũt & qui alterũ euitare, alterũ facere non possunt, his uidetur conducere ut inter se paciscãtur, ut neq; iniusta faciant, neq; patiantur. Et hinc sanè incœpisse leges condere, & ipsorũ constitutiones: & nominasse id quod constitutũ esset à lege, legitimũ & iustum: & esse hanc originẽ & naturam iustitiæ, quæ media est inter id quod optimũ est, si iniusta faciens pœnã non det: & id quod pessimũ est, si is qui iniusta pertulit, ulcisci non possit. Iustum autẽ quod in medio horum amborũ est, amari nõ uelut bonum, sed uelut quod ob iniusta faciendi imbecillitatem in honore sit. Nam qui hæc facere potest, & reuera uir est, eum cum nemine unquam pacisci, ut neq; iniusta faciat, neq; patiatur. Alioqui enim insanire. Hæc igitur & talis est ô Socrates iustitiæ natura, & talia sunt ea ex quibus orta est, ut fama refert. Quòd uero etiam qui ipsius studio tenentur, inuiti id faciant, ob iniusta faciendi impotẽtiam, maximè perceperimus, si tale quid statuerimus, ut utriq; & iusto, & iniusto potestatẽ dederimus faciendi quicquid uelit. Deinde obseruemus spectãtes quo utrũq; cupiditas ducet. In ipso igitur furto deprehenderimus, iustum cum iniusto in idem tendentem, ob plus habẽdi cupiditatem, quam omnis natura persequi solet, uelut bonum, uerum per uim abducitur lege ad æqualitatis cultum. Esset autem potestas de qua dico talis maximè, si ipsis contingeret ea facultas, qualem aliquando Gygæ Lydi progenitori contigisse ferunt. Fuisse enim ipsum pastorem mercenarium apud eius temporis Lydiæ principem. Quũ autem pluuia multa & terræ motu facto, terra dehiscceret ingenti iuxta locum ubi pasceret hiatu, conspicatum illum & admiratione ductum descendisse, & uidisse tum alia quædam de quibus fabulantur admiranda, tum equum æneum cauum, in quo feneſtræ essent, & in ipso uidisse cadauer, quod maius quàm iuxta humanum modum appareret, & aliud nihil haberet, præterquã aureum in digito anulũ, quo detracto illum rursum inde egressum esse. Et quum pro cõsueto more conuenissent pastores, ut menstruam de gregibus rationẽ ad regem referrent, uenisse & illum anulũ in digito gestantẽ. Considente igitur ipso cum alijs, contigisse ut palam anuli cõuerterit ad seipsum ad internam manus partem. Quo facto incõspicuum ipsum factũ esse omnibus assidentibus, ita ut colloquerẽtur uelut ille abijsset. Itaq; admiratũ ipsum esse, & rursus contactũ anulum cõuertisse, pala foras spectante, atq; ita cõspicuum factũ esse. Quũ igitur hoc animaduertisset, experimentum de anulo fecisse an hanc uim haberet, & ipsi ita contigisse, ut conuersa intrò anuli pala, à nullo uideretur, & eadem rursus foras conuersa, conspicuus esset. Hac autem re percepta statim illum curasse, ut unus ex legatis ad regem esset: atque ita ea anuli oportunitate usum, uxorem regis stuprasse, & illa adiuuante insidias regi struxisse, ipsum occidisse, & regnum occupasse. Si igitur duo eiusmodi anuli essent, & alterum iustus, alterum iniustus indueret, nullus profectò ut apparet adeò adamantinus esset, ut in iustitia permaneret: & alienis abstinere eaq; non contingere auderet, quum liceret ipsi & ex foro quicquid uellet intrepidè auferre, & in domos ingredi, & conuenire quemcunq; uellet, & interficere, & è uinculis exoluere quoscunque liberet, & reliqua inter homines facere, uelut qui deo sit æqualis. Quum uero sic faceret, nihil ab altero diuersum faceret, sed ad idem ambo tenderent. Quanquam etiam hoc magnum signum affirmare quis poterit, quòd nemo uolens, sed coactus iustus sit, uelut non sit hoc priuatim bonum: quoniam ubicunq; quiuis se iniusta facere posse putat, iniusta facit. Qui enim multò magis iniustitiam priuatim utilem esse putat, quàm iustitiam: & rectè putat, uelut asserit is qui de hoc sentẽtia disputat. Nam si quis eiusmodi potestatem adeptus nihil unquam iniustè facere uelit, neq; aliena contingat, is miserrimus & stolidissimus esse putaretur, apud eos qui hoc animaduerterent. Laudarint tamen ipsum contra seipsos, decipiẽtes seipsos uicissim, ob timorem ne iniusta patiantur. Atq; hæc quidem ita

Legũ & iustitiæ origo

Iustos inuitos tales esse

Iniustitiæ utilitas

ita se habent. At iudicationẽ uitæ ipsorum de quibus dicimus, si & iustissimum, & iniustissimum distinxerimus, rectè iudicare poterimus: sin minus, non item. Quæ est igitur distinctio? hæc nimirum. Nihil auferamus neq; de iniustitia iniusti, neq; de iustitia iusti: sed perfectum utrunq; in suũ ipsius studiũ ponamus. Primum igitur iniustus uelut præstãtes artifices faciat: uelut aut gubernator, aut medicus summus, & quæ in arte fieri possunt, & quæ non possunt percipit, & illa quidem aggreditur, hæc autẽ omittit. Insuperq; si alicubi aberret, corrigere potest. Sic etiã iniustus dum iniusta facta aggreditur, lateat, si ualdè iniustus esse uolet. Nam qui deprehenditur, is uilis censeri debet. Extrema enim iniustitia est, iustum esse uideri eũ qui nõ sit. Danda igitur est perfectè iniusto perfectissima iniustitia, & non auferenda, sed permittendũ ut qui maximè iniustus sit, maximã iustitiæ opinionẽ sibijpsi comparet. Dandũ etiã est ut si cubi erret, corrigere id possit: & ut dicendo præstet ad persuadendũ, si quod iniustũ factũ manifestũ fiat: & ut per uim cogere possit, ubi uiolentia opus sit, tũ per fortitudinẽ & robur, tum per amicorum & opum subsidium. Hũc autem quũ talem posuerimus, iustũ iuxta ipsum sermone statuamus, uirum simplicem & generosum, qui secundum Aeschylũ, non uideri, sed esse bonus uult. Auferenda est itaq; ab ipso omnis opinio. Si enim iustus esse uidebitur, contingent ipsi honores & munera, dum talis esse uidetur. Incertum igitur erit an iusti, aut munerum & honorum gratia talis fuerit. Proinde omnibus denudandus est præterquàm iustitia, & ponendus ut contrario modo affectus sit priori. Quum enim nihil iustè faciat, maximã iniustitiæ opinionem habeat, ut sit exploratus ad iustitiam, ex eo quòd à mala de se opinione, & his quæ ad ipsam sequuntur, non mollitur, sed immutabilis manet usq; ad mortem, ut uideatur quidem esse iniustus per uitam, sit tamen iustus: quo ambo ad extremũ progressi, hic iustitiæ, ille iniustitiæ, iudicentur uter ipsorum sit felicior. Papę inquam ego chare Glauco, quàm fortiter utrunq; uirum uelut statuam ad iudicium expurgas. Quàm maximè inquit possum. Quum itaq; tales sint, nulla amplius difficultas est, ut ego puto, recensere qualis utrunq; uita maneat. Dicendum igitur, & si quid forte agrestius dicetur, ne me dicere putes ô Socrates, sed eos qui præ iustitia iniustitiã laudant. Dicent autem hęc. Iustus qui ita affectus est, flagellabitur, torquebitur, uinculis illigabitur, exurentur ei oculi, & tandem omnia mala perpessus in crucem tolletur, & cognoscet quòd non esse iustum, sed uideri, uelle oportet. At Aeschyli carmen longè rectius de iusto dici poterat. Reuera enim dicent iniustum, utpote rem tractantem, & ueritati initentem, & non ad opinionem uiuentem, non uideri, sed esse uelle iniustum: ita ut profundi per mentẽ sulci fructũ capiat, ex qua præstantia germinant consilia. Sic eñ dicit.

Sulco ex profundo mentis hic fructum feret,
Quæ consilijs subinde germinat bonis.

Ac primum quidem principem ipsum esse in ciuitate, ut qui iustus esse uideatur. Deinde uxorem ducere unde uoluerit, & suas collocare quibus uelit, cõtractus & societates habere cum quibus uelit, & ex his omnibus utilitatem & lucrum capere, eo quòd iniusta facere nõ uereatur. Proinde ad certamina progressum & priuatim & publicè superiorem esse, & inimicis plus habere: plus habentem uero ditescere, & amicis benefacere, & inimicos lædere, & dijs sacrificia ac donaria luculenter & magnificè sacrificare ac dedicare, & deos multò melius quàm iustum colere, & ex hominibus quos uelit. Quare ex ueri similibus consentaneum esse, ipsum dijs magis charũ esse, quàm iustũ. Ita aiunt ô Socrates & à dijs, & ab hominibus iniusto uitam melius cõparatam esse, quàm iusto. Hæc ubi Glauco dixisset, ego quidem ad hæc aliquid dicere cogitabam, Verum frater ipsius Adimantus, nondum inquit putas ô Socrates satis dictum esse de hac disputatione. At quid tum inquam? Ipsum inquit dictum non est, quod maximè dictum esse oportebar. Proinde inquam ego, id quod dicitur, frater uiro adsit. Quare & tu si quid hic prętermisit, exple: quanquam ad me prosternendũ etiam ea quæ ab hoc dicta sunt sufficiant, ut ad opem iustitiæ ferendam impotentem me reddant. Et ille nihil inquit dicis, sed adhuc etiam hæc audi. Oportet enim nos recensere etiam sermones contrarios his quos ille dixit, qui iustitiam quidem laudent, iniustitiam autem uituperent: quo clarius euadat id quod Glauco uelle mihi uidetur. Dicunt autem sic. Et adhortantur patres filios, & omnes qui aliquorum curã gerunt, iustũ esse oportere, nõ ipsam iustitiã laudan

tes,

Vita iniusti qualis sit

Iniustitia extrema quæ sit

Vita iusti qualis sit

Videri quàm esse præstabilius

Universidad de Deusto
Biblioteca

res, sed eas quæ ex ipsa emergunt existimationes: quo ei qui iustus esse uideatur, ex existimatione cõtingant principatus, & nuptiæ, & ea quæ Glauco modo recensuit, ex claritudine iusto emergentia. Hi uero amplius claritudinis bona explicant. Nam existimationes à diis producentes, luculenta piorũ bona recensent; quæ deos immortales dare dicunt. Quemadmodum generosus Hesiodus & Homerus dicunt, alter quercus iustis deos facere,

Iustorum bona

Partibus ut summis glandes, mediis ut apes sint,
Lanigerumq; pecus denso sit uellere onustum:

Et alia sanè multa bona ex his hærentia. Similia uero etiam alter,

Vt tua (inquit) uel sancti regis, cui pectora iusto
Sint plena, ex nigro producat tellus agello
Ordea cum tritico, fructus sit & arbore multus,
Fœtificumq; pecus, dein plenum piscibus æquor.

Musæus autem & ipsius filius maiora adhuc his bona iustis à diis tribuunt. Nam ad orcum perductos discumbere faciunt, ac instructo sanctorum conuiuio coronatos assidere dicunt, ita ut per omne iam tempus ebrij degant: pulcherrimam uirtutis mercedem perpetuam ebrietatem arbitrati. Alij uero longiores adhuc his mercedes à diis rependunt. Filios enim filiorum & genus pij ac iusti ad posteritatẽ relinqui dicunt. Hęc itaq; & alia huiusmodi de iustitia prædicant. Impios autem & iniustos in cœnum quod dam apud inferos defodiunt, & cribro aquam gestare cogunt, Insuperq; uiuos infamia notantes, quæ Glauco de iustis, qui tamen iniusti putarentur recensuit supplicia, ea de iniustis referunt, alia uero non habent. Hæc igitur laus est & uituperatio utrorũque. Ad hæc uero considera ô Socrates etiam aliam sermonum de iustitia & iniustitia speciem, quæ & priuatim, & à poetis refertur. Omnes enim uno ore prædicant, præclaram rem esse temperantiam & iustitiam, difficilem tamen & laboriosam: Intemperantiam uero & iniustitiam, iucundam quidem & facilem adeptu, opinione uero solum & lege turpem. Vtiliora uero esse iniusta quàm iusta ut plurimum dicunt. Et prauos diuites, & alijs potestatibus præfectos, beatos prędicare, & prompte honorare, tum publicè, tum priuatim gestiunt: eos autem ignominia afficere & cõtemnere, qui impotentes fuerint & pauperes, etiamsi confiteantur ipsos meliores alijs esse. Horum itaq; omnium maximè admirandi sermones & de dijs, & de uirtute recensentur: quòd sanè etiam dij multis quidem bonis infelicitatem & uitam malam tribuunt: contrarijs autem contrariam sortem. Prestigiatores autem & uates diuitum fores adeuntes persuadent uim sibi esse, quæ sacrificijs & incantationibus à diis suppeditetur, ut siue iniustè quid factũ sit à quopiam, aut maioribus ipsius, medeantur ac expurgent illud per oblectamenta & festiuitates: & si quis inimicum aliquem lædere uelit, ut cum paruo sumptu iustum similiter ac iniustum lædat, incantationibus quibusdam & uinculis uelut dicũt inducentes deos, ut sibi inseruiant. Omnibus autem his sermonibus poetas testes adducũt, partim quòd facilis sit in uitium prolapsio, ut in hoc.

Iniustorũ mala

Incantationis uires

Improbitas uel tota simul capienda uagatur,
Perfacilisq; uia, nobis & proxima adhæret.
Sudorem at diui uirtuti præposuerunt.

Et longam quandam & accliuem uiam: partim uero quòd dij ab hominibus concilientur, Homerum testem producunt. Nam & ille dixit,

Sunt flexibiles quoq; diui,
Atq; homines precibus placant hos, sacrificantq;,
Delicti ueniam libo & nidore precantes.

Librorũ porrò magnũ cumulũ proferunt Musæi & Orphei, Lunę & Musarũ nepotũ, uelut aiũt, secundũ quos libros deorũ imagines circũferunt, persuadentes nõ solũ idiotis, sed etiã ciuitatib, q; exolutiones & purificationes iniustè factorũ, per sacrificia & lu dorũ oblectamẽta, & uiuẽtib. & mortuis cõtingũt. Has aũt lustrationes uocãt, quę nos à malis quæ isthic sunt exoluũt. At eos qui nõ sacrificarũt, horrẽda isthic manẽt. Hęc omnia inqt ô chare Socrates, quæ talia & tãta de uirtute & uitio dicunt, quõ & hoies & dij ipsis honorẽ habeãt: si iuuenum animæ audiũt, quid ipsas facere putamus, eorũ dico qui

qui ingenioſi sunt, & ad omnia quæ dicuntur intelligenda præstantes, ita ut uelut aduolantes ex ipsis colligant, qualis quis si sit, & quo progressus, uitam optimè transigere possit. Consentaneum enim est ipsum illud Pindari ad seipsum dicere, utrum iustitiæ cõscensis amplis mœnibus, aut obliquæ fraudis, ita munitus uitam transigam? Quæ enim dicuntur, si quidem iustus sim, & non uidear, nullam utilitatem mihi afferre dicunt, sed dolores & detrimenta manifesta. Iniusto uero ad iustitiæ opinionem comparato, diuinam uitam esse dicitur. Nónne quãdoquidem uideri, & ueritatem cogit, & felicitatis dominium habet, ad hoc in totum me conuertam, & præ foribus quidem ac in speciem uirtutis adumbrationem circum me circumcirca describam, à tergo uero sapientissimi Archilochi uulpeculam traham, astutam illam & uariam? At enim dixerit quis, non facile esse semper latere eum qui malus est: huic respondebimus neq; aliud quicquàm rerum magnarum facile esse. Attamen si felices esse uolumus, hac eundum est, prout rationum uestigia ducunt. Nam ad hoc ut lateamus, coniurationes & sodalitates contrahemus: suntq; persuasionis doctores, sapientiam concionandi ac iudiciariam tradentes, ex quibus partim persuadebimus, partim cogemus, ut dum plus nobis sumimus, pœnam non demus. At uero deos neque latere, neque cogere possibile est? Nónne si quidem non sunt, aut nihil humanarum rerum ipsis curę est: neque nobis curandum est ut lateamus. Si uero sunt, & humanas res curant, non aliundè ipsos cognoscimus, aut de ipsis audiuimus quàm ex sermonibus & genealogijs ipsorum scriptis per poetas. Iidem uero tradunt fieri posse, ut & sacrificijs, & blandis precibus, & donarijs persuasi reconcilientur: Quibus aut ambo, aut neutrum credere oportet. Si igitur credendum est, iniustè facientibus aut patiemur, & iniusta lucra reprobabimus. Si uero iniusti, lucrabimur, & transgredientes ac peccantes supplicabimus, ut ipsis persuasis indemnes abeamus. At enim apud inferos pœnam iniustè hic factorum dabimus aut ipsi, aut filij filiorum? Imò ô amice dicet ille rationum adductor, expiationes rursus multum possunt & flexibiles dei, uelut maximæ ciuitates, & deorum filij poetæ, & deorum Prophetæ dicunt, qui hæc ita se habere significant. Qua igitur adhuc ratione iustitiã præ maxima iniustitia elegerimus? quam si cum adulterato ornatu acquiremus, & apud deos, & apud homines ex sententia agemus, & uiui & mortui, uelut multorum & summorum uirorum sententia confirmat. Ex omnibus itaque relatis qua arte fieri possit ô Socrates ut quis iustitiam colere uelit, cui aliqua sit facultas fortunæ, aut pecuniarum, aut corporis, aut generis: & non ridere si laudari illam audiat? Nam etiamsi quis ea quæ retulimus falsa ostendere posset, & optimam esse iustitiam nouerit, multam tamen ueniam habet, & non irascitur iniustus. Nouit enim quòd nisi quis diuina natura præditus iniustitiam odio habeat, aut scientiam adeptus ab ipsa abstineat, nemo alius ultrò iustus sit: sed præ ignauia aut senectute, aut alia quadam debilitate iustitiam uituperat, quum iniusta facere non possit. Atque hoc inde manifestum fit. Primus enim ex talibus ubi ad potentiam peruenit, primus iniusta facit, quantum uires eius sinunt. Et horum omnium nulla alia causa est, quàm illa unde tota hæc disputatio profecta est, ut & hic & ego contra te ô Socrates dicamus: quoniam ex omnibus uobis, qui iustitiæ laudatores esse uos asseritis, si ab Heroibus qui ab initio fuerunt, & quorum orationes ad huius temporis homines restant, initium sumatur, nemo unquàm uituperauit iniustitiam, neque laudauit iustitiam, aliter quàm ut existimationem & honores ac munera ab ipsis proficiscentia respiceret. Ipsam uero utranque, ut sua potestate in habentis animam insit, & deos ac homines lateat, nemo unquàm neque in poesi, neque in priuatis orationibus, pro dignitate exequutus est, quòd uidelicet illa sit maximum ex his malis quæ anima in se habet. Iustitia uero maximum bonum. Si enim sic à uobis omnibus ab initio dictum fuisset, & nobis ex adolescentia persuasissetis, non sanè alter alterum obseruaret, ne iniusta faceret, sed quisq; suipsius optimus esset, custos, timens ne iniusta faciens maximo malo cohabitet. Hæc ô Socrates, fortassis autẽ etiam adhuc plura his, & Thrasymachus & alius quispiam dixerint de iustitia & iniustitia, ipsarum uim ut mihi uidetur importunè peruertentes. At ego, nihil enim opus habeo ut te celem, te audire cupiens, contraria quantum maximè possum producens dico. Non igitur solum nobis

Videri quid faciat

oratione

Universidad de Deusto
Biblioteca

oratione explicabis, iustitiam iniustitia esse meliorem, sed etiam quid utraq; efficiens in eo qui ipsas habet, ipsa per seipsam, hęc quidē mala est, illa uero bona. Opiniones aūt auferes, quemadmodū etiā Glauco iussit. Si enim nō auferes utrinq; ueras, falsas autē apposueris, nō iustū laudare te dicemus, sed uideri: neq; iniustū uituperare, sed iniustū uideri: & hortari ut qui iniustus sit, lateat: & consentire Thrasymacho, quòd iustum quidem sit alienum bonum, commodum potentioris: iniustum uero sibijpsi quidem commodum & utile, inferiori uero incommodum. Quandoquidem igitur confessus es ex maximis bonis esse iustitiam, quæ & eorum quæ ex ipsis eueniunt gratia, digna sunt ut expetantur, multò autem magis suijpsorum gratia, uelut est uidere, audire, sapere, & sanum esse, & quæcunq; alia bona ex sua natura fœcunda sunt, & non opinione: hoc ipsum igitur in iustitia lauda, quo ipsa per seipsam habenti prodest, & in iustitia id quo lædit. Mercedem autem & existimationem alijs laudanda permitte. Nam ego alios quidē ferre possem sic laudantes iustitiam & uituperantes iniustitiam, ut existimationes ex ipsis & mercedem laudent & uituperent: Te uero nequaquàm, nisi tu iubeas, eo quòd omnem uitā nihil aliud quàm hoc considerans transegisti. Ne igitur solum nobis oratione explica, iustitiam iniustitia esse meliorem, sed etiam quid utraq; efficiens in eo qui ipsas habet, ipsa per seipsam, siue lateat, siue non, tum deos, tum homines, hæc quidem mala sit, illa uero bona. Et ego quum hæc audiuissem, etiamsi semper Glauconis & Adimanti naturam admiratus essem, tamen tunc ualdè delectabar ac dicebam: Non male in uos ô uiri illius filij, principium elegiarum Glauconis amator fecit, qui existimatione circa Megaram à uobis parta dixit,

Laudandi & uituperandi modus

Filij Aristonis diuum genus inclyta proles.

Hoc mihi ô amici rectè se habere uidetur. Diuino enim admodum modo affecti estis, si iniustitiam iustitia meliorem esse non persuasi estis, quum ita de ipsa dicere possitis. Videmini autem mihi reuera non persuasi esse. Coniecturam uero facio ex reliquis uestris moribus, alioqui uerbis uestris fidem non habuissem. Quantò autem magis credo, tantò magis quid faciam ambigo. Neq; enim quomodo opem feram habeo: Videor enim mihi impotens esse, id quod ex hoc signo deprehendo, quòd ea quæ aduersus Thrasymachum dixi, & demonstrare me putabam, iustitiam esse iniustitia meliorem, non recepistis: Neq; rursus quomodo non feram habeo. Timeo enim ne impium sit, si quis iustitiam uituperari audiat, & animum abijciat, & non opē ferat, dum adhuc spirat, & loqui potest. Optimum igitur fuerit ita ut uires sinunt ipsi opitulari, quando sanè Glauco & alij rogarunt ut omni modo opem feram, & sermonem non remittam, sed perscruter, et quid sit utraq;, et quomodo ueritas se habeat de utriusq; utilitate. Dicebā igitur id quod mihi uisum fuit, quæstionem quam aggrederemur non esse uilem, sed acutè uidentis, ut mihi uideretur. Quandoquidem igitur nos habemur hac parte præstantes, uidetur mihi inquam ego, talem ipsius inquisitionem facere oportere, qualem si quis minutas literas procul legere imperasset his qui nō admodum acutè uident. Et deinde cognouisset quis easdem literas esse etiam alibi maiores, & in maiori loco. Lucrum enim ut arbitror uideretur, illis primum lectis, ita minores considerare an sint eædē. Maximè inquit Adimantus. Sed quis tu tale ô Socrates in quæstione de iusto uides? Ego tibi inquam dicam. Dicimus ne iustitiam esse unius uiri, esse uero etiam totius ciuitatis? Maximè inquit ille. Nónne ciuitas maior est uno uiro? Maior inquit. Fortassis itaq; maior iustitia in maiore fuerit, & facilior cognitu. Si igitur uultis, primum in ciuitatibus quæramus quid sit. Deinde sic considerabimus etiam in unoquoq;, maioris similitudinem in minoris idea contemplantes. At bene uideris mihi dicere. Nunquid inquā ego, si ciuitatem oratione construi uideremus, etiam iustitiam ipsius & iniustitiam condi uiderimus? Fortassis inquit ille. Nónne dum construitur ipsa, spes est ut facilius uideamus id quod quærimus? Maximè. Videtur igitur oportere conari ut perficiatur. Arbitror enim non exiguum hoc ipsum opus esse. Considerate igitur. Considerabimus inquit Adimantus, Quare ne aliter facias. Construitur itaq; inquam ego ciuitas ut puto, quādo quisq; nostrū sibijpsi nō sufficit, sed multis indiget: aut aliud quoddā ciuitatē condendarū initiū esse putas? Nullum inquit. Sic itaq; alius alium atq; alium ob aliam necessitatem sibi adiungens, & quum multis opus habeamus, multis ad unam

unam habitationem congregatis socijs & auxiliarijs, huic cohabitationi ciuitatis nomē imponimus. Nūquid? Maximè. Impertit itaq; alter alieni, aut uicissim ab altero sumit, melius hoc sibi esse putans. Maximè. Age itaq; inquā ego oratione ab initio condamus ciuitatem. Condet autem ipsam nostra ut apparet necessitas. Quidni? At qui prima & maxima necessitas est alimenti præparatio; ut & simus & uiuamus. Omnino. Secunda uero habitationis. Tertia uestitus & huiusmodi. Est ita. Age itaque inquam ego, quomodo ciuitas ad talem præparationem sufficiet? Nunquid alius agricola, alius ædificator, alius textor erit? aut etiam sutorem hic apponemus, aut alium quendam eorum quæ ad corpus pertinent curatorem? Maximè. Fuerit autem ciuitas maximè necessariò ex quatuor aut quinq; uiris? Apparet. Quid tum postea? Vnumquemque horum oportet suum opus omnibus commune deponere, Velut agricolam qui unus est, cibos quatuor illis præparare, & quadruplex tempus & laborem in præparando cibo insumere, & alijs communicare: aut illis neglectis, sibijpsi soli quartam partem huius cibi, in quarta temporis parte parare. Ex reliquis autem tribus partibus, unam in domus structura conterere, alteram in pallij, tertiam in calceamentorū apparatu: & non alijs communicare, & molestias habere, sed seipsum per seipsum suas res curare. Et Adimantus fortassis inquit ô Socrates sic facilius fuerit, quàm illo modo. Non per louem inquam, Esset enim absurdum. Cogito enim ipse te dicente, quòd primum quidem nascitur unusquisq; non admodum similis unicuiq;, sed natura diuersus, alius ad alterius operis actionem: aut non ita tibi uidetur? Mihi sanè. Quid uero, fecerit' ne unus multas artes melius, aut unam? Vnus inquit unam. Atqui & hoc manifestū esse arbitror, quòd si quis alicuius operis prætermiserit occasionem, perit. Manifestum equidem est. Non enim id quod fieri debet, facientis ocium expectare uult, sed necesse est ut qui facit sequat' id quod fieri debet, atq; hocnō obiter uelut aliud agens. Necesse est. Ex his itaq; constat, & plura & singula, & melius & facilius fieri, quum unus unū, secundum naturam, & pro occasione, ab alijs ocium agens, fecerit. Omninò ita. Pluribus itaq; ô Adimante ciuibus opus est quàm quatuor, ad pręparāda ea de quibus dixi mus. Nam agricola ut apparet, non ipse sibijpsi faciet aratrum, si melius esse debet, neque bidentem, neque alia instrumenta ad agriculturam pertinentia: Neque rursus ædificator. Multis autem & huic opus est. Similiter & textor & sutor. Aut non ita? Vera dicis. Fabri uero & lignarij & ferrarij, & huiusmodi quidam multi opifices, si nobis socij in ciuitate fiant, frequentem ipsam efficiunt. Maximè. At non magna adeò fuerit adhuc, si non bubulcos & opiliones & alios pastores apposuerimus, quo & agricolæ ad arandum boues habeant, & ædificatores ad uecturas, una cum agricolis iumentis utantur, textores autem & sutores, corijs & lanis. Neque parua fuerit ciuitas inquit ille, quæ omnia hæc habet. Atqui inquam ego, condere ipsam ciuitatem in huiusmodi locum, ubi non opus sit aliqua extrinsecus inuehere ferè impossibile est. Impossibile est. Insuper ergo opus habebit adhuc etiam alijs, qui ex alia ciuitate ipsi afferant ea quibus opus habet. Opus habebit. Sed & uacuus fuerit minister, qui nihil eorum afferat quibus illi indigent, à quibus auferunt sui ciues ea quibus ipsis opus est. Vacuus enim redibit. Nunquid? Mihi ita uidetur. Oportet itaque non solum sibi ipsis parare ut sufficiant domestica, sed etiam talia ac tot, qualia & quot illis sufficient, quibus opus habent. Oportet equidem. Pluribus itaq; & agricolis & alijs opificibus opus est nobis in ciuitate. Pluribus sanè. Et alijs ministris, qui & efferant & inferant singula. Hi uero sunt mercatores. Nunquid? Etiam. Et mercatoribus itaque opus habebimus. Maximè. Et si quidem per mare mercatura fiat, multis etiam alijs opus habebit operarum marinarum peritis. Multis certè. Quid uero in ipsa ciuitate, quomodo alius alij impertiet ea quæ singuli operantur: quorum sanè gratia, societate contracta ciuitatem condidimus? Manifestum est inquit ille, quòd uendentes & ementes. Ea itaque gratia forum, & numisma signum permutationis constituetur. Maximè. Si igitur agricola, aut alius quispiam opifex, aliquid ex his quæ facit ad forum deportet, & non eodem tempore ueniat, quo illi quibus opus est ab ipso emere, cessabit à suo opificio desidens in foro? Nequaquàm inquit ille. Sed sunt qui ubi hoc uident, seipsos ad ministerium hoc disponunt, in rectè institutis ciuitatibus ferè

Ciuitas ex quinq; ciuibus

Vnus ad multa non idoneus

Mercatorum necessitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferè hi qui corporibus debilissimi, & ferè inutiles sunt ad aliud opus agendum. Nam isti hic in foro ipsos manere oportet, ut partim pecunia coemant ab his qui aliquid uendere uolunt, partim rursus pecunia uendant, his quibus emere opus est. Hæc ergo necessitas inquam ego, caupones nobis in ciuitatem inducit. Aut non caupones uocamus eos qui emptionem & uenditionem administrant sedentes in foro: eos uero qui ad ciuitates diuagantur, mercatores? Maximè. Adhuc uero alij quidam sunt ut ego puto ministri, qui mentis quidem societatem non admodum inire possunt, uerum corporis robur ad laborem præstans habent, qui sanè uendentes roboris usum, pretium hoc mercedem uocantes, mercenarij ut puto, appellati sunt. Nunquid? Maximè. Complementum itaque ciuitatis sunt ut apparet etiam mercenarij. Ita mihi uidetur. Nunquid ô Adimante iam aucta est nobis ciuitas, ut sit perfecta. Fortassis.

Cauponũ usus

Mercenariorũ usus

Vbi igitur tandem in ipsa fuerit iustitia & iniustitia, & cum qua re, ex his de quibus considerauimus, inserta? Ego quidem ô Socrates non scio, nisi fortassis in horum ipsorum mutuo quodam inter se usu. At fortassis inquam ego rectè dicis, & considerandum sanè & non cessandum. Primum igitur consideremus qua uictus ratione utentur hi qui ita præparati sunt. Aliud'ne quid quàm cibum parabũt & uinum, & uestes, & calceamenta, & domos extruent? & æstate quidem plerunq; nudi & discalceati operabuntur, hyeme uero induti & probe calceati. Nutrientur autem ex hordeo polentam præparantes, & ex tritico farinam, ita ut his subactis & coctis, mazas & panes præstantes facient, quos super arundine quadam, aut puris foliis componant, ut & ipsi & filij ipsorum, toris ex mylace & myrto stratis reclinati conuiuentur, bibentes insuper uinum coronati, & laudantes deos iucundè inter se conuersentur, non supra opes liberos generantes, uerentes paupertatem aut bellum. Et Glauco excepto sermone, absque obsonio, inquit, ut apparet uiros conuiuantes facis. Vera inquam ego dicis, oblitus enim erã quòd & obsonia habebunt, salem uidelicet, & oliuas, & caseum, & bulbos, & olera, quorum sanè cocturas in agris parare possunt: & bellaria fortassis ipsis apponemus, ficus, & cicer, & fabas, & myrti baccas, & fagineas glandes ad ignem sub cinere torrebunt, moderatè subinde bibentes, & sic uitam transigẽtes in pace cum sanitate uelut uerisimile est: & senes uitam finientes aliam eiusmodi uitam filijs tradent. Et ille, si uero porcorum inquit ô Socrates ciuitatem construxisses, quo alio quàm hoc cibo ipsos pauisses? At quo modo conuenit inquam ego ô Glauco? Quemadmodum nunc receptum est inquit, ut in lectis discumbant, si non miserè uiuere uelint, & de mensis cibos sumant, & ea obsonia quæ nunc homines habent, itemq; bellaria. Sit ita inquam ego, intelligo, Non ciuitatem solum ut apparet consideramus quomodo constituatur, sed etiam delicatè uiuentem ciuitatem. Fortassis igitur neq; male res se habet. Dum enim etiam talem considerauimus, fortassis ubi tandem iustitia & iniustitia ciuitatibus inserantur uidebimus. Vera igitur ciuitas esse mihi uidetur, ea quam recensuimus, uelut sana quædam. Si uero rursus uultis, ut etiam inflammatam ciuitatem consideremus, nihil prohibet. Hæc enim aliquibus ut apparet non sufficient, neq; hęc uictus ratio: sed & lecti aderunt, & mensæ, & alia uasa ac instrumenta, & obsonia, & unguenta, & suffitus, & meretrices, & placẽtę: atque singula hæc omnigena. Et profectò non amplius necessaria illa, de quibus primum dicebamus, ponenda sunt, domus & uestes & calceamenta, sed etiam mouenda est pictura & uarietas, & aurum & ebur, & omnia huiusmodi comparanda. Nunquid? Etiam inquit. Nonne maiorem rursus ciuitatem facere oportet? Sana enim illa non amplius sufficit, sed iam mole & multitudine implenda est eorum qui non necessitatis gratia sunt in ciuitatibus, uelut sunt uenatores omnes, et imitatores, multi quidem circa figuras et colores, multi uero etiam circa Musicam, & poetæ, et horum ministri rapsodi ac recitatores, histriones, tripudiatores, operarum conductores, et instrumentorum omnis generis opifices, tũ aliorum, tum eorum quæ ad mundum muliebrem pertinent. Et sanè etiam ministris pluribus opus habebimus: aut non uidetur tibi opus fore pædagogis, nutricibus, altricibus, comptricibus, tonsoribus: et rursus obsoniorum structoribus et cocis? Adhuc uero etiam subulcis indigebimus. Hoc enim genus in priore ciuitate non erat. Nihil enim eo opus erat. Verum in hac etiam hoc opus fuerit, itemq; aliis multis pecoribus, si quis ipsis uescitur. Nunquid? Quidni? Nonne et medicis opus habebimus

Victus frugatis, uictus porcorum

Medicorum usus

bebimus multò magis in hac uictus ratione, quàm in superiore? Multò equidem. Et regio quæ tunc ad nutriendos illos sufficiebat, ex multa, parua erit. Aut quomodo dicemus? Ita inquit. Nonne de uicinorum regione nobis aliquid recidẽdum erit, si ad pascendum & arandum satis amplam habere uoluerimus: & illis rursus de nostra, si & illi ad infinitam opum adeptionem seipsos contulerint, necessariarũ rerũ termino transgresso. Multa necessitas est inquit ô Socrates. Bellũ ergo postea suscipiemus ô Glauco, aut quid fiet? Ita inquit. Et nihil adhuc dicimus inquam ego, neq; an quid mali, neq; an quid boni bellum operatur, sed hoc solum quòd belli originem inuenimus: ex quorum bellorum ortu ciuitatibus & priuatim & publicè mala potissimum emergunt. Maximè. Adhuc itaq; ô amice maiore opus est ciuitate, non ad paruum, sed ad totum exercitum colligendum, qui egressus pro omnibus facultatibus ac relatis rebus, aduersus incurrentes hostes depugnabit. Quid uero inquit ille, ipsi ad pugnandum non sufficient? Non si tu, inquam ego, & nos omnes rectè confessi sumus, quando ciuitatem condebamus, Confitebamur autem si meministi, fieri non posse ut unus multas artes rectè exerceat. Vera dicis inquit. Quid uero inquam ego, certamen bellicum non uidetur tibi esse artificiosum? Etiam ualdè inquit. Num igitur sutoriæ artis maiorem curam gerere oportet quàm bellicæ? Nequaquàm. Nonne sutorem prohibuimus ut neq; simul agricola esse conaretur, neq; textor, neq; ædificator, sed solũ sutor, ut nobis sutoriæ artis opus rectè efficeretur? Sed & alijs singulis similiter unum opus attribuimus, ad quod quisq; natura aptus esset, & quod ab alijs ocium agens, per uitam operans, non omissa temporis occasione, rectè efficere deberet. At opera bellica rectè peracta num plurimi sunt faciẽda: aut ita facilia sunt, ut & agricola simul bellator fuerit, & sutor, & qui aliam quamcũq; artem exercet? Et lusor talorum aut cuborum nemo satis præstans fieri poterit, qui non à puero huic studio deditus fuit, sed obiter saltẽ id tractarit. At qui scutum aut alia quędam bellica arma & instrumenta sumpsit, eodem die armatæ aut alterius cuiusdam bellicæ pugnæ præstans decertator erit: Aliorum uero instrumentorum nullum sumptum, aliquem opificem aut athletam efficiet, neq; erit utile ei, qui neq; scientiam uniuscuiusq; adeptus est, neq; iustam exercitationem adhibuit. In magno sanè precio inquit ille, instrumenta habenda essent. Nonne inquam ego, quantò maius custodum opus est, tantò ampliore quàm alia studio, arteq; ac industria maiore opus habuerit? Ita arbitror inquit ille. Nunquid & natura idonea ad hoc ipsum studium? Quidni? Nostrum igitur opus fuerit ut apparet, si quidem possumus, ut eligamus quæ & quales naturæ idoneæ sint ad ciuitatis custodiam. Nostrum equidem. Per Iouem inquam ego, non uilem rem sumpsimus attamen non desistendum est quantum uires concedunt. Non equidem inquit. Putas igitur inquam ego differre aliquid naturam generosi catuli & generosi adolescentis, ad custodiam? Quale quid est quid dicis? Velut quòd utrunq; ipsorum sensu acutum esse oportet, & leuẽ, ut id quod sensu percepit persequatur, & robustum ut si opus sit cum capto depugnare possit. Opus equidem est inquit, omnibus his. Sed & fortem esse oportet siquidem bene pugnare debet. Quidni? Fortis autem esse uolet qui non sit animosus, siue equus, siue canis, siue aliud quodcũq; animal: Aut non intelligis quàm inexpugnabilis & insuperabilis res sit animus, quo præsente omnis anima ad omnia intrepida est & inuicta? Intelligo. Qualem itaq; corpore esse oportet custodem, manifestum est. Etiam. Sed & qualem anima, nimirum animosum? Et hoc. Quomodo igitur inquam ego ô Glauco, non feri & inter se, & aduersus alienos ciues erũt, qui talibus naturis prædíti sunt? Per Iouem inquit ille non facile. Attamen oportet ipsos erga familiares quidem, mansuetos esse: aduersus hostes autem, immites: Sin minus, non expectabunt ut alij ipsos perdant, sed ipsi præuenient illos, ac seipsos perdent. Vera inquit dicis. Quid igitur in quam ego faciemus? Vnde mansuetum simul & magnanimum ingenium comperiemus. Contrariæ enim sunt animosa & mansueta natura. Apparet. Attamen utro horum priuetur, bonus custos non fuerit. Hæc autem impossibilibus similia esse uidentur, & sic sanè sequitur, bonum custodẽ fieri impossibile esse. Sequitur inquit, Et ego in ambiguo constitutus, & superioribus consideratis, meritò inquam ô amice ambigimus. Quam enim proponebamus similitudinem, ab ea discessimus. Quomodo dicis?

Bellorũ origo

Custodum ciuitatis opus

Custodum mores contrarij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canum genero forum mores

cis? Non animaduertimus huiusmodi esse naturas, quales nos non putauimus, quæ contraria hæc habent. Vbi nam? Viderit equidem hoc quis & in alijs animalibus, non minime uero in catulo, cui nos custodem cõparabamus. Nosti enim generosorum canum hos natura mores esse, ut erga familiares & notos quantum fieri potest, mansuetissimi sint: aduersus ignotos, contrà. Noui sanè. Hoc igitur inquam ego fieri potest, & non præter naturam quærimus talem esse custodem. Non ut apparet. Nunquid insuper hoc opus habere tibi uidetur is qui custos futurus est, ut ad hoc quòd animosus est, accedat ut natura philosophus sit? Quomodo hoc inquit, non enim intelligo. Et hoc inquam in canibus conspicies, quod etiam admiratione dignum est in bestia. Quale istud dicis? Si quem uiderit ignotum, indignatur, quum nihil antea mali passus sit. Si uero notum, blanditur, etiamsi nihil unquàm boni ab ipso tulerit: Aut nondum hoc admiratus es? Nõ admodum inquit hactenus animum aduerti: quòd autem hæc facit, manifestum est. Atqui elegans uidetur hæc naturæ ipsius affectio, et reuera philosophica. Quid ita? Quia aspectum inquam, nulla alia re discernit amicum aut inimicum esse, quàm quòd illum nouit, hũc ignorat. Et quidem quomodo nõ discendi studiosum fuerit, id quod & intelligentia & ignorantia, & familiare & alienũ distinguit? Nullo penitus modo inquit ille. Atqui inquam ego discendi studiosus, & Philosophus idem est? Idem sane inquit. Nonne confidenter ponemus etiam in homine, si erga familiares & notos, natura mansuetus esse debet, philosophum & discendi cupidum ipsum esse oportere? Ponamus inquit. Proinde & philosophus, & animosus, & uelox, & robustus natura nobis erit, qui præstans & bonus custos ciuitatis futurus est. Omnino inquit. Hic itaq; hoc modo se habeat. Quomodo uero educabuntur nobis hi & erudientur? & nunquid operęprecium nobis est hoc ipsum considerare, ad cognoscendum id cuius gratia omnia considerauimus, nimirum quo modo iustitia & iniustitia fit in ciuitate, ut ne iustum sermonem omittamus, aut longum prosequamur?

Custos ciuitatis qualis esse debet

Et Glauconis frater, maximè inquit spero ad hoc utilem esse hanc considerationem. Per Iouem inquam chare Adimante, non ergo remittenda est, etiamsi longior sit. Non equidem. Age igitur uelut in fabula per otium confabulantes sermone uiros eruditos, diamus. Imò sic conuenit. Quæ est igitur institutio: aut difficile est inuenire meliorem ea quæ à longo tempore est inuenta? Est autem ad corpora quidem gymnastica, ad animam uero Musica. Est sanè. Nónne in Musica prius instituere incipiemus quàm in gymnastica? Quidni? Musicæ uero generis dicebam, ponis sermones, aut non ita? Ego sanè. Sermonum autem duplex est species, altera uera, altera falsa? Etiam. Instituendum autem est in ambabus, prius tamen in falsis. Non intelligo inquit quomodo dicis. Non intelligis inquam ego, quòd primum pueris fabulas narramus. Hæ uero ut in summa dicam, mendacium sunt. Sunt tamen in ipsis etiam uera. Primus autem fabulis ad pueros utimur, quàm gymnasiis. Est ita. Hoc itaq; dicebam, Musicam prius attingendam, quam gymnasticam. Rectè inquit. Nónne nosti principium cuiusuis operis maximum esse, tum aliàs, tum cuiuis iuueni ac tenero. Tunc enim maximè formatur & induitur figura, quam quis unicuiq; imprimere uelit. Valdè equidem. Nunquid ita facile permittemus, ut uulgares & à uulgaribus cõfictas fabulis puerí audiant, & animis concipiant opiniones plerunq; contrarias illis, quas ipsos habere oportere putabimus, postquàm ad perfectam ætatem deuenerint? Nequaquàm per mittemus. Primum itaq; ut apparet cura nobis habenda est fabulatorum, & si quàm bonam fabulam fecerint, ea approbanda est: quam contrà, reprobanda. Approbatas autẽ iubebimus nutrices et matres pueris narrare, et animos ipsorum multò magis fabulas quàm corpora manibus formare. At plerasq; ex his quas nunc narrant reijcere oportet.

Musica et gymnastica institutio

Fabularum ratio habenda

Quales istos inquit? In maioribus inquam ego fabulis, contuebimur etiam mineres. Oportet enim eundem esse typum, & idem posse tũ maiores, tũ minores: Aut non ita putas? Ego sanè puto inquit, Sed non intelligo quas maiores dicas. Quas & Hesiodus dicebam, & Homerus nobis narrant, itemq; alij poetæ. Hi enim falsas à se compositas fabulas hominibus narrarunt & narrant. Quales istos inquit ille, & quid in ipsis reprehendis? Quod & primum, & maximè inquam ego reprehendere oportet, præsertim si quis non bene mentiatur. Quid hoc? Quando quis naturas deorũ & heroum

roum quales sunt, sermone male assimilat: quemadmodũ pictor nulla parte simília pingens his quæ similia pingere instituit. Rectè equidem inquit talia reprehenduntur. Verum quomodo & qualia dicimus? Primum quidem inquam ego, maximum & de maximis mendacium non bene mentitus est, qui dixit ea quæ cœlum perpetrauit, ea uidelicet quæ Hesiodus ipsum fecisse dicit, & quæ rursus Saturnus illum ultus fecit. At Saturnifacta, & ea quæ à filio perpessus est, neq; si uera essent, ita facile narrari oportere putarem apud insipientes & adolescentes, sed maximè quidem taceri. Si uero dicendi necessitas aliqua urgeret, in arcanis quàm paucissimos audire, mactato non porco, sed magna quadam & ingenti uictima, ut paucissimis audire contingat. Equidem inquit ille, graues sunt hi sermones. Et non proferendi inquam ego, ô Adimante, in nostra ciuitate. Neque dicendum ut iuuenis audiat, nihil miri eum facere qui extremè iniusta faciat, neq; rursus eum qui patrem iniusta facientem omni modo punit, sed facere id quod primi & maximi deorum fecerint. Non per Iouem inquit ille. Neque mihi hęc idonea dictu esse uidentur. Neque uero inquam ego, quòd dij cum dijs bella gerunt, & insidias mutuas struunt, & pugnant. Neque enim uera sunt, si modo eos qui ciuitatem nobis custodire debent, turpissimum putare oportet, facile aliquos inter se dissentire: tãtum abest ut fabulosæ & uariæ Gigantum pugnæ ipsis narrandæ sint, & aliæ multæ ac uariæ inimicitiæ deorum & heroum, aduersus cognatos ac familiares suos. Verum si quo modo persuadere possimus, nullum unquàm ciuem alteri aduersatum esse, neq; hoc pium esse, talia magis statim & pueris narranda sunt, & senibus, & aniculis, & poetæ cogendi ut uicinos his sermones faciant. At Iunonis uincula à filio, & Vulcani proiectionem à patre, quum ille uellet matri dum uapularet opem ferre, & deorum pugnas quas Homerus finxit, in ciuitatem recipere non oportet, neq; si cum occulta aliqua intelligentia, ne que si sine hac, conficta sunt. Adolescens enim iudicare nõ potest, quod hoc uel illo modo dicatur, sed quæ tantillus opinione conceperit, difficulter elui ac transmoueri possunt. Qua de causa fortassis plurimi facienda sunt ea quæ primum audiunt, si pulcherrimè ad uirtutem conficta sint. Habet equidem hoc rationem inquit. Sed si quis rursus & hæc ipsa quæ sint nos interroget, et quæ fabulæ, quásnam dixerimus? Et ego ô Adimante dicebam non sumus poetæ ego & tu in præsentia, sed conditores ciuitatis. Cõditoribus autem conuenit ut sciant figuras & typos, in quibus poetas fabulas facere oportet, præter quos si quid fecerint, non permittendum est: non tamen ipsi fabulas facere debent. Rectè dicis. At hoc ipsum, figuræ nimirum de Theologia quæ nam sunt?

Mentiri bene

Poetarum fabulæ in ciuitatem non recipiendæ

Tales quædam inquam ego, qualis est deus. Semper enim talis exprimendus est, siue quis ipsum in uersibus introducat, siue in carminibus, siue in Tragœdia. Oportet equidem. Nónne bonus est deus reuera, & sic dicendum est? Quidni? Atqui nullum bonum damnosum est. Nunquid? Non mihi uidetur. Nunquid quod damnosum non est lædit? Nequaquàm. Quod uero non lædit, malí ne quid facit? Neq; hoc. Quod uero nihil mali facit, neq; alicuius mali causa fuerit. Quomodo enim? Quid uero utile est bonum? Etiam. Causa ergo est felicitatis? Etiam. Non ergo omnium causa est bonum, sed eorum quæ rectè se habent: malorum autem non. Omnino inquit. Neq; ergo inquam ego deus, quandoquidem bonus est, omnium causa fuerit, uelut plerique dicunt, sed paucorum quidem hominibus causa, multorum uero non causa. Multò enim pauciora bona nobis sunt quàm mala. Et bonorum quidem nulla alia causa facienda est. Verum malorum alias quasdam causas quærere oportet, & non deum. Verissima inquit dicere mihi uideris. Neq; ergo inquam, recipiendus est Homerus, neq; alius poeta, qui hoc peccatum circa deos stolidè admittit, ac dicit.

Dolia bina Iouis posita adstant limine, quorum
Sorte bonorum plenum est hoc, contrà hocce malorum. Et
Cui dederit mixtas simul has regnator Olympi,
Ille malis modò uexatur, modò habet bona contrà.
At cui non dederit mixta utraq;, sed mala pura,
Per totam hunc agitat uehemens afflictio terram
Neq; uero hoc admittendum est, quòd
Iupiter est nobis promusq; bonicq; malicq;.

Universidad de Deusto
Biblioteca

At uero iuramentorum & inducíarum confusionem, quam Pandarus fecit, si quis per Mineruam & Iouem factam esse dixerit, non laudabimus: neq; deorum contentionem & iudicium per Themin & Iouem: Neq; rursus permittendum est ut audiãt adolescentes quæ Aeschylus dicit.

Causam deus semper fecit mortalibus,
Quum uult domum quam funditus subuertere.

Dijs falso attributa

At si quis poemata faciat, in quibus hæc lambica habeantur, quę contineant Niobes affli ctiones, aut Pelopidarum, aut Troicas, aut aliud quid huiusmodi: tunc aut non sinendum est, ut dei hæc ipsa opera dicat: aut si dei sint, exquirenda est ipsis ratio, ea fermè quam nos nunc quærimus, & dicendum quòd deus quidem iusta & bona operatus est, illi uero ex pœna utilitatem perceperint. Quòd uero miseri sint qui pœnas dant: Deus autem sit qui affligit, hoc non permittendum est poetæ ut dicat. Verum si dicat miseros esse malos, & proinde pœna opus habere, quum autem pœnas dent, utilitatem à deo percipere, hoc iam permittendum est. At malorum causam alicui deum, qui bonus est fieri, omni modo reprobandum est, neque sinendum ut quis hæc dicat in sua ciuitate, si bene instituta esse debet: neq; ut quis audiat, siue iunior, siue senior sit, siue in metro, siue sine metro quis hęc proferat, adeò neque piè dicuntur si dicantur, neque commoda nobis sunt, neque ipsa sibijpsis consona. Suffragor tibi inquit in hac lege, & mihi placet. Hæc itaque inquam ego, una fuerit ex legibus & figuris circa deos, iuxta quam & dicere, & poemata facere debent, qui hoc faciunt, ita ut non omnium, sed bonorum causam deum faciant. Et ualdè inquit ita facere oportet. Quid uero secunda hæc? Num præstigiatorem deum esse putas, & uelut ex insidijs apparere, alias in alijs speciebus, ita ut nunc alius fiat, & speciem suam in multas formas mutet, nunc uero nos decipiat, & efficiat ut talia nobis de ipso uideantur? Aut & simplicem ipsum esse, & minime omnium ex sua idea discedere? Non habeo nunc inquit quod dicam. Quid uero hoc? Nónne necesse est si quidem à sua specie excesserit, aut ipsum à seipso transmutari, aut ab alio? Necesse est. Nónne quæ optimè se habent, ab alio minimè alterantur ac mouentur, uelut corpus à cibis & potibus, & laboribus, & omnis stirps à caloribus & uentis, & eiusmodi affectionibus? Nónne id quod sanissimum est & robustissimum, minimè alterarur? Quidni? Animam uero ipsam fortissimam & sapientissimam, minimè aliqua externa affectio perturbarit & mutarit? Etiam. Sed & composita omnia uasa, & ædificia ac uestimenta secundum eandem rationem, quæ probe elaborata sunt, & bene se habent, à tempore & alijs affectionibus minimè alterantur? Est ita. Quicquid itaque rectè se habet aut natura, aut arte, aut ambabus, minimam mutationẽ ab alio admittit. Apparet. Atqui deus & quæ dei sunt, undiq; optimè se habent. Quidni? Hac itaque ratione minimè multas formas habuerit deus. Minimè profectò. Nunquid igitur ipse seipsum mutauerit & alteraverit? Manifestum est inquit, siquidem alteratur. Vtrum igitur ad melius & pulchrius transmutat seipsum: aut in id quod deterius ac turpius seipso est? Necesse est inquit ad deterius, siquidem alteretur. Non enim pulchritudinis aut uirtutis indigum esse deum dicemus. Rectissimè inquam ego, dicis. Et quum hoc ita habeat, uidetur tibi quis ô Adimante siue deus, siue homo, ultro seipsum deteriorem quomodocunq; facere? Impossibile hoc est inquit. Impossibile ergo est deo inquam, etiam uelle seipsum alterare. Sed ut apparet, pulcherrimus & optimus quantum fieri potest quisq; ipsorum, manet semper simpliciter in sua forma. Omnino necessarium esse mihi uidetur inquit. Nemo ergo ô optime dicat inquam ego, quisquis tandem sit poeta, quòd

Deo quid sit impossibile

Hospitibus similes diui sic undiq; circum
Vrbes uersantur uarias formas referentes.

Neq; de Proteo & Thetide quisquam mentiatur: Neq; in Tragœdijs, neq; in alijs poematis inducat Iunonem alteratam uelut sacerdotẽ, Inachi Argiui fluuij filijs uictus donaria colligere: & alia multa huiusmodi ne nobis mentiantur. Neque rursus ex hoc persuasę matres pueros terreant fabulas malas narrando, quòd dei quidam noctu diuagantur, multis & uarijs peregrinorum formis assumptis, ut ne simul de dijs mala dicant, simulq; pueros efficiant timidiores. Nullo modo inquit. Nunquid ergo inquam ego, ipsi

ipsi quidem dij mutabiles non sunt, uerum præstigijs utentes & decipientes faciunt ut nos putemus ipsos uarios nobis apparere? Fortassis inquit. Quid uero inquam ego, uoluerit ne mentiri deus, aut sermone, aut opere spectrum obtendens? Non noui inquit ille. Non nosti inquam ego, quod reuera mendacium, si ita dicere licet, omnes dei & homines odio habent? Quomodo inquit dicis? Sic inquam ego. Principalissima sui parte, & circa res præstantissimas, nemo libens mentiri uoluerit, sed illic mendacium habere maximè omnium timet. Neque nunc adhuc inquit ille intelligo. Putas enim inquam præclarum quiddam me dicere. Ego uero dico, anima circa res ipsas mentiri, & mentitum ac imperitum esse, & in hac habere ac possidere mendacium, omnes minimè admittere, & ipsum maximè in anima odio habere. Ita est inquit. Atqui rectissimè quod modo dicebam, hoc reuera mendacium uocari poterit, nimirum ignorantia in anima eius qui mentitus est. Nam quod in sermonibus fit, imitamentum quoddam est eius affectionis quæ in anima est, & posterius factum simulachrum, non admodum meracum mendacium. Aut non ita? Maximè. Quod itaque reuera est mendacium, non solum à dijs, sed etiam ab hominibus odio habetur. Mihi ita uidetur. Quid uero in sermonibus mendacium, quando, & ad quid utile est, ut non dignum sit odio? Nónne aduersus hostes, & eos qui amici uocantur, quum propter insaniam, aut dementiam aliquam, mali quid facere aggrediuntur: tunc auertendi ipsos gratia uelut medicamentum utile fit? & in fabulamentis de quibus nunc dicebamus, eo quòd non cognoscimus quomodo ueritas circa res priscas se habet, mendacium ueritati assimilantes, ita maximè utile ipsum facimus? Et ualdè inquit ille res ita se habet. Quorum igitur ex his gratia, mendacium deo utile est? Vtrum eo quòd prisca non nouit, assimilando mentietur? Ridiculum hoc esset inquit. Poeta ergo mendax in deo non est. Non mihi uidetur. At ob metum inimicorum mentietur? Multum abest. At ob familiarium dementiam aut insaniam. At nullus inquit demens & insanus deo charus est. Non est ergo cuius gratia Deus mentiatur. Non est. Penitus ergo à mendacio alienus est Deus & dæmon. Penitus inquit. Est ergo deus simplex & uerus, & in opere, & in sermone, & neque ipse transmutatur, neque alios decipit, neque per spectra, neque per sermones, neque per signorum pompas, neque reuera neque per somnium. Sic & mihijpsi uidetur inquit te dicente. Concedis ergo inquam, hunc typum secundum esse, iuxta quem de dijs & dicere, & poemata facere, oportet, ut qui neque ipsi præstigiatores sint, in eo quod seipsos mutent, neq; nos mendacijs in sermone, aut opere seducant? Concedo. Quum igitur multa alia in Homero laudemus, somnij à Ioue ad Agamemnonem missionem nõ laudabimus: neq; illud Aeschyli, quũ Thetis dicit de Apolline, qui in nuptijs inquit, meis canens

Dij an præstigijs utantur

Mendacium reuera quod sit

Dei natura qualis sit

Interfuit, sic mox ut & natis meis
Vitam diuturnam fore hic promitteret,
Omnesq; morbos tolleret, gratam deo
Fortunam & omnem prædicaret hinc meam
Et laudibus, me gaudio perfunderet.
Hinc ipsa Phœbi diua, & haud mendacia
Ora esse rebar, uatum & arte turgida.
At ipse qui cecinit, quicq; ipse tum adfuit,
Et qui ipse dixit, ipse is est qui perdit Natum meum.

Quum igitur huiusmodi quis dicit de dijs, indignabimur, & chorum non concedemus: & neque magistros permittemus ad iuuenum institutionem uti, si pij & diuini custodes nobis esse debent, quantum maximè per hominem fieri potest. Penitus ita inquit, ego hos typos concedo, & pro legibus uti non dubitem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum tertium, de Iusto.

DIALOGVS tertius custodum educationem in secundo inchoatam prosequitur. Atque sicut in secundo prohibuit eos audire falsa turpiaq; de dijs, ita hic uetat tragica audire de inferis, quæ reddere illos possint timidiores. Item & comica, quæ effusiorem cõcitant risum. Tam enim mollis euadit qui quotidie in lachrymas risu profusiore resoluitur, quàm qui dolore lachrymare compellitur. Quoniam uero non solum procul à timiditate custodes arcendi sunt, uerum etiam ab intemperantia & auaritia atq; iniustitia, ideo rursus audiri uetat carmina poetarum, quibus uel deorum, uel heroum magnorumq; uirorum libidines, rapinæ, iniquitatesq; finguntur. Hæc autem educatio militaris omnibus fere ciuibus est æque communis. Inter hæc quæ de mendacio dicit attende. Mendacium ciuitatis calamitas est, uidelicet quando priuati inter se mentiuntur, maxime uero si magistratibus mentiantur. Perinde ac si ægroti medico, uel nautæ mentiantur gubernatori. Licet autem gubernatoribus interdum uti mendacio salutis publicæ gratia, & priuato quandoque erga priuatum, solum gratia mali cuiusliam grauissimi deuitandi. Licet & confabulari moderate de rebus antiquis quarum ueritas ignoratur, & quasi per imagines quasdam res illas quarum certam formam uix habemus, effingere. Proinde orationem in species tres distinguit. Aut enim simplex narratio est, aut imitatio simplex, aut ex utriusq; permixta. Omnem uero sermonem reprobat, qui uilissimæ quæq; refert absq; delectu, & agit hominem perturbatum. Quisquis enim diu studiose aliquid imitatur, in eius transit naturam. Quocirca poetã perturbatos animos acrius imitantẽ, tanquam inuẽtuti noxiũ iubet uel mutato stylo constantẽ habitum imitari, uel ex urbe procul abire. Dicit quoq; eum qui plura, uel imitando uel faciẽdo pertractat, in singulis tandem ita deficere, ut in nullo euadat egregius. Pergit uero deinceps ex prima musica, id est poesi, ad sequentem, eamq; in tres distribuit species, Orationem, harmoniam, atq; rhythmum. Principio Phthongum musici uocem uocant harmonicam, id est consonantiæ aptam, quæ neq; adeo grauis sit ut neq; ab eodem cantore grauior fieri, neq; tam acuta ut edi non possit acutior. Harmoniam deinde ex Phthongis constituit, congruam uidelicet mensuram in excessu atque defectu grauium uocum, & acutarum, atque mediarum. Sunt hic uoces quatuor, grauis atque acuta, & surgens in acutam, & declinans ad grauem. Item primo proportiones quatuor, dupla inter duo atq; unum. Sesquialtera inter tria atque duo. Sesquitertia inter quatuor atque tria. Sesquioctaua inter nouem atq; octo. Proportionem duplam sequitur consonantia uocis octauæ: Sesquialteram, quintæ: Sesquitertiam, quartæ: Sesquioctauam denique tonus. Sed de his alibi diligentius. Accedit tertio loco rhythmus, id est ordo quidam motionis, & temporis, ut ex secundo Legum percipitur. Postquam enim uoces harmonica quadam excessus defectusq; mensura per intensionem remissionemq; conciliasti, opus est rhythmo, per quem uocum acutarum, grauium, mediarum motus ac tempora metiaris, & in singulis, & inter singulas. Motus dico blandiores, scelleriores, & medios. Tempora dico, longiora, breuiora, æqualia, per accentus longos breuesq; & tertio nota basem uocabulum esse diuersum: nam ut res exigit significat, fundamentum, sedem, pondus, progressumq; & terminum. Præter hæc considerandæ sunt nouem consonantiæ, & dissonantiæ communissimæ gradus. Primus in ratione, id est opinio cum ipsa rei ueritate consentiens. Cuius contraria est opinio falsa à ueritate dissentiẽs. Secundus in imaginatione. Cuius consonantia est consecutio rationis: Dissonantia uero prosecutio externorum. Tertius in affectu, uel temperanter rationem sequente, uel imaginationem intemperanter. Quartus in sermone decoro, uel indecoro, quatenus uel rectam rationem, uel imaginationem tumultuariam sequitur. Quintus in cantu. Cuius consonantia est, decorum imitari sermonem, dissonantia indecorum. Sextus in sono cantum aliter uel aliter imitante. Septimus in saltu concinno, uel inconcinno ad choream pertinente. Octauus in quadam membrorum corporisq; totius compositione, tam spectaculo grata, quàm exercitio gymnastico prompta. Nonus in artificiosis cuiuslibet artis operibus, musica quadam proportione compositis. Hi nouem gradus Musas tibi referant nouem. Memento uero optimam omnium harmoniam esse animi temperantiam. Quam & sequentes cæteræ imitantur, & uicissim cum frequentantur, augent. Quapropter iubet eas duntaxat consonantias exerceri, audiri, spectari, quæ habitum mentis constantem referant, nõ superbia elatum, non iracundia efferatum, non uoluptate mollitum atq; resolutum, non fractum dolore, non misericordia, uel indigentia querulum. Probat ergo concentum grauem atque constantem, improbat autem extremos, id est concitum atque mollem, damnat quoq; multiplicem, laudat præ cæteris simplicem. Plurimum uero in animum posse iudicat harmoniam. Siquidem harmonia quædam diuina sit animus, cœlestisq; harmoniæ aliquando, ut Platonice dixerim, assuetus. Rursus harmonia quadam consistit corpus, conflatur & spiritus. Præterea consonantia uocum aerea aereum spiritũ motu penetrans, efficitq; canentis & animum secum transferens, audientis affectum mouet affectu, & animum afficit animo, sensimq; motus infundit. In omnibus animaduerte quàm non ciuili solum, sed etiã religiosa admodũ obseruantia Plato suam eruditat ciuitatẽ, semperq; quod & præcipit in Politico, temperantiam cum fortitudine misceat. Deniq; quàm turpem, quàm dissonantem esse censeat ueneream uoluptatem, ideoq; ab amore legitimo procul eam segreget, pulchra semper & consona solum desiderante. Plurima uero de Musica tractat atq; gymnastica. maximi enim momenti erant: omnes enim his inuicumbebant, debentq; incumbere. Illa enim animum spiritumq;, hæc corpus animi gratia mirifice firmat atque componit. Addit, non ex corpore bono bonum animum, sed ex animo bono corpus fieri bonum. Subiungit simplicem musicam animi uictumq; simplicem corporis sanitati prodesse, multiplicem uero utrisque nocere, hominesq; dum sobrij uiuerent, non indiguisse medicorum auxilio physicorum. Damnat superstitiosas corporis obseruationes circa uictum, atque medelas. Signumq; præcipuum ciuitatis male institutæ dicit esse, si diligenti medicorum iudicumq; indigeat opera. Describit medici iudicisq; officium, & iudicem eligit ingenio bonum, prudentem, senem, multos homines & bonos & malos

expertum. Asserit prauitatem quasi priuationem quandam, neq; se, neque uirtutem cognoscere. Virtutem uero quasi habitum, per se solum cognoscere se, per se quoq; addito rerũ usu de uitijs iudicare. Meminisse uero semper oportet, Platonem non solum hic, sed etiam in Legibus, & Politico, & Protagora confirmare nihil magis necessarium esse omni qui dem uiro, præcipue uero ciuili atq; philosophico, quàm copulam ex fortitudine pariter temperantiaq; conflatam: ut per illam alta petantur, per hanc nõ spernãtur humilia, & utrinq; nihil unquam nimis, aut audeas, aut metuas. Per illam rursus priuatas publicasq; propulses iniurias, per hanc abstineas ab iniuria. Per illam ad honesta uoceris, per hanc cohibearis à turpibus. Quo fit, ut gymnasticam simul & musicam ad duo hæc deniq; referat, ut per illam fortitudo, non tam corporis quàm animi, per hanc temperantia cõparetur. Iubet autem ambo rite inuicem commisceri. Siquidem sola gymnastica parit ferocitatem, musica sola molliciem, ambo uero fortitudinem atq; temperantiam. Ex eorum deniq; numero qui sic educati sunt, eligit & custodes, id est magistratus, & defensores, id est milites. Ad magistratum uero assumi uult senes prudentes, fortes, publici amatores boni, atq; in hoc ipso per experientiam comprobatos. Probari item præcipit iuuenes in medijs uoluptatibus, & doloribus, quo discernatur utrum temperati fortesq; sint, an contrà: atq; utrũ sentẽtiam bonipublici conseruandi propter fallacias, aut minas, aut illecebras, sint aliquando facile mutaturi. Deniq; ingenia hominum metallis similia esse dicit, & aptum quidem ad gubernandum auro, aptum uero ad militiam argento, ad opificium uero, & agriculturam ferro, & æri. Iubet singula ingenia ad illa quibus apta sunt conuerti: itaq; gubernatorum filios interdum pro ingenio ad uiliora, atq; uicissim inferiorum filios ad munera nobiliora similiter. Prohibet quoq; milites proprium aliquid possidere, ne per auaritiam ex canibus conuertantur in lupos.

PLATONIS DE REPVBLICA,
SIVE DE IVSTO. DIALOGVS III.

DALIA quædam inquam ego de dijs ut apparet, & audienda sunt, & non audienda statim ex pueris, his qui deos & parentes colent, & mutuam amicitiam non parui facient. Et rectè nobis apparere inquit arbitror. Quid uero si fortes esse debent? Non'ne & hæc dicenda, & quæ ipsos minimè mortẽ formidare faciunt? Aut putas aliquem unquam fuisse fortem, qui hunc pauorem in seipso habuerit? Per Iouem inquit, non ego. Quid uero qui ea quæ apud inferos sunt, esse, & horrenda esse putet, arbitraris'ne aliquem intrepidum ad mortem fore, & in prælijs mortem uictoriæ amissioni & seruituti prælaturum esse? Nequaquam. Oportet itaque nos ut apparet, etiã eorũ qui de his fabulis dicere aggrediuntur curã gerere, & ipsos rogare ut non ita simpliciter uituperent ea quæ apud inferos sunt, sed potius laudent, ut qui neque uera dicant, neque utilia his qui pugnares futuri sunt. Oportet equidem inquit. *Fortibus quæ non legenda & audienda*

Delebimus ergo omnia huiusmodi inquam ego, ab hoc uersu initio accepto:

Rusticus esse uelim potius, seruire paratus
Cuidam ærumnoso, cuiq; & non ampla ita res sit:
Imperium defunctorum quàm sumere totum. Et
Est domus & diuis, mortalibus atq; timenda,
Marcida & horrenda ostentans, inuisa deisq;. Et
O miseri est'ne aliqua hinc etiam Plutonis in aula
Aut anima, aut simulachrũ: at mens non est aliqua illic. Et
Ille sapit solus, reliqui uolitent uelut umbræ. Et
Ast anima ex membris uolitans descendit ad orcum
Fata gemens uiresq;, ætatis flore relicto. Et
Ast anima ut fumus terra subit & gemitum edit. Et
Ac uelut antro ingenti ut uespertilio multus
Stridens peruolitat, si forte abrumpitur unus
De petra, hinc reliqui dependent ordine cuncti:
Sic simul illæ ibant stridentes.

Hæc & eiusmodi omnia si prohibeamus, Homerum & alios poetas deprecabimur ut ne ægrè ferant: non quòd poetica & auditu iucunda plerisque non sint: sed quòd quanto magis poetica sunt, tanto minus & pueris & uiris audienda sunt, qui liberi esse uolent, & seruitutem magis quàm morte & extrema omnia timent. Maximè. Non'ne amplius etiam circa hæc, abijcienda sunt omnia nomina grauia & horrenda, cocyti

nimi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimirū, & styges, & inferi, & mortui, & quæcunq; alia hac forma dicuntur, & omnibus audientibus horrorem incutiunt. Et fortassis ad aliud quid commodāt. Nos autem pro custodibus timemus, ne ex eiusmodi horrore calidiores & molliores iusto nobis reddantur. Et rectè inquit timemus. Quare tollenda sunt. Etiam. Cōtraria uero his forma & dicere, & poemata facere oportet. Ita nimirum. Et lamentationes ergo tollemus & miserias præstantium uirorum. Necesse est inquit, siquidem etiam priora. Considera itaq; inquam ego, an rectè tollemus, aut non. Dicimus itaq; moderatū uirum non graue putare, si moriatur moderatus uir, cuius sanè etiam sit amicus? Dicimus equidem. Non ergo illius mortem uelut graue quid passi deplorabit? Non sanè. Atqui & hoc dicimus, quòd talis maximè ipse sibijpsi sufficerit ad bene uiuendum, & præ alijs insigniter, alio minimè opus habuerit. Vera dicis inquit. Minimè ergo ip si graue est, priuari filio, aut fratre, aut pecunijs, aut alio huiusmodi? Minimè sane. Minimè ergo etiam lamentabitur, sed lenissimè feret, ubi talis calamitas ipsum corripuerit.

Lachrymæ quorum sint

Maximè. Rectè ergo auferemus clarorum uirorum lachrymas, mulieribus autem attribuemus, & neque his præstantibus, & ex uiris his qui usles sunt, ut nobis uereantur similia his facere, hi quos ad regionis custodiā nos educare asserimus. Rectè inquit. Rursus itaq; Homerum & alios poetas rogabimus, ut ne faciant Achillem deæ filium.

Nunc lateri incumbentem, nunc rursusq; supinum,
Nunc pronum, aut rursus rectum surgentem, & amari
Littore mœrentem & uersantem tristia ponti: Et neq;
Ambabus manibus raptantem puluerem, & inde
De capite effundentem: Neq; alijs modis plorantem & lugentem, quot

& qualibus ille finxit: neq; Priamum coram dijs apparentem, supplicantemq; & in ytercore se uolutantem, & singulos uiros nominatim compellantem. Multò uero adhuc magis illos rogabimus, ut ne deos faciant lugentes & dicentes,

Hei miseræ, male quàm genita est mihi quàm optima proles.

Si uero deos, saltem non maximum deorum, ita inæqualiter exprimere audeant, ut dicat ille.

Papæ oculis cerno impelli charissimum ad urbem
Ecce uirum, hinc ingentem sentio corde dolorem. Et
Hei misero, ut mala fata mihi Sarpedonem amatum
Abripiunt, manibus Patrocli & fraude domandum.

Si enim chare Adimante talia nobis iuuenes serio audiant, & non derideant, uelut quæ non ex dignitate dicantur, nullatenus aliquis homo seipsum his indignum putarit, & se increpauerit, etiamsi in mētem ipsi uenerit tale quid dicere aut facere: Imò nihil ueritus, neque tolerans, multos luctus & lamentationes, etiam in minimis afflictionibus edet.

Verissima inquit dicis. Et non sanè ita facere oportet, uelut superiore sermone nobis declaratum est, cui fidem habere conuenit, donec quis nos alio meliore persuaserit. Non equidem oportet. Atqui neque risus studio teneri oportet. Ferme enim effusi risus studium, uehementem etiam mutationem quærit. Mihi ita uidetur inquit. Neque ergo si quis uiros memorabiles risu diffluere faciat admittendum est. Multò uero minus si deos. Multò minus inquit ille. Neq; igitur Homerum admittemus talia de dijs dicentem,

Continuò est ingens risus per curiam obortus
Vulcanum ut diui properantem hinc inde uiderent.

Non admittemus iuxta tuum sermonem. Si meum inquam ponere sermonem uis non equidem admittemus. Atqui & ueritas multi facienda est. Si enim rectè modo dicebamus, & reuera deis inutile est mendacium, hominibus autem utile, uelut in medicamenti specie, nimirum tale à medicis dandum est. Priuatis autem non attingendum. Manifestum est inquit. Principibus itaq; ciuitatis, si quibus alijs, mentiri conuenit, aut hostium aut ciuium gratia, ob reipublicæ utilitatem. Reliquis autem omnibus attingendum hoc non est. Sed ad tales principes priuatum mentiri, idem & maius peccatum dicemus, quàm si ægrotus ad medicum, aut exercitator ad Pædotribam, de corporis sui affectionibus non uera dicat: aut si quis ad gubernatorem de nauí

Mendaciū quibus conueniat

naui & nautis non uera dicat, quomodo aut ipse, aut aliquis ex sodalibus nautis se habeat. Verissima dicis inquit. Si ergo alium quendam deprehenderit mentientem in ciuitate, ex his qui opifices sunt, uatem nimirum, aut morborum medicum, aut fabrum lignarium, eum puniet, ut qui studium inducat pernicioſum, ad ciuitatem uelut nauem euertendam. Si sanè inquit ille, ad sermonem opera peragantur. Quid uero Temperantiæ studio non opus fuerit adolescentibus? Quidni? Temperantiæ uero quo ad multitudinem, nónne talia maxima sunt, ut principibus obediat: quo ad ipsos principes, ut in uoluptatibus cibi & potus ac rei uenereæ sibijpsis temperent? Mihi sanè uidetur. Talia itaque dicemur arbitror rectè dici, qualia etiam apud Homerum Diomedes dicit.

Chare silens sedeas, monitis paretoq; nostris. Et his consimilia,
Prodibant spirantes robur Achiui,
Signorumq; duces tacito pauore sequentes.

Et quæcunq; alia huiusmodi. Rectè. Quid uero talia?

Vino olidus, uisumq; canis, cerui & cor habebat:

& quę deinceps sequūtur: & quęcūq; alia priuatus quispiā siue in soluta oratione, siue in poesi, cū iuuenili temeritate dixit? Nō rectè. Nō enim ad temperantiā ut arbitror, aut ditu idonea sunt hæc iuuenibus. Si uero aliam quandam uoluptatem hæc exhibent, nihil miri est: aut quomodo tibi uideturi? Ita inquit. Quid uero si poemate prodatur, uirum sapientissimū dicere, uideri sibi omniū pulcherrimū esse, ubi plenæ adsint mēsæ

Carnibus atq; epulis, uinum & cratere leuato
Hauriat, & mox huic pincerna in pocula fundat:

Videtur tibi idoneum esse ad continentiam, ut hæc audiat adolescens? Aut hoc?

Fame mori res est superans mala cuncta timenda:

Aut quum Iupiter dormientibus alijs dijs & hominibus, omnium eorum quæ uigilans statuerat facilè oblitus, ob rei uenereę cupiditatem ita consternatur Iunonē cōspicatus, ut neq; lectum conscendere uelit, sed isthic statim humi cum ipsa coire, & confitetur in tantum se cupiditate teneri, quantū neq; tunc quū primū coitus inter se consuetudine uterentur, charos fallētes parētes: Aut quū Mars & Venus à Vulcano uinculis adstringuntur: Aut alia huiusmodi? Non per Iouem inquit ille, uidētur mihi hæc idonea esse. At sicubi inquam ego, tolerantiæ quædam ad omnia & narrantur, & peraguntur à præstantibus uiris, eas & spectare, & audire oportet, uelut est & hoc,

Pectora concutiens uerbis cor mulcet amicis,
Suffer cor charum, grauiora aliquando tulisti.

Maximè sanè inquit. Neq; uero sinendum est ut munera spectent, & pecuniarum stu dio teneantur. Nequaquàm. Neq; canendum ipsis,

Dona deos placant, magnos & munera reges:

Neq; laudandus est Achillis pœdagogus phœnix, uelut qui moderatè dixerit, dū consuluit ipsi ut acceptis quidē muneribus, Achiuis opem ferret: uerū sine muneribus, iram non remitteret. Neq; ipsum Achillē censebimus aut confitebimur ita pecuniarū cupidū esse, ut ab Agamemnone munera accipiat: & rursus accepto precio mortuū Hectorem reddat, aliàs autē id facere nolit. Nequaquàm iustū est inquit hæc laudare. Vereor autem inquam ego, propter Homerum dicere, quòd neq; pium est hæc contra Achillem asserere, & alijs dicentibus credere. Et rursus hoc, quod ad Apollinem dixit.

Læsisti me Phœbe deorum pessime, certè
Vindictam cupiam, si tantum uirium adesset.

Et quòd aduersus fluuium, qui deus esset, ea pertinacia fuerit, ut etiā pugnare uoluerit. Et quòd rursus alterius fluuij Sperchij sacras comas Patroclo Heroi ut inquit, mortuo ferendas tradere uoluerit, & quòd hoc fecerit, credendum non est. Hectoris item tractiones circum Patrocli sepulchrum, & captiuorum mactationes ad rogum, omnia hęc non uera esse dicemus, neq; nostris persuaderi sinemus, Achillem deæ filium, & tempe rantissimi Pelei, & à Ioue tertij, & à sapientissimo Chirone educatum, tantis perturbationibus plenum fuisse, ut in seipso duos contrarios inter se morbos habuerit, illiberalitatem cum pecuniarum cupiditate coniunctā, et rursus deorū atq; hominū contemptū.

Rectè

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rectè inquit dicis. Ne itaq; inquam ego hæc credamus, aut dicere sinamus, quòd Theseus Neptuni filius, & Pirithous Iouis, ad grandes adeò rapinas progressi fuerint: Aut quòd aliquis alterius dei filius & Heros, horrenda adeò & impia perpetrare ausus fuerit, qualia nunc de ipsis mentiuntur. Sed cogamus poetas, ut aut non asserant hæc ipsorum facta esse, aut ipsos non esse deorum filios fateantur: ambo uero ne dicant, neq; adolescentibus nostris persuadere conentur, quod dij malos gignant, & Heroes nihilo sint hominibus meliores. Nam ut in superioribus dicebamus, neq; pia sunt hæc, neq; uera. Ostendimus enim fieri non posse ut ex dijs mala oriantur. Quidni? Sed & audientibus hæc nocent. Quiuis enim sibijpsi ignoscet si malus fuerit, persuasus quòd talia faciunt ac fecerunt etiam deorum affines, propinqui Iouis, quorum iuxta Idæũ apicem,

Patrij Iouis summo ara adest in æthere,
Et sanguis his adhuc deorum est uiuidus.

Quapropter supprimendæ sunt hæ fabulæ, ne adolescentibus nostris multam ad prauitatem facilitatem pariant. Valdè equidem inquit. Quæ igitur nobis inquam ego adhuc sermonum species reliqua est, dum decernimus quales dicere oportet, & quos non? Nam de dijs quomodo dicere oporteat, dictum est, itemq; de dæmonibus & Heroibus, & his quæ sunt apud inferos. Maximè. Nónne etiam de hominibus reliquũ fuerit dicere? Nimirum. At fieri non potest ô amice, ut hoc in præsentia locum habeat. Quomodo? Quoniam opinor nos dicturos esse, quòd & poetæ & alij scriptores, res maximas de hominibus male dicunt, quod pleriq; sint iniusti quidem, sed felices: iusti uero, miseri: Et quòd utile est iniusta facere, si quis lateat: Iustitia uero est alienum bonũ, proprium autem damnum: & talia quidem dicere interdicturos nos esse, cõtraria uero his ut & canant, & fabulentur imperaturos: Aut non putas? Satis equidem noui inquit. Nónne si rectè me dicere confitearis, asseram te concessisse ea quæ dudum quærebamus. Rectè inquit suspicaris. Nónne de hominibus tales sermones dici oportere, nunc confitebimur, quum inuenerimus qualis sit iustitia, & quòd natura commodet ei qui ipsam habet, siue talis esse uideatur, siue non. Verissima inquit dicis. Quæ itaque ad sermones pertinent finem habeant. Quod uero ad ipsam dictionem attinet, deinceps opinor considerandum est, & nobis tum quæ dicenda sint, tum quomodo dicendum, penitus considerabitur. Quid hoc dicas inquit Adimantus non intelligo. Attamen inquam ego oportet sanè. Fortassis igitur hoc modo magis intelliges. Nónne omnia quæ à fabulatoribus aut poetis dicuntur, narratio quædam sunt aut præteritorum, aut præsentium, aut futurorum? Quid enim inquit aliud? Nónne igitur aut simplici narratione, aut per imitationem formata, aut per ambas, rem perficiunt? Et hoc inquit ille ut clarius discam opus habeo. Ridiculus inquam ego & obscurus uideor esse doctor. Quemadmodum igitur qui dicendi facultate non præstant, non toto, sed parte aliqua assumpta, conabor tibi in hac declarare id quod uolo. Et dic mihi, Nosti ne Iliadis principia, in quibus dicit Poeta Chrysen rogasse Agamemnonẽ, ut dimitteret filiam, illum autẽ indignatum esse, & Chrysen quum uoti compos non fieret, contra Achiuos precatum esse deum? Ego sanè noui. Nosti igitur quòd usque ad hos uersus,

Omnesq; orabat Achiuos,
Maximè at Atridas ambos, duo lumina gentis:

& ipse poeta dicit, & neq; conatur mentem nostram aliò cõuertere, uelut alius quidam sit quàm ipse qui dicit. Verum deinceps uelut ipse sit Chryses loquitur, & quàm maximè efficere conatur, ut non Homerus esse uideatur qui dicit, sed sacerdos ille senex. Sed & reliquam ferè omnem narrationem ita fecit, & de his quæ apud Ilium tractantur, & de his quæ in Ithaca & tota Odyssea fiunt. Maximè inquit. Nónne narratio est, & quum locutiones singulatim prosequitur, & quum ea quæ inter illas intercedũt. Quid ni? At quum aliquam orationem recensет, uelut qui alius quidam sit, nónne tunc assimilare ipsum dicemus suam dictionem quàm maximè unicuiq; quem loquentem producit? Dicemus. Cur enim non? Nónne assimilare seipsum alio, aut uoce, aut habitu, est illum imitari, cui quis se assimilat? Quidni? In tali itaq; ut apparet, hic & alij poetæ, per imitationem faciunt narrationem. Maximè. Si uero nusquàm seipsum occultarit poeta, omnis poesis & narratio sine imitatione ipsi absoluetur. Quo uero ne dicas, te

Dictionis scribentium ratio

Narrationis species duæ

eas, te rursus non intelligere quomodo hoc fieri possit, ego tibi dicam. Si enim Homerus postquam dixit, uenisse chrysen cum muneribus ad liberandam filiam, & supplicẽ factum esse Achiuis, maximè autem regibus, postea nõ uelut Chryses esset dixisset, sed adhuc uelut Homerus, nosti sanè quòd non imitatio esset, sed simplex narratio? Res autem sic quodammodo se habuisset. Dicam autem absq; metro, nõ enim sum homo poeticus. Sacerdos quum uenisset precabatur quidem illis, deos dare ut euersa Troia, saluí ipsi domum reuerterentur, sibijpsi uero ut acceptis donis filiam liberam dimitterent, & in hoc deum reuererentur. Talia uero ubi ipse dixisset, alij quidem uenerabantur & collaudabant. Agamemnon autem efferebatur, mandabatq; ut & nunc abiret, & rursus nõ rediret, ne ipsi sceptrum & coronæ dei parum prodessent: non enim dimissurum se esse filiam ipsius, sed in senectam usq; secum in Argo illam uicturam. Iubebat autem ipsum abire, & non irritare, ut saluus domum rediret. Senex autem ut hæc audiuisset, timuit, & cum silentio abiuit. Digressus autem ab exercitu, multas ad Apollinem preces effudit, & cognomina dei in memoriam reuocans, & implorans ac orans, si quid unquàm aut in templorum structuris, aut in sacrificandis uictimis gratum ipsi fecisset, precabatur ut ea gratia ulcisceretur Achiuos, spiculis suis ipsius lachrymas puniens. Sic inquam ego ô amice absque imitatione simplex narratio fit. Intelligo inquit. Disce itaque inquam ego, huius rursus contrariam fieri, quum quis exemptis poetæ uerbis, quæ inter orationes interponuntur, ipsas orationes uicissim positas relinquit. Et hoc inquit intelligo. Est enim circa Tragœdias tale quiddam. Rectissimè inquam intellexisti. Et arbitror nunc fore ut tibi declarem id quod antea non poteram, nimirum poesim & fabulosam narrationem, partim totam esse per imitationem, uelut est ut tu dicis, Tragœdia & Comœdia: partim per enunciationem ipsius poetæ. Inuenias autem hanc maximè in dithyrambis: partim rursus per utraq;, ut in uersuum poesi, & multis alijs locis, si me intelligis. At intelligo inquit id quod tunc dicere uolebas. Et quod ante hoc dicebamus in memoriam reuoca. Diximus enim quæ dicenda sint, iam dictum esse: quomodo uero dicendum sit, adhuc considerandum esse. At memini. Hoc itaq; erat id de quo nos consentire oportere dicebam, utrum sinendi sint nobis poetæ, ut per imitationem narrationes faciant, aut partim per imitationem partim secus: & qualia sunt utraq; aut ut neq; imitentur. Vaticinor inquit considerare te, an recipienda sit Tragœdia & comœdia in ciuitatem, aut non. Fortassis inquam ego etiam adhuc plura his. Nondum enim adhuc ego noui, sed quò disputatio uelut uentus nos fert, eò eundum est. Et rectè inquit dicis. Hoc itaq; ô Adimante considera, utrum imitatores custodes nobis esse cõueniat, aut nõ: aut etiã hoc ad superiora sequit̃, unumquẽq; uno studio rectè teneri, & non multis: At si quis conetur ut multa attingat, is in omnibus non assequetur ut præstans fiat? Cur uero non ita contingeret? Nónne etiam imitationis eadem ratio est, eundem multa rectè imitari uelut unum non posse? Non equidem. Nullatenus ergo simul & memorabili alicui studio incumbet, & multa imitabitur, & imitando præstabit. Quandoquidem neque duas, quæ inter se uicinæ putantur imitationes, ijdem simul rectè imitari possunt, uelut qui Comœdiam & Tragœdiam faciunt. Aut non imitationes has duas uocabas? Ego sanè, & uerè dicis, quòd ijdem non possunt.

Neque uero recitatores ac rapsodi, & simul histriones. Verum est. At neque comœdis & tragœdis histriones ijdem sunt. Omnia autem hæc imitationes sunt, aut non ita? Imitationes. Et amplius ô Adimante, uidetur mihi humana natura, in minora his concisa esse, ut non possit multa probe imitari, aut illa ipsa facere, quorum imitationes sunt assimilationes. Verissima dicis inquit ille. Si ergo primum sermonem conseruabimus, custodes omnibus alijs opificijs omissis, oportere esse opifices libertatis ciuitatis admodum diligentes, & nihil aliud studio habere, quod non huc tendat: nihil sanè oportebit ipsos aliud facere, neque imitari. Si uero imitentur, imitari ea quæ his cognata sunt statim à pueris, fortes nimirum, temperantes, pios, liberos, & huiusmodi omnia. Illiberalia uero neque facere, neque imitari posse, neque aliud quicquàm rerum turpium, ut ne ex imitatione consequantur ut sint. Aut non animaduertisti, quòd imitationes si ex pueris longè perseuerauerint, in mores & naturam transeunt, & in corpore, & in uocibus, & in mente. Et ualdè inquit ille. Non itaque permittemus

Narratio simplex

Narratio per imitationem

Dictio qualis recipienda sit

Custodib. quæ sint imitanda

Imitationis uis

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittemus inquam ego, ut hi quorum nos curam gerere, et ipsos uiros bonos euadere oportere asserimus, mulierem imitentur quum uiri sint, aut iuuenculam, aut uetulam: aut uiro conuitiantem, aut cum dijs contendentem, & se iactantem, ac putantem se beatam esse: aut in calamitatibus & luctibus ac lamentationibus constitutam: tantum abest ut permiserimus ipsos imitari ægrotantem, aut amantem, aut ex partu laborantem. Omnino inquit ille. Neq; ut seruas & seruos imitentur faciendo ea quę sunt seruorum. Neque hoc. Neq; ut uiros malos, ut apparet, timidos, & contraria facientes his quæ modo dicebamus, & maledicentes, & reprehendentes se mutuò, & turpia loquentes, ebrios aut etiam sobrios, aut quæcunque alia eiusmodi homines, & in uerbis, & in factis peccant, tum in seipsos, eam inter se uicissim. Opinor autem neque assuefaciendos ipsos esse, ut insanientibus in uerbis aut factis se assimilent. Cognoscendi enim sunt & insanientes, & praui uiri ac mulieres. Nihil autem talium faciendum est aut imitandum. Verissima dicis inquit. Quid uero inquam ego, fabri ne, aut aliarum rerum opifices, aut qui triremes agunt, aut his imperant, aut aliud quid circa hæc faciunt, imitandi sunt? Et quomodo inquit hi, quorum nulli animum aduertere licet? Quid uero equos hinnientes, & tauros mugientes, & fluuios strepentes, & mare sonitum edēs, & tonitrua, & omnia huiusmodi num imitabuntur? At prohibitum est ipsis inquit, ut neque insaniant, neque insanientibus se assimilent. Si ergo inquam ego intelligo quæ tu dicis, est quædam species dictionis ac narrationis, qua is qui reuera præstans & bonus est utetur, quando ipsum quid dicere oportuerit: & alia rursus huic dissimilis species, cui semper inhærebit, & qua utetur qui contrario illi modo & natus, & educatus est. Quales inquit sunt hæ species? Videtur mihi inquam ego, moderatus uir, ubi in narratione ad dictionem aut actionem boni uiri deuenerit, uelle recitare uelut ipse sit ille, & non erubescere ob hanc imitationem, ita ut maximè quidem imitetur bonum, cautè & prudenter se gerentem: minus autem eum qui aut præ morbis, aut amoribus, aut etiam præ ebrietate, aut alia quadam calamitate deceptus deliquit: Vbi uero ad aliquem seipso indignum delatus fuerit, non uelle seriò seipsum deteriori assimilare, nisi fortassis in exiguo, quum boni quicquàm fecerit, sed erubescere partim quidem uelut qui inexercitatus sit ad huiusmodi imitandos, partim uero ut qui etiam uereatur seipsum exprimere, & in deteriorum formas imprimere, tota mente id detrectans, nisi lusus gratia hoc admittat. Verisimile est inquit. Nónne narratione utetur tali, qualem nos paulò antea exponebamus, circa Homeri uersus, & erit dictio ipsius ambarum particeps, & imitationis, & alterius narrationis, ita tamen ut in longo sermone, exigua imitationis pars sit: aut nihil dico? Imò ualdè inquit talem, qualem necesse est esse huiusmodi rhetoris formam. Nónne inquam ego qui rursus talis non est, quantò peior fuerit, tantò magis & omnia narrabit, & nihil se indignum esse putabit. Quare omnia seriò & coram multis imitari conabitur, & ea quæ modo recensebamus tonitrua, & strepitus uentorum, & grandinum, & axium, & trochlearum, & tubarum, & tibiarum, & fistularum, & omnium instrumentorum sonos, & insuper canum, & ouium, & uolucrium uoces. Et constabit horum uniuersa dictio ex imitatione, & uocibus & figuris, aut parum quid narrationis habebit? Necesse inquit & hoc est. Has itaque inquam ego, dicebam duas dictionis species. Etenim sunt inquit. Nónne altera ipsarum paruas mutationes habet, & si quis decentem harmoniam et rythmum dictioni attribuat, ferè contingit ut is qui rectè dicit, ad eandem speciem, et in una harmonia dicat: paruæ enim sunt mutationes: et sanè etiam eodem modo in rythmo quodam consimili? Valdè equidem inquit, ita res se habet. Quid uero altera species, nónne contrarijs opus habet et harmonijs omnibus, et rythmis, si sincerè dici debet, eo quòd omnigenas mutationum formas habet? Admodum ita res se habet. Nónne omnes poetæ et qui aliquid dicunt, aut alteram dictionis formam assequuntur, aut ex ambabus quandam permixtam? Necesse est inquit. Quid igitur faciemus inquam ego? Vtrum omnes has in ciuitatem suscipiemus, aut alterum ex meracis, aut mixtum illum? Si mea inquit sententia uincat, meracum illum moderatæ speciei imitatorem. Atqui ô Adimante iucundus est etiam mixtus ille. Longè uero iucundissimus et pueris, et pædagogis, et plurimæ turbæ est

Narratio ex mala imitatione

Mixta forma narrationis

est contrarius eis quem tu eligis. Et sanè iucundissimus. At fortassis inquam ego, negaueris ipsum conuenire nostræ reipublicæ, quoniam non est duplex apud nos uir, neque multiplex, quum unusquisque unum quid faciat. Non equidem conuenit. Nónne propterea in sola huiusmodi ciuitate, & sutorem comperiemus sutorem, et non gubernatorem unaq; sutorem: & agricolam agricolam, & non insuper etiam iudicem: & militem militem, & non quæstum insuper pecuniarum exercentem: & omnes alios hoc modo? Vera inquit dicis. Virum itaque ut apparet, qui se in uarias formas prę sapientia mutare potest, & omnes res imitari, si ad nostram ciuitatem deuenerit, ut & se, & poemata sua ostentet, adorauerimus ut sacrum, & admirandum, & iucundum: dixerimus autem non esse talem uirum in nostra ciuitate, neque fas esse ut sit, dimiserimusq; in aliam ciuitatem, ungento in caput diffuso, & lana coronatum. Nos autem austeriore & iniucundiore poeta utemur & fabulatore, utilitatis gratia, qui nobis illam moderati dictionem imitetur, & ea quæ dicuntur dicat in illis typis ac formis, quas ab initio sanciuimus, quando milites instituere aggrediebamur. Et ualdè sic fecerimus si in nobis situm sit. Nunc uero dicebam ego ô amice, uidetur nobis ea Musices pars, quæ circa sermones & fabulas uersatur penitus transacta esse. Nam ea quæ dicenda sint, & quomodo dicendum sit, dictum est. Et mihi ita uidetur inquit. Nónne post hoc restat inquam ego, pars ea quæ de cantilenæ & carminum modo tractat. Ita nimirum. Nunquid non quiuis iam inuenerit ea quæ nobis de ipsis dicenda sunt, & qualia ipsa esse oportet, si quidem relatis consona proferre debemus? Et Glauco cum risu, ego inquit ô Socrates uideor extra omnes hos esse: Non enim in præsentia satis conijectare possum, qualiánam nos dicere oportet, Suspicor tamen. Omnino certè inquam ego, primum quidem hoc satis dicere potes, Melos siue carmen ex tribus compositum esse, oratione, harmonia, & rythmo. Etiam inquit hoc possum. Nónne quantum ipsius oratio est, nihil sanè differt ab oratione quæ non canitur, ad hoc quod in ijsdem formis, de quibus modo dicebamus, & eodem modo dici oportet. Vera dicis inquit. Sed & harmoniam & rythmum orationem sequi oportet. Quidni? At uero luctibus & lamentationibus nihil opus esse in orationibus diximus. Non equidem. Quæ igitur sunt harmoniæ luctuosæ dic mihi. Tu enim Musicus es. Lydiæ mixtæ inquit, & Lydiæ concitatæ, & huiusmodi quædam. Nónne hæ inquam ego auferendæ sunt? Inutiles enim sunt etiam mulieribus, quas moderatas esse conuenit, nedum uiris. Maximè. Atqui ebrietas custodes maximè dedecet, mollities item & segnicies, Quidni? Quæ igitur sunt molles & conuiuales harmoniæ? Ionica inquit ille & Lydia, quæ laxæ appellantur. His igitur ô amice ad militares uiros aliquando uteris? Nequaquàm inquit, At uidetur tibi restare Dorica & Phrygia. Non noui inquam ego harmonias. Verum illam relinque harmoniam, quæ uiri in militari actione, & in omni uiolento opere constituti, uoces & accentus decenter imitatur: itemq; ei cui res non successit, aut qui in uulnera aut mortem incidit, aut in aliam calamitatem illapsus est, & in omnibus his constanter & fortiter fortunam propulsat. Et rursus aliam quæ eius qui in pacata, & non uiolenta, sed uoluntaria actione uersatur, & uoces & accentus decorè exprimit: aut eius qui alicui quid suadet & rogat, aut deum prece, aut hominem doctrina & admonitione: Aut contrà eius qui alij roganti, aut docenti, aut suadenti, seipsum submittit, & ex his ex sententia agit, & non superbè se effert, sed temperatè & moderatè in omnibus his agit, et ea quæ eueniunt boni consulit. Has duas harmonias, uiolentam, uoluntariam, infortunatorum, fortunatorum, temperantium, fortium, quæ sonos optimè imitabuntur, has linque. At inquit ille non alias relinquendas petis, quàm quas modo dicebam, Non ergo inquam ego, multis chordis, neque omni harmonia nobis opus erit in cantilenis et carminibus. Non uidetur mihi inquit. Trigonorum ergo et pectidum, et omnium Musicorum instrumentorum, quæ multas chordas et harmonias habent, artifices non nutriemus. Non apparet. Quid uero Tibiarum opifices aut tibicines assumes in ciuitatem? aut non quæ plurimarum chordarum sunt, et quæ omni harmonia constant, tibiæ sunt imitamenta? Nimirum ita inquit ille. Lyra itaque inquam ego et cithara à te relin-

Harmoniarū ueterum ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

quuntur, et in ciuitate utilia sunt. Et rursus in agris pastoribus fistula quædam sinetur. Velut ratio inquit nobis ostendit. Nihil absurdi inquam ego facimus ô amice, qui Apollinem & Apollinis instrumenta, Marsyæ & illius instrumentis præferimus. Per Iouem inquit ille mihi non uidetur. Et per Canem dicebam, non animaduertimus nos purgare ciuitatem, quam modo in delicijs uiuere diximus. Temperate uidelicet agentes nos inquit ille. Age itaque inquam etiam reliqua purgemus. Consequens enim fuerit post harmonias, rythmos persequi, non uarios ipsos, neque uarios gradus, sed qui sint uitæ & temperantis & fortis rythmi uidere: quibus cognitis pedem & carmen, ad talem orationem sequi cogere: & non orationem ad pedem & carmen. Qui uero sint hi rythmi, tui muneris fuerit, uelut harmonias exponere. At per Iouem inquit non habeo quod dicam. Quod enim tres quædam sint species, ex quibus gradus nectuntur: quemadmodum in sonis quatuor, unde omnes harmoniæ, dicere sane possim ut qui uiderim: Quæ uero sint cuiusuis uitæ imitationes, dicere non possim. At de his inquam ego cum Damone consultabimus, qui sint gradus, qui illiberalitatem & cõtumeliam, aut insaniam, & aliam prauitatem decent: Et qui contrarijs rythmi accipiendi sint. Opinor autem audiuisse non satis clarè nominantem ipsum, armatum quendam compositum, & dactylum, & Heroum, non satis scio quomodo constituentem, & æqualem sursum ac deorsum ponentem, in breue & longum euadentem: & ut ego puto Iambum, & alium quendam Trochæum nominabat. Longitudines autem & breuitates annectebat. Et quibusdam horum arbitror ipsum ductus pedis non minus & uituperare & laudare, quàm ipsos rythmos, aut quiddam quod simul utrunq; est. Non enim dicere possum. Verum hæc quidem uelut dicebam ad Damonem reijciantur. Non enim breui oratione hæc distingui possunt: aut tu posse putas? Per Iouem non ego. At hoc, quòd ornatus, & turpitudo, ad rythmi concinnitatem & inconcinnitatem sequuntur, distinguere potes? Quidni? Atqui rythmi concinnitas ad pulchram dictionẽ sequit̃, ipsiq; assimilatur: inc̃concinnitas uero ad contrariã dictionẽ. Et harmoniæ concinnitas & inc̃concinnitas eodem modo, siquidem rythmus et harmonia ad orationẽ sequuntur, uelut paulò antea dictum est, & non oratio ad hæc. Atqui inquit ille hæc ad orationẽ sequi debẽt. Quid uero inquã ego, Modus dictionis, & oratio, nónne ad animæ mores sequuntur? Quidni? Ad dictionem uero reliquam? Etiam. Dictionis ergo bonitas, & harmoniæ concinnitas, & ornatus, & rythmi concinnitas, ad bonitatem morum sequuntur, non eam quæ dementia est, & quam blanda appellatione bonitatem morum uocamus, sed quam mentem dicimus, reuera bonis & pulchris moribus præditam. Omnino ita inquit. Nunquid ubique hæc persequenda sunt adolescentibus, si id quod ipsorum est facere debent? Persequenda equidem. Est autem plena ipsis pictura, & omne huiusmodi artificium, plena item textoria, & ars uariegandi, & ædificatoria, et omne rursus aliorum instrumentorum opificium. Insuper autem et corporum natura, itemq; aliarum stirpium. In omnibus enim his inest ornatus, aut turpitudo. Et turpitudo quidem, et rythmi ac harmoniæ inconcinnitas, prauæ orationis et malorum morum sorores sunt. contraria uero, contrariorum et temperantium et bonorum morum fratres sunt et imitamenta. Penitus ita inquit. Nunquid igitur poetis nostris instabimus, et ipsos insuper cogemus, ut solum bonorum morum imaginẽ poematis inducant, aut non apud nos poemata faciant? Aut etiam alijs artificibus instabimus, et prauum hunc morem, et petulantiam, et illiberalitatem ac turpitudinem prohibebimus, ut neque in animantium imaginibus, neque in ædificijs, neq; in ullo alio opere inducant? Aut si quis hoc facere non potest, non sinendus est ut apud nos opificium suum exerceat, ut ne in malis imaginibus educati nostri custodes, uelut in praua herba, multa quotidie paulatim de multis decerpentes ac depascentes, non animaduertant se unum quoddam magnum malum in anima sua conflare? At illos artifices quæremus, qui pulchri et decori naturam ingeniose inuestigare possunt, ut uelut in salubri loco habitantes adolescentes ex omnibus utilitatem capiant, undecunque tandem ipsis de pulchris operibus, aut ad usum, aut ad auditum aliquid appellat: quemadmodum aura de commodis locis afferens sanitatem, et statim à pueris sensim citra animaduersionem, ad simili-

Rythmorum ratio

Oratio mores sequitur

ad similitudinem et amicitiam et concordiam cum pulchra oratione perducens. Pulcherrimè certè inquit sic educarentur. Nunquid igitur inquam ego ô Glauco ea de causa, præcipuum in Musica alimentum quàm maximè ad internam animæ partem subit, rythmus uidelicet & harmonia, & fortissimè ipsam contingunt ornatũ afferẽtia? & faciunt sanè decorum ac ornatum, si quis rectè alatur: Sin minus, cõtra. Et quoniam rursus ea quæ omittuntur, & non pulchrè elaborata sunt, aut à natura non pulchrè producta, is qui illic ut oportebat educatus est acutissimè sentit, etiam rectè indignãs, pulchra quidem laudat, & cum gaudio in animam suscipiens, ab ipsis alitur, & pulcher & bonus efficitur: Turpia uero rectè uituperat, & dum adhuc iuuenis est odio habet, prius etiam quàm orationem capere possit. Vbi uero uenit oratio, amplectitur ipsam qui ita educatus est, ut qui ob coniunctionem maximè ipsam cognoscat. Mihi equidem uidentur inquit, ea de causa, in Musica alimentum esse. Quemadmodum ergo de literis inquam ego, tunc satis habebamus, quando elementa nos non latebant, etiamsi paucæ essent in omnibus in quibus circũferuntur: & neq; in paruo, neque in magno ipsas contemnebamus, uelut percipere non esset opus: sed ubicq; cognoscere conabamur, uelut non prius grammatici futuri, quàm ita haberemus. Vera inquit dicis. Nónne & imagines literarum sicubi in aquis aut in speculis apparuerint, non prius cognoscemus, quàm ipsas cognoscamus. Sed est hoc eiusdem artis ac studij? Maximè. Nunquid. Ergo id quod dico, per deos sic neq; Musici prius erimus aut ipsi, aut custodes, quos nobis instituendos esse dicimus, quàm temperantiæ, & fortitudinis, & liberalitatis, & magnificentiæ species, & quæcunq; his cognata sunt, & quæcunq; rursus his contraria, ubicunque circunferantur cognoscamus, & in quibus insunt inesse sentiamus, & ipsas, & ipsarũ imagines, & neq; in paruis, neq; in magnis contemnamus, sed eiusdem artis & studij esse putemus? Magna necessitas est inquit. Nónne inquam ego, in cuiuscunq; anima accidit inesse pulchros mores, & in specie cum illis consentientes & conuenientes eiusdem typi participes, hoc pulcherrimum fuerit spectaculum ei qui spectare potest? Maxime. Et quidem quod pulcherrimum est, amabilissimum est. Quidni? Huiusmodi itaque homines Musicus maximè amauerit. Si uero inconcinnus fuerit, non amauerit. Non inquit, si quid in anima defecerit: si tamen in corpore, sustinuerit ut ipsum amplecti uelit. Intelligo inquam ego, esse aut fuisse tibi talem quendam amatum, & concedo. Verũ hoc mihi dic. Est ne aliqua temperantiæ cum excellenti uoluptate societas? Et quomodo inquit, quum non minus quàm dolor dementem faciat? At reliquæ uirtuti? Nequaquàm. Quid uero contumeliæ & petulantiæ? Omnium maximè. Maiorem uero aliquam & uehementiorem uoluptatem dicere potes, quàm est ea quæ circa res uenereas cõtingit? Non possum inquit ille, neq; furiosiorem. At rectus amor temperatum & pulchrum, temperatè & musicè à natura amare solet. Et ualdè inquit ille. Nihil ergo furiosum, neque petulantiæ cognatum, recto amori adhibendum est. Non adhibendum est. Nõ ergo adhibenda est ipsi uoluptas, neq; in hac societas habenda est amatori & amato, qui rectè amant & amantur. Non equidem per Iouem inquit adhibenda est ô Socrates. Sic itaq; legem feres in ea quam condimus ciuitate. Vt amet quidem & conuersetur ac contingat amator amatum uelut filium, honestarum rerũ gratia si persuadeat: In reliquis uero ita conuersetur cum eo cuius quis studio tenetur, ut nũ quàm uideatur lõgius cum ipso commorari: Sin minus, uituperationẽ subeat, tanquàm qui sit à Musica concinnitate ac honestate alienus. Sic inquit. Nunquid inquam ego, etiam tibi uidetur sermo de Musica finem habere? Qua enim parte finiri debet, finẽ fortitus est. Oportet autem Musica in pulchri amore finiri. Assentior inquit ille. Post Musicam itaq; gymnastica alendi sunt adolescentes. Quidni? Oportet equidem et hac exactè à pueris per uitam nutriri. Habet autem ut opinor res se hoc modo, uerum considera etiam tu. Mihi equidem non uidetur corpus quod bonum est, sua uirtute animam bonam facere, sed contrà, Anima bona sua uirtute corpus quantum fieri potest optimum reddere. Tibi uero quomodo uidetur? Et mihi inquit ita uidetur. Nónne si postquàm mentem iustè curauerimus, traderemus ipsi ea quæ ad corpus pertinẽt exactè curanda, ita ut nos typos saltẽ præscriberemus, ut ne longius sermo extenda

Literarum similitudo

Spectaculum quid sit pulcherrimum

Lex amatoria

Anima bona corpus afficit, non contrà

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, rectè fecerimus? Maximè. Ab ebrietate itaq; dicemus ipsis abstinendum esse. Cuiuis enim magis conuenit quàm custodi, ut inebriatus ubi terrarum sit nesciat. Ridiculum enim est inquit ille, custodē custode opus habere. Quid uero de cibis? Athletæ equidem hi uiri sunt maximi certaminis, aut non ita? Etiam. Nunquid igitur horum exercitatorum habitus his conueniens fuerit? Fortassis. At hic inquam ego somnolentus est, & ad sanitatem periculosus. Aut non uides quòd & dormiunt per uitam, & si parum à præscripto uictu excesserint hi excitatores, multum & uehementer ægrotant? Video. Elegantiore itaq; quadam inquam ego exercitatione militaribus athletis opus est, quos & uelut canes uigiles esse necesse est, & quàm maximè acutè uidere & audire, & multas mutationes in expeditionibus sustinere, aquarum & ciborum, æstusq; & frigoris, ut ne ex facili periculum sanitatis incurrant. Mihi ita uidetur.

Gymnastica optima, soror Musicæ simplicis

Nunquid igitur optima gymnastica soror quædam fuerit simplicis Musicæ, quam paulò antea exposuimus? Quomodo dicis? Simplex equidem & maximè moderata gymnastica est eorum qui in militia uersantur. Quo istud modo? Et ex Homero inquam ego talia quis didicerit. Nosti enim quòd in militia in Heroum epulationibus, neque piscibus ipsos pascit, & hoc quum in mari in Hellesponto essent, neque carnibus coctis, sed assatis solum, quæ militibus facilimè parari possunt. Vbiq; enim facilius est, ut ita dicam ipso igne uti, quàm uasa circunferre. Et ualdè. Neq; uero condimentorum ut ego opinor, Homerus unquàm meminit: Aut hoc quidem etiam alij exercitatores sciunt, quòd corpori bono habitu esse debet, ab huiusmodi omnibus abstinendum est.

Et rectè inquit sciunt & abstinent. Syracusanam itaq; ô amice mensam, & Siculam uarietatem in obsonijs, ut apparet non laudas, si quidem hæc tibi rectè se habere uidentur. Non sanè ut mihi uidetur. Vituperas ergo etiam Corinthiam puellam amicam esse uiris, qui bono corporis habitu præditi esse debent. Omninò ita. Nónne etiam Atticarum placentarum delicias, quales quibusdam esse uidentur? Necesse est. Totum enim huiusmodi uictum ac diætam opinor, si carminum artificio et cantilenæ, quę in omni harmonia, & omnibus rythmis uersantur, assimilemus, rectè assimilauerimus.

Simplicitatis utilitas

Quidni? Nónne illic quidem petulantiam uarietas parit, hic morbum. At simplicitas circa Musicam quidem, in animis temperantiam: circa gymnasticam uero, in corporibus sanitatem. Verissima inquit dicis. Vbi uero petulantia & morbi in ciuitate multiplicantur, nónne fora iudicialia & officinæ medicæ multæ aperiuntur, & ars iudiciaria & Medicina magni fiunt, quum etiam liberi multi horum studio ualdè teneantur? Cur enim non tenerentur? At malę & turpis institutionis in ciuitate, nunquid maius indicium accipere possis, quàm medicis & iudicibus summis opus habere, non solum uulgares & manuarios opifices, sed etiam eos qui in liberali modo se educatos esse simulant? Aut non turpe uidetur esse, & magnum imperitię signum, ob proprię uitutis inopiam, externa iustitia, ab alijs uelut dominis & iudicibus, uti cogi? Omnium equidem inquit turpissimum. Num uidetur tibi inquā ego, illo adhuc turpius hoc esse, quum quis non solum multam uitæ partem in iudicijs modo reus, modo accusator conterit, sed etiam prę honesti imperitia, ob hoc ipsum gloriatur, uelut qui in inferenda iniuria præstet, & omnibus fallacijs uti possit, & omnes ad elabendum exitus perquire re, & ratiocinando tergiuersari ut ne pœnas det: & hæc paruarum & nullius precij rerū gratia, ut qui ignoret quantò pulchrius & melius sit præparare sibi uitam, ut nihil opus habeat stertente iudice? Aut non ita? Imò hoc inquit, ille adhuc turpius est. At uero medicina inquam ego, opus habere, non uulnerum gratia, aut quorundam morborum per annuum circuitum illabentium, sed propter desidiam, & uictum qualem exposuimus, dum fluxionibus & uentis homines uelut paludes implentur, ita ut elegantes Asclepiadas coegerint noua morbis nomina imponere, & flatus ac defluxiones appellare, non turpe uidetur? Et ualdè inquit reuera hæc noua sunt & absurda morborū nomina. Qualia inquam ego non erant ut opinor tempore Aesculapij. Coniecturam uero inde sumo, quòd filij ipsius in Troia Eurypylo sauciato, non repræhenderunt eam quæ bibendum dedit uinum pramnium, multa polenta et caseo deraso insperfis, quæ sanè inflammationis uim habere uidentur: neque Patroclū medicantem increpuerunt. Et

Et tamen inquit absurda est potio ita affecto. Non dicebam, si cogitas quòd pędagogica hæc, quæ nunc est medicina, morbos uelut pueros ducente, Asclepiadæ non utebantur uelut dicunt, ante Herodicum. Herodicus enim quum esset prædotriba, & morbosus fieret, mixta gymnastica cum medicina, primum quidem & maximè seipsum perdidit. Deinde alios postea multos. Quomodo istud inquit? Dum longam inquam ego sibijpsi mortem fecit. Morbum enim qui letalis esset sequens, neq; sanare ut opinor seipsum poterat, & dum circa omnia occupatus curaretur, per uitam mœrore affectus uiuebat, si quid à consueto uictu excessisset, præ sapientia tamen difficulter moriens, ad senectutem perueniebat. Pulchrum ergo inquit artis præmium tulit. Quale parerat inquam ego, eum qui non nosset quòd Aesculapius non ex ignorantia, neq; imperitia huius speciei medicinæ, hanc ipsam filijs non commonstrasset, sed gnarus quòd omnibus in ciuitate bonis legibus instituta opus quoddam demandarum est, quod necesse est unumquemq; exequi, & quòd nulli otium est ut per uitam ægrotans à medicis curetur, id quod nos ridiculo modo in opificibus sentimus, In diuitibus autem & his qui felices esse uidentur, non sentimus. Quomodo inquit? Vbi faber inquā ego ægro tat, petit à medico ut poto medicamento morbum euomat, aut ut deorsum purgatus, aut ustione aut sectione usus liberetur. Si uero quis ipsi longā uictus rationē imperet, & pileolos circum caput imponat, & quæ ad hæc sequuntur, statim dicit sibi non esse otium ad egrotandum, neque conducere ita uiuere ut morbo mētem adhibeat, proposi tum autem opus negligat. Et postea ualere iussō huiusmodi medico, ad consuetam uictus rationem progressus, si sanus euadit, uiuit quæ sua sunt exequens. Si uero corpus ad sustinendum morbum non suffecerit, mortuus à molestijs omnibus liberatur. Et talem quidem inquit decere uidetur, ita medicina uti. Nunquid inquam ego, eo quòd opus ipsi propositum esset, quod si non exequeretur, uiuere non conducebat? Manifestum est inquit. At diues uelut diximus, nullum eiusmodi opus propositum habet, à quo si abstinere cogatur, uiuere non uelit. Non sanè, uelut dicitur. Phocylidem enim inquam ego, non audis quomodo dicit, Virtutem exercendam esse quando iā res ad uitam necessariæ alicui affuerint. Arbitror inquit etiam prius. Nihil, dicebam, de hoc cum ipso contendemus, sed nos ipsos erudiamus, an diuiti studium hoc persequendum sit, aut ut morbum alat, uita non expetenda sit ipsi, si hoc studio nō teneatur? Fabrili equidem & reliquis artibus impedimento est ut mentem adhibere non possint, si morbus ipsis alendus sit. At Phocylidæ præceptum nihil hoc impedit, si quis morbū alat. Etiam per Iouem inquit ille. At ferme omnium maximè, siquidem superflua hæc corporis cura gymnasticam excedit. Nam & ad res domesticas gubernandas, & ad militares expeditiones, & ad urbanos magistratus, difficultatem inducit. Quod uero maximū est, ad disciplinas quascunq; tandem, & ut quis secum ipse cogitet ac meditetur, grauis est, ut quæ capitis distentiones quasdā, & uertigines semper suspicetur, & ex philosophia accedere causetur. Quare ubi hæc est, ut quis uirtute exerceatur ac probetur, penitus impedimēro est. Facit enim ut quis semper se ægrotare putet, & nunquàm corpore dolere cesset. Verisimile est inquit. Nónne igitur dicemus hæc etiā Aesculapiū cognouisse, et qui natura ac uictu corpora sano modo affecta haberent, morbū tamen quendā secretū in seipsis cōtinerēt, his & huic habitui ostēdisse medicinā, ut medicamē tis & sectionib. morbos ipsorū eijceret, & cōsuetā uictus rationē imperaret, ut ne in reipub. negotijs obeundis lædereńt. At corpora intrinsecus morbis penitus affecta nō agressum esse, ut uictus ratione paulatim exhauriet, & perfunderet, atq; sic longā et malā uitā homini induceret, & ut filios huiusmodi uelut ueri simile est generaret, sed putasse nō oportere curare eū qui in cōstituto circuitu uiuere nō posset, ut quineq; sibijpsi, neq; reipub. utilis esset. Virum politicum & reipublicæ studiosum inquit prædicas Aesculapium. Manifestum est inquam ego, & filij ipsius ostendere possunt talem ipsum fuisse. Aut non uides ipsos in Troia & ad bellū claros apparuisse, & Medicina uelut ego dico usos esse? Aut non meministi, quòd etiam Menelao ex uulnere, quod Pandarus illi inflixerat, sanguinem exsuxerunt, & mitia medicamenta insperserunt? Quid uero postea aut bibere aut edere oporteret, nihilo magis quàm Eurypylo imperarunt:

Aegrotare nō uocat opificibus

Morbum alere quæ mala inducat

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquàm sufficerent medicamenta ad sanandos uiros, qui ante accepta uulnera sani & moderati circa uictus rationem fuissent, etiamsi euestigiò Cyceonem, si ita contigisset, bibissent. At uero ut quis aut natura, aut ex intemperantia morbosus uiuat, neque sibi ipsis, neque alijs conducere putabant: neque ob hos artem esse oportere, neque ipsos curandos esse censebant, etiamsi Mida ditiores essent. Admodum elegantes inquit, Aesculapij filios dicis. Ita decet inquam ego. Quanquàm nobis non consentientes Tragœdiarum poetæ & Pindarus, Apollinis quidem filium Aesculapiũ esse dicunt, uerùm auro persuasum esse, ut opulentũ uirũ morti iam uicinum curauerit. Vnde sanè etiam fulmine ipsum ictum esse. Nos autem iuxta ea quæ relata sunt, non ambo ista ipsis credimus, sed si quidem dei filius fuit, non fuit dicemus turpis lucri auidus. Si uero turpis lucri auidus fuit, non fuit dei filius. Rectissimè inquit ille hæc, Verum de hoc quid dicis ô Socrates? Nunquid bonos medicos in ciuitate habere oportet? Fuerint autem maximè tales, qui plurimos sanos, plurimos item ægrotos tractarunt. Et iudices rursus eodem modo, qui cum uarijs naturis conuersati sunt. Et ualdè dicebam, bonos dico. At nosti quos tales esse putem? Si dixeris inquit. Conabor inquam ego, Tu tamen non similem rem eodem sermone interrogasti. Quomodo inquit? Medici quidem dicebam præstantissimi fuerint, si à pueris initio sumpto, ad hoc ut artem discant, inter plurima & deprauatissima corpora uersati sint, & ipsi ex omnibus morbis laborauerint, & non admodum sani sint natura. Non enim corpore corpus curant opinor: alioqui enim fieri non posset ut ipsa unquàm mala essent aut fuissent: sed anima corpus, quę fieri non potest, ut quum mala fiat, & sit, bene quid curet. Rectè inquit. Iudex autem ô amice, anima animæ imperat: quæ fieri non potest ut à iuuentute inter prauas animas educata sit, & conuersata fuerit, & omnia iniusta facta ipsa perpetrauerit, eoque peruenerit, ut ex seipsa aliorum iniusta facta acutè intelligat, uelut morbos circa corpus: sed integram & malorum imperitam in iuuentute ipsam fuisse oportet, si ipsa honesta & bona, integrè ac sincerè ea quæ iusta sunt iudicare debet. Quapropter etiam iuuenes qui moderati sunt, stolidi esse uidentur, & qui facile ab iniustis decipi possint, ut qui non habeant in seipsis exempla similium improbis affectionum. Valdè equidem inquit hoc ipsis accidit. Proinde inquam ego, non iuuenem, sed senem esse oportet bonum Iudicem, ut qui sero qualis res iniustitia sit didicerit, & non propriam in sua anima senserit, sed alienam in alienis, per longum tempus, quale malum sit, percipere ac cognoscere meditatus sit, scientia, non propria experientia usus. Genero-sissimus itaque inquit, talis Iudex esse uidetur. Et bonus inquam ego, id quod tu interrogabas. Qui enim animam bonam habet, bonus est. At callidus ille, & qui mala coniectat, qui ipse multa iniustè fecit, & qui se uersutum ac sapientem esse putat, quando cum similibus conuersatur, præstans & uerecundus uidetur, dum ad exempla quæ in seipso sunt respicit: quando uero cum bonis & senioribus iam congreditur, improbi or rursus apparet, importunè fidem non habens, & sani moris ignarus, utpote qui talis exempla non habeat. Quum autem sæpius cum prauis quàm cum sapientibus conuersetur, sapientior quàm imperitior & sibijpsi & alijs esse uidetur. Penitus uera inquit dicis. Non itaque inquam ego, talem iudicem uelut bonum & sapientem quærere oportet, sed priorem illum. Improbitas enim & uirtutem, & seipsam, nunquàm cognoscere poterit. Virtus autem dum natura temporis progressione eruditur, & sunpsius & improbitatis scientiam accipiet. Sapiens igitur hic, ut mihi uidetur, & non malus ille euadit. Et mihi inquit similiter ita uidetur. Nónne igitur etiam Medicinam qualem diximus, cum eiusmodi iudiciaria disciplina in ciuitate constitues, qui ciuium bona natura præditorum & corpora, & animas curabunt. Contrà uero affectos, si quidem corpore tales fuerint, mori sinent: si uero animã natura malam habuerint, & incurabiles fuerint, ipsi occident. Optimũ itaq; inquit fuerit, & ipsis qui hæc patiuntur, & ciuitati, si hæc ita fiãt. Clarum itaq; est q; iuuenes uerebuntur ad iudiciariæ usum pro gredi, simplici illa Musica utentes, quã sanè diximus temperantiã in ipsis gignere. Quid tum postea inquit? Nónne iuxta eadem hæc uestigia, Musicus qui gymnasticam persequitur, si uolet eliget ut nihil opus habeat medicina, nisi necessitas urgeat?

Medici qui præstantissimi

Medici & iudices ciuitatis quales

Mihi

Mihi ita uidetur. Ipsa uero gymnasia et labores obibit, magis ad animosum naturæ impetum respiciens, & illum excitans, quàm ad robur: non quemadmodum alij Athletæ, roboris gratia cibos & labores assumet. Rectissimè inquit ille. Nunquid igitur ô Glauco inquam ego, etiam hi qui ut Musica & gymnastica adolescentes instituerentur constituerunt, non ea gratia qua quidam opinantur constituerunt, ut uidelicet per hanc corpus, per illam anima curaretur. At cur tandem inquit? Videntur inquam ego ambo hæc studia animæ gratia maximè constituisse. Quomodo istud? Non animaduertis dicebam, quomodo ipsa mente afficiantur, qui gymnasticam quidem per uitam exercuerint, Musicam autem non attigerint: aut qui contrà affecti fuerint? De qua re inquit ille dicis? De feritate & duricia, & rursus de mansuetudine & mollicia inquam ego. Ego sanè noui inquit, eos qui sola gymnastica usi sunt, ferociores quàm conuenit euadere: qui uero Musica, molliores fieri quàm ipsos deceat. Atqui inquam ego ferocitas animosum naturæ impetum inducere poterit, & si recte alatur, fortitudo fuerit. Si uero magis quàm decet extenta fuerit, durior & difficilis efficitur, uelut ueri simile est. Ita mihi uidetur inquit. Quid uero mansuetudinem nónne philosophica natura habet, & si ipsa magis remittatur, mollior quàm decet fuerit: si uero rectè alatur, mansueta & moderata? Est ita. Diximus autem cuiusdam ambas has naturas habere oportere. Oportet equidem. Nónne igitur ipsas adaptatas inter se oportet? Quidni? Et eius quidem qui concinnè adaptatus est, anima temperans & fortis est. Maximè. Inconcinni uero anima timida & ferox est. Et ualdè quidem. Nónne quum quis exhibet se Musicæ, ut ipsa modulatur, & in animam per aures, uelut per infundibulum, infundat eas quas suprà recensebamus dulces & molles & lugubres harmonias, & cantando ac cantilenis delinitus totam uitam consumit: hic primum quidem si quid animosi impetus habuit, uelut ferrum emollit, & ex inutili ac duro utile efficit. Quòd si immorans non remittat, sed demulceat, post hoc iam liquat ac fundit, donec animi impetum eliquarit, & uelut neruos ex anima exciderit, & mollem pugilem reddiderit. Maximè inquit. Et si quidem inquam ego, ab initio naturam deiecti animi adepta fuerit, breui hoc effecit. Si uero animosio impetu præditam, impetu debili facto, hominem ex facili mutabilem reddit, qui ex paruis occasionibus cito & irritatur, & mitigatur. Ex animosis igitur, bile facile perciti, & iracundi fiunt, morositate pleni. Valdè equidem. Quid uero si in gymnastica se multum exerceat, & ualdè admodum se exatiet, musicam autem & philosophiam non attingat, nónne primum quidem bona corporis habitudine præditus, animo & spiritu impletur, et ipse seipso fortior euadit? Et ualdè quidem. Quid uero si in hoc immoratur, ut nihil aliud agat, neque Musam uspiam attingat, nónne si qua etiam inerat in anima ipsius discendi cupiditas, ea debilis et surda ac cæca efficitur, utpote quum non excitentur, neque alantur, neque expurgentur sensus ipsius, qui neque disciplinam ullam gustat, neque quæstionis, neque sermonis, neque reliquæ Musicæ particeps fit. Ita res se habet. Sermones itaque opinor talis uir odio habet, et à Musis abalienatus amusus euadit: et persuasione quæ per sermones contingit, non amplius utitur: sed uiolentia et ferocitate uelut bestia feras omnia transigit, et in imperitia ac improbitate ab omni concinnitate et gratitudine alienus uiuit. Penitus ita inquit ille, res se habet. Ad hæc itaque duo ut apparet, ad animosum uidelicet impetum, et ad philosophiam, ego sanè asseruerim deum aliquem hominibus duas artes dedisse, Musicam et Gymnasticam: non ad animam et corpus, ni si præter institutum, sed ad illa duo, quo inter se coaptarentur, dum intenduntur ac remittuntur quatenus id fieri decet. Equidem apparet inquit. Qui igitur gymnasticam Musicæ optimè miscet, & moderatissimè animæ adhibet, eũ rectissimè dixerimus perfectissimum Musicum esse, et multò magis concinnum quàm eum qui chordas inter se componit. Meritò inquit ô Socrates. Nónne etiam in ciuitate nostra ô Glauco, huiusmodi quodam præfecto semper opus erit, si respublica seruari debet? Opus erit quàm maximè hoc fieri potest. Formæ itaque institutionis ac educationis hæ fuerint. Nam choreas talium quis recensere possit, et uenationes tum alias, tum quæ cum canibus fiunt,

Musices uis

Gymnasticæ uis

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiunt, & gymnica ac equestria certamina. Fermè enim manifestum est hæc ad illa sequi oportere, & non amplius difficilia inuentu esse. Fortassis inquit ille non difficilia. Sit ita inquam ego, Deinceps uero quid nobis distinguendum erit? Nónne qui ex his ipsis imperabunt, & qui subditi erunt? Quidni? Nónne seniores príncipes esse oportere, iuniores autem subditos, manifestum est? Manifestum est. Et ex ipsis optimos? Et hoc. Qui uero ex agricolis optimi sunt, nónne maximam agriculturæ peritiam tenent? Etiam. Nunc uero postquàm ex custodibus optimos ipsos esse oportet, nónne custodiendæ ciuitatis peritissimos esse conuenit? Etiam. Nónne & prudentes ad hoc esse oportet, & potentes, & insuper ciuitatis curatores? Est ita.

Curauerit autem quis hoc maximè quod amat? Necesse est. Sed & hoc maximè quis diligit, cui eadem quæ sibijpsi conducere putat: & quum illo maximè bene habente, ex illius felicitate suam felicitatem pendere arbitratur. Sin minus, contrà. Ita res se habet. Eligendi igitur sunt ex alijs custodibus huiusmodi uiri, qui considerantibus nobis maximè uideantur per omnem uitam omni promptitudine facere, id quod ciuitati conferre arbitrentur: quod uero non, nullo modo facere uelle. Idonei enim hi sunt inquit. Videtur itaq; mihi obseruandos ipsos esse in omnibus ætatibus, an hoc præceptum custodiant, & neque præstigijs seducti, neque ui coacti, obliuiscantur ac ejiciant eam opinionem, facere uidelicet oportere ea quæ ciuitati optima sunt. Quam inquit ejectionem dicis? Ego tibi inquam dicam. Videtur mihi opinio è mente exire aut uoluntariè, aut inuoluntariè. Voluntariè quidem, falsa in eo qui dedisceit: Inuoluntarie uero, omnis uera. De uoluntaria quidem inquit intelligo. De inuoluntaria uero opus habeo ut discam. Quid uero, nónne etiam tu putas inquam ego, bonis quidem inuoluntariè homines priuari: malis autem uoluntariè? Aut non à ueritate aberrare malum est, uera autem dicere bonum? Nónne opinari ea quæ sunt, uera dicere tibi esse uidetur? At inquit ille rectè dicis, & uidentur mihi inuiti uera opinione priuari. Nónne furto, aut præstigijs, aut ex uiolentia hoc ipsis accedit? Neque nunc inquit intelligo. Tragicè inquam ego uideor dicere. Furto equidem priuari illos dico, qui ad mutationem persuadentur, & qui obliuiscuntur. Ex his enim tempus, ex illis ratio eximens latet. Nunc forte intelligis? Etiam. Violentia uero coactos dico, quos dolor aliquis aut cruciatus opinionem mutare facit. Et hoc inquit intelligo, & rectè dicis. Præstigijs autem priuari opinor etiam tu dixeris eos, qui aut à uoluptate deliniti, aut præ timore qui formidantes, opinionem mutant. Videntur enim inquit ille præstigijs uti omnia quæ decipiunt. Quod itaque modo dicebam, quærendum qui sint optimi custodes eius quæ apud ipsos est sententiæ, quòd hoc facere oportet, quod ciuitati optimum esse arbitrantur. Obseruandum itaque statim à pueris, propositis ipsis operibus, in quibus eiusmodi sententiæ maximè quis obliuisci ac decipi possit. Et qui, quidem memor est, & difficulter decipi potest, eligēdus est: qui uero non reprobandus. Nunquid? Etiam. Et laborum rursus ac dolorum certamina ipsis proponenda sunt, in quibus eadem hæc obseruanda. Rectè inquit. Nónne iquam ego etiam tertiæ speciei, præstigiorum uidelicet, periculum faciendum est? & quemadmodum hi qui pullos ad strepitus & tumultus ducunt, ut timiditatem ipsorum explorent: Sic nos iuuenes adhuc terroribus obijciemus, & rursus ad uoluptates transferemus, ita ut ipsas multò magis exploremus quàm aurum in igne, an quis difficulter præstigijs decipi possit, & bonum in omnibus habitum præferat, sitq; sui ipsius bonus custos, & in Musica quam didicit, & rythmo, & harmonia concinnum seipsum in omnibus his exhibeat: qualis sanè si fuerit, & sibijpsi & reipublicæ utilis erit. Et qui semper, & dum puer est, & dum adolescens, itemque uir examinatur, & integer ac incorruptus euadit, is princeps & custos reipublicæ constituendus est, & honores ipsi & uiuo, & mortuo contribuendi, ita ut & sepulchrorum & aliorum monumentorum maximos honores consequatur. Qui uero talis non est, is reprobandus & explodendus est. Huiusmodi quædam inquam ego, uidetur mihi ô Glauco, electio ac constitutio principum ac custodum esse, ut adumbratione quadam, et non ita exactè dictum sit. Et mihi inquit ille ita uidetur. Nunquid igitur reuera rectissimum est, ut

Vtilitatis publicæ studium

Opinionis utriusq; quæ sit ratio

Custodum probatio

Princeps & custos qui cõstituendus

ut hi quidem custodes perfecti & externorum hostium, & internorum amicorum uocentur, quo hi non uelint, illi non possint, malí aliquid facere: Iuuenes uero quos modo custodes appellabamus, adiutores & auxiliarij sententiarum ipsorum principum appellentur? Mihi sanè uidetur inquit. Qua igitur arte inquam ego, fieri poterit ut mendacijs, de quibus nunc dicebamus, oportunè productis, generosum quiddam sit mentiendo persuadere, maximè quidem etiam ipsis príncipibus: sin minus, reliquæ ciuitati? Quale istud inquit? Nihil noui inquam ego, sed phœnicicum quiddam, prius quidem multis iam locis factum, uelut poetæ dicunt, & persuaserunt: nostris uero temporibus non factum, neque scio an fieri possit: persuadere autem magnæ fuerit eloquentiæ. Quàm tardus inquit ad dicendum esse uideris. Videbor inquam ego, etiam ualdè meritò tibi tardus esse, postquàm dixero. Dic inquit, & ne timeas. Dico itaque, etiamsi non satis sciam, qua audaciam, aut quibus sermonibus utens dicam: & aggrediar primum quidem ipsis príncipibus & militibus persuadere. Deinde uero etiam reliquæ ciuitati, quòd sanè quibus nos ipsos educauimus & instituimus, ea omnia uelut somnia accidere, & circa ipsos fieri uisa sunt. Erant autem tunc reuera sub terra, intusq; formabantur & educabantur tum ipsi, tum arma ipsorum, & reliqua ipsorum suppellex creabatur. Postquàm autem penitus absoluti essent, terra etiam quæ ut mater esset, ipsos produxit. Et nunc sanè oportet ipsos de regione in qua sunt, uelut de matre, & nutrice consultare, ipsamq; defendere, si quis ipsam inuadat: & de reliquis ciuibus, uelut qui fratres sint & è terra orti Gigantes, solicitos esse. Non frustrà inquit, dudum ueritus es mendacium dicere. Meritò admodum inquam ego, attamen audi etiam reliquum fabulæ. Estis equidem omnes qui in ciuitate degitis fratres: ita enim ad ipsos fabulantes dicemus: Verum deus in formando uobis qui ad imperandum idonei estis, aurum in generatione ammiscuit. Quapropter honoratissimi estis. Eis uero qui ad auxilium ferendum præstant, argentum. Agricolis autem & reliquis opificibus æs & ferrum. Proinde ut qui cognati omnes sitis, plerunque similes uobis ipsis generatis. Quandoque tamen ex aurea sobole generari poterit argentea, & ex argentea, aurea: & reliquæ omnes eodem modo aliæ ex alijs uicissim. Principibus igitur et primum, et maximè præcipit Deus, ut nullius rei ita boni custodes sint, neque quicquam ita obseruent, quàm quid in animis filiorum ipsorum, ex illis ammixtum sit. Et si filius ipsorum subæratus aut subferratus sit, nullo modo miserabuntur, sed conuenientem naturæ honorem tribuentes, ad agricolas aut opifices ipsum detrudent. Et si rursus ex opificibus aut agricolis nascatur quis subauratus, aut argentum ammixtum habens, honore delato hunc euehent, ita ut tales partim inter custodes, partim inter auxiliarios referant: uelut oraculo proditum sit, tunc ciuitatem interituram esse, quum ipsam æs aut ferrum custodierit. Hanc igitur fabulam ut credant, habésne ut dicas qua id arte fieri possit. Nequaquàm inquit ut hi ipsi credant. Vt tamen horum filij, et successores, et alij in posterum homines. Sed et hoc inquam ego bene habuerit, ad hoc ut et reipublicæ, et inter se mutuò maiorem curam gerant. Fermè intelligo id quod dicis. Et hoc sanè deueniet, quocunque tandem fama ipsum perduxerit. Nos autem hos Gigantes armatos producamus præeuntibus príncipibus. Progressi uero specturi ubi in ciuitate commodissimus sit locus ad castrametandum, unde et internos maximè cohibere possint, si quis legibus parere nolit, et externos propulsare, si hostis uelut lupus quidam gregem inuadat. Castrametati uero, sacrificijs quibus conuenit factis, tabernacula faciant: aut quomodo? Ita inquit. Nónne eiusmodi quæ et hyeme tegant, et æstate commoda sint? Quidni? Habitationes enim mihi dicere uideris. Etiam inquam ego, militares sanè, sed non ad quæstum faciendum paratas. Quomodo rursus inquit has ab illis differre putas? Ego tibi inquam dicere conabor. Grauissimū equidē et turpissimū omniū fuerit pastoribus, tales et sic nutrire canes gregis custodiendi adiutores, ut præ petulātia, aut fame, aut alio quodā malo more, ipsi canes pecora lædere aggrediant, et, p canibus lupis assimilētur. Graue inquit ille, Quidni? Nónne omni modo cauendum est, ne tale quid nostri adiutores faciant aduersus ciues, postquàm ipsis potiores sunt, et pro benignis auxiliarijs, ferocibus dominis assimilentur. Cauendum inquit. Nónne maxima cautione præparati essent, si reuera recte instituti essent?

Adiutores & auxiliarij principum

Principum filij opifices fiãt, & uicissim

Oraculum de custodibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

essent? Atqui sunt inquit. Et ego dicebam, hoc quidem ô chare Glauco affirmare non decet: quod tamen modo dicebamus, id decet, quòd oportet ipsos rectam institutionem nanciscí quæ tandem illa est, si quod maximum est habere debent, ad hoc ut mansueti sint, & erga seipsos, & eos quos custodiunt. Et rectè inquit ille. Ad hanc itaq; institutionẽ dixerit quis mente præditus, oportere etiam habitationes & reliquas opes, tales ipsis præparatas esse, quę neq; efficiant ut ipsi custodes optimi esse desinant,

Custodũ opes & habitatiões

neq; aduersus alios ciues ad male faciendum incitent. Et uerè inquit dixerit. Vide itaque dicebam ego, an tali quodam modo ipsos uiuere & habitare oportet, si tales esse debent. Primum quidem ut opes nullas quisquam proprias habeat, nisi summa necessitas expetat. Deinde ut habitatio & ærarium nulli huiusmodi sit, in quæ non cuiuis uolenti aditus pateat. Res autem necessariæ, quantis opus habent uiri athletæ, & temperantia & fortitudine bellica præstãtes, dispositæ sint ut ab alijs ciuibus accipiant custodiæ mercedem tantam, ut neq; supersit ipsis quicquam in annum, neq; desit. Vbi uero ad conuiuia accedunt, uelut in castris, in cõmuni uiuant. Aurum autem & argentum dicendum est ipsis, quod diuinum à dijs semper in animis habent, & humano nihil indigent: neq; pium esse ut illius possessionem, mortalis auri possessione ammixta polluant: eo q uulgi numisma multa & impia perpetrauit: quod uero apud illos est incorruptum est. Imò solis ipsis ex omnibus qui sunt in ciuitate, aurum & argentum tractare, & attingere fas non est, & neq; sub tectum recipere licet, neq; alligare, neque bibere ex argento aut auro licet. Et sic quidem & ipsi seruari poterint, & ciuitatem seruare. Quando uero ipsi & terram propriam & domos & numismata possederint, œconomi quidem & agricolæ pro custodibus erunt, pro auxiliarijs autem aliorum ciuiũ, infesti domini reddentur. Odio habentes itaque & odio habiti, & insidiantes ac insidijs expositi, omnem uitam trãsigent, multò magis timentes internos ciues, quàm externos hostes, currentes iam tunc proximè ad perniciem, tum ipsi, tum reliqua ciuitas. Horum igitur omnium gratia inquam ego, asserimus ita instructos esse oportere ipsos custodes, & quod ad habitationem attinet, & quod ad reliqua. Et hæc pro lege constituemus, aut non? Maximè inquit Glauco.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENtini in Dialogum quartum, de Iusto.

TRADITVR *in quarto libro modus possessionis atq; ciuitatis, ut neq; diuites nimium ciues sint, neq; pauperes. Putat enim tam ex nimia copia quàm inopia seditiones oriri, ciuitatemq; discipari. Vnde dicat præterea ciuitatem illam non esse unam, sed plures, in qua alij quidem pauperes sint, alij uero diuites: atq; ut fieri solet, diuites cõtemnant pauperes: hi uero erga illos, & inuidia afficiantur & odio. Vnde sensim descendit ad mysterium suum, ut omnia uidelicet sint communia, ne alij minus, alij uero plus habeant, & inde inuidiæ, mendacia, furta, & hinc luxuria, superbia, pigritiaq; nascantur. Addit quod possessio rerum tam excedens quàm deficiens, non solum moribus ciuilibus & cõcordiæ, sed ingenio etiam & arti busobest. Docet nõ diuitijs, sed uirtute seruari ciuitatẽ, magnaq; gerere. Itẽ quamlibet ciuitatis partem nõ ita disponendã esse ut in seipsa optimè quàm habere se uideatur, sed ut cunctis conferat, cõmuniq; ciuitatis totius conducat bono. Alioquin neq; ciuitatem ipsam, neq; partes ullas posse consistere. Addit præterea ciuitatis augendæ modum, quatenus scilicet ciuitas una permaneat. At cum primum perdi unitas posse uidetur, non esse ulterius augendam. Præcipit ergo, ut neq; exigua, neq; uasta sit ciuitas, sed mediocris æqualisq; & concors, quo eius unitas conseruetur. Quoniam uero messem frustra sperat qui negligens fuit in seminando, idcirco totum studium circa pueritiam adolescentiamq; adhibendum esse indicat, quasi circa messis urbanæ semẽtem, adeo ut etiam uerborũ, ludorum, gestuũq; singulorum ratio diligens circa puros adolescẽtesq; habeatur. Alioquin si negligatur hæc ætas, nõ aliter circa leges quotidianas frustra laboratũ iri, quàm si quis pharmacis eũ quotidie curare cõtenderit, qui nullum seruare uelit in uictu tẽperantiæ modũ. Inter hæc cõsidera tu quam opus est medicinis: ita ciuitati & optime ab initio constitutæ, & in ea forma perseuerãti, neq; multis ab initio legibus, neq; quotidianis deinceps cõstitutionibus opus esse. Malas uero respublicas, in quotidiana quidẽ per nouas leges ratione uersari, nunquã uero bene ualere. Quapropter in hac republica tanquã optima, Plato nullum circa leges adhibuit studium, sperans prudẽtes bonosq; uiros leges esse uiuẽtes. De legibus uero sacris quid? Multo certe minus in his cernit laborandũ. Nemo enim qua ratione colendus sit deus intelligit unquã, nisi prius intelligat deum. Diuinũ uero solem nisi ipso diuino sole se mõstrante, uidere nõ possumus. Petendas ergo religionis leges ab Apolline, id est, diuino lumine, ut dicat: petendas inquã non lingua, sed purgata mente atq; serena. Mitto quid hic de historia tangat oraculorũ. Hæc enim notissima sunt. Allegorice uero significat Apollinem, id est, diuinum lumen: sedere, id est, firmiter adesse: mediæ terræ, id est, ubiq; rerum omnium penetralibus. In umbilico cõquiescere, id est, in mẽte à sensibus segregata, atq; instar figuræ monoprosq; sphæricæ in se reflexa. Præterea Apollinem omnibus esse patrium, id est, præsentem & familiarem, atq; proprium: patrem quidem nascentibus, patriam deniq; reuertentibus. Constituta uero republica deinceps quatuor in ea uirtutes agnoscit. Prudentiam in principibus, id est rectæ custodiendi cõsulendiq; scientiam. Fortitudinẽ in militibus, id est, firmam sententiam inuitis tam illecebris quàm minis audendi pro patria in periculis, quatenus leges magistratusq; præcipiunt. Temperantiam in principibus simul & militibus, atq; artificibus, id est, consensionẽ quandam qua libẽter cuncti conueniunt, ut alij quidem imperent, alij pareant: et inter eos qui parent, alij quidem in bello, alij in opificio pareant: neque ob uoluptates ullas consensio talis impediatur, immo cupiditates inferiorũ, superiorum imperio consilioq; obtemperent. Iustitiam quoq; in omnibus, per quam suum quisq; id est, ad quod & natura & studio est aptissimus, opus munusq; exequitur tam publice quàm priuatim cõmunis commodi gratia, neq; quisquam sibi uendicat alienum. Quod autem temperantiam appellauit Diapason harmoniam, intellige Diapason consonantiam resultantem ex dupla tensionis, uelocitatis, uehementiæ proportione ad id quod duplo remissius est, tardiusq;, & lenius. Ex qua quidem proportione dupla consurgit acutæ, id est, octauæ uocis excessus ad grauem. nec immerito. Prima enim proportio dupla inter duo & unum. In qua quidem proportione binarius numerus dum superare uidetur, unum recreat, & geminat unum. Binarius deinde dum moueturac reuoluitur in seipsum, octo producit numerum solidum. Bis enim duo bis, octo conficiunt. Dicitur autem diapason, id est, per omnia. Consonantia enim eiusmodi, & omnes intra se continet, & replicatur in omnibus. Nec ab re Plato inquit, temperantiam, quasi diapason extendi per summos ciues infimosq; & medios. In octaua enim & grauis uox, & acutissima est, sunt & mediæ. Sed ut ad iustitiam redeamus, quemadmodũ in diapason consonantia uox octaua cum grauibus adeo consonat, ut quæ uox gemina est appareat una: sic in bene composita ciuitate temperantiæ grauitas cum iustitiæ robore tam apte congruit, ut duæ hæ uirtutes uix inuicem discernantur. Et uide quàm opportune ex diapason consonantia uocis octauæ Socrates se conferat ad iustitiam apud Pythagoricos octonario numero designatam. Cum enim iustitia sit æqualis omnino pro cuiusq; meritis distributio, ciuitatisq; solidum fundamentũ, iuste per octonarium describitur numerum. Hic enim numerus & solidorũ primus est, primusq; omnium in numeros ita soluitur pariter pares, boc est in bis quaternos, ut nihilo minus in numeros æque pariter pares diuisio quoq; ipsa soluatur, id est in bis binos, rursusq; qua æqualitate resoluitur, eadem quoq; contexitur. Nam bis bini bis, octonarium, ut dixi, constituunt æqualitatis iustæ simulachrum. Quapropter Orpheus ubicũq; diuinam iustitiam obtestari uolebat, per numina octo iurabat, ignem, aquam, terram, cœlum, lunam, solem, phanetamq;, & noctem. In Aegyptia quoq; columna in signum iustitiæ posita numina octo notabantur inscripta, quemadmodum testatur Euander, Saturnus, Rhea, Osiris, spiritus, cœlum, terra, nox, dies. Deniq; cœlestis iustitiæ ordinem sphæris octo digestum esse omnis arbitrãtur antiquitas. Socrates post hæc ostendit iniustitiam esse subitum ciuitatis exitiũ, quando aliena singuli usurpantes omnia perturbant atq; cõfundunt. Iustitiã uero ciuitatis ordinẽ esse atq; salutẽ. Proinde ex manifestiori hac ciuitatis iustitia, ad occultiorẽ transit in animo quasi latetem. Diuiditq; trifariam animi uires, in rationem loco principis, & uim irascendi uice militum, naturãq; concupiscendi opifici similem. Probatq; unam in nobis esse animam, cuius, & in qua hæ tres sint uires, non loco inter se, sed proprietate distinctæ. Quod quidem & Peripateticos quosdã latratores refellit, & cuilibet diligenter legenti potest fieri manifestũ. Hanc uero distinctionem adducit, ut pateat quomodo inter se anima atq; ciuitas, & illius & huius iustitia sunt persimiles. Inquit ergo. Cũ nequeat anima per eandem sui uim circa idem simul opposita facere, necesse est eam tres saltem uires habere. Quippe cũ eodem in tempore per libidinem rapiatur ad uoluptatem, & per rationem interim reuocetur. Item per libidinem retrahatur à prælio, per iracũdiam prouocetur ad pugnam. Ex quibus patet rationem esse à libidine differẽtem, & ab eadem differre etiam irascendi uigorem. Differre quoq; hunc à ratione patet, tum in pueris nondum utentibus ratione, iracũdia tamen ualde seruẽtibus, tum in alijs multa per iram præter rationis legem agentibus. Propinquiorẽ uero irascẽdi uigorẽ rationi ex eo esse probat, quod indignatio sæpe rationi opitulatur contra libidinẽ. Concludit deinceps iustitiã unà cũ temperantia esse legitimam quandã consensionem, tum in cuiuslibet animo trium quas diximus partiũ, tum in ciuitate trium his partibus consimilium. Consensionẽ inquam in gubernando, exequendo, obediendo, atq; in proprijs muneribus peragendis, & alienis non usurpandis. Nec immerito hic iustitiam temperantiæ germanam, nominat harmoniam, ex acutis uocibus & grauibus mediisq; cõstantem, uocibus inquam principes & quæstuarios mediosq; horũ milites referentibus. Deinde ut quæstioni iamdiu adductæ respondeat, quærenti quidnã iustitia iniustitiaq; in animo pariant, dicit uirtutẽ esse animi sanitatem pulchritudinemq; & robur: uitium uero morbũ, turpitudinem, imbecillitatem. Siquidem uirtus cunctas animæ partes, ut statuit natura, disponit & seruat. Vitium uero contrà, naturæ ordinẽ confundit, atq; perturbat. Quoniam uero quando deprauata omnino corporis est natura, præstat mori quàm uiuere, etiam si externa nobis abunde suppeditentur, idcirco concludit illius ultam tanquam miseram esse ab omnibus fugiendam, in quo anima per quam uiuimus per uitium est deprauata. Postremo in ipso libri huius calce asserit eiusmodi animam ciuitatemq; quam descripsit, optimam esse atq; felicissimam. Animam ciuitatemq; regiam, à regina uidelicet hominis ratione dispositã. Addit eiusmodi gubernationem tum regnum appellari, quando inter multos bonos excellat quidam manifeste omnium præstantissimus: tum rempub. optimatum, quando plures pariter uideantur excellere. Omnino uero eandem esse gubernationem existimandam. Annuit quoq; se in sequenti libro quatuor reliquas, tum animorum, tum rerum publicarum affectiones ordine distincturum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS DE REPVBLICA,
SIVE DE IVSTO. DIALOGVS IIII.

Principes non admodum feli ces

ET Adimantus excepto sermone, quid igitur inquit ô Socrates respondebis, si quis dicat te nō admodum felices hos uiros facere, & hoc propter seipsos, quorum est quidem reuera ciuitas, Ipsi uero nullo ciuitatis bono fruuntur, uelut alij qui & agros possident, & domos pulchras ac magnas ædificant, & suppellectile istas decentē habēt, & sacrificia priuata diis faciunt, & hospites excipiūt, & sanè ea quæ tu nunc dicebas, aurum & argentum possident, & omnia quæ beatos efficere putantur habent. Imò profectò dixerit hos uelut auxiliarios mercenarios nihil aliud in ciuitate possidere quàm custodiam. Etiam inquam ego, & hoc quum uictum tantum, non etiam mercedem ad uictum, uelut alij accipiant. Quare neq; si aliò proficisci priuatim uelint, ipsis licet: neque si alijs dare, aut aliò sumptum facere uelint, quemadmodum sanè hi qui felices esse putantur sumptum faciunt. Hæc & alia multa huiusmodi in accusatione relinquis. At inquit ille sint & hæc in accusatione comprehensa. Quid igitur respondebimus dicis?

Felix sit non princeps, sed tota ciuitas

Etiam. Eadem uia inquam ego progredientes, inueniemus ea quæ sunt dicenda. Dicemus enim nihil miri esse, etiamsi hi ita felicissimi sunt. Non tamen ad hoc respicientes ciuitatem condimus, quo una quædam gens nobis præcipuè felix sit, sed ut quàm maximè tota ciuitas. Putamus enim in eiusmodi ciuitate maximè nos inuenturos esse iustitiam, & rursus in ea quæ pessimè instituta est iniustitiam: His autem cognitis iudicaturos id quod dudum quærimus. Nunc igitur ut arbitramur felicem fingimus, non paucos quosdam eiusmodi inductos in ipsa ponentes, sed ipsam totam. Statim uero cō trariam considerabimus. Quemadmodum igitur si quis nos hominis imaginem pingentes accederet & uituperaret, quòd non pulcherrimis animantis partibus pulcherrima pigmenta apponeremus: Oculi enim pulcherrima pars non purpureo colore, sed atramento inducti essent: moderatè sanè ipsi respondere uideremur, si diceremus, ô admirande ne putes nos oportere ita pulchros oculos pingere, ut neq; oculi esse uideantur, neq; reliquæ partes. Verum uide an conuenientia singulis attribuentes, totum pulchrum faciamus. Et nunc sanè ne cogas nos talem felicitatē custodibus attribuere, quæ illos quiduis cū custodes efficiat. Possemus enim etiā agricolas iubere, ut subtilibus uestibus induti, et auro ornati, ad uoluptatē terram colerent: et figulis imperare ut ad dextera reclinati ad ignem perpotarēt et conuiuarētur, et rota apposita quantū libeat figulinā exerceāt: et alios omnes tali modo beatos facere, quo tota ciuitas felix esset: Verum nos ne ita admoneas. Nā si tibi pareamus, neq; agricola agricola erit, neq; figulus figulus, neq; alius quisquam ullam formam habebit ex quibus ciuitas constat. At aliorū quidem minor ratio habenda est. Sutores enim si uiles sint et corrupti, et simulēt se esse quod non sunt: nihil graue est ciuitati. Si uero custodes legum et ciuitatis nō sint, sed esse uideantur, uides quod omnē funditus ciuitatē perdūt, si ut bene habitēt, et felices soli sint, occasionē habeant. Si igitur nos quidē custodes reuera facimus, qui minime malefaciunt ciuitati: Qui uero illud dicit, agricolas quosdā, et uelut in festiuitate quadam, et non in ciuitate, conuiuatores et felices: aliud sanè quiddam quàm ciuitatem dicit. Cōsiderandum igitur utrum ad hoc respiciētes custodes constituamus, quo quàm plurima felicitas ipsis accedat: an hoc quidē totius ciuitatis respectu habito uidendū an illi contingat: auxiliarij uero hi et custodes illud ut faciāt cogēdi et persuadēdi ut suisp̄sorū opris optimi artifices sint, et alij omnes eodē modo: atq; sic uniuersa ciuitate augescēte et rectè instituta, sinendū prout singulis gētibus natura cōtribuit, ut felicitatis participes fiāt. At inquit ille rectè mihi dicere uideris. Nunquid igitur inquā ego et huic cognatum uidebor tibi moderatè dicere? Quod istud? Considera an rursus alios opifices hæc corrumpunt, ut etiam mali fiant. Quæ nam ista? Diuitiæ inquam ego et paupertas. Quomodo istud? Sic. ditatus figulus uidetur tibi amplius uelle artis suæ curam gerere? Nequaquàm inquit. Piger autem et negligens fiet magis quàm antea. Maximè. Nonne et deterior fit figulus? Et hoc inquit maximè. Sed et si instrumenta præ

Decorū singulis attribuendū

præ paupertate comparare non potest, aut aliud quid ex his quæ ad artem pertinent, tunc & operare deteriora efficiet, & filios aut alios quos docuerit, deteriores opifices reddet. Quidni? Ab ambobus itaq; & paupertate, & diuitijs, deteriora fient artium opera, deteriores & ipsi opifices. Apparet. Alia itaque ut apparet inuenimus, quæ omni modo custodibus obseruanda sunt, quo nunquam clam ipsis in ciuitatem irrepant. Quæ nam ista? Diuitiæ inquam ego & paupertas, Nam illæ quidem delicias, & pigritiam, & rerum nouandarum studium inducunt: hæc autem illiberalitatem, & maleficia, supra rerum innouationem. Maximè inquit. Hoc tamen ô Socrates considera, quomodo ciuitas nostra bellum gerere poterit, ubi pecunias non habuerit, tum, aliàs, tum si aduersus magnam & opulentam ciuitatē bellum gerere coacta fuerit. Manifestum est inquam ego, quòd aduersus unam difficilius, aduersus duas facilius. Quomodo dicis inquit ille? Primum equidem dicebam, si pugnare oportuerit, non ne aduersus opulentos uiros pugnabūt ipsi qui sunt in bello athletæ? Etiam hoc inquit. Quid igitur inquam ego, ô Adymante non ne unus pugil optimè in hac arte instructus, aduersus duos non pugiles, sed diuites ac pingues, facile pugnare tibi uidetur? Non fortassis simul. Neq; si licuerit inquam ego, fugam simulanti reuerti, & semper eum qui prior inuadit cædere: & neq; si hoc fecerit sæpe in sole & æstu: Non ne talis etiam plures huiusmodi subigere poterit? Profecto inquit nihil miri esset. At non putas diuites & scientia & experientia plus pugilum artis quàm bellicæ tenere? Ego sanè inquit. Facile ergo nostri athletæ uelut consentaneum est, cum duobus & tribus ex ipsis pugnabunt. Concedam tibi inquit, uideris enim mihi rectè dicere. Quid uero si missa legatione in aliam ciuitatem uera confiteantur, nimirum. Nos quidem neq; auro neq; argento utimur: neq; nobis id fas est, sed uobis. Si igitur unà nobiscum bellum gesseritis, ea quæ aliorum sunt habetis. putas ne aliquos auditis his magis electuros esse, ut aduersus canes duros ac macilentos bellum gerant, quàm ut canibus coniuncti contra pingues & teneras oues? Non mihi uidetur inquit, At si in unam ciuitatem accumulatæ fuerint aliarum pecuniæ, uide ne periculum afferat ei quæ opulenta non est. Beatus homo es inquam ego, quòd putas aliam quandam dignam esse ciuitatis appellatione, quàm talem qualem nos condimus. At quid tum inquit? Maiori inquam modo alias appellare oportet. Vnaquæq; enim ipsarū multæ ciuitates sunt, sed non ciuitas, id quod ludentes dicunt. Duę equidem ubicūq; fuerint, inter se inimicæ sunt, altera pauperum, altera diuitum: in utraq; uero harum ualdè multæ: cum quibus si quidem ut cum una egeris, in totum aberrabis: Si uero ut cum multis, ita ut quæ aliarum sunt alijs tribuas, tum pecunias, tum facultates, aut etiam ipsos, auxiliarijs quidem semper multis uteris, hostibus autem paucis. Et prout ciuitas tibi temperatè habitauerit, uelut paulò antea ordinatum est, maxima erit, non dico celebritate, sed reuera maxima, etiamsi mille tantum propugnatores habuerit? Ita enim magnā ciuitatem unam, non facile neq; inter Græcos: neq; inter barbaros inuenies: multas tamen quæ uideātur & tanta multoties maiores: Aut aliter putas? Non per louem inquit. Non ne inquam ego hic pulcherrimus fuerit nostris principibus terminus, ut quantam magnitudine facere oportet ciuitatem decernant, & tanta ubi sit, regionem ipsi assignent, reliquam uero ualere sinant. Quis inquit terminus? Arbitror inquam ego hunc, ut eò usq; augeatur, donec augescēs una esse uelit, & non ultrà. Et rectè inquit. Non ne & hic aliud rursus præceptū custodibus demandabimus, ut omni modo obseruent, quo neq; parua sit ciuitas, neq; quæ magna esse putetur, sed iusta quædam & una. Et uile quiddam inquit fortassis ipsis demandabimus. Et illo adhuc inquam ego uilius hoc, cuius etiam in superioribus mentionē fecimus, quū diceremus, si quis uilis filius è custodibus nasceretur, ad alios ipsum demitti ac detrudi oportere: & si ex alijs præstās, ipsum ad custodes euehendum esse. In quo ostendere uolebamus, etiam alios ciues sin gulos ad singula opera transferre oportere, ad quæ unusquisq; natura aptus esset, quo quisq; suum opus faciens, non multi, sed unus sit. Et sic uniuersa ciuitas una fiat, & non multæ. Est equidem inquit hoc illo exilius. Non itaq; inquā ego ô bone Adimante, hæc multa & magna, uelut quis putare possit, ipsis præcipimus, sed omnia uilia, si unum magnum quod dici solet, obseruarint, imò pro magno iustum. Quod istud inquit

Vnus contra duos ut esse posſit

Ciuitatū magni tudo tempore Platonis

Naturæ sequi tur semina quisq; suæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quit? Institutionem inquam ego & educationem. Si enim probe instituti, uiri mo-
Vnum magnũ educatio derati fiant, omnia hæc facile dispicient, & alia itidem quæ nos nunc relinquimus, uxo-
rum adeptionem, & nuptias, & liberorum procreationem. Nam hęc omnia iuxta pro-
uerbium, maximè amicorum communia facere oportet. Rectissimè inquit ita fie-
ret. Sed & respublica dicebã, si semel processerit bene, uelut circulus augescens pro-
greditur. Educatio enim & institutio cõmoda si seruetur, bonas naturas inducit. Et rur
sus naturæ bonæ si eiusmodi institutionem adipiscantur adhuc meliores prioribus eua
dunt, tum ad alia, tum ad generandum, quemadmodũ etiam in alijs animalibus. Ve-
risimile est inquit. Vt itaq; in summa dicam, hoc ciuitatis curatoribus obseruandum
est, ut ne clam ipsis corrumpatur, sed per omnia ipsum custodiant, ut ne quid circa gym
nasticam & Musicam præter ordinem nouent, sed quantum fieri potest maximè custo
diant, uerentes ubi quis dicit:

Namq; homines semper multum noua carmina laudant,
Quæ nuper cecinere recentia pulchra putantes:

Ne aliquis putet poetam dicere, non carmina noua, sed nouum cantilenæ modum, &
hunc laudet. Oportet autem tale neq; laudare, neque suspicere. Nouam enim Musices
speciem inducere uerendum est, uelut quis in toto periculum subeat. Nusquam enim
Musices modi absque maximis ciuilibus legibus mouentur, uelut Damon dicit, & ego
credo. Et me itaque inquit Adimantus in eorum qui credunt numero pone. Pro-
pugnaculum itaq; inquam ego, hic alicubi ędificandum est custodibus in Musica ut ap
paret. Hæc sanè inquit transgressio facilè & latenter irrepit. Etiam inquam, uelut
in lusus parte, & uelut nihil mali operetur. Neque enim operatur inquit aliud, quàm
quòd paulatim habitatione cõstituta, sensim ad mores & studia dilabitur: ex his autem
ad mutua commercia maior progreditur: ex commercijs uero inuadit leges & respu-
blicas cum multa ô Socrates petulantia, donec tandem omnia priuatim & publicè sub-
uertat. Sit ita inquam ego, hoc sic se habet. Mihi uidetur inquit. Non'ne quod
ab initio dicebamus, pueri nostri statim magis legitimi lusus participes fieri debẽt, tan
quam si præter legem ille fiat, fieri non possit ut tales pueri in legitimos & integros ui-
Lusus puerorũ qualis esse de-beat ros augescant. Quidni inquit? Quũ ergo pueri rectè ludere exorsi, iustam legem
per Musicam susceperint, rursus contrario quàm illis modo, ad omnia sequitur & auge
scit, erigens si quid etiam prius in ciuitate iacebat. Vera dicis inquit. Ergo etiam
ea quæ parua esse putantur, hi legitima comperiunt, inquam ego: quæ omnia priores
illi perdiderunt. Qualia ista? Talia, silentia nimirum iuniorum apud seniores, ue-
lut decet: & consessiones ac loci cessiones, & parentum cultus, & tonsuras, & uestitus
Ritus quidam non scripti & calceatus, & totum corporis habitum, & alia huiusmodi: Aut non putas? Ego sa-
nè. Ar hæc ipsa lege sancire, ut opinor stolidum esset. Neque enim usquam sit, neque
manserint sermone & literis sancita. Quomodo enim? Sequitur igitur inquam e-
go ô Adimante, prout quis ex institutione progressionem fecerit, talia etiam ea quæ se
quuntur esse: Aut non semper quod simile est, simile prouocat? Quid tum? Et tan
dem puto dixerimus ipsum in unum quoddam perfectum & insigne euadere, siue bo-
num siue malum. Quidni inquit ille? Ego itaque propter hæc dicebam, non am-
plius talia lege sancire tentauerim. Merito inquit. Quid uero per deos inquam,
forensia ista de commercijs circa forum, quæ singuli inter se faciunt: Si uero ita uis, etiã
de commercijs opificum, & de cõuitijs, & uerberibus, & causarum actione, & iudicum
constitutione: & sicubi tributorum exactiones aut constitutiones necessariæ sunt, aut
circa forum, aut portus: aut etiam quædam circa annonam, aut ad res urbanas, aut ad
portus spectantia, aut alia huiusmodi, horum'ne audebimus quid lege sancire? At
Legibus quæ sint sancienda indigna res est inquit uiris honestis ac bonis præcipere. Pleraque enim ex his ipsis quę
sancire oportet, facile sanè inuenient. Etiam ô chare dicebam, si deus dederit ipsis sa-
lutem ac conseruationem legum earum, quos in superioribus recensuimus. Sin minus
inquit ille, multa eiusmodi constituentes semper & corrigentes uitam transigent, id
quod optimum est apprehensuros se esse putantes. Dicis inquam ego uicturos esse
tales, uelut ægrotantes, & qui præ intemperantia, à mala uictus ratione decere nolunt.
Maximè. Sed & lepidè hi uitam degunt. Dum enim curantur nihil efficiunt, præ-

terquam quòd magis uarios & maiores morbos faciunt, & si quis medicamentum su-
mere consulat, ab hoc sanos se fore semper sperant. Maximè inquit eorum qui sic æ-
grotant eiusmodi sunt affectiones. Quid uero inquam ego, hæc ipsorum affectio nõ
est lepida, quòd omnium inimicissimum ducunt eum qui uera dicit, nimirum neq; me-
dicamenta, neq; ustiones, neq; sectiones, neq; incantationes, neq; amuleta, neque alia
huiusmodi quicquã profutura esse, si non prius ab ebrietate, & repletione, & rebus ue-
nereis, & ocio desistant? Non admodum lepida inquit, Nam ei qui rectè consulit
succensere, nihil lepidi habet. Non es laudator inquam ego uelut uideris, talium ui-
rorum. Non equidem per Iouem. Neq; ergo si tota ciuitas tale quid faciat, quale
modo dicebamus, laudabis: Aut nõ idem facere tibi uidentur ciuitates, quæ praua rei-
publicæ administratione utentes, admonent ciues ut totum quidem reipublicæ statum *Reip. affectio mala, qua cu-ra gaudeat*
ne moueant, minantes mortem si quis hoc molìatur: Qui uero ipsis in ista administra-
tione blandiatur, & gratificetur obsequens, & prænoscens ipsarum consilia ac uolunta
res, & has explere poterit, hic sanè bonus & multum sapiens uir erit, & in magna apud
ipsas existimatione coletur? Idem equidem inquit facere mihi uidentur, & nullo mo
do laudo. Quid uero eorum fortitudinem & promptitudinem non laudas, qui rales
ciuitates curare uolunt & conantur? Laudo sanè inquit, exceptis his qui ab ipsis de-
cepti sunt, & reuera ciuiles se esse putant, eo quòd à multis uulgò laudantur. Quo-
modo dicis? non ignoscis inquam uiris? Aut putas fieri posse, ut uir qui metiri nesciat,
si alij multi dicant ipsum quatuor cubitorum esse, non & ipse hoc de seipso putet?
Non sanè hoc inquit. Ne itaq; succenseas. Nam tales omnium lepidissimi sunt, san-
cientes qualia paulò antea recensebamus, & semper corrigentes, & putantes se finem
reperturos esse circa ea quæ male in cõmercijs committuntur, & circa ea quæ ego mo-
do dicebam, ignorantes quòd reuera uelut hydram secant. Et profectò inquit, non
aliud quid faciunt. Ego itaque inquam ego, talem de legibus & republica speciem,
neq; in ea quæ male, neq; in ea quæ bene administratur ciuitate, uerum legislatorem
curiosè tractare oportere putarim: in illa quidem, quòd inutile sit, & nihilo plus effici-
at: in hac uero, quòd quædam ex his quiuis reperire poterit, quædam sua sponte ex su-
perioribus studijs succedunt. Quid igitur inquit, adhuc reliquum nobis fuerit de legis-
latione? Et ego dicebam, nobis quidem nihil. Apollini tamen Delphico & maxi-
mæ & pulcherrimæ & primæ sanctiones. Quæ istæ inquit ille? Templorum con-
structiones, & sacrificia, & alij deorum & dæmonum ac heroum cultus, & mortuorum
sepulchra, & quæ ex nostro ministerio his qui illic sunt præstita, propitios ipsos nobis
faciunt. Talia enim neque nos scimus, & habitantes ciuitatem nulli alij credemus, si
mente prædíti fuerimus: neque expositore alio quàm patrio utemur. Hic enim Deus
patrius omnibus hominibus exposítor, talia in medio terræ in umbilico considens ex-
ponit. Et rectè inquit dicis, & sic faciendum est. Condita itaque inquam ego, iam
tibi fuerit ô fili Aristonis ciuitas. At post hoc luce alicunde in ipsam inducta, & ipse
considera, & fratrem, & Polemarchum & alios accerse, an aliquo modo uidere possi-
mus, ubi tandem sit iustitia, & ubi iniustitia: & quid inter se differant, & utram habere
oportet eum qui felix esse debet, siue lateat, siue non, & deos & homines. Nihil di-
cis inquit Glauco. Tu enim pollicitus es, uelut non pium sit tibi, non omni modo pro
uiribus iustitiæ opitulari. Vera inquam ego, mihi in memoriam reuocas, & sic fa-
nè faciendum est. Oportet autem & uos auxilium ferre. At inquit ita faciemus.
Spero itaque inquam ego id ipsum hoc modo me inuẽturum esse. Opinor nobis ciui-
tatem, si quidem rectè condita est, perfectè bonam esse. Necesse est inquit. Ma-
nifestum itaque est quòd & sapiens est, & fortis, & temperans, & iusta. Manifestum
est. Non'ne quicquid ex his ipsis in illa inuenerimus, reliquum erit id quod inuen- *Quatuor uir-tutes principes*
tum non est? Quid tum? Quemadmodum igitur si ex alijs quibusdam quatu-
or, unum quoddam ipsorum in quocũque quæreremus, quando primum illud cogno-
scremus, satis nobis esset. Si uera tria prius cognouissemus, hoc ipso cognitũ esset id
quod quærebamus. Manifestum enim esset, nihil aliud id esse, quàm id quod reliquum
esset. Rectè inquit dicis. Non'ne etiam de his, quandoquidem quatuor sunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

similiter quærendum est? Nimirum ita. Equidem primum mihi uidetur in ipsa, conspicua esse sapientia: & absurdum quiddam circa ipsam apparet. Quid inquit ille? Sapiens quidem mihi uidetur ciuitas esse quam recensuimus. Est enim bono consilio prædita. Non'ne? Etiam. Sed & hoc ipsum, bonũ consilium uidelicet, scientia quædam est. Non enim imperitia, sed scientia bene consulunt. Manifestum est. Multæ uero & omnigenæ scientiæ in ciuitate sunt. Quidni? Nunquid propter fabrorum lignariorum scientiam, sapiens & bono consilio prædita ciuitas appellanda est? Nequaquam inquit propter hanc, sed fabrilis. Non ergo sapiens appellanda est ciuitas, propter ligneorum instrumẽtorum scientiam, consultans ut quam optima habeat illa. Non equidem. Quid uero propter scientiam fabrilem ferrariam, aut aliam quandam huiusmodi? Neque ob quamcũque inquit. Neq; propter scientiam producendi fructus ex terra: sed agricolaria. Ita mihi uidetur. Quid uero inquam ego, est'ne aliqua scientia in nuper condita à nobis ciuitate, apud aliquos ciues, quæ non de aliqua re in ciuitate consulter, sed de ipsa tota, quomodo & ipsa ad seipsam, & ad alias ciuitates quàm optimè se gerat? Est equidem. Quæ inquam & in quibus? Hæc inquit ille custodum scientia, & in his principibus, quos nunc perfectè custodes nominamus. Propter hanc igitur scientiam quomodo ciuitatem appellas? Bono consilio præditã inquit, & reuera sapientem. Vtrum igitur inquã ego, in ciuitate nostra plures fabros ferrarios fore putas, aut ueros hos custodes? Multo plures inquit fabros ferrarios. Non'ne inquam etiam aliorum omnium, qui artes habent, & quidam esse dicuntur, hi pauciſſimi fuerint? Maximè. Minima ergo gente & sui ipsius parte, & ea quæ in hac est scientia, in præside ac principe, tota ciuitas secundum naturam condita, sapiens fuerit. Et hoc genus ut apparet natura pauciſſimum gignitur, cui huius scientiæ participatio conuenit, quam solam ex alijs scientijs Sapientiam uocare oportet. Veriſſima inquit dicis. Hoc itaq; unum ex illis quatuor non scio quomodo inuenerimus & ipsum, & ubi in ciuitate locatum est. Et mihi sanè inquit satis dictum esse uidetur. Atqui fortitudo & ipsa, & quo loco ciuitatis posita sit, ut ob id talis appellanda sit ciuitas, non admodum difficile cognitu est.

Sapientia in ciuitate

Fortitudo in ciuitate

Quomodo istud? Quis inquam ego, ad aliud quid respexerit, & timidam aut fortem ciuitatem dixerit, quàm ad hanc partem, quæ pro ipsa bella gerit ac militat? Nemo inquit ad aliud quid. Non enim opinor dicebam, quòd alij qui in ipsa aut timidi aut fortes sunt, uim habere possent, ut ipsa talis aut talis esset. Non equidem. Et fortis ergo parte quadam sui est, eo quòd in illa parte huiusmodi uim habet, quæ perpetuò seruat opinionẽ de his quæ horrenda sunt, quòd ipsa hæc & talia sint, quæ & qualia legislator in institutione denunciauit: Aut non hoc fortitudinem appellas? Non admodum intelligo inquit, quod dicis, Quare rursus dicito. Conseruationem quandam inquam esse dico fortitudinem. Qualem istam conseruationem? Opinionis quæ sub legem per institutionem facta est de horrendis, quæ sunt ea & qualia. Perpetuò uero dicebam ipsam conseruationem, eo quòd & qui in afflictionibus est conseruet ipsam, & qui in uoluptatibus, & cupiditatibus, & timoribus uersatur, ipsam non eiiciat. Cui uero mihi uideatur simile, si ita uis, assimilare uolo. Imò uolo. Non'ne nosti inquã ego, quòd tinctores ubi lanas tingere uoluerint ut sint purpureæ, primum quidem ex tot coloribus eligunt unam naturam ipsarum albarum. Deinde præparant non modico apparatu curatas, quo quàm maxime florem suscipiant: atque sic tandem tingunt. Et quæ quidem hoc modo tincta fuerit, prorsus imbuta euadit, ex lotura neq; sine repurgantibus, neq; cum ipsis, florem ipsarum auferre potest. Quę uero non ita tinctæ sunt, nosti quales fiunt, siue quis alios colores inducat, siue etiam hos, non prius curatis. Noui inquit ipsas elui, & ridiculas fieri. Tale itaq; quiddam opinare etiam nos operatos esse, quando milites eligebamus, & Musica ac gymnastica instituebamus: & nihil aliud nos machinatos esse puta, quàm ut à nobis quàm optimè persuasi, atque etiam in firmam huius persuasionis cõprobationem & certitudinem pertracti, edicta, statuta, latas sancitasq; leges à uiris, uti antea constituimus, magni authoramenti & absolutiſſimæ iustitiæ suspicerent, tanquam ideas boni recti que: postea sic leges uelut

uelut tincturam susciperent, quo prorsus imbuta ipsorum opinio euaderet, tum de horrendis, tum de alijs, eo quòd & naturam, & educationẽ idoneam habuissent: & tinctiram ipsorum non eluerent repurgantia hæc, quæ uehementer eluere possunt. Voluptas nimirum, quæ ad hoc faciendum omni chalastræo nitro, & lixiuio uehementior est: afflictio item siue dolor, & timor, & cupiditas, quæ quoduis aliud repurgandi ui præditum exuperant. Talem autem uim & conseruationem perpetuò opinionis rectę & legitimæ, de horrendis & contrà, ego uoco & pono fortitudinem, si non tu aliud dicis. At nihil inquit ille dico. Videris enim mihi rectam opinionem de his ipsis absq; institutione factam, bestialem item & seruilem, neque admodum legitimam ducere, & aliud quid quàm fortitudinem uocare. Veriſſima inquam ego dicis. Admitto itaq; hoc fortitudinem esse. Admitte etiam inquam ego ciuilem, & rectè admiseris. Verum de hoc rursus adhuc melius transigemus, si ita uoles. Nunc enim nõ hoc quærebamus, sed iustitiam. Quod igitur ad illius inquisitionem attinet satis ut opinor dictũ est. Imò rectè inquit dicis. Duo uero inquam ego adhuc reliqua sunt, quæ in ciuitate spectare oportet, Tẽperantia, & cuius gratia omnia quærimus iustitia. Maximè. Quomodo igitur iustitiam inuenerimus, ut nõ adhuc de temperantia tractemus? Ego qui dem inquit neq; noui, neque uellem ipsam prius apparere, si non adhuc temperantiam considerauerimus. Quare si mihi gratificari uis, hanc prius quàm illam considera. Atqui inquam ego uolo, si non iniustè facio. Considera itaq; inquit. Considerandum est dicebam, & ut hinc uidere datur, consonantiæ cuidam & harmoniæ magis similis est quàm superiora. Quomodo? Modestia quædam inquã ego temperantia est, & à uoluptatibus quibusdã ac cupiditatibus cõtinentia, uelut aiunt. Præstantiorem autem seipso dicunt haud scio quomodo, & alia quædã huiusmodi uelut uestigia ipsius dicuntur. Nunquid? Omnium maximè inquit. Non'ne hoc, præstantior seipso, ridiculum est? Qui enim seipso præstãtior est, etiam inferior seipso fuerit: & qui inferior, etiam præstantior. Idem enim in omnibus his appellatur. Quidni? At uidetur mihi inquam ego, hic sermo dicere uelle, quòd duo sunt in ipso homine circa animam, alterum melius, alterum deterius. Et quum quidem id quod melius natura est, dominatur deteriori, hoc dicere, præstantiorem seipso, & laudare uidelicet. Quum uero ex educatione, aut quodã mala conuersatione superatũ fuerit à deterioris multitudine, ut minus sit id quod melius est, hoc sanè uelut probrosum uituperare, & uocare inferiorem seipso & petulantem eum qui ita affectus est. Apparet equidem inquit. Respice itaq; inquam ego ad nouam nostram ciuitatem, & inuenies in ipsa alterum horum ineſse. Præstantiorem enim ipsam seipsa appellari meritò dices, siquidem ubi id quod melius est deteriori dominatur, temperans id seipsoq; melius uocandum est. At respicio inquit, & uera dicis. Sed & multas ac omnis generis cupiditates, & uoluptates, & dolores, in omnibus maximè quis repererit & mulieribus, & famulis, & plerisq; uilibus ex eorum numero qui liberi dicuntur. Maximè. Simplices autem & modera tas, quæ ratiocinatione cum mente & opinione recta ducuntur, in paucis offendes, & in his qui optimam naturã habẽt, & optimè educati sunt. Vera dicis inquit. Non'ne & hæc in ciuitate tibi ineſse uides, & isthic cupiditates multorum & uilium, à cupiditatibus & sapientia paucorũ & moderatiorum superari? Ego sanè inquit. Si ergo aliquam ciuitatẽ appellare decet, præstantiorem & uoluptatibus, & cupiditatibus, & ipsam seipsa, hæc ita appellanda est. Omnino inquit. Nunquid etiam temperans secundum hæc omnia? Et ualdè inquit. Sed & siquidem in alia ciuitate eadem opinio ineſt & principibus & subditis, de his quos imperare oportet, etiã in hac ineſse hoc poterit: aut nõ tibi uidetur? Et ualdè admodũ inquit. In utris igitur ciuibus temperantiã ineſse dices, quum ita se habuerint, in principibus, aut in subditis? In ambobus inquit. Vides igitẽ inquã ego, rectè nos diuinaſse modo, q; tẽperantia harmoniæ cuidam similis sit? Quid ita? Quoniam nõ quemadmodũ fortitudo & sapiẽtia in parte quadã utraq; ineſt, & hæc quidem sapientem, illa uero fortẽ ciuitatẽ efficit, ita etiam hæc facit, sed per totam prorsus extenta est, per omnes harmonias efficiens, ut in eodem & debiliſſimi, & fortiſſimi, & medij consonent & concordent sapientia, si ita ue-

Temperantia in ciuitate

Præstãtior seipso qs dicatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis,aut robore,aut multitudine,aut pecunijs, aut alia quacunque eiusmodi re. Quare rectissimè dixerimus hanc consensionem temperantiam esse, & deterioris & melioris secundum naturam concordiam,utrum & in ciuitate,& in unaquaque re imperare oportet. Admodum inquit tibi assentior. Sit ita inquam ego, & tria quidem nobis in ciuitate conspecta sunt, ut sanè ita putemus. At reliquum quartum genus, propter quod adhuc uirtute participat ciuitas,quod tandem fuerit? Manifestum enim est hoc esse iustitiam. Manifestum. Non'ne ô Glauco nunc oportet nos uelut uenatores quosdam locum circumdare,diligenter animum aduertentes ne qua nobis iustitia elabatur,& dilapsa inconspicua fiat. Manifestum est enim ipsam hic alicubi esse. Vide igitur & conare ut conspicias,si forte prior me uideas, ac mihi dicas. Vtinam possem inquit, imò potius si me comite,& ea quæ ostenduntur uidere potente uteris,admodum moderatè faceres. Sequere inquam ego, precatus unà mecum. Faciam inquit hæc, tu modo præeas. Et ego dicebam, ægrè peruius quidam apparet locus & umbrosus. Est igitur tenebrosus & difficulter perscrutabilis. Attamen eundum est. Eundum equidem inquit. Et ego conspicatus, io io dicebam ô Glauco,uidemur uestigium quoddam habere:& mihi uidetur non admodum effugere nos posse. Bene nuncias inquit ille. Profectò inquam ego, stolida est nostra affectio. Quæ ista? Dudum ô beate apparet nobis ab initio ante pedes uolutari, & non uidimus ipsum,sed sumus maximè ridiculi, uelut hi qui in manibus habẽtes quærunt aliquando id quod habent. Et nos ad ipsum quidem non respiciebamus, procul autem aliquò spectabamus,quo loco fortassis nos latebat. Quomodo inquit dicis?

Sic dicebam, nimirum uidemur mihi, dum & dicimus & audimus ipsum dudum, non intelligere nos ipsos, quòd aliquo modo ipsum dixerimus. Longa inquit præfatio ei qui audire cupit. At inquam ego audi ergo si quid dico. Quod enim ab initio statuebamus facere oportere perpetuò, quando ciuitatem condebamus, hoc est, aut certè huius species quædam iustitia. Statuebamus autem & sæpe dicebamus si meministi, Vnumquẽq; uno studio teneri oportere, ex his quæ in ciuitate tractantur, ad quod ipsius natura maxime sit idonea. Dicebamus equidem. Sed & sua agere,& non aliena curare, Iustitiam esse, & hoc tum ex alijs multis audiuimus, tum ipli sæpe diximus. Diximus sanè. Hoc itaque inquam ego ô amice,uidetur dum sit aliquo modo modo iustitia esse, nimirum sua agere. Nosti unde hoc coniectem? Non,sed dic inquit. Videtur mihi inquã ego, id quod reliquũ est in ciuitate de his quæ considerauimus,de temperantia uidelicet, & fortitudine, & sapientia, hoc esse quod omnibus illis uim exhibuit ut inessent,& dum inessent, salutem exhiberent quandiu inessent. Atqui diximus iustitiam fore id quod de illis reliquum esset, si tria inueniremus.

Etenim necesse est inquit. Atqui inquam ego si iudicare oporteret, quid horum ciuitatem nostram sua accessione maximè bonam efficiat,difficile sanè iudicatu esset, an'ne consensio principum & subditorum: aut conseruatio legitimæ opinionis quæ in militibus existit, de horrendis & contrà, quæ ea sint: aut quæ in principibus est sapientia & custodia:aut hoc maximè bonam ipsam sua præsentia faciat, si & in puero sit, & in muliere, & in seruo,& in libero,& in opifice,& in principe & subdito, quòd uidelicet unusquisque quod suum est agit, & alienarum rerum curiosus non est. Difficile iudicatu est inquit,quidni? Certamen ergo est ut apparet de uirtute ciuitatis,ei facultati qua unusquisque in ipsa quæ sua sunt agit,cum sapientia ipsius, & temperantia,& fortitudine. Et ualdè inquit. Non'ne iustitiam censueris esse id quod cum his de ciuitatis uirtute certamen habet. Omnino ita. Considera itaque & hoc modo, si ita tibi uidebitur. Nunquid principibus in ciuitate causas iudicandas demandabis? Quid tum? Num aliud quodcunq; magis cupidè iudicabunt, quàm hoc ut singuli neq; aliena habeant, neque suis priuentur? Non. Sed hoc, ut quod iustum sit? Etiam. Et hac ergo ratione aliquo modo,proprium & suum possidere & agere,iustitia esse censebitur. Est ita. Vide itaque an tibi idem quod mihi uidetur. Si faber sutoris opera facere conaretur, aut sutor fabri, aut instrumenta inter se permutarent, aut precia: Aut etiam idem ambo facere contendat: & simili ratione omnia

Iustitia in ciuitate

Quatuor uirtutum quæ sit potißima

Iudicum cura quæ sit potißima

omnia alia permutarẽtur:Num tibi uidetur hoc magnopere lædere ciuitatem? Non admodum inquit. At quum quis opifex, aut alius quispiam lucri natura studiosus, deinde se efferat,& aut diuitijs,aut multitudine,aut robore,aut alia quapiam huiusmodi re,ad militare genus transire conetur: aut ex militari ordine quispiam ad consiliarij & custodis genus,qui ad hoc indignus esset:& hi instrumenta & dignitates inter se permutent: Aut quum idem omnia hæc simul facere conetur, tunc opinor etiam tibi uideri hanc permutationem,& istorum circa alienas res curiosus,& inter se permutatio, & maximum ciuitatis detrimentum, & maleficium rectissimè appellari poterit.

Valdè equidem. Maleficium autem maximum tuæ ciuitatis, non'ne iniustitiam esse dices? Quidni? Hoc ergo iniustitia est. Rursus autem sic dicimus. Propria actio generis lucro dediti,auxiliariorum,& custodum,si unusquisq; horũ id quod suum est facit in ciuitate,contrarium illi iustitia uidelicet fuerit,& ciuitatem iustam fecerit? Non alio quàm hoc modo res se habere mihi uidetur, inquit ille. Nihil adhuc inquam ego, admodum firmiter de hoc asseramus, sed si inter nos consenserimus,etiam in unumquemq; hominem horum genus transire,& illic iustitiam esse,tum demum concedemus. Nam aliquid etiam dicemus:sin minus,tunc aliud quid considerabimus:Nunc uero speculationẽ illam absoluamus,qua putauimus, si in maiore quodam ex his quæ iustitiam habent, prius illud contemplari aggrederemur, facilius fieri posse ut in uno homine conspiceremus:Et sanè uisum est nobis hoc esse ciuitatem, & sic prout potuimus optimam ipsam condidimus,uelut probe gnari illam in bona esse. Quod igitur illic nobis uisum est,ad unum trãsferamus: & si quidem consensio fuerit, rectè res se habebit. Si uero aliud quid in uno apparuerit,rursus ad ciuitatem reuersi explorabimus, & fortassis inter se uicissim considerantes & terentes, uelut ex focis iustitiam elucescere faciemus, & manifestam factam apud nos ipsos confirmabimus.

At inquit secundum uiam dicis,& sic facere conuenit. Nunquid inquam ego, id quod idem quis dixerit,maiusq; ac minus,dissimile est hac ratione qua idem appellatur,aut simile? Simile inquit. Iustus ergo uir à iusta ciuitate,iuxta ipsam iustitiæ speciem,nihil differet,sed similis erit. Similis inquit. Atqui ciuitas uisa est esse iusta,eo quòd tria naturarum genera in ipsa essent,quorum unumquodq; quod suum esset faceret: Temperans item,& fortis,& sapiens,per eadem hæc genera uisa est,& non secundum alias quasdam affectiones & habitus. Vera inquit dicis. Et unum ergo ô amice,qui eadem has species in anima sua habet, propter easdem cum illis affectiones,ijsdem cum ciuitate nominibus dignum censebimus. Omnino necesse est inquit. Non'ne in uilem inquam ego ô admirande speculationem incidimus de anima,an habeat tres species istas in seipsa,siue non? Non admodum uidemur mihi inquit,in uilem incidisse. Fortassis enim ô Socrates uerum est id quod dicitur,difficilia quæ pulchra. Apparet inquam ego,& probe scias ô Glauco, uelut mea fert opinio, hoc quidem nunquã exactè ex eiusmodi methodis, qualibus nũc in sermonibus & mutuis colloquijs utimur apprehendemus:etenim longior & amplior est uia, quæ ad hoc ducit,fortassis tamen pro dignitate eorum quæ antea diximus ac considerauimus.

Non'ne igitur boni consulendum est inquit,mihi equidem in præsentia sufficerit. Atqui dicebam etiam mihi admodum sufficiet. Ne itaque delasseris inquit,uerum considera. Nunquid nobis inquã, necesse est confiteri,easdem in unoquoq; nostrum species,& mores esse,quas in ciuitate.Non enim aliunde illuc ista deuenerũt.Ridiculum enim esset,si quis putaret animi impetũ,non ex priuatis hominibus accessisse ciuitatibus,quibus sanè etiam hic imputatur,uelut sunt hi qui Thracen & Scythicam incolunt,& ferè supernum locum:aut discendi studium,quod nostris locis maximè quis attribuere possit:aut pecuniarum amorem, quem apud Phœnices & Ægyptios esse uel maximè quis asseruerit. Et ualdè inquit. Hoc quidem ita se habet inquam ego,& nulla est cognoscendi difficultas. Non sanè. Hoc uero iam difficile & plane profectò arduum est, an eodem singula facimus, aut tribus, aliud alio, ita ut discamus aptates alimenti & generandi, & quæ sunt his cognata: Aut tota anima in singulis his

agamus

Tria hominũ genera in ciuitate

Iniustitia in ciuitate

Ciuitas unde sit uirtuosa

Tres an sint eæ ninæ partes

Universidad de Deusto
Biblioteca

agamus, quando ad ista progredimur. Hæc sunt difficilia ut pro dignitate distinguan
Idem quomodo se habeat tur. Et mihi uidetur inquit. Sic itaq; ipsa distinguere aggrediamur, an eadem inter
se, siue diuersa sint. Qnomodo? Manifestum est idem contraria facere aut pati, se-
cundum idem & ad idem simul nō posse. Quare sicubi hæc in ipsis fieri comperiemus,
cognoscemus idem non esse, sed plura. Sit ita. Considera itaq; quod dico. Dic in-
quit. Stare dicebam, & moueri idem simul secundū idem nunquid potest? Nequa-
quam. Adhuc itaq; exactius cōsentiemus, ne alicubi in progressu ambigamus. Nā
si quis dicat de homine stante, mouente autē manus & caput, eundem stare & moueri
simul, non opinor censebimus ita dicere oportere, sed partem ipsius stare, partem mo-
ueri. Non'ne ita? Ita. Non'ne si is qui hæc dicit adhuc magis lepidè nugetur, quòd
Trochi toti & stant simul & mouentur, quum in eodem fixo aculeo circūferuntur: aut
quòd etiam aliud quid quod in eadem sede circumfertur, hoc facit: nō admittemus, eo
quòd non secundum easdem sui partes talia tunc stent & ferantur: sed dicemus ipsa in
seipsis habere & rectum, & rotundum, & secundum rectum quidem, stare: Nusquā e-
nim declinare: secundum rotūdum uero, circumferri. Quum uero rectitudinem aut ad
dextram, aut ad sinistram, aut ad anteriorē partem, aut ad posteriorem quid inclinat, si-
mulq; circūfertur, tunc nusquā stare. Et rectè inquit. Nihil ergo talium si dicatur,
nos perturbabit, neq; quicquam amplius persuadebit, quod quādoq; idem simul secun
dum idem ad idem contraria patiatur, aut etiam faciat. Nequaquam sanè me inquit.
Attamen inquam ego, ne omnes eiusmodi ambiguitates recensendo, & non ueras es-
se istas confirmando, sermonē in longum protrahere cogamur, supponemus hoc ita se
habere, & ulterius progrediemur, consensione inter nos facta, si quādo alio quàm hoc
modo hæc uideantur, omnia quæ ab hoc nobis accidunt soluta fore. At oportet in-
quit hæc ita facere. Nunquid igitur inquam ego, annuere, & renuere, & cupere ali-
quid accipere, ad auersari, & allicere, ad repellere, omnia eiusmodi contrariarum inter
se siue actionum, siue affectionum cēseueris: Nihil enim hac parte intererit? Imò in-
quit ille contrariarum. Quid igitur inquam ego, sitire & esurire, & in totum cupidita
tes: & rursus uelle & expetere, nō'ne omnia hæc ad illas modo relatas species retuleris:
uelut uerbi causa, desiderātis semper animā, non'ne aut cupere dices illud quod deside
rat: aut allicere hoc quod expetit sibi contingere: aut rursus quantum sibi præberi uult,
innuere hoc ad seipsam, uelut quodam uidente, appetentem ut id fiat? Ego sanè,

Cupiditates in anima Quid uero non expetere, & non uelle, neq; desiderare, non'ne ad repellere & ab ip-
sa fugare, & ad omnia illis cōtraria referemus. Quidni? His itaq; sic se habentibus,
dicemus cupiditatum speciem quandam esse, & ex his ipsis euidentissimas, sitim & fa-
mem. Dicemus inquit ille. Non'ne alteram potus, alteram cibi? Etiam. Nun
quid inquantum sitis est, amplioris cuiusdam cupiditas in anima fuerit? Quare sitis
est. Sitis ergo calidi potus, aut frigidi, aut multi, aut pauci est: aut etiā in summa qua-
lis cuiusdam potionis: Aut siquidem caliditas quædam siti affuerit, frigidi cupiditatem
insuper induxerit: si uero frigiditas, calidi. Si uero ob multitudinis prȩlentiam, multa si-
tis fuerit, multi cupiditatem inducet: si uero pauca, pauci. Ipsum autem sitire nunquam
alterius fit cupiditas, quàm eius cuius à natura est, ipsius potus: & ipsum esurire, cibi.
Sic inquit ipsa unaquæq; cupiditas, ipsius solum uniuscuiusq; est, cuius à natura est. Ta-
lis uero aut talis, accessoria sunt. At uidendum ne quis inquam ego, inconsideratos
nos perturbet, quòd nemo potum cupit, sed bonum potum: neq; cibum, sed bonum ci-
bum. Omnes enim bona cupiunt. Si igitur sitis cupiditas est, boni fuerit, siue po-
tus siue alterius cuiuscunq; cupiditas est. Et aliæ cupiditates eodem modo. Fortallis
enim inquit, uideri possit aliquid dicere qui hæc dicit. Atqui inquam ego, quæcunq;
talia sunt, ut sint alicuius, ea si quidem qualia quædam sunt, qualis cuiusdam sunt, ut mi
hi uidetur: Ipsa uero singula, uniuscuiusq; solum. Non intelligo inquit. Non intel-
ligis inquam, quòd maius tale est, ut aliquo maius sit. Maximè. Non'ne minore?
Etiam. Quod uero multò maius est, multò minore: Nunquid? Etiam. Nun-
quid & quod aliquando maius est, aliquando minore: & quod maius futurum est, fu-
turo minore. At quid tum inquit ille? Et plura sanè ad pauciora, & dupla ad dimi
dia, & omnia huiusmodi: & rursus grauiora ad leuiora, & uelociora ad tardiora: & am-
plius

plius calida ad frigida, & omnia his similia referuntur. Nunquid ita res se habet? Ma
ximè. Quid uero circa scientias non'ne idem modus est? Scientia quidem ipsa disci-
plinæ ipsius scientia est, aut eius cuius scientiam censere oportet: Scientia uero quæ- *Scientiarū ratio*
dam, & qualis quędam, cuiusdam, & qualis cuiusdā scientia est. Tale autem est quod
dico. Non'ne postquam ædificandi scientia extitit, ab alijs scientijs disparata est, ut ædi
ficatoria appellata sit? Quid tum? Non'ne eo quòd qualis quædam est, qualis alia
nulla est? Etiam. Non'ne postquam qualis cuiusdam, etiam ipsa qualis quædam
facta est, & sic etiam aliæ artes & scientiæ? Est ita. Hoc itaq; inquam ego, tunc
me dicere uoluisse putato, si modo nunc intellexisti, quòd quæcunque sunt talia, ut sint
alicuius, ea si quidem sola sunt, ipsorum solorum sunt: si uero qualia quædam, qualium
quorundam. Et non dico quòd qualium fuerint, talia etiam sunt: Sic enim & sanorum
& morbosorum scientia, sana & morbosa esset: & malorum ac bonorum, mala & bo-
na: Sed quando quidem non ipsius cuius est scientia, facta est scientia, sed qualis cuiusq;
dam: hoc autem erat sanum & morbosum: qualis sanè quædam etiam ipsa facta est, &
hoc fecit ut ipsa non amplius simpliciter scientia uocetur, sed quali quodam accedente,
medica scientia. Intelligo inquit, & uidetur mihi res ita se habere. At uero si-
tim inquam ego, non ex eorum numero esse censebis, quæ alicuius sunt, hoc quod
sunt? Est autem nimirum sitis? Ego sanè censeo inquit ille, & quidem potionis.
Non'ne qualis cuiusdam potus, qualis quædam etiam sitis est? Non ita. Si-
tis igitur ipsa neque multi, neque pauci, neque boni, neque mali, neque in summa qua-
lis cuiusdam est, sed ipsius potus solum ipsa sitis à natura est. Omnino equidem.
Sitientis ergo anima inquantum sitit, non aliud quid uult quàm bibere, & hoc ap-
petit, & ad hoc festinat. Ita nimirum. Non'ne si quando quid ipsam sitientem
retrahit, aliud quid in ipsa fuerit ab eo quod sitit, & uelut bestiam ad bibendum im-
pellit. Non enim dixerimus idem eadem sui parte circa idem simul contraria facere.
Non equidem. Quemadmodum opinor de sagittario non rectè diceremus,
quòd manus ipsius arcum simul impellunt, & attrahunt: sed quòd altera manus im-
pellit, altera attrahit. Prorsus ita inquit. Dicemus'ne quandoque contingere,
ut qui sitiant bibere nolint? Et ualdè inquit multis hoc contingit, & sępe. Quid
igitur inquam ego, dixerit quis de his, non inesse quidem in anima ipsorum id quod
iubet, inesse autem id quod prohibet bibere, quod aliud est & iubenti imperat? Mi-
hi inquit uidetur. Non'ne id quod talia fieri prohibet, quum inest ex ratione inest:
quæ uero impellunt & trahunt, per affectiones & morbos accedunt? Apparet. Nō
itaq; absurdè inquā ego censebimus duplices has partes, & inter se diuersas esse, ita ut
alteram qua ratiocinatur, (utpote quæ sit ratiocinij gubernatrix, & tanquā benigna &
studiosa mater uitā uitæ rectam cōmonstrans,) rationalem animæ partem appellemus:
alteram qua amat, & esurit, & sitit, & circa alias cupiditates uelut consternata afficitur,
irrationalem, & concupiscentijs deditam, & repletionum quarundam ac uoluptatum
sociam dicamus. Non absurdè inquit, sed meritò ita censuerimus. Hæ itaque in-
quam ego duæ in anima species distinctæ ac definitæ nobis sint. Illa uero animi
impetus, & qua irascimur, an non tertia fuerit, aut alteri harum cognata? Fortas-
sis inquit alteri concupiscentijs deditæ. At inquam ego, quum audierim aliquan-
do quid, ei fidem habeo. Leontius Aglaionis filius quum reuerteretur ex Pirgo sub bo
realem murum, & sentiret intus apud carnificem mortuorum cadauera iacere, simul
quidem illa uidere cupiebat, simul uero uerebatur, & seipsum auertebat, & aliquandiu
quidem secum pugnabat, & se obuelabat. Tandem uero superatus à cupiditate, didu-
ctis oculis ad cadauera accurrens, en uobis inquit, ô infelices oculi spectaculum pul- *Ira contra cupiditatem.*
chrum istud, quo impleamini. Audiui inquit etiam ipse. Hic tamen inquam,
fermo significat iram pugnare aliquando aduersus cupiditates, uelut aliud aduersus a-
liud. Significat equidem inquit. Non'ne etiam alibi inquā, sæpe sentimus, quum
aliquem præter rationem cogunt cupiditates, conuitiari ipsum, & succensere ei quod
in seipso uim facit, ita ut in tali homine, uelut duobus dissidēnibus, & inter se mutuò cō
certantibus ira rationi auxilium ferat. At ut cupiditatibus se adiungat ira, & nihil ipsis

reni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

renitatur, uincente ratione, hoc non arbitror te dicere posse, ut unquam in teipso, aut in alio perceperis. Non per louem inquit. Quid uero inquam ego, quum quis iniusta fecisse se putat, non'ne quantò generosior est, tantò minus irasci potest, dum & famem, & frigus, & quodcunque aliud huiusmodi patitur ab illo, quem iste hæc facere putat? & quod dico, non uult animi ipsius impetus ira aduersus hunc excitari.

Vera inquit dicis. Quid uero quum iniuria affici quis se putat, non'ne in hoc efferuescit, & indignatur, & auxilium fert ei quod iustum esse uidetur: & eo quòd famem, & frigus, & omnia huiusmodi patitur, etiam sustinens uincit, & à generoso incepto non desinit priusquam transegerit, aut obierit, aut uelut canis à pastore, à ratione quæ in ipso est reuocata ira placata fuerit? Maximè inquit simile est hoc ei quod dicis: & quidem in nostra ciuitate auxiliarios uelut canes posuimus obedientes principibus, uelut pastoribus ciuitatis. Rectè inquam ego intelligis hoc quod dicere uolo. Verum ad illud etiam hoc cogita Quod istud? Quod contra quàm paulò ante nobis uidetur de impetuosa animi specie. Tunc cõcupiscentiæ deditam ipsam esse putabamus: Nunc uero multum abesse dicimus, sed multò magis ipsam in animæ seditione, arma à rationali specie mouere. Omnino ita inquit. Nunquid quum alia sit & ab hac, aut rationalis species quædam, ut non tres, sed duæ species sint in anima, Rationalis & concupiscens: Aut quemadmodum in ciuitate tria erant genera quæ ipsam continebant, lucri studiosum, auxiliare, & consiliariorum, Sic etiam in anima, tertia est hæc impetuosa animi species, quæ natura rationalis auxiliaria est, si non à mala educatione fuerit corrupta. Necessariò inquit tertia est. Etiam inquam ego, si sanè alia à rationali uisa fuerit, uelut à concupiscente alia esse uisa est. At non difficile est hoc, inquit, cognoscere. Nam & in pueris hoc quis uidere poterit, quòd ira statim ut nati sunt pleni sunt: Rationalis autem aliqui, ut mihi uidetur, nunquam compotes fiunt, plerique uerosero tandem. Etiam per louem inquam rectè dixisti. Insuper autem & in bestijs & brutis animantibus, id quod dicis ita se habere, intueri quis potest. Et ad hæc, id quod supra alicubi adduximus Homericum hoc testimonium præbebit.

Ira rationi obedit

Tria in anima, ut in ciuitate

Pectora concutiens uerbis cor mulcet amicis.

Hic enim aperte alteram castigare alteram fecit Homerus, nimirum eam quæ de meliore & deteriore ratiocinata esset, illam quæ præter rationem ad iram concitata fuerat. Valdè inquit rectè dicis. Hæc ergo inquam uix annuimus, & inter nos moderatè consensimus, eadem esse in ciuitate genera, eadem item in unaquaque anima, & numero æqualia. Est ita. Non'ne illud iam necessarium est, Sicut, & quo, ciuitas erat sapiens: Ita, & eo priuatum esse sapientem? Quid tum? Et prout, & quo, fortis est priuatus, eo etiam ciuitatè fortem esse: & sic etiam alia omnia ad uirtutem eodem modo ambo habere. Necesse est. Et iustum itaque ô Glauco dicemus opinor uirum esse, eodem modo quo ciuitas iusta erat. Et hoc omnino necesse est. At nondum huius obliti sumus, quòd illa ex eo iusta erat, quòd quum tria essent in ipsa hominum genera, unumquodq; quod suum esset faceret. Non uidemur mihi obliti esse. Commemorandum ergo nobis, quòd etiam unusquisque nostrum, ubi quæ sua sunt in seipso fecerit, iustus est, & qui sua facit. Et ualdè inquit commemorandum. Non'ne rationali quidem conuenit imperare, ut quæ sapiens species sit, & prouidentiam totius animæ habeat. Animi uero impetui conuenit ut obediens sit, & illius auxiliarius? Maximè. Non'ne ergo quemadmodũ dicebamus, Musicæ & gymnasticæ temperatura faciet ut ipsæ consonæ sint, dum hoc quidem intendit, & sermonibus ac disciplinis pulchris nutrit: illud autem remittit, & harmonia accitharæ, & reuera quę sua sunt edoctæ ac institutę, cõcupiscenti præsidebunt, quę sanè animæ species plurima in unoquoq; existit, & à natura pecunijs inexplebilis. Hanc itaq; obseruabunt illæ duæ, ne ex uoluptatũ corporis repletione, multa & robusta euadens, nõ quæ sua sunt faciat, sed in seruitutẽ redigere, & imperare conetur his quibus ipsi nõ cõuenit, & uniuersam omniũ uitam euertat. Maximè inquit. Nunquid inquã ego, etiam

Concupiscens species plurima in anima

etiam externos hostes hæ duæ species optimè obseruabunt, dum pro uniuersa anima, itemq; corpore, hæc quidem consilium init, illa uero pugnat, & principem sequitur, & fortitudine perficit ea quæ consilio sunt decreta? Est ita. Et fortem itaque opinor hac parte uocamus unumquenq;, quum ipsius animi impetus conseruarit, per dolores & uoluptates, id quod à ratione horrendum, aut secus esse, dictatum est. Rectè inquit. Sapientem uerò appellamus parua illa parte, quæ imperauit in ipso, & hæc dictauit, quum & illa scientiam in seipsa habeat, eius quod & unicuique conducit, & toti communitati, quum tria sint ipsa in uniuersum. Maximè. Quid uero temperantem, non'ne ob amicitiam & concordiam harum ipsarum partium appellamus, quum & ea quæ imperat, & quæ subditæ sunt, simul consenserint, quòd rationalem imperare oportet, & non contra ipsam seditionem mouerint. Temperantia equidem inquit ille, non aliud quid est quàm hoc, & in ciuitate, & in priuato. Quin & iustus eo, & sic erit, uelut sæpe iam diximus. Magna necessitas est. Quid igitur inquam, num aliquo modo nobis clarum fit, ut aliud quid sit iustitia, cẽq; quod uisa est in ciuitate? Non mihi uidetur inquit. Sic equidem inquam, omnino confirmauerimus, si quid in anima nostra ambigit, ubi importuna ipsi iusto obtulerimus. Qualia ista? Velut si oporteret nos confiteri, & de illa ciuitate, & de uiro natura illi simili, & similiter educato, an uideatur talis acceptum auri aut argenti depositum ablaturus esse, quem opinaris putare hoc, ipsum magis facturum esse, quàm eos qui tales non sunt? Neminem inquit. Non'ne & à sacrilegijs, & furtis, & proditionibus, aut priuatim sociorum, aut publicè ciuitatum alienus hic fuerit? Alienus. Sed neque quomodocunque perfidus, aut in iureiurando, aut alijs pactis? Quidni? Adulteria uero, & parentum neglectiones, & deorum cultus neglecti, cuiuis alij magis, quàm tali cõueniunt. Cuius equidem inquit. Non'ne horum omnium causa est, quòd unumquodque ex his quæ in ipso sunt, quæ sua sunt facit, & quod ad imperium, & quod ad subiectionem attinet? Et certè, & nulla alia. Quid igitur aliud queris iustitiam esse quàm hanc uim, quæ tales uiros & ciuitates efficit? Per louem inquit ille non ego. Perfectè ergo nobis insomnium absolutum est, quod suspicatos esse nos diximus, nimirum quòd statim ut ciuitatem condere inciperemus, futurum esset ut iuxta dei fauorem, in principium & typum iustitiæ incideremus. Maximè. Hoc ergo ô Glauco simulachrum quoddam iustitiæ est, propter quod etiam prodest, nimirum debere eum qui natura sutor est, calceos facere: qui uero faber, fabricare: & reliqua eodem modo. Apparet.

Iustus qualiter se habeat

Reuera autem tale quidem quiddam erat ut apparet iustitia, sed nõ circa externam eorum quæ sua sunt actionem, sed circa internam, reuera circa seipsum & quæ sua sunt, ita ut non sinat iustus unumquodq; in se aliena facere, neque ea quæ in anima sunt genera curiosè inter se multa aliena tractare, sed reuera quæ sua sunt bene disponat, & ipse sibijpsi imperet, secq; ornet, & sibijpsi amicus sit, & tria ista uelut tres harmoniæ terminos concinnet, infimam uidelicet, supremam, & mediam chordam, & si qua alia inter hæc media sunt, ubi ea omnia composuit, & penitus unus ex multis factus est temperatus & concinnus, sic iam tandem faciat si quid facit, aut circa pecunias acquirendas, aut circa corporis curam, aut etiam circa ciuile quiddã, aut circa propria commercia, ita ut in omnibus his, iustam & honestam actionem ducat & nominet eam, quæ hunc habitum & cõseruat, & simul efficit. Sapientiam uero eam quæ huic actioni præsidet, scientiam. Iniustam autem actionem eam quæ semper hunc habitum soluit. Imperitiam uero eam quæ huic actioni præsidet opinionem. Omnino inquit ille ô Socrates uera dicis. Sit ita inquam ego, & iustum quidem uirum, & ciuitatem, & iustitiam, quid ea in ipsis sit, si nos inuenisse diceremus, non multum admodum opinor mentiri uideri possimus. Non equidem per louem inquit. Dicamus ergo. Dicamus.

Iustitia inuẽta

Post hoc uero inquam ego, considerandum est ut opinor de iniustitia. Nimirum ita. Non'ne seditionem quandam trium istorum iniustitiam esse oportet, & de multis, & de alienis curiositatem, & partis cuiusdam animæ aduersus totam rebellantis insolentiam, quo imperet in ipsa, quum hoc illam non deceat, sed eiusmodi natura sit, ut principali generi seruire debeat. Talia quædam dicemus opinor etiam horum turbationem ac errorem esse, & iniustitiam, & intemperantiam, & timiditatẽ, & imperitiam,

Iniustitia qd ſit

Universidad de Deusto
Biblioteca

in summa omnem improbitatem. Hæc sanè hoc modo se habent inquit. Non'ne inquam ego, etiam iniusta facere, & iniuriam inferre, & rursus iusta facere, omnia hæc apertè iam manifesta sunt, siquidē & iniustitia, & iustitia? Quomodo istud? Quoniam inquam ego, nihil differunt à sanis & morbosis, uelut in corpore, sic hæc in anima. Qua inquit ratione? Sana equidem & salubria sanitatem inducunt, morbosa uero morbum. Etiam. Non'ne etiam iusta quidem facere iustitiam inducit: iniusta uero, iniustitiam? Necesse est. Est autem sanitatem inducere, ea quæ in corpore sunt secundum naturam constituere, ita ut alia aliis & dominentur, & subdita sint. Morbum autem inducere, præter naturam imperare, & aliud alij subditum esse. Est equidem. Non'ne rursus inquam, iustitiam inducere est, ea quæ in anima sunt secundum naturam constituere, ita ut alia aliis & dominentur, & subdita sint. Iniustitiam uero inducere, præter naturam imperare, & aliud alij subditum esse? Valdè inquit. Virtus ergo ut apparet sanitas quædam, & pulchritudo, & bonus habitus animæ fuerit. Vitium uero morbus, & turpitudo, & debilitas. Est ita. Nunquid etiam pulchra studia ad uirtutis adeptionem conducunt, turpia uero ad uitij? Necesse est. De cætero itaq; restat iam nobis ut apparet, ut consideremus utrum rursus conducat iusta facere, & pulchra studia tractare, & iustum esse, siue quis lateat, siue nō, quum talis existat: aut iniusta facere, & iniustum esse, si pœnas non det, neque ex pœnis melior euadat. At ô Socrates inquit, ridicula iam fieri mihi uidetur speculatio, si dum corporis quidem natura corrumpitur, uita non expetenda esse uidetur, etiamsi omniū ciborum & potuum ubertas, cum omnibus diuitijs, & omni imperio adsit: si uero eius quo uiuimus natura turbatur ac corrumpitur, uiuendum est, si quidem quis faciat quiduis aliud quod uelit, præter hoc, unde à uitio & iniustitia liberetur, iustitiam autem & uirtutem adipiscatur: quandoquidem utraq; esse uisa sunt talia, qualia nos recensuimus. Ridicula sanè inquam ego, Attamen postquam huc deuenimus, delassari nos non conuenit, ut quantum eius fieri potest, clarissimè cognoscamus hæc ita se habere. Minimè omnium inquit, per louem cunctandum est. Age itaque inquam ego, ut etiam uideas quot species uitium habet, quæ sanè ut mihi uidetur spectatu dignę sunt. Sequor inquit, dic solum. Et uero inquam ego, uelut à specula mihi apparet, quando quidem huc sermone delati sumus, una quidem esse uirtutis species, infinitæ uero uitij: quatuor autem quædam inter ipsas, quarum mentionem feciſſe operæprecium est. Quomodo dicis inquit? Quot inquam ego, sunt rerumpublicarum modi suas species habentes, tot uidentur etiam animæ modi esse. Quot itaque? Quinque inquam ego rerumpublicarum, quinque item animæ. Dic inquit qui'nam. Dico inquam, quoniam unus hic fuerit reipublicæ modus quem nos recensuimus, poterit autem bifariam cognominari. Si enim unus uir excellens inter principes fuerit, Regnū appellari conuenit: Si uero plures, optimatum imperium. Vera dicis inquit. Hanc itaq; inquam ego, unam speciem dico. Neq; enim siue plures fuerint, siue unus, qui ea quam recensuimus educatione & institutione usus est, memorabiles ciuitatis leges is mouerit. Non equidem uerisimile est inquit.

Iusta facere an conducat

Quinq; rerum public. & animæ modi

Respub. prima regnū, aut optimatū imperiū

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum quintum, de Iusto.

NON sum nescius fore nonnullos qui Apologiam à nobis expectent, qua quintum hunc Dialogum communionem omnium in ciuitate ponentem, defendamus contra calumnias, tum maledicorum, tum etiam ignorantium. Verum legant Platonem ipsum, precor, legant diligenter, ac sine inuidia iudicent, Apologiam (scio quid loquar) nullam desiderabunt. Plato igitur Phœbeus humani generis medicus, quum animaduerteret & singulos homines & familias & ciuitates iemper & ubique grauiter ægrotare, neque ullis hactenus ciuilium medicorum medicamentis tot secula iam frustra curantium, uel liberari morbo, uel saltem leuari paulum, atque minimum conualescere, tam prudenter quàm pie ad legem illam se contulit præcipuam apud medicos, qua medicinæ sanciunt autores, si quis medicamentis talibus, puta frigidis, diu adhibitis minime conualescat, esse tandem rite ad calida transeundum. Cognoscens ergo genus humanum per leges distribuentes propria tot seculis nihil proficere, immo uero in deterius quotidie labi, non iniuria ad amicitiæ se transtulit leges

lit leges, cōmunia inter amicos omnia fore iubentes, ut diuisione diuisionisq; & miseriæ sublata causa, concordiam, unionem, felicitatē cōsequeremur. Sed aliter rursus exordiamur. Socrates in principio quarti disciplinam educandæ iuuentutis cunctis legibus anteponens, raptim attigit, uideri optimā disciplinam fore, si uxorū, filiorum, rerum cōmunio fiat. At quoniā res est & noua quāplurimis, & plurimis inaudita, reuocatur ad eam statim in principio quinti declarādam apertius, & firmius comprobandam. Iam uero & si à Critia & Timæo didiceris disciplinam similem extitisse quōdam apud Græcas Aegyptiasq; Athenas, neq; nimium admiraberis tanquam nouam, neq; diffidenter audies tanquam penitus arduam, neq; inuitus admittes quasi non bonam. Mitto quod multi tradunt apud Boemos Placam urbem aliquando similiter gubernatam. Atqui Diodorus insulam in Oceano meridiem uersus describit, in qua præter cætera communes etiam sint uxores, uiriq; philosophiæ plurimū astrologiæq; studiosi. Pomponius quoq; Mela testis est Garamantes in extremis Africæ partibus cōmunia habere in republica omnia. Similem præterea bonorum fuisse communionem inter philosophos Brachmanas, Gymnosophistas, Esseos, Pythagoricos, & denique inter sanctos quondam Christianæ reipublicæ fundatores, compertum habemus. Videmus quoq; seculis nostris illos duntaxat religiosos ad uirtutem felicitatemq; accedere, inter quos nihil est proprium. At enim si uxorum te communio turbat, primo quidem permittito apud Platonem rite ex lege fieri, quod apud adulterinos sacerdotes in commune fit sacrilegio. Deinde Platonem ipsum audito prius quàm iudices, altius in sua causa declamantem. In sequentibus nota primo quidem Socraticam prouidentiam, peius esse censentem in legibus constituendis errare, quàm hominem interficere. Etusmodi nanq; error multos per multa secula interficit animos simul & corpora. Deinde modestiam difficilia diffidenter aggredientem, & quasi inuitam atq; compulsam. Tertio pietatem diuinum auxilium pro suo more in rebus grauibus inuocantem. Ac ne in legibus erret condendis, ab Adrastia dea petit opem, cuius mentionem quoq; fecit in Phædro. Adrastia hæc apud priscos theologos est potentissima ineuitabilium regina legum, legum inquam tam Saturniarum ad mentes pertinentium, quàm Iouialium pertinentium ad naturas. Adrastiam dico diuinam prouidētiam, quatenus nihil uel oculos eius subterfugere, uel manus potest effugere. Nec ab re ubi optat firmissimas leges condere, quas neq; obliuio deleat, neq; defraudet astutia, neq; uiolentia frangat, & omnino nullus deuitet, Adrastiam obsecrat ineuitabilia sanctionem, quæ nullus queat effugere. Deinceps paulatim ad communem progreditur disciplinam, à uirorum uidelicet institutione ad institutionem similiter mulierum, mandans omnia priuata publicaq;, tum pacis, tum belli studia, mulieribus cum uiris communia fieri, ne mancum sit genus humanum, eo tamen pacto ut in singulis grauiora uiris, leuiora mulieribus committantur. Similiter & alibi docet brachia quoq; sic assuefacienda, ut singuli utrinq; sint dexteri: quos nominat amphidexteros. Ostendit autem id fore utile atq; possibile, & quo pacto fieri debeat. Deinde aliam adducit communionem, uidelicet uxorum atque filiorum. Et ibi aduerte quanta ordinis prouidentia constituat Magistratus, præsides nuptiarum, & sacra, & tempora, & ætates, cauens nequid intemperate fiat, uel inutile ciuitati. Ac post generationem quàm diligenter de natis cogitet nutriendis, ita tamen ut neq; uir neq; mulier proprium agnoscat filium, neq; filius proprios genitores, neq; alios alij, sed seniores opinari cogantur, omnes penè iuniores esse filios uel nepotes: iuniores uicissim suspicari omnes seniores esse progenitores, æqualesq; similiter esse fratres. Inter hæc ubi nutritionem eius spernit, qui uel præter legem, uel ex inutili natus fuerit, uel inutilis, intellige non esse perdendum, sed in loco occultiori, uel in suburbijs ullius nutriendum, extra exactissimam regulam illam qua nutriuntur bi qui assumendi ad custodiam iudicantur. Illum uero inferiori addendum regula ad minutiora urbis uel agri ministeria suo tempore transmittendum, uel fortè ad urbes alias transferendum statim natum. Mox agnosce cōmunis charitatis ineuentum, ubi sic disponit singula, ut singuli eadem uel re, uel persona oculis demonstrata, æque iudicent, dicantq; hoc est meum. Quūq; sua cuiq; charissima sint, singuli cuncta curabunt, præcipue quum ad eiusmodi curam legibus quoq; magistratibusq; adducantur. Hinc ergo incuria & negligentia nostra, qualis in omnibus est circa plurima, quasi à nobis sint aliena, tolletur. Tolletur & quotidiana fallacia quà iudicium nostrum in eo colendo quod proprium esse censemus, stulte decipitur. Tolletur denique extrema perturbatio, solliciudo, miseria quæ ex insano propriorū amore nos angit. Mitto quòd adempta discordiæ causa & cōmunis erit & integra charitas. Proinde attende quàm diligentes, quàm iustas, quàm mites statuat belli leges, quæ præmia uictores maneant, diuinitus scilicet quædam. Transferri enim hos inquit, in beatos dæmones hominum curatores, & quasi deos charos rite colendos. Quod uero de puerorum oculis dicitur, iocosum quiddam est Glauconis, & leuandi tædij gratia dictum. Adde & triumphale quiddam atq; festiuum. Restabat probandum, communionem hanc fieri posse, postquam fore optimam fuerat affirmatum. Primo igitur etiam si nequeat fieri, ostendit se non frustra hanc in medium adduxisse, uidelicet tanquam exemplar in formandis ciuitatibus pro uiribus imitandum. Deinde demonstrat tunc demum posse fieri quando philosophi gubernabunt, neq; prius requiem ullam fore malorum. Quamobrem ad formandos philosophos tanquam futuros ciuitatis gubernatores opportune descendit, docens quale sit philosophi ciuilis ingenium, qualis affectus atq; disciplina. Principio quantum plebei circa percipienda sensibilia hæc inferiora auidi curiosiq; sunt, tantum ingenium philosophicum ad inueniendas ideales horum omnium rationes, auidum & propensum est, & sagax ipsius ueri uenator. Quoniam uero ueræ quidem res ideæ sunt, naturales autem formæ sunt & imagines idearum, non iniuria plebeios inquit somniare, putantes quæ imagines sunt, esse res ueras. Philosophum uero solum inter alios uigilare. Et quoniam inter ens atq; non ens medium ponit, memento quinq; gradibus omnia cogitari. Et non ens quidem purum dici quicquid fingitur infra materiam. Ens uero purum, puram mentem, ideamq; existere. Animam cœlumq; ens dici simul atq; non ens, uidelicet propter motum, magis tamen esse quàm non esse. Materiam contra magis quodammodo non esse quàm esse. Sed quæ natura composita sunt sub luna, esse pariter atq; non esse. Circa ea quæ uere sunt cognitio ipsa uersatur. Circa ea quæ uere non sunt, ignorantia. Circa ea quæ pariter & sunt & non sunt, se reuoluit opinio. Ignorantiam quidem & opinionem tum plebeis tribuit, tum Sophistis. Cognitionem ue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro,id est scientiam duntaxat philosophis. Quod autem scientiam opinionemq; potentiam quandam nominat, intelligit potentiam non informem,sed partim naturali forma,partim habitu præditam. Præterea ubi de ideis agit,ad quas philosophi refertur scientia,more suo inquit bonum,pulchrum,iustum. Ternarius hic numerus,modis tribus exponitur. Primo bonum sit Deus, Pulchrum mens angelica multiformis. Iustum cœlestis anima mundana iuste distribuens. Secundo bonum, forma ipsa actusq; diuinæ naturæ, Pulchrum eiusdem intelligentia. Iustum uoluntas eiusdem. Tertio bonum inter ideas est exemplar formæ actusq; cuiusq; atq; naturæ. Pulchrum exemplar ordinis qui ex qualibet forma in seipsa resultat. Iustum,exemplar ordinis qui à qualibet forma atque re refertur ad alias. Quando uero ipsi bono subdit malum,pulchro turpe,iusto iniustum,caue tria hæc oppositè colloces in ideis. Pone uero hæc tum in ipsa informitate & deformitate materiæ, quam in libro De scientia uocat exemplar diuinitatis expers, & in Politico dissimilitudinis locum: tum etiam in anima iam depraua ta,& ad materiam omnino conuersa. Deniq; quod eunuchi ænigma puerile tamen est,est eiusmodi. Vir non uir,uidens non uidens,percussit non percussit,lapide non lapide,auem non auem,super arbore non arbore,id est eunuchus,luscus,percussit,pumice,alam uespertilionis,super Sambuco. Sed id ridebis scio. Quod & ridiculi gratia est appositum.

Ænigma

PLATONIS DE REPVBLICA,
SIVE DE IVSTO. DIALOGVS V.

Quatuor prauæ reip. & animæ species

BONAM itaq; talem & ciuitatem & rempublicam, itemq; rectam uoco,& uirum etiam talem. Si uero hæc recta est,malas & erroneas reliquas dico,tum ciuitatum gubernationes,tum animæ priuatorum hominum mores,in quatuor prauitatis speciebus cõsistentes. Quales nam has inquit? Et ego quidem eas quæ deinceps sequuntur dictu rus eram,uelut mihi uidebantur singulæ uicissim aliæ ex aliis transire: Verum Polemarchus,paulò enim infra Adimantum sedebat: extenta manu, & apprehenso pallio supernè circa humerum ipsius illum adducebat,& ubi seipsum extendisset, & ad illum inclinasset,dicebat quædam, de quibus aliud quidem nihil audiuimus, nisi hoc. Dimittemus igitur inquit,aut quid faciemus? Minimè inquit Adimantus,magna iam uoce dicens. Et ego quid maximè inquam,non dimittetis? Te inquit ille. Et ego dicebam cur maximè? Torpescere nobis uideris inquit,& speciem totam, eamq; non minimam,de sermone ac disputatione suffurari,ut ne recẽseas, & celaturum te putas quòd ipsam male tractaueris,tanquam sanè de uxoribus & pueris cuiuis manifestum esset,quòd communia erunt amicorum omnia. Non'ne rectè inquam ô Adimante? Etiam inquit ille,sed hoc rectè, quemadmodum alia,explicatione opus habet,quis sit cõmunionis modus. Multi enim esse poterint. Ne igitur omittas eũ quem tu dicis,uelut nos dudum expectamus,putantes te mentionem facturum esse de puerorum procreatione,quomodo ipsos procrebunt,& natos quomodo enutrient: & totam denique hanc quam dicis,tum uxorum, tum liberorum cõmunionem. Magnum enim quiddam. imò totum,ad rempub. conducere putamus,si hoc rectè, aut non rectè fiat. Nunc igitur quandoquidem aliam rempub. apprehendis,prius quàm hæc satis iustè tractata sint,uisum est nobis hoc,quod tu audiuisti, quòd te non dimittemus, prius quàm hæc omnia quemadmodum alia explicaueris. Et me itaque inquit Glauco, huius suffragij socium existimate. Deniq; inquit Thrasymachus hæc omnibus nobis ita decreta esse puta ô Socrates. Quid facitis inquam ego, qui me in cautum aggredimini? Quàm magnam disputationem rursus uelut ab initio de republica mouetis,de qua ego uelut qui iam illam transegissem,gaudebam, boni consulens si quis hæc excepta sineret, ita ut tunc dicta sunt: quæ nunc uos reuocantes ignoratis quantum disputationum examen excitetis, quod ego conspicatus tunc omisi,ne multam turbam exhiberet. Quid uero inquit Thrasymachus putas hos nunc huc auri fundendi gratia uenisse,& non ut disputationes audiant. Etiam dicebã,moderatas saltem. Modus certè audiendi huiusmodi disputationes ô Socrates inquit Glauco, tota uita est apud eos qui mente præditi sunt. Quare id quod ad nos attinet,sine, Tu uero ea de quibus interrogamus exponere ne graueris, quomodo tibi uidetur: quæ communio custodibus nostris circa pueros & uxores erit,& circa educationem illorum dum adhuc teneri sunt,in eo tempore quod natiuitatem & institutionem intercedit, quæ sanè laborio-

Communionis uxorũ & liberorũ quæ ratio

sissima esse uidetur. Conare igitur dicere, quo modo ipsam fieri oportet. Non facile est ô beate hæc exponere inquam ego. Multa enim ex his parum fidei reperiunt adhuc magis quàm superiora quæ recensuimus. Nam si ut quæ fieri possint referantur,non creduntur. Et si quàm maximè fiant quòd optima sint hæc, & hoc modo, non credetur. Quapropter etiam hæc ipsa attingere cunctor ô chare amice, ut ne sermo,optio esse uideatur. Nihil inquit ille cunctare. Neque enim ingrati,neq; increduli,neque maligni tibi erunt auditores. Et ego dicebam,ô optime num ut qui mihi fiduciam inducere uelis,hæc dicis? Ego sanè inquit. Totum itaque contrarium inquam ego facis. Nam si ego crederem me scire quæ dico,bene se haberet consolatio. Inter prudentes enim & amicos,de maximis & charissimis rebus uera dicere eum qui nouit,tutum est,& audendum. At non credentem,& simul quærentem quomodo uerba faciat,uerendum est,& non tutum,ut ne ridiculus fiat. Puerile enim hoc est. Quare ne à ueritate aberrans,non solum ipse,sed etiam attracti simul amici faceant,circa ea in quibus minime errare oportebat, rogo sanè Adrasteam Nemesin ô Glauco,eius quod dicturus sum gratia. Spero enim minus peccatũ esse,si quis inuitè homicida fiat, quàm si in honestis, & bonis, & iustis ac legitimis impostura faciat. Circa hoc igitur periculum,inter inimicos periclitari melius est,quàm inter amicos. Quare non bene me consolaris. Et Glauco oborto risu, At ô Socrates inquit, si quid nobis erronei acciderit ex sermone dimittimus te ut uelut à cæde purus sis, & non impostor noster habearis. Quare confisus dicito. Atqui dicebam,purus etiam illic est,qui absolutus est, uelut lex docet. Par autem est ut si quidem illic,etiam hic purus sit. Dic itaque inquit huius rei gratia. Dicere inquam ego, nunc rursus uelut repetita oportet,ea quæ fortassis aliquando ex ordine dicere oportuisset, fortassis autem sic recte res se habuerit, ut post uirilem fabulam penitus peractam,muliebris rursus peragatur, tũ aliàs,tum quando quidem tu ita prouocas. Nam hominibus & natis,& educatis, quemadmodum nos recensuimus,quæ mea opinio est, non alia erit recta puerorum & uxorum adeptio, itemq; usus,quàm ut illa uia contendant, qua primum progressi sumus. Conati autem sumus uiros,uelut gregis custodes, sermone constituere. Etiam. Sequamur itaque & generationem,& educationem consimilem attribuentes, & uideamus an nos deceat, aut non. Quomodo inquit? Hoc modo. Fœminas canum custodum, utrum simul custodes esse oportere putamus, eorum quæ mares custodiunt, & simul uenari,& alia in communi facere: aut has quidem intus domum custodire, uelut quæ impotentes sint, ob catulorum partum & educationem: illos uero laborare, & omnem curam circa greges habere? In communi inquit omnia, præterquam quòd ut debilioribus his utimur, illis uero ut fortioribus. Fieri'ne potest inquam ego, ut ad eadem aliquo animali utaris, si non eandem educationem & institutionem attribueris? Non potest. Si ergo fœminis & uiris ad eadem utemur, eadem etiam fœminas docere oportebit. Etiam. Musica quidem & gymnastica illis tradita est. Etiam. Et fœminis ergo hæ duæ artes tradendæ sunt: itemq; ea quæ ad bellum pertinent,& utendum his similiter. Verisimile est ex his quæ dicis inquit.

Dicturo quæ sint cõsiderãda

Fortassis itaque dicebam,præter consuetudinem multa ridicula uideri poterint: circa ea quæ nunc dicuntur,si peragent quomodo dicuntur. Et ualdè inquit. Quid inquam ego inter hæc ipsa maximè ridiculum uides: aut nimirum nudas fœminas in palestris exerceri cum uiris, & non solum iuuenculas, sed iam etiam aniculas: quemadmodum senes uiros, quando rugosi & aspectu nõ grato, exercitiorum tamen studio tenentur? Per Iouem inquit, Ridiculum enim uelut in præsenti rerum statu uideri possit. Non'ne inquam, quandoquidem dicere incœpimus, non uerebimur festiuorum hominum cauillationes, quæ & qualiacũque dixerint in huiusmodi mutationem, circa gymnasia, & Musicam, & non minime circa armorum gestationem, & uecturam in equis contingentem? Rectè inquit dicis. At quandoquidem dicere incœpimus, progrediamur ad legis asperitatem, postquam precati fuerimus hos, ne quæ sua ipsorum sunt faciant, sed seriò agant, & admonuerimus non multum tempus præterijsse, ex quo Græcis turpia & ridicula esse uidebantur ea quæ nunc plerisque

Absolutus hic, etiam illic purus est

Gymnasia primum ridicula

Universidad de Deusto
Biblioteca

Barbaris, nudos uidelicet spectare uiros: & quando in gymnasiis exerceri, primũ quidem incipiebãt Cretenses, deinde Lacedæmonij, tunc urbanis uiris licebat omnia hæc subsanare, aut non putas? Ego sanè puto. At postquã ut opinor, melius esse uisum est omnia huiusmodi denudare, quàm uelare, etiam id quod in oculis ridiculum uisum fuit, diffluxit, ab eo quòd à ratione optimum iudicatum esset, & hoc declarauit, uanum esse eum qui aliud quid ridiculum ducit, quàm id quod malum est, & qui risum mouere conatur, ad aliud quid uelut ridiculum respiciens, quàm quod insipiens & malum est, & qui alio quodã quàm boni scopo proposito seriò agit. Omnino ita inquit. Non ne primum quidẽ hoc de ipsis confitendum est, an fieri possint, aut non: & dandũ est ut ambigunt, siue quis per lusum siue seriò ambigere uelit, utrũ humana fœminea natura, cum masculo genere, in omnibus operibus, aut in nullo cõmunicare possit: aut in quibusdam possit, in quibusdam non: Et hoc quod ad bellum attinet, ex utro horum gene re sit: Non ne qui sic optimè, uelut par est, incœperit, etiam optimè perfecerit? Maximè inquit. Vis igitur inquam ego, ut nos aduersus nos ipsos pro alijs disceptemus, ut ne ea quæ sunt alterius rationis deserta relinquantur. Nihil inquit prohibet. Dicamus itaque pro ipsis. O Socrates & Glauco nihil opus est ut aduersus uos alij disceptent. Ipsi enim in principio extructionis ciuitatis quam cõdidistis, confessi estis oportere unumquenq; secundũ naturam unũ quod suum sit facere. Confessi sumus opinor?

Ridicula quæ sint ducenda

Quidni? Est'ne igitur ut non multum admodum differat fœmina à uiro secũdum naturam? Quidni differret? Non'ne aliud etiam opus utriq; demandare conuenit secundum suam naturam? Quid tum? Quomodo igitur non peccatis nunc, & cõtraria uobis ipsis dicitis, dum rursus asseritis uiros & fœminas oportere eadem facere, quum plurimum separatam naturam habeant. Habebis quid ô admirande quod aduersus hæc respondeas? Et tempore quidem inquit, non ualdè facile, Verum te rogabo, & rogo ut etiam pro me defensionem, quæcunq; tamen illa est, exponas. Hæc sunt inquam ego, & multa alia huiusmodi, quæ ego dudum præuidi, & ueritus ac cunctatus sum attingere legem de uxorum & liberorum adoptione & educatione. Per Iouem inquit nõ leui similis est. Non equidem dicebam, uerum ita sanè res se habet: siue quis in piscinam paruam incidat, siue in medium maximum pelagus, tamen nihilo minus natat. Maximè. Non'ne & nobis natandum est, & conandum ut ex hac disputatione seruemur, ita ut speremus aut delphinũ aliquem nos excepturũ esse, aut aliam aliquam dubiam salutem. Apparet inquit. Age itaq; inquam ego, si forte reperiamus exitum. Confitebamur equidem aliam naturam alio studio teneri oportere.

Cõtradicẽdi facultas generosa

Mulieris autem & uiri diuersam esse naturam. At nunc diuersas naturas eadem studia tractare oportere asserimus. His nominibus nos accusamur. Admodũ inquit Profectò generosa est inquam ô Glauco, artis contradicendi facultas. Quid ita? Quoniam dicebam, uidentur mihi in ipsam etiam inuiti multi incidere, & putare se non litigare, sed disputare, eo quòd non possunt secũdum species diuidere, & sic id de quo sermo habetur considerare, sed secundum ipsum nomen, eius quod dictum est contrarietatem persequi, contentione, non disputatione inter se utentes. Est equidem inquit, circa multos hæc affectio. At num etiam ad nos in præsentia procedit? Omnino inquã ego, Videmur sanè inuiti contradictionẽ attingere. Quomodo? Quòd non eandem naturam, non eadem studia tractare oportet: uiriliter admodum & cõtentiosè secundum nomen persequebamur. Considerauimus autem nullo modo, quæ species alterius, & quæ eiusdem uaturæ esset, & neq; ad quid tenderet tunc decernebamus, quan

Naturæ quæ eædem, & quæ diuersæ

do alij naturæ alia studia, eidem eadem attribuebamus. Non equidem inquit considerauimus. Proinde dicebã, licet nobis ut apparet, interrogare nos ipsos, an eadem sit natura caluorũ & comatorũ: & non contraria: & postquã confessi fuerimus cõtrariã esse, si calui sutores fuerint, nõ sinere comatos esse sutores: si uero comati, non sinere caluos. Ridiculum certè esset inquit. Num secundũ aliud quid ridiculum esset inquam ego, quàm quòd tũc non omnino eandem & diuersam naturam ponebamus, sed illam solum alterationis & similitudinis speciem seruabamus, quæ ad ipsa studia tendit: uelut Medicum, & habentem animam medicam, eandem naturam habere dicebamus: Aut

Aut non putas? Ego sanè. Medicum uero & fabrum, diuersam? Omninò ita. Non'ne inquam ego, etiam uirorum & mulierum genus, si ad artem aliquam, aut aliud studium, inter se diuersum uideatur, hoc utriq; attribuere oportere negabimus? Si uero hoc ipso differre uideatur, quòd muliebre genus parit, masculum futuit, nondum quicquam magis demonstratum esse dicemus, quantum ad id de quo nos dicimus, attinet, quòd fœmina à uiro differt, sed adhuc censebimus eadem studia tractare oportere, & custodes nostros, & ipsorum uxores. Et rectè inquit. Non'ne post hoc iubemus eum qui contraria dicit, ut hoc ipsum nos doceat, ad quam artem, aut ad quod studium, ex his quæ ad ciuitatis constitutionem pertinent non eadem, sed diuersa sit mulieris & uiri natura? Æquum est. Fortassis itaque id quod tu paulò ante dicebas, etiam alius quispiam dixerit, nimirum ex tempore quod satis est dicere, non facile esse, habita uero consideratione nihil difficile. Dixerit equidem. Vis igitur ut rogemus eum qui talia dicit, ut nos sequamur, si fortè nos illud ostendamus, nullum esse proprium studium mulieri ad ciuitatis gubernationem? Maximè. Age itaque, dicemus ad ipsum, responde, num ita dicebas, alium quidem ad quid natura ingeniosum esse: alium uero ineptum, ita ut alter facilè quid discat, alter difficulter: & alter ex breui disciplina ad multam inuentionem eius quod didicit, progrediatur, alter multo studio ac diligentia adhibitis, neque ea quæ didicit, conseruet: & ut alteri ea quæ corporis sunt, menti iustè inseruiant, alteri uero aduersentur: Num alia quædam sunt, aut hæc, quibus ingeniosum ad singula ab eo qui talis non est, distinguebas? Nemo inquit, alia dicet. Nosti igitur quid, quod ab hominibus exerceatur, in quo non omnia hæc uirorum genus magis insigniter habeat, quàm muliebre? Aut longius sermonem extendemus, & textoriam artem producendo, & placentarum præparationem, & cocturarum rationem, in quibus sanè esse aliquid muliebre genus uidetur. Quare etiam maximè omnium ridiculũ est, si in his superetur. Vera inquit, dicis, & multum in omnibus genus à genere, ut ita dicam, superatur. Mulieres tamen multæ multis uiris ad multa meliores sunt. In summa uero res ita se habet, uelut tu dicis. Nullum ergo est, ô amice, studium, ex his quæ ad ciuitatis gubernationem pertinent, mulieris peculiare, quatenus mulier est, nullum etiam uiri, quatenus uir est, sed similiter in ambobus animalibus dispersæ sunt naturæ, & omnium studiorum particeps est mulier secundum naturam, omnium item ut, uerùm in omnibus mulier uiro debilior est. Maximè. Nunquid igitur uiris omnia demandabimus, mulieri nihil? At quomodo? At enim dicemus, arbitror, quòd etiam mulier alia est medica, alia non: & alia musica, alia ex natura à Musis aliena. Quidni? Et ad gymnasticen ac res bellicas alia apta, alia ad eadem inepta, & gymnasijs non dedita. Ita ego opinor. Quid uero, non'ne alia sapientiæ studiosa, & animi concitati est, alia à philosophia abhorret, & abiecti animi est? Est ita. Est ergo ad custodiam idonea mulier alia, alia non item: Aut non eiusmodi etiam uirorum ciuitatis custodum naturam elegimus? Eiusmodi planè.

Extempore dicere

Custos ciuitatis & uir, & fœmina esse potest

Et mulieris ergo & uiri eadem natura est ad custodiam ciuitatis: nisi quantum robustior hic, imbecillior illa existit. Apparet. Et mulieres ergo tales eligendæ sunt, ut cum huiusmodi uiris cohabitent, & simul custodes sint, quandoquidem idoneæ & cognatæ ipsis natura sunt. Prorsus ita. Studia uero nõ'ne eadem ijsdem naturis attribuenda sunt? Eadem. Venimus ergo, dum circumferimur ad priora, & confitemur non præter naturam esse, custodum uxoribus & Musicam, & gymnasticam attribuere. Omninò ita. Non ergo impossibilia, neq; optionibus similia lege sancieba-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In ciuitate igitur quam condebamus, utrum putas nobis meliores uiros effectos esse custodes, eam quam recensuimus disciplinam adeptos: aut sutores sutoriam edoctos. Ridiculam inquit, rem interrogas. Intelligo inquam, quid uero ex alijs ciuibus, non' ne hi optimi sunt? Admodum. Quid uero mulieres, non'ne hæ mulierum optimæ erunt. Et hoc admodum inquit. Est autem quid melius ciuitati, quàm ut & mulieres, & uiri optimi in ipsa sint? Non est. Hoc uero Musica & Gymnastica sua accessione, uelut nos recensuimus, efficient. Quidni? Non solum ergo possibile, sed etiam optimum ciuitati lege sanciuimus. Ita est. Exuent itaq; se custodum uxores, quandoquidem uirtutem pro uestibus induent: & belli sociæ erunt, & reliquæ ciuitatis custodiæ, & non alia facient. Verùm ex his ipsis leuiora mulieribus attribuenda sunt, ob generis debilitatem. Qui uero deridet nudas mulieres, optimi gratia se nudãtes, imperfectum rei ridiculæ, uelut sapientiæ carpens fructum, is neq; cur rideat, neq; quid faciat, ut apparet, nouit. Optimè enim hoc & dicitur, & dicetur, Vtile quidem esse honestum: damnosum uero turpe. Omninò ita. Hunc itaque uelut unum fluctum effugisse nos dicamus, in muliebri lege tractanda, ut non penitus demersi simus, quum posuerimus legem, communi studio teneri oportere, & uiros, & mulieres custodes: imò sermonem ipsum cum seipso consentire, uelut qui & possibilia & utilia dicat. Et ualdè inquit, non paruum fluctum euasisti. Dices inquam ego, non magnum ipsum esse, quum eum qui sequitur, uideris. Dic itaq; ut uideam inquit. Ad hanc inquam ego, & ad alias superiores, sequitur, ut opinor, hæc lex. Quæ? Vxores has omnium horum uirorum omnes esse communes, nullam uero priuatim ulli cohabitare, & rursus liberos esse communes, ita ut neq; parens filium suum cognoscat, neq; filius patrem.

Mulierum opera uirilia

Multò inquit, hoc illo maius est, ad hoc fidē non reperiat, & quòd possibile sit, & quòd utile. De utilitate inquam ego, non opinor ambigere quenquam, quòd non maximum sit bonum, communes esse uxores, & communes esse filios, si quidem fieri posset. Verùm an possibile sit, plurimam ambiguitatem esse arbitror. De ambobus inquit ille, ualdè multa ambiguitas fuerit. Sermonum collectionem inquam ego producis, Ego uero putabam me ab altero liberum fore, si tibi uideretur utile esse. Reliquum autem mihi fore de possibili, aut secus, dicere. At effugere non potuisti, inquit ille. Quare de ambobus rationem redde. Sustinenda inquã ego, pœna est, tantum tamen mihi largire. Sine me ut epuler, & me reficiam, quemadmodum qui tardi mente sunt, seipsos pascere solent, quum soli iter faciunt. Nam tales prius quàm inueniant, quomodo quid fiet ex his quæ cupiunt, illo omisso, ut ne de possibili, aut secus consultando sibijpsis molesti sint, posito eo uelut sit quod uolunt, iam reliqua disponunt, & enumeratis his quæ re aliquando præsente facturi sunt, gaudent, & animam alioqui tardam adhuc tardiorem reddunt. Iam igitur etiam ipse molliter me gero, & illa quidem differre cupio, & in posterum an possibilia sint considerare. Nunc uero uelut possibilia sint positis ipsis, considerabo si mihi permiseris, quomodo disponent ipsa principes si ita fiant: & quòd omnium utilissima hæc fuerint & ciuitati, & custodibus, si ita fiant, prius una tecum considerare conabor, illa uero posterius, siquidem permiseris. At permitto inquit, & considera. Arbitror itaq; inquam ego, siquidem erunt principes hoc nomine digni, & similiter ipsorum auxiliarij, ipsos partim facturos esse ea quæ demandantur, partim mandaturos, ita ut partim ipsi legibus obtemperent, partim etiam imitentur, quæcunq; tandem illis præceperimus. Verisimile est inquit. Tu itaq; inquam ego, qui ipsis legislator es, quemadmodũ uiros, ita etiam mulieres electas, exhibebis quantum fieri potest eiusdem naturæ. Illi uero, utpote domos & comessationes in communi habentes, & nullo priuatim tale quicquem possidente, simul sanè erunt. Dum autem sic mul permixti degunt, & in gymnasijs, & in reliquo uictu, à necessitate, ut opinor, à natura insita, ad mutuam inter se mixtionem perducentur: Aut non necessaria tibi dicere uideor? Non geometricis, inquit ille, sed amatorijs necessitatibus, quæ acriores quàm illæ esse uidentur, ad multitudinem persuadendam ac trahendam. Et ualdè dicebam. At post hæc, ô Glauco, cõfusè inter se misceri, aut aliud quodcunque facere, neq; pium est in feliciũ ciuitate, neq; permittẽt principes. Non enim iustũ est inquit. Manife-

Necessitas amatoria

Manifestum itaq; est quòd post hoc nuptias faciemus, quantum fieri potest sacras. Fuerint autem sacræ, quę sunt utilissimæ. Omninò ita. Quomodo igitur utilissimæ erũt, hoc mihi dicito, ô Glauco. Video enim in domo tua & canes uenaticos, & generosas aues ualdè multas. Nunquid horum nuptijs & sobolis procreationi animum aduerti sti? Quale istud dicis, inquit? Primum quidem horum ipsorũ quantumuis generosorum, non'ne aliqui & sunt, & fiunt optimi? Sunt. Num igitur ex omnibus similiter generas, aut conaris ut quàm maximè ex optimis sobolem suscipias? Ex optimis. Quid uero ex iuuenibus, aut ex senibus, aut maximè in uigore cõstitutis. Ex constitutis in uigore. Et si non ita generatio fiat, multò tibi deterius fore & uolucrium, & canũ genus opinaris? Ego sanè inquit. Quid uero de equis inquã ego, sentis, itemq; de alijs animalibus, num alio quodam modo rem se habere? Absurdum equidem esset inquit ille. Papæ inquam ego, chare amice, ut ualdè cõsummatis opus est nobis principibus, siquidem etiam circa hominũ genus, similiter res se habet. Imô ita se habet inquit, At quid tum? Quia necesse est ipsis inquam ego, medicamentis multis uti. Arbitramur autem corporibus, quæ medicamentis non indigent, sed eorum qui uictus rationi obedire uolunt, etiam uiliorem medicum sufficere. Cùm uero etiam medicamenta exhibere opus fuerit, scimus uiriliore medico opus esse. Vera hæc, sed ad quid dicis? Ad hoc inquã ego, uidentur nobis principes opus habere, ut multo mendacio & deceptione utãtur ad subditorũ utilitatem. Diximus autem omnia eiusmodi in medicamẽti specie utilia esse. Et rectè sanè inquit. In nuptijs itaq; & liberorum procreatione, uide tur rectum hoc non minimum fieri. Quomodo istud? Oportet quidem, dicebam, ex concessis, optimos uiros cum optimis fœminis frequentissimè coire, & contrà, uilissimos cum uilissimis: & illorum quidem fœtus educare, horum uero nõ, si grex consum matissimus esse debet. Et hæc dum fiunt, omnia omnes latere debent, præterq; ipsos principes, si rursus grex custodum q; maximè à seditione alienus esse debet. Rectissimè inquit. Non'ne itaq; festa quædam sancienda erunt, in quibus sponsos & sponsas congregabimus, & sacrificia, et hymni faciendi sunt à nostris poetis, nuptijs conuenientes. Multitudinem uero nuptiarum ex principũ arbitrio faciemus, quo quàm maximè conseruent eundem uirorum numerũ, ad hostes, & morbos, & omnia huiusmodi respicientes: Et neq; magna nobis ciuitas, quantum fieri potest, neq; parua fiat. Rectè inquit. Sortes itaque quædam opinor, faciendæ sunt uersutæ, ut uilis ille in unaquaq; coitione fortunam, & non ipsos principes culpet. Et ualdè inquit. Et præstantibus iuuenibus in bello, aut etiam alibi, munera danda sunt, & præmia tum alia, tum luculentior licentia condormiendi mulieribus, quo etiam simul cum occasione quàm plurimi filij ex talibus seminentur. Rectè. Non'ne etiam fœtus qui semper eduntur, assument magistratus ad hoc constituti, siue uirorum, siue mulierum, siue ambo. Cõmunes enim erunt & mulieribus & uiris magistratus? Etiam. Bonorũ itaq; fœtus opinor, acceptos ad caulam deferent, ad quasdam nutrices, seorsum in quadam ciuitatis parte habitantes. Deteriorum uero, & si quis aliorũ mutilus fœtus nascatur, in occulto & abscondito occultabunt, uelut decet. Siquidem inquit, purum genus custodum esse debet. Non'ne etiam educationis hi curam gerent, & matres ad caulam ducentes, quum mammæ lacte turgent, omne studium adhibebũt, ut nulla suum agnoscat, & alias lac habentes procurabunt, si non hæ sufficerint, & harum ipsarum curam gerent, quo moderato temdore lactent. Vigilias autem & reliquum laborem nutricibus & alumnis commendent. Multum ocij & quietis inquit, in liberis procreandis custodũ uxoribus tribuis. Decet equidem inquã ego. Verùm quod deinceps sequitur, & constituimus, persequamur. Diximus enim & constitutis in uigore liberos gigni oportere. Vera dicis. Nun quid igitur moderatũ uigoris tempus esse tibi unà mecum uidetur uiginti anni mulieri, uiro aũt triginta? Qualis uero erit horũ ipsorũ modus inquit? Vt mulier quidẽ inq;, initio à uigesimo anno sumpto, usq; ad quadragesimũ ætatis suæ annum pariat ciuitati. Vir aũt postq; acutissimũ cursus uigorem transierit, ut ab hoc tempore generet ciuitati, usq; ad quintũ & quinquagesimũ ętatis suæ annum. Amborũ equidẽ inquit, hic uigor & corporis, & sapientiæ est. Nõ'ne siue senior his, siue iunior, generationes in commune attingat, neq; pium, neq; iustum, dicemus esse delictũ, uelut filium ciuitati gignentis.

Nuptiæ utilissimæ faciendæ

Nuptiarũ multitudinis ratio

Nuptiarũ tempus, uiro anni 30. fœmin. 20.

Qui si la-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Precatio nuptialis

Qui si latuerit, generabitur non à sacrificijs, neq; à precibus productus, quas in singulis nuptijs precantur utriusq; generis sacerdotes, & uniuersa ciuitas, ut ex bonis meliores, & ex utilibus utiliores semper filij nascãtur: sed à tenebris cum uehementi intemperantia prognatus? Rectè inquit. Eadem lex dicebã erit, si quis ex his qui adhuc generant, non cõsentiente principe, attingat mulieres in ætate uigoris cõsistentes. Spurium enim illegitimũq; ac prophanũ filium, censebimus ipsum ciuitati cõstituere. Rectissimè inquit. Cùm uero iam & mulieres & uiri statutam gignendi ætatem excesserint, asseremus ipsos uiros liberos esse, ut coeant cum quacunq; uelint, excepta filia, & matre, & filiarum liberis, & superiorib. matris cognatis: & ut rursus mulieres coeãt cum quibus uelint, excepto filio, & patre, & superiorib. ac inferioribus talium cognatis. Et posthæc iam omnia mandauerimus, constituemus maximè quidem, ut neq; in lucem proferant fœtum ullum, si ita contingat: Si uero quid cogat, ut ita exponant, ut non sit tali alimentum, Et hæc inquit, moderatè dicunt. Patres autem & filias, & ea quæ nũc dicebas, genera, quomodo inter se dinoscent? Nullo modo inquã ego, sed à qua die quis ipsarum sponsus fuit, post illam quicunq; nascent liberi decimo mense, itemq; septimo, eos omnes appellabit, masculos quidem, filios: fœminas aũt, filias: & illi illum patrem: & sic sanè horum filios, filiorũ filios: & hi rursus illos auos, & auias. Eos uero qui in illo tempore nati sunt, in quo matres & patres ipsorũ gignebãt, fratres & sorores. Quare quod modò dicebam, illi se mutuò non contingent. At fratres & sorores lex cohabitare concedet, si fors in hanc partem inciderit, & Pythia responso dato consenserit. Rectissimè inquit ille. Hæc itaq; & huiusmodi est uxorũ & liberorum cõmunio custodibus ciuitatis tuæ ô Glauco. Quòd autem etiam reliquæ reipub. consentanea sit, & longè optima, hoc sanè postea natione producta confirmare oportet: Aut quomodo faciemus? Ita per Iouem, inquit ille. Nunquid ergo principiũ consensionis est, ut interrogemus nos ipsos, quod nam maximum bonum dicere possimus ad ciuitatis constitutionẽ, ad quod collimans legislator, legem sancire debeat: & quod maximum malum. Deinde ut consideremus, num ea quæ nunc recensuimus, ad boni quidem uestigium nobis conueniant, ad mali uero uestigium incongrua sint. Maximè omnium inquit. Habemus' ne igitur maius quoddam ciuitati malum, q̃ illud quod ipsam distrahit, & multas pro una facit: aut maius bonum, eo quod ipsam colligat, & unam facit? Non habemus. Non' ne uoluptatis & doloris cõmunio colligat, cùm quàm maximè omnes ciues, dum eadem accedunt & pereunt, similiter gaudent & tristantur? Omninò ita inquit. At taliũ priuata affectio dissoluit, cùm ob easdem afflictiones & ciuitatis, & eorum qui sunt in ciuitate, alij dolent, alij gaudent. Quidni? Nũquid ex hoc tale contingit, cùm non simul proferunt in ciuitate talia uerba, & meum, & non meum, & de alieno eodem modo? Et ualdè quidem. In quacunq; igitur ciuitate plurimi ad idem eodem modo hoc dicunt, meum uidelicet, & non meũ, hæc optimè gubernatur. Maximè. Et quæcunq; proximè uelut unus homo se habet. Velut quũ alicuius nostrum digitus percussus fuerit, omnis in corpore cõmunio ad animam extenta, ad unam principis in ipsa constitutionẽ, & omnis sentit simul, simulq; tota condolet parte dolente. Atq; sic sanè dicimus, hominem digitum dolere. Et de alia quacunq; hominis parte eadem ratio est, & de dolore, ubi pars dolet: & de uoluptate, ubi melius habet. Eadem equidem inquit. Et hoc quod proponis, q̃ uidelicet ciuitas optimè gubernatur, proximè ad tale quiddam accedit. Vno itaq; ciue, ut opinor, bene aut malè affecto, talis ciuitas maximè suum esse dicet, id quod afficitur, & uniuersa aut congaudebit, aut condolebit. Necesse est inquit, si bonis legibus utitur. At tempus nunc fuerit inquam ego, ut reuertamur ad nostram ciuitatẽ, & sermonis habiti consensiones in ipsa consideremus, an ipsa maximè illas habeat, aut potius alia quædã. Non' ne igitur ita oportet, inquit? Quid igitur, sunt & in alijs ciuitatibus principes, & populus: sunt & in ipsa? Sunt. Ciues itaq; hi omnes mutuò se appellabunt? Quidni? At supra ciuis nomen, quomodo populus in alijs ciuitatibus principes appellat? In plerisq; dominos, uerùm in his quæ populare dominiũ habent, hoc ipso nomine principes uidelicet. At in nostra ciuitate populus, supra ciuis nomen, quid principes esse dicit? Seruatores & auxiliarios inquit. Quid uero hi populum? Mercedis datores & nutritores. Et in

Fratrum & sororum cohabitatio

Meum, & non meum

Ciuium appellatio

Et in alijs ciuitatibus principes quid dicunt esse populos? Seruos inquit. Quid principes uicissim alter alterum? In principatu socios inquit. Quid uero nostri? Custodiæ socios. Potes' ne dicere an aliquis princeps in alijs ciuitatibus, possit ex socijs in principatu alium compellare cognatũ, alium alienum? Et multos sanè. Non' ne cognatum quidem, uelut suum ducit & dicit: alienum uero uelut non suum? Ita est. Quid uero custodes tui, poterit' ne aliquis ex ipsis putare, aut cõpellare aliquem ex custodiæ socijs, uelut alienum? Nequaquã inquit. Nam prout in quemuis quis incidit, uelut in fratrem, aut sororem, aut patrem, aut matrem, aut filium, aut filiam, aut horum progeniem, aut progenitores incidere se putabit. Pulcherrimè inquam ego, dicis. Verùm adhuc etiam hoc dicito, Vtrum nomina ipsis solum cognata, lege sancies: aut ut etiam actiones omnes iuxta nomina peragãt, tum circa alios, tum circa patres, quæcunque lex de patribus præcipit, de reuerentia, & cura, & quòd obediẽtem esse parentibus oportet: alio qui neq; apud deos, neq; apud homines, ei qui hæc non facit, successurũ esse, ut qui neq; pia, neq; iusta faciat, si alia quàm hæc fecerit. Hæ' ne tibi, aut aliæ uoces ex omnibus ciuibus statim circum puerorũ aures resonabũt, itemq; patrum quoscunq; ipsis quis designarit, & aliorum cognatorũ? Hæ inquit. Ridiculum enim esset, si absq; operibus cognata solum nomina ore proferrent. In hac ergo ciuitate præ omnibus maximè cõcinent id quod paulò antea dicebamus uerbum, meum uidelicet bene se habet, aut meũ malè se habet, ubi unus aliquis bene aut malè habet. Verissima dicis, inquit ille. Non' ne cum hoc dicto & uerbo, diximus simul sequi in communi & uoluptates & dolores? Et rectè sanè diximus. Non' ne maximè eodem cõmunicabunt nostri ciues, quod sanè meum nominãt? Hoc autem cõmunicantes, sic sanè & doloris, & uoluptatis cõmunionem maximè habebunt? Maximè. Nunquid horum causa ad reliquum ciuitatis statum, est custodibus uxorum & liberorum cõmunio? Longè maximè inquit. Atqui maximũ ciuitati hoc ipsum bonum esse confessi sumus, cùm ciuitatem bene institutam corpori assimilaremus, prout habet id se ad partem suam, in dolore & uoluptate. Et rectè inquit, confessi sumus. Maximi ergo boni causa nobis uisa est esse ciuitati, inter auxiliarios & liberorũ & uxorum communio. Et ualdè inquit. Proinde etiam cum superioribus nunc consentimus. Diximus enim neq; domos proprias his esse oportere, neq; terram, neq; aliquã possessionẽ, sed ab alijs alimentum, custodiæ mercedem, accipientes in cõmuni omnes consumere oportere, si reuera custodes esse uelint. Rectè inquit. Nũquid igitur id quod dico, & quæ superius dicta sunt, & adhuc magis quæ nunc dicũtur, efficiunt ipsos ueros custodes, & faciunt ut nõ distrahant ciuitatem, meum nominãdo non idem, sed alius aliud, ita ut alius in suam domum trahat quicquid poterit seorsum, absq; alijs acquirere: alius in suam quæ alia est domum, & uxorem & liberos alios, uoluptates item ac dolores inducat, uelut priuatus proprias: sed ut iuxta unam de cognato & proprio sententiã, omnes in idem tendãr, & quantũ fieri potest, & doloris, & uoluptatis participes sint? Maximè inquit. Quid uero iudicia & accusationes inter ipsos uicissim, nõ ne peribũt, ut ita dicam, ex ipsis, eq; nihil proprij habent, præter corpus: reliqua uero cõmunia. Vnde sanè contingit his, ut à seditionib. alieni sint, quæ ob pecuniarũ, aut liberorum, aut cognatorũ acquisitionem oriri solent. Multa necessitas est inquit, alienos esse. Sed & neq; uiolentiæ, neq; iniuriarũ actiones, meritò inter ipsos fuerint. Nã ut æquales defendãr æquales, honestũ & iustum esse dicemus, corporũ curam necessariã ponentes. Rectè inquit. Etẽ hoc rectum habet inq; ego, hæc lex, ut si quis iratcaũ, in tali iram explens, minus ad maiores seditiones procedat. Maximè. Seniori quidem ut iuniorib. omnibus imperet, ipsosq; castiget, demandabit. Manifestum est. Sed & quòd iunior seniorem, nisi principes mandent, alijs neq; uiolare unquam tentabit, neq; uerberare, uelut par est. Arbitor autem quòd neq; alioqui ignominia afficiet. Duo enim custodes ad prohibendum sufficiunt, timor & pudor. Pudor quidem, prohibens uelut parentes non attingere: timor uero, ne læso alij opem ferant, alij ut filij, alij ut fratres, alij ut patres. Contingit equidem ita inquit. Vbique itaque ex legibus pacem inter se uiri habebunt. Multam equidem. His autem inter seipsos non dissidentibus, nihil metuendum ne fortè reliqua ciuitas aduersus hos, aut ipsi inter se seditionem concitent. Non equidem.

Meũ, idem esse omniũ debere

Timor & pudor seniorũ custodes

Minima

Universidad de Deusto
Biblioteca

Minima porrò mala, eo quòd indecora sunt, etiam referre uereor, à quibus liberi erunt, pauperes ab adulatione erga diuites, & à penuria ac solicitudine, quas habent ex filiorum educatione, & acquisitione pecuniarum, ad necessariam familię nutritionem, dum partim mutuantur, partim abnegant, partim omni modo acquirunt, & deponunt apud uxores & famulos asseruandas tradentes: Et quot & qualia, ô amice, circa hæc sustinẽt absurda, & parum generosa, & relatu indigna? Vel cæco inquit manifesta sunt. Ab his itaq; omnibus liberabuntur, uiuentq; uitam beatiorem beata illa uita, quam hi qui in Olympijs uictores euaserũt, uiuunt. Quomodo? Ob paruam equidem partem beati prædicantur illi, ex his quæ ipsis cõtingunt. At enim & horum uictoria pulchrior est, & alimentum ex publico perfectius. Vincunt enim uictoriam uniuersæ ciuitatis salutem: & alimento, & alijs omnibus quibus uita indiget, & ipsi, & liberi ipsorum uelut coronãtur: & uiuentes munera ferunt à sua ipsorum ciuitate, & mortui dignam se sepulturam consequuntur. Et ualdè inquit pulchra hæc sunt. Meministi igitur inquã ego, in superioribus nescio cuius sermonem nos increpuisse, quòd custodes non beatos faceremus, qui nihil haberent, quum ipsis omnia ciuium bona habere liceret. Nos autem diximus, si hoc fortè incideret, nos rursus consideraturos esse: nunc uero custodes quidem, faceremus custodes: ciuitatem uero quantum possemus felicissimam, sed non ad unam in ipsa gentem respicientes, felicitatẽ hanc fingeremus. Memini inquit. Quid igitur nunc nobis auxiliariorum uita, quæ Olympionicarũ uita multò pulchrior & melior apparet, num sutorum uitæ similis uidetur, aut quorũdam aliorum opificum, aut agricolarum? Non mihi uidetur inquit. Atqui id quod illic dicebam, iustum est etiam hic dicere. Quòd si custos ita felix esse conabitur, ut neq; custos sit, neq; sufficiat ipsi uictus ita moderatus & firmus, & ut nos diximus, optimus, sed stolida & puerilis opinio de felicitate illapsa, concitabit ipsum propter potentiam, ut omnia quæ sunt in ciuitate sibijpsi uendicet, cognoscet Hesiodum reuera fuisse sapientem, dum dixit. Sic toto est dimidium plus. Me quidem inquit, consultore utens in hac uita permanebit. Concedis ergo, inquam ego, mulierum cum uiris societatem, quam recensui de institutione, & liberis, & custodia aliorũ ciuium, ita ut & in ciuitate maneant, & ad bellum proficiscantur, & simul custodes sint, & unà uenentur uelut canes, & omnia ubiq; quantum fieri potest, cõmunia habeant, & cùm hæc faciunt, ut & optima faciant, & nõ præter naturam quæ est fœminæ ad marem, qua inter se communionem habere solẽt?

Hominum eadem quæ animalium commutio

Concedo inquit. Non'ne inquam ego, illud declarandum restat, num etiam in hominibus fieri possit, ut quemadmodum in alijs animalibus, hæc communio intercedat, & quatenus fieri possit. Præueneristi inquit, me dicendo ea quæ arrepturus eram. De his equidem quæ ad bellum spectant, opinor inquam, manifestum esse quo modo bellum gerent? Quomodo inquit ille?

Liberi puberes in bello

Quoniam in cõmuni militabunt, & ex liberis ad bellum producent eos qui puberes sunt, quo quemadmodũ aliorum opificum liberi, uideant ea quæ uiros perfectos tractare oportebit: & ut ad hoc quod uident, etiã ministrent & inseruiãt in omnibus quæ ad bellum spectant, & ut curent patres ac matres. Aut non percepisti hoc circa artes, uelut quòd figulorum liberi multo tempore ministrantes spectant, prius quàm ipsi figulinam exerceant? Et ualdè. Nunc igitur illi diligentius q̃ custodes, liberos suos instituere debent, & experientia & inspectione eorum quæ conueniunt? Ridiculum equidem hoc esse inquit. Atqui & quoduis animal insigniter pugnabit, præsentib. his quę peperit. Est ita, uerùm periculum est non paruum, ô Socrates, ne ex errore uelut in bello fieri solet, unà secum etiam liberis perditis, efficiant, ut etiam reliqua ciuitas reparare se nõ possit. Vera inquã ego, dicis. Sed tu primũ quidem putas ita præparare se oportere, ut nunq̃ quis periculũ subeat. Neq uaquam. Quid uero si fortè periculum subeundũ est, non'ne id erit in quo meliores euadent, qui rectè rem gerunt. Perspicuũ hoc est. At parum referre putas, & nõ dignum periculo, ut uideant, aut non uideant pueri, qui uiri bellicosi futuri sunt, ea quę in

Liberis bella spectandi securitas præparanda

bello gerũtur? Non, sed refert ad id quod dicis. Hoc ergo ita fieri debet, ut liberos belli spectatores faciant, & insuper ipsis subornent securitatem, & bene res se habebit. Nunquid? Etiã. Non'ne inq̃ ego, primũ quidem patres ipsorum inquantũ homines, nõ imperiti erunt, sed docti expeditionũ militarium, quæ periculosæ, aut secut existunt

stunt. Verisimile est inquit. Ad has ergo producent, illas uero uitabunt. Rectè. Et principes sanè inquam ego, non uilissimos ipsis præficient, sed eos qui & experientia, & ætate, præstantes sint duces & puerorũ ductores. Decet equidem. At enim dicemus, etiam præter opinionem multa multis iam euenerunt. Et ualdè. Attalia itaq; ô amice, alatos facere pueros adhuc statim oportet, quo si opus fuerit, uolantes aufugiant. Quomodo dicis, inquit? In equos inquã ego, transferendi sunt admodum adhuc pueri, & ubi equitare didicerint, in equis ducendi sunt ad spectaculum, non illis animo cõcitatis, neq; ad pugnam instructis, sed quàm uelocissimis, & habenis maximè parentibus. Sic enim & optimè spectabũt ipsorum opus, & securissimè si quid accidat, seruabuntur, cum senioribus ducibus sequentes. Rectè inquit, mihi uideris dicere. Quid uero dicebam, ea quæ ad bellum pertinent? Quomodo ducendi sint milites et inter se, & aduersus hostes, num rectè mihi uidetur, aut non? Dic inquit, quale istud? Eum quidem qui ordinẽ deserit, aut arma abiecit, aut tale quiddã admisit, ob malitiam & timiditatem, num opificẽ aliquem constituere oportet, aut agricolam? Maximè. Eum uero qui uiuus in hostiũ manus uenit, nõne gratis dare oportet, ut uolentes utantur præda prout uelint? Admodum. Eum autem qui optimè rem gessit, & nomen assequutus est, non'ne primùm in expeditione à commilitonibus, tum adolescentibus, tum pueris, singulatim ab unoquoq; coronandum esse tibi uidet, aut non ita? Mihi sanè. Quid uero, non'ne etiam dextris excipiendus est? Et hoc. At hoc opinor, inquã ego, non amplius tibi uidet? Quod istud? Vt & oscula det, & accipiat ab unoquoq;. Omnium maximè inquit, & appono ad legem, quãdiu in hac expeditione fuerint, nulli licere ut deneget, quem cunq; osculari uelit, quo etiam si quis alicuius aut masculi, aut fœminæ amore captus sit, promptior reddatur ad præmia rei optimæ gestæ consequenda. Rectè inquam ego. Nam quòd ei qui præstans est, & nuptiæ plures paratæ sint q̃ alijs, & electiones talium sæpe præter cæteros erunt, quo quàm plurimi ex tali gignantur, iam dictum est. Diximus equidem inquit. Atqui etiam secundum Homerum iustum est, præstantes iuuenes talibus honorare. Nam gloriam in bello consequutũ Aiacem, assiduis dorsis honorari dixit, uelut proprius sit hic honor & pubescenti, & forti, ex quo unà cum hoc quod honoratur, etiam robur augebit. Rectissimè inquit. Cre demus ergo hęc inquã ego Homero. Nam & nos in sacrificijs & huiusmodi omnibus, præstantes inquantum præstãtes uidentur, & hymnis & his quæ modò dicebamus, honorabimus: Ad hæc uero etiam sedibus, & carnibus, & plenis pateris, quo simul & honoremus, & exerceamus præstantes uiros & mulieres. Rectissimè inquit, dicis. Sit ita. Ex his autem qui moriuntur in expeditione, non'ne eum qui re bene gesta obijt, primùm quidem aurei generis esse dicemus? Omniũ maximè. At non credemus Hesiodo, quòd postquam aliqui huius generis decedunt è uita,

Equitare discant pueri

Dæmones in terris sunt sancti, è gente bonorum,
Custodes hominum, depulsoresq; malorum?

Credemus equidem. Percunctabimur ergo Deum, quomodo beatos & diuinos uiros deponere oportet, & qua diuersitate, atq; sic deponemus, prout exposuerit. Quid uero non faceremus? Et in reliquũ itaq; tempus uelut dæmonũ, ita curabimus ac adorabimus ipsorũ loculos. Eadem uero etiam hoc modo decernemus, cùm quis senectute aut alio quodã modo morietur, ex his qui insigniter præstantes in uita iudicati fuerint. Iustũ est inquit. Quid uero aduersus hostes, quomodo se gerent nostri milites? Qua in re? Primũ quidem in mancipatione. Videtur iustũ esse ut Græci græcas ciuitates in seruitutem redigant, aut ut neq; alij id facere, quantũ fieri potest, permittant: & ut assueciant seipsos ad hoc, ut græco generi parcant, cauentes ut ne in Barbarorũ seruitutem deueniant? In totũ inquit, & per omnia præstat parcere. Græcũ ergo seruum neq; ipsi habebimus, & alijs Græcis ita consulemus. Maximè inquit. Sic igit magis aduersus Barbaros conuertent, à seipsis autem abstinebunt. Quid uero spoliare inq̃ ego mortuos, præterq̃ armis, postquam uicerint, num rectè habet, aut secus: & occasionem timidis præbet, ut non aduersus pugnantẽ prodeant, uelut qui insigne quiddã faciant, cùm mortuorum corporibus incumbũt. Multi autem iam exercitus ob huiusmodi rapinam perierunt. Et ualdè quidem. Illiberale uero non uidetur, & cum auaricia coniunctum, mor-

Mortuorum in bello cultus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum, mortuum deprędari: & muliebris ac exilis mentis, hostem putare corpus mortui, cùm hostis ipse auolarit, reliquerit autem id quo pugnabat? Aut putas diuersum quid facere eos qui hoc faciunt à canibus, qui in lapides in se iactos sæuiunt, eum qui illos iecit, non attingentes? Neq; parum quidem inquit. Sinendæ ergo sunt mortuorum deprædationes, & occidendi impedimenta. Sinendæ equidē inquit, per Iouem. Ne que uero ad templa deferemus arma, uelut ea dedicaturi, tum alia, tum maximè Græcorum, si qua nobis beneuolentiæ cum alijs Græcis cura est. Imò potius timebimus ne scelus quoddam sit talia à domesticis ad templum deferre, nisi fortè Deus aliud quid dicat. Rectissimè inquit. Quid uero in terra græca excindenda, & domibus exurendis, milites tui facient aduersus hostes? Te inquit, sententiam pronunciantem libenter audierim. Mihi itaq; inquā ego, uidetur neutrū horum faciendū esse, sed annuum fructum auferendū. Et qua de causa, si ita uis tibi dicam? Admodum. Videtur mihi quemadmodum nominantur duo hæc nomina, bellum et seditio. Sic etiam esse duo, in duabus quibusdam differentijs. Dico autem duo, alterum quidem familiare & cognatum, alterum uero alienum & externū. De familiaris igitur inimicitia, seditio appellata est: de alieni, bellū. Et nihil inquit, à re alieni dicis: Vide itaq; an etiam hoc ad rem dicam. Censeo enim Græcum genus ipsum sibijpsi familiare esse & cognatū, à barbarico uero alienum & extraneū. Rectè equidem inquit. Si ego Græci aduersus Barbaros, & Barbari aduersus Græcos pugnāt, bellum gerere ipsos dicemus, & natura hostes esse: & hæc inimicitia bellum dicetur. Cùm uero Græci aduersus Græcos tale quid fecerint, natura quidem amicos esse dicemus, uerum in tali Græciam morbo laborare, & seditionem agere: & talis inimicitia, seditio appellabitur. Ego quidem inquit, concedo ut sic putetur. Considera itaq; dicebam, quòd in ea de qua nunc consensimus seditione, ubi tale quid fiat, & ciuitas dissideat, si utriq; uicissim agros excindāt, & domos exurant, quàm exitialis seditio esse uidetur, & neutri ciuitatis amore tenentur. Nō enim aliqui ausi fuissent nutricem & matrem excindere: sed moderatū esse duxissent, ut uicto res subiugatorū fructus auferrent, & cogitassent fore ut reconciliarentur ipsis illi, & nō semper belligerandū esset. Multò inquit, mansuetiorū hæc sententia esset, quam illa. Quid uero inquā, ciuitas quam tu condis, non ne græca erit? Oportet sanè ipsam inquit. Non ne etiam boni & mansueti erunt? Valdè equidem. At non Græcorum amantes, neq; cognatā sibi Græciam putabunt, neq; sacris his quibus alij communicabunt? Et ualdè sanè. Non ne dissidiū aduersus Græcos uelut cognatos seditionē ducent, & neq; nominabunt bellum? Non equidem. Ergo etiā uelut reconciliandi dissidebunt. Maximè. Beneuolè itaq; castigabunt, non ad seruitutē, neq; in perniciem punientes, ut qui castigatores sint, non hostes. Sic inquit. Neq; ergo Græciā qui Græci sunt excindent, neq; domos exurent, neq; putabunt in unaquaq; ciuitate omnes ipsis inimicos esse, & uiros & mulieres & pueros: sed paucos semper inimicos dissidij autores. Et propter hæc omnia, neq; terram ipsorū excindere uolent, uelut multorum amicorum, neq; domos euertere: sed eò usq; dissidia exercebunt, donec autores ab his qui insontes affligunt, pœnas dare coacti fuerint. Ego quidem cōsiteor, inquit, ita cum aduersarijs ciuibus nostris agendū esse, cum Barbaris aūt, uelut nunc Greci inter se agunt. Ponamus itaq; etiam hanc legem custodib. ut neq; terram excindant, neq; domos exurant. Ponamus inquit, & hæc, & superiora rectè se habere. At em̄ uideris mihi ô Socrates, si quis tibi talia dicere permittat, nunq; mentionem facturus esse eius quod in superioribus omisisti, & omnia hæc protulisti, nimirū q; fieri possit ut talis respub. sit, & quo modo tandē fieri possit. Nam q; si fierent, omnia bona ciuitati essent, quatenus fierent, ego assero, & insuper etiam q̄ tu relinquis, q; etiam aduersus hostes optimè pugnarint, eo q; minimè destituent̄ mutua cognitione, ut ne seipsos his nominib. reuocēt, fratres, patres, filios. Si uero etiam fœminæ unà ad militiā proficiscant̄, siue in eodem ordine, si ue etiam à tergo locatę, tum timorē hostib. incutiendi gratia, tum si fortè auxilio aliquo opus fieret, satis scio q; hoc modo penitus inexpugnabiles essent. Sed & quot sint quæ ipsis domi relinquunt̄ bona, uideo. Quare uelut me confitente, hæc omnia q; fieri possint, & infinita alia, si talis respub. fieret, nō amplius plura de ipsa dicito. Sed hoc ipsum iam nobis ipsis persuadere conemur, q; fieri possit, et quo modo fieri possit. Reliqua uero ualere

Belli à seditione differentia

Dissidij autores plectendi

ro ualere sinamus. Vt tu derepente inquā ego, excursionem in sermonē meum fecisti, & non ignoscis mihi militāti. Fortassis enim non nosti, q; uix mihi duos fluctus elapso, nunc maximū & grauissimum trium undarū fluctum inducis, quod post q̄ uideris & audieris, admodū ueniam dabis, q; meritò sanè cunctatus fuerim & timuerim, ita admirabilem præter omniū opinionem, sermonē proferre, & considerare aggredi. Quātò inquit, plura huiusmodi dicis, tantò minus à nobis dimitteris, ut non dicas quomodo fieri possit hæc respub. Quare dic, & ne differas. Non ne inquā ego, primùm quidē hoc in memoriam reuocare oportet, q; nos quærētes iustitiam quale sit, & iniustitiā, huc deuenimus? Oportet, sed quid hoc inquit? Nihil, sed si inuenerimus quale est iustitia, num etiam utrum iustū censebimus nihil oportere ab illa differre: sed ubiq; tale esse qua le est iustitia: Aut boni consulemus, si q̄ proximè ad illam accedat, & præ alijs plurimū illius particeps sit? Sic inquit, boni cōsulemus. Exempli gratia ergo inquā ego, quærebamus & hoc ipsum iustitiā, quale esset, & uirum iustum, an fieret, & qualis esset, si fieret: & rursus iniustitiā, & iniustissimum: quo ad illos respicientes, quales nobis in felicitate & eius contrario uideantur, cogamur etiam de nobis ipsis confiteri, eum qui illis similimus sit, sortem illis similimā habiturum esse. At non huius gratia ut demonstraremus fieri posse, ut hæc ita fiant. Hoc inquit, uerum dicis. Putas igitur minus bonum pictorē esse, qui depicto exemplo qualis pulcherrimus homo fuerit, & omnibus in pictura satis expressis, demonstrare non possit etiam fieri posse, ut talis uir extet? Per louem non ego, inquit. Quid igitur, non etiā nos dicimus, exemplū bonæ ciuitatis oratione nos exposuisse? Maxime. Minus igitur putas nos rectè dicere ea gratia, si nō possumus demonstrare fieri posse, ut ciuitas ita habitet̄, uelut à nobis dicebatur? Non sanè inquit. Veritas itaq; inquā ego, sic se habet. Si uero etiam ad hoc promptum esse oportet, ut in tuam gratiā demonstrem quomodo maximè, & secundum quid, fieri illa possint, rursus mihi ad huiusmodi demonstrationē eadem cōsiteri oportet. Quæ ista? Nunquid fieri potest ut quid peragat̄, uelut dicitur: aut à natura ita comparatum est, ut actio minus q̄ oratio ueritatem attingat, etiamsi alicui non uideatur. Verùm tu utrum confiteris, Sic aut non ita? Confiteor inquit. Ad hoc itaq; ne cogas me, ut qualia oratione recensuimus, talia omninò etiam opere fieri ostendere oporteat. Verùm si inuenire possimus quomodo proximè relatis ciuitas habitetur, ut tum asseramus nos inuenisse, q; possibile sit ut hæc fiant quæ tu præcipis: Aut non boni consules, si hæc assequaris? Ego enim boni consulerem. Nam & ego inquit. Quod itaq; deinceps sequitur, ut apparet, conemur quærere & ostendere, quid tandem nunc malè in ciuitatib. peragitur, propter quod non sic habitant̄: & quo uel minimo mutato, ciuitas ad hunc reipub. modum deuenerit, maximè quidem uno: sin minus, duobus: aut si neq; sic, pauciss mis numero & potentia minimis. Maximè inquit. Vno itaq; inquā ego, mutato, uidetur mihi posse ostendere q; transmutata sit, non quidem paruo illo, neq; facili, possibi li tamē. Quo isto inquit? Ad hoc ipsum inquā ego, redeo, quod maximo fluctui assimilabamus. Dicetur itaq; etiamsi futurū sit, ut derisor & risu, & incredulitate, id palàm uelut fluctus demergat. Considera autem id quod dicere uolo. Dic inquit. Si non inquam ego, aut philosophi regnabunt in ciuitatibus, aut reges qui nunc dicuntur, & potentes, legitimè & iustè philosophabuntur, & in idem coinciderit, & ciuilis potentia, et philosophia, & multæ naturæ eorum qui nunc seorsum ad utrunq; obeunt, necessariò excluſæ fuerint, nō est malorū requies, chare Glauco, ciuitatibus, imò ut mihi uidere uideor, neq; humano generi: hæc respub. quam nunc oratione exposuimus, unquā prius orietur, quantum fieri potest, & Solis lumen aspiciet. Quare hoc est quod mihi iamdudum ad dicendum cunctationē inducit, cùm uideam id multum præter expectationē dici. Difficile enim est persuadere, nullam aliam aut priuatim, aut publicè felicem esse posse. Et ille ô Socrates inquit, talem orationē ac sermonem protulisti, ut propter hūc putare debeas ualdè multos eosq; nō uiles, nunc ita uelut abiectis uestibus nudos, accepti prout unicuiq; oblata sunt armis, instructo ordine currere, uelut admiranda facturos: quos nisi sermone propuleris ac effugeris, reuera cum irrisione pœnā dabis. Non ne tu mihi inquā ego, horum autor es. Et rectè inquit, ego hoc facio. Atqui te non prodam, sed quibus possum defendā. Possum aūt beneuolentia & adhortando, & fortassis

Fluctus trium undarum

Ciuitatis bonæ exemplum

Philosophi regnent, aut reges philosophentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

concinnius q̄ alius quispiam tibi respondebo. Quare uelut qui talem auxiliarium habeas, conare his qui non credunt ostendere, rem ita se habere, quomodo tu dicis. Conandum est inquā ego, quando quidē & tu ita magnum auxiliū exhibes. Necessariū igitur mihi uidet̄, si quo modo effugere debemus eos de quibus dicis, ut declaremus ipsis, quos philosophos dicamus, dum ipsos imperare oportere dicere audemus: quo dum manifesti fiunt, possit quis opem ferre, ostendendo his quidem conuenire natura, ut & philosophiā attingant, & principatū in ciuitate gerant: alijs autem ut neq; illam attingant, et ducem illum sequant̄. Tempestiuum inquit fuerit declarare. Age itaq; sequere me hac, an fortassis aliquo modo satis hoc ipsum exponere possimus. Age sanè, inquit. Admonere igitur te inquā ego, oportet, aut meministi, q̄ quem amare quid dicimus, eum uideri oportet, si rectè dicatur, non hoc quidē illius amare, illud uero non, sed totum diligere. Admonere inquit, ut apparet, oportet. Non enim admodū intelligo.

Amantes esse memores

Alium dicebam, deceret ô Glauco, dicere quæ tu dicis. At uirum amori deditū, non decet immemorē esse, eo quòd omnes pulchri amatorē puerorum & amori deditū quodammodo & mordent & mouent, dignos se esse existimantes cura & cōplexu: Aut nō sic uos geritis erga pulchros? & alius eo q̄ simus est, gratiosus uocatus laudabitur à uobis: alius nasi aduncitatē, regiam esse dicitis: alium in medio horum cōcinnissimè se habere: nigros uirilès aspectu esse dicitis: albos aūt esse deorum filios: pallidi uero appellationem, à quo alio factam esse putas, q̄ ab amatore blandiente, & pallorē facile ferente, si cū pulchritudine cōiunctus sit. Et in summa, omnes prætextus prætexitis, & quasuis uoces emittitis, ut nullū in ætatis flore constitutū reijciatis. Si de me dicere uis inquit, q̄ amatores ita se gerunt, cōcedo tibi disputationis gratia. Quid uero inquā ego, non'ne uini amatores eadem hæc facere uides, ut quoduis uinum ex omni occasione amplectant̄? Etiam ualdè. Sed & ambitiosos, ut opinor, uides, q̄ si non exercitus ducēs esse possint, tribunos militū fieri: & si non à maioribus & præstantiorib. colantur, à

Ambitiosorum natura

minoribus saltem & utiliorib⁹ honorari boni consulunt, ut qui omninò honorem affectent. Valdè equidem. Hoc itaq; affere, aut nega. Num si quem concupiscentem alicuius dicamus, totius speciei eius cōcupiscentē dicemus, aut huius quidem partis, illius autem non? Totius inquit. Non'ne etiam philosophū sapientiæ cupidum esse dicemus? non huius quidem, illius aūt non, sed totius. Vera dicis. Eum ergo qui circa disciplinas perturbat̄, tum aliàs, tum si iuuenis sit, & nondū rationem habet, quid utile sit, aut non, nō dicemus discendi cupidū, neq; philosophum esse. Quemadmodū eum qui circa cibos morosus est, neq; esurire dicimus, neq; cibos concupiscere, neq; ciborū cupidum, sed cibos auersantē. Et rectè sanè dicemus. Eum uero qui facile uult omnem disciplinā gustare, & ultrò ad discendū progredit̄, & inexplebili cupiditate tenet̄, hūc meritò philosophū dicemus. Nunquid? Et Glauco inquit, Multi ergo & absurdi tales

Philosophi absurdi

tibi erunt. Nā & spectaculorū studiosi omnes, dum discendo & cognitione gaudent, ta les esse mihi uident̄: & qui libenter audiunt, absurdissimi sunt ut inter philosophos ponant̄, qui ad dicendi rationē et eiusmodi exercitationē, ultrò nunq̄ accedere uoluerint, uerum uelut auribus mercede ad audiendū locatis, circa oēs chorosuersantur in Dionysijs, ut neq; ab his quę in ciuitatib. neq; ab his q̄ in uillis celebrant̄, absint. Hos'ne igitur oēs, et alios taliū quorundā studiosos, et uilibus artib. deditos philosophos dicemus? Nequaq̄ dicebam, sed similes philosophis. Veros aūt inquit, quos dicis? Eos inquā qui ueritatis spectandæ studio tenent̄. Et hoc quidem inquit rectè, sed quomodo hoc ipsum dicis? Nequaq̄ facile inquam ego, ad alium: te tamen opinor, hoc mihi confessurum esse. Quod istud? Quandoquidē cōtrarium est pulchrum turpi, duo ipsa esse. Quidni? Non'ne quandoquidē duo, etiam unum utrunq;? Et hoc. Et de iusto & iniusto, & bono ac malo, & de omnibus speciebus eadem ratio est, ipsum quidem unum quodq; unum esse: dum uero actionū, & corporū, & mutua inter se societate, ubiq; conspiciuntur, unūquodq; multa uideri. Rectè inquit dicis. Hac itaq; ratione inquā ego, diuido seorsum eos quos tu modo spectaculorū studiosos dicebas, & artibus deditos, & in actu rerum uersantes: seorsum etiā eos de quibus sermo est, quos solos quis rectè philosophos appellarit. Quō inquit dicis? Qui libenter audiunt inquā ego, & spectaculorum studiosi sunt, hi & pulchras uoces amant, & colores, & figuras, & omnia ex ta

libus com-

libus composita: At ipsius pulchri naturā & uidere, & amare, mens ipsorū non potest. Haber equidē inquit, res se ita. Qui uero ad ipsum pulchrū progredi possint, & ipsum per seipsum uidere, non'ne pauci fuerint? Et ualdè. Qui igitur pulchras quidē res esse putat, ipsam uero pulchritudinē neq; esse putat, neq; si quis præeat, ad cognitionem ipsius sequi potest, per somniū, aut reuera tibi uiuere uidetur? Considera uero nunquid hoc est somniare, siue in somno quis, siue uigilans, id quod simile alicui est, non simile, sed ipsum esse putat, cui simile est? Ego sanè inquit, talē somniare dixerim. Quid uero is qui cōtraria his putat, & esse quid ipsum pulchrū, & uidere potest tum ipsum, tum ea quæ illo participāt, & qui neq; ea quæ participant, ipsum esse arbitrat̄, neq; ipsum ea quę participant, reuera'ne, aut per somniū, rursus etiam hic tibi uiuere uidet̄? Et ualdè inquit reuera. Non'ne huius quidem sententiā uelut cognoscentis, cognitionē esse recte dixerimus, illius uero uelut opinantis, opinionē? Maximè. Quid igit̄ si nobis succenseat hic quem opinari dicimus, & non cognoscere: & nos non uera dicere contendat: habebimus'ne quo ipsum placemus, & leniter persuadeamus, occultantes ipsum sanum non esse? Oportet equidem inquit. Age, itaq; cōsidera quid dicemus ad ipsum: aut uis ut ita interrogemus ipsum dicēdo, q̄ si quid nouit, nulla est inuidia ipsi, sed libenter uideamus ipsum aliquid scire: Verùm hoc nobis dic. Qui cognoscit, cognoscit'ne quid, aut nihil? Tu igit̄ mihi pro illo responde. Respondebo inquit, q̄ cognoscit quid. Vtrum quod est, aut quod non est? Quod est. Quō enim id quod non est, cognosci posset? Satis igitur hoc habemus, etiamsi uarijs modis cōsideremus: q̄ id quidē quod omninò est, omninò cognosci potest: quod aūt nusquam est, penitus cognosci non potest. Maximè satis. Sit ita. Si uero quid ita se habet, ut & sit, & non sit, nō'ne medium locum tenuerit inter id quod sincerè est, et id quod nusq̄ est? Medium. Non'ne in eo quod est, scientia uersat̄, Ignorantia uero necessariò in eo quod nō est. In medio autem horum, medium quoddā quærendum est inter ignorantiā & scientiam, si quid tale existit? Maximè. Nunquid dicimus quid esse opinionē? Quidni? Num aliam à scientia facultatē, aut eandem? Aliam. In alio ergo locata est opinio, & in alio scientia, secundū eandem facultatē, aut secūdum eandem utraq; suam facultatem. Ita est. Nōne scientiæ quidē, de eo quod est, à natura est cognoscere, q̄ est id quod est? Imò hoc modo potius necessariū esse mihi uidetur ut prius distinguamus. Quomodo? Dicemus

Facultates quæ sint

facultates esse genus quoddā eorum q̄ sunt, quibus sanè & nos possumus ea quæ possumus, & quiduis aliud, quodcunq; tandem potest: uelut uisum & auditū ex facultatibus esse dico, si fortè intelligis quod speciem dicere uolo. At intelligo inquit. Audi itaq; id quod mihi de ipsis uidet̄. Facultatis enim ego, neq; colorē aliquem uideo, neq; figuram, neq; quid talium uelut etiam aliorū multorum, ad q̄ respiciens, quædam apud me ipsum distinguo, alia esse hæc, alia illa. In facultate uero ad illud solū respicio, in quo est, & quid efficit: & hac ratione unamquāq; ipsarum facultatē appellaui, & eam quidem quę in eodē locata est, & idem efficit, eandem uoco: q̄ uero in alio, et aliud efficit, aliam. Tu uero quō facis? Sic inquit. Age itaq; rursus inquā ego, ô optime, Scientiā ipsam num facultatē quandam esse dicis, aut ad quod genus ipsam refers? Ad hoc inquit, & omniū facultatum robustissimā. Quid uero opinionem, ad facultatē, aut ad aliam speciem referemus? Nequaq̄ inquit. Quo enim opinari possumus, non aliud quid est q̄ opinio. At paulò antea confitebaris non idem esse scientiā & opinionem. Quō enim inquit, quis mēte præditus unq̄ idem esse dixerit id quod absq; errore est, cum eo quod absq; errore nō est? Rectè inquā ego, & manifestū est nos aliud à scientia opinionem esse, confessos esse. Aliud. In alio ergo aliud quid utraq; ipsarū à natura potest. Necesse est, Scientia quidē in eo quod est, ut id quod est cognoscat quō se habet, Etiam. Opinionem uero dicimus opinari. Etiam. Num idem quod scietia cognoscit? & erit idem quod cognitione, & opinione percipit̄: aut impossibile hoc est? Impossibile inquit ex his q̄ concessa sunt, si quidem in alio alia facultas à natura est. Facultates aūt ambæ sunt, & scientia & opinio, alia uero utraq;, uelut diximus. Ex his itaq; fieri nō potest, idem esse id quod cognitione, & quod opinione percipit̄. Nō'ne si id quod est cognitione percipit̄, aliud quid fuerit quod opinione percipit̄ q̄ id quod est? Aliud. Num quid id quod nō est opinat̄? Aut impossibile est etiam opinari id quod non est? Sic au

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem cogita, Non'ne qui opinatur, opinionem ad aliquid dirigit? Aut fieri potest ut opinetur quidem, opinetur aũt nihil? Impossibile est. At unum quiddam opinat is qui opinat? Etiam. Atqui id quod non est, non unum quiddã, sed nihil rectissimè appellari potest. Maximè. At ei quod non est, ignorantiam necessariò attribuimus: ei uero quod est, cognitionẽ. Rectè inquit. Non ergo id quod est, neq; id quod non est, opinatur. Non equidem. Neq; ergo ignorantia, neq; cognitio, esse poterit opinio. Non apparet. Nunquid extra hæc est, ut cognitionẽ excedat claritate, aut ignorantiam obscuritate? Neutrum. Num ergo inquam ego, cognitione quidem uidet tibi opinio obscurior, ignorantia uero clarior? Et ualdè inquit. An uero medium inter ambo locum tenet? Etiam. In medio ergo ambarũ harum fuerit. Valdè equidem. Non'ne in superioribus diximus, si quid uideretur tale ut & simul sit, & non sit, id medium locum tenere inter hoc quod sincerè est, & quod penitus non est: & neque scientiam, neq; ignorantiã in ipso fore, sed id quod medium inter ignorantiam & scientiam uidetur? Rectè. Nunc autem apparuit, & in medio harum uisum est id quod opinionem uocamus. Visum est. Illud itaq; nobis inueniendũ restiterit ut apparet, quod amborũ particeps est, ut & sit, & nõ sit: & neutrum sincerũ rectè appellatur: quo

Opinabile quid sit

si ipsum uideatur opinione percipi posse, meritô opinabile appellemus, ita ut extremis extrema, mediis media attribuamus: aut non ita? Ita prorsus. His itaq; definitis, dicat ac respondeat mihi, dixerim, bonus ille uir, qui ipsum quidem pulchrum, & ideam ipsius pulchritudinis nullam esse putat, quæ semper secundũ eadem eodẽ modo se habeat: Multa uero pulchra putat ille spectaculorum studiosus, & nullatenus sustinens si quis unum pulchrum esse dicat, & iustam, & alia itidem sic. Horũ enim dicemus, ô optime multorum pulchrorũ, num est quod non turpe uidebit, & iustorum illorũ quod nõ iniustũ, & piorum quod non impiũ. Non, sed necesse est inquit, & pulchra quodammodo ipsa, & turpia apparere, & quæcunq; alia interrogas. Quid uero multa dupla, minus ne dimidia cũ dupla uident? Nihil. Et magna sanè & parua, & leuia & grauia, nunquid magis hæc, quæcunq; dixerimus, appellabuntur, cũ contraria? Non, sed semper inquit unumquodq; ambobus inhærebit. Vtrum igitur unumquodq; ex multis, est magis, cũ non est hoc, quod quis ipsum esse dixerit? His quæ in epulationibus

Ænigma de eunucho.

in utranq; partem referuntur, simile hoc est, inquit: & illi puerorũ ænigmati de eunuchi iactu, & de uespertilione, quomodo & ubi ipsum iciisse illum obscurè significãt. Nam & hæc in utranq; partem ambigunt, & neq; esse, neq; non esse, quicquam ipsorum firmiter intelligi potest, neq; ambo, neq; neutrum. Habes igitur inquã ego, quod cum ipsis facias, aut pulchriorem situm ubi ipsa ponas, cũ inter essentiam, & id quod non est? Neq; enim obscuriora eo quod non est uidebuntur, ad hoc ut magis nõ sint: neq; clariora eo quod est, ad hoc ut magis sint. Verissima inquit dicis. Inuenimus ergo, ut apparet, quòd multa illa, quæ à multis pulchra & alia esse putantur, inter id quod est, & id quod non est media, uolutantur. Sincerè inuenimus. Antea uero confessi sumus, si quid tale uideretur, opinabile ipsum dici oportere, & non quod cognosci possit: & quod in medio uagetur, & media facultate compræhendat. Confessi sumus. Qui ergo multa pulchra spectant, ipsum autem pulchrum nõ uident, neq; alium ducentem ad ipsum sequi possunt: & multa iusta, ipsum autem iustum non, & omnia itidem sic, eos opinari

Opinio quorum sit

omnia dicemus, cognoscere uero ex his quæ opinant nihil. Necesse est inquit. Quid uero eos qui ipsa singula, & quæ semper secundũ eadem eodem modo sunt, spectant, non'ne cognoscere, & non opinari? Necesse & hoc est. Nõ'ne etiam complecti & amare dicemus, hos quidem hæc in quibus cognitio est: illos uero ea in quibus opinio? Aut non recordamur nos dixisse, & uoces, & colores pulchros, & huiusmodi hos amare & spectare ipsum uero pulchrũ neq; admittere uelut quid sit? Recordamur. Nunquid igitur deliquerimus, si ipsos opinionis amatores potius, quàm sapientiæ amatores & philosophos appellauerimus? Et num nobis ualdè succensebunt, si sic dixerimus?

Veritati nõ est succensendum

Non, si mihi paruerint inquit. Nam ueritati succensere nefas est. Eos ergo qui ipsum unumquodq; quod est complectuntur, philosophos & nõ philodoxos appellabimus. Omninò ita.

Argumen-

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum sextum, de Iusto.

CVM leges omnes uel optimæ absq; probatissimis magistratibus mortuæ sint, magistratus autẽ optimi uel absq; legibus scriptis ipsi sint uiuæ leges, merito Plato noster, quemadmodũ aliàs exposuimus, in excellenti republica non in condendis legibus, sed in formandis magistratibus omni diligentia elaborat: atq; id quidem non solum à tenera ætate, uerum etiam ab ipso fœtu studiosè contendit, quo ex electis seminibus, continuáq; cultura ad optimam frugem peruenitat. Quoniam uero hos appellat custodes, custodum autem maxime proprium est prospicere atq; circũspicere, idcirco ingeniũ præcipue philosophicũ, omnium sine controuersia perspicacissimum eligit ad humanum gregem custodiendũ. Quippe cũ soli huius oculo pateat boni ipsius iustitiæq; exemplar, ad cuius imaginẽ bene, iuste, beate pingenda sit ciuitas. Præterea pertinet ad custodem esse ueridicum, liberalem, temperatum, fortem, iustum, magnanimum, mansuetũ. Eadem quoq; probabit propria esse philosophi, ut deniq; concludatur custodiendi officium præ cæteris philosopho committendum. Quamobrem eiusmodi esse naturam philosophi, primo probabit: deinde quia generosa natura absq; recta cultura, & semper inutilis sit, & sæpissime noxia, tradet excolendi huius ingenij disciplinam. Interea uero de spurio & adulterino tractat philosopho, legitimum philosophum simulante. Item de abusu quodam philosophandi. Rursus de philosophandi forma ad illum præ cæteris pertinente, qui rempublicam sit quandoq; recturus. Docet autem philosophi maxime propriũ esse, peruetum ueritatis ipsius circa res æternas amorem. Ideoq; & amorem temporaliũ & mendacium à philosopho maxime omnium alienũ. Ostendit præterea philosophi mentẽ in ipsa ueritatis indagatione sciungi à corpore, atq; ex quadam sui cognatione diuinæ menti coniungi, ac per insitas sibi ab initio formulas idearum, ideas ipsas attingere, ab eisq; ipso contactu lumen excutere, quo mox facta fœcundior cõcipiat, imò facta ualidior pariat ueritatem, id est, per ipsas suas conceptiones ideis undiq; congruat. Tu uerò hic aduerte intelligendi actum, quemadmodum in Symposio, generationem parturnq; uocari. Quod quidem cum Christiana consentit theologia, ostenditq; non imaginariam tantum, uerumetiam naturalem quandam ineſſe menti formam atq; ueritatẽ. Proinde ingenium eiusmodi, & raro admodum, & in paucis nasci putat, & tunc quidem multis, tum conditionibus indigere, tum obstaculis impediri. Præcipue uero depraui sermone & opinione uulgi, multoq; magis uulgi eiusdem opera. Rursus à uulgaribus præceptoribus, qui & ipsi uitam orationemq; suam uulgo quasi adulatores accommodant, simulemq; tradunt auditoribus disciplinam. Et uide quàm cõgrue Plato uel gus uasto comparat bruto. Item ciuitates omnes nautibus casu quodam rectis à nautis gubernandi prorsus ignaris, uirũq; peritia gubernatoria præditũ deridentibus. Nota optima quæq; siue naturæ, siue fortunæ munera, si uel negligenter culta fuerint, in mala: uel male culta, in pessima tandem euadere. Præterea quod interdum, quamuis admodũ raro, aliquis in ciuitate male dispositа, quales esse omnes iudicat, uir magnus probatissimusq; appareat, id non arti, non naturæ, sed diuinitati duntaxat attribui. Vbi uero de Momo reprehensionis deo mentionẽ facit, intellige Momum esse diuinam curam prospicientem quid reprehendi potuisset in singulis, si aliter quàm sunt facta fuissent, ideoq; ita singula disponentem, ut iure reprehẽdi nõ possint. Assignat proinde causas quibus ortæ in philosophos sint calumniæ, quasi uel mali sint, uel inutiles reipublicæ. Primo quidem multi quotidie ad philosophiæ studium ineptissimi, tam prauo ingenio, quàm paruo iudicio, non parua tamen ambitione uel anaritia philosophiam inuadunt, ac prehensant, ex eiusq; cõmercio opiniones proereant adulterinas, atq; deridendas, malis præterea moribus facultatem dedecorant philosophicam. Deinde si qui ad id studium nati sunt, uel statim educatione cõsuetudineq; improba deprauantur, uel si moribus integri perseuerant, non tamen conuenientibus disciplinarũ gradibus instruũtur: uel instructi quidem, ad rempublicam non admittũtur, uel ipsi potius publicis se fluctibus immergere nolunt, certa timentes pericula, desperantesq; se posse inter homines passim corruptos sanis consiliis ciuitati prodesse. Inter hæc animaduerte actiuæ uitæ procellas, contemplatiuæ tranquillitatem, excellam philosophi mentẽ, mortalium contemptũ, studium diuinorum, formulam quandam pro ætatis gradibus doctrinariũ. Omninò autem simili ratione erudit philosophum atq; ciuem, neq; id quidem iniuria. Asserit enim in Politico & Sophista eundem esse uerum regium, & ciuilem atq; philosophum. Oportere uero probat in hoc concurrere duo quædam genera rarissime in hominibus cõcurrentia. Naturã uidelicet ingenio acutam, contẽplationi aptam, ueritatis auiditate flagrantem, una cum natura graui, ad agendũ strenua, boni publici prouida. Ingeniũ eiusmodi per omnes disciplinarũ gradus perducit, ut patebit in septimo. Iubet quoq; exerceri ciuilibus actionibus, atq; inter uoluptates, dolores, labores, per cula, uelut aurũ igne diligẽter examinari atq; probari, prius quàm ciuitatis gubernacula sibi credantur. In primis autem ipsius boni scientiam, omnium præstantissimã huic iudicat necessariam, affirmans quemadmodum res omnes absq; boni possessione inutiliter possidentur, sic rerũ quoq; omnium artiumq; cognitionem absq; ipsius boni intelligentia esse prorsus inutilem, neq; posse ciuem uel priuata uel publica ad bonum rite redigere, nisi quid bonũ sit, ratione cognouerit. Et si diuini huius boni scientia uidetur Aristotelico potest superflua ad rempublicam humanis moribus gubernandam, necessaria tamen est ad hanc ipsam gubernationem, per quam Plato in superioribus inquit, conandum esse, ciues Deo similes amicosq; reddere. Subiunxit præterea gubernatorem circa singula bona ad bonum ipsum disponenda & cæcutire, & cæcum quodam ferri, nisi primam ipsam boni perspexerit formam, omnium exemplar causamq; bonorum. Vt autem animaduertas Aristotelem in Ethicis circa ideam boni aduersus Platonem ludere, lege Platonis uerba diligentissime, ac plane perspicies ideam boni non esse speciem hanc, aut illam, hic aut ibi, sed ipsam eminentissimæ diuinitatis fœcunditatem, per omnia sese potenter, suauiter, salubriter propagantem. Cuius imaginem quandam in mundo uisibili solem uult esse uisibilem, uires suas similiter per omnia diffundentem. Verum ante hunc quem uidemus solem. Plato alterum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumentum in dialogum VI.

mundo cogitat inuisibili, imaginem dei patris primam, uerumq; filium. Ideos filios dixit boni, ut super uisibilem hunc imaginariumq; filium posses inuisibilem & archetypum contemplari. De hoc patre atq; filio in Epistola ad Hermiam legimus. De hoc Platonicus Philo in libro De causis, inquit: Conandum est in primis ad ipsum ens, id est de quo dicitur, Ego sum qui sum, ascendere. Aut saltem ad ipsius imaginem sacratissimamq; rationem, uerbumq; primogenitum. Per eiusmodi rationem atq; uerbum fieri omnia secundum Heraclitum & Platonem, Amelius Platonicus asserit, utiturq; testimonio Ioannis Euangelistæ. Item in Epinomide testatur & Plato. Et quamuis Platonicorum nonnulli Dei patris filium Deum per substantiam à patre, Arianorũ more distinguant, præsertim Iulianus in libro De sole: Iuliani tamen præceptor Iamblichus Aegyptiorum adducit mysteria, in quibus patris & filij diuersa quidem ratio, sed eadem uidetur esse substantia. Sed audi mysterium. Primus deus & unus primi pater est dei, quem gignit in solitaria suiipsius permanens unitate. Est autem exemplar filij qui nominatur suimet filius, sui pater atq; unipater, deus uere bonus. Ille enim fons est idearum: à quo utique uno, deus per se sufficens, seipsum explicauit in lucem. Propterea sufficiens per se nominatur suipater. Est enim hic principium, deus deorum, unus ex uno, super essentiam omnem, principiumq; essentiæ. Mysterium hoc Iamblichus testatur esse Mercurij. Quemadmodum uero ipsum bonum sit super uoluptatem, & mores, & sapientiam, Plato hic significat breuiter. Super uoluptatem quidem, quia si uoluptas ipsa bonum ipsum esset, nulla uoluptas mala esset & noxia. Item super mores: quoniam multi satis circa mores habere se putant, si mores honestos uideantur habere. Quòd autem iudicant uerum esse bonum, non opinione quærũt, sed re ipsa prorsus habere. Præterea super scientiam, quia neq; quolibet modo, neq; quælibet scire præcipue optas, sed bene potius atq; bona. Alioquin scientiam aut respuis, aut negligis. Neq; dicas ipsum bonum esse boni scientiam, ne per idem stulte definias idem. Rursus super intellectum. hic enim assidue bonum quærit. Ipsum uero bonum, non quærit bonum. Adde & super ueritatem. Quod enim magis iudicas bonum, magis & eligis. Morbum uero damnumq; minus uerum eligis potius quàm magis uerũ. Deniq; super ens. Nam ut bene sis, esse desideras. Sed & de his, & quemadmodum boni ipsius lumine omnia uera intellectus intelligat, in Theologia latius disputamus. Sequitur distinctio rerum in genera duo, uisibile & inuisibile, & utriusq; in duo, scilicet antecedens atq; sequens, similisq; perceptionis humanæ distinctio. In quibus Brentinum sequitur, & Archytam, sed elegantius simul & latius explicat.

PLATONIS DE REPVBLICA,
SIVE DE IVSTO. DIALOGVS VI.

OVI equidem philosophi sunt, inquam ego ô Glauco, & qui nõ, sermone in longum progresso, uix tandẽ apparuit, quales utriq; sint. Fortassis enim inquit, breui hoc facere non facile sit. Non uidetur dicebam, Mihi itaq; adhuc uidetur melius apparere posse, si de hoc solo dicere oporteret, & non multa alia recensere, si quis quomodo uita iusta ab iniusta differt contueri uelit. Quid igitur inquit, post hoc nobis restat? Quid aliud inquã, quàm quod deinceps sequitur? Quandoquidem philosophi quidẽ sunt, qui semper id quod secundũ eadem eodẽ modo se habet attingere possunt: qui uero hoc nõ possunt, sed in multis & penitus uagãtur, philosophi nõ sunt: utros ciuitatis principes esse oportet. Quomodo igitur inquit, hoc ipsum moderatè dixerimus? Vtri inquam ego, potentes apparuerint ad custodiendas leges & ciuitatum studia, hi custodes cõstituendi sunt. Rectè inquit. Hoc uero inquã ego manifestum est, an cæcũ siue acutè uidentẽ custodem quodcũq; seruare oportet. Et quomodo inquit nõ manifestũ esset? Num igitur uidentur tibi à cæcis differre hi qui uera uniuscuiusq; quod est cognitione priuati sunt, & nullum euidens in anima exemplum habent, neq; possunt uelut pictores ad uerissimũ exemplar respicere, & illue semper referre, & quantum fieri potest exactissimè spectare: atq; sic etiã hic ea quæ de pulchris, & iustis, & bonis legitima sunt, & ponere si ponere oporteat, & iam posita custodire ac seruare? Per Iouẽ inquit ille nõ multũ differũt. Hos'ne igit̃ potius custodes cõstituemus, aut eos qui unũquodq; quod est cognoscũt, & experientia nihilo illis inferiores sunt, & neq; in alia ulla uirtutis parte illis cedũt. Absurdũ equidẽ esset alios eligere inquit, si & in alijs nõ inferiores sint, & hoc ipso ferè maximo præmineãt. Non'ne itaq; dicemus quõ fieri possit, ut ijdẽ & illa, & hęc habeãt? Maximè. Quod itaq; ab initio huius disputatiõis dicebamus, naturã ipsorum primũ cõsiderare oportere, & opinor si de illa satis cõsenserimus, nos etiã cõsensuros esse, & ꝙ fieri possit ut ijdẽ hæc habeãt, & ꝙ nõ alios ciuitatũ duces esse oporteat ꝙ hos. Quomodo? Hoc quidẽ de philosophorũ naturis inter nos conueniat, ꝙ eas disciplinas semper amant, quæ ipsis iudicant

Philosophiqua les regnare debeant

cant illam essentiam quæ semper est, & non sub generatione & corruptione uagatur? Conueniat. Sed & quòd totam, inquam ego, ipsam amant: & quòd neque paruam, neq; magnam, neq; præstantiorem, neq; ignobiliorem partem ultrò dimittunt: quemadmodum in superioribus de ambitiosis & amantibus recensuimus. Rectè inquit dicis. Hoc itaq; postea considera an necesse sit ad illud in natura habere, eos qui tales futuri sunt quales diximus. Quod istud? A mendacio alienitatem, & ut ultrò mendacium nequaquam admittant, sed odio habeant, ueritatem autem ament. Verisimile est. Non solum ô amice uerisimile, sed etiam penitus necessarium, ut qui erga alium ex natura amore affectus est, quicquid cognatum & familiare amato est diligat. Rectè inquit. Nunquid sapientiæ familiarius quid, quàm est ueritas, comperire possis? Et quomodo inquit ille? Num igitur fieri potest, ut eadem natura & philosophica sit & mendacij amans? Nequaquam. Discendi ergo reuera cupidum, omnis ueritatis statim ab adolescentia maximè appetentem esse oportet. Omnino ita. Atqui hoc scimus, quòd cui ad unum quoddam cupiditates uehementer repunt, ei ad alia debiliores sunt, uelut si fluxus illuc deriuetur. Quid tum? Cui uero ad discipli nas & quicquid eiusmodi est cupiditates defluũt, is circa animæ ut opinor uoluptatem ipsam per seipsam uersabitur: corporis autem uoluptates relinquet, si non fictè sed uerè philosophus quis fuerit. Admodum necesse est. Temperatus autem talis est, & nequaquam pecuniarum amans. Quorum enim gratia pecuniæ cum multo sumptu comparantur, eorum alij cuidam magis quàm huic studio teneri conuenit. Ita est. Sed & hoc considerare oportet, quum naturam philosophicam, & contrà, iudicare uoles. Quod istud? Ne te lateat si illiberalitatis particeps sit. Maximè enim contraria est rerum uilium sordida cura animæ quæ totum & omne diuinum & humanum appetere debet. Verissima dicis inquit. Cui igitur menti adest magnificentia, & contemplatio omnis temporis, & omnis essentiæ, huic fieri posse putas, ut magnum quiddam esse uideatur humana uita? Fieri non potest inquit ille. Non'ne etiam mortem non horrendum quid talis putabit? Minimè. Timidæ uero & illiberali naturæ philosophia uera ut apparet non affuerit. Non mihi uidetur. Quid igitur temperatus, & pecuniarum non amans, neque illiberalis, neq; petulans, neq; timidus, poterit'ne aliquo modo in commercijs difficilis aut iniustus esse? Non poterit. Et si animam philosophicam, aut contrà quæris, statim in adolescentia considerabis, an iusta sit & mansueta, aut morosa & agrestis. Maximè. Nec uero hoc relinques ut ego opinori. Quod istud? An facile aut difficulter discat. Aut censes ullum unquã quid iustè amare, quod cum molestia facit, & uix parum perficit? Fieri non potest. Quid uero si nihil ex his quæ discit seruare poterit, ut qui obliuione plenus sit, num fieri poterit ut non scientia uacuus sit? Et quomodo posset? Quum autem irritum laborem suscipiat, non putas quòd tandem cogetur, & seipsum, & huiusmodi actionem odio habere? Quidni? Obliuiosam ergo animam inter iustè philosophantes nunquam iudicamus, sed memorem ipsam esse oportere censeamus. Maximè. At inconcinnam & indecoram naturam aliorsum trahere dicemus, quàm ad immodestiam? Quid tum? Veritatem autem immodestiæ cognatam esse putas, aut concinnitati? Concinnam ergo & gratiosam ex natura mentem, ad reliqua quæramus, quæ ad uniuscuiusq; quod est ideam, suam naturalem proprietatem ductu facilem exhibebit. Quidni? Quid igitur num uidemur tibi non necessaria singula recensuisse, & inter se succedentia, in anima quæ id quod est iustè & perfectè suscipere debet? Maximè necessaria inquit. Potes'ne igitur ullo modo tale studium reprehendere, quod nunquam quisquam satis iustè exercere poterit, si non ex naturâ fuerit memor, docilis, magnificus, gratiosus, ueritatis, iustitiæ, fortitudinis, temperantiæ amicus & cognatus? Ne Momus quidem inquit, tale studium reprehendere poterit. At perfectis huiusmodi inquam ego, & institutione & ætate, non'ne solis ciuitatem commiseris? Et Adimantus ô Socrates inquit, ad hæc quidem nemo tibi contradicere poterit. Verum tale quiddam accidit eis qui subinde audiunt ea quæ nunc dicis. Arbitrantur enim ob interrogandi & respondendi imperitiam, dũ à sermone in singulis quæstionibus parum abducuntur, cõgregatis paruis istis in fine sermonum, magnum

Discendi facilitas

Philosophiæ studiũ quale sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnum & contrarium primis errorem apparere: & quemadmodum ab his qui ludo talorum præstant, illi qui periti non sunt tandem excluduntur, & non habent quod proferant: Sic & seipsos tandem excludi, & non habere quod dicant, ab hoc alio quodam talorum lusu, qui non calculis, sed sermonibus peragitur. Nam ueritatem nihilo magis hoc modo se habere. Hoc autem dico rei præsentis respectu. Nunc enim ad te quis dicere posset, se sermone quidem non habere quod ad singula quæ interrogantur opponat, re ipsa uero uidere, quòd quicunq; ad philosophiam progressi, nō primæ eruditionis gratia illa contacta, iuuenes adhuc discesserint, sed diutius in ipsa uersati fuerint, *Philosophi ad rēpub. inutiles* eos partim, & quidē plurimos, admodū absurdos euadere, ut ne dicamus penitus peruersos: partim, & hos sanè qui moderatissimi uidentur, ab hoc tamē quod tu laudas studio ita affici, ut inutiles ciuitatibus fiant. Et ego his auditis, putas igitur dicebā eos qui hæc dicunt mentiri? Non noui inquit ille, sed quod tibi uidetur libenter audierim. Audies sanè quòd mihi uera dicere uidentur. Quomodo igitur inquit, illud rectè dicitur, non prius fore ut à malis liberentur ciuitates, quàm philosophi regnent: quos inutiles ipsis esse confitemur. Proponis inquam ego quæstionē, quę responsione per similitudinem dicta opus habet. Tu uero opinor inquit, per similitudinem dicere non cōsueuisti. Sit ita dicebam, illudis mihi quum me conieceris in sermonē quid difficulter adeò demōstrari potest. Audi igitur similitudinē, ut adhuc magis cognoscas quàm lente assimilem. Ita enim grauis est affectio moderatissimorū illorum qui erga ciuitates affecti sunt, ut non sit ullum aliud quod ita afficiatur. Quare ex multis colligere ipsam oportet, assimilando ac respondendo pro ipsis, uelut pictores tragelaphos & eiusmodi alia miscentes pingunt. Cogita enim talem esse siue multarū nauium siue unius dominum, qui magnitudine quidē & robore alios omnes qui sunt in naui excedat, sit autem surdaster, & similiter parum uideat, & alia eiusmodi de rebus nauticis parum intelligat. Nautas autem seditionem inter se de gubernatione agentes, singulos sibi gubernationem uendicare, quum nullus unquam artem didicerit, aut præceptorē suū ostendere possit, aut tēpus in quo didicit: & ad hæc etiam disci posse negent, imò parati sint, ut si quis artem disci posse asserat, eum contundant. ipsos autē semper circa nauis dominum uersari precantes & omnia facientes quo ipsis gubernaculum cōmittat. Aliquando uero si non persuaserint, sed alij magis hoc faciant, contingere ut hi alios aut occidant, aut é naui eijciant: & generoso illo domino, aut mandragora, aut ebrietate, aut alio quodam impedito, nauis imperiū sibi sumant, & utantur his quæ in ipsa sunt, & bibētes ac cōuiuantes nauigent, uelut uerisimile est tales facere. Præterea fieri ut laudēt, & nauticum, & gubernatorē, & rerum nauticarū peritum appellent, eum qui opem ferre possit ut imperium obtineant, nauis domino aut persuaso, aut ui coacto: eum uero qui talis non est uelut inutilem uituperent. At de uero gubernatore neque intelligant, ipsum necessariò diligentiam adhibere oportere, ut teneat rationem anni, temporum, cœli, astrorum, uentorum, & omnium eorum quæ ad artem pertinent, si reuera nauis princeps esse debet. Quomodo uero gubernabit, siue quidam uelint, siue nolint, neque fieri posse putent, ut quis huius artem & studium, simul gubernandi potestatem capiat. Talia itaq; si circa naues fiant, non'ne putas eum qui reuera gubernator est, sublimium rerum spectatorem, & nugatorem, & ipsis inutilem uocari ab his qui instructis hoc modo nauibus nauigant? Et ualdè inquit Adimantus. Non itaque inquam ego, opus esse tibi opinor, ut imaginem ac similitudinem expendi uideas, quòd affectio ne similis sit ciuitatibus erga ueros philosophos, sed intelligere te id quod dico. Admodum inquit. Primum itaq; illum qui admiratur quòd philosophi non honorantur in ciuitatibus, hanc imaginem doce, & persuadere conare, quòd multò magis admirandum esset, si honorarentur. At docebo inquit. Deinde etiam uera dicere ipsum assere, quòd inutiles uulgo sint hi qui moderatissimi sunt in philosophia. Inutilitatis tamen causam ad non utentes referre iube, & non ad illos moderatos. Neque enim consentaneum est gubernatorem rogare nautas, ut ipsi se subijciant: neque sapientes ad diuitum fores accedere: Verum qui hoc iactauit mentitus est. At ueritas ita à natura se habet, siue diues siue pauper ægrotet, necessarium est ipsos ad Medicorum fores & ipsorū ædes accedere: & quemuis qui ut regatur opus habet, ad fores eius

eius qui principatum gerere potest, & non principē rogare subditos, ut se ipsi subijciant, cuius reuera aliqua utilitas fuerit. Cæterum si nunc ciuiles principes, his de quibus modo dicebam nautis assimiles, non peccaueris: & si eos qui ab his inutiles, & de subli- *Philosophi cur inutiles putētur*
mibus rebus nugatores dicuntur, ueris gubernatoribus cōpares. Rectissimè inquit. Ex his itaq;, & in his, nō facile est optimū studium in precio esse, apud eos qui cōtrarijs studijs tenentur. Lōgè uero maxima & uehemētissima philosophiæ calumnia oborit, propter eos qui eius studio se iactant: de quibus tu refers eum qui philosophiam crimi natur dicere, quòd plerique eorū qui ad ipsam accedunt penitus peruersi euadūt: qui uero moderatissimi, inutiles: Et ego sanè cōcessi te uera dicere. Nunquid? Etiā. Nō' ne inutilitatis moderatorū causam recensuimus? Et ualdè. At multorū peruersitatis necessitatē, si ita uis, post hoc recēseamus, & quòd neq; huius causa sit philosophia, si poterimus ostendere conemur. Maximè. Audiamus itaq;, & dicamus illo in memoriam reuocato quod in superiorib. diximus, nimirū qualem necesse sit à natura pro- *Philosophorū peruersitatis necessitas*
ductum esse, eum qui & præstās & bonus futurus est. Præibat autē ipsi si meministi, primum quidem ueritas, quam persequi ipsum penitus & omni modo oportebat, alioqui si temerarius sit, philosophiæ ueræ particeps fieri non posset. Sic equidem dicebatur. Non'ne unum quidem hoc ualdè adeò alienum est ab his quæ nunc de ipso uidentur? Et ualdè inquit. Nunquid igitur moderatè defensionē instituemus, quòd is qui reuera discendi cupidus est ex natura contendet ad id quod est, & non permanebit in singulis quæ multa esse putantur: sed progredietur, & non obtundetur, neq; ab amore quiescet, prius quàm ipsius quod est uniuscuiusq; naturā attingat, ea animæ parte, cui talem attingere conuenit. Conuenit autem cognatæ. Cui ubi adhæserit, & ei quod reuera est commixtus fuerit, & intelligentiā ac ueritatē se genuisse cognoscet, & uerè uiuet, & aletur: Et sic à partus dolore liberabitur, prius autem minimè. Quantum fieri potest inquit moderatissimè. Quid igitur, huic aderit ut mendacium amet, aut totum contrarium, ut odio habeat? Vt odio habeat. Præeunte sanè ueritate, nunquam opinor dixerimus chorum malorum ipsam sequi. Quomodo enim istud? Sed sanos & temperatos mores, & hos etiam temperantiam sequi. Rectè inquit. At reliquum philosophicæ naturæ chorum quid opus est ex initio repetitum apponere? Meministi enim ita uisum esse ut his conueniat, fortitudo, magnificentia, discendi facilitas, memoria: & quū tu cōcluderes quēuis cogi ut ea quæ diceremus confiteatur, & omissis sermonibus ad ipsos respiceres de quibus sermo haberetur, & diceres te uidere ipsos partim inutiles, partim & quidē multos, malos: inde omnem malitiam huius calumniæ causam inspectantes, in hoc nunc uersamur, cur tandē multi mali sint: & huius sanè gratia rursus eorū qui uerè philosophi sunt naturam repetiuimus, & necessariò descripsimus. Est ita inquit. Huius itaq; inquam ego, naturæ corruptiones uidere oportet, quomodo in multis differit, exiguū autē quiddam effugit, illi nimirū quos etiam non peruersos, sed inutiles uocant: & postea rursus eas naturas quæ hanc imitantur, & se ad studiū ipsius ingerunt. Quæ quū tales sint animarū naturæ, ut ad indignum & supra uiros ipsorum studiū se conferant, & multis modis aberrent, eam quam tu dicis opinionem, philosophiæ ubiq; & in omnes inuexerunt. Quas uero inquit, corruptiones *Philosophiam qui infament*
dicis? Ego tibi, dicebam, quantū potero exponere conabor. Hoc equidē quiuis cōfitebitur, talem naturam & omnia quæ præscripsimus habentē, nunc sanè si perfectè philosophus fieri debet, raro & in paucis hominibus produci: Aut non ita putas? Admodum. Horū itaq; paucorū considera quàm multi & magni sint interitus. Quinam isti? Quod quidē maximè omniū auditu mirū est, Vnumquodq; ex his quæ in philosophi natura laudauimus, perdit animā illam habentē, & à philosophia abstrahit. Dico autem fortitudinē, temperantiam, & omnia quæ recensuimus. Absurdum hoc auditu est. Insuper uero ad hæc inquam, ea quę dicuntur bona omnia, corrumpunt & abstrahunt, diuitiæ, pulchritudo, robur corporis, cognatio ualida in ciuitate, & omnia his cognata. Habes enim formam eorum quæ dico. Habeo inquit, & libenter ex- actius ea quæ dicis audirem. Accipe itaque inquam ego, totum ipsum rectè, & tibi manifesto apparebunt, & non absurda uidebuntur ea quæ de ipsis antea relata sunt. Quomodo igitur inquit iubes? De omni inquam ego semine siue plantæ terre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

terrestris, siue animaliũ, scimus q; id quod nõ potitur alimẽto eo & quod unicuiq; conuenit, neq; tempore, neq; loco, quantò robustius fuerit, tantò pluribus conuenientibus indiget. Bono enim malũ magis cõtrarium est, quàm non bono. Quidni? Est itaq; opinor cõsentaneum, optimam naturã in alieniore alimento cõstitutam, peius agere q; malam. Est equidem. Non'ne inquã ego ô Adimante, etiam sic dicemus animas generosissimas, malam institutionẽ adeptas, insigniter malas fieri: Aut magna scelera, & meracam improbitatem ex uili, & nõ generosa natura, alimẽto corrupta oriri putas: Debilem autẽ naturã unquam magnorũ, siue bonorũ, siue malorũ causam fore? Nõ inquit, sed ita. Quã itaq; posuimus philosophi naturã, eam si disciplinam conuenientem adepta fuerit, necesse est ad omnẽ uirtutẽ incrementũ facere ac peruenire. Si uero in non conuenienti, & semínata & plantata alat, ad omnia cõtraria rursus, si nõ quis deus ipsi auxiliũ ferat. Aut etiã tu in uulgi opinione uersaris, corrũpi quosdam à sophistis adolescentes: corruptores autẽ esse sophistas quosdam priuatos id quod etiam mentio ne dignũ est: & non eos ipsos qui hæc dicunt, maximos quidẽ esse sophistas, perfectissimè uero erudire & efficere quales esse uolunt, & iuuenes & seniores, & uiros & fœminas? Quando istud inquit ille? Quando dicebam, congregati considentes plericq; è uulgo in concionibus, aut iudicijs, aut Theatris, aut castris, aut alio quodam communi multitudinis conuentu, cũ multo tumultu, ea quæ dicuntur aut fiunt, partim uituperant, partim laudant, utruncq; cum magno clamore & plausu facientes. Ad hæc uero & petræ, & locus in quo sunt resonantes, duplum tumultum & uituperationis, & laudis exhibent. In huiusmodi itaq; tumultu adolescentem quale cor, uelut dicitur, habere putas: aut quam priuatam disciplinam in ipso renisuram esse, ut non à tali uituperatione aut laude diluta pereat, & feratur secundum fluxum quocũq; tandem hic ferat: ita ut & eadem quæ isti pulchra & turpia esse dicat, & ijsdem quibus isti studijs teneatur, & talis quoq; euadat. Multa inquit ille ô Socrates necessitas est. Atqui inquam ego, nondum maximam necessitatem diximus. Quam istam? Quam opere ad sermonem apponunt, dum non persuadent isti doctores & sophistæ: Aut non nosti quòd non obsequentem, ignominijs, & pecunijs, & morte multant? Et ualdè inquit ille. Quem igitur alium sophistam putas, aut quales priuatos sermones aduersus hos procedentes obtẽturos esse? Nullum equidem opinor inquit ille. Nullum sanè inquam ego, sed & aggredi multa stultitia est. Neque enim est, neq; fuit, & absit etiam ut sit ad uirtutem, præter horum institutionẽ, alia morata institutio humana ô amice: diuinum tamen iuxta prouerbium, sermonẽ excipio. Nam hoc probe nosse oportet. Quicquid seruatur, & fit uelut oportet, in huiusmodi rerum publicarum statu, hoc ipsum si diuinam sortem seruasse dicas, non male dices. Neq; mihi aliter inquit uidetur. Adhuc itaq; tibi inquam ego, ad hæc etiam hoc uideatur. Quod istud? Quòd unusquisq; ex illis priuatis mercede docentibus, quos sanè illi sophistas uocant, & artis æmulos putant, non alia docet, quàm hæc multitudinis dogmata, quæ uulgo homines in conuentibus suis celebrant: & hanc sapientiam uocat. Quemadmodum si animalis magni & robusti quod aleret quis, & iras & cupiditates didicisset, quomodo ipsum adire oporteat, & quomodo attingere & tractare, & quando sæuissimum sit aut mansuetissimum, & quibus de causis fiat, & uoces quas quisque ob quas causas proferre soleat, & quibus rursus ab alio prolatis & mansuescat & efferetur. Vbi uero hæc omnia & consuetudine, & temporis mora didicisset, & sapientiam appellaret, & uelut arte constituta ad docendum se conuerteret: quum tamen reuera nesciat, quod ex his dogmatibus ac cupiditatibus honestum sit aut turpe, bonũ aut malum, iustum aut iniustum: nominet autem omnia hæc pro magni illius animalis opinionibus, ita ut ea quibus illud delectatur, bona appellet, quibus offenditur, mala: nullam uero aliam de ipsis rationem teneat: sed quæ necessaria sunt, iusta & pulchra uocet. At necessarij & boni naturam quantum differt, reuera neque uiderit, neq; alij ostendere possit. Talis itaque si sit, non'ne per Iouem absurdus doctor tibi esse uideatur. Mihi equidem inquit. Nunquid igitur ab hoc differre uidetur is qui multorum & omnis generis hominum conuenientium iram & uoluptates intellexisse, sapientiam esse putat, siue in pictura, siue in musica, siue in ciuili disciplina? Nam si quis his conuersetur, ut aut poeticos, aut alterius

Magnarum naturarum magna scelera

Socraticæ accusationis pars

Corruptiſ. tempora Platonica

Belua multorũ capitum

alterius cuiusdam opificij, aut erga ciuitatem officij speciem edat, & dominos suos multos illos faciat, Diomedea uelut dicitur necessitas est, ut faciat omnia quæ isti approbarint. Quòd uero & bona & honesta reuera hæc sint, audiuisti'ne unquam aliquem ipso rum, qui non ridiculam rationem dedisset? Opinor inquit ille, neq; unquam auditurum me esse. Hæc itaq; omnia tecum ubi expenderis, illud in memoriam reuoca, pulchrum ipsum, & non multa pulchra: aut ipsum quiddam unũquodq;, & non multa singula, aliquo'ne modo sustinebit, aut esse putabit multitudo illa? Minimè inquit. Im possibile ergo est inquam ego, ut populus sit philosophus. Impossibile. Ergo necesse est etiam philosophantes ab ipso uituperari. Necesse. Et ab his priuatis qui cum populo conuersantes placere ipsi cupiunt. Manifestum est. Ex his itaque quam salutem philosophicæ naturæ esse uides, ut in studio perseuerans ad finem perueniat? Considera autem ex superioribus. Confessi equidem sumus dicẽdi facilitatem, & memoriam, & fortitudinem, & magnificẽtiam, huius naturæ esse? Etiam. Non'ne statim inter omnes talis primus erit in omnibus, tum aliàs, tum si corpus animę simile produxerit. Quid uero non deberet inquit? Volent itaq; opinor ipso uti, postquã senior factus fuerit, ad sua ipsorum negocia & cognati, & ciues? Quidni. Et præcibus ergo, & honoribus, futuram ipsius potentiam præoccupabunt, & adulationibus inseruient. Ita fieri solet inquit. Quid igitur putas inquam ego, talem in talibus facturum esse, tum aliàs, tum si in magna ciuitate ciuis sit, & in hac diues & generosus, & insuper pulcher & magnus? Non'ne immensa spe implebitur, ut putet se & Græcorũ & Barbarorum res administrare posse, & ob hæc in sublime seipsum extollet, ita ut habitu & fastu inani, absq; mente impleatur? Et ualdè inquit. Si quis itaq; ad ita affectum placidè accedens, quæ uera sunt dicat, quòd mens non insit ipsi, indigeat autem ea: Illa uero comparari non possit, si quis non ad ipsam acquirendam seruierit: num facile esse putas ut exaudiat per tanta mala? Multum abest inquit ille. Si igitur inquam ego, ob naturæ bonitatem, & sermonum cognationem, unus fortè sentiat, & flectatur ac trahatur ad philosophiã, quid facturos esse putamus illos, qui ipsius & usum, & societatem perire putant: non'ne & faciendo & dicendo quiduis molientur, & circa ipsum ut ne obsequatur, & circa suadentem ut ne quid efficere possit, tum priuatim insidias struentes, tum publicè ad quęstionẽ postulantes? Admodũ necesse est inquit. Aliquo'ne igitur modo talis philosophabitur? Non ualdè. Vides igitur inquam ego, nõ male nos dixisse, quòd etiam ipsæ philosophicæ naturæ partes, in malo alimento constitutæ, causa quodam modo sint, ut à studio quis excidat: itemq; ea quæ dicuntur bona, & diuitiæ, & omnis eiusmodi apparatus? Non equidem inquit, sed rectè dictum est. Hic itaq; dicebam ô admirande interitus, & tanta ac talis corruptio est optimæ naturę ad optimum studiũ, quæ etiam alioqui pauca est, uelut nos diximus: Et ex his uiris etiam sunt, & qui maxima mala tum in ciuitates, tum in priuatos perpetrant, & qui rursus bona, prout hac aut illac fluxus ipsis contigerit. At parua natura nihil magni unquam in ullum siue priuatum, siue ciuitatem designat. Verissima inquit dicis. Atq; hi quidem sic ab his quæ maximè conueniunt excidentes, philosophia deserta relicta ac imperfecta, etiam ipsi non conuenientẽ neq; ueram uitam uiuũt. At illam uelut cognatis orbatam alij indigni aggressi dedecorant, & opprobrijs exponunt, qualia etiam tu exprobrare dicis eos qui improperant, quòd philosophiæ studiosi partim nullius precij sint, partim & quidem multi multis malis digni. Hæc equidem sunt inquit quæ dicuntur. Et quæ meritò sanè dicuntur. Conspicantes enim alij homuncionis regionem hanc uacuam, pulchris autẽ nominibus & prætextibus refertam: quemadmodum qui è carcere ad templa ultrò confugiunt, etiam ipsi ex artibus ad philosophiam prosiliunt, & hoc faciunt hi qui circa suam artem maximè industrij sunt. Nam etiamsi res philosophiæ sic se habeant, tamen aliarum artium respectu dignitas præclarior ipsi relinquitur: quam sanè affectant multi naturis imperfecti, & qui uelut ab artibus & opificijs corpora mutilata habent, sic etiam ob illiberalia studia animis confracti & comminuti sunt: Aut non ita necesse est? Et ualdè inquit. Putas igitur inquã ego, differre ipsos à fabro caluo & paruo argentum adepto, & recens quidem à uinculis soluto, uerum in balneo loto, & nouam uestem induto, & sponsi more ornato, & ob

Philosophi natura ut corrumpatur

Mens ut comparetur

Parua natura nihil magni designat

Philosophiæ dignitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

paupertatē et inopiam domini sui, filiam ipsius uxorem ducere uolente. Non admodum differunt inquit. Qualem igitur prolem uerisimile est hos generare, nónne spuriam & uilem? Magna necessitas est. Quid uero indignos eruditione, quum ipsi accedentes non pro dignitate conuersantur, quales sententias & opiniones generare dicemus? Nónne reuera dignas ut sophismata appellētur, & nihil ingenuum, neq; quic quam uera sapientia dignum, aut cum ea coniunctum? Penitus ita inquit. Proinde admodum exiguum quiddam inquam ego ô Adimante relinquitur, ex his qui pro dignitate cum philosophia conuersantur: nimirum aut fuga et exilio oppressum genero sum & bene educatum ingenium, quod ob corrumpentium inopiam, secundum naturam manslit in ipsa: aut quum in paruà ciuitate magnus animus prouenerit, & ciuitatis negotia cum ignominia contempserit. Sed & generosa natura, ab alia arte quam ignominiosam ducit, aliquo modo ad ipsam se cōferet. Poterit autem & nostri sodalis Theagis frenum aliquem in ipsa continere. Nam Theagi reliqua quidem omnia præparata fuerunt, ut excideret à philosophia, Verum morbus quē corpore alit, prohibens ipsum à rebus ciuilibus, continet. At nostri dæmonij signum indignum relatu est. Aut enim cuidam alij, aut nulli superiorum contigit. Et ex his paucis, sunt qui gustant & gustarūt quàm suauis & beata sit possessio, & rursus multorum insaniam satis uiderunt, & quòd nemo quicquàm sani ut dici solet, circa reipub. negotia facit, neq; est auxiliarius cū quo quis ad iustorum defensionem progressus seruari possit, sed quemadmodum homo in feras bestias illapsus, quum neq; unà cum ipsis iniusta facere uelit, neq; unus omnibus bestijs resistere possit, prius quàm ullo modo aut ciuitati, aut amicis utilis esse possit, de periens, & sibijpsi, & alijs inutilis fuerit. Hæc uero omnia quisquis ratiocinatione expendit, is quietem agit, & quę sua sunt facit, & uelut in tempestate, dum puluis & turbo à uento fertur, sub murum secedens, & alios iniquitate repleri spectans, bene secum agi putat, si ipse ab iniustitia & impijs factis purus, & præsentem uitam degat, & discessum ex ipsa cum pulchra spe placidus & hilaris faciat. Atqui inquit ille, non minimis transactis ille discedet. Neq; uero dicebam maximis, quum conuenientem sibi rempublicam non adeptus sit. Nam in conueniente & ipse magis augescet, & priuata & publica seruabit. Quod igitur ad philosophiam attinet, quorum gratia calumniam sustinet, & non iustè illam, mihi quidem moderatè dicta esse uidentur, si non adhuc aliud quid tu dicis. At nihil inquit ille, de hoc amplius dico, Verum quam ex his quæ nunc sunt rebuspublicis, conuenientem ipsis dicis Nullam penitus dicebam, sed & hoc insuper conqueror, nullum ciuitatis statum, quales nunc sunt, philosophi natura dignum esse, proptrerea ipsam uerti & mutari. Quemadmodum enim peregrinum semē dum in aliena terra seminatur, ubi iam superatur, exile in regionis naturam transire solet: Sic etiam hoc genus, nunc quidem facultatem suam non habens, in alienam speciem excidit. Si uero optimam rempublicam accipiet, quemadmodum etiam ipsum optimum est, tunc declarabit se quidem reuera diuinum genus esse, reliqua uero & naturarum, & studiorū genera, humana. Proinde uideris mihi post hoc interrogaturus esse, quæ sit hæc respublica. Non satis animaduertisti inquit. Non enim hoc uolebam, sed an ea sit quam nos condentes recensuimus, aut alia ciuitas. Quod quidem ad alia attinet inquam ego, hæc est. Hoc ipsum uero dictum quidem etiam tunc est, quòd oportēret semper quid inesse in ciuitate, quod rationem reipublicæ haberet, eandem quam etiam tu legislator habebas, dum leges conderes. Dictum est equidem inquit. Sed non satis, dicebam declaratum est ob timorem eorum quæ uos arripuistis, et lōgam ac difficilem ipsius demonstrationem indicastis. Nam & quod reliquum est, non omnino dictu facile est. Quod istud? Quomodo ciuitas philosophiam tractans non dispereat. Nam omnia magna periculosa sunt, & quod dicitur, pulchra reuera difficilia. Attamen quum hoc iam constet, demonstratio inquit, iam finem accipiat. Non quòd non uelim inquam ego, sed quod non possum impediet, si quid me impediet. Verum præsens meam promptitudinem cognosces. Considera uerò etiam nunc quàm promptè & periculosè dictu rus sim, eo quòd contrà quàm nunc, hoc studium ciuitatem attingere oportet. Quomodo? Nunc equidem inquam ego, qui illud attingunt adolescentes sunt recens à pueris progressi, qui ubi inter rerum domesticarum administrationem, et lucrandi studium,

Sophismatum patres

Philosophen qui pro dignitate

Vita laudata

Spes uitæ futuræ

Ciuitatis status philosophi natura indigni

Reipublicæ rationem habens in ciuitate

Philosophia quomodo tractanda in ciuitate

dium, ad partē illius difficilimā accesserūt, discedunt maximos philosophos se esse ducentes. Difficilimam autem dico eam quæ circa dicendi rationē uersatur. At posteriore tēpore, si etiam alijs hoc facientibus inuitētur, ut auditores esse uelint, ualdè auersatur, obiter hoc ipsum facere oportere putātes. Ad senectutē uero, paucis quibusdā exceptis, extinguūtur multò magis ꝙ Heraclitеus Sol, inquantū rursus nō accenduntur.

Quomodo uero oporteat inquit? In totū contrà. Adolescētes quidē & pueros puerilem disciplinā & philosophiam tractare, & corporū eo tempore quo germināt & maturescūt, ualdè bonam curā gerere, ministeriū ad philosophiā cōparantes. Progredientе uero ętate, in qua anima, perfici incipit, illius exercitia augere. Quū aūt robur cessat, & à ciuilibus ac bellicis munijs alieni sunt, tūc iam liberos degere, & nihil aliud facere, nisi obiter, si feliciter uiuere uelint, & uita defuncti illic sortē transactæ uitæ conuenientem assequi. Reuera inquit, uideris mihi promptè dicere ô Socrates. Arbitror tamen plerosq; ex his qui audiunt, promptius adhuc resistere, nullo modo credituros, à Thrasymacho initio sumpto. Ne crimineris inquam ego, me & Thrasymachum recens amicos factos, quum neq; antea inimici essemus. Nihil enim experientiæ remittemus, donec aut & huic, & alijs persuaserimus, aut aliquid operæprecij fecerimus ad illam uitam, quum rursus illic in tales sermones inciderint. Ad breue inquit tempus dixisti.

Ad nullū equidem inquā ego, quantum ad uniuersum. Quòd tamen his quæ dicuntur plericq; fidem nō habent, nihil miri est. Non enim unquam id quod nunc dicebatur fieri uiderunt, sed multò magis talia quædam uerba inter se assimilata, & nō sua sponte uelut nunc simul illapsa. At uirum uirtuti adæquatum, & quantum fieri potest perfectè assimilatum, & uerbis & factis in alia huiusmodi ciuitate principatū gerētem, nūquam uiderunt, neq; unum, neq; plures: Aut uidisse putas? Nequaquam. Neq; sermones ô beate pulchros & liberales satis audiuerūt, nimirum eos qui uerum intentè ex omni modo cognoscēdi gratia quærunt: uersuta autē & litigiosa, & nusquā aliò quàm ad opinionem & litem, & in iudicijs, & in priuatis cōuersationibus tendētia, à longè salutant ac amplectuntur. Neq; hos inquit. Horum itaq; causa inquam ego, & hæc tūc nos prouidentes & formidantes, tamen à ueritate coacti diximus, quòd neq; ciuitas, neq; respublica, neq; uir similiter unquā perfectus fieret, prius quàm philosophis his paucis, & non prauis, sed inutilibus nunc appellatis, necessitas quædam ex fortuna obijciat ut siue uelint, siue nolint, ciuitatis curam suscipiant, & ciuitati obediētes fiant: aut filijs eorum qui nūc in principatibus aut regnis sunt cōstituti: aut ipsis, ex diuina quadā inspiratione, ueræ philosophiæ uerus amor illapsus fuerit. Horū autem alterū, aut ambo fieri, impossibile esse, ego nullam rationē habere assero. Nā sic nos meritò derideremur, uelut qui aliàs optionibus similia diceremus: Aut nō ita? Ita. Si itaq; præstantibus in philosophia ciuitatis curā suscipiendi necessitas aliqua, aut infinito illo præterito tēpore incubuit, aut etiā nūc est in aliquo barbarico loco procul à nostro cōspectu remoto: aut etiā in posterū continget: de hoc sanè parati sumus sermone cōtendere, ꝙ fuit relata respublica, & est, & erit, quū hæc Musa ciuitatis dominiū obtinuerit. Nō enim fieri impossibile est, neq; nos impossibilia dicimus, difficilia tamē, uelut etiā nos confessi sumus. Et mihi inquit ita uidet. Plerisq; uero inquā ego, non ita uidet dices? Fortassis inquit. O beate inquā ego, ne ita admodū plerosq; è uulgo accuses, sed qualem opinionē apud se habebūt, non cōtentiosè, sed mansuetè, & exoluta discendi cupiditatis calūnia, ostēde quos dicis philosophos, & quemadmodū paulò antea & naturā, & studiū ipsorum distingue, ut ne putēt te dicere eos quos ipsi putāt: aut etiāsi ita cogitarint, aliā dices ipsos opinionē apprehēsuros esse, & alia respōsuros: Aut putas aliquem succēsere homini nō molesto, aut hominē mansuetū & ab inuidia alienū inuidere non inuidioso? Ego enim te præoccupās dico, ꝙ in paucis quibusdā, & non in multitudine, morosam adeò naturā esse putem. Et ego profectò inquit, cōsentio. Non'ne & hoc ipsum assentiris, externos illos autores esse ut plericq; uulgo malignè aduersus philosophiā affecti sint, illos dico qui præter decorū impudenter se pro philosophis gerunt, & cōuitiantur ipsis, & odij excitādi studio tenentē, & semper de hominibus sermones serūt, quod minimè decorū est philosophiæ faciētes? Admodū inquit. Neq; enim ô Adimāte ociū est ei qui reuera circa ea quæ sunt mentē habet, ut infra ad hominū negocia

Philosophorū necessitas

Philosophiam infamantes

Universidad de Deusto
Biblioteca

cia respiciat, & pugnando cum ipsis, inuidia & inimicitia se grauet, sed ut ad ordinata quædam, & secundū eadem semper se habētia respiciens, & ea quæ neq; iniuriā faciūt, neq; patiūtur uicissim, & quæ omnia cum ornatu & secundū rationem habent cōtemplans, hæc imitetur, & q̄ maximè his se assimilet: Aut fieri posse putas, ut quis illud à quo ducitur, & cū quo cōsuetudinem habet, non imitetur? Impossibile id est inquit.

Calumnia ubiq; est

Quum itaq; cum diuino & tēperato philosophus conuersetur, tēperatus & diuinus, quantū homini cōtingere potest, euadit. Calūnia uero in omnibus multa est. Omnino ita. Si igitur quædam, dicebam, ipsi necessitas ingruat, ut ea quæ illic uidet ad humanos mores transferat, & priuatim ac publicè cōstituat, & nō solum seipsum formet, num malū opificem ipsum futurū putas & temperantiæ, & iustitiæ, & uniuersæ populari uirtutis? Minime inquit ille. At si senserint plerique è uulgo nos uera de ipso dicere, succēsebunt sanè philosophis, & fidē nobis non habebunt, qui dicimus fieri aliter nō posse, ut felix sit ciuitas, si nō ipsam descripserint pictores diuino exemplo utentes. Nō succensebunt inquit, si senserint. Verū quem descriptionis modū dicis? Acceptam inquā ego uelut tabulā, ciuitatē & hominū mores, primū quidem purā facient, id quod facilè nō est. At certè in eo statim ab alijs ipsos differre nosti, q̄ neq; priuatū, neq; ciuitatem attingere uelint, neq; leges scribere, prius q̄ puram assumant, aut ipsi faciant. Et rectè inquit. Non ne potest hæc putas ipsos descripturos esse reipublicæ formam.

Diuina in hominibus similitudo

Quidni? Postea opinor dum hæc agunt frequenter in utranq; partem respiciēt, & ad hoc quod est natura iustum, & pulchrum, & temperatū, & eiusmodi omnia: & ad id quod hominibus inducere uolent, ita ut permisceant ac cōtemperent studia, similitudinem ex illo cōtectantes, quod sanè etiā Homerus dū hominibus accedit diuinā speciem, & dei similitudinē appellauit. Rectè inquit. Et aliud quidē ut opinor deleuerint, aliud uero appinxerint, donec humanos mores quantū fieri potest dei amātes esse cerint. Pulcherrima itaq; inquit pictura fiet. Nūquid inquā ego, persuademus illis quos cōstructa acie nos imperet e dixisti, talē esse rerūpublicarū pictorē, quem tunc coram ipsis laudabamus, ob quē illi succēsebant, q̄ ciuitates ipsi cōmendaremus, & adhuc

Vulgo in summa de philosophia respōsum

magis hoc ipsum nunc audiētes placātur? Et ualdè inquit ille, si sapuerint. Quomodo itaq; habebūt ut nunc cōtendunt, Vtrū philosophos eius quod est, & ueritatis, non esse amatores? Absurdū equidē hoc esset inquit. An forte naturā ipsorū quam recēsuimus, nō propriā esse optimi? Neq; hoc. Quid uero talem cōuenientia studia adeptā, nō perfectè bonam & philosophicā fore, ut si quā aliam: aut illos potius dices, quos nos assignauimus? Non certè. Adhuc igitur erga nos exasperabūtur, si dicamus prius q̄ philosophicū genus ciuitatis dominiū obtineat, neq; ciuitati, neq; ciuibus, requiē malorū fore, neq; rempublicā quā fabuloso sermone cōdimus, re ipsa finē adepturā esse. Minus fortassis inquit. Vis igit ut nō minus ipsos exasperari dicamus, sed penitus mites factos & persuasos esse, ut ne quid aliud pudefacti confiteantur?

Maximè inquit. His itaq; inquam, hoc persuasum sit. Verū de hoc quis ambiget, quòd regum & principū filij non nascant natura philosophi? Nemo inquit. Quū autem tales nascātur, potest quis dicere magnā necessitatem esse ut corrūpantur. Nam difficile esse seruari, etiam nos concedimus. Quòd uero in omni tempore ex omnibus nunquā ne unus quidem seruari possit, est ne quis qui contenderit? Et quomodo?

Atqui inquam ego, unus qui præstans sit, & ciuitatem obedientem habeat, omnia ea perficere potest, quibus nunc fides non habetur. Potest inquit. Principe enim inquam ego, leges ferente, & ea quæ exposuimus studia, non sanè impossibile est ciues exequi uelle. Nullo modo. Atqui ea quæ nobis uidetur, etiam alijs uideri, num mirum & impossibile est? Non opinor inquit ille. Sed & quòd optima sint, si quidem fieri possint, satis in superioribus ut puto exposuimus. Satis equidem. Nūc itaq; ut apparet efficitur de legislatione, optima quidem esse quæ dicimus, si fiant, uerū factu difficilia, nō tamē impossibilia. Efficitur inquit. Non ne postquā hoc uix tandem finē accepit, reliqua post hoc dicēda sunt: quo modo nimirū, & ex quibus disciplinis ac studijs, reipublicæ seruatores nobis erunt, & quibus ætatibus singuli singula attingent? Dicenda sanè sunt. Non equidem inquā ego, sapienter à me factum est, quod & uxorum comparandarum difficultatē in superioribus reliquerim, & liberorū procrea

procreationem, & principum constitutionem, quū intelligerem quàm difficilia & inuidiosa hæc essent, aut omnino uera. Nunc tamen nihilo minus subit oportere hęc ipsa exponere. Et quæ quidem ad uxores & liberos pertinent, peracta sunt: quod uero ad principes, uelut ab initio tractare oportet. Diximus autem si meministi, ciuitatis amantes ipsos uideri oportere, dum & uoluptatibus & doloribus tentantur, ut de hoc proposito neq; in laboribus, neq; in timoribus, neq; in ulla alia rerum mutatione discedant. Aut si quis hoc præstare non potest, reprobetur. Qui uero ubiq; integer euadit, uelut aurum quod in igne probatur, is princeps constituatur: & ei munera dentur & uiuenti, & mortuo: & præmia quædam eiusmodi erant quæ dicerentur, auertente & cooperiente se sermone, ob timorem ne præstantem statum moueret. Verissima inquit dicis. Memini enim. Cunctabor enim inquam ego ô amice, dicere ea quæ nunc ausi sumus. Nunc autem hoc audētes dicamus, uelut diximus, quòd exactissimos custodes philosophos constituere oportet. Dictum equidem sit inquit. Cogita itaq; quàm meritò pauci tales tibi erunt. Quam enim recensuimus naturam ipsis esse oportere, eius partes in idem coalescere raro solent: & ipsa plerūq; diuulsa producitur. Quomodo inquit dicis? Dociles, & memores, & solertes, & acuti, & quæcūq; alia ad hæc sequuntur, nosti quòd nō simul esse solent etiam generosi animis & magnifici, ut temperatè cum quiete & constantia uiuere uelint: Verum tales ab animi feruore quæcunq; contigerit ferūtur, & omnis constantia ex ipsis perit. Vera inquit dicis. Nónne rursus constantes mores, & qui non facilè mutantur, quibus quis magis ut fidis etiam in bello uti possit, ut qui timoribus non moueantur, efficiunt ut idem rursus ægrè ad disciplinas commoueatur, & indocilis sit uelut stupefactus: & tales somno & oscitatione implentur, quum eiusmodi quidam ipsis tractandum est? Est ita inquit. Nos autem diximus ipsum amborum bene & egregiè participem esse oportere: Aut neq; exactissimam institutionem, neq; honorem, neq; principatum ipsi committendum esse. Rectè inquit. Nónne rarū hoc ipsum fore putas? Quidni? Examinandus itaq; est & in his quæ tunc dicebamus, & laboribus, & timoribus, & uoluptatibus, & amplius quod tūc omisimus nūc addimus, quòd etiam in disciplinis multis exercere ipsum oportet, ita ut consideremus, an etiam maximas disciplinas ferre possit, siue præ timore deficiat, quemadmodum hi qui ab alijs studijs deterrentur. Decet profectò inquit sic considerare. Verum quas maximas disciplinas dicis? Recordaris fortassis inquam ego, quòd tribus animæ speciebus distinctis, consensimus de iustitia, & temperantia, & fortitudine & sapientia, quod unum quodq; esset? Si nō recordarer inquit, dignus essem qui reliqua nō audirem. Nū etiā quod ante hæc dictum est? Quod istud? Diximus sanè fieri posse ut optimè ipsa cōspicaremur, sed longior esset uia, cuius si quis circuitum peregisset, conspicua fierent: fieri tamē posse ut sequentes demonstrationes superius relatis annecterentur: Et uos suffi cere hoc dixistis: & sic tunc ut mihi uidebatur, minus quàm exacta ratio postulat dictū est. Si uero uobis satisfactum est, uos hoc dicere poteritis. At mihi quidem inquit moderatè, uidebatur autem etiā alijs. At ô amice inquā ego, Modus qui à talibus, & quodcunq; ab eo quod est deficit, nō ualdè moderate fit. Nullū enim imperfectū ullius modus est. Videtur tamē aliquādo quibusdā satis iā habere, & nihil ulterius quærere opus esse. Et ualdè multis inquit, hoc ipsum accidit ob pigritiam. Hac uero inquā ego, affectione minime opus habet ciuitatis & legū custodia. Verisimile est inquit ille. Longiore itaq; ô amice inquam, uia circumcundum est tali, & non minus discenti quàm se exercenti laborandum est: alioqui uelut nunc dicebamus, ad maximæ & maximè cōuenientis disciplinæ finē nunquàm perueniet. Non equidē inquit hæ maximæ sunt, sed adhuc quid maius est iustitia, & his quæ recensuimus. Et maius inquā ego, & harum ipsarū non delineationē quemadmodū nunc spectare oportet, sed perfectissimā elabora tionem non prætermittere: Aut nō ridiculū est, in alijs quidē parū dignis omne studiū collocare, contendendo ut q̄ exactissimè & purissimè se habeāt: maximis aūt nō maximè exactas rationes deberi cēsere. Et ualdè inquit, memorabilis est hæc sentētia. Quę tamen sit maxima disciplina, & circa quid ipsam uersari dicis, putas aliquē te dimissurū esse, ut nō interroget quid sit? Non admodū inquā ego, sed et tu interroga, qui omnino ipsum hoc nō parū sæpe audiuisti: Nunc uero aut nō cōsideras, aut ista arripiendo mole

Princeps ciuitatis amans

Principis studia

Maximæ disciplinæ quæ sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

stus mihi esse uis: arbitror autem hoc potius. Nã quod boni idea maxima sit, disciplina sepe audiuisti: qua si & iusta & alia usa fuerint, commoda & utilia fiunt, & nunc fermè hoc dicere me uelle nosti: & ad hoc, quòd ipsam nõ satis nouimus. Si uero non satis nouimus, absq; hac aũt quàm maximè alia sciuerimus, nosti eorum nullam esse nobis utilitatem: quemadmodum neq; si quid possideremus absq; bono: Aut putas quid amplius esse, omnẽ possessionẽ obtinere, nõ tamẽ bonã? Aut omnia alia sapere absq; bono, pulchri uero & boni nihil sapere? Per louẽ inquit non ego. Atqui & hæc nosti, q; plerisq; uoluptas esse uidetur bonũ, elegantioribus aũt sapientia. Quidni? Et quòd hi qui hoc putãt, non possunt ostẽdere quæ sapientia, sed tandẽ boni sapientiã dicere cogunt.

Et ualdè inquit ridiculè. Quomodo enim nõ inquã ego, si exprobrãtes q; bonũ non nouimus, rursus uelut ad scientes dicũt? Sapientiã enim ipsum esse dicũt, uelut intelligamus nos quid dicãt, quũ boni nomen pronuncient. Verissima inquit dicis. Quid uero hi qui bonũ definiunt uoluptatem? Num in minore errore uersantur quàm alteri, aut nõ? Et hi cõfiteri cogũtur uoluptates esse malas? Vehemẽter. Sequitur itaq; opinor, ut eadẽ & bona esse, & mala confiteantur. Nunquid? Quid tum? Nónne magnas & multas de ipso ambiguitates esse manifestum est? Quidni? Quid uero hoc non manifestũ est, quòd quę iusta & pulchra esse uidentur, etiamsi non sint, ea tamẽ multi & facere, & possidere, & uideri ita cupiuerint: At quę uidẽtur bona, nulli satis est ut ea possideat, sed ea quę sunt quærunt, opinionẽ uero quiuis iam hic reprobat? Et ualdè inquit. Bonũ itaq; omnis anima persequitur, & huius gratia omnia facit, esse aliquid uaticinãs, uerũ ambigens, & non habens quo se uertat, ut quid tandẽ sit satis compræhendat, neq; qua firma persuasione utatur, uelut etiã circa alia. Quapropter etiã alia nõ assequitur, si qua ipsorũ utilitas esset. Circa tale itaq; & tantũ, sic etiã tenebras obductas esse oportere dicemus, illis optimis in ciuitate, quibus omnia cõmittimus? Minimè inquit. Opinor itaq; dicebam, & iusta & pulchra si ignorẽtur quo modo tandẽ bona sint, nõ multi precij esse ut ea possideat custos, si quidẽ ueri simile est illa nosse eũ qui hoc ignorat. Vatici nor aũt neminẽ illa prius satis cognoscere posse. Rectè inquit uaticinaris. Nónne respublica iam perfectè ornabitur, si talis custos qui horum scientiam tenet ipsam regat? Necesse est inquit, At tu ô Socrates utrũ bonũ scientiã esse dicis, aut uoluptatẽ, aut aliud quid præter hæc? Iamdudum inquam ego, ô bone uir declarasti tibi non satis fore id quod aliis de ipsis uidetur. Neq; enim iustum inquit, mihi esse uidetur ô Socrates, aliorum sententias referre posse, suam non posse, eum qui tanto tempore circa hæc uersatus sit. Quid uero inquam ego, uidetur tibi iustũ esse, ut quis uelut gnarus dicat, de his quæ non nouit? Nequaquàm inquit uelut gnarus, attamẽ ut uelut qui putat, ea quę opinatur dicere uelit. Quid uero dicebã, non animaduertisti opiniones absq; scientia omnes turpes esse, & ex ipsis optimas cæcas? Aut uidentur tibi à cæcis iter rectè facientibus differre, hi qui absq; intelligentia ueri quiddam opinantur? Nihil inquit. Vis igitur turpia spectare, & cæca & obliqua, quum liceat tibi ex aliis audire lucida & pulchra? Ne per louem inquit Glauco ô Socrates, uelut qui ad finem peruenerís desistas. Sufficiet enim nobis si uelut de iustitia & temperantia & aliis tractasti, sic etiam de bono exponas. Equidem & mihi inquam ego ô amice uel ualdè placet. At uereor ne id præstare non possim. Si uero turpiter coner, risu dignus existimabor. At uos ô beati, ipsum quidem bonum quid tandẽ sit in præsentia sinemus. Maius enim mihi uidet, quàm ut in præsenti aggressione exequi possim id quod nũc mihi uidetur. Qui uero ipsius boni filius uideatur, et illi similimus, dicere uolo, si etiam uobis hoc gratũ est: sin minus, omittere. At dic inquit patris enim expositionẽ rursus exolues. Vellem dicebã, & me posse exponere, & uos capere ipsam, & non uelut nunc partus solum. Proinde & partum, & filium ipsius boni accipite. Cauete tamen ne quo modo uos decipiã inuitus, falsa de partu oratione producta. Cauebimus inquit, pro uiribus, Tu solũ dicito. Dicam inquã ego, postquàm consensum præbueritis, et in memoriã reuocauero uobis, et ea quæ in superioribus dicta sunt, et aliàs iam sæpe relata. Quæ ista inquit? Multa pulchra inquã ego, et multa bona, et singula sic esse dicimus ac sermone distinguimus. Dicimus equidẽ. Et ipsum sanè pulchrum, et ipsum bonum, et sic de omnibus, quę tũc uelut multa ponebamus, rursus secundũ unã ideam uniuscuiusq; uelut una sit ponentes, quod

Bonum opinione nemo expetit

Custos peritus boni sit

quod est unumquodq; appellamus. Et illa quidem uideri dicimus, non autem intelligi: Ideas autem intelligi quidem, non autem uideri. Maximè. Quo igitur ex nostris uidemus ea quæ uidentur? Visu inquit. Nónne inquam ego, etiam auditu audimus ea quæ audiuntur, & alijs sensibus percipimus omnia quæ sensibus percipi possunt. Quid tum? Nunquid inquam animaduertisti quàm præstantem uim & uidendi, & ut quid uideatur, sensuum opifex construxerit? Non admodum inquit. At sic considera. Est ne opus auditui & uoci alio genere, ad hoc ut ille quidem audiat, hæc autem audiatur: quod tertium si non accedat, ille non audiet, hæc non audietur? Nullo inquit. Opinor autem inquam, neq; alijs multis, ut ne dicam nulli, aliquo tali opus esse: Aut tu aliquem dicere potes? Non ego inquit ille. At quod uisui, & ei quod uidetur, tali opus est, non intelligis? Quomodo? Quum insit in oculis uisus, & illi qui habent, hoc uti uolunt: adsit item color: si non tertium genus priuatim ad hoc ipsum à natura destinatum accedat, nosti quòd & uisus nihil uidebit, & colores uideri nõ possunt. Quod istud inquit dicis? Quod tu lumen uocas inquam ego. Vera inquit dicis. Non par ua ergo idea ipse uidendi sensus, & ut quid uideatur uis, sed nobiliore quàm alię coniugationes iugo coniunctæ sunt, siquidem non ignobile est lumen. Atqui multũ abest inquit, ut ignobile sit. Ad quem igitur ex dijs cœlestibus causam refers, cuius lumen nobis uisum optimè uidere facit, & ea quæ uidentur uideri? Quẽ etiam tu inquit, item q; alij: De Sole enim nimirum interrogas. Nunquid hoc modo à natura se habet uisus ad hunc deum? Quomodo? Non est Sol, neq; ipse uisus, neq; id in quo est, quod sanè oculum uocamus. Non equidem. At ex sensuum instrumentis hoc maximè speciem Solis refert. Maximè. Nónne & uim quam habet, ex hoc depromptam uelut influentem possidet? Admodum. Nónne & Sol uisus quidem non est, sed quum ipsius causa sit, ab hoc ipso uidetur? Ita inquit ille. Hunc itaq; inquam, boni ipsius filium me uocare dicito, quẽ bonum genuit hac ad seipsum proportione, ut quod ipsum est in loco qui intelligitur, ad intelligentiã & ea quæ intelligũtur, hoc ille sit in loco qui uidetur ad uisum & ea quæ uidentur. Quomodo inquit, amplius mihi expone. Oculi inquam, nosti quando quis ipsos non ad illa conuertit, quorum colores diurnũ lumen conseruat, sed nocturna lumina, cæcutiunt & propè cæci apparent, uelut non insit purus uisus. Et ualdè inquit. Quum uero ad ea quę Sol illustrat, clarè uident: & ijsdem his oculis uisus inesse uidetur. Quid tum? Sic itaq; etiam de anima ad eundem modũ cogita. Quum quidem ad hoc innititur, quod ueritas & id quod est illustrat, tunc & intelligit, & cognoscit ipsum, & intelligentiam habere uidetur: Quum uero ad hoc quod tenebris permixtum est, quod q; fit, & perit, tunc & opinatur, & cæcutit, & opiniones sursum ac deorsum uersat, & intelligentiam non habenti similis est. Apparet equidem. Hoc itaq; quod ueritatem exhibet his quæ cognoscuntur, & ei qui cognoscit uim tribuit, boni ideam esse dicito, quæ causa est scientiæ & ueritatis, ut quæ per intelligentiam cognoscitur. Quum autem ita pulchra ambo hæc sint, tum cognitio, tum ueritas: si aliud & adhuc pulchrius his putaueris ipsum bonum, rectè putabis. At scientiam & ueritatem: quemadmodum illic lumen et uisum, Solis quidem speciem referre putare, rectum est: Solem uero putare, non rectè habet: Sic et hic, Boni quidem speciem referre putare ambo hæc, rectum est: bonum uero putare alterutrum ipsorum, non rectum: Verum maiore adhuc honore afficiendus est ipsius boni habitus. Immensam inquit pulchritudinem dicis, si scientiam quidem et ueritatem exhibet, ipsum uero pulchritudine hæc excedit. Nunquid tu uoluptatem ipsum dicis? Bona uerba quæso inquam ego. Verum hoc modo adhuc amplius imaginem ipsius considera. Quomodo? Solem opinor, non solum his quæ uidentur ut uideantur uim exhibere dices, sed etiam generationem & incrementum et alimentum, quum tamen ipse generatio non sit. Quidni? Proinde et his quæ cognoscuntur, non solum ut cognoscantur, ab ipso bono adesse dices, sed etiam ut sint, et essentiam ipsis ab illo adesse, quum bonum ipsum essentia non sit, sed adhuc ultra essentiã dignitate et potestate præmineat. Et Glauco ualdè ridiculo modo ô Apollo inquit felicem præminentiam. At tu inquam causa es, qui cogis me ea quæ mihi uidentur de ipso dicere. Et nequaquàm inquit desines ô Socrates, si nõ aliud quid, saltem similitudinem ad Solem rursus

Solis opus

Boni opus

Universidad de Deusto
Biblioteca

exequi, si quid forte relinquis. Atqui dicebam, multa relinquo. Ne minimum quidē inquit relinquas. Opinor quidem inquam, me multa relinquere, attamen quæ in præsenti referri possunt, ultrò non relinquam. Ne facias inquit. Cogita itaq; inquam, quemadmodum dicimus, duo hæc ipsa esse & regnare, alterum quidem in genere & loco qui intelligi potest, alterum in eo qui uideri potest, ut ne si in cœlo dicam, uidear tibi fucum facere circa nomen. Attamē duas has species habes, eam quæ uideri, & eam quę intelligi potest. Habeo. Quemadmodum itaq; si lineam in duas æquales partes contectam accepisses, & rursus utranq; partem in duas secares: secundum eandem rationē et eius quod uidetur, & eius quod intelligitur genus diuide, & continget tibi claritas & obscuritas ipsorum inter se: in eo quidem quod uidetur, altera pars Imagines: Dico autem imagines primum quidē umbras, Deinde spectra in aquis, & quæ in his quæ densa & leuia ac lucida sunt, consistunt, & quicquid huiusmodi est, si intelligis. At intelligo.

Pone itaque etiam alteram, cui hęc similis est, & animalia quæ apud nos sunt, & quic quid plantatur, & totum genus eorum quæ manu parantur. Pono inquit. Num etiam uolueris inquam, ipsum dicere distinctum esse ueritate, et contrà: uelut opinabile ad id quod cognosci potest: sic assimilatum ad id cui assimilatum est? Ego sanè inquit, & ualdè quidem. Considera itaque rursus etiam eius quod intelligitur sectionē, quo modo secandum sit. Quomodo? Quatenus alteram ipsius partem anima his modo diuisis uelut imaginibus utens quærere cogitur ex propositis uelut exemplis, non ad principium procedens, sed ad finem. Alteram uero rursus ex suppositio exemplo ad non suppositum principium progrediens, & absque his quæ circa partem illam sunt imaginibus, ipsis speciebus per se methodum faciens. Hæc quæ dicis inquit, non satis intelligo. At rursus inquam ego, facilius his prius relatis disces. Opinor enim te nosse, quod hi qui circa geometrias, & computationes, & huiusmodi uersantur, ubi & impar & par supposuerunt, & figuras, & angulorum species tres, & alia his cognata, in unaquaque methodo: & postquàm hæc ipsa gnari uelut supposita exempla fecerunt, nullam deinceps rationem neque his, neque alijs, amplius de ipsis reddendam censent, uelut sint hæc omnibus manifesta. Ex his autem initium sumentes, ubi iam reliqua exposuerunt, ex confesso tandem in hoc desinunt, ad cuius considerationem animum induxerint. Maximè inquit hoc noui. Nónne etiam quòd his quæ uidentur speciebus insuper utuntur, & uerba de ipsis faciunt, quum non de his cogitent, sed de illis, quibus hæ similes sunt, quadranguli ipsius gratia uerba facientes, & ipsius diametri, sed non huius quem pingunt: & alia eodem modo, ita ut his ipsis quæ fingunt & pingunt, de quorum grege etiam umbræ, & imagines in aquis sunt, uelut imaginibus utantur, quærentes illa ipsa uidere, quæ non aliter quis uidere poterit, quàm cogitatione. Vera inquit dicis. Hanc itaque eius quod intelligitur speciem dicebam, ad cuius inquisitionem anima suppositis exemplis uti cogitur, non ad principium procedens, ut quæ ultra suppositia exempla euadere non potest, sed imaginibus ipsis quæ ab inferioribus assimilatæ sunt, utitur, atque his ipsis ad illa uelut euidentibus opinionecq; conceptis ac diuisis. Intelligo inquit te dicere id quod in geometrijs & artibus his cognatis fieri solet. Alteram itaque eius quod intelligitur partem me hanc dicere scito, quam ipsa ratio attingit per differendi facultatem, suppositia exempla faciens, non principia, sed reuera suppositia exempla, uelut fundamenta & locos unde progrediatur, quo usque non ad suppositum, ipsum uidelicet uniuersi principium progressa, ubi ipsum attigit, rursus his quæ ex illo hærent inhærens ita ad finem descendat, nullo penitus sensui exposito ad hæc utens, sed ipsis speciebus per se ad ipsas, & in species desinat. Intelligo inquit, non tamen satis. Videris enim mihi ingens opus referre, & tamen distinguere uelle, partem eam eius quod est, & intelligitur, quæ à differendi scientia consideratur, clariorem esse, quàm illam quæ ab appellatis artibus, quibus suppositia exempla sunt principia: et qui ipsa considerant, cogitatione, et non sensibus considerare ac uidere coguntur. Quandoquidem uero ad principium non ascendunt, sed ex suppositis exemplis considerant, intelligentiam non habere circa ipsa tibi uidentur, etiamsi cum principio intelligi possint. Cogitationem autem appellare mihi uideris geometrirum et huiusmodi rerum habitum, attamen ut medium quiddam inter opinionem et intelli-

Methodorum faciendarum ratio

Principiorum, & suppositorum exemplorum distinctio

intelligentiam sit cogitatio. Iustissimè inquam ego assequutus es: Et de quatuor his partibus, quatuor has affectiones quæ in anima fiunt accipe: Intelligentiam de suprema, cogitationem de secunda, tertiæ attribuas persuasionem, & ultimæ assimilationem: & loca ipsas ea proportione, ut quemadmodum ea de quibus sunt, ueritate: ita hęc claritate participare arbitreris. Intelligo inquit, & concedo, & ut iubes loco.

Quatuor animæ affectiones

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum septimum, de Iusto.

SAPIENTES Diuino ingenio præditi omne mentis studium à terrenis ad cœlestia, à mobilibus ad immobilia, ab his quæ sentiuntur, ad illa quæ superant sensum, pro uiribus conuerterunt. Considerantesq; mundi machinam & unam esse, & mirabiliter ordinatam, neque tamen ex seipsa posse consistere, cum ex diuersis componatur atque mutetur, merito cognouerunt ab alio dependere: ab alio inquam uno atque sapientissimo, qui & unum conficiat opus ex multis, & id unum ubique ordinet sapienter, regat præterea & potenter, opus uidelicet ingens atque multiplex, motu quidem perpetuo, atque rapidissimo, non tamen aberrante reuolutum: ducat quoque benignissime singula ad bonum mirificatum commoditate tum facilitate currentia. Quamobrem communi quadam conceptione deum esse pariter consenserunt. unum uniuersi regem potentem & sapientem atque clementem: quem & terreni reges, rerumq; publicarum gubernatores pro uiribus debeant imitari. Post communem hanc de deo conceptionem gemina rursus uia ad deum cœperunt planius atque propius proficisci: per alteram quidem negando, per alteram referēdo. Nam illa quid ipsum bonum, id est, quid deus non sit argumentantes, probauerunt neque esse quicquam ex his quæ capiuntur sensibus, neque ex his quæ mente comprehenduntur. In hac autem & creaturas ad creatorem, & uicissim creatorem referentes ad creaturas, excogitauerunt qua ratione & creator singula faciat atque perficiat, & creaturæ ad ipsum sese uel habeant, uel imitari, uel consequi possint. Hactenus procedere philosophantis ingenium Plato noster & in Parmenide monstrat, & libro superiore confirmat. Quod Dionysius quoque Arcopagita maxime comprobat. Procedere inquam hucusq; tum ratio quodam ab initio menti semel infuso, tum accedente lumine diuinitus mentes assidue collustrante. At uero quid ipsum in se bonum sit, id est diuina substantia, quemadmodum & in Parmenide, & hic ostendit, nemo per eiusmodi uias esse equi potest, solum uero per has illuc denique peruenire, ubi diuinum bonum ob solam benignitatem suam amatorem suum propius accedentem & propria luce format, & calore souet, & potestate transformat mentem, tum demum cognoscentem deum cum ipsa iam facta sit deus. Quod quidem in epistolis quoque significat. Post quam uero deum philosophus contemplatus fuerit cœlestia gubernantem, tunc solum, & solus poterit terrena diuinitus gubernare. Qua quidem in re Plato Minoem laudat ab Ioue prius contemplando petentem leges quàm ad homines promulgaret. Mitto quantum multi laudent Scipionem, quod Ioue magistro ad remp. accedebat. Quid de Numa Pompilio dicam, ciuitatem religiosis legibus gubernante? Nonne & Mosaicæ leges quibus dei populus diuine gubernaretur, deo ipso docente ad homines peruenerunt? Hinc Aristoxenus narrat philosophorum Indorum mysteria, quibus continetur, absque diuina regula & hac quidem à deo demonstrata, non posse quicquam uel priuatim uel publice recte feliciterq; unquam administrari. Quoniam uero idem Aegyptij compertum habebant, solis philosophis, & his quidem absolutis atque insuper sacris regni gubernacula concedebant. Atq; usq; adeo putabant nihil absq; diuino auxilio posse feliciter agi, ut omnia publica à sacris uotisq; auspicarentur. Nihil rursus absq; diuina quadā inspiratione intelligi posse adeo asserebant, quemadmodum refert Iamblicus, ut omnes apud illos philosophantiū libri Mercurij dei nomini sint adscripti, quasi non hominum sint inuenta, sed dei. Quod Timæus quoq; significat dicens philosophiam donum esse diuinum. Ciuilem quoque peritiam esse diuinum munus in Protagora & Politico docet. Atque ut ad hunc septimum redeamus, non admittit quenquam ad hanc suam rempub. gubernandam, nisi quem constiterit diuina quadam tam indole quàm educatione utrunque donum diuinitus accepisse: quem solum ubiq; legitimum ciuem philosophumq; appellat. Sed cur diuino ad id munere opus esse dicit? Mitto nunc alias rationes. Qui a uidelicet cum difficillimum cuique sit seipsum feliciter gubernare, certe impossibile est ciuitatem, ex tam multis diuersisq; compositam, cui & quotidie innumerabiles incertiq; imminent casus, beate unquam absque deo beatitudinis autore componere. Hinc factum est ut quælibet ciuitas proprium quodam numen agnouerit, quasi patronum, huius uero numinis uicarium & interpretem esse Plato uult ciuitatis gubernatorem, qui instar numinis & diuina contempletur, & humanis inde prouideat. Quamobrem malos homines quasi diuini muneris omnino expertes à repub. procul expellit. Solus autem accipit bonos. Neq; tamē omnes. Nam ignaros theologiæ appellat cæcos atque somniantes, utpote qui rerum imagines pro rebus accipiant: stultum uero censet ciuitatis custodiam cæcis somniantibusq; commēdare. At uero theologos, qui nullum adhuc humanarum rerum usum teneant, non prius ad publicas res gerendas admittit, quàm priuatis leuioribusq; tractandis assuefecerit. Concludit interea nulli magistratum esse dandum, nisi cuius uita sit melior magistratu, ipsumq; magistratum neque petat neq; etiam appetat. Tu uero ubi Plato in erudiendo ciuili philosopho imaginem proponit spheluncæ, & uinculorum, & luminis cuiusdam, umbrarumq; & aquæ, Speluncam intellige hunc quem uidemus mundum, si ad mundum inuisibilem comparetur. Vinculum uero corpus humanum, siue potius perturbationem animū corpori alligantem. Vmbras autem res omnes quæ sensus mouent. Sunt enim hæ ueraū rerum, id est idearum umbræ. Quod autem dicit animum non absq; offensione repēte tum ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

imuisibili mundo descendere ad uisibilem,tũ uicißim ascendere,duobus more Platonico modis potes accipere:tum in hac uita,quando uidelicet absq; medio ab hoc humanorum studio,ad ipsum supremũ diuinorum studium,atq; contrà transfertur:tum inter hanc uitam atq; alterã.Quando scilicet anima uel impura à corporis tenebris ad diuinũ migrat lumen,sub quo caligat prorsus & cruciatur:uel à diuino lumine in corpus elementale descendens diu cæcutit atq; turbatur. Memento uero luminis proprium esse omnia facere atq; demonstrare:idq; est triplex,diuinum,intellectuale,uisibile.Diuinũ appellari solis utriusq; solem.Intellectuale,solem angelicũ nominari.solis mundani solem.Visibile deniq; lumen, esse cœlestem solem eiusq; fulgorem.Quemadmodum uero fulgor à cœlesti sole per omnia se diffundens,est imago actusq; solis: ita & lux quæ inest soli,imago est actusq; mentis angelicæ.Lumen deinde in angelo diuini luminis actus est & imago.Et quemadmodum uisibile lumen in natura perspicua duntaxat recipitur,sic inuisibile in perspicaci natura. Tres eiusmodi soles Iulianus Platonicus in libro De Sole describens,addit ex Phœnicũ theologia,uisibile lumen esse diuinæ angelicæq; intelligentiæ actum quendam perennem per solarem fenestram ad oculos emicantẽ,atq; inde per materias passim perspicuas quasi conuenientes sibi diffusum. Cæterum ne diffidas lumen hoc apparens esse luminis non apparentis imaginem, scito id lumen non esse corpus.Corpora enim absq; offensione infectioneq; penetrat.Item non fieri propriam compositi corporis qualitatẽ.Alioquin & propriam requireret qualitatem elementorũ calidam siue frigidam in eo præcedentem, quod ipsum sit suscepturũ,& recedente sole ad tempus in perspicuo remaneret. Item dimensioni propriæ non astringi. Non enim tempore peruenit,uel partem nũc illuminat,& pòst partem.Adde quòd amplum absq; sui dißipatione implet,uicißimq; in angustum siue uel sui uel uasis confractione momento se colligit.Neq; proprie corporeum est,sed inter incorporea & corporea medium,& profectò propria cœli qualitas,cuius natura incorporeis est quàm proxima.Communicatur quoque elementis duntaxat perspicuis,in hac ipsa perspicuitate cœlo similibus:perspicuis inquam primo lumen,deinde calor:opacis autem calor primo,lumen uero non prius quàm per calorem ad naturam perspicuam redigantur. Corporibus autem opacis,in quibus natura terrea dominatur,non infunditur.Non quia penetrare non possit,quandoquidem & crystallum penetrat opacis multis solidius:sed quia natura terrea à natura cœlesti alienissima cœlestis qualitatis capax esse non potest.Communicat tamen opacis calorem ut dixi,non tam proprũ cœlo quàm lumen. Cœlũ enim quia lucet,ideo calet.Quod autem lumen à cœlo in perspicua nostra diffusum, solis imago rursus debeat appellari, hinc apparet,quòd ipsum est imaginum omnium cõmunis propriaq; origo.Imagines enim rerum sub ipsius fulgore resultãt, ipsumq; est imago tam potens,ut appareat non solum quando à speculari corpore resilit,sed etiam quando à sole profectus:quod cæteris imaginibus minime conuenit:omnes tamẽ incorporeæ sunt:siquidem per totũ momento se fundunt, eoq; demq; in puncto absq; mutua confusione sunt multæ.Incorporeum ergo est & lumen,cuius id uirtute perficitur. Proinde momento solis radium secum ferre actum lucis uimq; caloris.Ac per lucem quidem referre diuinæ & angelicæ intelligentiæ claritatem.Per calorem uero utriusq; uoluntatis charitatisq; affectum.Cum uero superi,quemadmodum & artifices,opera per uoluntatem potius quàm per intelligentiam agant,merito uisibilis hic radius ex inuisibili illorum radio profluens,per calorem agit singula quæ gignuntur,potius quàm per lucem.Immo uero per lucem agit, sed rerum imagines spiritales,per calorem uero corporeas qualitates.Calorq; hic ita dependet à luce,quemadmodum in diuinis per intellectum ideliter repræsentantur omnia,per affectum inde surgentem omnia generantur.Nos uero hinc admonti sinistra terrea lumen cœleste non recipit,terrenos à nobis affectus longius expellamus, ut diuino lumine impleamur. Ac si ultimum corpus nõ accipit primi lumen,nisi caleat inde prius simileq; reddatur,eia nos quoq; mentiũ ultimi flagremus prius amore primæ,ut amore purgati factiq; similes luceamus deinde diuinitus,ac pleno iam lumine gaudeamus.Sed reliqua iam huius septimi perstringamus. Quoniã igitur triplex lumen est,ut diximus,uisibile scilicet,& intellectuale siue per uisum,& diuinũ super intellectum,ideo Plato in tribus gradibus mentionem hic facit de lumine, scilicet in cauerna, in nocte,in die:tria uidelicet lumina illa significans.Ter quoq; mentionẽ facit de aqua,in cauerna,in nocte,in die.sicut enim lumen & facit & demonstrat omnia,sic aqua lauat omnia atq; repræsentat,per primum quidem significat mores, per secundum uero cõtemplationem.Et utrunq; tribus gradibus peragit.Nempe per moralem ter lauat & purgat, primo quidem amputando secũdos motus per uirtutes ciuiles,deinde eosdem per uirtutes purgatorias extirpãdo,tertio per uirtutes animi iam purgati motus primos absolutißime moderando, unde iam ad exemplares quæ in deo sunt, uirtutes perueniatur,præsertim per contemplationem.Cuius quidem tres sunt gradus,quos refert aqua ter nominata, quatenus imagines repræsentando,refert intelligẽtiam. Diuina siquidem in tribus,ut ita dixerim,aquis repræsentari uidentur.Primo quidem licet confusius,in rationibus physicis:Secũdo distinctius in mathematicis:Tertio clarißime in metaphysicis penitus absolutis.Formas quidem physicas Plato omnino materiales appellat.quia & communi & propria materia indigent,& absq; illa cogitari non possunt.Mathematicas uero formas non adeo materiales,quia & propria non egent materia,sed aut cõmuni tantum ut dimensiones,aut nulla,ut numeri:atq; hæc sine materia licet excogitare. Diuinas denique formas omnino immateriales existimat,resq; ueras,quarũ imagines quidem sint mathematicæ formæ, umbræ uero res naturales,mysteriũ uero hoc est Pythagoricũ.Cum ergo animaduerteret Thaletem,Democritum,Anaxagoram,tam negligentes in rebus diuinis fuisse,quàm diligentes in naturalibus, Pherecydem contra & Pythagoram Pythagoreosq; omnes mathematicorũ principes,pariter summos extitisse theologos, moribusq; diuinos, merito partim ratione, partim experientia conclusit curiosum naturaliũ studium animam sæpißime à diuinis auertere.Quã & Salomon propterea occupationem peßimam iudicauit,& miseros qui nimium occuparentur in ea.Eosdem in Phædone Socrates detestatur, eos inquam qui naturalium effectuum causas, duntaxat ad qualitates quasdam elementales curiosius referentes, in eiusmodi principio & fine quiescunt,neq; summum uniuersi principium finemq; perquirunt. Quamobrẽ septimus hic liber ubi animam ad summum bonum solemq;,id est deum,ideasq; diuinas quasi stellas conuenientibus perducit gradibus, nullam

nullam in ipso ascensu naturalis peritiæ efficit mentionem.Sed mathematicos quosdam gradus ad diuina cõmodius perducentes adducit in mediũ:inter quos duo sunt puri.Arithmetica enim circa puros uersatur numeros,& geometria circa puras dimensiones.Tres uero gradus sunt mixti.Nam Musica numeris addit uoces motusq; ad auditũ præcipue pertinẽtes.Stereometria uero dimensionibus addit põdera.Astronomia numeris dimensionibusq; cœlestes sphæras motusq; metitur.Vtitur autem Plato naturali peritia in descensu potius quàm ascensu,quemadmodũ in Timæo & Philebo atque Parmenide,& alibi sæpe docet. In descensu enim per diuinas naturalium causas,naturalia uult principalia demonstrari.In ascensu uero per anxiam naturalium curam, tanquam à diuinis ualde remotam, diuertere ab illis animam putat potius quàm conuertere.Omnino autem & actiones omnes etiam si honestißimæ uideantur,nihili pendit,nisi ad diuini boni imitationem consecutionemq; cõducant:& speculationes similiter omnes uel negligit,nisi ad diuinum bonum inuendũ conferant,uel etiam detestatur,si quo pacto nos inde diuertant. Proinde totũ philosophiæ studiũ esse uult à sensibilibus conuertere ad intelligibilia,ad ipsumq; bonũ,quod intelligibilium lumen est supremũ,ascendere.Aitq; quemadmodum se habet uisus ad uisibilium summum,id est solem,sic intellectũ ad summũ intelligibilium lumen, scilicet deũ se habere. Ergo sicut sol generat oculũ,& generando uim uidendi largitur,& genito actum uidendi cõtinue præstat:sic deus & intellectum creat,creãdoq; intelligẽdi uim præbet,& creato cõtinue actum intelligendi. Rursus quemadmodũ circa oculum nihil opus est ab arte fieri,nisi purgare ipsum atq; conuertere:ita circa intellectum duo duntaxat præstat philosophia,purgãdo scilicet ipsum tum à perturbationibus,tum à falsis opinionibus,atq; conuertendo per rationes exhortationesq; à sensibilibus formis ad intellectuales nobis insitas formas,perq; has ad formas intelligibiles, id est ideas. Rursus per ideas ad diuinam mentem, qua comprehenduntur ideæ,ab hac deniq; ad diuinum bonum,idearum principium atq; lumen.Cũ ergo dicit animã à lucerna ad lunam,à luna ad solem attolli,significat à formis naturalibus ad mathematicas, ab his ad diuinas deniq; eleuari,non docendo quidẽ,diuina enim ut tradi in epistolis,doceri nõ possunt, sed purgãdo potius atq; cõuertendo.Nam his peractis,sicut sol qui est uisibiliũ lumen,monstrat oculo uisibilia,ita ipsum bonũ quod intelligibiliũ lumen est,intelligenda intellectui patefacit. Sed de his in Theologia nostra latißime.Itaq; nemo mirari debet Platonem,doctrinali scribendi ordine uti rarius,purgatorio uero atq; exhortatorio,id est conuersorio semper.Post hæc nota ex eorũ numero quæ sentiuntur,illa potißimum intelligẽtiam excitare,quæ haud plane per sensum à suis oppositis discernũtur,ideoq; intelligẽtia indigent discernẽte.Itẽ numeros nõ esse corporeos.Siquidẽ nihil aliud numerus est quàm unitas repetita.Vnitas autẽ non est corpus:nõ enim in partes diuiditur:quæ si fingatur diuidi,nõ secatur,sed potius multiplicatur:multiplicatur inq; seipsam,nõ in partes ullas:pars enim quælibet toto solet esse minor. Nulla uero unitas uel maior uel minor est unitate.At qui hæc ipsa unitas numerusq; ad incorporeã nos essentiã erigũt:similiter quoq; figuræ quarũ ratio uera in mente reperitur potius q̃ in corpore.Similiter astronomia ex ordine cœli motoris rationẽ indagare uidetur. Eũ Plato astronomũ negat superna suspicere,qui ab ipso cœlo non prospexerit super cœlũ, præsertim quia cœlestia cum integrũ non impleant ordinem,nimirum à superiore quodam & integro ordine pẽdent.Deridet & musicũ nisi à consonantia uocis ad intellectualem se recipiat consonantiæ rationẽ.Deniq; dialecticam,id est metaphysicã siue theologiam omnibus facultatibus anteponit,& ducenẽ omnes,& ad suum officiũ utentem ministerio singulariũ. Officiũ uero eius esse,per totam ipsius quod dicitur ens,progredi latitudinem,atq; ad ipsum bonũ totius entis causam se conferre,& in ipso entium ordine quid unũquodq; sit definire,rationem cuiusq; essentiæ aßignando,quidue quamlibet sequatur esse tiam demonstrare.Cæteras autẽ facultates præ huius nobilitate iudicat esse seruiles.Aut enim ad opiniones hominũ declinant,uel ad generationes compositionesq; inferiorũ,uel ad cultum eorũ quæ gignuntur:aut saltem & si ad incorporea sese pro uiribus erigunt,nihilominus circa illa quodãmodo somniant.Quales esse inquit mathematicas disciplinas. Nox uero duo subiungit genera,essentiam scilicet,atq; generationẽ.Ad illam quidem intelligentiam,ad hanc autem opinionem existimat pertinere.Rursus in intelligentia scientiã quidem dicit essentiam eo sequi ad dialecticum pertinentem, cognitionẽ uero sequi essentiam,& ad mathematicũ attinere.In opinione similiter fidem imaginationemq; connumerat: & per illam quidẽ corpora percipi,per hanc uero imagines corporũ atq; umbras.Deinde concludit cæteras facultates absq; dialectica esse cæcas.Atq; eas simul & dialecticam insuper uanas esse,nisi ipsam boni ideã perspicue nouerint.perq; ipsam in singulis sciant à falsis uera bona discernere.Eum uero qui boni ignorauerit rationem,& insomnijs hic illusum turbari,& ad inferos descendentem illudi magis atq; uexari.Subdit eum hominem esse claudũ qui ad alterutrum siue ad egendũ siue ad speculandum ineptus sit atq; imperitus. Quapropter ad gubernandũ eligit illos, qui ad utrunq; & aptã natura sint,& disciplina sufficienter instructi.Interea nota mendacẽ quasi mancũ & mutilatũ à rep.excludendum. Mendacem uero nominat,& qui dedita opera mentitur alijs,& qui per ignorantiã mentitur ipse sibi. Memento & labores animi grauiores esse quàm corporis,ideoq; in iuuentute discendum, liberalesq; disciplinas procul à seruitute docendas. Neq; tamen dialecticam adolescentibus esse tradendam. Quod Philebus quoq; nos docet. Nam ut Phædrus quoq; distinguit,duo nobis omnũ insunt duces,innata uidelicet cupiditas uoluptatum, & acquisita quædam per educationem opinio,dictans honesta & iusta nobis à legibus definita in omnibus esse seruanda.Duo uero hi duces sæpißime in contraria distrahunt.Quoniã uero differendi facultas si tradatur adolescẽtibus,opinionem honesti debilitat, unde euadunt intẽperantes,immo & superbi & impij,ut in Philebo quoq; & Legibus legitur,idcirco ante trigesimũ ætatis annum in mathematicis eruditẽdi sunt,atq; in publicis negocijs per interualla pariter exercẽdi.Cum uero ad trigesimum peruenerint,ad dialecticã admittendi,ita tamẽ ut rursus per interualla reuocentur ad publicas actiones. Tu uero differendi industriam à forma quidẽ sua Dialecticam nomina,ab exordio Logicam,à fine metaphysicam atq; Theologiam.Scito & ad eiusmodi dialecticæ finem quasi diuinum homines in quinquagesimo ætatis anno uocari,propterea quòd ad diuinorum intuitiũ purgata mente opus est atq; serena.Interea hic animaduerte quod & hic & in Theologia sæpius usurpamus, à Platone notarẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

notari tria quædam, radium scilicet, lumenq; & lucem. Radium quidem esse singulis mentibus sicut & oculis proprium & naturaliter insitum. Lumen uero cunctis oculis esse commune. Lucem denicq; diuinam præesse lumini mentium omnium communi, quemadmodum lux in sole præest lumini oculorum æque communi. Concludit ciuem postquam boni ipsius lucem & per radium inde sibi naturaliter insitum & per lumen eiusdem rursus infusum fuerit contemplatus, oportere ciuitatem ad boni ipsius exemplar pro uiribus gubernare.

PLATONIS DE REPVBLICA.

SIVE DE IVSTO. DIALOGVS VII.

Hominũ habitationis imago

POST hæc uero dicebam, assimila naturam nostram huiusmodi affectioni, quod ad eruditionem & imperitiam attinet. Vide enim homines uelut in subterranea habitatione, speluncam referente, quæ ingressum longũ per totam speluncã ad lucem expassum habet: in hac à pueris, in uinculis circa crura & ceruices sunt, ut & ipsi maneant, & in anteriorem solũ partem prospiciant, capita uero præ uinculis circũagere nequeant. Lumen autem ignis supra ipsos, & procul ardens retro ipsos. Inter ignem uero & uinctos supernè uiam, iuxta quam uide murum paruum extructũ, quemadmodum ab his qui miracula edunt obijci solent hominibus septa quædam de quibus miracula ostendunt. Video inquit. Vide itaq; circa hunc murum homines qui gestant instrumenta uaria super murũ eminẽtia, & statuas, & alia animalia uarijs modis elaborata uelut ueri simile est, ita ut qui circumferunt illa partim loquantur, partim taceant. Absurdã inquit, imaginẽ dicis, & uinctos absurdos. Similes nobis inquã ego. Tales enim primũ quidẽ aliud quid uidere putas, q̃m suas & aliorũ umbras, quæ ab igne in aduersam ipsis speluncæ partem cadunt? Quomodo enim uiderent inquit, si immobilia capita per uitam habere cogũtur? Quid uero eorũ quæ circũferuntur, non'ne hęc præsentia, quæ sanè & prout uident, nominãda esse ipsos censere putas? Necesse est. Quid uero si etiam Echo ex aduersa carceris parte resonaret, quando quis ex prætereũtibus loqueretur, putas' ne aliud quid ipsos opinaturos esse id quod loquitur, quàm prętereuntem umbram? Per Iouem non ego inquit. Proinde tales inquam, non aliud quid uerum esse putauerint, q̃m rerũ manu paratarũ umbras. Magna inquit, necessitas est. Cõsidera itaq; ipsorũ & solutionẽ & sanationẽ, tum ex uinculis, tum ex insipientia, qualis illa esset, si ipsis talis ex natura cõtingeret: Nimirũ quando quis solutus esset, & cogeretur derepẽte surgere, & ceruicẽ circũagere, & ambulare, & ad lucem respicere: & dum omnia hęc faceret, doleret, & propter splendorẽ intueri illa non posset, quorum antea umbras uidisset: quid putas ipsum dicturũ esse, si quis dicat ipsum antea nugas uidisse, nunc autem propius ad id quod est, & ad ea quę magis sunt conuersum rectiora uidere: & sanè etiam singulis prætereuntibus ostensis, interrogando cogeret ipsum respondere, quæ ista essent? Non putas ipsum ambiguum fore, & opinaturum esse quòd ea quæ antea uidebat, ueriora sint quàm hæc quę nunc ostenduntur? Maximè inquit. Non'ne etiam si ad ipsam lucem cogat eum respicere, putas quòd & oculos dolebit, & fugiet, & conuertet ipsos ad illa quæ intueri possunt, & putabit illa reuera clariora his quæ nunc ostendũtur? Ita inquit. Si uero inquam ego, quis ipsum inde uiolenter per asperum & accliuem ascensum trahat, & non remittat prius quàm ad Solis lumen extraxisset, non'ne putas quòd & dolebit, & se trahi ægrè ferret, & postquam ad lucem peruenerit, oculis splendore refertis, nihil uidere poterit ex his quæ nunc uera dicuntur? Non sanè derepentè inquit. Consuetudine uero opus habuerit opinor, si quæ supernè sunt uidere debet. Et primum quidem umbras facilimè intueri poterit. Deinde & hominum & aliarum rerum simulachra in aquis. Postea ipsas res. Ab his uero ea quæ in cœlo sunt, & ipsum cœlum, noctu facilius inspiciet, dum ad astrorũ & Lunæ lumen respiciet, quàm interdiu dum ad Solem, & Solis lumẽ.

Imaginis habitationis hominũ permutatio

Quidni? Demum uero ut opinor, Solem non in aquis, neq; ipsius simulachra in aliena sede, sed ipsum per seipsum in sua regione intueri, & qualis est uidere poterit.

Necesse est inquit. Et post hæc iam rationem de ipso inibit, hinc esse qui tempora

pora anni & ipsos annos inducit, & omnia quæ in loco uisui exposito sunt procurat, & illorum quæ ipse uiderunt omnium autor est. Manifestum est inquit, quòd ad hæc post illa deueniet. Quid igitur dum in memoriam reuocat priorem habitationẽ, & eam quæ illic est sapientiam, & eos qui tunc cum ipso in uinculis erant, non putas sese ipsum quidem beatum prædicare ob factam mutationem, illorum uero misereri? Et ualdè quidem. At si qui honores & laudes ipsis fuerunt tunc inter se, & munera proposita ei qui prætereũtia acutissimè uidisset, & maximè meminisset quæ ex ipsis priora, & quæ posteriora, & quæ simul progredi solita essent, & ex his id quod proximè uenturum esset certissimè diuinasset: putásne ipsum illorum cupiditate teneri, & æmulari eos qui apud illos honorantur, & in potestate constituti sunt? Aut ipsi illud Homeri accidere, & uehementer potius uelle ruri apud alium uirum exiguæ sortis pro mercede seruire, & quiduis magis pati, quàm illa opinari, & illo modo uiuere? Sic inquit ego puto, ut quiduis potius patiatur admissurum esse, quàm ut illo modo uiuat. Et hoc itaq; cogita inquam ego, si talis rursus descenderet, & in eadem sede cõsideret, nónne tenebris refertos oculos haberet, derepentè ueniens ex Sole? Et ualdè inquit. Si itaq; umbras illàs rursus oporteret ipsum discernere, & cum his qui semper illic uincti fuerunt contendere, eò quo cæcutit tempore, prius quàm oculi restituantur: hoc autem tempus non modicæ fuerit consuetudinis: nónne ridiculus fuerit, & de ipso dicetur, quòd sursum ascenderit, & corruptis oculis redierit: & quòd operæprecium non sit uel conari ut quis sursum ascendat: & si quis conetur aliquem soluere et educere, eum si manibus prehendere queant se occisuros esse. Occisuros sanè ualdè inquit. Hanc itaq; inquam ego, imaginem ô chare Glauco totam superius relatis adaptare oportet, ita ut sedẽ per uisum apparentem, carceris habitationi assimilemus: lumen autem ignis in ipsa, Solis potentiæ: ascensum uero sursum, & eorum quæ supernè sunt inspectionem, si animæ ad locum qui intellígitur ascensum posueris, de mea spe non aberrabis, quandoquidem hanc meam sententiam audire cupis, deus autem nouit an uera sit: quæ uero mihi uidentur, ita uidẽtur, In loco qui cognosci potest, postrema est boni idea, & uix uideri potest: conspecta uero, censenda est omnibus omnium rectorum & pulchrorum esse causa, ut quæ in loco qui uidetur, lucem et ipsius dominum peperit, et in eo qui intelligitur ipsa domina ueritatem et intelligentiam exhibet. Et sanè mihi uidetur, hanc inspicere oportere eum qui aut priuatim, aut publicè sapienter agere uelit. Assentior inquit et ego, quo sanè possum modo. Age itaque inquam ego, et hoc assentire, et ne mireris quòd qui ad eum locum deuenerunt, humanas res tractare non uolunt, sed animæ ipsorum semper festinant, ut in supernis conuersentur. Sic enim uerisimile est siquidem rursus iuxta relatam imaginem hæc se habent. Verisimile equidem est inquit. Quid uero hoc miri quiddam putas inquam, si à diuinis speculationibus quis ad humana mala delatus, indecorè se gerit, et ualdè ridiculus apparet, si dum adhuc cæcutit, et prius quàm ad præsentes tenebras adsuescat, cogatur in iudicijs aut alibi decertare de iusti umbris, aut statuis, quarum sunt umbræ, et contendere de hoc, quomodo tandem hæc accipian tur ab his qui ipsam iustitiam nunquàm uiderunt. Nullo modo mirum. At si quis mente præditus sit inquã ego, is meminerit quòd duobus modis, et ex duabus causis oculorum turbationes fieri possunt, dum et ex luce ad tenebras transimus, et ex tenebris ad lucem. Hæc uero eadem si quis etiam circa animam fieri putauerit, quando aliquam turbari et ad intuendum quid impotentem esse uiderit, non inconsideratè ridebit, sed considerabit utrum ex lucidiore uita progressæ, ab imperitia tenebræ inducuntur: aut ex ampliore imperitia ad lucidiorem uitam progressa, illustriore splendore impleta est: atq; si hanc quidem ob affectionem et uitam, felicem prædicabit, illius autem miserebitur: Et si ridere uoluerit, minus ridiculus risus ipsius ob hanc censebitur, quàm ob illam quę ex supernis de luce progressa est. Et ualdè inquit moderatè dicis. Oportet itaque dicebam, si hæc uera sunt, tale quiddam de ipsis nos censere: nimirum institutionẽ non etiam talem esse, qualem quidam profitentes esse aiunt. Dicunt autem quum non sit in anima scientia, se illam ipsi indere, uelut cæcis oculis uisum indentes. Dicunt equidem inquit. At præsens sermo inquam ego, significat hanc quæ in uniuscu iusq; anima inest uim, et instrumentum quo quisq; discit: quemadmodum si fieri non

Habitationis prioris repetitio

Sapientes ridiculi

Universidad de Deusto
Biblioteca

posset ut quis oculum aliter, quàm cum toto corpore, ex tenebroso ad lucidum conuer
teret: ita cum tota anima, ex eo quod fit circumagendam esse, donec sustinere possit, ut
id quod est, & eius quod est lucidissimum intueatur. Hoc autem bonum ipsum esse di-
cimus. Nunquid? Etiam. Hoc ipsum itaq; inquam, ars fuerit circumagẽdi, quo mo-
do quàm facilimè & expeditissimè conuertetur, non ut ipsi uisus inducatur, sed ut ha-
benti ipsum, non tamen rectè conuerso, neq; quo debet respicienti, hic subornetur. Ap
paret inquit. Proinde aliæ quidem animæ uirtutes appellatæ, propè ad corporeas ac
cedere uidentur. Quum enim prius reuera non insint, posterius consuetudine & exerci
tationibus induci uidentur. At Sapientia præ omnibus, diuinioris cuiusdam ut apparet
existit, quod uim quidem nunquàm amittit, à circumactione uero commodum & uti-
le, & rursus incommodum & damnosum euadit: Aut nondum animaduertisti quàm a-
criter uider, & acutè omnia perspicit ad quæ conuersa est animula eorum qui improbi
dicuntur, sunt tamen sapientes, ut quæ non malum habet uisum, sed maliciei inseruire
cogitur. Quare quantò acutius uiderit, tantò plura mala operatur? Maximè inquit.
Sapientes improbi Ab hac itaq; animula inquam, quæ eiusmodi naturæ est, si à puero statim resecarentur
ea quæ sunt natiuitati cognata, uelut plumbeæ laminæ, quæ dum epulis & talibus uolu
ptatibus ac delicijs adhærent, animæ uisum circa inferna uertant, contingeret ut ab his
liberata, se ad ea quæ uera sunt conuerteret, & illa in ijsdem hominibus eadem hæc ani-
mula acutissimè uideret, quemadmodum etiam ea ad quæ nunc conuersa est. Verisi-
Eruditi, & ineruditi, inepti principes mile est inquit. Quid uero hoc non uerisimile est inquam ego, & ex antea relatis ne-
cessarium, neque ineruditos & ueritatis imperitos unquàm ciuitatem iustè gubernare:
neque eos qui in eruditione perpetuò uersari sinuntur: illos quidem eo quòd scopum
in uita unum propositum non habent, ad quem collimantes omnia quæcunq; & priua
tim & publicè fecerint facere oporteat: hos uero eo quòd ultro non facient, ut qui in bea
torum insulis se adhuc uiuos habitare putent. Vera inquit dicis. Nostrum igitur o-
pus fuerit, qui condimus ciuitatem, optimas naturas cogere, ut ad disciplinam se confe
rant, quam in superioribus maximam esse diximus, uideantq; ipsum bonum, & ascen-
sum illum perficiant: & postquàm eo perlati satis uiderint, non permittere ipsis id quod
nunc permittitur. Quod istud? Vt isthic inquam maneant, & rursus descendere
nolint ad uinctos illos, neq; participes esse & laborum & honorum eorum qui apud il-
los sunt, siue uiliores, siue præstantiores fuerint. Deinde inquit iniuria ipsos afficiemus,
& deterius uiuere faciemus, quum ipsi melius possint? Oblitus es rursus inquam e-
go ô amice, quòd legislatori huius rei cura non est, quomodo unum quoddam genus
in ciuitate insigniter bene agat, sed in tota ciuitate hoc machinatur, ut sit in ipsa quod ci
ues coniungit, ita ut & persuasione & necessitate efficiat, ut utilitatem inter se mutuò di
stribuant, prout singuli in commune prodesse possint: & ipse tales uiros in ciuitatem in
Communis utilitas in ciuitate procuranda ducit, non ut permittat quemque se uertere quo uelit, sed ut ipse ipsis utatur ad con-
iunctionem ciuitatis. Vera inquit dicis, oblitus enim eram. Considera itaque di-
cebam ô Glauco, quòd philosophos nostros nulla iniuria afficiemus, sed iustè ad ipsos
dicemus, dum ipsos insuper aliorum curam suscipere, & custodes esse cogimus. Dice-
mus autem in hunc modum. Qui quidem in alijs ciuitatibus tales sunt, meritò laborum
in ipsis participes non sunt. Sua sponte enim prouenium, republica in singulis non ani
maduertente. Iustum autem est, ut quod sua sponte productum est, & nemini alimen-
tum debet, neq; nutricia rependere cuiquam studeat: Nos autem uos, & uobis ipsis, &
reliquæ ciuitati, uelut in apum examinibus reges & duces genuimus, & melius, & per-
fectius quàm illi sunt eruditos, & qui magis ambo præstare possitis. Descendẽdum igi-
tur ex parte unicuique est ad aliorum cohabitationem, & adsuescendum ut tenebrosa
inspiciatis. Adsuescentes enim multis modis melius uidebitis quàm qui illic sunt, & co
gnoscetis singula simulachra, quæ & quorum sint, eo quòd de pulchris, & iustis, et bo-
nis, ea quæ uera sunt uidistis: et sic reuera nobis et uobis ciuitas habitabitur, et non per
somnium, quemadmodum nunc multæ ab his qui inter se de umbris pugnãt, et de prin
Ambitio principatus perniciosa cipatu seditionem agunt, habitantur, uelut magnum quoddam sit ille bonum. Veritas
autem hoc modo se habet. Ciuitatem in qua hi qui principes futuri sunt, minime princi
patum ambiunt, necesse est optimè et maximè citra seditionem habitari: eam uero quæ
contrarios

contrarios his principes habet, contrario modo. Maximè inquit. Non igitur obedi-
ent putas nobis alumni nostri, dum hæc audient, & non uolent unà nobiscum laborare
in ciuitate singuli ex parte, sed multum tempus inter se habitare in puro? Impossibi-
le est inquit: Iusta enim iustis præcipimus: præ omnibus itaque uelut ad rem necessari-
am, unusquisque ipsorum ad principatum accedet, contrà quàm hi qui nunc in singu-
lis ciuitatibus principatum gerunt. Sic equidem res se habet inquam ego ô amice, Si
uitam comperies principatu potiorem his qui principes esse debent, fieri potest ut tibi
contingat ciuitas quæ bene habitetur. In sola enim ipsa principes erunt, qui reuera diui
tes sunt, non auri, sed cuius felicem diuitem esse oportet, bonæ & sapientis uitæ. Si uero
inopes & egeni propriorum bonorum, ad publica accesserint, hinc bonũ rapere opor-
tere putantes, fieri nõ potest. Si enim eò deuenerit principatus ut de ipso pugnetur, do-
mesticum iam & intestinum tale bellum, & ipsos perdit, & reliquam ciuitatem. Ve-
rissima inquit dicis. Habes igitur inquam ego, aliam quandam uitam, quę ciuiles ma
gistratus contemnat, quàm eam quæ est ueræ philosophiæ? Non per louem inquit ille.
Attamen non amantes principatus, ad ipsum accedere oportet: Sin minus, æmuli
qui item amant, pugnam mouebunt. Quidni? Quos igitur alios ad ciuitatis custo
diam accedere coges, quàm eos qui in his sapientissimi sunt, per quæ ciuitas optimè ha
bitatur, quicq; habent tum alios honores, tum uitam ciuili potiorem? Nullos alios in-
quit. Vis igitur ut hoc iam consideremus, quo modo tales contingent, & quomodo
quis ipsos ad lucem educet: quemadmodum dicuntur quidam ab inferis ad deos ascen
disse? Quidni uelim inquit? Hoc itaque ut apparet, non fuerit testæ circunuolu-
tio, sed animæ circumactio, ex nocturna quadam die, ad uerum eius quod est ascensum
progredientis, quem sanè ueram philosophiam esse dicemus. Maximè. Nonne
considerare oportet quæ disciplina huiusmodi uim habet? Quidni? Quæ igitur *Disciplina trahes ab eo quod fit, ad id quod est*
fuerit ô Glauco animæ disciplina, quę ab eo quod fit, ad hoc quod est trahit? At dum lo
quor hoc simul cogito. Nonne athletas belli peritos hos necessariò dum iuuenes sunt
esse diximus? Diximus equidem. Oportet ergo & hanc quam quærimus disciplí-
nam, ad illam adhibere. Quam istam? Vt quis non inutilis sit uiris bellicosis. Opor
tet equidem inquit, siquidem fieri potest. Gymnastica sanè & Musica in superiori-
bus eruditebantur à nobis. Est ita inquit. Gymnastica certè circa id quod fit & pe-
rit uersatur. Corporis enim incrementi ac decrementi curam gerit. Apparet. Hæc
itaque non fuerit ea quam quærimus disciplina. Non equidem. Num uero Musi-
ca quam prius recensuimus? At illa inquit, erat similis gymnasticæ si meministi, mo-
ribus erudiens custodes, secundumq; harmoniam congruitatem quandam, non scien-
tiam, & secundum rythmum concinnitatem, & in sermonibus alia quædam his cogna-
ta habens, siue fabulosi essent illi, siue ueriores. At ad huiusmodi quoddam bonum, qua
le tu nunc quæris, nulla erat in ipsa disciplina. Exactissimè inquam ego, mihi in me-
moriam reuocas. Reuera enim talem nullam habebat. At ô beate Glauco, quæ talis fue
rit? Nam & artes omnes illiberales esse uisæ sunt. Quidni? & quæ nam adhuc alia re-
stat disciplina, à Musica, & gymnastica, & artibus separata? Age inquam ego, si nul-
lam amplius extra has accipere possumus, earum aliquam quæ se ad omnes extendunt
accipiamus. Quam istam? Nimirum communem hanc, qua omnes insuper utun-
tur artes, & cogitationes, & scientiæ, quam etiam quemuis in primis discere necesse est.
Quam istam inquit? Vilem hanc inquam ego, unum, & duo, & tria cognoscere.
Dico autem ipsam in summa, & numerum, & supputationem: Aut non ita de his res se
habet quòd omnis ars & scientia ipsorum particeps fieri cogitur? Et ualdè inquit.
Nónne inquam, etiam ars militaris? Valdè necesse est inquit. Ridiculum ita-
que inquam, exercitus ducem in Tragœdijs Palamedes subinde Agamemnonem pro
nunciat. Aut non animaduertisti quod dicit se numerum inuenisse, & ordines exerci-
tus in Ilio constituisse, & naues & alia omnia enumerasse, uelut numerus fuisset antea
ignotus, & Agamemnon neque quot pedes haberet nouisset, siquidem numerare non
nouit. Quanquàm qualem exercitus ducem ipsum fuisse putas? Absurdum inquit, si
reuera talis erat. Aliam igitur inquam ego, disciplinam uiro militari magis necessari-
am ponemus, quàm computare & numerare posse? Maximè omnium inquit, si mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do quicquam de ordinanda acie nosse debet, Imò si homo esse uolet. Cogitas igitur dicebam, de hac disciplina id quod ego? Quod istud? Videtur natura ex eorum numero esse quæ ad intelligentiam ducunt, id quod quærimus, Verum neminem ea uti, quum penitus rectè ad essentiam trahat. Quomodo inquit dicis? Ego conabor inquam id quod mihi uidetur declarare. Quæ enim apud meipsum distinguo, ut & ducant, & non, ea prout dico, tu unà mecum spectator affirma, aut nega, quo & hoc clarius uideamus, an sint uelut uaticinor. Ostende inquit. Ostendo itaque dicebam, si intueris quòd quæ sensibus exposita sunt, partim non prouocant intelligentiam ad considerationem, ut quæ satis à sensu iudicentur: partim omnino illam considerare iubent, uelut sensus nihil sani faciat. Quæ eminus inquit uidentur dicis, & quæ adumbrata sunt. Non admodum inquam assequutus es quod dico. Quæ itaque inquit dicis?

Ducentia ad intelligentiam

Quæ quidem non prouocant inquam, ea dico quæ ad contrarium sensum non simul egrediuntur: Quæ uero egrediuntur, uelut prouocantia pono, postquàm sensus nihilo magis hoc, quàm contrarium indicat, siue ex propinquo allabatur, siue eminus. At hoc modo ea quæ dico clarius cognosces. Hi dicimus tres fuerint digiti, & minimus, & et secundus, & medius. Admodum inquit. Proinde de ipsis ut qui ex propinquo uideantur, loquentem me intellige. Quare mihi de ipsis hoc considera. Quod istud? Vnusquisq; ipsorum similiter digitus uidetur, & hac parte nihil differt, siue in medio uideatur, siue in ultimo, siue albus, siue niger, siue crassus, siue tenuis, & quiduis huiusmodi. In omnibus enim his non cogitur uulgi anima interrogare intelligentiam, quod tandem sit digitus. Nam uisus ipse nusquàm simul significauit digitū cõtrarium esse quàm digitum. Non equidem inquit. Nónne inquam ego, id quod huiusmodi est, intelligentiam meritò non prouocabit neq; excitabit? Meritò. Quid uero magnitudinē ipsorum & paruitatem, num uisus iustè uidet, & nihil eius interest siue in medio, siue in extremis aliquis ipsorum situs sit: & eodem modo crassitudinem & tenuitatē, aut molliciem & duriciem tactus indicat: & nunquid alij sensus non plenè talia ostendūt? Aut hoc modo quisq; ipsorum facit, primum quidem sensus qui ad durum pertinet, cogitur etiam ad molle destinatus esse, & denūciat animæ seipsum idem & durum & molle sentire? Hoc modo inquit. Nónne rursus inquam ego, necessarium est in talibus animam ambigere, quid'nam significet ipsi sensus duri, si quidem idem etiam molle dicit: et leuis & grauis sensus, quidnam leue & graue, siquidem & graue leue, et leue graue signi ficat? Absurdæ equidem inquit, sunt animæ hæ interpretationes, & consideratione opus habent. Meritò ergo inquam ego, in talibus anima primum tentat ratiocinationem & intelligentiam aduocans ad considerandum, an unum siue duo sint singula quæ annunciantur. Quidni? Nónne si duo uideantur, & aliud, & unum, utrunq; appareat? Etiam. Si ergo unum utrunq; est, ambo autē duo, duo sanè separata intelliget. Si enim inseparabilia essent, duo non intelligeret, sed unum. Rectè. Magnum uero & paruum dicimus uidere uisum, sed non separatum, uerum confusum quiddam: Nunquid? Etiam. At propter huius certitudinem cogitur rursus intelligentia magnum & paruum uidere, non confusa, sed distincta, cõtrà quàm ille uidet. Vera dicis.

Sensus quando intelligentiam prouocat

Nónne hinc primum nobis in mentem uenit ut interrogemus, quid tandem sit magnum & paruum? Maximè. Et sic sanè hoc quod intelligi, illud quod uideri potest uocauimus. Rectissimè inquit. Hæc itaq; sunt quæ paulò antea dicere aggrediebar, quòd aliqua intelligentiam prouocent, aliqua nō, dum ea quæ ad sensum unà cum contrarijs suis incidunt, prouocantia decernerem: quæ uero hoc non faciunt, intelligentiam excitare negarem. Intelligo iam inquit, & mihi ita uidetur. Quid igitur numerus & unum, ex utro genere esse uidentur? Non intelligo inquit. At ex antea relatis inquam rationem inito. Si enim unum ipsum per seipsum satis uidetur, aut alio quodā sensu comprehenditur, non sanè ad essentiam trahet, uelut de digito dicebamus. Si uero simul cum ipso semper contrarietas quædam uidetur, ut nihilo magis unum, quàm etiam contrarium uideatur, iudice iam opus fuerit, & cogetur de ipso anima ambigere & quærere, ita ut intelligentiam in seipsa moueat, & interroget quid tandem sit ipsum unum: atq; sic disciplina de uno, ex eorum genere fuerit quæ ducunt ac conuertunt ad eius quod est inspectionem. Attamen inquit, hoc non minimè habet eiusdem inspectio.

Sensuum ratio

Vnum & numerus, an sensu percipiãtur, aut intelligentiam prouocẽt

ctio. Simul enim idem ut unum uidemus, & multitudinem ut infinita. Nónne siquidem uni inquam, etiam uniuerso numero idem hoc accidit? Quidni? Atqui & cõputatoria & Arithmetica tota circa numerum uersatur. Et ualdè. Hæ autem ad ueritatem ducere uidentur. Egregiè admodum. Ex earum ergo quas quærimus disciplinarū genere fuerint, ut apparet. Viro enim militari ad ordinādas acies necessariū est has discere: philosopho uero ob id, quòd postquàm ex eo quod fit emersit, essentia ipsi attingenda est, aut nunquàm computator fiet. Est ita inquit. At noster custos & uir militaris, & philosophus est. Quid tum? Conueniens itaq; disciplina fuerit ô Glauco, legem ferre & persuadere his qui maxima in ciuitate munera tractaturi sunt, ut ad computandi artem se conferant, & ipsam non uulgariter attingant, sed donec ad numerorū naturæ inspectionem ipsa intelligentia perueniant, non ut emptionis aut uēditonis gratia, uelut mercatores & caupones, huc studium adhibeant, sed belli gratia, & ipsius animæ refocillandæ, & ab eo quod fit, ad ueritatē & essentiā conuertendæ. Optimè inquit dicis. Sed & nunc cogito de relata computationum disciplina, quàm egregia sit, & multis modis utilis nobis ad id quod uolumus, si quis cognoscendi gratia, & non cauponandi ipsam amplectatur. Quomodo inquit? Eo quo nunc dicebamus. Nā animā ualdè sursum ducit, & de ipsis numeris disserere cogit, nullo modo admittēs, si quis numeros corpora quæ uideri aut tangi possunt habētes, ipsi proponēs disputet. Nosti enim eos qui circa hæc præstātes sunt, quomodo si quis ipsum unū sermone seca re aggrediatur, & derident, & non admittunt. Verū si tu ipsum in frusta secas, illi multiplicant, cauētes ne unquàm uideatur unū, nō unū, sed multæ partes. Verissima inquit dicis. Quid igitur putas ô Glauco ipsos responsuros esse, si quis interroget ipsos, ô admirandi uiri de quibus numeris disputatis, in quibus unum uelut uos censetis, est & æquale unumquodque, quoduis cuiuis, & neq; parum differt, & partem in seipso nullam habet? Hoc nimirum, se de his dicere qui cogitatione solum comprehendi possunt, & nullo modo aliter tractari. Vides igitur inquam ego ô amice, effici nobis, reuera necessariam esse disciplinam, quādo quidem animam cogere uidetur, ut ipsa intelligentia utatur ad ueritatē cognoscendam? Et sanè ualdè inquit, hoc ipsum facit. Quid uero hoc'ne iam animaduertisti, quòd & hi qui natura computatores sunt, ad omnes ut ita dicam, disciplinas acuti uidentur: & qui natura tardi sunt, si in hac disciplina erudiantur ac exerceantur, etiamsi nullam aliam utilitatem capiant, tamen ut acutiores quàm antea fuerant reddantur omnes proficiunt? Est ita inquit. Sed & quæ maiorem laborem discenti & tractanti exhibeant, nō facile, neq; multas repereris, uelut hæc facit. Nō equidem. Omniū itaq; horum gratia, non dimittenda est hæc disciplina, sed optimis naturis præditi in ipsa erudiendi sunt. Assentior inquit. Hoc itaq; dicebam, unum siu diū nobis positū maneat, Secundū uero ex hoc cõsequens consideremus, an nobis cõueniat. Quod istud, aut Geometriā inquit dicis? Hanc ipsam inquā ego. Quantū equidē inquit, ad res bellicas attinet, nimirū conuenit. Nā ad castrametandū, & regiones occupandas, & exercitus contrahendos & extendendos, & quæcunq; alia machinantur exercitus. tū in ipsis pugnis, tum in profectionibus, multū refert an quis Geometricus sit, aut non. At certè dicebā, ad talia quidē etiā exigua quędā Geometria & cõputatio nis particula sufficerit. Verū multā & longius progressam ipsius partē considerare oportet, an ad illud tēdat, ut uidelicet efficiat ut ipsius boni idea facilius inspiciatur. Huc autem tendunt ut diximus omnia, quæ cogunt animā ut se ad illū locū cõuertat, in quo est felicissimū eius quod est, quod ipsam omni modo intueri oportet. Rectè inquit dicis. Nónne si quidē essentiā inspicere cogit, cõuenit: si uero generationē & id quod fit, nō conuenit? Ita sanè dicimus. Nō itaq; de hoc inquā, nobiscū contendent, qui uel parum Geometriæ periti sunt, quòd hæc scientia penitus contrà se habet quàm ab his dicitur qui ipsam tractant. Quomodo inquit? Dicunt equidem ualdè & ridiculè, & necessariò. Nam uelut qui agant, & actionis gratia uerba faciunt, & dicunt quadrare, & extendere, & apponere, & omnia ita loquuntur. At tota hæc disciplina cognitionis gratia exercetur. Omnino ita inquit. Nónne hoc insuper nobis cõfitendum est? Quod istud? Quòd disciplina sit cognitionis eius quod semper est, & non eius quod aliquando fit & perit. Cõfitendum est inquit, Eius enim quod semper est Geometria

Computandi artis utilitas

Arithmetices difficultas

Geometriæ utilitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognitio est. Animam ergo ô generose ad ueritatem trahet, & efficiet ut philosophi cogitatione assumpta sursum conuertamus ea quæ nunc contrà quàm oportet inferne habemus. Quàm maximè fieri potest inquit. Quàm maximè ergo fieri potest inquam ego, demandandum est, ut hi qui in pulchra tua ciuitate sunt, nullo modo à Geometria abstineant. Nam & quæ præter institutum in hac disciplina sunt, non parua existunt. Quæ ista inquit? Quæ tu dicebas inquam ego, ad bellum pertinentia: & sanè ad omnes disciplinas melius suscipiendas, nouimus in totum & per omnia præstantiorem esse eum qui attigit Geometriam, quàm eum qui non attigit. Per omnia profectò inquit. Secundum itaq; hoc studium iuuenibus ponamus. Ponamus inquit. Quid uero tertium ponemúsne Astronomiam: Aut non uidetur? Mihi equidem inquit. Nam *Astronomiæ utilitas* circa tempora, & menses, & annos subtiliore sensu præditum esse, non solum agriculturæ, & arti nauticæ conuenit, sed non minus etiam militari. Suauis homo es inquã ego, eo quòd uulgi multitudinem formidare uideris, ne inutiles disciplinas proponere puteris. At hoc non admodum uile est, sed difficile persuadere, quòd in singulis his disciplinis instrumentum quoddam animæ expurgatur ac reuiuiscit, quod ab alijs studijs perit & excęcatur, quum melius sit hoc seruari, quàm innumeros corporis oculos. Solo enim ipso ueritas uidetur. Quibus igitur hoc complacet, his mirum in modum bene dicere uideberis. Qui uero hoc nunquàm perceperunt, hi meritò te nihil dicere putabũt. Aliam enim ex ipsis memorabilem utilitatẽ non uident. Hinc igitur considera ad utros disseras, aut forte ad neutros, sed tuijpsius gratia potissimũ uerba facias, non tamen in- *Ordinis rationem habendã esse* uideas alij, si quis ex ipsis utilitatem capere possit. Sic inquit uolo meijpsius potissimũ gratia, & dicere, & interrogare, & respondere. Proinde inquã ego retrò recede. Nũc enim non rectè eã quæ deinceps à Geometria sequitur disciplinã accepimus. Quomodo inquit? Quoniã post planũ inquã, statim iã solidum quod in circunuolutione est accepimus, prius q̃ ipsum per seipsum acceperimus. Rectè aũt res se habet, ut deinceps post secundũ incrementũ, tertiũ accipiamus. Est aũt hoc circa cuborum incrementum, & id quod profunditate participat. Est ita inquit, At hæc ô Socrates nondũ inuenta esse uidentur. Duæ equidem sunt inquam ego causæ: & quòd nulla ciuitas hæc in honore habet, & quòd quum difficilia sint, languidè quæruntur. Præceptore autem opus habent qui quærunt, sine quo reperire non possunt. Eum uero primum quidem contin- *Studiorum neglectorũ causæ duæ* gere difficile est. Deinde si etiam contingat, ut nunc res se habent, nõ parueriut qui hęc magno fastu elati quærunt. At si tota ciuitas simul horum curam gereret, & ipsa in honore haberet, tunc & hi parerent, & ista dum assiduè & intentè quærerentur, manifesta fierent quomodo se habent. Nam & nũc dũ à plerisq; contemnuntur et impediuntur: et hi qui quærunt rationẽ non habent ad quid utilia sint: tamen supra omnia hæc, per uim augentur à gratia, & nihil miri est ipsa apparere. Gratiã equidem Inquit, etiã excellenter habent. Verum clarius dic mihi ea quæ nunc dicebas. Num plani tractationẽ Geometriã esse statuebas? Etiã inquã ego. Deinde post ipsam inquit, primũ quidẽ Astronomiã, postea uero retrò recessisti. Dũ festino inquã, breuibus omnia explicare, magis morã traho. Quum enim deinceps sequatur methodus incrementi in profundũ, eo quòd ridicula ea esset, transgressus ipsam, post Geometriã protuli Astronomiam, quæ profunditatis circunuolutio est. Rectè inquit dicis. Quartam itaq; inquã ego, disciplinam statuamus Astronomiam, uelut extet ea quam modo relinquebamus, si ciuitas ipsius curã suscipiat. Verisimile est inquit, & quod nũc in me ô Socrates reprehẽdisti, uelut qui Astronomiam importunè laudem, iã quatenus mihi accedis, approbo. Videtur enim mihi cuiuis manifestum esse, quòd hęc animam sursum spectare cogit, & ab his quæ hic sunt, illuc ducit. Fortassis inquam cuiuis manifestum est, præterquam mihi. Mihi enim non ita uidetur. At quomodo inquit? Vt quidẽ nunc ipsam tractãt, qui ad philosophiam referunt, admodũ facere uidetur ut deorsum spectemus. Quomodo inquit dicis? Non ingenerose uideris mihi inquã ego, studiũ rerũ supernarũ apud *Intelligere, & uidere, ut differant* teipsum concipere quod sit. Videris enim etiamsi quis in fornice uarietates oculis collustrans & sursum spectans quid consideret, putare ipsum intelligere, & non oculis uidere. Fortassis igitur rectè putas, ego uero ineptè. Nam ego non possum aliam quandã disciplinam putare efficere ut anima sursum spectet, quàm illam quæ circa id quod est, & uideri

& uideri non potest uertatur. Et si quis sursum hians, aut deorsum conniuens, conatur aliquid ex his quæ sensui exposita sunt discere, neq; discere unquàm ipsum assero. Nihil enim talium scientiam habere, neque sursum, sed deorsum animam ipsius spectare censeo, etiamsi supinus in terra, aut in mari habitans discat. Culpam inquit agnosco. Rectè enim me reprehendisti. At quomodo dicebas Astronomiam discere oportere, alitèr quàm nunc discunt, si ad ea quæ diximus utilis esse deberet? Hoc modo inquam ego, Vt has quidem in cælo uarietates, quandoquidem in loco qui uidetur expressæ sunt, optimè & exactissimè se habere putent, à ueris autem multum absint, quibus circuolutionibus uelocitas quæ est, & tarditas quæ est, in uero numero, & omnibus ueris figuris, inter se feruntur, & ea quæ in ipsis sunt ferunt: quæ sanè ratione & cogitatione cõ prehendi possunt, usu uero minimè: Aut tu putas? Nullo modo inquit. Nónne *Dædali tabulæ* uarietate circa cœlum, uelut exemplo utendum est ad illa discenda? Proinde ac si quis incideret in formas aut tabulas à dædalo, aut alio quodam opifice aut pictore, insigniter pictas & elaboratas. Putauerit enim quispiam Geometriæ peritus talia conspicatus pulcherrimè quidem elaborata esse, Ridiculum tamen esset inspicere hæc serio, uelut quis ueritatem in ipsis deprehensurus sit æqualium, aut duplorum, aut alterius cuiusdam proportionis. Quomodo uero non ridiculum esset inquit? Eum itaque qui reuera Astronomicus est inquam, non idem facturum esse putas, & dum astrorum motus respicit, putaturum talia opera quoad fieri potuit optimè constituta esse, eo quòd cœli opifex & ipsum, & quæ in ipso sunt condiderit: At noctis ad diem proportionem, & dierum ad mensem, & mensis ad annum, & aliorum astrorum tum ad hæc, tum inter se, si quis semper eodem modo fieri putet, & nunquàm quicquam euariare, quum et corpus habeant, & uideantur: & ueritatem ipsorum omni modo apprehendere quærat: hunc non absurdum putas ille censebit? Mihi equidem uidetur inquit, dum nunc te audio. Quæstionibus ergo inquam utentes, quemadmodum Geometriam, ita etiam Astronomiam tractabimus. Quæ uero in cœlo sunt, omittemus, si reuera Astronomiam usurpantes, id quod natura sapiens est in anima utile, ex inutili facere uolumus. Profectò multiplex inquit, opus præcipis, prout nunc Astronomia tractatur. Opinor autem inquam, etiam alia secundum eundem modum nos præcepturos esse, si qua ex nobis uelut legislatoribus utilitas contingere debet. At enim potes aliquam ex conuenientibus disciplinis in memoriam reuocare? Non possum inquit, ita in præsentia. Attamen non unam inquam, sed plures species exhibet motus ut opinor. Omnes igitur fortassis sapiens quispiam dicere poterit. Quæ uero etiam nobis conspicuæ sunt, duæ sunt. Quæ istæ? Ad hanc inquam ego, ea quæ ipsi similis est. Quæ ista? Videtur inquam, uelut ad Astronomiam oculi constituti sunt, ita ut ad concinnum motum aures conditas esse: & hæ scientiæ inter se sorores quædam esse uidentur: quemadmodum & Pythagorei dicunt, & nos ô Glauco concedimus: aut quomodo faci- *Pythagoreorũ sententia* mus? Sic inquit. Nónne inquam, quandoquidem multum est ipsorum opus, percunctabimur quomodo de ipsis dicunt, & an quid aliud ad hæc, Nos uero præter hæc omnia, id quod nostrum est seruabimus? Quod istud? Ne unquàm imperfectum quiddam ex ipsis discere conentur alumni nostri, & quod non illuc semper tendat, quo omnia peruenire oportet, uelut paulò antea de Astronomia dicebamus. Aut non nosti quòd etiam de harmonia aliud quiddam eiusmodi faciunt? Concentus enim & sonos qui audiuntur inter se dimetientes, inanem laborem uelut Astronomi subeunt. Per *Musici inepti* deos inquit, etiam ridiculè densitates quasdam nominant, & aures admouent, uelut è uicino uocem uenantes. Et alij quidem adhuc in medio sonitum quendam audire se dicunt, & minimum esse hoc interuallum, quo sit dimetiendum: alij uero ambigunt uelut similes iam soni edantur, ambo aures intelligentiæ præferunt. Tu quidem inquam ego, rudes illos dicis, qui chordas miserè diuexant, & examinant claubus torquentes, & ut ne longior imago fiat, dum & plectro pulsationes fiunt, & accusationes de peruicacia chordarum, & officij denegatione, ab imagine desisto, & non censeo te hos dicere, sed illos quos modo diximus harmoniam prælaturos esse. Idem enim fa- *Musica uera quæ* ciunt quod illi in Astronomia. Nam in his qui audiuntur concentibus numeros quærunt, & nõ ad quæstiones transeũt, ut cõsiderent & expendãt qui numeri consoni sunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& qui non, et cur ita utrique. Mirificam inquit rem dicis. Vtilem sanè inquam, ad pulchri & boni inquisitionem. Si uero aliter tractetur, inutilè. Verisimile est inquit.

Methodus disciplinarum reta

Arbitror autem inquam & horum omnium quæ recensuimus methodum, si quidē ad mutuam ipsorum communionem & cognationem peruenìat, & computata fuerint hæc, quatenus inter se sunt cognata, conducere ad ea quæ uolumus, & non sine fructu laborare: sin minus, inutiliter. Et ego inquit ita uaticinor, uerum ingens opus dicis ô Socrates.

Proœmia legis

Proœmij inquam, aut cuius dicis? Aut non scimus quòd omnia hæc proœmia sunt ipsius legis, quam discere oportet? Nunquid uidentur tibi præstantes in his esse dialecticis? Non per louem inquit, nisi quidam ualdè pauci in quos ego incidi.

At nunquid uidentur tibi dicebam, quidam qui rationem dare & suscipere nō possunt, unquam cognoscere posse aliquid eorum quæ cognoscenda esse dicimus? Neq; hoc rursus inquit. Nónne dicebam ô Glauco, hæc iam ipsa lex est, quæ differendi artem perficit, & quam intelligentiæ subiectam, uisus facultas imitari poterit, quā ad ipsa iam animalia respicere conari diximus, & ad ipsa astra, & postremum ad solem ipsum? Sic etiā quum quis differre conatur, absq; omnibus sensibus, per rationem ad ipsum quod est unumquodq; progreditur, & non desistit prius, quàm ipsum quod est bonum intelligētia apprehendat: tunc itaq; in ipso eius quod intelligi potest fine consistit, quemadmodum ille qui uisu utitur, tunc in fine est eius quod uideri potest. Omnino ita inquit.

Visus & intelligentiæ progressiones

Dialectica progressio

Quid igitur non dialecticam hanc progressionem uocas? Quidni? At solutio inquam ego à uinculis, & conuersio ab umbris ad simulachra & lucem, & ex subterraneo loco ad Solem ascensus, & illic quidem uisus ad animalia, & plantas, & solis lumen: in uidendi uero debilitate, ad spectra in aquis: hic autem ad spectra diuina, & umbras eorum quę sunt, & non simulachrorum umbras, quæ per aliud eiusmodi lumen, quantum ad Solem iudicare possumus, obumbrantur: Vniuersa hæc tractatio artium quas recensuimus, hanc uim habet ut quod optimum est in anima, ad eius quod optimum est inter ea quæ sunt, inspectionem sursum ducatur: quemadmodum tunc id quod clarissimum est in corpore, ad eius quod lucidissimum est in corporeo & uisui exposito loco, inspectionem ducitur. Ego quidem inquit ita admitto, & quanquàm omnino difficilia esse mihi uideantur, ut admittantur: & alio rursus modo difficilia, ut non admittantur, attamen quum non in præsentia solum audienda sint, sed etiam rursus sæpe repetenda, his ut ita se habeant positis, uelut nūc dictum est, ad ipsam legem progrediamur, & sic eam exponamus, uelut procemium exposuimus. Dic igitur quis sit differendi facultatis modus, & in quas species distincta est, & quæ sint ipsius uiæ. Hæ enim iam ut apparet fuerint, quæ ad ipsum ducunt, quò si quis pervenerit, ut à uia requiem, ita & progressionis finem habebit. Nondum inquam ego ô chare Glauco assequi poteris, alioqui quod ad me attinet, nihil promptitudinis tibi deesset: neq; imaginem amplius eius de quo dicimus uideres, sed ipsum uerum, quod sanè mihi uidetur. An uero uiderim, aut non, hoc non amplius affirmare decet: quòd tamen tale quid sit, affirmandum est: Nunquid?

Lex ipsa differendi facultatis

Dialecticæ facultatis ratio & methodus

Quidni? Nónne etiam quod differendi facultas sola id ostendere poterit ei qui peritus est eorum quæ nunc recensuimus, alij uero nequaquàm hoc possibile est? Et hoc inquit, dignum est ut affirmetur. Hoc itaque inquam, nobis dicentibus nemo contradicet, quòd non alia quædam methodus de quouis, quod sit unumquodque, uia apprehendere in uniuersum conatur: Verū aliæ omnes artes, aut circa hominum opiniones & cupiditates uersantur, aut ad generationes & compositiones, aut etiam ad curam eorum quæ generantur & componuntur conuersæ sunt: Reliquæ uero, quas aliquid eius quod est apprehendere diximus, Geometria uidelicet & hanc sequētes, quomodo circa id quod est somniēt, uidemus, reuera aūt id uidere impossibile ipsis est, quandiu suppositis exemplis utētes, hæc ipsa immota sinunt, ut qui de ipsis rationē reddere nō possint. Cui enim principiū est id quod nō nouit, finis aūt & media ex eo quod nouit cōnexa sunt: qua arte fieri possit, ut talis consensio unquàm scientia fiat? Nulla inquit.

Scientia ut nō fiat

Artes famulæ dialectices

Nónne inquam, dialectica methodus sola hac uia procedit, suppositа exempla tollens ad ipsum principiū ut cōfirmetur: & reuera animæ oculū barbarico quodā cœno obruta ipsa grauiter fert, tum reliquis mentientibus irascitur et succenset: Inuoluntarium uero

rum indigent alio nomine, euidentiore quidem quàm opinionis nomen est, obscuriore uero quàm scientiæ. Cogitationem uero ipsam in superioribus alicubi descripsimus. Est autem ut mihi uidetur, non de nomine controuersia his quibus de tātis rebus, quantæ nobis propositæ sunt, disceptatio est. Non equidem inquit. Placet igitur inquā, ut quemadmodum prius, primam quidem partem, Scientiam uocemus: secundam uero, cogitationem: Tertiam, persuasionem: & quartam, assimilationem: Et hæc quidem ambo simul, opinionem: illa uero ambo simul intelligentiam: & opinionem quidem, circa generationem & ea quæ fiunt: Intelligentiam uero, circa essentiam: Et amplius essentiam, ad generationem: intelligentiam, ad opinionem: scientiam, ad persuasionem: cogitationem, ad assimilationem. At eorum in quibus hæc sunt proportionem, & utrimusque tum quod opinione percipitur, tum quod intelligitur, diuisionem bifariam, sinamus ô Glauco, ut ne nos multitudo sermonum magis obruant quàm in superioribus.

Scientiæ appellatio

Animæ 4. affectionum distinctio

Mihi equidem inquit placet, inquantum alia assequi possim. Num & dialecticum uocas eum qui rationem essentiæ uniuscuiusq; appræhendit: eum uero qui hoc non potest, inquantum nec sibi, nec alij rationem reddere potest, in tantum de hoc intelligenti am habere negabis? Quomodo enim inquit non negarem? Nónne & de bono eodem modo? Nam qui boni ideam ab alijs omnibus detractam ratione distinguere non potest, ita ut uelut in pugna per omnes confutandi modos pergressus, nō secundū opinionē, sed secundū essentiā, redarguere conet, & in omnib. his inoffensa ratione per meet, eū neq; ipsum bonū cognoscere dices, neq; ullum aliud bonū, sed si forte simulachrum aliquod attingit, opinione, non scientia attingere, & dum præsentem uitam insomnijs & somno transmittit, prius quàm hic excitetur, ad orcum descendere ac penitus obdormire. Per louem inquit, ualdè omnia hæc dicam. At uero tuos liberos, quos nunc sermone nutris & erudis, si quando re ipsa nutries, non permittes ipsis opinor, ut maximarum rerum in ciuitate domini sint, & ut ratione non præditi, uelut Phryges Midæ imperent. Non equidem inquit. Legem itaque feres ipsis, ut hanc maximè discipliнam capessant, ex qua peritissimè interrogare ac respondere possint. Feram inquit, te adiutore. Nunquid uidetur tibi inquam, dialectica uelut corona reliquis disciplinis superne imposita esse, & non amplius aliam disciplinam hac superiorem recte imponi, sed habere iam finem ipsas disciplinas. Mihi inquit. Restat itaque inquam ego distributio, quibus has disciplinas trademus, & quomodo. Manifestum est inquit. Meministi igitur prioris principum electionis, quales eligimus. Quidni meminissem? Proinde quod ad alia attinet inquam, illas naturas eligendas esse putabis. Nam & constantissimi & fortissimi eligendi sunt, & quantum fieri potest speciosissimi. Adhæc uero, quærendi sunt non solum generosi & moribus graues, sed etiam qui habeant ea quæ commoda sunt ad huius naturæ institutionem. Quæ nam ista dicis? Acrimoniam ô beate inquam, ad disciplinas ipsos habere oportet, & non difficulter discere. Multò enim magis deterrentur animæ in grauibus disciplinis. quàm in gymnasijs. Familiarior enim est ipsis labor proprius, & qui cum corpore communis non est. Vera inquit dicis. Sed & memor, & integer, & laboris tolerans quærendus est: Aut quo modo putas aliquem, & corporis partes labore defatigare uelle, & tantum studium ac meditationem perficere? Neminem puto inquit, nisi penitus bona natura præditus fuerit. Præsens itaq; error inquam, & ignominia philosophię pro pterea accidit, uelut etiam prius diximus, quòd non pro dignitate ipsam attingunt. Nō enim spurios, sed genuinos ipsam attingere oportebat. Quomodo inquit? Primū quidem dicebam, in laboris tolerantia non claudum esse oportet eum qui philosophiam tractaturus est, ita ut ex dimidio laboris tolerans, ex dimidio laboris exors sit. Hoc autem contingit, quum quis exercitiorum et uenationis studiosus fuerit, et omnes corporis labores tolerarit: discendi uero et audiēdi ac quærendi studium negligit, et in omnibus his laborem refugit. Claudis autem et ille est, qui contrà quàm hic laboris tolerantiam permutat. Verissima inquit dicis. Nónne etiam ad ueritatem inquam, eodem modo mutilatam animam ponemus, quæ uoluntarium quidem mendacium odit, et tū facile admittit, et si in imperitia alicubi deprehendatur, non succenset, sed facile ueluti

Princeps ad discendum qualis esse debeat

Philosophia quibus tractanda sit

Claudus in tolerantia laboris

Anima mutilata quæ sit

sus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus in imperitiæ sordibus se uolutat? Omnino ita inquit. Sed & ad temperantiam inquam ego, & fortitudinem, & magnificentiam, & ad omnes uirtutis partes, & spurium, & genuinum, non minimè obseruare oportet. Quum enim non omnia huiusmodi considerare nouerint, & priuati & respublica, non animaduertunt se & claudis, & spurijs, prout contigerit in his uti, hæc quidem principibus, illi uero amicis. Et ualde inquit ita res se habet. Nobis itaque inquam omnia huiusmodi cauenda sunt. Nam si & corpore & mente integros, ad tantam disciplinam & exercitationem adductos eruditemus, tunc & iustitia nobis non succensebit, & ciuitatem & rempublicam seruabimus: Si uero aliter affectos ad hæc adducemus, contraria omnia faciemus, & philosophiam insuper ampliore risu perfundemus. Turpe equidem hoc fuerit inquit ille. Maximè dicebam, Sed & in præsentia ridiculum quiddam mihi accidisse uidetur. Quod istud inquit? Oblitus eram inquam nos ludere, & magis acri sermone usus est. Quum enim dicerem, simul respexi ad philosophiam, & conspicatus ipsam indignè illusam, indignatus & uelut iratus his qui in causa sunt, seuerius aliquantò dixisse mihi uideor ea quæ dixi. Non per louem inquit, quantum mihi auditori uisum est. At quantum mihi rhetori inquam ego, Verum hoc obliuioni ne tradamus, quòd in priore quidem electione senes eligebamus, in hac uero non expediet. Soloni enim credendum non est, quòd senescens quis multa discere possit: sed hoc minus quàm currere. At iuuenum sunt omnes magni & multi labores. Necesse est inquit. Computatio num itaque & Geometriæ studia, & omnem priorem eruditionem, in qua ante dialecticam institui oportet, dum pueri adhuc sunt proponere ipsis oportet, non uelut necesse sit discere docendi modo instituto. Quidni? Quia nullam disciplinam inquam, cum seruitute liberum hominem discere conuenit. Nam corporis labores qui cum uiolentia peraguntur, nihilo deterius efficiunt corpus. Animæ uero nulla uiolenta disciplina stabilis est. Vera inquit dicis. Ne itaque uiolenter dicebam ô optime, sed ludendo, liberos tuos in disciplinis enutrias, quo etiam magis intueri possis ad quam quisq; à natura aptus est. Non alienum est inquit, à ratione hoc quod dicis. Nónne meministi quòd etiam liberos ad bellum ducendos esse diximus, in equis spectatores, & si quidem securitas sit, propè adducendos, & gustandum esse ipsis sanguinem, uelut catuli solent. Memini inquit. In omnibus itaque his inquam ego, & laboribus, & disciplinis, & timoribus, qui semper maximè industrius apparuerit, is in numerum aliquem eligendus est. In qua ætate inquit? Quando inquam à necessarijs exercitijs dimittuntur. Hoc enim tempus, siue duo, siue tres anni fuerint, aliud quid facere non potest. Lassitudines enim & somni disciplinis inimici sunt: & simul unum etiam hoc est non minimum experimentum, qualis unusquisque in exercitijs apparebit. Quidni inquit? Post hoc autem tempus inquam, ex uiginti annis electi, maiores quàm alij honores ferent, & disciplinæ quæ pueris fusim in pueritia contigerunt, contrahendæ sunt his in summam, ut cognoscant disciplinarum inter se, & eius quod est naturæ, cognationem. Sola itaque dicebat, huiusmodi disciplina constans fuerit, quibuscunque contigerit? Et maxima sanè inquam ego experientia naturæ dialecticæ, aut secus. Quæ enim illas in summa cognoscere potest, dialecticus est: qui non, secus. Assentior inquit ille. Hæc itaque inquam ego, ubi consideraberis, qui maximè tales inter ipsos fuerint, constantes in disciplinis, constantes in bello, & in alijs legitimis, oportebit te hos postquàm trigesimum annum excesserint, ex electis delectos ad maiores honores producere, & differendi facultate examinare ac considerare, quis ex ipsis possit, oculis et reliquo sensu dimisso, ad ipsum quod est cum ueritate progredi. Atque hic sanè multa cautione opus est ô amice. Cur maximè inquit? Non intelligis inquam, quantum nunc malum circa differendi artem oboritur? Quod istud inquit. Iniquitate inquam repleta est. Et ualdè inquit. Mirandum igitur quiddam dicebam, ipsos petpeti putas, et non ignoscis? Quomodo maximè inquit? Velut si qs suppositittius puer inter multas opes, in magna et ampla familia, et inter multos adulatores nutritus sit. Vbi uero uir iam euasit, sentiat se non ex his parentibus natum esse, ueros autem parentes non reperiat: potésne de hoc uaticinari quomodo afficiatur erga adulatores, et erga eos qui ipsum supposuerunt, tum in illo tempore in quo de subditione, non nouit,

Senes minus discere, quàm currere posse

Discendum nõ seruiliter

Sanguis in bello à liberis degustandus

Somnus & lassitudo damnatur

Dialecticæ natura experimentum

Dialectica corrupta

nouit, tum eo quo nouit: Aut uis me uaticinantem audire? Volo inquit. Vaticinor itaque dicebam, ipsum in eo tempore quo ueritatem non nouit, honorare patrem et matrem & alios quos cognatos putat, magis quàm adulatos: minus item contemnere illos si qua re indigeant: & minus iniquum quoddam in ipsos facere, aut dicere: minus etiam illis in obedientẽ esse in magnis rebus, quàm adulatoribus. Verisimile est inquit. Vbi uero senserit id quod est, rursus uaticinor ipsum circa illos quidem & honorem, & studium remittere: circa adulatores uero augere, & ipsis insigniter magis quàm antea obedire, & iam secundum ipsorum uoluntatem uiuere, & non occultè cum ipsis conuersari: patrem autem illum, & alios qui se pro cognatis gesserunt, nisi ualdè moderatus natura fuerit, nihil curare. Omnia inquit dicis prout fieri possint. Verum quomodo adaptauimus ad quos sermones hæc imago pertinet? Hoc modo. Súntne nobis dogmata à pueris, de iustis & pulchris, in quibus enutriti sumus uelut à parentibus, ut ipsis obediamus ipsaq; honoremus? Sunt equidem. Nónne sunt & alia contraria his studia uoluptates afferentia, quæ animæ nostræ adulantur, & ad seipsa trahunt, non autem persuadent uel paulò moderatioribus, sed illa patria colunt, & illis obediunt? Est ita. Quid igitur inquam ego, si ad ita affectum delata quæstio interrogaret quid sit pulchrum, & illum ubi quæ ex legislatore audiuit respondisset, ratio quæstionis redargueret, & sæpe ac multis modis redarguens ad opinionem deduceret, quòd hoc nihilo magis pulchrum quàm turpe sit, & de iusto eodem modo, & de bono, & his quæ maxime in honore habuit: quid postea putas ipsum facturum esse erga illa, quod ad honorem & obedientiam attinet? Necesse est inquit, neque honorare amplius similiter, neque ipsis obedire. Quum igitur inquam, neque hæc honoranda & cognata duxerit, uelut antea, & uera non inuenerit, est ne alia uita quàm adulatoria, ad quam meritò accedet? Non est inquit. Iniquum itaque ex iusto factum se esse putabit opinor. Necesse est. Nónne uerisimilis est inquam affectio eorum qui ita sermonum & disserendi studium attingunt, & uelut paulò antea dicebam, multa uenia dignum? Et commiseratione inquit. Nónne ut ne contingat hæc commiseratio, circa trigesimum annum cum cautione omni modo differendi studium tibi attingendum est? Et ualdè inquit. Nunquid una quidem hæc magna est cautio, ut ne dum iuuenes sunt illud gustent? Opinor enim te non oblitum esse, quòd adolescentes ubi primum differendi artẽ gustarunt, uelut ludo ipsa utuntur, semper ad contradicendum utentes, & redarguentes imitantes, ipsi alios cum uoluptate redarguunt, ita ut uelut catuli proximos semper disputando trahant ac uellicent. Mirum in modum inquit. Nónne quum & multos ipsi redarguerint, & à multis confutati fuerint uehementer & breui eò deueniunt, ut nihil ex his quæ prius putarunt ratum habeant: & ex his sanè tum ipsi, tum tota philosophia, calumniam apud alios incurrunt. Verissima inquit dicis. At senex inquam ego, à tali quidem insania libenter abstinebit, eum uero qui differere uelit, & ueritatem considerare, magis imitabitur, quàm eum qui lusus gratia ludit & contradicit: & ipse moderarior erit, & studium ex infami honoratius reddet. Rectè inquit. Nónne & quæ ante hoc dicta sunt, omnia ob cautionem dicta sunt, nimirum naturas moderatas & constantes esse oportere, quibus quis differendi artem traditurus sit: & non uelut nunc quisque prout contingit, & nulla parte idoneus ad ipsam accedit? Maximè inquit. Sufficit itaque in differendi artis studio perseuerare perpetuò & contentè, ut nihil aliud quis faciat, sed uicissim similiter corporis gymnasijs exerceatur, duplicato amorum superiorum numero. Sex inquit, aut quatuor dicis? Imò dicebam, quinque ponito. Nam post hoc tempus rursus ad speluncam illam ducendi sunt, & cogendi ut & militares, & alios iuuenum principatus gerant, quo neq; experientia alijs inferiores sint: Sed & in his examinandi sunt, an dum quoquo uersus trahuntur perseuerabunt, aut aliquo modo mutabunt. Quantum uero inquit ille, hoc tempus ponis? Quindecim inquam annorum. Postquam uero ad quinquagesimum annum peruenerunt hi qui seruati sunt, et per omnia ubiq; tũ in operibus, tũ in scientijs, rem optimè gesserũt, ad finẽ iã perducẽdi sunt, et cogendi ut reclinato animæ radio, adipsum quod omnibus lucẽ exhibet respiciãt, et ubi ipsum bonũ cõspexerint, illo exẽplo utãtur, et ciuitatẽ, et p priuatos, et seipsos singulos ex parte, p reliquam uitã ornẽt, ita ut p multã eius partẽ in philo-

Suppositiij affectiones

Suppositionis imaginis adaptatio

Cautiones circa dialecticam tradendam

Principatuum militarium tẽpus

50. annus ad bonum considerandũ idoneus

Trigesimus annus dialecticæ idoneus

Catulis similes dialectici iuuenes

Universidad de Deusto
Biblioteca

philosophia conuersentur, ubi uero reipublicæ negocia expetunt, in his administrandis se fatigent, & singuli principes sint ciuitatis gratia, non uelut qui pulchrũ quiddam, sed uelut qui id quod necessariũ est faciant: & postquam sic alios semper erudiuerint, tandem talibus ciuitatis custodibus pro se relictis, ad beatorum insulas abeant, isticq; habitent. Monumenta uero ac sacrificia ipsis ciuitas publicè faciat, si etiam Pythia responso suo consenserit, uelut dæmonibus: sin minus, uelut felicibus & diuinis. Pulcherrimos inquit, principes ô Socrates, uelut statuarius quispiam elaborasti. Et fœminas item inquam, principatum gerentes ô Glauco. Nihil enim ex his quæ dixi, me de uiris magis quàm de fœminis dixisse putes, illis uidelicet quæ præstantibus naturis præditæ sunt. Rectè inquit, si quidem in omnibus æqualiter cum uiris communionem habebunt, uelut exposuimus. Quid igitur dixi, concedis nos de ciuitate & de republica, non omnino optiones dixisse, sed difficilia quidem, possibilia tamen aliquatenus, & non aliter dicta esse, quum reuera philosophi siue plures, siue unus, principes in ciuitate constituti, præsentes quidem honores contempserint, illiberales illos esse, & nulla re dignos ducentes: rectum autem plurimi facientes, & eos qui ex hoc contingunt honores: maximum uero & maximè necessarium iustum, & huic sanè inseruientes, & ipsum augentes, ciuitatem suam conseruarint. Quomodo inquit? Quicunque inquam ego, mora excesserint decem annos in ciuitate, eos omnes ablegabunt in agros: filios autem ipsorum assumptos extra præsentes mores, quos etiam domi nati habent, educabunt in suis ipsorum moribus ac legibus, quales tunc recensuimus. Atque sic & celerrimè & facilimè, tum ciuitas, tum respublica, quam diximus constituta, & ipsa felix erit, & gens ea in qua illa fuerit, multam ex ipsa utilitatem capiet. Maximè inquit, & quomodo constitui possit ciuitas, si unquam constitui potest, uideris mihi ô Socrates probe inuenisse. Non'ne abunde iam inquam ego, nobis dictum est & de ciuitate hac, & de simili huic uiro. Nam & hic manifestus est, qualem ipsum esse oportere dicemus. Manifestus equidem inquit, & quod sanè in disputationem proposuisti, finem habere mihi uidetur.

Insulæ beatorũ

Fœminæ æquè ut uiri principes

Ciuitas absoluta & felix

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENtini in Dialogum octauum, de Iusto.

SOCRATES perfectam reipublicæ formam septem iam Dialogis absoluit, septenario Palladis numero consecratam. Eamq; tum regiam, tum optimatum appellat gubernationem. Optimatum quidem, quoniam in ea plures uirtute præclari publicis funguntur muneribus, Senatumq; constituunt. Regiam uero, quoniam & una omnium ad publicum bonũ est uoluntas, una mens quasi regina, & si quis inter eos probitate est singularis, singulariter honoratur. Neq; tamen huic tantum tribuitur, ut absq; Senatu, id est, probatorum omnium numero posit publica permutare. Reliquum erat post optimam & beatam reipublicæ formam in medium inferiores adducere. Has autem numerat quatuor. Primam quidem esse uult eam, in quam optima mox degenerat, quam nominat ambitiosam. Secundam uero potentiam paucorum ex ambitiosa nascentem. Tertiam popularem ab hac procedentem. Quartam postremo tyrannidẽ ex populari præcipue pullulantem. Quoniam uero rerum publicarum formæ à formis proueniunt animorum, quinq; deinceps animorum affectus & habitus, totidemq; ciuitatum & similes esse similiter nominatos mira quadam arte describit. Sumatimq; regium animum optimum esse concludit atque beatissimum, & similem similiter ciuitatem. Tyrannicũ uero pessimum atq; miserrimum. Ciuitates quoq; à tyrannis oppressas, pessimas similiter atq; miserrimas. Medios autem animos gubernationesq; medias modo quodam medio se habere concludit. Ex omnibus his apparet quàm perniciosa tam in ciuitate quàm in animo sit iniustitia, & utrobiq; iustitia quàm salutaris. Vbiq; autẽ permutationes tam animorum quàm ciuitatum ex alijs formis in alias mirabili Platoneq; digna demonstrat, & explicat diligentia. Præcipue uero mutationẽ beatæ reipublicæ, & ut ita dixerim, aureæ in ambitiosam siue argenteam, siue ferream, ab altiori ducit exordio, finguq; Musas id tanquam oraculum effundentes, siue potius confundentes. Profectò si beata respublica proprio defectu in deteriorẽ labi non potest, & tamen quandoq; labitur, communi quodam defectu & causa labitur. Qua quidem in re Aristotelicat uitare licet calumnias. Neq; enim debuit Aristoteles in quinto Politicorum à Platone suo, immo nusquã suo, propriam beatæ reipublicæ permutandæ exigere causam, quam nulla sit propria, sed communi debuit esse contentus. Quemadmodum enim homo & ualidissimus & temperatissimus, sic & eiusmodi ciuitas non tam propria quàm communi causa morbi laborat, id est, fatali quodam ordine, ita per cœlestes circuitus qui intra lunam sunt, perpetuo se reuoluente, ut quæ certis sphærarum configurationibus temporumq; curriculis composita sunt, quandoq; dissoluantur aduersis. Quoniam uero eiusmodi causæ assignatio præsentis ciuilisq; facultatis terminos procul excedit, ideo Socrates uaticinio musarũ utitur, & profecto ita utitur, ut & nobis ad hæc interpretanda opus sit Apollinis uaticinio. Nec immerito Tullius ubi rem esse obscurissimam breuiter uult exprimere, id inquit numero Platonis obscurius. Neq; miror Theonem Smyrnæum mathematicæ in primis Platonicæ professorem eiusmodi mysterium tãquam inexplicabile astute prætermisisse. Quod quidem Iamblichus Chalcideus dum explicare uoluit, implicuisse uidetur. Quid uero si in eiusmodi uerbis plus difficultatis sit quàm ponderis? Quippe quum & ipse fingat Musas tragica quadam tumiditate nugantes perterrentesq; animum pueri lem atq; simplicem, stuporemq; adducentes. Deniq; qualecunq; id sit opportunius ex commentarijs in Timæum expositionem nostram accipies. Cæterũ moralia hæc præcepta considera. Impossibile est diuitias honorari in ciuitate simul atq; uirtutem. Item tradere diuitioribus reipublicæ gubernacula perinde est ac si nauis non peritiori in nauigando, sed locupletiori gubernanda tradatur. Nempe & hæc & illa periclitabitur. Rursus custos contra omnia uitia tutissimus est scientia. Præterea contrarij unius summum, alterius est principiũ, itaq; extrema libertatis licentia, extremæ seruitutis est principium. Sicut in qualibet qualitate, rerumq; & temporum excessus omnis uerti protinus in contrarium consueuit. Idem in epistolis ait, moderatam probans ante omnia libertatem.

PLATONIS DE REPVBLICA, SIVE DE IVSTO. DIALOGVS VIII.

SIT ita, consensimus quidem ô Glauco in exactè instituta ciuitate, cõmunes esse oportere uxores, communes item liberos, & omnem institutionem: Similiter autem & studia cõmunia, tum in bello, tum in pace. Reges uero ipsorum esse oportere eos qui & in philosophia, & ad bellum præstantissimi essent. Consensimus inquit. Sed & de his consensimus, quòd quum constituti fuerint principes ut milites in expeditionem educant, habitabunt in habitationibus quales diximus: quæ nihil cuiquam propriũ habeant, sed cõmunes omnibus sint. Ad tales uero habitationes, etiam de possessionibus, si meministi, consensimus, quales ipsis esse debeant. At memini inquit, nos putasse neminem quicquam oportere possidere, quemadmodũ nunc alij solent: sed ut uelut athletæ belli & custodes, mercedem custodiq; annuam, alimentũ uidelicet ab alijs accipiant, atq; ita & ipsorũ & reliquæ ciuitatis curam gerant. Rectè inquit dicis. Et postquã hoc absoluimus, in memoriam reuocemus unde huc delati sumus, quo rursus uia eadem progrediamur. Non difficile est inquit. Fermè enim uelut nunc recẽsuisti, de ciuitate uerba faciebas, q; bonam censeres talem ciuitatẽ, qualem exposueras, itemq; uirum illi similem: & hoc ut apparebat, quum posses & ciuitatem, & uirum meliorem referre. Attamen alias erroneas dicebas, si hæc recta essent. Reliquarum uerò rerumpublicarum uelut recordor, quatuor species esse dixisti, de quibus etiam dicere, & errores ipsarum uidere operæprecium esset, itemq; uiris qui illis similes essent, quo omnes ipsos conspicati, & optimum & pessimum uirum confessi, consideraremus an optimus sit felicissimus, & pessimus miserrimus: aut aliter res se habeat. Et quũ ego interrogarem, quas'nam has quatuor respublicas dicis, in hoc Polemarchus & Adimantus sermonem exceperunt, atq; sic tu assumpta disputatione huc peruenisti. Rectissimè dicebam meministi. Rursus itaq; inquit, uelut luctator eandem aggressionẽ exhibe, & me idem interrogante, ea quæ tũc dicere uolebas, referre conare. Si quidem potero. Equidem cupio inquit audire, quas quatuor illas respublicas dicebas. Nõ difficulter inquam ego audies. Sunt enim de quibus dico, quæ etiam nomina habent. Prima quæ à multis laudatur Cretica & Laconica hæc. Secunda & secundam laudem ferens, quæ paucorũ principatus appellatur, multis malis referta: & quæ ab hac diuersa est & deinceps fit populare dominium: & ad has generosa ac ab omnibus his diuersa Tyrannis, quartus & extremus ciuitatis morbus: Aut aliam quandam habes reipub. ideam, quæ in aliqua conspicua specie consistat? Nam potentatus & regna uenalia, & huiusmodi quædam respublicæ, mediũ inter has obtinent. Inuenerit aũt ipsas non pauciores circa barbaros quàm Græcos. Multæ sanè inquit, & absurdæ dicuntur. Nosti igitur inquam, etiam hominum tot species quodammodo esse oportere, quot sunt rerũpublicarum? Aut putas ex quercu alicũde, aut ex petra respublicas fieri, & non ex moribus eorũ qui sunt in ciuitatibus, qui uelut fluidi reliqua attrahere possunt? Neq; quaquam inquit aliunde quàm hinc. Non'ne si rerum publicarũ species quinq; sunt, etiam

Epilogus dictorum

Quatuor præcipuæ reipub. species

Respublicæ tales quales sunt homines

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam priuatorum hominum animæ mores quintuplices fuerint? Quidni? Eum itaq; qui optimatū imperio similis est, iam recensuimus, quem bonū & iustum esse recte dximus. Recensuimus. Nunquid postea recensendi sunt deteriores, & cōtentiosus ac ambitiosus iuxta Laconicam rempublicam cōstitutus: & paucorum principatus cupidus: & popularis dominij studiosus: & tyrannicus? quo iniustissimum conspicati iustissimo opponamus, & perfecta nobis sit consideratio, quomodo tandem mera ca iustitia, ad meracā iniustitiam se habeat, quod ad felicitatem & miseriam attinet eius qui illas habet: quo aut Thrasymacho parentes, iniustitiam persequamur, aut nunc habito sermoni credentes iustitiam colamus. Maximè sanè ita faciendum est inquit.

Ambitiosæ reipub. & uiri, & aliarū similiter consideratio

Nūquid quemadmodū incœpimus mores prius considerare in rebus publicis, quàm in priuatis hominibus, tanquam illic sint euidentiores. Ita etiam nūc, primū quidem considerandа est ambitiosa respublica. Nomen enim aliud nō habeo quod dicatur, sed aut ambitionis principatus, aut ambitionis dominiū uocanda est. Ad hanc uero, talem uirum cōsiderabimus. Postea paucorum principatū, & uirum paucorum principatus cupidum. Rursus autem ubi ad populare dominium respeximus, popularis dominij studiosum uirum uidebimus. Quarto uero loco ad tyranníde pressam ciuitatem progressi eamq; conspicati, ad tyrannicam animam respicientes, conabimur ut præstantes iudices fiamus eorum quæ proposuimus. Iuxta rationem equidem inquit, sic contigerit & inspectio, & iudicium. Age itaq; inquam, conemur dicere quomodo ambitiosa respublica ex optimatum imperio fiat: Aut hoc quidem simplex est, & ita se habet, quòd omnis respublica mutatur ex ipso quod principatū gerit, quum in hoc ipso seditio orta fuerit: Vbi uero consenserit, etiamsi ualdè exiguum fuerit, fieri non potest ut mutetur?

Reip. mutatio unde contingat

Est ita. Quomodo igitur dicebam ô Glauco, ciuitas nobis mouebitur, & quomodo seditionē agent auxiliarij & principes inter se, & aduersus seipsos? Aut uis ut quemadmodus Homerus, Musas inuocemus, ut dicant nobis quomodo primum seditio incidit: & ut dicamus ad ipsas, ut tragicè uelut ad pueros, ludentes ipsæ & nugantes, & tamen uelut seriò dicentes, & ex alto sermonem ducentes, nobis exponant? Quomodo? In hunc modum. Difficile quidem est moueri ciuitatem ita constitutam. Verum quando quidem quicquid sit etiam corrūpitur, neq; talis constitutio per omne tempus manebit, sed soluetur. Solutio autem hæc est. Non solum stirpibus è terra nascentibus, sed etiam animalibus terrenis, fertilitas & sterilitas, tum animæ, tum corporū contingit, quum cōuersiones uniuscuiusq; circulorum circumuolutionis coinciderint, his quidem qui breuis uitæ sunt, breuis ambitus: contrarijs autem, cōtrarij. At hi quos principes ciuitatū instituistis, etiamsi sapientes sint, nihilo tamen magis ratiocinatione cum sensu assequentur uestri generis fœcunditatem & sterilitatem, sed præteribunt ipsos, & generabunt liberos aliquando, quum minime conueniebat. Est autem diuino quidem generi circuitus, quem numerus perfectus comprehendit: humano uero is, in quo primo, augmenta sunt, quæ & possunt, & potentiæ subiacent in tres restitutiones: quatuor autem terminis siue modis assumptis, & eorum quæ assimilant, & eorum quæ dissimilia faciunt, & augentium, & corrumpentium, efficiunt ut omnia mutuam inter se appellationem & dispositionem habeant: quorum sesquitertia propago quinario coniuncta, duas harmonias exhibet ter aucta, alteram quidem æqualem æqualiter, centum toties: alteram uero æqualis quidem longitudines, non ex altera tamē parte longam, centum quidem numerorum, ita ut à diametris dictorum quinariorum singulis, unum desit: ab his autem qui dici non possunt, duo: à centum uero cubis, ternarius. Vniuersus autem hic numerus geometricus uim habet ad meliores & deteriores generatiōes: Quas si ignorauerint uestri custodes, & sponsas sponsis non oportuno tempore collocauerint, non ingenioſi, neq; fortunati liberi gignentur. Ex quibus etiamsi optimos constituent principes, priores illi, attamen quum sint indigni, ad patrum potentiam progressi, incipient primum uos negligere, & custodes constituti uiliora quàm decet Mulices studia ducent, deinde etiam gymnastices, unde uestri iuuenes à Musis fient alieniores. Ex his etiam constituentur principes non admodum ad custodiam idonei, & ad examinandum ea quæ & apud Hesiodum, & apud uos sunt genera, aureū, & argenteum, & æneum, & ferreum. At ubi ferrum ammixtum fuerit argento, & æs auro, dissimilitudo

do oborietur, & inæqualitas inconcinna: quæ dum fiunt, ubicunq; facta fuerint, semper pariūt bellum & inimicitiam: & ex hac progenie etiam seditionem esse asserere oportet, ubicunq; tandem semper orta fuerit. Et rectè ipsas respondisse dicemus inquit. Necesse est equidem inquam ego, quum Musæ sint. Quid igitur inquit ille, post hoc Musæ dicunt? Seditione inquam oborta, utraq; genera & ferreum, & æneum, ad quæstum faciendum, & ad agros, & domum, aurumq; ac argentum acquirendum trahunt: At aureum rursus & argenteum, quum paupertate non premantur, sed natura sint opulenta, ad uirtutem & pristinum statum animas ducunt. Dum autem uiolenter agunt & inter se depugnant, tandem in medium consentiunt, & agros quidem ac domos in priuatam possessionem distribuunt, eos uero qui prius custodiebantur ab ipsis uelut liberi, amiciq; ac alumni, tunc in seruitutem redactos uelut uicinos & famulos habent, ut belli & custodiæ ipsorum curam gerant. Videtur mihi inquit hæc mutatio inde oriri. Non'ne inquam ego, hæc respub. in medio fuerit optimatum, & paucorum imperij? Maximè. Mutabitur itaq; sic. Mutata uero quomodo habitabit? Aut manifestum est quòd partim priorem rempublicam imitabitur, partim paucorum principatum, ut quæ in medio consistit, partim uero etiam quid proprium habebit?

Seditiōis origo

Ita inquit. Nō'ne eo quòd honorat principes: & quòd in bello propugnatores in ipsa, ab agricultura, & manuum opificijs, & reliquo quæstu abstinent: & quòd comessationes parat, & gymnastices ac bellicorum certaminum curam gerit, omnibus huius modi priorem imitabitur? Etiam. At quòd formidat sapientes ad principatus euehere, ut quæ non simplices & attentos huiusmodi uiros, sed mixtos habet: & quòd ad animosos & simpliciores declinat, qui ad bellum magis quàm ad pacem à natura idonei sunt: & quòd circa hæc dolos & fraudes in honore habet, & perpetuò bellum gerit, pleraq; huiusmodi ipsa sibijpsi propria habebit? Etiam. Cupidi uero inquā ego, pecuniarum tales erunt, quemadmodum hi qui sunt in paucorum principatu: & præ tenebris aurum & argentum maligné honorabunt, ut qui æraria ac domesticos thesauros habent, quo reposita illa occultent: & rursus ambitus & cancellos circū domos, uerè nidos proprios, in quibus in mulieres, & alios quos uolunt, magnos sumptus faciunt. Verissima inquit dicis. Non'ne etiam parci in expendendis pecunijs erunt, ut qui illas honorent, & non apertè possideant: & aliena cupidè consument, & uoluptatibus occultè fruentur, legem uelut pueri patrem fugientes, nō à persuasione, sed à uiolentia eruditi, eo quòd ueram Musam cum dicendi facultate & philosophia coniunctam neglexerunt, & gymnasticen solemnius quàm Musicam honorarunt? Penitus mixtam inquit, rempublicam dicis, ex bono & malo. Permixta equidem est inquam ego. Verum unum quiddam lucidissimum est in ipsa, ab animi impetu concitati imperio, contentiones & ambitiones. Valdè inquit ille. Non'ne inquam, hæc respublica ita constituta & talis fuerit, quantū sermone quis reipublicæ formam describere possit, ut nō ita exactè elaboret, eo q; satis sit, ut quis uel ex delineatione & iustissimum, & iniustissimū intueatur, & immensæ longitudinis opus sit, ut quis omnes respublicas, & omnes mores exequatur, ita ut nihil relinquat. Et rectè inquit. Quis igitur est uir secundum hanc rempublicam, & quomodo fit, & qualis nam est? Arbitror equidem inquit Adimantus, ipsum propè ad Glauconem hunc accedere, quod ad contentionem attinet. Fortassis inquam in hoc accedit: Verum in his mihi uidetur non secundum hunc natura præditus esse. In quibus? Et contumaciorem inquam, & aliquantò à Musis alieniorem ipsum esse oportet: Musarum tamen amantem, & audiendi cupidum quidem, nequaquā uero dicendi peritum: & ferus quidē aliquibus modestus fuerit talis, non tamen ut contemnat seruos, quemadmodum is qui multum eruditus est: erga liberos autem mansuetus. Principibus idem ualdè obediet, sed principatus studiosus & ambitiosus erit: & non à dicendi facultate, neq; ab ullo huiusmodi, ad principatum contendet, sed ab operibus ciuilibus ac militaribus, ut qui gymnasiorum & uenationis sit studiosus. Sunt sanè inquit, hi reipublicæ illius mores. Non'ne & pecunias inquam, talis dum iuuenis est contemnet: quantò uero senior fit, tantò magis semper amplectetur, eo quòd particeps sit naturæ pecunias amantis, & non sincerus

Ambitiosus uir qualis

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus sit ad uirtutem, quoniam inferior est optimo custode. Qua in re inquit Adimantus? Ratione inquam, Musica temperata, quæ sola ubi adest, seruatrix uirtutis per uitam inhabitat in eo qui illam habet. Pulchrè inquit dicis. Et est quidem inquam, talis ambitiosus iuuenis, tali ciuitati similis. Maximè. Fit autem dicebam, hic hoc quodam modo aliquando qui iuuenis est filius boni patris, habitãtis in ciuitate quę nõ bene gubernatur, & fugiẽtis honores, & principatus, & iudicia, & omne eiusmodi negociorum studium, & libenter se deprimentis, ut à negocijs sit alienus. Quomodo itaque inquit fit? Quum inquam, primum quidem audit matrem ægrè ferentem, quòd non ex principibus ipsius maritus sit, & propterea inter alias mulieres contemnatur. Deinde animaduertit ipsam uidere maritum non ualdè pecuniarum studiosum, neque pugnantem & cõuitiantem, tum priuatim, tum publicè in iudicijs, sed negligenter omnia huiusmodi ferre, & ad seipsum semper attentum esse, seipsam uero neq; admodum honorare, neque ignominia afficere: & ex omnibus his audit illam indignantem ac dicentem, quòd pater ipsius sit ignauus, & ualdè remissus, & alia quæ & qualia mulieres de talibus occinere solent. Et ualdè inquit Adimantus multa, & sibijpsis similia. Nosti igitur inquam, quòd etiam famuli talium, qui maximè beneuoli esse uidentur, aliquando clàm huiusmodi ad filios dicunt? & si uideant aliquem qui aut pecunias debeat, aut aliam aliquam iniuriam faciat, cui pater iudicium non dictet, iubent ut ubi uir factus fuerit, omnes tales ulciscatur, & magis uir sit quàm pater. Sed & in publicum progressus quum talia audit & uidet, ut qui quidem suas res agunt in ciuitate, & stolidi appellentur, & ipsorum nulla ratio habeatur: qui uero non suas, & honorentur, & laudentur: tunc sanè iuuenis, qui omnia huiusmodi & audit, & uidet, & rursus patris sermones audit, & studia ipsius uidet, ab his magis quàm ab aliorum studijs è uicino trahitur: dum itaque ab ambobus his trahitur, patre quidem ipsius rationalem animæ eius partem rigante & augente: alijs uero concupiscentem, & animi impetum: eo quòd non mali uiri natura sit, sed tamen aliorum malis conuersationibus usus fuit, ad medium deuenit, & eum qui in ipso est principatum, medio & contentioso & animi impetui tradit, & elati animi ac ambitiosus uir euadit. Egregiè admodum uideris mihi inquit, quomodo hic fiat expositisse. Habemus ergo inquam, & secundam rempublicam, & secundum uirum. Habemus inquit. Non'ne post hoc dicemus, ut Æschylus ait,

Alium uirum, rempublicam dehinc mox aliam.

Aut quemadmodum proposuimus potius, prius rempublicam? Maximè inquit.

Fuerit autem ut opinor paucorum principatus, qui post talem rempublicam sequitur. Qualem uero statum inquit ille, uocas paucorum principatum? Eam in- *Tertia respub. paucorum principatus*
quam, rempublicam quæ à censibus constituitur, in qua diuites imperant, pauperes principatu non participant. Intelligo inquit ille. Non'ne ut mutatur ex ambitiosa republica in paucorum principatum, primum dicendum est? Etiam. Et sanè inquam, uel cœco manifestum est quomodo mutatur. Quomodo? Ærarium inquam illud quod unicuique auro plenum est, talem rempublicam perdit. Primum enim sumptus sibijpsis exquirunt, & ad hoc leges contrahunt, quibus nec ipsi nec uxores ipsorum obediunt. Verisimile est inquit. Deinde dum alius ad alium respicit, & æmulatur, multitudo ipsorum talis efficitur. Consentaneum est. Hinc itaq; dicebam, ultrà progressi ad quæstum faciendum, quantò hoc honoratius, tantò uirtutem magis ignominiosam ducunt: Aut non ita uirtus à diuitijs in diuersas partes abit, uelut si in libræ trutina utrisq; positis, semper in cõtrarium repant? Et ualdè inquit. Dum itaq; diuitiæ & diuites honorantur, & uirtus & boni contemnuntur. Manifestum est. Quod itaque semper in honore est, id exercetur: quod uero ignominiosum ducitur, negligitur. Ita est. Proinde ex contentiosis & ambitiosis uiris, lucri studiosi, & pecuniarum amantes tandem fiunt: & diuitem quidem laudant & admirantur, & ad principatus euehunt: pauperem autem ignominia afficiunt. Maximè. Non'ne tunc leges ferunt, reipublicæ principatus paucorum modo constituto pecuniarum multitudine, ita ut ubi plures sunt pecuniæ, maior sit principatus: ubi pauciores

res, minor: præfinito hoc termino, ut nemo ad principatũ perueniat, cuius bona non ad statutũ censum se extendant. Hæc uero aut ui cũ armis coniuncta transigunt, aut etiam ante hoc, metu perterritis huiusmodi rempublicam cõstituunt: Aut non ita? Ita profectò. Et status quidem ut ita dicam hic est. Etiam inquit, At quis est reipublicæ modus, & quæ peccata, quæ ipsam habere diximus? Primum quidem dixi, hic ipse terminus eius qualis sit uide. Si enim quis ita à censibus gubernatores faciat nauium, paueri uero etiamsi gubernandi artis magis peritus sit, clauum non permittat, Malam inquit nauigationem illos nauigare faciet. Non'ne etiam ita de alio quocũque, aut quouis principatu? Opinor sanè. Excepta ciuitate inquam, aut etiam de ciuitate? Longè maximè inquit, prout difficillimus ac maximus est principatus.

Vnum itaque hoc tantum peccatum paucorum principatus habet. Apparet. *Peccata in paucorũ principatu*
Quid uero hoc, num illo minus est? Quod istud? Quòd non unam, sed duas, necesse est esse talem ciuitatem, alteram pauperum, alteram diuitum: & quòd qui in eodem habitant, semper mutuò insidias struant. Nihilo per Iouem inquit minus est. At uero neq; hoc pulchrum est, quòd ad bellum gerendum impotentes sunt, eo quòd coguntur, aut si utantur multitudine armata, ipsam magis formidare quàm hostes: aut si non utantur, reuera paucorum principes in ipsa pugna uideri: & simul pecunias cõferre nolent, ut qui pecunias ament. Non sanè pulchrum est. Quid uero id quod dudum reprehẽdimus, quòd multis negocijs ijdem in tali republica se implicant, dum & agriculturam exercent, & lucro studeant, & bella gerunt: Aut uidetur tibi hoc rectè fieri? Nullo modo. Vide uero an'ne omnium malorum maximum, hæc prima admittat. Quod istud? Quòd licet cuiuis omnia sua uendere, & alij quæ illius fuerunt possidere, & illum qui uendidit in ciuitate habitare, ut nulla ciuitatis pars sit, neq; lucri studiosus, neq; opifex, neque eques, neq; miles armatus, sed pauper & egenus uocatus. Prima inquit. Nequaquam enim prohibetur hoc in ciuitatibus pau- *Sua consumentes, ut nulla ciuitatis pars sint*
corum principatui subditis: alioqui enim non alij immodicè diuites essent, alij penitus pauperes. Rectè. Vide uero hoc, Num si talis quando dives esset sua consumpsit, tunc magis utilis fuerit ciuitati, ad ea quæ nunc dicebamus: Aut uidebatur quidem ex principibus esse, reuera autem neq; princeps, neq; minister erat ipsius ciuitatis, sed eorum quæ parata essent consumptor? Ita inquit uidebatur, Erat autem nihil aliud quàm consumptor. Vis igitur inquam, ut dicamus uelut in fauo fucus est examinis apum morbus, sic etiam talem in domo fucum esse morbum ciuitatis? Maximè inquit ô Socrates. Non'ne ô Adimante alatos quidem fucos omnes deus sine aculeo fecit, pedestres autẽ hos, partim sine aculeo, partim horrendis aculeis præditos: & qui quidem aculeo carent, inopes ad senectutem deueniunt: qui uero aculeati sunt, omnes malefici appellantur. Verissima inquit dicis. Manifestum ergo est inquam, quòd ubi inopes uideris in ciuitate, in hoc loco sunt occultati & fures, & crumenisecæ, & sacrilegi, & omnium huiusmodi malorum autores. Manifestum est inquit. Quid igitur in ciuitatibus paucorum principatui subditis inopes esse non uides? Ferè inquit, omnes exceptis principibus. Non igitur putamus inquam, etiam maleficos multos in ipsis esse aculeis præditos, quos diligentia uiolenter cohibẽt principatus? Putamus equidem inquit. Non'ne propter neglectam institutionem, & malam educationem, ac reipublicæ prauum statum, tales isthic fieri dicemus? Dicemus. At certè huiusmodi est ciuitas paucorum principatus, & tot mala habet. Fortassis autẽ etiam plura. Fermè ita inquit. Sit itaq; iam nobis absoluta hæc respublica, quam paucorum principatum uocant, & ex censu principes habet. At uirum huic similem postea consideremus quomodo fit, & qualis sit. Maximè inquit. Nunquid hoc modo maximè ex ambitioso in paucorum principatus cupidum mutatur? Quomodo? Quum is qui ambitiosi filius est, primum quidem imitatur patrem, & illius uestigia persequitur, deinde uero uiderit ipsum derepente ad ciuitatem uelut ad obicem impegisse, & tum sua, tum seipsum effudisse, ubi aut exercitus dux fuit, aut alium magnum principatum gessit: postea in iudicium illapsum lædi à calumniatoribus, aut morte, aut exilio multatum, aut ignominia affectũ, omni bonorum possessione amissa. Verisi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mile est inquit. Hæc autē ô amice conspicatus & passus, & amissis bonis, ex formidine ut opinor, statim & ambitionem, & illum animi impetum, de throno qui in anima ipsius est præcipitat: & humilis factus à paupertate, ad quæstum faciendū se conuertit, & auidè ac paulatim parcens, & pecunias colens colligit. An non putas talem tunc in thronum illum cupiditatis & pecuniarum studij cōsidere, & magnum regem in seipso facere, ita ut tiaras imponat, & torque se ornet, & acinace cingat? Ego sanè inquit. At rationali parte, & animi impetu, hinc atq; illinc humi collocatis sub cupiditate, & in seruitutē redactis, alterā quidem nihil aliud computare aut cōsiderare sinit, q̄ unde ex paucioribus pecunijs plures fiant: alterū uero nihil aliud admirari & honorare permittit, quàm diuitias & diuites, & in nulla alia re ambitiosum est, quàm in acquirendis pecunijs, & si quid aliud ad hoc cōferat. Non est alia inquit, mutatio ita uelox & fortis, ex iuuene ambitioso in pecuniarum studiosum. Nunquid hic paucorum principatus cupidus est? Mutatio certè ipsius est ex uiro simili illius reipub. ex qua paucorum principatus mutatus est. Consideremus itaq; an similis sit. Consideremus. Non ne primum quidem eo quòd pecunias plurimi facit, similis fuerit? Quidni? Sed & quòd parcus est, & quæstui deditus, & necessarias solum cupiditates explet, reliquos autem sumptus non admittit, sed alias cupiditates uelut uanas cohibet. Maximè. Sordidus item quum sit inquam, & qui ex omni re quæstum faciat, & Thesauros congat, quos sanè etiam uulgus laudat: an non hic talis reipublicæ similis fuerit? Mihi equidem uidetur inquit. Pecuniæ enim maximè in honore sunt, & apud rempublicam, & apud uirum huiusmodi. Non enim eruditioni ut opinor talis animum adhibuit. Non opinor inquit, alioqui enim non cæcum uitæ ducem constituisset. Sed & hoc adhuc inquam ego, considera, cupiditates illas fucorum in ipso propter imperitiam inesse nō dicemus, partim inopum, partim maleficorū, quæ à reliqua diligentia uiolenter cohibentur? Et ualdè inquit. Nosti igitur dicebam, quò conuersis oculis maleficia ipsorum conspicies? Quò inquit? Ad pupillorū tutelas, & sicubi ipsis tale quid cōtingit, ut multam habeāt iniusta faciendi potestatem. Verā dicis. Nunquid igitur hoc manifestum est, quòd in alijs commercijs, in quibus talis clarus est, uelut qui iustus esse uideatur, moderata quadā uita sua, reliquas malas quas habet cupiditates cohibet, non credens quòd nō melius sit, neq; ratione mansuescens, sed necessitate & timore de reliquis bonis tremens? Et ualdè inquit. Et per Iouem inquam ô amice, in plerisq; ipsorum, ubi aliena cōsumere oportuerit, cōperies inesse cupiditates iucorum cupiditatibus cognatas. Et uehementer admodum. Nullus ergo talis alienus fuerit à seditione in seipso, sed duplex quidam, & cupiditatibus captus plerūq; habebit meliores deterioribus superiores. Est ita. Quapropter modestior multis alijs talis fuerit, Vetum consentientis & concinnæ animæ uera uirtus, procul ab ipso aberit. Mihi ita uidetur. Sed & aduersarius uilis est in ciuitate uir parcus, siue de uictoria aliqua, siue de alia honesta magnificētia decertandū est, ut qui pecunias gloriæ & huiusmodi certami nū gratia expēdere nō uelit, & cupiditates cōsumēdi excitare, & alios ad pugnā & contentionē prouocare uereat: cū paucis tamen quibusdā sui ordinis, paucorū principatus more depugnās, plerunq; superatur, & ditescit. Et ualdè inquit. Adhuc igit inquā, nō credimus uirū parcum et lucri studiosum, secundū paucorū principatus rempublicā locatū esse, uelut illi similimū? Nequaquā inquit. Deinceps itaq; ut apparet populare dominiū considerandū est, & quo modo fit, & ubi factū est, quo modo se habeat, quo rursus talis uiri moribus cognitis ipsum ad iudiciū adducamus. Similiter itaq; inquit, ut hactenus fecimus progrediemur. Non ne inquā, mutat tali quodā modo, ex paucorū principatu, in populare dominiū respublica, eo q̄ proposito bono expleri nō possunt, eo uidelicet, ut ditissimi fiāt. Quō? Quoniā principes in ipsa, qui dominant, eo q̄ multa possidēt, lege prohibere nolūt iuuenes prodigos, ut ne liceat ipsis cōsumere ac perdere bona sua: quo ea quæ illorū sunt emant: & ad usuram mutuū tradant, atq; sic adhuc ditiores & honoratiores fiant. Præ omnibus ita. Non ne iam hoc manifestum est, in ciuitate fieri non posse ut ciues diuitias honorent, & simul iustè temperantiam possideant, sed necesse esse alterum negligi. Moderatè inquit manifestum est. Dum

Duplices uiri

Quarta resp. populare dominium, quō fit

Dum itaq; negligunt in paucorum principatu, & prodigè uiuere sinunt, non ingente rosos aliquando homines, pauperes fieri cogūt. Maximè. Sedent itaq;, ut opinor, hi in ciuitate aculeati & armati, partim alieno ere grauati, partim ignominia affecti, partim utraq; perpessi, odio habentes, & insidiantes his qui ipsorum bona possident, itēq; alijs, rerum nouandarū studiosi. Est ita. At quæstus studiosi prospectantes, neq; uidere hos putantur, reliquis autē ut quisq; semper cedit, argentū immittētes, eosq; uulnerantes, & patris filios fœnora multiplicia colligētes, multos fucos & inopes in ciuitatē inducunt. Quomodo enim nō multos inquit? Et neq; illo modo tale malum exardens extinguere uolunt, ut prohibeat uidelicet, ne quis sua quo uelit, uertat: neq; rursus hoc modo, quo secundū aliam legem talia soluunt. Iuxta quā istam? Quę post illā secūda est, & ciues uirtutis curā suscipere cogit. Si enim suo periculo pleraq; uoluntaria cōmercia tractare quis præcipiat, minus impudenter in ciuitate quæstui studebūt, pauciora etiā talia, qualia nunc diximus mala, in ipsa orientur. Et ualdè quidem inquit. Nunc uero inquā ego, propter talia omnia, subditos quidē ita tractant principes in ciuitate: seipsos autē & suos, nō ne iuuenes quidē delicatè uiuētes, & laborū tum corporis, tum animæ intolerantes efficiūt, torpētes itē ac molles tum ad uoluptates, tum ad dolores sustinēdos? Quidni? Seipsos autem aliorū omnium negligentes reddunt, uno quæstus studio excepto, & ut nihilo ampliorē uirtutis curam gerant, q̄ pauperes. Nō equidem. Sic itaq; instructi, ubi inter se congressi fuerint & principes, & subditi, aut in uiarū itineribus, aut in alijs quibusdā societatibus, aut circa spectacula, aut in militia, ut uel una nauigent, uel simul cōmilitent, uel etiam in ipsis periculis alter alterū uideat, nullo modo contemnuntur hac parte pauperes à diuitibus: sed sæpe uir gracilis pauper in sole uersatus, in prælio locatus est ad diuitem in umbra educatum, qui multas alie nas carnes habet, & iam anhelatione & anxietate plenus est. Num igitur putas gracilem illum nō censere tales sua ipsorum malicia in suam perniciem ditescere: & alterum alteri ubi priuatim conueniunt, dicere, Viri nostri diuites omninò nihil sunt? Satis equidem noui, inquit, ipsos ita facere. Non ne quemadmodū corpus morbosum opus habet ut exiguum externum momentum assumat ad ægrotationem: aliquando uero etiam absq; externis ipsum cum seipso seditionem agit? Sic sanè eodem modo uelut illud affecta ciuitas, ex parua occasione externa, dum aut alij ex paucorum principatus ciuitate auxilium ferunt, aut alij ex popularis dominij ciuitate, & ægrotat, & ipsa cum seipsa pugnat: aliquando uero etiam absque externis seditionem agit. Et ualdè sanè.

Populare itaq; dominium, ut opinor, fit, cùm pauperes uictoria potiti, alios partim occiderint, partim eiecerint: Reliquis autem ex æquo rempublicam & principatus distribuerint. Et plerunq; ex sortibus principatus in ipsa contingunt. Est equidem inquit hic status popularis dominij, siue per arma fiat, siue per timorem, subducentibus se alijs. Quo igitur modo inquam, hi habitent, & qualis est huiusmodi respublica? Manifestum est enim quòd talis uir popularis quispiā uidebitur. Manifestum est. Non ne primùm quidem liberi sunt, & ciuitas plena est libertate & dicendi fiducia, & licentia est in ipsa faciendi quod quisq; uelit? Dicitur sanè inquit. Vbi uero licentia est, ibi nimirum quisq; propriam uitæ suæ formam constituet, prout cuique placuerit. Palàm est. Omnis itaque generis opinor, in hac maximè republica homines fuerint. Quidni? Videtur ergo hæc pulcherrima omnium rerumpublicarū esse, & uelut pallium uarium omnibus floribus uariegatū, ita etiam ipsa omnibus moribus uariata pulcherrima uidetur. Quidni inquit? Et fortassis inquam, uelut pueri & fœminæ dum uaria spectant, ita etiam hanc plerique pulcherrimam iudicabunt. Et ualdè inquit. Et est ô beate, inquam, commodum ut quis in ipsa rempublicam quærat. Quid ita? Quoniam omnia rerum publicarum genera propter licentiam habet, & uidetur necessarium esse si quis ciuitatem cōdere uelit, id quod nos paulò antea faciebamus, ut in popularis dominij ciuitatem proficiscatur, quo quicunq; ipsi placuerint mores, eos eligat, uelut ad nundinas rerumpublicarū profectus, atque sic ubi elegit, ciuitatem condat. Fortassis inquit, non caruerit exemplis. Quòd autem nulla necessitas est, ut principatum geras in hac ciuitate, etiamsi idoneus ad hoc sis: neque rursus ut subditus

Popularis dominij respublica qualis sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sis,si non uelis: neq; ut bellum geras,alijs gerentibus:neque ut pacem agas, alijs agentibus,si pacem non cupias: Et rursus si qua lex prohibeat te principatum gerere,aut iudicem esse,ut nihilo minus & principatum geras,& iudex sis,si tibi ita uideatur:num diuina & iucunda huiusmodi uita est primo aspectu? Fortassis inquit in hoc. Quid uero mansuetudo aliquorum condemnatorum non bella est? Aut nondum uidisti in tali republica homines mortis aut exilij dānatos,nihilo minus manere & in medio uersari,& uelut neq; curet, neq; uideat quisquam,condemnatus uelut heros obambulat.

Et multos quidem uidi,inquit. At uenia ista non'ne generosa est,& neq; ullo modo ipsius de rebus exiguis curiositas: sed contemptio eorum de quibus nos dicebamus,gloriosè illud iactantes quum ciuitatem conderemus,quòd nisi quis excellentem naturam habeat,nunquam bonus uir fieri possit, si nō statim dum adhuc puer est in honestis studijs ludat,& huiusmodi omnia exerceat: quæ contemptio ubi hæc omnia uelut cum magnficentia conculcauit, nihil curat ex quibus studijs quis ad rempublicam progrediatur,sed honorat eum qui multitudini solum beneuolum se esse asserit? Admodum generosa inquit. Hæc itaque habet inquam,& alia his cognata populare dominium.Et fuerit sanè,ut apparet iucunda respublica, & sine principe ac uaria, æqualitatem quandam similiter & æqualibus, & inæqualibus distribuens. Et ualdè inquit, nota dicis. Vide itaque inquam, quis uir talis priuatim sit : aut primum considerandum est, quemadmodum rempublicam considerauimus, quomodo fit? Etiam.

Natura, & exercitatio

Nunquid hoc modo,parci illius & paucorum principatus uiri filius, à patre in ipsius moribus fuerit enutritus? Quidni? Violenter itaque & hic princeps est uoluptatum quæ in ipso sunt sumptuosæ quidem, non autem lucrosæ: quæ sanè non necessariæ uocantur. Manifestum est, inquit. Vis igitur, inquam, ne uelut in tenebris disputemus, ut primū necessarias & non necessarias cupiditates distinguamus? Volo, inquit. Nō'ne & quas auertere non possumus,& quæ dum perficiunt, nobis prosunt hæ iustæ necessariæ uocantur? Nam has ambas cupere naturæ nostræ necesse est: Aut non ita? Et ualdè. Iustè itaque hoc de ipsis dicimus, necessarias eas esse? Iustè.

Quid uero eas quas quis summouere potest, si à teneris huc studium ponat: & quæ ubi insunt,nihil boni faciunt, partim uero etiam contrarium: non'ne si omnes has non necessarias esse dixerimus, rectè fecerimus? Rectè equidem. Sumamus itaque exemplum quæ sint utræque,ut forma ipsas comprehendamus. Ita conuenit. Non'ne cupiditas edendi,et ipsius cibi ac obsonij,ad sanitatem usq; & bonam habitudinem, necessaria fuerit? Ita arbitror. Et cupiditas quidem cibi frumentacei ad ambo necessaria est,ut quæ & utilis est,& ut quis sedata fame uiuat,facere potest. Etiam. At obsonij cupiditas utilitatem quandā ad bonam corporis habitudinem inducit. Maximè. Quid uero ea quæ ultra hæc est, & alienorum eduliorum, aut horum cupiditas,quæ tamen à teneris castigari potest,& eruditione è multis summoueri,& quæ corpus lædit,itemq; animam, tum ad sapientiam, tum ad temperantiam, non'ne rectè non necessaria uocari potest? Rectissimè quidem. Non'ne etiam sumptuosas has esse dicemus, illas autem lucrosas, eo quòd utiles sint ad quæstum? Quidni? Sic itaque etiam de rebus uenereis & alijs dicemus. Sic. Nunquid & quem modo fucum dicebamus, eum dicebamus qui talium uoluptatum ac cupiditatum plenus est, & non necessarijs subditus: Qui uero necessarijs subditus est, eum parcum, & uirum paucorum principatus? At quid tum? Rursus itaque dicamus, quòd ex paucorum principatus uiro, popularis dominij uir fit. Videtur autem mihi plerunque hoc modo fieri. Quomodo? Quum iuuenis parcè & inerudite, uelut modò dicebamus, educatus,fucorum mel gustauerit, & cum ardentibus ac horrendis feris, quæ omnigenas & uarias ac omnibus modis instructas uoluptates parare possunt, consuetudinem habuerit, hic iam principium ipsi esse putes mutationis principatus paucorum qui in ipso est, ad populare dominium. Magna necessitas est, inquit. Non'ne quemadmodum ciuitas mutabatur, dum alteri parti extrinsecus simile à simili auxilium præstaretur : Sic etiam adolescens mutatur, dum rursus species cupiditatum cognata & similis extrinsecus, auxilium fert alteri speciei earum quæ in illo sunt, cupiditatum? Maximè.

ximè. Et si quide in ei quod in ipso est,de paucorum principatu contra auxilium contingat, aut alicundè à patre, aut etiam alijs cognatis admonentibus & uituperantibus,tunc iam seditio & reluctatio & pugna in ipso aduersus seipsum fit. Quidni? Et aliquando,ut opinor,populare dominium paucorum principatui cedit:& quædam cupiditates pereunt,quædam excidunt, dum pudor quidam in adolescentis anima oboritur,atq; ita rursus exornatur. Ita fit aliquando inquit. Rursus autem opinor,aliæ ab elapsis cupiditatibus, cognatæ tamen, insuper enutriuntur in ipso, ob paternæ educationis imperitiam,& multæ ac robustę fiunt. Solet ita fieri inquit. Non'ne trahunt ad easdem cōuersationes,& clandestina consuetudine multitudinem pariunt? Quidni? Tandem uero opinor, adolescentis animæ arcem occupant, dum sentiunt illam uacuam disciplinis,& honestis studijs,& ueris rationibus, qui sanè optimi custodes & tutores in piorum uirorum mentibus existunt. Et ualdè quidem inquit. Falsæ itaque & temerariæ rationes ac opiniones, ut arbitror, pro illis se ingerentes,eundem locum talis adolescentis occupāt. Vehementer inquit. Non'ne rursus ad Lotophagos illos profectus, palàm isthic habitat, & si à cognatis auxiliū quoddam ei quod adhuc de parco in anima ipsius est ueniat,temerariæ illæ rationes occlusis regij in ipso muri portis,neq; ipsum auxilium admittunt,neq; legatos priuatorum senum rationes susci piunt,& ipsæ pugnantes superant cum multis & inutilibus cupiditatibus: & pudorem quidem stoliditatem nominantes, ignominiosè in exilium expellunt: temperantiam uero ignauiam uocantes ac illudentes ejciunt: Modestiam autem & moderatum sum ptum, rusticitatem & illiberalitatem esse persuadentes penitus exterminant. Valdè equidem. At uero postquam hæc euacuarunt, & purgarunt ex anima eius quem occuparunt,& magnis tributis aggrauarunt,postea iam cōtumeliam,& principatus contemptionem,& prodigalitatē,& impudentiam,splendidas & coronatas cum multo tri pudio inducunt,laudantes ac blandientes: & contumeliam quidem, eruditionem uocant : principatus autem contemptionem, libertatem : prodigalitatem uero, magnificentiam : impudentiam autem fortitudinem.Non'ne sic quodammodo inquam, is qui iuuenis est, mutatur ex eo qui necessarijs cupiditatibus enutriebatur, & transit ad non necessariarum ac inutilium uoluptatum libertatem & indulgentiam? Et maximè euidenter inquit ille. Viuit itaq; opinor, post hæc is qui talis est,ita ut nihilo magis in necessarias quàm in non necessarias uoluptates,& pecunias & labores & conuersationes insumat. Verùm si fortunatus fuerit,& non ultra modū debacchetur, imò etiam ubi senior fit multo tumultu præterito,& elapsarum uoluptatum partes admiserit,& his quæ insuper accesserunt, non totum seipsum tradiderit, ad æqualitatem iam redactis uoluptatibus,ita uitam degit,ut prout quæq; semper allabitur,ei uelut ex sorte principatum in se tradat, donec expletus fuerit: & rursus alteri, nullam reprobans, sed ex æquo nutriens. Maximè. Et rationem inquam ego,ueram non admittens, neq; intra præsidium susc ipiens,si quis dicat quòd aliæ honestarum & bonarum cupiditatum uoluptates sunt,aliæ malarum : & quòd illæ colendæ & honorandæ sunt, hæ castigandæ & in seruitutē redigendæ: ipse omnibus his annuit,& similes esse omnes ac æqualiter colendas dicit. Vehementer equidem inquit,hoc facit his qui ita affectus est. Nō'ne etiam inquam,ita uiuit, ut quotidie allabenti cupiditati gratificetur, & nūc quidem ebrius sit, & tibiarū modulis se oblectet: rursus autem aquam bibat,& se extenuet:aliquando rursus se exerceat,aliquando cesset, & omnia negligat:& modo in philosophia conuersetur,modò ad reipublicæ negocia se cōferat,& prosiliens quiduis prout contingit & dicat,& faciat: & si quandoq; bellicosos æmuletur, eò feratur, aut lucri studiosos,ad hoc studium rursus:& neq; aliquis ordo,neq; necessitas in uita ipsius insit : sed iucundam & liberam & beatam uocans hanc uitam, ipsa perpetuò utatur. Penitus inquit, recensuisti uitam uiri æqualiter per omnia uiuentis. Arbitror autem,inquam ego,& omnigenum,& plurimis moribus plenum,& pulchrum,& uarium,quemadmodū ciuitatem illam,hunc uirū esse, quem multi & multæ æmulari studeant, ut qui uitæ, & rerumpublicarum & morum exempla plurima in se habeat. Ita sanè est inquit. Quid igitur locabitur nobis ad populare dominium talis uir, ut qui uir popularis rectè appellatur.

Rationum temerariarum opera

Inconstantiß. uitæ descriptio

Locabitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quinta respublica tyrannis quomodo fit

Locabitur inquit. Pulcherrima itaq; inquam ego, respublica, & pulcherrimus uir, no bis restant tyrannis & tyrannus. Valdè inquit. Age itaque chare amice, quis est tyrannidis modus? Nam quòd ex populari dominio mutatur, ferè manifestum est. Manifestum est. Nunquid eodem ferè modo & ex paucorum principatu populare dominium fit, & ex populari dominio tyrannis? Quomodo? Quod proponebat sibi bonum, & per quod constituebatur paucorum principatus, hoc erat ut ingentes diuitias colligeret: Nunquid? Etiam. Diuitiarum itaque inexplebilis cupiditas, & aliorum studiorum negligentia, ob quæstus studium ipsum perdit. Vera inquit, dicis. Non'ne & eius quod populare dominium decernit bonum, inexplebilis cupiditas, & hoc dissoluit? Quid uero ipsum decernere dicis? Libertatem dicebam. Hoc enim in popularis dominij ciuitate, pulcherrimum bonum audire potes, & propter hanc libertatem, in sola hac uiuere expetet quisquis natura liber est. Hoc eqidem uerbum inquit, in multorum ore uersatur. Nunquid inquam, huius inexplebilis cupiditas, & aliorum negligentia, etiam hanc rempublicam transmutat, & efficit ut tyrannide opus habeat? Quomodo inquit? Quum opinor, popularis dominij ciuitas libertatem sitiens, malos pincernas præfectos nacta fuerit, & ultra quàm conuenit inebriata principes si non ualdè mansueti fuerint, & multam libertatem exhibuerint punit, uelut scelestos & paucorum principatus studiosos accusans. Faciunt eqidem hoc inquit. Eos uero dicebam, qui principibus obediunt, deridet, uelut uoluntarios seruos & nullius precij: principes autem subditis, & subditos principibus similes, priuatim & publicè laudat & honorat. Non'ne necesse est in tali ciuitate homines ad summam libertatem progredi? Quidni? Et hanc inquam, insitam principatus contemptionem subire in priuatas domos, & se ad bestias usque extendere? Quomodo inquit, hoc dicimus? Velut dixi, quòd pater adsuescit, ut filio similis fiat, & filios timeat: filius autem ut patri par sit, & neque reuereatur, neque timeat parentes, quo liber sit: inquilinus uero ut urbano, & urbanus inquilino adæquetur: & hospes eodem modo. Contingit ita inquit. Et hæc inquam, & exigua huiusmodi alia fiunt, & doctor in tali ciuitate discipulos timet, eis'que blanditur: & discipuli doctores contemnunt. Sic autem etiam pædagogos. Et in summa, iuuenes senioribus assimilãtur, & cum ipsis tum in sermonibus, tum in operibus decertant. Senes autem iuuenibus assidentes urbanis & festiuis dicterijs implentur, iuuenes imitantes, ut ne iniucundi, neque imperiosi esse uideantur. Maximè inquit. At uero inquam, ô amice, extrema multitudinis libertas quanta sit in tali ciuitate, quum sanè empti & emptę nihilo minus liberi sint emptoribus: quanta item in mulieribus erga uiros, & in uiris erga mulieres, ferè dicere obliti sumus. Non'ne secundum Æschylum dicemus, quod nunc nobis: ad hos uenit? Valdè dicebam, & ego sic dico. Nam bestiæ quæ sub hominibus sunt, quantò sint liberiores in hac quàm in alia ciuitate, inexpertus non crediderit. Nam profectò etiam caniculæ iuxta prouerbium, uelut dominæ sunt: & equi ac asini ualdè liberè ac grauiter progredi adsuescunt, ut in uijs obuiam uenientem impetant, si non decedat: atque sic etiam alia omnia plena libertate sunt. Meum inquit, mihi narras somnium. Mihi enim in agrum proficiscenti frequenter hoc ipsum accidit. Quæ uero summa est inquam, omnium horum collectorum intelligis, nimirum quòd ita tenera ciuium anima efficitur, ut etiam si quamcunq; seruitutem quis proferat, indignentur, & non sustineant. Tandem uero nosti, quòd neq; leges scriptas, aut non scriptas curant, quo nullus usquam ipsis dominus sit. Et ualdè inquit, noui. Hic itaq; inquam, ô amice, principatus ita pulcher & generosus est, unde tyrannis oritur, ut mihi uidetur. Generosus profectò inquit, quid uero postea? Idem morbus inquam, qui in paucorum principatu ortus perdidit ipsum, etiam in hoc amplior & fortior ex licentia obortus, populare dominium in seruitutem redigit: & reuera nimium quiddam facere, mutationem in contrarium uicissim inducere solet, in temporibus, & in stirpibus, & in corporibus, & sanè etiam non minimè in rebuspublicis. Verisimile est, inquit. Nam nimia libertas non in aliud quid quàm in nimiam seruitutem mutari uidetur, & in priuato, & in republica. Verisimile est. Meritò itaque non ex alia republica tyrannis constituitur,

constituitur, quàm dominio populari, ex summa, ut arbitror, libertate, plurima & asperrima seruitus. Rationi consentaneum est, inquit. At non hoc, opinor, interrogabas, sed qui morbus in paucorum principatu oriretur, & idem in populari dominio, ipsum in seruitutem redigeret? Vera inquit, dicis. Illud itaq; inquam, dicebam ocio sorum & prodigorum uirorum genus, in quo fortissimi ex ipsis duces sunt, ignauissimi sequuntur: quos sanè fucis assimilabamus, partim eis qui aculeos habent, partim qui aculeo carent. Et rectè inquit Hæc itaq; duo fucorum genera si oborta fuerint, in omni ciuitate turbationem faciunt, eodem modo uelut in corpore pituita & bilis: quæ sanè etiam bonum medicum & legislatorem ciuitatis, non minus quàm sapientem apium curatorem, eminus præcauere oportet, maximè quidem ut ne oriantur. Si uero oriantur, ut quàm citissimè unà cum ipsis fauis excindantur. Per Iouem omninò ita inquit ille. Sic itaque inquam, appræhendamus, quo distinctius id quod uolumus, ui deamus. Quomodo? Ciuitatem popularis dominij trifariam sermone distinguamus, quemadmodum etiam re ipsa se habet. Vnum enim huiusmodi genus in ipsa oritur, propter licentiam, non minus quàm in paucorum principatus ciuitate. Est ita.

Popularis ciuitatis genera homínum tria

Longè autem asperius in hac quàm in illa. Quomodo? Illic quidem eo quòd in honore non est, sed à principatibus arcetur, inexercitatũ & non robustum euadit: In populari uero dominio hoc genus est quod præsidet, paucis exceptis: & quod quidem in ipso asperrimum est, id dicit, & facit: reliquum uero circa tribunalia considens sonitus edit, & non sustinet ut quis alia dicat. Quare omnia ab huiusmodi genere gubernantur in tali ciuitate, paucis quibusdam exceptis. Valdè inquit ille. Aliud itaque huiusmodi genus semper ex multitudine secernitur. Quod istud? Dum omnes quæstui student, qui temperatissimi natura sunt, plerunque ditissimi fiunt. Verisimile est. Plurimum itaque opinor, mellis, & quòd maximè in promptu est, hinc fucis scaturit. Quomodo enim inquit, ab his qui paruas scaturigines habent? Diuites itaque ut opinor, tales uocantur, qui sunt fucorum herba. Fermè ita inquit. Populus autem inquam, fuerit tertium genus, quicunque per se operantur, & sua curant, alie na negotia non suscipientes, & non admodum multa possidentes: quod sanè genus & plurimum, & principalissimum est in populari dominio, ubi congregatum fuerit.

Est sanè inquit, sed non frequenter hoc facere uult, si non mellis particeps fiat. Non'ne semper particeps fit inquam, inquantum præsides possunt ab his qui opes habent auferre, eas'que populo distribuere, ita ut ipsi maximam partem retineant. Particeps equidem fit hoc modo. Cogũtur itaque opinor, hi à quibus opes auferuntur, repugnare in populo, tum dicendo, tum faciendo, quatenus possunt. Quidni? Causam ergo exhibent ipsis alij, etiamsi non cupiant rerum nouationem, ut populo insidias struant, & sint paucorũ principatus studiosi. Quidni? Non'ne etiam tandem postquam uident populum non uolentem, sed ex ignorantia & à calumniatoribus deceptum, ipsis iniuriam facere aggredi, tunc iam uelint, nolint, reuera paucorum principatus studiosi fiunt, non ex sua uoluntate, sed & hoc malum fucus ille, dum ipsos pungit, parit. Valdè equidem. Accusationes itaque & iudicia, & contentiones in ter ipsos oriuntur. Et ualdè. Non'ne unum aliquem semper solet populus præcipuè sibijpsi præficere, & hunc nutrire, ac magnum efficere? Solet ita. Hoc ergo inquam, manifestum est, quòd quum oritur tyrannus, ex radice præfecti, & non aliunde, enascitur. Et ualdè manifestum est. Quod igitur est principium mutationis ex præfecto in tyrannum? Aut manifestum est quòd tunc, postquam præfectus idem facere incœperit, quod est in fabula, quæ in Arcadia circa Iouis Lycæi templum fertur.

Quæ ista inquit? Quòd qui de humano uiscere, uno fortassis inter aliarum uictimarum uiscera ammixto gustauerit, eum necesse est lupum fieri: Aut non audiuisti fabulam? Ego sanè audiui. Nõ'ne sic etiam qui populo præfectus, accepta turba uehementer obediente, non abstinuerit cognato sanguine, sed iniustè confictis criminib. qualia confingi solent, ad iudiciũ pertractos occiderit, & uiri uitam deleuerit, ita ut linguã & ore impio cædem cognati gustet: & quosdã fugauerit, & alios mactauerit, & nouas tabulas, & agrorum diuisionem proposuerit: Non'ne tali necesse est inquã, & fatis destinatum, ut aut pereat ab inimicis, aut tyrannus fiat, & lupus ex homine reddatur?

Valdè

Universidad de Deusto
Biblioteca

Valdè necesse est inquit. Hic itaque est qui seditionem mouet aduersus opulentos. Hic. Nunquid expulsus, & uiolenter contra inimicos reuersus, tyrannus effectus reuertitur? Manifestum est. Si uero expellere ipsum non poterint, neq; occidere per calumnias publicas, uiolenta iam morte occultè ipsum occidere molíunt. Ita fieri solet inquit. Hinc itaque diuulgata illa tyrannica petitio orta est, quòd omnes qui huc progressi sunt, custodes quosdam corporis à populo petunt, quo ipsis saluus sit populi auxiliarius. Et ualdè inquit. Dant itaq; opinor, timentes illi, de seipsis autem securi. Maximè. Non'ne cùm hoc uiderit uir qui pecunias habet, & cum pecunijs culpam, quòd minimè pogularis sit, tunc iuxta oraculum Crœso datum calculosum fugit ad Hermum, neq; manet, neq; timidus esse ueretur. Non enim alioqui rursus secunda uice uereri posset. Qui uero compræhensus fuerit, morte multatur. Necesse est. At manifestum est quòd præfectus ille ciuitatis magnus magnificè non iacet, sed alijs multis prostratis considet in sella ciuitatis, Tyrannus pro præfecto effectus. Cur uero non deberet? Persequamur itaq; felicitatem inquam, & uiri, & ciuitatis, in qua talis uir oritur. Maximè inquit persequamur. Nunquid igitur dicebã, in primis diebus & tempore arridet omnibus, & omnes salutat, prout in quencq; incidit: & neq; tyrannum se esse dicit, & multa priuatim ac publicè promittit, & ab ære alieno liberos facit, & agros populo distribuit, ac his qui circa ipsum sunt, & erga omnes propitium & paternum animum simulat. Necesse est inquit. Cùm uero opinor, cum externis inimicis conciliatur partim, partim etiam illos perdidit, & quietus ab illis fuerit, primũ qui dem bella semper mouet, quo populus principe ac duce opus habeat. Verisimile est. Non ne etiam quo pecunias conferentes, pauperes fiant, & in quotidianis operis uersari cogantur, & minus ipsi insidias struant. Manifestum est. Et si quos suspectos habet, quòd liberis animis prædíti non permissuri sint ipsi principatum, quo hos occasionis prætextu hostibus obiectos perdat, horum omnium gratia, tyranno semper necesse est ut bella moueat. Necesse est. Hæc itaq; cùm faciat, ciuiũ odia facilè in se concitat. Quidni? Nonne etiam facit ut hi qui ipsum constituerunt partim, & partim in potestate constituti sunt, liberè loquãtur & aduersus ipsum, & inter se, repræhendentes ea quæ fiunt, si qui fortè animosiores fuerint? Consentaneum est. Hos itaq; omnes ut tyrannus tollat necesse est, si imperare debet, donec neq; amicum, neq; inimicum aliquem relinquat, cuius aliqua utilitas sit. Manifestum est. Acutè ergo ipsum uidere oportet, quis sit fortis, quis magnanimus, quis prudens, quis diues. Ita enim felix est, ut his omnibus necesse sit ipsum uelit, nolit, hostem esse, & insidias struere, donec ciuitatem purgauerit. Pulchram sanè inquit, purgationem dicis. Etiam inquam ego, contrariam ei qua medici corpora purgant. Hi enim quod pessimum est, auferentes, relinquunt quod est optimum. Ille uero contrà. Vt apparet necesse est ipsi, si quidem imperare uolet inquit. In beata ergo dicebam, necessitate illigatus est, quæ mandat ipsi, ut aut cum multis malis habitet, & ab his odio habeatur, aut non uiuat. In tali inquit. Non'ne quantò magis ciuium odia in se concitat, dum hæc facit, tantò pluribus ac fortioribus satellitibus opus habebit? Quidni? Qui igitur sunt fideles, & unde ipsos accerset? Sua sponte inquit, multi uenient aduolantes, si mercedem dederit. Vecos inquam, per canem rursus mihi dicere uideris peregrinos & omnis generis. Verè inquit, tibi uideor. At eos qui hic sunt, non uoluerit? Quomodo? Vt seruos detractos à ciuibus in libertatem asserat, & circa se satellites constituat. Valdè inquit, quandoquidem etiam fidissimi ipsi hi sunt. Profectò beatam tyranni rem dicis, inquam, si talibus amicis, & fidis uiris utitur, prioribus illis perditis. Atqui inquit his utitur. Et admirantur, dicebam, hi amici ipsum, & conuersantur cum ipso noui ciues. Moderati uero uiri & odio habent ipsum, & fugiunt. Cur uero non hoc facerent? Non frustrà ergo inquam, & tragœdia penitus sapiens esse uidetur, & Euripides in ipsa excellens. Quid ita? Quòd & hoc ex sapiente ingenio protulit,

Sapiunt Tyranni, dum sapientes audiunt.

Et hos nimirum sapientes esse dixit, cum quibus conuersatur. Et æqualem Deo inquit tyrannidem prædicat, & alia multa, tum hic, tum alij poetæ. Proinde inquam, ignoscent nobis Tragici poetæ, ut qui sapientes sunt, ignoscent item illis qui propemodum ut

Crœso datum oraculum

Purgatio ciuitatis

Purgatio Medici

Euripidis excellentia, & ipsius uersus

dum ut nos rempublicam gerunt, quod ipsos in rempublícam non admittimus, utpote Tyrannidis laudatores. Arbitror inquit quòd ignoscent, qui sanè ex ipsis sunt elegantiores. Alias autè ciuitates circumuagãtes, & turbas colligentes, & pulchras & magnas & uerisimiles uoces mercede cõducentes, respublicas ad tyrannides & populares principatus trahent. Maximè. Non'ne insuper etiam mercedem accipiũt, & honorantur maximè quidẽ uelut uerisimile est à tyrannis, deinde à populari dominio: Quantò uero altius ad accliues respublicas ascendunt, tantò magis honor ipsorum deficit, uelut qui præ anhelatione ultrà progredi non possit? Ita sanè. At hic quidem inquam digressi sumus, uerum dicamus rursus, unde pulcher ille & multus ac uarius & nunquam idem exercitus aletur. Manifestũ est inquit, quòd & si sacræ pecuniæ fuerint in ciuitate, eas cõsumet, & prout semper sufficerint ea quæ contribuntur, leuiora à populo tributa exiget. Quid uero ubi hęc defecerint? Patet inquit quòd ex paternis & ipse aletur, & cõporores & amici & amicæ. Intelligo inquã quòd populus qui genuit tyrannũ, & ipsum & amicos ipsius alet. Multa inquit necessitas est. Quomodo dicis inquã, si & indignetur, & dicat populus, ꝙ neq; iustum sit ut filius adultus à patre alatur, sed cõtrà pater à filio: neq; huius gratia ipsum genuerit ac constituerit, quo ubi magnus fieret, ipse seruis illius seruiret, et illũ et seruos cũ reliqua colluuie aleret: sed ut à diuitibus qui & pulchri, & boni dicũtur in ciuitate, illo præfecto liberaret: & nũc iuberet abire ipsum è ciuitate unà cum sodalibus, uelut pater filium è domo cum cõporum turba expellens? Cognoscet per louẽ inquit, tũc iam populus qualis ipse qualem bestiam genuerit, foueritq; ac euexerit: & quòd ipse debilior robustiores expellere tentet. Quid inquam dicis? audebit tyrannus uim inferre patri, & si non paruerit uerberare? Etiam inquit detractis armis. Patricidam inquam dicis tyrannum, & grauem senectutis altorem, & ut apparet, hæc iam ex confesso fuerit tyrannis ipsa, & quod dicitur, populus dum fugit fumum seruitutis liberorum, in ignem seruilem dominationis incidit, pro multa illa & intempestiua libertate, difficillima grauissimaq; ac asperrima seruorum seruitute assumpta. Et ualdè inquit hęc ita fiunt. Quid igitur dicebam, non'ne concinnè dicetur à nobis, si dicemus satis nos exposuisse, quomodo ex populari dominio tyrannis fiat, & qualis sit? Maximè satis inquit.

Tragici à rep. excluſi

Tyrannus ſacrilegus

Tyrannus patricida

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENtini in Dialogum nonum, de Iusto.

SOCRATES quàm plurima de regia optimatum uita tractauit, multa etiam de contraria eius tyrannide disputat, ut & illam tanquam beatissimam comprobemus, & hanc reprobemus quasi miserrimam. Quod non solum agitur in octauo, sed nono insuper agitur de tyrannide, qua scilicet ratione potissimum fiat ex populari, qualis quoq; sit, quàm noxia, quam infelix: quo uidelicet primam quæ in animo sit tyrannidem, totis uiribus deuitemus, uicissimq; regnum animo intimum complectamur. Per hæc sfatim ad primum redibit disputationis uniuersæ propositum. Quo utiq; statuit demonstrare iustitiam non opinione duntaxat humana esse laudabilem, sed etiam ipsa sui natura & honesta mirum in modum & salutari esse ante omnia uenerandam. Iniustitiam quoq; non ob metum uel legum uel infamiæ solum uituperandam esse, sed etiam propter ipsum maleficæ naturæ suæ uenenum procul effugiendam. Iustitiam uero cum nominat, alias legalem communemq; designat iustitiam, uirtutem scilicet uniuersam sub legum prouidetia institutam: alias iustitiam magis propriam suæ distributiuam, per quam & in ciuitate pro meritis honores, præmia, pœnæ distribuuntur, & in anima partibus animæ pro dignitate naturæ actiones & munera tribuuntur: siue commutatiuam, per quam & in ciuitate æquo & legitimo precio res, uel rebus, uel pecunijs commutantur, & in animo ita quasi similiter commutantur officia, ut quantum ratio inferioribus consuluit, tantundem uires inferiores pro rationis imperio necessaria subministrent. Inter hæc nota tyrannicum animum ita perturbatum esse, ut proprie iudicetur libidine perditus & temulentus, & furiosus atq; immanis. Quippe cum quasi fera immanibus ijs libidinibus rapiatur, quarum feritatem cæteri solum somniantes interdum experiuntur. Quæ uero hic ad falsitatẽ & ueritatẽ & uaticinium somniorũ pertinent, in theologia abũde tractamus. Cõsidera quàm diligẽter mala cõnumerat omnia, quibus ciuitas oppressa tyrãnide premitur, quamuis apte totidem mala ac etiã plura in tyrãni animo numerat, adeo ut nihil miserabilius possit effingi. Mox disputationẽ totam huc tendentẽ, ut sapiens iustaq; uita uitæ cõtrariæ præferatur, in tria redigit capita. Primũ esse uult, quod hactenus est tractatũ, ex compa ratione uidelicet inspiciẽtis iniustiq; hominis ad ciuitatẽ quandam nulla sapiẽtia & iustitia gubernatam. Vbi profecto apparet & ciuitatẽ illam, & hominẽ æqua ratiõe pessime & infelicissime se habere. Secundũ uero caput nunc aggreditur, distinctionẽ illam partiũ animæ repetens in ratiocinandi & irascendi & concupiscendi naturas: quibus tres quoq; uitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

accõmodat, philosophicam, ambitiosamq;, & cupidam: cupidam inquam pecuniarũ gratia uoluptatum, ideoq; auara etiam nominatur. Tres similiter disponit partes in ciuitate, magistratus, milites, quæstuarios. Probat deinde uitam uirtute præditam magis eligendam esse quàm uitiosam: præterea quod sit reuera suauior. Nempe cum trium illorum quilibet uitæ suæ uoluptatem cæteris præferat, solus id philosophus potest recte dijudicare. Opus enim est ad iudicium experientia, prudentia, ratione. Principio quantũ ad experientiam pertinet, philosophus quidem & sui propriam, & aliorum uoluptates est expertus: quo fit ut facile quæ sit præferenda, cognoscere possit. Cæteri uero philosophantis gaudia nunquam degustauere, ideoq; uoluptates suas cũ philosophantis gaudio comparare non possunt. Præterea solus philosophus perfecta pollet prudentia, & assignandarum industria rationum quæ quidem duo reliqua sunt ad iudicium necessaria. Cum ergo philosophus sapientis iustæq; uitæ gaudia ambitiosæ libidinosæq; uitæ anteponat oblectamentis, iure ex ipsius iudicis ueri sententia uitam uirtute rectam uitæ uitio dissolutæ anteferre debemus. Tertiũ deniq; caput inde potissimũ exoritur, quod in solo sapiente iustoq; uiro uoluptas uera reperiri potest. In cæteris autem uoluptatem falsam & umbratilem esse constat. Quòd quidem ita probatur, uoluptates ut plurimum uehementes repletionis quædam sunt indigentiæ. Atq; ubi & quod impletur & quoã implet uerius perfectiusq; est, impletionis modũs purior atq; efficacior: ibi uerior est uoluptas, & perfectior & ingentior. Cum igitur intellectus ueritatisq; intelligenda ueriorem perfectioremq; naturam habeant, quàm sensus atq; sensibile, ac ueritas interius penetret intellectum quàm sensibile sensum, & sine mixtione doloris accedat, sequitur uoluptatem intelligentiæ ueriorem esse atq; perfectiorem. Inter hæc casu quodam nescio quid interserit mathematicum, cuius declarationem ex commentarijs in Timæum accipies opportunius. Attende deinceps ad illam animæ naturæ figuram. In qua sub multiplicis bestiæ nomine intellige concupiscendi naturã: sub figura leonis, irascẽdi uigorem: sub forma hominis rationẽ. Et uide quàm expresse depingat ambitiosi, iniusti, libidinosi hominis uitã, imò miseram seruitutem. Item ibidem accipe formulam, qua posit transitum animarum in bestias ita interpretari, ut in bestiarum assectus & habitus potius quàm in corpora migrare dicantur. Præterea memento, quemadmodũ in corpore perspicacia sensus, sanitas, robur, pulchritudo, non opinione, sed natura sunt bona, eorumq; contraria mala similiter: sic in anima prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam naturaliter esse bona, naturaliter quoq; horum contraria mala. Denique accipe totius uitæ formã, per quam ita corporea cuncta disponas, ut animi temperantiæ consonent. Atq; eatenus eligas singula, quatenus cõferant ad animi sanitatẽ: & cõtra quæ hanc impediunt, procul effugias, habites semper mentis arcẽ, atq; ab ea nullis aut illecebris, aut minis te præcipitari permittas. Cum uero & teipsum & alios ita formare uolueris, suspice perspicuũ reipublicæ huius exemplar in cœlo: in cœlo inquam, id est, ordine cœlestiũ motionum, atq; altius in mente diuina: ut inde tandem ad ipsius imaginem, teipsum primo, deinde familiam, tertio ciuitatem iuste feliciterq; componas.

PLATONIS DE REPVBLICA, SIVE DE IVSTO. DIALOGVS IX.

RESTAT inquam ego, ipse uir tyrannicus, ut cõsideremus & quomodo mutatur ex populari, & ubi factus est qualis sit, & quo modo uiuat miser ne an beatus. Restat equidem hic, inquit ille. Nosti igitur inquam quid adhuc desiderem? Quid nam? Cupiditates quæ & quot sunt, non satis distinxisse mihi uidemur. Hoc autẽ non plenè distincto, obscurior erit quæstio eius quod quærimus. Non ne adhuc inquit satis commodè hoc fieri potest? Maximè, & considera id quod in ipsis uidere cupio. Est autem hoc. Ex non necessarijs uoluptatibus ac cupiditatibus quædã esse mihi uidentur legibus aduersantes, quæ quidẽ in omnibus oboriri uidentur, uerũ si castigentur & à legibus, & à melioribus cupiditatibus cũ ratione, ab aliquibus hominibus aut penitus discedere, aut paucæ & debiles relinqui: In alijs autẽ esse fortiores & plures. Quas uero dicis has inquit? Eas quæ circa somnũ excitantur, quum alia quidem animæ pars quæ rationis particeps & mansueta & princeps est dormit, bruta uero & agrestis aut cibis, aut ebrietate repleta: & exilit, & depulso somno abire cupit, & suos mores explere: nosti quòd omnia tũc facere audet, uelut ab omni uerecũdia ac prudentia exoluta. Nam & matri misceri aggreditur uelut putat, neq; alij cuicũq; hominũ, & deorũ, & bestiarũ generi misceri ueretur, & quodcũq; occidere, & ab ullo edulio abstinere: & in summa nihil dementiæ, nihil impudentiæ intentatum relinquit. Verissima inquit dicis. At ubi quis sano modo & tẽperanter habuerit, & ad somnũ se contulerit, ita ut rationalem quidẽ animæ suæ partẽ excitauit, & pulchris rationibus ac cogitationibus pauerit, & ad meditationem deuenerit: concupiscentẽ uero neq; fami, neq; repletioni tradiderit, quo dormire possit, & neq; præ gaudio, neq; præ tristitia, optimæ illi tumultum excitet, sed ipsam per seipsam solam puram considerare sinat, & appetere ut quod non nouit ex præteritis aut præsentibus aut futuris percipiat: Similiter autem & animæ

Somni modus optimus

mæ impetum mitigauerit, & non commoto ad iram aduersus aliquos animo dormierit, sed pacatis duabus illis partibus, tertia uero, in qua sapientia est, excitata, hoc modo quieuerit: nosti quòd in tali affectione ueritatem maximè attingit, & minimè iniquæ uisiones insomniorũ tunc apparent. Penitus equidem inquit, ita arbitror. Atq; hæc quidem diffusius digressi exposuimus. Verũ quod cognoscere uolumus, hoc est. Horrenda quædã & agrestis ac iniqua cupiditatũ species unicuiq; inest, etiam quibusdam ex nobis qui admodũ moderatos nos esse putamus. Hæc aũt in somnis manifesta fit. An igitur quid dicere uidear, & tu concedas uide. Imò concedo. Qualem itaq; popularem esse diximus, in memoriã reuoca. Erat autẽ ex teneris à parco patre enutritus, qui lucrosas cupiditates solas coleret, non necessarias autem, & lusus ac lasciuiæ gratia repertas reprobaret: Nunquid? Ex conuersatione uero cum elegantioribus uiris, & plenis earum quas modò recensuimus, uoluptatũ, progressus ad omnem petulantiã, & ad illorũ speciem, ob paternæ parsimoniæ odium, sed meliore q̃ corruptores natura prædi tus, dum in utranq; partem ducereẽ, constitit in medio amborũ morum, ut moderatè uiuat purabat, singulis frueretur, & neq; illiberalẽ, neq; iniquam uitam degeret, popularis ex paucorũ principatu factus. Erat quidem, & est, inquit, hæc opinio circa huiusmodi uirum. Pone itaq; inq̃ rursus eius qui talis est, iam natu grandis iuuenẽ filium, in ipsius moribus enutritum. Pono inquit. Pone etiam eadem illa circa ipsum fieri, quæ circa patrem ipsius, ut ad omnem iniquitatẽ ducatur, quæ tamen à ductoribus summa libertas nominẽt: & tum pater, tum alij familiares, cupiditatibus istis in medio positis opitulentur, & rursus alij subdiariã opem ferant: Cùm autẽ mirifici illi Magi & Tyranni effectores non sperauerint aliter iuuenẽ cohiberi posse, tunc Amorem quendã ipsi machinentur ac inducant, præfectũ quendam segniũ & parata distribentiũ cupiditatum, alatum & magnũ quendam fucum: Aut aliud quid talium Amorem esse putas? Nihil inquit, aliud q̃ hoc. Non ne cùm etiam aliæ cupiditates circũ ipsum, sonitum edentes, & suffitibus refertæ, unguentisq; ac coronis, & uino & uoluptatib. in huiusmodi conuersationibus ad extremũ resolutis, augentes & nutrientes, desiderij aculeum fuco induxerint: tunc sanè & satellitib. utitur præ insania, & furit hic animæ præfectus, & si quas in ipso opiniones aut cupiditates deprehenderit frugales & adhuc uerecundas, eas occidit, & foras ab ipso expellit, donec temperantiam expurgauerit, & ascititia insania se repleuerit. Penitus inquit, Tyranníci uiri originem recenses. Nunquid inquam, ob hoc iam olim Tyrannus dictus est Amor? Videtur inquit. Non ne ô chare, dicebam, etiam ebrius uir tyrannicũ quendam animum habet? Habet sanè. Sed & furiosus & mente motus non solùm hominibus, sed etiam dijs imperare conatur, & posse se sperat. Et ualdè inquit. Tyrannicus autem uir inquã, ô beate, exactè fit, cùm aut natura, aut studijs, aut ambobus, ebrius & amore captus, & atra bile percitus fit. Maximè. Talis itaq; uir, ita ut apparet, fit, quomodo uero uiuit? Hoc tu mihi dices, inquit, uelut ludentes loqui solent. Dico itaq; inquam. Arbitror enim q̃ postea feriæ apud ipsos fient, & comessationes, & conuiuia, & amicæ, & huiusmodi omnia, in quibus Amor tyrannus intus habitans, omnia quæ animæ sunt, gubernarit. Necesse est inquit.

Popularis uiri repetitio

Popularis uiri in tyrannum mutatio

Nunquid igitur multæ & uehementes cupiditates singulis diebus ac noctibus pullulant, quæ multis opus habent? Multæ equidem. Breui ergo consumuntur, si qui reditus fuerint. Quidni? Et postea usuræ & bonorum distractiones. Quidni? Quum uero omnia defecerint, non ne necesse est cupiditates quidem, quæ frequentes ac uehementes in ipsis in nidis considerant, uociferari: Illos uero uelut qui aculeis impellantur, tum aliarum cupiditatum, tum præcipuè ab ipso amore, omnium aliarum ueluti satellitum duce, furere & considerare quis aliquid habeat, à quo uel fraude, uel ui auferri possit? Vehementer inquit. Necessarium itaque est undequaq; auferre, aut magnis doloribus ac cruciatibus uexari. Necessarium. Non ne quemadmodum recens accedentes in ipso uoluptates, ueteribus plus habebant, & quæ illarum essent, auferebant: Sic etiam ipse quum iunior sit, patre & matre plus habere uolet, & paterna bona auferre, ubi suam partem consumpserit. At quidni inquit? Si uero ipsi non permiserint, non ne primùm quidem furari & decipere parentes conabitur? Omninò ita. Vbi uero non poterit, rapiet, & per uim auferet postea? Opinor inquit. At

Tyranni rapinæ, & furta in parentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

si resistant ac repugnent & senex pater, & anicula mater, num reuerebitur & parcet, ut ne quid tyrannicum faciat? Non admodum confido, inquit, de talis uiri parentibus.

At per louem ô Adimante, recētis & nō necessariæ amicæ gratia, ueterē amicam & necessariā matrem: aut recētis formosi nō necessarij amici gratia, deformem & necessariū patrē, & amicorū antiquissimū, uideť tibi talis plagis obiecturus esse, & parētes ipsos ut illis inseruiāt subiecturus, si in eandem domū induxerit? Etiam per louem inquit ille. Valdè equidē beata inquā res esse uidetur: Tyrannicū filium genuisse. Nō ualdè inquit. Quid uero quū patris & matris bona defecerint, multū autem iam uolutpatū examen in ipso collectū fuerit, non'ne primū quidem domus cuiusdam parietē perfodiet, aut cuidam serò sub noctē ambulanti palliū detrahet? postea uero res sacras templi cuiusdā attrectabit? Et in his omnibus eas quas olim à puero habuit opiniones, de honestis & turpibus iudiciū facientes, recentes hæ ex seruitute liberatæ, Amorē stipantes cum illo superabunt: quæ prius quidē in somno per somniū soluebantur, quando adhuc esset ipse sub legibus & patre, populari dominio in seipso subiectus: Nūc uero postquā ab amore Tyrānus factus est, qualis raro fiebat per somniū, talis reuera sem per euadens, neq; à dira alicuius cæde abstinebit, neq; ab edulio, neq; à facinore: uerum Tyrannicus in ipso Amor, in omni principatus contemptione ac iniquitate uiuens, ut qui ipse unicus, princeps sit, eum qui ipsum habet, uelut ciuitatē ad omnia audenda adducet, unde & seipsum, & turbā ipsum stipantem nutriet, quæ partim extrinsecus à mala conuersatione ingressa est, partim intrinsecus ab ijsdem moribus, & à seipsa soluta ac liberata est: Aut non hæc talis uiri uita est? Hæc profectò inquit. Et si quidem inquam pauci tales in ciuitate fuerint, & reliqua multitudo temperans, tunc egressi alterius cuiusdam Tyranni satellites siūt, aut mercedis gratia auxiliantur sicubi bellum fuerit. Si uero in pace & quiete res sint, isthic in ciuitate multa parua mala faciunt. Quę ista dicis? Nimirum furantur, parietes perfodiunt, crumenas resecant, prædantur, sacrilegi sunt, plagiarij fiunt, aliquando etiam sycophantæ sunt si dicendo præstant, & falsa testimonia præbent, & largitiones spectant. Parua mala dicis inquit, si pauci tales fuerint. At parua ista inquam, ad magna sunt parua. Atq; hęc omnia si ad Tyrannum ex improbitate & miseria ciuitatis comparentur, ne propè quidem uelut dicitur, iaculantur. Quum enim multi tales in ciuitate fuerint, & alij ipsos sequentur, & suam multitudinem perceperint, tunc hi sunt qui Tyrannum gignūt, cum populi demētia illum, qui ex ipsis maximè ipse in seipso maximum & potentissimum habuerit Tyrannum. Meritò inquit, Hic enim maximè Tyrannus fuerit. Non'ne si quidem uolentes obedierint: Si uero ciuitas non permiserit, quemadmodum tunc matrem & patrem tractauit, sic rursus nunc patriā inquantum poterit tractabit, ut fodales iuuenes in ipsam inducat, & his seruientem charam olim matriam uelut Cretenses dicūt, & patriam habebit ac nutriet. Atq; hic fuerit finis cupiditatis talis uiri. Hic omnino inquit ille. Non'ne inquam hi tales priuatim fiunt, etiam prius quàm dominentur: primum quidem ut cum adulatoribus suis, & ad omnia inseruire paratis cōuersentur: aut si quare opus habeant, ipsi se submittāt, omnes habitus suscipere audētes, uelut familiares, uerum ubi transegerint, alieni. Et ualdè quidem. Per omnem ergo uitam uiuunt & nulli unquam amici sunt, sed semper alicui dominantur, aut alij seruiunt. Libertatem autem & ueram amicitiam Tyrannica natura nunquam gustat. Maximè. Nunquid rectè tales infidos dixerimus? Quidni? Sed & iniustos quàm maximè fieri potest, si quidem rectè in superioribus confessi sumus de iustitia quale quid sit. Atqui rectè inquit ille. In summam itaq; pessimum uirum contrahamus. Est autem hic, qui reuera talis fuerit, qualem per somnium esse exposuimus. Maximè. Non'ne hic est qui quum maximè Tyrannus natura sit, solus dominabitur, & quantò longiore tempore in tyrannide uixerit, tantò magis talis erit? Necesse est inquit excepto sermone Glauco. Nunquid inquam qui pessimus apparuerit, etiam miserrimus apparebit: & qui plurimo tempore & maximè tyrannidem exercebit, maximè & plurimo tempore reuera talis fuerit? Verum multis multa uidentur. Necesse est inquit hæc ita se habere. Aliud igitur quid inquam, fuerit similitudine, uir Tyrannicus secundum ciuitatem tyrannidi subiectam: popularis autem secundum popularis domi-

Tyranni generatio

Tyranni nulli amici

nij

nij ciuitatem, & alij eodem modo? Quidni? Non'ne quod est ciuitas ad ciuitatem uirtute ac felicitate, hoc uir ad uirum? Quidni? Quo modo igitur se habet tyrannidi subiecta ciuitas, ad eam quæ regibus paret, quam primū exposuimus? Contrario inquit in totum modo. Hæc enim optima est, illa pessima, Non interrogabo dicebam, utram dicas: Manifestum enim est: Verum de felicitate & miseria eodem modo, aut aliter iudicas? Et ne consternemur ad Tyrannum qui unus est respicientes, neq; si pauci quidam circū illum sunt, sed uelut cōuenit totam ciuitatem speculatū ingressi, ubi omnem pererrauerimus ac lustrauerimus, sic opinionem nostram pronunciemus. At rectè inquit prouocas, & cuiuis constat, non esse miseriorem ea quę Tyrannidi subiecta est, neq; feliciorem ea quę regi paret. Nunquid inquam si etiam de uiris eadem hæc monerem, rectè prouocarem, ita ut de ipsis iudicare debere censeam illum, qui intelligentia in uiri mores subire possit, eosq; perspicere, & non uelut puer externo aspectu consternetur præ Tyrannica præfectura, quam ille foris ostentat, sed iustè perspici at? Si igitur putarem omnes nos illum audire oportere, qui & iudicare posset, & in eodem cum ipso habitasset, & tum domesticis actionibus interfuisset, ut quomodo ad singulos domesticos se habeat uidisset, inter quos maximè tragico apparatu denudatus uideri quis potest: tum in ipsis publicis periculis: & hæc omnia conspicatum pronunciare iuberem, quando se habeat Tyrānus, ad alios collatus, quod ad felicitatem & miseriam attinet, non'ne rectè prouocarem? Rectissimè inquit & hæc prouocares. Vis'ne igitur inquam, ut fingamus nos esse ex eorum numero qui iudicare possunt, & iam talibus interfuerunt, quo habeamus aliquem qui respondeat ad ea quæ interrogamus? Maximè. Age ita inquam hoc modo considera, similitudinem ciuitatis & uiri in memoriam reuocans, atque sic singulatim ex parte conspicatus, affectiones utriusque recense. Quas istas inquit? Primum quidem inquam ut de ciuitate dicamus, liberam aut seruam eam quæ tyrannidi subiecta est dicis? Quàm maximè inquit seruam. Et tamen uides in ipsa dominos & liberos. Video inquit, exiguum quiddam hoc, sed totum genus ut ita dicam in ipsa, & quod moderatissimū est, ignominiosè & miserè seruum. Si igitur dicebam, similis est uir ciuitati, non'ne etiam in illo necesse est eundum ordinem inesse, & multa quidem seruitute ac illiberalitate animam ipsius refertam esse, & eas animæ partes quæ moderatissimæ sunt seruire: paruam autem & pessimam ac furiosissimam dominari. Necesse est. Quid igitur seruam, aut liberam talem animam esse dices? Seruam equidem ego. Non'ne rursus serua & tyrannidi subiecta ciuitas minimè facit quæ uult? Maximè. Ergo & tyrannidi subiecta anima minimè faciet quæ uolet, ut de tota anima dicam, uerum dum ab œstro semper uiolenter trahitur, turbatione & pœnitentia referta est. Quidni? Diuitem uero aut pauperē esse Tyrannicam ciuitatem necesse est? Pauperem. Ergo & animam Tyrannicam pauperem & inexplebilem esse necesse est. Sic inquit ille. Quid uero timore plenam esse talem ciuitatem, & talem uirum, nō necesse est? Admodum. Luctus autem & gemitus & lachrymas ac dolores, in alia ciuitate plures te inuenturum esse putas? Nequaquam. In uiro uero alio quodam plura talia esse putas, quàm in hoc tyrannico, præ cupiditatibus & amoribus furioso? Quomodo inquit? Ad omnia itaque opinor hæc, & alia huiusmodi respectu habito, ciuitatem sanè omnium ciuitatum miserrimam iudicasti. Non'ne rectè inquit? Et ualdè inquam ego, At de uiro tyrannico quid dicis si ad hæc respicis? Longè inquit miserrimum esse omnium aliorum. Hoc inquam non amplius rectè dicis. Quomodo inquit? Nondum opinor inquam, hic est talis maximè. At quis tum? Ille fortassis tibi uidebitur hoc miserior esse. Quis ille? Qui quum tyrannicus sit inquam, non priuatam uitam degit, sed infelix est, & ex quadam calamitate contingit ipsi ut Tyrannus fiat, Coniecto inquit ex relatis te uera dicere. Etiam inquam, Verum talia non putare oportet, sed ualdè bene tali ratione considerare. De maximo enim nobis consideratio est, tum bona, tum mala uita. Rectissimè inquit. Vide ergo an quid dicam. Videtur enim mihi ex his de ipsa consideratio instituenda esse. Ex quibus? Ex unoquoq; priuato homine, qui diuites in ciuitatibus multa mancipia habent. Hi enim hoc simile Tyrannis habent, quòd multis domi-

Tyrannica ciuitas serua est.

Diuites priuati Tyrānis similes

Universidad de Deusto
Biblioteca

nantur. Differentia uero in hoc est q̃ Tyrannus pluribus dominatur. Est equidem.
Nosti igitur hos intrepidos esse, & famulos non timere. Quid enim timerent?
Nihil inquam, sed causam intelligis? Etiam, quoniam tota ciuitas, unicuiq; priuato opitulatur. Rectè inquam dicis. Quid uero si quis deorum unum uirum cui quinquaginta aut etiam plura essent mancipia, sublatum è ciuitate cum uxore & liberis, poneret unà cum reliquis bonis ac famulis in solitudinem, ubi nullus ex liberis hominibus ipsi opem ferre posset: in quali & quanto timore ipsum fore putas, ne & ipse, & pueri & uxor à famulis perimantur? In summo inquit, ego puto. Non'ne cogetur quibusdam seruis blandiri, & multa polliceri, & manumittere non rogantes, & ipse adulator seruorum esse uidebitur? Valdè necesse est inquit, aut perire. Quid uero si etiam alios multos uicinos deus circumcirca collocaret, qui non sustineant si quis alius alij dominari uelit, sed si forte talem quempiam deprehendant, ultimo supplicio afficiant. Ita magis adhuc opinor inquit, omni malo expositum fore, dum ab omnibus hostibus circumcirca concluditur. Nunquid in tali carcere illigatus est Tyrannus, qui natura talis est qualem recẽsuimus, multis & omnis generis timoribus ac amoribus refertus? Quũ autem animo reuera auido præditus sit, soli ipsi ex omnibus qui sunt in ciuitate, neque usquam peregrinari licet, neq; spectare ea quorum alij liberi homines cupidi sunt. Verum abditus in domo plerũque uelut mulier uiuit, inuidens etiam alijs ciuibus, si quis foras peregrinetur, & boni quid spectet. Omnino ita inquit. Non'ne supra huiusmodi mala, plura adhuc incurrit uir ille, qui male in seipso rem gerit, quem tu modo miserrimum Tyrannicum iudicabas, qui non priuatam uitam degit, sed ex fortuna quadam Tyrannus esse cogitur, & quũ suũpsius impotens sit, alijs dominari conatur: uelut si quis ægroto & impotenti corpore, non priuatus, sed decertãdo ac pugnando aduersus alia corpora uitam degere cogatur. Penitus inquit similima & uerissima dicis ô Socrates. Non'ne inquam chare Glauco penitus misera est affectio, & qui ita Tyrannum agit, grauiorẽ adhuc uitam uiuit eo qui à te miserrimè uiuere iudicatus est?
Admodum inquit. Est ergo reuera, etiamsi cui non uideatur, is qui reuera Tyrannus est, reuera seruus in maximis adulationibus ac seruitutibus, & improbissimorũ adulator, & qui cupiditates nullo modo expleuit, sed plurimarum egentissimus & reuera pauper apparet, si quis totam animam inspicere sciat, & timore per omnem uitam refertus, anxietatibusq; ac doloribus plenus, siquidem ciuitatis affectione similis est: Est autem similis: Nunquid? Et ualdè inquit. Non'ne etiam ad hæc attribuemus uiro adhuc ea quæ prius diximus, quòd necesse sit & esse, & adhuc magis fieri ipsum quàm prius, ob principatum. Inuidum, infidum, iniustum, ab amicitia alienũ, impium, & omnis improbitatis hospitem ac altorem, & ex omnibus his, maximè quidem ipsum esse infelicem, postea uero etiam familiares tales efficere? Nemo sana mente præditus inquit tibi contradicet. Age itaque inquam, nunc uelut iudex per omnia pronunciat, etiam tu iudica, quis primus sit felicitate, ex tua opinione, quis secũdus, & reliquos deinceps quinq; numero, regiũ ambitiosum, paucorũ principatus uirũ, popularem & Tyrannicũ. At facile inquit est iudicũ. Nam uelut ingressi sunt, ego quasi choros iudico uirtute, ac uitio, & felicitate & eius contrario. Conducemus igitur præconem inquam, aut ipse dicam, quòd Aristonis filius, optimum ac iustissimum, felicissimum iudicauit: Hunc autem esse uirum maximè regium, & qui in seipsum regnum gerit: pessimum autem & iniustissimum, miserrimum: Hũc autem rursus esse eum qui maximè sit Tyrannus, & in seipsum & in ciuitatem Tyrannidem exercet. Sit ita à te promulgatum inquit. Nunquid ita proponam inquam, siue lateant, siue nõ, omnes homines ac deos, quòd tales sint. Propone inquit. Sit ita inquam. Et hæc quidem una nobis demõstratio fuerit. Secundam uero hanc uide, an tibi quid esse uideatur. Quæ illa? Quandoquidem ut ciuitas in tres species diuisa est, ita etiam anima uniuscuiusq; triformiter diuisa, admittet ut mihi uidetur, etiam alteram demonstrationẽ. Quam illam? Hanc. Quũ tres sint animę species, triplices etiã esse mihi uidentur uoluptates, unicuiusq; una priuatim, similiterq; cupiditates & principatus. Quomodo dicis inquit? Vnã quidẽ dicimus qua intelligit homo: Alterã qua irascit: Tertiã uero propter multiplicationẽ, uno proprio ipsis nomine appellare nõ possumus, sed eo quod maximũ & robustissimũ in se habet, cognominauimus: Concupiscentẽ enim uocauimus, ob uehementiam cupiditatum circa cibum ac potũ & res uenereas, & quæcunq; alia ad hæc sequuntur. Sed & pecuniarum amantem diximus, eo q̃ per pecunias maximè huiusmodi cupiditates perficiuntur. Et rectè inquit. Non'ne si etiam uoluptatem & amorem lucri, ipsam esse dixerimus, in unam maximè summam sermonem contrahemus, ut nobis ipsis quid declaremus, quando hanc animæ partem nominamus: & si ipsam pecuniarũ amantem, & lucri studiosam dicamus, rectè appellabimus? Mihi equidem uidetur, inquit. Quid uero impetuosam illam animæ speciem, non'ne ad obtinendum quid, & ad uincendum, & ad gloriam, totam cõcitari dicimus? Et ualdè. Si igitur ipsam contentiosam & ambitiosam appellauerimus, num concinnè fecerimus? Concinissimè equidem. At uero eam qua intelligimus totam semper locatam esse, ad cognoscendam ueritatem, quomodo se hæc habeat, cuiuis patet: & ex istis speciebus hæc pecunias & gloriam minimè curat. Maximè. Si itaq; discendi cupidam, & sapientiæ amantem, ipsam uocauerimus, ritè appellabimus. Quidni? Non'ne inquam, etiam dominatur in animis quorundam quidem hæc species, aliorum uero altera ex illis, utra tandem fuerit? Ita inquit. Quapropter etiam hominum prima tria genera esse dicimus, sapientiæ amans, contentiosum, & lucri studiosum. Omninò ita. Et uoluptatum tres species, ita ut unicuique horum una tribuatur. Maximè. Nosti igitur inquam, quòd si tres eiusmodi homines quenq; seorsum interrogare uelis, quæ ex his uita iucundissima sit, suam quisque maximè laudabit: & lucri studiosus, honoris aut intelligendi uoluptatem, nullius precij esse dicet, ad lucrum collatam, nisi fortassis & ipsæ argentum acquirant. Vera inquit, dicis. Quid uero ambitiosus inquam, non'ne uoluptatem ex pecunijs quæsitam importunam esse dicet, & rursus eam quæ ex discendo quæritur, nisi disciplina honorem afferat, sumum sanè & nugas illam esse putans. Ita res se habet, inquit. At sapientiæ amantem philosophum faciamus alias uoluptates nihil esse censere, ad cognoscendæ ueritatis, quomodo se habet, uoluptatem collatas: et in tali quodam modo semper discentem uersari, non admodũ procul à uoluptate: alias autem reuera necessarias uocare, ut qui alijs non habeat opus, nisi illas expetat necessitas. Bene inquit, hoc cognoscere oportet. Cùm igitur dicebam, uoluptates uniuscuiusq; speciei, & ipsa uita, in ambiguo positæ sint, non solùm quod ad honestiorem ac turpiorem, itemq; deteriorem ac meliorem uitam attinet, sed etiam ad iucundiorem ac minus molestam, quomodo scire poterimus quis ipsorum ueritissima dicat? Non admodum habeo inquit, quod dicam. At sic considera. Qua re iudicare oportet ea quæ rectè iudicari debent? Nunquid experientia, & sapientia, & ratione? Aut melius quod dam his habere quis poterit iudicandi instrumentum? Et quomodo posset, inquit? Considera itaq;, cùm tres sint uiri, quis omnium earum quas diximus uoluptatũ, maximam experientiam habet, Vtrũ lucri studiosus, si consideret ipsam ueritatem qualis sit, maximã cognoscendi uoluptatis experientiã habere tibi uidetur: aut philosophus uoluptatis lucrandi? Multũ inquit, interest. Nam hunc necesse est à pueris alias uoluptates gustare. At lucri studiosum si considerat quomodo res à natura se habent, nõ necesse est gustare hanc uoluptatẽ quàm dulcis sit, neq; eius experientiã facere: imò si etiam hoc facere conetur, non facile est. Longè ergo præstat inquã, philosophus lucri studioso, in ambarum uoluptatum experientia. Longè equidem. Quid uero ambitiosos? Num magis imperitus est uoluptatis ex honore quæsitæ, q̃ ille eius quæ ex sapiẽtia petitur. At honor inquit, si elaborarint, hoc ad quod quisq; cõtendit, omnes ipsos sequitur. Nam & diues à multis honorat, & fortis, & sapiens. Quare ab honore qualis sit, omnes uoluptatem experti sunt. At qualem uoluptatem habet ueritatis consideratio, fieri non potest ut alius præterquam philosophus gustarit. Quod ergo ad experientiam attinet, inquam, optimè hic uir iudicat. Maximè. Sed & cum sapientia solus expertus erit. Quidni? Quin & instrumentũ hoc per quod iudicare oportet, nõ lucri studiosi est, neq; ambitiosi, sed philosophi. Quod istud? Per rationes sanè diximus iudicare oportere: Nunquid? Etiam. Rationes aũt huius maximè sunt instrumentum. Quidni? Nõ'ne si diuitijs & lucro optimè iudicarentur ea quæ iudicantur, ea quæ lucri studiosus laudaret ac uituperaret, ueritissima esse necesse esset? Penitus ita.

Tyranni captiuitas

Descriptio Tyranni

Felicitas in iustitia & uirtute sita

Tria prima hominum genera

Vita sua cuiq; iucundissima

Tria iudicandi instrumenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si uero honore, & contentione ac fortitudine, non'ne quæ ambitiosus & contentiosus? Manifestum est. Quandoquidem uero experientia, & sapientia, & ratione?

Necesse est inquit, quòd quæ philosophus & sapientiæ & rationis amans laudat, ea uerissima esse. Quum igitur tres sint uoluptates, ea quæ huius partis animæ qua intelligimus, est, iucundissima est: & in quo nostrum hæc pars dominatur, huius uita iucundissima est. Quomodo uero non esset, inquit? Sapiens itaq; præstante iudicio præditus, suam ipsius uitam laudat. Quam uero secundam uitam, dicebam, & quam secundam uoluptatem, iudex esse dicit? Nimirũ bellicosi & ambitiosi: Vicinior enim ipsi est, quàm lucri studiosi uita. Postremam autem lucri studiosi ut apparet? Quidni inquit? Hæc itaq; sic duo sunt deinceps exposita, & bis uicit iustus iniustũ. Tertium uero olympico more, seruatori & Olympio Iouí considera, quòd neq; omninò uera est aliorum uoluptas, sed solius sapientis: neq; pura, sed adumbrata, uelut ex sapiente quodam audiuisse mihi uideo: & quidem hic fuerit maximus ac potissimus iniusti casus.

Maximè. Verùm quomodo dicis? Sic dicebam, comperiam, quærens simul te respondente. Interroga itaq; inquit: Dic inquam ego, non contrarium dicimus, dolorem uoluptati? Et ualdè. Non'ne etiam neque gaudere, neque dolere, esse aliquid? Esse equidẽ. Quod in medio horum amborũ est, nimirum quietem quãdam circa has animæ affectiones: Aut non sic ipsum dicis? Sic inquit. Nunquid memi nisti, inquam, quos sermones ægroti proferunt, quũ ægrotant? Quos istos? Quòd nihil sanitate iucundius sit, sed hanc iucundissimã esse, ipsos latuerit, antea quàm ægrotarent. Memini, inquit. Non'ne etiam dolore quodam uexatos dicere audis, nihil iucundius esse quàm dolore non uexari? Audio. Et in alijs multis huiusmodi hominum uersari sentis, in quibus ubi affliguntur, laudant si quis non affligatur, & ab huiusmodi molestia quietem agat, uelut hoc iucundissimũ sit: & non gaudere. Hæc enim quies inquit, tunc fortassis iucunda ac grata fit. Num & quum quis gaudere desinit, uoluptatis quies molesta erit? Fortassis inquit. Quã igitur modo inter ambo mediã esse diximus quietem ipsam, ea aliquando ambo erit, & dolor, & uoluptas. Videtur.

Sanitate nihil iucundius

Num etiam fieri potest, ut quod neutrum est, ambo fiat? Non mihi uidetur. Sed & uoluptas, & molestia, in anima oborta, ambo motus quidam sunt: aut non ita?

Etiam. At quod neque molestum, neque iucundum est, non'ne quies & in medio amborum esse modo uisa est? Visa est equidem. Quomodo igitur non dolere, recte iucundũ putatur, aut non gaudere molestum? Nequaquam. Non ergo est, sed apparet, tunc quies inquam, ad dolorem collata, iucunda: ad uoluptatem, molesta: & nihil sani est in huiusmodi spectris ad uoluptatis ueritatem collatis: sed impostura quædam. Velut sanè ratio indicat, inquit. Vide itaq; inquam, uoluptates, quæ nõ ex doloribus sunt, ut ne sæpe putes in præsentia ita hæc duo à natura se habere, ut uoluptas quidem quies doloris sit, dolor autem uoluptatis. Vbi inquit, & quas dicis? Multæ quidem inquam, etiam aliæ sunt, maximè uero si cõsiderare uis uoluptates circa odores. Hæ enim non prægresso dolore, derepentè immensa magnitudine oboriunt, & ubi desinunt, nullum dolorem relinquunt. Verissima inquit, dicis. Ne ergo credamus puram uoluptatem esse, doloris summotionem: neque dolorem, uoluptatis. Non sanè. Attamen inquam, quæ per corpus ad animam tendunt, & uoluptates dicuntur, ferè plurimæ & maximæ huius generis sunt, ut dolorum sint summotiones. Sunt equidem. Non'ne etiã de futuris his ab expectatione orientes præsensiones, & uelut prægustationes doloris, eodem modo se habent? Eodem modo. Nosti igit inquam, q sint, & cui maximè similes sint? Cui inquit? Putas quid dicebã, in natura esse, summũ, infimum, & medium? Ego sanè. Putas igitur aliquem qui ex infimo ad medium feratur, aliud quid putare quàm ꝙ ad summum feratur: & dum in medio cõsistit, & unde eõ uenerit, respicit, alibi se esse putare q̃ in summo, ut qui quod reuera summũ est, non uiderit? Per Iouẽ non ego inquit, opinor, aliter talem putare. At si rursus inquam, infrà feratur, & infrà se ferri putet, uerè id putabit? Quidni? Non'ne hæc omnia inde ipsi accidunt, quòd imperitus est, quod reuera summum sit, & quod medium, & infimum? Manifestum sanè est. Est'ne igitur quod admireris, si imperiti ueritatis de alijs multis non sanas opiniones habent, tum ad uoluptatẽ, & ad dolorem, & medium horum,

Voluptatis spectra

Medij, summi, ac infimi ratio

horum, ita afficiuntur, ut quum ad dolorem ferantur, uerè putent, & reuera doleant? quum uero à dolore ad medium, uehementer opinentur se in perfectione & uoluptate uersari: quemadmodũ qui fuscum ad nigrum conferunt, eo quòd album nõ nouerunt, Sic hi dolorem ad doloris summotionem conferentes, ob imperitiam uoluptatis decipiuntur? Per Iouem inquit, non possim admirari, sed multò magis admirarer, si nõ ita res se haberet. Sic igitur dicebã, considera. Nõ'ne fames & sitis & alia huiusmodi, euacuationes quædam sunt habitus corporis? Quidni? Ignorantia uero & insipientia, non'ne habitus animæ uacuatio est? Valdè equidem. Non'ne etiam impletur, & qui alimentum assumit, & qui intelligentiã? Quidni? Repletio autem uerior, est'ne eius quod minus est, aut quod magis? Nimirum eius quod magis est. Vtra igitur genera magis pura essentia participare putas, num hæc uelut sunt cibi & potus & obsonij & uniuersi alimenti: aut ueræ opinionis, & scientiæ, & intelligentiæ, & in summa omnis uirtutis species? Sic autem iudica. Quod hæret ex semper simili, & immortali, & ueritate, & ipsum tale est, & in tali fit, magis esse tibi uidetur: aut quod ex nunquam simili, & mortali, & rursus ipsum tale est, & in tali fit? Longè inquit, præstat id quod ex semper simili. Essentia igitur eius quod semper simile est, magis essentia quàm scientia participat? Nequaquam. Quid autem ueritate? Neq; hac. Si uero minus ueritate, non'ne etiam essentia? Necesse est, Non'ne omninò ea genera quæ circa corporis curam uersantur, ipsis generibus quæ circa animæ curam adhibentur, minus ueritate & essentia participant? Maximè. Corpus autem ipsum minus quàm anima, nõ'ne ita putas? Ego sanè. Non'ne id quod his quæ magis sunt, repletur, & ipsum magis est, reuera magis repletur, quàm quod his quæ minus sunt, repletur, & ipsum minus est. Quidni? Si ergo repleri his quæ naturæ conueniunt, iucundum est, id quod reuera & his quæ magis sunt, impletur, magis reuera, & uerius uera uoluptate gaudere facit: quod uero his quæ minus sunt, participat, minus uerè & constanter repletur, & minus fida ac uera uoluptate participat. Maximè necessarium est, inquit. Qui ergo sapientiæ & uirtutis imperiti sunt, in conuiuijs autem & eiusmodi alijs uersantur, infrà, ut apparet, & rursus ad medium usq; feruntur, & hac parte per uitam errant: Nunquam uero hoc transgressi, neq; ad ueritatem quæ in summo est, suspexerunt, neq; peruenerunt, neq; eo quod est, reuera repleti sunt, neq; constantem & puram uoluptatem gustarunt, sed pecudum more infrà semper spectantes, & ad terram inclinati, & ad mensas pascuntur, & coeunt, & harum rerum ubertatis gratia calcitrantes, & cornibus ac unguls mutuò se impetentes occidunt, eo quòd inexplebiles sunt, ut qui neq; his quæ sunt, neq; id quod est, & quod retinet, in seipsis repleuerunt. Penitus inquit Glauco, ô Socrates, uulgi uitam uelut oraculo prodis. Non'ne necesse est & in uoluptatibus permixtis doloribus istos uersari, quæ sunt simulachra ueræ uoluptatis, & adumbratæ ac inquinatæ ex æquali uicissim dolorum appositione, ita ut uehementes & uoluptates & dolores appareant, & rabiosos sui amores in insipientibus pariant, & ipsorum gratia decertetur: quemadmodum ob Helenes simulachrum dicit Stesichorus, depugnasse eos qui in Troia essent, eo quòd ueram nõ nossent. Necesse est, inquit, talem quandam hanc ipsam speciem esse. Quid uero circa animæ impetum, non'ne alia huiusmodi fieri necesse est, si quis hunc ipsum transigat aut inuidia, ob ambitionem: aut ui, ob contentionem: aut ira, ob morum malignitatem, dum honoris, & uictoriæ, & iræ repletionem persequitur, absque ratiocinatione ac intelligentia. Talia inquit, necesse est & circa hunc esse. Quid igitur, confidentes'ne dicemus, quòd quæcunq; cupiditates & circa lucri, & circa contentionis studium sunt, quæ quidem scientiam & rationem sequuntur, & cum his uoluptates persequentes, illas quas sapientia monstrat, cæperint, hæ & ueerissimas capient, quantum fieri potest ut ipsę ueras capiant, nimirũ ueritatem sequentes, & sibijpsis proprias: siquidem hoc quod unicuiq; optimum est, etiam maximè proprium est. Atqui maximè propriũ est inquit. Si ergo tota anima philosophicã partem sequat, & non seditionem agat, continget ut unaquæq; pars, tum quæ sua sunt, faciat, tum iusta sit: & sanè ut etiam uoluptates suas unaquæque, easq; optimas, & quantum fieri potest, uerissimas consequatur. Valdè equidem. Cùm uero alia quædam superarit, contingit ut neque ipsa suam uoluptatẽ comperiat, & alias cogat ut alienam, & non

Essentia pura quæ magis participent

Simulachra ueræ uoluptatis

Optimum esse cuiq; etiam proprium

Voluptates ueræ ut contingant

Universidad de Deusto
Biblioteca

& non ueram uoluptatem persequantur. Ita est, inquit. Non'ne quæ plurimũ à philosophia & ratione distant, maximè talia efficiunt? Admodum. Plurimũ autem à ratione distat, quod etiam à lege & ordine? Manifestũ est. Non'ne uero plurimum distare uisæ sunt amatoriæ & tyrannicæ cupiditates? Plurimũ. Minimum uero regiæ & moderatæ? Etiam. Plurimũ itaq; opinor, à uera ac propria uoluptate tyrannus aberit, rex autem minimũ. Necesse est. Ergo etiam iniucundissimè tyrannus uiuet, rex autem iucundissimè. Multa necessitas est inquit. Nosti igitur inquã, quantò iniucundius rege uiuat tyrannus? Si dixeris inquit. Cùm tres sint, ut apparet, uoluptates, una genuina, duæ spuriæ: Tyrannus ad spurium genus longè transgressus, lege & ratione præterita, cum seruis quibusdam ac satellitibus uoluptatibus habitat: & quantum à uera uoluptate absit, ne dictu quidem admodum facile est, præterquam forsitan hoc modo. Quomodo inquit? A paucorum principatus uiro tertius abfuit tyrannus: In medio enim ipsorum popularis erat. Etiam. Non'ne etiam cum tertio simulachro, quod ad ueritatem attinet, ab illo habitat, si superiora uera sunt? Ita est. At paucorum principatus uir à rege rursus tertius est, si in eundem locum optimatem & regem ponimus. Est equidem tertius. Tripli ergo inquã, triplum numero, à uera uoluptate tyrannus abest. Apparet. Planum ergo, ut apparet, fuerit tyrãnicæ uoluptatis simulachrum, secundum longitudinis numerum. Valdè sanè. Secundum potentiam uero, & tertium augmentum, manifestum est quanta distantia absit. Manifestum est inquit, computatori. Non'ne si quis ordine conuerso, regem à tyranno uoluptatis ueritate distare dicat, graduum septingentorũ & uiginti nouem distantiatis iucundissimè ipsum uiuere comperiet perfecta multiplicatione: tyrannũ autem illo iniucundius eadem hac distantia. Inauditã inquit, computationem deprehendisti differentiæ horum uirorum, iusti ac iniusti, quod & ad uoluptatem, & ad dolorem attinet. Et tamen etiam uerum inquam, & uitis ipsorum conuenientem numerum, siquidem ipsis conueniunt dies, & noctes, & menses, & anni. Atqui inquit, conueniunt. Non'ne si intantũ uoluptate superat bonus & iustus, malum & iniustũ, mirũ sanè fuerit quantò plus & uitæ ornatu, & pulchritudine, & uirtute superabit. Mirũ equidem per louem inquit. Sit ita dicebã. Quando quidẽ uero huc sermone deuenimus, repetamus ea quæ prima dicta sunt, propter q̃ huc delati sumus. Dicebamus aũt conducere ut iniusta faciat, ei qui perfectè iniustus est, iustus tamen putaꝛ: aut non ita dictũ est? Ira equidem. Nunc itaq; inquã, de hoc ipso disseramus, postq̃ confessi sumus quã uim utrunq; habeat, & iniusta facere, & iusta. Quomodo inquit? Imaginẽ animæ sermone fingamus, quo cognoscat is qui illa dicit, qualia dicat. Quam istam inquit? Talem quandã inquam, quales ueteres naturæ fuisse narranꝛ, Chimeræ nimirũ & Scyllæ & cerberi: sed & aliæ quædam frequenter narrantur fuisse, in quibus multæ ideæ in unum concreuerint. Narrantur equidem inquit. Finge itaq; unam quidem ideam bestiæ uariæ & multorum capitũ, quæ tamen capita circumcirca habeat mansuetarum ac ferarum bestiarum, & possit hæc omnia ex seipsa mutare ac producere. Miri fictoris inquit, opus, cùm tamen sermo facilius fingi possit quàm cera & huiusmodi, fingatur. Vnam itaq; aliam ideam leonis: unam item hominis: longè autem maxima sit bestia prima, deinde secunda. Hæc inquit, faciliora, & ficta sunt. Coniunge itaq; ipsa quę tria sunt, in unum, ut inter se quodammodo concreta sint. Coniuncta sunt, inquit. Circumpone itaq; ipsis extrinsecus unius imaginem, hominis uidelicet, ut ei qui non possit ea quæ intus sunt, uidere, sed externum solum uideat uelamen, unum animal homo appareat. Circumposita est inquit. Dicamus itaq; ei qui dicit conducere huic homini ut iniusta faciat, non autem conferre ut iusta faciat: quòd nihil aliud dicit, quàm utile esse ipsi ut uariam illam bestiam pascat, & robustũ faciat & leonem, & quę circa ipsum sunt: hominem uero fame enecet, & debilem faciat, ut trahatur quocunq; alterutra illarum bestiarum ducat: & ut nullam ex his cum alia conciliet, aut amicam faciat, sed sinat ipsas inter se morsibus & pugnando mutuò se deuorare. Omninò sanè hæc dicit, inquit, qui iniusta facere laudat. Non'ne rursus qui iusta conducere dicit, hæc facere & hæc dicere oportere asseret, unde hominis interior ille homo euader, potentissimus, & bestiæ illius multorum capitũ curam geret: quemadmodum agricola qui mansuefacit, & nutrit, & domestica facit, agrestia uero enasci prohibet: ita ut in auxiliũ uocet naturam leonis, & in communi omnium curam suscipiat, ut & inter se & sibi ipsi amicæ sint, atq; sic ipsas enutriat. Prorsus hæc dicet, inquit, qui iustum laudat. Iuxta omnem itaq; modum qui iusta laudat, uera dicit: qui iniusta, mentitur: Siue enim nominis claritatem, siue uoluptatem, siue utilitatem quis spectet, qui iusta laudat, uera dicit: qui uero uituperat, nihil sani facit, neq; quid uituperet, nouit. Nullo modo inquit, ut mihi uidetur. Persuadeamus itaq; ipsi mansuetè: Non enim uolens peccat: ita interrogantes, O beate, nõ'ne etiam honesta & turpia, propter talia, legitimè recepta esse dicemus, honesta quidem, quòd ferinam ac bestialem naturam homini, imò fortassis potius Deo subijciunt: Turpia uero, quòd mansuetũ agresti seruire cogunt? Assentietur aut quid faciet? Si mihi inquit, paruerit. Est'ne igitur inquam, cui conducit ex hac ratione, ut aurum accipiat iniustè: si quidem tale quiddam contingit, ut dum accipit aurum, simul optimam sui partem pessimæ seruire cogat: Aut si quidem accepto auro, filium aut filiam in seruitutem daret agrestium ac improborũ uirorum, non ipsi conduceret, etiam si ualdè multum auri pro illis acciperet: Si uero partem sui diuinissimam, impijssimæ ac sceleratissimæ in seruitutem subijcit, & nihil miseretur, non miser est, & ob multò maiorem perniciem, auri munera accipit, quàm Eriphyle monile accepit, ut uirum uita priuaret? Ob multò maiorem inquit Glauco, ego enim tibi pro illo respondebo. Non'ne etiam petulãtiam propterea dudum uituperari putas, quòd dirum & magnum illud ac multiforme pecus ultra quàm conuenit, in ipsa uersatur? Manifestũ est inquit. At contumacia & insolentia non'ne uituperaꝛ, cùm leonina & uiperina species inconcinnè augescit, & extenditꝛ. Maximè. Deliciæ uero & mollicies non'ne in eiusdẽ speciei laxatione ac remissione uituperanꝛ, cùm in ipsa timiditatem inducunt? Quidni? Adulatio autem & illiberalitas non'ne cùm quis eundem animi impetũ multiplici bestiæ subdit, & pecuniarũ ac inexplebilis ipsius cupiditatis gratia, irritatũ illum à teneris pro leone simiam fieri adsuefacit? Et ualdè inquit. At artes mechanicæ & quæ manibus peraguntꝛ, cur probrosæ censenturꝛ Num ob aliud quid dicemus, q̃ quòd quis optimi speciem natura debilem habet, ut pecoribus quæ in ipso sunt, dominari non possit, sed illa curet, & quomodo ipsis blandiatur, solùm discere queat? Apparet, inquit. Non'ne ut etiam talis à simili regaꝛ quali optimus ille, seruum ipsum esse oportere dicimus optimi illius, & qui diuinũ principem in seipso habet: nõ q̃ in detrimentum ipsius subditum ipsum esse oportere censeamus, uelut Thrasymachus de subditis putabat: sed q̃ melius sit cuiuis, ut à diuino & sapiente regatur, quem maximè quidem proprium in seipso habeat: sin minus, extrinsecus præfectus sit, quo pro uiribus omnes similes simus & amici sub eodem gubernatore. Et rectè inquit. Declarat autem inquã etiam lex, quòd tale quid statuat, dum omnibus in ciuitate auxiliatur: declarat & imperiũ in pueros, q̃ ipsos **liberos esse non sinimus**, donec in ipsis uelut in ciuitate rempublicam constituerimus, & **optimo in ipsis curato** per id quod in nobis huiusmodi est, custodem & principem similem **in ipsis, in nostrum locum** sufficiamus: & tunc sanè ipsos sui iuris esse permittimus. Declarat equidem inquit. Quo igitur modo, & iuxta quam rationem dicemus, ô Glauco, conferre iniusta facere, aut petulantẽ esse, aut turpe quid committere, ex quibus improbior quidẽ quis euadet, plures autem pecunias, aut aliã quandam potentiã acquiret? Nullo modo inquit. Quomodo uero utile esse dicemus, ut qui iniusta facit lateat, & pœnas nõ det? Nõ'ne qui latet, improbior adhuc fit amplius: eius autem qui non latet, & punitur, bestialis quidem pars sopitur & mãsuescit, mansueta uero liberaꝛ, & tota anima in optimam naturam transiens, præstantiorem habitũ assumit, temperantiam & iustitiam cum sapientia adepta, q̃ corpus ubi robur & pulchritudinem cum sanitate consequitur: atq; illum tantò præstantiorem, quantò anima corpore præstantior est? Omninò ita inquit. Non'ne qui mente præditus est, omnia quæ in se sunt, huc conferet, & primùm quidem ita uiuet, ut disciplinas colat, quę talem ipsi animam efficient, reliquas autem contemnat? Manifestum est inquit. Deinde corporis habitum & alimentum non solum non bestiali ac brutæ uoluptati permittet, ut hic enutritus uiuat, sed neq; ad sanitatem respiciet, neq; hoc curabit, quomodo robustus, aut sanus, aut pulcher fiat, si non etiam temperatus ex ipsis futurus sit; sed semper corporis

Iniusta facere cui conducat

Iusta facere ut conducat

Pecora & bruta in hominum moribus

Pueri cur sub imperio sint

Corporis præstantia in quibus sita sit

Vitæ rectæ institutio

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporis harmoniam, animæ cõcinnitatis gratia adaptare uidebitur. Prorsus ita inquit, si reuera Musicus esse uolet. Non ne etiam in pecunijs acquirendis constructionem & consonantiam & multitudinis molem, non in infinitum augebit, ita ut uulgi prædicatione beatum esse se putans, infinita mala habeat? Non opinor inquit. Sed ad eam quæ in seipso est rempublicam respiciens, & ne quid ex his quæ illic sunt commoueat cauẽs, id quod ob multitudinem aut paucitatem pecuniarum fieri posset, sic rem gubernans & ad opulentiam apponet, & deipsa consumet, quantum poterit. Valdè equidẽ inquit. Sed & honores ad idem respiciens partim assumet, & ultrò gustabit, quos meliorem se facturos esse sperabit: partim fugiet & priuatim & publicè, quos præsentem habitum soluere posse uerebitur. Non ergo rempublicam administrare uolet inquit, si huius rei curam geret. Imò uolet per canem inquam, in sua ipsius ciuitate, & quidem ualdè: non tamen in patria fortassis, nisi diuina quædam fortuna contigerit. Intelligo inquit te dicere de illa ciuitate, quam paulò antea condidimus, quę in uerbis solum sita est: nam nusquam terrarum ipsam esse arbitror. At in cœlo fortassis inquam exemplar extat, si quis uidere uelit, & ubi uidit ipse inhabitare. Nihil autem refert, siue sit, siue erit. Nam hanc solam administrabit, aliam uero nullam. Verisimile est inquit.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum decimum, de Iusto.

HACTENVS Socrates diligẽtißimus humani generis pædagogus ad legalem iustitiam, id est uniuersam uirtutem per ipsam iustitiæ pulchritudinẽ genus hominũ prouocauit, ab iniustitia uero per iniustitiæ turpitudinẽ similiter reuocauit. Deinceps autem & ad illam per sempiternũ eius fructũ præmiumq́; cohortabitur, & ab hac per sempiternũ detrimentum eius & suppliciũ absterrebit, atq; id est potißimũ decimi huius officiũ. Sed antequã præcipuo hoc fungatur officio, proœmio quodam utitur, in quo diligẽter absoluit quod & in prioribus dialogis attigerat, & in fine non reliquerat, admodum saluti publicæ necessarium. Profectò noster hic morborũ medicus humanorũ in ea morbi specie curanda est diligentior, quam cæteri non solum negligenter curant, sed ne curant quidem unquã, immo uero quod deterius est, quasi rem saluberrimam diligunt, & omni studio cõplectuntur: imitationẽ inquam poeticam, qua ingeniosi poetæ dum perturbatos animos acrius exprimunt, interim audientiũ legentiumq́; animis perturbationes similes uehementius & profundius imprimunt. Ac tanto magis omnes insciunt, quanto laudantur & placent. Proœmiũ uero eiusmodi finem noni congruæ sequitur: ibi enim anima in rationẽ distribuitur, & in partes inferiores perturbationibus agitatas, quarum imperium in anima primum, deinde in ciuitate tyrannicã appellatur. At quoniã poetica imitatio partes eiusmodi suscitat: foueiq; & auget, irritãs iram, titillans libidinẽ, soluens risum, effundens lachrymas & querelas, idcirco rationis quidem regnũ labefactare, perturbationis uero tyrannidem uidetur adducere. Quamobrem Socrates pestem eiusmodi alioquin iocũdam, sed maxime uenenosam perdit, ne ipsa nos perdat. Ac uide quãta charitate Plato noster ubiq; humano generi consulat, ea uidelicet disquirens circũspiciensq; pericula, quæ alius omnino nullus suspicaretur: adde insuper & naturæ educationisq; propriæ, id est poeticæ ualde repugnans, modo strenue pro publica salute propugnet. Quamobrem nemini mirum uideri debet Platonẽ hic ob ueritatis amorẽ uel Homero suo nõ parcere, quandoquidẽ ob iustitiæ cultum, neq; genio quidem induluit suo. Homero autem præcipue derogat, ut per ipsum imitatorum principem, cæteros multo magis damnatos existimemus. Et quoniã dicit ab Homero neq; diuina, neq; humana doceri, intellige laudes in Philebo à Platone tributas Homero, non ex Platonis sentẽtia, sed ex communi opinione deductas. Probat autẽ imitandi peritiã esse, ut narrauimus, ualde periculosam, præterea seruilem atq; uilißimam. Siquidem imitatores, neq; res ipsas intelligunt, neq; faciunt, sed apparentes sensibus rerum formas sequuti, uulgaresq́; de his opiniones aucupati, & imagines quasdam referant, & sensibus perturbationibusq́; obsequuntur, nulla rationis habita ratione. Quantum uero poetas improbat ubi perturbant, tantum probat si ad uirtutẽ & pietatem per honestas heroum laudes diuinosq́; hymnos hortentur. Verũ ut quàm uilis sit omnis imitatio exprimat, artiũ genus in tres diuidit species, utentem, fabricantem, imitantem. Et utentem quidem lyra, id est musicam, ait superare artem lyræ fabricatricem, quoniã certo sibi præscripto fine, formam illi proponit operis fabricandi. Fabricantem uero superare pictorẽ, lyram coloribus imitantẽ. Qualem iudicat & poetam, sic ad aures rerum imagines, sicut pictor ad oculos, referentẽ. Sed inter hæc theologica quædam de ideis mysteria inseruntur, quæ quoniã in theologia latius aperuimus, raptim in præsentia perstringemus. Ascende age Platonice cõtemplator ab ijs formis quas in mundi materia sentis, ad naturam formarũ eiusmodi genitricem. Quam & si non sentis, cogita tamen infusam mundi materiæ ceu uitalem spiritum & plenum seminum, & per semina artificiose singula disponentem. Naturã hanc in mundo tantem esse scito, qualem in te scis esse potentiã uegetalem. Ergo quemadmodũ in te uegetali naturæ intelligis præesse sentiendi uirtutẽ: ita & in mundo naturam similem sed communißimam, in fontem redige sentiendi quasi similem, sed communißimum. Deinde & in te sensum in rationem, rationem in intellectum, & in mundo similiter sentiendi genius in rationalem naturã, atq; hãc in genus intellectuale reducas. Præterea cũ percipias in te ipso intellectũ id quod intelligibile est appetere quasi perfectius, ab eoq; formari uelut potentiore, præpone tam in mundo q̃ in te naturã intelligibilẽ intellectuali naturæ. Intelligibile uero idem omnino atq; ipsum ens appella. Huic deniq; quod & intelligibile & ens appellasti, ipsum præpone bonũ. Nam & ut bene sis esse cupis, & intelligibile gratia ipsius boni desideras. Postquà huc ascenderis, perspicies uniuersum sacro quodã septenario designatũ, ab infimaq; materia surgens per sensibiles qualitates, per naturã, per sensum, rationẽ, intellectũ, intelligibile, ad ipsum bonum. Præterea spiritum bonum cuncta sub senario numero quasi die sexto perfeciße, & in gradu septimo, uelut septimo die, id est in seipso conquieuisse. Aliorum nanq; omnũ finis est ipsum bonũ. Boni igitur nullus extra se finis, uel potest esse, uel fingi. Si bonũ quo perficiantur appetunt omnia, conclude à bono effici omnia. Item si intrinseca propriaq; uirtute omnia facit, intellige ipsum uniuersum in seipso complecti. At quoniam prima ideoq; simplicißima natura est, idcirco formas in eo omnium, formam ipsius unam esse memẽto, quam Plato boni ipsius uocat ideam, in qua dixit Timæus deum mũdi opificem cũ creauisset mundum requieuisse, dicens mundi opificẽ in circũspectum suum se recepisse. Proinde ipsa idea bonis ideas, id est, speciales omnium formas, specie duntaxat inter se distinctas, in natura intelligibili generat, qua ens uniuersum modo quodã intelligibili cõprehenditur, intelligentia quoq; omnis mira quadam super intelligentiam ratione. In hanc naturam intelligibilem omnes suspiciũt intellectus, ab eaq; suscipiunt stabiles formulas idearũ. Suscipiunt & rationes animæ, unde & formulas licet quodãmodo mobiles acceperunt. Post hæ rationalium formulas animarum, uirtutẽ quoq; sensualem, idearũ descendunt imagines. Deinceps in uegetalem quoq; naturam semina, perq; qualitates deniq; in materiam. Quãdo igitur Plato inquit, deum ideas facere in natura, intellige in natura mundoq; intelligibili angelicarũ capite mentium. Quod autẽ lectum dixit & mensam, exẽpli gratia dictũ sit, ut per hæc artificia intelligas naturalia, id est per lectum & mensam, eum qui his utitur hominem. Præterea exemplũ in arte propositæ quæstioni accõmodatius uidebatur. Forte uero & formas regulis artium necessarias ab ideis abesse nõ putat. Neq; mirum uideri debet hominem artiũ formas habere diuinitus, quum imaginationes artiũ bestijs quoq; non desint. Ac si eiusmodi formæ diuinitus in anima fiant, idcirco dicentur fieri in natura, quia naturaliter inserantur. Quod si quis ad artificia quædam uideatur ineptior, dicent eum Platonici uel per uariã distractum fuisse, uel se totũ ad oppositã conuertisse. Nota Platonis uerba dicentis, deum nõ intelligere solum sed & uelle, significantisq; deum intra se intelligendo cõcipere, & extra se fabricare uolendo. Nota rursus deum naturalis unius speciei unam tantum specie expressisse ideam in ipso intelligibili mundo, puta speciei humanæ idealem humanitatem unam: si enim in materia ubi innumerabilis mobilisq; uarietas est, in singulis hominibus unio quædam communis naturæ seruatur, multo magis in simplici stabilíq; natura, pro una specie naturali idea unica sufficit. Imò uero diuersa hæc & instabilia unã in se naturæ cõmunionem non aliũde habere possunt, quàm ab ipsius sublimis unitate naturæ. Rursus si ponantur humanitates duæ, certe quæ ratione utraq; humanitas est, inter se nõ differũt, imò sunt unũ. Ergo si differãt, profectò per additamenta quædã utriq; subiuncta, inuicẽ discrepabũt. Itaq; neutra erit absoluta humanitas ipsa, sed humanitas quædã atq; talis, et humanũ quiddam potius quàm humanitas. Et utrũq; tanquam eiusdem humanitatis particeps, humanum similiter appellabitur: atq; præter hæc erit humanitas in seipsa prius una, quàm à subiectis pluribus capiatur. Merito deus cum sit simpliciter causa, non est dicendus autor quidam hominis, uel equi cuiusdam, sed autor hominis atq; equi. Ideo unam absolutamq; pro qualibet rerum specie procreauit ideam. At quãdo apud nos hic homo generat illum, haudquaquã homo hic hominis simpliciter dicendus est autor, sed quidam hominis cuiusdam autor. Neq; enim solus homo causa est, sed est in causa, in numero uidelicet causarum, neq; totum facit: non enim materiam primam, aut animã, neq; ipsi homini dat principiũ: ante hunc enim passim erat homo, & sine huius opera fit ubiq; fietq; homo. Vbi uero Plato dicit deum ideam unã prægenuisse, quia uidelicet, uel nolebat plures fore uel aliqua necessitas inerat nõ fore plures, intellige in deo ita necessitatẽ cum uoluntate conuerti, ideo ut necessariũ sit ita esse, quia deus uult ita esse. Siquidẽ in summa diuinitatis simplicitate nõ aliud est necessitas quàm uoluntas. Ergo si dixeris, necesse est deum ita uelle uel facere, conuertam similiter, uult deus ita necessariũ esse. Meranda sunt inter hæc diuulsa quædam, ualde tamen utilia. Quale illud. Lectio, uel doctrina nisi ad optimam rationem uitæ cõducat, est inutilis. Qua quidẽ in re admiranda fuit uita & disciplina Pythagoræ, ac iure maximæ apud omnes autoritatis, Platonis etiã tẽpore. Item poemata, si harmonica uerborũ compositio adimatur, momenti nullius euadunt. Præterea utrius, aut hominis, aut rei, in facultate quadam cõsistit ad finem illum præcipue cõferente, cuius gratia & res ipsa facta est, & homo natus. Apparet interea quædam inter sensum rationẽq; distinctio, quòd sensus pleruncq; circa magnum & figuram numerumq́; falluntur & pondus: interim tamen ratio per ipsam metiendi & numerandi liberandiq; facultatẽ iudicium sensus emendat. Constat autem animam nõ posse eodem in tẽpore per eandem sui potentiã eadem de re modo contrario iudicare. Apparet etiam uires appetẽdi nobis ineße diuersas. Quippe cũ rem eandem simul appetamus atq; respuamus. Aduerte nõ esse exigendũ à probo ciue, ut omnino nihil doleat, sed ut nascentẽ dolorem eiusmodi rationibus cõsoletur. Vbi apparet aliam esse animi partẽ quæ uelut ægra indiget medicina, aliã quæ tãquam sana medetur. Hæ uero rationes aduersus dolorem sunt præcipue quatuor. Prima quia incertũ est, bonum ne id sit quod accidit, aut malum. Secunda, quòd qualecũq; sit, certe paruipendendũ est. Nihil enim inter somnia humana magnipendendum. Tertia, quod nihil omnino dolendo proficiamus. Quarta, quia dolor id semper, quod subito nobis præsidio esse potest, impediat. Cõfirmat hæc ex eo quod & superari turpißimũ est, superare pulcherrimum. Qui uero dolore uel alia quauis perturbatione premitur, iam est turpißime superatus. Ideo præcipit ut in aduersis atq; perturbantibus maxime medici duntaxat utamur officio, qui dolentibus nõ condolet, sed medetur. Cõparat talorum iactibus quotidianas uitæ sortes, quas ita uult

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad ea quæ sequuntur, quasi quædam præludia sint. Maximum quidē omnium id nobis in uita propositū sit certamen, quo superemus uitium, uirtutēq; cōsequamur, cunctaq; omnino quæ inter homines habentur bona, ut ipsi boni simus, pro nihilo habeamus. Siquidem proprium iustitiæ præmiū maius est, quàm cūcta quæ inter homines possunt præmia reportari: quippe cū & ipse iustitiæ splendor supra modū hæc omnia superet, & in rebus mobilibus, breuibus, umbratilibus reperiri nequeat præmium iustitiæ immobili, sempiternæ, ueriſimæ cōueniens. Ex his concluditur immobilem iustitiæ habitum propter immobile præmiū exoptari debere. Quod quidem post præsentis uitæ curricula laboribus iustitiæ manet. Alioquin iustitia ipsa, quæ excellentiſimū iudicatur bonū, iustis hominibus foret mala ob amores iustitiæ continue laborantibus, sæpeq; affectis iniuria, neq; iniuriam ulciſcentibus, adde & bona præsentia æternorum desiderio cōtemnentibus, neq; præmiū apud homines iustitiæ, imò uero pro iustitia iniustum sæpe suppliciū reportantibus. Quamobrē ne bonum noceat & iustitia careat præmio, & deus uel minus prouideat, uel pro meritis non rependat, iudicandū est fore animos immortales. Præsertim ut tam iniusti, qui uiuentes pœnas iniustitiæ non dederunt, saltem defuncti persoluant, quam iusti inter mortales omnino spreti, apud superos coronentur. Hinc nobile tradit præceptum: Animus immortalis nō debet pro breui hoc, sed pro uniuerso tempore esse sollicitus. Immortalitatē animæ Plato in Phædro & Phædone, alibiq; ostendit. Eiusmodiq; ratione esse certas demōstrationes ostendit in libro de Scientia, dicēs uerba eorū qui cōtraria sentiūt, examināti ridicula tandem euadere. Item in Gorgia, affirmans mysteria hæc Adamantinis rationibus esse probata. Præterea in hoc decimo, ubi post argumentationē subdit, tum per talem argumentationē, tum per alias multas cogi nos ad id cōfitendum. Arbitror equidem in Platonis uerbis uim quandam latere mirabilem à paucißimis intellectam, ut non mirum sit, si per argumentationes Platonicas alij quidem demonstratū id existiment, alij uero nondū demonstratum. Demostheni certe auditori Platonis tanta efficacia per uiuam uocem persuasum fuit, ut dixerit: malle se honeste mori quàm turpiter uiuere, postquā Platonem atq; Xenocratem de animorū immortalitate disserentes audiuerat. Eandem quoq; in scriptis Platonicis uim percepit Cleombrotus, & apud Cyrenem multi Egesiæ auditores, qui seſe è corporis carcere ob desiderium alterius uitæ liberauerūt. Eandem Platonicus percepit Boetius philosophia teste concedens hoc sibi certis rationibus demōstratum. Eandem Aurelius Augustinus per sensisse uidetur, ubi ait hac de re se nunquā dubitasse. Confirmatur hæc ab Auicenna, rationes quasdā ad hæc demonstrationes esse dicente. Neq; solū demonstrari posse Plato hic inquit, sed etiā facile demonstrari, apud illos, ut arbitror, qui cum ipsi purgatā segregatamq; à corpore mentem habeant, meritò non diffidunt posse quandoq; animā segregatam à corpore uiuere. Quandoquidē experiuntur ipsi mentē suam seiunctam à sensibus uiuere melius quàm coniunctam. Compertum etiam habent aliorum animas immersas corporibus atque ideo utiosas, uitio tamen morboq; proprio non interimi, & idcirco multo minus alieno id est corporeo morbo posse corrumpi. Siquidem & corpus ipsum externo malo non prius perimitur, quàm intrinsecum inde inferatur malum, quo proxime perimatur. Cæterū ne quis de animæ suæ diuinitate diffidat, iubet illam à contactis ex amore corporeo sordibus penitus expurgare, purgatāq; perspicere, quàm pura, quàm simplex, quàm diuinorū auida, tāquā diuinitati cognata, quàm cito, quàm bene luminis diuini sit capax. Quod autē dicit animas in dies nō fieri numero plures, intellige non ita fieri ut ex corporibus oriantur & cōponantur. Quod quidē sequens ratio manifestat, dicens: si diuina de corporibus cōponantur, tandē cum diuīna nunquā resoluantur corpora, fore ut nihil reliquū sit corporū in natura. Rursus aduerte quod subdit animam non esse cōpositam: alioquin indissolubilem fore nō posse. Atq; intellige essentiam ad hoc ut dissolui nō possit, oportere uel nullis compositam esse, uel si ſt cōpositā, non tamen ex materijs ullis componi, atq; ita rursus conflari, ut in eius compositione multitudo non unitatem, imo uero unitas per harmonicam unionem superet multitudinem, statusq; motum. Concludit mysterium, partim ad prouidentiam, partim ad immortalitatē præmiūq; iustitiæ pertinens. Iustus quidem deo euadit similis, iniustus uero dißimilis. Cumq; non lateat deum, hunc sibi esse similem, illum uero dißimilem, ratio ni consentaneum est iustum deo charum esse atq; amicū, iniustum cōtra. Propterea deum iustos tanquā amicos nullo pacto negligere, sed illis semper ita prospicere, ut eis singula quāuis uideantur aduersa tandem euadant prospera, uel utcūq; tibus, uel defunctis. Verū cūrnam hic historico quodā exemplo potius quàm argumentationū diligentia mysteriū immortalitatis asseruit? Quoniā ciues ad iustitiam non tam uerborū artificio, quàm & exemplo & opere sunt prouocandi. Præterea cur ad id confirmandum producit in medium hominem à mortuis resurgentem? Quia & si rationibus immortalitas constet & cōmunis quædam iustitiæ executio, tamen locum, formam, dispositionē uel præmij, uel suppliciij ab illo qui interfuerit, oportet accipere. Quod nobis prope Phædonis finē significatur. Neq; ab re resurrexisse testatur Herū Pamphylium, pro salute patriæ in prælio mortuū, ut significet eos qui pro publico moriuntur bono, ad ueram uitam resurgere. Euros, quanquā ex multis unus resurrexit ad nostram. Sed nunquid historia hæc est, an fabula? Historiam esse uult iustinus Platonicus, martyrq; Christianus. Quod equidem non refellam. Vbi uero Plato apologum fabulamq; nominat, exponi poterit historiam dici posse fabulam, quoties ultra res gestas augustiorem habet allegoriam. Quam ob causam Olympiodorus quoq; ait Platonem historias & rationes sæpe fabulas appellasse. Et quoniam manes & iustitiæ loca figurasq; aliter in Phædro, aliter in Gorgia, aliter in Phædone, & hic alibiq; disponit, perspicue patet hæc præter loci formam, seſum quoq; allegoricum continere. Vtitur autem hic circa resurrectionem duodenario numero, qui sphærarum mundanarum apud priscos est numerus, putantes octo super quatuor elementa esse cœlos: quasi dicat opus esse uirtute diuina uniuersi domina ad mortuū suscitandum, idq; interdum ad hominū doctrinā diuina prouidentia fieri. Sunt & qui dicant annum magnū quo hominis anima suum explet circuitū per quem in idem redeat, duodecim annorū millibus cōprehendi, tribusq; annis eiusmodi annū mundi exæquari magnū, quo mundi anima per firmamenti motū, suum peragit ambitū, trigintaſex annorū millibus peragendū. Circuitum uero animæ nostræ per duodecim agi annorū millia inde uolūt, quia oportet per omnes discurrere sphæras, choros q; dæmonum & deorum qui in Phædro per duodecim ordines digeruntur

tur. Sed quidnam sibi uolant hiatus in terra dao, totidemq; in cœlo? ut intelligas animas alia quidem uia ad terrena descēdere, scilicet habitu quodā corporeo: alia uero à terris ascēdere, scilicet habitus illius purgatione. E cœlo similiter labi in elemēta corporis elemētalis amore, ac uicißim resurgere in cœlestia amore hoc resūncto, cœlestiq; accenso. Hinc ait Orpheus, Amorem omniū tam supernorū quàm inferorū claues habere. Iudices animarum in aere & æthere collocat angelos, prouidentiæ diuinæ ministros. Post sententiam, iusti cœlum petūt coram se & opera & iudicia præferentes: quia uidelicet & seipsos nouerunt, tam sibimet quàm alijs lucent. Iniusti contrà descendunt, sua ferentes à tergo. Neq; enim cognouere seipsos, neq; profuere sibi, sed cæteris exemplo sunt potius quàm sibimet auxilio. Pratū in quo & ascēdentes & descendentes ad tempus animæ requiescunt, media quædam regio est inter inferos & cœlestes, ac dißositio inter bonam habitum atq; malum, & status beatitudinem inter atq; miseriā, limbo similis in aere designatus. Hic aduerte animas quæ in superiori uita mutuam notitiam habuerūt, in altera mutuō se agnoscere. Item in eiusmodi prato diutißime residere animas secundum Platonicos, eorum qui in infantia decesserunt: de quibus Herus quædam memoria parum digna recensuit. Quia cū in neutram partem declinauerint eligēdo, neq; obduxerint habitū. Platonici eas in lumine tantū naturali relinquunt. At uero beatos quidē super naturale lumen, miseros autem infra id lumen positos esse putāt. Agitur hic præterea de supplicijs purgatorijs. Sed cūrnam culpa doloribus aboletur? quia uidelicet uoluptatibus inoleuit. Nonne & medici morbos plurimum à contrario curant? Animaduerte Platonem non temere ad delendam culpam numero uti denario, & centenario insuper, atq; millenario. Sanè pro quolibet uoluptatis gradu decem adhibet supplicij gradus. Primo quidem quæritur quam ob causam plures penduntur gradus pœnæ quàm percepti fuerint uoluptatis. Respondetur ob læsæ maiestatis diuinæ crimen ita deberi. Præterea sicut beatitudinis gaudia iustitiæ humanæ dolores exuperant, sic miseriæ cruciatus iniustitiæ uoluptates. Deniq; neq; tam facile delentur notæ, quàm facile imprimuntur: neq; qui peccati habitū confirmauit, si uixisset ultrà delinquere desiuisset. Quæritur deinde cur gradus decem. Quid si Plato Mosaicum decalogum est imitatus? cumq; arbitratus sit eum quodammodo contra præcepta diuinæ legis decē agere, qui aliquod ex decem omnino neglexerit, iure decies iudicat cruciandū? Proinde denarius numerus dicitur uniuersus, Omnes enim numeros, uel infra se implicat, uel per se suosq; explicabit replicando. Vniuersus autē numerus opportune animis purgandis accōmodatur, ut per hunc significetur uniuersam corporis labem deponendam esse prius quàm ad uniuersi peruenīat principē, penes quem nihil potest esse corporeum. Quæritur post hæc, cur præter gradus pœnarum decem, annos centū affligantur iniusti. Respondeo quasi ad centum usq; uixissent annos, quo termino uita hominum quodammodo designatur, continue peccauissent. Attribuitur autē cuilibet decem graduum numerus centenarius, unde numerus cōficitur millenarius. Hinc illud: Centum errāt annos. Item & illud: Mille rotam uoluere per annos. Præterea centum pro uno accipietis. Nam bis Plato numeris, nō solum in supplicio, sed etiam in quibusdam præmijs utitur. Profectò si denarius in se ducatur multiplicando decies decem, ex eo nascitur centenarius. Deinde si reducatur in semetipsum, computando decies decem decies, millenarius procreatur. Itaq; & denarius uniuersus est numerus, & centenarius millenariusq; uniuersales sunt numeri. Item si ab uno procedas in decem, numerus nascitur linearis. Si à decem in centum, superficialis fit numerus. Si à decem in mille, fit solidus. Vt ergo allegorice exponamus, iniusti hominis anima à seipsa discessit in corpus, labeq; est infecta corporea. Hanc utiq; labem per denariū qui uniuersus est numerus, expurgatura est uniuersam. Quod uero denarium oporteat in se duci centenarium procreando, significat animam à corpore ad se per rationē emergere oportere. Deinde quòd opus sit denarium in seipsum reducere millenarium generando, allegorice docet animam non solum erga se uerti debere per rationem, sed per intelligentiam quoq; in se cōuerti, atq; ita in unitatem reduci propriam, qua deniq; possit Deo frui summa omnium unitate. Linearis autē numerus & superficialis & solidus, mystice docent ad mentem purificandā, non solum extrinsecam operum, uerborum, cogitationum superficiem, sed etiam profundißima quæq; penetralia diligentißime perquirenda. Post limbum & purgatorium descendit ad inferos. Sed Platonicos uelle scito, non solum in purgatorio temporales esse pœnas, uerumetiam in cœlesti quadam regione temporalia gaudia, ut utrinq; per pari respondeat. Sic enim distinguunt. Aut sensus in uita omnino paruit rationi, aut omnino ratio sensui, aut semper inuicem pugnauerunt: atq; in ea pugna uel sensus plurimum uel ratio superabat. Animæ igitur in quibus sensus rationi per habitum confirmatum prorsus obtēperauit, sempiternum præmium consequuntur. Contrà uero affectæ, sempiternis supplicijs conuemnantur. Mediæ uero, si superauit ratio ad temporalia præmia, sin uero sensus, ad temporalia supplicia transferuntur. Quibus uero nullum cōsultandi datum est tempus, limbus apud Platonicos seruatur eligendi locus, hic sub prati nomine designatus. Et si prata interdum Platonici cœlestia præsertim suprema nominant, hic tamen prata aeream significant regionem. Quo enim pacto hic per prata significaret sublime cœlum, cum dicat ad hæc animas à cœlis alias descendere, alias è terræ uisceribus subito peruenire? Sint ergo eiusmodi prata sublimes quædam aeris plagæ, contiguæ sublimibus illis terræ plagis quas in Phædone describit in paradisi terreni formam, felices sub uere perpetuo habere cultores. Ibidem cāpos quoq; ponunt Elysios, terrenos inquam. Nam cœlestes Elysios cœlum habet octauum. Hinc illud.

Astra tenent cœleste solum, formæq; deorum.

Mitto in præsentia Proclum & Plotinum, qui ubi Plato sempiternū dicit, exponūt uniuersum anni amplißimi tēpus, quo singulorū temporū curricula peragūtur. Porphyriū quadam ex parte in hoc & Iamblichū magis probo, ut hinc inde illatq; uicißim gaudia infinita. Quo uero pacto alij quidam hæc exponāt, memoria dignū esse non censui. Præterea si Platonis uerba cōsideraueris, agnoscēs Euangelicum illud: Ligatis manibus & pedibus, in exteriores tenebras eum mittite. Sed addit hic, ligato capite. Vinculum quidem capitis significat rationis impedimentū, & luminis orbitatem. Nodus uero manuum, actionis profectusq; priuationē. Deniq; ligati pedes, non ducunt, non progrediuntur, non perueniunt, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

ui illata raptantur. Cognoſces quoq; ſub igneorũ hominum figura ultores dæmones, pœnasq; corporeas, idemq; ex mul-
tis percipies coniecturis. Notabis & proprium exterioris uocabulum. Præterea tenebras, ubi clauduntur hiatus. Sub no
mine quoq; mugitus, ſtridorem dentium atq; fletum. Poſtquam uero loca & pœnarum diſpoſuit, & gaudiorum per op-
poſitam formam ſignificauit, & media tetigit, ad illas iam reuertitur animas, quæ in prata partim è cœlo poſt præmium
temporale, partim è terra poſt temporale ſupplicium cõfluxerunt. Quas in elementalem rurſus generationẽ dicit opor-
tere reuerti, perq; illam eatenus progredi, quoad firmiorem ſtatum. ſiue firmiſſimum quandoq; promereantur. Has in-
quit, ſeptem in prato dies conquieuiſſe. Hunc tu ſeptenarium, ſi per ſeptem planetas interpreteris, item per ſeptem die-
rum ſeptenarios quibus ante motum fœtus in aluo quieſcit, ac etiam per ſeptem quoſq; dies in quibus gradatim in utero
formæ mutantur, ſortè nonnihil afferre uideberis. Sed quid iſtud ad animas? quæ neq; amplius in planetis ſunt, deſcende-
runt enim: & nondum aluo clauduntur, deſcenſuræ enim ſunt in uterum poſtquam ad tria fata peruenerint: interea ae-
reo corpore aeream incolunt regionem. Verũ eſto, ſi placet. Forte etiam quia interim quodã modo uiuunt ſteriles, ſterili
quodam numero deputãtur: & quoniam ſeptenarius neq; ex aliquo numero gignitur aliquoties repetito, neq; gignit ali
quẽ intra decẽ, aptiſſime cõuenit animabus adhuc utriq; à generatione uacantib. Attribuũt Pythagorici eundem nume
rum Palladi, quia neq; ex matre genita ſit, neq; genuerit. Conuenire uolunt & animis è terrena adhuc matre ſemotis, &
uniuerſum ſub Palladis ſapientia contemplantibus. At quum primum ab eiuſmodi uacatione conſurgunt, ſubeunt octona
rium, qui & gignitur, & primus eſt inter numeros ſolidus. Ideo cum anima congruit propemodum ad corpus ſolidum
acceſſurum. Solidum uero octonarium appellamus, quoniam ex binario per ſeipſum ter repetito, & in ſe redeunte crea
tur, dimenſionem trinam ſignificante. Nam ex bis duo bis, octo complentur. Adde ſi colis muſicam, uocem ſeptimam eſ-
ſe penitus diſſonam, octauam uero omnium maxime cõſonantem. Conſonare autem oportet tam corpus animæ quàm u-
trunq; fato, ut cœleſtis anima ineat cum corpore terreno commercium. Cuius quidem conſonantiæ tandem expletis nu-
meris, animæ iam ipſi & terra diſſonet, & conſonet cœlum, ſi modo futura ſit felix. Proinde quòd quatuor dies ad gene-
rationis progreſſum, octo diebus Plato ſubiungit, intellige in natura anima uegetali uim & effectum quendam quodam-
modo iam regnare ad formandum corpus ex elementis quatuor conſtitutum. Item ſub octaua conſonantia opus eſt quar
ta quodammodo ad conſonantiam accedente, & quinta uera iam conſonantia. Quinq; uero fiunt, ſi ſequentes quatuor
unà cum præcedente computare uolueris. Quinetiam uidebis hic duodenarium aßignatum, quo animæ ad exordia gene
rationis accedunt. Duodecim enim ad id opus eſt ſphærarum & diuinorum dæmoniorũq; ordinum adiumento. Vox in-
ſuper & conſonantia duodecima perfectiſſima eſt ex diapaſon & diapente, ex octaua & quinta reſultans, ſua quadam
gratia rebus congruens amatorijs, conueniens quoq; nuptijs. Eiuſmodi uero animæ iamiam amore quodam, ut ita dixe-
ris, uenereo duce, terrenis conciliandæ ſunt nuptijs. Sed quur Plato cum duodenarium cõputaturus eſſet, ac poſt ſeptem,
reſiduum eſſet ſubiuncturus, non ſubito dixit quinq; ut uidelicet per octo & per quatuor innueret myſteria quæ audiſti
rurſuſq; per diei unius iter additũ ad complendum duodenarium, animaduerteres corpus ex quatuor compoſitũ elemen
tis non prius ad animam præparari poſſe, quàm & ipſum in unam quintamq; formam quaſi cœlo ſimilem, fuerit tempe
ratum, & anima unum ex ſe uitalem actum corpori facile imprimat figurato. Quoniam uero animæ ad cõpoſita dec-
clinantes corpora ſati legibus magna ex parte ſubduntur, & uicißim fato duce ad illa labuntur, idcirco inquit, has anie
mas in conſpectum fati procedere. Principio igitur naturam ipſam ſub lumine columnari depingit, quod ſit uinculũ uni
uerſi. Naturam intellige uitalem ſeminariamq; uirtutem ab ipſa mundi anima infuſam materiæ mundi: Quæ propterea
lumen dicitur, quoniam penetrans & uitalis. Item recta nuncupatur columna, quia quaſi per longum totam ubiq; mate
riam penetrat, multosq; formarum gradus producit deinceps ſpecie & genere differentes. Dicitur etiam per omnẽ exa
tendi partem, & cœlum undiq; alligare, quia tota ubiq; abeſt & continet, multaq; tanquam per latera quædam inter ſe
æqualia & ſimilia propagat: ita tamen, ut ex longitudine perueniatur ad latitudinem: quoniam penetrando diffunditur:
& quatenus diffunditur, implet, regitq; implendo. Hinc illud: Spiritus intus alit. Varietas uero colorum, ſeminalium uir
tutum declarat uarietatem. In hac utiq; natura, fatalis latet fuſus: ſecũdum imaginationem quidem, ipſe ſphærarum axis
geminis polis centroq; decorus: ſecundum uero rationem quoddam animæ mũdanæ ſimulachrum, uegetalisq; uirtus eius
naturæ præſidens, eamq; uelut inſtrumentum mouens ad naturalia non ſolum artificioſe, ſed etiam ineuitabiliter fabri-
canda: ut non ſolum ordo à natura ſit in mundo, ſed etiam à fato ineuitabilis ordo. Hinc illud in Politico: Mundus à natu-
rali cupiditate fatoq; ducitur. Sed tanta naturæ cum fato cognatio eſt, ut uix inter ſe à philoſophis diſcernantur. Vt au-
tem immutabilem fati naturam exprimeret, fuſum eius eſſe dixit ex adamante. Vertigium autem, id eſt, cœlum ex Ada-
mante rurſus, aliisq; materijs, ſcilicet aſtris non ſolum fixis, ſed & mobilibus atq; communibus, multipliciq; formarũ na-
rietate. Euidenter deinde octo depingit ſphæras, quæ à natura quidem agitantur, ſed à fato naturæ præſide immutabilia-
ter agitantur, & inſtrumenta fati eſſe dicuntur. Inculcantur inter hæc multa ad menſuras, profunditates, internalla, mo-
tiones, harmonias, formas, uirtutes ſphærarum cœleſtium pertinentia, quæ in Timæi commentarijs opportunius expli-
cabimus. Summatim uero ex uelociſſimo & ornatiſſimo cœlorum motu, potentiſſimoq; contactu melodiam ingentẽ &
uariam & ſuauiſſimam cogita procreari, grauiores quidem uoces ex motibus tardioribus, acutiores autem ex uelocio-
ribus, ex mediis uero medias. At quoniam elementalis auditus ad cœleſtem melodiam caret proportione, ſonus eiuſmodi
non auditur. Hic nouem Muſas atq; Sirenes eſſe cogitamus, octo ſphærarum tonos, concentumq; ex tonis harmonicum.
Proinde fatalem fuſum, id eſt tractum, inquit, inter genua deæ Neceſſitatis uerti. Cui tres ſint filiæ, Lacheſis, Clotho, Atro
pos, quæ unà cum matre cœleſtia uoluant. Mitto quid de his ſentiat Proclus, non ſolum ponens Iouem unum uniuerſalem
mundi totius opificem, ſed tres inſuper ſub eo Ioues particulares opifices. Deinceps pari proportione deam unã eſſe Ne-
ceſitatem in ordine illo cuſtodientẽ omnia, in quo cõmunis Iupiter cuncta cõpoſuit. Præterea tria fata, id eſt tres deas hu-
ius

ius Neceſitatis filias, quarum aliæ alia ſub matris imperio procul à tranſgreſſione conſeruent. Et neceſſitatem quidem
deam omnino collocat ſuper mundũ, filias autem partim quidem à mundo ſemotas, partim etiam declinantes ad mũdum.
Mihi uero ſicut & pleriſq; aliis Platonicorũ, magis placet, Neceſitatem eſſe mundi animam. Filias autẽ tres eſſe tres hu-
ius animæ uires ad fatalia pertinentes. Vocat autem Neceſitatẽ, non quia uel naturæ, uel rationi inferat uiolentiam: ſed
quia omnia in ſuo quodam ordine ab opifice rerum inſtituto cõſeruat, neq; permittit quicquam leges illius adeo trãſgre-
di, quin mox regrediatur in leges. Cœlos uoluit genibus, id eſt infima parte ſui, tanta uidelicet facilitate, ut expeditiſſime
interim contemplationis gaudio perfruatur. Sed hanc ipſam uegetalem eius partem tribus appellat nominibus, Lache-
ſim quidem, quia rerum ſeminibus grauida eſt, & uitarum ſortibus atq; formis, quas deſcenſuris inſerit animabus. Clo-
tho deinde, quoniam inſitas uitæ ſortes ordine ſuo euoluit in actum uiuendi, & explicat in effectum. Poſtremo Atropon,
quoniam uitas iam euolutas in actum progreſſu quodam indeclinabili, ad ineuitabilem uſq; terminum conſeruat atq; eu
ſtodit. Nonnulli primam nominant Veſtam. Secundam Mineruam. Tertiam uero Martem ſiue Mariam. Deinde quòd di
cit Parcas ad Sirenum motus harmonicos canere, accipe: fatales uitas ad effectum per cœleſtes motiones influxusq; pro-
cedere. Sedes Neceſitatis filiarumq; eius oſtendunt fatalis ordinis firmitatem, quaſi oporteat mobilium progreſſionem
ab ipſa motoris immobilitate regi atq; ordinari. Sedium uero paria interualla iuſtam, tum inter fata, tum per fata diſtri
butionem fieri euidenter oſtendunt. Veſtes albæ tum fatorum naturam inuiolatam oſtendunt, tum innocentem. Nõ enim
agit uniuerſo malum, quod ab optimo uniuerſi duce dependet. Corona deſcribit imperium. Cantare eſt per temporũ in-
terualla ea congruitate digerere ſingula, qua diuina mens momento quidem intuens temporibus dirigenda præſcribit.
Hinc ſit ut Parcæ omnes temporanea cantent. Et cur Lacheſis præterita, Clotho præſentia, Atropos uero futura? Reſpon
deat Proclus, in præterito quidem tria tempora cogitari. Nam & præteriſſe iam dicitur, & quandoq; fuiſſe præſens, &
antequam præſens eſſet, fuiſſe futurum. In præſenti uero ipſum cogitari præſens, quod prius fuerat & futurum. In futu-
ro deniq; futurum duntaxat agnoſci. Poſt hæc uero declarari præcipuam eſſe Lacheſim. Secundo dignitatis loco Clotho.
Tertio Atropon. Verum quũr nam Parcæ globos tractant manibus, mater uero nequaquam? quoniam infimæ illius ani-
mæ uires cognatiores globis ſunt quàm animæ ipſius ſubſtantia. Quur item Lacheſis gemina tangit manu? quia in exor-
dio & medium continetur & finis. Quur deinde Clotho ampliorem, & ab extrinſeco tangit ambitum atq; dextera? A-
tropos autem anguſtiorem ab intrinſeco atq; ſiniſtra? Quia euolutio uitæ per media, & ab extrinſeca exorditur cauſa,
& amplior eſt, contingit quoq; proſperior. Ineuitabilis autem terminus, & ab intrinſeca iam prouenit proprietate con-
cepta, & deſinit in anguſtum. Adde quòd clam ſurrepit, & ut plurimum contra uotum. Quod autem Parcas inquit, cœ-
lum intermiſſione quadam temporis tangere, ne putes fatales mundanæ animæ uires modo regere mundana, modo non
regere. Si enim mutabilitas ſit in fato, cuius propria immutabilitas ipſa eſt, nihil fingi poterit non immutabile. Plato igi-
tur humano quodam more atq; ſermone diuina pingens officia, inuenire uult, fata partim res ipſas tractare, partim uero
nequaquam: tum quia mundanæ animæ uirtus ipſa ſuæ integritatis dignitate conſiſtens, actionem ſuam rebus gubernan-
dis accommodat, ac uicißim dum accommodat nõ miſcetur: tum quia temporalem in operibus uicißitudinem exhibent,
& quam intermiſſionem in operatione ſua dicuntur habere, non in ſe quidem, ſed in effectu demonſtrant: tum quia natu
ralia quidem tractat, ſupernaturalia non attingit. Quæ enim ad rationem puram liberamq; uel ad diuinam intelligẽtiam
fato ſuperiorem pertinent, minime tangit. Talia enim ad ſublimem dei prouidentiam cœleſti fato ſuperiorem miro quo-
dam ordine reducuntur. Similiter in Politico ſcribitur, mũdanas alias à fato, alias à prouidentia regi: nõ quia intermiſſa
quædam uicißitudine temporũ fiat eiuſmodi cõmutatio: ſed quia quotidie quædam ſub fato fiant, quædam per prouiden
tiæ leges ſuper fatalem ſeriem diſponantur. Accedit ad hæc quòd animæ noſtræ alias in prouidentia ſunt omnino, alias
prorſus in fato, aliàs in utroq; ſimul. Quum enim expedita tantum mente contemplatrice uiuunt, in prouidentia ſolum,
penituſq; libere uiuunt. Quum uero in uegetali parte ad corpus hoc inclinatio inualeſcit, atq; ad imaginationẽ uſq; talis
inclinatio propagatur, ad fatum iam declinãtes, pariter à libertate degenerãt. At dum compoſito corpori coniungũtur,
tam in ipſum corporis ſui fatũ ſeſe mergunt, minusq; admodũ priſtinæ retinent libertatis. Deniq; poſtquam affectus cor-
poreos in habitum contraxerunt, fato iam funditus obruuntur, omni libertate priuatæ. Quæritur quam ob cauſam hic
animæ naturali quodam inſtinctu ad Lacheſin uideantur accedere. Profecto in generali natura corporeæ machinæ om-
nium ſunt ſemina ſpecierum, certis non ſolum formis & modis, ſed temporibus quoq; pullulatura. Quinetiam in pro-
pria qualibet & cuiuslibet ſpeciei natura ſimilis quidam eſt ſeminalis ordo, ſed ad ſpeciem propriam pertinens propa-
gandam atq; ſeruandam. Similis & in quolibet ſub ſpecie individuo fomes procliuitasq; ad ſingula modis temporibusq;
proprijs producenda. Tres hæ naturæ deinceps ita diſpoſitæ ſunt, ut individualis ſequatur ſpecialem, ſpecialis ſimul &
generalem, adeo ut plurimum quod ex unius natura eſt, pariter ſit ex alijs, & particularis natura cum uniuerſa conſen-
tiat. Eadem fermè ratione ſe habet fatum, id eſt præfiguratio quædam rerum explicandarum, tum in ipſa mundi anima,
tum in duodecim ſphærarum & ſiderum animabus. tum etiam in animabus iam quaſi particularibus: quarum in nume-
ro ſunt humanæ. In uegetali ergo uirtute animæ noſtræ proprium quoddam ineſt fatum, & inuoluta ſerics futurorum,
conſentiens in forma modoq; & tempore unà cum fatis cœleſtium animarum, animæq; mundanæ. Quemadmodum igi-
tur planæ cuiuslibet germen propriſs quibuſdam figuris & ſuo tempore pullulans, ſponte uidetur unà cum uniuerſali-
temporis uerni natura ad idem prouocante concurrere: ſic & animæ ſuapte natura ſuoq; fato opportune proprias quaſ
dam tunc promunt uitas, quando ad eaſdem ſimiliter uniuerſale cõuocat fatum, ita ut animarum chorus ſuis quibuſdam
ſaltandi figuris uariorumq; ſimul diuerſitate ſaltantium, fatalem imitetur cantum atq; ſonum. Cantum quidem intelligi
malim in cœleſtibus animabus, in ſphæris uero ſonum, in nobis deniq; ſaltum. Tali quodam inſtinctu ad Lacheſim ani-
mæ, in auſpicijs uitæ peruenient ad ſortes ſuas per ſortes Lacheſis confirmandas. Confirmantur igitur per prophetam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quendam. Propheta hic duo quædam significat, tum uniuersalem primumq; prouidentiæ influxum in animam, tum opportunitatem, sub qua eiusmodi fit concursus, ut animæ ad id ferantur, quò & fatum perfert uniuersale. Quod ergo dicit prophetam disponere in ordinem animas, sortesq; à Lachesi in eas transferre: significat hæc omnia confirmari, tum per prouidentiæ diuinæ fauorem, tum per concursus illius opportunitatem. Neq; ab re dictum est Parcas uniuersum quidem manibus gubernare, sortes uero animarum è genibus Lachesis accipi. Nam quum uniuersi gubernatio præstantior sit quàm dispositio animarum, merito illa quidem manibus, hæc autem genibus perfici iudicatur. Sedere autem in tribunali, autoritatem exprimit & iudicium. Inter sortes uero uitarum atque exempla, talis quædam uidetur esse distinctio: quòd sortes quidem ad uires pertinent uegetales, exempla uero ad imaginationes, superiores quidem uegetali potentia, sed propinquas. Nempe cum primum in hac potẽtia talia quædam futuræ uitæ semina præ cæteris inualescunt, simul in imaginationem quoq; uitæ similis, figuræ & machinamenta consurgunt, affectusq; seruescunt: perinde ut apud nos sanguineam corporis affectionem hilaris imaginatio sequitur, cholericam iracunda, melancholicam uero tristis, fœcũdam luxuriosa. Hactenus fatalis procedit necessitas. At enim ratio imaginatione superior, cuius est ratiocinatio, consilium & electio, ideoq; motus ad utrunq; liber, percipiens imaginationis figuras atq; affectus, potest eiusmodi uitæ descriptionem probare pariter atq; reprobare. Quam ob causam dicit uirtutem esse à fato liberam, culpamq; in uitæ deterioris electione, eligentis esse, non fati. Nam & si ex fato est tam in communi quàm proprio nouam iam uitam & nunc ut prius eligere: ex consilio tamen est talem propriè eligere aut talem. Quippe si primam uiuendi formam ab imaginatione oculis rationis oblatam, ratio examinando reiecerit, non deerit statim alia melior, rursusq; alia. Hinc illa prouidentiæ inspiratio propheta cognominatur. Præmonstrat enim rationi quodam iudicij lumine, eam habere liberam consultandi eligendiq; facultatem, quidue potissimum ex temeraria electione sequatur. Dicitur & propheta sortes fundere, exempla uiuendi proponere: non solum quia prouidentiæ diuinæ influxus quodammodo fatalia sancit, sed quia fatales sortes & exempla fatalia producit in orationis examen atq; iudicium. Quod autem in præconio nunciat animas esse diurnas, exprimit eas & ibi esse in perpetuo die, & uitam quam tanti faciunt, unum esse diem atq; nocturnũ. Addit initium alterius fore circuitus, ut aperiat mysterium animarum à cœlo in terram uicissimq; remeantiũ. Appellat humanum genus non mortale solum, sed ut animæ sua mala præsagiant, addit mortiferũ, quasi dicat corporis uitam esse animæ mortem. Pronunciat deinde & si ratio à principio in eligenda uita sit libera, postquam tamen elegerit, in hac quidem reijcienda non amplius fore liberam, licet quandoq; libera futura sit in ea, qualiscũq; sit, aliter atq; aliter cõponenda uel temperanda. Si quæras quare aliæ hominum animæ alias uitas eligant: respondebũ alij speciales quasdam in animarum naturis differentias esse, alij individuales quidem atq; proprias, addentq; differentias illu multas ex superioris uitæ diuersitate deductas. Quod & Plotinus ualde confirmat, & sequentibus maxime consonat. Proinde animæ eligentes uitam, simul dæmonem sortiuntur electæ uitæ ducem. De hoc alibi multa diximus. Hic ita distingue. Deos Platonici alios cogitant extra mundum mentes sciliacet seiunctas à corpore tanquam intellectuales sphæras, colentes deum unum tanquam ipsarũ centrum firmissimũ, & stabilissimã unitatem. Alios mundanos appellant, uidelicet ultra diuinum cultum uoluendis mundi sphæris accommodatos. His dæmones subdant, quasi ministros ad ea quæ uel in specie uel in sphæris uel ex sphæris fiunt, disponenda atq; componenda. Totidem igitur numerant genera dæmonum, quot in dijs mundanis dæmonum ducibus uires inueniuntur. At uero in quolibet mundano deo unitas ipsa suprema est substantiæ suæ, qua diuinam referat unitatem. Post eam est intellectus, simul omnia contuens, per quem mentes repræsentet angelicas. Item ratio per formas quadam progressione discurrens, talium propria animarum. Præterea imaginatio quædam eatenus per particulares congrediens formas, quatenus per uniuersales ratio ipsa progreditur. Deinceps natura sequitur uegetalis sphæræ uiuifica simul & matrix. Secundum has quinq; uires genera quinq; dæmonum computantur. Quorum ex numero cœlestes quidem dæmones deorum mundanorum unitatem accõmodate sequuntur: ætherei uero dæmones, id est ignei deorũ eorundem intelligentiam: aerei dæmones rationem: aquei imaginationem: terreni uero naturam, quam in dijs appellauimus uegetalem. Sub his orphici, dæmones collocant subterraneos mundanorum deorũ corpora infimo quodam ordine referentes, scelerumq; ultores. Quorum hic Plato mentionem fecisse uidetur. Si quæras quales potissimum dæmones duces sint animarum in corpora descendentium, respondebitur non cœlestes, non ignei. Hi enim tanquam sublimiores reducunt animas, non deducunt. Item nec aquei, neque terreni. Hi enim tanquam infimæ generationis artifices, non tam ducunt in fatali itinere animam, quàm in præcipitia fati præcipitant. Aerei ergo restant dæmones medij per media duces, qui rationis diuinæ comites humanam rationem in hoc itinere ducunt. Ex horũ uero genere dæmonum alij alias ducunt animas, Saturnij quidem Saturnias, Martij uero Martias, alijq; similiter alias, accõmodati potissimũ singuli singulis, tum ex affectione animi propria, tum ex prouidentia fatoq; cõmuni, maxime uero secundum electæ uitæ formam. Hoc deinceps uitæ duce subeunt iam animæ tria fata, quæ solum ante conspexerant, uidelicet & ita statuente dæmone ordinis totius executore, & iam affectis corporeo gradatim præponderante. Demum post tres Parcas ad Parcarum transeunt matrem: Necessitatem ipsam scilicet, cuius iam experiuntur impulsus. Deinde sub uehementi æstu ire animas, tria significare potest: scilicet corporei amoris ardorem crescere, simulq; curam & sollicitudinem augeri. Item per ignis sphæram è cœlo descendere. Præterea caloris naturalis ministerium ad terrenum corpus uiuificandum. At quoniam nimia terrenorũ cura, cœlestia obliuioni mandantur, atq; per obliuionem ex fertilitate sterilitas accidit, idcirco mox in Letheum, id est obliuiosum descendunt canam, & inde dum penitus sterilem. Et quia ob diligentem mortalium curam, negliguntur æterna, unde & obliuio nascitur & iactura, & reminiscentiæ difficultas, inquit animas in campo Letheo ad flumen Amelitam, id est negligentiæ fundum usque descendere, ibiq; sub nocte recumbere, id est sub diuini luminis priuatione prosterni. Verum quid significat Amelitæ aquam nullo unquam uase cõtineri posse? Poetica hæc quidem metaphora est, significans inferiorem materiam, quæ fluxa

men dicitur, fluitare per formæ iugiter atque fluctuare. Item obliuionis uitium, quod est retinere nihil, sed statim effundere. Adde quod nullum extrinsecum sustentaculum seruat animam propria negligentia pereuntẽ. Quod præterea nẽcesse sit ex obliuionis fluuio bibere, patet, quoniam ita fieri ex natura propria, & cõmuni fato & prouidentia est institutũ. Bibere aũt aut plus aquæ aut minus, ex affectu ad corpus prouenit magis minusue procliue: idemq; maioris minorisue obliuionis est causa, siue potius maioris aut minoris ad reminiscentiã facultatis. Has utiq; passiones quodãmodo ex peritur anima in corpore quodam ex aere crassiori composito in superiori campo, antequam terrenæ matris utero concludatur. A cœlestibus enim corporibus ad terrena, non solũ per elementum, sed per corpus aereum fit descensus. Subiungit animas in hoc aereo corpore ad mediam usq; noctem dormire, ostendens mox sub terreno corpore non dimidiã iam, sed integram ignorãtiæ noctem fore. Somnus testatur & rationis impedimentũ & iudicij falsitatem. Postremo animas, inquit, fœtui terreno insinuari sub tonitru quodam atq; terræmotu, duabus ut puto de causis: tum indicans infelicibus auspicijs hunc carcerem ingredi, tum ostendens tam cœlestem quàm terrenum motum, & quidem uehementem, ad diuinã animam tam tetro carcere coercendam concurrere oportere. Prosilire uero ad generationem animas stellarum instar, ultra figuram poeticam subinsinuat animas stellares esse quodammodo, & ad stellas deniq; redituras. Quod autem Plato de migratione animarum in corpora bestiarum tam ridiculam affert fabellam, ab anicularũ fabulis nihilo discrepantem, profecto nos admonet, totum allegorice exponendum: uidelicet rationales animas, non in uitam bruti, sed brutam, id est quodammodo bruto similem uicissimq; demigrare. Quod quidem omnibus pene Platonicis excepto Plotino maxime placuit. Idemq; Origenes in libris contra Celsum confirmare uidetur. Tu uero ne negligas morale præceptum, electionis rectæ peritiam cunctis rebus & artibus præponendam. Præterea tam multa de sphærarum pulchritudine atque potentia hic adducta fuisse, ut cogitemus iustitiam & præmium in cœlo ingens consequuturam, & ad optimam uiuendi electionem magnopere conducturam. Verum dices tam magnanime Laurenti te hic à Marsilio Ficino commentarium accepisse potius quàm argumentum. Esto sanè. Operæprecium fuisse arbitror atq; fore si argumentum quidem promisserim, commentarium uero præstiterim.

PLATONIS DE REPVBLICA, SIVE DE IVSTO. DIALOGVS X.

AT uero inquam ego, multa quidẽ etiam alia de ipsa cogito, quòd præ omnibus rectè condidimus ciuitatẽ, non minimè autẽ hęc dico, postquam ea quæ de poesi statuimus, in memoriã reuoco. Quæ ista inquit? Quòd nullatenus admisimus ipsius partẽ quæ imitatoria est. Prę omnibus enim nõ admittẽda esse, etiã nunc clarius ut mihi uideꝛ, apparet, postquã seorsum singulas animæ species diuisimus. Quõ dicis? Vt quidẽ apud uos dicam: nõ enim me prodetis apud Tragicos & alios omnes imitationi deditos poetas: omnia huiusmodi mentis auditorũ pernicies esse uidentur: qui nõ habent medicamentũ cognoscendi ipsa qualia sint. Quo inquit instinctu ista dicis? Dicendũ est inquã, etiamsi amor quidã & reuerẽtia quæ me à puero tenet, de Homero dicere prohibeat: Videtur enim pulchrorũ istorum Tragicorũ poetarum primus doctor ac dux fuisse. Verũ non ueritati præferẽdus uir est, sed quod dico dicendum est. Maximè inquit. Audi itaq;, imõ potius responde. Interroga. Potes'ne mihi omnino dicere quid sit imitatio? Neq; enim ipse admodũ intelligo quid sit. Nun quid inquit ego intelligã? Nihil inquã miri esset. Nã qui obtusius uident multa prius uiderũt his qui acutius cernũt. Est ita inquit, sed te præsente neq; conari audeam, ut dicam quid mihi uideaꝛ. Quare ipse uideas. Vis igitur ut hinc considerare incipiamus ex cõsueta methodo? Speciem enim unam quandã ponere consueuimus, circa singula multa quibus idem nomen attribuimus: Aut nõ intelligis? Intelligo. Ponamus ita que etiam nunc quicquid uoles è multis, uelut si uis, multæ sanè sunt sellæ, & mensæ? Quid ni? At species siue ideæ circa hæc instrumenta duæ sunt, una sellæ, altera mensæ. Etiam. Non'ne etiam dicere solemus, quòd opifex utriusque instrumenti, ad ideam respiciens ita facit, alius quidem sellas, alius mensas, quibus nos utimur: & alia eodem modo? Nõ enim ipsam ideam ullus opifex facit. Quomodo enim? Nequaquam. Num uero & hunc opificem quendam uocas? Quem istum? Qui omnia facit quæ unusquisque qui manibus artem exercet. Insignem quendam & admirandum uirum dicis. Nondum sanè, sed fortasse magis id dices. Idem enim hic opifex non solum omnia instrumenta facere potest, sed & quæ ex terra nascuntur omnia facit, & animalia omnia efficit, tum alia, tum seipsum, & ad hæc terram & cœlum & deos, & omnia quæ in cœlo, & sub terra apud inferos sunt, facit. Ad-

Poesis imitatoria ciuitate exclusa.

Methodus ex speciei positiõe

Opifex unius uersorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

modum admirandum sophistam dicis inquit. Non credis inquã,& dic mihi,uidetur tibi talis opifex omnino nõ esse aut aliquo modo horũ omniũ creator esse, aliquo nõ?

Speculi opificium

Aut nõ intelligis etiã teipsum omnia hæc aliquo modo facere posse? Et quis est inquit hic modus? Nõ difficilis inquã,sed qui multis modis & breui fieri possit. Nam si citissimè acceptũ speculũ undiq; circũferre uoles,breui & Solem facies,& quę in eo lo sunt,breui itẽ terrã,& teipsum & reliqua animalia,& instrumenta & stirpes, & omnia quæ modo recẽsebantur.Etiam inquit ut uideantur,nõ tamen reuera sint. Rectè inquam,& prout conuenit respondisti.Ex talium enim opinor opificũ numero est etiã pictor:Nunquid? Quidni? At dices non uerè opinor ipsum facere ea quæ facit, etiam si aliquo modo etiam pictor sellam faciat:aut nõ ita? Etiam inquit,& iste apparẽtem sanè. Quid uero non'ne modo dicebas,quòd is qui sellam facit,nõ speciem facit,quam sanè dicimus esse id quod est sella,sed quandam sellam? Dicebam equidem. Non'ne si non quod est facit,nõ quod est faciet,sed eiusmodi quid quale est id quod est,nõ autem est:Si uero quis opus eius qui sellas facit,aut alterius cuiusdam opificis,perfectè esse rem quæ est asserit,is nõ uera dicere uidetur? Nequaquã inquit,uelut uideri possit his qui in huiusmodi disputatiõibus uersantur. Nihil ergo miremur, si & hoc obscurũ quiddam est ad ueritatẽ. Non equidem. Vis'ne igitur inquã, ut in his ipsis quæramus imitatorẽ huius, quis'nam sit? Si ita uis inquit. Non'ne tres

Trium sellarũ tres effectus

quædam sellæ hæ sunt,una quidẽ quæ in natura est,quã dixerimus ut opinor deum fecisse,aut alium quẽdam? Neminem opinor. Altera uero quã opifex facit? Etiã. Tertia quã pictor,Nunquid? Esto. Pictor itaq; & opifex, & deus, tres hi præfecti sunt tribus sellarum speciebus? Etiam tres. Deus itaq; siue non uolebat,siue necessitas quædam aderat,ut ipse non plures quàm unam in natura sellam faceret: sic fecit unã sellam illam ipsam, id quod est sella. Duæ uero,aut plures tales,neq; à deo productæ sunt,neq; producentur. Quomodo istud inquit? Quoniam si duas solas fecisset inquam,rursus una apparuisset,cuius rursus ambæ illæ speciem habuissent:& fuisset id quod est sella illa,& non duæ istæ. Rectè inquit. Hæc itaque opinor,quum nosset deus, & reuera sellæ effector esse uellet, quæ uerè esset,& non cuiusdam sellæ, neq; quispiam sellæ opifex,unam natura ipsam produxit. Apparet. Vis igitur ut hunc quidem plantatorem aut productorem huius appellemus,aut tali quodam nomine? Iustum sanè est inquit,quandoquidem natura & hanc,& alia omnia fecit. Quid uero effectorem,non'ne sellæ opificem? Etiam. Non'ne etiam pictorem,& opificem & effectorem eius quę talis est? Nequaquam. At quid ipsum ad sellam esse dices? Hoc nomine inquit moderatissimè appellari mihi uidetur,si imitator eius cuius

Imitator q̃d sit

illi opifices sunt dicatur. Sit ita inquã ego. Tertiæ ergo à natura effectionis imitatorem uocas? Maximè inquit. Hac ergo ratione etiam tragicus poeta,siquidẽ imitator est,tertius quidã erit à rege & ueritate:itẽq; omnes alij imitatores. Apparet. Et de imitatore quidẽ consensimus,uerum de pictore hoc mihi dicas, utrũ illud ipsum quod in natura unũquodq; est,imitari conari tibi uideatur,aut opificũ opera. Opificum opera inquit. Num qualia sunt,aut qualia uidentur?Hoc enim amplius mihi di

Picturæ imitationis ratio

stingue. Quomodo dicis inquit? Hoc modo.Sella siue ex obliquo,siue ex aduerso,aut quomodocũq; ipsam respicit,nunquid ipsa à seipsa differt? Aut differt quidẽ nihil,uidetur autẽ uaria:& alia eodẽ modo? Ita uidetur inquit,nihil autem differt.

Hoc itaq; ipsum cõsidera, ad utrũ in unaquaq; re pictura spectet: Num ad id quod est,ut hoc uelut se habet imitetur:aut ad id quod uidetur uelut uidetur, ut sit aut simulachri aut ueritatis imitatio? Simulachri inquit. Procul ergo à uero abest imitatoria: & ut apparet propterea hæc efficit imitator,quoniam exiguũ quiddam uniuscuiusq; attingit, & hoc simulachrum: Velut pictor pinget nobis sutorem, & fabrum, & alios opifices, nullius horum artium gnarus:attamen pueros & insipientes homines,si bonus fuerit pictor, decipiet ut pictum fabrum eminus ostensum,reuera fabrum esse putent.

Quid ni? At enim ô amice hoc de omnibus huiusmodi cogitare oportet, quum quis de hoc ad nos refert, quòd inciderit in hominem omnium opificiorum gnarum,

Imitatores esse præstigiatores

& aliorum omnium quæ unusquisq; nouit doctum,exactius etiam quàm quiuis alius: ut tali respõdeamus, quòd stolidus sit homo, & in præstigiatorẽ quendã ac imitatorem illapsus

illapsus deceptus sit,ut uisus ipsi sit penitus sapiens esse,eo q̃ ipse non possit scientiam & inscitiã ac imitationẽ dijudicare. Verissima inquit dicis. Non'ne inquã post hæc cõsideranda est tragœdia & ipsius dux Homerus:quandoquidem ex quibusdam audiuimus hos esse qui omnes artes sciunt,& omnia humana tum ad uirtutem, tum ad uitia pertinentia,itemq; diuina nouerunt.Necesse enim esse ut bonus poeta,si bonum poema de his quæ scribit facere uelit,cum scientia id faciat,alioqui fieri non posse ut faciat.Oportet itaq; cõsiderare utrum in hos imitatores illi illapsi decepti sint, & dum opera ipsorũ inspiciũt,nõ percipiãt ea tertio gradu à ueritate distare, & facilia factu esse ignorãti ueritatẽ:simulachra enim & nõ ea quæ sunt faciũt:aut an etiã quid dicãt,& reuera boni poetę sciãt ea de quibus uulgo bene dicere uidenť. Maximè inquit expendendũ est. Putas igitˉ si quis ambo facere nosset,& id quod imitandum est,& simulachrũ,in simulachrorũ opificio studiũ positurũ esse, & hoc sibi ipsi uelut optimũ in uita propositurũ? Non sanè ego. At si quidẽ ueritatis eorũ quæ imitatur scientiam teneret,longè prius in operibus studiũ poneret, q̃ in imitationibus: & conaretur multa & pulchra opera relinquere in sui monumentũ:& magis esse qui laudaretur, quàm qui laudet. Arbitror inquit,Non enim æqualis est & honor,& utilitas. De alijs itaq; rationem nõ exigamus neq; ab Homero,neq; ab alio quocũq; poeta,ut interrogemus an quis ex ipsis Medicus fuerit,& nõ imitator solũ medicorũ sermonũ. Quos enim sanos fecisse dicit̃ poeta quispiã uetus aut nouus, quemadmodũ Æsculapius? Aut quos medicinæ discipulos reliquit,uelut ille filios? Neq; uero de alijs artibus ipsos interrogemus,sed sinamus. At de quibus ut maximis & pulcherrimis aggreditur dicere Homerus,de bellis nimirũ,& expeditionibus militaribus,& ciuitatũ gubernationibus, & hominis institutione,iustũ est interrogare ipsum in hunc modũ. O chare Homere si nõ es tertius à ueritate,uirtutis simulachri opifex,quẽ imitatorẽ definiuimus:sed secũdus,& cognoscere potuisti qualia studia meliores aut deteriores homines priuatim ac publicè faciunt,dic nobis quæ ciuitas per te melius habuit,uelut per Lycurgũ Lacedæmon, & per alios multos multæ magnæ & paruæ ciuitates. Quæ uero ciuitas prædicat te bonum legislatorẽ fuisse,& ipsi utilitatẽ attulisse? Charondan equidẽ Italia & Sicilia celebrat,& nos Solonem,te uero quem'nam aliqua prædicare potest? Non arbitror inquit Glauco. Non sanè narratur,neq; ab ipsis Homeridis.At quod bellum Homeri tempore,ipso principe aut consultore bene gestum cõmemoratur? Nullum. At quæ uelut uiri in rebus gerẽdis præstantis referũtur cõsilia multa ac industria illa,ad artes aut alias quasdã actiones:quemadmodũ de Thalete Milesio,& Anacharsi Scytha?

Medicorũ imitatores,nõ medici,poetæ sunt

Nequaquã quicquã tale. At si nõ publicè:saltẽ priuatim quibusdã disciplinæ duxe uiuens ipse Homerus fuisse dicitur,qui illius consuetudinẽ amplexi,etiã posteris uiam quandã uitæ Homericã tradiderũt:quemadmodũ Pythagoras ipse & gratia insigniter dilectus fuit,& posteri adhuc nũc Pythagoreũ uitæ modum cognominantes,inter alios illustres esse uidentur. Neq; rursus tale quicquã dicitur inquit,Nam Creophilus ô Socrates,fortassis Homeri sodalis ad disciplinã magis adhuc ridiculus quàm ipsius nomen apparet,siquidem uera sunt quæ de Homero dicuntur.Dicitur enim q̃ multa circa ipsum negligẽtia illius fuerit dũ uiueret. Dicit̃ equidẽ inquã.At putas ô Glauco,si reuera homines erudire potuisset Homerus,eosq; meliores efficere,ut qui hæc nõ imitari,sed cognoscere potuisset: non futurũ fuisse ut & multos amicos acquisiuisset,& ab ipsis dilectus ac honoratus fuisset? Nã Protagoras Abderites, & Prodicus Ceus,& multi alij sui tẽporis hominibus priuato cõgressu proponere possunt,eos neq; domũ, neq; ciuitatẽ suã gubernare posse,si nõ ipsis institutẽdos se tradãt:& ob hãc sapiẽtiã ita uehementer amant̃,ut amici ipsos tantũ non in capite circũferant.Homerũ ergo sui temporis homines,si ipsis ad uirtutẽ utilis esse potuisset,aut etiam Hesiodũ,circũuagãtes uersus recitare siuissent,& nõ magis ipsos q̃ aurũ amplexi essent,& ipsos apud se domi essẽ coegissent:aut si hoc ab ipsis non impetrassent,illos uelut pueri pædagogos sequuti fuissent,quocũq; se cõtulissent,donec iustã institutionẽ cõsequuti essent? Penitus uerà inquit mihi dicere uideris ô Socrates. Nõ'ne. Ponemus ab Homero initio sumpto, oẽs poetas simulachrorũ uirtutis imitatores esse,itẽq; aliarũ rerũ de quib. poemata faciunt,ueritatẽ autẽ nõ attingere:Sed quemadmodũ paulò antea dicebamus, Pictor suro

rem

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem faciet, cùm nihil ipse de sutoria arte intelligat, qui tamẽ sutor esse uidetur etiam his qui non intelligunt, sed ex coloribus ac habitu cognoscunt? Maximè. Sic sanè arbitror, dicemus etiam poetã colores quosdam singularũ artium nominib. ac uerbis inducere, cùm ipse nihil intelligat, sed imitet, ut alijs huiusmodi ex uerbis spectantibus bene admodũ dicere uideat, siue de sutoria, siue de expeditione militari, siue de alia quacũq; re, in metro & rythmo ac harmonia quis dicat, adeò hæc ipsa magnã quandam delectationem ex natura habent: alioqui si Musices coloríb. nudata, ipsa per se proferant poetarum opera, arbitror te nosse qualia uideant. Vidisti enim fortassis. Ego sanè inquit. Nõne similia sunt, inquam, faciebus formosorũ, non tamen pulchrorũ, quales aspectu fiunt, ubi flos ipsas reliquerit? Omninò ita inquit. Age, itaq; hoc considera. Simulachri effector ipse imitator, eius quod est, nihil nouit, sed eius quod apparet, nõne sic dicimus? Etiam. Ne itaq; ex dimidio dictum ipsum relinquamus, sed iustè uideamus. Dic inquit. Pictor dicimus, & habenas pinget & frenum? Etiam. Faciet autem coriarius & faber ferrarius? Admodum. Nunquid nouit pictor quales habenas esse oportet, & quale frenum: aut neq; qui fecit faber & coriarius nouit, sed ille solum qui his uti nouit, eques uidelicet? Verissimè. Non'ne circa omnia rem ita se habere dicemus? Quomodo? Circa unamquamq; rem tres has artes esse, usuram, factură, & imitaturam? Etiam. Non'ne uirtus & pulchritudo & rectitudo uniuscuiusq; instrumenti, & animalis, & actionis, non in alio quodam quàm in usu est, ad quem unaquæq; res facta aut producta est? Ita est. Multa ergo necessitas est utentẽ unaquaq; re peritissimum eius esse, & effectori indicare quales bonas facit aut malas, in usu quo utitur: uelut tibicen ei qui tibias facit, indicat de ipsis quales ad usum aptæ sint, & quales facere oportet, demandat. Ille uero minister est: Non'ne? Quidni? Non'ne qui nouit, de bonis & malis tibijs indicat. Ille uero credens, facit? Etiam. De eodẽ ergo instrumento, qui quidem id facit, fidem rectam habebit de pulchritudine & prauitate, & qui nouit, & cum ipso conuersari, eumq; audire cogitur: qui uero utitur, scientiam. Maximè. At imitator utrum ex usu eorum quę pingit scientiam, habebit, an pulchra & recta sint, aut secus: aut opinionem rectam, eo quòd necessariò cum eo qui nouit, conuersatur, & qualia pingere oportet, docetur? Neutrũ. Neq; ergo sciet, neq; rectè opinabitur imitator, de his quæ imitatur, quod ad pulchritudinẽ aut prauitatem attinet. Nõ apparet. Gratiosus'ne fuerit in imitatione imitator, quod ad sapientiam attinet, in his quæ facit? Non admodũ. Attamen imitabitur ignarus de unoquoq; quo modo prauum sit, aut bonum: sed ut apparet, quod pulchrum esse plerisq; & nihil scientibus uidetur, hoc imitabitur. Quid enim aliud? De his itaq; moderatè consensisse uidemur, & imitatorem nihil memorabile nosse in his quæ imitatur, sed lusum esse, & nõ serium studium ipsam imitationem: & eos qui Tragicam poesim in Iambicis, aut uersibus heroicis attingunt, omnes imitatores esse, q̃ maximè id fieri potest. Maximè. At per louem inquã, non'ne hæc imitatio tertium quiddam est à ueritate? Nunquid? Etiam. Ad quod itaq; ex his quæ in homine sunt, pertinent, hac ui prædita quam habet? De qua re dicis? De huiusmodi. Eadem magnitudo & cominus, & eminus, non æqualis ad uisum nobis apparet. Non equidem. Et curua & recta, tum in aqua, tum extra spectantibus, & ua & eminentia: propter uisus circa colores errorẽ: Et quòd omnis turbatio hæc in anima nostra insit, manifestum est: cui sanè naturæ nostræ affectioni, adumbrationis rerum studium insidias tendens, nihil præstigiarum omittit: Idem etiam miraculorũ editionis ars facit, & multæ aliæ huiusmodi fraudes. Vera dicis. Non'ne mensurare, & numerare, & ponderare, gratiosissima ad illa auxilia comparuerunt, ut ne in nobis imperet id quod apparet maius, aut minus, aut plus, aut grauius: sed id quod computauit, & mensurauit, ac ponderauit. Quidni? Atqui hoc rationalis in anima partis opus fuerit. Huius equidem. Huic itaque ubi sæpe mensurauit & significauit, maiora quædam esse, aut minora alijs alia, aut æqualia: contraria tamen simul circa hæc apparent. Etiam. Non'ne diximus fieri non posse, ut idem simul contraria de ijsdem opinetur? Et rectè sanè diximus. Pars ergo animæ quæ præter mensuras opinatur, nõ fuerit eadem cum ea quæ secundum mensuras opinatur. Non equidem. Atqui ea quæ mensuræ & cõputationi credit, optima animæ pars fuerit.

Artes tres circa unamquamque rem

Turbationis naturæ nostræ affectio

fuerit. Quidni? Quę ergo huic aduersatur, aliqua ex uitijs in nobis fuerit. Necesse est. Hoc itaq; proposito ut uidelicet hoc cõiteremur, dicebam quòd pictura & in totum imitatoria, quum procul à ueritate absit, ipsius opus amat: & rursus cum quadam in nobis parte procul à sapientia remota conuersatur, ipsiq; socia ac amica est, ob nihil sani, aut ueri. Omnino ita inquit. Imitatoria ergo uilis dum cum uili parte cõuersatur, uilia gignit. Apparet. Vtrum inquam ea quæ ad uisum solũ pertinet, aut etiam ea quæ ad auditum, quam poesim nominamus? Verisimile est inquit quòd etiam hæc. Ne itaq; inquam ei quod uerisimile est solum ex pictura fidem habeamus, sed etiã ad ipsam hanc cogitationis partem, cũ qua imitatoria per poeticã conuersatur, deueniamus, & an uilis aut præstans sit uideamus. Imò ita facere oportet. Hunc itaq; in modũ proponamus. Dicimus'ne quòd imitatur imitatoria homines, qui uiolẽtas aut ultroneas actiones obeũt, & qui bene aut male ex actione degere se putãt, & in his omnibus aut tristant, aut gaudent. Nunquid aliud q̃ hæc? Nihil. Nunquid in omnibus his cõcorditer affectus est homo: aut quemadmodũ circa uisum seditionẽ agebat, & simul de ijsdem cõtrarias in seipso opiniones habebat: Sic etiam in actionibus seditionẽ agit, et ipse cum seipso pugnat? Recordor autem nos non oportere nunc hoc cõiteri. Nam in superioribus sermonibus, de his omnibus satis cõsensimus, animã nostrã infinitis eiusmodi cõtrarietatibus simul obortis plenã esse. Rectè inquit.

Imitatio ad oculos, & ad aures

Rectè equidem inquam ego, Quare id quod tunc reliquimus, nunc necessariò persequendũ esse mihi uidetur. Quod istud? Dicebamus sanè etiam tunc inquam, q̃ uir moderatus cui talis fortuna contigit, ut filium aut quid aliud ex his quæ plurimi fecit, amiserit, facilimè præ alijs id feret. Admodum. Nunc uero hoc cõlideremus, Num nihil grauiter feret, aut hoc quidem impossibile sit, moderabitur autẽ aliquo modo dolorẽ? Ita magis inquit ueritas se habet. Hoc uero nunc mihi de ipso dicito, utrum magis ipsum dolori repugnaturũ esse putas, quũ à similibus uidetur: aut quũ in solitudine solus ipse per se uersatur? Multũ inquit differet ubi uidetur. Solus aũt opinor, multa quidẽ loqui audebit, quæ si quis ex ipso audiat, erubescceret: multa uero faciet, ad quorũ aspectũ neminem admitteret. Ira est inquit. Non'ne id quod reluctari iubet, ratio & lex est: quod uero ad dolorem trahit, ipsa affectio? Vera dicis. Quũ autem contrarius circa idem simul ductus in homine sit, duo ipsa esse, necessarium esse dicimus. Quidni? Non'ne alterum quidem quod paratum est legi obedire, quatenus illa præscribit? Quomodo? Dicit equidẽ lex optimũ esse, quàm maximè quietem agere in calamitatibus, & nõ molestè ferre, q̃ neq; certũ sit bonæ'ne an malæ tales sint: neq; is qui molestè fert, quicquã ultrà proficiat: neq; quicquã rerum humanarũ magno studio dignũ sit: & q̃ dolor obortiens obstat ei quod in ipsis quàm celerrimè nobis adesse debebat. Cui inquit dicis? Consilio inquã, circa id quod factum est ineũdo, & ut quis uelut in cuborũ casu, prout casus tulit res suas disponat, quomodo ratio optimè habere dictat, ita ut nõ ubi impegit, uelut pueri ictam partẽ tangentes, in uociferando perseueret, sed semper adsuefaciat animã ut quàm citissimè ad sanandũ adsit, & omissis lamẽtationibus corrigat id quod lapsum est, & ægrotat. Rectissimè equidem inquit, ita quis ad fortunas se accõmodauerit. Non'ne id quod optimũ est, hãc rationis partem sequi uolet? Manifestũ est. Quod uero ad affectionis recordationem, & ad luctus ducit, & his expleri nõ potest, non'ne rationis expers esse dicimus, & lentum ac timori deditum? Dicemus equidẽ. Non'ne querulum hoc, multam ac uariam imitationẽ habet? At illud sapiens, & placidis moribus præditũ, & semper ipsum sibijpsi simile, neq; facile est imitari, neq; si quis imitetur, facile percipit, tum aliàs, tum ab his qui in publicis cõuentibus, & inter omnis generis homines ad theatra congregati sunt. Alienæ enim affectionis imitatio ipsis fit. Omnino ita. Manifestum itaque est, quòd non ad huiusmodi sapiens animæ genus poeta imitator natura præditus est: neq; sapietia ipsius per hoc placere solet, si nominis claritatem apud uulgus assequi debet, sed ad querulũ illud & uarijs moribus præditũ: eo quòd facile sit id imitari. Manifestum est. Non'ne meritò iam ipsum reprehẽdemus, et similem pictori faciemus? Nam & quòd uilia ad ueritatem facit, eo ipsi similis est: & quòd cum alia animæ speciei, & nõ cum optima consuetudinẽ habet, etiã hac parte similis est: atq; ita iam meritò

Lex de dolore ferendo

Doloris in uiro moderato ratio

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non admittemus in ciuitatẽ, quæ bonis legibus institui debet: eo quòd hãc animæ partem excitat & alit, & robustam ipsam efficiens, rationalem illam perdit: quemadmodũ enim si quis improbos in ciuitate potentes efficiat, ipsiscꝫ ciuitatem tradat, præstantes autẽ perdat: eodem modo etiã imitatorẽ poetã dicemus malam rempublicã priuatim uniuscuiuscꝫ animæ inducere, dum stolidæ ipsius parti gratificat, quę neꝫ maiora neꝫ minora dinoscit, sed eadem nũc quidem magna putat, nunc uero parua simulachra effingit, à ueritate autem longè admodũ abest. Maximè. Nondum tamen id quod maximũ ipsius poetices malũ est produximus. Nam quòd etiam moderatos lædere potest, admodũ paucis quibusdam exceptis, id penitus horrendũ est. Quomodo uero nõ esset, si quidem hoc ipsum facit? Audi & considera. Nos enim qui etiã optimi sumus, dum Homerũ aut etiam alium quendam Tragicũ poetam audimus, imitantẽ Heroas quosdã in luctu cõstitutos, & longa narrationẽ in lamentationibus extendentes, aut etiã cantantes, & plangẽtes: nosti ꝙ delectamur, & ipsi cõsentientes sequimur, condolentesꝫ seriò iam illum ut bonũ poetam laudamus, qui nos ꝯ maximè ita afficerit? Noui, Quidni? Quum uero proprius alicui nostrũ dolor acciderit, nosti nos contrario studio teneri, si quietẽ agere possimus & tolerare, uelut hoc uiri sit, illud autẽ mulieris, quod tunc laudabamus? Noui inquit. Nunquid igitur pulchra ea laus est inquã, si quis talem uirũ uideat, qualem seipsum esse nolit, sed erubescat: & non abominetur, sed delectetur ac laudet? Per Iouem inquit non probabili simile est. Etiam inquã, si illo modo hoc ipsum consideres? Quo isto? Si cogites quòd id quod tunc uiolenter cõtinetur in propriis calamitatibus, & in lachrymas ac luctus erumpere, & satis se explere cupiuit, ut quod natura tale sit, ut hæc expetat: tunc est hoc quod à poetis expletur, & delectatur. At id quod optimũ in nobis est, ut quod neꝫ ratione, neꝫ usu sit satis instructũ, queruli istius custodiã remittit, uelut alienas affectiones spectet, & sibi ipsi nihil turpe sit, si alius qui bonũ uirum se esse asserit, intẽpestiuè lugeat, ut hunc laudet, ipsiusꝫ miseretur: lmò uoluptatẽ illam lucrari se putat, & nõ sustinuerit illa se priuari, ex totius poematis contemptu. Pauci enim quidam ut opinor rationem inire possunt, quòd necesse est ab alienis ad propria transferre. Qui enim commiserationẽ in illis aluit ac robustam effecit, ei non facile est ut se in suis affectionibus contineat. Verissima inquit dicis. Non'ne etiam eadem ratio de risu est, quòd ipse quidem risum mouere erubescas, uerum si in imitatione comica, aut etiam priuatim excitari audias, uehementer gaudeas, & imitatione idem quod in cõmiserationibus facias. Nam quod in teipso per rationem continebas, ut quamuis uellet, risum non moueret, ne scurrilitatis opinionem incurreres, id tunc rursus remittis, ipsoꝫ illic temerario effecto, non animaduertis te sæpe de propriis excedere, ut poeta comicus fias. Et ualdè inquit. Et de rebus uenereis, & ira, & omnibus cupiditatibus, & molestis & iucundis in anima, quæ ad omnem actionem nostram sequi diximus, eadem ratio est, quòd poetica imitatio talia in nobis efficit. Nutrit enim hæc rigando, quam resiccare oporteret, & imperium in nobis constituit ipsis, quum subdita esse ipsa deberent, quo meliores & feliciores, pro deterioribus & miseris fieremus. Non possum aliter dicere inquit ille. Non'ne inquam ô Glauco, quum in Homeri laudatores incideris, qui hunc poetam omnem Græciam erudijsse dicunt, & ad gubernandas ac instituendas res humanas dignum esse, ut quis ipsum assumat, & discat, & secundum hunc poetam omnem uitam suam instituat ac degat: amare quidem & amplecti ipsos oportet, uelut qui in quãtum possunt optimi sint, & cõcedere Homerũ maximũ poetam esse, & tragicorũ poetarum primũ: Verũ hoc nosse, solum hymnos & laudes deorũ ex bona poesi in ciuitatem admitti oportere. Si uero Musam carminibus aut uersibus conditam admiseris, uoluptas & dolor tibi in ciuitate regnabũt, pro lege, & pro ratione, quæ in cõmuni semper optima esse uisa est. Verissima inquit dicis. Hæc itaqꝫ inquam defensionis gratia à nobis producta sint, in hac repetita de poetica mentione, quòd meritò tunc ipsam quæ talis est è ciuitate relegauimus. Sic eñ ratio à nobis exposcebat. Verũ alloquamur ipsam, ne fortè duriciem & rigidam quandã rusticitatẽ in nobis accuset, eo quòd uetus quædam inter philosophiã & poeticã dissensio est. Nam & latrãs illa ad dominã clamorem attollens canicula: & magnus in dementiũ conciunculis: & sapientũ turba dominãs: & quòd

Iudicium optimi poetæ corrũpit

Risum mouent poetæ

Poetices ac philosophiæ dissensio

quòd leuiss. curis impliciti, pauperes sunt: & innumera alia, signa sunt ueteris inter has inimicitiæ: attamen his ita se habentibus dicamus, quòd si rationem aliquam memorabilem haberet poetica & imitatio ad uoluptatem comparata, ob quam in bene institutis legibus ciuitate ipsam esse cõueniret, nos libenter ipsam susciperemus, ut qui nobis ipsis conscij simus acceptæ ex ipsa uoluptatis. At enim id quod uerum esse uidetur, impium est prodere. Nunquid eñ, ô chare, & tu iucundè ab ipsa afficeris, & maximè cùm per Homerum ipsam inspicis? Maximè. Nõ'ne iustum est ita ipsam prodire ad sui defensionem aut carmine, aut alio quodam metro? Omninò ita. Demus autem & præfectis ipsius, qui poetæ non sunt, poetices tamen studiosi, ut absꝫ metro rationem pro ipsa reddant, quòd nõ solum iucunda sit, sed etiam utilis ad respublicas, & ad uitam humanam, & beneuole audiemus. Lucrum enim faciemus, si non solum iucunda apparuerit, sed etiam utilis. Quomodo uero lucrum facere non possemus? Sin minus, ô chare amice, quemadmodum hi qui aliquando amauerunt, si non utilem esse duxerint amorem, uiolenter quidem, attamen abstinent: ita etiam nos ob insitum eiusmodi poetices amorem, ex pulchrarũ rerum publicarũ educatione, beneuoli quidẽ erimus, ut uideatur ipsa & optima, & uerissima esse: quandiu uero defendere se non poterit, audiemus ipsam ut eum quem diximus sermonẽ nobis ipsis uelut incantationẽ occinamus, uerentes ne rursus in puerilem et uulgi amorẽ incidamus. Sentimus aũt non seriam operam esse ponendã in tali poesi, uelut q̃ ueritatẽ attingat, et bona sit: sed cauendam ipsam audienti, qui de ea quæ in ipso est repub. solicitus est, & ea recipienda quæ de poesi dixi mus. Prorsus inquit, consentio. Magnum enim inquã certamen, ô chare Glauco, & uere magnum est, non prout uidetur, ut quis bonus aut malus fiat. Quare neꝫ honoribus, neꝫ pecunijs, neque principatu ullo, neꝫ poetica elatus, meritò iustitiam & reliquam uirtutem negliget. Assentior tibi inquit, ex his quæ recẽsuimus. Opinor autem etiam quemuis alium id facturum esse. Et tamen inquam ego, maxima præmia uirtutis nobis proposita nondum exposuimus. Immensam quandam inquit, magnitudinem dicis, si relatis adhuc sunt alia maiora præmia. Quid uero inquã, in modico tempore magnũ fieri posset. Nam omne hoc à pueris ad senectam usꝫ tempus, modicum quoddam est ad uniuersum comparatum. Nihil sanè inquit. Quid igitur putas immortalem rem tanti temporis gratia studiũ ponere oportere, & nõ uniuersi? Puto sanè inquit, at quorsum hoc dicis? Non sentis inquã, animam nostram immortalẽ esse, & nunquã perire? Et ille intuitus me ac admiratus inquit, per Iouem non ego, tu uero hoc dicere potes? Si non iniustè facere uelim, opinor aũt & te posse. Nulla enim difficultas est. Mihi sanè est inquit, te uero libenter audierim hoc quod nullam difficultatẽ habet explicantem. Audies inquã. Dic solum inquit. Bonum inquam, & malũ quid uocas? Ego sanè. Nunquid uelut ego de ipsis sentis? Quod istud? Quod quidem perdit & corrumpit omnia, hoc malũ esse: quod uero seruat & utile est, bonum. Ego ita sentio, inquit. Quid uero malũ'ne quoddam unicuiꝫ rei, & bonum esse dicis, uelut oculis lippitudinẽ, & uniuerso corpori morbũ, frumento rubiginẽ, putredinem lignis, æri & ferro æruginẽ, & quod dico, omnibus ferè insitũ est unicuiꝫ suum ex natura malum, & morbus? Ego equidẽ dico, inquit. Non'ne cùm alicui quoddã ex his accesserit, prauũ id facit cui accessit, & tandem totũ dissoluit ac perdit? Quidni? Insitũ ergo uniuscuiuscꝫ malũ & prauitas, unumquodꝫ corrumpit ac perdit: alioqui si nõ hoc corrumpet, non aliud quicquã ipsum amplius corrumpere poterit. Non enim id quod bonum est unquam quicꝫ perdet: neꝫ rursus id quod neꝫ malũ est, neꝫ bonum. Quomodo enim inquit? Si ergo aliquam rem inuenerimus, cui est quidem aliquod malũ, quod ipsam prauã facit, ut tamen dissoluere ac perdere ipsam nõ possit: non'ne iam cognoscemus ꝙ tali natura præditæ rei, illud pernicies ad interitũ non sit? Ita uerisimile est inquit. Quid igitẽ inquã, est'ne quid quod animã prauam facit? Et ualdè inquit, ea quæ modò recensuimus omnia, iniustitia, intemperãtia, timiditas & imperitia. Nunquid igitẽ aliquid ex his dissoluit ipsam & perdit: et animaduerte ut ne decipiamur, si putemus iniustũ & dementem hominem, ubi in iniustis factis depræhensus fuerit, tunc perijsse ab iniustitia, quæ animæ prauitas existit: uerum hoc modo facito. Quemadmodũ corpus consumit ac perdit, & eò deducit, ut neꝫ corpus sit, ipsa corporis prauitas, quæ

Veritas non prodenda

Poetica res probata

Boni ac mali ratio

Animam quæ faciãt prauam

Universidad de Deusto
Biblioteca

est morbus: & quę modò dicebamus omnia, à propria malicia, sua præsentia ac inhæsio
ne corrumpenre, ad hoc ut nō sint deueniunt: non'ne ita? Etiam. Secundū eundem
itaq; modū etiam animā considera, num ea quæ est in ipsa iniustitia & reliqua malicia,
sua præsentia ac inhæsione ipsam corrumpit ac cōsumit, donec ad mortem deducens à
corpore separauerit? Nequaq; inquit hoc. Atqui illud absurdū est inquā, alterius qui
dem prauitatē quid perdere, suam uero nō. Absurdū equidem. Cogita enim ô Glau-
co inquam, ꝙ neq; à ciborum prauitate, si illi aut uetustate corrupti, aut quomodocūq;
putridi fuerint, corpus perire posse putamus: Verum si quidem ipsorū prauitas corpori
induxerit corporis prauitatē, tūc dicemus ipsum propter illos, à sua ipsius malicia, quæ
morbus est, perire: à ciborū uero prauitate, qui alij sunt, ipsum corpus quod aliud est, ab
alieno uidelicet malo, quod insitum malum non induxit, nunq; corrumpi censebimus.
Rectissimè inquit, dicis. Secundū eandem itaq; rationem inquā, si non corporis pra-
uitas animę prauitatē induxerit, nunquam censebimus ab alieno malo, absque propria
Corpus nō perdit animam prauitate, animā perdi, alterū uidelicet alterius malo. Habet equidē rationem inquit.
Aut igitur hæc redarguamus, uelut quæ non rectè dicant: aut quandiu manserint hæc
absq; confutatione, nunq; dicamus à febre, neq; ab alio morbo, neq; etiā à cæde, neq; si
quis totū corpus in minutissimas partes dissecaret, quicq; amplius unquā horū gratia
animam perdi, prius q; demonstrauerit ꝙ propter has corporis affectiones, ipsa illa in-
iustior & magis impia fit. Alieno uero malo in alio contingente, proprio autem uniusc-
uiusq; non oboriente, neq; animam, neq; aliud quicq; perdi, ulli dicere permittamus.
Atq; hoc inquit, nemo unquā demonstrabit, ꝙ morientium animæ iniustiores propter
mortem fiunt. Si uero quis se huic sermoni opponit, & deteriorē ac iustiorē fieri eum
qui morit, dicere audet, ut ne immortales animas esse confiteri cogat: censebimus sanè
si uera dicit, qui hæc dicit, lethalem esse iniustitiā ei qui ipsam habet, uelut morbū: & ab
ipsa quæ sua natura occidit, mori eos qui ipsam suscipiunt, qui quidem maximè, citius:
qui uero minus, tardius: & non uelut nunc propter hanc moriunt iniusti, ab alijs ad pœ
nam cōdemnantibus. Per Iouem inquit, non ergo penitus horrendū malum uidet in-
iustitia, si lethalis erit ipsam suscipienti. Liberatio em̄ fuerit à malis: Imò potius opinor,
ipsam in totū contrà uideri, ut alios quidem occidat, si quidē fieri potest: eum uero qui
Iniusti uiuaces ac uigiles ipsam habet, etiam ualdè uiuacē reddat, & insuper etiam uigilem: adeò procul, ut appa-
ret, abest ab eo ut lethalis sit. Rectè inquā dicis, quando enim propria prauitas, & pro
prium malū, ad animam occidendā ac perdendā non sufficit: nullatenus id quod ad al-
terius interitū ordinatum est malum, animā aut aliud quid perdet, præterq; id ad quod
ordinatū est. Nullatenus inquit, uelut uerisimile est. Non'ne quando neq; ab ullo ma
lo perit, neq; proprio, neq; alieno, nimirū necesse est ipsam esse id quod semper est: si ue
ro id quo d semper est, immortalē? Necesse est, inquit. Hoc itaq; inquā, sic se habeat.
Si uero ita habet, intelligis ꝙ semper fuerint eædem. Neq; n. pauciores fiunt, cùm nulla
pereat: neq; rursus plures. Si enim quæcunq; immortalia plura fierent, nosti ꝙ ex mor-
talibus fierent, & omnia tandē immortalia essent. Vera dicis, inquit. At neq; hoc opi
namur inquā: Ratio enim non permittet: neq; rursus uerissima natura talem esse animā,
ut multa uarietate dissimilitudineq; ac diuersitate, ipsa ad seipsam plena sit. Quō dicis,
inquit? Non facile est inq; , sempiternū esse id quod ex multis compositū est, & nō pul
cherrimam compositionē sortitū, uelut nūc nobis anima uisa est. Nequaq; uerisimile
est inquit. Quòd itaq; immortalis sit anima, & iam prolata ratio, & alię itidē conuince
Anima qualis reuera sit re possunt. Qualis uero reuera est, nō à corporis cōmunione & alijs malis læsam ipsam
spectare oportet, quemadmodū nunc nos spectamus: sed qualis est dum pura est, talem
ratiocinatione iustè perspicere oportet, & longè pulchriorē ac euidentiorē ipsam quis
comperiet, & iustitias ac iniustitias perspiciet, & omnia q̄ nunc recensuimus. Nūc uero
diximus quidē uera de ipsa, qualis in præsentia uidet. Vidimus tamen affectam ipsam,
quemadmodū qui Glaucum marinū spectant, non amplius facile ueterē ipsius naturā
uidere possunt: eo ꝙ ueteres corporis partes partim fractæ sunt, partim cōtritæ, & à flu-
ctibus penitus mutilatæ: alia uero ipsi accreuerint ostrea, & algæ, ac petræ, ut cuiuis ma
gis bestiæ similis sit, q̄ qualis natura erat: Sic & nos animā ipsam infinitis malis affectā
spectauimus. Verùm ô Glauco, illuc respicere oportet. Quo inquit ille? Ad philoso

phiam ipsius, & considerare quæ attingit, & quales cōuersationes cupit, ut quæ diuino *Animæ studia*
& immortali, & ei quod semper est, cognata sit: qualis item fieri possit, si tale tota sequa
tur, & ex hoc instituto, è ponte educeret, in quo nunc est, petris ac ostreis undiq; excus-
sis, quæ nūc ipsi uelut terra pastæ, & terrea ac petrosa & agrestia multa accreuerūt, à bea
tis appellatis illis epulationibus: Et tunc sanè uiderit quis ueram ipsius naturā, siue mul
tarum, siue unius sit speciei, & ubi, & quomodo se habeat Nunc uero affectiones & spe
cies ipsius quas in humana uita habet, moderatè, ut opinor, exposuimus. Oīnò equi
dem inquit. Nō'ne inquā, alia quidem disputatione executi sumus, uerū neq; præmia,
neq; existimationem ac gloriam iustitiæ protulimus: quemadmodū uos de Hesiodo &
Homero dixistis: sed ipsam iustitiā ipsi animæ optimam esse comperimus, & iusta ipsi
facienda esse, siue habeat Gygæ anulū, siue nō, & insuper ad Gygæ anulū etiam orci ga
leam. Verissima inquit, dicis. Nunquid iam ô Glauco, ab inuidia liberū est, ut ad illa,
etiā mercedes iustitiæ ac reliquæ uirtuti attribuamus, quātas ac quales illas exhibet ani
mæ, & à dijs, & ab hominib. & uiuēte adhuc, & mortuo homine? Omninò ita inquit.
Nunquid reddetis mihi ea quæ in disputatione mutuati estis? Quid maximè? Dedi
uobis iustum, uideri iniustū esse: & iniustum, iustum. Vos. n. censebatis, etiamsi fieri non
posset ut hæc & deos & homines laterent, tamen dandū esse uerbi causa, quo ipsa iusti-
tia ad iniustitiā iudicaretur: At non recordaris? Iniustè faceremus inquit, si nō recorda
remur. Quandoquidē itaq; iudicatæ sunt, ego rursus postulo pro iustitia, ut quam exi
stimationē & à dijs, & ab hominib. habet, eam etiā uos cōfiteamini, sic de ipsa uobis ui-
deri, quo etiā uictoriæ præmia ferat, quæ ex eo ꝙ talis uidet adepta, habentibus ipsam
tribuit: quandoquidē etiam bona ex eo quod est, dare uisa est, & non decipere eos qui
ipsam reuera assumunt. Iusta inquit postulas. Nunquid inq; , primùm quidem hoc red
detis, ꝙ uterq; ipsorum qualis est, deos nō latet? Reddemus, inquit. Si uero nō latent,
alter quidē dijs charus fuerit, alter uero odio habebit, quemadmodū etiā ab initio con-
fitebamur. Est ita. Ei uero qui dijs charus est, non confitebimur quæcunq; à dijs con
tingunt, omnia quantū fieri potest, optima cōtingere, si non necessariū quoddam malū
ipsi ex priore peccato adest. Maximè. Sic ergo de iusto uiro existimandū est, siue in
paupertate sit, siue in morbis, aut alio quodā ex his quæ mala putant, ꝙ huic ista ad bo-
num quoddā desinent uiuenti, aut mortuo. Non. n. à dijs unq; negligitur, qui iustus fieri
proposuit, et uirtutis studiosus est, ut quantū homini contingere potest, deo similis fiat.
Verisimile est, inquit, talem à simili non negligi. Non'ne de iniusto contraria his senti
re oportet? Valdè sanè. A dijs itaq; talia quædā præmia iusto cōtingunt Iuxta meā
profectò opinionē inquit. Quid uero inq; ab hominibus, non'ne hoc modo res se ha-
bet, si id quod est, dicere oportet? Nōne prauí & iniusti idem faciunt quod cursores qui
ab infernis bene currunt, à supernis nō item? primū enim celeriter desiliunt, tandē uero
ridiculi fiunt, aures ad humeros demissos habentes, & sine corona discedēres. Qui uero
reuera cursores sunt, ad finē delati, & præmia accipiunt, & coronant. Non'ne sic etiā iu
stis plerūq; cōtingit, ut in fine uniuscuiusuisq; actionis & cōuersationis ac uitæ, clari eua
dant, & præmia ab hominib. ferant? Et ualdè. Sustinebis ergo me dicentē de his ea q̄
tu de iniustis dicebas? Dico. n. ꝙ iusti ubi iam seniores fiunt, in sua ciuitate si uoluerint *Iustum & iniu*
principatus gerunt, uxores q; ducunt undecunq; uolunt, & filias in matrimonium dant *stum quæ ma-*
quibus uolunt: & omnia q̄ tu de illis, ea nūc ego de his dico. Et rursus etiā de iniustis, ꝙ *neāt post mor-*
multi ex ipsis, etiamsi latuerint, dum iuuenes sunt, tamen in fine cursus deprehensi, ridi- *tem*
culi fiunt, & senes facti, miseri illuduntur & ab externis, & à ciuibus, & flagris cædunt,
id quod tu uerè agreste esse dixisti. Deinde torquent & exurūtur. Omnia uero illa quæ
patiuntur, etiam ex me audire te pura. Verùm, uelut dixi, uide an sustinebis. Et ualdè
inquit. Iusta enim dicis. Quæ itaq; uiuenti iusto à dijs & hominibus præmia, & mer-
cedes, & dona contingunt, supra illa bona quæ ipsa iustitia exhibebat, talia existunt.
Et ualdè inquit pulchra ac firma. Hæc itaq; inquā, nihil sunt neq; multitudine, neq; ma-
gnitudine ad illa, quę mortuū utrunq; expectant. Oportet autem & ipsa recensere, quo
uterq; ipsorum perfectè accipiat ea quæ ex hac disputatione ipsis debentur. Dixeris
inquit, non ut multa, sed iucundius audienti. At non referam tibi inquā, Alcinoi apo
logum, sed fortis uiri Eris Armenij, genere Pamphyli, qui aliquando in bello occisus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum decimo die mortui iam putrefacti tollerentur, sanus quidem & integer corpore sublatus est, domum uero delatus, ubi duodecima die sepeliendus esset, in pyra positus reuixit. Cùm autem reuixisset, narrabat ea quæ istic uidisset. Dixit autem postquam anima ipsius de corpore excessisset, profectã esse cum multis, & deuenisse ipsas ad locum quendam mirabilem, in quo essent duo terræ hiatus inter se contigui: & rursus alij duo ex oppositò supernè in cœlo. Inter hos uero sedere iudices, qui postquã dijudicassent, iustos quidem ad dexteram abire iuberent, & sursum per cœlum, alligatis signis iudicatorum in anteriori parte: iniustos uero ad sinistrã & deorsum, ita ut & hi habeãt à tergo signa omniũ eorum quæ perpetrauerunt. Cùm autem ipse accessisset, dixisse illos, oportere ipsum nuncium fieri hominibus eorum quæ illic essent, & iussisse ut audiret ipse & spectaret omnia quæ eo in loco fierent. Vidisse itaq; hac parte, per alterum quidem hiatum, tum cæli, tum terræ, abeuntes animas, postquã isthic iudicatæ fuissent: per alterum uero, ex terra quidem ascendisse alias squallore & puluere oppletas, ex cœlo uero descendisse alias puras: & eas quæ semper aduenium, uideri uelut quæ ex longa profectione ueniant, & ultrò ad pratum delatas uelut in celebri conuentu recumbere, & se mutuò complecti eas quæ inter se notæ sunt: & interrogare tum eas quæ ex terra ueniunt ex alijs, de his quæ istic sunt, tum eas quæ ex cœlo, de his quæ apud illas sunt. Exponere autem alteras alteris, has quidem cum luctu & eiulatu in memoriã reuocantes, quanta & qualia pertulerint ac uiderint in profectione sub terra. Esse autem iter mille annorum: illas autem rursus exponere delicias ex cœlo, & immensæ pulchritudinis spectacula: Ac multa quidem illa ô Glauco, uix longo tempore narrari possent, uerùm summam hanc esse dixit. Quascunq; unquam & quibuscunq; quis iniurias intulisset, quęcunq; pro omnibus pœnam dedisse ex parte, pro singulis decies: hoc autem esse, per cẽtenos annos, uelut tanta sit uita humana, quo decuplam iniuriæ retributionem penderent: & si aliqui multorum cædis causa fuissent, aut ciuitates prodidissent aut exercitus, & in seruitutem coniecissent, aut alicuius alterius afflictionis una cum alijs autores fuissent, omnium horum decuplas pœnas pro unoquoq; facinore darent. Et rursus si aliqui beneficia in alios contulissent, & iusti ac sancti fuissent, eodem modo præmia ferrent. At de his qui statim ut nati sunt, pereunt, ac breui tempore uiuunt, alia quædam dixit, mentione indigna. Impietatis uero ac pietatis, in deos ac parentes, & cædis propria manu perpetratæ, maiores adhuc mercedes exponebat. Dixit enim se interfuisse, quum alius ab alio interrogaretur, ubi nam esset Ardiæus ille magnus: Hic autem Ardiæus in quadam Pamphyliæ ciuitate tyrãnus fuerat ante mille ad illud tempus annos, & senem patrem, ac maiorem natu fratrem occiderat, & alia multa ac impia perpetrauerat, uelut dicebatur: Dixit igitur eum qui interrogabatur, dixisse, non uenit, neq; huc ueniet. Vidimus itaq; & hoc horrendum spectaculum. Postquam prope hiatus osculum essemus, & alia omnia perpessi, ascendere uellemus, etiam illũ derepentè conspeximus, & alios ferè plurimos ex ipsis tyrãnos: erant tamen etiã priuati quidam magnis peccatis obnoxij, quos putãtes se iam ascensuros esse, osculũ non admittebat, sed mugiebat, quando quis ita insanabili improbitate affectus, aut non satis pœna data, ascendere conaretur. Hic itaq; inquit, uiri feroces & ignei aspectus astãtes, & mugitũ percipientes, alios quidem seorsum præhensos ducebãt, Ardiæũ autem & alios, colligatis manib. & pedibus & capite, prostratos & excoriatos trahebãt iuxta uiam foras, ipsosq; fruticis alpalathi spinis laniabãt, & semper prætereuntib. significabant, quorũ gratia hæc paterent, & quę in tartarũ dilapsuri abducerent. Tunc sanè inquit, cùm multi & omnis generis timores ipsos uexassent, hunc tamen timorẽ omnes superasse, ne osculum mugitũ ederet: & eo silente unũquenq; libentissimè ascendisse. Et pœnas quidẽ ac supplicia huiusmodi esse, & rursus beneficia ac præmia illis uice uersa similia. Postq; uero singulis septem dies in prato trãsacti fuerint, hinc migrãtes octauo proficisci oportere dixit, & peruenire quarto die eò, unde uideant ex supernis lumen per totũ cœlum ac terram extentũ, rectum illud columnę instar, maximè Iridi simile, sed splẽdidius & purius, ad quod ueniſſe se progressu itineris unius diei, & uidisse isthic iuxta mediũ lumen ex cœlo extremitates ligamentorum ipsius extẽtas. Esse enim hoc lumen uinculũ cœli, quemadmodũ in triremibus succingula, ita omnem circũuolutionem continens. Ab extremitatib. autem extentum cœ-

Eris narratio de uita futura

Mille annorũ iter

Decupla pœna & præmiũ

tum colum Necessitatis, per quem omnes uerti circũuolutiones: & eius quidem fusum & hamum esse ex adamante, uerticulũ autem mixtum, & ex hoc, & ex alijs generibus. Verticuli uero naturã esse talem, figuram quidẽ, qualis est eius quod apud nos est. Verùm ex his quæ dixit, tale ipsum esse oportet, uelut si in uno magno et excauato uerticulo, per totũ aliud eiusmodi minus insitũ esset, ita congruum uelut cadi congruunt, dum alter in alterũ inseritur: & sic sanè tertium ac quartũ, & alia quatuor. Octo.n. esse omnia uerticula, altero circulo in alterũ insito, ita ut supernè labia ostendant, & dorsum continuum unius uerticuli circũ fusum efficiant. Fusum uero illum per mediũ octaui uerticuli penitus traiectũ esse. Primum igitur et extemũ uerticulũ, labij circulũ habere amplissimum: secundũ autem sexti: tertium quarti: quartũ octaui: quintum septimi:: sextũ quinti: septimũ tertij: octauum secundi. Et maximi quidem uerticuli circulũ uarium esse: septimi uero splendidissimũ: octaui autem circulũ colorem habere à septimo affulgente: secundi uero & quinti similes inter se colores, illis flauiores: tertium aũt albissimũ colorem habere: quartũ subrubrum: secundũ autem albedine sextum excedere. Fusum uero dum torqueẽ, in circulum uerti oportet, totum quidem eodem motu, dum uero totũ circunferẽ, internos quidem septem circulos contrario toti motu placidè circũferri, ex his ipsis aũt celerrimè uolui octauũ. Deinde uero & simul inter se septimũ, & sextũ, & quintum: tertium aũt eo motu ferri, ut ipsis uidereẽ quartum insuper circũuoluere: quartum aũt ut tertium: & quintũ ut secundum. Torqueri uero fusum ipsum inter necessitatis genua. At uero supernè in circulis ipsius singulis sedere Sirenẽ, quæ simul circũfertur, uocem unam intentã emittens. Ex omnib. aũt quæ octo sunt, unam harmoniã consonã fieri. Alias aũt tres circũcirca sedere in singulis sedib. æqualiter distantibus, filias Necessitatis Parcas albis uestibus indutas, coronas in capitib. gestantes, Lachesin & Clotho et Atropon: & has canere ad Sirenum harmoniã, Lachesin præterita, Clotho præsentia, Atropon futura. Et Clotho quidem dextra manu attingere, ac simul uertere externam fusi uertiginẽ, ex quadam temporis intermissione. Atropon aũt sinistra manu internas eodem modo. Lachesin uero utraq; ex parte utraq; manu attingere. Ipsos igiẽ postquã eò deuenissent, statim Lachesin accedere oportuisse. Prophetã itaq; quendam ipsos primum quidẽ in ordinem digessisse. Deinde acceptis ex Lachesis genib. sortibus & uitæ exẽplis, & conscenso quodã sublimi suggesto, dixisse. Hoc est decretũ Lachesis filiæ necessitatis ô uos Diariæ animæ. Principiũ alterius circuitus mortalis generis letho obnoxij. Non de uobis dæmon sortieẽ, sed uos dæmonem eligetis. Qui primus sortem adeptus fuerit, primus uitam eligat, in qua ex necessitate permanebit. Virtus nõ habet dominum, sed prout quisq; ipsam honorat, aut ignominia afficit, ita aut plus aut minus de ipsa habebit. Culpa eligentis est. Deus extra culpã est. Hæc illum locutũ proiecisse sortes in omnes, quenq; aũt sustulisse eam quæ ipsi obuenerat, non sinere aũt ipsum ut quis aliam præter suam tollat. Vbi uero quis sustulit, manifestũ fit quotus sit. Post hoc uero rursus uitarũ exempla illum ante ipsos ponere in terrã, multo plura cũ pro præsentiũ numero. Esse aũt ea omnis generis. Nam & animaliũ omnium uitas, & humanas uitas uni uersas propositas esse. Tyrãnides enim inter ipsas esse, partim perpetuas, partim etiam interea corruptas, & ad paupertatẽ & exilia ac mendicitatem mutatas. Esse uero etiam clarorum uirorum uitas, quorum alij specie, & pulchritudine, & robore, & certandi facultate præstãtes fuerunt: alij genere, & maiorum uirtutibus. Similiter autem etiam fœminarum. At uero animæ ordinem non adesse, ut eius ratio habereẽ, eo cũ necesse sit, ut quę aliam uitam eligit, alia fiat. Reliqua uero inter se & diuitijs & paupertate, & partim morbis, partim sanitate, partim medio horum modo mixta esse. Vbi sanè, ut apparet, ô chare Glauco, quoduis periculũ homini imminet, & propterea maxima cura adhibenda est, quo unusquisq; nostrum reliquis disciplinis neglectis, huc omne studium conferat, & quærat ac discat, si alicundè discere ac inuenire possit aliquem qui ipsum doceat, & scientem efficiat, ut bonam ac malam uitam dinoscere queat, & quantum fieri potest meliorem semper ubicũq; eligere: ita ut reputet omnia quæ nunc dicta sunt, quomodo se habeant ad uitæ uirtutem, tum si componantur inter se, tum si diuidantur: & cognoscat quid boni aut mali efficiat pulchritudo, paupertati aut diuitijs, aut etiam cuidam animæ habitui coniuncta: & quid generis nobilitas ac ignobilitas: & priuata uita ac

Necessitatis colum

Sirenes octo

Vitarum electio proposita

Universidad de Deusto
Biblioteca

principatus: & robur ac debilitas: & ingenium ad discendum felix ac tardum: & omnia huiusmodi ex his quæ natura circa animã sunt, efficiant, si cum his quæ extrinsecus accedunt, permisceantur, ut ex omnibus his ratiocinatione inita, & ad animæ naturam respiciens, tum deteriorem, tum meliorem uitam eligere possit: et deteriorem quidem uocet eam, quæ illam illuc ducet, ubi iniustior sit: meliorem uero, quæ ubi iustior: reliqua uero omnia ualere sinat. Vidimus enim & uiuenti & mortuo optimam esse hãc electionem. Cum hac itaq; opinione adamantino more firmata ad inferos abire oportet, quo etiam illic à diuitijs & huiusmodi malis in admirationẽ ipsorum non pertrahatur: & ut ne in tyrannides & alias huiusmodi actiones illapsus, multa quidem & insanabilia mala quis operetur, adhuc uero maiora ipse perpetiatur, sed mediam semper eiusmodi uitam eligere sciat, & fugere quæ ad utranq; partem excedunt, & in hac uita, quantum fieri potest, & in postea futura. Sic enim felicissimus sit homo. Et sanè etiam tũc nuncius illinc missus, Prophetam ita dixisse nunciabat. Etiam ei qui postremus accesserit, & cum intelligentia elegerit, ac constanter uixerit, uita non mala ac optanda exposita est: neq; is qui electionem auspicatur, negligens sit, neq; qui ipsam postremus finit, desperet. Cum uero hæc ille dixisset, eum cui prima sors obtigerat, statim accessisse, & maximã tyrannidem elegisse dixit, & præ insipientia ac ingluuie, non omnibus bene consideratis hãc electionẽ fecisse. Nam latuisse ipsum fatis decretũ esse, ut liberos suos in ea uita deuoraret, & alia mala sustineret. Postea uero rem considerasse, & ob electionem planxisse ac luxisse, q̃ non perseuerasset in his quæ Propheta prædixisset: non tamen sibijpsi malorum culpam imputasse, sed eam reiecisse in fortunã, & dæmones, & omnia magis quàm in seipsum. Fuisse aũt ipsum ex his qui de cœlo uenerãt, & qui in priore uita in bene ordinata repub. uixisset, & uirtutem consuetudine, absq; philosophia adeptus esset. Vt autem & hoc dicatur, non pauciores esse qui talibus capiũtur, ex his qui è cœlo ueniunt, utpote laboribus inexercitatis. Pleroscq; uero ex his qui ex terra ascenderũt, utpote qui & ipsi laboribus afflicti sint, & alios affligi uiderint, non ex accursu electiones facere. Quapropter etiam tum ob hanc causam, tum ob sortis fortunã, multis animis & malorum, & bonorũ mutationem cõtingere: alioqui si quis semper quando ad hanc quæ hic est, uitã deuenit, sana philosophia uteretur, & sors eligendi ipsi non postrema caderet, uidetur ex his quæ illinc annunciantur, non solum hic felix fore, sed etiam profectionẽ hinc illuc, & rursus huc, non terrenam ac asperam, sed leuem ac cœlestem facturus esse. Hoc itaq; spectaculũ spectatu dignũ esse dixit, quomodo singulę animæ uitas eligerẽt. Miserabile enim uisu esse, itemq; ridiculũ ac admirandũ. Plerunq; enim fieri ut secundũ prioris uitæ consuetudinem eligant. Vidisse enim se dixit animam, quæ aliquando Orpheï fuisset, eligentem uitam Cygni, ob fœminei generis odium, eo quòd ab illis interemptus esset, nolentem ex muliere nasci. Vidisse item animã Thamyræ eligentem uitam Luscinię. Vidisse etiam Cygnum ad uitæ humanæ electionem conuertum, & alia animalia Musica eodem modo uelut uerisimile est. Cæterum animam cui secũda sors obtigisset, elegisse uitam leonis, fuisse autem animã Aiacis Telamonij, quæ homo fieri nollet, cùm iudicium illud de armis in memoriã reuocaret. Hanc insecutã esse animam Agamemnonis, quæ & ipsa humani generis hostis esset, & propter affectiones aquilæ uitam assumeret. Inter medias autem sortes fuisse animam Atalantes, quę cùm magnos uiri Athletæ honores conspicata esset, non potuerit præterire, ut non eius uitam deligeret. Post hanc uero uidisse Epei Panopei animam, in artificiosæ mulieris naturam mutatam. Procul autem inter ultimas uidisse Thersitæ risus cõcitatoris animam, quæ simiam induisset. Iuxta fortunam uero Vlyssis, animam ultimam sortem adeptam, postremam omnium ad eligendum accessisse. Eam autem ob priorum laborum memoriam, ab ambitione quietã, multo tempore circũiuisse, ac quæsiuisse uitam uiri priuati, de alienis negotijs non curiosi, & uix tandem alicubi sitam inuenisse, ab alijs neglectã, & conspicatã ipsam dixisse, q̃ idem fecisset, etiamsi prima sors ei obtigisset, & proinde libenter ipsam elegisse. Sed & ex alijs bestijs animas in homines trãsijsse, & inter se uicissim, iniustas in agrestes, iustas in mansuetas mutari, & omnibus mixtionum modis misceri. Quum igitur omnes animæ uitas elegissent, prout sors tulerat, ex ordine ipsas ad Lachelin accessisse. Illa uero unicuiq; dæmonem quem elegisset, uitæ custodem & qui ea quæ elegissent, exe-

Vita bona, & mala quæ sit

sent exequeretur, comitem dedisse. Hunc itaq; primũ quidẽ duxisse ipsam animam ad Clotho, & sub illius manu, & sub fusi circũuolutionis conuersione ratam fecisse ac confirmasse eam electionem, quam illa ex oblata sorte fecisset. Hanc uero ubi attigisset, rursus ad Atropi texturam ipsam duxisse, ut ea quæ fuso circumuoluta essent, firma efficeret, ne ullo modo transmutari possent. Hinc uero immutabiliter sub necessitatis Throno abiuisse, & ubi per illum transgressus esset, postquã etiam alij pertransissent, omnes iter ad Lethes ac obliuionis campum arripuisse, per ardorem ac æstum uehementem. Esse enim ipsum uacuum arboribus, & his quæ terra producit. Recubuisse igitur ipsas uespere iam aduentante, iuxta fluuium Ameletem, cuius aquam nullum uas continet. Necessarium itaq; esse ut omnes mensuram aliquã aquæ bibãt. Eos autem qui prudentia non seruantur, ultra mensuram bibere. Prout uero quisq; semper bibisset, omnium ipsum obliuisci. Postquam autem dormiuissent: & iam media nox esset, tonitru & terræ motum factum esse, atq; hinc derepentè alium alió delatũ esse, ita ut sursum prosilirent uelut stellæ, ad hoc ut generarent. Seipsum porrò prohibitum esse, ut ne de aqua biberet. Vbi uero & quomodo in corpus redierit, se nescire. sed quum derepentè suspexisset, uidisse mane iam se in pyra positũ esse. Atq; hæc ô Glauco fabula seruata est, & nõ periit, & nos profectò seruare poterit, si fidem ipsi habuerimus, & Lethes fluuiũ bene transiuerimus, & nulla labe animã inquinauerimus. Quare si mihi fidem habuerimus, & animã immortalẽ esse censuerimus, & quæ omnia mala, itẽq; bona omnia sustinere possit, talẽ esse crediderimus, semper uiam eam quę sursum ducit arripiemus, & iustitiæ cũ sapientia cõiunctæ omni modo studiosi erimus, quo & nobis ipsis, & dijs amici simus, & dum hic manentes degimus, & postquã præmia ipsius adepti fuerimus, uelut hi qui uictoriam consequuti sunt, multitudine circa nos congregata, & hic, & in mille annorum quam recensuimus profectione, feliciter degamus.

COMPENDIVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN TIMAEVM.

DE SVBIECTO LIBRI. CAPVT I.

OVEMADMODVM *in Parmenide cuncta diuinorum genera pro uiribus comprehendit, sic omnia in Timæo complectitur naturalia, & utrobiq; plurimum Pythagoricus est, sub persona Pythagorica disputans. Atq; in Parmenide quidem, Parmenidem & Zenonem Eleates Pythagoricos, qui de diuinis scripserant, imitatur. In Timæo autem, Timæum Locrum, Pythagoricum, qui librum de uniuersi natura composuit, equitur. Ita tamen, ut his non eloquentiam solum adiungat, sed mysteria. Quoniam uero diuina quidem naturalium principia & exemplaria sunt, naturalia uero diuinorum effectus atq; imagines: ideirco & in Parmenide dum de diuinis agit, interim descendit ad naturalia: & in Timæo naturam tractans, surgit sæpius in diuina. Neq; iniuria diuinitatem simul naturamq; copulat. Natura enim diuinitatis est instrumentum. Atq; ita uel de naturalibus agit diuine, quemadmodum Aristoteles, uel de diuinis naturaliter agit. Interserit quoq; mathematica tanquam utrorumq; media, diuinorum scilicet atq; naturalium. Quæ uidelicet, per numeros quidem diuina, per mensuras uero significẽt naturalia. Sit ergo huius libri subiectum ipsa uniuersa natura, id est seminarii quædam & unifica uirtus toti infusa mundo, animæ quidem mũdanæ subdita, materiæ uero præsidens, eodemq; ordine singula pariens, quo & anima ipsa concepit, tam diuinam suscipiens mentem, quàm appetens bonum.*

DE ORDINE LIBRI ET PARTIBVS EIVS. CAP II.

PATEBIT *autem naturam uniuersi ipsumq; uniuersum non ex se quidem consistere, sed ex superiori diuinaq; causa dependere. Patebit insuper quot in gradus natura distribuatur, cœlestes, elementales, simplices, compositos, rationales, ratione carentes. Patebit totam sub luna generationem ad animal rationale quasi finem dominumq; referri. Multa præterea de hoc ipso animali; tum ad animam, tum ad corpus spectantia tractabuntur. Multa quoque de rebus quæ à natura infra rationale animal componuntur, Et ut summatim dicam, de triplici mundo tractabitur, scilicet de diuino cœlestiq; & humano. Ostendetur quoq; omnium quæ in mundo componuntur ipsiusq; mundi, duo quædam præcipua intrinsecus elementa esse, scilicet materiam atq; formam: tria uero extrinsecus esse principia, scilicet efficientem mũdi causam, & exemplarem atq; finalem. Et efficientem quidem esse diuinam potentiam, & intelligentiam atq; uoluntatẽ: Exemplarem uero ideas intelligentia diuina conceptas: Finalem demũq; bonum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE INTRODVCTIONE AD DIALOGVM. CAP. III.

CAETERVM ut ad ipsam dispositionem dialogi ueniamus, Plato quinq; continuos disputationibus destinauerat dies. In primo quidem Socrates in Piræo unà cum Polemarcho, Glaucone, Adimanto, Thrasimacho Sophista de Repub. disputauit. Secundo uero die in urbe recẽsuit eadem Timæo & Critiæ atq; Hermocrati, & quarto cuidam absq; nomine peregrino, forsan Timæi comiti. Tertio die horum epilogum faciunt. Quo quasi exordio mox facto Timæus disputauit de natura, præsentibus tribus, Socrate, Critia, Hermocrate. Quartus enim qui absq; nomine secũdæ interfuit narratiõi, iam abest à tertia: non enim cuiuslibet est, secretioribus interesse. Quarto autem die orationẽ habuit Critias. Quintus deniq; nondum dies illuxit. Commode admodum post diuinæ apud homines reipublicæ tum dispositionem, tum epilogũ ad cœlestem rempublicam huius exemplar in Timæo acceßit ab ipso deo cõpositam: deinde ad mundi generisq; humani antiquitatem, & res miras à ueteribus strenue gestas.

ALLEGORIA HISTORIAE QVAE NARRATVR in prologo. CAP. IIII.

NARRAT autem inter dialogi huius exordia historiam de bello quodam inter Athenienses Atlanticosq; cõmisso. Hanc itaq; Crantor tempore primus Platonis interpres nudam absq; allegoria historiam accipit. Quidam uero contrà, tanquam solam allegoriam. Sed hos redarguũt probatißimi quiq; Platonicorum affirmãtes quidem historiam, quia Plato dixerit. Sermo futurus est ualde mirabilis, sed omnino uerus. Sensum præterea Platoni nihil usquam temere molienti allegoricũ existimant exhibendum. Bellum igitur inter Athenienses atq; Atlanticos imaginem præ se ferre putant oppositionũ quæ in uniuerso sunt omnium. Bellum enim, id est oppositionem apud Heraclitum esse omnium patrem. Amelius quidem oppositionem adducit inter firmamẽtum, atq; planetas: præsertim quoniam in Critia dicitur Atlanticam insulam in septem circulos fuisse diuisam. Origenes uero oppositionem superiorum dæmonum ad inferiores, atq; uictoriam: illis potentiã, his numero excedentibus. Numenius autem dissensionem excellentium animarum sequentium Palladem, aduersus alias animas generationem sub Neptuno sequentes. Porphyrius pugnam inter dæmones deducentes in generationem, & animas ad supera cõtendentes. Distinguit tripliciter dæmones: alios esse diuinos: alios esse secundum habitudinem quãdam: quorum numerum particulares impleant animæ sortem nactæ dæmonicam: alios esse malos & noxios animabus. Hos itaq; gitur dæmones infimos conflictari cum animabus in ascensu semper atq; descensu: præsertim occidentales dæmones, nam eam ab Aegyptijs plagam noxijs accommodari dæmonibus. Proinde Iamblichus, Syrianus, Proculus, his addunt oppositionem ipsam in uniuersis uigentem perpetuo, inter unum & multitudinem: terminum, & infinitatem: idem & alterũ, statum & motum: ex quibus sub primo omnia componuntur. Item ens, aut per se, aut nõ per se. Rursus essentia uel incorporea uel corporea. & incorporea quidem uel non declinat ad corporea, uel declinat. Corporea uero uel non caduca ut cœlestis uel caduca ut elementalis. Deniq; in cœlo quidem oppositi inter se motus, & diuersæ uirtutes. Sub cœlo autẽ repugnantes inter se qualitates. Summatim uero horum omnium discrepantia per antiquum illud bellum significatur: & ubiq; superiora præstantioraq; per Athenienses, alia per occidentales significantur. Eiusmodi uero allegoria disputationi Timæi non mediocriter conuenit. Confirmatur etiam per ea quæ in Critiam commentamur.

CASVS PHAETHONTIS, DILVVIA, INCENDIA, Mineruæ descriptio. CAP. V.

HIC iterum te admoneo ut memineris nouem annorum milia ab Eudoxo milia mensium computari. Item Phaethontem Solis filium fulminatum exußisse terram, significare apud quosdam uastam comestam naturam solarem tandem dissolutam intolerabiles æstus concitauisse. Forte etiam incendia quæ narrat Moyses missa diuinitus. Vbi uero ad diluuia peruenit, memento ignem quidem omnium efficacißimum esse: aquam uero efficaciorem esse terra, & patibilem minus aere. Item ignem diuidere potenter atq; penetrare: aquam undiq; ualde percutere. Ideo per duo hæc elementa uastiores calamitates accidere. Adde & finalem causam: quia uidelicet per exitium factum ab his duobus, sequitur maius bonum, id est fœcũdior rerum regeneratio quàm per aeris pestes terræq; hiatus. Ideo prouidentiam ad amplißimũ exitium his duobus præcipue uti. Cui sic rotæ cœlestes inde rectè obtemperant: ut quibus temporum interuallis exitium immo reformationẽ fore deus instituit, issdẽ planetæ omnes ad astra uel ignea uel aquea stellis quoq; fixis ad idem conducentibus rite concurrant. Meneris præterea Neptunum quidem prouidentiam naturalem, Palladem uero prouidentiam intellectualem significare: atq; hanc ipsam Palladem à Platonicis describi diuinitatem sapienter simul atq; potenter tum cœlestia exornantem, tum quæ sub cœlo fiunt ædificãtem: inter astra Arieti præcipue præsidentem: & æquinoctialis circuli ducem: ubi potißimum uigere putant motricem uniuersi uirtutem. Mandabis memoriæ aureum epigramma: quod Proculus in Aegyptiorum historijs legit Mineruæ templis inscriptum. Ego sum quæ sunt, quæ erunt, & quæ fuerunt. Velum meum reuelauit nemo. Quem ego fructum peperi sol est natus.

PRAE-

PRAECEPTA DE VOTIS ET PRECIBVS ELECTISSIMA. CAP. VI.

IBI uero Plato ad deũ peruenit suppliciter adorãdum: audi Porphyriũ diuinas supplicationes ita prosantẽ. Cum deus nobis prouideat, ac res nostræ poßint aliter se habere, certe pro rerũ nostrarũ usu utiliter adoramus: uidelicet si boni simus, sic enim utpote similes facti deo propius coniungemur. In qua quidem coniunctione adorationis uis tota consistit. Nempe cum dei filij simus: sed ab eo quasi in exilio & carcere segregati: suppliciter adorare decet, quo hinc liberati reuertamur ad patrem. Alioquin similes eorũ erimus, qui parentũ patrocinio sunt orbati. Profecto cũ uniuersi partes simus, uniuerso proculdubio indigemus. Ipsa enim ad totũ cõuersio partibus salutẽ præstat. Siue igitur uirtutẽ sectaris, adorãdus est tibi qui totam uirtutem continet. Ipsum nanq; amare bonũ, causa erit & tibi eius quod tibi expedit boni. Siue corporeũ optas bonũ, extat in uniuerso uirtus omnia cõtinens corpora. Inde igitur prouenire necesse est partib. quibuscũq; salutẽ. Cõpertũ uero habemus excellẽtißimos quosq; apud oës gẽtes sapiẽtia uiros diuinis potißimũ uotis incubuisse: præcipue Indorũ Brachmanas: Persarũ magos: Græcorũ theologos. Chaldæos aũt, & aliud quiddã adorauisse. Ipsam enim superiorũ uirtutẽ appellãtes deũ, uno hoc noie uenerati sunt. Hæc Porphyrius. Post hũc discipulũ eius diuinũ Iãblichũ audiamus, hac in re in primis à Proculo cõprobatũ. Omnia ex deo ita sunt, ut nusquã uel minima quæq; deserãtur à deo. Vbiq; enim diuina uiget unitas: per quã res quæq; consistũt, ac perpetuo quodã intimoq; circulo ad deũ ipsum à quo & in quo sunt mirabiliter reuoluũtur, alioquin in nihilũ repẽte proruerẽt. Ab unitate diuina oĩa prodeũt, prodeũtiaq; unitatẽ quãdã ipsis impressam retinẽt diuinæ unitatis imaginẽ, qua reuocãtur in illã, & reuocata perficiũtur. Hæc ipsa animas rapit ad uota, quib. unio cũ deo nobis penitus imploratur. Quod si natura ex deo manãs quasdã rebus quibusdã cõuenientes cũ superis proprietates inseruit, p quas quodãmodo ad superos sese uertãt, ceu ad solẽ solaria, ad lunã uero lunaria, multo magis animarũ pater rapiẽtes ad se uires eis impreßit. Quæ quidẽ in primis in diuina quadã unitate intellectu supiore, nec nõ in ipsa intellectuali reflexiõe sitæ uidẽtur. Ipsam uero nostrã in deũ restitutionẽ adoratio supplex hinc orta absolute cõsummat, diuinã in nos beneficentiã naturali trahẽs cõgruitate, copulãs adoratores cũ adorato, coaptãs superiorũ intelligẽtiæ uiuentiũ preces, mouẽs uolũtatẽ eorũ qui bona in se oĩa coplectũtur, ad bona nobis ad uotũ impartiẽda, diuinæ persuasiõis effectrix, nostra omnia in superiorũ stabiliẽs firmitate. Ad uoti uero profectionẽ quinq; præcipua pertinẽt. Primũ quidẽ est notio quædã eius quod adorandũ est, & qua ratione colendũ. Secundũ uero ßimulatio quædã uitæ nostræ ad diuinã uitã, puritatẽ, castitate, sanctimonia, disciplina, ordine proficiscẽs, diuinãq; capitãs beneuolentiã, & animas diuinæ largitiõi subijciẽs. Tertiũ est cõtactus aliquis: per quẽ essentiã diuinã fermè iam attingimus, & in ipsam summitate quadã animæ uergimus. Quartũ ingressio quædã in luminis diuini uestibulũ. Quintũ deniq; unio, unitatẽ animæ propriã diuinæ unitati instaurãs penitus & cõnectens, unãq; iam actionẽ eandẽ animæ deiq; cõflans, adeo ut nec ultra nostri iuris, sed dei simus, sphiẽdore obruti et circũfusi diuino. Huius aũt adorationis quæ absq; intermissiõe agẽda est, supremus est finis, ut uidelicet conuersionẽ animæ cũ ipsa permãsiõe cõiũgat, et quicquid à diuina unitate processit, rursus idẽ firmiter restituat unitati, lumẽq; nostrũ superno lumine circũfundat. Sola igitur adoratio rectæ aĩas beatæ reddit patriæ. Sola sanctimonia est plena uirtus. Solus uir bonus, ut Plato scribit in legibus, deũ decẽter feliciterq; precatur. Sola cũ superis cõsuetudo beatos facit. Ab hac flagitiosi omnino sunt alieni, & tanquã profani à uotis & sacrificijs segregãdi. Puri uero decẽter ad supplicandum accedũt, ducentes uidelicet secũ tres præcipue comites, fidẽ, ueritatẽ, et charitatẽ, quibus stipati spem bonorũ concipiant firmam, atq; extra cætera seq; ipsos positi diuinæ seipsos luci prorsus immergant. Frustra enim deum quæritat, qui non adhibet se solum soli, immobilemq; stabili, & simplicẽ simplicißimo. Queadmodũ enim non possumus enti per non ens coniungi, sic neq; unitati per multitudinẽ, & stabilitati per motũ, & simplicitati per mixtionẽ, sed relabimur potius in oppositũ. Hæc Iamblichus atq; Proculus. His addit magnus Theodorus, Siquis naturæ rerum diligentius exploraueritat, inuenturum nõ animas tantũ atq; mentes, sed quodammodo omnia excepto primo adorare atq; uouere.

MVNDVM HABERE SVPRA SE TRES CAVSAS: ac dependere à causa incorporea. CAP. VII.

POST hæc autẽ actis precibus Timæus, quia mundũ existimat esse factũ, ideoq; ab alio factum, triplicem eius causam perscrutatur, primo quidẽ efficientẽ, id est diuinã mentẽ, secũdo exemplarẽ, id est ideariũ seriem in diuina mẽte cõceptã, tertio finalẽ, id est bonũ. Mundũ uero esse ab alio ex eo indicat, quòd & si pro natura corporea perfectißimus est, tamẽ pro absoluta natura non est omnino perfectus: cum propter materiã patiatur informia uel deformia, propter dimensionẽ subeat uirtutis defectum, diuisionẽq; expectet, si diuisor accesserit, propter cõpositionẽ dissolutioni sit obnoxius, ob partium repugnãtiã machinetur malũ: ob motũ indigentiã præ se ferat, et priuationẽ patiatur admixtã, deniq; ob ipsum ex diuersis cõgressum uno quodã superiore indigeat cõnectẽte, qui perfectißime sit, quoniã ex seipso sit, quemadmodũ mũdus quia nõ est perfectißime, cognoscitur ex seipso nõ esse. Omnino autẽ omnia rerũ compositarũ genera reducũtur ad aliquid quod in eo genere nõ est compositũ: sicut dimensiones ad signũ, quod ex dimẽsionibus non cõponitur: numeri ad unitatẽ, quæ nõ fit ex numeris: elemẽta ad id quod ex elemẽtis nõ miscetur: ergo & entiũ uniuersus ordo ad ens, quod nõ cõstat ex entibus. Id autẽ erit substãtia accidẽtib. nullis admixta. Igitur neq; quãta erit neq; qualis: sed tota impartibilisq; substantia. Neq; ex eo quod unicũ & simplicißimũ erit solũ, minus habebit, q̃ quæ præter substantiã subeunt accidentia. Quæ enim in sequẽtibus accidentia sunt, in supremo debent esse substantia: & illa quidem optima. Quo uero plura addideris optimo: eo coges longius ab ipsa optimitate discedere. Siquidem ex admixtione noua illic resultat qualitas, atq; degenerans. Non solum ergo hic mundus quia omnino cõpositus est, sed etiam siquis est superior, & tamẽ aliquo pacto cõpositus, à supe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

superiori simplicitate dependet. Quæ etiam super æternitatem extat, à qua & in diuinis mentibus integra sit æternitas, & in animalibus rationalibus æternitas mixta tẽpori: & in mũdi sphæris sempiternitas tẽporalis. In his autem quæ sphæ rarũ motu uirtuteq; fiunt, quædã portio tẽporis. Quæ igitur super animam cogitãtur, semper quidem sunt, & nunquam fiunt. Ipsa uero & est & fit semper. Mundus est quidem nunquã, sed fit semper. Quæ in mundo gignũtur, sunt quoq; nun quam, sed aliquando fiunt. Fieri quidem dicimus tẽpore transigi. Quoniã uero perpetuo motu tẽporeq; peragitur mun dus, ideo semper fieri iudicatur. Quatenus uero fit, nondũ est. Itaq; dicitur esse nunquã perinde ac si in torrẽte iugiter fi at restituatur q; imago montis, semper quidẽ in ipso fieri ducta, nunquã in esse consistens. Id uero inter animã & mũdum differre, Platonici putant: quod cœlũ non modo per actionem: sed etiam per essentiam cõtinue fiat. Anima uero per actio nem quidem fiat, per essentiã uero sit potius à deo, quàm fiat à deo: & quoniã essentia impartibilis est, habeat uim quã dam suipsius quodãmodo productricẽ, per quam edat in seipsa uitam propriam atq; motum. Cœlum uero undiq; pẽdeat aliunde. Summatim quemadmodum ab eodem scopulo, inter stagnum torrenticq; sito, assidue in stagno quidem est, in tor rente uero fit imago, & euanescẽs iugiter recreatur: sic à deo semper pendet utrunq;, sed aliter atq; aliter. Nam ab ipso anima quidem semper est, mundus uero fit semper. Sed ab alio principio rursus exordiamur.

IPSVM BONVM EST OMNIVM CAVSA MAGIS QVAM sequentes causæ, nec ullam habet cum cæteris proportionem. CAP. VIII.

VNIVERSVM hoc à summo deo habere omnia, & actionem & uirtutem pariter, & essentiam Platonici omnes absq; cõtrouersia cõfitentur, Id enim à Platone ex omnibus eius libris accipiũt. Aã diunt & idẽ in epistolis confirmantẽ. Vbi profecto ingẽti cũ mysterio tertios effectus in causam ter tiam, secũdos retulit in secundã: cunctos uero in unã omniũ causam. Neq; dixit primos effectus in pri mam causam reducẽdos: ne pronũciando dũtaxat primos, suspicaremur eos solos à deo pendere, neue deum nominando causam primã, suspicaremur ipsum & cũ cæteris causis in quodam genere conue nire, & cũ effectibus in quadã dominationis proprietate cõgruere. Itaq; cũcta ab ipso procedere simul ostẽdit: & ipsum interea ab omni procedentiũ cõmunione esse penitus absolutũ. Idq; ob absolutã simplicitatẽ nominat ipsum unũ: ob exu berantẽ uero benecentiã, per quam & tanquam principiũ producendo efficit omnia, & tanquam finis eadem perficit reducendo, nominat ipsum bonum. Putat autem quæcũq; fiunt, magis ab ipso quàm à cæteris causis dependere. Siquidem ipsum in quouis opere & prius agit, & diutius, & uehementius quàm reliquæ causæ, & reliquæ quicquid sunt, eo facien te sunt: & quicquid agũt, eo ducente agunt. Vt autẽ ostẽderet singula ab ipso magis quàm ab alijs causis emanare, ter re plicauit ipsum omniũ esse principiũ. Inquit enim. Circa omniũ regem omnia. Item eius gratia omnia. Rursus ipse omniũ causa, ut intelligerentur & cuncta maxime inde oriri: & deum esse cunctorũ effectorem & exemplar & finem. Proinde unum ipsum, atq; bonum esse super essentiam omnem & intellectum, atq; esse causam utriusq;, in sexto Reipub. atque in Parmenide & Sophista euidenter ostendit. Constat autem idem esse unum atq; bonũ: ne si diuersa sint, duo cogantur esse principia summa. Principium profecto & simplicissimum esse debet et optimum. Nihil autem uel unitate simplicius, uel melius bonitate. Neq; etiam unitas melior bonitate, neq; bonitas unitate simplicior. Vnã ergo sunt ambo summusq; deus. Idq; totum supereſſentiam esse atq; mentem, satis in Theologia & alibi confirmauimus.

DE DEPENDENTIA MATERIAE AB IPSO BONO: & de actione mentis & animæ in materiam: & de mundo intelligibili. CAP. IX.

AB hoc utiq; uno bonoq; super omnẽ essentiam eminente Plato in Parmenide & Sophista omnes en tium deducit gradus, tum eorum quæ uere sunt, id est, formarum separatarum, tum eorum quæ non uere sunt, id est, formarum materiæ inhærentium, tum infimum materiæ gradum. Qui usq; adeo non uere est, ut proximus ei sit, quod fingitur iam uere nõ esse. Hanc utiq; materiam in Parmenide ab ipso bono in ultimo rerum gradu deductã, accipit in Timæo quasi iam genitam: & architecto mundi ad effectum mũdani operis subditam. Sed nũquid deus mundi auctor, idem & materiæ est effector? Re spondebit hic Ammonij & Origenis schola, eundem esse. Et in Parmenide quidem tractari, quemadmodum materia esse à deo accipit, in Timæo uero, qua ratione ab eodem accipit bene esse, prius autem quodammodo esse quàm bene esse ex cogitari. Respondebit aliter cõmunis Platonicorũ schola, non eundem esse deum, qui materiã facit, & qui format proxi me. Immo materiam à summo quidem bono esse, ab intellectu uero formari, ab anima postremo moueri. Immo uero om nia hæc à primo, sed esse à primo tantum. Formari à primo per intellectum, moueri, & mouendo formari mobiliter, à primo per intellectum simul & animam. Perinde ac si fingamus figulum quendam, qui manu propria lutum faciat, fa ctum per rotam formet formando ligneo quodam distinguat pectine atq; figuret. Nemo utiq; dixerit uas à pectine atq; rota magis fieri quàm à figulo, quamuis à figulo per rotam fiat & pectinem. Vniuersum hoc similiter ab ipso bono in dicant per intellectum quendam diuinum animamq; uniuersi procedere. Merito ab ipso mundum proxime fieri maxi me unum, ab ipso bono maxime bonum. At quoniam uisibilis hic mundus ob multiplicem partium distantiam, qualita tum repugnantiam, effectuum diuersitatem, materialium deformitatem, neq; maxime unus est, neq; maxime bonus, ideo ante hunc existimant ab ipsa unitate bonitateq; diuina mundum alterum proxime emanare, & prout natura patitur quam simillimum, non uisibilem quidem, sed intelligibilem, intellectualemq;, exemplaria omnium quæ in hoc gignuntur habea

habentem. Quem quidem diuinum intellectum, nominant non ipsum bonum, sed optimum boni filium. Quem si unius cum primo substantiæ esse intelligamus. Platonem Christianæ theologiæ magis conciliabimus. Sed cæteri Platonis interpretes reclamabunt.

SOL, LVX, LVMEN, SPLENDOR, CALOR, GENERATIO; similiter unitas, bonitas, intellectus, anima, natura, corpus mundi, imago mundorum superiorum. CAP. X.

MANEAT ergo Christiana & Mosaica ueritas. Ac interim, sicut pluribus placet interpretũ, forsan fuerit hæc uel Platonis opinio, uel Pythagoræ: Intelligibilem mundum inter uisibilem atq; ipsum bo num esse medium: imaginẽ quidem boni, exemplar uero corporei mundi: ita à bono pendentem, sicut lumen extra solem à luce intra solem. Præterea producentem ex se proxime mundi animam sicut & lu men fundit ex seſplendorẽ: perq; animam singula quotidie generantem, sicut splendor per calorẽ cor porea gignit. Quemadmodũ igitur sex hi gradus ordine disponũtur: Primo quidem ipsa solis substan tia: deinde lux substantialis & intima: Tertio lumen inde manans: Quarto splendor resultans ex lumine: Quinto calor splendore successus: Sexto generatio caloris flagrantia coalescens: ita sex alij digerantur: Primo quidem unitas, deinde bonitas: neq; tamen re ipsa duo hæc, sed ratione quodãmodo distinguantur: eadem nanq; diuinitas: & quia omnia super eminet, unitas: & quia per omnia rursus exuberat, bonitas appelletur. Hanc utiq; exuberandi uirtutem Plato in sexto de Repub. ideam appellat boni. In epistolis uero bonorum: boni quidẽ, id est suipsius, bonorum quoq; quæ ab ipsa profici scuntur. Tertio in gradu ponatur diuina quædam mens quasi lumen de luce manans, multiformesq;, ut ita loquar, ideas in se concipiens duplici quodam supernæ lucis, ideæq; unius diuinæ fomento: non aliter quàm in lumine multi iam radij ex uno lucis radio deriuantur. Non solum uero in hac mẽte rerum cõprehenduntur ideæ quasi fonte: sed & ad hanc mul ti mentium reducuntur exercitus quasi ducem: ab eadem uidelicet diuina luce à qua & ipsa æque profilientes. Totum ue ro id genus mundus superior nominatur: sed quantum ad mentes spectat sequentes, intellectualis mundus: quantum uero ad ducem, intelligibilis. Sed ipsa quoq; mens dux mentiũ, partim quidem intellectus, partim intelligibile nominatur. In tellectus quidẽ qua ratiõibus rerũ discernẽdis incumbit. Intelligibile uero, quà rationes eiusmodi in suis continẽtur ideis. Idea denique boni nõ modo super intellectũ, sed etiam super intelligibile regnat. Post archetypũ hunc mundũ quarto gra du sequatur corporei mũdi anima: Mundus iam rationalis ex intellectuali mundo progenitus, quasi splendor ex lumine. Et sicut splendor iam motui permiscetur, sic anima immobiliũ idearum rationes mobili quodam pacto attingit atq; per currit. Quintus huic succedat gradus, ipsa uidelicet natura rerũ, mũdus iam seminarius, ex rationali animæ mũdo, quasi calor splendore resultans. Sexto tandem gradu mũdus hic corporeus collocetur, ex seminario ita proxime ductus, sicut rerum generatio ex calore. At si cæteris omissis aptius cõparare uolueris, cogitabis in architecto quodam sapientissimo uim primo bonitatẽq; naturalem. Deinde geometricũ cõemplatoremq; intellectum, cõmunes rationes mensurarum ha bentem. Tertio rationem, ut aiunt, practicam iam per rationes ipsas de artificio consultantem. Quarto imaginationem figuras iam & modos conducentes operi effingentem. Quinto effectum. Sexto mouendi uirtutẽ. In eiusmodi uero cõpa rationibus uidebis effectus multo magis ab antecedentibus fieri quàm sequentibus.

SINGVLI ORDINES AD SINGVLA CAPITA REDVcuntur, uniuersus ordo ad uniuersale caput, à quo omnia componuntur ex actu & potentia. CAP. XI.

NEQVE uero latere nos debet propria rerũ genera ad capita propria, uniuersum genus ad uniuersum caput oportere referri. Cũcta enim mũdi corpora ad corpus unũ: Naturæ omnes ad unã quoq; natu ram: Animæ ad animã: Mẽtes ad mentẽ: ad bonũ denique bona, & quia bona, ideo cũcta. Sic utiq; omnia cõ uersione quadã naturali bonũ appetũt tanquã finem: quoniã ab ipso bono, communi quadã processione tanquã principio prouenerũt: atq; adeo cũcta ipsum appetũt, ut materia infima appetat appetitu nõ in simo. Perpetuo siquidẽ in omnibus generandis ad ipsum boni uergit similitudinẽ: ut appareat hãc à bono pẽdere. A bono inquã potius q; à mẽte. Quippe cũ mẽtis actio quæ per formas fit ideales, terminetur ad formas. Actio uero boni, utpote amplissima, ultra formas descẽdat etiã in materiã, efficiatq; bonorũ auidam & capacẽ. Sed quã nunc uoco materiam, Pla to in Philebo latiori nomine infinitudinẽ nũcupat, dicẽs ipsum bonũ proxime infinitudinẽ ac terminũ peperisse, statimq; inuicẽ miscuisse, atq; ex hac mixtione cũcta cõposuisse, id est ex potẽtia quadã formabili & accedẽte forma. Potentiã e nim formabilẽ quasi ex se nõdum definitã nec perfectã uocat infinitudinẽ. Formã uero huic adhibitã nominat terminum: quod uidelicet indefinitã potentiã definiat, & in specie iam optata perficiat. Ex his ergo duobus & intelligibilẽ mũdum proxime à deo uolũt esse conflatũ: & sensibilem deinde ab intelligibili ex eisdẽ uel similibus constitutũ. Ita ut intellectus ille proximus mũdi uisibilis architectus, materiã acceperit ab ipso bono quodãmodo spiritalem: sed iamiam sub se in di mensionẽ molis degenerantẽ informemq; & uacuã: ac si forsan ex se moueatur, absq; ordine nutaturã: sed per idearũ or dinem ab eodem bono susceptũ, formauerit eam, redegeritq; in ordinem, antequam extra ordinem uagaretur. Præsertim cum animam ipsi rationalem in primis infuderit, motionis ordinatissimæ dominam. Non solum uero materiam per se in formẽ fore, sed animam quoq; fore informem inquit, nisi deus utranq; formet. Quod uero est in materia corporalis spe cies, id ratio est intelligentiaq; in anima: qua si caruerit, materiam inordinate mouebit. Quo autem id exprimeret, mate riam considerauit in formã & animam rationalem: uiditq; motum inde sine ordine prouenturum.

MATẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

MATERIAM NON FVISSE INORDINATAM ANTE mundum tempore, sed quadam ordinis ratione. CAP. XII.

EX his omnibus colligere possumus materiam non esse æqualem mundi fabro: non esse ante mũdum ullo temporis interuallo, licet origine quadã & ordine: non iactari inordinate ante ordinem, sed erraturã fuisse procul ab ordine, quantum in se est, nisi statim desuper ordinata fuisset. At ne quis hunc loquendi modum improbet in Platone fingente materiã ante mundum inordinate iactatam, audiat et Mosen ante mundi distinctionem dicentẽ terram fuisse inanem & incõpositam, & super faciẽ abyssi tenebras extitisse. Mitto in præsentia poeticũ chaos. Adducere iuuat in medium Philonem tũ æum similibus uerbis Moysis Genesim exponentem. Si quis causam quare uniuersum hoc creatum sit uelit exquirere, nõ errabit meo iudicio, si id existimabit quod quidã ex ueteribus protulit: bonũ esse creatorẽ ipsum et genitorem, & autorẽ uniuersi: & bonitatis suæ gratia nulli substantiæ inuidisse, quæ sua natura nihil boni haberet, & tamen fieri omnia posset. Erat enim sua ipsius natura inordinata, informis, inanimata, omnino uaria, incongrua, inconcinna, inconstans, apta quæ in contrariũ mutaretur, & optimarum rerum rationẽ susciperet, formæ uidelicet, animationis, similitudinis, congruitatis, concinnitatis: omniũ deniq; rerum ideæ melioris. Item in secũdo eiusdem libri uolumine. Cum, inquit, creator substantiam inordinatam & natura sua confusam in ordinem ex inordinatione, & in discretionem ex confusione traducta formare cœpisset: Terram atq; aquam medio loco firmauit. Hæc Philo. Proinde si gradus rerum sex in superioribus adductos consideraueris, perspicies fortè quàm similis sit Plato Moysi, sex diebus mundi Genesim absoluenti: quàm similis & Pythagoras, probans senarium numerum Genesi nuptijsq; prorsus accõmodari. unde & Gamon appellat: propterea quod partes suæ iuxta positæ ipsum gignant, similemq; reddant genitum genitori.

DVPLEX OPINIO DE ORIGINE MVNDI. CAP. XIII.

SIQVIS interroget nunquid apud Platonem mundus fuerit sempiternus: Respondeo equidem interpretibus Seuero & Attico, & Plutarcho, alijsq; ut Proculus narrat multis, non fuisse semper. Sed interpretantib. Crantore, Plotino, Porphyrio, Iamblicho, Proculo & plerisq; alijs, semper quidẽ fuisse, & fuisse semper à Deo, immo fluxisse. Deum enim semper esse aiunt. Mũdum uero fieri semper, & fluere. Ac si initio temporis carentem consideraueris, ingenitum dici mundum: sin autem perpetuum à Deo eius effluxum, assidue genitũ: neq; minus ex Deo pendere, si dependerit pẽdeatq; semper, quàm si aliquando cœperit dependere, uel desinat. Quemadmodum lumen non minus à sole ducit originem, neq; minus seruit soli, si semper quàm si aliquando profluxerit, effluatq; à sole.

TRIPLEX CONIECTVRA PLATONICAE OPINIONIS de mundo, & quæ sit certitudo sententiæ Platonicæ de mundo. CAPVT XIIII.

CAETERVM in rebus Platonicis, uel coniectura incedimus, uel scientia. Quantum ad coniecturam spectat, ita & ipse loquitur, & sui disputant, ut opinionem eius de origine mundi in tria capita colligere liceat. Aut enim putauit materiam aliquando ex nihilo à deo creatam, simulq; formatã tempore. Quamuis in hoc opere quod cõponitur ex materia, secundum quendam productionis ordinem materia ipsa prius cogitetur fieri quàm formari: & esse materiam prius quàm esse formatã: atq; ante opus ex materia factum materia quæri soleat ex qua fuerat opus conficiendum. Aut deum materiam non aliquando nouam peperisse. Sed ab æterno, similiterq; ornasse: quãuis inornata prius quàm ornata fingatur: siquidẽ natura sua caret ordine: quẽ expectat ab alio: cumq; res quælibet prius cogitetur secundum id quod est, quàm secundum id quod accipit, merito seorsum ab ordine potest ipsa in se ordinis expers excogitari. Aut ut dixi, materiam semper à deo fuisse, atq; continue: sed non continue ordinatam, immo per temporum interualla: ita ut dei sit stabiliter ordinare: materiæ uero ordinari mobiliter: accipiatq; temporalem ordinis sui temperationẽ non aliter quàm à fabro accipit horologium: peractisq; pro natura sua certis temporũ interuallis amittat ordinem paulatim ac deniq; totum, redeatq; in Chaos: sed deus subito extremam confusionem minime tolerans in priorem dispositionem unico nutu retemperet, idq; fiat infinite uicißim, nunquã mutato Deo, infinite reformata materia. Hactenus humana in Platonicis processerit coniectura. Quantum uero habemus scientia, affirmamus Platonem nostrum affirmauisse. Mundum non ex se exitisse, sed ex causa fortuita, sed ex certa: non ex naturali duntaxat causa, sed intellectuali, non ex intellectu per modum naturæ determinato, sed potius uoluntario: nõ uoluntate ex naturali quodam instinctu compulsa, sed libera. Nihil enim magis liberũ quàm quod per se est, & per se agit omnino: neq; tamen contingente aliqua uoluntate. Nihil enim contingens, ubi idem est uoluntas atq; necessitas. Nihil iterum uiolentum, ubi idem est uicißim necessitas & uoluntas. Vt autem id aperiret, non minus replicauit in fabricando mundo uoluntatis diuinæ quàm intelligentiæ nomen. Atq; addidit ipsam uoluntatẽ boni esse summam causam: & certißimam causarũ. Quam ex eo ostendit liberam esse, quod sæpe ait Deum architecti more cõsultauisse: atq; deliberauisse de opere construendo. quibus in uerbis non ambigentem intelligi Deum uult, sed libere eligentem. Proinde mundanũ opus non semel tantũ processisse inquit à Deo, sed procedere seruariq; assidue. Quinetiam sapien-

ETAM

tia prouidente & libera efficit uoluntate, mundum absq; nouitate sui nouum composuisse. Ac si audieris non aliquando nouum, sed ab æuo potius edidisse: poteris maiestatem simul suam seruare Deo, cuius uoluntate, & hac quidem libera, mundus non minus eget & pendet, si eget pendetq; semper, quàm si quandoq; processerit. Quoniam uero Plato sæpe ait, eatenus de diuinis asseuerandum, quatenus diuinis oraculis comprobetur: & nos sacris literis potius quàm coniecturis nostris assentire debemus.

MVNDVS BONI GRATIA PROCREATVS AD DIVINAE rationis uerbiq; diuini similitudinem. Cap. XV.

MVNDVM ergo fecit uoluntate, id est bonitate sua, tam uoluntarie quàm naturaliter ob immensam fœcunditatem exuberante, quæ primum quidem seipsa gaudet: ob idq; deinde sua hac delectatur imagine: ita tamen, ut non in hac imagine, sed in ipso exemplari, atq; principio delectationis huius constituat finem. Quoniam igitur bonitate fecit mundum: ideirco boni gratia fecit ipsum. non enim ut esset uiueret, intelligeret simpliciter, procreauit: sed ut & bene esset, uiueret, & bonum intelligeret atq; cõpararet. Id illi Mosaico ualdè consonat. Vidit deus hoc & illud esse bonum: & cuncta ualde bona. Et quia pulchritudo splendor est bonitatis, ideo subdit ab optimo Deo mundum esse pulcherrimum procreatum: temporalem quidem, sed ad æterni exemplaris imaginem. Dicet & sæpe, quot species sunt in archetypo, id est principali mundo, id est intelligibiles atq; imitabiles, totidem rerum formas in hoc mundo disposuisse, atq; ita sibi similem effecisse: utpote qui intelligat ideas rerum non inter nubes, ut maledici quidam calumniantur: sed in mundani architecti mente consistere. Vbi uero ait in ipsa uita ideas esse, uaticinari uidetur euangelicum illud: Quod factum est in ipso uita erat. et ubi ait retinetq; sæpe mundum diuina prouidentia constitutum, totam cõfirmat religionem. Quod quidem cum obseruasset Theophrastus tanquam in philosopho mirum, ait, Plato solus, uel certe maxime omnium, à diuina prouidentia rerum causas assignauit. Sed ô Theophraste quacunq; id mente de Platone dicas, procul dubio confiteberis Platonem solum uel omnium maxime prouidentem atq; diuinum.

CVR MVNDVS SIT VNVS ET SPHAERICVS, & moueatur in sphæram. Cap. XVI.

OSTENDIT uero deinceps diuinum ipsum mũdi exemplar: quod euangelista, sed diuiniore sensu diuinum appellat uerbum, esse unicum: quia quod cõtineat omnia, nihil relinquat extra seipsum: ideoq; sit necessario unicum. Sed de hoc ipso in Theologia diffusius. Cum autem mundus hic in cæteris quoad fieri potuit, mundum intellectumq; diuinum referat: adeo ut qui formas in hac materia conspicit, quasi diuinum uultum contueatur in speculo: certe in ipsa etiam unitate omnium effectrice atq; seruatrice repræsentat illum, ut architecti unius unum sit opus. Vnus igitur dei unius est mundus. Profecto si posset architectus humanus dominari materiæ, postquam plura ædificia effecisset, quorum quodlibet in se sit unum, cuncta uno quodam tandem circumuallaret: deus autem potest omnino, cum sit materiæ dominus. Neq; somniare licet mundos plures quasi pilas, alios extra alios. Sic enim diuinum opus dißipatum foret: atq; inter mundos spatia uacua forent. Probabilius existimabis. si quot orbes fingis per uacuum sparsos, tot excogites sphæras potius intra sphæras, ut quælibet sphæra sit mundus in mundo: uniuersumq; opus unum sit, atq; inuicem ordinatum: nihilq; uel uacuum, uel ordinis unionisq; expers reperiatur. Sit autem figura mundi sphærica. sic enim est maxime uniformis capax, indißipabilis, agilis: atq; ita nec aliter potest moles in mole, & sine uacuo collocari, & sine offensione moueri: id est, si non quadrata quadratis, aut circulis, sed orbes orbibus inserantur. Deniq; præcipua mundanæ huius sphæræ causa est: quòd & orbicularis est diuini mundi naturæ: quæ in seipsam intelligendo & amando reflectitur. Motionis uero sphæricæ ratio est tum figura ipsa quæ motum recipit: tum mundanæ ipsius animæ quæ mouet, intima per intellectuales species reuolutio.

CVR MVNDVS DIVIDATVR, VEL IN QVINQVE, VEL in sex plagas: & quomodo ei conueniat septenarius, & numerus circularis: & quomodo distribuatur ad intelligibilis mundi similitudinem. Cap. XVII.

QVAMOBREM mundanæ diuisioni non iniuria accommodantur numeri: in quibus radices primæ sunt circularium numerorum: Quinarius uidelicet ex imparibus: ex paribus uero senarius. Dicimus autem numerum uigintiquinq; ex quinario in circuli morem multiplicari: quoniam ab eodem quodammodo redeatur in idem: dum quinquies quinq; computantur uigintiquinq;. Item simili circulo ut merum centum uigintiquinq;. Quinquies enim uigintiquinq; tot cõficiunt. Eadem est ad triginta sex, ætes triginta sex ducentos implet & sexdecim. Etsi superiores numeros ratione ortus sui alios quadratos, alios oblongos itemq; ad ducentos sexdecim, circularis senarij ratio. Sexies enim sex implet sex atq; triginta. Item senominant: tamen ratione casus atq; finis nuncupant circulares. Itaq; per quinarium & senarium radices primas circularium numerorum, mundi corpus circulare diuidimus. Primo quidem in partes quinq;, scilicet ignem cœlestem, ignem æthereum sub luna, aerem, aquam, terram. Quæ quidem diuisio in Epinomide comprobatur. Deinde distribuimus per senarium: ubi cœlestem ignem in non erraticum diuidimus & erraticum. Quæ partitio à Platone frequentius usurpatur. Ve-

Plato Oe rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum sensibilis mundi distributionem ab ipsa exemplaris sui distributione commodius hunc in modum more Platonico de ducemus. Excogitat quidem Deus in mundo penes ipsum intelligibili alteram quidem uim formabilem, alteram formatri cem. Illam, ut dixi, infinitudinem: hanc terminum Pythagorici & Platonici nominant. Excogitat & mutuam harum uirtum mixtionem: intelligitq; tertiam quandam ex hac mixtione formam protinus coalescere. Sed & hanc ipsam formam quasi triplicem animaduertit: habere enim nonnihil infinitudinis: nonnihil & termini: nonnihil & proprij. Quo fit, ut post binarium numerum, infinitatis scilicet atq; termini, ternarius uestigio surgat, addita his tertia forma. Surgat quoq; quinarius, eiusmodi forma tripliciter distributa. Senarius deniq; nascitur, ubi mundi illius munus ad inferiora producenda porrigitur. Nascitur & septenarius, ubi mundus ille uelut imago refertur ad patrem. In quo quidem gradu septimo conquiescat. Si uero reddideris singula singulis: animaduertes corporeum hunc mundum ab ipso supremi mundi termino ceu formam habere ignem: ab infinitudine uero ceu materiam habere terram. A media uero illius forma humorem ignita terræq; conciliatorem: qui & conglutinet terram, natura propria dissipabilem: & nutriat ignem ex se facile resolubilẽ: & tria quædam in seipso possideat: hinc quidem igneum: inde uero terreum: sed nonnihil in medio proprium purumq; aereum: cum aliunde per sublime uergat ad ignem: aliunde per infimum uergat ad terram. Post hunc mundi quinarium fit senarius: si communem cunctorum excogitaueris formam. Fit iterum septenarius: si hanc ipsam mundi formam reformaueris exemplari: in quo quidem die septimo conquiescat.

QVARE SINT IN MVNDO PARTES DISTINCTAE, ET quare contrariæ, & de quatuor elementis. Cap. XVIII.

NON solum uero distinctionem formarum, sed etiam repugnãtiam uidemus in mundo. procedit enim à primo, & procedendo degenerat. Processio quidem distinctionem facit: degeneratio repugnantiã. Quinimo diuisionis ipsius origo est fœcunditas causæ foras exuberantis, seq; propagantis in amplũ. procedente uero per gradus multos diuisione, in repugnantiam deniq; peruenitur: præsertim quum mundi materia ob imbecillitatem nequeat ita inuicem formas conciliare, ut mundus ille superior in se ipso conciliat. Quo factum est ut Deus materiam dimensione protẽderit, ut repugnaturas inter se formas hospitijs diuersis exciperet. Deniq; quum & illa dicamus inter se contraria, quæ in eodem genere maxime distant: et illa diuersa, quæ inter se generibus separantur: ex eo quidem quòd contraria sunt in mundo, apparet genus quodlibet species habere quamplurimas: ex eo autem quòd diuersa, constat uniuersum genera possidere permulta. Quoniam uero & species omnes ad genera, & genera ad uniuersum, communemq; eius formam deniq; reducuntur, concluditur, sicut superior mundus uniformis est atq; omniformis, ita hunc omniformem esse atq; uniformem. Conducit autem contraria elementorum cœlorumq; qualitas & figura, ad nouas formas quotidie generandas: conferente uidelicet motione. Siue enim unum fuerit elementum, nihil ubiq; generabitur: quod & Hippocrates asserit. Siue plura inter se similia, noui nihil efficietur: quod probat Heraclitus. Oportet tamen hunc mundum perpetua nouarum generatione formarum æternam superioris omniformisq; mundi actionem pro uiribus imitari. Esto itaq;, ut poesis canit Empedoclis, contraria inter se elementa. Esto & inter contraria medium: quando contraria & maxime distant, & absq; medio minime congruunt. At medium hoc indiuisibile esse nequit. alioquin per ipsum contraria non distabunt. habet ergo dimensionem. Sed qua parte alterum tangit, non tangit alterum. Et habet insuper partem necessario mediam, per quam æque discrepet ab extremis. Propterea Plato inter contraria semper media saltem interserit duo: quemadmodum ex uerbis eius euidenter apparet. Interserit & tertium: ubi ait, medium uim habere per quam non solum extremorum, sed suam quoq; custodiat unionem. Sed ponat manifeste duo, neq; enim nunc id contendimus: ceu inter ignem & terram, duo quædam: Aerem scilicet atque aquam. Opus autem esse duobus saltem medijs inter contraria omnino corpora: ostendit ex numeris atque dimensionibus, quæ naturalia corpora quodammodo antecedunt.

NVMERI LINEARES, PLANI, SOLIDI. ET QVARE IN ter planos unum sufficit medium: sed inter solidos non satisfacit. Et quomodo mathematicæ rationes ad Physicas referantur. Cap. XIX.

TRIPLICES esse numeros apud Pythagoricos alibi declarauimus, Lineares, Planos, Solidos, Lineares quidem quos sola metitur unitas quasi punctum: ut Binarius, Ternarius, Quinarius, Septenarius atque similes. Planos autem qui multiplicantur ex numeris quasi lateribus. Ceu senarius ex bis tribus fit terũe duobus. Atqui ex planorum numero eos quadrangulos, & æquilateres appellamus, qui ex numeri alicuius in seipsum ductu conficiuntur. Ceu quaternarius ex bis duobus, & nouenarius ex ter tribus: & sedecim ex quater quatuor. In æquilateres autem, qui ex ductu minoris numeri in maiorem: qualis fit senarius ex duorum in tria deductione. Dicimus & oblongos: qui ex ductu numeri admodum minoris in numerum longe maiorem conficiuntur: qualis est denarius ex deductione duorum in quinque resultans. Siquidem ex bis quinque fit decem. Hunc si in decimo de Repub. appellauimus quodammodo linearem, intelligi nolebamus oblongum. Præter hos autem, eos solidos dicebamus: qui ex deductione atque reductione numeri alicuius in seipsum efficiuntur, instar molis solidæ in trinam quasi producti dimensionem: ut bis duo bis, octo. Ter tria ter, uigintiseptem. Quater quatuor quater, sexaginta quatuor. Accipe duos planorũ primos: qui uidelicet à primis linearibus procreantur: utputa hinc quidem quaternarium à binario: inde uero nouenarium à ternario procreatum. Hos sanè planos duos, nouenarium scilicet atque quaternarium, poteris unico competenti medio inuicem deuincere: hoc est senario. Quæ enim proportio est nouem ad sex, eadem sex erit ad quatuor, utrobique enim est proportio sesquialtera. siquidem nouem continet sex: & insuper alteram eius partem, id est ternarium. Similiter sex comprehendit quatuor, atque insuper binarium, alteram, id est dimidiam quaternarij partem. Senarium uero esse competens medium inde patet, quod ex utriusque compositur. Latus enim quaternarij quidem est binarius: nouenarij uero ternarius. Ex multiplicatione autem binarij in ternarium fit senarius. Similiter si acceperis ultra nouem alium quadratum scilicet sedecim: medius erit duodecim: qui ex lateribus horum nascitur. Latus enim nouenarij quidem tria: sedecim uero quatuor. At si tria ducas in quatuor, duodecim reportabis: qui horum medius pari utrumq; ratione connectit, sesquialtera uidelicet ratione. Nam sexdecim comprehendit duo decim, ac tertiam insuper eius partem. Similiter duodecim ultra nouem includit tertiam nouenarij portionem. Cernis itaq; quod inquit Plato: planos numeros unico posse medio colligari. Accipe præterea numeros solidorum primos: eos inquam qui primi ex primis efficiuntur lineatibus in se ductis atq; reductis: hinc quidem octo à binario: inde uero uigintiseptem à ternario procreatum. Hos utiq; non poteris unico inuicem medio copulare: sed cogeris duo saltem accipere media, scilicet duodecim, atq; decem & octo. Accipies enim duodecim ex bis duo ter: decem uero et octo ex ter tria bis: perq; hos numeros conciliabis extremos sesquialtera ratione. Nempe uigintiseptem numerus, decem & octo complectitur: & alteram rursus eius partem, id est, nouem. similiter decem & octo exuperat duodecim. Item duodecim æqualiter excedit octo. Per hæc perspicuum est, solidos numeros pluribus semper quibus cõgrue copulentur, medijs indigere. Quod autem exposuimus in numeris, idem possumus in dimensionibus, tum planis, tum solidis demonstrare, ostendentes inter plana cõparabilia inuicem unum sæpe sufficere mediũ: inter solida uero comparabilia, plura uera esse media ponẽda. Quod quidẽ & prolixum nimis foret, & satis iam à Iamblicho, & Proculo, & Chalcidio est ostensum. Quoniam uero Plato mathematica hæc non propter seipsa quidem, sed propter naturalia hic accepit: his prætermissis consideremus breuiter quæ potissimum naturæ mysteria per mathematicas imagines subintelligat. Principio quod in sacris literis legitur: Deum omnia in numero, mensura, pondere perfecisse, manifeste tangitur à Platone, numeros, mensuras, solida in medium adducente. Per solida enim comprehendit & pondera, quæ etiam significat ubi post dimensiones commemorat uires inclinationum quasi ponderum causas. Per numeros quidem intelligi uult ipsas rerum naturalium species formasq; substantiales: quas etiam Aristoteles numeris comparauit. Per mensuras autem certas instrumentales q; figuras, uel magnitudines speciebus cer tis accommodatas. Per solida deniq; atq; uires. significat qualitates, & quæ cum molibus penitus protenduntur, & præstant motionibus actionibusq; momentum. Indicat autem omnes in uniuerso, tum rerum species, tum specierũ figuras magnitudinesq;, tum qualitates, geometrica inuicem & musica proportione compositas: ut qua ratione infimæ à medijs, eadem mediæ à superioribus excedantur. Item per numeros designat medium arithmeticum, quod numerorum paritate cõsistit. Per dimensiones atq; mensuras medium geometricum, quod in rationis proportionisq; identitate locatur. Per ponderа & uires, medium musicum: quod in portionis æqualitate uel similitudine situm, uelocitatem, tarditatemq; motionum, & acumen grauitatemq; uocum uirtute comprehendit.

PRIMA DISCVSSIO, QVARE QVATERNARIVS ELEmentorum numerus mundo conueniat. Cap. XX.

SED de his alibi latius. Iam uero ad partitionem mundarum partium reuertamur, quo harmonicam ipsarum compositionem conspicere ualeamus. In superioribus quidem quinarium, & senarium circulari mundi figuræ congruere dicebamus. Nunc insuper quaternarium eiusdem plenitudini dicimus conuenire. Profecto quaternarius primus implet omnem differentiam numerorum: primum parem ac primum imparem in se complectens. Implet & simplicem numerorum progressionem, quando terminis quatuor explet denarium, uno, duobus, tribus, quatuor denarium perfecte consummans. Implet processum quoq; dimensionum, terminis uidelicet quatuor assequens, signo, longitudine, latitudine atq; profundo. Implet musicam consonantiam. Nempe intra quaternarij limites dupla, tripla, quadrupla, sesquialtera, sesquitertia, diapason, disdiapason, diapente, diatessaron, coercentur. Implet naturam ad quatuor usq; terminos procedentem, substantia, quantitate, qualitate, motu. Implet naturam ad quatuor usq; terminos procedentem, substantia, quantitate, qualitate, motu. Implet denique uniuersum, siue quod in natura, siue quod supra naturam, essentia, esse, uirtute, atq; actione. Merito igitur Pythagorici quatrimitate plenitudinem mundani, tum corporis tum animi designabant, eamq; iureiurando testabãtur naturæ perpetuo fluentis fontem esse quadruplicem. Ex hoc nimirum fonte manat quaternarius elemẽtorum numerus. Hinc quadruplicitas in cœlo quadruplex. Hinc sub cœlo tempora quatuor. Hinc sub tempore, quatuor humores, complexiones, affectus. Hinc super tempus quatuor uirtutes surgunt. Hinc in æternitate quatuor exempla uirtutem.

SECVNDA AD IDEM PROBANDVM DISCVSsio cap. XXI.

PRAETEREA nisi uererer partim prolixitatem, partim etiam nouitatem, recenserem mira quædã Iamblichi & Syriani, Proculiq; commenta, gradus quatuor super mundum supernum constituentiũ, scilicet unum, terminum, infinitudinem, mixtionem. Proinde supernum mundum, id est primam intelligibilemq; mentem, post eam ponentium mentem mundumq; partim intelligibilem, partim quoque intellectualem: post hanc intellectualem simpliciter mentem atque mundum. Quarto uero loco mentem iam mundumq; animalem, sensibilis mundi ducem. Item supremam mentem & suspicere quatuor illa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

unum scilicet terminumq;,& infinitatem atq; mixtionem,& habere suapte natura quatuor:uidelicet hinc quidem unitatem,inde uero essentiam.Rursus unitatem essentialem,& essentiam uniformem,atq; omnes ommno rerum ideas quadruplicis similiter naturæ participes.Item mentem ipsam intellectualem iouialemq; mundi opificem in fabricando mundo suspicere in mentem intelligibilem atq; supremam uelut exemplar,& in bonum ueluti finem.Et qua ratione in mundo intelligibili,quod & ipsum ens ipsumq; uiuens nominant:principia & ideas suscipit naiuræ quadruplicis, in quatuor similiter plagas dirigere mundum.Quarum prima à primo cœlo,postq; cœlum per ignis sphæram usq; ad aeris principium protendatur:Secunda inde ad aerem usq; medium:Tertia inde ad terram:Quarta uero sit terra: atq; huiusmodi partitio quatuor in qualibet plaga respondeant exercitus rationalium habitantium,deorum scilicet mundanorum, item angelorum,deinde dæmonum,postremo particularium animarum.Sed his omissis ad institutum nostrum regrediamur.

TERTIA AD IDEM CONFIRMANDVM DISCVSSIO CAP. XXII.

QVATVOR apud metaphysicum sunt elementa,essentia,esse, uirtus & actio. Quatuor apud mathematicum,signum,linea,planum atq; profundum.Quatuor apud physicum,seminaria naturæ uirtus,pullulatio naturalis,& adulta forma,atq; cõpositum.Redde uero singula singulis. Essentiæ quidem signum atq; semen,ipsi uero esse lineam, pullulationemq;, uirtuti planum atq; formam, actioni profundum atq; compositum,& ubiq; extrema uelut solida duobus concilia mediis. Manifeste uero quod in mathematicis signum est,Plato in Physicis uirtutem seminariam indiuiduamq; & stabilem esse putat.Quod autem in mathematicis linearis in longum productio:id in Physicis germinantis formæ pullulationem, ut ita loquar,existimat.Item quod ibi planum,hic proprie formã:ut enim planicies corpus terminat, ita forma materiã. deniq; quod ibi profundũ,hic est compositũ:compositũ inquam duplex,tum formale,id est ex pluribus formis complexio quædã sphæræ solidæ similis:tũ materiale,id est.ex forma atq; materia,cubo similior.Quod ergo ait inter duo plana unũ sufficere mediũ,intellige inter duas formæ medium unicũ satisfacere,id est formale. Formæ enim cũ formis deinceps ubi per extrema sui sese contingunt,uno quodam formali medio congruunt,utrinq; partim quidem conueniente, partim etiã differente.At uero quod inquit solida solidis medio duplici copulari,significat inter cõposita naturalia duo diuersæ naturæ gemina media interponi.Quorũ alterũ quidem formale sit,alterũ uero materiale.In quolibet enim cõposito,hinc principalis forma,inde accommodatum formæ subiectum consideratur.Hinc efficitur,ut inter diuersa composita consurgat discrepantia duplex:altera quidem magis ratione formæ,altera uero magis ratione subiecti.

QVARTA AD IDEM DISCVSSIO, ET DE VIRIBVS proportionibusq; elementorum, Cap.XXIII.

IADEM hæc alia insuper ratione corroborantur,si à quatrinitatibus modo descriptis,ad quatrinitatem sphæræ descendas.In hac utiq; consideratur & natura medij,consideratur & natura circumferentiæ longissime inter se distantes tam proprietate quàm situ.Consideratur insuper hinc quidem spatium, quatenus propria uirtus centri porrigitur:inde uero spatium,quatenus propria magis circumferentiæ uis protenditur.Hinc quatuor computantur plagæ mundi,& quatuor similiter elementa.

	A substantia,	A uirtute,	Ab actione.		Alia positio earundem.		
Ignis,	subtilis,	acutus,	mobilis.	Ignis,	acutus,	subtilis,	mobilis.
Aer,	subtilis,	obtusus,	mobilis.	Aer,	obtusus,	subtilis,	mobilis.
Aqua,	crassa,	obtusa,	mobilis.	Aqua,	obtusa,	crassa,	mobilis.
Terra.	crassa,	obtusa,	immobilis.	Terra,	obtusa,	crassa,	immobilis.

Quorum quod in circumferentia ponitur naturam eius sequens,amplissimũ est,ideoq; omniũ subtilissimũ per substantiã, per uirtutẽ uero acutissimũ,penetrationiq; aptissimũ,per actionẽ deniq; promptissimũ est ad motũ. Quod aũt situ est in medio,naturã quoq; sequens medij,angustissimũ est,& densissimũ per substantiã,per uirtutẽ uero obtusum, per actionẽ deniq; ad motũ est ineptissimũ.Media uero duo medio in his modo se habent.Proinde sicut maxime distant in sphæra ambitus atq; centrũ,ita per situ & naturã ignis terraq; plurimum discrepant.Ille enim ita petit ambitum,ut nunquam naturaliter mediũ:hæc ita centrum,ut nunquã naturaliter ambitũ.Aer uero interdũ descendit, si uidelicet in sublimi ignis regione ponatur.Aqua etiã ascendit,si sub terrã cohibeatur.Quemadmodũ uero in igne & terra tria considerantur, scilicet substantia,uirtus,actio:sic & tres potissimũ proprietates,uidelicet in igne quidem per substantiã crassitudo, per uirtutẽ acumẽ,per actionẽ mobilitas.In terra uero opposita,per substantiã crassitudo.per uirtutẽ obtusitas,per actionẽ immobilitas.Dicuntur autem horum naturæ apud Platonem solidæ,quia instar dimensionis trinæ, trinas possident qualitates: quòd si duntaxat haberent planorum instar,unum sufficeret medium:quod uidelicet in qualitate quidem una congrueret cum extremis,in altera uero differret. At quoniam tres inuicem oppositas habent,duobus ut uinciantur opus est mediis: quorum utrumq; cum proximo quidem,tum extremo,tum medio duplici conueniat qualitate, in unica discrepet: cum remoto uero extremo,in una quidem congruat,sed differat in duabus.Sic utiq; ignem sequitur aer,in subtilitate & mobilitate igni persimilis: sed quadam uirtutis obtusitate dissimilis:in qua etiam unica quodammodo cum terra consentit: cum aqua

aqua uero duabus,scilicet obtusitate atq; mobilitate. Aqua sequitur aerem in duabus his aeri similis: sed una similis igni scilicet mobilitate duntaxat:at dissimilis ignis duabus, crassitudine obtusitateq; simul: dissimilis terræ mobilitate quadã, sed crassitudine obtusitateq; similis.Profecto quòd ignis ad terram analogia quadam, id est rationis similitudine atq; proportione comparabilis sit,apparet.Quemadmodum enim se habet subtilitas ignis ad terream crassitudinem:sic ignis acumen ad obtusitatem terræ:sic iterum ad immobilitatem terræ mobilitas ignis. Quod etiam comparabilis sit, sed potiori aliqua ratione,ignis ad aerem:aer ad aquam:aqua ad terram:ex consensione qualitatum est manifestum. Videtur autem elementi proximi quidem ad proximum conuenientia ad discrepantiam esse dupla:ad remotum uero contrà, dupla esse ad conuenientiam discrepantia. Videtur ignis aere duplo subtilior,triplo mobilior,quadruplo uero acutior. Item aer aqua acutior duplo,triplo mobilior,quadruplo esse subtilior.Rursus aqua quàm terra acutior duplo,triplo subtilior,quadruplo ad motum esse paratior.Procedere uero inter cognata ad quadruplam usque proportionem duntaxat apud musicos est concessum.Longiori enim progressione aures offenduntur.Quinetiam in his perfectæ rationes musicæ continentur.In his utiq; per tres qualitates quasi per trinas dimensiones, & solida quædam,ter quoque solideq; ad solida usque procedimus.Nam per duplam quarto gradu ad octo peruenimus:qui primus est solidus.Item per triplas quarto similiter gradu ad uigintiseptem:qui solidus est secundus.Rursus per quadruplas rationes,quarto denique loco ad sexaginta quatuor,qui tertium inter solidos numeros obtinet locum.octo enim à binario solide,id est,ter accepto,siue ducto: uigintiseptem a ternario ducto ter:sexaginta quatuor à quaternario similiter in seipsum ter multiplicato creatur. Cæterum ut notius sit quanta apud Platonem congruitas mathematicis inest ad physica,repetenda sunt duo illa primorum media solidorum.Posuimus enim inter octo atq; uigintiseptem,competentia media duo,uidelicet duodecim atq; decem & octo. Duodecim quidem numerus,tum ex octo, tũ ex uigintiseptem nascitur.Latus siquidẽ ex quo multiplicatur octo,binarius est. Latus autem ex quo uigintiseptem,est ternarius.sed ex binario atq; ternario ita fit duodenarius, si egeris bis duo ter: ubi duodenarius oriens duo ab octonario accipit latera:unum uero à uigintiseptem.Item ex binario atq; ternario ita fit decẽ & octo,si egeris ter tria bis:ubi decem & octo numerus nascens,ab octonario quidem remoto latus accipit unum, ubi dicitur:bis:sed à numero uigintiseptem latera duo,ubi ter tria.Similiter elementa duo inter ignem terramq; media,dum ex extremis contemperantur,interim à proximo quidem naturas reportant geminas:à remoto uero unicam mutuantur.

QVOD TOTVS MVNDVS EX QVATVOR COMPONITVR elementis:& quomodo hæc alia ratione sunt in cœlo:aliter infra lunam. Cap.XXIIII.

EXHIS quatuor elementis geometrica & musica inuicem ratione coniunctis, uniuersum mundum esse compositum Pythagorici Platoniciq; omnes existimant. ita tamen, ut consonantia horum in cœlo nullam unquam dissonantiam patiatur:sub cœlo autem,dissonantia quædam alicubi oriri uideatur interdum: sed statim per superiorem concentum in formam consonantem mirabiliter redigantur.Esse utiq; elementa hæc sub luna,nemo negabit.Esse uero in cœlo,physici nonnulli negabant.Sed isti audiant metaphysicos precor,probantes elementa per ideas suas esse in ipso mundi opifice:esse inde in anima mundi per rationes suas:esse in natura per semina. Ergo & in cœlo per uirtutes: & sub cœlo per formas.Quo enim pacto à causis cœlo superioribus elementorum naturæ transeunt infra cœlum: & ibi quidem protinus naturæ,nisi uirtutes horum moderatrices cœlo interim infundantur?Quinimo sicut agricola quidem non regit architectum,quoniam architecturæ nullas continet rationes:geometra uero has possidens,regit illum:sic & cœlum nisi elemẽtorum elementaliumq; comprehendat uires,hæc gubernabit nunquam:gubernans uero complectitur: immo complectendo gubernat.Audiant & astronomos tam in signis quàm in planetis naturas designantes elementorum,et effectu probantes.Audiant deniq; sacras literas ponẽtes sæpe in cœlis aquas:ponentes terram quoq; uiuentium.Quod si duo hæc ibi cœlestium dissimiliora ponuntur:multo magis ignis & aer cœlestium similiores ibidem à sacris literis collocantur.Responsebunt ut arbitror,aliqui:uires illic quidem elementorum excellentissimas per modum causæ ponendas esse:in sphæris autem elementorum sub luna naturas eorum secundum formam:in compositis tandem participatione quadam: sed naturas ipsas elementorum in cœlo esse negabunt.Ad hæc adducent Platonici uirtutes ubiq; proprias in propria natura fundari. Itaq; si sunt horum uirtutes in cœlo,esse quoq; naturas,sed quemadmodum uirtutes illinc in genere quodam longe his excellentiore consistunt:ita naturas in excellentiore:immo,ut rectius loquar,excellentissimo.Et naturam illam ignis eminentissimam præbere cœlo sensibile lumen,uiuificum calorem,motumq; promptissimum.Naturam terræ largiri solidam firmamq; stabilitatem.Item & stellis densitudinem qua uideri possint: & lunæ qua radios repellat solares. Naturam aeris præstare perspicuam qualitatem,quam nominant translucentem.Naturam aquæ afferre delicatissimam, & æquabilissimam lenitatem.Et quod maximum est,ipsis sphærarum labijs quibus se contingunt, inferre uirtutem illam frigoris & humoris:per quam fiat,ut quamuis ex uelocissimo motu rapidissime & uehementissime se contingant, æstus tamen illic resolutioq; non accedat.Has quidem in cœlis aquis Hebræi ualde probabunt. Probabunt etiam,ut arbitror,si audierint per naturã illic terræ uiuentiũ fieri,ut materiæ alioquin tenuissimæ ex tanto motu non dissipentur.Meminisse oportet,tam esse in cœlesti substantia uirtutem,tamq; ad conciliandum efficacem, ut qualitates & motiones quæ apud nos sunt, inter se repugnantes,ibi non pugnent.Item ut reliqua illic elementa statim à prima genitura mundi in formam præstantissimi,id est,ignis redacta fuerint:quemadmodum per motum cœlestem elementa quatuor apud nos in quauis genitura

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad unam reducuntur mixti formam. Neq; miraberis in unum illic elementa cõstari: si cogitabis etiã infra lunam in unam molẽ esse compacta, & ignem esse soliditatis terrenæ participem, ne ob tenuissimam mobilissimamq; naturam cõtinuo dispergatur: terram quoq; per se torpentem, ignis consortio actionem uitamq; nanciscí. Quod si extrema miscentur, nimirũ & media medijs extremisq; misceri. Item si tanta est infra lunam unio, super lunam esse multo maiorem: sed terræ soliditatem siue stabilitatem illic absq; crassitudine in uaporea quasi forma regnare. Rursus æquabilitatem lenitatemq; aquæ procul à lapsu: agilitatem aeris ab effluxu seorsum: efficaciam ignis in lumine salubriq; calore intelligentiæ uitæq; persimile dominari, seorsum ab ea combustione ad quam efficiendam apud nos cogitur, tum lumen inter concauа repercussum, tũ calor igneus aspera quadam materia, & mordaci conclusus. qui certe quatenus à terrena crassitudine soluitur, eatenus lucet purius, caletq; salubrius. Ergo unà cum Heraclito & Empedocle, dicemus ignis ipsius qui in idea est, intellectuale lumen, in cœlo quidem uisibile lumen ad oculos emicare: sub cœlo autem in æthere puram ipsius & innoxiam uigere flammam: in terra uero carbonem in aspera materia comburentem. Dicemus postremo cum Orpheo esse insuper apud inferos quatuor elementa: Pyriplegethontem, Acherontem, et Oceanum, et Cocytum. Dicemus cum Platone: quemadmodum in archetypo mundo omnia sunt in omnibus. ita in hoc imaginario mundo omnia in omnibus esse: sed pro natura suscipientium ubiq; singula suscipi: ut cœlestia in elementis elementalia sint, elementa in cœlo cœlestia: atq; tantam esse cœlestis regionis super alias excellentiam, ut cœlestis ignis præter elementalem ignem triaq; reliqua elementa dici quintum ueat elementum. Hinc mundos quinq; appellari posse ait. Siquidem omnia rerum genera in quolibet horum quinq; sunt pro sua cuiusq; natura. Concludemus deniq; concordiam inter Moysen & Platonem, quem Numenius alterum cognominat Moysen. Quod enim Moyses ait: In principio fecit Deus cœlum & terram: Plato ait: Deus primo ignem fecit & terram, ignem intelligens præcipue cœlum. Principio enim in sphæra mundi centrum considerauit & ambitum. Reliqua horum gratia interiecit.

CIRCVLARIS MOTVS OMNIS, SPHAERAE SEMPER mobili proprius est. Item ignis maxime proprium est lumen. Cap. XXV.

SED neq; nos turbent qui cœlum idcirco igneum esse diffidunt, quia cœli quidem motus sit circularis, ignis uero sit rectus. Nam etiam cœli portio quælibet, si forte ponatur in medio, repente ascendet in rectum, breuiori uidelicet tramite patriam petitura, & tamen cœli motus proprius est circuitus: & terra si separetur à centro, descendet, & tamen eius proprium est quiescere. Profecto quælibet sphæra mobilis tam elementalis quàm cœlestis, pro figura sua naturaliter mouetur in orbem, sic loco suo plenius fruitura. Motus autem rectus ubicunq; est, non tam naturalis est, quàm reditus in naturam. Si cui uero corpori circuitus conuenit, maxime conuenit igni. Cum enim à terra distantissimus sit etiam per naturam, sicut terra est semper immobilis, ita ille semper est mobilis. Si semper mobilis, ergo in orbem. Quod enim mouetur in rectum, per ãcto spatio quod finitum est, finit & motum. Moueri uero in circulum tam ignem quàm aerem, ostendit circuitus concauum. Circuitum quoq; aquæ testatur influxus perpetuus & effluxus. Manere uero oportuit terram, ut indiuisibili & stabili centro foret simplicior, eoq; commodius frueretur. Moueri autem superiora, ut uaria semper pro motionis uarietate producerent. Neq; negent aliqui cœlum esse calidum, sed negent potius esse urens. Neque dicant Solis lumen sola repercussione calefacere, sed sola comburere. Nam Lunæ radij repercussi nihil calefaciunt, cum in ea uirtus aquea dominetur. Calefaciunt autem Solis radij salubriter pro ignea solis uinificaq; natura. Neque obijciant ex tardiori Lunæ motu contingere, ne Lunæ radij calefaciant. Nam & si ponitur esse tardior, tamen tanto propinquior est quàm Sol hominibus, ut deberet si non tantum, aliquantum tamen calefacere, si repercussione duntaxat proueniat calefactio. Neque adducant esse ignis proprium. Siquidem quo minus alienæ miscetur materiæ, minus urit. Sed dicant lumen ignis proprium. Quo enim purius, eo lucidius, licet oculis quibusdam non manifestius: & lucet longius quàm calefaciat, & prius illuminat, & momento, & calorem largitur calefacto post ignem ad tempus seruante calorem: lumen uero largitur nulli, utpote sibi proprium. Siquidem abeunte igne, simul abit & lumen.


DE SPIRITV MVNDI, ID EST, DE INTELLECTV & anima, & intelligentia, & natura. Cap. XXVI.

POSTQVAM uero tractauit quemadmodum Deus corpus construxit mundanum, deinceps quemadmodum mundanam animam temperauit, aggreditur disputandum. Ostendit interea se ante oculos posuisse prius & informem molem quàm formatam, & mox formatam quodammodo prius quàm animatam: non quia uel informitas ante formationem fuerit, uel formatio corporalis ante animam, sed ut cognosceremus tam formabilem naturam formationis corporeæ gratia, quam corpoream formationem gratia animæ tanquam finis, esse diuinitus institutam. Volens itaque Deus opus perfectum facere, unum & intellectualem effecit mundum: atque ut ex ipso spiritu, & materia mundi commodius animal unum connecteretur, materiam distinxit in quatuor, ut diximus, elementa, quasi animalis huius humores, quia & spiritum eius in quatuor uoluerat esse distinctum. Quatuor enim ad mundi spiritum pertinent. Primum quidem intellectus, in se manens immobilis. sphæræ motor siue rector, ita regendis sphæris ab autore rerum omnium institutus. Secundum sphæræ anima, motor mobilis quidem, sed mobilis per seipsum. Tertium intelligentia quædam, huic animæ à Deo, & intellectu superiore diuinitus infita. Quartum natura, id est seminaria uitalisq; uirtus, ab anima passim infusa materiæ. intellectus quidem & anima

anima substantiæ sunt, intelligentia uero atq; natura sunt qualitates. Illa quidem animæ, hæc uero materiæ. Horum quatuor imagines sunt quatuor elementa. Ignis enim intellectum refert, Terra naturam, Intelligentiam Aer, Aqua denique animam. Et sicut igni tria propria sunt, tria quoq; opposita terræ, medijsq; media quadam ratione cõueniunt: sic tria intellectui propria eorumq; opposita propria sunt naturæ, medijs quoq; media. Intellectus enim indiuiduus est, uniformis æternus. Natura diuidua, & multiformis, & temporalis. Anima uero inter hæc media per intelligentiam quidem magis intellectus ipsius particeps euadit quàm naturæ. per animalem uero potentiam, cum natura potius quam cum intellectu consentit. Quamobrem partim indiuidua dicitur, partim quoq; diuidua. Item uniformis similiter & multiformis. Rursus æterna partim & temporalis. Proinde quatuor uitæ secundum quadruplicem mundi spiritum numerantur. Saturnia quidem uita in intellectu suspiciente patrem suum cœlum, id est, deum cœli fabrum. Iouialis autem in intelligentia ad actionẽ iam mobilem declinante. Venerea in animali uirtute iam amante materiam. Dionysiaca in natura quasi ebria, id est, immersa materiæ. Præterea sensus simili ratione quatuor in uniuerso connumerantur. Primus utiq; sensus in anima mundi, communis inquam sensus, & unus, id est, imaginaria quædam uirtus sic intelligentiam eius comitans, & formas rerũ particulares attingens, ut illa uniuersales: attingens inquam intrinsecus, ideoq; nullis indiget instrumentis, neq; extra procedit usquam, neq; patitur. Secundus uero sensus in animabus sphærarum est atq; stellarum, communis certe impatibilisq; si militer. sed extra procedens. Tertius in particularibus animabus, ultra uim communem iam per instrumenta singula distributus, & extra se porrigens, atq; à passione exoriens, sed desinens in iudicium. Quartum denique sensum Pythagorici cedunt plantis, immo sensus simulacrum, & id quidem stupidum, nullum iam habens iudicium qualitatis, sed in sola positum passione uoluptatis cuiusdam atque doloris. Sensus primus intellectum repræsentat. Secundus intelligentiam. Tertius uim animalem. Quartus denique naturalem. Meminisse uero oportet ipsam mundi materiam, neque aliter suscipere animam quàm per naturam, neque aliter intelligentiam quàm per animam, neque aliter intellectum quàm per intelligentiam. Quemadmodum per terram accipit aquam, per hanc aerem, per hunc & ignem. Cæterum quod deinceps his similе sequitur, animaduerte. Ait enim: Deus animam in medio posuit, eaq; inde extendit per totum, ac demum per ipsam extrinseca mundi protexit. Primo quidem significat animam & implere totam mundi molem, aliis scilicet uirtutibus aliasmundi partes moderantem, & suprema sui circa mundum uirtute, id est, intellectuali prouidentia, mundum exuperare. Quod autem uirtus animæ ab ipso medio porrigatur per uniuersum, bis per quatuor gradus exponitur. Primo quidem à media terra passim uirtutem connectendi protendit, à media aqua diffundit uim uitalem, ab aere similiter sensualem, ab igne rationalem. Deinde à media mundi sphæra uim, ut diximus, connectendi, à sphæra lunæ generabilium ingenerabiliumq; media uim uitalem, à Sole mundi corde sensualem, à Zodiaco medio firmamenti rationalem. Cũ uero duplex sit ad Deum ordo rerum, alter quo ab eo procedunt, alter quo procedentes conuertuntur ad ipsum, Plato processionis ordinẽ secutus est, ubi ait: Deus intellectum in anima, animam locauit in corpore, Conuersionis quoque ordinem cogitans, ait: Deus animam in medio positam protendit eam inde per totum, & interim aliquid eius eduxit extra mundum: quo uideli eet, dum prouideret mundo, conuerteretur ad Deum.

DE COMPOSITIONE ANIMAE, ET QVOD PER QVInarium in ea componenda opportune proceditur. Cap. XXVII.

QVONIAM multa quæ pertinent ad sphærarum animas, mentes, motiones, compositionem animæ, in Theologia planius exposuimus, idcirco in illis exponendis hic & fuimus, & erimus breuiores. Nam ad nõnulla magis propriora iam properamus. Principio quinarium numerũ compositioni partitioniq; animæ conuenire tribus de causis arbitramur. Prima, quia sicut quinarius ex primo pari primoq; impari cõstat, sic anima ex diuidua indiuiduaq; natura. Scis aũt parẽ numerũ appellari diuiduũ, imparem uero indiuisibilem, quoniã partes æquales diuidi nequit. Secunda, quoniã genera etiã quibus à Deo componuntur omnia, per quinque distribuuntur. Sunt enim essentia, idẽ, alteriũ, status, motus. Animã uero uelut omniũ mediã, præcipua quadã ratione ex ipsis quinq; omniũ generibus cõpositã arbitramur. Tertia, quia cũ anima sit mediũ uniuersi, natur aliter quinariũ suscipit, uniuersi numeri mediũ. Est enim quinarius perfectum denarij mediũ. Nã quũ quinquies rite denariũ diuidamus, mediũ est æque distans in qualibet diuisione quinarius. Primo quidem si decem in nouem diuiseris atque unum, uidebis quinariũ inter unum nouemq; esse mediũ pariter utrinq; distãs. Si secundo in octo atq; duo partiri decẽ uolueris, rursus quinariũ æquale inter hæc mediũ reportabis. Si tertio in septẽ atq; tria, uel quarto in sex & quatuor, iteriũ medium uerũ accipies inter extrema quinariũ. Mediũ ubiq; dicimus Arithmeticũ. Quod aũt quinto decẽ partitus in quinq; atq; quinq;, mediũ quinariũ habeas, dictu superuacuum est. Quas ob res Plato in distributione uniuersi, tũ corporis, at ita dixerim, animabilis, tum animi, quinq; potissimum capita adducit in medium. Nam utrobiq; primum agit de ipsa rei ipsius, ut ita dixerim, subsistentia atque fundamento, siue corporis inquam, siue animæ. Secundo de partium utriusque concordia. Tertio de specie ex partium concordia resultante. Quarto de uirtutibus speciei. Quinto de actionibus quæ à uirtutibus oriuntur. Volunt uero Platonici ad essentiam



Universidad de Deusto
Biblioteca

animæ tria illa,scilicet subsistentiam,concordiam,speciem pertinere:per hæc sequi uirtutem & actionem. Concordiam in quam,id est,congruam contemperantiam, & hanc quinariam, scilicet generum,partium,rationum, utrium,actionum. Constat enim anima ex illis rerum quinq; generibus,per quæ et partes eius propriæ assignantur. Suscipit rursus à Deo re rum omnium rationes. Habet hinc uires multæ proprisq;,per quas edit & actiones. Vbi uero animam appellat concor diam uel concentum:memineris Platonem in Phædone quidem negare animam esse harmoniam,scilicet partium corpora lium ex ipsis confectam,in eisq; iacentem. In Timæo autem affirmare animam harmoniam esse, scilicet partium suarum in se manentem,& ex se corpus contemperãtem. Præterea ubi ait,Composuit Deus ex indiuisibili semperq; eodem se mo do habente essentia,itemq; ex illa quæ circa corpora fit diuisibilis, mediam essentiæ speciem, id est animam, expone hæc per illa quæ dicit alibi:Fecit Deus mundum uiuentem,animatum,intellectualem. Vbi enim dicit uiuentem, designat uitam quandam naturalem per mundi corpora sparsam,una cum corpore mundi extensam mobiliterq; agentem. Vbi uero ait intellectualem,intelligit intellectus angelicos qui proprie regendis sphæris præfecti indiuisibiles sunt secundum locum, & immutabiles secundum tempus,opposito se modo habentes, atq; naturalis uita formaq; corporea diuisibilis atq; mu tabilis. At ubi ait animatum,significat ipsam animæ mundanæ substantiam, cuius essentia quidem, & indiuisibilis est, & immutabilis,ut intellectus. Dici tamen potest quodammodo diuisibilis atq; mobilis,quia fons proprius est utrium quarun dam ad diuisibilia & mobilia declinantium. Virtus autem actioq; partim indiuidua & immobilis,quatenus congruit cũ diuinis,& stabiliter agit:partim uero & diuisibilis est quodammodo,tum quia multiplex,tum quia ad corpus multiplex diuisumq; declinat:& mobilis,quia temporaliter operatur. Hanc itaq; animam appellat essentiæ speciem tertiam,inter indiuidua æternaq; ac rursus diuidua atque temporalia mediam. Quod autem ubi mundum denominat intellectualem, si gnificare uelit intellectus angelicos,ex eo probatur,quod mundi corpus per uitam paratur ad intellectum. ergo quemad modum se habet ad uitam,similiter ad intellectum. Itaque sicut non solum habet naturalem uitam in materia mundi iacen tem,sed uitam etiam animalem,id est animam in se existentem:ita non modo habet intellectualem qualitatem infusam ani mæ,uerumetiam intellectualem substantiam in scipsa manentem. Vbique enim qualitates certæ ad certas substantias redu cuntur,ut quemadmodum uitalis qualitas ad uitalem substantiam,ita intellectualis quoque qualitas ad intellectualem sub stantiam referatur. Componit autem animam quinque potissimum modis. Primum scilicet ex ipsis quinq; rerum generi bus. Item ex numeris. Tertio ex concentibus numerosis, Quarto ex initijs figurarum. Quinto ex principijs motionum, uidelicet ut posidens metaphysicorum mathematicorumq; rationes ita cuncta cognoscat,scilicet essentias,numeros,con centus,figurasq; & motus. Item quatenus anima diuinis,cognata est, ex rerum generibus quæ primo diuinis insunt, di cit esse compositam. Quatenus cognata est naturalibus, miscet eam figuris & motibus. Quatenus autem inter utraque medium obtinet,numerosis eam concentibus rationibusq; contemperat. Quinque uero illa, scilicet essentiam,idem,alte rum,statum,motum,genera rerum nominat:quod ex illis præter primum omnia componantur. Essentia quidem manifes te significat rationem rei cuiusque formalem. unum quoque esse,tanquam actum essentiæ proprium. Idem uero dicitur, quoniam quodlibet,& secum in primis & cum aliis congruit. Rursus additur alterum,quia quandam tum intra seipsum, tum ad alia differentiam habet. Præterea status. quippe quum aliquandiu suam quandam retineat unitatem. Denique mo tus hoc in loco exitum quendam ex potentia in actum,siue essendo,siue quomodolibet intrinsecus exti insecusue agendo significat. At super hæc quinque genera ponuntur tria,terminus, infinitudo,mixtio. Super tria hæc, ponitur ipsum unũ. Essentia quidem diuinum ipsum unum sequitur. Idem uero statusq;,terminum. Sed alterum atque motus,infinitudinem co mitatur. Denique sicut ipsa mundi quatuor elementa per summum gradum locauimus in cœlestibus,per medium sub lu na,per infimum uero sub terra:sic genera quinque summa quadam ratione ponimus in diuinis,media in anima,infima ue ro sub anima. In diuinis enim & unitas multitudinem,& terminus infinitudinem superat,& idem excedit alterum,et sta tus præualet motioni. In rebus autem inferioribus omnino contrà fit:& quæ ibi superabant,hic uicissim tam superantur. In anima potissimum æqualis euadit singulorum ad singula temperatio,ut non immerito hanc præcipue,tum rerum me diam,tum musicis rationibus temperatam esse uelint. Congruunt animæ mathematica. utraque enim inter diuina & na turalia media iudicantur. Congruunt musici numeri animæ plurimum. Mobiles enim sunt,propterea q; animam, quæ est principium motionis,rite significant. Non solum uero per numeros,sed etiam per figuras describitur anima:ut per nume ros quidem incorporea cogitetur,per figuras autem cognoscatur ad corpora naturaliter declinare. Conuenit triangulus animæ. Quia sicut triangulus ab uno angulo in duos protenditur, sic anima ab indiuidua diuinaq; substantia profluens, in naturam corporis labitur penitus diuisibilem:ac si cum diuinis conferatur,diuisa uidetur. Quæ enim illa per unam & stabilem uirtutem agunt, atque subito,hæc per plures mutabilesq; uires actionesq; peragit,ac temporis interuallis. Sin autem conferatur cum naturalibus,indiuisa censetur. Non enim alibi habet partes alias loco disiunctas, ut illa, sed est in qualibet totius parte tota:neque omnia mobiliter temporeq; persequitur. sicut illa,sed nonnihil etiam subito consequitur, æterneq; possidet. Licet in hoc super animam cum triangulo comparare, quod triangulus prima figura est earum quæ pluribus constantes lineis producuntur in rectum. Anima similiter prima omnium in plures distribuitur uires, quæ in ipsa intelligentiæ subiunguntur: ac produci uidetur in rectum, dum à diuinitate labitur in naturam. In quo quis dem descensu ab intelligentia summa in tres profluit uires inferiores, id est in discursum quendam rationalem, in sen sum, in uegetandi uirtutem. Quemadmodum & triangulus à signo productus, in tres deducitur angulos. Dico au tem animam ex omnium genere primam, & ex pluribus quodammodo uiribus commisceri, & in rectum, ut ita di xerim, radere. Mens enim angelica super animam inferioribus intra se nullis indiget uiribus, sed pura mens est, totaq; mens atque sufficiens. Item ad inferiora non uergit, sed in diuinitatem solam, unde est, circuli more conuer titur. Ideoq; eius actio circulo comparatur. Vna enim actio est & æqualis: sicut ex una & æquali linea circu lus,

lus,& mira quædam utriusq; capacitas. Præterea circulus prima est & ultima figurarum. Prima quidem, quia una circũ contentus est linea. Vltima,quia figuræ ex pluribus lineis constitutæ,quo plures subeunt facies,eo propinquius paulatim ad circuli formam quasi finem uidentur accedere. Similiter & intellectus omnium primus procreatur à Deo, & intelle ctualis,ultus,id est,absolutus ordo rerum ultimus omnium in speculo naturæ refulget,ad quem naturales formæ quasi si nem magis gradatim magisq; accedunt. Sed de intellectu alias. Nunc ad animam reuertamur.

CVR ANIMA REI COMPOSITAE COMPARATVR, cur consonantiæ musicæ. Cap. XXVIII.

RIA potissimum de Anima in præsentia quærimus. Primum, quamobrem Plato animam fingit rei compositæ similem. Secundum,quam ob causam rei concordia quadam compositæ. Tertium,cur cõ sonantiæ musicæ. Principio anima,& si indissolubiliter composita est,tamen tanta est multiplicita te composita, ut naturali quadam inclinatione ad ea uergat quæ sunt omnino composita. Idcirco compositis, quibus cum naturali quadam non dico consanguinitate, sed affinitate consentit,quo dammodo similis figuratur. Deinde quia media rerum est, merito & ex omnibus componitur, & concorditer cuncta deuincit:ideoq; cuidam,uel concordiæ,uel concorditer composito comparatur: præsertim quoniam quæ in natura inter se pugnant,anima conciliat inuicẽ,conciliata connectit,connexa conseruat. Itaq; non iniuria concor dia quædam substantialis,siue substantia maxime concors indissolubilisq; anima iudicatur. At cum illa etiã quæ cæteris sensibus apprehenduntur,sæpissime concorditer composita sint,quærebatur tertio,cur Plato concordiæ potissimum mu sicæ similem expresserit animã. Respondetur ad hæc: Musicam consonantiã in elemento fieri omniũ medio, perq; motũ, et hunc quidẽ orbicularem ad aures peruenire:ut non mirum sit eam animæ conuenire,tum mediæ rerum,tũ motionis prin cipio in circuitum reuolubili. Adde quòd concentus potissimum inter illa quæ sentiuntur quasi animatus, affectum sensu umq; cogitationẽ animæ,siue canentis,siue sonantis perfert in animos audientes:ideoq; in primis cũ animo cõgruit. Præ terea quæ ad usum quidem spectant,& si pura quodã modo sunt,tamen absq; motionis efficacia, & per imaginẽ solam absq; rei natura sæpius apprehenduntur:ideo parũ admodum mouere animos solent. Quæ uero ad olfactum, gustũ, ta ctũ,quasi ualde materialia potius instrumenta sensuum titillant,quàm animi intima penetrent. Concentus autem per ae ream naturam in motu positam mouet corpus:per purificatum aerem concitat spiritum aereum animæ corporisq; nodu per affectum,afficit sensum simul & animum:per significationem agit in mentem: deniq; per ipsum subtilis aeris motum penetrat uehementer:per contemplationem lambit suauiter:per conformem qualitatem mira quadam uoluptate perfun dit:per naturam,tam spiritalem quàm materialem,totum simul rapit & sibi uendicat hominem. Et profectò si quis tanta Musarum arte diligentiaq; concentus offerret auditui,quanta naturæ,artisue cura uel sapores gustui,uel mollia tactui of feruntur,proculdubio cognosceremus Apollinem multo magis animum rapere melodia, quàm uel Bacchus uino gustũ, uel Venus pruritu tactum soleat occupare. Accidit ad hæc,quod ubi Plato mundi fabrum inducit loquentem, tum secum ipso ratiocinando,tum ad reliqua imperando,eloquium ipsum quasi Apollineum cantum apprime musicum, originem mundani tam animi quàm corporis esse putat,& animam inde natam musica similiter ratione citharam pulsare cœlestẽ. Et profecto quod in cœlesti melodia est,tum ex tardiori motu grauis tonus,tum ex motu uelociori tonus acutus,idem sub cœlo est grauitas,& leuitas:item frigus & calor,rursus humor siccitasq; elementorum. Idem in generatione rerum,mate ria est & forma. Idem in humanis ingenijs,mansuetudo & magnanimitas,temperantia atq; fortitudo. Et quemadmodum ex graui acutaq; uoce,sic ex geminis cunctis quas narrauimus naturis ubiq; fit unũ. Cum igitur consonantia musica quasi uita sit,& rationalis & efficax,item utpote quàm simillima,animo quàm gratissima,rursus totum sibi hominem uendi cet,& quod maius est,per ipsam factus sit animus,facta sint omnia, per ipsam conseruentur, per ipsam & moueantur, haud ab re Plato noster animam effectricem,seruatricem, motricem omnium naturalium musicis præcipue numeris ra tionibusq; describsit,numeris inquam non mathematicis accidentibus, ut quidam calumniantur,sed idealibus numerorũ metaphysicisq; rationibus constitutam.

PROPOSITIONES ET PROPORTIONES AD MVsicam Pythagoricam & Platonicam pertinentes. Cap. XXIX.

PHTHONGVM,id est sonum melodijs aptum uocant,quo & grauiorem & acutiorem facile quis edere possit,ut neq; tam profundus remissiusq; sit,ut sit silentio similis,neq; tã altus et intentus ut per strepat. Grauem sonum motu remisso & tardo,acutum intentiore & uelociore creari putant. Quem admodum uero remissus admodum, & tardissimus motus ad quietem quasi uidetur accedere, sic so nus grauissimus ad silentium. Rursus sicut uehementissimus celerrimusq; motus ad uiolentiam, sic ad offensionem sonitus acutissimus. Interualla uero sonorum appellant certos excessus inter eos in acu mine grauitateq; mutuos. Compositiones autem congruentium sonorum ex opportunis proportionibus consonantium coniunctiones. Coaptationes quoque fidium in musicis instrumentis,siue in unico tetrachordo,quale & inuenit Mercu rius, & Orpheus confirmauit, siue in duobus tetrachordis per chordas septem unã coniunctis, qualia Terpander di citur effecisse, siue in geminis tetrachordis per chordas octo dispositis atque disiunctis, quorum Lycaonem Samium fuisse asserunt autorem, siue in tetrachordis quatuor coniunctis, atque ex fidibus quindecim Græcorum tandem omnium approbatione constantibus, in his omnibus tetrachordis gradatim diatessaron resonat consonantia. Tã uero post sonorũ interuallorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

interuallorum,compositionum mentionem ad proportiones ex quibus fiunt consonantiæ, procedamus. Proportione æqualitatis nominant,quæ sit inter terminos omnino inter se pares & æquales,ut inter unum hoc,atq; unum illud,& cubitum atq; cubitum.Inæqualitatis autem quæ inter impares uel inæquales,ut inter unum atque duo,& cubitum atq; bicubitum.Et hæc quidem altera maioris inæqualitatis,ut dupla:altera uero minoris,ut subdupla.Præterea proportionem æqualitatis triplicem in præsentia considerare debemus.Primam quidem, quam multiplicem nominant, ut duplam,triplam,quadruplam:quæ per maiorem numerum non diuidit minorem, sed resumit multiplicatq; totum, siue bis, siue ter: atque ita per modum numeri infinite multiplicabilis infinite procedit. Secundam uero,quam super particularem nuncupant,in qua maior numerus præter id quod minorem comprehendit semel totum, diuidit ipsum deinde, partemq; diuisam superponit toti, sed partem quam uocamus aliquotam, id est, ex qua aliquoties replicata fit totum. Harum prima est sesquialtera, inter binarium & ternarium.Ternarius enim binarium comprehendens, addit insuper unitatem, quæ bis resumpta binarium efficit.Secunda sesquitertia,inter quatuor atq; tria,atq; ita in infinitum per modum continui diuisibilis infinite proceditur. Tertia est superpartiens,quæ toti super addit partem, quæ aliquoties accepta totum proprie creare non ualeat.qualis est inter quinarium & ternarium.Nam quinarius ultra ternarium adiungit binarium.qui & semel sumptus non implet ternarium,& bis acceptus excedit.Proportio hæc quia totum diuidit in partem restitutioni totius ineptam,inepta uidetur ad consonantiam, in qua omnis diuisio in totum,& multiplicatio in unum necessario restituitur.Secunda uero apta censetur,quoniam & si diuidit,tamen ab ipsa restitutionis facilitate non errat,& in ipsa terminis esse inuicem commensurabiles iudicantur.Differentia enim inter duo atq; tria est unitas. hæc uero communis est utriusq; mensura. Accepta enim bis,metitur binarium:ter accepta,ternarium.Sed inter quinarium & ternarium differentia est binarius: hic autem non potest aliquoties acceptus uel ternarium,uel quinarium ullo pacto metiri. Proportio uero prima concentibus accommodatissima est.Non enim diuidit,sed & multiplicando restituit,& restituendo multiplicat. Neque quærit aliunde mensuram, ut superparticularis, sed minor terminus maiorem metitur, in dupla bis, in tripla ter replicatus.Neque ab integritate, neque à simplicitate cadit. Superparticularis autem ab integritate quidem labitur: diuidit enim: sed seruat simplicitatem.per unam enim quandam diuidit partem. Superpartiens uero non modo amittit integritatem,sed etiam simplicitatem,ubi plures commiscet partes,in unum quiddam restitutioni totius ineptum.Idcirco hæc à consonantia dissonat,duæ uero superiores consonant, magis autem multiplex, maxime dupla. Nempe in hac non uidetur aliud proprie aliud superare, sed superari quodlibet à seipso. Nam in dupla binarius superat uno, Quaternarius binarium binario, similiterq; deinceps. Adde quod prima est inter primos numerorum terminos, unitatem scilicet binariumq; progenita. Progenita inquam sola,absque aliarum commercio, quasi libera, & ab omnibus absoluta. Tripla uero,dum inter unum oritur atque tria, sociam habet sesquitertiam simul inter duo triaq; nascentem. Quadrupla quoque uidetur sesquitertiæ commisceri. Nam cum primum quadrupla nascitur quatuor inter & unum, oritur simul & sesquitertia quatuor inter & tria. Item dupla proxime oritur ab ipsa æqualitatis proportione.ab hac tripla & sesquialtera. Item à tripla quadrupla & sesquitertia nascitur,aliaq; similiter. Quod quidem,nisi prolixitatem uererer, perspicue demonstrarem. Ad duplam igitur tanquam ad principium atque finem omnes aliæ rediguntur, eamq; uel diuidunt, uel multiplicant. Dupla enim prima, integra, simplex, absoluta & æqualissima est, ut non mirum sit consonantiam ex hac ipsa nascentem esse omnium perfectissimam,& appellari Diapason,quia & ipsa per omnia protendatur, & omnes proportiones reducantur ad ipsam. Verum antequam consonantias prosequar, admonendi sumus, quem Græci Logon nominant,nos rationem proportionemq; nominare,& quam illi Analogiam,nos rationis comparationem siue similitudinem rationis & proportionalitatem rursus,appellatione uere tam eleganti quàm propria. Et proportionem quidem inter duos fieri terminos: & quando rite fit, conducens uidelicet ad melodias, definiri mutuam duarum quantitatum inter se commensurabilium habitudinem, ut dupla inter unum atque duo, & sesquialtera inter duo atque tria, similesq; deinceps. Proportionalitatem uero definiri mutuam duarum proportionum comparationem. Ceu quando dicimus, quemadmodum se habent duo ad quatuor, ita quatuor se habent ad octo, per rationem uidelicet utrobique duplam.Quæ quidem comparatio, quia inter tres fit terminos,continua nominatur.Discreta uero est, quoties inter plures efficitur, ceu quando ita conferimus: Sicut duo ad quatuor, ita octo ad sexdecim sese habent. Item comparationem eiusmodi esse triplicem, scilicet arithmeticam, geometricam & harmonicam. Arithmeticam in numeri paritate consistere.Sicut inter tria & septem medius est quinarius,numero eodem, scilicet binario alterum terminum superans, ab altero superatus, per proportionem utrinque bipartientem. Geometricam uero in rationis æqualitate sitam esse, in qua sunt multiplex atque superparticularis:quando uidelicet ita comparamus, sicut se habent tria ad nouem, ita nouem ad septem atque uiginti, nam utrobique tripla. Item quod est nouenarius iuxta senarium, idem est senarius iuxta quaternarium. Nam & hic, & ibi est proportio sesquialtera. Denique proportionem harmonicam in quadam similitudine collocant, per quam tribus terminis in ordinem positis, sicut maximus terminus aspicit, minimum, similiter differentia inter terminos maior minorem respicit differentiam. Si enim ponas tria, quatuor, sex, differentia inter sex & quatuor est binarius: differentia inter quatuor & tria, unitas. sicut autem inter sex & tria dupla ratio est, ita inter duo & unum est ratio dupla. Viget hic altera quoque similitudo, scilicet portionum: Simili namq; extremorum portione medius terminus excedit atque exceditur. Quaternarius enim superatur à senario per tertiam senarij partem: superat quoque ternarium tertia ternarij parte. In hac utique artificium uersatur harmonicum, quod proportiones quidem superpartientes quasi disgregatas dissonasq; deuitat, multiplices autem & superparticulares admittit, componens duplas ex sesquialtera atque sesquitertia, per harmonicam qualem diximus rationem concordi uarietate gaudentem. Amat uero quemadmodum dicebamus comparationes multiplices, necnon superparticulares, ea insuper ratione,quòd in his tanta est ad idem restituendum procliuitas,ut quando plures rationis eiusdem inuicem componuntur, medium

medium in se ductum tantundem multiplicet quantum extrema si inuicem perducantur.Pone duo,quatuor,octo:sicut autem bis octo,sic ter quater quatuor,sexdecim procreant.Item pone,quatuor,sex,nouem:sicut ergo quater nouem,sic etiã sexies sex multiplicãt sex atq; triginta. Similiter si duo inter extrema media interieceris,puta inter duo atq; sexdecim posueris quatuor atq; octo.Omnes enim hi deinceps numeri dupla proximum ratione conspiciunt. Si ergo duo in sexdecim ducas,tantundem reportabis,ac si quatuor in octo perduxeris. Idem contingit in cæteris tam superparticularibus quàm multiplicibus.In superpartientibus autem non fit idem. Dispone tria, quinq;, septem. Sicut à septenario ad quinarium est habitudo superbipartiens,sic à quinario ad ternarium. Vtrobiq; enim duæ quædam partes toti insuper apponuntur. Si ducas ternarium in septenarium,non eundem numerum procreabis, ac si quinarium in seipsum. Primo itaq; gradu sunt multiplices:quoniam præter id quod modo dicebamus,per eas numeri omnes respiciunt etiam unitatem, dum aspiciunt numeros.Secundo gradu superparticulares:quia & si unitatem ipsam non spectant, semper tamen unam quandam spectant partem ad integrum unum accommodatam.Tertio superpartientes:quia horum neutrũ uidentur aspicere.Quamobrem hanc odit habitudinem facultas harmonica,tanquam concordiæ reluctantem.Optat enim, uel ex ipsa æqualitatis proportione uniuocum unisonumq; conficere: uel ex rationali, id est multiplici & superparticulari inæqualitatis proportione,æquinocum æquisonumq; constare.Talem uero æquisonum constat ex dupla,qualis unisono sit quam proximus:quia in dupla & minor terminus maiorem metitur,metiendoq; adæquat:et maior ubi minorem superat,non alio numero quàm ipsomet minore,ut ita dixerim,exuperare uidetur.

QVOD IN MVSICIS CONSONANTIIS VNVM EX MVLtis efficitur,per quod consonantia definitur. Cap.XXX.

QVEMADMODVM medici peritissimi certos inuicem succos certa quadam ratione commiscent, per quam in unam nouamq; formam plures atq; diuersæ materiæ coeant, & ultra uim elementalem uirtutem quoque cœlestem mirifice nanciscantur, quod in Mithridatis confectione, & Andromachi Theriaca est manifestum:similiter artificiosissimi Musici grauissimas uoces quasi materias frigidas, uoces item acutissimas quasi calidas,rursus mediocriter graues ut humidas mediocriter, & acutas ut siccas,tanta ratione contemperant,ut una quædam forma fiat ex pluribus,quæ ultra uocalem uirtutem consequatur insuper & cœlestem.Quod quidem ex eo quod Democritus Theophrastusq; aiunt,& Pythagoras esse actu probauit,euidenter apparet. nam certis concentibus morbi quidam tam corporis quàm animi mirabiliter curari dicuntur,ut non mirum sit ueteres sapientes in idem,id est,Apollineum numerum,tam medicinæ quàm musicæ originem retulisse.Vtraq; enim medicina est.Sed altera quidem ex corpore animam,altera uero ex anima curat corpus.Accommodatissime etiam Apollini melodiæ fonti uaticinium tribuerunt.Sola enim melodia ab omnibus quotcunq; distrahunt animũ retrahens,contrahit in seipsum,in auditum quendam,ut ita loquar,interiorem:quo non uoces solum,sed & rationes uocum percipiuntur.Sedatisq; perturbationibus cœlesti contemperat harmoniæ, diuinaq; cœlitus effundit oracula. Sed ne quis forsan neget ex acuta grauiq; uoce tertiam fieri communemq; uocalem formam,cogitandum est graues uoces acutis perfectius commisceri posse, quàm succis succi permisceri dicantur. Primo, quia uocales materiæ ob subtilitatem suam continuumq; motum uniformemq; in cunctis corporis aerei qualitatem,facilius consummatiusq; quàm succi & crassi, et ad motum ineptiores,& qualitatibus admodum discrepantes, conflantur in unum, quòd si in unum,ergo ad unam nouamq; formam aptius parantur concipiendam.Deinde quoniam instrumentum uocis naturale,intrinsecum, uirtuti uitali,animali,rationali quàm proximum atq; obedientissimum,facilius perfectiusq; arti obtemperat musicæ,ad unumipsum quo spectat conficiendum,quàm extrinseca medicis instrumenta:atq; etiam si pulsetur cithara digitis,fidelius obsequitur musici uoto fides,quàm medicis herbæ.Ac si in herbarum congestam molem ultra industriam & operam medicorũ agit deinde natura,& tempore quidem certo, multo magis in uocalem materiam tractabilem admodum & formabilem agit natura subito: natura inquam ubique uiuens uiribusq; munita cœlestibus in materiam cœlo similiorem & quasi uiuam. cui quidem repente nouam, uiuam, mirificam adhibet formam, per quam occulta uirtute uires suas in corpus experiatur & animum. Proinde quemadmodum in corpore ex elementis quatuor naturaliter constituto, qualitates elementorum quatuor, unam, & ut quidam nominant, quintam conficiunt complexionem, uidelicet subiectam uirtuti speciali occultis modis cœlitus prouenturæ: sic & uoces plures rite commixtæ unum quendam inuicem resonant reboatum uirtutis nouæ atque mirabilis fundamentum.Nam si ex sonante cithara in citharam similiter temperatam resonat repente nonnihil: & ex chorda uibrata, statim in chordam æque tentam transit uibratio similis: cuinam dubium sit ex pluribus uocibus una quadam ratione conflatis, unam subito nasci quasi formam communem cunctis, per quam plura sint unum, ideoq; ut unum percipiantur à sensu, & in unum quendam congrediantur effectum. Constat enim idem ex uoluptate sensus, in quo cum una forma fit ex multis, oblectatio plena prouenit ex una similiter formata, quæ congrue conficiatur ex multis. Hinc fit, ut audire diutius unisonum tædeat, in quo sine ulla inæqualitate sentiatur æqualitas. Fit insuper, ut dissonus offendat sonus, in quo unum differentia non constrant. ideoq; multa perspicue discernuntur à sensu, & ab ipso quasi gustantur ut multa. Gustantur inquam, quia sic fermè ad uocum, ut gustus ad saporum afficitur mixtionem. Hinc propheticum illud: Dulciora melle ori meo eloquia tua domine. Denique sine graues soni acutos absorbeant, siue acuti graues occupent, non prouenit delectatio, & tamen unio quædam ubique requiritur. Quum uero unio, uel ex absorbente, uel ex occupante non placeat, reliquum est ut sola placeat, quæ noua & efficax ex moderata quadam conflatione resultat. Hinc igitur consonantia definitur, soni gratiis & acuti mixtura uniformiter ad aures suauiterque accedens. Est autem mixtura hæc ei similis, quæ in saporibus gustui

Universidad de Deusto
Biblioteca

gustui satisfacit:in quibus sapor dulcis nimium atq; pinguis,uoci remissiori admodum grauioriq; similis iudicatur:sapor autem acutissimus,acutissimæ.Sed dulcis sapor acrimoniæ mixtus,uocem refert moderate grauem. Mixtus uero salsedini,uel acumini,mediocriter acutam repræsentare uidetur. Ac tum demum permixtio multiplex implet sensum,quum non discernitur ut multiformis,sed seipsam insinuat uniformem.Tradunt Physici sonum in orbicularem figuram multis gradatim amplificatam circulis ad aures peruenire,nō aliter quàm qui in stagno ex iactu lapidis ab alto circuli multipli cantur ad littus.Concentum uero ex grauibus acutisq; conflatum,uelut unam formam,& hanc rotundam quidem, sed oualem illabi auribus arbitrantur.In qua quidem octaua uox quasi per acutiorem uerticem,uocis primæ latitudinem sibi cōtinuant,ex seipsa atq; prima unam iam conflat uocem:atq; sicut oculus oualem rotunditatem tanquam unam uidet figuram,quamuis hinc latam magis,inde minus:sic auditus uocem ex graui octauaq; resultantem hauriт tanquā unā, ab amplo quodā profundo quasi in acutā sublimitatem oui instar gradatim sese ac suauiter attollentem. Hinc fieri arbitramur, ut & natura eiusmodi quasi figuram audiendi instrumento tribuerit,similemq; instrumento loquendi,& ars præterea similem quoad fieri potuit musicis instrumentis.Ea certe consonantiora sunt, quæ ouali figuræ propinquiora.

QVAE CONSONANTIAE EX QVIBVS PROPORtionibus oriantur. Cap.XXXI.

PYTHAGORAM ferunt,quum apud ærarios fabros annotauisset ex malleorum ictibus consonantiam lege ponderum prouenire,collegisse numeros,quibus sibi consentiens diuersitas ponderum continebatur.deinde tetendisse neruos tam uarijs ponderibus alligatis,quàm uaria in malleis fuisse didicerat:atque hinc manifeste considerauisse,ex neruo qui super alium sesquioctaua ratione protendebatur,aduersus alium discerni totum,id est plenum integrumq; sonum,qualis erat nouem ad octo proportio. Neque potuisse tonum in duo hemitonia inter se æqualia distribuere,quando neque nouenarius in partes duas secaretur æquales:sed inuenisse hemitonium alterum quidem esse paulo maius dimidio,alterū uero paulo dimidio minus,quod ille Diesim,Plato Limma uocauit.Quantum uero deficiat hemitonium minus ab integro tono,& à uero hemitonio,Plato in interuallo horum indicat numerorum, scilicet inter ducenta quadraginta tria, atq; ducenta quinquaginta sex.Quum enim octaua pars minoris illius numeri sit triginta, & prope semis, hic uero maior numerus super minorem illum addat duntaxat tredecim,neque tonum reddit,neque integrum hemitonium. Animaduertit deinde Pythagoras integram plenamq; toni,ut ita dixerim,latitudinem duobus sonis & uno interuallo constare: atq; ita prima consonantiæ adeptus est elementa.Quarum prima Diapason extitit,ex prima uidelicet proportione, id est dupla resultans,ubi scilicet chorda hæc super illam ex duplo pondere,duplo magis tenta,dum pulsarentur ambæ,duplo uehementius citiusq; in suam sese recipiens rectitudinem,uocem longe acutiorem uicissim longe grauiori reddebat,adeo tamen amicā, ut quasi unicus appareret sonus seipso hinc angustior,inde amplior.Sonum hunc ubi occurrebat acutior,modulando metitus est in octauo altitudinis gradu à graui,connumerato uidelicet graui,esse locatum:item octo quidem sonis, & interuallis septem,tonis autem sex fermè constare.Præterea ubi inter fides ratio intentionis remissionisq; sesquitertia erat, inuenit consonantiam Diatessaron,tonos quidem duos,& hemitonium minus,sonos autem quatuor,et interualla tria comprehendentem.In sesquialtera uero reperit Diapente,& in hac tonos tres,& hemitonium minus,sonos uero quinque, et quatuor interualla percepit.Animaduertit deinde diapason ex diatessaron & diapente componi: quia ratio dupla quæ gignit diapason,ubi habet medium,ex sesquitertia & sesquialtera,ex quibus illæ fiunt,constituatur. Prima enim dupla medium habens duorum est ad quatuor,composita ex sesquialtera inter tria atque duo, & ex sesquitertia inter quatuor atque tria.Sed in habitudine tripla diapason diapente considerauit,habentem sonos quidem duodecim, sed undecim interualla.Nam diapason quidem in dupla,diapente uero in sesquialtera sedem habet.At sesquialtera duplæ continuata effecit triplam.Sex enim aduersus tria dupla est.Adde nouem,unde ad sex nascitur sesquialtera, statim triplam à nouem habebis ad tria.Neque tamen fit tripla, si duplæ adieceris sesquitertiam, utpote si illi senario adiunxeris octonarium.deest enim sesquioctaua scilicet nouem ad octo.Et quoniam sesquitertiaduplæ addita,fit superpartiens,ut octo ad tria:est enim hic habitudo dupla superbi partiens per bissesquitertiam:ideo Pythagoras prohibuit ultra duplam,id est diapason repercte continuare per sesquitertiam diatessaron: quamuis Ptolemæus alicubi subiunctionem hanc admittat. Commode uero adiungitur sesquitertia triplæ.hinc enim fit proportio quadrupla,& per quadruplam consonantiam disdiapason,habēs sonos quindecim & quatuordecim interualla: puta si posita tripla inter nouem atq; tria,subiunxeris duodenarium, qui est aduersus nouenarium sesquitertius,acquires subito quadruplam ex duodecim ad tria nascentem. Vltra uero quadruplam progredi uetat gratia melodiæ, non solum quia ex uehementiori motu fractioneq; in sensum prouenit uiolentia, sed etiam quia cum primum ultra primam quadruplam quincupla nascitur inter quinque atque quatuor,oritur simul superbi partiens inter quinque atque tria,quæ dissonantiam intermiscet.Sed ut citra quadruplam redeamus,uetat etiam uitandi torporis gratia infra sesquitertiam sæpe descendere.Vetat sesquitertias sæpe duas continuare,tum quia alioquin displicent,tum quia non implent duplam atque Diapason.Si disponas nouem,duodecim,sexdecim,sesquitertias quidē duas habes,duplam uero nequàquam deest enim sesquioctaua,scilicet decem & octo,ad sexdecim,ut dupla à decem et octo nascatur ad nouem.Neque libenter geminas continuat sesquialteras. hæ nanque continuæ duplam superant sesquioctauā. Quod quidem si quatuor,sex,nouem descripseris,deprehendere poteris.Hic enim duæ sunt proximæ sesquialteræ à quatuor usque ad nouem.Nouenarius autem octonarium,qui duplus est ad quatuor, sesquioctaua superat portione.Ex hoc uero apparet potentiam sesquialteræ duplæ dimidio esse maiorem.Ex quo etiam patet potentiam sesquitertiæ tantundem dimidio esse minorem:quandoquidem ex ambabus dupla creatur.Superatur quidem sesquitertia à sesquialtera per octauam


uam unicam portionem.Ab octo enim ad sex habes sesquitertiam,sed à nouem ad sex habes sesquialteram. At uero à nouem ad octo sesquioctauam:& hac ipsa sesquioctaua parte comprehendis sesquitertiam à sesquialtera superari.Meminisse uero oportet Diatessaron,id est comparationem sonorum quatuor ad quartam altitudinem ascendentium per se quidem auditam non approbari,recipi tamen ex eo libenter,qui facile tono addito fit Diapente gratissima uocis quintæ concordia.item quia si cum Diapente connectitur,Diapason conficit omnium perfectissimam.Neq; uero turbare quenquam debet,quod cum dixerimus Diatessaron quidē quatuor,Diapente uero quinq; sonos habere,tamen Diapason ex utrisq; compositam sonos non plures dicamus habere quàm octo.Nam ubi de compositis agimus consonantijs,ita in quatrichordis inuicem coniugatis fides ipsas disponimus,sonosq; continuamus,ut ultimus primæ consonantiæ sonus, sit primus secundæ in ipsa compositione sequentis.Hinc ergo res admonet,ut ad septichordum Terpandri regrediamur,in quo quarta chorda bis pulsatur,ut quodammodo euadat octochordum.Quam quidem coniugationem propterea secutus, ut arbitror,est Terpander,quia multiplicatio uocum manifeste inter se discrepantium ad sonum usq; septimum augetur. Octauus autem iam mira quadam similitudine redit ad primum: quemadmodum & ratio dupla per quam creatur, restituit minorem quem superat numerum,dum eundem excedit eodem.Nonus reuertitur ad secundum, & dissonat ut secundus. Decimus ad tertium,& consonat sicut tertius.Vndecimus ad quartum.Duodecimus ad quintum.Ad sextum tertiusdecimus.Sed quartusdecimus redit ad septimum. Deniq; quintusdecimus ad octauum,& cum octauo simul ad primum. Primum uero grauissimumq; sonum Hypaten nominant.Sequentem,Parypaten.Tertium,Lichanon.Quartū,Mesen. Quintum,Parameſen aut triten.Sextum,Paraneten.Septimum sonum uero,Neten.Præterea si in qualitate motuq; diuturno cōparatio fiat,Hypaten cum Saturno,sequentesq; sequentibus planetis ordine conferemus.Sin autem in motu diurno eiusq; celeritate uel tarditate,uicissim Hypaten cum Luna,sequentesq; deinceps cum planetis superioribus comparabimus. Inueniemusq; graues in cœlo sonos mixtos acutis,eosdemq; orbes altero quidem motu acutum tonū edere,altero uero grauem.Item ex ingentibus globis ingentes,ex diuinis diuinos,ex multiplicibus reuolutionibus pari ratione multiplices. Et quemadmodum ultrà septimum sonum reuolutio fit in idem,sic super planetarum septem distinctos orbes,omnia reuoluit in unum orbem,in seipso eiusmodi septenarium mirabiliter complectentem.Sed de his alias. Redeamus ad consonantias, eāq; iam fine proprio concludamus.Hæ quidem tres apud ueteres numerantur.Prima Diatonica,in qua quodlibet quadrichordum per hemitonium minus procedit,& tonum atq; tonum,quam tum sapientes alij,tum Plato uel maxime ante alias comprobant,tanquam maxime omnium naturalem.quandoquidem ab hemitonio minore quasi molli materia ritu naturæ procedit ad ualidiorem toni materiam,formamq; habet simplicem, & mansuetam simul atq; robustam. Adde quod potissimum conuenit quadrichordo,in quo Diatessaron ex geminis tonis & hemitonio procreatur. Secundi consonantia,Chromatica nuncupatur,quæ per Hemitonium minus atq; Hemitonium maius,& Triemitonium, discurre consueuit,sed hanc utpote molliorem philosophi reprobant.Tertia nominatur Harmonica,progrediens per quartam ferme toni partem,rursusq; per quartam similem atq; Ditonum.Hanc quoq; non probant ob perceptionis & usus superfluam difficultatem.Multa uero quæ in præsentia ad eadem spectantia prætermittimus,in octauo Epistolarum nostrarum libro diligentius pertractamus.

DE HARMONICA ANIMAE COMPOSITIONE Cap. XXXII.

DEVS Animam mundi procreaturus,eam ex indiuidua atq; diuidua conflauit essentia. Prima hæc apud Platonem diuisio,in essentiam scilicet & indiuisibilem proprietatem atq; diuisibilem, est communissima.Nam quod indiuiduum dicit,continet in se quod neq; secundum locum secatur in partem extra partem,neq; secundum tempus à priori diffluit in posterius. Per primum quidem appellatur idem:per secundum status & stabile.Similiter quod diuiduum nuncupatur,in seipso complectitur et quod loco diffunditur,& quod tempore labitur.Per primum quidem appellatur alterum: per secundum motus & mobile:motus inquam in naturalibus.Quapropter sub illa diuisione quæ dicebat animam ex essentia indiuidua & diuidua glomerari,quinq; rerum genera quodammodo continentur,essentia,idem,alterum,status,motus. Plato uero breuitatis gratia non replicat quinq; sed tria.Repetit enim essentiam,idem,alterum, quasi sufficiant. Nam ad idē quidem sequitur status,ad alterum uero motus. Atq; uicissim ad statum sequitur idem,ad motum similiter alterum.Inquit autem deum ex essentia,& eodem,et altero unam conflauisse naturam tum exacta commixtione,ut in essentia eius ubiq; idem inesset & alterum,atque uicissim in ipso eius eodem inesset & alterum essentia,rursus in ipso eius altero & essentia lateret & idem.Nam essentia per idem habet ut & secum ipsa alijsq; congruat:per alterum,& quodammodo in se distinguitur,& multo magis à cæteris.Idem uero & alterum ambo ut existant ab essentia fortiuntur.Sed idem à seipso conuenientiam possidet,ab altero differentiam.Ipsum uero alterum à se quidem differentiam, sed ab eodem cōgruitatem simul & ordinem.Horum uero congeriem generum Plato conducere putat animæ ad res omnes,tum iudicandas,tum etiā peragendas.Nempe,quoniam ex essentia constat,quid sit unumquodq; definit:quia ex eodem,cognoscit quid simplex: & si compositum,qua unione coniunctum,& quomodo secum ipsum alijsq; consentiat:quia ex altero,quid sit diuersitatis in quolibet,& qua conditione uel in se digeratur,uel secernatur à cæteris:quoniam ex statu,quale & quo pacto,quoduis in seipso permaneat:quia ex motu constat,agnoscit à quali res quæq;,& quali ratione dependeat,item qualia & quomodo faciat.Præterea per essentiam,dat esse rebus:per idem,res sibi coniungit & alijs:per alterum uero seiungit:per statum in natura propria confirmat & ordine: per motum mouet,& efficit ut moueantur & agant. Quamobrem non immerito Plato in anima fabricanda, rerum omnium genera certa quadam ratione commiscet.Mixta uero hæc inuicem ait harmo

Universidad de Deusto
Biblioteca

nica ratione,non arithmetica,alioquin iniusta foret alicubi distributio: neq; geometrica tantum proportione, alioquin tanta foret æqualitas in mixtura,ut cum extrema corporum diuersitate proxime conspirare non posset. At harmonica ratio uariorum similitudine constans, & dissimilia facit similia, & inæqualia communi quadam æqualitate connectit. Eiusmodi autem est animæ,tum ad seipsam,tum ad corpora qualitas & officium. Siue enim agat secum ipsa,tam intelligentiæ ut ita loquar,identitati quandam miscet alteritatem, quam rationis alteritati quandam identitatem. Similiter in imaginatione facit & sensu. Siue agat in corpus in ordine quodã stabili quasi identitate producit motionis alteritatem: quod apparet in cœlo:item sub cœlo in ipsa generationis alteritate per continuatum ordinem seruat identitatem:& utrobiq; conseruat essentiam atq; restituit. Quamobrem deus animam mundi componens, utitur harmonica ratione, tum in rerum generibus inuicem commiscendis,tum in portionibus ipsis,quas ab eis accipiebat ad animam componendam, tum in animæ uiribus ortum eius uestigio comitantibus,tum in mundi sphæris animæ congruentibus. Talem uero mixturam animæ conuenire,Plato non solum rationibus perscrutatus est, sed etiam coniecturis acceptis à mundo diligenter auspicatus. Cum enim mundi corpus,& sub anima positum,& eius gratia factum, & ab ea rectum,motum reformatum contemplaretur,naturæ consentaneum iudicauit, ut à figura mundi uelut imagine, formam quandam eius animæ tanquam exemplar coniectaremus. Quibus itaq; proportionibus sphæras mundi compositas,dispositas,agitatas,suscipiebat, eisdẽ fermẽ,id est harmonicis rationibus eius animam auguratus est esse contemperatam: ut quemadmodum apud musicos à concentu artificiosæ mentis profluit & concentus in uocem. sic ab harmonia cœlestis animæ in mundum transeat harmonia. Sed Platonem ipsum iam audiamus. Vnam principio accepit portionem ex uniuerso. Secundam uero primæ partis duplam. Deinde tertiam, quæ secundæ quidem sesquialtera esset, primæ uero tripla. Postea quartam, secundæ duplam. Quintam deinceps,tertiæ triplam. Sextam primæ octuplam. Postremo septimam,quæ partibus sex & uiginti primam excederet. Hæc ille. Constituamus ergo triangulum in cuius apice locata sit unitas,à qua terni utrinq; numeri profluant,hinc pares,inde similiter impares:hac uidelicet ratione,ut à parte altera post unitatem primum duo, deinde quatuor,demum octo:altera ex parte sub unitate similiter primum tria, deinde nouem, postremo septem atq; uiginti. Prima itaq; portio quam accipit deus ex ipso generum,ut ita loquar, fermento ad animam effingendam,est unitas. Secunda binarius,primæ duplus. Tertia uero ternarius, cuius ratio tripla est primæ,hoc unitatis,sesquialtera uero secundæ,id est binarij. Quarta portio quaternarius, duplus secundæ,hoc est binarij. Quinta nouenarius, cuius tripla ratio tertiæ,id est ternarij. Sexta octonarius,cuius octupla ad primam,ideſt unitatem proportio. Septima uigintiseptem,ratio quidem ad nouenarium tripla,unitatem uero excedẽs partibus sex atque uiginti. In his utiq; numeris rationes omnes comprehendit harmonicas. Nam in sesquioctaua inter nouem & octo proportione, progenuit tonum Musis nouem obtemperantem. In sesquialtera inter tria & duo Diapente,gratiam uocis quintæ Veneream. In sesquitertia inter quatuor atq; tria Diatessaron Mercuriale uocis quartæ naturam,sese consonantijs accommodantem. In dupla,inter duo et unũ,item inter quatuor & duo, rursus inter octo et quatuor,Diapason,id est uniuersam et absolutam octauæ uocis peperit melodiam Apollini delicatam, in tripla inter tria & unum,item nouem inter & tria,rursus uiginti septem atq; nouem,Diapason Diapente,id est octauæ simul & quintæ Ionialem composuit symphoniam. In quadrupla inter quatuor & unum,& octo atq; duo, symphoniam contexuit Diapason,iterum per sonos quindecim Apollini concinentem. Venustatem uero,tum uocis tertiæ,principijs inseruit Diatessaron,tum uocis sextæ,finibus subnexuit Diapente:ut delicatiori uocis utriusq; mollitie,hinc quidem secundæ uocis, inde uero septimæ asperitas leniretur. Ita enim tertia uox,& sexta sunt mollitie similes,sicut secunda cadens à prima, item septima degenerans ab octaua,sunt asperitate persimiles. Principio ubi deum ait accepisse portiones septem, mysterium tetigit,tum in musica,tum etiam in natura. In musica quidem,quoniam ad septimum usq; gradum omnis uocum progressio ditur discrepantia:post quem fit ad eandem reuolutio. In natura uero, tum quia multa per septenarium in naturalibus transiguntur, qua de re cæteri Platonici satis multa dixerunt:tum quia septenarius unitatem habet, ut copulam geminæ trinitatis:atq; ex his geminis & seipsa rursus explicat trinitatem. Eiusmodi uero est uniuersi similitudo. Quod quidem in tria principia distribuitur. Vnde Plato hic ternarium commendauit. Distribuitur inquam in æterna & temporalia, horumq; media. Aeterna sub trinitatis proprietate possident in essentia quidem simplicitatem,in uirtute uero stabilitatem, in actione reflexionem. Temporalia uicißim in trina dimensione compositionem habent essentiæ,iterum uirtutis mobilitatem, actionis denig; transitum. Inter has uero trinitates æternorum atq; temporalium,anima medium obtinens, gradatim efficit septimum. Efficit quoq; nonum,hic etiam à Platone laudatum. Nonum inquam,quoniam ipsa tres habet uultus. Nã & ad seipsam,& ad superiora,inferioráq; conuertitur. Iuuat hic antequam reuertar ad septenarium, parumper adhuc ternarium unà cum nouenario commendare. Trinitas numerorum prima,principium & medium, finemq; rerum continere uidetur,atq; sola inter numeros ratione quadam indiuidua continere. Siquidem singula hæc singulis significat unitatibus. Præterea siue causas rerum percurrere libeat,triplicem in causis inuenies proprietatem. Sunt enim causæ in seipsis, efficiunt,effectus,& factos reducendo perficiunt. Siue ad effectus descendas considerandos,deprehendes similiter trinitatem. Nam & effectus sunt in causis,procedunt ab illis, conuertuntur ad illas. Siue ad animam te contuleris, quæ sublimes causæ cũ infimis connectit effectibus,aspicies eam in seipsa manentem & declinantẽ ad effectus, & ad causas ascendentem. Atqui hæc anima triplici septenario regit mundum. Primo quidem occultis quibusdam septem utribus planetarum in firmamento per causas dominantium. Secundo septem planetarum formis,in globis septem firmamento subiectis. Tertio septem muneribus planetarum,generationem sub Luna regentibus. Quippe cum sub Luna,iuuificum quidem lumen Soli,calor autem urens Marti subijciatur:in terra superficies uaria Mercurio,moles autem tota Saturno. At in me-



dijs regnat humor: & aerius quidem obtemperat Ioui, Aqueus uero Lunæ, Mixtus deniq; Veneri. Item agentes causæ sequuntur Solem, Materiæ Lunam: Fœcunditas causarum agentium Iouem: Materiarum fœcunditas Venerem: Expeditio ad effectum uelox Martem atq; Mercurium. Illum quidem propter uehementiam, hunc autem ob ipsam dexteritatẽ multiformemq; uirtutem. Cunctorum uera continuatio permanens Saturno potißimum dedicatur. Cæterum hic per tres septenarios ordo progreditur à septenarijs, qui secundum tres animæ mundanæ uires distribuuntur. In hac enim intelligentia est circulus stabilis. Circulus quidem, quia illuc unde est, reflectitur. Stabilis, quia subito. Sub intelligentia quasi sub firmamento tres sunt uires, scilicet ratio uniuersalis, imaginatio, uegetatio. In ratione sunt tres circuli quodammodo mobiles atq; temporales. Primus ab anima ad causam amandam, atq; uicißim, naturali quodam instinctu clam ita ferente. Secundus à rerum causis ad effectus considerandos, atq; conuerso. Tertius à formis ideisq; magis uniuersalibus ad minus uniuersales decursus uicißimq; recursus. In reliquis duabus animæ uiribus omnino sunt circuli quatuor similiter temporales, in utraque bini. Primus ad causam suam reflexio naturalis. Secundus, ab eisdem formis ad easdem certa quadam interuallis certis & perpetua reuolutio, per quam & in cœlo configurationum, & sub cœlo transformationum temporalis & certa reuolutio prouenit. Itaq; circuitus generationis necessario cœli circuitum sequitur, hic uero circuitum animæ. Reuolutio animæ orbem intelligentiæ comitatur. Motus quidem animæ, si ab intelligentia penitus deferatur, statim tam in percipiendo quàm in agendo, solum transibit in rectum. Quod autem repetat semetipsam, similesq; per alia gyros glomeret, sortitur ab intellectu quodam superiore, qui & manens in se, & subito conuersus in causam, largitur intelligentiam animæ, per quam quasi porrectam manum sistit animam natura propria uagabundam: motumq; eius irrequietum, et ad rectam extra se lineam naturaliter proniorem retorquet in orbem medium inter motum rectum atq; quietem. Hinc anima in semet reditura meat, mentemq; profundam circuit, & simili conuertit imagine cœlum. Sed de his in Theologia diffusius. Redeamus ad numeros.

SVMMA NVMERORVM HARMONICORVM AD COMPOsitionem Animæ conducentium. Cap. XXXIII.

VNITAS in superiori figura significat ipsam animæ unitatem, simplicitatemq; sublimem, & propriam diuinæ unitatis imaginem, & in ipsa manentem. Dualitas processum animæ in proprietatem suam unitate inferiorem, & quadam iam ratione multiplicem. Trinitas regressum eius ad unitatem, tum propriam, tum diuinam. Quatrinitas progressionem animæ à se in materiam quatuor elementorum gradibus digerendam. Septenarius uirtutem eius per septem planetarum sphæras elementa reducturam. Octonarius uim per octauam sphæram planetas gubernaturam. Nouenarius munus animæ octo sphæras in unam formam conciliaturum. Viginti septem numeri summa, plenitudinem eius omnia in omnibus collecturam. Nã uiginti septem summa supradictos numeros continet, atq; ex illis deinceps ordine positis, ut computati patet, impletur. Neq; ab re pares in figura, & impares numeri describuntur, quo per pares quidem natura animæ diuisibilis, per impares autem indiuisibilis cogitetur, & fœminea simul uirtus, & masecula. Colliguntur quoq; numeri lineares, & superficiales, & solidi: ut cognoscamus animam penetrare per omnia, & amplificari passim penitusq; implere. Descendit utrunq; figuræ latus ad solidum utrinq; numerum. Hinc quidem ad octo inter pares, inde uero inter impares ad septem atque uiginti. Vt cogitemus animam utraque solida, scilicet tam composita quam simplicia prorsus implere. Inter ualla uero numerorum dupla & tripla & reliqua quæ prædiximus, quid proprie in anima sibi uelint, & si apud Platonicos adhuc est ignotum, licet tamen in præsentia forsan hunc in modum, ut ita dicam, uaticinari. Describatur itaque triangulus iterum, in cuius summitate sit essentia. In latere uero ubi numeri impares describebantur, designetur infinitudo, & deinceps alteritas atque motus. At in latere ubi disponebantur pares, sit terminus, deinde identitas per ordinem statusq; sequatur. Hic quidem septem similiter habebimus limites, quorum anima sub eadem ad se inuicem ratione forsitan particeps fingi potest, sub qua ab initio descripti limites numerorum inuicem se respiciũt, ut anima eiusmodi proprtione tam quinque rerum genera, quàm duo generum elementa, ideſt terminum infinitudinemq; participet. Sit igitur exempli gratia comparatio essentiæ ad cuncta simul coniuncta, sesquioctaua. Forma enim totius cõmunis uno saltem excedit gradu quasi tono, proprias partium qualitates. Sit sub essentia infinitudo, id est, formabilis aptitudo. Comitetur hanc terminus, uelut ipsius forma. Sitq; termini ad infinitudinem proportio dupla. superari enim oportet ab actu potentiam. patiendi infinitudinem sequatur alteritas, sed terminum comitetur identitas. Atque hæc ipsa identitas alteritatem superet sesquialtera ratione. Post hæc sequatur motus alteritatem, Status autẽ identitatem. Supereq; status motum proportione sesquitertia. Quod Plato significauit, dicens hæc ab illis uix superari. Quod si proportiones hic explicatas consideraueris, inuenies insuper triplas & quadruplas, sicut ab initio patuit in figura. Nam motum quidem ad infinitudinem, inuenies esse triplum, Statum uero ad eandem quadruplum. Cæterum ut excogitare possimus harmonicã participandi proportionem in anima, non solum secundum quinque rerum genera & elementa duo, uerumetiam secundum uires proprias, septem gradibus distributas, reddamus tam singulas animæ uires, singulis uel generibus uel elementis. Sũt



autem hæ uires,unitas,intelligentia,uoluntas,ratio,imaginatio,uis connectendi,uis generandi.Postremas uero has duas uires sæpe sub una uel naturæ uel uegetationis appellatione complectimur. Coeramus igitur hoc pacto, scilicet animæ unitatem,essentiæ:Voluntatem infinitudini:Intelligentiam termino:Imaginationem alteritati:Rationem identitati: Generandi uim,motui:Connectendi uirtutem,stabilitati.Similesq; superiorum inter has uires,proportiones excogitemus. At si æquales in anima proportiones rerum alibi esse diximus,non Arithmeticam paritatem,sed æqualitatem harmonicam intelligi uolebamus.

PER INTERVALLA SPHAERARVM PLATO INTERVALLA rationum inter animæ partes aucupatur. Cap. XXXIIII.

QVEMADMODVM ex imaginis lineamentis sæpe uiuentis formæ lineamenta conijcimus,sic ex hoc imaginario cœlestis animæ uultu,quem in speculari materia mundi conspicimus,ueram eius faciem pro uiribus coniectamus.Dupla igitur & tripla et cætera interualla in prima numerorum figura descripta, Plato inuenirj arbitratus in sphæris,ad animæ partes & uires,unde in sphæras translata sunt retulit.Putauit enim quantum spatij à terra usque ad lunam extat,duplum à terra ad solem usque protendi: quantumq; ab ipsa usq; ad solem:triplum ab eadem esse ad Venerem. Rursus quantum à terra ad Venerem, quater tantum ab eadem ad Mercurium.Item quantum ad Mercurij stellam ab ipsa terra,nouies tantum à terra ad Martem. Et quantum à terra ad Martem,octies tantum à terra ad Iouem. Quantumq; à terra est usq; ad Iouem, septies & uicies tantum à terra usq; ad Saturni circum.Hic inter cætera uides graviores planetas Iouem atq; Saturnum utrinq; per solidos numeros designari.Et si alibi ex nonnullorum Pythagoricorum opinione, alias interuallorum mensuras recensui, Platonicas tamen probabiliores existimo.Per hæc autem forsan intelligi possunt quæ in decimo de Republica de sphæris obscurius inoluuntur.Item per illa quæ de numerorum proportionumq; uirtute tractauimus, coniectari possunt quæ in octauo de Republica de cœlesti circuitu,& numeris,& proportionibus implicantur.

QVOMODO REPLEANTVR DVPLORVM TRIPLORVMQ; numerorum interualla. Cap. XXXV.

PLATO postquam primam excogitauit figuram septem limites continentem, in qua duplæ atq; triplæ rationes comprehenduntur,deinceps alteram effingi iubet figuram,adeo maiores numeros complentem,ut ubi duplæ sesquitertijs sesquialterisq; replentur,hæ quoq; mediæ sesquioctauis sic impleantur,ut sesquitertiarum spatia tonum capiant.Describamus ergo figuram primæ similem.sed sentarium ponamus in apice,post quem longo spatio subdamus eius duplum,id est duodenarium, tdq; spatium occupemus octonario simul & nouenario.Deinde similiter longo spatio uigintiquatuor post duodecim describamus,et in hoc ipso spatio sexdecim decemq; & octo ponamus,eodem ordine inter uiginti quatuor & quadraginta octo, ut lut media triginta duo & triginta sex inserentes.Hactenus duplorum latus absoluimus.Deinceps uero triplorum spatia consummemus, procul à senario secernentes decem & octo senarij triplum,atq; inter eos nouē & duodecim desgnemus.Similiter inter decem & octo & quinquaginta quatuor eius triplum, uiginti septem & triginta sex, collocemus. Postremo à quinquaginta quatuor ad eius triplum,centum sexaginta duo,per gemina similiter media, scilicet octoginta unum centumq; & octo progrediamur.Vt ergo ad primam figuræ huius duplam habitudinem reuertamur,consideremus inter sex & duodecim mediotates duas,octo scilicet atq; nouem.Et octonariū quidē inter sex et duodecim ratione harmonica se habere. Nam & excedit senarium,tertia senarij portione et exceditur à duodenario,proportione similiter duodenarij tertia.Item ad senarium sesquitertius est,sed duodenarius ad ipsum est sesquialter.Præterea differentia inter duodecim atque octo quaternarius est.Differentia uero inter octo atq; sex, binarius,Sic igitur quatuor ad duo,sicut duodecim ad sex,duplicem continent rationem.In his uero quæ diximus artificium uerſatur harmonicum.Comparemus quoque nouem & ad sex per sesquialteram, & ad duodecim per sesquitertiam qualitatem,& ad octo per sesquioctauam proprietatem, quæ resonet tonus: intelligemus profecto hac ipsa sesquioctaua duos sesquitertios colligari,id est,octo ad sex,nouemq; ad duodecim. Neque deest medietas his numeris arithmetica:siquidem nouenarius senarium quidem excedit ternario, & à duodenario pariter ternario superatur.Similiter per rationes easdem in duplis sequentibus procedamus,colligantes duplas quidem per sesquitertias & sesquialteras:item sesquioctauas proportione sesquitertias geminas connectentes.Similiter ferme excepto tono per triplas discurrere licet.Quoniam uero sesquitertiæ rationes non solum ex duobus tonis fiunt,uerumetiam ex hemitonio,& hoc quidem minore,cui deest ad plenum hemitonium particula quædam,ideirco Plato inquit,in sesquitertijs portiunculam quandam esse relictam. Cæterum quidnam sibi uelit in anima figura hæc per ampliores numeros explicata,nondum satis uidetur à Platonicis explicatum, neque nos in præsentia explicabimus:nisi forsan dum plura ac saltem duo media inter extremos terminos collocat,subintelligi uelit genera rerum elementaq; in anima,quæ opposito se inuicem modo respiciunt,qualitates duas inter se inuicem reddere. Velut si ubi terminus tangit infinitudinem,indefinitam reportet termini qualitatem: atq; uicissim ubi infinitudo tangit terminum,determinatam infinitudinis subeat passionem:præterea & in termino fit infinitudo quodammodo terminalis,



minalis,& ulcissim in ipsa infinitudine terminus indefinite progrediens. Accedite ad hæc quòd & inter ipsas animæ uires talia quædam cogitari media possunt,& anima ad suipsius exemplar in mundo inter ea quæ longe distant, duo saltē media inserere consueuit.Tonus autem plenum significat motum pulsumq; animæ tam in seipsa quàm in cœlo. At hemitonium remissiorem in elementis,& usqueadeo à primo deficientem,ut perfectionis eius dimidia minorem suscipiat portionem.Totus deniq; superior de harmonia tractatus triplicem concordiam significare uidetur,scilicet inter animam atque corpus,& inter animæ partes inuicem,atq; inter partes corporis inuicem.

DIVISIO ANIMAE, MOTVS ET TEMPVS CAP. XXXVI.

VOD uero ait ipsam generum commixtionem in consummatione animæ fuisse consumptam, intelligo animam à deo processisse perfectam,ut suam ferme ideam impleuerit.Diuisio præterea in longū, ostendit proprium animæ motum naturaliter esse rectum,scilicet in sensum,& uegetandi siue mouendi naturam.Itē ob id secat in duo,ut ostendat tum in anima duplicem esse rectum motum, scilicet ad sentiendum atq; mouendum,tum ab anima in corpore similiter esse geminum,scilicet uniformē atq; multiformē.Intersecat uero lineas duas ad animam figurandam,deinde eas reflectit in gyrum,indicans naturam animæ ex se ad rectum motum procliuiorem,ab ipso deo per intelligentiæ munus circulari motui prorsus accommodari:geminis inquam circulis, firmamento scilicet non erranti,ac post firmamentum orbibus peruagantium planetarum.Firmamenti quidem circuitus ipsam identitatis intelligentiæq; naturam proprie refert. Anfractus autem multiplices planetarum,proprie daturam alteritatis inferiorumq; animæ partium repræsentant.Sed ex ipso interiori animi motu simul & tempore,tempus in mundo unà cum motu consequitur.Tangit inter hæc pauca quædam atq; communia,quæ ad Astronomiam pertinent: sed hæc facile quiuis uel mediocriter eruditus intelligit,& de his nimis multa Platonici quidam,tum Græci, tū Latini pertractāt. Surgit mox quæstio de ideis ac de generibus animalium mundanorum,de quibus in theologia latissime pertractauimus. Præterea quod de ipsa deorum quorundam dæmonumq; genealogia recenset, quidnam habeat ueri similis, in Theologia similiter & alibi declaratur.

QVAE A DEO PROXIME, ET QVAE PER MEDIA fiant. Cap. XXXVII.

HACTENVS patere cuiq; potest,ab intellectu diuino mundi opifice animos deosq; mundanos & dæmones,& omnes mundi sphæras,speciesq; ipsas rerum absq; medijs causis processisse. Quæ autem de materia prima sit inter Platonicos ambiguitas,narrauimus ab initio. Mandat ergo posthac architectus mundi filijs suis,id est,animabus sphærarum stellarumq; & dæmonum, uel etiam inferioribus angelis,ut ad imitationem sui,mixtionem sub luna rerum aggrediantur,hominiq; subijciant omnia,rationalemq; eius animam ab ipso acceptam,corpori caduco concilient per uitam quandam irrationalem, partim ab ipsis,partim ab anima hominis dependentem. Notabis autem in ipsis dei uerbis quicquid proxime fit à Deo, sempiternum esse:& quicquid ulla ratione componitur,quatenus compositum est esse etiam dissolubile.Sed quatenus per diuinam uoluntatem composita quædam ita constantur,ut in eis unitas superet multitudinem,indissoluta seruari. Notabis insuper,ubi ait deum in suo habitu permanere dum mandat,ministros autem sequi,nihil mutabilitatis in Deo esse dū mobilia regit & mouet:in ministris autem eius prouidentiam esse mutationi cuidam propinquiorem.Deniq; in his omnibus Mosaicum illud:Ego sum qui sum,cognosces mirifice confirmatam.

DE HOMINE QVO AD PERTINET AD ANIMAM ATque corpus. Cap. XXXVIII.

RATIONALEM hominis animam ait à deo ex eisdem rerum generibus eodem in cratere commixtis,atq; mundi animam fuisse conflatam.Crater significat ipsam uitæ rationalis ideam.Sed adiungit ex reliquijs superioris commixtionis fuisse confectam, significans particulares uitas uniuersali uitæ inferiores esse.Tum uero deus animas,id est singulos ordines animarum, singulis stellis accōmodat. Adhibet & uehicula,id est ætherea corpora.Docet & fatales leges,dum animabus infundit formulas ideārum,per quas animæ in se quandoque conuersæ,rationes rerum agnoscere possint. Quod autem de animæ descensu fatali atq; circuitu inquit,alibi est expositum.Post hæc ministri dei fabricam humani corporis prosequuntur,occultis eam uinculis connectentes.Per uincula hæc occulta intellige complexionem hominis esse adeo temperatam cœloq; persimilem,ut uix in ea elementalium qualitatum excessus appareat.Subdit deinde circuitus animæ in motu corporis impediri.Hic tu ante alia memento animam nostram simili ratione atq; mundi animam contextam fuisse,similesq; circuitus possidere.Circuitum ergo intelligentiæ impediri ait,rationis uero circuitum distrahi,duabus præcipue rationibus tum quia prius quàm adultum sit corpus,anima tota in fabrica corporis occupatur:tū quia quæ extrinsecus sensibus mouent,in teneriori ætate offendunt uehementius,& propter nouitatem rerum animam circa corporea reddunt admirabundam.His ergo de causis,diu & intelligentia à diuino uacat officio,& rationalis ipse discursus circa inferiora distractus, quasi demens,turbatur & fallitur. Sic igitur totus animus peruersam figuram subit,utamq; ducit laboriosam, dum ratio cedit sensibus,perinde ac si quis caput pro pedibus humi figat,pedes uero pro capite tollat in altum. Iam uero quæ de membrorum corporis dispotione adducit in medium,satis à medicis pertractantur.In quibus id potissimum obseruabis,caput dici non principale solum,sed etiam totum in corpore.reliqua enim solum ut capiti seruiant,adiuncta fuisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex quo colliges hominem contemplationis gratia esse natum. Sequitur de sensuum instrumentis. Quæ uero in his de uisu dicuntur, à Chalcidio satis, & quæ de somnijs, alibi satis exponuntur à nobis. Considerabis mox firmam de causis Platonis nostri sententiam: res qualitatesq; corporeas quæ non ex se, immo ab incorporea quadam causa mouentur, et dirigun tur ad finem, non esse reuera causas appellandas, sed latentis prouidentiæ instrumenta. Causam uero præcipuam esse uoluntatem prouidentiæ, ad exemplar sui sic omnia disponentis, ut optime se habere iudicat & decernit. Itaq; finalem causam præscriptam in prouidentia, summam Plato asserit causarum. Tum confirmat iterum hominem esse natum ad cœlestia contemplanda, immo uero ad ipsum cœli motorem pro uiribus imitandum. Et quemadmodum dixerat usum, sic & auditum contemplationis & disciplinæ gratia nobis esse tributum: item ut per sensibilem harmoniam animi quoq; motus harmonice componamus. Cæteros autè præter usum auditumq; sensus, quasi minus conducât ad speculandũ, nihili pẽdit.


QVOMODO MVNDVS EX MENTE ET NECESSITATE compositus sit. Cap. XXXIX.


POSTQVAM tractauit de formali mundi ordine, quem ideo uocat intellectum, quoniam est intelligentiæ diuinæ simulachrum, tractat iam de materia mundi: quam ideo necessitatem nominat quia non propter seipsam, sed tanquam formis ultimis necessaria, est introducta. Item quia mundus ob eius admixtionem deforme nonnihil necessario patitur. Hinc illud: Mundus est ex intellectu & necessitate compositus, id est ex ipso formarum ordine atq; materia. Possumus quinetiam sub necessitatis nomine intelligere nõ materiã solũ, sed animã quoq; eius in primo processionis suæ signo uelut informẽ materiæ instar considera tam. Vtraq; enim, tam anima quàm materia, in primo originis suæ signo informis quidem est, sed facile est formabilis per intelligentiæ munus. unde & ipsi animæ rationes seminaq; formarum naturalium infunduntur, & materiæ qualitates atque formæ. Quod autem ait, ante mundi dispositionem elementa quodammodo extitisse, intellige quasdam elementorum uires tum formatrices in anima, tum formabiles in materia. Item quod inquit, materiam ante mundum absq; ordine fuisse iactatam, expone potentiam animæ motricem etiam antè intelligentiæ munera potuisse materiam agitare, sed proculab ordine. Præterea ubi ait mundum à Deo exornatum fuisse persuasa prius Necessitate, sic accipe, ut prima illa materiæ animæq; natura quamuis cogitetur informis, tamen præparationem à Deo ad formas adeo formabilem susceperit ab initio, ut non potuerit esse paratior. Obseruanda inter hæc est illa distinctio, qua dicitur uniuersum in exordio libri in duo fuisse diuisum, id est, exemplar atq; simulacrum: nunc uero distinguendum esse in tria, id est, exemplar, & simulacrum, & materiam. Hic primo quidem uideri potest re ipsa idem esse, ipsum exemplar mundi & efficientem eius causam & finalem. Deinde totum mundi ordinem non tam substantiale quiddam esse, quàm inuisibilis mundi simulacrũ. Præterea quod materiam & suprà secreuit à mente, & hic à mentis secreuit simulacro, conijcere possumus materiam non tam per ideam propriam quàm per ideam formæ à Deo procedere, neq; antecedenti proposito sed quodammodo consequenti, ab intelligentia, ut ita dixerim, adinuentam. Tum uero & materiam esse, & quid sit, & quo pacto se habeat, ex perpetua transmutatione formarum diligenter ostendit: ex qua etiam materiales formas esse quodammodo falsas argumẽtatur. Deinde per eas ad ueras idealesq; formas ascendit, quæ omnia in Theologia planius declarantur. Adduxit in medium multa materiæ nomina, scilicet speciem inuisibilem, Sinum informem omniumq; capacem formarum, Naturam, Potentiam, Matrẽ mundi, Nutricem formarum, Subiectum, Receptaculum, Locum. Sed ex loci nomine ridere licet Peripateticum adeo inepte, siue maleuolum potius, ut dementiæ Platonem insimulet, quasi materiam uoluerit locum esse proprie mathematicum. Quod quidem per cætera materiæ nomina euidentissime confutatur. Deniq; ex eo quod materia propriam sibi uendicat informitatem, argumentare unitatem sibi pariter uendicare. Si enim informis, ergo & indistincta. Si ita, ergo & unum. At ex eadem informitate non sibi uendicat esse, sed per ipsam potius cadit ab esse. Cum igitur unum, atq; ens, non æque materiæ congruant, eadem inter se esse non possunt. Est autem unum superius ente, quoniam latius sese fundit: præsertim cum priuationi insuper cui non conuenit ens, tamen conueniat unum. Ex hoc rursus argumentamur materiam à summo tantum principio rerum posse produci.

QVOMODO PHYSICA CONSTENT EX MATHEMATICIS ac de elementis & mixtis. Cap. XL.

DEINCEPS Physica per mathematica probaturus, in primis mathematicorum doctrinam laudat tã quam omnis eruditionis ingenuæ uiam. Longum Laurenti foret in præsentia recensere, quot nostris temporibus mathematicam ingressi uiam, ad finem peruenerint exoptatum. Petrum Leonem Spoleti num nouimus mathematicorum maxime beneficio, non Aristotelicostantum, uerumetiam Platonicos iam sensus penetrauisse. Florentiæ uero Baptistam Leonem Albertum ab eisdem disciplinis exortum, opus in architectura pulcherrimum edidisse. Quid dicam de Francisco Berlingherio nostro Nicolai filio? nonne hic mathematicorum beneficio fretus de Cosinographia uersibus scripsit egregie? Neminẽ uero turbet, quòd Plato Pythagoreorum more ex mathematicis physica componere uideatur. Non enim intelligi uult naturalia corpora ex figuris & numeris tanquàm ex elementis & partibus, sed tanquàm ex terminis, quadam resolutione compendiosa: quod licet naturalia in illa quasi priora, ac ueluti terminos resoluantur. Nonne termini corporũ dimensiones sunt atq; figuræ? Numeri etiam termini figurarum? Præterea species naturales subiecto non solum communi, sed proprio indigent. Figuris autem satisfacit commune subiectum. At numeri, neq; proprio, neq; communi, neq; ullo prorsus corpore indigent fundamento. Ex quo patet figuras quidem naturalibus speciebus, numeros autem figuris esse priores. Triplicem ergo in rebus ordinem

ordinem Pythagoras Platoq; cogitabant, specierum, figurarum, & numerorum. Triplicem similiter inter ideas, adeo ut & in rebus et in ideis, species in figuras, figuræ resoluantur in numeros: atq; certæ species figuris certis, certæ figuræ certis numeris quodã modo congruãt, rerũ ordine omnino sic exigente. Quamobrẽ ubi aiunt speciẽ ignis ex pyramidali figura, & pyramidem solidam ex triangulis quatuor, & hos ex quaternario ternarioue constitui, significare uolunt proprietatem quandam in his cunctis communiter esse persimilem, & comparanda hæc inter se potius quàm componenda. Hac uidelicet ratione figuram igni pyramidalem tribuit. Aeri figuram facies habentem, octo quam nominat Octaedram. Aquæ ficies habentem uiginti, quam Icosaedram uocat. Terræ facies sex habentem, nomine Cubum atq; Talum. Vniuerso deniq; duodecim facies posidentem. Et pyramidalem quidem figuram ideo conuenire uult igni, quia tenuis, & ad incisionẽ præcæteris apta, ex paucioribusq; triangulis constituta: ideoq; omnium leuissima figurarum. Figuram uero cubicam terræ, quia solidissima atq; stabilissima sit. Figuras alias mediis elementis, quoniam ad motum atq; statum inter ignem & terram medio modo se habent. Dodecaedram, quæ duodecim facies habet, congruere putat mundo propter sphæras duodecim, ac signa duodecim in Zodiaco. Resoluit autem solida in plana, plana uero in triangulos, præcipue in eos qui rectanguli nominantur. Quorum unus Scalenus sit, id est, scalaris, latera omnia inæqualia posidens. Alter Isosceles, id est æquicrurus, duo habens æqualia latera. Nam triangulum æquilaterem, in quo neq; rectus angulus, neq; linea in perpendiculũ recta sit, minus componendis planis aptum existimat. Constituit ex Scalenis pyramidalem et octaedram, Icosaedramq; molem: cum pyramis ex triangulis quatuor æquilateribus constituatur, quorũ quilibet in sex triangulos Scalenos diuiditur. Octaedra figura ex octo similibus, quorũ quisq; in sex triangulos Scalenos similiter distribuitur. Icosaedra figura ex uiginti similib. quorũ quilibet similiter in sex scalenos euadit. Isosceles autem triangulus figuræ cubicæ dicitur elementũ. Quatuor enim Isosceles trianguli concurrentes quadrangulum complent. Ex huiusmodi uero quadrangulis sex Cubus efficitur. Deniq; Dodecaedram figuram mundo, ut dicebam, acommodauit, quoniam siderum formæ duodecim suspiciuntur in Zodiaco, quorum quælibet in partes triginta secatur. Similiter in figura dodecaedra intueri licet pentagonos duodecim, singillatim in triangulos æquilateres quinq; diuisos, ita ut unusquisq; rursum ex triangulis sex Scalenis cõficiatur, & in omni mole dodecaedra trecenti sexaginta reperiantur trianguli, quot etiam in zodiaco portiones existũt. Tractat uero deinceps de motibus passionibusq; elementorũ. Itẽ quo pacto distinguãtur in partes, & inuicẽ misceãtur, & quos effectus mixtione cõficiant. Præterea qualis sit tũ elementorũ tũ mixtorã inuicẽ cõmutatio. Inter hæc de mixtis imperfectis agitur, & de perfectis, de liquoribus, & lapidibus, & metallis. Sed hæc ferme omnia Pythagorico more sub obscuris metaphoris inuoluuntur: apertioribus autem uerbis Platonem auditoribus suis tradidisse putamus, & Aristotelem præteris manifestius eadem literis commendasse. Horum itaq; omnium à libris Aristotelis de generatione atq; Meteoris interpretatio requiratur. Tractat insuper de passionibus quæ ab elementis animalium sensibus inferuntur. De passionibus inquam, & occultis, & manifestis. De uoluptatis doloriscq; speciebus. Quæ in Philebo, & nostro de Voluptate libro perspicue declarantur. Agit præterea de sensibus ipsis, eorumq; obiectis. Distinguit sapores, odores & uoces atq; colores.





ITERVM DE HOMINE QVANTVM AD ANIMAM spectat & corpus. Cap. XLI.

CONSIDERATIONE dignum est, quantum nos admoneat Plato noster, dandam esse operam, ut nos ipsos pro uiribus cognoscamus, meminerimusq; omnia infra lunam fuisse nobis à deo subiecta ne quando ipsi contra dignitatem nostram inferioribus nos uicissim subijciamus. In ipso enim totius disputationis exordio decretum est de uniuerso tractari usq; ad ipsam hominis genituram. Rursus in medio disputationis cursu diis à patre præcipitur exornare hominem, dominum animalium, quem ad imaginem & similitudinem suam esse uelit atq; præesse. Deinde paucis interiectis reditur ad hominem. Demum prope finem resumitur, quod primo fuerat institutum, uidelicet de uniuerso usq; ad genituram hominis fuisse tractandum. Atque in cunctis Mosaico more probatur hominem in diuino hoc opificio, & in primis proponi, & postremum fieri quasi finem. Ergo nunc & omittens alia repetit diuinum in homine generando mandatum, & in hoc absoluendo diuinorum obsequium ministrorum. neq; id quidem iniuria. Prædixerat enim solum in terris hominem iustitiam et superos esse culturum: ut maxime rationi sit cõsentaneum, deos genituram hominis diligenter excoluisse. Sed his omissis, quæ sequuntur expediamus. Iterũ de anima irrationali tractatur nõ à deo proxime, sed per sequẽtes mobiles q; causas constituta, quæ rationali subiecta sit, cœlitus à deo dimissæ. Irrationalem uero animam Platonici non tam substãtiale aliquid, quàm accidentale quiddam esse putant, quasi rationalium uestigiũ animarum, in quo sensus quidẽ sint sed per diuersa corporis instrumenta diuisi atque patibiles. Sensum autem in ipsa animæ rationalis substantia ponunt communem, simplicem, impatibilem, qui non proprie accipiat illatas à corporibus passiones, quemadmodum sensus alter, sed alterius sensus percipiat. siue potius iudicet passiones. Proinde rationalis animæ substantiam induisam, & in se consistentem esse prohibent, neque capiti uelut sustentaculo, commendatam, sed quasi uel instrumento ipsius accommodatam, uel cuidam in suo genere simili comparatam. Irrationalem uero in membris quodammodo residere: & partem quidem eius audaciæ & iracundiæ competem cordi: partem uero concupiscentiæ deditam, iecori commendatam. Verum de hoc ipso iecore miram Pythagoricorum notabis opinionem, uidelicet id membrum ex certa soliditate & clara pariter lenitate sic esse contemperatum, ut speculi modo imagines rerum accipiat facile admodum atq; reddat. Profecto quemadmodum imaginatio uehemens grauidæ mulieris in fœtu tenerrimo sæpe exprimit rei desideratæ notas: ita uehemens siue mentis notio, siue sensui imaginatio naturam iecoris specularem facillime format. In hoc ipso speculo dæmones superiq; futurorum effingunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

imagines, quoties pacato prorsus animo aliunde illic imagines non pinguntur. Itaq; futurorũ notheæ speculo huic infusæ in mentem protinus imaginationem ſuſq; reſultant: ſed illic ſæpe imaginibus alijs adeo confunduntur, ut futura portendere nequeant. Quando uidelicet uel mens prudentiæ officijs occupata circa gubernanda diſtrahitur, uel imaginatio ſimilibus negotijs occupatur. Vbi uero rationis imaginationiſq; uacat prudens & continuata & laborioſa diſcurſio, ſæpe imagines futurorum à ſuperis in ſpeculum noſtrum profilientes, inde in iudicium manifeſte reſiliunt. Verum quidnam portendant, diſcernere illius eſt officium, qui ab antecedentibus in conſequentia prudenter ſagaciterq; diſcurrere conſueuit. At uero diſcurſio talis impedit uaticinium, ut merito alij ſint qui præuident, alij qui præuiſa interpretantur & explicãt. Poſt hæc proſequitur materiam latiſſime à medicis explicatam de humoribus complexionibuſq; & mirabili humani corporis artificio. Atqui elegantiam Platonis in hominis corpore deſcribẽdo adeo admiratus eſt Bartholomeus Fontius noſter rhetor egregius, ut præclara oratione probauerit, neq; Lactantium, neq; Cornelium Celſum, neq; Ciceronem ipſum in re deſcribenda ad miram Platonis eloquentiam accedere potuiſſe. Inter hæc præceptum religioſum conſiderabimus, non eſſe diuinis ulterius affirmandum, quam diuinum confirmet oraculum: Item prouidentiam in homine componendo nullam omnino aliam habuiſſe rationem, niſi ut contemplationi foret aptiſſimus. Rurſus res naturales in effectibus producendis non eſſe proprie cauſas, ſed diuinæ prouidentiæ inſtrumenta. Principalem nanq; cauſam ſingulorum in ea intelligentia ſitam eſſe, quæ boni rationem habens ſingula futuræ commoditatis gratia fabricat. Definit deinceps quid ſanitas corporis ſit, quid morbus. Diſtinguit quoq; morborum, tum aliorum, tum febrium ſpecies, ſingulorumq; rationes aſſignat. Quales eſſe potiſſimum rationes quas apud Galenum Platonicum legi, iamdiu exiſtimaui, ac nuper Georgio Cyprio inſigni medico ſum in ſententia confirmatus. Hic enim his diebus cum ad me curandæ matris meæ gratia frequenter accederet, meq; reperiret hæc ipſa legentem, miro quodam ordine Galeni mentem cum Platonica mente coniunxit. Poſt hæc autem perfectam hominis ualetudinem definit communẽ corporis animiq; concordiã. Quã tũc demũ poſſideri putat, quado tã corpus quàm anima in ſeipſis diſponũtur bene, deinde ſimul optime cõponuntur. Optime inquã, id eſt, æquali neq; robur corporis quadam menſura, ut neq; robur animi nimis excedat modum corporis ſuperet animi modum. Sed antequàm perfectam hanc definiat ſanitatem, animi morbum diſtinguit in duos, ſcilicet ignorantiam & inſaniam. Inſaniam uero duplicem eſſe ait. Vnam quidem occultam, quæ in continua pronaq; ad inſaniam affectione conſiſtit, puta habitum quendam ad perturbationem aliquam propenſiſſimum. Alteram uero manifeſtam, ſcilicet quam uel aliqua perturbatio ſupra modum adaucta detegit, ut in gradu ſummo cupiditatis & uoluptatis, timoriſq;, & doloris, & iræ: uel uapores humorum incluſi mẽbris inducunt, ut atra bilis ex ſanguinis, uel bilis, uel falſæ pituitæ aduſtione proueniens. Interea ubi ait, neminem ſponte eſſe malum, ſed propter naturam conſuetudinemq; depraua tam, intellige naturalem procliuitatem non mediocriter peroppoſitam conſuetudinem cohiberi ab initio potuiſſe: ſed procliuitatem illam diuturna conſuetudine confirmatam extirpari quidem omnino non poſſe, exacta nihilominus doctrina exhortationibuſq; amputari. Docet poſt hæc colere corpus ſimul & animum, perpetuo quodam exercitationis motu, Exercitationis inquam moderatæ, motu inquam proprio, et ad bonum proprium rite directo: quo utrunq; exercitatum atq; nutritum tantum uirium conſequatur, ut alteri non ſuccumbat. Optat quidẽ Plato corpus animo cedere, ſed non ita ſuccumbere, ut motus animi ſuſtinere non poſſit. Optat Plato corpus ualidum atq; firmum, ſed ſub animo longe ualidiore. Mox quantum exercitationem laudet, attende: quantum temerarium pharmacorum uituperet uſum. Proinde quemadmodum tam corpus quàm animam proprijs exercere & confirmare motibus iuſſerat, ſic tres animæ uires, id eſt rationalem, animoſam, cupidam, ſuis quamlibet motibus præcipit conſeruare: Verumtamen rationalem alimentis frequentioribus enutrire, ne cæteris ſuccumbere compellatur. Ait intellectum homini pro dæmone datum, ſcilicet intimo. Alterum enim dæmonem habet externum. Item rectum corporis habitum quaſi cœleſti tributum. Rurſus enim qui uires irrationales ſupra modum nutrit, mortalem euadere: quaſi doceat quomodo accipiendum ſit, ubi ait hominem fieri brutum. id eſt bruto perſimilem. Addit eum qui præcipue alit mentem, ſic immortalem fieri, ut immortalitatis nulla pars deſit. Imperfecta enim immortalitas eſt, quæ motum agit perpetuum: perfecta uero, quæ manet: qualis utiq; eſt in eo qui ſola iam intelligentia uiuit, euaditq; ex homine dæmon. Ex quo intelligitur etiam, quando ait hominem effici brutum, id non proprie, ſed quadã ſimilitudine dici. Præterea ex eo quod ſubdit, fœminas ortas ex maſculis, ſi placet, obſcure nobis referat Moſaicum illud: Euam ex uiro fuiſſe productam. At uero gradus brutorum omnes paulatim ex grauiori rationalis animæ lapſu multiplicari, intellige animam noſtram ob quandam liberi motus infinitatẽ, poſſe & intra ſe in brutorum omnium affectus habituſq; prouerte, & extra ſe ſupplicij loco inter ſimilia bruta, uel brutorum loca diuino quodã transferri iudicio. Item omnes inferiorum uiuentium dotes in hominis anima tanquàm perfectiſſima contineri: atq; brutorum animas in ipſo rerum generationiſq; ordine ad noſtram referri, quaſi finem. Si hunc in modum progreſſionem animæ rationalis in alias, atq; uiciſſim in hanc aliarum regreſſionem acceperis forſan à Platonico ſenſu non aberrabis. Ipſe enim hic ſub perſona Pythagorica loquens, fabulam opportune confingit Pythagoricarum ſimilem fabularum. Atq; ne hæc quaſi ſub hiſtorica ueritate forſan admitteremus, non aliter quàm poetæ ſoleant animalium transformationes adducit. Atqui Timæus Locrus in libro de Mundo fabuloſa hæc eſſe fatetur. Hæc igitur ſic accipito: Timæiq; librum eo fine concludito, qui doceat nos, Deum ante omnia colere, qui bona omnia ſola benignitate prouidentiæ procreauit. Decreuerat magnanime Laurenti breuiora hic quemadmodum argumentum decere uidebatur, afferre, multaq; amplioribus commentarijs, quæ in Timæum iam deſignauimus, reſeruare: Sed Philippus Valor Platonicorum ſtudioſiſſimus, penes quem uniuerſo Platonico operi in agro Maiano extremam manum impoſui, plura me hic coegit effundere. Philippus Valor Valoriæ uirtutis generoſiſſimus hæres. Cui ego plurimum debere me fateor, tum quia Platonica egregiaq; omnia magnopere colit, tum quia ſingulari amore erga te tuoſq; omnes afficitur.

TIMAEVS

PLATONIS ATHENIENSIS TIMAEVS, SIVE DE NATVRA. *Naturalis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. CRITIAS. TIMAEVS. HERMOCRATES.

VNVS, duo, tres. Quartus autem ô chare Timæe ubi nobis eſt, ex his qui heri conuiuæ, nunc uero conuiuatores ſunt? TIM. Debilitas quædam ipſi accidit ô Socrates, alioqui enim non uolens ab hac conuerſatione abeſſet. SOC. Nônne tuum & horum officium fuerit, etiam abſentis partem explere? TIM. Maximè, & ſanè pro uiribus nihil omittemus. Neq; enim iuſtum eſſet, ut qui heri à te prout decebat hoſpitalitatis muneribus accepti ſumus, nõ alacriter te nos qui reliqui ſumus uiciſſim acciperemus. SOC. Num igitur meminiſtis quæ uobis, & de quibus dicenda demanduit? TIM. Quædam meminimus, quæ uero non, tu præſens in memoriam reuocabis, Imô ſi non tibi moleſtum eſt, ab initio breuibus rurſus ipſa recẽſe, quo magis apud nos confirmentur. SOC. Fiet ita. Heri ſanè ſermonum à me habitorum ſumma erat de republica, qualis, & ex qualibus uiris, optima fieri poſſe mihi uideretur. TIM. Et ualdè ſanè ô Socrates, hæc ſumma nobis dicta eſt omnibus ex animi ſententia. SOC. Nónne agricolarũ genus, & reliquas artes, primũ in ipſa ſeorſum ſeparauimus ab eo genere quod nos bello defendit? TIM. Etiam. SOC. Et quum ſecundum naturam unicuiq; id quod ipſi per ſe commodum eſſet unum ſolũ cuiq; arti ſtudiũ attribuiſſemus, hos ſanè quos pro omnibus bellum gerere oportet, cuſtodes ſolum ciuitatis eſſe oportere diximus, ſi ue quis extrinſecus, aut etiam aliquis ex internis malicioſe impetat, ita ut ſubditis ſuis benigni iudices ſint, utpote natura amicis: aduerſus hoſtes autem in prælijs occurrentes horrendi. TIM. Penitus ita. SOC. Arbitror autem nos dixiſſe, animæ cuſtodum naturam ſimul animi impetu concitatam, ſimulq; philoſophicam inſigniter eſſe oportere quo erga utroſq; recte manſueti & horrendi eſſe poſſint. TIM. Etiam. SOC. Quid uero de educatione, nônne gymnaſtica & Muſica & alijs conuenientibus diſciplinis, hos præ omnibus educatos eſſe oportere? TIM. Maximè. SOC. Sic autem educatos dictũ eſt, neq; aurum, neque argentum, neque aliam quampiam rem propriam ſibi putare oportere, ſed uelut auxiliarios, cuſtodiæ mercedem accipere, ab his qui ab ipſis ſeruant, eamq; tantam quanta moderatis uiris ſufficit, ita ut in cõmuni eam conſumant, & communi inter ſe uictu degant, per omnia uirtutis curam habentes, & à reliquis ſtudijs ociũ agentes. TIM. Dicta ſunt etiam hæc hoc modo. SOC. Sed & de mulieribus mentionem fecimus, quòd natura uiris ſimiles adaptandæ ſint, & ſtudia omnia communia & in bello, & in reliqua uita, omnibus iniungenda. TIM. Et hæc hoc modo dicta ſunt. SOC. Quid uero de liberis procreandis? aut hoc ob dictorum nouitatem facilè memoria tenetur, quòd communes & nuptias, & liberos omnibus poſuimus, eo ſtudio ut nemo unquàm ex ſe genitum priuatim agnoſcat, ſed omnes illos eiuſdem generis eſſe cẽſcant omnes, ſorores quidem & fratres, quicunque intra conuenientem ætatem gignuntur: parentes autem & parentum progenitores, qui antea & altius ortum duxerunt: filios autem & filiorum filios, qui poſterius? TIM. Ita & hæc recordatu facilia pro ut dicis. SOC. Quomodo uero pro uiribus ſtatim naturis quàm optimi fiant, nunquid meminimus? quòd & uiros & fœminas principes, nuptiarum copulationem clandeſtinè ſortibus quibuſdam moliri oportet, quo & uiles, & præſtantes, utrique ſimilibus coniũgantur, nullaq; inter ipſos diſſenſio oriatur hac de cauſa, ſed fortunam putent eius coniunctionis cauſam eſſe. TIM. Meminimus. SOC R. Sed & quòd præſtantium liberi educandi ſunt diximus, uilium uero in aliam ciuitatem clandeſtinè amandandi, ita tamen ut adulti ſemper conſiderentur, & digni rurſus reuocentur, indigni uero apud ipſos in illorum qui reuocati ſunt locum ablegentur. TIM. Ita eſt. SOC R. Nónne recenſuimus

Reſpublica quæ ſit optima

Studium ſingulorum unũ

Cuſtodum ciuitatis quis ſtatus eſſe debeat

Nouitatis facilis memoria

Universidad de Deusto
Biblioteca

recensuimus iam quemadmodum heri, prout in summa hoc fieri potuit? aut desideras aliquid adhuc ô chare Timæe, quod de dictis restet? TIM. Nequaquàm, Sed hæc ipsa sunt ô Socrates quæ sunt dicta. SOC. Audite iam postea de republica quam recensui, quomodo erga ipsam affectus sim. Similis aũt esse mihi uidetur affectio tali cuidam, ue lut si quis animalia pulchra conspexisset, siue pictura elaborata, siue etiam uere uiuentia, sed quietem agentia: & spectandi cupiditate duceretur, quomodo mouerentur ipsa, & aliquas ad corpus pertinentes actiones decertando perficerent: Eodẽ etiam ego modo erga ciuitatem quam recensuimus affectus sum. Libenter enim audierim aliquẽ qui sermone exponat certamina, quæ ciuitas illa decertat aduersus alias ciuitates, an etiam decore ad bellum proficiscatur, & in bello gerendo ea designet, quæ institutioni ac educationi conueniunt, tum secundum actiones in operibus, tum secundum interpretationes in sermonibus, ad singulas ciuitates. De hoc igitur ô Critia & Hermocrates, ipse de meipso desperaui, ut unquàm & uiros, & ciuitatem satis laudare possim. Et me quidem non posse, nihil miri est: sed eandem opinionem etiam habeo de priscis ac nostri temporis poetis: non quòd poeticum genus contemnam, sed omnibus manifestum est, quòd imitatoria gens, ea in quibus educata est, & facilimè, & optimè imitabitur: quæ uero ab omni educatione aliena est, ei ut bene imitetur difficile quidem est in operibus, adhuc uero difficilius in sermonibus. At rursus Sophistarum genus, multorũ quidem & pulchrorũ sermonum ualdè peritum esse arbitror, uereor aũt quum per ciuitates oberret, & proprias domos nusquàm habitet, ne forte & de philosophicis, & ciuilibus uiris, non iusta coniectura uratur, quæ & qualia in bello & prælijs perpetrantes, tum factis, tum sermone, cum singulis congredientes efficiant, ac dicant. Restat itaque uestri habitus genus, quod simul amborum & natura, & educatione particeps est. Nã Timæus hic ex Locride in Italia optimè instituta ciuitate, opibus & genere nulli istic inferior, maximos magistratus administrauit. ac honores gessit in ea ciuitate. In philosophia uero, ut mea fert opinio, uniuersa ad summum peruenit. Critiam autem scimus omnes qui hic sumus, nullius eorum quæ dicimus ignarum esse. At de natura & educatione Hermocratis, ad omnia hæc præstanti, multis testantibus credendum est. Quapropter etiam ego heri hæc mecum reputans, uobis rogantibus ut de republica exponerem, prompte gratificatus sum, gnarus quòd eum qui deinceps sequitur sermonem nulli melius exponere possint, modo uos uelitis. Ciuitate enim ad bellum quod decẽs sit instructa, omnia ipsi conuenientia soli uos ex omnibus qui nunc sunt attribuere potestis. Quum itaque ea quæ mihi demandastis exposuissem, uicissim uobis iniunxi, ea de quibus etiam nunc dico. Cõpromisistis igitur in communi omnes, ut habita apud uos ipsos consideratione, in præsentia mihi munera pro meis sermonibus rependeretis. Adsum itaque ad ipsa suscipienda ornatus, & omnium paratissimus. HER. Equidem uelut Timæus hic dixit ô Socrates, neque quicquam promptitudinis omittemus, neque est nobis ullus prætextus, ut hæc nõ faciamus. Quare etiam heri statim ubi hinc discederemus, postquàm ad Critiam, ad hospitium ubi diuertimus uenissemus, & ad huc prius in uia, hæc considerabamus. Hic igitur ueterem nobis recensuit historiam, quam etiam nunc ô Critia huic narra, ut examinet commodáne aut incommoda sit, ad hoc quod ipse nobis iniunxit. CRI. Hæc facere conuenit, si etiam tertio sodali nostro Timæo ita uidetur. TIM. Mihi quidem uidetur. CRI. Audi itaque ó Socrates historiam miram quidem, penitus tamen ueram, uelut septem sapientum sapientissimus Solon olim dixit. Erat equidem familiaris & ualdè amicus nobis, dropidæ proaui, uelut etiam ipse in multis locis in poesi dicit. Ad Critiam uero auum nostrum dixit, uelut sæpe senex ad nos retulit, quòd magna & admiranda essent uetera huius ciuitatis facta, à tempore & hominum interitu abolita, omnium uero maximum unum, cuius mentione nunc tibi gratiam referre decens fuerit, & simul deam in festa die iustè ac uerè uelut hymnis collaudare. SOCR. Bene dicis. Verum quod est illud factum, quod quidem non refertur, sed uelut reuera factum ab hac ciuitate priscum Critias narrauit, quomodo id Solon recensuit. CRI. Ego referam historiam ueterem, quam non ex iuuene uiro audiui, aut accepi. Erat enim tunc Critias uelut dixit, fermè nonaginta annorum. Ego uero maximè decennis. Erat porrò dies illa Apaturiorum, in qua pueris cã-

pilli

pilli deradi ipsíq; in tribus inscribi solent. Quod autẽ in festa die semper fieri consueuit, id etiam tunc pueris contigit. Certamina enim nobis proposuerant patres recitandorũ carminum. Multorum igitur poetarum etiam multa poemata recitata sunt: Solonis uero utpote recentia illo tẽpore, multi pueri canebant. Tunc itaq; quidam ex tribulibus, siue ita ipsi uideretur, siue ut gratiã aliquam apud Critiam iniret, dixit sibi uideri tum in alijs sapientissimũ fuisse Solonẽ, tum in poesi poetarũ omnium generosissimũ. Senex autẽ: probe enim memini, ualdè delectatus est, & risu oborto dixit. Si Solon ô Amynãder, nõ obiter poesi abusus esset, sed uelut alij seriò studiũ huc contulisset, & historiam quã ex Ægypto huc attulit absoluisset, & nõ ob seditiones, & ab alijs quas hic rediens reperit afflictiõibus, illam negligere coactus esset, neq; Hesiodus, neq; Homerus, neq; quispiam alius poeta, ut opinor, clarior ipso fuisset. Quæ uero erat historia ô Critia inquit ille? De maximo inquit & meritò clarissimo omniũ facto, quod hæc ciuitas perpetrauit, sed ob temporũ iniuriam, eorumq; qui perpetrarũt interitum, historia ea ad nos non extat. Dic inquit ille ab initio, & quid, & quomodo, & à quibus, uelut uerũ Solon audiuit ac narrauit. Est quædã in Ægypto inquit in Delta, circa quod secũdum uerticẽ finditur Nili fluxus, præfectura siue regio Saitica appellata. Huius autem tractus maxima ciuitas est Sais, unde etiam Amasis rex erat. Ciuitatem cõdidit dea, quam Ægyptij Neith uocãt, Græci uero uelut illi dicunt, Athenan id est Mineruã. Ipsi homines magni sunt Athenienſiũ amici, & quodã modo cognatos se ipsis esse prædicant. Eo itaq; Solon profectus magno in honore se fuisse dixit, & sanè quum de priscis rebus percuncteretur sacerdotes, qui in istis maximè periti essent, comperisse ferè neq; seipsum, neq; alium ullum Græcum quicquam ut ita dicam, de talibus nosse: & se aliquãdo ut illos ad prisca referenda prouocaret, ex his uetustissima dicere aggressum esse, de Phoroneo ut delicet primo dicto, & Niobe: & post diluuium rursus de Deucalione & Pyrrha, quomodo fuerint narrasse, & posteritatem ipsorum recensuisse, & quot singulis de quibus diceret anni contigissent, cõmemorasse conatum esse, ac tempora numerasse: & quendam ex sacerdotibus natu admodum grandem dixisse, ô Solon Solon uos Græci semper pueri estis: Senex autem Græcus non est. Quo audito se dixisse cur id diceret: tunc illum respondisse, iuuenes estis animis omnes. Nullam enim in ipsis habetis ex ueteri narratione priscam opinionẽ, neq; aliquam disciplinam tempore cauam. Horum uero causa hæc est. Multi & multis modis hominum interitus fuerũt, & erunt, maximi quidem per ignem & aquã, Infinitis autem alijs alij breuiores. Nam quod etiam apud nos fertur, quòd aliquando Phaethon Solis filius iunctis equis patris currum conscenderit, eo quòd non secundum patris uiam illos agitare posset, quæ in terris sunt combusserit, & ipse fulmine ictus perierit: hoc fabulæ quidem figuram præferens dicitur. Veritas autem est, eorum quæ circũ terram, & in cœlo circũuoluuntur permutatio, & quæ per longa tempora contingit, eorum quæ in terra sunt, per multum ignem corruptio. Tunc igitur qui in montibus, & in altis ac siccis locis habitant, magis pereunt, quàm hi qui ad flumina & mare habitant. Nobis autem Nilus tum in alijs seruator est, tum ex hac angustia tunc nos seruat. Quum autem rursus diȷ terram aquis purgantes diluuia immittunt, qui quidem in mõtibus sunt conseruantur bubulci ac pastores: Qui uero in ciuitatibus apud uos, in mare à fluminibus feruntur. At in hac regione neq; tunc, neque aliàs, ex superius in agros aqua influit: imò contrà ex infernis emergere solet. Vnde & ob quas causas ea quæ his sunt seruãtur, & antiquissima dicuntur. Veritas autem ita se habet. In omnibus locis ubi non ingens frigus, aut æstus arcet, modo amplius, modo paucius, semper humanum genus est, Quæcunq; uero aut apud uos, aut hic, aut etiam in alijs locis, de quibus ex narratione percepimus, aut pulchra, aut magna facta sunt, aut etiam alio modo insignia: ea omnia ab antiquo hic in templis scripta ac cõseruata sunt. At apud uos, & alias gentes, recens facta subinde in literas referũtur, & in omnia ea quibus ciuitates opus habent: & rursus per consuetos annos, uelut morbus ueniens ipsis cœlestis fluxus omnia abripiens, & uos sine literis ac Musis relinquit. Quare rursus iuuenes ab initio euaditis, ut qui nihil sciatis, neque ex his quæ hic, neque quæ apud uos priscis temporibus erant. Quæ igitur nunc ô Solon, de posteritatis apud uos successione recensuisti, parum quiddam à puerilibus fabulis differunt. Nam primum quidem

Diluuia multa fuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem unum terræ diluuium nouistis, quum multa antea fuerint. Deinde clarissimũ ac optimum genus hominum in uestra regione fuisse nescitis, ex quibus & tu, & tota ciuitas uestra nunc est, modico semine quondam relicto: At uos hoc latuit, eo quòd superstites ad multa sęcula literis caruerunt. Erat enim quondam ô Solon, ante maximã ex aquis corruptionem, hæc quæ nunc est Athenienſium ciuitas optima, tum ad bellũ gerendum, tum per alia omnia optimis legibus insigniter instituta: In qua & pulcherrima facta, & respublica omnium quotquot sub cœlo ad nostram cognitionem peruenerunt clarissima, fuisse dicuntur. His auditis Solonem admiratione ductum dixit, et magna alacritate sacerdotes rogasse, ut sibi omnia exactè ex ordine de ueteribus ciuibus exponerent. Proinde sacerdotem dixisse, nulla est inuidia ô Solõ, Quare & in tuã, & ciuitatis uestræ gratiam, maximè tamen in deæ gratiã referã, quæ & uestram, & nostram hanc sortita est, & educauit, & instituit: priorem quidem uestram annis mille, ex terra & Vulcano, semine uestro accepto: hanc autem posteriorem. Huius autem constitutionis, apud nos in sacris literis, annorum octo milium numerus scriptus est. Quũ uero tibi circa nouem annorum milia ciues fuerint, breuibus indicabo tibi & leges, & quod pulcherrimum ab ipsis factum perpetratum est. Verum de omnibus exactè rursus per otium, acceptis ipsis literis exponemus. Leges igitur considera ad has quæ hic sunt. Multa enim exempla earum quę tunc apud uos essent, nunc hic reperies. Primum quidẽ sacerdotum genus ab alijs seorsum separatũ. Postea uero genus opificum. Nam unumquodq; per seipsum, & nulli alij permixtũ, opificiũ suũ exercet. Ita et pastorũ & uenatorũ & agricolarũ genus. Sed & bellicosum genus percepisti sanè hic ab omnib. generibus separatũ: Huic nihil aliud quam quæ ad bellũ pertinent curare lege demandatum est. Insuper aũt & armaturæ modus similis est in scutis, & hastis, quibus nos primi in Asia armamur, quũ dea uelut in illis apud uos locis primis, hunc ostẽderit. At de sapientia uides quantũ mox ab initio curã lex hic suscepit, & quantã circa omnẽ mundũ, usq; ad uaticinationẽ, & medicinã ad sanitatẽ, ita ut ex his quæ diuina sunt, ea quæ hominibus conferunt exquisiuerit, & alias omnes disciplinas ad hæc sequentes consequuta sit. Quum igitur dea, quæ uos priores constituit, omnem hunc apparatum & cõstructionem procurasset, tunc habitationem uobis designauit, delecto loco in quo geniti estis, temporum anni temperiem in ipso conspicata, quòd sapientissimos uiros productura esset. Dea igitur ut quæ & belli & sapiẽtiæ studiosa est, locũ qui præstantissimos & cõmodissimos uiros ipsi productura esset, delectũ primũ inhabitandũ dedit. Habitatis igitur & legibus huiusmodi utentes, & adhuc magis bonis legibus instituti, omniq; uirtute omnes homines excedẽtes, quemadmodũ par est eos qui à dijs geniti ac instituti sunt. Multa quidẽ igitur & magna ciuitatis uestræ facta hic scripta in admiratione sunt. Vnũ tamẽ & magnitudine, & uirtute omnia excedit. Scriptũ enim habetur, quantã ciuitas uestra uim cũ omni iniuria grassantem aliquãdo cõpresserit, quæ extrinsecus ex Atlãtico pelago progressa, simul in omnẽ Europã ac Asiã impetũ fecit. Tunc enim pelagus illud nauigabile erat. Insulã enim ante ostiũ habebat, quod uos columnas Herculis appellatis. At insula illa & Libya & Asia simul maior erat: ex qua ascẽsus ad alias insulas tunc proficiscentibus contingebat, ex insulis aũt, in omnẽ ex aduerso continentem circum uerum illum pontum sitam. (Nam quæ intra ostium sunt, portus esse uidentur, qui angustum quendam aditum nauibus præbet: Illud autem reuera pelagus est, & quæ ambit ipsum penitus uerè terra, rectissimè cõtinens dici potest.) In hac uero Atlantide insula, magna & admiranda potentia regum fuit, quæ uniuersæ quidem insulæ dominaretur, multis autem etiam alijs insulis & continentis partibus. Imperabant insuper his qui in Libya huc uergẽte sunt, usq; ad Aegyptum: In Europa uero usq; ad Tyrrheniam. Hæc autem uniuersa uis in unum collecta, & uestrum, & nostrũ, et omnem intra ostium locũ, uno quãdoq; impetu in seruitutẽ redigere aggressa est. Tũc igitur uestrę ô Solon ciuitatis potẽtia apud omnes homines & uirtute & robore incluruit. Omnibus enim animi magnitudine & artibus militaribus præfecta, partim Græcorũ dux, partim ipsa sola, reliquis necessariò deficiẽtibus, ad extrema pericula adducta, deuictis quidẽ hostib. Trophęa erexit, eos aũt q nõdũ in seruitutẽ subacti essent, subigi prohibuit: nos aũt alios q intra Herculeos terminos habitamus, oẽs luculenter liberauit.

Athenarum antiquitas

Locorũ uis ad mores facit

Posteriore

Posteriore uero tempore terræ motibus ac diluuijs ingentibus obortis, una die ac nocte graui incumbente, & apud uos totum militare genus aceruatim terra absorbuit, & Atlantis insula similiter in mari submersa disparuit. Quapropter etiam nunc innauigabile & intentatum manet illud pelagus, luto paulatim impediente, quod insula submersa inuexit. Quæ itaq; à uetere Critia dicta sunt ô Socrates, prout ex Solonis narratione accepit, in summa audiuisti. Quum uero tu heri diceres de republica, & uiris in ipsa, admirabar, hæc ipsa in memoriam reuocans de quibus nunc dixi, & considerans quàm feliciter ex fortuna quadam, pleraque non aliena ab his quę Solon dixit proferres: non tamen uolui hoc statim dicere. Non enim satis ex longo tempore recordabar. Statui igitur oportere me primum apud meipsum omnia iustè repetere, atq; sic dicere. Vnde etiã cito assensus sum tibi heri in his quæ demandares, quòd arbitrarer eius mediocrem mihi copiam fore, quod in omnibus eiusmodi maximi operis est, ut uidelicet quis conuenientem his quę proposuit sermonem proferat. Sic itaq; uelut hic dixit, heri statim hinc digressus hæc ipsa ad hos memoria repetita referebam, & ab ipsis digressus ferè omnia noctu reuocabam. Nam quod dicitur, ea quę pueri discũt admirandum quoddam momentum habent. Ego enim quæ heri audiui, non scio an possim omnia rursus in memoriam reuocare: quæ uero ante longum tempus audiui, omnino admirarer si eorum quid me fugeret. Hæc igitur tunc cum multa uoluptate ac iucunditate audiebam, quũ senex me promptè doceret, & ego sæpe interrogarẽ, ut uelut notæ inustæ picturæ quæ elui non potest, firma apud me facta sint. Et sanè etiam his statim mane eadem hæc dicebam, quo unà mecum sermonum copiam haberent. Nunc igitur cuius gratia omnia dicta sunt paratus sum dicere ô Socrates, nõ solum in summa, sed singulatim quemadmodum audiui. At ciues & ciuitatem quam heri nobis uelut in fabula exposuisti, ad ueritatem translatam huc ponemus, uelut illa hæc sit, & ciues de quibus statuebas, dicemus illos ueros nostros esse progenitores, de quibus sacerdos dicebat. Penitus enim conuenient, & non reprobabimur si dixerimus ipsos esse eos qui tunc illo tempore fuerunt. In cõmuni uero assumpta tractatione omnes conabimur id quod decorum est pro uiribus attribuere his de quibus nobis demandasti. Considerare igitur oportet ô Socrates an ex sententia nobis sit hæc historia, aut adhuc alia quædam pro ipsa quærenda sit. SOC. Et quam ô Critia potius pro hac assumpserimus, quæ præsenti deæ sacrificio, propter affinitatem magis conuenerit? Et non fictam fabulam, sed ueram historiam esse, omnino magnum quid est. Quomodo enim & unde alias cõperiamus his omissis, non est. Quare cum bona fortuna uos quidem dicere oportet, me uero pro hesternis sermonibus, nunc quietem agere & audire. CRI. Considera itaq; ô Socrates munerum tuorũ ex nobis dispositionem, qua ipsa disposuimus. Visum est enim nobis, ut Timæus uelut astronomiæ inter nos peritissimus, & qui in naturæ uniuersi cognitione multum operæ locauit, primum dicat initio à mundi origine accepto, & in humanã naturam desinat: Ego uero post hunc, ut qui ab hoc quidem homines sermone factos susceperim, à te uero quosdam ipsorum insigniter institutos, iuxta Solonis sermonem ac legem, inductos ipsos ad uos uelut iudices, faciam ciues huius ciuitatis, uelut sint hi qui tunc fuerunt Athenienses, quos sacrarum literarum traditio deletos esse significauit: De cætero uero ut de ciuibus & iam Athenienſibus uerba faciam. SOCR. Perfectè ac splendidè uideor mihi sermonum epulationem uicissim accepturus esse. Tui igitur officij fuerit ô Timæe, ut deinceps dicas inuocatis secundum legem deis. TIM. At ô Socrates hoc sanè omnes faciunt qui uel parum sapiunt, ut in omni aggressione tum paruæ, tum magnæ rei, deum semper inuocent. Nos autem sermones de uniuerso habituros, an factum aut non factũ sit, si non penitus desipimus, necesse est & deos & deas inuocare, et precari omnes, ut ex illorum quidem sententia maximè, ex nostra uero intelligentia dicamus. Et deorũ quidem inuocatio hoc modo se habeat. Quod uero ad nos attinet, orandum est ut uos qui facilimè discatis, Ego uero quatenus intelligo maximè rem propositam exequar. Sunt itaq; ut mea fert opinio, primum hæc distinguenda. Quid sit quod semper quidẽ est, originem autem non habet: & quid quod fit quidem, nunquàm uero est. Alterũ itaque intelligentia cum ratione percipi potest, quum sit semper secundum eadem: alterũ rursus opinione cum sensu rationis experte opinabile est, fitq; ac perit, reuera autẽ nun-

Diluuium magnum

Propositio dicendorum in Timæo

Inuocatio deorum

Species rerum duæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm est. Quicquid autem fit, à causa fieri necesse est. Nihil enim sine causa originẽ habere potest. In cuiuscunq; igitur rei opificio, opifex ad id quod secundum eadem se habet respiciens semper, tali quodam exemplo utens, ideam & facultatem efficit: quiduis tale ita pulchrũ perfici necesse est: Ad cuius uero opificium facto exemplo utitur, non pulchrũ. Totũ itaq; cœlũ, aut mundus, aut si etiã aliud quod cũq; nomẽ admittit, eo nobis appelletur. Consideremus igitur de ipso primũ id quod de uniuerso in principio cõsiderari oportere propositũ est. Vtrũ semper fuerit, originis principiũ nullũ habẽs: aut factũ sit, ab initio quodã, exordio accepto. Factũ est: uideri enim & tangi potest, & corpus habet. Omnia uero huiusmodi sensu percipi possunt. Quæ aũt sensu percipi possunt, opinione cũ sensu compræhenduntur, fieriq; ac facta esse uisa sunt. Ei uero quod fit, à causa aliqua fieri necesse esse diximus. Opificem igitur & patrẽ huius uniuersi & inuenire difficile est, & inuentũ ad omnes referre impossibile. At hoc rursus de ipso considerandum est, ad utrũ exemplũ opifex ipsum fabricauit, nũ ad id quod secundũ eadem & eodẽ modo se habet, aut ad id qđ factũ est. Si itaq; pulcher est hic Mundus, & opifex bonus, manifestũ est quod ad sempiternũ respexerit. Si uero quod neq; dicere fas est, ad id quod factũ est, cuiuis clarũ est quod ad sempiternũ. Mundus enim ex his quæ facta sunt pulcherrimus est: opifex aũt ex causis optima. Sic itaq; factus, à ratione & sapientia compræhendi potest, & secundũ eadem se habens factus est. His aũt ita se habentibus, etiam necesse est mundum imaginẽ alicuius esse. Maximẽ uero difficultatis est uniuersi principiũ secundũ naturã producere. Proinde et de imagine, & de exemplo rursus distinguendũ est, utpote quum sermones cum his quæ exponunt cognationẽ habeant. Nihil igitur omittere oportet, ut de stabili & firma & intelligẽtiæ perspicua re, stabiles & immutabiles sermones proferant, inquantũ sermonibus cõuenit, ut immobiles sint, & redargui nõ possint. De ea uero quæ ad illam assimilata est, & imago est, uerisimiles & proportione illis respondentes. Nam quod est essentia ad id quod fit, hoc est ueritas ad id quod creditur. Ne igitur mireris ô Socrates, si quum multi multa de deorũ & uniuersi origine dixerint, nos certas & exactas penitus easdẽ de ipsis rationes afferre non possimus: sed si nõ minus quàm quiuis alius probabiles exhibeamus, boni cõsulere oportet, eius memor, q̃ & ego qui dico, & uos iudices, humanã naturã habemus. Quare decet ut de his uerisimilẽ orationẽ suscipiamus, & nihil ultrà quæramus. SOC. Optimè dicis ô Timæe, & uelut iubes omnino faciendũ est. Exordiũ equidẽ tuũ mirificè excepimus. Cantilenã uero deinceps nobis perfice. TIM. Dicamus itaq; ob quã causam autor ille et originẽ et uniuersum hoc cõstituit. Bonus erat. Bono aũt nulla unquàm de ulla re adest inuidia. Quũ aũt ab hac alienus esset, omnia quàm maximè ipsi similia fieri uoluit. Hoc uero originis mũdi principiũ si quis maximè ut præcipuũ à uiris sapiẽtibus susceperit, rectissimè fecerit. Quum enim uellet deus bona quidẽ omnia, malum autẽ nihil esse, quantũ eius fieri posset, sic sanè uniuersum quantũ eius uideri posset assumpsit, nõ quietũ istud, sed quod motu erroneo & inordinato moueretur, ipsumq; ex cõfusione ad ordinẽ adduxit, quũ hoc ita melius esse iudicasset. Neq; enim erat, neq; est fas, ut optimus aliud q̃ quod optimũ est faciat. Ratione itaq; inita comperit ex his quæ secundum naturã uideri possunt, nullum opus mentis expers, eo quod mẽtem habet, totum toto unquàm pulchrius fore. Mentẽ uero absq; anima alicui accedere, impossibile esse. Ex hac itaq; ratiocinatione mentẽ quidẽ in anima, animã uero in corpore cõstituit, & uniuersum fabricauit, ut pulcherrimũ secundũ naturã optimumq; opus esset. Sic igitur secundum rationem uerisimilem, hunc mundum animal animatum dicere oportet, mentisq; compos reuera ob dei prouidentiã factũ esse. Hoc aũt ita se habente, ea quæ deinceps sequuntur nobis dicẽda sunt, ad cuius animalis similitudinẽ fabricator mundũ constituxit. Ad nullius igitur eorum quę in partis specie producta sunt censebimus: Imperfecto enim simile unquàm pulchrũ fuerit: At cuius alia animalia singulatim & secundũ genera partes sunt, ei omniũ similimũ ipsum esse ponamus. Nã quæ intelligẽtia percipiũtur animalia omnia illud in seipso complectitur: quemadmodum hic mundus nos, & quæcunq; alia animalia uisui exposita compræhendit. Quum enim ex his quæ intelligentia percipiuntur pulcherrimo & per omnia perfecto, deus ipsum maximè similem efficere uellet, animal unum uisui expositum, quod omnia secundum naturam ipsi cognata animalia

Cœlum factum esse

Veritas ad fidẽ ut se habeat

malia intra se haberet composuit. Vtrum igitur unum cœlum rectè appellauimus, aut multos & infinitos dicere rectius esset: Vnum, siquidem secundum exemplum fabrefactus est. Quod enim complectitur omnia quæ intelliguntur animalia, cũ altero se cundũ nũquàm esse poterit. Rursus enim alterũ esse oporteret, quod illa duo cõtineret, cuius pars illa duo essent: & nõ amplius illis duobus, sed ei quod ipsa cõtineret, cœlum rectius assimilatum esse diceretur. Quo igitur cœlũ hoc secundũ unitatẽ simile esset perfecto animali, ob id neq; duos, neq; infinitos mundos opifex fecit, sed unus hic unicus factus est, & erit. Porrò quod fit corporeũ, & uisui expositũ, itemq; tactui esse oportet. Separatũ aũt ab igne nihil unquàm uideri poterit, neq; quicquã tangi absq; aliquo solido. Solidũ autẽ non est absq; terra. Vnde quum uniuersi corpus compingere inciperet, ex igne & terra deus ipsum fecit. Duo aũt sola absq; tertio cõpingi non possunt. Vinculum enim quoddã in medio quod ambo cõnectit fieri oportet. Pulcherrimũ aũt uinculũ est, quod seipsum & ea quæ cõnectit, quàm maximè unũ facit. Hoc aũt proportio optimè efficere solet. Quũ enim in trib. numeris, aut molibus, aut facultatibus sit mediũ, quod sanè est primũ ad ipsum, hoc est ipsum ad ultimũ: & rursus quod est ultimũ ad medium, hoc est medium ad primũ: tunc mediũ primũ & ultimũ fieri, ultimũ uero & primum rursus ambo media, omnia hæc ita necessariò esse cõtinget. Dũ aũt eadẽ inter se fiunt, unũ omnia erunt. Si quidem igitur planum quidem ut nullam profunditatem haberet, uniuersi corpus fieri oportuisset, unum sanè medium sufficisset ad illa duo unà secũ connectenda. Nunc aũt quũ solidũ ipsum esse conueniret, solida uero nunquã unum, sed duo media coaptant: Sic sanè deus aquam & aerem, in medio ignis & terræ locauit, & inter se quantũ fieri posset iuxta eandẽ rationẽ effecta, ut quod ignis ad aerẽ, hoc aer esset ad aquã: & quod aer ad aquã, hoc aqua ad terrã, colligauit ac cõpegit cœlũ ut uideri ac tangi possit. Et propterea ex his talibus, & numero quatuor, mundi corpus effectũ est, per proportionem consentiens, & ex his amicitiam habet, ut in ídem cum seipso coalitum, ab alijs dissolui non possit, præterquàm ab eo qui ipsum colligauit. Vnumquodq; uero horum quatuor totum mundi constitutio accepit. Nam ex omni igne, & aqua, & aere ac terra fabricator ipsum compegit, nulla ullius parte aut facultate extrinsecus relicta: atq; hoc hac cogitatione usus fecit. Primũ quidẽ quo totũ quàm maximè animal perfectũ ex perfectis partibus esset: & ad hæc unũ, utpote nõ relictis ex quibus aliud huiusmodi fieri posset. Insuper uero ut nõ senescceret, & morborũ expers esset, considerans q̃ quæ corpora constituunt, ea soluunt calida & frigida, & omnia quę robustas facultates habent, extrinsecus imminentia & importunè allabentia, & morbos ac senectutem inducentia, & ita corrumpunt: ob hanc sanè causam, & hanc ratiocinationem, unum totũ ex omnibus perfectũ, & non senescens, & morborũ exors ipsum cõstituit. Sed & figurã ipsi conuenientẽ ac cognatã dedit. Nã animali quod omnia in seipso animalia cõplecti debebat, decora erat illa figura, quæ in seipsa omnes figuras cõpræhendit. Quapropter etiã globosum & rotundũ, undiq; à medio æqualiter ad extremitates distans ipsum tornauit, figura omnium perfectissima, & quæ ipsa sibijpsi similima existit, simile dissimili multis modis pulchrius esse ratus. Læue uero ipsum totũ circũcirca extrinsecus exactè fecit multis de causis. Oculis enim nihil opus habebat: Nihil eñ quod uideri posset extrinsecus relinquebatur: neq; auribus: neq; enim relinquebatur quod audire posset: & spiritus nõ restabat, qui respiratione opus haberet: neq; rursus aliquo instrumẽto opus habebat, quo alimentum in se susciperet, & prius resiccatũ rursus ablegaret. Nihil enim decedebat, neq; alicundè quicquàm ipsi accedebat. Non enim erat. Vt enim ipsum sibi ipsi alimentum suijpsius corruptionem exhiberet, & omnia in seipso, & à seipso paterentur & faceret, ita ex arte factum erat. Existimabat enim opifex ipsius, si ipsum sibijpsi sufficeret, melius fore quàm si alijs opus haberet. Manus autem frustrà ipsi addendas esse non putabat, quum neq; accipere, neq; depellere quicquàm ipsis opus esset: neq; etiam pedes, neq; omnino gressionis adminicula. Motũ enim ipsi attribuit corpori ipsius proprium, ex his qui septem numero sunt, eum qui circa intelligentiã ac sapientiã maximè uersatur. Quapropter sanè secundum eadem in eodem & in seipso ipsum circumactũ, in circulum contingente conuersione moueri fecit omnes autem sex motus ademit, & ab illorum diuagatione ipsum penitus liberauit. Ad hunc autem circuitum, quum pedi

Proportionis uis

Mundi fabricationis ratio

Figuræ mundi ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus opus nõ haberet, siue cruribus ac pedibus ipsum fecit. Hæc itaq; tota ratiocinatio eius dei qui semper est, de futuro aliquando deo habita, læue & explanatũ, & undiq; ex medio æquale, & totum, & perfectum, ex perfectis corporibus corpus fecit. At animã in mediũ ipsius inditã per totũ extendit, & adhuc extrinsecus corpus ipsa obuelauit: & in circulũ se conuertens circũcirca cœlũ unũ, solum desertũ constituit, ut quod ob uirtutem, ipsum cum seipso consuetudinẽ habere posset, & nullo alio opus haberet, et ipsum sibiipsi satis notum ac amicum esset. Propter hæc itaque omnia beatum deum ipsum effecit. Cæterũ animã non ita ut nunc posteriorẽ dicere cœpimus, sic etiã posteriorẽ ac iuniorẽ Deus produxit: Non enim permisisset copulator ille, ut antiquius iuniori subditũ esset: Verũ nos prout multũ & temerè eius quod fortuitò occurrit participes sumus, hoc modo etiã dicimus. Ille uero & origine, & uirtute, priorẽ & antiquiorẽ animã corpore, uelut dominam & principẽ subditi cõstituit, ex his, & tali modo. Ex essentia indiuidua & semper secundũ eadẽ se habente, & rursus ex diuidua quæ circa corpora fit, tertiã essentiæ speciem ex ambabus mediam commiscuit, quæ rursus & eiusdẽ, & alterius naturam haberet: & secundũ hæc in medio & indiuiduæ, & circa corpora diuiduæ, ipsam constituit. Et acceptis his quæ tria essent, omnia in unam ideam commiscuit, alterius naturam quæ difficulter misceretur, in idem uiolenter coaptans. Postquàm uero cũ essentia miscuisset, & ex tribus unum fecisset, rursus totũ hoc in quot partes conueniret distribuit, unãquamq; uero ex eodẽ, & altero, & essentia mixtã. Incepit aũt diuidere hoc modo. Vnã detrahebat primũ de toto partẽ. Post hãc auferebat duplã huius. Tertiã uero sesquialterã secũdæ, triplam primæ. Quartã duplã secũdæ. Quintã triplã tertię. Sextã primæ octuplã. Septimã uigesies septies primã continentẽ. Post hæc uero expleuit dupla ac tripla interualla, partibus amplius illinc desectis, & in horum medio positis, ut in unoquoq; interuallo duo media essent, quorum unum eadem parte extremitates ipsas excedit, & exceditur: alterum æquali secundum numerum excedit, æquali item superatur. Quum autem interualla sesquialtera, & sesquitertia, & sesquioctaua fierent, ex his uinculis in prioribus interuallis, sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia explebat, relinquens uniuscuiusq; ipsorum partem: Hoc partis interuallo relicto, habente numeri ad numerum terminos, ducentorum quinquaginta sex, ad ducenta quadraginta tria. Et sanè mixtum illud ex quo hæc desecabat, sic iam totum consumpserat. Hanc igitur constitutionem uniuersam, in duplam secundum longitudinem sectam, mediam ad mediam, utrasq; inter se, uelut literam græcam. χ. appositam, in circulum cõflexit: & quum ipsas inter se in occursus oppositione coniunxisset, etiam motu qui secũdum eadem & in eodem circumagitur, ipsas circumcirca compræhendit: & alterum quidem circulum foras, alterum uero intus fecit. Externam igitur circumuolutionem, de eiusdem natura cognominauit: internam de alterius. Eiusdem itaq; circunuolutionem secundum latus ad dextra circumduxit, alterius autem secundum diametrum ad sinistra. Dominium autem eiusdem & similis circumuolutioni dedit. Vnam enim ipsam non sectam dimisit. Interna uero sexies secta, & septem orbibus inæqualibus, secundum unumquodq; duplí ac tripli interuallum, quum utraq; tria sint, effectis, demandauit orbibus ut cõtrario inter se modo progrederentur, celeritate quidem tres similiter, quatuor autem & inter se, & cum tribus dissimiliter, sed qui tamen ratione ferrentur. Postquàm uero ex sententia fabricatori tota animæ constitutio facta esset, post hoc quiduis corporeum intra ipsam fabricabat, & medium ad mediam adductum adaptabat. At illa ubi ex medio ad extremum cœlũ undiq; se extendisset, & ipsum circumcirca extrinsecus obuelasset, ipsaq; in seipsa se conuerteret, diuinum principium indesinentis ac sapiẽtis uitæ in uniuersum tempus incœpit. Et corpus quidem cœli ut uideri possit factum est. Ipsa uero anima uisu quidem non exposita, rationis autem & harmoniæ particeps, ab optimo ex his quæ intelligi possunt, & semper sunt, optima ex his q̃ facta sunt facta est. Quandoquidẽ igitur ex eiusdem & alterius natura, & ex essentia, trium horum partibus commixta est, & iuxta proportionem diuisa ac colligata, ipsaq; ad seipsam reuoluitur: quũ aliquid quod essentiam dissipatam, & quod indiuiduam habet attigerit, tũc se per seipsam totã commouens dicit, & cum quo quid idem sit, & à quo alterum ac diuersum, et ad quod maximè, et ubi, et quomodo, et quando contingit, ut singula ad singula quid sint, et patiantur, tum

Anima cœli

Animæ dominium, et constitutio

Animæ cœli uita perpetua

tum in his quæ fiunt, tum in his quæ semper secundum eadem se habent. Sermo autem qui secundum idem uerus est, dum & circa alterũ est, & circa idem, in eo quod à seipso mouetur, fertur absq; uoce & sono: & quum quidem circa sensui expositũ quid fuerit, & alterius circulus rectus progrediens, in omnem suam animam denunciarit, opiniones & persuasiones fiunt cõstantes & ueræ. Quum uero rursus circa rationis particeps fuerit, & eiusdem circulus bono cursu progrediens ipsa significauerit, intelligentia & scientia necessariò perficitur. Hæc autem duo in quocunq; ex his quæ sunt accedunt, si quis id ipsum aliud quàm animam dicat, quiduis potius quàm id quod uerum est dicit. Postquam uero pater qui produxit, moueri ipsum & uiuere, sempiternorum deorum simulachrum factum intellexit, gauisus est, & lætitia ductus adhuc magis simile ad exemplum efficere cogitauit. Quemadmodum igitur ipsum est animal sempiternum, ita etiam hoc uniuersum pro uiribus tale efficere aggressus est. Animalis itaque natura æterna erat, & hæc quidem ut ei quod factum esset penitus adaptaretur, fieri non poterat. Imaginem itaque quandam mundi mobilem facere cogitat, & exornans simul cœlum, facit manentis æui siue mundi imaginem æternam, in uno secundum numerum progredientem, hãc scilicet quam tempus nominauimus. Quum enim dies & noctes & menses & anni non essent, antequam cœlum fieret, etiam tunc simul ut illud constituebatur, productionem ipsorum machinatur. Hæc autẽ omnia temporis partes sunt. Et erat, & erit, temporis facti species, non animaduertimus nos non rectè ad sempiternam tẽporis essentiã referre. Dicimus enim erat, & est, & erit. At illi est solum, iuxta ueram rationẽ conuenit. Erat autẽ, & erit, de his quæ in tẽpore fiunt ac progrediũtur dici cõuenit. Sunt enim ambo motus. Quod autẽ semper secundũ eadem immobiliter se habet, neq; antiquius, neq; recẽtius unquam fieri conuenit, neq; nunc factum essẽ, neq; in posterum fore, neq; omnino quicquam eorum quæ origo his quæ in sensu feruntur adiunxit. Nam hæ temporis sunt species, quod & mundũ imitatur, & secundum numerum circũuoluit. Et ad hæc etiã adhuc talia, quod factũ est, esse quod factũ est: & quod fit, esse quod fit: & quod futurũ est, esse quod futurũ est: & quod non est, esse quod non est: quorum nihil exactè dicimus. De his igitur nõ fuerit fortassis satis tempestiuum in præsentia exactam tractationem instituere. Tempus igitur cũ cœlo factũ est, quo simul facta, simul etiam soluãtur, si quãdo solutio aliqua ipsorum cõtigerit: & secundũ exemplum æternæ naturæ factum est, ut q̃ simillimũ ipsi pro uiribus sit. Nam exemplar per omne æuum est id quod est. Hoc autẽ rursus perpetuò per omne tẽpus factum & existens & futurum est solum. Ex qua ratione, & huiusmodi dei ad temporis productionem cogitatione, quo tẽpus fieret, Sol & Luna, & quinq; aliæ stellæ, planetæ appellatæ, ad numerorum temporis distinctionem ac conseruationẽ factæ sunt. Corpora uero ipsorum singulorũ quum fecisset deus, posuit ipsa quę septem essent, in circũuolutionis septem numero, quibus alterius circuitus progrediebat. Lunam quidẽ in primum circum terram circulum. Solem uero in secundũ super terram. Luciferũ uero, & sacram Mercurij dictam stellam, in eos orbes qui uelocitate quidẽ, æqualẽ cursu cũ Sole circulum progrediũtur, cõtrariam autẽ ipsi uim sortiti sunt. Vnde & cõprehendũt, & cõprehenduntur etiam secundũ eadem à seipsis uicissim & Sol & Mercurius & Lucifer. Alia uero quibus orbibus, & quas ob causas locauit, si quis omnes recensere uellet, oratio obiter fuscepta plus operis exhiberet, cẽ ea quorum gratia illa haberetur. Hęc igitur fortassis per ocium in posterum dignam se enarrationẽ consequentur. Postquã uero ea quæ tempus simul efficere oportebat, singula ad decentẽ seipsa circũuolutionem deuenissent, & corpora uinculis animatis ligata, animalia facta essent: tunc id quod demandatũ esset didicerũt, ut sanè secũdũ alterius circũuolutionẽ, quæ obliqua est, & per eiusdem naturã it, eiq; subiecta est, aliud quidẽ ex ipsis maiore, aliud minore circulo progrederetur: citius quidem ea quæ minore, tardius autem quæ maiore circumiuissent. Quæ uero eiusdem circũuolutione celerrimè circũiuissent, à tardius progredientibus cõprehendi uiderentur, dum comprehenderent. Omnes enim ipsorũ circulos uertigo illius circũuoluens, eo q̃ ilsti bifariam in cõtraria simul progrediuntur, id quod tardissimè ab ipsa, quæ uelocissima est, discessit, proximũ ostendit. Quo uero euidens quædã mensura esset inter ipsa in tarditate & uelocitate: & quæ circa octo circumuolutiones essent

Tempus imago mundi est

Temporis species ratio

Planetarũ usus & cursus

Universidad de Deusto
Biblioteca

progrederentur: lumen deus accendit in secundo ad terram circuitu, quod nunc Solem appellauimus, quo quàm in totum cœlum luceret, & animalia quibus hoc conueniret, numero participarent, disciplina ab eiusdē & similis circūuolutione accepta. Noxigitur & dies sic facta sūnt, & propter hæc unius & sapientissimi circuitus circumuolutio. *Mensis & anni ratio* Mensis autem, postquàm luna circulum suum circumgressa Solē appræhenderit. Annus uero quū Sol suum circumiuerit circulum. Reliquorum aūt circuitus nō intelligūt homines, exceptis paucis de multis, & neq; nominant, neq; consideratis numeris proportiones ipsorum inter se metiuntur. Quare ut ita dicam nesciunt tempus esse horum uagationes, multitudine immensa, & admiranda uarietate contingentes. Fieri tamē nihilo minus potest ut intelligamus, quòd perfectus temporis numeris perfectum annū tunc cōplet, quum omnium octo circuituum uelocitates inter se completæ caput attigerint, eiusdē & similiter progredientis circulo mēsuratæ. Secundū eadē itaq; horū gratia facta sunt sydera, quæ per cœlū meantia habent cōuersiones quo hoc q̄p similimū sit perfectissimo & quod intelligentia percipitur animali, ad æternæ naturæ imitationem. Et iam quidem aliæ usq; ad temporis originem effecerat, ad similitudinem eius cui assimilabat. Verum eo quòd nondum omnia animalia intra se facta compræhendisset, hac parte adhuc dissimilis imago erat. Hoc itaq; ex ipso reliquum efficiebat, ad exemplaris exprimens naturā. Quatenus igitur intelligentia cōtuetur ideas, quæ insunt in eo quod est animal, & quales insunt, & quot: tales & tot etiam hoc habere oportere cogitauit & statuit. Sunt autem quatuor. Vna quidem, cœleste deorum genus. Alia, alatum & per *Animaliū ideæ quatuor* aerem means. Tertia, aquatilium species. Quarta, pedestris & terrena. Diuini igitur plurimam ideam ex igne efficiebat, quo aspectu splendidissimum & pulcherrimum esset. Vniuerso uero hoc assimilans, orbiculare faciebat, ponitq; ipsum ut ad optimi sapientiam illud sequatur, distribuens circum circa omne cœlū, ut ornatus uerus uarius ipsi esset per totum. Motus autem duos unicuiq; adiunxit. Alterum in eodem secundum eadē, ut de ijsdem semper eadem sibijpsi cogitet. Alterum in anteriorē partē, in quo ab eiusdē & similis circumuolutione superatur. Quinq; uero reliquos motus ab hoc genere alienos esse uoluit, & his immobile ac stans, quo q̄p maxime unumquodq; ipsorū fieret optimū. Ex qua sanè causa, quęcunq; nō uaga astra animalia facta sunt, ea quum diuina sint, propterea in eodem uertuntur, & semper manent. Quæ uero mutantur, & ita uagantur uelut in superioribus dictum est, ea secundū illa facta sunt. Terrā porrò nutricē nostrā, quæ circum polum per uniuersum extētum concluſa est, custodem & opificem noctis ac diei constituxit, primam & antiquissimam ex corporibus quæ intra cœlū facta sunt. At uero horū ipsorum tripudia, & inter se collationes, & circulorum ad seipsos reuolutiones, & accessiones: & quales dij in cōiunctionibus inter se propinqui sint, & qui oppositi: & post quos, & ante quos, è directo inter se & ad nos: & in quibus temporib. singuli occultātur, & rursus apparentes, timorē et futurorū posteā signa, his qui cōsiderare possunt, mittūt: hoc totū tradere absq; perspectione simulachrorū ad horū imitationem *Astrolabiorū usus* effictorū, inanis labor esset. Quare et hæc nobis hoc modo sufficiūt, et quæ de deorū uigine cognoscere ac dicere, maius quàm pro nostris uiribus opus est. Credendū autem est his qui dixerunt antea, filijs quidem deorum, uelut ipsi de se prædicant, manifestè uero progenitores suos nouerunt. Impossibile igitur est deorum filijs fidem derogare: etiamsi et absq; uerisimilibus, et absq; necessarijs demonstrationibus dicant. Quare nos legem sequentes credere ipsis oportet, uelut asserentibus domestica se proferre. Sic igitur secundum illos, etiam de his deis origo prout se habet proferatur. Terræ ac cœli filij geniti sunt Oceanus et Tethys. Ex his autem Phorcys et Saturnus et Rhea, et horum fratres. Ex Saturno uero et Rhea Iupiter et Iuno, et omnes quos fratres ipsorum dici scimus, insuperq; alios horum filios. Postquàm igitur omnes, et qui manifestè circumuagantur, et qui quantum uoluerint apparent dei, originem habuissent, tunc is *Oratio opificis ad deos à se factos* qui uniuersum hoc fabricauit, hæc ad ipsos dicit. Dei deorum, quorum ego sum opifex, et pater operum, quæ per me facta, me uolente solui non possunt. Quicquid igitur ligatum est, solui potest. At quod pulchrè coaptatum est, et bene se habet, hoc soluere uelle, mali est. Quapropter quandoquidem facti estis, immortales quidem non

non estis, neque penitus indissolubiles: non tamen soluemini, neque mortis sortem sequemini, quum mea uoluntas maius adhuc & præstantius uinculum uobis contigerit, quàm sunt illa quibus quando produceremini colligati estis. Nunc igitur hoc quod uobis indicandum duxi cognoscite. Mortalia adhuc genera tria restant nondum facta. Hæc igitur si non fiant, cœlum imperfectum erit. Nam omnia animalium genera in seipso non habebit. Oportet autem habere, si iustè perfectus esse debet. Si uero per me hæc fiant, & uita participent, deis æqualia fiēt. Quo igitur & mortalia sint, & uniuersum reuera totum sit, conuertimini uos ad animalium opificium, meam circa uestrum ortum uim imitantes. Et quantum quidem ex ipsis immortalis nominis particeps esse conuenit, ut diuinum dicatur, & inter ipsa principatum gerat, ex his qui iustiti am & uos semper sequi uolunt, eius ego uobis semina ac initia tradam: Vos autem deinceps immortali mortale attexentes, efficite ac producite animalia, & alimento dato augete, & pereuntia rursus suscipite. Hæc dixit, & rursus in priorem craterem, in quo uniuersi animam temperans miscuerat, reliquias superiorum infundebat ac miscebat, ali quo quidem modo eodem, incorrupta uero non amplius similiter secundum eadem, sed secunda, & tertia. Cōstituto uero uniuerso, diuisit animas æquali cum syderibus numero, & singulas singulis assignauit: & uelut in uehiculū impositis uniuersi naturā ostēdit, & leges fatales ipsis exposuit. Quòd origo prima quidem futura esset ordinata una omnibus, ut ne qua ab ipso imminueretur. Oporteret autem ipsas seminatas in singula conuenientia singulis temporum instrumenta, producere animal diuino cultui deditissimum. Quum uero duplex esset humana natura, melius esset id genus, quod etiam po- *Animarum leges fatales* stea uiri nomen accepturum esset. Quando itaq; corporibus ex necessitate insertæ fuerint, & modo hoc accesserit, modo illud de corporibus ipsarum decesserit, primum qui dem necessariò futurum esset ut sensus unus omnibus uiolentarum illic affectionum à natura insitus contingat. Deinde uero amor uoluptate & dolore permixtus. Et ad hæc, timor & ira, & quæ ad hæc sequuntur, & quæ contrario modo natura distant: Quibus si dominarentur, fore ut iustè uiuerent, si uero ab ipsis superarentur, iniustè. Et quòd is qui per conueniens tempus bene uixerit, rursus ad cōtubernalis syderis habitationem profectus, uitam felicem habiturus sit. Qui uero in his deliquerit, in secundo ortu in mulierem naturam transiturus sit. Qui uero neque sic à malis moribus quieścit, quibus inquinatus est, is iuxta morum similitudinem, in eiusmodi quandam bestiæ naturam semper mutatur: & dum mutatur, non prius ab afflictionibus liberabitur, quàm eiusdem & similis circuitu, quem in se habet, multam illam turbam attraxerit, quæ posterius ex igne & aqua & aere ac terra accreuit, & tumultuosa ac bruta existit, eaq; per rationem superata, ad primam & optimam habitus speciem deuenerit. Postquàm uero hæc om- *Sydera sunt tē poris instrumenta* nia ipsis pro lege constituisset, quo in posterum prauitatis singulorum culpam non sustineret, seminabat alios quidem in Solem, alios autem in Lunam, alios uero in alia tem effingerent, & quantum reliquum esset humanæ animæ quod accedere oporteret, & omnia quæ ad hæc sequuntur, ubi effecissent, his imperarent, & pro uiribus præclarissimè ac optimè mortale animal gubernarent, nisi ipsum sibijpsi malorum causa fieret. Atque ipse quidem quum hæc omnia constituisset, in suo statu pro more manebat. Eo uero manente filij, intellecta patris ordinatione, ei parebant: & accepto immortali principio mortalis animalis, imitantes opificem suum, ignis & terræ & aquæ ac aeris particulas, à mundo mutuò accipientes, uelut rursus reddituri, ea quæ accepissent conglutinabant, non indissolubilibus uinculis quibus ipsi colligati erant, sed eiusmodi quæ ob exilitatem uideri non possent, crebris clauiculis compingentes, & unumquodq; ex omnibus corpus efficientes, immortalis animæ circuitus in corpus, in quod & influeret, & de quo difflueret quid, illigabant. Illæ uero in multū flumen illigatæ, neq; tenebant, neq; tenebantur, sed ui ferebantur, & ferebant, ut totum quidem animal moueretur, inordinatè tamē & temerè prout cōtingeret progrederetur, omnes sex motus habens. Nam & in anteriorē partē & retrò, & rursus in dextra & sinistra, & deorsum ac sursum, & undiq; iuxta sex locos uagantia progrediebātur. Quū em multus esset fluctus inundans ac defluēs, qui alimentū exhibebat: maiorē adhuc turbationē affectiones ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

trinsecus singulis allabentes efficiebant: quando corpus alicuius extrinsecus ad alienũ ignẽ impingeret, aut ad terræ soliditatem, aut ad humidam aquarum lubricitatem, aut uentorũ ab aere cõmotorũ tempestate compræhensum esset, & ab omnibus his motio nes per corpus ad animã transirent, quæ sanè etiã postea ob id sensus appellatæ sunt, & adhuc nũc appellãtur: & profectò etiã tunc in præsens plurimũ ac maximũ motũ inducẽtes, & cũ riuo perpetuo fluẽte mouẽtes, & uehemẽter concutientes, eũ quidẽ animæ circuitũ qui eiusdem est, penitus ligarũt, contra ipsum fluẽtes, & principatũ ac progressum eius cohibuerũt: alterius aũt circuitũ cõcusserunt, ut dupli ac tripli interualla, quæ utraq; tria essent, & sesquialterorũ & sesquitertiorũ et sesquioctauorũ medietates & colligationes (quando quidẽ hæ omnino dissolui nõ poterãt, præterquàm ab eo qui colligasset) omni torturæ genere obtorquerẽt, & omnes fracturus ac dissensiones circulorũ inducerẽt, quotiescũq; id fieri posset, ita ut inter se uix cohærẽtes ferrentur quidẽ, sed temerè tamen, modo contrariæ, modo obliquæ, modo supinæ: Velut quum quis supinus firmato ad terrã capite, pedes sursum ad quid admotos habeat, tunc in hac affectione, & eius qui afficitur, & uidentium, dextræ partes sinistræ, & sinistræ dextræ, utrisq; uicissim conspiciuntur. Hoc idẽ itaq; & huiusmodi alia, circuitus animæ uehemẽter perpetiẽtes, ubi in quid extrinsecus eiusdẽ aut alterius generis inciderint, tunc id quod idem cum aliquo est, & quod alterum ab aliquo, contra quàm uerum est appellantes, menda ces & dementes fiunt, & nullus inter ipsos tunc circuitus aut princeps, aut dux est. Si uero rursus extrinsecus sensus aliqui ferantur, & allapsi simul totam animæ amplitudinem attraxerint, tunc hi dum superantur, superare uidentur: Et propter omnes has affectiones nunc ab initio amens fit anima, quum primum corpore mortali illigata fuerit. Quum uero augmenti & alimenti fluxio paucior accesserit, & rursus circuitus tranquillitatem adepti uiam suam iuerint, & progressu temporis magis sedantur, tunc iam ad ad naturalem figuram progredientibus singulis circulis, circuitus directi, & alterum, & idem rectè appellantes, sapientem eum qui ipsos habent efficiunt. Si uero etiam recta quædam institutionis educatio simul opem tulerit, integer & penitus sanus maximum morbum effugerit. At si ex negligentia claudam uitæ uiam pergressus fuerit, imperfectus & inutilis rursus ad orcum abit. Atq; hæc quidem posterius aliquando fiunt. Verũ de his quæ nunc proposita sunt exactius tractare oportet. Ante hæc uero de corporum secundum partes origine, & de anima exponendum est, & quas ob causas, & prouidentias deorum facta sunt, his qui maximè ut par est usurpant, & sic secundum hæc procedunt. Primum igitur diuinos circuitus qui duo sunt, figuram uniuersi imitati quæ rotunda est, in rotundum ad pilæ formam corpus illigarunt, hoc scilicet quod nunc caput nominamus, quod & diuinissimum est, & omnibus quæ in nobis sunt dominatur, cui etiam totum corpus in ministerium ipsi congregatum dei tradiderunt, intelligentes hoc omnium motuum particeps fore. Quo igitur non si in terra uolueretur, quæ altitudines et profunditates uarias habet, desperaret de alijs transcendendis, de alijs quomodo inde egredi posset, uehiculum ipsi hoc expeditum dederunt. Vnde sanè longitudinẽ corpus accepit, et quatuor artus extentos ac flexibiles produxit, deo moliente progressionem, quibus innitens ac se sustentans, per omnes locos progredi potest, diuinissimi ac sacerrimi habitationem supernè ferens. Crura igitur et manus hoc modo, et ob hæc, omnibus producta sunt. Cæterum anteriorem partem posteriore præstantiorem ac principaliorem putantes dei, hac parte multum progressum nobis dederunt. Oportebat autem hominem habere anteriorem corporis partem distinctam et dissimilem. Quapropter primum ad capitis amplitudinem mox subiecerunt faciem, et instrumenta huic ad omnem animæ prouidentiam illigarunt, et hanc principatus participem esse constituerunt, ut quæ esset secundum naturam anterior. Ex instrumentis autem primum luciferos oculos fabricauerunt huiusmodi causæ illigatos. Ex igne eo qui non urit, sed lumen mite exhibet, ut ppriũ uniuscuiusq; diei corpus fieret, machinati sunt. Nã eũ q intra nos est huic cognatus sincerus ignis, p oculos læuẽ ac dẽsum fluere fecerũt, toto quidẽ oculo, maximè uero media eius parte cõpacta, ut reliquũ quidẽ omnẽ qui crassior est cõtineret, talẽ uero solũ ipsumq; purum transmitteret. Quũ igitur diurnũ lumen circa uisus fluxum fuerit, tunc simile ad simile elabens compingitur, et unum cognatum corpus

Sensuũ appellatio

Sapiẽtia in sic eo

Corporis partium ratio

constituitur secũdum oculorum rectitudinem, ubicunq; id quod intrinsecus allabitur, reniti tur ad id, ad quod externũ coincidit. Quũ itaq; totũ ob similitudinẽ similibus affectionibus obnoxiũ sit, quodcũq; sanè unquàm ipsum attigerit, & quodcũq; aliud illud, id in illud motũ distribuit, & in totum corpus usq; ad animam sensum hũc exhibet, quo sanè uidere nos dicimus. Vbi uero cognatus ignis in noctem abijt, resecatur. Nã ad dissimile egressus alteratur ipse, & extinguitur. Cum uicino enim aere non amplius cõcrescit, ut qui ignem non habet. Videre igitur desinit, & somnum inducit. Quam enim ad salutem uisus gratia machinati sunt Dei palpebrarum naturam, ea ubi conniuet, internam ignis uim concludit. Hæc autem diffunditur, & internos motus explanat, quibus explanatis quies fit. Quòd si multa quies fiat, somnus cum breuibus somnijs incidit. Si uero maiores quidam motus relicti fuerint, quales & in quibus locis relinquuntur, talia ac tot intus exhibent simulachra, & extrinsecus excitatis quæ in memoriã reuocantur spectra. Porrò imaginũ, quę in speculis repręsentant, & circa omnia illustria acqeuia aspectu apparent, ratio nihil amplius difficultatis habet. Nã ex interna ac externa ignis utriusq; inter se cõmunione, rursus uno circa læuitatem subinde oriente, & multis modis adaptato, talia omnia necessariò apparent, dum qui circum faciem est ignis, cum eo qui circa uisum est igne, circa læue ac illustre compingitur. Dextra uero conspiciuntur sinistra, eo quòd contrarijs uisus partibus contrarias partes attingimus, præter solitum occursus morem. Contrà uero dextra dextra, & sinistra sinistra uidentur, quum lumen compactum transierit ab eo cum quo compingitur. Hoc autem contingit, quum specu lorum læuitas hinc atq; illinc altitudines adepta, dextram uisus partem in sinistram detruserit, & alteram in alteram. At uero secundum longitudinem faciei conuersum speculũ, idẽ hoc totũ ut supinũ uideatur efficit, ut quod infernã splendoris partem ad supernã, & rursus supernã ad infernã detrusit. Hęc igitur omnia sunt causæ adiuuãtes, quibus deus ministris utitur, ad optimi ideam quantũ fieri potest absoluendam. Putantur autẽ à plurimis nõ adiumantes causæ, sed omniũ causæ esse, ita ut & frigefaciant & calefaciant, & compingant ac diffundant, & quęcunq; huiusmodi efficiant: rationẽ uero nullã, neq; intelligentiam ad quicquã habere possunt. Nã ex his quę sunt, id cui soli intelligentiam habere conuenit, Anima dicẽda est. Hæc autẽ uideri nõ potest. Ignis uero & aqua & aer & terra, omnia facta sunt corpora quæ uideri possunt. At intelligentiæ & scientię amatorem necesse est sapientis naturæ causas primas persequi. Quæ uero ex alijs quidẽ dũ mouentur, alia uero necessariò mouẽt, fiunt, eas secũdas facere. Et sanè secundũ hæc etiam nobis ambo causarũ genera dicenda sunt. Seorsum uero quæ cũ intelligentia bonorum & malorum opifices sunt: & rursus quæ sapientia destitutæ, quiduis prout cõtigit sine ordine semper efficiũt. Oculorũ igitur causæ adiuuãtes ad hoc, ut habeãt eã uim quam nũc adeptæ sunt, dictæ sint. Maximũ uero ipsorum ad utilitatẽ opus, ob quod deus ipsos nobis largitus est, postea dicendũ est. Visus itaq; iuxta meã rationẽ, maximę utilitatis causa nobis existit. Nã eorũ sermonũ qui nũc nobis de uniuerso habentur, nullus unquàm dictus fuisset, si neq; sydera, neq; Solẽ, neq; cœlũ uidissemus. Nũc uero dies & nox oculis cõspectę, menses itẽ & annorũ circuitus, numerũ excogitarũt, & tẽporis notionẽ, et de uniuersi natura inquisitionẽ præbuerũt. Ex quibus philosophiæ genus cõparauimus, quo nullũ unquàm maius bonũ mortaliũ generi deorũ munere cõtigit, nèque cõtinget. Hoc itaq; maximũ oculorũ beneficiũ esse dico. Reliqua uero minora qd prædicare opus est: à quorũ cognitione si quis à philosophia alienus excæcatũ se lugeat, frustra luxerit. Verũ hoc à nobis dicat, deũ ob hãc causam oculos inuenisse, nobisq; uisum largitũ esse, quo intelligẽtiæ quę in cœlo est, circuitus conspicati, utamur ipsis ad circuitus nostræ cogitationis, qui cũ illis cognationẽ habent, ex illis nõ perturbatis, nostras perturbatas cognoscẽtes, & ratiocinationis secundũ rectitudinis naturam participes facti, dei circuitus qui penitus non uagi sunt imitantes, eos qui in nobis sunt componamus. De uoce porrò et auditu rursus eadem ratio est, ad eadem et eorundem gratia, à dijs donata nobis illa esse. Nam & sermo ad eadem hæc destinatus est, maximã ad ipsa partem conferens: et quantum rursus uocis musicæ utile est, id ad auditum harmoniæ gratia datum est. Harmonia uero cognatos habens circuitus his qui in anima nostra sunt, ei qui cum intelligentia Musis utitur, nõ ad absurdã uoluptatẽ, quemad

Somni & Somniorum ratio

Speculorum et similium rerũ ratio

Causæ adiuuantes

Vocis & auditus utilitas

modum

Universidad de Deusto
Biblioteca

modũ nũc esse uidetur, utilis est: sed ad animæ circuitũ in nobis inconcinnũ factũ, ad or
natũ ac concentũ redigendũ, ipsi pro auxiliario à Musis data est. Sed & rythmus ob im
moderatũ in nobis, & gratijs in plerisq; indigentẽ habitũ, ad eadẽ ab eisdem auxiliarius
datus est. Et hactenus quidẽ paucis exceptis, intelligẽtię opera recẽsuimus. Oportet au
tẽ & ea quæ per necessitatẽ fiunt, oratione apponere. Mixta equidẽ mũdi huius origo,
ex necessitatis ac intelligẽtię cõstitutione facta est. Quũ itaq; intelligẽtia necessitati do
minaretur, & eo quòd ipsa pareret, plurima quæ fierẽt illa ad optimũ perduceret, hac ra
tione secundũ eadẽ, per necessitatẽ à sapiẽte persuasione uictã ab initio uniuersum hoc
constitit. Si quis igitur quomodo factũ sit secundũ eadẽ reuera exponet, miscẽda est eti
am uagãtis causæ species, quo hæc à natura ferre solet. Sic igitur rursus ad initium reuer
tendũ est, & accepto horũ ipsorũ alio conueniente principio, rursus quemadmodũ tũc
de illis, ita nunc de his ab initio incipiendũ est. Considerãda uero est ante cœli originẽ,
ipsa ignis & aquæ & aeris ac terræ natura, & ante hoc affectiones. Nunc enim nemo ip
sorum originem significauit, sed uelut ad sciẽtes quid tandem sit ignis, & quoduis ipso-
rum uerba facimus, principia ponentes uniuersa ipsi elementa, quum ne in syllabæ qui-
dem specie conueniat ipsis uel à parũ sapiente meritò assimilari. Nunc igitur quantũ ad
nos ita res se habeat. De uniuersorũ quidẽ siue principio, siue principijs, siue quomodo
cũq; de his uidetur, in præsentia dicendũ non est, ob aliud quidẽ nihil, q̃ quòd difficile
est iuxta præsentẽ tractationis modũ tradere ea quæ uidentur. Neq; igitur uos me dice
re oportere putetis, neq; ipse mihijpsi persuadere possum, quòd rectè tantũ opus aggre
derer. Quod uero ab initio dictũ est, uerisimiliũ sermonũ uim custodiẽs, conabor ut nul
lo minus, sed etiã magis, uerisimilia ab initio de singulis ac uniuersis dicã. Deo itaq; etiã
nunc in orationis principio inuocato ut seruatore, quo ex absurda & insolita narratio-
ne, ad docendũ ea quæ uerisimilia sunt nos cõseruet, rursus dicendi initiũ facimus. Prin
cipiũ igitur de uniuerso maius sit eo quod ante diuisum est. Tunc enim duas species di-
uidebamus. Nunc uero tertiũ aliud genus nobis declarandũ est. Duæ enim in superius
relatis sufficiebant. Vna quidẽ uelut exemplaris species proposita, quæ intelligẽtia per
cipi potest, & semper secundum eadem est. Altera uero exemplaris imitatio, quæ origi
nẽ habet & uideri potest. Tertiã aũt tunc nõ diuidebamus, duas sufficere arbitrati. Nũc
uero ratio cogere uidetur, ut difficilem & obscuram speciem oratione declarare aggre
diamur. Quam igitur uim & naturam habere ipsam putandum est? Talem maxime, ut
sit ipsa omnis originis receptaculũ, uelut nutrix. Et dictũ quidem est id quod uerum est,
oportet tamen euidentius de ipso dicere. Difficile autem hoc est tum aliàs, tũ quòd an-
tea ambigere de igne, & alijs cum igne necessarium est, hac de causa. Horũ enim unum-
quodq; dicere, quod reuera sit aqua magis quàm ignis, & quòd quiduis potius q̃ om-
nia, & sic singulatim, ut quis firmiter & cõstanter sermone utatur, difficile est. Quomo-
do igitur hoc ipsum, & quatenus, & quid de ipsis meritò ambigẽtes dicemus? Primum
quidẽ id quod nũc aquã nominauimus, si cõpingatur & cõcrescat ut putamus, lapides
& terrã fieri uidemus. Si uero liquescat & dissoluatur idẽ hoc, uentũ & aerẽ. Combustũ
uero aerẽ, etiã ignẽ. Rursus autẽ concretũ & extinctũ ignẽ, in aeris ideam abire. Et rur-
sus aerem coeuntem & densatum, fieri nebulam & caliginem. Ex his autem si magis cõ
pingantur, aquam fluentem. Ex aqua uero rursus terram & lapides, atq; sic per circuitũ
ut apparet, distribuere inter se alterũ alteri originem. Quum itaq; hæc singula nũquàm
eadem conspiciantur, non est qui non pudore afficiat seipsum, si quod ex ipsis uelut sit
quodcunq; hoc, & non aliud constanter affirmet. Quare longè tutissimum est de his
censentes hoc modo dicere, ut id quod semper, aliàs aliud fieri uidemus, uelut ignem,
non hunc, sed talem ubiuis ignem appellemus: neq; aquam hãc, sed talem semper: neq;
aliud quicquam unquàm, uelut quod firmitatem aliquam habeat, ex his quæ ostẽ-
dentes per dictionẽ hoc, & istud, harũ usu indicare quid nos putamus. Fugiunt enim &
nõ expectãt dictionẽ hoc, & huius, & huic, omnemq; aliã quæ stabilia ipsa, uelut sint, in
dicat. Quare hæc quidẽ, singula dicere nõ oportet, Verum tale quod semper circuma-
gitur, simile, de singulis & uniuersis sic dicere: Et sanè etiã ignẽ qui per omnia est, talem,
& quicquid orum habet. At in quo singula fieri uidentur, & rursus illinc pereunt, il-
lud solum per dictionis hoc, & istud, usum appellare. Quodcunq; uero calidũ aut albũ, aut

De Elementis quomodo dicendum

aut etiam quodcunq; contrariorum, & omnia quæ ex his sunt, nihil horum ita uocare.
Adhuc uero ut rursus clarius de ipso dicamus conabimur. Si enim quis omnibus figu-
tis ex auro formatis, non cesset singulas in omnes transformare, & ostenderet quis unã
ex ipsis, ac interrogaret quid'nam esset, lõgè tutissimũ ad ueritatem esset dicere, aurum
id esse. At triangulũ & quæcũq; aliæ figuræ inductæ sunt, nũquàm dicere hæc uelut sint
oportet, quę sanè interim dum deponuntur transmutantur. Sed & si talem, de aliqua cũ
cautione admittere uelut, boni consulendũ est. Eadẽ ratio est etiã de natura omnia cor-
pora suscipiente, idem semper ipsam dicendã esse. Ex sua enim potentia penitus nõ ex- *Materiæ potẽtia*
cedit. Nam & semper omnia suscipit, & formã nullã unquàm ulli ingressorum similem
ullo modo accipit. Effigies enim à natura omnibus posita est, moueturq; ac figuratur
ab ingressis. Apparet aũt, ppter illa, aliàs alia. At ingressa & egressa, eorũ quæ semp sunt
simulachra sunt, expressa ab ipsis modo quodã mirabili, & qui difficulter enarrari po-
test, de quo rursus tractabimus. Verũ in præsentia tria genera animaduertere oportet.
Vnum quod fit, Alterum in quo fit. Tertium unde id quod fit assimilatur ac producit. *Tria rerum genera*
Et sanè etiam assimilare decet, id quidem quod suscipit, matri: Vnde uero fit, patri: Inter
mediam autem naturam, soboli: & cogitare quòd si fieri debet effigies omnibus uarie-
tatibus aspectu uaria, non aliter hoc ipsum in quo id quod effigiatur collocatur, rectè
fuerit præparatum, quàm si informe sit, & omnibus illis ideis careat, quas alicunde susci
pere debet. Si enim simile fuerit alicui eorum quæ suscipit, tunc ubi effigies contrariæ *Materia infor mis*
aut omnino alterius naturæ susceperit, malè illas assimilabit, ut quæ suam præ se fert fa-
ciem. Quapropter ab omnibus speciebus alienum esse oportet, id quod omnia genera
in seipso susceptурum est: quemadmodum in unguẽtis odoratis liquores, qui susceptu-
ri sunt odores: & qui in mollibus quibusdam figuras imprimere uolunt, nullam omni-
no figuram manifestam esse sinunt, sed prius explanata illa læuissima faciunt: Eodem i-
gitur modo & id quod omnium, & eorum quæ semper sunt, effigies in seipsum totum
sæpe probè suscipere debet, ab omnibus speciebus à natura alienũ esse conuenit. Qua-
ppter eius quod factũ est uideriq; potest, & omnino sentiri, matrẽ & receptaculũ, neq;
terrã, neq; aerẽ, neq; ignẽ, neq; aquã dicamus: neq; quæ ex his, neq; ex quibus hæc facta
sunt sed speciẽ quandã quæ uideri non potest, & informis est, & omnia suscipit: quam si
eius quod intelligentia percipitur inexplicabili quodam modo participem esse, & diffi
cilimè compræhendi posse dicamus, non mentiemur. Quantum uero ex antea relatis
fieri potest, ut naturam ipsius assequamur, hoc modo quis rectissimè dicere potest: Ignẽ
quidem, ubiuis ignitam ipsius partem uideri: humectam uero, aquam: Terram autem
& aerem, inquantum horum simulachra suscipit. Verum tale de ipsis distinguere, & ma
gis ratione expendere oportet. Nũquid est aliquid ignis ipse in seipso, & omnia de qui-
bus semper dicimus, sic ut sint ipsa singula per seipsa? Aut hæc quæ uidemus, & quę per
corpus sentimus, sola sunt quæ eiusmodi ueritatem habent, alia uero non sunt usquàm
ullo modo præter hæc: sed frustra semper uniuscuiusq; speciem esse dicimus quæ intelli
gentia percipiatur, quum nihil aliud hæc sint quàm uerba. Neq; igitur re præsenti, sine
cognitione & iniudicata omissa, æquum est affirmando asserere ita se habere: neq; ad di
sputationem longam, alia præter institutum prolixior adhuc superaddenda esse uideт.
Si uero res magnis terminis inclusa breuibus explicari possit, hoc maximè rempestiuè
fieret. Sic igitur ipse meam sententiam pronuncio. Siquidem Intelligentia, & opinio ue
ra, duo genera sunt, has species per seipsas à nobis omnino sentiri non posse, sed solũ in-
telligentia percipi. Si uero uelut quibusdã uidetur, opinio uera nihil differt ab intelligẽ-
tia, omnia quæcunq; per corpus sentimus, stabilissima censenda sunt. Duo itaq; illa di-
cenda sunt, eo quòd seorsum fiunt, & dissimiliter se habent. Alterum enim ipsorum per
doctrinam, alterum ex persuasione nobis accedit: & alterum semper cum ratione uera,
alterum sine ratione: & alterũ à persuasione moueri non potest, alterum ad diuersa per-
suaderi potest: & opinionis quidem ueræ quemuis uirum participem esse dicendũ est,
intelligẽtiæ uero deos, parum autẽ hominum genus. His uero ita se habentibus, confi-
tendũ est eam speciem quę secundum eadem se habet, & ortus & interitus expertẽ esse,
neq; in seipsam aliud aliundè suscipere, neq; ipsam in aliud aliquò ꝓgredi: sed nec uisui,
nec aliàs sensibus expositã esse, hãc sanè cuius cõsiderationem intelligentia adepta est.

At

Universidad de Deusto
Biblioteca

At eam quæ eiusdem nominis & illi similis est, secundam esse sensuiq; expositam & factam, & quæ semper gestatur ac sit in quodam loco, & rursus inde perit, & opinione cũ sensu compræhenditur. Tertium autem genus est loci semper, corruptionem non suscipiens, sed firmam sedem exhibens omnibus quæ ortum habent. Ipsum autem cum sensus interceptione tangi potest, ratiocinatione quadam spuria uix firmum. Ad quod sanè etiam respicientes somniamus, & necessarium esse dicimus, ut omne quod est sit in quodam loco, & regionem aliquam occupet: Quod uero neq; in terra, neq; in cœlo est, nihil esse. Hæc autem omnia & his similia, etiam circa eam quæ insomnis est & uerè natura. Præ hoc somnio non possumus excitari, ut distinguentes id quod uerum est dicamus. Nam imaginem quidem, quando quidẽ neq; ipsum hoc in quo facta est, ipsius est, sed alterius cuiusdam semper fertur simulachrum: propterea in altero quodam fieri conuenit, ita ut essentiam quodammodo usurpet, aut ipsa penitus nihil sit. At ei quod reuera est, ratio exactè uera opitulatur, quòd quandiu hoc quidem aliud fuerit, & illud aliud, neutrum in neutro unquàm factum, unum simul idem, & duo fient. Hæc itaq; ratio ex mea sententia supputata in summa detur, tria trifariam esse, id quod est, & locum, & id quod fit, etiam prius quàm cœlum fieret. Eius uero quod fit nutricem, dum humectatur & ignescit, & terrę ac aeris formas suscipit, & quęcũq; alię affectiones ad has sequuntur perpetitur, uariam quidem aspectu uideri, quia uero neq; similibus neq; æqualis momenti potentijs impletur, nulla parte cum illis æqualis momenti esse, sed dum inæqualiter undiq; libratur, concuti quidem ipsam ab illis, dum uero commouetur, rursus illa cõcutere, illa uero dum mouẽtur alia aliò semper ferri ac secerni: Quemadmodum ea quæ à cribris & instrumentis ad frumentum purgandum paratis concutiuntur ac uentilant, partim densa ac grauia aliò, partim rara ac leuia ad aliã sedem delata considũt: Sic tunc quatuor genera à nutrice quæ illa suscepit concuti, dũ ipsa mouetur, uelut si instrumentum concussionem induceret, & quæ quidem plurimum dissimilia sunt, ea ipsa à seipsis illam segregare, similima uero rursus in idem detrudere. Quapropter sanè etiam locum hæc alia alium habuisse, prius quàm uniuersum ex ipsis constructum fieret: & ante hoc quidem omnia sine ratione ac modo se habuisse: Quum uero uniuersum construi deberet, ignem primum & terram & aerem & aquam, quæ quidem uestigia quædam ipsorũ haberent, ita tamẽ affecta essent, uelut uerisimile est se habere quiduis à quo deus abest: sic tunc à natura disposita primum speciebus & numeris efformauit. Quòd uero quatenus fieri potuit, quàm pulcherrima & optima, ex non ita se habentibus, Deus ipsa composuerit, hoc nobis uelut perpetuum de omnibus dictum extet. Nunc uero cõstructionem & ortum ipsorum singulorum insolito sermone uobis declarare aggrediemur. At tamen uos quum docendi uias & modos, per quos necesse est ea quę dicuntur indicari, teneatis, facile hæc assequemini. Primum equidem ignem & terram & aquam & aerem corpora esse, cuiuis patet: omnem autem corporis speciem etiam profunditatem habere, rursus autem profunditatem, planam naturam compræhendere, omnino necesse est. Recta uero planæ basis ex triangulis constat. Triangula autem omnia ex duobus incipiunt, utroq; habente unum rectum angulum, & acutos duos. Horum alterum utrinq; habet partem anguli recti, æqualibus lateribus diuisi: alterum inæqualibus in inæquales partes distributi. Hoc autem ignis & aliorum corporum principiũ ponamus, secundum uerisimilem cum necessitate coniunctum sermonem progrediẽtes. At horũ principia altius petita Deus nouit, & si quis uir ipsi sit amicus. Oportet itaque dicere qualia pulcherrima corpora fuerint quatuor, dissimilia quidem inter se, sed quæ dũ dissoluuntur, alia quædam ex alijs inter se fieri possunt. Hoc enim si assequuti fuerimus, ueritatem de terræ & ignis ortu habebimus, itemq; de his quę in medio sunt iuxta proportionem. Tunc enim nulli concedemus pulchriora his esse quæ uideantur corpora, ita ut unumquodq; secundum unum genus sit. Hoc igitur conandum est, ut pulchritudine excellẽtia quatuor corporum genera coaptemus, & horum naturam nos iustè compræhẽdisse asseramus. E duobus itaq; triangulis quod quidem æqualia crura habet, unam naturã habet: quod uero ex altera parte longum est, infinitas. Eligendum igitur est id quod ex infinitis pulcherrimum est, si ritè ordiri uolumus. Si igitur quis pulchrius delectum proferre potest ad hæc constituenda, ille non inimicus, sed amicus uincet. Ponimus igitur ex

Imaginis ratio

Elementa ante uniuersum qualia

Triangulorũ ratio

ex multis triangulis pulcherrimum unum reliqua trãsgressi, ex quo æqualium laterum triangulum tertium constat. Quando quidem uero ratio prolixior est, si quis hoc confutauerit, & non ita se habere comperierit, ei amica præmia proposita sunt. Eligantur autẽ duo triangula, ex quibus & ignis, & aliorum corpora constructa sunt: alterum quod æqualia crura habet: alterum quod secundum potentiam maius latus semper habet triplo longius breuiore. Quod uero antea non clarè dictum est, nunc magis distinguendum est. Nam quatuor genera inter se uicissim omnia, alia ex alijs ortum habere uidebantur, nõ rectè ita nobis uisa. Fiunt enim ex triangulis quæ elegimus, genera quatuor, tria quidem ex uno quod inæqualia latera habet, quartum uero unum solum, ex triangulo æqualia crura habente coaptatum. Nequaquàm igitur possunt omnia, alia in alia dissolui, & ex multis paruis pauca magna, & contrà fieri: sed tria fieri possunt. Ex uno enim omnia producta sunt, solutisq; maioribus multa parua ex ijsdem constituũtur, quę conuenientes sibijpsis figuras suscipiunt. Et quum rursus parua multa per triangula dispersa fuerint, dum unus sit numerus unius molis, magnam rursus aliam unam speciem efficiunt. Atq; hæc quidem dicta sint de ortu, quem alia ex alijs uicissim habent. Qualis autem unaquæq; ipsorum species facta est, & ex quibus coincidentibus numeris, deinceps dicendum est. Initium uero dabit prima species, & quæ minima constituitur. Elementum autem ipsius est ea quæ id quod subtenditur duplo longius breuiore latere habet. Vbi uero duæ ex his simul secundum diametrum componuntur, & hoc ter contigit, ut diametros & breuia latera in idem uelut centrum firmarint, unum æqualium laterum triangulum ex his quæ sex numero sunt efficitur. At si triangula æqualium laterum quatuor componantur, secundum tres simul planos angulos, unum solidum angulũ faciunt, qui deinceps post obtusissimum planum angulum fit. Talibus autem quatuor effectis, prima species solida, quæ totum circuitum in æquales ac similes partes distribuit, constituitur. Secunda uero species ex ijsdem quidem triangulis, uerum secundũ æquale unum laterum triangula octo consistentibus, unũ angulum solidum efficientibus ex quatuor planis, & dum sex huiusmodi fiunt, secundum rursus corpus ita finem habet. Tertia uero ex bis sexaginta elementis compactis, & solidis angulis duodecim, quorum quisq; à quinq; triangulis planis æqualium laterum continetur, uiginti bases habens æqualium laterum triangulas facta est. Et altera quidem species ab elementis liberata est postquàm hæc effecit. At Triangulum æqualia crura habens, quartæ naturam produxit, secundum quatuor consistens, & ad centrum rectos angulos congregans, uno æqualium laterum quadrangulo effecto. Sex autem talia compacta, angulos octo solidos efficiunt, unoquoq; secundum tres planos rectos coaptato. At figura cõstituti corporis facta est cubita, sex planas quadrangulares æqualium laterum bases habens. Quũ uero adhuc sit constitutio una quinta, deus ad uniuersum ipsa usus est, & per hanc illa depinxit. Proinde si quis omnia hæc reputat, non inconcinnè ambigit, utrum infinitos esse mundos dicere conuenit, aut finitos. Et infinitos quidem reuera imperiti cuiusdam sententiam esse putabit, qui ea ignorat quorum peritiam habere oportebat. Vtrum uero unum aut quinq; ipsos reuera productos dicere cõuenit, magis meritò quis hac parte ambigat. Nostra profectò ratio unum ipsum productum uerisimiliter indicat. Alius autem ad alia fortassis respiciens, alia opinabitur. Sed hæc quidem dimittamus, Quę uero nunc oratione effecta sunt genera, in ignem, & terram, & aquam, & aerem distribuamus. Ac terræ quidem Cubicam speciem demus. Ex quatuor enim generibus terra maximè immobilis est, & ex corporeis maximè compacta. Necesse autem est tale maximè factum esse id quod securissimas bases habet. At in triangulis ab initio propositis securior secundum naturam est basis eorum quæ æqualia latera habent, quàm quæ inæqualia: & quod ex utroq; compositum est planum æqualium laterum quadrangulum, tum secundum partes, tum secundum totum, necessariò stabilius consistit, quàm æqualium laterum triangulum. Quapropter si hoc terræ attribuimus, uerisimilem rationem conseruamus: Aquæ uero eam speciem quæ difficillimè mouetur: eam uero quæ facillimè igni: mediam autem aeri. Et minimum quidem corpus, igni: maximum, aquæ: medium aeri. Et rursus acutissimum, igni: secundum, aeri: tertium, aquæ. Ex his autem omnibus eam quidem speciem quæ paucissimas bases habet, necesse est ex natura facillimè

Universidad de Deusto
Biblioteca

moueri. & maxima secandi ui præditam esse, ut quæ omnium undiq; acutissima sit, in-
superq; leuissima, ex paucissimis ijsdem partibus constans: Secundam uero secundariò
eadē hęc habere: Tertiā tertio loco. Sit itaq; secundū rectam ac uerisimilem rationem,
Pyramis elemẽtum ignis pyramidis solida facta species, ignis elementū & semen: Secundā autem secundum or-
tum, aëris esse dicamus: Tertiam, aquæ. Omnia igitur hæc ita parua statuere oportet, ut
unūquodq; uniuscuiusq; generis à nobis ob paruitatē non uideatur, multis autem con-
gregatis moles ipsorū uideri: & sanè quod ad proportiones attinet, circa multitudines,
& motus, & alias facultates, deum ubiq; hoc modo penitus exactè hęc ad proportionē
eorum quæ ab ipso effecta sunt coaptasse, quatenus Necessitatis natura uolens & per-
Elementorum inter se uires suasa concesserit. Ex omnibus autē quæ circa genera antea diximus, hoc modo iuxta ue-
risimilitudinē maximè res se habet. Terra quidem occurrens igni, & ab acumine ipsius
dissoluta, siue in ipso igne soluta fuerit, siue in aere, siue in aquæ mole, ferē donec ipsius
partes alicubi cōuenerint, & rursus ipsæ sibijpsis coaptatæ, terra factæ fuerint. Non eīm
in aliam speciem unquàm trāsierint. At aqua ab igne, siue etiam ab aere diuisa, fieri pos-
sunt compactæ partes unum quidem ignis corpus, duo uero aeris. Aeris autem portio-
nes ex una parte dissoluta, duo ignis corpora fieri possunt. Et rursus quū ignis ab aere,
aut aqua, aut terra aliqua cōprehenditur, & in multis modicus mouetur, & in ipsis dum
ferūtur reluctatur, & superatus fractus fuerit, duo ignis corpora in unam aeris speciem
conflantur. Et superato aere ac diuiso, ex duabus totis & dimidia una tota aquæ species
concrescet. Hoc uero modo rursus ipsa expendemus. Quum aliorum genus aliquod in
igne ab ipso compræhenditur, & angulorum ac laterum acumine secatur, ubi quidem
in ipsius naturam transiuit, secari desinit. Nam simile & idem cum ipso unumquodque
genus, neque aliquam mutationem inducere potest, neque aliquid pati ab eo quod se-
cundum eadem & similiter se habet. Quandiu uero ad aliud quid accedit, & minus est,
ac cum præstantiore pugnat, dissolui non desinit. Et rursus minora quum in maioribus
multis compræhenduntur pauca, diffringuntur ac extinguuntur: quum uero in supe-
rantis ideam transire uolunt, extingui desinunt, & fit ex igne aer, ex aere aqua. Si uero
cum his, aut etiam cum alio quodam genere congressa pugnent, dissolui nō desinunt,
prius quàm aut omnino depellantur, & si dissolui possint ad cognatum diffugiant:
aut ex superatis unum ex multis simile ei quod superauit fiat, & cum ipso cohabitans
maneat. Et sanè secundum has affectiones etiam omnia locos permutent. Distant e-
nim uniuscuiusq; generis multitudines secundum locum proprium, propter suscipien-
tis loci motum. Quæ uero dissimilia sunt, feruntur ob cōcussionem ad locum illorum
Corporib. primis alia genera inserta quibus assimilata sunt. Quæcunq; igitur non mixta ac prima corpora sunt, per huiu-
smodi causas facta sunt. Quòd uero in speciebus ipsorum alia genera inserta sunt, utri-
usq; elementi constitutio in causa est, eo quòd utraque non solum unum magnitudine
præditum triangulum produxit ab initio, sed & minora & maiora, tanto uero numero,
quot sunt in speciebus genera. Quapropter dum ipsa ad seipsa & inter se uicissim com-
miscentur, uarietate sunt infinita, cuius sanè considerationem facere oportet eos qui de
natura uerisimili sermone uti uolent. De motu igitur & cōstitutione, quo modo & cum
quibus fiunt, si non quis certò statuerit, multa in posterum habendæ ratiocinationi im-
Motus ac quietis ratio pedimento erunt. Hæc igitur iam de ipsis dicta sunt. Ad illa uero etiam hæc, In planicie
nunquàm motum esse posse. Nam mouendum absque moturo, aut moturum absque
mouendo esse difficile aut potius impossibile est. Motus autem non est absq; his omni-
bus. Hæc autem plane unquàm esse, fieri non potest. Sic itaq; quietem in planicie, Mo-
tum uero in sublata planicie semper ponimus. Causa uero naturæ nō plana est inęqua-
litas. Inæqualitatis aūt ortū quidē recēsuimus. Quemodo uero ea quę nō sunt secundū
genera disparata, singula à mutuo motu ac agitatione quiescunt, nondū diximus. Hoc
igitur modo rursus dicamus. Vniuersi circuitus compræhendit genera, & quum circu-
laris sit, eaq; natura prædītus, ut ad seipsum coeat, omnia constringit, & uacuum locum
nullum reliquum esse sinit. Quapropter sanè Ignis in omnia maximè penetrat. Aer aūt
secundo loco, prout tenuitate secundus à natura est. Et reliqua hoc modo. Quæ eīm ex
maximis partibus facta sunt, maximā uacuitatem in constitutione relinquunt: minima
uero minimam. Constrictionis itaq; coitus parua in magnorum uacua detrudit. Quum
igitur

igitur parua ad magna ponantur, & minora dispārēt maiora, maiora uero illa coagmen
tent, omnia sursum ac deorsum transferūtur ad suos locos. Vnumquodq; enim dū ma-
gnitudinē mutat, etiā locorū statū mutat. Sic aūt, & propter hæc, nō planæ naturę ortus
semper conseruatur, quæ sempiternum horum motū, ut & sit, & futurus sit perpetuò, ex
hibet. Post hæc uero cōsiderare oportet, Ignis genera multa facta esse, uelut est flamma:
& quòd à flamma discedit, & nō quidem urit, sed lucē oculis exhibet: & quod flamma
extincta de ipso in ignitis corporibus relinquitur. Eodē modo aeris pars purissima co-
gnomine Aether uocatur: turbulentissima uero, caligo & tenebræ: & aliæ sine nomine
species factæ sunt, propter triangulorū inæqualitatem. Aquæ uero duo prima genera
sunt, alterū liquidū, alterum fusile. Liquidū igitur, eo quòd particeps est aquæ generū,
quæ parua & inæqualia sunt, mobile & ipsum per seipsum, & ab alio factū est, propter
sublatā planiciē, & ob figuræ ideā. Quod uero ex magnis & planis cōstat, stabilius qui-
dem illo & graue à planicie constrictū est, uerum ab igne ingresso & ipsum dissoluēte,
planiciē perdit, & magis motus particeps est. Quū aūt fiat ad motum promptū, dū à ui-
cino aere impellitur, & ad terram distenditur, utriusq; affectionis cognomen accepit, ut
liquari quidem molis euersio dicatur, fluxus autem appelletur ad terram distentio. Rur
sus autem excidente hinc igne, quum nō in uacuum exeat, propinquus aer dum impel-
litur, liquidam molē quæ adhuc facilè mouetur, in ignis sedem detrudens, ipsam ipsi cō
miscet. At moles ipsa dum detruditur recipitq; rursus planiciem, utpote igne non planę
naturæ opifice egresso, in idem cum ipso consistit: & ignis quidem discessum, frigidita-
tem: illo uero egresso istorum congressum, compactum genus esse, dicitur. Ex his por- *Auri ortus*
rò omnibus quæ fusilia aquarum genera appellauimus, id quod ex tenuissimis & pla-
nissimis densissimum fit uniforme genus, splendentis & flaui coloris particeps, precio-
sissima res aurum colatum per petram compingitur. Auri uero ramus ob dēsitatem du
rissimus & nigrefactus, Adamas uocatur. Quod uero auri partibus propinquum est,
species autem plures quàm unam habet, & densitate quidem auro densius est, & terræ
parte modica ac tenui participat, ut durius sit, uerum eo quòd magna intra se spacia ha-
bet leuius ex splendidis & compactis aquis genus unum est, & æs conflatum factū est.
Sed quod ex terra ipsi mixtum est, quum inueterata ambo rursus secernuntur, ut hoc ip
sum per seipsum conspicuum fiat, ærugo dicitur. Reliqua uero huiusmodi ratiocina-
tione assequi nihil uarium est, si quis uerisimilium sermonum ideam persequatur, quam
si quis ocij gratia consideret, ita ut de his quæ semper sunt rationes deponat, & uerisimi
les de ortu persequatur, non pœnitendam uoluptatem assequetur, & moderatum ac sa- *Verisimilium utilitas*
pientem lusum in uita exercebit. Hac itaq; ratione etiam præsentibus concessis, dein-
ceps de ijsdem uerisimilia persequemur hoc modo. Aqua igni ammixta quæ tenuis &
liquida est, propter motū & uiam, qua in terra deuoluitur, liquida dicitur, rursusq; mol-
lis, eo quòd bases eius, quæ minus firmæ sunt quàm terræ bases, cedunt. Hęc autem quū
ab igne & aere separata sola fuerit, planior quidem fit, sed præ his quæ egressa sunt in se
ipsam cogitur, & quæ quidem sic compacta est, & maximè supra terram hęc passa, gran
do: quæ uero in terra, glacies: quæ uero minus & ex dimidio compacta est, supra terrā
quidem nix: in terra uero compacta & ex rore facta, pruina dicitur. At uero quum plu-
timæ aquarum species inter se permixtæ sunt, uniuersum genus per plantas ex terra ex
colatum, Humores appellantur, sed singuli hi propter mixturas inæqualitatem haben-
tes, multa quidem alia genera sine nomina exhibēt, sed quatuor ex ipsis ignitæ species,
pellucidæ maximè factæ, nomine acceperunt: ea quidem quæ animam cum corpore
calefacit, Vinum: quæ uero læuis est & uisum discriminat, & propterea aspectu clara ac
splendida est, pinguisq; cōspicitur, oleosa species, pix, & oleū ricininū, & ipsum oleū, et
quæcunq; alia eiusdem facultatis: Quæ uero diffundendi uim habet, usq; ad naturam
congressionum quæ in ore fiūt, & hac facultate dulcedinem inducit, Mel apud omnes
maximè appellatur: At quæ carnem dissoluit, eo quod urit, spumosi generis ex omnib.
segregata humoribus, liquor nominatur. Terræ porrò species, quæ quidem per aquam
excolatur, hoc modo lapideum fit corpus. Aqua concreta quum in permixtione depul
sa fuerit, in aeris ideam mutatur. Aer autem effectus ad suum locum recurrit: nihil autē
ex ipsis uacuum est: propinquum ergo aerem impellit: Hic autem si grauis fuerit, impul

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus & terræ moli circumfusus, ualdè cõstringit ac compellit ipsam in eas sedes unde nõ uus aer discessit: compulsa uero ab aere terra, ut ab aqua dissolui non possit, cõflatur in petrã, quæ pulchrior quidẽ est, si pellucida fuerit & æqualiũ ac planarũ partiũ: turpior aũt si contraria. At quũ ab igne crassitudo cõpacta fuerit siccior illa, & humiditate omni abrepta, efficitur hoc quod in genere cretã nominamus. Amplius aũt quum humiditate relicta, terra ab igne fusilis fit, ubi frigefacta fuerit, fit lapis nigro colore præditus. Rursus aũt ex ea specie, quæ secundum eadem hæc ex commixtione aqua multa destituitur, ex tenuioribus autem terrę partibus constat, & salsuginosa est, ipsaq; rursus ex dimidio ab aqua compacta, quod quidem oleum & terram purgat genus, Nitrum efficitur: quod uero in societatibus circa oris sensum aptum ac commodum est, salis iuxta legis sententiã, dijs gratũ corpus conflatur. Cõmunia uero ex ambobus, aqua quidẽ soluuntur: igne uero ob tale quiddã sic cõpinguntur. Terræ moles ignis quidẽ & aer non liquat. Quum enim minores partes à natura habeant, quàm sunt uacua constitutionis ipsius, per multã amplitudinẽ progredientia, non uim inferẽtia, sed indissolutã ipsam sinentia, illiquatã exhibent. At aquæ partes quandoquidẽ maiores sunt, uiolentũ transitũ facientes, soluentes ipsam liquant. Terrã enim non compactã præ uiolentia, sic aqua sola soluit: compactã aũt præter ignẽ nihil. Nulli enim præterquàm igni ingressus relictus est. Cæterũ aquæ concretionẽ, uiolentissimã quidem ignis solum, debiliorem uero ambo, & ignis & aer diffundunt: hic quidem secundum uacua, ille uero etiã secundum triangula. At aerem per uim cõpactum, nihil nisi secundũ elementũ soluit: nõ uiolenter coactũ, solus ignis liquat. Corpora uero ex terra & aqua commixta si fuerint, quamdiu aqua terræ uacua per uim constricta obtinuerit, aquæ partes extrinsecus accedẽtes ingressum non habẽt, sed circũ totã molem diffluentes, illiquatã ipsam sinunt: Verũ ignis partes in uacuas aquarũ partes ingressæ, ita afficientes aerẽ, quemadmodũ aqua terrã, solæ causam præbent ut commune corpus liquatũ fluat. Sunt aũt hæc corpora, partim quidẽ quæ minus aquæ habẽt quàm terræ, ut uitri genus omne, & lapidũ species quæ fusiles uocanẽ: partim uero quæ rursus plus aquæ, ut omnia corpora ceræ speciẽ præterẽtia, & quæ ad suffitũ idonea cõpacta sunt. Ac quæ quidẽ figuris, societatibusq; ac permutationibus inter se uariãt species ferè iudicatæ sunt: quas uero ob causas fiãt ipsarum affectiones, deinceps declarare conabimur. Primũ igitẽ sensum semper esse oportet his quæ fiunt. Carnis aũt & eorũ quæ circa carnẽ sunt ortũ, itemq; animæ quantũ eius mortale est, nondũ recensuimus. Sunt aũt neq; hæc separata ab affectionibus quæ sensui ex positæ sunt: neq; illæ absq; his satis dici possunt: Vt aũt simul exponantur ferè ex his est quæ fieri non possunt. Proponemus itaq; prius alteras affectiones, posterius autem alteras rursus repetemus. Quo igitur affectiones deinceps post genera exponantur, sint nobis priores illæ quæ circa corpus & animã sunt. Primũ itaq; uideamus, cur ignem calidum dicimus, ita considerantes ut disparationem & sectionẽ ipsius circa corpus nostrum contingentem expendamus. Nam quòd acuta quædam sit affectio, omnes ferè sentimus: angulorum uero tenuitatem, & laterũ acumen, & partium paruitatem, & motionis celeritatem, quibus omnibus uehemens est, & secandi ui præditus, quicquid occurrit semper celeriter secat, ratione expendere oportet reuocando in memoriã figuræ ipsius ortum. Nam illa & non alia natura disparans & in tenues partes secans corpora nostra, hanc affectionem & hanc appellarionem quam nunc calidam dicimus meritò induxit. Huic autem contraria affectio manifesta quidem est, nihil tamẽ sermoni defuit. Etenim humores his qui in corpore sunt grandiores, ubi corpus nostrum ingressi fuerint, minores expellentes, in illorum sedes subire nequeuntes, nostrã humiditatem impellentes, ex inæquali ac mobili, immobilem propter planiciem ac æqualitatem & protrusionem efficientes, congelant. Hæc autem dum præter naturam congelatur, secundum naturam repugnat, ipsos in contrariam sibi partem depellens. Et sanè in pugna ac concussione hac, tremor & rigor oboritur, estq; hæc affectio tota frigida & facientis ipsam nomen habet. Dura porrò uocamus ea quibus caro nostra cedit: Mollia uero quæ carni cedunt, & sic uicissim collatione facta. Cedit autem quicquid in paruo consistit. Quę uero ex quadrangulis basibus est, utpote uehementer consistens ac maximè retinens species, & quæ in plurimã densitatẽ compacta est, maximè cõtrà nititur. Cęterum

Affectionum rerum causæ

Animæ pars mortalis

Affectiones corporis et animæ

Tremor & rigor ex frigore

graue & leue si cum natura quæ sursum ac deorsum dicitur, expendatur, clarissimè manifestabitur. Nam hæc opinio nequaquàm recta censenda est, esse uidelicet natura duos quosdam locos cõtrarios, qui uniuersum in duas partes diuiserunt, alterum infernè, ad quem omnia feruntur quæ aliquam corporis molem habent: alterũ supernè, ad quẽ inuitè omnia perueniunt. Quum enim uniuersum cœlum pilæ specie rotundũ sit, quæcunq; æqualiter à medio facta sunt extrema, ea similiter extrema ex natura esse oportet. Medium uero ijsdem mensuris distans ab extremis, ex aduerso omniũ esse putare oportet. Mundo itaq; hoc modo se habente, si quis ex relatis aliquid sursum aut deorsum ponit, nónne meritò uidebitur nomen minime conueniens proferre? Medius enim in ipso locus, neq; infernè, neq; supernè esse rectè dicitur, sed in medio. Qui uero circuncirca est, neq; medius est, neq; partẽ aliquã ab alia differentẽ magis habet, quod ad mediũ, aut quid ex his quæ ex aduerso sunt, attinet. Ei uero qui undiq; similiter se habet, qualia & quomodo nomina ipsi cõtraria attribuere quis possit, ut rectè dicere se putet? Nam si etiam solidum quiddã iuxta medium uniuersi æquilibre esset, ad nullum unquã extremorum deferretur, propter similitudinem ipsorum quam undiq; habent: Sed & si quis circum ipsum obambulet, ut sæpe obuersis pedibus consistat, tamen eandem ipsius partem & infernè & supernè esse dicet. Totũ enim quod, uelut nunc dictum est, instar pilæ rotundum est, locum aliquem supernè, alium infernè habere dicere, non est uiri sapientis. Vnde uero nominata sint hæc, & in quibus ipsa conspicati, solemus propter illa etiã totum cœlum sic diuidere, ac dicere hæc, constituendum nobis est his propositis. Si qs in uniuersi loco, quẽ ignis maximè sortitus est, & ubi plurimũ coaceruatũ esset eius ad qd ferri solet, hoc conscẽso & uim in hoc habẽs, ignis partes auferens põderet, aut in lãces ponat, & libram eleuet, & ignem trahat, ad dissimilem aerem ipsum cogens, manifestum est quòd minor maiore facilius cogitur. Dum enim duo uno robore eleuantur simul, necesse est minus, magis: maius, minus tendi ac uim sequi: & quod quidem graue est, deorsum ferri dici: quod uero paruum est, leue, & sursum. Idem uero hoc etiam nos circa hunc locum facientes deprehendere oportet. Nam in terra consistentes, & terrea genera secernentes, etiam ipsam aliquando terram, ad dissimilem aerem, uiolenter & præter naturam trahimus, quum ambo cognatum genus amplectantur. Minor itaque pars facilius & prius maiore sequitur eos qui ipsam ad dissimilem cogunt. Leuem igitẽ ipsam appellauimus, & locum ad quem cogimus, supernè: contrariam autem his affectionem, grauem & infernè. Hæc igitur diuerso modo se habere ipsa ad seipsa necesse est, eo quòd genera multitudines contrarium inter se locum obtinent. Quod enim in altero loco leue est, ei quod in contrario leue est: & quod graue est, graui: & quod infernè, ei quod infernè: & quod supernè, ei quod supernè: omnia contraria & obliqua & penitus diuersa inter se fieri, & esse comperientur. Attamen de omnibus ipsis unum quodam statuendum est, quòd uia quæ singulis ad cognatum est, graue quidem id quod fertur facit: locum autem ad quem tale fertur, infernè: quæ uero aliter se habent, altera sunt. De his itaq; affectionibus hę causę relatę sint. Cæterum læuis & asperæ affectionis causam quiuis conspicatus, etiam alteri recensere poterit. Duricia enim non planè naturæ quas recensuimus, restat causa communium circa totum corpus affectionum, uoluptatum scilicet & dolorum, & quæcunq; per corporis partes sensus adeptæ, & dolores in seipsis simulq; uoluptates comites habent. Sic igitur de omni affectione & sensibus expositis, & non expositis, causas accipiamus, in memoriam reuocantes id quod de facilè & difficulter mobili natura in superioribus distinximus. Hac enim uia persequẽda sunt omnia quę comprehendere uolumus. Nam in eo quod secundum naturam facilè mouetur, quum etiam breuis affectio in ipsum inciderit, partes alię aliįs circumcirca distribuunt, idem facientes donec ad sapientem partem delatę, uim eius quod illam induxit denuncient. At contrarium quum firmum sit, secundum nullum circulum progrediẽs, afficitur solum, & aliam partem non mouet ex uicinis. Quapropter quum partes alię aliįs non distribuant, prima affectio in ipsis immobilis in totum animal contingens, effícit ut id quod affectũ est sensus exors sit. Hęc autẽ & circa ossa & pilos contingunt, & quascunq; partes alias plurimũ terreas in nobis habemus: priora uero illa circa uisus &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Voluptatis doloris causa

auditus maximè affectiones, eo quòd ignis & aeris maxima in ipsis uis sit. Voluptatis itaq; ac doloris affectionem hoc modo considerare oportet. Quæ præter naturam, & uiolenta, & aceruata fit in nobis affectio, dolorosa est: quę uero in naturam rursus abit aceruata, iucunda: contraria uero his, contrario modo se habet. Omnis aũt affectio quę cum facilitate contingit, maximè quidem sentitur, doloris aũt & uoluptatis particeps non est, uelut sunt affectiones circa uisum ipsum, cui sanè corpus nostrum quotidie cognatum fieri, in superioribus dictum est. Huic enim sectiones & ustiones, & quæcunq; alia patitur, dolores non inducunt: neq; rursus uoluptates, ad eandem speciem reuertenti. Maximi uero ac clarissimi sensus contingunt, ubicũq; afficitur, & in his quæ ipse uisus impetens contingit. Violentia enim omnino non inest in ipsius disparatione & coagmentatione. At uero corpora ex maioribus partibus constituta, agenti uix cedẽtia, sed motus in totũ distribuentia, uoluptates & dolores habẽt, dolores quidẽ, dũ alterantur: uoluptates aũt, dũ rursus in idem restituuntur. Quæcũq; uero paulatim secessiones & euacuationes à seipsis sustinẽt: repletiones aũt aceruatim & subitò: & euacuationem quidẽ non sentiunt, repletionis aũt sensum habent, ea dolores quidem nõ exhibẽt mortali animæ parti, sed maximas uoluptates. Sunt aũt manifesta circa gratos odores. Quæcunq; uero alterantur quidem aceruatim, paulatim autẽ & uix in idem rursus restituuntur, contrario prioribus modo omnia efficiunt. Hæc autem circa ustiones & sectiones corporis fieri conspiciuntur. Communes itaq; totius corporis affectiones, & cognomina eorum quæ ipsas faciunt, ferè diximus. Nunc uero nobis conandum est, si fortè eas quæ in proprijs partibus nostris fiunt affectiones, & causas eorum quæ ipsas faciũt, exponere possimus. Primũ igitur eas quas quũ de humoribus diceremus in superioribus reliquimus, quatenus fieri potest declarabimus, ut quę proprię sint linguæ affectiones. Videntur autẽ etiã hæ, quemadmodum & aliæ multæ, per coagmentationes quasdam ac disparationes fieri. Verũ ad ipsas adhuc magis quàm aliæ, asperitatibus & læuitatib. uti. Quæcunq; enim ingressa circa uenas, quæ sunt linguæ ueluti probatrices ad cor extentæ: ea ad rariores ac teneras carnis partes illabentia, dũ terrestres quædã ipsorũ partes colliquescunt, uenas contrahunt & resiccãt. Et si quidẽ asperiora fuerint, acerba: minus aũt aspera, austera appellantur. Quæ uero hęc extergunt, & quicquid circa linguã est eluunt, si quidẽ ultra mediocritatẽ hoc faciant, & insuper quid assumãt ac corripiãt, adeò ut etiam de natura ipsius aliquid eliquent, qualis est nitrorũ facultas, ea omnia amara nominata sunt. Quę uero nitri habitu inferiora sunt, & extersione moderatè utuntur, salsa, citra amaritudinem asperam, & magis grata nobis apparent. At quæ oris caliditate participauerunt, & ab ipso læuigata efferuescunt, & rursus uicissim id quod calefecit accendunt ac urunt, & præ leuitate sursum ad capitis sensus feruntur, secantq; omnia quę ipsi occurrunt: talia omnia propter has facultates, acria dicta sunt. Cæterum ubi hęc ipsa præattenuata quidem sunt à putredine, uerum in angustas uenas, & partes quæ isthic insunt terrestres, itemq; eas quę moderatum aerem habent, ingrediuntur, ita ut motu suo efficiant, ut ille inter se misceantur: dum autem miscentur, inter se obuoluantur, & in alias ingrediẽtes, alias cauas efficiant, his quę ingressa sunt circumtensas, nimirum humiditate circum aerem caua circumtensa, aliquando pura, quo humida uasa aeris, aquę cauę ac rotundæ fiant: & quę quidem ex pura humiditate sunt, pellucida consistant, bullarum nomine appellata: quę uero ex terrestri, quę simul mouetur ac elauatur, ebullitionis & fermẽtationis nomine cognominentur: Harum affectionum causa aciditas appellatur. At uero omnibus circa hęc relatis contraria affectio, à contraria causa existit: quum ingressorum compages humida, linguę habitui ex natura cognata existens, leuigat quidem oblinẽs exasperata, quę uero prẽter naturam compacta sunt, laxat: & quæ diffusa, contrahit: & omnia quàm maximè secundum naturam firmat, ita ut quicquid eiusmodi est, iucundum sit ac gratum, & omnium uiolentarum affectionũ medela, dulce appellatum est. Et hęc quidem hoc modo se habent. Porrò circa narium uim species nõ sunt. Omne enim odorum genus dimidiarum est, nulli uero speciei contigit proportio ad hoc, ut aliquẽ odorẽ habeat: Verum uostrę circa huiusmodi uenę, ac terrę quidem & aquę genera, angustiores sunt: ad ignis autem et aeris genera, ampliores. Quapropter nemo unquam ullius horum odorem percepit, sed semper dum madescunt,

scunt, aut putrescunt, aut liquantur, aut suffumigantur aliqua, odores fiunt. Dum enim aqua in aerem mutatur, & aer in aquam, in medio horum fiunt, & sunt odores uniuersi, fumus aut caligo: ex aeris in aquam transitu, caligo: ex aquæ in aerem, fumus. Vnde tenuiores aquæ odores fiunt, crassiores autem aeris omnes. Declarantur aũt, quum re alia qua circa respirationem obturata spiritum aliquis uiolenter in seipsum trahit. Tunc eñ nullus odor simul percolatur, sed spiritus ipse odoribus destitutus solus sequitur. Propter hæc igitur horum uarietates sine nomine sunt, quum nõ sint ex multis, neq; simplicibus speciebus, sed duæ solum isthic manifestæ dicantur, iucunda uidelicet & molesta: hæc quidem exasperans & uiolans omnem cauitatem, quæ in nobis inter uerticem & umbilicum sita est: illa uero eandem hanc placans, & rursus benignè ad naturalem statum restituens. Tertiam uero deinceps inspicientibus nobis sensu prædita in nobis partem, auditum scilicet, ob quas causas, affectiones circa ipsum contingunt dicendũ est. In summa igitur ponamus Vocem esse plagam ab aere, quę per aures cerebrumq; et sanguinem, ad animam usq; distribuitur. Motum autem qui ab ipsa fit, auditum esse, incipientem quidem à capite, desinentem uero circa hepatis sedem. Et eã quæ uelox est, acutam esse: quæ tardior, grauiorem. Vnam autem esse planam & lęuem: contrariam asperam: Magnã aũt quæ multa fit: quæ contrà, paruam. At concentus ipsarum circumcirca, in sequentibus necessariò referentur. Quartũ porrò restat nobis genus sensu præditum, quod distinguere oportet, quum multas in seipso habeat uarietates, quas omnes colores appellauimus. Est autem color flamma de singulis corporibus defluens, uisui congruas partes ad sensum habens. At de ipsis causis ex quibus uisus oritur in superioribus dictum est. Hic igitur de coloribus ut moderato sermone utamur, maximè parsue tit. Quæ ab alijs partibus ferũtur, & in uisum incurrunt, partim minora, partim maiora, partim æqualia ipsius uisus partibus sunt. Quę igitur æqualia sunt, sensum effugiũt, quę sanè etiam pellucida dicimus. Maiora uero aut minora, hæc disparantia, illa coagmentantia uisum ipsum, calidis & frigidis circa carnem, & acerbis circa linguam, & his quæ quum calida sint, acria appellauimus, cognata sunt: & albæ ac nigræ illorũ affectiones, eædem in alio genere factæ, sed aliq; ob has causas uidentur. Sic igitur ipsas appellare cõuenit: Eam quidem quæ uisum disparat, albam: contrariam uero ipsius, nigram. At motum uelociorem, & alterius generis ignis, allabentem ac disparantem uisum ad oculos usq;, ipsosq; oculorum transitus impellentem & liquantem, & ignem quidem ac aquã (quã lachrymã uocamus) illinc aceruatim effundentem, quũ ipse sit ignis è cõtrario occurrens: & alio quidem igne exiliente, uelut à fulgure: alio uero ingresso, & circa humiditatem extincto, dum omnis generis colores in hac mixtura oboriuntur, affectionem quidem splendorẽ appellamus: Quod uero hanc efficit, clarum ac lucidum cognominauimus. Medium uero inter hæc ignis genus est quod quidem ad oculorum humorẽ deuenit, ipsiq; miscetur, nõ aũt resplẽdet. Sed splendori ignis per humiditatẽ mixto, & cruentũ colorẽ exhibenti, rubicundũ nomen dedimus. Splendidũ aũt rubicundo ac albo mixtũ, flauũ factũ est. Quanta uero singulorũ sit mẽsura, neq; si quis sciat, dicere mẽte prædití fuerit, quum neq; necessitatẽ aliquã, neq; uerisimilẽ rationẽ uel mediocriter afferre possit. Rubicundũ aũt nigro & albo ammixtũ, purpureũ efficitur. Obscurus aũt color emergit, quum his mixtis & ustis, niger magis ammixtus fuerit. Fuluus flaui & fusci mixtura cõstat: Fuscus albi & nigri: Pallidus ex albo ad flauum ammixto: Splẽdidus cũ albo congressus, & in abundè nigrũ illapsus cæruleũ colorẽ efficit: cæruleo uero cũ albo mixto, glaucus color producitur: Fuluo cum nigro, prasinus. Reliqui uero ab his ferè manifesti sunt, quibus mixturis assimilati uerisimilẽ regulã cõseruent. Si uero quis horum opere ipso experimentum capere uelit, is humanæ ac diuinæ naturæ diuersitatis ignarus fuerit. Nã deus multa in unũ cõmiscere, & rursus ex uno in multa dissoluere potest, ut qui & sciat, & potẽs sit. Hominũ aũt nemo alterutrũ horũ, aut nunc præstare potest, aut unq; in posterũ poterit. Omnia itaq; hęc tũc à natura hoc modo ex necessitate producta, ille pulcherrimi & optimi opifex, in his quę producebant assumpsit, quando magnũ & perfectissimũ deũ generabat, ita ut causis quidẽ circa hæc ministris uteretur, ipse uero in omnib. quę fierẽt, id qd' bene se habet fabricaret. Quapropter sanè duascaꝫ speciem decernere conuenit, alterã necessariã, alterã diuinã: & diuinã quidẽ in omnib.

Dei potentia

Hominis impotentia

Causæ rerum duæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quærere felicis uitæ assequendæ gratia, in quantũ natura nostra admittit. Necessariam uero, illorum gratia, hac reputatione quòd absq; his, non possumus illa ipsa, quorũ studio tenemur, sola aut cognoscere, aut capere, aut alio quodam modo assequi. Quum igitur in præsentia uelut fabris nobis proposita sit materia, causarum genera uidelicet ad materiam præparata, ex quibus reliquum sermonem contexere oportet, rursus adiniti um breuibus reuertamur, citoq; ad idem progrediamur, unde huc peruenimus, & finẽ iam ac caput narrationi imponere conemur, prout congruũ est superius relatis. Quem admodum igitur etiam ab initio dictum est, quum hæc confuse & nullo ordine posita

Ordinem reb. confusis induxit deus

essent, Deus in unoquoq; proportiones induxit, tot & eatenus, quatenus fieri posset ut proportionem haberent, & singula tum ad seipsa, tum inter se uicissim competerent. Tunc enim neq; quicquam horum erat, quod non fortunæ expositum esset: neq; omni no quicquam eorum quæ nunc nominantur, ut nominaretur dignum erat, uelut etiam aqua, & quidquis aliud. Sed omnia hæc primũ construxit. Deinde uniuersum hoc ex his cõposuit, unũ animal, quod omnia animalia in seipso habet mortalia ac immortalia & diuinorũ quidem ipse fit opifex: mortaliũ aũt productionẽ filijs suis absoluendam demandauit. Hi uero illum imitantes, accepto immortali animæ principio, postea mortale corpus ipsi circundederũt, & uehiculũ totũ corpus effecerũt, & aliã animæ speciẽ in

Animæ mortalis affectiones

ipso insuper ædificarũt, mortalẽ illã, & quę graues ac necessarias in se affectiones habet. Primũ quidẽ uoluptatẽ, maximã malorũ inescationẽ. Deinde dolores, bonorum fugas. Insuper uero audaciam & timorẽ, insipiẽtes cõsultores: & irã ægrè placabilẽ: & spẽ quę facilè abducitur, tum à sensu rationis exorte, rũ ab amore omnia audente. His itaq; cõmixtis necessariò mortale genus composuerunt. Et propterea sanè uerentes polluere diuinã animæ speciẽ, nisi omnino hoc facere necesse esset, seorsum ab illa, in aliã corporis habitationem mortalẽ speciẽ collocarunt, isthmo ac termino inter caput & pectus constructo, & ceruice in medio horũ posita, ut seorsum esset. In pectoribus itaq;, & eo q thorax appellatur, mortale animæ genus illigarunt. Et quando quidẽ altera ipsius pars melior, altera deterior, à natura producta est, thoracis amplitudinem construxerunt ita

Iræ sedes

distinctã, ut uelut mulierũ altera, uirorum itẽ altera habitatio seorsum esset, septo transuerso in medio ipsarũ posito. Eã igitur animæ partem quæ fortitudinis & iræ particeps est, & cõtentionis studio ducitur, propius capiti locarunt, inter septum & ceruicẽ, quo rationi obediẽs esset, & in cõmuni cũ illa, cupiditatũ genus per uim coerceret, si fortè rationi & imperio ex arce, ultrò parere nolit. Cor uero uenarũ simulq; sanguinis eius qui per omnia mẽbra uehemẽter circũfertur fontẽ, in satellitũ domiciliũ constituerũt, quo quũ iræ uis imperãte ratione efferuescceret, si qua extrinsecus iniusta actio circa ipsa per petraretur, aut etiã intrinsecus à cupiditatibus oriretur, confestim quicquid in corpore sensu præditũ est, per omnes meatuũ angustias, præceptis ac minis perceptis, ad obediẽ dũ se pararet, & undiq; obsequeretur, atq; sic id quod inter omnia ipsa optimũ est principatũ habere sineret. At saltui cordis in malorũ expectatione, & iræ concitatione, præscientes quòd igneum eiusmodi omne ira percitorũ domiciliũ futurũ erat, auxiliũ machinati pulmonis speciem implantauerũt, primũ quidẽ mollem & exanguẽ, deinde cauernas intus habentẽ, ad spongię similitudinẽ perforatas, ut & spiritũ & potũ susciperẽs, respirationem perfrigerans etiam requiẽ & lenitatẽ in ardore exhiberet. Quapropter arterias canales in pulmonem secuerunt, ipsumq; circa cor locauerunt, uelut saltũ mol-

Cupiditatum sedes

lem, quo quum ira in ipso corde uigeat, in id quod cedit exiliat, & refrigeratum minus laboret, & magis rationi cum iræ impetu inseruire possit. Cæterũ partem animæ, quę cibos & potus cupit, & alia, quibus ob corporis naturam opus habet, in medio sepri, & eius qui ad umbilicum est termini collocauerunt, uelut præsepi ad corporis alimentum, in omni hoc loco constructo: & sanè talem speciem uelut bestiã agrestẽ hoc loco alligauerũt. Nutrire autẽ ipsam necessariũ est ita alligatã & coniunctã, si quid unquàm mortale genus esse debet. Quo igitur semper ad præsepe pascatur, & quàm lõgissimè à parte cõsilijs præstante habitet, & tumultũ ac uociferationem quàm minimam inducat, & optimã partẽ de his quæ in communi omnibus cõducunt, in quiete cõsultare sinat, etiã ob hęc locum hunc illi assignarunt. Quum autẽ nossent quòd ipsa neq; rationẽ intellectura esset, etsi forte etiã alicuius sensus particeps fieret, nõ hoc ei à natura institũ esset, ut aliquarum

aliquarum rationum curam haberet, sed à simulachris ac spectris, & noctu & interdiu maximè abduceretur: ad hoc sanè Deus hepatis ideam isthic constituit, & in illius habitationẽ posuit, densam & læuem, & splendidam, & dulcem, & ut amaritudinẽ haberet machinatus, ut in ipso hepate cogitationũ ex mẽte allata uis, uelut in speculo formas suscipiente, & simulachra spectãda exhibẽte, terreat illã, si quando amaritudinis parte cognata utẽs, grauiter illi minas intẽtet, & derepentè per totũ hepar se ammiscẽs, bilioso colores inducat: & totũ contrahens rugosum ac asperum efficiat: Apicẽ uero & agmẽ, & portas ipsius partim ex recto inflectẽs ac contrahens, partim obturãs & concludẽs, dolores & anxietates exhibeat. Et si quando rursus mãsueta aliqua mẽtis cogitatio contraria spectra depingat, amaritudinis quidẽ quietẽ inducẽs, eo quòd neq; mouere, neq; attingere contrariã sibi naturã uelit: dulcedine uero ipsi hepati insita ad ipsum utens, & omnes ipsius partes rectas & leues & liberas dirigens, placidã & sanã efficit animæ partẽ circa hepar habitantẽ, ut & in nocte conuersationẽ moderatã habeat, & uaticinatione per somniũ utatur, postquàm rationis & sapientiæ particeps non est. Memores eñ paterni præcepti hi qui nos cõposuerũt, quãdo præcepit ipsis ut mortale genus pro uiribus optimũ facerẽt, sic sanè hoc perpetrantes, ut etiã uilis in nobis pars alicubi ueritatẽ attingeret, in hac uaticiniũ constituerũt. Satis magnũ aũt signũ est quod uaticinationẽ Deus dederit humanæ insipientiæ, quòd nemo sapiens uaticinationẽ diuinã ac uerã attingit, sed aut per somnũ sapientiæ facultate impedita, aut per morbũ, aut aliquã numnis afflationem mente motus. At sapientis est intelligere, et quæ dicta ac in memoriã re

Vaticinij sedes

uocata sunt, siue per somniũ, siue per uigilias, à uaticinatrice & numine afflata natura: et quæ spectra uisa sunt, omnia ratiocinatione distinguere, quatenus quid & cui significet, futuri aut præteriti, aut præsentis mali aut boni. Insani uero & adhuc in furore manẽtis opus non est, iudicare ea quæ uisa, aut dicta sunt à seipso: Verum bene uetus hoc dictum habet, sua agere, et seipsum cognoscere, soli sapienti conuenire. Vnde etiã lex est, prophetarum genus in numine afflatis uaticinationibus iudices cõstituere, quos aliqui uates cognominãt, totius rei ignari, quòd hi responsorum ac spectrorũ obscurorũ sunt iudices, et non uates, iustissimè uero prophetæ eorũ qui uaticinãtur nominari possint. Hepatis igitur natura ob hæc talis, et in eo quo diximus loco, producta est uaticinationis gratia. Et dũ quidẽ adhuc uiuit, singulorũ talium signa euidẽtiora habet. At uita prinatũ, fit cæcum, & uaticinatio languidior efficitur, ad hoc ut quid clarè significet. Cæterum uiscerís ipsi uicini constitutio ac sedes ex sinistra facta est illius gratia, ut ipsum semper clarum ac purum reddat, uelut speculo præparatum et in promptu semper appositum mantile. Quapropter etiam ubi aliquæ sordes circa hepar per corporis morbũ fiũt, splenis raritas omnes illas purgans suscipit, ut qui cauus et exanguis contextus sit. Vnde dum his quæ repurgantur expletur, magnus et sanie plenus augescit: et rursus quum purgatum fuerit corpus, humiliatur, et in idem considit. Proinde de anima quantũ eius mortale, et quantum diuinum sit, et quatenus, et cum quibus, et quare seorsum habitationem accepit, hæc reuera uelut dictum est se habere, tunc solum ubi deus ita consense rit, affirmabimus. Quod uero à nobis dici uerisimile est, & nunc, & adhuc amplius habita cõsideratione, asserere nõ dubitamus, et omnino assertũ uolumus. Iã uero id quod deinceps post hæc sequitur eodẽ modo persequendũ est. Restat aũt quomodo reliquũ corpus factũ est. Ex tali itaq; ratiocinatione ipsum maximè omniũ cõstitutũ esse decet. Futurã in nobis circa potus ac cibos intemperantiã cognouerũt illi qui genus nostrum cõposuerũt, & q; ob ingluuiẽ, modum & necessitatẽ longè excessuri essemus. Quo igit nõ repentina corruptio propter morbos cõtingeret, et imperfectũ genus statim mortale moreretur: superstitis futuri cibi ac potus habitui receptaculũ posuerũt, eũ qui infernus uenter appellatur, obuoluerũtq; circũcirca intestinorũ ortũ, ut ne alimentũ cito per trãsiens, cito rursus corpus ad aliud assumẽdũ cogeret, atq; sic inexplebili ingluuie indu cta, uniuersum genus à philosophia et Musis alienũ efficeret, ut diuinissimæ apud nos parti minimè obediret. At uero de ossib. & carnib. & omni huiusmodi natura ita res se habet. Omnib. his principiũ est medullæ ortus. Vincula eñ uitæ quibus anima corpori colligat, in medulla deligant, & mortaliũ generi radices præbent. Ipsa uero medulla ex alijs facta est. Nã ex triãgulis quę prima essent minimè intorta ac læuia, & ignẽ, & aquã,

& aerem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Medulla uitæ uincula habet

& aerem, & terram, maximè exactè exhibere poterant, ea deus singula à suis generibus seorsum secernens, & congrua inter se miscens, quum omni mortali generi seminiũ machinaretur, medullam ex ipsis effecit. Et post hæc plantans in ipsa animarum genera immersit, & quot ac quales figuras secundum singulas species habitura esset ipsa medulla, tot & tales figuras statim ab initio in distributione distinxit: & eam quidem quę diuinũ semen uelut aruum in se habitura esset, undiquaq; rotundam formauit, & hanc medullę

Cerebrum cur ἐγκέφαλον

partem ἐγκέφαλον nominauit, id est cerebrum, eo quòd absoluto unoquoque animali, uas circumdatum illi κεφαλή, id est caput futurum esset: Quæ uero reliquam & mortalem animæ speciem continere debebat, eam rotundis simulq; oblongis figuris distinxit, totamq; medullam cognominauit, & ex his uelut ex ancoris, totius animæ uincula iecit, & circa ipsas iam uniuersum corpus nostrum absoluit, ubi primum osseum tegmẽ circa totam ipsam compegisset. Os uero ipsum hoc modo constituit. Terram puram ac læuem perforauit, & medulla imbutam subegit, & postea hoc ipsum in ignem immisit, deinde in aquam mersit, & rursus in ignem, & rursus in aquam. Sic autem sæpe in utrũq; transferens, effecit ut ambobus liquefieri non posset. Hoc ipso itaq; usus, circum cerebrum quidem pilam osseam tornauit: huic autem angustum transitum reliquit: & circũ ceruicalem simulq; dorsalem medullã, ex ipsa uerticula formauit, & uelut cardines subtendit, initio sumpto à capite, per totum corpus: atq; sic totum semen conseruans, uallo lapidis speciem præferente ipsum conclusit. Induxit item articulos, alterius facultate ut media instante, in ipsis usus, motus ac flexionis gratia. Osseæ uero naturæ habitum arbitratus est aridiorem esse quàm oporteret, ac minus flexibilem, ipsumq; si ignitus fieret, & rursus perfrigeraretur, carie corruptum breui semen quod intra ipsum esset corruNeruorũ usus pturum esse. Ob hęc itaq; neruorum & carnis genus subornauit, ut per illud quidem dũ intenditur & remittitur, omnia alia membra colligaret, & corpus circa cardines ad flexionem & extensionem aptum efficeret: Carnem uero ut esset tectoriũ aduersus æstus,

Carnis utilitas

propugnaculum contra tempestates, insuperq; aduersus casus, uelut res lana aut pilis expletæ, ut corporibus molliter ac leniter concederet: ualidam uero humiditatem intra se haberet, quæ æstate quidem exudat, & extrinsecus humectat, ut familiare frigus per totũ corpus exhibeat: Hyeme uero rursus per hanc caliditatẽ, extrinsecus allabentẽ ac imminentem frigiditatẽ moderatè arceat. Hæc meditatus noster ille efformator, ammixto ac coaptato ad terrã & aquã ac ignẽ fermento ex acido ac salsugínoso compósito, ex ipsis permixtis carnẽ succulentã ac mollem constituit. At neruorum naturam, ex ossis & carnis non fermentatę mixtura, unam ex ambobus facultate mediã contẽperauit, flauo colore ad hoc usus. Vnde ualidiorẽ quidẽ & uiscosiorẽ carnibus, molliorẽ aũt & humidiorẽ ossibus uim, nerui adepti sunt. His ubi deus ossa cõprehendisset & medullas, ipsaq; inter se colligasset. Postea carnibus omnia supernè cooperuit. Quę igitur ossa maximè animata erãt, ea paucissimis carnibus intexit: Quæ uero minimè intus animata, plurimis ac dẽsissimis. Et sanè iuxta ossiũ cõmissuras, ubi nõ ob necessitatem aliquã ratio ipsas esse oportere indicabat, paucam carnẽ inseuit, ut neq; si flexionibus impedimẽto essent, corpora grauia efficerẽt, ut quæ pigra ad motũ inde fiant: neq; rursus si multæ & dẽsæ ac uehemẽter inter se cõpactæ essent, ob soliditatẽ sensus interciperẽt, & memorię officerent, & intelligentiã leuiorẽ efficerẽt. Quapropter fœmorũ & tibiarũ et coxarũ ac brachiorũ ossa, itemq; cubitorũ, & quęcunq; in nobis alia articulos nõ habẽt, et

Anima & sapientia medulla

quæ intus ossa, ob animæ in medulla paucitatẽ, sapiẽtia uacua sunt, ea omnia carnibus cõpleta sunt: quæ uero sapientiã habẽt, minus: nisi fortè ipsam per seipsam carnẽ aliquã sic cõstituisset sensuũ gratia: plurima uero illo modo. Quæ emẽ ex necessitate fit & cõnutritur natura, nullatenus admittit densum os, & multam carnem, simulq; cum ipsis acutum sensum: alioquí enim capitis constitutio maximè omniũ hæc ipsa habuissent, si simul committi potuissent. Et hominum genus si carnosum & neruosum ac robustum caput haberet, uitam duplam & multiplicem, eamq; magis sanam, & minus doloribus

Caput quale sanum ac longæuum

obnoxiam, quàm nunc est, adeptum fuisset. Nunc uero nostri ortus opificibus, reputantibus utrum diuturnius & peius, aut breuioris uitę & melius efficerent genus, uisum est longiori sed peiori uitæ, breuiorem sed meliorẽ omni modo præferendã esse. Vnde raro osse, non autem carnibus et neruis, caput cooperuerũt, ut quod neq; flexuras habeat.

Iuxta

Iuxta hæc igitur omnia, subtilioris quidem sensus & sapientius caput, sed multò debilius, cuiusuis utri corpori impositum est. Cæterum neruos ob hæc & sic deus ad extremũ caput redegit, & ad circuli similitudinem circum collum agglutinauit, & summas maxillas per ipsos sub faciei naturam colligauit. Reliquos uero in omnia membra dispersit, articulum articulo connectens. At uero oris nostri facultatem, dentibus & lingua & labijs, necessariarũ & optimarum rerum gratia, fabricatores nostri construxerunt, quomodo nunc constitutum esse uidemus: Ingressum enim necessariarũ rerum gratia excogitauerunt: egressum optimarum. Necessarium est enim quicquid ingreditur, & alimẽtum corpori præbet. Sermonum autem latex extra fluens, & sapientiæ inseruiens, omnium laticum pulcherrimus & optimus est. Caput porrò neq; solum osseum nudum relinqui poterat, propter temporũ in utranq; partem excessum: neq; rursus contectũ surdum ac sensus exors, ob carnium turbam effectum, negligendũ erat. De carnea itaq; natura nõ resiccata, reliquiæ maiores superstites separabantur, quæ nũc cutis appellatur. Hæc propter cerebri humiditatem ipsa ad seipsam coalescens ac germinans, caput circumcirca intexit. Humiditas aũt sub futuras ascendens, rigauit ac cõclusit ipsam, ad uerticẽ uelut uinculũ connexam. Suturarũ uero uaria species facta est, propter circũtuũ & alimẽti facultatẽ, dũ quidẽ hæc magis inter se pugnãt, plures exoriẽtes: dũ uero minus, pauciores. Hanc itaq; omnẽ cutẽ Deus circumcirca igne compungebat. Ea uero perforata, quũ humor extra per ipsam ferretur, quantum quidem eius humidũ & calidũ sincerum erat, abibat: quod uero mixtũ ex his, ex quibus etiã cutis erat, id dũ eleuaretur à motu foras tendente, in longũ extẽdebatur, tenuitatẽ foramini æqualẽ habens: quũ aũt ob tarditatẽ à circumstante extrinsecus spiritu repelleretur, rursus intrò sub cutẽ deuolutũ radices agebat. Et iuxta has sanè affectiones pilorum genus in cute productũ est, ex loci quidẽ natura cuti cognatũ, sed durius & densius ob frigoris constrictionẽ, qua unusquisq; capillus de cute secedens, perfrigeratus ac constrictus obriguit. Hocitaq; genere hirsutum nobis caput opifex effecit, usus his quas retulimus, quum cogitaret ipsum carnis loco operculũ esse oportere, cerebri securitatis gratia leue, & quod æstate ac hyeme sufficeret ad umbram & tegmen præbendum, & sensus subtilitati nullũ impedimentũ esset exhibiturum. Quæ uero in complicatione circa digitos nerui & cutis & os his commixta est, ea ex tribus resiccata, una communis omnibus dura cutis facta est, ex his quidem accessorijs ac adiuuantibus causis cõstituta, sed per intelligentiã quę suprema causa est, eorum quæ postea futura essent gratia effecta. Quòd enim uiris mulieres, & reliqua animalia aliquãdo futura essent, satis nouerãt nostri conditores. Sed & quod unguiũ usu multa pecora ad multa opus habitura esse mouerãt. Vnde in hominibus statim ut fierẽt, unguiũ ortum expresserunt. Hac itaq; ratione & his occasionibus, cutẽ, pilos, & ungues in extremis artubus produxerũt. Quando quidẽ uero partes & membra omnia mortalis animalis simul producta erãt, uitam uero in igne & spiritu habere ipsum necesse erat, & ob id ab his liquescens & euacuatũ corrumpebatur, auxilium ipsi Dei excogitauerunt. Nam humanæ naturæ cognatam naturam alijs ideis & sensibus ab agricultura satiua ac mansueta nobis facta sunt: antea uero sola erant syluestria generis satiuis antiquiora. Quicquid enim uitæ particeps est, animal meritò rectissimè dici potest. Particeps est autem hoc animal de quo nunc dicimus, tertiæ animæ speciei, quã inter septum & umbilicum locatam esse diximus. Cui de opinione quidem & ratiocinatione ac intelligentia nihil adest, sed cum cupiditatibus iucundus ac tristis sensus. Nam omnia perpetiens degit. Quũ autem ipsum circa seipsum uersetur, & externũ quidẽ motum auersetur, proprio uero utatur, eam naturam ortus ipsi nõ contribuit, ut suarũ rerũ quicquam considerare possit. Quapropter uiuit quidem, & non est aliud ab animali, uerum stabile radicibus actis fixum est, eo quòd motu à seipso priuatum est. Hæc itaq; genera ubi præstantiores illi plantassent nobis inferioribus, alimentum corpori nostro derriuarunt, canales uelut in hortis secantes, quo uelut ex latice influente rigaretur. Et primũ quidem canales occultos, sub cutis & carnis concretionem, duas dorsales uenas secuerunt, sicut corpus dextris & sinistris geminũ existit. Has aũt demiserũt iuxta spinam & fœcundam medullam in medio positam, quo & hæc quàm maximè floreret, & ad

Oris natura

Sermonis latex pulcherrimus

Cutis digitorũ

Vita in igne & spiritu

alias

Universidad de Deusto
Biblioteca

alias partes hinc uelut in decliue, fluida infusio contingens, æquabilem irrigationē exhiberet. Postea uero diuisas circum caput uenas, & inter se cōtrario modo plicatas, partim ex dextris in sinistras, partim ex sinistris in dextras demiserunt, ita inclinatas ut simul uinculum capiti ad corpus cum cute esset, quandoquidem neruis non erat circumuerticem distinctum: & ut sensuum affectio ab utrisq; partibus in totum corpus distribueretur. Hinc uero iam aquæ ductum præparauerunt tali quodam modo, quem facili

Aquæ ductus in corpore

us perspiciemus, ubi prius de tali consenserimus. Omnia quæ ex minoribus constituuntur, continent maiora: quæ uero ex maioribus, minora continere non possunt. Ignis autem præ omnibus generibus, ex minimis partibus constat. Vnde sanè per aquam, & terram, & aerem, & ea quæ ex his constituuntur secedit, & nihil ipsum cōtinere potest. Idē quoq; de nostro uentre cogitandum est, cibos enim & potus quum in ipsum inciderint continet: spiritum autem & ignem, quum constitutione ipsius tenuiora sint, continere

Reticuli ad æquationem cōtextus

non potest. His igitur deus ad æquationem ac irrigationem ex uentre in uenas usus est, reticulo ex aere & igne, quales sunt nassæ, contexto, quod duplices iuxta introitum plicas haberet, quarum alteram rursus bifidam contexuit, & ab ipsis plicis funiculos circumcirca per totum ad extremum usq; uerriculum extendit. Quæ igitur intra reticuli texturam sunt, ea omnia ex igne constituit, plicas aūt & molem ex aere: & accepta ipsa in formato animali tali modo disposuit. Plicarum quidem speciem in os immisit. Quū autem ea duplex esset, alteram per arterias in pulmonem demisit, alteram iuxta arterias in uentrem. Alteram uero postquàm fidisset, utramq; partem per nasi canales in commune immisit, ut quando altera per os non iret, ex hac omnes etiam illius fluxiones reperentur. Reliquam uero nassæ molem circum corpus nostrum, quantum eius cauum est circumposuit, & totam hāc aliquando in plicas confluere molliter, ut quæ aer sint, secit: aliquando rursus plicas refluere: reticulū uero effecit, ut quum rarum sit corpus, per ipsum intrò ingrediat, & rursus foras, & ut ignis radij intus deligati sequantur, in utrāq; partem aere progrediente, & ut hoc fieri non cesset, quandiu mortale animal constituit. Huic autem generi nomen posuisse, & respirationem ac expirationem dixisse eos q cognomina indiderunt, asserimus. Omne uero hoc opus, & omnis hæc affectio corporis nostro contigit, ut dum irrigaretur & refrigeraretur, nutriretur & uiueret. Quū enim intrò & extra erat respiratio, & ignis intus connexus sequatur: & dū semper eleuatur, per uentrem ingressus cibos & potus corripiat, ipsos sanè consumit ac liquefacit & minutatim diuidens, perq; meatus per quas meat deducens, & uelut ex fonte in canales ipsos in uenas hauriens, efficit ut uenarum fluxiones per corpus, uelut per tubulum fluant. Rursus autem respirationis affectionem consideremus, quibus de causis talis facta sit qualis nunc est, hoc modo. Quandoquidem uacuū nihil est, in quod aliquid ex his quæ ferūtur ingredi possit, spiritus aūt à nobis extra fertur, hinc iā cuius manifestū est, ipsum non in uacuum ferri, sed propinquum è sede sua depellere: eum autem qui depellitur, propinquum semper extrudere, & secundum hanc necessitatem quemuis exagitatum illuc in sedem unde spiritus egressus est ingredi, ipsamq; replere, & spiritum comitari: & hoc totum simul contingit, uelut si rota circumagatur, eo quòd uacuū nihil est. Quapropter sanè spiritus qui è pectore & pulmone extra dimittitur, rursus ab aere qui circum corpus est, & intrò per raras carnes ingreditur ac circumagitur, expletur. Dum uero rursus expellitur aer, & per corpus foras prodit, intrò respirationem compellit per oris et narium transitum. At uero causa principij ipsorum hæc ponenda est. Omne animal circa sanguinem et uenas suas omnino caliditatem habet, quæ in ipso uelut fons quidam ignis inest, quem sanè ignem etiam assimilauimus reticuli texturæ, quum dicemus totam ipsam per medium extentam ex igne contextam esse: reliqua uero quæ extrinsecus essent, ex aere. Caliditatem itaq; secundum naturam in suam regionem foras ad id quod cognatum est abire confitendū est. Quū aūt duo sint transitus, alter per corpus extra, alter per os et nares: ubi quidem ad alterum tendit, alter ipsam circumpellit. Quæ autem circumpulsa est, in ignem incidens, calescit: quæ uero exiuit, perfrigeratur. Dum itaq; caliditas mutatur, et ea quæ circa alterum transitum sunt calidiora fiunt, rursus illa quæ magis calida facta est, ad suam naturam repit ac fertur, et eam quæ circa alterum transitum est circumpellit. Hæc uero eadem perpetiens, et eadem semper retribu-

ens,

ens, dum ita circumcirca agitatur, & hinc atq; illinc ab ambobus efficitur, ut respiratio & expiratio fiat efficit. Et sanè etiam causæ earum affectionum quæ circa cucurbitulas medicas fiunt, & earum quæ circa potū, & earum quæ cōtingunt circa ea quæ in sublime iaciuntur, & in terra feruntur, hac ratione persequenda sunt: Voces quoq; ueloces & tardæ, acutæq; ac graues, modo inconcinnæ ferri uidentur: propter motus qui ab ipsis in nobis fit dissimilitudinem: modo consonantes, ob similitudinem. Priorum enim & uelociorum uocum motus desinentes iam, & ad similē progressos, tardiores hæ quę posterius accedunt, mouent & occupant: occupantes autem, non alium inducentes, illum motum perturbant, sed principium tardioris tractus, ad finem uelocioris. Vbi uero desinentis similitudinem adiungunt, unam ex acuta & graui affectionem contemperant. Vnde insipientibus quidem uoluptatem, sapientibus autem lætitiam, propter diuinæ harmoniæ imitationem, in mortalibus lationibus cōtingentem exhibent. Sed & aquarum fluxiones omnes, itemq; fulminum casus, & quę de Electri & lapidis Heraclij tractu in admiratione sunt, ita se habent ut omnium horum nulli unquā sit tractio, uerum eo quòd uacuum nihil est, & hæc ipsa uicissim se circūpellunt, & dum disparantur & coagmentantur, omnia ad suam sedem permutatis locis transeunt, ob has sanè affectiones inter se complicatas, in admirationem uenisse uidebuntur ei qui ritè inquisitionem fecerit. Et sanè etiam respirationis affectio, unde huc sermone delati sumus, secundum has & per has fit, uelut in superioribus dictum est: dum ignis quidem cibos secat, & dum eleuatur spiritum sequitur, & uenas ex uētre sua eleuatione replet, eo quòd secta hinc exhaurit. Et propterea sanè per totum corpus omnibus animalibus alimenti latices ita fluidi facti sunt. Quum autem recens secti sint, à cognatis rebus, partim fructibus, partim herba, quæ omnia deus nobis ob hoc ipsum plantauit ut essent alimentum, uarios quidem colores habent ob commixtionem, uerum rubicundus color in ipsis plurimus discurrit, natura sectionis & impressionis ignis in humido producta. Vnde eius qui per corpus defluit laticis color, aspectum qualem diximus præfert, quē sanguinem uocamus, carnium & totius corporis pabulum, unde dum singula aquantur, eius quod euacuatur basim replent. Modus autem repletionis & secessionis contingit quemadmodum in uniuerso cuiusuis rei latio contingit, in qua quoduis cognatum ad seipsum fertur. Quæ enim extra nos circumstant, ea liquant semper ac distribuunt, ad unamquanq; speciem id quod cognatum est demittentia. Quæ uero sanguinea sunt, ea incisa intus apud nos & comprehensa, uelut unoquoq; animali sub cœlo constituto, uniuersi lationem imitari coguntur. Dum igitur unumquodque ex his quæ intus diuisa sunt, ad cognatum fertur, tūc id quod euacuatum est rursus replet: & quū quidem plus quàm influit decesserit, quoduis corrumpitur ac perit: quum uero minus, augescit. Recens igitur cuiusuis animalis constitutio, quum noua triangula uelut ex perticis adhuc antiquis habeat, robustam quidem structuram ipsarum inter se possidet, compacta uero est tota moles ipsius tenera, nimirum ex medulla recens facta, ex lacte uero nutritæ. Quæ igitur comprehenduntur in ipsa, triangula extrinsecus illapsa: de quorum numero sunt etiam cibi ac potus: ea quum sint ipsius triangulis uetustiora, & debiliora nouis secans superat, & magnum efficit animal, ex multis similibus ipsum nutriens. Quū autem radix triangulorum laxatur, eo quòd multa certamina per multum tempus aduersus multa, ab ipsa decertata sunt: ea quidem quæ de alimento ingressa sunt, non amplius in similitudinem suij ipsius secare potest, sed ipsa ab his quæ extrinsecus ingressa sunt facilè diuiditur. Corrumpitur itaq; omne animal dum in hoc superatur: & affectio Senectus appellatur. Finis uero postquam triangulorum circa medullam uincula coapta ea non amplius sufferunt, sed labore dissoluuntur, & animæ uincula rursus dimittunt. Hæc autem secūdum naturam cum uoluptate euolat. Quicquid enim præter naturam contingit, dolorem inducit: quod uero pro sua natura fit, iucūdum est. Et iuxta hanc rationem, mors quæ per morbos & uulnera contingit, uiolenta est, & dolorem inducit. Quæ uero post senectam ad finem secundum naturam accedit, inter omnia mortis genera à dolore alieniſſima est, & magis cum uoluptate fit quàm cū dolore. At uero morbi unde constituantur, quibusuis manifestum est. Quum enim quatuor sint genera ex quibus compactum est corpus, terra, ignis, aqua & aer, horum præter naturam redun-

Vocū concinnitatis ratio

Sanguinis color unde sit

Senectutis causa

Mors naturalis quæ sit

Morborum causæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dantia & defectus, & ex regione propria in alienam discessus: & rursus ignis & aliorum, quandoquidem plura uno genere sunt, si non singula id quod sibiipsis conuenit, assumunt, & iam omnia huiusmodi, seditiones & morbos faciunt. Cùm enim unūquod que præter naturam contingit & transmutatur, calescunt ea quæ prius perfrigerabātur, & quæ sicca erant, postea fiunt humida, leuia item ac grauia, & omnes undiq; mutationes suscipiunt. Ita enim tantūmodo sentimus, quòd idem ad idem secundū idem & eodem modo ac proportione accedens ac decedens, sinet id quod idem cum ipso est saluum ac sanum permanere. Quod uero aberrabit, horum unumquodq; aut decedēs aut accedens, alterationes uarias, & morbos & corruptiones infinitas inducet. Cùm uero rursus secundæ constitutiones secundū naturam constitutæ fuerint, secunda quædam morborum cōsideratio intelligere uolenti se offert. Nam cùm medulla, & os, & caro, et neruus, ex illis compacta sint, insuperq; sanguis alio quidem modo, ex ijsdem tamen factus sit, plurimi quidē alij eodem modo uelut antea fiunt, maximi uero morbi hoc modo grauissimè incidunt: nimirū cùm horum ortus cōuerso ordine processerit, tunc hæc corrumpuntur. Secundum naturam enim carnes & nerui ex sanguine fiunt. Nerui quidem ex fibris, propter cognationem: carnes autem ex sanguine concreto, qui fibris secretis cōcrescit. Quod uero à neruis & carnibus uiscosum & pingue decedit, simul quidem carnem plerūq; ad ossium naturam, ipsumq; quod circum medullam est os, nutrit ac auget. Quod autem per ossium densitatem percolatur, purissimū triangulorum genus, leuissimum ac pinguissimū ab ossibus emanans ac stillans, medullā irrigat. Et dum singula hoc modo fiunt, plerunq; sanitas contingit: morbi uero, ubi contrario modo. Cùm enim caro liquescēs, rursus in uenas tabem emittit, tunc sanguis multus ac uarius in uenis unà cum spiritu, coloribus ac spissitudine alteratur, insuperq; acidis & salsis portentijs infectus, biles & serosos humores & omnis generis pituitas suscipit. Omnia enim conuerso ordine facta & corrupta, sanguinē ipsum tunc primùm perdunt, & ipsa nullū amplius alimentum corpori exhibentia undiq; per uenas feruntur, eorum qui secūdum naturam se habent circituum ordinem nullum seruantia, inimica quidem ipsa sibijpsis, eo quòd nullum mutuū inter se usum exhibent: constitutioni uero corporis, & ei quod in loco suo manet insensa, perdentia hæc ac liquantia. Quantum igitur de uetustissima carne liquatum fuerit, id difficulter concoquitur, & à multa quidem combustione nigrescit. Verum eo quòd undiq; corrosum est, inde amarum existens, omni corporis parti quæ nondum corrupta fuerit, infestum allabitur. Et modo pro amaritudine acidus fit niger color, amaro uidelicet magis attenuato: modò amaritudo rursus sanguine tincta, colorem rubicundiorem habet: herbaceū uero, si niger ad hunc ammisceatur. Commiscetur insuper flauus color cum amaritudine, cùm noua caro contabuerit ab ignis flamma. Et cōmune quidem omnibus his nomen bilis, aut medici quidam imposuerunt, aut aliquis qui ad multa & dissimilia respicere potuit, & inter ipsa ad unum genus uidere, dignum ut inde omnia cognominarentur. Quæ uero aliæ bilis species dicuntur, singulæ iuxta colorem propriam rationem obtinent. At serosus sanguinis humor, mitis est: nigræ uero & acidæ bilis, ferus, ubi ob caliditatem salsæ potentiæ ammixtus fuerit. Vocatur autē talis pituita acida. Cùm uero ex noua & tenera carne aliquid cum aere liquescit, & hoc inflatum est, & ab humiditate compræhensum, ita ut ex hac affectione bullæ conflentur, quæ singulæ quidem ob paruitatem uisum effugiūt, simul omnes autem molem exhibent uisui expositam, & colorem habent ob spumæ exortum aspectu albū: hanc omnem teneræ carnis tabem cum spiritu complicatam, pituitam albam esse dicimus. Pituitæ uero recens conflatæ serosus humuor, est sudor, & lachryma, & quæcunq; alia huiusmodi, de corpore quod quotidie purgatur, effunduntur. Et hæc sanè omnia morborū fiunt instrumenta, cùm sanguis non ex cibis ac potibus secundum naturam plenus fit, sed ex contrarijs præter naturæ leges molē accipit. Dum igitur unaquæque caro perroditur, modò fundū ipsius permaneat, dimidia est calamitatis potentia. Facile enim adhuc refici potest. Cùm uero id quod carnes ossibus colligat ægrotarit, et uinculū quod ex illis & neruis constat, separatū non amplius ossi quidem alimentū, carni uero ad os uinculū præbuerit, sed ex pingui & læui ac uiscoso, asperum & salsum ac squalidum, ex prauo uictu factū fuerit, tunc omne huiusmodi quod hęc perpetiē, ipsum quidem

quidem perfrigeratur, rursus sub carnes & neruos secedens ab ossibus: carnes uero èradicibus coincidētes, & nudos neruos & cū salsugine relinquūt. Ipsæ uero rursus in sanguinis fluxum illapsæ, antea relatos morbos plures facīūt. Quū autē graues fiant hæ circa corpus affectiones, maiores adhuc fiūt quæ has præcedūt, quando os ob densitatem carnis, iustam respirationē non accipiens, à carie calescens ac putrescēs, neq; alimentum susceperit, & ipsum rursus ad illud contrario modo frigescens iuerit, illud uero ad carnes, caro uero in sanguinē illabens, asperiores omnes superioribus morbos effecerit. Extrema aūt omniū affectio est, quū medullæ natura ex defectu, aut excessu quodā ægrotarit. Tūc enim maximos, & ad mortē præsentissimam uim habentes morbos efficit, uniuersa corporis natura cōuerso ordine necessariò fluente. Tertiam porrò morborū speciem trisariā fieri cogitare oportet, aliam ex spiritu, aliam ex pituita, aliam ex bile. Quū enim pulmo qui spirituū corpori pronus est, nō puros trāsitus exhibuerit, à fluxionibus obturatus, tūc spiritus huc quidē non progressus, illuc autē amplior quàm cō uenit ingressus, quę quidē refrigerio non potiuntur, putrefacit: In uenas autē ingressus, ipsas impellens ac obtorquēs, corpusq; liquans, in mediū ipsius & quod septū habet in cluditur: & ex his sanè innumeri morbi cū dolore & sudoris copia oboriūtur. Sæpe uero in corpore disparata carne, spiritus intus oriens, & foras progredi nō potens, eosdē dolores inducit, uelut hi qui insuper ingressi sunt: Maximos autem quum circa neruos & uenas hac parte cōstitutus intumuit, & ligamenta ac propinquos neruos ita in poste riorem his partē distendit, qui sanè morbi ab ipsa distentionis affectione, Tetani & Opisthotoni appellati sunt, quorū etiam medicina molesta est. Febres enim oborientes tales morbos maximè soluunt. Cæterū alba pituita ob bullarū spiritum intus conclusa, molesta est. Extra corpus autē si respirationes habet, mitior quidē est, alterat tamē corpus, leucas & alphos uitiliginū species, & cognatos his morbos pariens. At cum bile atra mixta, in circuitus capitis diuinissimos dispergitur, ipsosq; conturbat, per somnum quidē illos impetēs, mitior: sed uigilantes infestans, difficilius amoueri potest. Quū aūt sacræ naturæ morbus sit, iustissimè sacer appellatur. Pituita uero acida & salsa, fons est omniū morborū qui cū defluxione fiūt. Verū ob locos uarios in quos influit, uaria nomina illi sortiti sunt. Quæcūq; uero in corpore inflammata esse dicuntur, eo q; uruntur & ardent, ea omnia ob bilem fiunt. Si igitur respirationē adipiscitur, uarios flatus foras efferuescens emittit. Intus autē concluia, ardentes morbos multos inducit: maximū autem, quū sanguini puro ammixta, fibrarum genus ex sua sede deturbauerit: quæ dispersæ sunt in sanguinē ea gratia, ut moderatā tenuitatem ac crassitudinē haberet: & neq; piger ad motum fieret, & uix in uenis diuersari posset. Hanc itaq; utilitatē fibræ ex natura ortu cōseruant, quas si quis etiā in mortui animalis sanguine, eoq; frigori exposito inter se colligat, omnis reliquus sanguis diffunditur. Si uero sinantur, breui cū circumstante frigore ipsum cōgelant. Quum autem hanc uim habeant fibræ in sanguine, bilis quæ ab antiquo ex natura sanguis fuit, & rursus ex carnibus in hunc liquata est, calida & humida paulatim primū illabens, ob fibrarū uim congelatur. Dum uero congelatur & uiolenter extinguitur, tempestatē & tremorem intus inducit. At si copiosior influens, sua caliditate superatis fibris, in confusionem efferbuerit ac præualuerit, si quidem perpetuò præualere potuerit, ad medullæ genus penetratione facta, sua accensione illinc animæ ueluti nauis rudentes exoluit, ipsamq; liberam dimittit. Quū uero paucior fuerit, & corpus liquescens ipsi resistit, ipsa superata aut per totū corpus excidit, aut per uenas ad infernum uel supernum uentrem compulsa, uelut fugitiuus ex seditiosa ciuitate, ex corpore elabens, alui profluuia & intestinorū exulcerationes, & omnes huiusmodi morbos inducit. Quod igitur ex ignis excessu maximè ægrotat corpus, cōtinuos ardores & febres sustinet: quod uero ex aeris, quotidianas: tertianas autē ex aquæ excessu, eo q; ipsa & aere & igne segnior est: quarta uero terræ species harū omnium tardissima, in quadruplis temporis circuitibus purgat, & febres quartanas inducens, uix amouetur. Et corporis quidem morbi hoc modo fieri solent. At circa animam, propter corporis habitū, hoc modo fiunt. Morbum autem animæ dementiā esse concedendū est. Duo uero sunt dementiæ genera, alterum insania, alterum imperitia. Quacunq; igitur

Morbus qui sit grauissimus

Febris quibus: morbis commodet

Fibrarū utilitas

Morbi animæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectione quis affectus, alterutrum horum generū habuerit, morbus appellandus est. Voluptates autem & dolores excellentes, maximi animæ morbi censendi sunt. Nimio enim gaudio diffluens homo, aut etiam cōtrario modo à dolore affectus, dum alterum intempestiuè apprehendere, alterum fugere studet, neq; uidere neq; audire quicquam recti potest: sed rabie tenetur, & ratiocinationis tunc minimè particeps fieri potest, Semen autem cui multum & fluidum circa medullam fit, & quemadmodū si arbor esset, & uberiore quàm conuenit fructu ex natura abundaret, multos quidem singulatim dolores, multas item uoluptates, in cupiditatibus & ipsarum fœtibus adipiscitur, ita ut maximam uitæ partem furiosus degat, ob maximas autē uoluptates & dolores, ægrotantem & insipientem ex affecto corpore animam habeat, non tamen ut ægrotans, sed ultrò malus perperam existimatur. Veritas autem ita se habet. Intemperantia circa res uenereas, magna ex parte propter unius generis habitum, præ ossium raritate, in corpore fluidum ac humectantem, morbus animæ facta est. Et sanè omnia ferè quæ ex uoluptatum intemperantia opprobrium afferunt, uelut ultrò sint tales mali, nō rectè expobrātur. Nemo enim uolens malus est, uerum ob prauū quendam corporis habitum, & imperitam educationem, malus fit malus. Cuiuis autē hæc inimica sunt, & inuito obueniunt. Et rursus circa dolores, anima similiter propter corpus multas afflictiones sustinet. Quum enim acidæ & salsæ pituitæ, amari item & bilioſi humores per corpus errantes, foras quidē respirationem non acceperint, sed intus obuoluti, uaporē de se prodeuntem animā lationi ammiscuerint, uarios animæ morbos inducunt, tum plus, tum minus, & pauciores & plures: & ad tres animę locos delati, ad quemcūq; singuli appulerint, uarias difficultatis & tristitię species: uarias item audacię & timiditatis, insuperq; obliuionis, & simul ad discendum tarditatis. Ad hæc uero si ita male à natura cōstitutis accesserint prauæ respublicæ: & sermones uitiosi in ciuitatibus priuatim ac publicè serantur: insuperq; disciplinæ quæ his mederi possint, nequaquā à teneris discantur: hac ratione mali omnes mihi euadimus, duabus de causis maximè præter uoluntatem contingentibus, quarum culpa referenda est semper magis ad eos qui generant, quàm qui generantur, & ad eos educant, potius quàm qui educantur. Proinde conandum est ut quantū quisq; potest, & per educationē, & per studia ac disciplinas, prauitatem fugiat, & contrarium eius apprehendat. Hæc igitur alium locū ac tractationis modum requirunt. At horum cōtrarium, quod ad corporū & mentium ac cogitationū curationē attinet, quibus causis id seruat, rursus uicissim ut exponamus decēs ac par est. Iustius enim est ut de bonis potius q̄ de malis sermo habeatur. Omne itaq; bonū pulchrum est. Pulchrum autem non immoderatum. Et animal igitur tale futurū, moderatum esse ponendum est. Ex moderatis autē quæ quidē parua sunt, sentimus & ratiocinatione colligimus: præcipua uero & maxima, incōsiderata sinimus. Nam ad sanitates & morbos, uirtutesq; ac uitia, nulla moderatio & immoderatio maior est, quàm ea quæ est animæ ipsius ad ipsum corpus. At horum nihil considerabamus, neq; intelligimus, q̄ quū animam robustam & undiq; magnam, debilior aut minor uehit species, & quum contrario modo hæc ambo compacta sunt, nō pulchrū est totū animal. Immoderatū enim est in maximis proportionibus. Quod uero cōtrario modo se habet, omnium spectaculorū pulcherrimū & amabilissimū est ei qui id cōtueri potest. Quale igitur est corpus, quod immoderata crura, aut etiā alium quēdam immoderatū sibiipsi habitū habet: Simul enim & turpe est, simulq; in laborū societate, & multas lassitudines, & multas cōuulsiones, et propter præuaricationē offendicula sustinet, & infinitorū malorū sibiipsi causa est. Idē sanè etiā de ambobus simul coniunctis sentiendū est, quod animal uocamus. Nam quū & anima in ipso potētior est corpore, & impetu cōcitata fertur, tunc totū ipsum intus cōcutiens morbis replet: & quū ad disciplinas ac quæstiones aliquas pertinaciter contendit, ipsum colliquat: docendo item ac dispurando, tū publicè, tum priuatim, pugnis ac litibus & cōtentionibus obortis, ipsum inflāmans soluit: & fluxiones inducens, plurimos ex his qui medici dicūtur decipit, ut cōtrarias illarū causas faciāt. Corpus quoq; rursus quum magnum & nimis frigidum, cum parua ac debili intelligentia cōiunctum fuerit, quū geminæ sint natura in hominibus cupiditates, propter corpus quidem, alimenti: propter id uero quod diuinissimū in nobis est, sapientiæ: motus eius quod potentius

Proportio maxima est corporis et animæ

in nobis est, sapientiæ: motus eius quod potētius est superantes, & id quod suū est augētes, quod uero animæ est, surdū & ad discendū tardum, ac obliuiosum facientes, maximum morbū imperitiam efficiūt. Vna uero est amborū salus, ut neq; animam absq; corpore moueamus, neq; corpus absq; anima, ut ex uicissitudine hac æquale momentū habeant, ac sana fiant. Proinde mathematico, & ei qui aliam quandam uehementē ingenij exercitationē uersat, etiā corporis motus attribuēdus est, ut in gymnastica uersetur: & rursus ei qui corpus diligēter format, animæ motus attribuēdi sunt, ut & Musica, & omni insuper philosophia utat, si modo uelit quis meritò pulcher simulq; bonus rectè uocari. Secundū eadē hæc etiā partes curandæ sunt, ad totus speciei imitationē. Quum enim corpus ab his quæ ingressa sunt, & urat intus & perfrigeret, & rursus ab his quæ extrinsecus allabūtur, siccetur ac humectetur, & quæ ad hæc sequi solent patiat ab ambobus motibus: ubi quis quietē agens, corpus motionibus tradiderit, superatū perit. Si uero quis eam quā Vniuersi nutricem & alumnā appellauimus imitet, & corpus maximè quidē nunquā quiescere sinat, sed moueat, & cōcussiones quasdam semper ipsi per petuò inducēs, tum internos, tū externos motus secundū naturā uicissim permutet, & moderatè cōcutiens, tū oberrātes affectiones, tū partes circa corpus, iuxta cognatiōes in ordinē inter se redigat, secundū superiorē sermonē quē de Vniuerso habebamus: is nō sinet inimicū iuxta inimicū positū, bella & morbos in corpore parere, sed efficiet ut amicū iuxta amicū positū, sanitatē inducat. At ex motibus optimus est qui in ipso à seipso fit: Maximè eīm cognatus est motui Vniuersi intelligētia prędito: Qui uero ab alio, deterior: pessimus autē qui iacente corpore & quietē agēte, per alia ipsum secundū partes mouet. Quapropter sanè ex purgationib. & constitutionibus corporis, ea quæ per exercitia fit optima est. Secunda uero ea quæ per gestationes, tum in nauigijs, tū alibi, ubicunq; uectiones sine lassitudine fiūt. Tertia uero species motus, aliquādo ei qui ualdè cogitur ad hanc utilis est, aliàs nequaquā admittenda ab eo qui mente præditus est, medica illa quæ per medicamētariam purgationē contingit. Nam morbi qui non magna habent pericula, medicamentis purgantibus non sunt irritandi. Omnis enim mortio, & in uniuerso genere ita fit ut cōstituta uitæ tempora habeat, & ipsum per seipsum animal unūquodq; fatalem uitæ modū habens producitur, exceptis affectionibus quæ ex necessitate accidunt. Nam triangula statim ab initio singulorū, uim habentia constituendi quę ad aliquod tēpus sufficere possunt, ultra quod nunquā quisquam amplius uitam ducere poterit. Modus igit idem est cōstitutionis circa morbos, quū quis præter tēporis fatū, medicamētis purgantib. illam corrūpit, ex paruis magni, & multi ex paucis morbi fieri solent. Quapropter uictus ratione omnes eiusmodi morbos corrigere oportet, in quantū alicui ociū dat, & nō medicamētis morosum malū irritare. Et de cōmuni quidē animali, & parte ipsius corporea, quomodo quis & dū corrigit, & dum corrigitur à seipso, maximè secundū rationem uixerit, satis dictū sit. At uero ea pars quæ illud corrigere debet, magis utiq; & prius pro uiribus præparanda est, ut q̄ pulcherrima sit & optima ad correctionē faciendā. Exacta igit̄ de his tractatio, ipsa per seipsam iuquatur, nō ab re fuerit ut hoc modo cōsiderans, sic sermonē transigat: nimirū quemadmodum sæpe diximus, q̄ tres in nobis animæ species trifariam constituræ sunt, & unaquæq; suos motus habet. Sic etiā nunc secundū eadem breuissimis dicendum est, q̄ quæ quidē ex ipsis in ocio degit, & à suis motibus quiescit, eam debilissimā fieri necesse est: quę uero in exercitijs, eam robustissimā. Quapropter curandū est ut motus moderatos inter se habeant. Verum de prestantissima apud nos animę specie hoc modo sentire oportet. Quòd uidelicet deus hāc ipsam ut dæmonē unicuiq; nostrū dedit, quam in sum mo corpore nostro habitare quidē dicimus, sed ad cognationē in cœlo, à terra nos eleuare, uelut qui nō terrena, sed cœlestis stirps simus, & hoc sanè rectissimè ꝓnūciamus. Illinc enim unde primus animæ ortus prodijt, caput & radicē nostrā diuina species suspendit, & totū eò corpus erigit. In eo igitur qui cupiditates aut cōtentiones anxiè sequit, & in his uehemēter elaborat, necesse est omnia dogmata mortalia inseri, & ipsum omnino quantū maximè fieri potest, mortalem effici, & neq; parum ab hoc deficere, ut

Anima cū corpore et uicissim exercenda.

Motus optimus qui sit, itemq; qui pessimus.

Animæ species III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui ad hoc augendum, omne studium contulit. At qui discendi amore ductus, circa ueram sapientiam operā suam impendit, & in his uelut maximè ad se pertinētibus se exercuit, eum omnino necesse est immortalia quidem ac diuina sapere, si ueritatem attigerit: inquantum uero rursus humanæ naturæ possibile est, immortalitatis participem fieri, & nullam huius partem relinquere, & uelut qui diuinā speciē semper colit, & ipsum ualdè probe exornatū dæmonē in seipso cohabitantē habet, insigniter felicē esse. Cultura aūt cuiusq; omnino una est, ut cuicq; propria alimēta & motus cōtribuamus. Diuinæ uero in nobis speciei cognati motus sunt, cogitationes & circūuolutiones uniuersi. Has itaq; unumquemq; sequi oportet, & circuitus circa ortū in capite nostro corrupros corrigere, & per hoc quòd uniuersi harmonias ac circumuolutiones considerat, ei quod consideratur id quod considerat assimilare, secundū antiquā naturam: Vbi uero assimilauit, propositæ hominibus à dijs optimæ uitæ finem habere, tū ad præsens, tū ad futurū tempus. Et profectò nunc ea quæ ab initio nos exposituros esse promisimus, de uniuerso ad hominis usq; ortū, ferè finē habere uidētur. Nā reliqua animalia quòmodo producta sint, breuibus adhuc cōmemorandum est, quum nulla necessitas sit rem hāc prolixius tractare. Sic enim moderatior sibijpsi esse in his tractādis uideri quis poterit. Hoc autē modo de eo ipso dicamus. Qui uiri timidi & iniustè uitā egerūt, hi iuxta ueri-

Cultura cuiusq; rei unam esse

similē rationē, in secundo ortu in mulieres trāsmutantur: & in illo sanè tēpore propterea dei coeundi amorē fabricauerūt, animal alterū in nobis, alterū in mulieribus, animatū cōstituentes, & tali modo utrūq; effecerunt. Potus transitū, quo per pulmonē potus sub rhenes in uesicā delatus, unà cū spiritū etiā id quod compressum est emittit, suscepe runt, & in medullam ex capite in ceruicē, & per spinā, compactā perforarunt, quā sanè semen in superioribus sermonibus diximus. Hæc autē ut quæ animata essent, & respirationē faceret, qua parte effluxionis respirabant, amorē perfecit, uitali generandi cupidi

Amoris in utroq; sexu uis

tate ipsi inducta. Quapropter in uiris pars ea quæ est circa pudendorum naturam, inobediens & sui iuris effecta, uelut animal non audiēs rationem, per furiosas cupiditates omnibus dominari conatur. Rursus autē in mulieribus loci & uteri appellati, propter eadem hæc, animal sunt cupidum procreandi liberos, quod ubi sterile præter tempus, diutius fuerit, cū indignatione grauiter id fert, & undiq; per corpus oberrās, & spiritus trāsitus obturans, & respirare nō sinēs, tū anxietates alias extremas immittit, tū omnis generis morbos inducit, donec utriusq; cupiditas & amor, educto uelut ab arbore fructu, deinde decerpto, in uterū uelut in aruū: animalia præparitate uisum effugiētia, & nō efformata cōseminant, & ipsa rursus disparātes, magna intus enutriāt, & postea in lucem productis his, animaliū productionē perficiant. Mulieres igit, & quæuis fœmina sic cōstituta est. At uero uolucrū genus trāsformatū est, ut pro pilis pēnas producat, ex nō malis uiris, leuibus tamē, & qui de sublimib. quidē rebus disputāt, sed putāt demonstrationes de his per uisum cōtingentes, cōstantissimas esse, propter simplicitatē. Cete rū pedestre & reptiliū bestiarū genus factū est ex his qui philosophia penitus nō utunt, neq; quicquā eorū quæ circa cœlū sunt aspiciūt: eo q; circuitibus qui in capite sunt non utūtur, sed partes animæ quæ circa pectora sunt, uelut duces sequūtur. Ex his igitur stultis ac uarios habuerunt uertices, prout singulorū circuitus à segnicie cōpressi sunt: et ex hac occasione ipsorū genus quadrupes & multorum pedum factū est: deo plures basses supponente his quæ magis insipientia sunt, quo magis ad terrā traherent. Insipientissimis autē ex his ipsis, & quę toto corpore penitus ad terrā distenderent, hoc cōtribuit, ut sine pedibus per terrā reptarent, uelut quæ pedū usu opus nō haberent. Quartū uero genus aquatile factū est, ex stolidissimis & imperitissimis, quos neq; respiratione adhuc pura dignos iudicauerunt transformatores illi, ut qui ex omnibus delictis immundam animam haberēt. Quare pro pura & tenui aeris respiratione, in turbidam & profundam aquæ respirationem ipsos detruserunt. Vnde piscium & ostreorum testa intectorum genus, simulq; omnium aquatilium factum est, ita ut isti extremę imperitię pœnam extremas habitationes acceperint. Et secundum hunc modum etiam nunc, ue lut tunc omnia animalia permutantur, & pro intelligentiæ ac dementiæ, tum acquisitione, tum amissione, alia in alia transeunt. Et profectò nunc etiam finem habere disputationem

tationem hanc de uniuerso dicimus. Nam & mortalia & immortalia animalia complexus, & his completus hic mundus, sic factus est animal uisui expositum, quod uisui exposita in se continet, estq; eius qui intelligitur dei imago, sensui expositus, maximus, & optimus pulcherrimusq;, ac perfectissimus, unum hoc & unicè factum cœlum.

Mundū esse dei imaginem

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Critiam, uel Athlanticum.

PLATO noster officiosissimus patriæ suæ filius laudauit eā in Menexeno ex rebus cōtra orientales, laudat rursus in Critia ex rebus cōtra occidētales strenue gestis. Atq; utrobiq; cōmendat ex multis, tum dei, tū naturæ artisq; muneribus: simulq; cōmonefacit omnes ne patriæ sint ingrati: ac dum uirutē Atticam tam orientē quàm occidentem plagam superasse cōmemorat, interea docet & omnia domari uirtute, & uiros uirtute præditos, tū in occidentibus, id est rebus aduersis, tum in orientibus, hoc est secūdis recte feliciterq; se gerere. Nec iniuris post Timæū de mundi generatione, legi uult Critiā de antiquitate mūdi. Videtur autē neq; huic historiæ finē imposuisse, neq; sequentē historiam sub Hermocratis titulo promissam cōposuisse. Hanc autē non fictam quidē, sed ueram historiam exitisse, cōstat. Primo quidem, quia ubicūq; fingit aliquid, solet fabulam nominare. Hic uero tanquā historiam audet asseuerare. Deinde idē omnino asserit in Timæo, appellans rem mirā quidem, sed omnino ueram. Et à quibus accepta sit diligenter utrobiq; recēset, scilicet à maioribus suis atq; gentilibus. Critias enim hic ab auo Critia, ille uero à Solone patruo suo, qui literis quoq; mādauit, Solo ab Aegyptijs sacerdotibus. Præterea Proclus Marcelli cuiusdā de rebus Aethiopū adducit historias, in quibus hæc manifestissime cōfirmantur Aethiopū rebus gestis inserta. Et si Platonicorū nullus historiā negat: Porphyrius tamē, Proclus, & ante hos Origines, allegoriā insuper uolunt physicam cōtinere. Quos equidem uereor ne si conentur singula allegoriæ ad unguem accōmodare, ab ipso Platone deridendantur, in exordio Phædri curiosas nimiū in huiusmodi rebus allegorias sub persona Socratis irridente. Verū ne Anagogicum sensum, quo prorsus neglecto nemo sit Platonicus, omnino negligere uideamur, Pallas quidē sit numen intellectualt uitæ præsidens, Neptunus uero nutriens fouens generationem atq; gubernās. Athenienses figuræ sint animarum intellectu solo uiuentium, numinumq; similium. Atlantici uero figuræ numinum generationi fauentium, animarumq; corporibus coniunctarum ad generationis officium totiusq; ornatum. Conuenientissime uero per occidens, per mare, per insulas, per uarias locorum partitiones, ipsa generationis materia mobilitasq; diuersa significatur. Bellum præterea sit studiosa contentio, per quam superiora numina, inferiora assidue in se conuertunt, & animas quasi ferro & igni à materia motuq; segregant. Proinde quod Neptunus ex muliere filios procreauit, intellige uel ex terra genuisse, uel afflatu quodam ex priori uiuendi forma in alteram formam regenerasse. Quinque uero partus, quinque sunt formæ corporum, quas in hoc materiæ mari perpetua agitatione componit, scilicet lapides, metalla, plantæ, animalia partim ratione carentia, partim prædita ratione. Deem uero filij sunt, quolibet enim partu gemini concreantur. Nempe in quouis composito elementalis coalescit uirtus, simulq; uirtus quædam cœlestis infunditur, quam medici uirtutem nominant specialem. Ex geminis autem quinque partubus decem filij computantur. At quinque zonæ siue spiræ arcem Neptuneam circundantes, quinque sunt sphærarum naturæ, cœlestis, ignea, aerea, aquea, terrea. Partim uero terrenas ait, partim aqueas, ut statum in rebus significaret & motum. Communis uero per omnes meatus, mutuam inter se rerum significat genituram. Commemorat & metalla, ut per septem metalla, septem planetarum influxus intelligamus, generationem omnium moderantes. Aurum quidem Soli, Argentum Lunæ, Plumbum Saturno, Electrum Ioui, Ferrum & æs Marti, Veneri orichalcum, Mercurio Stannum Platonici tribuunt. Mensuræ uero earumq; numeri partim ex historia, partim ex architecturæ ratione ducantur. Nonnihil tum operis, tum eloquij gratiæ decoriq; attribuendum. Sed de allegoria fermè iam satis. Iam uero cœlestes, & alios subcœlestes esse putant. Et primos quidem filios dei, sequentes uero omnes deorum filios nominant. Rursus in primis amplissimam prouidentiam, in secundis minus amplam, in tertijs ad angustiora redactam collocant, utpote qui iam certis terræ plagis rerumq; generibus diuina distributione præsint, quemadmodum & cœlestes alij, alijs cœli partibus stellisq; præponuntur. Hi ergo subcœlestes dij certo quodam ordine, alij gentes alias gubernandas ab initio susceperunt. Ab initio inquam uel geniti mundi, uel generis humani regeniti. Siquidem post ingentes terreni orbis illuuiones, Plato homines arbitratur eiusmodi deorum opera ex ipsa terra ueluti matre diuinitus generari. Posse enim illos gignere, per Ideam uidelicet humanam quasi semen. Posse & terram parere, nouo abundantęq; humore perfusam, & accedente calore fœcundam, siue post aquarum colluuiones sequantur tepidi soles, siue post uasta quædam incendia pluuiæ uberius affluant. Homines uero à dijs è terra progenitos, Heroes nominant, qui à patrio temporum tractu: tam diuina uirtus ingenijs insita, quàm terræ fœcunditas minuitur paulatim: unde & animi diuinitatis omnino expertes, & corpora antiquæ fœcunditatis uacua prorsus euaderent: deus iterum terram, uel diluit, uel incendit, geniusq; nostrum in antiquam restituit dignitatē, cœlestibus uidelicet motionibus sic à motore contemperatis, ut cœleste fatum semper cum prouidentia diuina concurrat. Profecto quemadmodum medici de quolibet humano corpore

Metalla Platonicis dicata

Universidad de Deusto
Biblioteca

no corpore, ita Platonici de toto genere iudicant. Medici enim aiunt, uitam in naturali quodam humore, & tanto & tali consistere, possèq; perpetuo prorogari, si modo & quantus ille restauretur & qualis: non prorogari uero, ubi non talis refluit, qualis effluxerat, & si tantus. Perinde ac si quis ex dolio uini pleno impleret quotidie pateram, statimq; dolio, atque tantundem infunderet. Sic enim continue æqualis in dolio esset humor, sed non similis, dissimiliorq; quotidie, donec tandem ex mero iam non aqueum uinum tantum, sed aqua prorsus euaserit. Similiter Platonici diuinam fœcundamq; qualitatem & ingento à dijs humano, & corpori à cœlo quondam infusam, paulatim putant in qualitatem humanam uerti, humano hoc subiecto eam naturaliter ita trahente, donec sensim ad ferinam usq; degeneret, sed degenerationē tantam non posse à deo rerum ordinatore perpetuo tolerari. Quod autē Plato deos diuersas sortes fuisse nactos, & hic & alibi sæpe ait, intellige illos uni summo sortes distribuēti parere, atq; necessario assignatam prouinciam gubernare, Sed necessitatem in diuinis esse penitus uoluntariam. Siquidem apud eos una est patris summi filiorumq; uoluntas. Atqui sicut elementorum partes ea necessitate ad loca propria perferuntur, quæ & uoluntas futura est, si modo cognouerit: sic apud superos ipsa gubernationis assignatæ naturalisq; effectæ necessitas idem est atq; uoluntas. Præterea quod & hic, & in Timæo & Menexeno Atticam regionem esse ingenijs inquit in primis accommodatam, meminisse oportet in rationibus hac de re assignandis inter se Platonicos dissidere. Panætius enim temperiem aeris inter æstum atq; gelu causam arbitratur: idq; ex ipsis Platonicis uerbis in quinto Legum, & Epinomide probat. Panætium Longinus arguit, quia regio illa sæpe gelu atq; æstu pulsetur: assignatq; in causa qualitatem loci commixtam ex multis atque occultam. Quem reprobat Porphyrius quod propriam ingenij causam esse putet corpoream. Origenes in cōmentarijs in Timæum cœlestes astrorum influxus q; assignat, id ipsum ex octauo de Republica asserens, ubi dicitur, cœlestes quosdam circuitus esse causas sterilitatis ac sterilitatis, tum corporum, tum etiam animarum. At Origenem Proclus ibidem ait uerā quidem ex parte causam assignasse, sed nondum integram perfecisse. Ipse uero unà cum Porphyrio rem alius repetens ait: intellectum opificem mundi intellectualem esse mundum, ideoq; quasi multiplicem. Animam uero mūdi esse animalem rationalemq; mundum magisq; multiplicem: atq; proxime adesse uniuerso mundi spacio continuo prorsus atq; immobili, ex materia prima & dimensione constanti. Rursus in ipso spacio ante omnes quæ generandæ sunt formas, animam ex rationibus suis ideas sequentibus, alibi alias uires imprimere, quasi animæ mentis plenæ uestigia, ac peculiaria quædam receptacula formas alibi alias familiariter susceptura. Tum deos uarios uarias sortitos prouincias, eiusmodi hospitia illustrare, alia quidem alios, atq; formare. Animas ergo rationales, postquam elementalem uitam, propriamq; elegerint, si forte reuolutione cœlesti ad ea loca præ cæteris dirigantur, quæ electæ iam uiuendi formæ potissime congruant, uitæ ipsius officijs prorsus implere. Itaq; quando ad Martiam uel Apollineam uergentes uitam, mox plagam à Marte uel Apolline illustratam nanciscantur, perfectæ uel fortitudinis, uel uaticinij opus absoluere. Quæ uero philosophicam uitam elegerint, si regionem afflatam Pallade, sapientia magnanimitateq; simul excellere. Itaq; hic & in Timæo inquit, Atticam rectionē rectam à Pallade sapientiæ atq; militiæ conuenire: & in quinto Legum ait inspirationem localium deorum atq; dæmonum circa loca, maximi ad ingenia & mores esse momenti. Requirit uero nonnullam aeris temperantiam, non ut causam, sed ne causæ ipsius opus impediatur. Quamobrem loci huius diuersitas non tam efficit diuersitatem ingenij apud Platonicos, quàm suscipit & declarat. Tria enim esse putant ad id potiora elementali loco, scilicet tum animæ ipsius affectionem siue naturalem siue electam, tum inspirationem numinum propriorum, tum cœlestes influxus: posse uero id impediri, uel elementali mixtione, uel planetarum noua coniunctione, uel ab ipsis hominibus illata calamitate: & quæ bona desuper infundūtur, inferiorum obstaculo reddi bona. Qua de re in Legibus disputauimus. Sed de his iam satis. Ex omnibus autem huius libri mysterijs collige unà cum prouidentia concurrere humani arbitrij libertatem. Collige & sententiam Mosaico mysterio similem, homines quondam quandiu in eis diuina quædam gratia iustitiaq; innata uigebat, beatos in quodam, ut aiunt, deliciarum paradiso uixisse. Postquam uero per intemperantiam & superbiam gratia illa euanuit, in scelera simul & calamitates grauissimas incidisse. Deum autem aquarum diluuio peccata hominum diluisse. Quod uero huic historiæ deest, potest summatim ex Timæi proœmio resarciri. Est autem historia de rebus gestis ante diluuium. Post uero diluuium narraturus, ut arbitror, erat Hermocrates. Neq; te turbabūt nouem illa annorum milia, si Eudoxum audieris dicentem annos illos Aegyptiorum non solares fuisse, sed lunares. Vltima tandem huius libri sententia docet, totum, id est, deum architectum mundi è sua sede, id est ex sui ipsius intuitu remotissima quæq; minimáq; prospicere, atque ad eandem sedem, id est diuinam contemplationem deos omnes subditos sibi conuertere, unde instructi inferiora gubernent. Neq; uicissim duo hæc illos agere, imò uero assidue contemplando diuina, per illa simul tēporalia dispensare. Hanc ipsam sedem ideo medium mundi appellat thronum, quia & inde tāquam à centro effluunt omnia, & illuc refluunt, & illinc facile cuncta circunspiciuntur atq; reuoluuntur.

PLATO-

PLATONIS ATHENIENSIS CRITIAS, SIVE ATLANTICVS. *Moralis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

TIMAEVS. CRITIAS. SOCRATES. HERMOCRATES.



VEMADMODVM qui ex lōga uia labēs quietē amplectit ô Socrates, ita nūc reuera ego ex lōga disputatiōis progressione me liberatū esse gaudeo. Mundū autē hūc dudū antea re ipsa, nūc uero etiā oratione deum factū oro, ut corū quę moderatē dicta sunt, ipse nobis salutē præbeat, si uero quid de ipsis inconcinnè inuiti dixi mus, ut pœnam decentē de nobis sumat. Pœna autē iusta est, ut ab errās cōcinnus efficiat. Quo igitur de cætero sermones de deorū ortu rectè proferamus, oramus ipsum ut nobis medicamentū perfectissimū, & omniū medicamentorū optimū præbeat, scientiā ipsam. Facta aūt precatiōe, deinceps habendā orationē, iuxta superiorē cōsensionē Critię deferimus. CRI. At susc ipio quidē ô Timæe hoc modo, ut quo tu ab initio usus es, dū ueniā uelut magnis de reb. dicturus peteres, idem etiā nūc ego petā: imò de his quæ dicēda mihi restāt, hoc ipsum magis adhuc impetrādū existimē: Tametsi uero ferè sciā fore, ut hęc mea petitio ambitiosa, & magis q̄ decet rustica uideatur: tamē dicendū est. Nam q̄ quidē ea quæ à te relata sunt, non bene dicta sint, quis sana mente præditus dicere ausit? Quòd uero ea quæ dicēda sunt maiorē ueniā exigant, ut quæ difficiliora sint, hoc aliquo modo dociliora reddantur, id quod satis est dicere, q̄ de mortalib. apud uos. Imperitia enim & ignorātia auditorū in his, in quib. ita affecti sumus, multā facilitatē exhibēt ei qui de ipsis dicturus est. De dijs itaq; quomodo affecti simus, nouimus. Quo uero clarius id quod dico expediā, ita me sequamini. Etem ea quæ ab oīb. nobis dicunt, imitationē & assimilationē fieri oportet. At in pictorib. simulachra exprimēdi artē, circa diuina ac cœlestia corpora cōtingē tē, uidemus satis imitatiōe exprimi à spectantib. putari, quod ad facilitatē & subtilitatē attinet, & uidemus q̄ terrā quidē, & mōtes, fluuios q̄ ac syluas, & uniuersum cœlū, & ea quæ circa ipsum sunt, & uagātur, primū quidē amplectimur, si quis uel exiguū quiddā ad similitudinē ipsorū imitari possit: ad hæc uero uelut qui nihil certi de talib. sciamus, neq; expendimus, neq; redarguimus pictorū in his operas, sed adūbratione obscura & fraudulēta circa has utimur. At uero ubi quis nostra corpora assimilare conatur, acutè percipiētes si quid omissum est, propter familiarē semper cōsiderationē, graues iudices sumus ei qui nō omnes penitus similitudines expressit. Idē sanè etiā circa sermones cōtingere intueri oportet. Nā cœlestia & diuina amplectimur, si uel parū cū similitudine aliqua ueri dicant. Mortalia uero & humana exactè expēdimus. Proinde si in his quæ ex tēpore nūc dicenda sunt decorū omnino exprimere nequiuerimus, uenia nobis danda est. Nō enim sentiendū est facilia esse mortalia, sed ualdè difficilia, ut ea ad opinionē assimilata exprimamus. De his itaq; uos cōmonefacere uolens, & de his quæ dicenda restāt, ueniā non minorē, sed maiorē petens, omnia hęc ô Socrates dixi. Si itaq; iustè petere uideor, ultrò hoc donū mihi præstate. SOC. Cur uero ô Critia nō præstaremus? Imò etiā tertio idē hoc à nobis tribuat Hermocrati isti. Manifestū enim est etiā ipsum paulò post ubi ei dicendū erit, petiturū hoc esse, quēadmodū uos. Quo igit aliud principium exquirat, & nō idē dicere cogat, uelut ueniā sibi datā esse sciat, ita dicat prædico tamen tibi chare Critia sententiā Theatri, priorem uidelicet poetā qui in ipsum prodijt, in magna admiratiōe cōstitutū esse: ut omino multa uenia tibi opus fuerit, si debeas ac possis ipsa excipere. HER. Idē itaq; ô Socrates etiā mihi quod huic denūcias. At enim abiecti animi uiri nunquā statuerūt Trophęū ô Critia. Quapropter ad dicendū fortiter progredi oportet, & Pæane ac Musis inuocatis, ueteres ciues qui præstātes uiri fuerūt, cōmonstrare

Scientia medicamentū p̄fectiss.

Verba sunt pro rū imitamenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

strare & laudibus uehere. CRI. Quū posteriorē locū sortitus sis chare Hermocrates, & ante te adhuc aliū habeas, inde adeò cōfidis. Hoc igit quale sit, ipse tibi fortassis declarabit. Proinde consolanti ac adhortanti tibi parendū est: & supra deos quos retulisti etiā alij inuocādi, & maximè Mnemosyne. Nā maxima ferè sermonū nostrorū pars tota in hac dea sita est. Si enim iustè in memoriā reuocauerimus & exposuerimus ea quę quōdam dicta sunt à sacerdotibus, & à Solone huc allata, nosti q huic theatro uidebimur ea quę cōueniūt, ferè moderatè perfeciſſe. Hoc igit iam faciendū est, & nō amplius differendum. Primum itaq omniū cōmemoremus, q summa erat nouē milium annorū, ex quo bellū factū traditū est, inter eos qui extra Herculis colūnas, & inter eos qui intra ipsas habitabāt, quòd sanè nūc perficere oportet. Illorū igitur hæc ciuitas princeps fuisse, & totū bellum trāsegisse dicebatur: horū uero Atlantidis insulæ reges, quā & Libya & Asia maiorē aliquādo fuisse diximus: nūc uero à terræ motibus lutū impenetrabile obstare his qui hinc illinc in omne pelagus enauigāt, ut nō amplius trāsire possint. Et multas q̄dē gētes barbaras, & ea quę tūc singula fuerūt Græcorū genera, ipse sermonis progressus uelut reuolutus subinde declarabit. Athenienſiū autē eorū qui tūc erāt, & aduersariorū, tū potentiā, tū respublicas, & quō bellū transegerūt, primū ab initio recēsere necesse est. Ex his ipsis autē nostra præferemus. Dij equidē uniuersam terrā aliquādo secundū locos inter se diuiserūt, nō ex cōtentione: nō enim rectā rationē haberet, deos ignorare ea quæ singulis ipsorū cōueniūt: neq rursus noscētes id quod magis alijs cōuenit, hoc ipsum conari sibijpsis per litē cōparare. Iustitiæ itaq sortib. de his quę amicorū essent sortiētes, regiōes incolendas tradebāt, & hoc facto, uelut iumēta & greges ac pecora sua, nos nutriebāt: præterquā q nō corporib. corpora cogebāt, quemadmodū pastores iumēta plagis coercēt: sed mentē maximè sic ducētes, mortale genus omne gubernabāt. Alij igit dei alios locos sortiti, illos excoluerūt. Vulcanus autē & Minerua, quę etiā Athena dicit, cōmunem naturā habētes, ut & ex eodē sunt patre, & philosophia ac artiū studijs ad eadē tendūt, unā ambo sortē, hanc regionē adepti sunt, uelut uirtuti ac sapiētiæ ex natura cognatā ac cōmodam: Et productis in ea uiris præstantibus indigenis, reipublicę ordinē mentibus ipsorū instillarunt: Quorū nomina quidem seruata sunt, facta uero propter eorū qui illa exceperūt interitū, & ob tēporis diuturnitatē deleta sunt. Nā quod superstes manebat, semper genus, uelut etiā antea dictū est, idmontanū erat & literarū ignarū, & quod nomina solū optimatū in regiōe audiuisset, & ad hæc pauca de illorū factis. Nomina igit amplectētes filijs imposuerūt, uirtutū uero & legum priorū ignari, nisi quòd obscura quædam de singulis fama ad ipsos peruenisset: & in rerum necessariarū inopia, per multa sæcula, & ipsi & filij ipsorum degentes, & his quorum inopia laborabant intenti, & de his etiam sermones inter se habentes, ea quæ in superioribus & olim aliquando facta essent negligebant. Narrationes enim & rerum ueterum inquisitiones, unà cum ocio in ciuitates ueniunt, ubi uiderint res ad uitam degendam necessarias iam quibusdā cōparatas esse: antea uero minime. Hoc itaq modo ueterū nomina absq factis ipsorū seruata sunt. Dico autē hęc ex hac coniectura, q Cecropis & Erechthei Erichthonijq ac Erisichthonis, & plurima alia quæ ante Theseum nomina cōmemorantur, Solon dixit sacerdotes retulisse tunc in belli expositione: Mulierū item nomina, & deæ figurā ac statuā, ita ut uelut cōmunia tūc erāt mulieribus & uiris belli studia, sic illo tēpore armatā deam eius q̄ui hominib. statua posita expressam esse, ut indicio esse q omnia animalia cōtubernalia mascula ac fœminina, in uno quoq genere iuxta cōuenientem uirtutem, quoduis studiū in cōmuni ex natura tractare possunt. Habitabat aūt tūc in hac regiōe, reliquæ quidē ciuiū gētes, quarū cura opificia & alimentū ex terra acquirēdū studia uersanē. Militare uero genus à uiris diuinis ab initio separatū seorsum habitabat, ut omnia ed educationē & institutionē cōuenientia haberet, & nemo ipsorū quicq ppriū possideret, sed omnia omnib. cōia ducerēt, & ultra iustū alimentū nihil ab alijs ciuib. accipere cuperent, & omnia heri dicta studia tractarēt, quæ uidelicet de custodib. præfectis relata sūt. Sed & de regiōe nostra, pbabile q̄ddā & uerū dicebat, fines ipsam eo tpe habuisse, ad Isthmū porrectos: reliquā uero cōtinentē usq ad summā Citheronē & Parnethē. Descēdisse autē fines in dextera Oropiam habētes, in sinistra ad mare segregantes Asopum. At uirtute omnē terram ab hac supe

superatā esse. Quapropter etiā tunc alere potuisse hanc regionē magnū accolarū exercitū. Magnū autē uirtutis eius signū est q reliquię ipsius quæ nūc extant cū quauis alia certare possunt, feracitate & omniū rerum fertilitate, quæ omnibus animalibus alendis sufficit. Tūc uero ad pulchritudinē etiam magna copia hæc proferebat. Quomodo igitur hoc fidem reperit? & quibus indicijs hæ eius quæ tunc fuit terræ, reliquiæ rectè dicuntur? Tota è reliqua cōtinenti in longū extenta ad pelagus, uelut in alto sita est. Maris uero uas ipsam ambit totū in propinquo profundū. Quū itaq magna & multa diluuia facta sint, in nouē milibus annorū: tot enim ab illo tempore usq ad pręsens anni interceſſerūt: terra in his temporibus & afflictionibus, ex altis locis defluens, neq aggerem mentioni dignū, uelut in alijs locis exaggerauit, & semper circūcirca dilabens in profundū dissipatur. Relicta itaq sunt quemadmodū in paruis insulis, ea quæ nūc sunt ex his quæ tūc fuerūt, uelut corporis quod è morbo laborauit ossa: terra pingui ac molli dilapsa, tenui uero regionis corpore solo relicto. Tūc uero dū integra esset, et montes colliculos altos habebāt, & campi qui nunc Phellei dicūtur, pingui solo pleni erant, & multa in mōtibus sylua extabat, cuius etiā adhuc nunc manifesta signa extant. Sunt enim mōtes qui nunc apibus solum alimentū exhibēt, sed non multū adeò tempus prę terijt, quando arboribus hinc ad ædificia maxima idoneis resectis, structuræ amplissimæ extant adhuc saluæ. Sed & aliæ multę arbores mansuetæ ac altæ erant. Pabulū autem pecoribus uberrimū terra producebat. Et sanè per annum aquam ex Ioue suscipiebat, & non uelut nunc à nuda terra in mare diffundebat, sed multam habens, & in seipsam suscipiens per cretam figlinam continentem ac cōseruantem, & absorptam ex altis aquam in cauitates dimittens, in omnes locos luculentos fontium ac fluuiorum lati ces exhibebat: quorum etiam nunc adhuc in fontibus, qui antea sacri erāt, signa relicta restant, ut uera hęc nunc de ipsa dicantur. Reliqua igitur regio & natura se sic habebat, & excolebatur uelut uerisimile est à ueris agricolis, & qui hoc ipsum facerēt studiosis, & industrijs, optimam q terram ac luculentissimam aquam habentibus, & tempora anni supra terram moderatissimè temperatas. At uero urbs ipsa eo tempore sic constituta erat. Primū quidem arx tūc non ita ut nunc habebat: Nūc enim una nox humida ubique terram ipsam insigniter nudam circūcirca liquefeciſſet, simul terrę motū induxit, etiam ante Deucalionis exitiū, tertio prius ingenti diluuio oborto: Verū prius in illo tempore, magnitudine erat ad Eridanum & Ilissum extenta, & intus forū iudiciarium cōprehendebat, & Lycabetum montem ex opposito fori habebat. Erat autem tota terrea, & paucis exceptis, supernè plana. Inhabitabantur autem externa quidem ipsius ad oblīquas partes, ab opificibus & agricolis, qui in propinquo agros colebant. Superna uero militare genus ipsum per seipsum solū, circa Palladis & Vulcani templū inhabitabat, uelut unius domus hortū uno septo circūdatum. Nam ad borealem partem habitabāt, communibus domibus & cōtubernijs hybernis cōstructis, & omnibus ædificatis quæ cōmunem rempublicam decebāt, prout & ipsa, & templa esse oportebat, absq auro & argento. His enim nusquam utebātur, sed mediū inter fastum & illiberalitatē persequēntes, honestas ædes extruebāt, in quibus & ipsi, & filiorū filij consenescentes, alijs similibus easdē semper tradebāt. Ad austrinā uero partē, hortis & gymnasiis & cōtubernijs, uelut in æstate, expassis utebātur. Fons autē unus erat iuxta arcis quæ nunc est locum, quo à terræ motibus extincto, paruæ hæ quæ nunc extant aquulæ circumcirca relictæ sunt. At his qui tunc erant omnibus luculentū fluxum exhibebat, ut qui & ad hyemem, & ad æstatem temperatus esset. Hac itaq forma illi habitabāt, ciuium quidem suorum custodes, aliorū uero Græcorū uolentiū duces, obseruātes ut quàm maximè eadē esset multitudo perpetuò uirorū & mulierū, quæ per ętatē iam ad bellum gerendū idonea est, uiginti miliū maximè numero. Hi igitur ut qui & ipsi tales essent, & tali quodā modo semper tum suam ciuitatē, tum omnē Græciam iustitia gubernarēt, per omnē Europam & Asiam, & corporū pulchritudine, & omnigena animorū uirtutes, præstantissimi erant, & celeberrimi omniū qui tunc essent. Cæterū quales fuerint res eorū qui cōtra ipsos bella gesserunt, & quomodo ab initio gestæ sint, si nō memoria priuati sumus eorū quæ pueri adhuc audiuimus, nunc in mediū producemus, ut uobis amicis mecū sine cōmunes. Verū adhuc exiguū q̄ddā ante huius narratiōis initiū, indicare oportet, ut ne

Diluuia multa

mireminí-

Universidad de Deusto
Biblioteca

miremini si sæpe Barbarorum uirorum Græca nomina audietis. Nam causam ipsorum cognoscetis. Solon equidem quum in poema suum narrationem transferre uellet, nominum uim perscrutatus, comperit Ægyptios primos illos ipsa scripsisse, & in suam linguam trāstulisse. Quare & ipse rursus uniuscuiusq; nominis uim & significationē excepit, & in nostram linguā translata conscripsit. Et hęc sanè scripta apud auum meū erant, & adhuc nūc apud me sunt, & dum puer essem me in ipsis exercui. Si igitur talia audietis, qualia etiam in istis scriptis sunt nomina, nulla uos capiat admiratio. Causam enim ipsorum habetis. Longa uero oratione opus esset, si principium referendum sit de deorum, uelut in superioribus dictum est diuisione, quando omnem terram inter se distribuerunt, ut alibi maiores portiones, alibi minores, tēpla item & sacrificia sibijpsis constituerent. Sic certè etiam Neptunus insulam Atlantidem sortitus, eam inhabitandam dedit filijs suis, quos ex mortali fœmina suscepit, in eiusmodi quodam insulæ loco. Ad mare quidem, sed iuxta medium totius, campus erat, qui omnium camporum pulcherrimus, & uirtute præstantissimus fuisse dicitur. Ad campum autem rursus in medio ad stadia quinquaginta distans mons erat undiquaq; breuis. In hoc habitabat uir quidam ex his qui illic ab initio ex terra orti erant, nomine Euenor. Vxori autem cohabitabat Leucippæ. Vnicam uero filiam genuerant Clito appellatam. Quum autem puella iam matura uiro esset, mater & pater uita decedūt. Ipsius uero cupiditate captus Neptunus cum ea consuetudinem habet, & collem in quo habitabat munitum efficiens, circūcirca diffringit, ita ut uicissim maris & terræ, tum minores, tum maiores orbes alternatim induceret, duos quidem terrę, tres uero maris, uelut torno descriptos, à media insula undiquaq; æqualiter distantes, ut hominibus inaccessus redderetur. Nam nauigia & nauigatio tunc nondum erant. Ipse uero insulam in medio sitam, uelut qui deus esset, expeditè exornauit, duplici aqua sub terra sursum fontana producta, altera calida, altera frigida ex fonte defluēte: alimēto item omnis generis & quod satis esset producto. Quinque uero geminos masculorum partus suscepit ac educauit, & insula Atlantide in decem partes distributa, seniori & primogenito maternā habitationem & circum sitam sortem, eamq; maximam ac optimam contribuit, & regem uniuersorum constituit. Reliquos autem principes fecit. Vnicuiq; uero principatū multorum hominū & magnæ regionis dedit: & nomina omnibus imposuit: seniori quidem & regi primo constituto Atlantis, cuius & uniuersa insula, & Pelagus cognomē accepit Atlanticum appellatū. Gemello uero qui illi successit in partu, & sortem extremæ insulæ ad columnas Hercu lis adeptus est, qui locus nunc ab illo Gadiricus nominatur, Græcū nomen Eumeli imposuit, uernaculæ linguæ Gadiri appellationem referens. At ex gemellis secundo partu editis, alterum Ampherem, alterum Eudæmonem uocauit. Tertio geminorum pari nomina dedit, prius genito Mneseī, posterius Autochthonis. Ex quartis geminis priorem Elasippum, posteriorem Mestorem uocauit. Ex quintis priori Azaes nomen posuit, posteriori Diaprepes. Hi itaq; omnes tum ipsi, tum filij ac successores ipsorum, per multa sæcula illic habitarunt, ita ut etiam alijs multis in Pelago insulis imperarēt, & insuper uelut etiam prius dictum est, usque ad Ægyptum & Tyrrheniam, in eos qui ex ipsis huc uergunt imperium extenderent. Atlantis certè genus & magnum, & excellens euadebat. Rex autem senior semper seniori filio regnum tradens, ad multa sæcula conseruabat. Et diuitias quidem possidebant copia tanta, quanta neque antea ullorum unquam regum fuit, neque in posterum unquam facile erit. Comparata ipsis erant omnia quæ & in ciuitate, & in reliqua regione ad usum requiruntur. Et multa quidem ob imperium, ipsis extrinsecus accedebant: plurima uero ipsa insula eis ad uitæ apparatum exhibebat. Primum quidem ea quæ ex terra effodiuntur solida, & quæ ex fusitra conflantur, & quod nunc nominatur solum, tunc autem genere plus celebre erat, & ex terra effodiebatur in multis insulæ locis orichalcum, preciosissimum inter ea quæ tunt essent, auro excepto. Deinde ea quæ sylua ad fabrorum lignariorum operas exhibet, omnia luculenta producebat. Et eximia animalia mansueta ac sylueſtria abundè nutriebat. Sed & Elephantum in ipsa genus plurimum erat. Pabulum enim & alijs animalibus quæ in paludibus & stagnis ac fluuijs, & quæ rursus in mōtibus ac campis pascuntur, omnibus suppetebat: sed & huic eodem modo sufficiebat maximo à natura & uoracissimo animali. Ad hęc, quęcunq; odorata alicubi nunc terra nutrit, siue radices, siue herbas, aut ligna, aut succos, aut liquores, aut flores, aut fructus, & hæc illa producebat, ac bene pascebat. Insuper autem & satiuum fructum, & siccum qui nobis alimenti gratia est, & ea quibus cibi gratia insuper utimur: Vocamus autem ipsius partes uniuersas legumina: & eum fructum qui ligneus est, & potus ac cibos et ungenta fert: & qui lusus ac uoluptatis gratia producitur fructus arboreus nucum generis, qui difficulter reponi potest: & ea quæ in satietatis solatium post cœnam apponi solent languenti grata bellaria. Omnia hæc insula illa quæ tunc quandoq; sub Sole erat, & sacra & pulchra, & admiranda, & copia infinita producebat. Hæc igitur omnia de terra sumentes construebant templa, & regias habitationes, & portus, & naualia, & totam reliquam regionem, huiusmodi dispositione orbes illos maris, qui ueterem metropolim ambibant constituentes. Primum quidem pontibus constructis uiam extra ad sedem regiam faciētes. Regiam autem in hac dei & maiorum habitatione statim ab initio fecerant. Alius uero ab alio susceptam illam exornatam, quantum fieri posset semper priorem exornando superabat, donec magnitudine & pulchritudine operum efficerent ædificiū aspectu omnibus admirandum. Etenim fossam ex mari initio sumpto latitudine trium iugerum, altitudine uero centum pedum, longitudine autem quinquaginta stadiorum, ad extimū orbem effoderunt, & ex hoc mari recessum ad illam uelut ad portum fecerunt, osculo diducto quod maximis nauibus admittendis sufficeret. Sed & terræ orbes qui maris orbes distinguebant, iuxta pontes diuiserunt, ut ab uno ad alium triremi uni transitus pateret, & supernè tectum induxerūt, ut infernè sub ipso nauigatio esset. Nam terræ orbium littora altitudinem magnam habebant, ut supra mare eminerent. Erat autem maximus orbis in quē mare perforatū erat, latitudine triū stadiorū. Qui uero deinceps erat terræ orbis, illi æqualis erat. Ex secundis aūt liquidus quidē orbis duorū stadiorū latitudinē habebat, siccus aūt rursus liquido æqualis erat. Qui uero ipsam in medio sitā insulā ambibat, unius stadij erat. At insula in qua regia erat, quinq; stadiorum diametrum habebat. Hanc itaq; & orbes, & pontem iugeri latitudine, hinc atq; illinc circumcirca lapideo muro circumdederant, turribus ac portis in pontibus iuxta maris transitus quobus uersus cōstitutis. Lapidem autem excidebant sub insula in medio posita, & sub oribus foris & intus, album nigrum & rubicundum. Hos dum exciderent simul efficiebant naualia duplicia caua contecta ex ipsa petra. Et Aedificia alia simplicia, alia lapide ammixto, uaria texebant lusus gratia, uoluptatem ipsis naturalem attribuentes. Et muri quidem extimum orbem ambientis omnem ambitum ære, uelut illitione utentes obducebant: interni uero ambitum stanno oblinebāt: Ambitum autem muri arcī circum dati orichalco igneum splendorem fundente. At regia intra arcem hoc modo constructa erat. In medio templum sanctum & Clitus et Neptuni cōstitutum erat inaccessum, aureo ambitu circumdatum, in quo illi ab initio conuenerant, et decem regum genus genuerant: Vbi etiam quotannis ex omnibus decem partibus conuenientes solennia sacra unicuiq; illorum persoluebant. Neptuni uero templum erat stadij lōgitudine, amplitudine trium iugerum, altitudine ad horum proportionem congrua, sed speciē quandam barbaricam præferebat. Omne uero templum extrinsecus argento obleuerant, exceptis summis partibus, quas auro. Intrinsecus autem fornix eburnea, tota auro et argento et orichalco uariegata erat. Reliqua omnia, parietes, columnas, et pauimentum orichalco intexerant. Statuas autem aureas erexerant. Deum quidem in curru stantem, ut sex alatorum equorum auriga esset, et præ magnitudine fornicem uertice contingerer. Et circum ipsum Nereidas delphinis insidentes centum. Tot enim ipsas esse hi qui tunc erant putabant. Multæ etiam aliæ intus statuæ erant à priuatis dedicatæ. Verum extrinsecus circum templum imagines ex auro stabant omnium regij generis tum mulierum, tum uirorum, qui ex decem familijs orti erant: Multa item alia donaria magna et regum et priuatorum, tum ex ipsa ciuitate, tum externis quibus impe rabant. Ara item magnitudine et structura huic apparatui respōdebat. Et regia similiter ad principatus magnitudinem, et templorum ornatum decora. Cæterum fontibus fri gidæ ac calidæ largam copiam suppeditantibus, et uoluptate et uirtute aquarum, ad utrunq; usum à natura mirificè præstantibus utebantur, constructis circa ipsos ædificijs,

Barbara nomina quomodo sint in Græcā linguam translata

Atlantidis insulæ munitio.

Templum miræ amplitudinis,

Neptuni statua

Nereides centum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& consitis arboribus aquas decentibus dispositis etiam solijs æstate subdio, hyemé uero calidis lauacris sub recto, seorsum quidem regijs, seorsum item priuatis, & alijs rursus pro fœminis. Sed & equis & alijs iumentis alias piscinas disposuerunt, cõmodo ornatu singulis attributo. Quicquid autẽ inde diffluueret, id in Neptuni nemus deducebant, in quo erant arbores omnis generis, ex uirtute soli pulchritudine & proceritate insignes: & hinc ad externos orbes per canales iuxta pontes deriuabant: Vbi sanè multa multorũ deorũ templa, multi itẽ horti, & multa gymnasia extructa erãt, alia uirorũ, alia

Circus equestris

equorũ seorsum in utraq; orbiũ insula, tũ alia circa mediã maiorẽ insulã excitatus erat circus equestris, stadij latitudinẽ habens, longitudo uero circum torũ circulũ extendebat ad equestre certamen. Satellitũ autè hinc atq; illinc circũ ipsum erant habitationes multitudini satellitũ paratæ. Sed fidelioribus in minore orbe qui magis ad arcẽ erat, custodia assignata erat. Verũ his q omniũ præstãtissimi in fide haberent, intra arcẽ circa ipsos reges, habitationes datæ erant. At uero naualia triremibus referta erant, & instrumẽtis ad triremes pertinentibus, ita ut omnia iusto modo appensa essent. Ac regiæ quidem ædes sic constructæ erant. Si uero quis transisset portus qui extra tres essent, murus cõspiciebatur à mari initio sumpto in circulũ, qui quinquaginta stadijs à maximo orbe ac portu undiquaq; distabat, & fossæ osculũ ad maris ostiũ in idẽ cõcludebat. Ad hunc totũ multæ & frequentes habitationes erãt. Sed recessus ex mari & maximus portus nauibus & mercatoribus aduenientibus refertus erat, à quibus & uociferationes, & omnis generis tumultus, ac strepitus, diu noctuq; præ multitudine edebantur. Ipsa igitur ciuitas & antiqua illa sedes, ferè uelut tunc dictũ fuit, nũc exposita est. Verũ reliquæ regionis natura qualis fuerit, & qua specie exornata, deinceps cõmemorare conabimur. Primũ igitur totus locus dicebatur ualdè altus & abruptus ex mari. At omnis circũ ciuitatẽ campus, qui illã quidẽ ambiret, ipse uero circumcirca montibus ambiretur ad mare usq; demissis, læuis & planus: totus aũt oblongus ad alterã partẽ stadijs ter mille: iuxta mediũ uero à mari sursum bis mille. Locus aũt hic totius insulæ ad austrũ cõuersus erat, à promontorijs ad Boreã. Montes aũt prædicabat copia & magnitudine ac pulchritudine omnes qui nunc sunt superasse, ut qui multos & opulentos uicos accolarum in se ipsis haberent. Fluuios itẽ & stagna ac prata, quæ omnibus mãsuetis & syluestribus pecoribus alimentũ sufficerent. Syluã etiã copia & generibus uariã, & ad omnia opera singulaq; seorsum luculentã. Sic igitur & natura, & à regib. multis per multos annos, campus excultus erat: Quadratus quidẽ ipse, & ut plurimũ rectus & oblongus, nisi quid rectitudini deesset ex fossa circumducta. Profunditas aũt & latitudo ac longitudo ipsius fossæ dictu incredibilis, ut manu factũ opus ad reliquas structuras tantũ sit. Dicendũ tamen est quod audiuimus. Ad iugeri quidẽ altitudinẽ effossa erat. Latitudo uero omniũ, stadij. Circũ totũ autẽ campũ effossa longitudine erat stadiorũ decẽ miliũ. Quũ uero ex montibus descendẽtes fluxiones susciperet, & campo circumdata ad ciuitatẽ hinc atq; illinc pertingeret, hac parte ad latitudinẽ maximè centũ pedũ scrobes rectæ excisæ, per campũ rursus in fossam quæ ad mare esset demittebãtur: altera uero ab altera stadijs centum iã distabat, & ex montibus syluæ materiã in urbẽ conuehebãt. Sed & alia suo tempore collecta duplicib. nauigijs cõportabant per scrobes, quas & inter se, alias in alias obliquas, & ad ciuitatẽ excidissent. Et sanè bis in anno terræ fructus colligebãt, hyeme quidẽ aqua ex Ioue utentes: æstate uero his quæ terra producit, undas ex scrobibus inducentes. Multitudo aũt eorũ qui in campo habitarent, et ad bellũ idonei essent, ita ordinata erat ut unaquæq; pars ducem exhiberet. Partis autẽ magnitudo decies decẽ stadiorum erat. Vniuersarum uero partium erant milia sexaginta. At hominum ex montibus et reliqua regione infinitus numerus ferebatur. Secundum locos autẽ et uicos, in has partes ad duces erant omnes distributi. Cõstitutum igitur erat ut dux ad bellum exhiberet sextã currus bellici partẽ, in curruũ milia decẽ. Equos aũt duos itemq; equites: insuperq; par equorũ iunctum absq; curru, quod et duos subinde descẽdentes scutis par uis instructos haberet, et amborũ illorum equorum post inscensorem, alium aurigam. Armatos item milites duos, et sagittarios funditores itidẽ duos, Et qui nudi ac leuis armaturæ lapides iacerent tres, totidemq; iaculatores. Nautas autem quatuor, ad ducentarum et mille nauiũ supplementũ. Regiæ itaq; ciuitatis res bellicæ ita constitutæ erãt.

Atlantidis insulæ regio qualis

Populosa Atlantis

Reliquarum

Reliquarũ uero nouẽ ciuitatũ aliter, quas recẽsere lõgius tẽpus requisierit. Quæ uero ad principatuũ censuras pertinẽt, hoc modo ab initio cõstituta erãt. Vnusquisq; ex decẽ regibus in sua parte & sua ciuitate, & uiris & legibus plurimis dominabatur, ita ut puniret & occideret quẽcunq; uellet. At mutuũ inter ipsos imperiũ & societas erat iuxta mandata Neptuni, prout lex & literæ ipsis tradebant, à primis in colũna ex orichalco exaratæ, quę in media insula in Neptuni tẽplo posita erat. Illi uero quinto quoq; anno, aut uicissim sexto cõueniebant, & tũ pari, tũ impari æqualẽ partẽ distribuebant. Quum aũt conuenissent, de rebus cõmunibus cõsultabant, & an quis in aliqua re trãsgressus esset expẽdebant ac iudicabãt. Verũ quũ iã iudicare uellẽt, fide prius eiusmodi mutuò uoto peracto ipsi deo, se gratã ipsi uictimã capturos esse, absq; ferro, lignis & laqueis uenabãtur. Quẽuero ex tauris cepissent, eũ ad columnã adductũ, iuxta apicẽ ipsius aduersus literas mactabãt. Erat aũt in columna supra leges iusiurandũ, quod his qui non parerẽt magnas execrationes imprecabatur. Postquàm, igitur iuxta leges sacrificio parato, omnia tauri mẽbra sacrificassent, in craterẽ mixtũ pro unoquoq; sanguinis guttã immittebãt, reliqua uero in ignẽ ferebãt columnã circũlustrantes. Post hoc aureis Phialis ex cratere haurientes, aduersus ignẽ libantes iurabãt se iudicaturos esse iuxta leges in columna exaratas, & punituros si quis in aliqua re trãsgressus esset, & in posterũ nihil se trãgressuros esse, ex his quæ literis exarata essent: & neq; imperaturos se, neq; imperanti obedientiã præstaturos, nisi secundũ patris leges imperiũ illud fiat. Hęc aũt ubi unusquisq; uouisset, & pro seipso ac genere suo precatus esset, bibisset q; & Phialã in tẽplum dei dedicasset, circa cœnã & res necessarias uersabatur. Postq; uero lassitudo accederet, & ignis circa uictimas frigefactus esset, omnes sic pulcherrima cerulea ueste induti, & humi in præstiti iurisiurãdi fauillas cõsidentes, & noctu omnẽ circa tẽplũ ignẽ extinguentes, & iudicabant & iudicabãt, si quis aliquẽ ipsorũ in aliqua re transgressum esse accusasset. Iudicio peracto postquàm illuxisset, in aurea tabula perscriptas sententias unà cũ uestibus in monimentũ dedicabãt. Porrò leges multæ quidẽ aliæ priuatæ singulorũ regũ circa tẽpla erant, maximæ uero hæ. Ne alter cõtra alterũ arma sumeret, & omnes auxiliũ ferrent, si quis in aliqua ciuitate regiũ ipsorũ genus extirpare conet. Quũ aũt in cõmuni quemadmodũ superiores, quæ de bello & alijs actionibus uisa essent, cõsultassent, imperij ducatũ Atlantico generi attribuerũt. Deinde ne rex aliquem ex cognatis mortis cõdemnaret, nisi in hoc plures q; quinq; ex decẽ cõsensissent. Hoc itaq; modo tantã & talẽ potentiã, quæ tũc in illis locis esset, deus in eosdẽ locos induxerat, quę in media insula in Neptuni tẽplo posita erat. Illi uero quinto quoq; anno, aut uicissim sexto cõueniebant, & tũ pari, tũ impari æqualẽ partẽ distribuebant. Quum aũt conuenissent, de rebus cõmunibus cõsultabant, & an quis in aliqua re trãsgressus esset expẽdebant ac iudicabãt. Verũ quũ iã iudicare uellẽt, fide prius eiusmodi mutuò uoto peracto ipsi deo, se gratã ipsi uictimã capturos esse, absq; ferro, lignis & laqueis uenabãtur. Quẽuero ex tauris cepissent, eũ ad columnã adductũ, iuxta apicẽ ipsius aduersus literas mactabãt. Erat aũt in columna supra leges iusiurandũ, quod his qui non parerẽt magnas execrationes imprecabatur. Postquàm, igitur iuxta leges sacrificio parato, omnia tauri mẽbra sacrificassent, in craterẽ mixtũ pro unoquoq; sanguinis guttã immittebãt, reliqua uero in ignẽ ferebãt columnã circũlustrantes. Post hoc aureis Phialis ex cratere haurientes, aduersus ignẽ libantes iurabãt se iudicaturos esse iuxta leges in columna exaratas, & punituros si quis in aliqua re trãsgressus esset, & in posterũ nihil se trãgressuros esse, ex his quæ literis exarata essent: & neq; imperaturos se, neq; imperanti obedientiã præstaturos, nisi secundũ patris leges imperiũ illud fiat. Hęc aũt ubi unusquisq; uouisset, & pro seipso ac genere suo precatus esset, bibisset q; & Phialã in tẽplum dei dedicasset, circa cœnã & res necessarias uersabatur. Postq; uero lassitudo accederet, & ignis circa uictimas frigefactus esset, omnes sic pulcherrima cerulea ueste induti, & humi in præstiti iurisiurãdi fauillas cõsidentes, & noctu omnẽ circa tẽplũ ignẽ extinguentes, & iudicabant & iudicabãt, si quis aliquẽ ipsorũ in aliqua re transgressum esse accusasset. Iudicio peracto postquàm illuxisset, in aurea tabula perscriptas sententias unà cũ uestibus in monimentũ dedicabãt. Porrò leges multæ quidẽ aliæ priuatæ singulorũ regũ circa tẽpla erant, maximæ uero hæ. Ne alter cõtra alterũ arma sumeret, & omnes auxiliũ ferrent, si quis in aliqua ciuitate regiũ ipsorũ genus extirpare conet. Quũ aũt in cõmuni quemadmodũ superiores, quæ de bello & alijs actionibus uisa essent, cõsultassent, imperij ducatũ Atlantico generi attribuerũt. Deinde ne rex aliquem ex cognatis mortis cõdemnaret, nisi in hoc plures q; quinq; ex decẽ cõsensissent. Hoc itaq; modo tantã & talẽ potentiã, quæ tũc in illis locis esset, deus in eosdẽ locos induxerat, quę in media insula in Neptuni tẽplo posita erat. Illi uero quinto quoq; anno, aut uicissim sexto cõueniebant, & tũ pari, tũ impari æqualẽ partẽ distribuebant. Quum aũt conuenissent, de rebus cõmunibus cõsultabant, & an quis in aliqua re trãsgressus esset expẽdebant ac iudicabãt. Verũ quũ iã iudicare uellẽt, fide prius eiusmodi mutuò uoto peracto ipsi deo, se gratã ipsi uictimã capturos esse, absq; ferro, lignis & laqueis uenabãtur. Quẽuero ex tauris cepissent, eũ ad columnã adductũ, iuxta apicẽ ipsius aduersus literas mactabãt. Erat aũt in columna supra leges iusiurandũ, quod his qui non parerẽt magnas execrationes imprecabatur. Postquàm, igitur iuxta leges sacrificio parato, omnia tauri mẽbra sacrificassent, in craterẽ mixtũ pro unoquoq; sanguinis guttã immittebãt, reliqua uero in ignẽ ferebãt columnã circũlustrantes. Post hoc aureis Phialis ex cratere haurientes, aduersus ignẽ libantes iurabãt se iudicaturos esse iuxta leges in columna exaratas, & punituros si quis in aliqua re trãsgressus esset, & in posterũ nihil se trãgressuros esse, ex his quæ literis exarata essent: & neq; imperaturos se, neq; imperanti obedientiã præstaturos, nisi secundũ patris leges imperiũ illud fiat. Hęc aũt ubi unusquisq; uouisset, & pro seipso ac genere suo precatus esset, bibisset q; & Phialã in tẽplum dei dedicasset, circa cœnã & res necessarias uersabatur. Postq; uero lassitudo accederet, & ignis circa uictimas frigefactus esset, omnes sic pulcherrima cerulea ueste induti, & humi in præstiti iurisiurãdi fauillas cõsidentes, & noctu omnẽ circa tẽplũ ignẽ extinguentes, & iudicabant & iudicabãt, si quis aliquẽ ipsorũ in aliqua re transgressum esse accusasset. Iudicio peracto postquàm illuxisset, in aurea tabula perscriptas sententias unà cũ uestibus in monimentũ dedicabãt. Porrò leges multæ quidẽ aliæ priuatæ singulorũ regũ circa tẽpla erant, maximæ uero hæ. Ne alter cõtra alterũ arma sumeret, & omnes auxiliũ ferrent, si quis in aliqua ciuitate regiũ ipsorũ genus extirpare conet. Quũ aũt in cõmuni quemadmodũ superiores, quæ de bello & alijs actionibus uisa essent, cõsultassent, imperij ducatũ Atlantico generi attribuerũt. Deinde ne rex aliquem ex cognatis mortis cõdemnaret, nisi in hoc plures q; quinq; ex decẽ cõsensissent. Hoc itaq; modo tantã & talẽ potentiã, quæ tũc in illis locis esset, deus in eosdẽ locos induxerat, quę in media insula in Neptuni tẽplo posita erat. Illi uero quinto quoq; anno, aut uicissim sexto cõueniebant, & tũ pari, tũ impari æqualẽ partẽ distribuebant. Quum aũt conuenissent, de rebus cõmunibus cõsultabant, & an quis in aliqua re trãsgressus esset expẽdebant ac iudicabãt. Verũ quũ iã iudicare uellẽt, fide prius eiusmodi mutuò uoto peracto ipsi deo, se gratã ipsi uictimã capturos esse, absq; ferro, lignis & laqueis uenabãtur. Quẽuero ex tauris cepissent, eũ ad columnã adductũ, iuxta apicẽ ipsius adu

Sacramenti obstrictio

Leges regum Atlanticorum

Felicitas uera unde contingat

DEEST FINIS ATLANTICO DIALOGO.

Plato

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecloga

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI, IN OCTAVVM PLATONIS QVATERNIONEM,

ECLOGA OCTAVA.

OCTAVVS Platonis quaternio primum dialogum Clitophōtem siue exhortatorium inscriptum habet. Et est moralis, tractans de iusto & iniusto, iuxta familiarem Socrati exhortationem, & uelut præparans ad eam tractationem, quæ in deēm De repub. dialogis absolutè peragitur. Nam hæc manca est & imperfecta. In Aldina editione habetur Clitophon inter spurios dialogos post Eryxiam, de quo in indice mentio fit, transpositū ipsum esse, & debere restitui in suum locum, ante libros de republica. Sed qui posteriores editionem illam sequuti sunt, eadem uerba usurpant, & similiter admonent in hunc locum transferēdum esse: quum ipsi ab Aldo admoniti in iustum locum reponere debuissent. Hoc sanè nos fecimus, & iustum nouem genuinorum Platonis quaternionum ordinem seruauimus ac restituimus. Secundū in octauo quaternione locum habent decem de repub. dialogi, uelut unus liber, aut uelut unius corporis decem partes. Sunt autem ciuiles, & de repub. siue iusto tractant, fusissima disputatione omnia quæ ad hoc argumentum pertinent persequentes. Tertius dialogus est Timæus siue de natura inscriptus. Et est naturalis naturæ opera exquirens, circa mundi & omnium quæ in ipso sunt fabricationē ac productionem, longa admodum & obscura ac difficili disputatione. Quartus est Critias siue Atlanticus inscriptus. Et est moralis, & in ipso pertractantur ac consummantur ea quæ in Timæo desiderari possent, & tota disputatio ab ijsdem personis perficitur. Atlātici inscriptio est, eo quòd mira de Atlantide insula in ipso habentur. Sed & hic dialogus mancus est, nec ad iustum finem perductus ad nos extat. Cæterum locos ex hoc octauo quaternione selectos, hac octaua Ecloga comprehensos proposuimus hos. In Clitophonte ubi conuerti. Filiorum autem quibus eas tradetis, quo illis iustè uti sciant, curam negligitis: in Græcis legendum est, ἀμελεῖτε, ἡμεῖς. Et infrà. Licet ergo mentis uelut nauis gubernacula alteri commendare: Græcè legendum. ἐγὼ μὲν οὖν τοῦτο παραλιπόντα τὰ πηδάλια τῆς διανοίας ἄλλῳ &c. Vulgati codices habent παραλίπω falsò pro παραλιπόντα. Et infrà. Repetebam itaq; ego & dicebam, eadem illa nomina etiam in unaquaq; arte esse, rectè facere utilia, & commoda, & alia huiusmodi. Verum dic id ad quod hæc omnia tendunt, quod proprium est unicuiq; arti: uelut in arte fabrili, rectè, & bene, & decore, positum esse dices in eo, ut instrumēta lignea fiant, quæ sanè non sunt ipsa ars: Græca ita legenda sunt. ἐπαυσάμην δὴ ἐγὼ λέγων, ὅτι καινά γε ὀνόματα ταῦτ' ἐγὼ οὐ ἐπάγω ἃ δὲ τυγχάνω, εὖ οἶδα πρὸς ἅπαντα ταῦτα τέκνα ὄρνιθα τὸν ἄριστον ἐπάγουσα τέχνη, οἷον τὴν τεκτονικήν, τὸ οὖν, τὸ καλῶς, τὸ λέγοντος, οὗτοι τὰ ξύλινα φήσεις σκῆνη γίγνεσθαι. ἃ δὴ οὐκ ἐγὼ τέχνη, &c. In libri de republica dialogo primo. Sæpe enim conuenimus simul quidam senes, consimilem ætatem agentes, uetus prouerbium conseruantes. Videtur hic prouerbium quod Cicero habet, pares cum paribus facile congregantur, uelut omnibus notum non exp̄ssisse. Habetur autem in Phædro his uerbis. ἥλικα γὰρ ἡλικιώτῃ παλαιὸς λόγος τέρψιν τὸν ἥλικα. Et infrà. Pecuniarum uelut operis sui studio tenentur, non secundum usum, quem admodum alij: in Græcis legendum, οὐ κατὰ τὴν χρείαν. Vulgo καὶ habetur falsò pro οὐ. Et infrà. Non solum ergo iustum est iuxta tuum sermonem &c. in Græcis legendum. οὐ μόνον ἀρα δίκαιόν ἐστι &c. In uulgatis deficit uox οὐ. Et paulò post. Neq; enim me latuerit malignitas tua, neq; si non latuerit, fortis monē cogere poteris: Græcè legendum. οὔτε γὰρ ἂν με λάθοις κακουργῶν, οὔτε μὴ λαθών, βιάσασθαι ἂν λόγῳ δύναιο. Ab aliquibus falsò legitur posterius membrum οὔτε με λαθών. Et infrà. Dicimus autem mercedem capientes artifices utilitatem capere, ex eo quòd mercenaria arte insuper utuntur: in Græcis legitur. φαμὲν δέ γε τὸν μισθὸν ἀφυμνοῦντες ὠφελεῖσθαι τὸν δημιουργόντε, ἀπὸ τοῦ προσῆσθαι τῷ μισθωτικῇ τέχνῃ προσγίνεσθαι αὐτοῖς. Videntur autem uerba προσγίνεσθαι αὐτοῖς, Attico quodam more redundare, quum plena sit sententia, etiam his remotis. Et infrà. Si igitur dicerem, satis scio conari me dixeris: Græcè legendum. εἰ οὖν λέγοιμι, σὺ οἶδ' ὅτι δημιουργεῖν ἂν μέ φαίης. Vulgo δημιουργεῖν falsò habetur pro δημιουργεῖν. Et paulò inferius. Quòd quidem igitur & sapientiores, & præstantiores, & potentiores ad faciēdum quid, sint iusti, apparet: In Græcis hoc loco φαίνεται, id est apparet, legendum est, pro φαίνεται. Et paulò post. An non hoc uniuscuiusq; opus esset, quod aut per solum, aut præ alijs optimè, efficere quis posit: Græcè legendum: εἰ οὐ τοῦτ' ἐκάστου ἔργον ἐστὶν ὃ ἂν ἢ μόνῳ τις, ἢ κάλλιστα τῶν ἄλλων ἀπεργάζηται. Vulgo μόνον τι falsò habetur, pro μόνῳ τις. Hæc autem recta lectio, etiam paulò antea præcesit. In secundo de repub. dialogo. Quare postquam uicissim & iniusta fecerunt & pertulerunt, & ambo gustauerunt, qui alterum euitare, alterum facere non possunt, his uidetur conducere ut inter se paciscantur: Græca sic habent. οὗτ' ἐπιδιδόναι ἀλλήλοις ἀδικοῦσί τε καὶ ἀδικοῦνται, καὶ ἀμφοτέρων γεύωνται, τοῖς μὲ δικαιοῦσθαι τὸ μὲν ἐπιφέρειν. τὸ δὲ ἔρᾷν, δοκεῖ κοινῇ

Clitophontis locus iustus

Pares cum paribus facile congregantur

οὐ deficiens

φησι pro μὴ falsò

δημιουργεῖν pro δημιουργὸν

ἔρᾷν pro αἱρᾷν

πολυπλεῖν ξυμβέβηκεν ἀλλήλοις &c. Videtur autem pro uerbo ὁρᾷν legendum esse αἱρᾷν, id est assequi uel facere: aut certè ποιεῖν, quod etiam rursus sequitur. Et infrà. At non magna adeò fuerit adhuc, si non bubulcos & opiliones & alios pastores ipsis apposuerimus: in Græcis legendum. ἀλλ' οἶσθ' οὖν αὐτῷ τοῦτο μέγα τι εἶναι, εἰ μὴ αὐτοῖς βουκόλους τε καὶ ποιμένας &c. In uulgatis deest particula μὴ. Et ad finem ferè. Neq; in Tragœdijs, neq; in alijs poematis inducat Iunonem alteratam uelut sacerdotem, Inachi Argiui fluuij filijs uictus dona colligere: in Græcis βίου δῶρα legendum est, id est uictus dona. Vulgo βιοδώρους uox falsa habetur. In tertia de republica dialogo. Quid uero tibiarum opifices aut tibicines assumes in ciuitatem: aut non quæ plurimarū chordarum sunt in Græcis posterema uerba legenda sunt. ἢ οὐ τὰ πολυχορδότατα. Vulgo falsò habetur. ἢ δ' ὅσα πολυχορδοτατον. Et infrà. Coniecturam uero inde sumo, quòd filij ipsius in Troia Eurypylo sauciato, non reprehenderunt eam quæ bibendum dedit uinum Pramnium, multa polenta & caseo derasò insperſis, quæ sanè inflammationis uim habere uidentur &c. Locus est Iliados 11. libro 11. supra etiam in Ione citatus de Machaone sauciato, sicut hic de Eurypylo. Videtur autem hic Cyceon, potus genus polentam & caseum derasum insperſum habens: (legendum enim est ἐπιπαδοῦτα, & non ἐπιπλακοδοῦτα) non admodum commodus esse sauciatis, utpote inflammationem augens. (Sic enim φλεγματώδη uox accipienda est) quam in uulneratis omni modo prohibere ac mitigare oportuisset: quod tamen filij Aesculapij non reprehenderunt. Atque eius factionem Socrates recensēt. Cæterum Herodicus medicus frater fuit Gorgiæ Rhetoris, quos amb̄os etiam Hippocrates audiuisse dicitur. Meminit eius Plato in Gorgiæ principio: & Hippocrates libro sexto De morbis popularib. sect. 3. his uerbis. Herodicus febricitantes interficiebat cruditatibus, luctis, multis fomentis. Mala est febriculositas, inimica fami, luctis, circuitibus, curſibus, frictionib̄: laborem labore. Quidam tamen codices Hippocratici Prodicum falsò habebant pro Herodico, ante nostram editionem, & Hippocratis ad Latinos translationē. Atq; ita etiam in Galeni cōment. in illum locum legitur, Prodicus falsò pro Herodicus. Fuerunt autem Herodici duo, alter Sophista Selybrianus, cuius meminit Plato in Protagora: alter hic Gorgiæ frater Leontinus. Porrò quod non longè post sequitur, Medicos præstantissimos esse, qui à pueris initio sumpto, ad hoc ut artem discant, inter plurima & deprauatissima corpora uersati sint, & ipsi ex omnibus morbis laborauerint, & non admodum sani sint natura: Hoc profectò totum eiusmodi est, ut à nemine expeti debeat, & omnes à medicinæ studio auertere. Et tamē Galenus lib. 1. secūdo, De locis affectis, palàm profitetur de dolorum differentia scribere non posse, nisi eū qui ipse in se expertus sit. Sed hanc laudem mihi nemo inuidebit. Et infrà. Quid itaq; modo dicebam, quærendum qui sint optimi custodes eius quæ apud ipsos est sententiæ, quòd hoc facere oportet, quod ciuitati optimum esse arbitrantur: in Græcis legendum. ὁ τίνων ἀρτίως ἐλέγομεν, βέλτιστον εἶναι. In uulgatis deficiūt duæ uoces ποιεῖν δεῖν, quæ in præcedētibus habentur. Et paulò post. Nihil noui inquam ego, sed Phœnicicū quiddam: Græcè legendum. μυθικόν τι καὶ Φοινικικὸν ἔοικε λέγειν ἐγὼ, ἀλλὰ φοινικικόν τι. In uulgatis falsò habetur κακὸν pro καινὸν. Phœnicicum autem uocat mendacium, eo quòd Cadmus Phœnix genere draconem occidit, dentesq; ipsi euulsos seminauit, ex quibus uiri armati enati sunt

In quarto de republica ubi conuerti. Et tincturam ipsorum non eluerent repurgantia hæc, quæ uehementer eluere possunt: Græcè legendum. καὶ μὴ αὐτὴν ἐκπλύναι τἀν βαφὴν τὰ ῥύμματα τὰ δεινὰ ὕστα ἐκπλύειν. Vulgo ῥέμασι habeť pro ῥύμματα, & ἐκπλύειν pro ἐκπλύειν. Sūt aūt ῥύμματα quæ exterſoriam & repurgantem uim habent, uelut est nitrum, quod hic χαλκηδόνιον à loco uocat: & lixiuium quod κονίαν hic appellat: quanquam etiam calcem hæc uox significet. Est autem lixiuium è calce paratum, primarium & maximè ui illa præditum. Et paulò post. Præstantiorem autem seipso dicunt: Græcè legendum. πρεσβύτερον δὲ αὐτὸ ἀποφαίνονται. Vulgo φαίνονται habetur.

Et mox. Quòd duo sunt in ipso homine circa animam: Græcè legendum. ὡς δυοῖν οὐ σὺ τοῦ τοῦ σὺ σοῦ ἑκάτερον περὶ τὴν ψυχήν. Et infrà. Aut rursus quantum sibi præberi uult, innuere hoc ad seipsam, uelut quodam uidente, apparentem ut id fiat: Græcus codex Aldinus sic habet. ἢ οὐ παθόντος τινὸς ἐπιφανείαν τοῦ πρὸς αὐτὴν, ὥσπερ τινὸς ὁρῶντος, ἐπεργαζόμενον αὐτὸ τῶν γενέσεων. Et est hæc lectio ac sententia recta. Galenus libro quinto, De dogmatib. Hippocratis & Platonis, ὁρῶντος accipias, amantis cuiusdam more: non hoc efficere ea uerba possunt. Dicēdum enim fuisset ὥσπερ τὸν ὁρῶντα legō, & uelut quodam uidente, hoc est uelut si quis uideat accipio, Et mox φήσομεν legendū est ut citat Galen. nō φήσουσιν, ut uulgati codices Platonis habēt. Et mox οὐ λόγῳ legendū est pro οὐ λίγῳ. De quo etiā Ecloga prima in Phędonē admonui. Et paulò post. Nónne qualis cuiusdā potus, qualis quædā etiā sitis est? Nō ita: in Græcis deficiūt uoces, ἀλλὰ τοιαύτη, i. Nō ita. In quinto de repub. dialogo. Quare non bene me consolaris: Græcè legendū est. οὐχὶ εὖ σὺ με παραμυθῇ. In uulgatis deest particula ὀρθῶς. Et infrà.

Ἰουνο μēδicanā βίου δῶρα

Cyceon potus ἐπιπαδοῦς ἐπιπλακοδοῦς φλεγματώδη

Herodicus medicus

Prodicus pro Herodico suppositus

Herodici duo

Phœnicicū qui præstantiß.

Cadmi fabula

ῥύμματα χαλκηδόνιον

Lixiuium nouia

ἐρῶντος, ὁρῶντος, ὁρωντος, confusa

φήσομεν pro θήσομεν supp̄ositum

οὐ λόγῳ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nónne inquam ego, etiam uirorum & mulierum genus, si ad artem aliquam aut aliud studium, inter se diuersum uideatur, hoc utrique attribuere oportere negabimus? in Græcis postrema periodus legenda. ὥσπερ μὴ φήσομεν ἐπιτήδειόν πρὸς ἀσπίδιόν. Vulgo μὴ pro μῆ habetur.

μὴ pro μῆ sup positum

Et paulò post. Et ad gymnasticen ac res bellicas alia apta, alia ad easdem inepta, & gymnasiis non dedita. Ita ego opinor. Quid uero, nónne alia sapientiæ studiosa, & animi concitati est, alia à philosophia abhorret, & abiecti animi est? in Græcis legendum. καὶ γυμναστικὴ ἡ δ' ἀφ' ἑαυτῆς πολιμαὸν ἡ δ' ἀπόλιμ & καὶ οὐ φιλογυμναστικὴ ἐοικεν ἔγωγε. τί δ' φιλόσοφός τε καὶ θυμοειδὴς, ἡ δ' μισόσοφ & καὶ ἄθυμ? Vulgata lectio & corrupta est & transposita. Et infrà. Nunquid ex hoc tale contingit, quum non simul proferunt in ciuitate talia uerba, & meum, & non meum: & de alieno eodem modo?

Meũ, et nõ meũ

Et ualdè quidem. In quacunq; igitur ciuitate plurimi ad idem eodem modo hoc dicũt, meum uidelicet, & nõ meum: hæc optimè gubernatur: Hoc loco in Græcis integer uersus siue linea tota deficit, per incuriam transcribentis omissa, qui de uocibus

Locus mancus

κατὰ ταὐτὰ, in præcedente linea, ad easdem uoces in sequenti transsiliuit. Sic autem legendum est. ἆρ' οὖν ἐν πόλει τὸ πολὺ γίνεται, ὅταν μὰ ἅμα φθέγγωνται σὺν τῇ πόλει τὰ τοιάδ' ῥήματα. τό, τι ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμὸν, καὶ πᾶσι ἀλλοτρίως κατὰ ταὐτὰ, καὶ μάλα γε. Ἐν ᾗ τινι οὖν πόλει οἱ πλεῖστοι πρὸς ταὐτὸ κατὰ ταὐτὰ ἴσως λέγουσι τὸ ἐμὸν. καὶ τὸ οὐκ ἐμὸν, αὖτη ἄριστα διοικεῖται.

Et paulò post. Vtrum nomina ipsis sõlum cognata, lege sancies: aut ut etiam actiones omnes iuxta nomina peragant, tum circa alios, tum circa patres: in Græcis desunt uoces πρός τι τοὺς ἄλλους, id est tum circa alios. Et infrà. Difficile enim est persuadere, nullam aliam aut priuatim aut publicè felicem esse posse: Græcè legendum. χαλεπὸν γὰρ πάσιν &c. Vulgo ἰδίᾳ falsò pro πάσιν habetur. Et ad finem. Et illi puerorum ænigmati de Eunuchi iactu, & de uespertilione, quomodo & ubi ipsum iciſſe illum obscurè significant: Græcè legendum. καὶ ὡς μὲν αἰνίγματι, ὡς πόθι τὸ σύνοιχον τῆς βολῆς, καὶ πόθι τῆς νυκτερίδ & &c. In uulgatis legitur τῆς βολῆς & mox sequens καὶ deficit. Habet autem ænigma de Eunucho in hunc modum. Vir non uir, uidens non uidens, icit non icit, auem non auem, lapide non lapide, in arbore non arbore. Significatur autem Eunuchus luscus iciſſe uespertilionem pumice in sambuco. In sexto de republica dialogo. At posteriore tempore, si etiam alijs hoc facientibus inuitentur, ut auditores esse uelint, ualdè auersantur: Græca ita leguntur. οὐ δ' ὡς ἔνιοτε, ἐὰν καὶ ἄλλων ὧδε πραττόντων ἀκροατὰὶ γίγνεσθαι μεγάλα ἡγῶνται. Pro ἡγῶνται itaq; ego legendũ puto ἀγαίονται, siue ἀρῶνται, id est auersantur. Cæterũ quod mox sequitur de Heraclitео Sole, ad hoc spectat, ut Heraclitus Solem in defectu extingui dixit, & deinde rursus accendi. Et infrà. Quum intelligerem quàm difficilia & inuidiosa hæc essent, aut omnino uera. Nunc tamen nihilo minus subit oportere hæc ipsa exponere: Græcè legendum. ἐπεὶ δὴ τὸ ἐπιφθονά τε καὶ χαλεπὰ γίγνεσθ, ἡ παντελῶς ἀληθῆ. Καὶ γὰρ δεῖν ὅμως ἔστιν ἐπιόντα τὰ λεχθέντα διελθεῖν. In septimo de repub. ubi conuerti. At solutio inquam ego à uinculis, & conuersio ab umbris ad simulachra & lucem, & ex subterraneo loco ad Solem ascensus, & illic quidẽ uisus ad animalia, & plantas, & Solis lumen: in uidendi uero debilitate, ad spectra in aquis: in Græcis corrupta lectio sic restituenda est. ἡ δὲ γε λύσις τε ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ μετατροφὴ ἀπὸ τῶν σκιῶν ἐπὶ τὰ εἴδωλα καὶ τὸ φῶς, ἡ ἐκ τοῦ κατωγείου εἰς τὸν ἥλιον ἀναβασις καὶ ἐπὶ μὲν ὄψις πρὸς τὰ ζῷά τε καὶ φυτὰ, καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς: εἶτ' ἀδυναμία δὲ τοῦ βλέπειν, περὶ τὰ σὺ βόλασι φαντάσματα. Et paulò post. At uero tuos liberos, quos nunc sermone nutris & erudis, si quando reipsa nutries, non permittes ipsis opinor, ut maximarum rerum in ciuitate domini sint, & ut ratione non præditi, uelut Phryges Midæ imperent: Grecè sic legitur. οὐκ αὖ ἐάσεις ὡς ἡγῶμαι ἀλόγους ὄντας ὥσπερ γραμμὰς ἄρχοντας σὺ τῇ πόλει μηδενὸς τοῦ μεγίστων εἶναι. At uerba ὥσπερ γραμμὰς ἄρχοντας. Corruptè legi, mihi dubium non est, etiamsi omnia quæ ego uidi exemplaria ita habeant. Quid enim præclari sensus afferunt, si accipias, uelut lineæ imperent? Et tamen hæc sententia requirit, ut aut ἀρχόντας, aut γραμμὴ legatur. Ego itaque obliteratam lectionem sic corruptam puto, ut pro φρύ, sit suppositum πρ; & pro γας, syllaba γρα: & pro μίδας, litera ac syllaba μμὰς: ut recta lectio sit ac fuerit, ὡς φρύγας μίδρα ἄρχοντας. Coniectura est nostra, qua falli possum. Sed tolerari poterit donec rectior occurret. Sana enim sententia est. Et infrà. Et simul unum etiam hoc est non minimum experimentum, qualis unusquisque in exercitijs apparebit: Græcè legendum. καὶ ἅμα μία καὶ αὕτη τῶν βασάνων οἵα ἑλαχίστη, ποῖός τις ἑκάστ & σὺν τοῖς γυμνασίοις φανήσεται. Vulgo habetur falsò πρὸς, pro ποῖός τις. In octauo de republica mox à principio. Itemq; uiros qui illis similes essent, quo omnes ipsos conspicati, & optimum & pessimum uirum confessi &c. In uulgatis legitur

Midas Phryx

Aenigma de Eunucho & uespertilione

Heracliteus Sol

πάλλιστον pro πάνυστον

cis legendum. καὶ δὴ τοὺς ἐκείνους αὖθις ὁμοίους, ἵνα πάντες οὕτω δὴ ὁμόσε γενόμενοι τὸν αὐτὸν καὶ πάνυστον αὖθις &c. In uulgatis αὐτομάτους habetur, pro αὖθις ὁμοίους: & πάλλιστον, pro πάνυστον. Et paulò post. Alteram uero æqualis quidem longitudinis non, ex altera tamen parte longam, centum quidem numerorum, ita ut à diametris dictarum quinariarum singulis, unum desit: ab his autem quæ dici non possunt, duo: à centum uero cubis, ternarius: in Græcis legendum. πλὴν δὲ ἰσομήκη μὲν αὐ, πεμήκη δὲ, ἑκατὸν μὲν ἀριθμῶν, ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμπάδων λοιπῶν οὐσῶν ἑκάστων: ἀρρήτων

ἀρρήτων δὲ, δυοῖν: ἑκατὸν δὲ κύβων, τριάδ. In uulgatis habetur. πλὴν δὲ ἰσομήκη μὲν, τῇ πεμήκει δὲ, ἑκατέρων μὲν ἀριθμὸν, ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμπάδων λοιπῶν οὐσῶν ἑκάστων: ἀρρήτων δὲ, δυοῖν: ἑκατὸν δὲ κύβων, τριάδ. Quanquam autem ea quam conuerti lectio recta esse uideatur, tamen obscura est tota hæc geometricorum numerorum res, ut non facile sit pronunciare, quo tempore sponsum cum sponsa concumbere oporteat, ut ingenioſi & fortunati liberi gignantur, iuxta propositam hoc loco à Platone sententiam. Et neque Aristoteles qui hunc locum. 5. Polit. partim probat, partim improbat, quicquam tradit, quod ad intelligendum ipsum faciat. In nono de republica dialogo ubi conuerti. Longè autem maxima sit bestia prima, deinde secunda: Græcè legendum. πολὺ δὲ μέγιστον ἑκὼν τὸ πρῶτον, καὶ δεύτερον τὸ δεύτερον. In decimo de republica dialogo ubi habetur. Manifestum itaque est, quòd non ad huiusmodi sapiens animæ genus poeta imitator natura præditus est: neque sapientia ipsius per hoc placere solet: in Græcis legendum est postremum membrum. καὶ ἡ σοφία αὖ ὡς τοῦτο κέρσεται πίφυκεν. Vulgo legitur πέπηγεν. falsò pro πίφυκεν. Et mox legitur τρίφα falsò, pro τρίφει. Et paulò inferius ἤρα, pro ἤτει. Quam & illud legi posse uideatur. Et infrà. Et iussisse ut audiret ipse & spectaret omnia quæ eo in loco fierent. Vidisse itaque hac parte, per alterum quidem hiatum &c. in Græcis legendum est. καὶ διακεκλύσθαι οἱ δοκεῖν τι καὶ θεᾶσθαι ταῦτα τὰ οὐ ὧδ' τότων. ὅρα μὴ ταύτῃ παθ' ἕτερον μὲν τὸ χάσμα &c. Et infrà. Cæterum animam cui secunda sors obtigisset, elegisse uitam leonis: in Græcis legendum. τὴν δὲ δευτέραν λαχοῦσαν ψυχὴν ἐλέσθαι λέοντ & βίον. In uulgatis uox δευτέραν deficit. In Timæo ubi habetur. Audi itaque ô Socrates historiam miram quidem: in Græcis legendum. ἄκουε δὴ ὦ σώκρατες λόγου μάλα μὲν ἀτόπου. Vulgati codices ἀκοτόμου habent pro ἀτόπου.

ἄτοπ & ἀκότομ

Et infrà. At animam in medium ipsius inditam, per totum extendit, & adhuc extrinsecus corpus ipsa obuelauit: in Græcis legitur. ψυχὴν δ' εἰς τὸ μέσον αὐτὸ θεὶς, διὰ παντός τε ἔτεινε, καὶ ἔτι ἔξω τὸ σῶμα αὐτὴ παρεπεκάλυψε. Et est sententia, quòd Deus animam in medium cœli inditam, per totum extendit, & insuper adhuc extrinsecus corpus ipsius per ipsam obuelauit. Sic enim rursus paulò inferius habetur. ἣ δ' ἐν μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν παύτη διαπεπλεῖσα, κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξω θεοῦ περιαλύψασα, Hoc est. At illa ubi ex medio ad extremum cœlum undique se extendisset, & ipsum circumcirca extrinsecus obuelasset. M. Cicero Platonis uerba ita transtulit, ut contraria sententia ab ipso exprimatur, & ab alijs ipsum sequentibus accipiatur. Verba eius hæc sunt. Animum autem ut in eius medio collocauit, ita per totum tetendit. Deinde eum circumdedit corpore, & uestiuit extrinsecus. Me nullius moratur autoritas. Et infrà. Et sanè mixtum illud ex quo hæc resecabat, sic iam totum consumpserat: Græcè legendum. καὶ δὴ τὸ μιχθὲν δὴ οὐ ταῦτα κατέτηκεν οὕτως ἤδη πᾶν κατανηλώκει. Vulgo habetur ἀπλωτέκει pro κατανηλώκει. Quæ uero sit ratio horum interuallorum, & numerorum ad numeros, in sequentibus Ecloga decima, circa ipsum Timæi Locrensis librum considerabimus. Et infrà. Quum omnium octo circuituum uelocitates inter se completæ caput attigerint, eiusdem & similiter progredientis circulo mensuratæ: Græcè legendum. ὅταν δ' ἁπασῶν τῶν ἑπτὰ πορειῶν τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τὸν ἀριθμὸν φαλλὸν, ὡς τὸ ταυτὸ καὶ ὁμοίως ἰόντ & κυκλούμενον τὸν ἀριθμὸν ἐκτὸς πορεύσαντα τὸν πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τὸν ἀριθμὸν ἐκτὸς πεπορευκότα κινήσῃ. Et mox legendum. ὅπερ οὖν νοῦν ἐσχήκασι ἰδέαις ὡς ὁ ἐγὼ λόγος, εἶναί τε οὕσαις καὶ ὅσαι πεφύκασι: hoc est. Quatenus igitur intelligentia contuetur ideas, quæ insunt in eo quod est animal, & quales insunt, & quot. Et infrà. Qui uero in his deliquerit, in secundo ortu in muliebrem naturam transiturus sit: post hæc uerba Aldinus & impressi codices Græci & codices habent hoc modo. χίλιοστῷ βέτει ἀμφότερα ἀφικνούμενα ἐπὶ πλήρωσιν ἥκει ἀφ' ἑαυτοῦ βίου, ἀφ' οὗπερ καὶ εἰς ἀνθρώπου βίον, αὐθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται. Id est: Millesimo porrò anno ambæ animæ ad sortem & electionem secundæ uitæ deuenientes, eligunt uitam quam unaquæq; uoluerit, ubi etiam ad bestiæ uitam humana anima deuenit. Sed manuscriptus codex hæc uerba non habet, & ex margine in contextum irrepserunt, transcripta ex sententia decimi de republica dialogi, & declarantia ea quæ deinceps sequuntur. Hæc ergo est lectio recta, ut his omissis legatur. σφαλεὶς δὲ τούτων, εἰς γυναικὸς φύσιν τὴν δευτέραν γενέσει μεταβάλλει μὴ πανύρδ & δὲ τοῦτοις &c. Et paulò post. Quandoquidem hæ omnino dissolui non poterant, præterquam ab eo qui colligasset: in Græcis legendum est. ἐπειδὴ παντελῶς ἀδιάλυτοι ἦσαν πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντ. Vulgata lectio corrupta nullam omnino sententiam exhibet. Et paulò inferius. Nam ex interna ac externa ignis utriusque inter se communione, rursus uno circa læuitatem subinde oriente, & multis modis adaptato: in Græcis hic legitur μετεμβιβασθέντ & falsò pro μετερυθμισθέντ, id est adaptato. Et infrà ubi de triangulorum specie tertia dicit. Viginti bases habens æqualium laterum triangulas facta est: Græcè legendum. εἴκοσι βάσεις ἔχον τριγώνους ἰσοπλεύρους γέγονε. Sic citat Galenus libro octauo De dogmatibus Hippocratis & Platonis. In uulgatis codicibus deficit uox τριγώνους.

μετεμβιβασθέντ & pro μετερυθμισθέντ

Et paulò inferius. Nam simile & idem cum ipso unumquodque genus, neque aliquam mutationem inducere potest, neque aliquid pati ab eo quod secundum eadem & similiter se

Numeri Geometrici obscurissimi

Ciceronis locus

Locus restituẽdus

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet. Quandiu uero ad aliud quid accedit,& minus est,ac cum præstantiore pugnat, dissoluí non definit:in Græcis legendum est. τὸ γὰρ ὁμοιον καὶ ταὐτὸν αὐτῷ γονῷ ἑπόμενον, οὔτε τινα μεταβολὴν ἐμποιεῖται δυνατὸν, οὔτε τι παθὸν ὑπὸ τοῦ κατὰ ταὐτὰ ὁμοίως ἐχοντος. ἕως δ' αὐ ἐπ' ἄλλο τι γιγνόμενον ἦτον ὄν, πρός τινι μάχηται, λυόμενον οὐ παύεται. In uulgatis redundant uerba. οὔτε τι θρᾶσαι δύναται. Et ἕως αὐ habetur pro ἕως δ' αὖ: & μάχεσθαι pro μάχηται. Et paulò post.Motus autem non est absque his omnibus:Græcè legendum. κίνησις δ' οὐκ ἄνευ τούτων ἁπάντων.In uulgatis deest uox ἄνευ. Et paulò post.Ignis gehera multa facta esset,uelut est flamma: & quod à flamma discedit, & non quidem urit,sed lucem oculis exhibet:& quod flamma extincta de ipsa in ignitis corporibus relinquitur:in Græcis legendum. ὅτι πυρὸς τι γονὴ πολλὰ γέγονεν, οἷον φλὸξ: τό, τε ἀπὸ τῆς φλογὸς ἀποῦν, ὃ καίει μὲν οὐ, φῶς δὲ τοῖς ὄμμασι παρίχει: τό, τε φλογὸς ἀποσβεσθείσης οὐ τοῖς διακύροις κατυλακτόμενον αὐτό. Vulgati codices ἄπον falsò habent pro ἀκοὴν,& alioquí uerba male distincta sunt. Sic autem ut ego reddidi citat & exponit Galenus lib.septimo de dogmat. Hippocratis & Platonis. Facit enim tria ignis genera, flammam,splendorem,& prunam. Et paulò posterius. Oleosa species, pix,& oleũ ricininum,& ipsum oleum:Græcè legitur. ἐλαιηρὸν εἶδος, πίττα καὶ κίνι καὶ ἔλαιον αὐτό. Videtur itaque κίνι dixisse τὸ κίνιτον ἔλαιον.Aliqui codices κόμμι, id est gummi pro κίνι habent. Sed hoc ad quartam deinceps sequentem liquorum speciem magis pertinere uidetur. Et mox.At quum abigne crasis tudo compacta fuerit siccior illa,& humiditate omni abrepta,efficitur hoc quod in genere Cretam nominamus:Græcè legendum. τὸ δὲ ὑπὸ πυρὸς πάσχον τὸ νοτερὸν πᾶν ἀναπαυσθὲν καὶ πεπηγὸς μᾶλλον ἐκείνου ξυμπᾶν, ὃ γονὴ κρᾶσιν ἐνυγραμένην, ὅσον γέγονε. Cretam itaque diximus κρᾶμον Platoni nominatum plerũq; in multis locis. Est enim κέρμα. In summa omnis cretæ genus,cuius multæ species à Plinio recensentur. Dicitur itaque κρᾶμα etiam ea quæ infrà in Critia κρᾶσις appellatur,& in octauo de legibus κράμεως γῆ.id est creta siue terra figlina, & omnis uasorum figlinorum materia.Et in Critia quidem,de Athenien sium terra prisca dicit,quod aquam pluvialem multam susceperit per cretam figlinam continentem ac conseruantem:In octauo uero de legibus,aquam quærendam esse dicit fodiendo terram,usq; ad cretam siue terram figlinam. Aristot.lib.quarto μετεωρολογικῶν sæpe simpliciter κρᾶμον habet,& semel atque iterum κρᾶμον ὀπλώδωδες,id est cretam figlinam quæ torretur.Sed interpretes ferè lateres,& lateres cotiles ubicq; conuerterunt. Et mox.Quod uero in societatibus circa oris sensum,aptum ac commodum est,salis iuxta legis sententiam, diis gratum corpus confiatur: Græcè legendum. τὸ δ' εὐκράμονον τὸν τοῦ νοητικοῦ, τοῦ κατὰ νόμον θεοφιλὲς σῶμα ἐγγένεται. In uulgatis σῶμα τ pro σώματος habetur.De salis autẽ in sacris usu, Plutarchus libro quinto sympoſiacon agit.De eiusdem uero præstantia præclarè Plinius dixit.Ex eius enim qualitatibus hic commodissimus usus & summa utilitas nascitur,ut hominibus nullus cibus, nulla esca,alimenta nulla,conseruari in futuri temporis usum possint, nisi salis cõditura rite perennare.& durare temporis spacium aliquod discerent. Putent omnia uel uno die asseruata,rancescunt, marcida fiunt,olida,in summa,à putredine uindicari uix possint,si non exhiberet nobis hanc commoditatem fossile hoc præstantissimum sal. Sole & sale nihil melius in uita. Et mox. Communia uero ex ambobus, aqua quidem soluuntur: Græcè legendum. τὰ δὲ κοινὰ ἐξ ἀμφοῖν, ὑδατι μὲν λυτὰ. Vulgo habetur οὐ λυτὰ. Et mox. Terram enim non compactam præ uiolentia, sic aqua sola soluit: Græcè legendum. γῆν μὴ γὰρ πεφυραμένην ὑπὸ βίας οὕτω ὕδωρ μόνον λύει. Vulgo habetur οὐ τὸ falsò, pro οὕτω. Et paulò post. Primum igitur sensum semper esse oportet his quæ sunt:Græcè legendum. πρῶτον μὲν οὖν ἀναγκαῖον αἴσθησιν εἶναι τοῖς γιγνομένοις. Vulgo λεγομένοις pro γιγνομένοις sup positum. Et infrà. Duricia enim non planæ naturæ ammixta, hanc inducit: illam uero planicies densitati ammixta: Græcè legendum. σκληρότης γὰρ τὸ μὲν ἀνωμαλότητι μιχθεῖσα, τὸ δ' ὁμαλότης πυκνότητι παρίσχεται.In uulgatis deest prius membrum τὸ μὲν. Et paulò inferius. Quæcunque enim ingressa circa uenas, quæ sunt linguæ ueluti probatrices ad cor extentæ: ea ad rariores ac teneras carnis partes illabentia,dum terrestres quædam ipsorum partes colliquescunt, uenas contrahunt & resiccant. Et si quidem asperiora fuerint, acerba: minus autem aspera, austera appellantur: Græcè legendum. ὅσα μὲν γὰρ εἰσιόντα πρὸς τὰ φλεβία, οἷόν περ ἀναίμακτα τῆς γλώττης, τετραμμένα ἐπὶ τὴν παρδίαν, εἰς τὰ μανότερα τῆς σαρκὸς καὶ ἁπαλὰ λέγεται. τὰ φλεβία καὶ ἀποξηραίνει, πραχύτερα μὲν ὄντα, στρυφνά: ἥδιον δὲ πραχύνοντα, αὐστηρὰ λέγεται. Lectio uulgata conferatur. Et infrà. Quo quum iræ uis imperante ratione efferuesceret Græcè legendum. ἵνα ὅτι ῥᾷστα τὸ τοῦ θυμοῦ μὲν τὸ λόγου παραγγέλλοντος. Vulgo γονῷ habetur pro μὲν. Et mox.κινημονέν legendum est pro κιγμονίν. Et mox. Præscientes φ igneum eiusmodi omne ira percitorum domiciliũ futurũ erat. In Græcis legendũ. προγνώσκοντες ὅτι δικάσιμος ἡ πυρώδης πᾶσα ἐμοικεν οἴκησις γίγνεσθαι τὸν θυμούμενον.In uulgatis falsò διὰ πυρὸς,& οἴκησις legitur. Et infrà. Insani uero & adhuc in furore manentis opus nõ est,iudicare ea quæ uisa, aut dicta sunt à seipso: in Græcis legendũ. τὸ δὲ μαινόμενον, ἔτι τὸ ἐν πότῳ μένοντα, ἐκ τοῦ ὄργου τὰ φανέντα ἢ εἰρημένα ὑφ' ἑαυτοῦ

Locus reddũdus

Salis præstãtia

λεγομένοις pro γιγνομένοις sup positum

κίνι κόμμι

γονῷ falsò pro μὲν

quaternionis octaui. 777

ὑφ' ἑαυτοῦ κρῖναι. Vulgati codices ἕτη habent pro ἑτῇ, & πλίνθῳ pro κρίναι. Et mox. Quòd hi responsorum ac spectrorum obscurorum sunt iudices,& non uates:Græcè legendum. ὅτι τῆς δὲ αὐτῶν μάντεσι οὔτοι φῶμεν καὶ φαντάσιοις εἰσὶ κριταί, καὶ οὔτι μάντεις. Vulgo habetur ὑποκριτικὴ pro εἰσὶ κριταί, & οὔτοι pro οὔτι. Et mox. Vnde dum his quæ repurgantur expletur,magnus & sanie plenus augescit: Græcè legendum. ὅθεν πληρούμενον τῶν ἀκαθαιρομένων μέγας καὶ ὑπουλος αὐξάνεται. Vulgo ὑπὸ falsò pro ὑπουλος legitur. Et paulò post.Et hanc medullæ partem ἐγκέφαλον nominauit: Græcè legendum, ἐπωνόμασε τὸ μυελοῦ τοῦτο μόριον ἐγκέφαλον.In uulgatis deest uox μυελοῦ. Et infrà.Sed principium tardioris tractus,ad finem uelocioris:in Græcis legendum:ἀλλ' ἀρχὴν βραδυτέρας φορᾶς,κατὰ τελευτὴν τῆς θάττονος. Vulgo τὴν habetur pro τελευτῇ. Et infrà.Quantum igitur de uetustissima carne liquatum fuerit,id difficulter cõcoquitur,& à multa quidem combustione nigrescit:in Græcis legendum. ὅσον μὲν οὖν αὖ παλαιότατον ὂν τῆς σαρκὸς τοῦτο μελαίνει μᾶλλον ὑπὸ πολλῆς ξυμπάσεως. Et mox χλοῶδες,id est herbaceum legẽdum est pro χολῶδες, id est bilio sum. Et infrà,Verum ob locos uarios in quos influit,uaria nomina illi sortiti sunt:Græcè legendum. ἀλλὰ δι' οὓς τόπους εἰς οὓς ῥεῖ παντοδαπούς ὄντας, παντοῖα ὀνόματα εἴληφεν.Vulgo νοσήματα legitur pro ὀνόματα. Et mox in Græcis αὐαφέρεται legendum est pro αὐτοχέρεται:& πεφιεῶτος, & ἐμπί πλουσα pro ἐκπίπλουσα. Et mox legendum est, ὅταν δ' ἐλάττων ᾖ,τε, τι σῶμα αὐτίχ' ὑπόλυμα, &c. Et paulò post etiã hoc modo.Semẽ autem cui multum & fluidũ circa medullam fit: Græcè legendum.τὸ δὲ σπέρμα ὅτῳ πολὺ &c. Vulgo οὕτω habetur pro ὅτῳ. Et mox,Sed ut ultrò matem hæc inimica sunt,& inuito obueniunt:Græcè legendum. πανὶ δὲ τοῦτο ἐχθρὰ, καὶ ἄκοντι προσγίγνεται. Vulgo κακόνοτι habetur pro ἄκοντι. Et rursus mox. Quũ enim acidæ & salsæ pituitæ, amari item & bilioſi humores per corpus errantes:Græcè legendum.ὅπου γὰρ αὖ τῶν ὀξέων καὶ τῶν ἁλυκῶν φλεγμάτων,καὶ ὅσοι πικροὶ καὶ χολώδεις χυμοί, &c. Et infrà. Quapropter sanè ex purgationibus & constitutionibus corporis,ea quæ per exercitia fit,optima est:Ita quidẽ habent codices Græci omnes. διὸ δὴ τῶν καθαρσίων καὶ ξυμπάσεων σώματος, ἡ μὲν διὰ τῶν γυμνασίων, ἀρίστη.Verum mihi ualdè suspecta est lectio uocis ξυμπάσεων,& corruptè ipsam legi pro βοσράσεων uoce suspicor,ut ex purgationibus & euacuationibus corporis, eam quę per exercitia fit,optimam esse accipiamus.Sunt enim βοσράσεις,euacuationes hoc est κενώσεις, à uerbo βοσράσω, medicis omnibus in frequenti usu.Sed nihil hic immutaui,& de hoc admonuisse satis esse duxi:Et fortasis ξυμπάσεις accipiendæ sunt,uelut quæ corpus constituunt ac compingunt,quod sanè præstant exercitia, sicut eadem etiam purgant. Et mox.Et de communi quidem animali:&c.in Græcis deficit uox ζῴου. Legendum enim est. καὶ πόθι μὲν τὸ κοινοῦ ζῴου &c. Et paulò post.In eo igitur qui cupiditates aut contentiones anxiè sequitur:Græcè legendum est.ᾧ μὲν οὖν πόθι τις ἐπιθυμίας ἢ φιλονεικίας πιπτούσῃ, hoc est qui circa cupiditates aut contentiones intabuit.Vulgati codices falsò habent πτοηχότι,Manuscripts ἐπιπονηκότι, &c. Et paulò post.Potus transitum,quo per pulmonem potus sub rhenes in uesicam delatus,unà cum spiritu etiam id quod compressum est emittit,fusceperunt,& in medullam ex capite in ceruicem,& per spinam, compactam perforarunt: Græcè legendum est, πλὴν τὸ πίμπτον, διηχθέωσι ξυνθέντες εἰς τὸν ἐν τῆς περόνης κατὰ τὴν αὐχένα καὶ διὰ τῆς ῥάχεως μυελὸν ξυμπεπηγότα.

Et ad finem.Ita ut ísti extremæ imperitiæ pœnam,extremas habitationes acceperint: Græcè legendum,δίκην ἀμαθίας ἐσχάτης ἐσχάτας οἰκήσεις εἰληχότων.Vulgo δίκαια habetur pro δίκην. Et mox. Estq; eius qui intelligitur dei imago,sensui expositus &c.in Græcis legendum.ἀπὸν τοῦ νοητοῦ θεοῦ, αἰσθητὸν.Vulgo θεὸς uox ad αἰσθητὸν relata legitur. In Critia.At in pectoribus simulachra expri menti artem,circa diuina ac cœlestia corpora contingentem:in Græcis legendum. πλὴν δὴ τῶν περὶ θεῶν τε καὶ οὐρανίων σωμάτων γιγνομένων. Vulgo αὐθρώπινα habetur pro οὐρανία, sed falsò.Nam de humanis deinde sequitur.Et clarum euadit etiam in similitudinis adoptatione, ubi rursus θεῖα & οὐρανία coniunguntur. Et infrà. Nam quod superstes manebat semper genus, uelut etiam antea dictum est,id montanum erat & literarum ignarum: in Græcis legendum. τὸ γὰρ περιλειπόμενον ἀεὶ γονῷ ὥσπερ καὶ πρόσθεν ἐρρέθη, κατελείπετο ὄρειον καὶ ἀγράμματον. Vulgata lectio penitus corrupta est.Habet enim κατελείπετο ῥέων καὶ γραμμάτων.Vnde nulla sententia colligi potest. Et mox.Sic illo tempore armatam deam:Græcè legendum. οὕτω κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον,Vulgo κόνον legitur pro χρόνον. Et paulò inferius.Et intus forum iudiciarium comprehendebat,& Lycabetum montem ex exposito fori habebat: Græcè legendum. καὶ πορισκιμφῆρε εὐθὺ πνύκα, καὶ τὸν λυκαβιτὸν ὄρος ἐν τῷ καταντικρὺ πανυκὸς ἔχουσα. Vulgo πανυκὸς habetur pro πνυκός, Fuit autem Athenis forum iudiciarium πνὺξ appellatum. Vnde est genitiuus casus πνυκός, quem per metathesim πανυκὸς Aristophanes dixit.Appellatio inde facta esse uidetur, quòd frequentes isthic uiri conuenirent: aut quòd lapidum frequentia eo loci esset,aut similis materiæ congeries. Et mox. Quo à terræ motibus extincto,paruæ hæ quæ nunc extant aquulæ circumcirca relictæ sunt: Græcè legendum. ἃς ἀποσβεσθείσης ὑπὸ τῶν σεισμῶν τὰ νῦν ὕδατα σμικρὰ κύκλῳ κατελέ-

ὑπόψ pro ὕπουλ

χλοῶδες χολῶδες

νοσήματα pro ὀνόματα

οὕτω pro ὅτῳ

κακόνοτι pro ἄκοντι

κόνον pro χρόνον

πανυκὸς pro πνυκός

πνυκὸς pro πνυκός

πανυκὸς pro πνυκός

Universidad de Deusto
Biblioteca

ματαλέλειπται. Vulgati codices habent ἐκ μετὸ, pro uoce ὕδατος. Et mox obseruantes ut quàm maximè eadem esset multitudo perpetuò uirorum & mulierum, quæ per ætatem iam ad bellum gerendum idonea esset, uiginti milium maximè numero: in Græcis legendum. πλεῖσθ' ἂν διαφυλάττοντες ὅτι μάλιστα τὸν αὐτὸν ἑαυτῷ ἀεὶ πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀνθρώπων καὶ γυναικῶν. τὸ δυνατὸν πολεμεῖν ἔθλα κατὰ τὸ ἕν τε πρὸς ἕν μάλιστα ὄντας μυριάδας. In uulgatis καὶ τὸ ἑτὶ legitur falsò pro κατὰ τὸ ἕν. Et paulò post. ut alibi maiores portiones, alibi minores &c. Græcè legendum. οὕθ' μὲν μείζους λέξεις, οὕθ' δὲ καὶ ἐλάττους &c. Vulgo μίξεις habetur pro λέξεις. Et infrà. Comparata ipsis erant omnia, quæ & in ciuitate, & in reliqua regione ad usum requiruntur. Et multa quidem ob imperium, ipsis extrinsecus accedebant &c. In Græcis deficit integer uersus, prioris periodi finem, & posterioris initium continens. Sic ergo integra lectio reponenda est. κατεσκευασμένα δ' πάντα ἐν αὐτοῖς ὅσα οὐ πόλει, καὶ ὅσα κατὰ τὴν ἄλλην χώραν τῶν πρὸς χρῆσιν ξυντυγχάνει. καὶ πολλὰ μὲν διὰ τὴν ἀρχὴν, αὐτοῖς προσῆν ἐξωθεν &c. Et infrà. Dispositis etiam solijs æstate sub dio, hyeme uero calidis lauacris sub tecto: in Græcis legendum. διεξιόντας τὴ θέρμαι μὲν ὑπαιθρίους, τὰς δὲ χειμερινὰς τοῖς θέρμοις λουτροῖς ὑπὸ στέγαις πάρεισι τιθέντες. Et infrà. Circa cœnam & res necessarias uersabatur. Postquam uero lassitudo accederat. in Græcis legendum. πρὶν τὸ δεῖπνον καὶ ταναγκαῖα διατρεφῆναι. ἐπεὶ δ' ἐγίγνετο πόνος &c. Et hic octauæ Eclogæ finis esto.

ἐμίξε pro λέξε

Locus mancus

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Mínoem Platonis, uel de Lege.

Quid lex

MINOS de lege requirit, ut quid lex cõmuniter, quot eius species, unde fit, paucis cõprehendamus. Si quis Platonis uerba in hoc libro De lege, & in libris de legibus, necnon de Repub. diligenter aduertat, sic legem uniuersali definitione describet. Lex est uera gubernandi ratio, quæ ad finem optimum per commoda media gubernata dirigit, transgredienti pœnam, obedienti premium statuens. Quo fit ut institutiones principum cum ueræ non sunt, nec ad optimum recto calle proficiscuntur, leges minime sint, sed decreta, edicta, instituta potius sint quàm leges. A lege nanq; legitimum, à legitimo iustũ, à iusto bonum, rectum, uerumq; opus sæpenumero nominatur, propterea legem ueram bonamq; esse necesse est. Sequitur etiam ut lex externa sit, ac penitus immutabilis, & apud omnes gentes eadem de eisdem, si hoc modo uera sit: nam quæ temporibus locisq; & opinionibus permutatur, non lex, sed institutio nuncupatur. Legis autem species, ut ex Timæo, Phædróq;, & Gorgia colligitur, quatuor sunt. Prima diuina quam prouidentiam Plato uocat. Secunda cœlestis, quam fatum. Tertia mouens, quam naturam. Quarta humana, quam prudentiam naturalem. Prima in mente diuina, quam Saturni legem Orpheus & Plato esse uolunt. Secunda in superiori animæ mundi parte quam Iouis. Tertia in mouente inferioriq; illius potentia, quam primæ Veneris. Postrema in hominis mente, quam secundæ Veneris legem uocant. Prima à summo bono, quod supra mentem est, profluit. Secunda à mente & summo bono. Tertia à summo bono, mente, & uniuersali anima. Quarta à summo bono itidem, & mente & anima. Omnes uero ad ipsum bonum iterum reflectuntur. Prima in ideis, circa summum bonum, supra rationes. Secunda in rationibus, circa ideas, supra semina. Tertia in seminibus, circa rationes, supra formas. Quarta in notionibus, circa rationes, super actus, & artes, quam regiam legem appellant superni regis imitatricẽ. Vnde uero lex proficiscatur, ex ijs quæ dicta sunt elicitur. Ab ipso. quippe rerum principio omnes, sed uario modo ut dictum est, manant. Quamobrem omnes illustres conditores legum mentionem legum in deum, sed per diuersa nomina atque media retulerunt. Zoroaster Bactrianis Persisq; leges tradens, in Horomasim. Trismegistus Aegyptijs, in Mercurium. Moyses Iudæis rectissime in patrem totius naturæ deum. Minos Cresensibus, in Iouem. Charondas Carthaginensibus, in Saturnum. Lycurgus Lacedæmonijs, in Apollinem. Draco & Solon Atheniensibus, in Mineruam. Pompilius Romanis, in Aegeriam. Mahometus Arabibus, in Gabrielem. Zamolxis Scythis, in Vestam. Plato noster Magnesijs & Siculis, in Iouem, & Apollinem. Arcadibus autem, & Thebanis, & Cyrenaicis leges postulantibus, denegauit.

Species legis quatuor

PLATO-

SIVE DE LEGE, *Ciuilis.*

Iano Cornario interprete,

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. MINOS.

LEX nobis quid est? De qua lege interrogas? Quid uero, est ne quo lex à lege differt iuxta hoc ipsum, ꝙ uidelicet lex est? Cõsidera itaq; quid ex te interrogẽ. Interrogo. n. uelut si interrogassem quid est aurũ, si itaq; ex me eodẽ modo quæreres de quo auro dicã, putarẽ te nõ rectè percũctari. Nihil em̃ differt neq; aurũ ab auro, neq; lapis à lapide, in eo ꝙ lapis & aurũ est. Sic uero neq; lex à lege quicquã differt, sed oẽs idẽ sunt. Lex em̃ unaquæq; ipsarũ similiter est, nõ alia magis, alia minus. Hoc ipsum itaq; totũ interrogo, quid est lex. Si igit̃ in prõptu habes dicito. Quid igit̃ aliud lex esset ô Socrates, ꝙ ea quæ lege recipiunt̃? Num etiã sermo tibi esse uidetur ea quę dicunt̃: aut uisus ea quæ uidẽtur: aut auditus ea quę audiunt̃? aut aliud est sermo, aliud ea quę dicunt̃: & aliud uisus, alia ea quę uident̃: & aliud auditus, alia ea quæ audiunt̃: & aliud itaq; lex, alia ea quæ lege recipiunt̃? Sic ne, aut quõ tibi uidet̃? At simile nũc uisum est. Nõ ergo lex est, ea quæ lege recipiunt̃. Nõ mihi uidet̃. Quid itaq; sit lex hoc modo cõsideremus. Si quis nos de his quæ nũc dicebant̃ interroget: quando quidẽ uisu asseritis uideri ea quæ uident̃, quid est uisus quo illa uident̃: respõderemus sanè ipsi, sensum esse hunc qui per oculos colores indicat. Et si rursus interrogaret, quid est auditus quo audiuntur ea quæ audiuntur: respõderemus esse sensum qui per aures uoces declarat. Sic itaq; etiã si interrogaret nos, quando quidem lege recipiuntur ea quæ lege recipiuntur: num sensu aliquo aut declaratione recipiũtur, quemadmodum ea quæ discuntur declarante scientia discuntur: aut inuentione aliqua, quemadmodum inueniũtur ea quæ inueniuntur: uelut salubria & morbosa, per medicinam: quæ uero deorũ mens sit, per uaticinationem, uelut Vates dicunt. Vaticinationis enim ars est nobis inuẽtio talium rerũ? Nunquid? Maximè. Quid igit̃ ex his maximè putabimus legem esse? decreta ne, & edicta per suffragia? Mihi quidẽ ita uidetur. Quid enim aliud quis legem esse dixerit? Quare uidetur hoc totũ quod tu interrogas, Lex decretũ esse ciuitatis. Opinionem ut apparet ciuilem dicis esse legem? Ego sanè. Et fortassis rectè dicis. Fortassis autem melius cognoscemus hoc modo. Dicis ne aliquos sapientes? Ego certè. Non ne sapiẽtes sapiẽtia sapientes sunt? Etiam. Quid uero iusti iustitia iusti? Maximè. Non ne etiã legitimi lege legitimi? Etiam. Illegitimi uero iniquitate illegitimi? Etiã. Legitimi uero iusti? Ita planè. Illegitimi autẽ iniusti? Iniusti. Non ne pulcherrimũ quiddam est iustitia & lex? Est. Turpissimũ uero iniustitia & iniquitas? Etiã. Et illud quidẽ conseruat ciuitates, & reliqua omnia: hoc autẽ perdit & euertit? Etiã. Ergo uelut de pulchro quodam, de lege sentire oportet, & uelut bonũ ipsum quærere. Quidni? Non ne decretũ ciuitatis legem esse diximus? Diximus equidẽ. Quid igitur non ne decreta quædã bona sunt, quædã mala? Est ita. Et tamen lex non erat mala. Non equidem. Non ergo rectè sic simpliciter respõdere, quòd lex est decretum ciuitatis. Non sanè mihi uidetur. Non ergo cõueniens esset prauum decretum legem esse. Non equidem. Attamen opinio quædã etiã mihi lex esse uidetur. Quando quidẽ uero nõ praua opinio, non ne iam hoc clarũ est, ꝙ bona est, si qui dem lex opinio est? Etiã. Opinio uero bona quæ est, nõ ne quæ uera est? Etiam. Non ne uero opinio eius quod est inuentio est? Est equidẽ. Sed quõ ô Socrates, si lex eius quod est inuẽtio est, nõ semper ijsdẽ legib. de ijsdẽ utimur, si ea quæ sunt nobis inuẽta sunt? Vult quidẽ nihilo minus lex esse eius quod est inuẽtio. Qui uero nõ ijsdẽ semper legibus utuntur uelut putamus, non semper inuenire possunt id quod est, quod

Lex quid sit

Visus quid sit

Auditus qd sit

Vaticinatio quid sit

uule

Universidad de Deusto
Biblioteca

uult lex ipsa. Nam age uideamus an forte nobis hinc manifestum fiat, num ijsdem semper legibus utimur, aut aliàs alijs: & num omnes ijsdem, aut diuersis. At hoc cognitu difficile non est ô Socrates, quòd neque ijdem semper ijsdem legibus utuntur, & quôd alij alijs. Nam uerbi gratia, nobis quidem lex non est homines sacrificare, sed impium censetur. At Chartaginenses sacrificant, uelut pium sit & legitimum ipsis: & quidam ex ipsis filios Saturno, uelut fortassis etiam ipse audiuisti. Et non solum barbari homines alijs quàm nos legibus utuntur, sed & qui in Lycia sunt, & Athamantis posteri, qualia sacrificia faciunt quum sint Græci. Quemadmodum & nos ipsos nosti & ipse audiuisti, qualibus ante hoc tempus legibus usi simus circa mortuos, quibus & uictimas insuper mactauimus, ante defuncti elationē, & præficas accersiuimus. At illis adhuc priores etiam hic in domo defunctos uita sepeliebant. Nos uero nihil horum fecimus. Innumera etiam alia recensere quis posset huius generis. Multa enim demonstrandi patet amplitudo, quòd neque nos ijsdem semper legibus utimur, neque alij homines inter se. Nihil miri est ô optime, si tu quidem rectè dicis, me uero hoc latet. Verum quandiu & tu ex tua sententia dicis ea quę tibi uidentur in longum extento sermone, & ego rursus similiter, nunquam ut ego arbitror consentiemus. Si uero communis quæstio proposita sit, fortassis consenserimus. Si igitur uis, percunctare aliquid ex me, & in communi mecum id considera. Si uero mauis, percunctanti mihi responde. At uolo respondere ô Socrates quicquid uolueris. Age itaque, putas ne tu iusta iniusta esse, & iniusta iusta, aut iusta quidem iusta, & iniusta iniusta? Ego quidem & iusta iusta, & iniusta iniusta. Num etiā apud omnes sic uelut hic putatur? Etiam.

Mortui quomodo olim Athenis curati

Num etiam in Persis? Etiam in Persis. Num etiam semper? Semper. Num quæ plus ponderis habent, grauiora hic censentur: quæ minus, leuiora: aut contra? Non. Sed quæ plus ponderis habent, grauiora sunt: quæ minus, leuiora. Num etiam in Carthagine & Lycia (Etiam. Pulchra quidem ut apparet ubiq; pulchra censentur, & turpia turpia: & non turpia pulchra, neq; pulchra turpia. Ita est. Non ne ut in summa dicamus, ea quæ sunt, esse putantur, non ea quæ non sunt, tum apud nos, tum apud omnes alios? Mihi ita uidetur. Qui ergo ab eo quod est aberrat, à legitimo aberrat. Sic quidem ô Socrates uelut tu dicis, eadem apparent legitima, & nobis semper, & alijs. Verum ubi cogito quòd non desinimus sursum ac deorsum leges transponere, credere id non possim. Fortassis equidem non intelligis hæc dum transponuntur eadem esse. Verum sic mecum ipsa considera. Iam ne incidisti aliquando in scriptum quoddam de sanandis ægrotis? Ego sanè. Nosti igitur cuius artis sit hoc scriptum? Noui, nimirum Medicinæ. Non ne medicos uocas qui harum rerum scientiam tenent? Ita sentio. Num igitur qui scientiam tenēt, eadem de ijsdem censent, aut alij alia? Eadem, ut mihi uidetur. Num Græci soli cū Græcis, aut etiam Barbari cū seipsis & cum Græcis, eadem censent de his quæ sciunt? Eadem sanè & Græcos & Barbaros ipsos eum seipsis censere de his quæ sciūt magna necessitas est. Rectè respondisti. Num & semper? Etiam semper. Non ne & Medici conscribunt de sanitate, quæ & esse putant? Quidni? Medica ergo, & medicæ leges, sunt scripta medicorum. Sunt equidem medica. Non ne etiam geometrica scripta, geometricæ leges sunt? Etiam. Quorū igitur sunt scripta & legitimę constitutiones de cultu hortorum? Olitorum. Olitoriæ ergo leges hæ sunt. Etiam. Eorum qui hortis præesse sciunt? Quidni? Sciunt autē olitores? Etiam. Quorum uero sunt scripta & constitutiones de obsonij præparatione? Coquorum. Culinariæ ergo leges hæ sunt? Culinariæ. Eorum uidelicet qui obsonijs præparandis præesse sciunt? Etiam. Sciunt autem ut aiunt coqui? Sciunt equidem. Sit ita. Quorum uero sunt scripta, & constitutiones de gubernatione ciuitatis? Non ne eorū qui ciuitatibus præesse sciunt? Mihi ita uidetur. Sciunt autem alij quidam, quàm uiri ciuiles & regij? Hi equidē. Ciuilia ergo scripta hæc sunt, quæ homines regum & bonorū uirorū scripta uocant. Vera dicis. Non ne qui sciunt, non aliàs alia de ijsdem scribūt, alias aeq; alias legitimas cōstitutiones? Nō sanè. Si igitur aliquos hoc facere uidemus, utrum scientes esse dicemus, aut inscios? Insçios. Non ne & quod rectum fuerit, hoc ipsum legitimum unicuique esse dicemus, siue medicum sit, siue culinarium, siue

Artium scripta esse leges

siue olitorium? Etiam. Quod uero non rectum fuerit, hoc non amplius legitimū esse dicemus? Non amplius. Illegitimum ergo sit. Necesse est. Nónne etiam in scriptis de iustis & iniustis, & in summa de ciuitatis gubernatione, & quomodo rempublicam administrare oportet, quod quidem rectum est, Lex regia est: quod uero nō rectum, non uidetur lex regia esse his qui non sciunt. Est enim illegitimum? Etiam. Rectè ergo consensimus, legem esse eius quod est inuentionem. Apparet. Ad huc uero & hoc consideremus. Quis est peritus spargendorum in terram seminum? Agricola. Hic uero idonea semina cuiq; terræ distribuit? Etiam. Agricola ergo bonus horum distributor est, & huius leges ac distributiones ad hęc rectæ sunt. Etiā. Quis autē pulsationum ad cantilenas bonus distributor est, & idoneas distribuit, & cuius leges rectæ sunt? Tibicinis & citharœdi. Qui ergo inter hos maximè legitimus est, hic maximus tibicen est. Etiam. Quis uero ad alimenta in humana corpora distribuenda præstantissimus est, nónne qui id pro cōmoditate facere potest? Etiam. Huius ergo distributiones & leges optimæ sunt: & qui circa hæc maximè legitimus, is etiam distributor optimus est. Maximè. Quis iste? Pædotriba. Hic humanum corporis gregem optimè pascere potest? Potest. Quis uero ouium gregem optimè pascere potest, quod est ei nomen? Pastor. Pastoris ergo leges optimæ sunt ouibus? Etiam. Et bubulci bobus. Etiam. Cuius autem leges hominum animis optimæ sunt? Nónne regis? affirma. Cōfiteor equidem. Bene itaq; dicis. Poteris ne igitur dicere, quis ueterum bonus fuerit legislator in tibiarum legibus? Fortassis autē non intelligis. At ego si ita uis tibi suggeram. Maximè. Nónne Marsyas dicitur, & amatus ab eo Olympus phryx? Vera dicis. Horum itaq; etiam cantilenæ tibiarū diuinissimæ sunt, & solæ concitant, & ostendunt eos qui in deorum chorea sunt: & solę etiam adhuc nunc restant, ut quæ sint diuinæ. Est ita. Quis uero dicitur ex priscis regibus bonus legislator fuisse, cuius adhuc nunc legitimę constitutiones extent, uelut quæ diuinæ sint? Non intelligo. Non nosti qui Græci antiquissimis legibus utuntur? Num lacedæmonios dicis, & Lycurgum legislatorem? At hæ nōdum fortassis trecentorum aonnrum sunt, aut paulò plurium. Verum optimæ harum legum unde ueniant nosti? Dicunt equidem ex Creta. Nónne hi ex græcis antiquissimis legibus utuntur? Etiam. Nosti igitur qui horum prestantes reges fuerint, Minos & Rhadamanthus, Iouis & Europæ filij, quorum sunt hæ leges. Rhadamanthum dicunt ô Socrates iustum uirum fuisse, Minoem uero agrestē & morosum ac iniustum. Atticam ô optime & Tragicam fabulam narras. Nónne hęc de Minoe dicuntur? Neq; quàm ab Homero & Hesiodo, etiamsi fide digniores sint, quàm omnes Tragici poetę, ex quibus tu hęc refers. At quid hi de Minoe dicunt? Ego tibi referam, ut ne et tu quemadmodū plerique impius sis. Neq; enim est quicquam magis hoc impium, neq; quod magis uereri oporteat, quàm ut ne quis uerbis aut factis in deos peccet. Deinde in diuinos homines. Quare multa admodum prouidentia semper utendum est, ubi uirū uituperare aut laudare uoles, ut ne quid non rectè dicas. Huius itaq; gratia studium adhibēdum est, ut bonos & malos uiros cognoscamus. Indignatur enim deus ubi quis ipsi similem uituperat, aut laudat aliquem ipsi dissimilem. Est autem ipsi similis uir bonus. Ne enim putes lapides quidem esse sacros, & ligna, & aues, & serpentes: non autē homines. Sed sanctissimum omnium est homo bonus: & scelestissimum, malus. Iam igitur etiam de Minoe, quum Homerus & Hesiodus ipsum laudent, ea gratia tibi dicam, ut ne quum homo sis ex homine natus, in Heroem Iouis filium sermone pecces. Homerus enim de Creta loquens, q̄ multi sint in ipsa homines, & nonaginta ciuitates, dicit:

Rectum esse legem regiam

Peccata quæ sint grauissima

Inter & has Gnosus magna urbs est, Rex ubi Minos
Nonum annum fuit, hic congressus cum Ioue magno.

Est igitur hoc Homeri Encomium in Minoem breuibus dictum, quale neque in ullum heroem fecit. Nam quòd Iupiter sophista est, & ars ipsius hæc ualdè præclara, multis etiam alijs locis declarat, sed et hoc loco. Dicit enim Minoem per nouem annos cum Ioue conuersatum esse in eloquentię studio, & ad eum accessisse, ut ab ipso uelut à sophista erudiretur. Quòd igitur hunc honorem nulli heroū Homerus attribuit, quàm huic soli, quòd uidelicet à Ioue eruditus sit, hęc sanè admiranda laus est. Et in Odyssea

Iupiter sophista

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortuorum iudicio Minoem iudicem aureum sceptrum gestant em facit. Rhadamanthum autem neque hic iudicem fecit, neque usquàm cum Ioue congressum esse dicit. Quapropter sentio ego Minoem omnium maximè ab Homero laudari. Nam eum qui Iouis sit filius, solum à Ioue eruditum esse, laus est quam nulla excedit. Hoc enim indicat uersus.

Nonum annum fuit hic congressus cum Ioue magno:

Conuersationem habuisse cum Ioue Minoem: sed audiamus ipsum Homeri uersum.

ἐννέωρος Βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής

ὀαροὶ. enim sermones sunt: & ὀαριστής, qui in sermonibus cum aliquo cõuersatur. Per nouem igitur annos ad Iouis antrum Minos accessit, partim ut demonstraret quæ superiore nouennio à Ioue didicisset. Sunt tamen qui ὀαριστὴν compotorem & collusorem Iouis accipiunt. Verum ex hac coniectura colligere quis potest istos nihil dicere. Quum enim multi sint homines & Græci, & Barbari, non sunt alij qui à comporationibus & hoc lusu in quo uinum est, abstinent, quàm Cretenses, & Lacedæmonij, qui posterius à Cretensibus quasi maioribus didicerunt. In Creta uero una hæc ex alijs quas Minos tulit lex est, ut ne compotẽt inter se ad ebrietatem. Et quidem manifestum est quòd quæ pulchra esse putabat, ea legitima ciuibus suis sanciebat. Non enim uelut prauus homo Minos, alia quidem legitima statuebat, alia uero præter ea faciebat. Sed erat uelut dixi conuersatio hæc per sermones de eruditione ad uirtutem. Vnde etiam has leges ciuib. suis tulit, per quas & Creta per omne tempus beata est, & Lacedæmon ab eo tempore quo his uti cœpit, utpote quæ sunt diuinæ. At Rhadamanthus bonus quidem uir erat, eruditus enim erat à Minoe: Non tamen in tota regia arte eruditus erat, sed in ministerio regio, ut in iudicijs præses esse posset. Vnde & Iudex præstans esse dictus est. Minos enim utebatur ipso in urbe ut legum custode. Verum ad reliquam Cretam Talo. Talus enim ter in anno per uicos circumibat custodiens leges, quas in ipsis uicis æreis tabulis conscriptas habebat. Vnde æneus appellatus est. Sed & Hesiodus similia his de Minoe dixit. Quum enim nominis ipsius mentionem fecisset, mox subiunxit.

Talus æneus

Mortales reges cunctos superabat honore,
Vicinis multis & gentibus imperitabat,
Sceptra Iouis retinens, quibus illas inde regebat.

Et hic Iouis sceptra nihil aliud dicit, quàm Iouis institutionem, qua Cretam ille regebat.

Cur igitur tandem ô Socrates hæc fama de Minoe dispersa est, uelut ineruditus quispiam & morosus fuerit? Ob quam causam & tu ô optime si sapis, cautus esse deberes, & quiuis alius qui nominis claritatis studiosus est, ut nunquam sibi hominem poeticũ infensum faciat. Poetæ enim multum possunt ad comparandam opinionem, prout aut laudantes aut accusantes, in homines poemata scribunt. In qua re etiã deliquit Minos, quum bellum huic ciuitati inferret, in qua tum alia multa sapientia est, tum omnis generis poetæ uersantur, & reliquæ poesis, & Tragœdiæ. Tragœdia autem antiqua hic est, & quæ non uelut putant à Thespide initium accepit, neq; à Phrynicho: sed si rem perscrutari uoles, inuenies ipsam antiquum huius ciuitatis inuentum. Est autem ex omni poesi Tragœdia talis ut maximè populum delectet, & animos alliciat: in qua sanè etiã nos Minoem incessentes ulti sumus, eo quòd nos tributa illa pendere coegit. In hoc igitur deliquit Minos, quòd nos sibi infensos fecit. Vnde sanè etiã id quod tu interrogas, malignam opinionem contraxit: alioqui quod bonus fuerit, & legum ferendarum peritus, quod in superioribus diximus distributor bonus ac præstans, maximum signum hoc est, quòd immotæ stant ipsius leges, ut qui eius quod est, de ciuitatis gubernatione ueritatem probe inuenit. Videris mihi ô Socrates ueri similem orationem protulisse.

Nónne si ego uera dico, uidentur tibi Cretenses Minois & Rhadamanthi ciues, antiquissimis legibus uti? Apparet. Hi ergo ex ueteribus optimi legislatores fuerũt, & distributores, & pastores uirorum, quemadmodum etiam Homerus præstantem ex ercitus ducem pastorem populorum esse dixit. Maximè. Age igitur per Iouem amicitiæ præsidem, si quis nos interrogaret, quæ sunt ea quæ bonus corporis legislator, & distributor, in corpus distribuit, & melius ipsum efficit: dixerimúsne rectè & breuibus si responderimus, alimentum & labores, illo quidem augens, his uero exercens & pingens

Corpori commoda nobis nota esse

compingens corpus? Rectè equidem. Si igitur post hoc interroget nos, quid uetro illud est quod bonus animæ legislator, & distributor, in animam distribuit, & meliorem ipsam efficit: quid respondemus ut nõ erubescamus, & nos nostri ipsorum, & ætatis nostræ non pudeat? Non amplius hoc dicere possum. At profectò turpe est utriusq; nostrum animæ, si ea quidem in quibus & bonum & malum ipsis situm est, ignorare sibijpsis uideantur: quæ uero ad corpus, & ad alia pertinent, sibi probe perspecta esse putent.

Corpori commoda nobis nota esse

Animæ commoda nobis ignota

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM PRIMVM DE LEGIBVS, VEL de Legum latione, ad Laurentium Medicem.

SECVLVM apud priscos penè idem, magnanime Laurenti, tria potissimum habuit sapientiæ lumina, Pythagoram, Socratem, & Platonem. Compertum autem habemus sapientiam quidem Pythagoræ magis in contẽplando, Socratis uero in agendo magis, Platonis deniq; in contemplando pariter atq; agendo consistere. Præterea disciplinã tam Pythagoræ contemplatiuã, quàm Socratis moralem, à cõmuni hominũ consuetudine uideri remotiorem. Platonis uero doctrinam speculatiuam pariter & moralem ubiq; ita diuinũ cum humano contemperare, ut & communi hominum consuetudini facile possit accommodari, & simul homines ad diuina æternáq; conuertere. Neq; uero putandum est propterea Platonem à Pythagora & Socrate, quos quasi numina colit, esse diuersum, sed uirtutum potius, atq; utriusq; ingenij quasi quendam, ut ita loquar, diuini ad humanam moderatorem: ut quodammodo dici possit, in illis quidem ingeniũ duntaxat diuinum fuisse, in Aristotele uero & cæteris post Platonẽ philosophis humanum tantum, sed in Platone diuinũ pariter & humanum. Quorsum hæc? Vt meminerimus præsentẽ legum dispositionẽ, quoniam ab ipso Platone nõ per Pythagoricam personã, uel Socraticã, ut solent cætera. imò uero per propriã Platonis ipsius personã nobis traditur, non iniuria uiam quãdam inter diuina & humana mediã obtinere, neq; nos per abdita & inuia quædam trahere, neq; tamen ad inferiora deducere. Quamobrẽ decem illi de Rep. libri Pythagorici magis sint atq; Socratici: præsentes uero leges magis Platonicæ iudicentur. Illa resp. uouentis fuerit & optãtis, dispositio præsens sit eligentis: ut qui in arduũ illud ascendere nequeũt, ad hos saltem clementiores colles nõ dedignentur accedere. Considera quanta diligentia humanæ saluti noster Plato prospiciat, qui non solum per ardua uult uideri hominibus admirandus, uerũetiam per decliuia quædam facilis & propitius esse omnibus atq; salutaris. Hic ergo nõ coget homines si uoluerint inter se facere cuncta cõmunia, permittet ut fieri solet, propria singulos possidere. Neq; tamen cautissimus auriga noster omnino laxabit habenas. Nam præter summã aliarũ diligentiam legũ, prudentissime sanciet, ne cui liceat ultra certum & illum quidem mediocrẽ terminum census amplificare, ne alijs quidẽ copia nimia, alijs obsit inopia, neue cogantur, id quod miserabile esse putat, multi inter patriæ suæ ulnas esse mẽdici. Quod autẽ personam hic Platonis sub ipso Atheniensis hospitis nomine, & id quidẽ modestiæ gratia lateat, legenti deinceps ex multis perspicue apparebit, ex eo præcipue, quod affirmabit se geminas tractauisse respublicas. Conditurus autẽ leges Græcis, iure à tribus Græcarum legum optimis conditoribus leges accipit, Minoe, Lycurgo, Solone, adimens, addens, mutans, inueniens: atq; ita optimam ex cunctis componit formam. Et quamuis ab initio constituat ciuitatẽ & regulam gubernandi, tamen legũ positionem nominat potius ꝙ rempublicam. Quoniam in ea ciuitate in qua possessiones sunt propriæ singulorum, propter uarias controuersias, lites, iniurias, multis opus est legibus. In quibus cõstituendis admirandũ simul & doctissimũ notabis diuini Platonis ingenium. Excogitat enim insignis benignitate uir singulis legibus proœmia quædam exhortatoria, quibus humanissime ciues adducti, libenter parere uelint, ac spõte uelut filij legum illis obtẽperent, quibus alij solent quasi tyrannis inuiti parere, ac pro uiribus uel fraude uel uiolentia earum imperium subterfugere. Addit uero post multa etiam minas, addit & pœnas propter illos qui patriã suam, non matrem iudicant, sed nouercam. Descendemus iam ad primi Legum dialogi proprium argumentũ, si prius omnes admonuerimus, ut Dialogũ Minoem, argumentũq; illius legant, antequã ad has leges accedãt. Accedant inquã tanquam & lectionibus eas diligẽter obseruaturi, & actionibus penitus seruaturi. Alioquin nisi his obtemperent, intelligant se post tam exactã iustitiæ iniustitiæq; notitiã & minori excusatione & maiori crimine peccaturos. Atheniensis hospes, id est Plato profectus in Cretam prope Cnosum offendit Megillum Lacedæmonium & Cliniam Cretensem, quem unà cũ nouem alijs Cnosij accersiuerant, ut coloniã inde deducerent, urbem cõderent, eiq; leges darent. Hi ergo duo ad sacrum Iouis antrũ cõsulturi de hoc accedebant: his factus obuius Atheniensis hospes, quidnã acturi irẽt, interrogauit. Illi leges excogitaturos esse se respõderunt. Verũ cũ multa de legibus interrogati ab hospite, quæstionẽ haud satis absoluerent, & hospes illis ad leges aptissimus uideretur, obsecrauerũt eum, ut ad ciuitatẽ legibus instituendam unà cum ipsis adiutor accederet. Obtemperat ergo hospes, & ante omnia principiũ à quo & per quod leges ad homines peruenerũt, exponit, deũ scilicet atq; philosophum. Deinde legũ perquirit finem, docens eiusmodi finem fore tranquillã animorũ ciuilium puritatẽ, ueritatis cõtemplationi quoad fieri potest sufficientẽ. Tertio ad ipsam legum formam materiãq; descendit. Leges autẽ à deo hominibus inspirari, testis est omnis antiquitas, testes & multi Platonis libri, testes & rationes nostræ in multis dialogorũ argumentis adductæ, atq; in Theologia nostra, ubi de religione agitur, cõfirmatæ. Profecto si

Universidad de Deusto
Biblioteca

cto si natura, quæ nihil aliud est quàm infimũ diuinæ prouidentiæ instrumentum, atq; ubicũq; prouide uidetur incedere, nõ ducit ipsa seipsam, sed ab ipsa prouidẽtia ducitur, fines omniũ ordinesq; & in seipsa præscribẽte, et naturæ prout uult inscribẽte: si inquã natura talis, neq; abũdat superfluis, neq; in rebus deficit necessarijs, certe diuina prouidentia in rebus necessarijs nunquam deficit. Necessaria uero est hominum generi aliter nõ potenti uiuere cõgregatio mutua. Necessaria quoq; lex cõgregationi similiter procul à lege subito perituræ. Necessaria rursum legibus diuina est autoritas, ne uel negligentia obsolescant, uel fraude uel uiolentia cõfringantur. Necessaria tamen comparandæ autoritati diuinæ, tum sanctimonia uitæ, tum pœna super humanas uires omnib. admirãda. Quamobrẽ prouidentia dei quæ singulis elementorũ, plãtarũ, brutorũ, membrorũ speciebus & usibus necessaria prospicit, multo diligẽtius perfectissimæ animaliũ speciei colenti diuinitatẽ, in sanciendis legibus apprime saluti hominũ necessarijs deesse nõ debet. Adde quod neq; potest princeps ullus uastam ciuitatis nauem quolibet momẽto procellis & periculis innumeris agitatã, absq; cœlesti flamine ad portum usq; perducere. Ergo deus tam occultis inspirationib. animorũ, tum miraculis manifestis, quotiẽs necessitas exigit, & reuelat mysteria legũ, & sancit palã atq; promulgat. Propterea exordiũ Plato legũ adeo iustis felicibusq; inchoat auspicijs, deũ nõ abs re ter statim in principio nominans. Tres enim hi disputat fundatores legũ, singuliq; diuino indigent patrocinio. Tres quoq; imitantur auctores legum, Minoem, & Lycurgũ, atq; Solonem. Qui & leges in tria numina retulerunt, to-uem, Apollinem, & Mineruam. Neq; id quidem iniuria. Sol enim planetarum dominus potentiam, Iupiter clementiam, Minerua sapientiam cõtinet. Quæ quidem tria totam legis naturam perfectionẽq; complectuntur. Quid enim aliud esse dicimus legem, præter rationalem quandam regulam certo quodam ordine ad bonum subditos perducentem? ut autem ratio & regula & ordo insit, necessaria omnino sapientia est. Præterea ut perducat ad finẽ atq; seruetur, in primis potentia effluit, deniq; ut ad bonum, id est, ad cuiusq; commodum, & cõmode benigneq; conducat, magnopere clementia prouidet. Tria itaq; apud priscos numina diuinam referentia trinitatẽ, legibus necessario cõsulunt. Atq; idcirco tres similes dotes in principe ad ferendas leges necessariæ iudicantur. At quoniã perfectas inuicẽ has oportet concurrere ad perfectas leges cõstituendas, id uero humana facultas præstare non potest, nimirum ad legum exactissimam sanctionem diuino est opus auxilio. Quod autem nouenariũ annorum numerum Plato & in Minoe, & hic sæpe repetit, quasi necessariũ ad leges ab ipso Ioue discendas hominibusq; tradendas, forte significat nouem angelicarum mentium ordines, per quos uelut interpretes ipsa legis sanciendæ ratio ad homines usq; transfertur. Omnes uero hos ordines legum interpretes sub uno Mercurij nomine significat in Protagora. Neq; uero te lateat nouenario hoc in angelis numero non Christianos solum uti, sed & Platonicos, præcipue Proclum atq; Syrianum, quod in Theologia satis ostendimus. Quid uero? si nouenarius hic significet trinum potentiæ usum, trinumq; sapientiæ, triplicem quoq; clemẽtiæ: utdelicet ut trium quodlibet tum in lege ipsa sit, tum in iudicio magistratus, tum in ministris & ipsa executione iudicij? Præterea in ipsis rerum actionũq; principijs medijsq; & finibus? Tria uero ter repetita nouenarium manifeste perficiũt. Sed cũrnam in Republica ab ipsis Mineruæ sacris, hic uero à sacris Iouis disputationis fundatur exordium? An fortè, quoniam disputatio illa Athenis habetur, & de antiqua Athenarum urbe Mineruæ dicata tractatur: hic uero in Creta de Cretensi urbe ædificanda consultur, prope ipsum Iouis templum, decq; legibus Minois Iouis filij in principio uerba fiunt? An potius forma illa Reipublicæ prior castior erat atq; seuerior, Palladi maxime congrua: hæc uero paulo indulgentior, & sua quadam humanitate Ioui conueniens? Summatim & hic & ibi à uotis sacrificijsq; ciuitatis nascentis felicitatem auspicamur. Mitto descriptionem longi huius itineris & sacros lucos, & arbores templo dicatas, & alia multa quæ commentum desiderarent potius quàm argumentum. Post uero nonnulla quæ allegorice docent res humanas præsertim publicas non posse absq; diuino quodam patrocinio rectè componi, ideoq; ab ipso deo, qui legum & principium est & finis, esse legum exordium faciendum, incipit iam paulatim de legum fine perquirere, significans harum finem esse diuinum cultum, quandoquidem ciusmodi legum disputatione ad templum Iouis proficiscuntur. Cum igitur legum finis ultimus sit Iouis illius cultus qui fecit mundum, dediq; & mundo leges & nobis, non immerito statim negat finem legum esse Martis cultum, interim modeste Minois & Lycurgi leges emendans, quòd non tam ad uirtutem ipsam simpliciter respexerint, quàm ad bellicam declinauerint. Profecto leges debent illud potissimum in ciuitate habere pro fine, ad quem quasi ad signum omnia dirigant, quod à cunctis ciuibus maxime omnium est expetendum. Pugna uero atq; uictoria cum laborum malorumq; plena sit, non propter se quidem optanda est, sed eligenda potius propter pacem, tutamq; uitæ tranquillitatem: quemadmodum nemo ita exoptat uiuere, ut in perpetua contra morbos pugna, uictoriaq; uersetur. Concludit tandem non decere studia pacis ad bellica, sed contrà, bellica potius ad pacis studia officiaq; referre: pacem uero ad expeditum liberumq; ueritatis deiq; cultum. In his uero probandis ipsum bonorum genus in multas distribuit species, dicens alia quidem esse humana, alia uero diuina: & à diuinis humana pendere: humanorum autem, quæ longe diuinis inferiora iudicat, primum esse sanitatem, secundum formam, tertium uires, quartum diuitias. horum uero bonorum ducem uult esse prudentiam, ducem insuper diuinorum post prudentiam sequi existimat temperantiam, post hanc iustitiam, post iustitiam fortitudinem. Profecto & hic significat, & in quarto de Republica explicat, tres animæ partes, rationalem scilicet, irascibilem, concupiscibilem: & prudentiam quidem in sola rationali, fortitudinem in sola irascibili esse. Tu quoq; pone in sola concupiscibili continentiam. Ponit uero in cunctis simul paribus temperantiam atque iustitiam, & utranque nominat totius animæ consonantiam. Sed temperantia quidem in affectibus, iustitia uero in actibus consonantia fit. Et illa fit animæ sanitas, hæc animæ pulchritudo. At prudentia, oculus: fortitudo uero manus. Si substantiam animæ puritatemq; contemplationi necessariam spectas, iustitiæ temperantiam antepone: si humanam spectas consuetudinem, præpone iustitiam: Omnino uero prudentiam cunctis quasi oculum pedibus atque ducem. At fortitudinem continentiæ antepone. Nam fortitudo & circa difficilius uersatur, doloris scilicet tolerantiam, & cõtinentiæ officium, quod est uincere uoluptates, in se ipsa

ipsa complectitur. Vtrunq; uero iudicato temperãtia iustitiáq; inferiorem. Hæc enim duo integrũ animæ totius ordinem magis possident duce prudẽtia cõstituutum. Ex his colligit oportere latorẽ legum & ipsum referre, & referri iubere, humana quidẽ ad diuina, diuina uero, id est, uirtutes ad mentẽ ueritati diuinitatiq; dedità. Dum uero de fine legum disputat, officiũ quoq; ipsarum conditoris exponit: idq; summatim esse uult, summa cum diligẽtia totam ciuitatem colere quasi agrum, ut exquisitam de eligendis serendisq; seminibus habeat rationẽ. Deinde de opportuna plantæ cuiusq; cultura. Item de extirpãdis statim ab initio noxijs herbis & sentibus. Deniq; de omnibus ad maturitatẽ suo ordine perducẽdis. Tu uero inter hæc aduerte, turpiorẽ haberi qui uoluptatibus cedit, quàm qui succũbit doloribus. Item fortis uiri officiũ esse nõ solum metus & pericula superare, sed cupiditates etiã coercere. Præterea neminem secure iudicari posse fortem nisi diu inter labores & pericula uersatus strenue fuerit. adde & nisi in ipsa licẽtia & illecebris uoluptatũ, in quibus probatur propter continentes, ipse quoq; fuerit cõprobatus. Aduerte nõ esse tutũ uel hominem qui fortis sit futurus, procul à timoribus, uel eũ qui futurus sit temperatus, feorsum ab omnibus uoluptatũ illecebris educare. Præterea totũ conditoris legũ studium circa uoluptates & dolores oportere uersari, ut duo hæc quasi bruta freno nõ careant. Si enim freno cohibeantur, facilè felixq; uitæ iter euadit. Si nullo coerceantur freno, difficile admodum & infelix. Notabis & illud de Atheniensibus dictum, probos Athenienses esse præcipue probos: propter quod soli suapte natura, & diuina quadam sorte, nullo cogente uel perterrente, sint probi. In his Plato significat, in ciuitate male instituta, raros quidem fore eiues bonos, sed illos fore omnium præstantissimos. Quoniam cũ nulla disciplina tales euaserint, profectò diuina quadam sorte & perfecta natura sint tales, quorũ etiam tanta sit excellentia, ut cõmuni contagione nõ inquinẽtur. Post hæc singulare id cuiusq; artis totiusq; uitæ præceptũ considerabis. Oportere eos qui præstantes uiri quouis in studio sunt, statim à teneris annis id ipsum tam ludendo q̃ studendo in singulis ad id cõducentib. meditari, adeo ut uiriliũ studiorũ accõmodatissima pueris præludia proponãtur, atq; ita ludentiũ animi in amorẽ illius potissimũ adducantur, quod in utili ætate serio sunt acturi. Inter hæc disciplina sic definitur. Disciplina est, ea uitæ statim à pueritia institutio, quæ in amorẽ uirtutis paulatim adducat animũ puerilem. Illius inquã uirtutis præcipue, per quã uir factus imperare sciat atq; parere. Hominẽ uero oportere, & insuper posse, disciplinã eiusmodi à teneris annis habere, per illã quæ sequitur humanæ naturæ descriptionẽ apte cõfirmat: inquit enim, hominem & si unum quiddã sit, habere tamẽ multa in se atq; diuersa, inter quæ sint tyranni duo amẽtes quidem & inter se cõtrarij, animum distrahẽtes, Dolor atq; Voluptas: præterea opiniones futurorũ bonorum atque malorum, ex quibus appetitus cõfidentiaq; ad bona, timor autẽ ad mala nobis suboritur, perturbationesq; animi similes. Præter hæc adest iudiciũ rationis dictans quid horũ melius sit, quid peius. Iudiciũ uero eiusmodi in uno quoq; lex priuata est, & in ciuitate lex publica. Quoniã uero animal unum ex rebus tam diuersis dixerat esse compositum, haud ab re subiungit, hominem inter animalia miraculum esse diuinũ, Mercurium imitans dicentẽ miraculum ingens hominem esse. Animalium tria sunt genera. Aut enim tam ex corpore quàm ex animo immortalia sunt, aut ex utroq; mortalia, aut ex animo quidem immortalia, ex corpore uero caduca. In primo quidem genere cœlestia, & ætherea, & aerea sunt, siue dij siue dæmones nominentur. In ultimo uero sunt bruta. Sed in medio homines dæmonesq; aquei atq; terreni. Cũ enim horũ quoq; dæmonum corpora sicut humana ex contrarijs cõponantur, dissolui quandoq; possunt, perturbationesq; aliquas afferũt. Sed cæteris iam omissis cũrnam homo miraculũ? Quia & cum diuinus sit, mirũ est eum à mortalibus inuisi, & cũ sit mortalis, mirũ quoq; affici ad diuina. Sed cur diuinũ miraculum appellatur? Quoniã ita est diuina prouidentia instituta & ut Timæus docet, à deo quidẽ opifice mũdi rationis animæ substantiã ipsam accepimus, à dijs autem cæteris naturam quandã uitalem ratione inferiorẽ, à dæmonib. deniq; corpora. Quod autẽ addit, hominẽ à dijs fuisse uel ludo uel studio quodam effectũ, sic intellige: ludo quidẽ factum esse, si anima semper à cœlestibus ad terrena atq; uicißim quasi ludendo trãsmigrans nunquã immutabili apud deũ sede quiescat: factum uero studio, si modo penes effectores deos, effectorem animus quandoq; sit immutabiliter permansurus. Vtrã uero disiunctionis huius partem eligere debeamus, affirmare hic Plato nõ audet. Probabile tamen habet, ut hic alibiq; significat, hominem studio quodã potius quàm ludo fuisse diuini tus constitutum. Siquis autem ambiguũ hunc Platonis textũ legere ita uelit, ut significet uel hominẽ esse à diuinis animalibus constitutũ, ab astris intelligat: uel esse ex animalibus multis compositum, intelligat partes affectusq; animæ nominari à Platone poeticè animalia. Quod quidem apparet in nono de Republica & in principio Phædri. Sed ista tu uideris. Descẽdit post hæc ad quædam, quæ & si leuiora uidentur, ad perfectam tamen disciplinæ traditionẽ morumq; probationem necessaria sunt: qualia sunt studia musicæ, cõsuetudinesq; persimiles. Musica uero communissima quadã significatio ne cõprehẽdit proportionis cuiuslibet ordinẽ, non solum in sermone, cantu, sono, saltu, sed gymnastico quoq; ludo gratiáq; cõiuij. Hæc quidẽ omnia ita in ciuitate cõposita esse debent, ut omni perturbationum uitiorũq; incitamento sublato corpus & spiritũ animumq; contemperent. Exorditur autem disputationis opportunitate quadã à conuiuijs, atq; uino, dicens primo cauendum esse ne ad innatas nobis perturbationes accedat quoq; ebrietas. Hæc enim si temere accesserit, & rationis officia minuit, & perturbationis impetus auget. Probat tamen conuiuiũ atq; meri usum, ea uidelicet cautione adhibita, quã in libro sequenti planius explicabit. Hic uero ad id potissimũ conferre iudicat, ut ex liberiori interdũ usu meri, mores hominũ in conuiuijs detegantur: solet enim impudentiores audacesq; reddere. Illic ergo prudens iuuentutis custos deprehensis iuuenum præsertim uicijs, impudentia, & mederi facilius poterit, & assuefacere iuuenes etiam in ebrietate omnium impudentissima seruare pudorem. Quanti uero sit pudor, id est dedecoris & infamiæ timor, ex eo constat, quòd ob huiusmodi metum iuuenes, & turpia in primis metuant, & honesta quamuis ardua audacter aggrediuntur. Quæ quidem duo reipub. maxime omnium tam pace quàm bello necessaria iudicantur. Ideoq; ad hæc ciuium animis infundenda, legum lator diligenti studio debet intendere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS ATHENIENSIS LEGVM,

SIVE DE LEGVMLATIONE, DIALOGORVM XII. PRIMVS. *Ciuilis.*

Iano Cornario interprete.

DIALOGORVM PERSONAE.

ATHENIENSIS HOSPES. CLINIAS CRETENSIS. MEGILLVS LACEDAEMONIVS.

DEVS'NE aut homo aliquis uobis ô hospites, cõdendarum legum causam in se recepit? CLI. Deus ô hospes deus, uelut dicere iustissimum est: apud nos quidẽ Iupiter, apud Lacedæmonios uero, unde hic est, puto hos dicere Apollinem. Nunquid? MEGIL. Etiam. ATHE. Num igitur iuxta Homeri sententiam dicis, quòd Minos per nouem annos subinde ad patris contubernium accesserit, & ab illo acceptra responsa ciuitatibus uestris pro legibus tulerit? CLI. Dicitur equidem ita apud nos: Et sanè etiam fratrem ipsius Rhadamanthum (audiuistis enim nomen) iustissimũ fuisse. Hunc igitur dixerimus nos Cretẽses, eo quòd ex illo tẽpore ea quæ ad iustitiam pertinent rectè distribuit, hanc laudem cõsequutũ esse. ATHE. Et pulchra sanè gloria hæc est, & Iouis filio ualdè decora. Quãdoquidẽ uero in eiusmodi moribus educati estis qui leges resipiunt, & tu, & ille, spero nos nõ iniucũdè nunc & de republica, & de legibus, conuersationem habituros esse in hac profectione, ita ut simul & dicamus, & audiamus. Est autem omnino iter ex Gnoso ad Iouis antrum & templũ, uelut audimus satis longum, & in ipso uelut cõsentaneũ est nunc in hoc æstu, diuerticula sunt ad requiem sub altis arboribus umbrosa: nec inde eorum fuerit ætatibus nostris frequẽter sub ipsis quiescere, ut sermonib. uicissim alius alium consoleẽ, & sic uiã omnem cũ facilitate perficiamus. CLI. Profectò sunt in progressu & cupressorũ in nemoribus admirandæ altitudines ac pulchritudines, & prata in quibus quiescere ac cõuersari poterimus. ATH. Rectè dicis. CLI. Maximè, sed cõspicati magis id dicemus. Quare bona fortuna progrediamur. ATHE. Fiat ita. Et dic mihi cur comessationes uobis lex cõstituit, & gymnalia, & armorum gestationẽ? CLI. Arbitror equidẽ ô hospes res nostras cuiuis faciles cognitu esse. Nã totius regiõis Cretæ natura uidetis nõ esse campestrẽ, uelut est Thessalorũ regio. Quapropter etiam equis illi magis utunt, nos autem cursibus. Hæc enim quum inæqualis sit, etiã ad pedestris cursus exercitationem magis cõgrua est. Leuia itaq; arma in tali cursu habere necessarium est, & currere cum his quæ non grauant. Arcuum ergo & sagittarum leuitas conuenire uidetur. Hæc igitur omnia ad bellũ nobis appẽsa sunt, & omnia legislator ut mihi uidet ad hoc respiciẽs cõstituit. Nam & comessatiões cõmunes cõstituisse uidet, eo q; uideret omnes in militia ab ipsa rerũ necessitate cogi, custodiæ suæ gratia, ut hoc tẽpore unà cibũ caperẽt. Proinde mihi uideꝛ plerosq; dementię damnasse, uelut qui nõ intelligunt bellũ semper omnibus perpetuũ esse cũ omnibus ciuitatibus. Si itaq; dum bellum geritꝛ, custodiæ gratia, cõmunia conuiuia habere oportet, & quosdã principes ac subditos ad hoc instructos, illorũ custodes esse, hoc etiam in pace faciendũ est. Nam quã pleriq; homines pacẽ uocant, hoc nomẽ solum esse putandũ: re ipsa uero omnib. auersus omnes ciuitates semper bellum implacabile esse, ex ipsa adeò natura. Et si sic cõsideres Cretensiũ legislatorẽ, ferè cõperies q; belli respectu, omes & publicè & priuatim leges nobis cõstituit, & iuxta hęc ita seruãdas leges tradidit, uelut aliarũ rerũ nullius ulla utilitas sit, neq; opũ, neq; studiorũ, si nõ quis bello superior sit, quũ omnia eorũ qui uincuntur bona in uictoris potestatẽ ueniant. ATHEN. Probe equidẽ ô hospes exercitatus esse mihi uideris ad perspiciẽdas Cretensiũ leges. Verũ hoc mihi adhuc clarius expone. Quẽ enim ciuitatis quæ bene gubernatur scopũ proposuisti, eum mihi dicere uideris, ut ita instructa habitet, quo reliquas ciuitates bello uincat. Nunquid? CLIN. Maxime, arbitror autem & huic simul ita uideri. MEG. Quomodo enim aliter responderit, ô diuine quiuis uir Lacedæmonius? ATHEN. Vtrum igitur ciuitatibus quidem aduersus ciuitates hoc rectum est, uicis autem aduersus uicos diuersum? CLI. Nequaquã. ATH. Sed idem? CLI. Etiam. ATH. Quid uero domui ad domum ex his quæ in uico sunt, & uiro ad uirum, uni ad unum, idem' ne adhuc? CLI. Idem. ATH. Quid uero quisq; ad seipsum, utrũ uelut hostis aduersus hostem affectus est: aut quomodo dicemus? CLI. O hospes Atheniẽsis, neq; enim Atticum te appellauerim. Videris enim mihi deq; cognomine, quæ Athena appellatur, magis dignus esse. Nam sermonem rectè ad principium reductum clariorem effecisti. Quare facilius comperies rectè à nobis nunc dictum esse, omnes omnib. hostes esse & publicè & priuatim, quosuis ipsos sibijpsis. ATH. Quomodo dixisti, ô admirande? CLI. Et hic ô hospes, uincere ipsum seipsum, omnium uictoria rum prima ac optima est. At uinci ipsum à seipso, omnium turpissimum ac pessimum est. Hæc enim bellum in singulis nobis aduersus nosipsos esse significant. ATHE. Rursus itaq; sermonem conuertamus. Quandoquidem enim quisq; nostrum partim superior seipso, partim inferior est, nunc dicemus etiam domum, & uicũ, & ciuitatem idem hoc in seipsis habere: aut negabimus? CLI. Sit' ne superior aliqua seipsa, aliqua inferior dicis? ATHE. Etiam. CLI. Et hoc rectè interrogasti. Admodum enim & uehementer etiam hoc est in ciuitatibus. Nam in quibus præstantiores uincunt multitudinem & deteriores, hæ ciuitates rectè seipsis superiores dicuntur, & meritò ob talem uictoriã laudantur. Contrà uerò, ubi contraria fiunt. ATHEN. An itaq; aliquando sit id quod deterius est, superius præstãtiore, sinamus. Longiorem enim hoc sermonem requirit. Quod uero nunc à te dicitur, intelligo, quòd uidelicet ciues cognati & eiusdem ciuitatis aliquando multi congressi ac iniusti, iustos qui pauciores sunt, uiolant, ac in seruitutem redigunt. Et ubi quidem superiores euaserint, hæc ciuitas rectè seipsa inferior dicitur, simulq; mala: Vbi uero inferiores fuerint, superior & bona. CLI. Et ualdè quidem absurdum est id quod nunc dicitur, & tamen maximè necessarium est, ô hospes, ita confiteri. ATHE. Age itaq;, & hoc rursus consideremus. Multi fratres esse possunt, ex uno patre & matre filij: & nihil miri est, pleroſque ipsorum iniustos esse, pauciores autem iustos. CLI. Nihil equidem. ATH. Et minimè decorum fuerit mihi & uobis hoc captare, quòd dum uincunt praui, & domus, & familia tota hæc inferior seipsa dicetur: superior uero, dum uincuntur. Non enim uerborum ornatus & turpitudinis gratia præsentem considerationem instituimus, iuxta multorum consuetudinem: sed de rectitudine & erre legum, quæ tandem illa sit ex natura. CLI. Verissima ô hospes, dicis. MEG. Pulchrè equidem uelut etiam mihi uidetur, hactenus dictum est. ATH. Videamus itaq; & hoc. His modò relatis fratribus, iudex quispiam contingere potest? CLI. Maximè. ATHE. Vter igitur melior fuerit, qui malos quidem ex ipsis perdet, meliores autem ipsos sibiipsis imperare præcipiet? Aut qui bonos quidem imperare, malos autem, concessa ipsis uita, ultrò subditos esse faciet? Tertium uero iudicem ad uirtutem proferamus, si quis talis fuerit, qui familia una inter se dissidente assumpta, neminem ex ipsa perdat, sed reconciliatis in posterum, leges ferat, ipsos'que ita obseruare possit, ut inter se amici sint. CLI. Longè præstantior fuerit talis iudex & legislator. ATHE. Atqui contrà quàm ad bellum respiciens, ipsis leges feret. CLI. Hoc quidem uerum est. ATHE. Quid uero is qui ciuitatem conciliat? ad bellum'ne externum respiciẽs uitam exornat magis, quàm ad bellum quod in ipsa subinde oriri solet, quod Seditio appellatur, quod quiuis maximè uelit nunquam in ciuitate sua oriri, & si oriatur, quàm citissimè extinguiꝛ? CLI. Manifestum est ipsum ad hoc magis respicere. ATH. Vtrum uero maluerit, perditis alteris, alteris autem uictoribus, pacem pro seditione fieri: aut potius ut amicitia & pax exconciliatione fiat, & sic necessariò contingat, ut in externos hostes animum intendant? CLI. Hoc quiuis potius quàm illud, circa suam ciuitatem contingere uoluerit. ATHE. Num etiam legislator similiter? CLI. Quidni? ATHE. Non'ne ergo optimi gratia omnes leges quiuis feret? CLI. Quomodo uero non? ATHE. Atqui optimum neq; bellum est, neque seditio: deprecamur enim ne his opus habeamus: sed pax & mutua beneuolentia. Et sanè etiam uincere, ut apparet, ciuitatẽ ipsam seipsam, nõ ex optimis est, sed ex necessarijs, et simile uelut si quis corpus ęgrotans, medicã purgationẽ adeptum,

Iouis antrum

Pacis nomen solum esse

Victoria optima uincere seipsum

Iudices triplices

Seditio, bellum est intestinum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc optimè degere putet: corpori uero quod nunquàm illa opus habuit, animum non aduertat. Similiter autem etiam si quis ita de ciuitatis, aut etiam priuati felicitate cogitet, nunquàm rectè ciuilis uir fuerit, si ad externas res bellicas solum & primum respexerit: neque legislator sincerus, si non pacis gratia magis, ea quæ ad bellum pertinent sancierit, quàm belli gratia, ea quæ ad pacem. CLI. Videtur equidem hic sermo ô hospes rectè dictus esse. Miror tamen si & apud nos leges, itemq; apud Lacedæmonios, non omne studium rerum bellicarum gratia adhibuerunt. ATHEN. Fortassis ita. Oportet tamen non contentiosè nos nunc depugnare, sed placidè interrogare, uelut & nos, æquè ac illi maximo harum rerum studio teneamur. Et uerbis meis quæso animam aduertite. Proferamus itaq; Tyrtæum natura quidem Athenien sem, ciuem uero Lacedæmonium, qui omnium hominum maximè has res excoluit, & dixit. Nulla uiri nobis ratio, nec mentio fiat: neque si quis ditissimus hominum sit, neque si multa bona possideat, (recensetautem ferè omnia) qui non semper circa bellum præstantiss. fuerit. Hęc enim poemata fortassis & tu audiuisti. Verum his ut puto ipsorum satur est. MEG. Maximè. CLI. Sed & ad nos deuenerunt ex Lacedæmone allata. ATHEN. In commu ni itaq; hunc poetam hoc modo interrogemus. O diuinissimè poeta Tyrtæe, uideris equidem nobis sapiens & bonus esse, eo quòd præstantes in bello insigniter laudasti. Iam igitur ego, & hic, & Clinias iste Gnosius, de hac re tibi assentimur admodum ut putamus. An uero de ijsdem uiris dicamus, aut non clarè cognoscere cupimus. Dic igitur nobis, Num duas belli species quemadmodum nos, etiam tu esse putes: aut quomodo sentias? Ad hæc arbitror etiam multò uiliorem aliquem Tyrtæo dicturum, duas illas esse, alteram quam omnes appellamus seditionem, quod omnium bellorum grauissimum est, uelut nos paulò antea diximus: alteram uero belli genus illud omnes ponemus multò, mitius illo, quo aduersus externos & alienigenas utimur. CLI. Quidni? ATHE. Age itaq; utros, & ad utram speciem respiciens ita laudasti, alios autem uiros uituperastis? Videris equidem eos qui aduersus externos bella gerunt laudasse. Sic enim in poematis dixisti, uelut nequaquàm tales ferens,

Belli species duæ

Qui cædes audent nunquàm spectare cruentas,
Nec cupiunt propius figere in hoste pedem.

Nónne post hæc dicemus, Tu quidem ô Tytæe laudas ut apparet maximè eos qui in externis bellis illustres sunt. Affirmabit'ne hæc & confitebitur? CLI. Quidni? ATHE. Nos autem quum hi præstantes sint, adhuc præstantiores esse dicemus, & quidem longè, eos qui in maximo bello illustres & præstantissimi sunt. Habemus autem & nos testem poetam Theognim ciuem Megarensem in Sicilia, qui ait.

Fidus in seditione

Auro atq; argento est potior uir fidus habendus,
Vrbs ubi uexatur seditione graui.

Hunc itaq; in bello grauiore longè præstantiorem illo esse dicimus, ferè quàtò præstantior est iustitia & temperantia ac prudentia, cum fortitudine coniuncta. Fidus enim & integer in seditionibus nunquam fuerit absq; omni uirtute. Sed & ex mercenarijs omnì nò multi sunt, qui bene rem transigunt, & pugnant, & in bello mori uolunt, inquit Tyrtæus: At plericq; ex his audaces sunt, & iniusti, & cõtumelioſi, & ferè omnium impudentissimi, ualdè paucis quibusdã exceptis. Quo uero nobis hic sermo tendit? & quid tandem manifestare uolens hæc profert? Nimirum hoc, quod & ille à Ioue legislator, & quiuis cuius uel exigua utilitas est, non aliud quàm maximam uirtutem semper maximè respiciens leges feret. Est autem hæc ut Theognis ait, fidelitas in rebus aduersis, quã perfectã iustitiã nominare quis possit. Quam uero Tyrtæus maximè laudauit, pulchra quidē est & pro occasione à poeta ornata, quarta tamen numero & potentia rectissimè dicetur ex his quæ precioſæ censentur. CLI. Legislatorē nostrũ ô hospes ad postremos legislatores ablegamus? ATHE. Nõ nos illũ ô optime, sed nos ipsos, ubi putauerimus omnes & quæ in Lacedæmone, & quæ hic sunt leges, à Lycurgo & Minoe latas esse, ad bellũ maximè respectu habito. CLI. At quomodo nos dicere oportebat. ATHE. Quemadmodum ueritas opinor & iustitia exigit dicere eos qui de diuina republica disserunt, non quòd ad uirtutis partē aliquã, eamq; uilissimã respiciẽs, leges tulerit, sed ad omnẽ uirtutẽ, & secundũ species ipsius leges quæsierit, nõ eas species quas nũc plericq; propo

nentes quærunt. Nam quo quisq; opus habet, hoc nunc proponens quærit, alius de hæreditatibus & hæredibus, alius de iniuria, alij alia quædam huiusmodi infinita. Nos autem hanc de legibus quæstionẽ eorum qui rectè quærunt, esse dicimus, quemadmodũ nũc nos incœpimus: & tuam expositionis de legibus aggressionẽ penitus amplector. Nam à uirtute initium sumere ac dicere q̃ huius gratia leges tulerit, rectũ est: quòd uero omnia ad uirtutis partem, eamq; minimã ipsum retulisse dicis, & sic leges tulisse, hoc neq; rectè amplius mihi dicere uisus est, & posteriorẽ sermonem hunc omnem propterea dixi. Quomodo igitur uelim te adhuc distinguere ac dicere, & ipse audire, si ita uis tibi dicam? CLI. Maximè. ATH. O hospes, oportebat te dicere, Cretensium leges non frustrà sunt inter omnes Græcos insigniter claræ. Rectè enim se habent, ut quę utentes ipsis felices efficiant. Omnia enim bona suppeditant. Duplicia aũt sunt bona, altera humana, altera diuina. Dependent aũt ex diuinis humana. Et si qua ciuitas maiora suscepe rit, adipiscit etiam minora: sin minus, ambobus priuatur. Sunt aũt minora, quorum princeps est Sanitas, secundũ pulchritudo, tertium robur, tum ad cursum, tum ad alios omnes corporis motus: quartũ diuitiæ, non cæcæ illæ, sed acutè uidẽtes, si quidem prudentiam sequantur, quæ sanè prudentia inter diuina bona princeps est: secundũ autem ab intelligentia, est temperatus animæ habitus. Ex his aũt cum fortitudine permixtis, tertium fuerit Iustitia: quartũ uero fortitudo. Hæc aũt omnia illis ex natura præposita sunt. Et sic etiã legislatori locanda sunt. Post hæc uero alia mandata ad hæc respicientia ipsis ciuibus imperanda, ita ut humana quidem ad diuina, diuina uero ad principẽ intelligentiam referant, & sic nuptias inter se cõtrahant. Deinde uero in liberis generãdis ac educandis, tum masculis, tum fœminis, & iuuenum & senescentiũ ad senectutem usq;, cum recto cultu curam ipsum suscipere oportet, ita ut in horum conuersationib. & dolores, & uoluptates ac cupiditates reprobet, et studijs & rerum omniũ amoribus inspectis ac obseruatis, per ipsas leges, illa & rectè uituperet & laudet. Et rursus in iracũdijs, & timoribus, et turbationib. quæ ob aduersam fortunã in animis oriuntur, & in felici rerum successu talium effugijs, & in affectionibus quæ hominibus in morbis, aut bello, aut paupertate, & horũ contrarijs accidunt, in omnib. huiusmodi quid in unaquaq; affectione pulchrũ, & contrà sit doceat, ac decernat. Postea uero necesse est legislatorẽ obseruare possessiones & sumptus ciuiũ, quo modo fiant: cõmercia item & solutiones inter se in omnib. his, à uolentibus'ne, an inuitis fiant, & quali modo hæc inter se transigant, inspicere, ut in quibus iustũ, & non iustum est, aut deest, cognoscat: & his qui legib. obediũt, honores cõtribuat, inobedientibus aũt pœnas debitas cõstituat, donec ad finem totius reip. progressus, uideat iam quo modo singulis uita defuncti sepulturas fieri oportet, & qui ipsis attribuendi sint honores. Hæc aũt ubi intuitus est is qui leges cõdidit, omnib. his custodes præficiet, partim per prudentiã, partim per ueram opinionẽ progredientes, quo omnia hæc intelligentia colliget, & temperantiã ac iustitiam sequi declaret, & non diuitias, neq; ambitionẽ. Sic equidem ô hospites, ego uelim, & adhuc nunc uolo uos recensere, quõ legibus quæ Iouis esse dicunt, & in his quæ Pythij Apollinis, quas & Minos & Lycurgus tulerũt, omnia hæc insunt, & quõ ordinem quendã sortita sunt, manifestũ est ei qui legum experientiã habet, uel ex arte, uel etiam usu quodam. Verũ nobis alijs nullo modo conspicua sunt. CLI. Quomodo igitur, ô hospes, ea quæ postea sequuntur, exponere oportet? ATH. Ab initio rursus mihi exponẽda esse uidentur, quem admodũ incœpimus, primũ fortitudinis studia. Deinde aliam atq; aliã uirtutis speciem recensebimus, si ita uoluerit is. Quomodo uero primam pertractauerimus, conabimur ipsam exemplũ proponere, & sic de alijs cõfabulãtes, uiæ solatiũ facere. Post totius aũt uirtutis tractationẽ, etiam ea quæ nunc recensuimus, illuc respicere ostẽdemus, si Deus uoluerit. CLI. Pulchrè dicis, & conare ut primùm hunc Iouis laudatorẽ nobis iudices. ATH. Conabor & te, & meipsum. Cõmunis enim sermo est. Dicite igitur, conuiuia & exercitia ad bellum inuenta esse à legislatore dicimus? CLI. Etiam. ATH. Et tertiũ aut quartũ. Fortassis enim sic enumerare oportet etiã in reliquæ uirtutis, siue partibus, siue aliter ipsas appellare conuenit, ut quis indicet solum id quod dicit. MEG. Tertium itaque ego dixerim, & quiuis Lacedæmonius, uenationem illum inuenisse. Quartum uero & quintum, si poterimus proferre, conemur. Quartum itaq; etiam ego adhuc dicere conabor,

Bona duplicia

Legum frenandarum ordo

Fortitudinis studia

Conuiuiorũ et exercitiorum leges

Universidad de Deusto
Biblioteca

conabor, id quod circa dolorum tolerantiam multum apud nos contingit, tum in pugnis quæ inter ipsos manibus peraguntur, tum in rapinis quibusdam, quæ per multas subinde plagas fiunt. Adhuc uero etiam occultatio quædam nominatur, mirificè laboriosa ad tolerantiam: & quòd per hyemes sine calceamentis, & absque stratis, & & sine ministris ipsi sibijpsis inseruiunt, noctuq; ac interdiu per omnem regionem oberrant: Insuper uero etiam in festis gymnopædijs admirandæ tolerantiæ apud nos fiunt, eorum qui aduersus æstus robur pugnant: & multa alia quæ uix quis enumerare possit. ATHEN. Probe ô Lacedæmonie hospes dicis. At fortitudinem utrum ita simpliciter ponemus, esse solum aduersus timores & dolores pugnam: aut etiam aduersus desideria & uoluptates, & quasdam uehementes blandicias adulatorias, quæ etiam eorum qui se integros esse putant, animos emolliunt, ac cereos efficiunt, aduersus hæc omnia? MEG. Arbitror quidem sic aduersus hæc omnia. ATHEN. Si itaque superiorum sermonum meminimus, hic & ciuitatem quandam, & uirum, ipsum seipso inferiorem esse dicebat. Nunquid ô hospes Gnosie? CLI. Et ualdè quidem. ATHEN. Nunc igitur utrum malum dicimus, eúmne qui doloribus inferior est, aut etiam magis eum qui uoluptatibus? CLI. Mihi sanè uidetur, eum qui uoluptatibus: & omnes sanè magis ac prius dicimus per obprobrium, eum inferiorem seipso esse, qui à uoluptatibus superatur, quàm qui à doloribus. ATHEN. Nunquid igitur Iouis & Pythicus legislator claudâ fortitudinem legibus sanciuerunt, quæ aduersus sinistra solum resistere potest, aduersus dextera uero & bella ac blanda non potest, aut aduersus ambo? CLI. Aduersus ambo sanè, ut ego sentio. ATHEN. Dicamus itaq; rursus qualia sunt ambabus ciuitatibus uestris studia, quæ gustant uoluptates, & non fugiunt, ipsas quemadmodum dolores non fugiunt, sed in medium ducunt, coguntq; ac honoribus persuadent, ut ipsos superent. Vbi hoc idem est circa uoluptates in legibus constitutum? Dicatur quid sit hoc quod apud uos efficit similiter fortes eosdem, & aduersus dolores, & aduersus uoluptates, ut & uincât ea quæ uincere oportet, & nullo modo inferiores sint hostibus sibijpsis proximis ac infestissimis. MEG. Sic equidem ô hospes, quemadmodum aduersus dolores, multas leges oppositas proferre poteram, fortassis non habeam ut de uoluptatibus magnas & illustres partes producam, paruas tamen fortassis habeã. CLI. Nec uero ego ipse in Cretensiũ legibus hoc ipsum similiter manifestũ facere possim. ATHE. Et nihil mirí est ô optimi hospites. At si quis nos circa uniuscuiusq; domesticas leges reprehendat, qui id quod uerum simulq; optimum est cognoscere uelit, nõ grauatim, sed mansuetè alter alterum admitteret. CLI. Rectè ô hospes Athenienſis dixisti, & credendum est. ATHE. Non enim ô Clinia tales uiros eiusmodi quid deceat. CLI. Non equidem. ATHE. An itaq; rectè aut secus quis Lacedæmonicã & Creticã rempublicã reprehendat, alterius loci fuerit. Quæ uero à multis dicuntur, fortassis ego magis uobis ambobus referre possim. Nã uobis etiamsi leges moderatè cõstitutæ sint, una tamẽ omniũ optima existit, quæ non permittit aliquẽ iuuenẽ quærere, quę ex ipsis rectè aut secus habeat, sed una uoce & ex uno ore omnes cõsentire, quòd omnes diis autoribus rectè latę sint. Et si quis aliter dicat, ut hi qui audiunt omnino nõ ferant. Si uero quis senex apud uos aliquid excogitet, ut tales sermones ad principẽ & cœtaneũ referat, nullo iuuene præsente. CLI. Rectissimè ô hospes dicis, & quemadmodũ uates, quũ abfueris à cogitatione eius qui tunc leges tulit, nũc probè coniectare mihi uideris, & ualdè uera dicere. ATHE. Nónne igitur nobis in presens nulli iuuenes adsunt, Verũ ipsi senectutis gratia permittimur à legislatore, ut sine peccato de his ipsis soli ad solos disseramus? CLI. Est ita. Quare nihil omittas ut leges nostras reprehẽdas. Nõ emi turpe est aliquid nosse ex his quę nõ honesta sunt, sed medela ex hoc cõtingit ei qui ea quæ dicunt, nõ exinuidia, sed beneuolẽtia suscipit. ATHE. Recte. Nõ tamẽ reprehẽdã leges prius cẽ firmiter pro uiribus cõsideruero. Imò potius ambiguus hæreo. Vobis. n. solis ex omnib. Græcis ac Barbaris de quib. aliquid cognouimus, legislator præcepit, ut à maximis uoluptatib. ac lusibus abstineatis, & ne gustetis. De doloribus aũt & timoribus, uelut modo exposuimus cẽsuit, si quis à pueris penitus hos fugerit, fore ut ubi ad necessarios deuenerit labores, & timores, ac dolores, fugiat eos qui in illis sunt exercitati, & ipsis seruiat. Idẽ uero hoc opinor oportebat eundẽ legislatorẽ de uoluptatib. statuere, & ad seipsum dicere,

Fortitudo quid sit

Lex optima sit

Voluptatum & lusus fugæ præcepta

Si nob.

Si nobis ciues à pueris maximarum uoluptatum imperiti fuerint, & in uoluptatibus tolerãtes esse, & uoluptatum dulcedinis gratia quicquàm turpe facere neglexerint, idem ipsis accidet quod his qui à timoribus superantur. Seruient enim alio quodam modo, eoq; adhuc turpiore, his qui in uoluptatibus tolerantes esse possunt, & uoluptatum illecebras adepti sunt, hominibus aliquando penitus malis: & animam partim seruam, partim liberam habebunt: & indigni erunt qui simpliciter fortes & liberi appellentur. Considerate igitur an quid ex his quæ nunc dicuntur, ritè uobis dici uideatur. CLI. Videtur quidem nobis quodammodo ita te dicente, Verum in tantis rebus statim facile fidem habere, profectò iuuenum & dementium potius esset. ATHEN. At si post hæc recẽsuerimus ea quæ proposuimus ô Clinia & hospes Lacædemonie: post fortitudinem enim de temperantia dixerimus: quid diuersum in his rebus publicis ab illis quæ temere administrantur inuenerimus, quemadmodum nunc ea quæ cõtingunt circa bellũ. MEG. Fermè non facilè. CLI. At uidentur conuiuia & exercitia recte ab utrisq; inuenta esse. ATHEN. Videtur profectò ô hospites difficile esse, ut circa respublicas quid citra ambiguitatem statuatur similiter re ipsa & sermone. Videtur enim uelut in corporibus fieri non posse, ut quis uni corpori unum studium iniungat, ita ut non idem hoc uideatur partim lædere corpora nostra, partim etiam ipsis prodesse. Nam & exercitia hæc, & cõuiuia, ad multa quidem alia nũc prosunt ciuitatibus, sed ad seditiones maligna sunt. De clarant autem hoc Milesij & Bœoti & Thurij. Et sanè uetus hoc lege receptum exercitium, uidetur etiam naturales circa Venerem uoluptates, non solum in hominibus, sed etiam bestijs corrupisse: & harum nomine uestras ciuitates quis primas accusauerit, & si quæ aliæ exercitia maximè attingant: & siue ioco, siue seriò de talibus cogitare oportet, cogitandum est fœmineæ & masculæ naturæ ad generandi societatem progredienti, hanc uoluptatem secundum naturam attributam esse uideri, sed masculorum ad masculos, & fœminarum ad fœminas, præter naturam esse, & facinus eorum qui primi ob uoluptatis incontinentiam id ausi fuerunt. Omnes equidem Cretẽsium de Ganymede fabulam damnamus, uelut qui talem rationem in ea iniuerint, ut quum leges à Ioue ipsis traditę credantur, hanc fabulam contra Iouem effinxerunt, quo sequentes deũ etiam hac uoluptate fruerentur. Valeat igitur fabula ipsa. At eorum qui de legibus considerant, ferè tota consideratio circa uoluptates & dolores, tum in urbibus, tum in priuatis moribus uersatur. Duo enim sunt fontes hi à natura fluere permissi, è quibus si quis hauerit, unde & quãdo quantũ oportet, is felix est, siue priuatus is sit, siue respublica, & quod uis animal similiter: si uero absq; scientia, simulq; extra oportunam occasionem, contrà penitus ac ille uiuet. MEG. Dicũtur quidem hæc rectè quodammodo ô hospes, & quũ quid ad hæc dicere oporteat, non uideamus, tamen mihi uideꝝ Lacedæmonius legislator rectè iussisse, uoluptates fugiẽdas esse. Verum legibus in Gnoso, hic opitulabitur si uolet. At in Sparta ea quæ ad uoluptates pertinẽt, longè optimè posita esse mihi uidentur. Cuius enim gratia homines in maximas uoluptates, & contumelias omnemq; amẽtiam delabunt, hoc ipsum Lex ex uniuersa nostra regione eiecit, et neq; in agris, neq; in urbib. uideas compotationes, cẽ late Spartiatæ imperant: Imò neq; ea quæ ad has consequũtur, & quantũ possunt omnes uoluptates mouent. Neq; quisquã ex omnibus est, qui cuipiã cũ ebrietate lasciuienti, non statim maximam pœnã infligat, & neq; Bacchanalitũ occasio ipsum liberauerit: quemadmodũ ego aliquando apud uos in curribus uidi, & in Tarẽto apud nostros colonos, totã ciuitatẽ in Bacchanalib. ebriã spectaui, sed apud nos tale nihil est. ATHE. Laude digna quidẽ omnia hæc sunt ô hospes Lacedæmonie, ubi tolerãtiæ quædã adsunt: ubi uero remittunt, stolidiora sunt. Breui emi repræhenderit te qspiã ex nostris nostra defendere uolẽs, ubi ostẽderit mulierũ apud uos licẽtiã. In omnibus itaq; talibus & in Tarẽto, & apud nos, imò etiã apud uos, una respõsio ab eo q nõ male, sed rectè habeant, liberare uideꝝ. Quiuis emi ad hospitẽ admirantẽ, & apud ipsos insolita uidẽtẽ dicet, Ne mireris ô hospes, hæc nobis Lex est, fortassis aũt uobis de ijsdẽ his alia est. At nobis ô amici uiri, nũc nõ de alijs hominib. sermo est, sed de ipsorũ legislatorũ uitijs & uirtutib. Adhuc igitẽ plura dicamus de uniuersa ebrietate. Nõ emi exiguũ hoc studiũ est, neq; cuiusuis legislatoris est hoc dinoscere. Non aũt omnino de uini potatione dico, aut cõrà, sed de ipsa ebrietate, utrũ ea utendũ sit, quemadmodũ

Duo omnium rerum fontes

Conuiuiorum & exercitorũ consideratio

Venus naturalis & contrà

Lex & regio

Scythæ

Ebrietate quo modo utendum sit

Scythæ & Persæ utuntur, insuperq; Chartaginenses, & Celtę, & Iberes, & Thraces, quę bellicosæ gentes sunt, aut quemadmodum uos: Vos enim uelut dicis, omnino abstinetis. Scythæ uero & Thraces mero omnino utuntur & ipsi, & mulieres, & uestes eo perfundunt, & honesto ac felici studio se teneri arbitrantur. At Persæ ualdè quidem utuntur etiam alijs delicijs, quas uos reijcitis, sed moderatius quàm illi ô optime. MEG. Nos ATHEN. Ne dicas hęc ô optime. Multi enim & in fugam uertuntur, & alios fugant, ex incerta coniectura, ut hic terminus certus constitui non possit, sed ambiguum est de honestis & contrarijs studijs, quum uictoriam & eius amissionem dicimus: quando quidē maiores ciuitates minores pugnando uincunt, & in seruitutē redigunt, Syracusani Locros, qui in illis locis, optimis legibus usi uidentur: & Ceos Athenienses, innumeraq; alia huiusmodi inuenire est. Quare de unoquoq; studio conemur nobis ipsis dicēdo persuadere, sed de uictoria & eius amissione, nulla nunc nobis mentio fiat. Dicamus aūt quòd tale quidem honestum est, tale uero nō honestum. Primum uero ex me audite de his ipsis, quomodo & bonum, & non bonum considerare oportet. MEG. Quomodo igitur dicis? ATHEN. Videntur mihi omnes qui studium aliquod in disceptationem assumptum, statim ut prolatum est uituperare aut laudare aggrediuntur, nequaquàm rectè hoc facere, sed idem in se admittere, uelut si quis laudante alio caseos, uelut bonum edulium, ipse illos uituperet statim, non percunctatus ipsius effectus, neq; exhibitionē, quo modo, & quibus, & cum quibus additamentis, & quomodo præparatum, & qualiter affectis, exhibere ipsum oportet. Nunc itaq; idem etiam nos in disputando admittere uidemur. Quum enim de ebrietate audiuerimus solum, statim ipsam partem laudamus, partim uituperamus, & hoc ualdè absurdè. Testibus enim & laudatoribus utentes utriq; laudamus, & quia partim multos adducimus, tempestiuum quid dicere nos putamus: partim quia non utentes illa uictores in pugnando uidemus. Sed & hoc rursus apud nos ambiguum est. Si itaq; etiam de singulis alijs lege receptis ita progrediemur, non sanè ex mea sententia fecerimus, Verum alium quendam modum qui mihi apparet, exponere uolo de hac ipsa ebrietate, conaturus inquantum potero ut de omnibus huiusmodi ueram ac rectam methodum uobis declarem, quando quidem etiam innumeræ gentes de his ipsis ambigentes, cū duabus ciuitatibus uestris cōtenderint. MEG. Equidem si rectam aliquam haberemus de talibus considerationem, audire non graua remur. ATHEN. Considereremus itaq; hoc modo. Age si quis caprarum educationem et ipsum animal laudet, uelut rem bonam: alius autem qui uidisset capras seorsum pascentes absq; pastore in locis cultis, ut damnum intulissent, ipsas uituperaret, & quoduis pecus absq; pastore, aut cum prauis pastoribus conspicatus ita reprehenderet: talis uiri uituperationem sani'ne quid unquam habere & quodcunq; rite reprehendere putaueri mus? MEG. Et quomodo? ATHEN. Vtrum uero bonus nauium gubernator est, si nauticam scientiam solum teneat, siue aliàs nauseet, siue non: aut quomodo dicemus? ME. Nequaquàm ad artem pertinet & hæc affectio, de qua dicis. ATHEN. Quid uero imperator exercitus? Num si militarem scientiam teneat ut imperio præstet, bonus censendus est, etiamsi timidus sit in periculis, & pręq timoris ebrietate nauseet? ME. Et quomodo? ATHEN. Si uero neq; artem teneat, & timidus sit? MEG. Omnino prauum quendam dicis, & qui nequaquàm uiris imperat, sed quibusdam admodū fœminis. ATHE. Quid uero laudatorem aut uituperatorem cuiuscunq; sodalitatis, cui princeps esse solet, & quæ cum illo utilis sit, putamus'ne unquam talium sodalitatum utile quicquam uituperaturum, aut laudaturum esse, si nunquàm uidisset ipsam rectè cum seipsa & cum principe sodalitatem habere, sed semper sine principe, aut cum malis principibus consuetudinem habuisse? MEG. Quomodo uero id fecerit is qui nunquàm uidit, neq; interfuit ulli huiusmodi sodalitati rectè constitutæ? ATHEN. Age itaq;, ex multis sodalitatibus unam'ne quandam consuetudinem esse ponemus, compotatores & compotationes? MEG. Et ualdè quidem. ATHEN. Hanc igitur quisquam'ne unquàm iam rectè constitutam uidit? Et uobis quidem facile est respondere, Vos nunquam penitus hoc uidisse. Non enim uobis patrium hoc est, neq; lege receptum. Ego uero & multis interfui, & in multis locis, & de omnibus ut ita dicam insuper percunctatus sum, & fere totam quidem, nullam rectè constitutam neq; uidi, neq; audiui, sed particulas quasdam paruas

Methodus recta de bonis & malis

Similę

Compotatorum sodalitas praua

paruas & paucas, plerunq; uero uniuersa erronea. CLI. Quomodo hæc ô hospes dicas, adhuc clarius expone. Nos enim uelut dixisti, ob talium rerum imperitiam, fortassis neque si incideremus in ipsas, statim quod rectū, quod contra est in ipsis cognosceremus. ATHEN. Verisimilia dicis. Quare conare ut me dicente discas. Nam quòd in omnibus conuentibus ac quarumcunq; actionum sodalitatibus ubiq; rectum sit singulis principem esse intelligis? CLI. Quidni? ATHEN. Atqui paulò antea dicebamus pugnantiū principem fortem esse oportere. CLI. Quidni? ATHEN. Fortis autem minus quàm timidi à timoribus perturbatur? CLI. Et hoc ita se habet. ATHEN. Si uero qua arte fieri posset, ut penitus nihil timentem, neq; perturbationibus obnoxium, exercitui ducem præficeremus, nónne hoc omni modo faceremus? CLI. Maximè. ATHEN. Nunc autem non de exercitu dicimus, neq; de principe futuro in uirorum cętibus, ubi hostes aduersus hostes bellum gerunt: sed de amicis qui in pace cum amicis beneuolentiæ societatem habebunt. CLI. Rectè. ATHEN. Est autem talis societas, si quidem cum ebrieta te erit, nō sine tumultu. Nunquid? CLI. Quomodo enim esset? ATHEN. Nónne igitur primum quidem etiam his principe opus est? CLI. Quidni uelut nulli alijrei? ATHEN. Num igitur si fieri posset, talem principem ab omni perturbatione alienū prefficere oportet? CLI. Quidni? ATHEN. Sed & circa sodalitatem prudentem ipsum esse oportet. Est enim præsentis amicitiæ ipsi custos, & adhuc amplioris curator, quo per presentem consuetudinem contrahatur. CLI. Verissima dicis. ATHEN. Nonne sobrium et sapientem ebriorum principem constituere oportet, & non contrà. Nam ebriorū ebrius, & iuuenis, non sapiens princeps, si non magnum aliquod malum dederit, multa bona fortuna utetur. CLI. Omnino sanè multa. ATHEN. Nónne si quidem, dum hæ sodalitates quantum fieri potest rectissimè in ciuitatibus fiunt, quis repræhenderet, ita ut ipsam rem improbet, fortassis rectè repræhenderet: Si uero erroneum quàm maximè studium quis uidens conuiciatur, primum quidem manifestum est quod ignorat hoc ipsum non rectè fieri: deinde quòd hoc modo totum uidebitur prauum, si absq; domino & principe sobrio peragatur. Aut non intelligis ebrium gubernatorem, & quemuis cuiusuis rei principē omnia subuertere, siuenaues sint, siue currus, siue exercitus, siue quod cunq; tandem quod ab ipso gubernatur? CLI. Penitus rectè hoc dixisti ô hospes, Verū hoc insuper addas, quid tandem boni nobis fecerit hoc quod circa potationes lege receptum est, si rectè fiat? uelut in eo de quo modo dicebamus, si exercitus rectum ducē consequatur, uictoria belli sequentibus illum continget, non exiguum sanè bonum: & in alijs eodem modo: ex symposio itaq; rectè instituto, quid magni reipublicæ aut priuatis contingere poterit? ATHEN. Quid uero si puer unus, aut etiā cœtus unus ritè institutus est, quid magni inde reipublicæ contingere dixerimus? Aut de hoc ita interrogati dixerimus, quòd ex uno quidem exigua quædam utilitas ciuitati accedit. Si uero de eruditione eruditorum interrogas, quid magni ciuitati conferant, nō difficile dictu est: quòd rectè eruditi efficientur uiri boni, tales autem effecti, tum alia rectè perficiēt, tum pugnando hostes uincent. Eruditio igitur affert etiam uictoriam, Victoria uero aliquando eruditionis negligentiam. Multi enim ob bellorum uictorias insolentiores redditi, alia multa mala ex insolentia contraxerunt. Et eruditio quidem nunquam Cadmea fuit. Victoriæ uero multæ tales hominibus & fuerunt, & erunt. CLI. Videris nobis ô amice communem circa unum conuersationem, uelut ad magnam eruditionis partem tendentem prædicare, si rectè fiat. ATHE. Quidni? CLI. Potésne deinceps dicere, uerum esse hoc quod nunc dictum est? ATHE. Veritatem quidem ô hospes affirmare, quòd hæc ita se habeant multis ambigentibus, dei est: Si uero quatenus mihi uidetur dicere oportet, nulla inuidia est, quandoquidem de legibus & de republica disputationem nunc instituimus. CLI. Hoc ipsum sanè conamur, ut id quod tibi de his quæ nunc in ambiguo uersantur uidetur addiscamus. ATHE. At ita facere oportet, ut ego ad docendum, uos ad discendum, orationem conuertere conemur. Primum uero hoc ex me audite. Ciuitatem nostram omnes Græci ut eloquentiæ & multi sermonis studiosam suspectam habent. Lacedęmonem uero & Cretam, illam ut breuis sermonis hanc ut intelligentię magis quàm multi sermonis studiosam. Vereor itaq; ne uobis opinionem exhibeam, uelut qui de praua re multa dicam, dum de exigua penitus re ipsa

Compotationum quæ sit utilitas

Eruditionis utilitas

Compotationū princeps qualis

Sobrius ebriorum princeps

Universidad de Deusto
Biblioteca

ebrietate, longam adeò orationem instituo: naturalis aũt ipsi correctio non possit absq; musica rectitudine unquàm clarè aut satis sermone explicari: Musica uero rursus nunquàm possit absq; uniuersa eruditione: Hæc autem multum sermonem requirũt. Videte igitur quid agamus, an hæc quidem in præsens omittamus, ad alium uero quendam de legibus sermonem transeamus. MEG. Non nosti fortassis ô hospes Athenienſis, q̃ nostris laribus hospitij necessitudo cum uestra ciuitate intercedit. Fortassis igitur etiã omnibus pueris, postquàm sibi cum ciuitate aliqua hospitij necessitudinem esse audierint, hoc modo beneuolentia quædam à teneris statim animum subit, ut qui hospitij ius iactant, uelut alteram patriam illam, post suam ciuitatem habeant: Et sanè idem hoc etiam nunc mihi accidit. Audiui enim pueros statim si qua in re repræhenderent, aut etiã laudarent Lacedæmonij Athenienses, dicere quòd uestra ciuitas id boni aut mali nobis intulisset. Hæc uero ubi audiuissem, & aduersus ea pro uobis semper contra eos qui ciuitatem uituperarent depugnassem, omni erga uos beneuolentia affectus erã. Et mihi nunc & uox uestra grata est, & id quod à multis dicitur, quòd quicunq; Athenienses boni sunt, insigniter tales existunt, uerissimè dici mihi uidetur. Soli enim absq; necessitate, sponte ex natura, reuera diuina sorte, & non fictè boni sunt. Proinde mea causa confidenter dicere poteris, quæcunq; uolueris. CLI. Sed & ubi ex me sermonem audieris ô hospes, ipsumq; susceperis, quæcunq; uoles confidenter dicito. Fortassis enim hoc modo audiuisti. Epimenides uir fuit diuinus, & nobis domestica coniunctione deuinctus. Hic decem ante Persicum bellum annis ad uos uenit, & iuxta Dei uaticinationem tum sacrificia quædam obtulit, prout à deo responsum accepit, tum formidãtibus Athenienſibus Persicam classem, in decem annis illos uenturos non esse prædixit, & postquàm uenerint discessuros re præter omnem spem infecta, plura mala perpessos ꝑ ipsi intulerunt. Tunc igitur maiores nostri cõiunctione uobiscum deuincti sunt, & ego & parentes nostri ex eo tempore ergo uos beneuolentiam gerimus. ATHEN. Vos itaque ad audiendum ut apparet prompti estis. In me uero uoluntas quidem prompta est, facultas autem non admodum facilis: Attamen conandum est. Primum itaq; ad disputationem definiamus eruditionem, quid'nam sit, & quã uim habeat. Per hanc enim censemus progredi oportere institutam nunc à nobis disputationem, donec ad deum perueniat. CLI. Maximè ita faciamus, si quidem tibi iucundum est. ATHEN. Dicente itaq; me, quid tandem eruditionem esse affirmare oportet, uos considerate an quod dictum est placeat. CLI. Dicas itaq;. ATHEN. Dico itaq; & assero uirum qui in quacunq; repręstans euadere uolet, hanc ipsam statim à pueris tum per lusum, tum seriò meditari oportere, in singulis quæ ad rem attinent. Velut si quis præstans agricola esse uelit, aut ædificator, hunc pueriles domos per lusum extruere oportet, illum agrum colere. Sed & instrumenta utriq; parua, uerorum imitamenta præparare oportet eum qui utrunq; educet. Quin & disciplinas quæ necessario prædiscuntur discere necesse est, uelut faber lignarius mensurare & amussi uti discet: & militaris per lusum equitare, aut aliud quid huiusmodi facere. Et per lusus conandum est ut puerorum uoluptates ac cupiditates eò conuertamus, quò ubi deuenerint, finem habeant. Caput itaq; eruditionis rectam educationẽ dicimus, quæ ludẽtis animũ in amorem eius maximè deducet, quod ipsum ubi in uirum præfectum euasit, in ipsius rei uirtute esse oportebit. Cõsiderate igitur an hucusq; id quod uobis dixi placeat. CLI. Quidni? ATHEN. Ne itaq; id quod eruditionem esse dicimus, indefinitum relinquatur. Nunc enim exprobrantes & laudantes singulorum educationes, alium eruditum esse dicimus, alium ineruditum, aliquando etiam in arte cauponandi, & nautica, & aliis huiusmodi ualdè eruditum hominem. Non enim hæc putamus esse eruditionem ut apparet, sed eam quæ cupiditatem & amorem inducit, ut quis ciuis perfectus fiat, & imperare & subditus esse cum iustitia sciat. Hanc educationem hic sermo segregatam, solam nũc eruditionem appellare uult. Eam uero quę ad pecunias tendit, aut ad robur aliquod, aut etiam ad aliam quandam sapiẽtiam, absq; intelligentia & iustitia, mechanicam & illiberalem esse, & penitus indignam quæ eruditio appelletur. Nos itaq; nihil inter nos de nomine dissidemus, sed nobis nunc hic sermo ex consensione maneat, rectè eruditos ferè bonos fieri. Et sanè oportet eruditionẽ nequaquàm repudiare, ut quæ prima ex pulcherrimis, optimis uiris accedit, & si aliquã do

Hospitij necessitudo

Eruditionis studium à pueris

Eruditionis caput recta educatio

Eruditio quæ propriè sit

do excidit, fieri potest ut corrigatur, id quod semper faciendum est pro uiribus per omnem uitam. CLI. Recte, & quæ dicis concedimus. ATHEN. Sed & dudum concessimus, bonos esse eos qui sibiipsis imperare possunt. malos qui nõ possunt. CLI. Rectissimè dicis. ATHEN. Clarius itaq; adhuc hoc ipsum repetamus quicquid tandem dicimus. Et mihi per imaginem ac similitudinem suscipite, si forte possim uobis rem declarare. CLI. Dic modo. ATHE. Nónne quemlibet ex nobis ipsis unum ponimus? CLI. Etiam. ATHEN. Sed qui duos in se consiliarios habeat contrarios, & insipientes, quos uoluptatem & dolorem appellamus? CLI. Est ita. ATHEN. Ad hos autem ambos, opiniones de futuris, quibus commune quidem nomen est Spes, proprium autem timor quidem, ante dolorem spes: confidentia uero ante contrarium. Ad omnia uero hæc ratiocinatio, quid'nam ex ipsis melius aut deterius sit, quæ si commune ciuitatis decretũ fiat, Lex appellatur. CLI. Vix quodammodo assequor. Dic tamen quod deinceps sequitur, uelut assequar. MEG. Et in me eadem hæc affectio est. ATHE. De his itaq; sic cogitemus. Quemlibet nostrum putemus esse miraculum animalium diuinorum, siue ut ludicrum illorum, siue ut serio quodam studio constitutum: non enim hoc satis noui mus, Verum hoc scimus, quòd hæ affectiones in nobis uelut nerui insunt, & uelut funes quidam nos trahunt, & inter se contrarios tractus faciunt ad contrarias actiones, ut quæ sint contrariæ, eò ubi uirtus & uitium distincta iacent. Vnum enim tractum decit ratio quemlibet semper sequi oportere, & nusquàm illo relicto, in contrarium aliis neruis trahere. Hunc autem esse ratiocinationis ductum, aureum illum ac sacrum, qui communis ciuitatis lex appellatur: Alios autem duros esse & ferreos: Et hunc quidem esse mollem, ut qui aureus sit: alios autem omnigenis formis præditos. Oportere itaq; optimo legis ductui semper auxilium ferre. Nam quum ratiocinatio pulchra quidem sit, mansueta tamen & non uiolenta, opus habere ipsius ductum ministris, quo nobis aureum genus alia genera superet. Et sic sanè uirtutis fabula, de eo quòd nos miracula accepta, hos sequendo uitam ducere debet: & ciuitas aut ab aliquo deo, aut ab eo qui hæc nouit ratione assumpta, hanc legem constituet, & cum seipsa, & cum aliis ciuitatibus conuersabitur. Sic uero etiam uitium ac uirtus clarius nobis distincta erunt. Hoc ipso uero euidentiore facto, etiam eruditio & alia studia fortassis magis conspicua erunt. Et sanè etiam hoc de conuersatione circa uinum, de quo si longiore oratione agam, superfluum & de re uili esse putari possit. CLI. Fortassis uidebitur res non indigna esse longiore oratione. ATHEN. Bene dicis, & perficiemus quicquid hac conuersatione dignum fuerit. CLI. Dic itaq;. ATHEN. Dum miraculo huic ebrietatem inducimus, quale quiddam tandem ipsum efficimus? CLI. Ad quid uero respiciens hoc ipsum interrogas? ATHEN. Nihil adhuc ad quod respiciam. Sed hoc omnino, qualénam fieri contingat, si cum ebrietate conuersetur. Adhuc autem clarius id quod uolo exponere conabor. Tale enim quiddam interrogo, Num uehementiores uoluptates, & dolores, & iras, & amores, uini potus excitet? CLI. Admodum. ATHEN. Quid uero sensus, & memorias, & opiniones, & intelligentias, num similiter uehementiores: Aut hæc omni no relinquunt ipsum, si quis ebrietate exsaturatus fuerit? CLI. Profectò penitus relinquunt. ATHE. Nónne ad eundem animæ habitum deuenit, quem habuit tunc quum puer esset? CLI. Quidni? ATHE. Minimè itaq; tunc ipse sui ipsius fuerit potens? CLI. Minimè. ATHE. Nunquid ergo pessimus fuerit talis? CLI. Maximè. ATHE. Non ergo senex solum ut apparet, bis puer fuerit, sed etiam ebrius. CLI. Optimè dixisti ô hospes. ATHE. Est'ne igitur oratio quæ nobis persuadere conatur, hoc studium gustandũ esse, & non pro uiribus omni modo fugiendum? CLI. Videtur esse, & tu asseris, & nũc dicere paratus fuisti. ATHE. Vera equidem in memoriam reuocas, & nunc sanè paratus sum, quandoquidem uos ambo prompte audire, uelle affirmastis. CLI. Quomodo uero audire nolimus, etiamsi nulla alia gratia, saltem quòd mirum & absurdum uideatur, quòd oporteat aliquando hominem ultrò seipsum in omnem prauitatem immittere? ATHE. De anima dicis, numquid? CLI. Etiam. ATHE. Quid uero de corpore ô amice, mirabimur' ne si quis unquàm ultrò ad prauitatem & tenuitatem, & turpitudinem,

Duo cuiusq; consiliarij

Homo quæ in se habeat

Humanæ totius uitæ summa

Ebrietatis & uini effectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

& impotentiam deueniat? CLI. Quidni? ATHEN. Quid igitur eos qui officinas medicas adeunt, medicamenti bibendi gratia, ignorare putamus, quòd paulò posterius ad multos dies tale corpus habituri sunt, quale si perpetuò habere deberent, uiuere nolurint? Aut eos qui ad exercitia & labores abeunt, debiles statim fieri ignoramus? CLI. Omnia hęc scimus. ATHE. Et quòd utilitatis postea successuræ gratia ultrò eò abeunt? CLI. Optimè. ATHE. Nónne etiam de alijs studijs sic sentire oportet? CLI. Maximè. ATHE. Et de conuersatione circa uinum similiter sentiendum est, siquidem hoc in his rectè consideratur. CLI. Quidni? ATHE. Si sanè utilitatem quandam nobis exhibere uideatur, nihilo exercitijs corporis inferiorem. Principio equidē corporis exercitationem superat, eo quòd hæc cum doloribus sit, illa non. CLI. Rectè dicis, Mirum tamen sit mihi si tale quid in ipsa percipere possimus. ATHE. Hoc ipsum itaq; nunc ut apparet conandum nobis est ut exponamus. Et dic mihi, duas'ne timoris species ferè contrarias cognoscere possumus? CLI. Quas istas? ATHE. Has nimirum. Timemus equidem mala, ea futura expectantes. CLI. Etiam. ATHE. Timemus etiam sæpe opinionem, ne mali putemur, si quid minus honestum faciamus aut dicamus, quem timorem nos sanè, & omnes ut arbitror pudorem uocamus. CLI. Quidni? ATHE. Hos itaq; duos dixi dolores, quorum alter contrarius est & doloribus, & alijs timoribus: contrarius item plerisq; & maximis uoluptatibus. CLI. Rectissimè dicis. ATHE. Nunquid igitur legislator, & quiuis cuius uel exigua est utilitas, hūc timorem maximo honore colit, & pudorem uocat, confidentiam uero huius contrarium, impudentiam appellat, & maximum malum tum priuatim, tum publicè omnibus censet? CLI. Rectè dicis. ATHE. Nónne & alia multa ac magna timor hic nobis conseruat, & in bello uictoriam ac salutem, nihil adeò uehementer ut hic nobis parat, si unum ad unum conferatur. Duo igitur sunt quæ uictoriam pariunt, confidentia quidem aduersus hostes, Timor autem amicorum ne turpitudinem aliquam incurramus. CLI. Est ita. ATHEN. Quemlibet ergo nostrum & sine timore, & timidum esse oportet. Qua uero utrunq; gratia, iam distinximus. CLI. Maximè. ATHE. Et quum quidem à timore alienum quemlibet facere uolumus, timores quosdam multos cum lege ipsi inducentes, talem efficimus. CLI. Apparet. ATHE. Quid uero quum timidum aliquem facere cum iustitia uolumus, nónne cum impudentia ipsum committere oportet, & aduersus illam exercere, & efficere ut contra uoluptates suas pugnans uincat? Aut aduersus priorem uiuendi rationem pugnantem & uincentem ipsam, ita ad fortitudinem perfectum fieri oportet? Quicūq; uero in talibus certaminibus imperitus et inexercitatus est, neq; dimidium sui ipsius ad uirtutem habebit? Temperatus itaq; perfectè erit, non qui multis uoluptatibus & cupiditatibus impellentibus ad impudentiam & iniustitiam repugnauit, & cum ratione, & opere, & arte, tum in lusibus, tum in serijs rebus uicit: sed qui omnium huiusmodi nihil pertulit? CLI. Neq uaquàm uerisimilem rationem hoc habet. ATHEN. Quod igitur timoris medicamentum deus quispiam hominibus dedit, ut quantò plus quis de ipso bibat, tantò magis putet seipsum per singulas potiones infelicem fieri, ut & præsentia, & futura ipsi, omnia timeat, & tandem ad omnem timorem fortissimus homo deueniat. Vbi uero edormiuit, & à potione liberatus est, rursus semper idem fiat? CLI. Et quam eiusmodi potionem ô hospes inter homines fuisse dixerimus? ATHEN. Nullam sanè. Si uero contingeret alicundè, esset'ne aliquando ad fortitudinem utilis legislatori? ut eiusmodi quiddam de ipsa ad ipsum ualdè dicere possemus. Age ô legislator siue Cretēsibus, siue quibuscūq; legem fers, primum quidem ciuium'ne experimētum feceris, si possis id de fortitudine & timiditate sumere? CLI. Affirmarit quiuis nimirum. ATHEN. Quid uero cum securitate, & abscq; magnis periculis, aut cum contrarijs? CLI. Et cum securitate quiuis confitebitur. ATHEN. Vtereris'ne ergo ea potione, ad timores hos perducens, et in affectionibus redarguens, ita ut à timore alienum fieri cogas, alium adhortando, & admonendo ac honorando, alium ignominia afficiendo, quisquis non persuadeatur à te ut sit talis, qualem tu in omnibus ordinas. Et si quidem bene & fortiter quis se exercuerit, eum impunem dimiseris: si uero male, pœna affeceris? Aut penitus non utereris, etiamsi nihil sit quod in ea potione accuses? CLI. Et quo modo non uteretur ô hospes? ATHE. Exercitatio itaq; ô amice, præter eas quæ nunc in usu sunt, admirāda fuerit in ocio, siue

Timoris speciesduæ

Pudoris ratio

Victoriam duo pariunt

Timoris potio nulla est

pauci, siue quotquot uoluerint semper se exercuerint. Et siue quis solus fortassis in solitudine pudorem sibi ob oculos ponens, & se uidendum exponere oportere non putās, prius quàm bonū habitū adeptus sit, sic aduersus timores se exerceat, potionē solā pro infinitis rebus præparans, rectum sanè quid fecerit: siue quis sibijpsi credens, quod & natura & exercitatione probe instructus sit, nihil cunctetur cum pluribus comportoribus se exercere, & uim suam in necessaria potionis corruptione ostendere, ita illam excedens ac superans, ut prę turpitudine in nulla magna re delinquat, neq; ob uirtutem alteretur. Circa ultimam uero potionem discedat cum timore, prius quàm aduenia tui cto riæ amissio, omnibus hominibus ex potione imminens. CLI. Etiam. Sapit enim ô hospes etiam talis qui ita facit. ATHEN. Rursus itaq; ad legislatorem hæc dicamus. Sit ita ô legum conditor, Timoris quidem ferè neq; deus hominibus tale medicamentum dedit, neq; ipsi excogitauimus: præstigiatores enim non in conuiuio numero: At ut quis à timore alienus sit, & ualdè ac intempestiuè audeat ea quæ nō oportet, est'ne potio quæ hoc præstet? aut quomodo dicimus? CLI. Est sanè dicet Vinum. ATHEN. Num etiam contrarium habet hæc potio ei de qua modo dicebamus, ut hominem ipsum qui eam bibit primum statim seipso magis quàm prius placidum efficiat: & quanto plus de ipsa gustauerit, tantò ampliore bona spe impletur, & maiorem de se opinionem concipit, et tandem talis uelut qui sapiens sit, omni dicendi fiducia & libertate plenus fit, ab omni ité timore alienus est, ut quiduis intrepidè & dicat, & faciat? Quiuis ut arbitror hæc nobis concedet. CLI. Quidni? ATHEN. Reuocemus itaq; in memoriam hoc quod dixi-mus, in animis nostris curari oportere, alterū ut quàm maximè confidamus, alterū contrariū ut maximè timeamus. CLI. Hæc de pudore dicebas ut putamus. ATHE. Probè meministis. Quando quidē uero fortitudinā, & à timore alienitatē, in timoribus exercere oportet, considerandum est num contrarium in contrarijs exerceri opus sit. CLI. Cō sentaneum hoc est. ATHEN. In quibus ergo affectionibus à natura solemus insigniter confidentes esse & audaces, in his ut apparet fuerit exercitatio, ut quàm minimum immodentes & audacia referti simus, sed timidi ad audendum ut quodcunq; turpe dicamus, aut patiamur, aut etiam faciamus. CLI. Apparet. ATHE. Nónne hæc sunt omnia iu quibus tales sumus, Ira, amor, contumelia, imperitia, lucri studium, ignauia. Et insuper talia, diuitiæ, pulchritudo, fortitudo, & omnia quę per uoluptatem ebrietatem indu cunt, ac dementes efficiunt. Horum autem ut primum quidem leuem et minus noxiam experientiam sumamus: Deinde uero ipsa exerceamus: quam magis concinnam uoluptatem dicere possumus, quàm etiam experientiam & lusum, qui in uino contingit, si quomodocunq; cum cautione fiat? Videamus enim utrum cum maiore periculo fiat, ut maligni & agrestis animi, ex quo innumerabiles iniuriæ oriuntur, periculum quis faciat in commercijs, an in congressu cum Dionysij spectaculo? Aut ut animi ad res Venereas procliuis experimentum quis sumat, ita ut filias & filios & uxores suas illi permittat, & sic in rebus charissimis facto periculo, animi illius affectus conspiciat? Et si infinita quis proferat, nunquàm satis explicabit quantò præstantius sit ingeniorum mores, cum lusu frustrà, sine damnosa mercede spectare. Et profectò hoc ipsum de his neque Cretenses, neque ullos alios homines ambigere putamus, ut non sit experimentum hoc mutuum moderatum, quod & utilitate, & securitate, & uelocitate, reliquis experimentis præstet. CLI. Verum sanè hoc est.

ATHEN. Hoc ergo utilissimum fuerit, cognoscere naturas & habitus animorum illa arte, qua possunt hæc curari. Est autem ut arbitror ars ea ciuilis. Nunquid? CLI. Maximè.

Audacię potio unum est

Contraria in contrarijs exerceri

Vino ingenia probari

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENtini in Dialogum secundum, De legibus.

PLATO noster mirifica in genus hominum charitate, nihil in disputationibus suis intentatum relinquit, quod ad humanam salutem quauis ratione conducere uideatur. Atq; dum id studiose contendit, mauult uel prolixi nimium, uel etiam curiosissimi crimen subire, quàm negligentis. Ergo exquisitam in secundo etiã libro ætatis teneræ prosequitur disciplinam. Animaduertẽs enim pueros fermè ut bestias, quasi nihil pensi habere, sed & quocunq; uoluptas trahit, prorũpere, & undecunq; retrahit dolor, protinus aufugere, non iniuria prius quàm male uel prosequendi, uel fugiendi procliuitas in habitum inolescat, aurigam pueritiæ equis imponit, uoluptatis uidelicet, & doloris habenas manu tenentẽ. Quem quidem aurigam nominat disciplinam, uirtutem scilicet quæ primo pueris aduenit, qua uoluptas, & amor, dolorq; & odium per alienam rationem recte in animos influunt, antequã ratione propria moueantur: ratione deinde præsente, propriæ insuper rationi consentiunt, propter superiorem bonorum morum consuetudinem. Hanc ipsam consensionẽ, uniuersam uitæ esse uirtutem. Ipsam uero decentem circa uoluptates & dolores assuetudinem, per quam ab initio usq; ad extremum uitæ homines oderint quæ odisse oportet, & ament quæ amanda sunt, quàm diu sub alterius regitur ratione, nominat disciplinam. Deinde uero, cum rationi propriæ iam expergefactæ consentit, nomine uirtutis appellat. Eiusmodi uero uitæ moralis fundamentum maximi esse momenti, uel Aristoteles ipse in Ethicis magnopere comprobat. Cum uero inquieta sit puerorum natura, oblectamentorumq; per omnia cupida, & idcirco seueram non suscipiat disciplinam, merito subtuisse. Musas quinetiam, & Apollinem, & Bacchum ad hæc concelebranda duces adhibuisse, qui morum lasciuiã emendarent, & naturam auidam motionis per musicam motionum rationem moderarentur, honesteq; delectarent. Hæc autem uerba non solum musicæ usum laudant diuinitus commendatum atq; concessum, uerumetiam allegorice docent hominem multis de causis brutis fore miseriorem, nisi diuina prouidentia atq; cognatione diuinum cultum religionemq; susceperit. In qua quidem Musæ diuinam significant ueritatis inuentionem religiosis à Deo concessam. Apollo autem innentionis eius gratam expressionẽ atq; uaticinium. Bacchus deniq; tum mentis abstractionem, tum opera religiosorum hominum admirãda. Animaduerte harmonicam rationẽ nobis præcipue à diuina prouidentia esse tributam, per quam omnes inquietæ naturæ motus qui suapte natura inconcinni forent, cõcinnaremus. Sed à Musis quidem habemus motionis animi consonantiam, ab Apolline præterea cõcentum in sermonis cantusq; motu, à Baccho denique festiuam in motu membrorum concinnitatem. Dum uero de hac per musicam disciplina: & ad pueros omnino, & ad seniores etiam pertinente diligentissime disputat, eadem quæ & in Republica posuit, repetit instituta, per quæ poetis, musicis, pictoribus, nunquam licentia concedatur quodcunq; uoluerint imitandi, sed honesta duntaxat & grauia pro salute spectantium & audientium imitentur. Imitationis autẽ iudices esse uult peritos homines, atq; grauissimos, iubetq; ut per honestam imitationem quotidie frequentatam adolescentes assuefiant in ludis omnibus pariter atq; studijs semper rebus eisdem quibus & leges seniores q; gaudere atq; dolere. Quam quidem assuefactionem totum uirtutis fundamentum iudicat continere. Inter hæc nonnulla memoriæ commendato ad præcepta morum plurimum conducentia. Iniustis etiam si cuncta quæ inter homines habentur bona, possideat, est infelix: & quandiu ita uiuit, præstare ei dicendũ est mori quàm uiuere. Uem quicunq; honestum, utile, iucundum, inuicem loquendo discreuit, nõ est audiendus. Et quamuis honesta iustaq; uita possit interdum uideri laboriosa, nunquã tamen id pueris est dicẽdum, immo uero iustissimã uitam fore omnium iucundissimam. Quod tandem fore necessarium Plato asserit, quamuis fortè ijs quibuscum disputat, aliter uideatur. Idq; tacere iubet. Veritas tamen pulchrum quiddam est, & stabile. Descendit post hæc ad uini usum, quem uult à iuuenibus ante annum ætatis decimum & octauum penitus ignorari. Alioquin ignem inquit, ad ignem tam in animã, quàm in corpus infundi. Post hanc ætatem uinum moderate bibi permittit. Post quadragesimum uero annum in conuiuijs inter deorum hymnos concedit uinum liberius bibere, quasi remedium aduersus duritiam senectutis, per quod reiuuenescere uideamur, & mœstitiæ nos obliuio capiat, ipsaq; affectio animi, sicuti ferrum in igne, ex duritie in mollitiem deducta flexibilior fiat. Quo effici uult, ut seniores qui alioquin cantare nollent, facti hilariores in conuiuijs ad iuniorum aures cantare uelint, atque una eorum animis, ut ita dixerim, incantare. Qua quidem incantatione per melodiam grauiter concinnentem iuniorum animi temperentur. In his legendis, notabis gratiam ipsam, in rebus quidem pulchritudinem, in cognitione uero uoluptatem cognominari. Notabis nullum animal præter hominem rhythmi & harmoniæ sensum habere. Atq; rhythmum esse ordinem in tempore atque motu: Harmoniam uero esse ordinem in ipsa uocum per acutum & graue contemperantia. Quod sæpe harmoniam dicimus, concentum latine proprie dicimus. Quod autem rhythmum, commode numerum dicere possumus, modo intelligas numerum in tempore atq; motu. Notabis quain re uini consistat utilitas, & qua cautione sit bibendum, præsentibus uidelicet conuiuio conditoribus legum, siue custodibus, sobrijs quidem & mores bibentium obseruantibus corrigentibusq;, & tunc opportune quando per uinum molliores facti fuerint, reformantibus. Concludit denique, si eiusmodi cautionibus ciues in conuiuijs utantur mero, ad ea quæ dicta sunt utile concedendum: usum uero eius ad suam cuiusq; libidinem ciuibus suis procul arcendum. Quippe cum sacras Palladis arces, quæ ante omnia colendæ sunt, impudentissime pulset.

PLA-

PLATONIS LEGVM, SIVE DE LEGVMLATIONE, DIALOGVS secundus.

DEINCEPS uero ut apparet, considerandum est illud de ipsis, utrum hoc solum bonum habeant, ut quomodò à natura affecti sumus, mutuò spectemus: aut etiam magna quædã utilitas, multo studio digna, in recto usu conuersationis circa uinum insit? Quid igitur dicimus? In tis animis audiamus, ne forte ab ipso impediamur. CLI. Dic igitur. ATHE. In memoriã itaq; reuocare rursus cupio, quid nam rectam eruditionem nobis esse dicimus. Huius enim quantum ego in præsentia cõiecto, in hoc studio si rectè fiat, salus sita est. CLI. Magnum quiddam dicis. ATHEN. Dico itaq; puerorum primum est, uelut sermo significare uelle uidetur. Vbi uero & quo modo, attenpuerilem sensum esse, uoluptatem & dolorem: & hęc esse in quibus uirtus & uitium primum animæ accedunt. Felix autem est cui sapientia, & ueræ ac constantes opiniones, etiam ad senectutem accedunt. Perfectus igitur est homo, qui hęc & quæ in his sunt bona omnia adeptus est. Eruditionem itaq; dico uirtutem eam quæ pueris primum accedit. Voluptas autem & amicitia, & dolor & odium, si rectè animis accesserint eorum qui nondum ratione capere possunt, ubi uero rationem acceperint, cum ipsa consenserint, eo quòd à conuenientibus moribus rectè assuefacti sunt: hęc cõsensio uniuersa quidem, uirtus est: eam uero ipsius partem, quæ circa uoluptates & dolores educata est recte, ita ut odio habeat ea quæ odisse oportet, statim ab initio usq; ad finem, amet autem ea quæ amare oportet: hanc ipsam si à ratione resecueris, & eruditionem appellaueris, mea sanè sententia rectè appellabis. CLI. Equidem ô hospes & quæ prius, & quæ nunc de eruditione à te dicta sunt, nobis rectè dicta esse uidentur. ATHEN. Bene itaq; res se habet. Pleræq; uero ex rectè educatis uoluptatibus & doloribus, quæ eruditiones sunt, laxantur hominibus, & in uita corrumpuntur. Dei igitur miserati laboriosum à natura humanum genus, remissiones laborum ipsis constituerunt: Nimirum ut festa deis redderent, & Musas, ac Apollinem Musarum ducem & Bacchum coepulones attribuerunt, quo epulationes in festis corrigerent. Proinde cum deis uidere oportet, utrum uerus secundum naturam celebretur hic sermo, aut quomodo habeat, qui dicit, quicquid teneræ ætatis est ut ita dicam, & corporibus & uocibus quietem agere non posse, sed moueri & uocem edere semper cupere, ita ut partim saltu & gestibus uelut tripudiet, & cum uoluptate colludat: partim omnium uocum sonos edat. Reliqua igitur animalia non habere ordinis aut confusionis sensum in motibus, quibus nomen est rythmus & harmonia: Nobis autem deos de quibus diximus in tripudijs additos esse, & hos esse qui rythmicum & harmonicum sensum nobis cum uoluptate tribuerunt, per quem sensum mouere nos illos, & chorum nobis ducere, & cantilenis ac saltationibus nos inuicem cõnectere: & choros à chara id est gaudio indito nomine appellasse. Primum itaq; hoc recipiamus. Ponamus primam eruditionem per Musas & Apollinem esse: aut quomodo faciemus? CLI. Ita. ATHEN. Nónne inerudítus, à choro alienus nobis erit? eruditum autem, choro satis usum esse ponemus? CLI. Quidni? ATHEN. Chorea uero, saltatio & cantilena, hoc totum simul est? CLI. Necesse est. ATHEN. Qui ergo probe erudítus est, is probe canere et saltare poterit? CLI. Apparet. ATHEN. Videamus itaq; quid nam sit id quod modo dicebamus. CLI. Quod istud? ATHEN. Probe canit dicimus, & probe saltat: Num etiam proba & honesta canit, & proba ac honesta saltat apponemus: aut non ita? CLI. Apponemus. ATHEN. Quid uero si honesta putans esse honesta, & turpia turpia, sic ipsis utitur, talis nobis melius eruditus erit in chorea, et Musica? Aut qui corpore quidem & uoce, id quod honestum esse putat, satis subinde expri mere potest, honestis autem non gaudet, neq; odio habet inhonesta? Aut ille qui uocè quidem & corpore rectè tractare, aut assequi non potest, uoluptate uero & dolore exprimis; ita ut amplectatur ea quæ honesta sunt, repudiet quæ inhonesta. CLI. Magnũ eruditionis discrimen dicis ô hospes. ATHEN. Nónne nos qui tres sumus, si id quod honestum

Perfectus qui sit

Eruditio quid sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

honestum est in cantilena & saltatione cognoscimus, nouimus etiam quirectè eruditus sit & ineruditus? Si uero hoc ignoramus, neq; quæ sit, neq; ubi sit eruditionis consetuatio, unquam cognoscere poterimus? Nónne ita? CLI. Ita profectò. ATHEN. Hæc ergo deinceps nobis uelut canibus uestigia insequentibus perscrutanda sunt, & gestus honestus, & melos siue concentus, & cantilena, & saltatio. Si uero hæc nobis fuga elabentur, uanus post hæc nobis de recta eruditione, siue Græca, siue barbarica, omnis sermo fuerit. CLI. Profectò. ATHE. Sit ita. Quem uero gestum, aut quod melos honestũ esse dicere oportet? Agedũ fortis animi, & timidi in laboribus, nũ in ijsdẽ & æqualibus, & gestus & sonos similes fieri cõtingit? CLI. Et quomodo, quũ neq; colores? ATHE. Rectè ô amice. At enim in Musica & gestus, & concentus insunt, quum circa Rythmũ & Harmoniam Musica uersetur. Quare boni quidẽ rythmi, & bonæ harmoniæ melos, et gestum dicere licet: boni uero coloris melos aut gestum assimilare ac rectè dicere nõ licet, quemadmodum choreæ magistri assimilant. At timidi & fortis & gestus & melos est, & rectè appellantur ea quæ fortium sunt honesta, quę timidorum turpia. Et ut ne lõgius oratione euehamur, omnes simpliciter quæ ex uirtute animæ aut corporis, siue ipsa, siue imagine quadam ipsius hærent, gestus & concentus honestos esse dicamus quę uero ex uitio, in totum contrà. CLI. Rectè prouocas, & hæc nobis ita habere, in præsentia responsum sit. ATHEN. Adhuc uero & hoc, utrum omnes omnibus choræis similiter gaudeamus, aut multum absit? CLI. Multum equidem. ATHEN. Quid igitur tandẽ esse dicemus quod nos seduxit? Vtrum non eadem sunt nobis omnibus pulchra & honesta, aut ipsa quidem eadem sunt, sed non eadem esse uidentur? Non enim quis dixerit, aliquando uitiosa tripudia pulchriora esse quàm uirtutis: neq; quòd ipse quidẽ gaudet prauis gestibus, alij uero contraria quadam Musa. Quanquàm plurimi dicãt, Musicæ rectitudinem esse eã facultatẽ quæ animis uoluptatem inducit. Sed hoc dicere, neq; tolerabile, neq; omnino pium est. Verum hoc potius nos seducere uerisimile est. CLI. Quod istud? ATHEN. Quandoquidẽ morũ imitamenta sunt ea quę circa choreas fiũt, in omnis generis actionibus, & fortunis, & moribus, & imitationibus prout quisque exprimit: quibus quidem ea quæ dicta sunt, aut decantata, aut quomodocũq; tripudijs expressa, probantur aut ex natura, aut ex consuetudine, aut ex ambabus: hos quidem & his gaudere, & ipsa laudare, & honesta appellare necessarium est. Quibus uero illa præter naturam aut mores, aut consuetudinem aliquam sunt, hi neq; gaudere his possunt, neq; ipsa laudare, sed turpia ipsa appellant. Quibus autem natura quidem recta contigit, consuetudo autem contraria: aut consuetudo quidem recta, natura uero contraria, hi contrarias uoluptatibus laudes proferunt. Iucunda enim singula hæc esse dicunt, sed praua, & corã alijs quos sapere putant, uerentur corpora eo modo mouere, uerentur itẽ canere, ut seriò ea honesta pronunciantes. Gaudent aũt apud seipsos. CLI. Rectissimè dicis. ATHEN. Num igitur damnũ aliquod infert hoc ei qui prauis gestibus aut cõcentibus gaudet: aut utilitatẽ aliquã rursus his qui ex cõtrarijs uoluptates suscipiunt? CLI. Verisimile est. ATHEN. Vtrum uerisimile, aut etiã necessariũ est idem hoc esse, uelut si quis cum prauis malorum hominum moribus consuetudinem habeat, neq; eos odio habeat, sed ipsos amplectetur, & ipsis gaudeat. Vituperet tamen, uelut per lusum somnians suam improbitatem. Tunc uero gaudentem similem fieri, utris tandem gaudeat, necesse est, etiamsi laudare erubescat. Quanquàm tali quod' nam maius bonũ, aut malũ, ex omni necessitate accedere nobis dixerimus? CLI. Nullũ equidẽ arbitror. ATHEN. Vbi uero leges bene constitutæ sunt, aut etiam in posterũ erunt, arbitramur' ne poeticis hominibus circa Musas tum eruditionis, tum lusus licentiam fore, ut quicquid ipsum poetam in poesi delectet, ex rythmo, aut concentu, aut uerbo consequens, hoc doceat? & bonis legibus institutorum ciuiũ filios & iuuenes in choris, prout contingit, ad uirtutẽ aut improbitatẽ afficiat? CLI. Nõ equidẽ hoc rationẽ habet. Quomodo. n. haberet? ATHE. Nunc aũt ut in summa dicã, hoc ipsum in omnibus ciuitatibus facere licet, præterq; in Aegypto. CLI. At in Aegypto quomodo de hoc leges latas esse dicis? ATHE. Mirum etiam auditu est. Iamdudum enim ut apparet apud ipsos decretus est hic sermo, de quo nunc nos dicimus, quòd & honestos gestus, & honestos concentus, in consuetudine habere oportet iuuenes in ciuitatibus. Postquàm uero hæc cõstituerunt, quæ & qualia

qualia ea essent, in templis proposuerunt: & præter hæc non licebat neq; pictoribus, neq; alijs qui gestus, & quascunq; alias figuras exprimunt, quicquam nouare, neq; alia quædam excogitare, quàm patria: & neq; nunc licet, neq; in his, neq; in uniuersa Musica. Quòd si consideres, inuenies isthic ante decem milia annorum picta aut expressa, non ut ita dicam decem milium annorum ætatem referentia, sed reuera his quæ nunc facta sunt neque pulchriora, neq; turpiora, sed eadem arte elaborata. CLI. Admirandã rem dicis. ATHEN. Imò excellenter ciuilem & legibus ferendis commodam. Inuenerit tamen etiam alia utilia ibidem. Verum hoc circa Musicam & uerum est, & dignum cognitione, quòd fieri potuerit ut de talibus leges ferrentur, ita ut constanter ausus fuerit legislator concentus constituere, qui natura rectitudinem exhiberent. Hoc autem dei, aut diuini cuiusdam fuerit: quemadmodum illic dicunt concentus multo illo tempore seruatos, Isidis poemata fuisse. Quare uelut dicebam, si quis possit ipsorum rectitudinem etiam quocunq; modo apprehendere, confidenter oportet ipsos in legem & cõstitutionem adducere. Nam uoluptatis & doloris inquisitio, ex eo quòd semper quærit illa, noua Musica uti, ferè non magnam quandam uim habet ad consecratam choream corrumpendam, per hoc quòd uetustatem criminatur. Itaq; illic nequaquàm eam potentiam habuisse uidetur, ut choream corrumperet, sed totum contrarium. CLI. Videtur hæc ita se habere, ex his quæ nunc à te relata sunt. ATHEN. Proinde confidentes dicamus, Musicæ & lusus usum cum chorea rectum esse. Tali uero quodam modo gaudemus, quum feliciter agere nos putamus: & quum gaudemus, rursus feliciter nos agere putamus. Num ita res se habet? CLI. Ita sanè. ATHEN. Atqui in eo quòd gaudemus, quietem agere non possumus. CLI. Est ita. ATHEN. Nónne igitur iuuenes ex nobis, ipsi ad choreas ducendas parati sunt? Nos autem seniores dum illos spectamus, decenter ipsos conuersationẽ habere putamus, & lusu ac festiuitate illorũ gaudemus? Quando quidem enim leuitas nostra nos nunc destituit, eam desiderantes & amplectentes, sic certamina proponimus eis qui possunt nos quàm maximè ad iuuentutem memoria excitare. CLI. Verissima dicis. ATHEN. Num igitur putamus frustrà eum qui nunc de his qui festiuitates celebrant fertur sermonem multos dicere, quòd hunc sapientissimũ putare oportet, & uincere iudicare, qui efficit ut nos quàm maximè delectemur ac gaudeamus? Oportet enim profectò, quandoquidem ludere in talibus plerosq; permittimus, etiam eum qui maximè gaudium excitat, maximè honorari, et uelut modo dicebã uictoriam ferre. Num igitur rectè hoc dicitur, & perageretur si hoc modo fieret? CLI. Fortassis ita. ATHEN. At ô beate ne ita celeriter tale iudicemus, sed ipsum in partes distinctum, tali quodam modo consideremus. Quid si quis aliquando certamen simplici ter ita proponat qualecunq; illud, nihil exprimens an gymnicum, aut equestre, aut Musicum futurum sit, sed congregatis omnibus in ciuitate, constituto uictoriæ præmio edicat, si quis uenire uelit decertaturus de uoluptate solum, ut spectatores maximè delectet, non adijciens quo illud modo, sed ita ut hoc maximè efficiens uictor euadat, & ex his qui decertarunt iucundissimus fuisse iudicetur: quid tandem ex hac denunciatione euenturum esse putamus? CLI. De qua re dicis? ATHEN. Verisimile est sanè aliũ quendam uelut Homerum, rhapsodiæ specimen exhibiturum esse, alium citharæ, alium Tragœdiæ, alium comœdiæ. Neq; miri quicquam fuerit si quis edito miraculorum specimine, maximè uincere se putarit. His itaq; talibus & alijs innumeris decertatoribus congregatis, possimus' ne dicere quis iustè uincat? CLI. Absurdum quid interrogas. Quis enim hoc tibi respondere posset, uelut qui id nosset, prius quàm audiuisset, & ipse præsens spectator ac auditor singulorum athletarum fuisset? ATHEN. Quid igitur uultis' ne ut ego uobis absurdam hanc responsionem proferam? CLI. Quidni? ATHEN. Si itaq; paruí admodum pueri iudices erunt, pronunciabunt de eo qui miracula edidit. Nunquid? CLI. Quidni? ATHEN. Si uero maiores pueri, de eo qui comœdiam egit. De Tragœdia uero & mulieres eruditæ, & adolescentes, & fortassis tota ferè multitudo. CLI. Fortassis ita. ATHEN. At nos senes, qui fortassis rhapsodum Iliadem & Odyssean, aut aliquid Hesiodicum probe recitãtem, iucundissimè audiuimus, ipsum longè uincere pronunciabimus. Quis igitur rectè uictor fuerit, deinceps dicendum est. Nunquid? CLI. Etiam. ATHE. Manifestũ est, uelut me & uos confiteri necesse est, eos rectè

Iudicia de uãrijs uaria

uincere

uincere qui à nostris æqualibus pronunciati fuerint. Nostri enim affectus in omnibus ciuitatibus & ubiq; prę iuuenum affectionibus, longè optimi esse uidentur. CLI. Quid ni? ATHE. Proinde & ego tantum plerisq; concedo, Musicam uoluptate iudicari oportere, non tamẽ quorumlibet, sed illam ferè esse Musicam pulcherrimam, quæ optimos & egregiè eruditos delectat, maximè uero si qua unum uirtute & eruditione excellentem. Quapropter harum rerum iudices uirtute opus habere dicimus. Nam & reliquæ quæ sapientiæ participes ipsos esse oportet, & sanè etiam fortitudinis. Neq; enim ab altero discere uerum iudicem oportet, quomodo iudicandum sit, ita ut à uulgi tumultu, & sua imperitia perturbetur: neq; rursus etiamsi cognitione præditus sit, propter ignauiam & timiditatem, ex eodem ore quo iudex futurus deos inuocauit, falsam sententiam negligenter pronunciare. Non enim ut discipulus, sed ut doctor spectatorum, uelut par est, iudex considet, & ut qui aduersaturus sit his qui non conuenienter, neq; rectè spectatoribus uoluptatem exponunt. Licebat enim hoc ex ueteri ac Græca lege, quem admodum nunc Italica & Sicula lex multitudini spectatorum permittens, & uictorem manuum eleuatione declarans, corrupit quidem ipsos poetas: Nam ad iudicum uoluptatem quæ uitiosa est, poemata cõponunt, ita ut ipsi spectatores poetas erudiant: corrupit autem & ipsius Theatri uoluptates. Quum enim oporteret ipsos qui in Theatro uersantur semper meliores affectiones, quàm sunt hæ quas ipsi habent, audire, & melio rem uoluptatem consequi, nunc quum ipsi poemata faciant, totum contrariũ accidit. Quid igitur tandem nobis ea quæ nunc sermone transegimus significare uolunt? Considerate hoc. CLI. Quod istud? ATHEN. Videtur mihi oratio tertium, aut quartum in idem circumferri ac deuenire: quòd uidelicet Eruditio est tractus ac ductus puerorum ad eam rationem quæ à lege recta dicta est, & à moderatissimis ac maximè senibus per experientiam comprobata, quòd reuera recta sit. Quo igitur anima pueri non contrarijs legi, & his qui à lege persuasi sunt, gaudere & dolere adsuescat: sed gaudens & dolens eadem sequatur quæ senex, ea gratia quas cantilenas uocamus, reuera quidem incantationes animis nunc factæ esse uidentur, ad huiusmodi de qua dicimus consensionem approbatæ: quia uero iuuenum animi seria studia ferre non possint, lusus & cantilenæ uocari ac peragi. Quemadmodum ægrotis & debilia corpora habentibus, iucundis quibusdam cibis ac potibus utile alimentum exhibere conantur hi quibus hæc cura impendet, noxium uero iniucundis, quo illud quidem amplectantur, hoc uero odio habere rectè adsuescant. Eodem modo etiam rectus legislegator poetico homini iucundis uerbis & laudibus persuadebit, & si non persuaserit, ipsum coget, ut temperantium & fortium omniumq; bonorum uirorum, tum in rythmis gestus, tum in harmonijs concentus, in poematis rectè exprimat. CLI. Nunc igitur uidentur tibi per louem ô hospes, in alijs ciuitatibus ita facere? Ego enim quantum percipio, præterquàm apud nos & Lacedæmonios, ea quæ tu nunc dicis, fieri non noui, sed noua quædam semper, & circa saltationes, & circa reliquam uniuersam Musicam excogitari, quæ non à legibus, sed à quibusdam stupidis uoluptatibus transmutantur, quæ multum absunt ab eo ut eædem sint, & secundũ eadem permaneant, uelut tu de Aegypto exposuisti. ATHE. Optimè ô Clinia. Si uero uisus sum tibi ea quæ tu dicis uelut nunc fiant dixisse: nihil miri mihi fuerit, me ea quæ sentio non clarè dicẽdo, hoc fecisse, & ita mihi id accidisse. Verum quæ fieri uelim circa Musicam, talia quædam dixi, fortassis ita ut tu putaris me dicere ea nunc fieri. Vituperare enim res incurabiles, & in peccato procul progressas, nequaquàm iucundum est: Aliquando uero necessarium est. Quandoquidem uero hæc etiam tibi ita uidẽtur, age dicis ne apud uos, & apud istos, magis quàm apud alios Græcos talia fieri? CLI. Quidni? ATHE. Quid uero si etiam apud alios ita fierent? Num ipsa pulchrius ita fieri diceremus, quàm quemadmodũ nũc fiunt? CLI. Multò sanè præstantius esset, si fierent quemadmodum apud istos, & apud nos, & uelut tu nunc esse oportere dixisti. ATHE. Age itaq; consentiemusne nũc? Nonne quæ apud uos de omni eruditione & Musica dicuntur hæc sunt? Poetas dicere cogitis: Bonum uirum qui tẽperatus est & iustus, felicem esse & beatum, siue magnus sit & robustus, siue paruus & debilis: & siue dives sit, siue secus. Si uero dives sit quidem, magis quàm Cinyras & Midas, sit autem iniustus, miserum esse, & tristem uitam ducere. Et,

Iudicis ueri uirtutes

Eruditio quid sit

Cantilenas esse incantationes

Nulla

Nulla uiri nobis ratio, nec mentio fiat:

Siquidem rectè dicit, qui non omnia quæ dicuntur bona, cum iustitia fecerit, & posse-

Dicit uester poeta.

derit. Et sanè qui talis est, etiam

Concupiet propius figere in hoste pedem.
Hic cædes audet nunquàm spectare cruentas,
Nec cursu uincet Threicium boream:

Qui uero iniustus est,

Neq; aliud

ullum ex his quæ bona dicuntur unquam ipsi continget. Nam quæ à plerisq; uulgo dicuntur bona, non rectè dicũtur. Dicitur enim optimum esse sanum esse, secundum pulchritudo, tertium robur, quartum diuitiæ: Sed innumera alia bona dicuntur. Nam & acutè cernere, & audire, & omnia quæ ex sensibus dependent integra & subtilia habere: Insuper autẽ ut & Tyrannus faciat quicquid cupit. Et sanè finis totius beatitudinis esse dicitur, ut quis omnia hæc adeptus, immortalis sit, & quàm citissimè fiat. Vos autem & ego hæc dicimus, lustis quidẽ ac pijs uiris omnes has possessiones optimas esse, iniustis autem omnes pessimas, initio à sanitate sumpto. Et sanè etiam uidere, & audire, & sentire, & omnino uiuere, maximum quidem malum est, si quis uniuerso tempore immortalis sit, & omnia quæ dicuntur bona possideat, præter iustitiam & uniuersam uirtutem: minus autem malum, si breuissimo tempore talis supersit. Hæc itaq; arbitror, dicere persuadebitis uestris poetis, imò ut dicant ea quæ ego ipsos cogetis, & insuper ut his consentaneos rythmos & harmonias attribuant, & sic uestros iuuenes erudiant. Nunquid uidetis? Ego enim clarè dico, quæ quidem mala dicuntur, iniustis bona esse, iustis autẽ mala. Quæ uero bona, bonis quidem reuera bona esse, malis uero mala. Quod igitur interrogabam, consentimus ne ego & uos? aut quomodo res se habet? CLI. Partim quidem consentire mihi quodammodo uidemur, partim uero nequaquàm. ATHE. Nunquid uobis non persuadeo, non felicem sed apertè miserum esse, eum qui & sanitatem adeptus est, & diuitias, & Tyrannidem perpetuam: & appono uobis insuper robur eximium, & fortitudinem cum immortalitate, ita ut etiam nihil aliud ex his quæ mala dicuntur ipsi accesserit, sed iniustitiam solum & iniuriam in se habeat qui ita uiuit? CLI. Verissima dicis. ATHEN. Sit ita. Quid igitur deinceps dicere oportet? Fortis equidem & robustus & pulcher & diues, & qui per omnem uitam quod cupit facit, non uidetur uobis si quidem iniustus fuerit & uiolentus, necessariò turpiter uiuere; aut hoc quidem fortassis concedetis, turpiter ipsum uiuere? CLI. Maximè. ATHEN. Quid uero etiam male? CLI. Non amplius hoc similiter. ATHEN. Quid uero etiam iniucundè & cum nulla sua utilitate? CLI. Et quomodo hæc insuper concederemus? ATHEN. Quomodo? Si deus nobis ô amici quispiam consensionem daret, uelut nunc ferè inter nos dissentimus. Mihi enim hæc ita uidentur necessaria, ut neq; ô chare Clinia, Creta ita manifestè sit insula: & si legislator essem, hoc modo poetas & omnes qui in ciuitate sunt loquos cogerem, & pœnam ferè maximam constituerem, si quis in regione diceret, esse alios homines aliquando malos, qui tamen iucundè uiuant: aut utilia quidem alia esse & lucrosa, alia uero iustiora. Et multa quædam præter ea quæ nunc dicuntur, tum à Cretensibus, tum à Lacedæmonijs, & sanè etiam alijs hominibus, diuersa dicere ciuibus meis persuaderem. Agite enim per louem & Apollinem ô optimi uiri, si hos ipsos deus qui uobis leges tulerunt interrogaremus, Num iustissima uita est iucũdissima, aut duæ quædam uitæ sunt, altera iucundissima, altera iustissima? Si duas esse dicerent, interrogaremus ipsos fortassis rursus, si quidem rectè rursus interrogaremus, utros feliciores dicere oporteat, eos qui iustissimam, an eos qui iucundissimam uitam uiuunt. Si itaq; dicerent eos qui iucundissimam, absurdus esset ipsorum sermo. Volo autem non à dijs talem sermonem mihi dici, sed à patribus potius & legislatoribus: & quæ antea me interrogata sunt, ex patre & legislatore interrogata sint. Dicat autem mihi pater, eum qui iucundissimam uitam uiuit, esse beatissimum. Deinde ego dixerim ô pater, nonne felicissime uolebas me uiuere, sed tamen semper adhortabaris, & non cessabas iubere me quàm iustissimè uiuere? Qui igitur hoc modo censet siue legislator, siue pater, absurdus ut opinor est, & ambiguus, sibijpsi non constat. Si uero rursus iustissimã uitã felicissimã esse, pnunciabit, quiuis opinor q audiret dicet, quid nã in ipsa lex laudat, quod bonum & pulchrũ in ea sit, & melius uoluptate? Quid em iusto bonũ esse potest

Bona non esse solum 4.

Beatitudinis finis qui sit

Miserum esse qui felix putatur

separatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

separatum à uoluptate? Age num gloria & laus à dijs & hominibus, bonum quidem & honestum est, sed iniucundū? Infamia uero contra, num iniucundum quidem, bonum uero aut honestum? Reliqua uero iucunda quidem, uerum turpia & mala? CLI. Et quo modo? ATHE. Nonne sermo qui non separat iucundum & iustum, & bonum ac honestum, uerisimilis sanè est, si ad nihil aliud, ad hoc quidem ut sanctam & iustam uitā quis uiuere uelit. Quare legislatori turpissimus & maximè contrarius sermo est, qui hæc ita se habere negat. Nemo enim uolens ad hoc faciendū persuaderi uoluerit, ad quod non plus gaudij, quàm doloris sequitur. Quod uero eminus cōspicitur, omnibus ut itadicā, & sanè etiam pueris, oculorum caliginem inducit. Legislator autem detracta caligine opinionem nobis in contrarium eius deducet, & quodammodo persuadebit consuetudine, & laudibus & rationibus, quòd adumbrata sunt & iusta, & iniusta. Et iniusta quidem contrà apparere quàm iusta, iniusto quidem & malo uideri iucunda, contrà autem iusta iniucundissima. Iusto uero omnia penitus contraria in ambobus. CLI. Apparet. ATHE. At iudicij ueritatem utram præstantiorem esse dicemus, dererioris ne animæ, aut melioris? CLI. Necessarium est melioris. ATHE. Necessarium ergo est iniustam uitam, non solum turpiorem & nequiorem, sed etiam iniucundiorē reuera esse iusti & sancti uita. CLI. Sequitur sanè ô amice iuxta præsentem rationem. ATHE. Legislator itaq; cuius uel exigua est utilitas, etiamsi hoc non ita se haberet, uelut nunc ipsum ratio expo suit, siquidem aliud quid unquàm ad iuuenum utilitatem mentiri ausus fuit, est ne mendacium quod utilius hoc unquàm mentitus fuit, & quod magis efficere posset, ut non coacti, sed ultrò omnes iustitiam amplectantur? CLI. Pulchrum quiddam & stabile ô hospes est ueritas, Videtur tamen non facile persuadere. ATHE. Sit ita. At Sidonij fabula facile persuadere potuit, quū minimè uerisimilis sit, & aliæ innumerabiles. CLI. Quę nam istæ? ATHE. Quod seminatis aliquando dentibus, ex ipsis nati sint milites armati. Et magnum quidem hoc est legislatori exemplum, quòd adolescentium animis persuadere quis possit, quicquid tandem uelit. Quare nihil aliud ipsum spectare & scrutari oportet, quàm qua persuasione usus, maximum bonum ciuitati exhibeat. In hoc autem omne studium ponet, ut comperiat quónam modo uniuersa ciuitas de his unum & idē quàm maximè semper per omnem uitam loquatur ac sonet, & in cantilenis, & fabulis, & sermonibus. Si uero aliter uobis uidetur, nulla inuidia est ut aduersus hęc sermone suscepto contendatis. CLI. At uidetur mihi neuter nostrum aduersus hæc quicquàm afferre posse. ATHE. Proinde deinceps mihi dicendum fuerit. Censeo enim omnes choros qui tres sunt, nouellas adhuc & teneras puerorum animas incantare oportere, tum per alia, tum dicendo omnia quæ recensuimus, & adhuc recensere possimus. Caput autem & summa ipsorum hæc sit. Si eandem & iucundissimam, & optimam uitam à dijs dici asserimus, uerissima simul dicimus, & magis persuadebimus eis quibus persuadere oportet, quàm si aliter diceremus. CLI. Concedenda sunt quæ dicis. ATHEN. Primum itaq; Musarum chorus puerilis ille rectissimè ingredietur, ut primus talia omni studio, toti ciuitati in medium producta decantet. Secundus deinde chorus eorum qui ad trigesimum usq; annum peruenerunt, & pæana testem eorum quæ de ueritate dicuntur inuocans, & iuuenibus propitium cum Suadela fieri orans. Oportet autem adhuc etiā tertios, eos qui triginta annos transgressi, ad sexagesimum usq; peruenerūt canere: eos autem qui deinceps restant, quum non amplius ferre possint cantilenas, relinquere oportet, ut de ijsdē cantilenis per diuina oracula fabulentur. CLI. Quos uero tertios hos choros dicis ô hospes? Non enim clarè admodum intelligimus quid'nam de ipsis dicere uelis. ATHE. At sunt hi ferè quorum gratia plerosq; superiorum sermonum habuimus. CLI. Nōdum intelligimus. Quare adhuc clarius dicere conaris. ATHE. Diximus ab initio sermonum si meminimus, quòd natura omnium iuuenum feruida est, & quietem agere non potest, neq; corpore, neq; uoce, sed semper inordinatè & uocem edit, & saltat. Ordinis autem sensum in ambobus his nullum aliud animal attingit, sed sola humana natura hunc habet. Ordinis autem in motu nomen est Rythmus: in uoce uero, accuto simul & graui permixtis, harmoniæ nomen accepit: Chorea uero ambo hæc simul uocantur. Diximus autem deos nos miseratos dedisse nobis in tripudijs socios & chori duces, & Apollinem, & Musas, & tertium quoq; diximus si meminimus, Bacchum.

Mēdacium utile quandoq;

Iuuentus inquieta

CLI.

CLI. Quomodo uero nō meminissemus? ATHE. Apollinis itaq; & Musarū chorus dicti sunt. Tertiū autem & reliquū chorum necesse est Bacchi dici. CLI. Quomodo dicis? Valdè enim absurdus est, si quis derepēte audiat, Bacchi seniorum chorus, si sanè hi qui trigesimū & quinquagesimū excesserūt, usq; ad sexagesimū eo utūtur. ATHE. Verissima equidē dicis, sed ratione ad hoc opus est ut arbitror, qui hoc ita fieri rationi cōsentaneū fiat. CLI. Quidnis? ATHE. Nunquid de superioribus inter nos consentimus? CLI. De qua re? ATHE. Quòd oportet quēuis uirum & puerum, liberū & seruum, fœminam & masculum, & totam ciuitatē ipsam seipsam nunquā desinere incantare, per hæc quæ recensuimus, ita ut quomodocūq; semper permutētur, & omnino uarietatem exhibeant, quo inexplebili quadam hymnorum uoluptate canentes afficiantur. CLI. Quomodo uero nō consentiremus hæc ita peragi oportere? ATHE. Vbi sanè optima hæc ciuitatis pars, quæ & ætate & simul prudentia præ omnibus in ciuitate ad persuadendum maximè ualet, pulcherrima canendo maxima bona efficere potest. Aut hanc ita stolidè dimittemus, quæ præstātissima est ex pulcherrimis & utilissimis cantilenis? CLI. At fieri non potest ut dimittamus, uelut ex his quæ nunc dicuntur apparet. ATH. Quomodo igitur decora fuerit hæc pars? Videte an hoc modo. CLI. Quo isto? ATH. Quiuis senior tardus est ad cantilenas, & his canēdis minus delectat: & si necessitas ex petat, tantò magis canere erubescit, quantò senior ac modestior fit. Nō ne ita? CLI. Ita sanè. ATH. Nō ne in theatro, & inter omnis generis homines canere, ita ut erectus stet, adhuc magis erubescet? & maximè si hi qui tales sunt, quemadmodū chori de uictoria decertantes, intenta uoce, & graciles, & ieiuni, canere cogentur, tunc omnino iniucundè & cum uerecundia canentes, nulla promptitudine hoc facient? CLI. Maximè necessaria dicis. ATHE. Quomodo igitur ipsos mitigabimus, ut prompti sint ad cantilenas? Non ne legem feremus, primum quidem ut pueri ad decimū octauum usq; annum omnino uinum non gustent, docebimusq; non oportere ignem ad ignem deriuare, tum in corpus, tum in animam, prius quam ad labores progredi incipiant, ad insaniam proclinem iuuenum habitum uerentes? Deinde uero uinū quidem gustare oportet moderatum, ad trigesimum usq; annum, uerum ab ebrietate & multi uini potu iuuenem penitus abstinere. Eum uero qui quadragesimum adit annum, in conuiuijs lautè exceptum, tum alios deos inuocare oportet, & sanè etiam Bacchum ad seniorum festum simulq; ludum inuitare, qui uinum alijs hominibus uelut auxiliare medicamentum aduersus senectutis austeritatē largitus est, quo nos repubescamus, & tristitiæ obliuio nobis contingat, dum animę affectiones, quemadmodū ferrum in ignem impositum, ex duriores molliores fiunt, & sic tractabiliores redduntur. Primum itaq; unusquisq; qui ita affectus est, non ne & promptius uolet, & minus erubescet, non inter multos, sed moderatos, & non inter alienos, sed familiares canere, & quod sæpe diximus incātare? CLI. Et quidem maximè. ATH. Ad prouocandos itaq; ipsos, ut cantilenæ participes fiant, hic modus non omnino indecorus fuerit. CLI. Nequaquam. ATH. Qualem uero uocem aut Musam canent uiri? Aut manifestum est quòd quandam ipsos decētem? CLI. Quidnis? ATH. Quæ igitur decuerit diuinos uiros? Non ne ea quæ chororum est? CLI. Nos sanè ô hospes & isti, non aliam aliquam canere possumus cantilenam, quàm eam quam in choris didicimus, ut qui ad eam adsueuimus. ATH. Meritò profectò. Reuera enim optimæ cantilenæ operā non dedisti. Castrensem enim rempublicam habetis, & non eorum qui in ciuitatibus habitant: sed uelut pullorum gregem gregatim pascentem iuuenes habetis. Nemo autem ex uobis suum de contubernaliū grege detractum, ferocientem & rebellantē equisoni priuatim cōmittit, & fricando ac manuefaciendo, & omnia ad educationem conuenientia adhibendo erudit: unde non solum præstans miles euadere possit, sed qui ciuitatem ac urbem gubernare queat, quem sanè ab initio diximus Tyrtæi militibus longè bellicosiorē esse, ut qui quarto loco, non primo, fortitudinis possessionem habeat, semper & ubiq; apud priuatos, & uniuersam ciuitatem. CLI. Haud scio ô hospes quomodo rursus nostros legislatores uilipendis. ATH. Non animum huc aduertens ô bone hoc facio, siquidem facio. Verum quò sermo nos ducit, eò progrediamur, si ita uultis. Si enim haberemus Musam chororum & communium theatrorum Musa pulchriorem, conaremur eam his attribuere, quos diximus illius

Chorideorū III

Vini usus lex

Senum cantilena qualis sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

pudere,& optimam quærere,cuius participes fiant. CLI. Maximè. ATHE. Non'ne primum quidem hoc omnibus quibus gratia quædam adest adesse oportet, nimirũ ut aut hæc ipsa solum in ipsis sit præstantissima,aut quædam rectitudo, aut tertium utilitas? Tale autem est quod dico. Ad cibum & potum & uniuersum alimentum sequitur quidem gratia,quam uoluptatem dicere possumus:rectitudo uero & utilitas sita est in salubritate eorum quæ exhibentur,& hæc est in ipsis id quod rectissimum est. CLI. Maximè. ATHE. Sed & in discendo sequitur gratia,ipsa uoluptas:Rectitudo autem & utilitas,& recte & bene discere,est ueritas quæ illa perficit. CLI. Est ita. ATHE. Quid uero artes, quæ assimilatrices sunt per similium effectionem,non'ne si hoc effecerint,ut uoluptas in ipsis comes adsit, gratiam iustissimè ipsam appellamus? CLI. Etiam. ATH. Rectitudinem autem talium,æqualitas ut in totum dicam efficit eius quod prius tantum ac tale est:& non uoluptas? CLI. Rectè. ATH. Non'ne uoluptate solum illud recte iudicabitur,quod neq; utilitatem aliquam,neq; ueritatem,neq; similitudinem efficit ac exhibet,neq; rursus damnum,sed huius ipsius solum gratia sit,gratiæ uidelicet ad alia concomitãtis,quam sanè rectissimè quis appellauerit uoluptatem,quum nihil horum ad ipsam sequatur. CLI. Innoxiam dicis uoluptatẽ solum? ATHE. Etiam. Et lusum sanè eandem hanc esse dico,quum neq; lædat,neq; prosit,in re aliqua memorabili & alicuius operæprecij. CLI. Verissima dicis. ATH. Non'ne ex nunc dictis asseremus,omnem imitationem uoluptate & opinione non uera minimè iudicari conuenire,omnem item æqualitatem:Non enim si cui uidetur,aut si quis aliqua re gaudet,æquale æquale, aut moderatum moderatum fuerit:sed ueritate omnium maximè, minimè uero quocunq; alio. CLI. Maximè. ATH. Non'ne Musicam omnem assimilatricem & imitatricem dicimus? CLI. Quidni? ATHE. Minime ergo hic sermo recipiendus est, quando quis Musicam uoluptate iudicari dicit. Et hæc minimè ut honesta quærẽda est, etiamsi sanè alicubi esset,sed illa quæ similitudinem habet per boni imitationem. CLI. Verissima dicis. ATHE. Et his qui optimam cantilenam ac Musam quærunt, non ea quærenda est quæ iucunda est,sed quæ recta. Est enim uelut diximus rectitudinis imitationis, si id quod imitatione expressum est,efficitur quantum & quale prius erat. CLI. Quidni? ATHEN. Atqui hoc quiuis de Musica fatebitur, Omnia ipsius poemata imitationem & assimilationem esse. Et hoc non'ne omnes fatebuntur poetæ,& auditores,& histriones? CLI. Etiam ualdè. ATHEN. Oportet itaq; in singulis ut apparet,poematis cognoscere quod'nam sit,si quis in ipsis non errare uolet. Qui enim non cognoscit essentiam,quid'nam uelit,& cuius tandem reuera sit imago,is nullatenus uoluntatis rectitudinem,aut etiam errorem ipsius dinoscet. CLI. Nullatenus, Quidni? ATHEN. Qui uero id quod rectè fit non cognoscit,poterit'ne unquam quod bene & male fit cognoscere? Dico autem non admodum clarè. Nam hoc modo fortassis clarius dici posset. CLI. Quomodo? ATHEN. Sunt sanè secundum uisum nostrum innumeræ assimilationes. CLI. Etiam. ATHEN. Quid igitur si quis ignoret in corporibus imitatione expressis, quod'nam sit unumquodq;, cognouerit'ne unquam id quod rectè elaboratum est in ipsis,dico autem de numero,& singularũ corporis partium situ, & quot sint, & quæ ex ipsis ad quas sitæ,conuenientem locum acceperunt,insuperq; de coloribus & figuris? aut an omnia hæc confusè effecta sint? Num uidetur quis tibi hæc unquam omnino cognaturus esse,qui ignoret quod'nam sit animal quod imitatione expressum est? CLI. Et quomodo? ATHEN. Quid uero si cognoscamus id quod pictum aut fictum est esse hominem, & partes suas omnes & colores simul & figuras ab arte accepisse: non'ne necessarium iam est ut qui hæc cognouit,etiam illud prompte cognoscat an pulchrum sit,aut qua parte pulchritudine destitutum? CLI. Omnes equidem ut ita dicam ô hospes,pulchra animalia cognoscimus. ATHEN. Rectissimè dicis. Non'ne ergo circa unamquamq; imaginem, & in pictura,& in Musica, & ubique,prudentem iudicem futurum hæc tria habere oportet, primum ut cognoscat quæ sit. Deinde an rectè. Tertio an bene quæcunq; imago elaborata sit, & uerbis, & membris siue concentibus, & rythmis? CLI. Apparet sanè. ATHE. Ne itaq; recusemus id quod circa Musicam contingit, quatenus difficile est exponere. Quãdoquidem enim hoc circa ipsam magis quàm circa alias imagines celebre est, plurima sanè indiget cautione præ omnibus imaginibus

Voluptate quæ iudicentur

Veritate quæ iudicentur

Imitationis ratio

bus. Si enim quis aberrarit, maximum damnum incurret, dum malos affectus amplectitur. Difficilimum autem id cognitu est, eo quòd poetę deteriores sint poetæ, quàm ipsæ Musæ. Nũquam enim illæ intantum aberrarint,ut dum uerba uirorum effingunt, gestum ac concentum muliebrem ipsis attribuant:& dum rursus concentum & gestus liberorum componunt,rythmos seruorum & illiberales adaptent:& dum rythmos & gestus liberos constituunt, concentum aut sermonem rythmis cõtrarium adhibeant. Insuper autem bestiarum uoces, & hominum ac instrumentorum, & omnes strepitus nunquam in idem composuerint,uelut unum quiddam imitentur. At humani generis poetæ talia uehementer implicantes,& temerè confundentes,risum hominibus excitant,quos dicit Orpheus pulchritudinem delectationis sequi. Nam & hæc omnia misceri uident,& insuper distrahunt poetæ,dum rythmum quidem & gestus absque concentu,nudos uidelicet sermones in metra ponunt:rursus autem cõcentum & rythmos absque uerbis,ad nudum citharæ pulsationem & tibiæ sonum accommodant: in quibus sanè admodum difficile est rythmum & harmoniam, absq; sermone contingentem cognoscere,quid sibi uelit,& cui ex memorabilibus imitationibus similis sit. Quare necesse est suspicari,quiduis huiusmodi multa rusticitate plenum esse, quantum uelocitatis,& tarditatis,& bestialis uocis studio uehementer tenetur,ita ut tibiarum sono & citharæ pulsatione,præter quàm ad saltationem & cantilenam utatur. Nudis autem utriscp uti,magna quædam inconcinnitas est,& in usu uelut miraculorum editio quædam apparet. Atque hæc quidem hoc modo rationem suam habent. Nos autem non consideramus,quòd triginta iam annos nati,& ultra quinquaginta progressi, non debeant Musis nostris uti,sed quando debeant uti. Proinde ex his sermo nobis hoc iam significare uidet,quòd quinquaginta annos nati in chori Musa melius eruditi esse debent,quibus sanè canere conuenit. Rythmos enim & harmonias subtili sensu percipere ac cognoscere ipsos necesse est. Aut quomodo concentuum rectitudinem quis cognoscet,cui conueniat aut non conueniat Dorica harmonia, & rythmus, quem poeta ipsi rectè aut secus adiunxit? CLI. Manifestum est quòd nullo modo. ATHE. Ridicula est enim multitudinis turba,quæ bonæ harmoniæ & boni rythmi cõcentum, & contra, satis cognoscere se putat,eo quòd plericp ex ipsis accinere, & in rythmo progredi coacti fuerunt. Quòd autem hæc faciunt singula ignorantes, non reputant hoc, quòd omnis concentus qui conuenientia habet, rectè se habet:qui non conuenientia, contrà erroneo modo. CLI. Maximè necessariũ est. ATHEN. Quid igitur qui neq; quod' nam habeat cognoscit, num uelut diximus quòd rectè ipsum se habet,unquam in quocunq; cognoscet? CLI. Et qua arte hoc fieri posset? ATHE. Hoc igitur ipsum nunc ut apparet inuenimus, quòd eos quos cantilenis nostris prouocamus, & nunc etiam inuitos aliquo modo canere cogimus, eò usque eruditos esse ferè necessarium est, ut & rythmorum progressus,& concentuum chordas, quisq; assequi possit, quo & harmonias & rythmos intuentes,conuenientia eligere queant, quæ tales & tantæ ætatis uiros canere decet: & sic canant, quo & ipsi canentes statim uoluptates innoxias percipiant, & iunioribus conuenientis bonorum morum amplexus duces fiant. Eò usq; uero eruditi,exactiorem eruditionem quàm ea est quæ ad uulgus pertinet, & quæ circa poetas ipsos est,tractauerint. Nam tertium bona'ne an mala sit imitatio, poetam cognoscere nulla necessitas est. Vt autem harmoniam & rythmum cognoscat ferè necesse est. Hos autem omnia tria, electionis optimi & secundi gratia, cognoscere necesse est:aut nunquam præstantes iuuenum ad uirtutem incantatores fient. Et sanè id quod sermo nobis ab initio ostendere uoluit,nimirum Bacchi choro auxilium fieri rectè dici, pro uiribus nunc dixit. Consideremus itaq; si hoc ita factum est: turbulentus sanè huiusmodi conuentus necessariò sit, progrediente semper amplius potione, id quod ab initio fieri necessariò circa præsentia proposuimus. CLI. Necesse est. ATHEN. Quiuis autem ipse seipso leuior redditus extollitur, & gaudio exultat, & dicendi libertate, audiendi alios tædio tunc impletur, & tum suijpsius,tum aliorum præstantem principem se haberi expetit. CLI. Quidni? ATHEN. Non'ne diximus quum hæc fiunt, animas eorum qui bibunt, uelut ferrum quoddam, ignitas reddi & molliores ac iuniores fieri,ut tractabiles efficiantur ei qui ipsas erudire,& formare nouit,quemadmodum quum iu-

Cithara absq; cantilena,rustica

Compotãdi leges

uenes essent? Hunc autem formatorem eundem esse, quem tunc bonum legislatorem, cuius leges compotandi esse oportet, quæ illum in magnam spem elatum, & confidentem ac iusto impudentiorem redditum, & ordinem, & silentij, & sermonis, & potationis, & Musæ partium usum seruare nolentem, ita tractare possint, ut omnia his contraria facere uelit: & quæ leges ei qui non cum honesta confidentia ingressus est, optimum aduersantem timorem cum iustitia inducere possint, quem sanè timorem, pudorem, & uerecundiam, & diuinum timorem nominauimus? CLI. Est ita. ATHEN. Harum autem legum esse custodes & simul autores, à tumultu alienos, & sobrios non sobriorum duces: sine quibus contra ebrietatem depugnare, grauius esse quàm aduersus hostes pugnare cum principibus à tumultu non alienis? Et rursus eũ qui his, & Bacchi ducibus sexagesimum annum transgressis obedire nolit, æqualem & maiorem ignominiam ferre, quàm eum qui Martis ducibus non obedit? CLI. Rectè. ATHE. Nonne si talis ebrietas, & talis lusus esset, tales compotatores cum utilitate, & magis amici quàm prius, & non uelut nunc inimici, è compotationibus discederent, & secundum leges conuersationem omnem habuissent, & illis obsecundassent, quando sobrij cum ebrijs conuenissent? CLI. Rectè, si sanè talis qualem nunc dicis esset. ATHEN. Ne itaq; illud Bacchi donum amplius ita simpliciter uituperemus, uelut malũ sit, & indignum quod in ciuitatem recipiatur. Nam adhuc plura etiam quis recensere possit, quum etiam maximum quod largitur bonum, in multos è uulgo efferre uerear, eo quòd homines ubi id audiuerunt, male ipsum accipiant ac intelligant. CLI. Quod istud? ATHEN. Sermo quidam ac rumor quodammodo sparsus est hunc deum à dea Iunone mente spoliatum esse, & propterea ob uindictam, debacchationes & omnem insanam choream inuexisse, unde etiam uinum ob hoc ipsum largitum esse. Ego uero talia his qui dicere de dijs tutum esse putant, dicere permitto. Hoc autem scio, nullum animal cum tanta ac tali intelligentia unquàm nasci, quantam ipsum perfectum iam habere conuenit. In hoc itaq; tempore, in quo nondum propriam intelligentiam habet, quoduis furit, & confuse clamat, & quum quis ipsum citissimè occidat, rursus cõfuse saltat. Recordemur autẽ nos dixisse, Musicæ & gymnasticæ hæc principia esse. CLI. Meminimus. Quidni? ATHEN. Nónne etiam quòd diximus principium hoc nobis hominibus rythmi & harmoniæ sensum immisisse. Apollinem autem & Musas & Bacchum horum autores fuisse? CLI. Quidni? ATHEN. Et sanè etiam uinum aliorum sermo, ut apparet, ob uindictam hominibus datum esse dicit, ut insaniamus: Verum à nobis nunc relatus sermo, auxiliare in contrarium medicamentum datum esse dicit, ut anima inde pudorem, corpus sanitatem & robur acquirat. CLI. Optimè ô hospes sermonem memoria tenes. ATHEN. Et quæ quidem ad choream pertinent ex dimidio peracta sint. De reliquo uero dimidio quomodo amplius nobis uideatur peragemus aut omittemus? CLI. Quas'nam partes dicis, & quomodo utrasque distinguis? ATHE. Tota quidem chorea, tota eruditio nobis erat. Huius autem altera pars, rythmi & harmoniæ secundum uocem erant. CLI. Etiam. ATHEN. Altera uero secundum corporis motum, rythmum quidem communem cum uocis motu habebat, gestum uero proprium. Illic autem melos siue concentus, uocis motus est. CLI. Verissima dicis. ATHEN. Quæ itaq; de uoce ad animam usq;, ad uirtutis eruditionem pertinent, non scio quo modo Musicam nominamus. CLI. Rectè equidem. ATHEN. Quæ uero ad corpus pertinent, quæ ludentium saltationem diximus, si usq; ad corporis uirtutem talis motus fiat, artificiosum ipsius ad hoc ductum, gymnasticã dicamus. CLI. Rectissimè. ATHEN. Musicæ itaq; pars, quam nũc ferè dimidiũ choreæ nos recensuisse diximus & peractam esse, etiã nũc ita dicaꝫ. Reliquũ uero dimidiũ dicemus, aut quomodo & quatenus hoc faciendũ est? CLI. Quum ô optime cum Cretensibus & Lacedæmonijs disputes, & de Musica transegerimus, restet autem gymnastica, quid'nam putas tibi alterutrum nostrum responsurum esse ad hanc interrogationem? ATHEN. Respondisse te ego dixerim ferè apertè, dum hæc interrogas, & inrelligo quòd hæc nunc interrogatio, & responsio est uelut dixi, & insuper iussum, ut perficiantur ea quæ ad gymnasticam pertinent. CLI. Optimè intellexisti, & ita facias. ATHEN. Faciendum est. Neq; enim admodum difficile est dicere uobis ambobus cognitionis signũ. Multò enim plus experientiæ in hac arte, quàm in illa habetis

Choreæ partes duæ

Ebrietatis utilitas

habetis. CLI. Ferè uera dicis. ATHEN. Non'ne huius lusus principium est, quòd omne animal secundum naturam saltare consueuit? Homo autem uelut diximus, rythmi sensum adeptus, saltationem genuit & peperit. Concentu uero rythmum admonente & excitante, inter se coniuncti choream & lusum pepererunt. CLI. Verissimè. ATHEN. Et partem quidem iam recensuimus, alteram uero deinceps exponere conabimur. CLI. Maximè. ATHEN. Ebrietatis itaque usui primum Colophonem imponamus, si etiam uobis ita uidetur. CLI. Quem & qualem istum dicis? ATHEN. Si quidem ciuitas aliqua uelut re seria, studio nunc dicto utetur, cum legibus & ordine, uelut modo & secundum eandem rationem, hoc uelut commento utens ad ipsas superandas: hoc quidem modo omnibus his utendum est. Si uero uelut lusu, ut liceat cuique uolenti, & quando uelit, & cum quibus uelit bibere, quibuscũque alijs studijs adiunctis: non sanè hanc sententiam ferrem, quòd hanc ciuitatem unquam ebrietate ut oporteat, aut etiam hunc uirum: Verum multò magis quàm Cretensium & Lacedæmoniorum usum, Carthaginensium legem probarem: ¦Vt nunquam quisquam in castris hunc potum gustet, sed in aquæ potu se contineat per omne istud tempus: & ut in ciuitate neque seruus, neque serua unquam gustet: neque principes eo anno quo imperium obtinent: neq; gubernatores, neq; iudices uinum omnino gustent, dum in officio constituti sunt: neque quicunque consilium daturus ad memorabilem aliquam consultationem se confert: neq; quisquam omnium interdiu, nisi corporis exercendi, aut morborum gratia: neq; rursus noctu, quum aut uir, aut fœmina, prolis procreãdæ gratia conuenerint. Sed & alia multa quis referre posset, in quibus his qui mentem & legem rectam habent, uinum bibendum non est. Quare secundum hanc rationem, neq; multis uineis ulli ciuitati opus esset: Verum & reliquæ agriculturæ constitutæ essent, & uniuersa uictus ratio, & sanè quæ ad uini usum pertinent ferè omnium moderatissimè & parcissimè seruarentur. Hic Colophon ô hospites, si uobis complacet, sermoni deuino habito impositus sit. CLI. Rectè, & complacet.

Gymnasticæ principium

Ebrietatis usus ratio

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum tertium, De legibus.

QVEMADMODVM medicus sanitatem corporis, ita legum auctor spectat animi sanitatem. Quoniam uero omnibus optabilius est ualetudinem prosperam retinere ne pereat, quàm recipere pereuntem, ideirco præcipuum utriusque tam ciuilis, quàm medici institutum est, seruare siue corporis siue animi sanitatem: sequens uero utriusque consilium esse uidetur optimum, siue corpori, siue animo habitum, si quando amissus fuerit, restituere. Quamobrem & apud Platonem & apud ueritatem scriptores illi legum contemnendi censentur, qui subito qua censura scelera perpetrata sint punienda, decernunt: Qua uero ratione homines ita oriantur, nutriantur, erudiantur, ut scelera perpetrare nolint, non prouident. Nemo igitur admiretur Platonem nostrum firmissimæ sanitatis animi studiosum, tam in libris Legum quàm de Republica diu per multa quæ uidentur leuia, & ad educandos pueros adolescentesq; pertinent, accuratius diuersari. Sic enim decet diligentissimum animorum medicum facere, eosq; statim natos ita componere, ut uel quasi unà cum firma sanitate geniti uideantur, uel saltem ætate adolescente, sanitas animi pariter coalescat. Hinc itaq; præcedens illa libri Legum primi secundiq; diligentia in omni musicæ ludiq; genere atque conuiuijs. Dum enim de auctoris legum officio disputat, præcipuum eius, id est, circa pueros, & adolescentes studium, ante omnia iudicat declarandum. Vbi meminisse te uolo, quanta cautione ad potum uini iudicauerit accedendum, ut non liceat quotidie bibere, neque cuilibet, neque ad cuiusq; libidinem, sed in solennibus duntaxat conuiuijs, & tunc quidem uiris & moderate, raro uero merum, sub arbitro tamen & iudice. Alioqui memineris & quantum probet, ut non liceat in castris militibus gustare uinum, neq; in ciuitate seruis, neque magistratibus, neque gubernatoribus & iudicibus ipso iudicij tempore, neque uiris mox de rebus magnis deliberaturis, postremo neq; uiro uel mulieri ea hora qua liberis operam dare constituunt. Hæc operæprecium fuerit diligenter commemorasse. Pergamus iam ad proprium libri tertij argumentum. Cum igitur lex ipsa ciuilitatis, id est disciplinæ ciuilis forma sit, ciuilitas autem forma sit ciuitatis, haud ab re de legibus tracturus multa de ciuitatis ciuilitatisq; initio disputat. Ambigit autem utrum genus humanum fuerit ab æterno necne, similiterq; de mundo. Et quod ad ea quæ ubi tempus nominat infinitum haudquaquam sine principio proprie atq; fine significat, sed nostra potius computationibus insinuitum: ideoq; dicit sæpe tempus inextimabile potius quàm immensum. Atqui & in sexto similiter ambigens sententiam ita disiungit, Hominum generatio aut nunquam incepit, aut inextimabili ante nos temporis longitudine cœpit. Inextimabile uero forsan dicit, si quis non solum annos solares, sed etiam lunares, & dies & horas numerare contenderit

Universidad de Deusto
Biblioteca

derit. Satis autem Christiano fuerit, philosophum mundi æternitatem non affirmasse. Sed quidnam de mille annorum mutationibus his Mosaici dicent? Forte Platonem Aegyptiorum more breuiusculos annos computauisse. At uero & de his, & de mundi illuuionibus opportunius agitur in Timæo. Iam uero ad ipsam materiam legum, id est, ciuitatem ciuilitatemq; reuertamur. Quatuor ciuilitatis figuræ præcipue numerantur. Prima quidem statim post generis humani calamitatem in superstite quodam eius semine seruato, uel altissimorum montium beneficio, uel diuina potius prouidentia. Tunc enim probabile est filios nepotesq; patris familiâs imperio paruisse. Quod quidem imperium sola constat lege naturæ. Secunda figura inter familias plures iam inter se uel oppido, uel uallo quodam simili congregatas, congregatas inquam tum indigentia mutua, tum metu ferarum. Sed ab ipso cœtus huius exordio uerisimile est tot gubernandi formas, quot & domicilia extitisse, opinionibus inter se moribusq; longe diuersas. Ob quam diuersitatẽ mutuis subortis iniurijs coacti sunt communes quosdam arbitros & iudices rectoresq; constituere. Vnde tertia iam orta est ciuilis disciplinæ figura, à præcedente uidelicet iniustitia ducens originem. Probabile uero est eiusmodi rectores urbis, communes præscripsisse ciuitati leges, postquam honestissimas quasq; domiciliorum leges considerauerunt, per easq; rei familiaris disciplinam ad diuitias transtulerunt. Quarta denique figura est in quodam gentium regno: ubi plures inter se urbes in eandem uoluntatem communemq; legem ita conueniunt, quemadmodum in urbem unam familiæ plures. Prima quidem figura extra urbem est per leges singulas, natura, ratione, uoluntate consistens. Secunda uero iam in urbe, sed per singulas adhuc domiciliorum leges, indigentia quadam metuq; congregata. Tertia in ciuitate per leges iam communes, occasione iniustitiam colens. Quarta ex pluribus ciuitatibus per eandem uoluntatem legemq; similem congregatur. Inter hæc admonentur poetæ ad canenda diuina: Vbi dicitur poetarum genus diuinum esse, agiq; deo. Admonentur quoque autores legum, ut neq; arduas neq; uiolentas ferant leges, sed leues, quoad fieri potest atq; suaues. Præterea exemplo quodam historico, principale prosequitur disputationis huius consilium, de præcipua condendarum legum & optima ratione. Quæ quidem hinc maxime sumit exordium, si autor in his ferendis uniuersam quidem ciuium uirtutem spectet, maxime uero maximam omnium atq; ducem. Nemo uero dubitat utriutes alias à prudentia tanquam inferiora membra à capite duci. Hanc utiq; tam necessariam nobis esse quam nobilem ex eo confirmat, quòd omnes communi uoto id optant in primis, ut humana omnia pro sui desiderio succedant atq; gerantur: eumq; cui ad uotum cuncta succedunt, beatissimum omnium arbitrantur. Plato uero contra infert, miserrimum fore illum cuius cupiditates quotidie sequantur euentus, nisi tanta sit prudentia præditus, tantaq; per prudentiam animum moderatione regat, ut uera discernat bona, & quæ ratione secreuit neglectis alijs appetat. In his admonet non esse optandum uel orandum ut omnia cupiditatem nostram sequantur, imò ut cupiditas rationem. Tangit & congruam filij ad patrem, patris ad deum cõparationem. Cupit certe & precatur sibi puer euenire quàm plurima quasi bona, quæ pater interea ne accidant deprecatur tanquam mala. Similiter uana & noxia uota hominum cœlestis pater quotidie detestatur. Neq; refugium ad euitanda fallacia uota ullum nobis est, excepta prudentia. Huic ergo per ciuium animos propagandæ legifer in primis incumbet publicæ studens felicitati. Tanta enim prudentiæ perfectio est, ut & optanda doceat exoptare atq; comparare, & comparatis ea potissimum uti ratione qua prosint. In his autem felicitas ciuitatis tota cõsistit. Quemadmodum uero ciuitatem seruat prudentia, ita destruit imprudentia, quam nominat ignorantiam. Non ignorantiam inquam uel literarum proprie uel artis cuiusliam uel externorum quorundam à nobis alienorum, sed ignorãtiam boni, ut alibi sæpe dicit atq; hic significat. Sed addit eam esse & priuatim & publice perniciosissimam ignorantiam, per quam quis nesciat ita suum animum temperare, ut ratio nis suæ tanquam reginæ legibus sensus quasi populus legitime educatus obediat: adeo ut non alia prosequatur & fugiat, nec alijs aliterue gaudeat atq; doleat quam rationis instituta præscribant. Quicunq; ignorantia eiusmodi occæcantur, etiam si ingeniosissimi atq; literatissimi sint, ignorantes à Platone censentur. Qui uero temperati sunt, prudentes ab eo iudicantur atq; scientes, etiam si literas nesciant. Prohibet deinde magistratum illi tribui gubernandum qui propter incontinentiam gubernare se nesciat. Neq; confidit ciuitatem sub eo recte feliciterq; componi, in cuius animo ciuitas quædam est incõposita simul et misera. Quamuis autem septem numeret deinceps rationes quæ ad dignitatẽ imperandi cõducere apud plurimos iudicãtur, scilicet, Paternitas, Nobilitas, Dominatio, Potẽtia, Senectus, Prudentia, Sors, tamẽ unicam ipse præ cæteris eligit, id est prudentiam, dicens hanc esse propriam dignitatis imperatoriæ rationem, scilicet, ut prudentiores ubi imperent, imprudentiores obtemperent. Quemadmodum & oculorum officium est ducere, pedum uero ministerium peragere. Item sicut in qualibet arte præsertim nauigatoria & militari & medicina, eius quidem qui plus intelligit, est præcipere, eius uero qui minus ea in re cognoscit est exequi: ita & in arte ciuili, partim unusquisq; partim familiæ, partim ciuitatis gubernatrice, illi apprime omnes parere debent, qui præ cæteris potissimum humanæ saluti conducat intelligunt. Lex ergo communem optans prudẽtiam, prouidebit ut præter puerilem eruditionem ad prudentiam conferentem, munerum quoq; publicorum gradus pro ipsius prudentiæ gradibus ubique distribuantur. Ac ne imprudenter horum gubernacula committantur, sanciet ne mera & ingens imperandi autoritas concedatur: sed omnes quidem subijciet legibus, reges autem cum senatu coniunget, senatum cum consilio populari. Cauebit in primis ne unquam superba lasciuia cupiens plus posse quàm leges, dissensionem pariat & ruinam. Studebit ut totum ciuitatis corpus quoad fieri potest liberum sit, prudens & amicum. Liberum quidem, ut posit quilibet patriæ suæ consulere: prudens autem ut sciat: amicum rursus ut uelit. Meminerit tria hæc in ea ciuitate facilius conuenire, quæ inter unius ac populi potentiam obtinet medium, ut neq; unius se totam subdat imperantis arbitrio uel potentiæ paucorum, neq; quemlibet absque delectu rectum consultorem: sed plurimum quidem optimatum constet gubernatione, nõnihil quoq; habeat regij, nonnihil insuper popularis. Circumspiciet mores fortunasq; principum, quo perspiciat ciuitatum regnorumq; exitium maxime omnium ex delitioso luxurioso q; adolescentum utrorumq; uictu procedere. Quippe cum nemo ex huiusmodi uita uirtute præ-

stans euadere possit, sed æger necessario fiat, fragilis, & inflatus, & cæcus. Mandabit propterea temperantiam ab omnibus maximè coli, sanciens eos potissimum honorari, qui temperatissimi omnium iudicio comprobentur. Neque patietur fortitudinẽ ab ullo absq; temperantia possideri: quasi rem ciuitati ualde periculosam. Quin imò neq; multarũ rerum peritiam absque iustitia tanquam grauiter nocituram. Summatim uero in primo honoris gradu, dotes animi si cum temperantia mixtæ fuerint collocabit, his corporis subijciet bona, bonis corporis simul & animi externa seruire mandabit. Prohibebit quoque nimiam libertatem, uetabit & nimiam seruitutem. Nam nimia quidem seruitus amicitiam, id est & beneuolentiam populi erga principem, & charitatẽ erga patriam è medio tollit, adeo tollit ut leui de causa uel principes, uel patria pereat. Libertas uero nimia lasciuiam primo parit: deinde contemptum legum, post hæc frequentes seditiones & extremam denique seruitutem. Nemo uero miretur Platonem & hic & sæpe alibi ludos, siue potius studia mutua magnifacere, quasi ad permutandos in utranq; partem mores tam publice quàm priuatim posint quàm plurimum. Nam ea tempestate & familiare omnibus & palam frequentissimum erat huiusmodi studium: quod autem ab omnibus fit atque continue, non minorem ferme in animum uim habet quàm aer in corpus. Præterea quæ apud medicos pàrum cautos habentur leuia, apud Platonem obseruantissimum humani generis medicum haud contemnenda censentur. Descendit post hæc ad superiorum epilogum. In quo epilogo posset quispiam clausulam illam, Si uero quicquam & quæ sequuntur, ita forsitan legere. An uero quicquam contulerimus nec ne? Quis redarguet? Cum inter nos omnia dicta fuerint. Sed ista tu uideris.

PLATONIS LEGVM, SIVE DE LEGVMLATIONE.

DIALOGVS III.

ATHEN. Igitur ita se habent. Reipublicæ uero quod'nam principium fuisse dicemus? Num hinc quis facilimè & optimè ipsum contueri poterit? CLIN. Vnde? ATHEN. Vnde etiam ciuitatem & ad uirtutem, & ad uitium incrementum contueri oportet. CLIN. Vnde uero dicis? ATHEN. Arbitror equidem à temporis longitudine ac infinitate, & rerum in ipso mutationibus. CLIN. Quomodo dicis? ATHENIEN. Age ex quo & ciuitates sunt, & homines qui rempublicam gerunt, uideris'ne tibi unquam considerasse, quanta temporis longitudo interceſſit? CLIN. Nequaquam hoc ullo modo facile est. ATHEN. Hoc itaque uelut infinitum quiddam & inexplicabile fuerit. CLI. Maximè hoc sanè. ATHEN. Non'ne innumerabiles in hoc tempore ciuitates extructæ sunt, & secundũ eandem multitudinis rationem, non pauciores destructæ? quæ per omnes reipublicæ species sæpe passim & subinde rempublicam gesserunt, & modo ex minoribus maiores, modo ex maioribus minores, & ex melioribus deteriores, & ex deterioribus meliores factæ sunt? CLI. Necessarium est. ATHEN. Huius itaque mutationis causam si dicere possimus, fortassis ostenderet nobis primum rerumpublicarum ortum & transmutationem. CLIN. Bene dicis, & te quidem promptum esse oportet, ut quid de ipsis sentias pronuncies, nos autem ut assequamur. ATHEN. Num igitur ueteres sermones ueritatem aliquam habere uobis uidentur? CLI. Quales isti? ATHEN. Multos hominum interitus ex diluuijs, & morbis, & multis alijs factos esse, in quibus exiguum quoddam hominum genus relictum fuerit. CLI. Totum hoc cuiuis maximè credibile est. ATHEN. Age itaque unum hunc ex multis consideremus, qui aliquando per diluuium factus est. CLIN. Quid'nam de ipso considerauerimus? ATHEN. Quòd qui tunc interitum effugerunt, ferè montani quidam fuerint pastores, in uerticibus alicubi uelut ignículi humani generis conseruati. CLIN. Manifestum est. ATHEN. Et sanè tales necesse est aliarum artium imperitos esse, fraudum item quas in urbibus inter se lucri & contentionis gratia exercent, & omnium aliorum maleficiorum quæ inter se excogitant. CLI. Verisimile est. ATHEN. Ponamus itaque ciuitates in planicie sitas, & maritimas, funditus tunc eo tempore periisse. CLI. Ponamus. ATHEN. Non'ne rat, ciuilem illam, aut etiam aliam quandam sapientiam, omnia hæc diffluxisse eo tempore & periisse dicemus? CLI. Quomodo enim ô optime, si hæc per omne tempus

Ciuitatũ incrementa à tẽpore

Diluuiorum interitus ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita mansissent, uelut nunc constructa sunt, nouum quicquã unquam inuentum esset, uel à quocunq; tandem? Quòd enim innumera milia annorum illos qui tunc fuerunt, latere, manifestũ est. Ex quo uero mille, aut bis totidem interceſſerũt anni, alia à Dædalo in lucem producta sunt, alia ab Orpheo, alia à Palamede: quæ uero ad Musicam pertinẽt, à Marsya & Olympo: quæ ad lyram, ab Amphione: alia item ab alijs multa penitus, ut ita dicam, heri & nudiustertius inuentis. ATHEN. Non nosti, ô Clinia, amicum te reliquisse, qui profecto heri fuit? CLI. Num Epimenidem dicis? ATEN. Etiam hunc. Longè enim omnes apud uos ô amice, machinamento excessit, quod sermone quidem Hesiodus uaticinatus est, ille uero re ipsa perfecit, uelut uos dicitis. CLI. Dicimus equidẽ. ATHEN. Non'ne tunc quum factus est interitus, res hominũ in gentem qnandam horrendam habuisse dicemus solitudinem, terrę uero abundantis magnam multitudinem, animalibus autem cæteris consumptis, armenta quædam & forte caprarum relictũ genus, rara etiam hæc pascentib. fuisse, unde tunc ab initio uixerint? CLI. Quidni? ATH. Ciuitatis autem & reipublicæ & legumlationis, num memoriam, ut ita dicam, omninò fuisse putamus? CLI. Nequaquam. ATHEN. Non'ne ex illis ita affectis, uniuersa quæ nunc sunt, facta sunt, ciuitates nimirũ & respublicæ, & artes, & leges, & multa quidem improbitas, multa uero etiam uirtus? CLI. Quomodo dicis? ATHEN. Num putamus, ô admirande, eos qui tunc imperiti fuerunt multorum in urbibus bonorum, multorum item contrariorum, perfectos ad uirtutem aut etiam ad uitium fuisse? CLI. Rectè dixisti, & quod dicis, intelligimus. ATHEN. Non'ne temporis progressu, quum multiplicaretur nostrum genus, omnia ad præsentem rerum statum deuenerunt? CLI. Rectissimè. ATHEN. Non sanè derepentè uelut uerisimile est, sed paulatim in longo quodam tempore. CLI. Et hoc ita ualdè conuenit. ATHEN. Ex altis enim ad campestria descendere, omnes, ut puto, recens adhuc perseuerãs timor prohibebat. CLI. Quidni? ATH. Non'ne illo tempore ob hominum paucitatem, alter alterum libenter uidebat? Iter autem ad perfectionem aliorum ad alios, & in terra, & in mari, unà cum artibus, &, ut ita dicam, omnia ferè perierant. Vt itaq; inter se conuenirent, non admodum fieri poterat. Ferrum enim & æs, & omnia metalla confusa perierant, ut magna difficultate reparari talia possent. Aderat & materiæ cædendæ raritas. Nam etsi fortè instrumenta aliqua superessent in montibus, hæc tamen breui detrita peribant, alia uero fieri non poterant, prius quàm rursus ars metallica ad homines deueniret. CLI. Quomodo enim potuissent? ATHEN. Quot itaq; sæculis postea hoc ita factum esse putamus? CLI. Nimirum penitus multis. ATHEN. Nõ'ne & artes quæ ferro & ære, & omnibus huiusmodi opus habent, eodẽ tempore & adhuc ampliore extinctæ erant? CLI. Quidni? ATHEN. Itaq; seditio simulq; bellum hoc tempore multis modis perierat. CLI. Quomodo? ATHEN. Primum quidem diligebant, & amicè tractabant se mutuò, propter solitudinem. Deinde non erat ipsis de alimento depugnandum. Pabuli enim non erat raritas, nisi fortassis quibusdam ab initio, ex quo sanè ut plurimum eo tempore uitam degebãt. Lactis enim & carnium nequaquã indigi erant. Insuper autem & ex uenatione non uile, neque exiguum alimentum habebant. Sed & indumẽto & strato, & habitationibus & uasis, tum igne torrefactis, tum ignem non expertis abundabant. Nam artes fingendi & texendi ferro nihil opus habent. Has autem ambas artes Deus hominibus dedit, ut omnia illa suppeditarent, & ut ubi ad eiusmodi calamitatem deuenisset, humanum genus germen & in incrementũ haberet. Pauperes itaq; hac de causa non ita ualdè erant, neque à paupertate cogebantur ad excitandas dissensiones. Diuites autem nunquam fieri poterãt, ut qui neq; aurum, neq; argentum haberent, quod tunc adesset. In quacunq; autem cohabitatione neq; diuitiæ, neq; paupertas cohabitat, in hac ferè iustissimi mores existũt. Neque enim contumelia, neque iniuria, neque æmulationes, neque inuidia eò accedunt. Boni uero tum propter hæc erant, tum ob simplicitatem. Quæ enim audiebant honesta esse aut turpia, ea ut qui simplices essent, uerissima dici putabant, & credebant. Mendacium enim nemini propter sapientiam suspectum erat, uelut nunc solet: sed quę & de dijs, & de hominibus dicerentur, uera putantes, secundũ ea uiuebãt. Quapropter tales omninò erant, quales ipsos nos modò exposuimus. CLI. Mihi sanè & huic hęc ita se habere uidentur. ATHEN. Non'ne diximus q̃ multa sæcula hoc modo uita transacta, his qui

Afflictiones ex diluuijs sequentes

Artis fingendi & texendi utilitas

his qui ante diluuiũ fuerunt, & qui nunc sunt, ab artibus magis aliena fuerũt, & tum ad alias artes, tum ad bellicas inepta, quæ artes nunc & in terra, & in mari exercent: & quæ etiam in ciuitate solum, iudicia ac seditiones appellantur, & sermonum ac operum ommbus machinamentis, ad maleficia & iniurias mutuas transiguntur, in his illa simplicitora, & fortiora, & simul moderatiora, & in omnibus iustiora fuerunt. Causam autem horum iam recensuimus. CLI. Rectè dicis. ATHEN. Dicta itaq; sint hæc nobis, & quæ ad hæc consequuntur, adhuc omnia dicta sint, ut intelligamus quæ illis tunc legum necessitas fuerit, & quis fuerit ipsis legislator. CLI. Et rectè sanè dixisti. ATHEN. Non'ne illi quidem neque opus habebant legislatoribus, neque adhuc illis temporibus hoc fieri solebat. Neque enim literæ adhuc sunt his qui in hac circuitus parte degunt, sed consuetudinibus & patrijs legibus ducti uiuunt. CLI. Verisimile est. ATHEN. Reipublicæ autem iam & hic modus quidam est. CLI. Quis iste? ATHEN. Videntur mihi omnes Rempublicam in hoc tempore potentatum uocare, qui etiam nunc adhuc in multis locis, & inter Græcos, & apud Barbaros est. Dicit autem ipsum etiam Homerus in Cyclopum habitatione fuisse, ubi ait.

Potentatus ubi fuerint

Hi neq; consilij, neq; iudicij loca norunt,
Verum summa habitant semper de montibus altis,
Excsulptis specubus: fas dicunt, dant quoq; iura
Natis atq; uxoribus, & non altera curant.

CLI. Videtur hic Poeta uobis fuisse iucundus. Nam & alia ipsius percurrimus ualdè urbana, non tamen multa. Non enim admodum utimur nos Cretenses externis poematis. MEG. Nos autem utimur quidem, & uidetur principatum obtinere inter tales poetas, non tamen Laconicam, sed magis Ionicam quandam uitam subinde persequitur. Nunc autem tuo sermoni bonum testimonium exhibere uidetur, quum antiquitatem ipsam ad ueritatem quandam per fabulamentũ adduxerit. ATHEN. Etiam. Testimoniũ enim præbet, & accipimus ipsum nunciatorem, q̃ aliquando tales Respub. fiunt. CLI. Recte. ATH. Num ex his qui secundum unam habitationem, & genus unum dispersi sunt, præ egestate ex hominũ interitu secuta? in quibus antiquissimus semper princeps est, eo quòd principium ipsis ex patre & matre contigit: quos sequentes uelut aues gregem unum faciunt, & patrijs legibus reguntur, & sub regno omniũ iustissimo uiuunt. CLI. Maximè. ATHEN. Postea uerò in commune maiores construentes ciuitates, plures congregantur, & ad agriculturas in imis montium partibus primas se conuertunt, & ambitus ex sepibus uelut murorum munimenta, ferarum arcendarum gratia faciunt, unam rursus communem, eamq; magnam domum efficientes. CLI. Verisimile est hæc ita fieri. ATHEN. Quid uero hoc non uerisimile est? CLI. Quod istud? ATHEN. Dum maiores hæ habitationes ex minoribus & primis augescũt, singulas paruas adesse, quæ secundum genus habent, & antiquissimum principem, & suas quasdam proprias conſuetudines, eo quòd seorsum habitent, alias ab alijs genitoribus ac educatoribus susceptas, quas circa deos & seipsos in cõsuetudinem uerterunt, moderatiores à moderatioribus, & fortiores à fortioribus: ita ut pro more etiam singuli ipsarum abrogationes, in filios & nepotes exprimant: id quod dicimus, uenire habentes proprias leges, ad maiorem cohabitationem. CLI. Quidni? ATHEN. Et sanè suas leges singulis placere, necessarium est: aliorum autem leges esse posteriores. CLI. Ita est. ATHEN. Principium itaq; legumlationis nos ingressos esse non animaduertimus, ut apparet. CLI. Maximè. ATHEN. Post hæc itaq; necessarium est eos qui in cõmuni conuenerunt eligere quosdam ex seipsis, qui omnium legum gnari, ubi eas quæ sibijpsis maximè placent in commune principibus & ducibus populi, uelut regibus palàm ostenderint, & eligendas decerint, ipsi quidem legislatores uocabuntur: Vbi uero magistratus constituerint, & optimatum dominium, aut etiam regnum, ex potentatibus effecerint, in hac Reipublicæ mutatione habitabunt. CLI. Deinceps sanè sic & hoc modo contigerit. ATHEN. Tertiam itaque adhuc Reipublicæ formam fieri dicamus, in qua sanè omnes species et affectiones Rerumpublicarum simulq; ciuitatum fieri contingit. CLI. Quæ'nam ista est? ATHEN. Quam post secundam etiam Homerus indicauit, dum tertiam ita fieri esse dicit.

Homerus quales sit poeta

Consuetudines pro legibus

Legislatorum appellatio

Dardaniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dardaniam extruxit, cùm nondum hic Ilion esset
Vrbs sacra in campis constructa ita, nunc uti multi
Mortales habitent, sed adhuc sub montibus imis
Irriguæ multis habitabant fontibus Idæ.

Hos itaq; uersus, & illos quoq; dicit, quos de Cyclopibus dixit, secundum Deum quodammodo et secundum naturam dictos. Diuinũ enim profectò & numine afflatum est *Poeticũ genus diuinum* poeticum genus, & dum hymnos canit, multa quæ reuera fiunt, cum gratijs quibusdam & Musis subinde attingit. CLI. Et ualdè. ATH. Vlterius itaq; pergamus in eo sermone qui nunc nobis incidit. Fortassis enim aliquid de nostra uoluntate declarabit. Non'ne *Ilij extructio* ita oportet? CLI. Maximè. ATHEN. Constructum itaq; dicimus Ilium ex altis, in magnum & pulchrum campum, super tumulum quendam nõ altum, qui fluuios multos supernè ex Ida progressos habebat. CLI. Ita aiunt. ATHEN. Nõ'ne multis quibusdam temporibus post diluuium, hoc factum esse putamus? CLI. Quomodo uero non multis? ATHEN. Mirãda itaq; uidetur ipsis obliuio tunc affuisse eius de quo nunc dicebamus interitus, quando ita sub multos fluuios & ex altis fluentes, ciuitatem suppoſuerunt, & se tumulis non ita altis crediderunt. CLI. Manifestũ igitur est q̃ omninò longo tempore ab huiusmodi afflictione abfuerũt. ATH. Sed & aliæ multæ, ut arbitror, ciuitates constructæ sunt tunc, cùm homines multiplicarent. CLI. Quidni? ATH. Quæ sanè etiã aduersus Ilium militarunt, & in mari fortassis, quum intrepidè iam omnes mari uterentur. CLI. Apparet. ATHE. Decem autem annis Achiui Troiam obsidione pressam euerterunt. CLI. Et ualdè. ATH. Nõ'ne in hoc decennali tempore, quo Ilium expugnabatur, multa mala domi singulis qui essent in obsidione acciderunt, ex seditiosis iuuenib. qui etiam reuertentes in suas ciuitates ac domos milites, non bene nec pro meritò excepe- *Dorienses unde appellati sint* runt, sed ita ut multos morte mulctarent, & occiderent, & in exiliũ fugarent. Hi tamen elapsi rursus redierunt, mutato nomine, Dorienses pro Achiuis uocati, eo q̃ is qui tunc exules collegisset, Doriensis esset. Et sanè hęc iam omnia uos, ô Lacedæmonij, hinc narratis ac peragitis. MEG. Quidni? ATH. Vnde itaq; ab initio digressi sumus, de legib. differentes, in Musicã & ebrietates illapsi, ad eadem rursus uelut diuinitus deuenimus, & sermo ipse nobis uelut ansam prębet. Deuenit. n. ad ipsam in Lacedęmone constructionem, quam uos & Cretam rectè dixistis, uelut fraternis legib. habitari. Nunc igitur tantum ex orationis euagatione lucrati sumus, ut per respub. aliquas ac habitationes transgressi, uiderimus primam & secundã & tertiam ciuitatẽ, quæ habitationib. inter se consimiles sunt, ut putamus, in immensa quadã temporis longitudine. Nunc uero quarta quædã nobis hæc ciuitas uenit, aut si uultis, quarta gens, quæ & tunc constructa fuit, & nunc habitat. Ex quibus omnibus si intelligere possimus q̃ bene aut secus habitata est, & quales leges ipsas quæ seruantur seruant, & quales perdunt eas quæ pereunt, & quæ pro alijs commutata, felicem ciuitatẽ efficere possint, ô Megille & Clinia, hæc sanè rursus uelut ab initio nobis dicenda sunt, si non relatos sermones criminamur. MEG. Si igitur deus aliquis, ô hospes, nobis promitteret, ut si iterum considerationem de legumlatione aggrediamur, fore ut habitis sermonib. non deteriores, neq; pauciores audiamus, longum ego iter arriperẽ, & breuis mihi uideret præsens dies, etiamsi sit ex his quib. ex *Solem deũ esse* æstiuis ad hyberna deus uertatur. ATHEN. Oportet itaq; hæc, ut apparet, considerare. MEG. Maximè. ATH. Proinde cogitationibus simus in eo tempore, quando Lacedæmon, & Argos, & Messenã, & his coniuncta, maioribus uestris, ô Megille, subiecta sufficiebant. Postea autem uisum est ipsis, uelut narratur, ut diuiso trifariã exercitu tres urbes extruerent, Argos, Messenam, Lacedæmona. MEG. Maximè. ATH. Et rex quidem Argis Temenus factus est: Messenes autem, Cresphontes: Lacedæmonis uero Patrocles & Eurysthenes. MEG. Quidni? ATH. Omnes itaq; his iurarunt hi qui tunc essent, se opem laturos esse, si quis regnum ipsorum conuellat. MEG. Quidni? ATHEN. Re- *Regnũ à seipso destrui* gnum autem destruitur'ne per louem, aut etiam principatus unquam ne destructus est ab alijs quibusdam, quàm à seipsis? Aut nunc sanè paulò antea ad hos sermones delati, hæc ita recensuimus, nunc autem obliti sumus? MEGIL. Et quomodo? ATHEN. Non'ne nunc hoc magis affirmabimus? Ad opera enim quæ fiunt, delati, ad eundem sermonem deuenimus. Quare nõ circa uanum quiddam eundem sermonẽ quæremus, sed circa

sed circa rem factã & quæ habet ueritatẽ. Facta itaq; sunt hæc. Tria regna tribus ciuitatibus subditis regno iurarũt, iureiurãdo inter se ita præstito, ut secundũ leges quas communes de imperando & parendo sanciuerant, id ratum haberet: Vt reges quidem temporis ac generis progressu, regnũ non uiolentius facerent: Subditi uero si hæc reges firmiter præstarent, ut neq; ipsi unquã regna destruerent, neq; alijs id tentantibus permitterent: & ut reges regibus ac populis, & populi populis ac regibus, si qua inferretur iniuria, auxilium ferrent. Non'ne ita? MEG. Ita sanè. ATHEN. Non'ne quod maximum est in rerumpublicarũ constitutionibus, hoc in tribus ciuitatibus legibus subditis extitit, siue reges, siue alij quidam id sanciuerant? MEG. Quod istud? ATHEN. Vt duæ semper contra unam ciuitatem auxilium ferrent, quæ latis legibus non obediret. MEG. Manifestum est. ATHEN. Sed & hoc multi legislatoribus præcipiunt, ut tales leges ferant, quas populus & multitudo ultrò suscipiat: quemadmodum si quis exercitiorum magistris aut medicis præciperet, ut cum uoluptate corpora tractent ac curent. MEG. Omnì nò ita. ATHEN. Hoc autem sæpe boni consulendum est, etiamsi quis cum dolore non ita magno, boni habitus & sana corpora efficere possit. MEG. Quidni? ATHEN. Sed & hoc adhuc illis tũc affuit, non exiguum ad ferendarũ legum facilitatem. MEG. Quod istud? ATHEN. Non immĩnebat legislatoribus maxima repræhensio, dum ipsi bonorũ æqualitatem quandam constituunt, quæ sanè fit in alijs multis ciuitatibus legibus subditis, si quis quærat agrorum possessionem mouere, & æris alieni dissolutionem, quum uideat quòd absque his æqualitas nunquam satis fieri possit. Quare conanti legislatori talium quid mouere, quiuis aduersatur, ac dicit, ut ne moueat nõ mouenda, & execratur eum qui agrorum diuisiones, et nouas tabulas inducit, ut ad consilij inopiam quiuis uir redigatur. At Doriensibus & hoc ita bene & citra indignationẽ extabat, ut & agros absque omni ambiguitate diuiderent, & magnum ac antiquum æs alienum non haberent. MEG. Vera dicis. ATHEN. Quomodo igitur, ô optimi, & habitationum constructio, & legumlatio ita malè ipsis cessit? MEG. Quomodo, & quid in ipsis reprehendẽs, dicis? ATHEN. Quòd cùm tres essent constructæ habitationes, duæ ex ipsis breui & rempublicam & leges corruperunt. Vna uero solum uestræ ciuitatis pars permansit. MEG. Non admodum facile quiddam interrogas. ATH. Atqui oportet nos hoc considerare, & de legibus expendere, atq; ita senilem modestum lusum ludendo, iter uelut diximus, citra molestiam perficere, quãdo semel progredi incœpimus. MEG. Quidni? Et sanè faciendum est ut dicis. ATHEN. Quam igitur meliorem de legibus considerationem facere possumus, q̃ de his legibus quæ has ciuitates gubernarunt? Aut de quibus ciuitatibus clarioribus, & habitationibus maioribus considerauerimus? MEG. Non facile est pro his alias proferre. ATHEN. Non'ne manifestũ est cogitasse eos qui tunc fuerunt, hanc constructionem non solum Pelopõneso magnum auxilium fore, sed etiam omnibus Græcis, si quis ex Barbaris ipsos iniuria afficiat? Quemadmodũ qui circum Ilium habitabãt, tunc Assyriorũ potentia, quæ circa Ninum erat, consisi ac animati, bellum aduersus Troiam excitarũt. Erat enim principatus illius, dum adhuc integer seruaretur, potentia non parua. Quemadmodũ igitur nũc nos magnum regem timemus, ita etiam tunc illam conflatam conspirationem hi qui tunc essent formidabant. Magnam enim culpã ad ipsos secunda Troiæ captiuitas retulit. Principatus. n. illorum pars erat. *Troiæ captiuitas secunda* Ad hæc uero omnia, exercitus tunc apparatus unus in tres ciuitates distributus, à regibus fratribus filijs Herculis, probè ut uidebat, ampliatus ac compositus erat, insigniter præ eo qui Troiam inuaserat. Primũ enim Heraclidas arbitrabant se habere præstantio res principes, q̃ essent principes Pelopidæ. Deinde uero exercitũ hũc, illo qui Troiam inuaserat uirtute longè præstare. Hos enim uicisse, superatos aũt esse ab his illos, Achiuos à Doriensibus. Nõ'ne sic, & hac cogitatione, eos tunc præparasse putamus? MEG. Maximè. ATH. Non'ne etiam uerisimile est putasse ipsos firmiter hęc se habituros esse, & longo quodam tempore permansura, utpote qui & multorũ laborum ac periculorũ inter se societatem haberent, & à genere uno regum qui fratres essent, gubernarent: & ad hæc multis uaribus usi essent, tum alijs, tum Delphico Apolline? MEG. Quomodo uero non uerisimile esset? ATHEN. Hæc uero in magna adeò spe ac expectatione posita, breui tunc, ut apparet, euanuerũt, præter paruã, uelut modò dicebamus, partem

Legum ferendarum ratio

Lacedæmonis partes corruptæ

circa ue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

circa uestrum locum restãtem, & hæc sanè aduersus duas partes bellum gerere in hunc usq; diem nunquã cessauit, alioqui si cogitatio quæ tũc illis erat, successum habuisset, & in unũ consensissẽt, uim quandã in bello intolerabilẽ habuisset. MEG. Quidni? ATHE. Quomodo igitur & quatenus perijt? Num consideratione dignũ est quænam fortuna tãtam ac talem multitudinẽ perdiderit? MEG. Nullatenus equidẽ quis alias siue leges, siue respub. considerando, cognouerit eas quæ pulchras & magnas res conseruant, aut etiã contrà perdunt, si has neglexerit. ATHEN. Hoc ergo, ut apparet, feliciter quodammodo produximus ad magnam quandam considerationem. MEG. Maximè. ATHEN. Non'ne ô admirande, falluntur omnes homines, & nunc etiam nos, qui putamus sem-
per nos pulchram aliquam rem uidere, & quæ admiranda effecisset, si quis ipsa rectè se
Vsus rerum re ctus nõ semper felix cundum aliquem modum uti nouisset? Hoc autem nunc nos fortassis circa hoc ipsum neq; rectè, neq; secundũ naturam cogitauerimus, & sanè etiam circa alia omnes omnia, de quibus ita cogitauerint. MEG. Quid uero dicis, & de qua re tibi hunc sermonẽ maximè excidisse dicemus? ATH. Ipse etiam meipsum nũc, ô bone, deriſi. Quum enim ad hunc exercitũ de quo loquimur, respexissem, uisus est mihi penitus pulcher esse, & admirandam rem delignaturus fuisse Græcis, uelut dixi, si quis ipso tunc rectè usus fuisset. MEG. Non'ne bene & sapienter tu omnia dixisti, & nos collaudauimus? ATHEN. Fortassis. Cogito tamen quòd quiuis qui uiderit magnum quiddam, & quod multam potẽtiam ac robur haber, hoc modo ſtarim afficitur, ut dicat, si nouisset possessor ipso uti, quod rãtum ac tale est, admiranda & multa effecisset, & felix esset. MEG. Non'ne rectũ & hoc est, aut quomodo dicis? ATHEN. Vide itaq; quo respiciens is qui de unaquaq; re hanc laudem profert, rectè dicat. Primum autem de hoc ipso de quo nunc dicimus, quomodo si ritè exercitum ordinare nouissent hi qui tunc præfecti fuerũt, occasionem quodammodo assecuti fuissent. Non'ne si constituissent ipsum in tuto, conseruassentq; ipsum perpetuò, ut et ipsi liberi essent, & aliorum quorũ uellent principes, & in summa inter omnes homines, tum Græcos, tum Barbaros, & ipsi, & posteri ipsorum facerent quod cuperent, Non'ne horum gratia cuperent? MEG. Maximè. ATH. Non'ne & qui diuitias magnas, aut honores generis insignes, aut etiam quodcunq; huiusmodi consp
catus, eadẽ hæc dixerit, ad hoc respiciẽs dicet, uelut propter hoc ipsi accessura fuissent quæ cupijsset omnia, aut plurima, & maximè memorabilia? MEG. Apparet sanè. ATH. Age itaq; omnium hominũ unum quoddam cõmune est desiderũ, id quod nunc à ser-
mone declaratum est, uelut ipse sermo dicit. MEG. Quod istud? ATH. Vt secundum animæ suæ iussum fiant ea quæ fiunt, maximè quidem omnia: sin minus, saltem humana. MEGIL. Quidni? ATHEN. Non'ne quandoquidem omnes hoc uolumus semper, & dum pueri sumus, & uiri, & senes, hoc ipsum etiam necessariò perpetuò precamur? MEGIL. Maximè. ATHEN. Sed & unà cum amicis precamur ea, quæ illi sibiipsis pre
cantur? MEG. Quidni? ATHEN. Amicus quidem est filius patri, quum puer sit uiro. MEG. Quidni esset? ATHEN. Et ramen multa ex his quæ puer sibijpsi contingere precatur, pater à dijs deprecatur, ut nequaq; iuxta filij preces fiant. MEG. De eo dicis quod dum stolidus est, & adhuc iuuenis precat. ATH. Et cùm sanè pater senex iam, aut etiam ualdè iuuenis, qui bonorum & iustorũ nihil cognoscat, admodum prompte precatur, dum in similibus affectionibus constitutus est, uelut Theseus erga Hippolytum infeli-
citer moriturũ, puer autem cognoscit, putas'ne tunc puerum unà cum patre precaturũ esse? MEG. Intelligo quod dicis. Videris enim mihi dicere, non hoc optandũ esse, neq; urgendum, ut uoluntatem cuiusq; omnia sequantur, sed potius ut uoluntas cuiusq; sapientiam. Hoc aũt & ciuitatẽ, & unũquenq; nostrum, & precari oportere, & studio habere, quod aliquo modo cum sapientia ac intelligentia cõiunctum est. ATH. Etiam. Et sanè etiam ciuilẽ uirum legislatorẽ ad hoc semper respicere oportere, et constitutiones legũ ferre, tum ipse memini, tum uobis in memoriã reuoco, ea quæ ab initio dicta sunt, si meminimus. Nam uos quidẽ censebatis bonum legislatorẽ omnes belli gratia leges ferre oportere: Ego uero dicebã, q hoc quidem ad unam uirtutẽ ex his quę quatuor es-
Prudentia prima & dux uirtutum sent, leges ferre iuberet, oporteret aũt ad omnem uirtutẽ respicere, maximè tamen primam, q uniuersæ uirtutis dux esset. Esset aũt hæc sapientia, & prudentia, & intelligẽtia, & opinio, cum amore & cupiditate ad hęc sequente. Venit aũt rursus sermo ad idem, & ego qui

ego qui dicebam, nunc rursus ea quę tunc dico, siue uultis ut ludens, siue ut seria dicens. Quòd uero assero periculosum esse precibus uti, si quis intelligentiam non habeat, sed contraria uoluntati ipsius contingere melius esse, hoc si me seriò sensisse uultis, ita censete. Valdè enim spero uos inuenturos esse, si sermonẽ quem paulò antea proposui, se-
quamini, & regum, & omniũ consiliorum destructionis causam non fuisse ignauiã, ne-
que q principes, & hi quos principatũ gerere conueniebat, ea quæ ad bellum pertinẽt, ignorassent: sed esse hæc omni reliqua culpa destructa, & maximè maximarũ humana-
rum rerum ignorantia. Quòd igitur hæc ita facta sint tunc circa illa, & si fortè nũc alicu-
bi fiunt, & in posterũ tempus contingent, non aliter cõtingent, si ita uultis, conabor de-
inceps in sermonis progressu inuenire, & uobis pro uirib. uelut amicis declarare. CLI. Vt quidẽ re, ô hospes, nunc sermone laudemus, grauius fuerit: re ipsa uero ualdè te lau
dabimus. Prompte enim ea quę à te dicentur, assequemur: in qua re is qui liberaliter aut secus laudat, maximè sit conspicuus. ATHEN. Optimè ô Clinia, et quæ dicis, faciamus. CLI. Fiet ita, si Deus uoluerit, dic solum. ATHEN. Dicimus itaq; nunc per id quod reli
quum est uiæ in sermone progredientes, maximam ignorantiã tunc illam potentiã per
didisse, & nunc idem hoc facere solere. Quare si hoc ita se habet, conandũ est legislato-
ri ut quantũ eius fieri potest, sapientiam ciuitatibus inducat, insipientiã uero quàm ma-
ximè eximat. CLI. Manifestum est. ATHEN. Quæ igitur maxima ignorantia meritò di
cetur, considerate an & uobis uideatur quod dicam: Ego quidem talem censeo. CLI. Qualem istam? ATHEN. Eam, cùm alicui quid pulchrum aut bonum esse uisum fuerit, is non amat hoc, sed odio habet: id uero quod prauum & iniustũ esse uisum est, amat & amplectitur. Hanc doloris & uoluptatis dissensionem, aduersus opinionem quæ fit se-
cundum rationem, extremam ignorantiam esse censeo: maximam autem, eo quòd mul
titudinis animæ est. Nam pars ipsius quæ dolore & uoluptate afficitur, quasi populus & multitudo ciuitatis est. Quum igitur scientijs, aut opinionibus, aut rationi, ex natura principibus, anima aduersatur, hoc insipientiam appello: & in ciuitate, quum principi-
bus & legibus multitudo non paret. Eodem modo & in uno uiro, quum honestæ in ani
ma rationes nihilo plus possunt, sed omnia cõtraria fiunt. Has omnes ignorantias ego maximè erroneas censeo, & in ciuitate, & in unoquoq; ciue: & non eas quæ sunt opifi-
cis. ATHEN. Hoc itaq; sic dictum ratum habeatur, quòd ciuibus hac ignorãtia laboran
bendi sunt, etiamsi admodum ratiocinatione præditi fuerint, & omnia ad elegantiã & uelocitatem animæ spectantia elaborarint. Qui uero contrario his modo affecti sunt, hi sapientes appellandi, etiamsi quod dicitur, neq; literas neq; natare sciant: & principa
tus ipsis uelut sapientibus cõmittendi. Quomodo enim, ô amici, absq; consensione, uel minima sapientiæ specie constiterit, nulla expectatio est: sed optima & maxima con-
sensio, maxima sapientia meritò dicetur, cuius quidem is qui secũdum rationem uiuit, particeps est: Qui uero ea destituitur, & domus suæ euersor est, & ciuitatis nequaquam seruator, sed omninò contrà in omnibus his semper ignarus uidebit. Hæc igitur quem admodum modò diximus, hoc modo rata habeantur. CLI. Habeantur. ATHEN. Prin-
cipes autem & subditos in ciuitatibus esse necessariũ est. CLI. Quidni? ATHEN. Sit ita. Quales uero & quot sunt & imperandi, & parendi dignitates, tum in magnis ac paruis urbibus, tum in priuatis ædibus eodem modo? Non'ne una quidẽ recta dignitas ubiq; fuerit patris & matris, & in summa ut parentes liberis imperent. CLI. Et ualdè. ATHE. Hæc uero sequens, ut generosi ignobilibus imperent. Et tertia adhuc has sequitur, ut se-
niores quidem imperent, iuniores autem subditi sint. CLI. Quidni? ATHE. Quarta ue
ro ut serui quidem subditi sint, domini uero imperent. CLI. Maximè. ATHE. Quinta, ut opinor, ut potentior imperet, inferior subditus sit. CLI. Valdè necessarium principa-
tum dixisti. ATH. Et qui plurimus est inter omnia animalia, & secundũ naturam, uelut aliquãdo Thebanus Pindarus dixit. Maxima uero, ut apparet, dignitas sexta fuerit, quę ignorantem sequi iubet, sapientẽ uero præire ac imperare. Et quidẽ hanc, ô sapientissi-
me Pindare, ferè non præter naturã fieri ego dixerim: sed secundũ naturam, legis in uo-
lentes principatũ, & qui nõ uiolentus est. CLI. Rectissimè dicis. ATH. Septimũ autem

Ignorantiæ rerum humanarum pernicies

Ignorantia maxima & extrema

Principatus quib. est committendus

Imperandi dignitates septẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

principatum dijs gratum & fortunatũ quendam esse dicentes, ad sortem quandã addu
cimus, ut cui sors fauet, imperet, cui sors nõ succedit, subditus abeat, & hunc iustissimũ
esse dicimus. CLI. Verissima dicis. ATHEN. Vides itaq; ô legislator, dixerimus per lu
sum ad aliquẽ ex his qui facile ad ferendas leges progrediunt, quot sunt principũ digni
tates, & quot contrario modo inter se habent? Nunc.n. seditionũ fontem quendam re-
perimus, quem te curare oportet. Primùm aũt nobiscum considera, quomodo & qua in
re præter has delinquentes apud Argos & Messenã reges, & seipsos, & simul Græcorũ
potentiam admirandã illam in eo tempore euerterunt. Non'ne quia ignorauerunt He-
Hesiodi dictũ siodum rectissimè dicere, Dimidiũ plus toto sæpe esse? cùm uidelicet totum sumere sue
rit damnosum, dimidiũ uero moderatum, tunc censuit ille, moderatũ immoderato plus
esse, ut quod melius sit deteriore. CLI. Rectissimè. ATHE. Vtrũ igitur putamus, si hoc
circa reges contingat, semper prius euertere, q̃ in populis? CLI. Verisimile est multum
esse hunc regũ morbũ, qui ob delicias superbè uiuunt. ATH. Non'ne manifestũ est pri-
mum hoc tunc reges habuisse, ut plus latis legib. possent, & quæ sermone & iureiurãdo
approbarunt, in his secũ ipsi non cõsenserunt: Verũ dissensio, quam nos maximã igno-
rantiam esse diximus, sapientia tamen esse uidet, omnia illa ob errorem & amarã incon
Regum euer- cinnitatẽ euertit. CLI. Ita equidẽ apparet. ATHEN. Sit ita. Quid itaq; legislatorẽ tunc
sio unde con- sanciuisse oportuit, & cauere ne hæc affectio oboriret? Num per deos nunc quidem ni
tingat hil sapientiq; habet hoc cognoscere, neq; difficile dictu est? Si uero prouidere quis tunc
potuisset, sapiẽtior sanè nobis ille esset? MEG. Quid'nã istud dicis? ATHEN. Si quis ad
hoc, quod apud uos, ô Megille, factum est, respicit, nunc & cognoscere, & facile dicere
potest, id quod tunc fieri oportuit. MEG. Dic adhuc clarius. ATHEN. Clarissimũ itaq;
hoc fuerit. MEG. Quod istud? ATHEN. Si quis maiorẽ dederit minorib. potentiã, omis-
so eo quod moderatũ est, & nauib. uela, & corporibus alimentũ, & animis principatus,
euertuntur omnia, & ad insolentiã elata, partim in morbos excurrunt, partim ad iniuriã
insolentiæ filiam. Quid igitur tandem dicimus? Nõ'ne hoc? Non esse ô amici uiri, mor-
talis animæ naturã, quæ unquã possit maximum inter homines principatũ ferre, si iuue
nis sit, & corrigi se non sinat, ut non maximo morbo insipientia, in mente sua repleta,
odium proximorũ amicorũ incurrat: quod ubi cõtingit, breui ipsam perdit, & omnem
potẽtiam ipsius euertit. Hoc igitur cauere ex moderati cognitione magnorũ legislato-
rum est. Et hoc sanè esse uidetur id quod tunc factum fuit, ut nunc oportunissimè conie
ctare licet. MEG. Quod istud? ATHEN. Deus opinor, aliquis uestri curã gerens, qui fu-
tura prospiceret, gemino uobis ex unico regum ortu producto, uos magis ad id quod
moderatũ est, contraxit. Et post hoc insuper natura quædã humana, cum diuina quadã
potentia permixta, uestrum principatũ inflãmatum conspicata, adhuc moderarã sene-
ctutis potentiã, ad generis procax robur ammiscuit, & uiginti octo senum potestatẽ in
maximis rebus regum potestati æqualem fecit. Tertius uero uester seruator, adhuc elu
xuriantem & cõcitatum principatũ uidens, uelut frenum ipsi iniecit Ephororũ potesta
tem, atq; sic propè ad potentiã sorte obtingentem deduxit. Et sanè secundũ hanc ratio-
nem, Regnum apud uos ex quibus oportebat mixtum, & modũ habens, & ipsum ser-
uatum est, & alijs salutis causa fuit: alioqui per Temenũ & Cresphontẽ, & eos qui tunc
erant legislatores, quicũq; tandẽ illi erant, neq; Aristodemi portio unq; seruata fuisset,
Non.n. erant legum ferendarũ satis periti, alioqui nunq; putassent iuuenilem animũ ac
Iusiurãdi apud cepto principatu, ex quo tyrannis fieri posset, iureiurando ad moderationẽ se redactu-
reges utilitas ros esse. Nunc aũt Deus ostendit qualem oportebat, & oporteat nunc existentẽ maxi-
mè principatũ fieri. At à nobis cognosci hæc, uelut antea dixi, postquã facta sunt, nihil
sapientiæ habet. Nam ex facto exemplo uidere, nulla difficultas est. Si uero quis tunc
hæc prospexisset, & principatus ad moderationẽ redigere potuisset, & unum ex tribus
facere, is & pulchrè excogitata tunc omnia cõseruasset, & nunq; Persicus, neq; alius ul-
lus exercitus, contemptis nobis uelut exigui precij hominib. in Græciã impetũ fecisset.
CLI. Vera dicis. ATH. Turpiter itaq; repulerunt ipsos, ô Clinia. Turpe aũt dico, non q̃
nõ uictores hi qui tunc erãt & terra, & mari, honestè pugnãdo euasissent, sed quod tur-
pe tunc fuisse dico, hoc est. Primũ quidem ex illis ciuitatib. quæ tres essent, unã solũ pro
Græcia auxiliũ tulisse, reliquas aũt duas ita malè corruptas fuisse, ut altera etiam Lace-
dæmonem

dæmonem illi auxiliũ ferre impedierit, ualido pro suo robore, bello aduersus ipsam su-
scepto: altera uero quæ primas in illis temporib. tenebat circa gubernationẽ, ipsa uide-
licet Argos, cùm ad propulsandũ Barbarum aduocaretur, neq; aures rogantibus præ-
buit, neque auxilium tulit. Multa uero quæ tunc circa illud bellum facta sunt, recensere
quis possit, quę ut nullo modo Græciæ decora accusauerit: neq; rursus rectè dixerit, qui
Græciam se defendisse dicit. Nam si non tunc Athenienſium & Lacedæmoniorũ com
mune consiliũ, imminentem seruitutẽ depulisset, ferè iam essent omnia confusa Græco
rum inter se genera, & Barbarica inter Græca, & Græca inter Barbara: quemadmodum
hi qui nunc Persarũ tyrannidi subditi sunt, & dispersi & confusi malè, sparsim habitant.
Hæc ô Clinia & Megille, tum in priscis, tum in recentibus ciuilib. uiris appellatis, ac le-
gislatoribus reprehendere oportet, ut culpas ipsorũ inquirentes, inueniamus quid præ
ter hæc facere aliud oportuerat, uelut sanè omninô diximus, q̃ non oportet magnos,
neq; immixtos principatus legibus constituere, ita ut hoc cogitemus, ciuitatem & libe
ram, & prudentem, & sibijpsi amicam esse oportere, & legislatorẽ ad hæc respicientem
leges ferre. Ne miremur autem si sæpe iam proposuimus quædam, & diximus q̃ ad hęc *Ciuitas qualis esse debeat*
respicere legislatorẽ oportet, & leges sic ferre, proposita uero nõ eadem semper nobis
uidentur: Verùm reputare oportet, cùm ad temperantiam respicere oportere dicimus,
aut ad prudentiam, aut amicitiã, esse hunc scopum non alium, sed eundem: & si alia mul
ta huiusmodi proferantur uerba, ne uos perturbent. CLI. Conabimur ut ita faciamus, & *Tria legislato-*
sermones repetamus. Et nunc sanè dicito, ad quid uolebas dicere, legislatorẽ respicere *ri respicienda*
oportere amicitiã, & prudentiam, & libertatem. ATHEN. Audi itaq; nunc. Rerum pu-
blicarum duæ quædã uelut matres sunt, ex quibus alias natas esse si quis dicat, rectè di-
xerit: & alterã quidem unius principatũ appellare, alteram uero populare dominiũ, re-
ctum est: & alterius quidem summũ obtinere Persarũ gentem, alterius aũt nos. Aliæ ue
ro omnes, uelut dixi, ex his sunt uariatæ. Oportet igitur & necessariũ est ut ambarũ ha-
rum particeps sit ciuitas, siquidem libertas & amicitia cum prudentia in ea esse debent.
Et hoc est quod sermo nobis præcipere uelut dum dicit, nunquam ciuitatem rectè rem
publicam gerere posse, si horum expers sit. CLI. Quomodo enim posset? ATHE. Cùm
itaq; altera unius principatũ, altera libertatem, amplius q̃ oportebat, amplexa sit, neu-
tra harum mediocritatẽ adepta est. Vestræ autem & Laconica, & Cretica magis. Athe-
nienses uero & Persæ quondam ferè sic, nunc aũt minus. Causas autem recensebimus,
Nũquid? CLI. Omninô si quod proposuimus, perficere uolumus. ATHEN. Audiamus
itaq;, Persæ cùm Cyri tempore mediocritatẽ magis, q̃ seruitutem & libertatẽ haberẽt,
primùm quidẽ ipsi liberi facti sunt, postea uero aliorũ multorũ domini. Nam cùm prin
cipes subditis libertatem impertirent, & ad æqualitatẽ ducerent, milites ducibus magis
amici erant, & promptos in periculis seipsos exhibebant. Et si quis inter ipsos prudens
esset, & cõsilium dare posset: & rex non esset inuidus, sed dicendi libertatem præberet,
& eos qui consulere possent, honoraret, cõmunem sic prudentiæ uim in medium addu
cebat, & omnia sanè tunc ipsis propter libertatem, & amicitiã, & intelligentiæ commu
nicationem cõtribuebat. CLI. Videntur ea quæ dicis quodãmodo ita facta esse. ATH.
Quomodo igitur tandem perierũt sub Cambyse, & rursus sub Dario ferè restituti sunt,
uultis' ne ut coniectura uelut diuinatione utamur? CLI. Affert equidem hoc nobis con
siderationem ad id ad quod cõtendimus. ATH. Diuino itaq; nunc de Cyro, in reliquis
quidem ducem exercitus præstantẽ, & ciuitatum amantem ipsum fuisse, uerùm rectam
eruditionem penitus non attigisse, et ad domesticam gubernationem animum non ad-
uertisse. CLI. Quomodo hoc dicemus? ATHEN. Videtur à iuuẽtute per omnem uitam
militasse, traditis liberis mulieribus, ut ab his educarentẽ. Illæ uero uelut felices ipsos sta
tim à pueris, & beatos, ac nullius rei indigos educabant: & ut ne quis ipsis, uelut qui fa- *Cyri filiorum*
tis felices essent, in nulla re aduersaretur prohibebant: & quod ab ipsis diceretur, aut pe *educatio pessi-*
ragereturomnes laudare cogebant, atq; sic tales quosdam educauerũt. CLI. Pulchram *ma*
educationem dixisse uideris. ATHE. Muliebrem profectò, reginarũ mulierum recens
ditatarum, & quæ uiris destitutæ, eo quòd illis præ bellis & multis periculis, non uaca-
ret, liberos educabant. CLI. Consentaneum est. ATHEN. Pater autem ouium quidem
& armentorum, & aliorum multorum pecorum, itemq; hominum multos greges ipsis

Universidad de Deusto
Biblioteca

comparauerat, sed quòd ipsi quibus hæc traditurus esset, paterna arte quæ Persica erat, non erudirentur, ignorabat: cùm sint Persæ pastores, asperæ regionis soboles, durecq; & quæ pastores efficere possit, ualdè robustos, & qui sub dio degere, & uigilias sustinere possint, & si opus sit, militare. At ille ut filij ipsius incorrupta, ab ea quæ felicitas appellatur, Medorum disciplina à mulieribus & eunuchis educarentur, permisit. Vnde tales euaserunt, quales ipsos fieri uerisimile erat, educatione citra castigationem educatos. Cùm igitur filij mortuo Cyro successissent, delicijs & incastigata licentia referti, primũ quidem alter alterum occidit, cùm æqualem ferre nõ posset. Postea uero ipse præ ebrietate & imperitia regnum perdidit, Medis & eo qui tunc Eunuchus dicebatur, stultitiã Cambysę contemnentibus. CLI. Dicuntur sanè hæc, & uidenẽ ferè ita facta esse. ATH. Et sanè etiam rursus ad Persas regnũ uenisse, per Darium & septem illos dicitur. CLI. Quidnit? ATHEN. Videamus itaq; sermonem assequẽtes. Darius equidem regis filius non erat, sed disciplina nõ delicata educatus. Progressus autem ad principatum, quem septimus assumpsit, in septem partes ipsum diuisit, quarum etiam nunc somnia parua relicta sunt: & legibus latis censuit uiuendum esse ad cõmunem quandam æqualitatem inductam, & secundum Cyri distributionem, quam promiserat Persis in legem illigatã, ut amicitiam & societatem omnibus Persis exhiberet, & pecunijs ac largitionibus Persarum populum alliceret. Proinde exercitus sibi cum beneuolentia cõparauit, & regiones non pauciores his quas Cyrus reliquit. Post Darium uero Xerxes regia rursus & delicata disciplina imbutus est. Sed fortassis iustissime quis dicere possit, O Darie, qui Cyri malum nõ intellexisti, sed Xerxen in ijsdem moribus educasti, in quibus Cyrus Cambysen educauit. At hic ut qui eiusdem disciplinæ soboles esset, ad cõsimiles affectiones uelut Cambyses deuenit. Et ferè ex tãto tempore nullus uerè magnus rex in Persis fuit, nisi nomine tantum. Causa uero non fortuna est, ut mea fert opinio, sed mala uita, quam excellenter diuitum & tyrannorũ filij plerunq; uiuunt. Nunquam enim euadet puer ex hac educatione, & uir & senex uirtute excellens. Hæc itaq; legislatori consideranda esse dicimus, & sanè etiam nobis in præsenti. Æquum uero est, ô Lacedæmonij, ut ciuitati uestræ hoc tribuatur, quòd paupertati & diuitijs, & regno & priuatis, nullum penitus honorem ac magistratum excellentem contribuitis, quos non ab initio uobis Deus existimauerit, sed ex diuinæ alicuius uocis oraculo designauit. Non enim in ciuitate honores excellentes esse alicui oportet, eo quòd diuitijs præstat: quandoquidẽ neq; quòd uelox, aut pulcher, aut robustus quispiam est, absq; aliqua uirtute: neq; cum uirtute, si absit ab ea temperantia. CLI. Quomodo hoc, ô hospes, dicis? ATHEN. Fortitudo uirtutis pars una est. CLI. Quidni? ATHEN. Ipse itaq; iudica, ubi sermonem audiueris, num uelles tibi contubernalem aut uicinum aliquem esse, ualdè quidem fortem, nõ autem temperantem, sed immodestum? CLI. Bona uersa quæso. ATHEN. Quid uero artificiosum, & in artibus sapientem, sed iniustũ? CLI. Nequaquã. ATHEN. Atqui iustitia nõ prouenit absq; temperantia. CLI. Quidni? ATHEN. Neq; uero eum quem nos nunc sapientem proposuimus, qui uoluptates & dolores rectis rationibus consonas, easq; sequentes habet. CLI. Nullo modo. ATH. Adhuc itaq; etiam hoc consideremus, honorum in ciuitatibus gratia, qui & recti, & non recti semper ex ipsis sint. CLI. Quod istud? ATHEN. Temperantia ablq; omni reliqua uirtute, sola in anima quadam restans, præstans quid & honorandum, aut uile meritò habetur? CLI. Non habeo quod dicam. ATHEN. Equidem moderatè respondisti. Si enim alterutrum ex his quæ interrogaui, dixisses, incõcinnè mihi uidereris dixisse. CLI. Rectè itaq; hoc factum fuerit. ATHEN. Sit ita. Appositio itaq; non sermone, sed absurdo quodam silentio potius, digna fuerit. CLI. Temperantiã mihi decere uideris. ATHEN. Etiam. Quod uero ex alijs plurimum nobis prodest cum appositione, si maximè honoretur, rectissimè honoratur: & secundum secundo loco: & si sic secundum successionis rationem, unũquodq; succedentes honores sortiat, rectè sortietur. CLI. Habet se res hoc modo. ATH. Quid igitur, nõne legislatoris esse dicemus & hæc distribuere? CLI. Et ualdè. ATH. Vis'ne itaq; ut omnia in singula opera & minutatim distribuenda illi demus. Trifidã uero diuisionem, quãdoquidem & nos legũ quodammodo studiosi sumus, apponamus ut seorsum & maxima, & secunda, & tertia diuidamus? CLI. Maximè. ATH. Dicimus itaq; oportere & necessariũ esse, ciuitatẽ, quæ seruari &

Educationis malæ pernicies

Principatus quibus committendus

uari & iuxta humanas uires felix esse uolet, & honores & ignominias distribuere. CL. Rectè. ATH. Rectè uerò habet ut honoratissima & prima animæ bona ponãtur, si temperantia ipsi adsit. Secunda uero corporis bona. Et tertia opulentia & pecuniæ. Si uero extra hæc legislator aut ciuitas progrediat, ut aut pecunias ad honores euehat, aut aliquid ex posterioribus in anteriorẽ partem honore locet, neq; sanctã, neq; ciuilem rem fecerit. Dicta'ne sint hæc nobis, aut quomodo censes? CLI. Maximè clarè dicta sint. ATHE. Hæc itaq; ut amplius exponeremus, consideratio de Persarũ repub. fecit. Inuenimus autem ipsos adhuc deteriores factos esse. Causam uero esse dicimus, quòd libertatem populi nimiũ tollentes, dominandi uero potestatem magis q̃ conuenit, inducentes, amicitiam & societatẽ in ciuitate perdiderunt. Hac autem corrupta, neq; principũ senatus pro subditis et populo cõsultat, sed pro suo principatu, si quid uel paulò plus rebelles ipsis ciuitates, rebelles item socias gentes, subinde fore putauerint, per ignem illis hostili odio sine omni cõmiseratione consumptis, odio etiam ipsi habenẽ. Et cùm necessitas postularit ut pro ipsis depugnent, nullam societatẽ in ipsis cum promptitudine ad pericula & pugnas subeundas comperiunt: sed cùm multa hominũ milia quibus dominatur, supputare possint, omnes ad bellum inutiles habent: & quemadmodũ qui hominum inopia laborent, mercede alios conducunt, & à mercenarijs ac externis militib. saluos se fore putant. Ad hæc uero imperitiã suam palàm declarãt, dum re ipsa confiten tur nugas esse omnia quæ in ciuitate honesta & bona ac honoranda dicuntur, si ad aurum & argentũ comparentur. MEG. Maximè. ATH. Sed de Persarũ repub. nunc non re ximè. ATHEN. Cæterũ ut de Attica repub. deinceps similiter exponamus, opus est, ut ab solutã ab omnibus magistratib. libertatem, non paulò deteriorẽ esse cognoscamus, q̃ est ea quæ sub alijs mediocritatẽ retinet. Nobis enim illo tempore quãdo Persæ Græcos, fortassis aũt uniuersæ ferè Europæ incolas inuadebant, respub. uetus erat, & magistratus quidam ex censibus quatuor, & domina quædã inerat reuerẽtia, propter quam legibus seruiẽtes uiuere uolebamus. Et ad hæc magnitudo exercitus in terra & mari immensum timorẽ incutiebat, & seruitutẽ adhuc maiorem & magistratib. & legibus seruire nos faciebat. Et propterea omnia nobis inter nos intercedebãt ualdè amica. Decem enim fermè annis ante naualẽ in Salamine pugnã, Datis cum Persica classe uenit, missus à Dario expressis uerbis in Athenienses & Eretrienses, ut ipsos captiuos abduceret, qui etiam mortẽ illi minatus est, si non hæc effecisset. Datis itaq; Eretrienses quidẽ omninò per uim multorũ milium agmine cœpit, et horrendũ quendam rumorem in ciuitatem nostram demisit, q̃ nullus Eretrienſium manus ipsius effugisset. Milites enim Dati ita in uerriculo conclusissent. Hic rumor, siue uerus, siue quocũq; peruenisset, tum alios Græcos, tum Athenienses perturbauit: & cùm legatos quoquò uersus mitterent, nemo ipsis auxiliũ ferre uolebat, Lacedæmonijs exceptis. Hi uero à bello tunc aduersus Mesenam, & alijs fortassis causis, non enim satis scimus, impediti, postridie à facta in Mara thone pugna uenerunt. Post hæc autẽ magni apparatus, & innumerabiles minæ à rege afferebãtur. Temporis uero progressu Darij mors nunciata fuit, & q̃ iuuenis & atrox filius ipsius principatũ assumpsisset, & nullo modo ab impetu desisteret. Athenienses aũt omnem apparatũ in se cõuerti putabant, ob ea quæ in Marathone gesta essent. Et cùm montem Atho perfodi audirent, & Hellespontũ iungi, & nauium multitudinẽ, neq; in terra, neq; in mari salutẽ sibi esse putabant. Neminẽ enim ipsis auxiliũ laturum esse, cùm memoria tenerent, q̃ neq; ubi primũ illi uenissent, & illa circa Eretriã perpetrassent, ullus ipsis tunc auxiliũ tulisset, aut cõmune in pugna periculũ subijsset. Idem itaq; etiam tunc in terra fore timebant: & in mari rursus omnem salutis desperationẽ uidebãt, cùm mille naues & adhuc plures ipsos impeterẽt. Proinde unam secũ salutẽ cogitabant, exilem quidem & ambiguã, solam tamen istam, q̃ ad id quod antea contigisset, respicerẽt, q̃ uidelicet ex rebus desperatis factum esse uidereť, ut pugnando uicissent. In hac itaq; spe comperiebãt refugiũ sibi in seipsis solis, & dijs situm esse. Hæc igitẽ omnia ipsis amicitiam inter se inducebant, & tunc præsens timor, & is qui ex prioríb. legibus obortus erat, quem seruientes prioríb. legibus habebãt, quem pudorẽ sæpe in superioribus dixi

Honorum & ignominiarum distributio

Reuerentia est domina

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus, cui etiam seruire oportere diximus eos qui boni futuri sunt, ex quo quisquis timidus est, liber & intrepidus est, quē si tunc timor hic non corripuisset, nunq; in congressu hostes propulsasset, neq; sacris, & sepulchris, & patriæ, & alijs familiarib. ac amicis auxilium tulisset, quemadmodū tunc tulit, sed paulatim eo tempore quiuis nostrū alius aliò dispersus fuisset. MEG. Et ualdè ô hospes, rectè dixisti, & prout teipsum, & patriā decet. ATH. Est ita, ô Megille. Nam ad te equū est hæc dicere quę illo tempore facta sunt, qui ex natura paternarū rerum socius ac particeps es. Considera itaq; tu & Clinias, an quæ ad leges ferendas cōueniunt, dicimus. Non enim fabulandi gratia hæc expono, uerūm qua gratia dicā, uidete. Quādoquidem. n. eadē aliquo modo affectio nobis accidit quæ Persis, illis quidē, dum ad omnem seruitutē populum ducunt: nobis aūt contrà, dum ad omnem libertatē, multitudinem impellimus, quomodo sanè & quid hinc dicamus, præhabiti nobis antea sermones, aliquo modo rectè dicti sunt. MEG. Bene dicis. Conare tamen adhuc clarius nobis id quod nunc dicebas, explicare. ATH. Fiet ita. Non erat, ô amici, populus apud nos priscarū legum tempore, dominus aliquarū, sed ultrò quodam modo legib. seruiebat. MEG. Quibus legibus dicis? ATH. His primū quæ circa Musicam eius tēporis latæ sunt, ut ab initio liberæ nimiū uitæ incrementū recenseamus. Musica. n. tunc nobis secundū species quasdam suas & figuras diuisa erat. Et species quædā erant cantilenæ, preces ad deos, uocabantur aūt hymni: & huic contraria alia cantilenę species erat, lamentationes aūt has maximè quis uocare posset: & Pæones alia species: & alia Dionysij ortus, qui dithyrambus, ut opinor, dicebat. Leges etiam hoc ipso nomine appellabat, uelut aliam quandā cantilenam, cognominabant aūt citharœdicas. His itaq; & alijs quibusdā constitutis, non licebat alia ad aliam cōcentus speciem abuti. Autoritas aūt cognoscendi hæc, & simul cognita iudicandi, damnandiq; eum qui non paruisset, non in sibilo posita erat, neq; in quibusdā à Musis alienis multitudinis uociferationibus, uelut nunc fieri solet: neq; rursus plausus, laudes attribuebant: Verùm his qui eruditione præstabāt, illa data erat, ut audirent ipsi cum silentio ad finem usq;. Pueris autem & pædagogis & multitudinis turbæ admonitio contingebat per uirgæ castigationem. Hoc igitur modo ciuiū multitudo ordinatè subdita esse uolebat, & per tumultū iudicare nō audebat. Postea uero temporis progressu, autores trāsgressionis à Musis alienæ poetæ fuerūt, natura quidē homines poetici, sed iniqui circa iustam & legitimā Musæ obseruationē, debacchātes & magis q̄ decebat, uoluptatib. capti, ut qui lamentationes hymnis, & Pæonas dithyrambis miscerent, & citharæ cātilenis tibiarū sonos ac modos imitarentur, & omnia ad omnia deducerent, & præ dementia inuiti contra Musicā mendacia confingerent, uelut nullam penitus rectitudinē Musica haberet, sed uoluptate eius qui ea delectatur, siue melior, siue deterior quis fuerit, rectissimè iudicaret. Cùm itaq; huiusmodi poemata facerent, & tales insuper sermones iactarent, plerisq; è uulgo persuaserūt ut iniqui & audaces in Musicā essent, uelut qui iudicio admodū præstaret. Vnde sanè theatra ex silentib. uocalia facta sunt, uelut quæ in Musis & quod pulchrū, & quod contrà sit, probè intelligant: & pro optimatū in ipsa imperio, prauū quoddam theatri dominiū obortū est. Nam si populare saltem liberorū hominum dominiū in ipsa obortū esset, nihil adeò magni incōmodi esset. Nūc aūt initium quidē sumpsit nobis ex Musica, omniū in omnia sapientiæ opinio & transgressio: Consecuta uerò est libertas. Nam uelut qui scirēt, intrepidi euaserūt. Licentia uero impudentiā peperit. Melioris. n. opinionē non timere ob audaciā, hoc ipsum ferè improba impudentia est, ad quam audendā per nimiam libertatē progressio fit. MEG. Verissima dicis. ATH. Ex hac itaq; libertate cōsequitur ea, ut principib. seruire nolint, & ad hāc sequēs, ut patris & matris & seniorū seruitutem ac admonitionē fugiant, & ubi propè ad finem deuenerūt, ut legib. obedire recusent. In ipso uero iam fine, ut iusiurandū & fidem, & deos omninò non curent, ita ut uererē Titanicam naturā reducant ac imitentē, et ad eadem illa Gigantū facta rursus deueniāt, grauem uitā degentes ut nunq; à malis cessent. Qua uero gratia & hæc nobis dicta sunt, uideē mihi sermonē uelut equū subinde reuocare oportere, ut non uelut qui effrenatū os habeā, quod per uim à sermone ferat, iuxta prouerbiū, ab asino quodam decidā: sed uelut nunc dixi, insuper interrogē, quā nā gratia hæc dicta sunt. MEG. Rectè. ATH. Hæc itaq; illorū gratia dicta sunt. MEG. Quorū? ATH. Diximus legislatorem tria

Cantilenarum species quinq;

Licentia mater impudentiæ

Libertatis nimiæ mala

rem coniectando, leges ferre oportere, ut uidelicet ciuitas cui leges dantur libera sit, & sibijpsi amica, & ut intelligentiam habeat. Hæc erant, nūquid? MEG. Maximè. ATHE. Horum itaq; gratia duas respublicas delegimus, alteram nimia dominandi facultate excellentem, alteram nimia libertate refertam, considerauimusq; nunc utra harum rectè rempublicam gerat. Arrepta autem utriusq; ipsarum mediocritate quadam, in altera dominandi, in altera libertatis, conspeximus tunc esse in ipsis excellentem felicitatem. Si uero ad summum utraq; adducta esset, altera seruitutis, altera contraria libertatis, neutri hoc conducere. MEG. Verissima dicis. ATHE. Sed & ipsarum gratia dorici exercitus constructionem spectauimus, & imas Dardani montis partes, & habitationem maritimam, & primos qui à diluuij interitu superfuissent. Insuper autem & sermones à nobis ante hæc habitos, & de Musica, & de ebrietate, & quæ adhuc hæc antecedunt. Hæc enim omnia dicta sunt ea gratia, ut cognosceremus quomodo ciuitas optimè gubernetur, & quomodo quis priuatim optimè uitam suam degat. Si itaq; aliquid operæprecij fecimus, quæ nam confutatio nobis aduersus nos ipsos dicta fuerit ô Megille & Clinia? CLI. Ego quædam ô hospes mihi cogitare uideor. Videntur nobis secundum fortunam quandam omnes hi sermones quos recensuimus habiti esse. Frè enim neecessitas horum nunc mihi imminet, & sanè peroportunè & tu & Megillus hic me conuenistis. Non enim celabo uos id quod nunc mihi accidit, sed etiam augurij cuiusdam loco duco. Maxima enim Cretę pars coloniam quandam deducere conatur, & Gnosijs rem curandam commisit: Gnosiorum autem ciuitas mihi & alijs nouem: simul autem etiam leges, tum ex his quæ isthic sunt, si quæ nobis placebunt, sancire iussit, tum etiam aliunde, si quæ meliores uisę fuerint, ita ut nihil uereamur ipsarum peregrinitatem. Nunc igitur & mihi & uobis hanc gratiam demus, ut delectu ex relatis habito, ciuitatem sermone condamus, uelut ab initio ipsam construentes: Et simul quidē nobis eius quod quętimus consideratio continget, simul uero ego ad futuram ciuitatē hac cōstructione fortassis utar. ATHEN. Non bellū denuncias ô Clinia, quare nisi quid Megillo molestum est, de me tibi omnia pro uiribus ex animi tui sententia pollicere. CLI. Bene dicis. MEGIL. Sed & de me eadem tibi compromitte. CLI. Optimè dixistis. Quare conemur ut primum sermone ciuitatem condamus.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENtini in Dialogum quartum, De legibus.

QVARTVS hic dialogus, quem admodū & tres superiores, ac etiam pars quinti prima, in ipsocō ditoris legum cōsilio officioq; uersatur. Huius uero consilium circa ciuitatis materiam atq; formam. Materiam inquam, situm, & cōpositionem, dispositionēq; urbis. Formam uero modū publicæ gubernationis & ordinem. At quoniam forma hæc formosa esse nunquam potest, nisi ciuium animi sint formosi, idcirco in formandis à tenera ætate, perq; omnem uitam suorum ciuium animis legifer inuigilare iubetur. Materiam igitur ciuitatis paucis expedit uerbis, formam uero eius & animorū ipsorum formationem accuratissime tractat, utpote qui præ animorū dignitate exteriora omnia quāuis amplissima uideantur, nihil pēdit. Profecto Platō noster si corporū esset medicus, in eligēdo aere saluberrimo ad firmā ualidamq; corporis habitudinē cōferente incūberet diligētius. Sed qui in eligēda pro se Academia insalubri loco, nō corpori, sed animo moribusq; cōsuluit, is nimirū in urbe cōdenda non admodū accuratus apparet: in formādis uero unà cū ætate moribus, tanquā medicus constructionem spectauimus, & imas Dardani montis partes, & habitationem maritimam, & primos qui à diluuij interitu superfuissent. Insuper autem & sermones à nobis ante hæc habitos, & de Musica, & de ebrietate, & quæ adhuc hæc antecedunt. Hæc enim omnia dicta sunt ea gratia, ut cognosceremus quomodo ciuitas optimè gubernetur, & quomodo quis priuatim optimè uitam suam degat. Si itaq; aliquid operæprecij fecimus, quæ nam confutatio nobis aduersus nos ipsos dicta fuerit ô Megille & Clinia? CLI. Ego quædam ô hospes mihi cogitare uideor. Videntur nobis secundum fortunam quandam omnes hi sermones quos recensuimus habiti esse. Frè enim neecessitas horum nunc mihi imminet, & sanè peroportunè & tu & Megillus hic me conuenistis. Non enim celabo uos id quod nunc mihi accidit, sed etiam augurij cuiusdam loco duco. Maxima enim Cretę pars coloniam quandam deducere conatur, & Gnosijs rem curandam commisit: Gnosiorum autem ciuitas mihi & alijs nouem: simul autem etiam leges, tum ex his quæ isthic sunt, si quæ nobis placebunt, sancire iussit, tum etiam aliunde, si quæ meliores uisę fuerint, ita ut nihil uereamur ipsarum peregrinitatem. Nunc igitur & mihi & uobis hanc gratiam demus, ut delectu ex relatis habito, ciuitatem sermone condamus, uelut ab initio ipsam construentes: Et simul quidē nobis eius quod quętimus consideratio continget, simul uero ego ad futuram ciuitatē hac cōstructione fortassis utar. ATHEN. Non bellū denuncias ô Clinia, quare nisi quid Megillo molestum est, de me tibi omnia pro uiribus ex animi tui sententia pollicere. CLI. Bene dicis. MEGIL. Sed & de me eadem tibi compromitte. CLI. Optimè dixistis. Quare conemur ut primum sermone ciuitatem condamus.

Licentia mater impudentiæ

Libertatis nimiæ mala

Universidad de Deusto
Biblioteca

namq; & artem. Quæ tria humana omnia gubernare dicuntur. Et quo difficiliora quàm cæteri autor legum molitur, eo maiori ab his tribus quàm cæteri indiget patrocinio. Quod autem Plato dicit Deum, & fortunam atq; artem simul cum Deo humana omnia gubernare, breuiter sic expone. Deus in omnibus per omnia mouet omnia. Mouet mundi sphæras. Quarum cõcursio fatum quidem alicubi, sed hic fortuna libentius nominatur. Hinc casus uarij circa externa corporaq; proueniunt. Mouet & animas, lumen mentibus inspirando, unde ars non speculandi solum accenditur, sed agendi. Ab arte tandem dispositio externorum & corporis proficiscitur. Quamobrem à Deo quidem cuncta dependent: qui, ut ait Paulus, omnia in nobis operatur. Verum ab ipso deo alia quidem per fortunam procedunt, alia uero per artem. Quo fit, ut neq; fortuna, neq; ars aliquando Deo ualeat aduersari. Quippe quum semper ab ipso utraq; moueantur. Inter se uero duo hæc ita se habent. Aut enim consentiunt inuicem, aut forte dissentiunt. Si dissident, aut fortuna superat artem, aut ars fortunam. Id autem accipe hoc exemplo. Dum mouet Deus sphæras interdum per fortunam in mari commouet tempestatem. Tempestas quatit nauem. Interea mouet Deus idem eãdem nauem per animam quoq; gubernatoris, id est per artem ipsam à Deo continue dependentem. Quando igitur ars nauem ad certum dirigit portũ, atq; ad eundem tempestas quoq; uehit, tunc ars simul cum fortuna consentit. Quãdo uero aliò quidem impellit uentus, aliò uero ars certat ducere, tunc ars & fortuna dissentiunt, ac tandem uel ars cedit fortunæ, uel arti fortuna. Interim prouidentia Dei utrunque ad finem sibi soli notum, cui nihil unquam dissonat, cuncta uidelicet in uniuersam sui corporis harmoniam occultis modis contemperanti. Cæterum illa ipsa concursionum cœlestium dispositio, quando talis prouenit, ut artem necessario superatura sit, Fatum dicitur potius quàm fortuna: quando uero talis ut exuperare inertem possit, & superari ab arte, Fortuna potius nominatur. Neq; diffidas artem quandoq; uincere posse fortunam. Vt enim fortuna sic & ars procedit ex Deo. Animaduerte uero ubi Plato de occasione disputat, quam uir magnus nouas conditurus leges exoptet, ad id magnopere opportunam, sub illius tyranni nomine iuniorem Dionysium significare, seipsum uero sub appellatione legiferi, atq; indicare fauorem fortunæ sibi integrum defuisse. Item Platonem in Sicilia apud Dionysium quendam harum legum proœmia inchoasse, ut ex epistolis intelligi potest: Opus uero id legum expulso Dionysio perfecisse. Deniq; per hæc dicta reditum in Siciliam suum ab infamia uindicasse. Scito autem Platonem in eo itinere atq; reditu nihil aliud contendisse, quàm ut salua Dionysii prosperitate, uiolenta tyrannis in regnum moderatum conuerteretur. Inter hæc autem ubi de temperantia & prudentia principis loquitur, Memento Platonem, mediocrem quidem temperantiam à prudentis distinguere, mediocrem quoq; prudentiam à sapientia simili ratione discernere, consummatam uero temperantiam sæpe appellare prudentiam, absolutam quoque prudentiam, nonnunquam sapientiam nominare. Quod quidem in Phædone, & tertio Legum, & hic, & alibi sæpe, patet. Adducit præterea naturales quasdam ingenij dotes, uirtutibus quidem similes, sed tunc demum, quando rectè fuerint excultæ, ad uirtutum munera conducentes. Qua quidem de re Latius in Republica disputat. Mandabis interea memoriæ, quales sunt principum mores, tales quoq; fieri ciuium reliquorum. Neque ulla de causa mores ciuium facilius citiusq; quàm ex hac mutari posse. Item beatum esse prudentem & temperatũ doctorem populi, beatum quoq; populum qui audit uerba ex ore doctoris eiusmodi profluentia. Præterea neq; Rempublicam felicem sore, neq; leges bonas exorituras, prius quàm in gubernatore potentia unà cum sapientia temperantiaq; concurrat. Proinde diuinum ad ciuitatem constituendam auxilium inuocandum. Hactenus quartus hic liber munus legiferi circa materiam ciuitatis, & formam cõmunis pertractauit. Pergit uero deinceps ad figuram muneris huius distinctiorem, quærens utrum ciuitatis forma regnum esse debeat, an optimatum senatus, an potentia paucorum, an popularis. Quoniam uero nihil inter homines bonum reuera dici potest, diuinũ nisi imitetur bonũ, non iniuria formã prius diuinæ gubernationis exponit, quàm ex humanis gubernationibus alijs alias anteponat: uidelicet diuinæ similiorem absq; controuersia cæteris præfecturus. Probat autem gubernationẽ diuinam esse regnum, optimatumq; senatum regno cõiunctum, Censetq; ex omnibus ciuibus illos eligendos esse ad gubernandum, quotcunq; sint qui tantum cæteris prudentia & temperãtia præstant, quantum uiri pueris præstare solent. Atq; si quis inter electorum numerũ simili fermè interuallo cæteros antecellat, regem esse constituendũ. Id uero tum ex præsenti Saturni mysterio, tum ex simili quodam in Politico, tum ex epistolis & republica potest esse perspicuum. Cæterum ut præsens Saturni mysterium apertius intelligi possit, meminisse oportet, Platonicos coniectare mundum à uita quadam & anima contineri atq; duci, ex tribus potissimum argumentis, ex firma uidelicet diuersarũ mundi partiũ copula, ex mirabili motu cœli, ex perpetua rerũ generatione sub cœlo. Coniectare rursus mundũ à mente regi ex triplici quodã ordine, scilicet ex ordine qui & in ipsa partium mũdi copula, & sphærarũ motu, & in rerum generatione conspicitur. Vtrunq; uero, scilicet animã atq; mentẽ, Platonicus ille noster breuiter cõprehendit. Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus Mens agitat molem. Coniectare tandem & animam & mentem ab ipso bono unoq; dirigi ad regendum, ex eo præcipue quod & connexio partium motusq; & generatio & omnis horum trium ordo in unum tendit, bonumq; dirigitur. Quamobrem sub ipso bono regnum cõtinetur, intellectus uidelicet atque animæ. Illud quidem Saturni, hoc autem Iouis regnum omnis appellat antiquitas. Quæ Iouem idcirco fingit Saturni regnum occupasse, quoniam utrisq; ad regnũ proprium uocantibus animas, scilicet illinc ad intelligibile, hinc ad sensibile bonum, paucissimæ quædam animæ ad intelligibile Saturni bonum contemplationemq; se conferunt, quamplurimæ uero ad sensibile Iouis bonum actionemq; quotidie confluunt. Tradunt antiqui animas quondam beatas sub Saturni regno uixisse, duobus id modis intelligentes. Primo quidem dum inter diuinas angelicasq; mentes uiuebant, antequam in corpora laberentur. Deinde etiam quoties & quotcunq; uoluptuosam quidem uitam negligentes, actiuam uero parum admodum diligentes, contemplatiuæ uitæ ardentissimo amore se dedunt. Vtcunq; uero accipiatur, in uita intellectuali, beata: in animali, sunt miseræ. Accedit quòd sub hac miseria ita falluntur, ut cũ duo in cœlo planetæ sint, primus quidem superioris Saturni nuncius, secundus autẽ nuncius Iouis superioris, laudent quidem Iouis stellam, Saturni uero uituperent, cum tamen

hæc quidem ad tẽporaneas magis prouocet bona, illa uero reuocet ad æterna. At quoniam homo gregabile animal à cõmuni hominum cõmercio segregatus, mediocrẽ uiuendi habitum seruare nõ potest, cogiturq; ut ita dixerim, uel infra hominem descendere, uel ascendere super hominem: factum est ut Saturnus hominũ segregator crimen & infamiam apud inscios reportauerit, eorum uidelicet culpa, qui uel mixtione quadam ineptiori, uel educatione peruersa tales euadunt, ut quãdo à Saturno extra hominẽ seuocantur, descendant ab homine potius, quàm ascendant. Verum de his alibi diligentius: reuertamur ad argumentũ. Addit Plato Saturnum quondam homines distributos in greges custodiæ dæmonum commendasse. Id autem pluribus modis exponitur. Primo quidem diuinã mentem animas hominum, ut Timæus ait, in uarios ordines ab initio diuisisse stellarum, animarum numerum comitantes. Differentiam uero nostrarum inter se animarum, alij inter Platonicos numeralem tantum esse putant, alij etiam specialem, ut unum animarum nostrarum sit genus, in eo multæ animarum species, sint etiam multæ sub eadem specie. Vtcũq; uero distribuãtur, diuersis non solum stellis, sed dæmonibus etiam accõmodari dicuntur. Alioq; modo exponi potest mysterium, ut uidelicet uel ab orbis initio, uel statim post diluuium rudiores homines diuina prouidentia angelorum, siue dæmoniũ melioru ministerio rexerit, donec paulatim facti peritiores ipsi se regerent. Rationi uero cõsentaneũ est, rectius feliciusq; à superis quàm à seipsis homines gubernari. Exponitur insuper tertio hunc in modum, ut quotidie quicunq; uitæ rationem eligunt ab alijs quodammodo segregatam, ritèq; educati fuerint, statim in contemplatiuum beatumq; Saturni regnũ commigrare dicãtur. Sed quatenus sub contemplationis officio in ritus uarios discernũtur, eatenus & in multos greges secerni uidentur, & alijs atq; alijs pro uitæ similitudine inspirari numinibus atq; regi. Mitto in præsentia multas præstantium philosophorum scholas, quasi greges sub Saturno pastore mirabiliter congregatos. Sub Saturno inquã, tribus præcipue modis. Sub mente diuina & angelicis primum, deinde sub anima planetæ primi eiusq; sphæra, tertio sub ipsius planetæ corpore. Sed mens ipsa facit, anima conficit, planeta portendit. portendit inquam, quando in magnis Saturni cum Ioue cõiunctionibus, Saturnus ipse uel exaltatione sua, uel domicilio gaudet, & tanquam coniunctionis dominus fouetur quidem ab Ioue, uiitur & Solis Mercurijq; & Veneris beneficio. Sic magicam Zoroastris eiusq; sectatorum peperit, seu portendit potius disciplinam, Trismegisti quoq; theologiam, Orpheiq; mysteria, Arcana Pythagoræ, Socraticam sanctimoniam, Platonicam maiestatem. Ita esse manifestis quibusdam argumentis compertum habemus. Hinc & Plato in præsenti libro Saturnum esse affirmat dominum eorum qui mentem habent. Gubernationem uero eiusmodi sub Saturno regiam optimatumq; extitisse demonstrat. Siquidem genus humanum ab ipso Deo tanquam rege per electos optimosq; dæmones asserit gubernatũ. Hos multa quadam persuasionis inspiratione fuisse homines gubernatos, gubernandos quoq; similiter, quoties ab inferioribus uacantes motibus sese superis subiecerint perducendos. In his Plato monet, primo diuinam prouidentiam nunquam deesse hominibus, modo sibi ipsi non desint. Deinde humanum ingenium in summa rerum licentia potentiaq; lasciuum supersq; duce deo optime gubernari: & quãdiu mortalis aliquis sine deo dominabitur, tandiu laboriosam miseramq; uitam fore, quasi frustra uigilaturus sit quilibet ciuitatis custos, nisi deus ipse custo diuerit ciuitatem. Quarto, ipsam mentis distributionem esse legem, eiq; in omni & priuata & publica gubernatione semper obtemperandum, ut per nostram mentem feliciter à diuina mente ducamur. Quinto, nullas constitutiones appellandas esse leges, nisi commune ciuitatis totius bonum procurent. Sexto, qui obseruantius parent legibus, his magistratus maximeq; diuini cultus munera committi debere. Septimo, interitum ciuitati paratum esse, in qua non leges magistratibus, sed magistratus legibus dominentur. Octauo iuuenes quidem ut plurimũ hæc obtuse uidere, senes autem acute perspicere, nisi forte quandoque deus uel inuenilem probet pietatem, uel senilem reprobet impietatem. Multa iam uerba Plato facit ad ipsum legislatorem pro suo officio instruendum. Nonnulla facit deinceps ad populum leges eiusmodi suscepturum, ut & accipiat libentius, & seruet impensius. Cohortatur autẽ ad sacras leges in primis, perq; illas ad humanas à diuinis inuentas & confirmatas. Sed unà cũ exhortatione ueneratione terroremq; commiscet, dicens deum mãdi totius artificem, totum in seipso complecti, ideoq; inspicere singula ne quis confidat præuaricando posse latere: perq; omnia circumuolui, ne quis speret manus eius post delictum subterfugere posse. Hunc esse ostendit legum omnium fundatorem, ubi ait: Recta definit & peragit, id est, recta quadam legis regula determinat singula. Determinat inquam primo singulis naturæ suæ modum, quæ qualia, quot quantaq; sint, & ubi & quando & quomodo moueantur. Deinde animis quid agendum sit, quidue cauendum. Determinationem eiusmodi legem esse constat rerum omnium penes deum omnium autorem: eamq; eodem actu ab ipso deo sanciri, quo & omnia ab eo intelliguntur & fiunt: actu scilicet circulari, quem Timæus ait esse diuinæ intelligentiæ naturalem, ex seipsa uidelicet seipsam respicienti, seq; respiciendo omnia semper conspicienti. Forsan uero ultra circularem, ut ita dixerim, motum deo intimum, subinsinuat motum quoq; rectum, id est, rerum à deo processum deiq; per res omnes influxum: ideo recta dixit, & peragit. Et motum rectum a circulari pendere signauit. Item ubi ait deum rerum principia & fines & media cõtinere: intellige deum esse causam rerum efficientem atq; finalem, seruare omnia, omnibusq; adesse. Ac ne quis putet irritam legem, addit hanc semper iudicium comitari, quo & perspicaciter seruatores legis præuaricatoresq; discernantur, & efficaciter quid potissimum debeatur cuiq;, decernatur. Quod quidẽ iudicium, quoniam potenter & discernit, & decernit, ineuitabilis sequitur ultio peccatorũ, & præmium obseruantiũ. Seruari uero maxime diuinam inquit legem ab his, qui humillime ceruicem suam diuinæ legis iugo subijciunt, quorum præmium futura beatitudo censetur: respui uero maxime à superbis, qui mox sicut dei legem dereliquerunt, ita deseruntur à deo. Deserti autem & peccãt atrocius, & miserabilius cruciãtur. Tu uero euãgelica hæc aureaq; præcepta seruabis alta mente reposita. Quod autem mysteria hæc antiquo ait sermone constare, Mosaico possumus intelligere. Possumus quoq; & Mercuriali quodã

& Or-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Orphico, apudquos eiusmodi multa perlegimus, & illa quidem euidentißima: quæ recensere grandius iam prohibet argumentum. At si Orphicos de Ioue, de lege, de iudicio & Iustitia & Nemesi hymnos legeris, hæc ad uerbum inuenies omnia. Post hæc Plato populum exhortatur, ut unusquisq; magnopere studeat in eorum numero esse qui deum sequũtur, contendens in omnibus placere deo, atq; ut id consequatur similem deo se reddens, similem inquã per temperantiæ puritatem, qua tanquam regula ex amußim sua omnia metiatur. Siquidẽ mensura, quod & Pythagoras inquit, omnium optima iudicatur, simillimumq; deo efficit animũ. Quippe cum deus omnium sit mensura, præcipue nobis, qui uidelicet eatenus uel prosequi uel fugere debemus singula, quatenus diuinæ menti uoluntatiq; uel consonare uel dissonare censentur. Hinc illud in Platonis epistola: Sapienti quidem uiro lex deus est, insipienti uero libido. Ambiguus uero hic legitur textus. Alibi enim legitur ut traduxi. Quibus uerbis Plato uidetur Protagoram confutare, dicentem rerum mensuram hominem esse. Cuius error in libro de scientia subtiliter confutatur. Alibi uero legitur non quàm quiuis homo, sed si quis homo, hunc in modum: Deus omnium nobis est mensura: multoq; magis si quis, ut ferunt, homo est. Tu hanc particulam, si quis, ut ferunt, homo est: exponere potes: si quis homo mensura est, multo magis deus est mensura: non enim nobis, sed deo per quem uiuimus debemus uiuere. Posses forsan exponere: si deus aliquis homo est, id est, si quando fiat homo: ut ferunt, id est, oracula prophetarum, quæ quidem expositio utinam quam pia est apud multos, tam accepta foret apud Platonicos. Vt autem appareat quanti fructus sit obseruatio legum, subdit solis harum obseruatoribus licere atq; expedire uota dijs sacraq; facere: Cæterorum uero preces & munera à deo respui. Hoc ipsum uero quod est placere deo, dicit esse signum, quo singulas uitæ actiones quasi sagittas debemus intendere. Sagittas autem in hanc ipsam dei gratiam attingendam, esse ait sedulum religionis cultum. In quo eosdem disponit gradus, quos & in carminibus Pythagoricis legimus. Iubet enim hic sicut & ille, ut cœlestes primum omnes colamus deos, illos præcipue quibus patria quasi patronis est dedicata. deinde sequentes sub cœlo deos. Quos omnes terrestres appellat. Mos enim Platonis est, & si omnia sub cœlo elementa ponit, omniaq; in cœlo modo cœlesti, tamen omnia sub cœlo appellatione terræ cõprehendere, omnia item in cœlo cœli ignisq; nomine. Cœlestes quidem eos: tum angelos intelligit superiores, tum sphærarũ cœlestium stellarumq; animas. Deos uero terrestres, tum inferiores angelos, tum elementorum quatuor animas. Tertio mandat coli dæmones, scilicet puriores, quasi deorum ad nos interpretes. Quarto heroas, id est, hominum animas deo acceptorum à corpore separatas. In his omnibus ita distribuit præcepit cultum, ut maioribus numinibus maiora, minoribus minora: æqualibus æqualia munera conferantur. Quinto non tam coli & adorari, quàm ornari & quodammodo honorari deorum patrum statuas imperat, legibus consecratas. Quoniam uero omnem ad diuinum cultum exhortationem ab uno inchoauit deo: euidenter ostendit cætera numina neq; per se, sed participatione primi dici deos: neq; propter se, sed illius gratia esse colenda, præsertim cum uniuersum eiusmodi cultum, duntaxat ut illi unico placeas, dicat suscipiendum. Sexto parentes quasi dei uicarios præcepit uenerari. Septimo propinquos genere, & familiaritate cõiunctos, & hospites peregrinosq; ex diuino jussu amare charitate non ficta. His autem præceptum inseritur euangelicum, uanorum scilicet uerborum exactam rationem diuino iudici esse reddendam: cuius angelus nobis præest quasi superioris iudicis uicarius & minister, ut nos à turpibus reuocet, prouocet ad honesta: & consentientes quidem tranquillitate conscientiæ nutriat & delectet, dissentientes uero perturbatione cõscientiæ uexet. Vbi delectat, ab antiquis gratia nominatur: ubi uexat, furia. Et gratia quidem triplex, quoniã præteriti præsentis & futuri gratia bonos oblectat. Furia quoq; triplex, quia malos similiter cruciat. Et utrobiq; Fatũ, & Parca triplex cognominatur. Dicitur & Nemesis, præsertim ab Orpheo, ubi in superbos animaduertit. Profecto ueteres ut indicarent superbiam Deo maxime omniũ dissonare, obedientiam humillimã exigenti, dixerunt superbos non solum diuina censura, ut cætera uitia, sed ètiam indignatione puniri, propriumq; ad punitionem eiusmodi numen introduxerunt, Nemeseos nomine nuncupatum, quod quidem facit potentiam in brachio suo dispergitq; superbos mente cordis sui. Collige è multis omnibus præcipue quatuor, legem, iudicium, iustitiam, Nemesim. Horũ exemplum accipe in teipso. Habes in mente legem, quid agendum sit, quid non, communi norma dictantem, & honestum quidem prosequendum esse, turpe uero uitandum. Habes & in ratione iudicium distinctiori quadam argumentationum discursione discernens id quod in hac uel illa actione positum est, honestum esse uel turpe. Habes in uoluntate iustitiam, illi gentem ita prosequi, ita fugere, ut ratio per mentis leges prosequendum iudicauit uel fugiendum. Habes in imaginatione eiusq; effectu Nemesin turpibus actionibus uerbisq; succensentem atque legitime indignantem. Similiter in Deo lex iudicium, iustitiaq; & Nemesis, sed modo diuino. Distinctius autem in Deo quidem lex angelisq; superioribus. In animæ uero mundanæ ratione, iudicium. In eiusdem uoluntatem uoluntate iustitia. In angelis inferioribus seu dæmonibus medijs Nemesis. Vtcunq; distribuas, hæc omnia diuinæ legi mirabili quadam connexione subseruiunt ad uirtutum præmium, & supplicium peccatorum.

PLATO-

PLATONIS LEGVM, SIVE DE LEGVMLATIONE, DIALOGVS IIII.

DEĩtaq; quámnam ciuitatem fore cogitare oportet? Dico autem non de nomine ipsius interrogans, quod tandem nunc est, aut quo in posterum appellabitur. Hoc enim fortassis constructio ipsius, aut locus aliquis, aut fluuij alicuius, aut fontis, aut deorum eius loci cognomen, de sua fama nouæ ciuitati imponet. Verum hoc magis est quod desa cognoscere uolens interrogo, utrum maritima futura sit, an mediterranea. CLI. Ferè distat ô hospes à mari ciuitas, de qua nunc agimus, ad stadia octoginta. ATHE. Quid uero portus ne habet ea parte aut penitus importuosa est? CLI. Commodos equidem portus habet hac parte ô hospes, quantũ maximè fieri potest. ATHE. Papæ quid ais? Quid uero regio circum ipsam, utrum omnium rerum ferax est, aut quorundam indiga? CLI. Ferè nullius rei indiga est. ATHEN. Vicinam ne habet propè ciuitatem? CLI. Non admodum. Quapropter etiam extruitur. Nam uetus quædam habitatorum expulsio ex eo loco, regionem hanc desertam fecit, immenso iam temporis spacio. ATHE. Quid uero campos, & montes, & syluas, quomodo singula hæc habet? CLI. Tota similis est natura reliquæ Græciæ. ATHEN. Asperiorem ipsam magis quàm campestrem dicis. CLI. Maximè. ATHE. Non itaq; incurabilis fuerit ad uirtutem acquirendam. Si enim maritima futura esset, & portuosa, non omnium ferax, sed multorũ indiga, magno quodam seruatore ipsi opus esset, & diuinis quibusdam legislatoribus, si non multos & uarios ac prauos mores habere deberet, quæ talis natura esset. Nunc uero hoc solatium habet, quòd octoginta stadijs à mari distat. Propinquius tamen ferè quàm decet ad mare sita est, quantò magis commodos portus ipsam habere dicis: attamen & hoc boni consulendum est. Vicinum enim regioni mare, quotidie quidem iucunda est, reuera tamen ualdè salsuginosa & amara uicinia. Mercimonijs enim & quæstu, per cauponandi artem, seipsam replens, mores mutabiles & infidos in animis parit, & ipsam ad seipsam ciuitatem à fide & amicitia alienam facit, & ad alios homines eodẽ modo. Remedium tamen ac solatium aduersus hæc habet, quòd omnium rerum ferax est. Quum autem aspera sit, manifestum est quòd non multarum simulq; omnium rerũ ferax fuerit. Nam si hoc haberet, ex eo quòd multa inde exportarentur, pecunia auri & argenti rursus impleretur. Qua re nullum maius malum ut ita dicam ciuitati contingere posset, si unum ad unum conferatur, ad generosos & iustos mores acquirẽdos, uelut diximus, si meminimus, in superioribus. CLI. Imò meminimus, & tunc rectè nos dixisse, itemq; nunc concedimus. ATHEN. Quomodo uero locus ille regionis circa materiam ad fabricandas naues se habet? CLI. Necq; abies aliqua memorabilis est isthic, neque picea, & non multa cupressus, & pinum rursus ac platanum modicam quis inuenerit, quibus sanè ad internas nauium partes subinde uti nauium fabricatores necesse habẽt. ATHE. Et in his non male se habet regionis natura. CLI. Quid ita? ATHE. Vt ciuitas non facilè imitari possit hostes in prauis imitationibus bonum est. CLI. Cuius nam ex relatis respectu hoc dicis? ATHE. Obserua me ô beate, ut ad id quod ab initio de Cretensibus legibus dictum est respicias, quòd uidelicet ad unum quoddam respicerent, & sanè hoc ipsum uos esse dicebatis, quòd ad bellum respicerent. Ego uero excepta uestra ora tione dicebam, quòd si ad uirtutem huiusmodi leges positæ respicerẽt, rectè haberẽt: si uero ad partẽ, & nõ ad totã, ferè non admodũ concedebã. Nũc igitur uos me in præsentì legumlatione uicissim obseruate, si forte quid quod nõ ad uirtutẽ tendat, aut quod ad partẽ solũ uirtutis, sanciã. Hũc enim ego solũ rectè legẽ ferre assero, qui instar sagittarij semper ad eã legẽ animũ dirigit, ad quã continuè aliquid ex his quæ semper bona sunt sequitur, reliqua uero omnia relinquit, siue diuitiæ, siue aliud quid huiusmodi sit, absq; prædictis. Prauã uero hostiũ imitationẽ talẽ fieri dicebam, quum quis habitat ad mare, lædit autem ab hostibus, uelut uerbi gratia: dicam enim non quòd ueterem iniuriam in memoriam reuocare ac uobis obijcere uelim: Minos equidem aliquando Atticæ habitatoribus graue quoddam tributũ imposuit, quum magnam in mari uim obtineret.

Nomina ciuitatũ unde sunt

Illi uero

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illi uero nondū naues bellicas quemadmodū nunc habebant, neq; regionem lignis ad fabricandas naues aptis refertam, ut facilè nauticam uim sufficere possent. Quare non potuerunt per imitationem naturam ipsi nautæ fieri statim, & tunc hostes propulsare. Nam adhuc sæpe septem pueros amittere melius ipsis fuisset, quàm ita assuefieri, ut pro legitimis militibus armatis pedestribus nautici euaderent, & frequenter cursim naues insilirent, & cito rursus aufugerent, & nihil turpe se facere putarent, dum nō incursum hostium sustinentes mori audent, sed uanos eosq; admodum promptos prætextus fingunt, quòd & arma amiserint, & fuga non turpi uelut dicunt euaserint. Hæc enim uerba ex nauali expeditione contingere dicunt, non multis sæpe laudibus digna, sed contrà. Nam ad prauos mores nunquam assuefacere oportet optimam præsertim ciuitatis partem. Potuisset autem hoc etiam ex Homero sumi: quòd studium hoc non sit honestum. Vlysses enim apud ipsum reprehendit Agamemnonem, qui tunc dum Achiui à Troianis in pugna detinerentur, naues in mare trahere iubebat. Ille uero indignatur ipsi, & dicit,

Bello tu' ne instante iubes clamoreq; magno,
Pertrahi & armari instructas nunc in mare naues?
Quo mage Troianis succedant uota, uicissim &
Pernicies nobis contingat. Non enim Achiui
Nauibus in Pontum tractis, dein bella sequentur,
Sed mox de pugna cedent, celeresq; uolabunt.
Tunc uero clarum euadet nunc qualia mandas.

Hæc igitur cognoscebat etiam ille, q̄ malum esset armatis militibus pugnantibus triremes in mari paratas adesse: & leones sanè assuescerent ceruos fugere, huiusmodi consuetudinis usu. Ad hæc uero ciuitates nauali expeditione usq; etiam re bene gesta, honores & præmia non ei qui optimè rem gessit retribuunt. Quum enim ars gubernatoria, & quinquaginta uirorum principatus, & remigandi ars, omnis generis & non admodum præstantium hominū sit, non potest quis honores singulis rectè retribuere, & quidem quomodo adhuc recta respublica esse poterit quæ hoc priuata est? CLI. Ferè impossibile est. Atqui ô hospes naualē circa Salaminē pugnam à Græcis aduersus Barbaros cōmissam, nos Cretenses Græciam seruasse dicimus. ATHE. Multi equidē & Græci, & Barbari hæc dicunt. Nos autem ô amice, ego & hic Megillus pedestrem in Marathone pugnam, & eam quæ in Plataeis cōmissa est, alteram salutis principiū Græcis fuisse, alteram finem imposuisse dicimus: & has quidem meliores Græcos fecisse, illas autem nō meliores, ut ita dicamus de pugnis quæ tūc nos cōseruarunt. Nam ad eam quæ circa Salaminē contigit, apponam tibi eam naualem pugnā quæ circa Artemisium cōmissa est. At enim nunc ad reipublicæ uirtutē respicientes, etiam regionis naturam, & legum constitutionem consideramus, non seruari & esse solum homines, præstantissimum ducentes, uelut plerique solent, sed ut optimi fiant, & sint quandiu fuerint. Dictum autem hoc nobis est ut opinor etiam in superioribus. CLI. Quidni? ATHE. Hoc itaque solum consideremus, an secundum eandem uiam progrediamur, quæ optima est ciuitatibus in habitatione constituenda & legibus ferendis. CLIN. Et maximè. ATHEN. Dic itaque quod ad hæc sequitur, qui populus à uobis in coloniam deducetur, utrum ex uniuersa Creta qui uolet, utpote magna in singulis ciuitatibus turba redundante, aut iuxta alimenti ex terra rationem. Non enim quemq; uolentem Græcum colligitis, etiamsi uideam quosdam apud uos, ex Argo & Ægina, & aliūde ex Græcis, regionem habitare. Proinde unde præsens ciuium collectio futura sit, nobis dicas. CLI. Et ex uniuersa Creta futura uidetur, & ex alijs Græcis maximè eos qui ex Peloponneso uenient, suscepturi esse in coloniam mihi uidentur. Nam quod in commemoratis iam istis, & quod nunc dicebas, idem uerum est, ex Argo uidelicet illos esse, & maximè id genus quod nunc in precio est Gortynicum. Ex Gortyne enim ista Pelopōnesiaca huc concessit. ATHEN. Non itaque similiter facilis fuerit ciuitatibus cohabitatio, ubi non examinum apum modo contigerit, ut unum genus ab una regione profectum, amicum ab amicis cohabitet, angustia quadam terræ expulsum, aut alijs huiusmodi affectionibus coactum. Quandoq; uero etiam seditionibus aliqua ciuitatis pars exagitata, aliò

Coloniæ deducendæ ratio quæ sit

aliò commigrare cogitur. Iam uero etiam uniuersa ciuitas simul aliquando fugit bello superata. Hæc igitur omnia partim facilia sunt ad cohabitationem constituēdam, & leges admittendas: partim difficilia. Nam unum quoddam esse genus, eiusdem linguæ, et earundem legum, ad amicitiam plurimum refert, quum & sacra, & alia omnia huiusmodi communia habeat: leges autem alias, & respublicas alias à domesticis, non facile sustinet. Quod uero ob legum improbitatem aliquando ad seditionem deuenit: & propter consuetudinem, ijsdem moribus adhuc uti expetit, ob quos etiam prius corruptū fuit, id morosum & inobediens gubernanti ac leges ferenti se exhibet. Quod uero rursus ex omni genere in idem confluxit, obedire quidem nouis quibusdam legibus forsitan maluerit, uerum conspirare, & uelut equorum iugum, singulos in idem quod dici solet coefflare, longi temporis est, & omnino difficile. Est tamen legum latio, & ciuitatum exædificatio, perfectissima omnium res ad uirtutem uirorum. CLI. Cōsentaneum est. Quo uero respiciens hæc dixisti, clarius adhuc expone. ATHE. Dum legumlatores laudo ac considero, uideor ô bone, simul uile quiddam dicere. Verum si ad occasionem aliquam dixerimus, nihil negocij amplius erit: quanquàm quid tandem perturbor, quū fere omnes res humanæ ita se habere uideantur. CLI. De qua re dicis? ATHE. Volebā dicere nullum unquàm hominem quicquam lege sancire, sed fortunas et calamitates uarias incidentes, penitus per omnia leges nobis ferre. Aut enim bellum aliquod uiolentum respublicas euertit, & leges mutauit: aut grauis cuiusdam paupertatis inopia. Sed & morbi multa nouare cogunt, pestilentijs ingruentibus, & multorum annorum sæpe ad lōgum tempus importunitas. Hæc itaq; omnia ubi quis præuiderit, ad id quod ego nunc dixi, dicendum concitabitur, Neminem uidelicet mortalium quicquàm lege sancire, sed fortunas ferè esse omnes humanas res. Et si quis hæc omnia de arte nautica, & gubernatoria, & Medica, & militari dixerit, rectè dicere uidebitur. At enim rursus etiam hoc similiter quis rectè dicere potest de ijsdē his. CLI. Quod istud? ATHE. Quòd deus quidem omnia, & cum deo fortuna, & occasio, humana uniuersa gubernant. Manuetius tamen concedendum est tertium ad hæc sequi oportere artem. Nam tempestate imminente gubernatoriam suscipere, aut secus, magnam ego prærogatiuam esse puto. Aut quomodo sentis tu? CLI. Sic omnino. ATHEN. Nónne & in alijs similiter secundum eandem rationem res se habet? Et sanè etiam legum lationi idem hoc tribuendum est, ut si alia contingant quæ regioni contingere oportet, si unquàm feliciter habitari debet, legislatorem ueritati inhærentem, semper tali ciuitati contingere oportere. CLI. Verissima dicis. ATHE. Nónne qui ad singula relata artem habet, etiamsi optra re possit rectè quid adesse ipsi per fortunam, arte tamen solum opus habebit? CLI. Maximè. ATHE. Et alij omnes nunc relari si iubeantur sua uota dicere, dixerint sanè. Nunquid? CLI. Quidni? ATHEN. Hoc idem itaque etiam legislator ut puto fecerit. CLI. Ego quidem puto. ATHE. Age itaque legislator, ad ipsum dicemus, quid tibi & quomodo se habentem ciuitatem dabimus, ut ea accepta habeas, quo de cætero ipse ciuitatem satis gubernes? Quid post hoc rectè dicemus? Num legislatoris responsionem afferemus? CLI. Etiam. ATHE. Hanc scilicet. Tyrannidi subiectam ciuitatem mihi dare, dicet. Sit autem Tyrannus iuuenis, & memor, & docilis, & fortis, & natura magnificus. Quod uero etiam in superioribus ad omnes uirtutis partes sequi oportere dicebamus, hoc etiam nunc in anima tyranni insit, si aliorum quę adsunt utilitas aliqua esse debet. CLI. Temperantiam mihi uidetur hospes ô Megille dicere, esse eam quæ inesse debet. Nunquid? ATHE. Popularem sanè ô Clinia, & non eam quam quis iactans prudentiam dicere possit, cogens insuper esse temperantiam: sed id quod statim pueris & bestijs à natura insitum efflorescit, ut alij incontinenter ad uoluptates se habeant, alij continenter, quod etiam, si multis quæ bona dicuntur destituatur, nihil memorabile neq; sermone dignum esse dixímus. Tenetis' ne quod dico? CLI. Maximè. ATHE. Hanc itaq; Tyrannus naturam habeat, supra illas naturas, si ciuitas quantum fieri potest, citissimè & optimè rempublicam habere debet, qua accepta felicissimè deget. Velocior enim hac & melior reipublicæ dispositio neq; est, neque unquàm erit. CLI. Quomodo itaque & qua ratione, is qui hoc dicit ô hospes, rectè dicere sibijpsi persuadere poterit? ATHE. Facile hoc intelligi potest ô Clinia, hoc ita secundum naturam esse. CLI. Quomodo di

Quatuor hæc, Deus, fortuna occasio, ars, omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis? Asseris'ne si Tyrannus sit iuuenis, temperatus, docilis, memor, fortis, magnificus, fortunatus? ATH. Adde nihil aliud quàm ut sit eius tempore legislator laude dignus, & ut fortuna aliqua ambos ipsos in idem deducat. Nam si hoc contigerit, omnia ferè deo effecta sunt, quæ facere solet, ubi ciuitatem aliquam insigniter felicem esse uult. Secundo uero loco, si quando duo quidam eiusmodi principes fuerint. Tertio secundum eandem rationem similiter quantò plures, tantò difficilius: quantô contrà, cõtrà. CLI. Ex tyrannide optimam ciuitatem fieri dicis uelut apparet, cum legislatore exacto, & Tyranno moderato, & ex huiusmodi facilimè ac cititissimè, mutationem in hanc fieri. Deinde uero ex paucorum principatu, aut quomodo dicis? & tertio ex populari domi nio. ATHEN. Nequaquam. Sed primum quidem ex tyrannide. Deinde ex regia republica. Tertio ex populari aliquo dominio. Quarto uero paucorum principatus talis rei publicæ ortum difficilimè admittere potest. Plurimi enim in ipso potentes sunt. Hæc itaque tunc fieri dicimus, quum uerus natura fuerit legislator, & commune ipsi robur contigerit cum his qui in ciuitate plurimum possunt. Vbi uero numerus fuerit contractissimus, sed tamen fortissimus, uelut in tyrannide, ibi & tunc uelox ac facilis mutatio fieri solet. CLI. Quomodo? Non enim intelligimus. ATHEN. Et tamen non semel, sed sæpe ut opinor, à nobis dictum est. Vos autem fortassis neq; uidistis ciuitatem tyrannidi subiectam. CLI. Neque sanè cupidus sum ego huius spectaculi. ATHEN. Et tamen hoc de quo nunc dicimus in ipsa uideris. CLI. Quod istud. ATHEN. Nihil opus est laboribus, neq; longo adeò tempore, si Tyrannus ciuitatis mores mutare uelit. Verum ipsum primum hac uia progredi oportet, ad quam tandem ciues conuertere uult, siue ad uirtutis studia, siue ad contrarium, ita ut ipse primus omnia faciẽdo præscribat, alia laudans & honorans: alia uituperans, & non obedientem ignominia afficiens in singulis actionibus. CLI. Et quomodo reliquos ciues cito sequuturos esse putamus, eum qui eiusmodi suadelam simul que uiolentiam accepit? ATHEN. Nemo uestrum credat ô amici, alia ratione citius & facilius ciuitatem unquam mutare leges, quàm po

Princeps legũ exemplar sit

tentium exemplo præeunte: & neq; nunc alio modo fieri, neque rursus unquam futurum esse. Nam nobis hoc non est impossibile, neque factu difficile: sed illud est quod & difficulter fit, & raro factum est in multo tempore. Quum uero contigerit, infinita & omnia bona efficit in ciuitate, in quacunq; tandem contigerit. CLI. Quod illud dicis? ATHEN. Quum diuinus temperatorum & iustorum studiorum amor in magnis potentatibus oborítur, qui aut unius principatum gerunt, aut diuitiarum, aut generis eminentia præstant. Aut si quis Nestoris naturam referat, quem dicendi robore omnes homines superasse dicunt, & adhuc amplius temperantia excelluisse. Hoc igitur Troianis temporibus ut aiũt factum est, nostris autem nequaquam. Si uero etiam fuit, aut erit talis, aut nunc quis ex nobis est, beatè quidem ipse uiuit, beati uero & hi sunt, qui sermones ex temperato ore procedentes audiunt. Eadem autem ratio similiter de uniuersa potentia est, quòd uidelicet ubi in idem cum sapientia & temperantia in ho-

Respub. optima quæ sit

mine inciderit maxima potẽtia, tunc optimæ reipublicæ & eiusmodi legum ortus continget, aliter uero nunquam fieri poterit. Hæc igitur uelut fabula quædam relata, ex oraculo dicta sunt, & sit ostensum, partim quidem difficile esse ciuitatem bonis legibus instituí, partim uero omnium uelocissimum ac expeditissimum, longeq; facilimum, si id quod dicimus contigerit. CLI. Quomodo? ATHEN. Conemur adaptando ciuitati tuæ, quemadmodum puerum senes, sermone leges efformare. CLI. Eamus itaque ne cunctemur amplius. ATHEN. Deum itaque ad ciuitatis constitutionem inuoce-

Dei inuocatio

mus. Ille uero & audiet, & ubi exaudierit, propicius & benignus nobis ueniet, unà nobiscum gubernaturus ciuitatem & leges. CLI. Veniet equidem. ATHEN. At quam tandem rempublicam ciuitati constituere cogitamus? CLI. Quid'nam dicere uelis clarius adhuc expone, uelut uerbi gratia, populare'ne dominium, aut paucorum principatum, aut optimatum imperium, aut regnum? Non enim tyrannidem dicis uelut nos arbitramur. ATHEN. Age itaque uter uestrum prior respondere uult, quæ ex his sit patria ipsius respublica? MEG. Nũ igitur iustũ est, ut ego qui senior sum, prius dicã? CLI. Fortassis. MEG. Equidem quum mecum ô hospes Lacedæmoniorum rempublicam considero, non ita tibi dicere possum, quam'nam ipsam appellare oportet. Etenim tyrannidi

rannidi mihi uidetur similis esse. Nam Ephororum potentia mirum in modum tyrannica in ipsa facta est: Et aliquando præ omnibus ciuitatibus, ei quæ populare dominium habet, maximè similis esse mihi uidetur. At rursus negare ipsam optimatum imperium obtinere, omnino absurdum est. Et sanè regnum quoq; in ipsa est perpetuum, idq; omnium antiquissimum, tum ab omnibus hominibus, tum à nobis ipsis dicitur. Ego uero nunc ita derepentè interrogatus, reuera uelut dixi, dicere non possum, ita ut decer nam quæ sit ex rebus publicis illis. CLI. Eadem affectione ô Megille etiam ego labora re uideor. Admodum enim ambigo, ut rempub. quæ in Gnoso est, harum aliquam esse affirmem. ATHEN. Reuera enim ô optimi respublicas habetis. Quas autem nunc nominauimus, non sunt respublicæ, sed ciuitatum habitationes, quę & dominantur, & seruiunt suis quibusdã partibus. Vnaquæq; uero à dominantis imperio appellatur. Oportebat autem si quidem à tali ciuitatem cognominare conueniret, à uero deo nomen indere, qui mente prædítis dominatur. CLI. Quis uero est hic deus? ATHEN. Num fabula paulisper adhuc utendum est, si cõcinnè quodammodo debemus declarare id quod nunc in quæstionem uenit? Nónne ita facere oportet? CLI. Maximè. ATHEN. Ciuitatum equidem quarum antea cohabitationes recensuimus, longè adhuc prior his quidam principatus ac constructio fuisse dicitur sub Saturno ualdè felix, cuius imitationem habet ea quæ nunc optimatum respublica dicitur. CLI. Valdè ut apparet operæprecium fuerit de ipso audire. ATHEN. Mihi equidem apparet. Quapropter etiam sermonibus ipsum in medium adduxi. MEG. Rectissimè sanè fecisti, & sequentem fabulam si absolueris quatenus conuenit, ualdè recte feceris. ATHEN. Faciendum est uelut dícitis. Fama itaque accepimus beatam eorum qui tunc uixerunt uitam, quòd luculenta & sua sponte prouenientia omnia habuerunt. Horum autem causa talis quædam fertur. Quum cognosceret Saturnus quòd uelut nos exposuimus, nulla humana natura per se posset humana omnia gubernare, ut non contumelia & iniustitia repleatur, hæc sanè animo secum uoluens constituit reges & principes ciuitatibus nostris, non homines, sed diuiniores & melioris generis dæmonas: uelut nunc nos facimus circa ouilia, & mansuetorum animalium greges. Non enim boues boum, neque capras capra rum principes facimus, sed nos his dominamur præstantioris quàm sunt illa generis. Eodem itaque modo etiam deus qui hominum amans esset, præstantius genus nobis præfecit ipsorum dæmonum, quod multa tum sua, tum nostra facilitate, nostri curam gerens, pacemq; ac pudorem, & libertatem, & iustitiæ copiam exhibens, à seditione aliena & felicia hominum genera efficiebat. Proinde etiam nunc hæc narratio ueritate utens dicit, quòd quibus ciuitatibus non Deus, sed mortalis aliquis princeps prefectus est, eis non est malorum, neque laborum effugium. Quare omni studio imitari oportere nos censet, uitam eam quæ sub Saturno fuit, ut quantũ in nobis immortalitatis inest, ei pareamus, & publicè, & priuatim, habitationes ac ciuitates gubernemus, & intelligentiæ gubernationem legem appellemus. Si uero unus homo, aut paucorum principatus quidam, aut etiam populare dominium, in quibus est anima uoluptatum & cupiditatum appetens, & his expleri desiderans, nihil autem continens, sed inefficaci & inexplebili malo morbo occupata, imperium obtinebit in ciuitatem, aut aliquem priuatum: talis cõculcatis legibus, id quod modo dicebamus, nullam salutis spem relinquit. Hanc itaque narrationem considerare oportet nos ô Clinia, utrum ipsi credemus aut quomodo faciemus? CLI. Necesse est sanè credere. ATHEN. Intelligis igitur quosdam dicere, tot esse legum species, quot rerumpublicarum? Rerum autem publicarum modo recensuimus quot species plerique esse dicunt. Neque uero de re uili putes nunc esse controuersiam, sed de maxima. Nam iustum & iniustum quò respicere oporteat, rursus nobis ad ambiguitatem deuenit. Neque enim ad bellum, neque ad uirtutem totam, leges respicere oportere dicunt: sed quæcunque tandem constituta sit respublica, quod huic confert respiciendum esse, quo & imperet semper, & non destruatur: & naturalem iusti definitionem ita optimè exponi. CLI. Quomodo? ATHEN. Quòd uidelicet sit commodum potentioris. CLI. Dic adhuc clarius. ATHEN. Hoc modo. Leges in ciuitate fert semper, ut dicunt, id quod dominatur. Nunquid? CLI. Vera dicis. ATHEN. Num igitur putas, aiunt, unquàm populum uictorem, aut aliam quandam rempubli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cam, aut etiam Tyrannidem, ultrò laturum esse leges ad aliud quid primum, quàm ad id quod sibijpsi confert, ut stabilis permaneat principatus? CLI. Quomodo enim istud? ATHEN. Nónne etiam eum qui has quæ iam latæ sunt transgreditur, puniet is qui illas tulit, uelut iniusta facientem, iustas has esse dicens. CLI. Apparet sanè. ATHEN. Hoc ergo modo iustum semper se habet. CLI. Hæc certè ratio ita asserit. ATHEN. Est enim hæc una ex illis de principatu iniustitijs. CLI. Ex quibus istis? ATHEN. His quas tunc considerabamus, quum quos quibus imperare oportet exponeremus, & sanè uisum fuit parentes liberis, iuniores senioribus, generosos ignobilibus imperare oportere, & multæ quædam aliæ erant, si meminimus, quæ etiam aliæ alijs impedimẽto essent. Et sanè una ex ipsis etiam hæc erat, & diximus certè secundum naturam esse Pindarum sentire, qui iustum esse putat ut id quod uiolentissimum est, ut ita dicam, imperet. CLI. Etiam. Hæc erant quæ tunc dicta sunt. ATHEN. Considera itaq; an aliquibus ciuitas nostra tradenda sit. Sexcenties enim iam huiusmodi res in quibusdam ciuitatibus contigit. CLI. Quæ ista? ATHEN. Quum de principatibus pugnatum est, hi qui uictores euaserunt, res ciuitatis ita uehementer ad se contraxerunt, ut omnino nihil de principatu uictis traderent, neq; ipsis, neq; filijs ipsorum, sed ita uiuerent ut cauerent ne unquam quis ad principatum perueniret, & insurgeret priorum malorum memor. Has itaq; nũc nos dicimus respublicas non esse, neq; rectas leges esse, quæ non in communi uniuersæ ciuitatis gratia latæ sunt. Eas autem quæ aliquorum gratia latas leges habent, seditiosas esse dicimus, & non respublicas, & horum iusta quæ ipsi talia esse dicunt, frustra & falsò ita appellari. Hæc uero ea gratia à uobis dicuntur, quòd nos tuæ ciuitati principatus dabimus, non eo quòd diues aliquis est, neq; quòd aliud quid eiusmodi possidet, robur, aut magnitudinem, aut generis claritatem: Verum qui latis legibus obedientissimus fuerit, & hanc uictoriam in ciuitate obtinuerit, huic & deorum ministerium maximum primo dabimus, & secundum ei qui secundo loco excellit, & iuxta rationem ita his qui deinceps sequuntur, singula prout sequuntur attribuemus. Eos autem qui principes dicuntur, nunc ministros legum appellaui, non nouationis nominum studio, sed quòd circa hoc prę omnibus salutem & contrarium ciuitati esse putem. In qua enim ciuitate subdita est lex, & non dominatur, ei paratum interitum esse uideo. In qua uero domina est principuum, principes autem serui sunt legis, salutem & omnia quæ dei ciuitatibus contribuerunt bona, contingere uideo. CLI. Per louem ô hospes ita est, per ætatem enim acutè uides. ATHEN. Quiuis equidem iuuenis homo talia obtusissimè uidet, senex autem acutissimè. CLI. Verissimum est. ATHEN. Quid uero postea? Nónne uenientes & præsentes esse colonos ponemus? & sermo deinceps ad ipsos transigendus est? CLI. Quidni? ATHEN. Proinde ô uiri ad ipsos dicemus, deus quidem quemadmodum antiquus sermo testatur, & principium, & finem, & media omnium quæ sunt habens, recta uiam perficit secundum naturam procedens. Hunc autem semper sequitur pœna ultrix eorum qui à diuina lege deficiunt. Huic autem inhærens qui felix esse uolet, humilis & ornatè compositus sequitur. Qui uero iactantia se effert, aut pecuniis superbit, aut honoribus, aut etiam corporis pulchritudine, unà cum iuuentute & dementia, ardet animo, coniuncta contumelia, uelut qui neq; principe, neq; aliquo duce opus habeat, sed etiam aliorum dux esse possit, is desertus à deo relinquitur. Relictus autem iam, adhuc alios tales assumit, & exultat omnia simul turbans, & quibusdam è uulgo aliquis esse uidetur. Verum post tempus non adeò multum ultrici pœnæ supplicium non reprehendũ præbens, & seipsum, & domũ suam, & ciuitatem funditus euertit. Ad hęc igitur ita constituta, quid facere aut non facere, sapientem' ue cogitare oportet. CLI. Manifestum est quemuis uirum cogitare oportere, ut ex eorum numero sit qui deum sequuntur. ATHEN. Quæ igitur actio deo grata est, & ipsum sequitur? Una & quæ unam antiquam rationem habet, quòd simile simili, eiq; moderato gratum est. Immoderata uero neq; inter se, neq; moderatis amica sunt. Deus itaq; nobis maximè fuerit omnium rerum mensura, & hoc multò magis quàm aliquis ut aiunt homo. Qui igitur huic gratus fieri uolet, ei necesse est ut & ipse pro uiribus talis maximè fiat. Et secundum hanc ratio nem, qui ex nobis temperatus est, deo gratus est. Similis enim illi est. Intemperatus autem & dissimilis est, & diuersus, & iniustus: & reliqua sic secundum eandem rationem se ha-

Respublicæ quæ non sint

Principatus quibus deferendi

se habent. Cogitemus itaque ad hæc sequi hunc sermonem, qui omnium sermonum optimus ac uerissimus ut puto est. Quòd bono quidem, sacrificare, & cum dijs conuersari, & preces, & donaria, & omnem deorum cultum præstare, pulcherrimum & optimum, & ad felicem uitam maximè utile est, & excellenter decorum. Malo uero, his cõtraria. Impuram enim animam malus habet, puram uero bonus. A sceleſto autem suscipere dona, neque bonum uirum, neque deum unquàm decet. Frustrà igitur multum laboris circa deos insumunt impij. At pijs omnis labor oportunissimus est. Hic igitur scopus est ad quem coniectare oportet. Spicula uero ad hunc, & uelut spiculorum impetus, qualia dici possunt, quæ rectissimè illuc ferantur? Primum itaq; dicimus, quòd qui post honores erga Olympios & ciuitatis præsides deos, paria & secunda & sinistra dijs terrestribus tribuit, is rectissimè pietatis scopum attingit, ita ut his qui in superius supra hos sunt, imparia & contraria iam antea relatis tribuat. Post hos autem deos, etiam dæmonibus sapiens uir sacra faciet. Et post hos heroibus. Hinc sequuntur statuæ patriorũ deorum priuatæ, secundum legem sacræ constitutæ. Post hæc parentum honores uientium, uelut fas est, debentem persoluere prima & maxima & antiquissima alieni æris debita. Putare autem debet, quæ possidet & habet omnia esse eorum qui genuerunt & educauerunt, ita ut ipsa omnibus uiribus in illorum ministerium exhibeat, inritio ab externis bonis facto, ut deinde corporis bona, & tertio animæ mutuo accepta repẽdat, & curas ac ueteres pro se iuuene in afflictionibus toleratos dolores, uelut mutuo datos, senibus iam in senectute ualdè indigentibus exoluat. Per omnem uero uitam in uerbis insigniter beneuolè erga parentes exhibere se conuenit, Leuium enim & uolatilium uerborum grauissimum est damnum. Nam omnium huiusmodi inspectrix præfecta est Nemesis pœnæ nuncia. Proinde irascentibus & iram explentibus, siue uerbis, siue operibus hoc faciant, concedere oportet, & cognoscere patrem qui iniuria affectum se putat, meritò insigniter filio succensere. Cæterum mortuis parentibus sepultura moderatissima, pulcherrima est, ut neq; consuetam molem excedat, neque ab ea deficiat, quam maiores genitoribus suis statuerunt. Annuas autem uita defunctorum curas, ornamentum afferentes eodem modo persoluere decet, & hoc maximè ipsos honorare, ut perpetuam ipsorum memoriam exhibere non omittamus, & sumptũ à fortuna datum moderatè in languentes faciamus. Hæc igitur si singuli fecerimus, & secundum hæc semper uixerimus, digna præmia à dijs, & his qui nobis præstantiores sunt feremus, plurimam uitæ partem in bona spe transigentes. Quæ porrò erga liberos, & cognatos, & amicos, & ciues, & peregrinos deorum cultus, & horum omnium conuersationes, uitam suam illustrando perficere, & secundum legem instruere oportet, ea legum ipsarum explicatio, partim suadendo, partim eum qui monitis non paret ui & supplicio puniendo edocebit, & ciuitatem nobis beatam & felicem, consentientibus dijs efficiet. Quæ uero rursus oportet & necessarium est dicere legislatorem, qui eadem quæ ego sentit, sed in legis forma commodè non dicuntur, de his uidetur mihi, ubi exemplum & sibijpsi, & illis quibus leges feret, proposuit & reliqua omnia pro uiribus exequutus est, post hoc iam leges ferre auspicari. Sunt autem talia, ut in quadam maximè forma una sita, non admodum facile sit ipsa compræhendere ac dicere, ut uelut typo quodam exprimantur. Verum hoc quodam modo appræhendamus, si forte de ipsis affirmare quid possimus. CLI. Dic quo isto. ATHEN. Vellem sanè ipsos ad uirtutem obedientissimos esse, & manifestum est quòd conabitur hoc facere legislator in omnibus legibus ferendis. CLI. Quidni? ATHEN. Quæ itaque dicta sunt, aliquid operæ precij facere mihi uisa sunt, ad hoc ut mansuetior & magis beneuolus quis fiat, ad audiendum ea de quibus admonent, si non omnino crudam animam contingant. Quare si non magnum quiddam, sed exiguum saltem effecerint, ut auditorem uelut dixi magis beneuolum redditum, dociliorem efficiant, omnino boni consulendum est. Non enim multa copia, neque ubertas est eorum qui & maximè & quàm citissimè optimi fieri expetunt. At plerique Hesiodum sapientem pronunciant, qui dicit uiam ad malicíam læuẽ esse, & sine sudore iter exhibere, ut quæ breuissima existat:

Sudorem ar díui uirtuti præposuerunt
Immortales, longaq; & ardua stat uia ad illam:
Plato

Deorum cultus ordo

Parentum honor

Sepulturæ modus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aspera primum, at ubi uentum est ad summa, repentè
Fit facilis post hoc, quantumuis difficilis sit.

Et profectò bene dicere mihi uidetur. CLI. Maximè. ATHEN. Quid uero sermonis progressus mihi effecerit, hoc ipsum uobis in medium proponere uolo. CLI. Propone itaq; ATHEN. Dicamus itaq; ad legislatorem hanc orationem. Dic nobis ô legislator, siquidem quid facere & dicere nos oportet nosses, nónne manifestum est quòd id dicerés? CLI. Necesse est. ATHEN. Nónne ergo paulò antea dicentem te audiui, non oportere legislatorem poetis permittere, ut dicant quod ipsis gratum est. Non enim intelligerent quantum ciuitatem læderent, si quid contrarium legibus dicant? CLI. Vera equidem dicis. ATHEN. De poetis itaq; si hæc ad ipsum diceremus, nónne dicta moderata essent? CLI. Quæ ista? ATHEN. Vetus fabula est ô legislator, quæ & à nobis ipsis semper dicitur, & ab alijs omnibus approbatur, poetam quum in Musæ tripode consideret, non esse mentis compotem, sed uelut fontem quendam quicquid influit effluere sinere. Et quum ars ipsius imitatio sit, cogitur poeta dum homines cõtrario inter se modo affectos facit, sæpe contraria sibijpsi dicere. Non autem nouit an hæc, aut altera uera sint ex his quæ dicit. At legislatori in lege hoc facere non licet, ut dũo de uno dicat, sed unum de uno sermonem semper pronunciare oportet. Considera autem id ex his ipsis quæ nunc à te dicta sunt. Quum enim sit sepultura alia modum excedens, alia ab eo deficiens, alia moderata: tu una delecta media, hanc demandasti & simpliciter laudasti. Ego uero si fœmina esset diuitijs abundans, & sepeliri se iuberet, in poemate sepulchrum excedens modum laudarem. Parcus autem rursus & pauper uir, à modo deficiens laudabit. Qui uerò moderatas opes possidet, & ipse moderatus est, moderatum sepulchrum laudibus uehet. Tibi uero non sic dicendum est, uelut nunc dixisti moderatum, sed quod, & quantum sit moderatum dicendum est. Aut talem sermonem nondum legem tibi fieri cogites. CLI. Verissima dicis. ATHEN. Num igitur qui ad ferendas leges destinatus est, nihil tale prædicet in principio legum, sed statim quod facere, aut non facere oportet dicet, & minatus pœnam ad aliam legem se conuertet, nihil autem ad consolandum & persuadendum eos quibus leges præscribit addet? Aut quemadmodum Medicus quispiam, alius hoc modo, alius illo, nos subinde curare solet, ita etiam ipse faciet? Nos autem utrumque modum in memoriam reuocabimus, ut legislatorem rogemus, quemadmodum pueri medicum rogant, ut leuissimo modo ipsos curet? Tale uero quiddam dicimus. Sunt Medici quidam dicimus, & quidam medicorum ministri. Medicos autem uocamus etiam hos. CLI. Maximè. ATHEN. Siue liberi fuerint, siue serui, sed qui dominorum iussu, & sententia siue speculatione, & experientia artem teneant, non autem secundum naturam, quemadmodum liberi qui & ipsi sic didicerunt, & filios suos docent. Concesseris ne hæc duo genera Medicorum? CLI. Quidni? ATHEN. Nónne etiã intelligis quòd quum & serui, & liberi sint qui ægrotant in ciuitatibus, seruos quidem ferè serui plerunq; circumcurrentes curant, qui etiam in officinis medicis expectant, & neque singulorum cuiusque serui morborum rationem quisquam talium medicorum dat, aut accipit, sed imperatis his quæ sibi uisa sunt ex experientia, uelut qui exactè sciat, quemadmodum Tyrannus contumaciter discedit, ab hoc ad alium seruum se conferens, atque ita domino curandorum ægrotorum quietem præparat. At liber ut plurimum liberorum morbos curat & uisitat, & hos expendens ab initio & secundum naturam ægroti, dum cum ipso & cum amicis conuersatur, simul quidem ipse aliquid ab ægrotis discit, simul autem quantum fieri potest, ipsum ægrotum docet, & non prius quid imperat quàm persuaserit. Tunc autem cum persuasione præparans ægrotum, ita mansuescentem ad sanitatem perducere conatur. Vter igitur hoc aut illo modo curando melior medicus est, & exercendo melior gymnastes, qui uenam facultatem bifariam perficit, aut qui uno modo, & secundum deteriorem ac asperiorẽ ex duobus operatur? CLI. Longè præstantior est ô hospes duplex modus. ATHEN. Vis ne igitur ut simplicem hunc & duplicem modum etiam in legibus ferendis contingentem uideamus? CLI. Quidni uelim? ATHE. Age itaq; per deos, quámnam legem primum feret legislator? Nónne secundum naturã principium ortus in ciuitatibus primum constitutionibus exornabit? CLI. Quidni. ATHE. Principiũ aũt ortus omnibus ciuitatibus

Medicorum genera 2

esuitatibus non ne nuptiarum commixtio ac societas est? CLI. Quidni? ATHEN. Nuptiales ergo leges si primũ ferantur, in omni ciuitate rectissimè ferri uidentur. CLI. Omnino ita. ATHE. Dicamus itaq; primũ legem simplicem, quæ fortassis hoc modo se habebit. Nuptias autem contrahere debet quis postquam annos triginta natus fuerit, usq; ad annos quinq; & triginta: Sin minus, mulctetur pecunijs & ignominia: pecunijs quidem tot & tantis, ignominia uero hac aut illa. Et simplex quidem talis sit lex de nuptijs. Duplex autem hæc. Nuptias autem contrahere quis debet, postquam annos triginta natus fuerit, usque ad annos quinque & triginta, ita ut hoc secum ipse cogitet, esse naturam quandam qua humanum genus immortalitatis particeps est, cuius etiam quiuis à natura cupidus est. Nam clarus esse, & non obscurus sine nomine à morte iacere quisque cupit. Humanum igitur genus cum uniuerso tempore cognationem quandam habet, ut quod perpetuò ipsum sequitur & sequetur, & hoc modo immortale est, quòd filios filiorum relinquens idem & unum est, & perpetua generatione immortalitate participat. Hoc itaque seipsum ultrò priuare, nequaquam pium est, ultrò autem se priuat, qui filios & uxorem negligit. Qui igitur legi paret, indemnis discedet. Qui uero non paret, neque nuptias contrahit, annos natus triginta & quinque, mulctetur quotannis tanto & tanto, ut ne putet solitariam uitam sibi lucrum & quietem ferre, & non sit particeps honorum, quos iuniores in ciuitate senioribus subinde exhibent. Hac itaq; ad illam legem comparata, de unaquaq; iudicare licet, utrum ipsas duplices sic longitudine quàm breuissima facere oportet, persuasione uidelicet & minis simul additis: aut per minarum saltem usum, simplices longitudine facere. MEGIL. Laconici equidem moris est ô hospes, semper breuiora præferre. Harum tamen præscriptionum si quis me iudicem esse iuberet, utram uelim in ciuitate mihi scriptam proponi, longiorem eligerem. Et sanè etiam in omni lege, si iuxta hoc exemplum duæ præscriptiones fierent, idem hoc facerem. Quin & Cliniæ huic placere oportet ea quæ nũc lege statuuntur. Huius enim est ciuitas, quam nunc talibus legibus uti cogitamus. CLI. Rectè ô Megille dixisti. ATHE. De multis equidẽ aut paucis præscriptionibus legum sermonem facere ualdè ineptum est. Nam optima ut arbitror, non breuissima, neq; longitudines præferre oportet. At in nunc relatis legibus nõ duplo solum alteræ alteris ad usus uirtutem præstant, sed uelut nunc dictum est, duplicium medicorum genus rectissimè appositum est. Ad hoc autem nullus unquam legislator animũ adiecisse uidetur, quòd duobus in legibus ferendis uti liceret, persuasione uidelicet & ui. Quare quantum eius fieri potest, ad expertem eruditionis turbã altero solum utuntur. Non enim minas persuasione miscentes, sed pura solum ui leges ferunt. Ego uero ô beate, etiam tertium adhuc uideo quod circa leges fieri debere, & nunc non fit. CLI. Quod istud dicis? ATH. Quod ex his ipsis de quibus nos nunc disseruimus, dei alicuius uoluntate contigit. Ferè enim ex quo de legibus dicere incœpimus à matutino, & meridies facta est, & in pulcherrima hac requie fuimus, nihil aliud quàm de legibus differentes. Nunc autem incipere mihi uidemur de legibus dicere: superiora uero omnia præfationes legum erant. Cur uero hæc dixi? Quia dicere uolebam, quòd omnium sermonum, & cum quibus uox communionem habet, & præfationes sunt, & ferè uelut quædam commotiones, quæ artificiosam quandam aggressionem habent, utilem ad hoc quod perfici debet. Et sanè ante citharœdicæ cantilenæ, & totius Musæ appellatas leges, præfationes mirificè elaboratæ præponuntur. At earum quæ reuera sunt leges, quas fanè ciuiles esse dicimus, nullus unquam neque præfationem aliquam dixit, neque conscriptam in lucem protulit, uelut natura non sit. Nobis autem hæc nunc habita conuersatio, uelut mihi uidetur, quòd sit significat. Nam quæ duplices uisæ sunt nunc mihi dicte leges, non ita simpliciter quodammodo duplices sunt, sed duo quędam, lex, & præfatio legis. Quod enim Tyrannicum iussum dictum est, & iussis medicorum assimilatum, quos illiberales diximus, hoc est lex mera: quod uero ante hoc dictũ est, persuasorium ab hoc appellatum, reuera quidem ad persuadendum spectat, præfationis ramen quę sermonibus præmitti solet uim habet. Vt enim beneuolè, & ob beneuolentiam docilior redditus, iussum quod sanè lex est, suscipiat is cui legem legislator dictat, ea gratia totus hic sermo mihi dictus esse uidetur, quem ad persuadendum ille dixit.

Nuptiales leges primæ

Duplex lex

Præfationum ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quapropter iuxta meam adeò sententiam, hoc ipsum præfatio, & non legis sermo rectè appellari poterit. Hæc igitur quàm dixerim, quid post hoc à me dictum esse uoluerim? Hoc nimirũ, Oportere legislatorem ante omnes semper leges cauere, ut ne præfationum exortes ipsas faciat, & in singulis exponere quatenus inter se differant, quantum sanè nunc duæ illæ relatæ leges differebant. CLI. Ego profectò uirum harum peritum non aliter leges ferre iuberem. ATHEN. Rectè quidem ô Clinia, hoc mihi dicere uideris, quòd omnibus legibus præfatio sit, & quod in omni legum ferendarũ principio, præfationem singulis natura conuenientem uniuerso sermoni præponere oportet. Non enim paruum est id quod postea dicetur, neq; parum refert clarè an secus hæc ipsa cõmemorentur: Si tamẽ magnis & paruis legib. similiter præfationes præmittere iusserimus, non rectè dixerimus. Neque enim in cantilena, neque in sermone omni opus est hoc facere: etiamsi à natura sit omnibus, tamen non utendum est omnibus. Ipsi uero rhetori, & cantilenarum opifici, & legislatori hoc semper permittendum est. CLI. Verissima dicere mihi uideris. Verum ne amplius ô hospes longiorẽ cunctationis moram faciamus, sed ad sermonem reuertamur, & ab illis initium sumamus, si hoc ita tibi gratum est, quæ non uelut præfatione utens tunc dicebas. Rursus igitur uelut ludentes dicunt, posterioribus melioribus, ab initio repetamus, uelut præfationem, & nõ quemlibet sermonem uelut antea perficientes. Sumamus autem ipsarum initium, precari nos confitentes. Et de honore quidem deorũ, & maiorum cultu sufficiunt ea quæ nunc relata sunt. Quæ uero deinceps sequuntur dicere conemur, donec tota præfatio satis dicta esse tibi uisa fuerit. Post hoc uero iam ipsas leges exponere aggredieris. ATHEN. Non'ne de dijs quidem, & his quæ post deos sequuntur, & de parentibus tum uiuis: tum uita defunctis, satis tunc præfati sumus, uelut nunc confitemur. Quod uero adhuc hinc reliquum est, iubere nunc tu mihi uideris, ut uelut in lucem producam? CLI. Cminimò ita. ATHEN. Atqui post hoc conueniens, & maximè ad rempublicam pertinens est, ut & dicenti & audientibus in memoriam reuocemus, quo eruditionis pro uiribus compotes fiant, quomodo circa animas suas, & corpora, & opes, quod & ad studium, & ad remissionem attinet, se gerere debeant. Hæc igitur post illa reuera nobis & dicenda, & audienda sunt. CLI. Rectissimè dicis.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum quintum, De legibus.

MIRABILIA quotidie fieri uidemus à magnete in ferrum, à succino in paleas, à fulguribus in solida, ab ignito sulphure in bombardam, à tota natura uel in motu cœli, uel in artificiosa rerum quæ gignuntur, formatione. Causas quidem ignoramus, neq; tamen ob causarum ignorationem negamus effectus fieri, quos uidemus. Mirabilia rursus fieri nonnunquam ab animis nostris in oraculis cæterisq; prodigijs testis est non solum omnis historia, sed auctoritas etiam Mercurialis & Pythagorica atq; Platonica. Et si stupendorum nostræ mentis operum rationem certam facile omnes assignare non possumus, negare tamen opera uel facta, fuisse, uel posse fieri, non debemus. Videmus ignem quo cœlo similior est quàm cætera elementa eò mirabilius agere, ut breui ad suam trahat formam, quæ cætera tempore uix longissimo trahunt, neque mixtionem perpetiatur, & cum uidetur diuidi diuidat, longiusq; admodum quàm cætera suum protendat effectum, & longissime per lumen agat atque momento. Verum habet hoc à cœlo, & cœlum imagine sui agit, id est lumine, quæ ignis uix naturali efficit qualitate. Quis enim dubitet cœlestia per radios suos tam nobis occultos, quàm manifestos ab ipsis uelut imagines profluentes, mouere inferiora semper atq; formare? fermè non aliter quàm uultus speculum, & speculum concauum materiam siccam positam è conspectu. Sed age iam in hoc speculo & superos in animam speculemur. Quanto efficacior est ignis cæteris elementis, & igne cœlum, tanto efficaciores cœlo sunt spiritus qui uel uiuificant uel mouent cœlum, uel uiuificantium & mouentium sunt consortes. Spiritus ergo superiores in nostros utpote consortes, imaginum duntaxat suarũ influxibus operantur, quemadmodũ uultus in speculum, atq; agendo in eas formãt, simillimasq; efficiunt: usq; adeo ut animæ sæpe tam fermè mirabiliter, quàm cœlestes soleant, operentur. Quemadmodum uero speculum ad imagines à uultu suscipiendas quinq; modis præcipue præparatur: primo quidem natura uitrea, deinde perspicuitate, tertio lenitate, quarto resistentia, quinto positione: sic & animæ nostræ ad influxus numinum præparantur. Primo quidem, quod intellectuales naturæ sunt sicut & illa. Secundo, quando per intellectum fide illis hærent indubia. Tertio, per uoluntatẽ amore in illa sese ardentissimo transferunt. Quarto, tota in illis firmiter memoria sperant. Quinto, si corpus habeant, & natura illis accommodatum, & diligentia præparatum, tunc in mentes nostras à superioris ita labuntur instinctus, ut à fidibus lyræ in fides similiter temperatas. Tunc prodigia, somnia, uaticinia, oracula ve-

nium. Mittò quod Iamblicus Porphyriusq; narrant, oracula quædam per aquam fieri solita, quædam per aerem, quædam uero per ignem: fortè quia à dæmonibus, uel aqueis, uel aereis, uel igneis mittantur. Forte etiam quoniam locis & temporibus alijs atque alijs, per occultas causas contigerit mentium humanarum affectus ad superiora conuerti, conuersosq; inde formari. Profectò nostræ mentes in uaria nimium distrahuntur. Verum si quando integra uirtute sua ad certum opus utantur, sicut & ignis tota intentione naturæ comburit, & cœlum toto agit influxu, tunc Plato non dubitat mirabiliora à nostris mentibus quàm ab igne uel cœlo, facillime prouentura. Non dubitant & Auicenna Algazeles q;, nescio qua forte sæpe Platonici. Sed de his in Theologia latius disputamus. Quibus euangelicum illud de fide montes permutatura, maxime confirmatur: confirmantur & plurima quæ Plato in libro superiori & hoc quinto, immo & sequentibus omnibus de oraculis asserit, adeo ut non aliter, uel urbis dispositio, uel reipublicæ forma, uel sanctio legum sese habeat, quàm per oracula comprobetur. Verum quamuis oracula tria commemoret, tamen cæteris insuper uaticinijs quæ ueriora forsan reperiri possunt auctoritatem suam ad idem manifestè concedit: Sed iam ad argumentum quinti proprium ueniamus. Cum igitur animus noster speculum sit diuinorum, merito post diuinorum cultum in quarto descriptum, mox in exordio quinti animum ipsum iubet coli, quasi rem sacram: & qui in superioribus Pythagorea carmina est imitatus, in præsenti quoq; animi cultu libenter Pythagoram suum sequitur præcipientem: Post deos maxime omnium reuerere teipsum. Quanti uero momenti sit eiusmodi reuerentia ad obseruantiam legum, explicare non possumus. Sed facit hæc, ut summatim dicam, ut quisquis animi sui quasi numinis conspectum assiduum reueretur, iudicem habeat intra seipsum: ad cuius legem, uel absq; legibus scriptis uitam suam perfectissime dirigat, ac tandem facile naturalis legis amore faciat, quæ cæteri uix scriptarum legum formidine faciunt. Proinde dum de colendo animo disputat, omnia de officijs præcepta tradit, tum ad seipsum, tum ad alios ad omnesq; uirtutes priuatim & publice pertinentia, quæ discere quisque debeat atque edisscere. Post hæc finem imponit exordio legum. Vbi apparet totam de legibus disputationem in tres præcipue partes esse diuisam. Primo quidem in prooemium, ab initio libri primi ad hanc usq; partem quinti productum: Deinde in ipsam legum dispositionem. Et primò in leges ad rempublicam magistratusq; potissimum pertinentes. Deinde ad singulas spectantes ciuũ actiones. Memmisse uero te arbitror singulas præterea leges, singula habere proœmia. Principio legifer purissimos pro uiribus colonos eligat, atque pastorum more puros segreget ab impuris. Lustret quoque ciuitatem, ac nisi summa cogat necessitas non inferat uiolentiam. Adæquet census pro uiribus, nec alij ditissimi sint, alij uero mendici. Caueat nequis iniuste diuitias cumulet. Neque luculentissimam conetur ciuitatem reddere, sed iustissimam. Prædicet ueritatem & apud homines, & apud deos esse maxime omnium uenerandam. Item in peregrinos hospitalitatem, in supplices indulgentiam. Moneat unumquenq; animam erga seipsam amore feli, atque peruerti solere. Præcipiat, ne quis abundans ipse, patiatur proximum esurire. Collocet urbem si potest in media regione singulas circunspectans commoditates. In duodecim partes urbem diuidat, totamq; similiter regionem. Sed cur in partes duodecim? ut intelligas molem tantam tamq; laboriosam uniuersi ipsius auxilio indigere, quod est in sphæras duodecim distributum. Item ciuitatem ad imaginem regni cœlestis esse gerẽdam. Cœlestis autem ciuitas in signa duodecim, quasi duodecim tribus, est distributa. Nec ab re dijs duodecim ciuitatem commendat suam: siquidem alij duodecim, signis cœli duodecim præesse dicuntur. Immo uero dij sex, sexq; deæ.

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venusq;:
Mars, Mercurius, Iupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Præpone singula singulis: mẽbris quidem nostris signa: signis præterea deos. Arieti quidem & capiti nostro Palladẽ. Tauro uero & nostræ ceruici Venerem. Geminis & humanis brachijs Apollinem. Cancro pectoriq;, Mercurium. Leoni humerisq; Iouem. Virgini ilijsq; Cererem. Libræ & natibus, quod honeste dictum sit, Vulcanum. Scorpio & pudibundis Martem. Sagittario femoriq; Dianam. Capricorno & genibus Vestam. Aquario cruribusq; Iunonem. Piscibus pedibusq; Neptunum. Intellige per hæc ciuitatem totam non aliter unum ex ciuibus multis, quàm unum corpus ex multis membris esse debere. Alia uero numina masculina, alia fœminina idcirco dicuntur, ut cognoscas & quæ ad materiam possiones q;, & quæ ad formas actiones q; pertinent, à superis gubernari. Verum cur Plato præcipuam urbis arcem, Vestæ, Iouí, & Palladi consecrat? Intellige in diuinis tres omnium fontes existere: Vestam quidem essendi fontem, Iouem uiuendi, Mineruam intelligendi. Atque in his omnibus auxilium à superis obsecrandum. Vbi uero Plato commendat partitionem domiciliorum agrorumq; in quinquies mille & quadraginta, ostendit eiusmodi numerum commodissimas in se multas q; deinceps distributiones partium continere. Quod quidem & in sequentibus paulatim aperietur, & uel mediocri arithmetræ potest esse perspicuum. Notabis ubi de communi ciuium uita disserit præceptum de euangelica dilectione & charitate mirandum. Item patriam magis quàm matrẽ esse colendam.

Quodue patriam inquit immortalem deam esse, uel de diuina terreni orbis anima, uel de numine patriæ patrono, uel de cœlesti patria dictum puta.

PLA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS LEGVM, SIVE DE LEGVMLATIONE, DIALOGVS V.

AVDIAT itaq; quiuis, qui nunc de dijs, & charissimis maioribus audiuit. Cuiuis enim post deos, ex suis possessionib. anima diuinissima est, ut quæ coniunctissima existit. Sua autem cuiq; duplicia omnino sunt. Præstantiora itaq; & meliora dominantur, inferiora uero & deteriora seruiunt. Ex suis igitur ea quæ dominantur semper præferenda sunt his quæ seruiunt. Sic itaq; post deos qui domini sunt, & eos qui hos sequuntur, si suam quemq; animam secundo loco colere oportere dicam, rectè censeam. Nemo autem nostrum ut in summa dicam, animam suam rectè colit, sed uidetur. Diuinum enim bonum est honor. Malorum autem nihil honorãdum est. Qui uero aut sermonibus quibusdã, aut muneribus illam aucturum se esse putat, & nihilo meliorem ipsam ex deteriore efficit, is colere quidem uidetur, nequaquam uero hoc facit. Etenim uerbi gratia, quiuis homo statim à puericia, ad omnia cognoscenda sufficere se putat, & colere se arbitratur, dum animam suam laudat, & cum promptitudine permittit, ut faciat quicquid uelit. Quod uero nunc dicimus hoc est, quòd qui hæc facit, illam ledit, nõ colit. Oportet autem ipsam post deos secundo loco colere uelut nos censemus. Neque uero quum homo suorum subinde peccatorum, & plurimorum ac maximorum malorum, non seipsum, sed alios causam esse putat, seipsum autem semper uelut insontẽ eximit, per hoc animam suam colit, uelut sanè sibi uidetur, quum tantum absit ut hoc faciat, ut etiam lædat: Neq; tunc quum uoluptatibus præter rationem & laudem legislatoris indulget, ipsam ullo modo honorat, sed ignominia afficit, malis & pœnitẽtia ipsam implens: Neq; quum contrà labores qui laudantur, & timores, & dolores, ac mœrores tolerando non sustinet, sed cedit, tunc cedendo ipsam honorat. Ignominiosam enim ipsam efficit, dum omnia huiusmodi facit: Neq; quum uiuere omnino bonum esse ducit, colit, sed ignominia ipsam etiam tunc afficit. Nam quæ apud inferos aguntur, omnia animæ mala esse putans, cedit, & non resistit docendo ac redarguendo, quòd non nouit, an contrà omnium bonorũ maxima nobis sint ea quæ circa deos qui illic sunt peragun tur. Quin & ubi quis pulchritudinem uirtuti præfert, hoc non aliud est quàm reuera & penitus animæ ignominia. Hic enim sermo corpus anima preciosius esse falso dicit. Nihil enim ex terra genitum olympijs præstãtius est. Quare qui de anima aliter opinatur, admirandæ huius rei se negligentem esse ignorat. Neq; uero quum quis pecunias non rectè acquirere studet, aut adeptus illas non molestè fert, tunc muneribus animam suã colit. Penitus itaq; lædit. Quod enim in ipsa preciosum simulq; pulchrum est, pro exiguo auro uendit. Omne enim quod & in terra & sub terra est aurum, uirtuti comparari non meretur. Et in summa, quæcunq; legislator enumerans turpia & mala esse sancit, & quæ contrà bona & pulchra, si quis ab illis non omni studio abstinere uelit, & his pro uiribus operam dare, is non nouit quàm ignominiose ac turpiter animam rem diuinissimam, in his omnibus afficiat. Quæ enim maxima dicitur maleficij pœna, eam nemo ut in summa dicam expendit. Est autem maxima pœna, assimilari aliquem malis uiris. Vbi uero assimilatur, bonos quidem uiros & sermones fugere, & ab his separari: improbis autem adhærere, & eorum consuetudines persequi. Postquam uero talibus adhæsit, necesse est facere & pati, quæ rales inter se facere ac dicere solent. Hæc itaq; affectio iustitia quidem non est: Pulchrum enim est & iustum, & iustitia: sed ultio, iniustitiam sequens affectio, quam & qui assequitur, & qui non assequitur, miser est, hic quidẽ quòd non curatur, ille uero, quia ut multi alij seruentur, perit. Honor autem nobis est ut in summa dicam, meliora sequi, deteriora uero, quæ tamen meliora fieri possunt, quàm optimè perficere. Homini profectò possessio nobilior alia non est q̃ anima, ad fugiendũ malũ, & ad inuestigandũ ac eligendũ id quod omniũ optimũ est, & ubi elegit ad cohabitandũ cũ ipso in cõmuni q̃ reliquã uitã. Quapropter secundũ honoris locũ adepta est. Tertiũ uero quiuis cognouerit secundũ naturã esse corporis honorẽ. Oportet autẽ rursus considerare honores, & qui ex his ueri sunt, & qui adulterini. Hoc autem est

Animæ cultus

Animæ ignominiæ

Inferorum mala ambigua

Maleficij pœna quæ maxima

legislatoris. Videtur aũt mihi ille indicare hos & huiusmodi quasdã ipsos esse. Honore dignũ esse corpus, non pulchrũ, neq; robustũ, neq; uelox, neq; magnũ, neq; sanũ, etiamsi pleriſq; hoc uideatur. Sed & neq; his cõtraria. Verũ quæ in medio uniuersum hunc habitum attingunt, ea tem peratissima simulq; longè securissima esse. Altera enim ex illis, molles & audaces animos faciunt: altera humiles & illiberales. Eodem porrò modo pecuniarum & opum possessio, secundum eundem rythmum honoris se habet. Immodicæ enim inimicitias & seditiones, & ciuitatibus & priuatim faciunt. Deficientes autẽ, plerunq; seruitutem. Ne itaq; pecuniarum studio aliquis teneatur liberorum gratia, ut ipsos ditissimos relinquat. Neq; enim illis, neq; rursus ciuitati hoc melius est. Namopes iuu enum ab adulatione alienæ, & necessariarũ rerum non indigæ, omnium concinnissimæ ac optimæ sunt. Nobiscum enim consentientes, & ad omnia congruentes, uitam à dolore liberam efficiunt. At filijs pudorem multum, non aurum relinquere oportet. Arbitramur autem castigando impudentes iuuenes, hoc nos relicturos esse. Hoc autẽ non contingit ex ea adhortatione, qua nunc ad iuuenes utuntur, dum dicunt iuuenem omnia uereri oportere. Sapiens itaq; legislator senes potius adhortabitur ut uereantur iuuenes, & maximè omnium caueant, ut nullus unquàm adolescens ipsos uideat aut audiat facientes aut dicentes aliquid turpe. Nam ubi impudenter se gerunt senes, ibi necesse est etiam iuuenes impudentissimos esse. Excellens enim & iuuenum simulq; ipso rum eruditio, non in admonendo sita est, sed ut quis ea ipse per uitam facere uideatur, quæ alius alium admonen do diceret. Qui uero cognationem & cognatorum deorum societatem omnem eiusdem sanguinis naturam habentem honorat & colit, huic deos ad liberos procreandos beneuolos esse, rationi consentaneum est: & sanè etiam amico rum ac sociorum beneuolentiam ad uitæ consuetudines cõsequetur, qui maiora & præstantiora illorum beneficia in se putat, quàm illi: & sua rursus in amicos beneficia minora censet, quàm ipsi sodales & amici. Cæterum erga ciuitatem & ciues longè optimus est, qui gloria ministerij in domesticas leges, uelut qui ipsis optimè præ omnibus hominibus in uita inseruierit, uictor esse maluerit, quàm in Olympicis & omnibus certaminibus, quæ tum in bello, tum in pace peraguntur. At uero erga hospites sanctissima commercia esse cogitandum est. Ferè enim omnia peregrinorum, & in peregrinos à ciuibus peccata, ad deum ultorem magis referuntur. Quum enim & amicis & cognatis destitutus sit peregrinus, maiorem apud homines & deos misericordiam meretur. Qui igitur magis ulcisci potest, promptius auxiliatur. Potest autem insigniter hospitalis singulorũ dæmon & deus, Iouem hospitalem comitantes. Multa igitur cautione opus est ei qui uel parum prudens est, ut nullo peccato in uita sua in hospites admisso, ita ad finem eius perueniat. At inter peregrina & uernacula peccata maximum est quod in supplices admittitur. Hic enim deus cum quo reste supplex in supplicando conditiones assequutus est, insignis afflictí custos est. Quare non inultus patietur quicquid pertulerit illas assequutus. Quæ igitur ad parentes, & seipsum, & sua, & ciuitatem, & amicos, & cognationem, & tum peregrina, tum uernacula officia pertinent, ea ferè recensuimus. Qualis uero si quis ipse sit, optimè uitam degere possit, hinc exponere consequens fuerit. Quæ igitur non lex, sed laus et uituperatio singulos erudiens, beneuolus et legibus ferendis magis fauentes efficit, ea post hoc nobis dicenda sunt. Veritas itaq; omniũ bonorũ et dijs et hominib. dux est, cuius qui beatus ac felix esse uolet, statim ab initio pàrticeps esse debet, ut quàm plurimo tẽpore in ueritate uitã degat. Est. n. hic fidus. Infidus aũt, cui uoluntariũ mendaciũ gratũ est: cui uero inuoluutariũ: demens neutrũ autẽ expetendũ est. Quisquis eñ infidus et imperitus ac demens est, ab amicitia alienus est. Temporis uero progressu cognitus, ad difficilẽ senectutẽ, in fine uitæ omnẽ solitudinẽ sibi ipsi præparat, ut et uiuẽtibus et uita functis amicis ac filijs ferè similiter orbã uitã degat. Honorandus quidẽ est et qui nihil iniustè facit. Qui uero iniusta facientibus iniusta facere non permittit, plus q̃; duplici honore præ illo dignus est. Ille. n. uni, hic multis alijs cõparandus est, quũ aliorũ iniustitiã principibus indicet. Qui uero etiã pro uiribus cũ principibus iustos punit, is magnus et perfectus uir in ciuitate denuncietur, et uirtute uictor. Eandem uero laudem hanc etiam de temperantia dicere oportet, et de sapientia, et quæcunque alia quis bona possidet, quæ non solum ipse habere, sed etiam alijs impertiri

Opinor honor
Honor patriæ

Honor hospitũ

Supplicũ honor

Virtutum gradus

Universidad de Deusto
Biblioteca

impertiri potest. Et qui quidem ea impertit, uelut consumatissimum honorare, oportet. Qui uero non potest, & uult tamen, secundo loco sinendus est. At inuidum et qui ultrò cum nemine aliqua bona amicè communicat, ipsum quidem uituperare oportet, possessionem uero nihilo magis propter possessorem ignominia afficere, sed quantum fieri potest consectari ac comparare. Contendat autem nobis quiuis ad uirtutem citra inuidiam. Talis enim ciuitates auget, quum ipse quidem decertet, alios autem calumnijs non impediat. Inuidus uero qui aliorum calumnia excedere oportere putat, & ipse minus ad ueram uirtutem contendit, & eos qui simul decertant, iniusta uituperatione ad animi deiectionem perducit: & propter hæc totam ciuitatem ad uirtutis certamen

Animosi laus

inexercitatam faciens, inferiorem ipsam existimatione quantum in se est, facit. Animosum equidem quemuis uirum esse oportet, quàm maximè uero mansuetum. Nam aliorum graues & ægrè curabiles, aut etiã omnino incurabiles iniurias, aliter effugere quis non potest, quàm ut pugnando & propulsando uictor abeat, & nihil pœnarum remittat. Hoc autem absq; generoso animi impetu nemo facere potest. In his uero qui iniusta faciunt, sed ita ut curari possint, cognoscere oportet primum quidem, quòd quiuis iniustus, non ultrò iniustus est. Nam ex maximis malis nemo usquàm ullum ultrò sibi unquàm comparauerit, multò uero minus in pretiosissimis suis possessionibus habuerit. Anima autem reuera est uelut diximus, omnibus res pretiosissima. In re igitur pretiosissima maximum malum nemo unquàm ultrò susceperit, & ipsum possidens per uitam uixerit. Quare miserabilis omnino iniustus est, & qui mala habet. Misereri uero expedit eius qui curabilia mala habet, & cohibendo animi impetum mitigare, & non uesana ira percitum muliebriter in amarulentia perseuerare. At ei qui merè & curari non possit, delinquit & malus est, iram immittere oportet. Quapropter animosum & mansuetum semper esse bonum uirum oportere diximus. Maximum autem omnium malũ pleriscq; hominibus in animis à natura insitum est, cuius quiuis sibijpsi uentam dans, fugam nullam meditatur. Hoc autem est quod dicunt, quemuis hominem sibijpsi natura

Amicus quisq; sibijpsi natura

amicum esse: & rectè habet talem esse oportere, sed reuera omnium peccatorũ unicuiq; semper causa sit ob uehementem suijpsius amorem. Occæcatur enim is qui amat circa id quod ab ipso amatur, ut iusta & bona ac mala malè iudicet, id quod suum est ueritati semper præferre oportere putans. Neq; enim seipsum, neq; sua amare oportet, eum qui in magnum uirum euadere uolet, sed quæ iusta sunt: siue ea apud seipsum, siue apud aliũ magis peragantur. Ex eodẽ uero peccato hoc etiã omnibus contingit, ut quisq; imperitiã suã putat esse sapientiã. Vnde quum nihil ita ut dicam sciamus, omnia nos scire putamus. Quum autem alijs facere non permittamus quæ ipsi nescimus, ipsi facientes peccare cogimur. Quapropter nimium sui amorem quemuis hominem fugere oportet: quem uero quis seipso meliorem uidet persequi, ut nullam ob hoc uerecundiam prætexat. Quæ porrò minora quidem his sunt, & sæpe dicuntur, non minus tamen quàm hęc utilia, ea sibijpsi in memoriam reuocando dicere oportet. Quemadmodum enim semper aliquid effluat, contrà influere oportet. Recordatio autem est sapientiæ deficientis influxio. Proinde & à risu, & à lachrymis immodicis prohibere oportet, & quẽuis uirũ admonere, ut etiã omnẽ nimiã lætitiã, & nimiũ dolorẽ occultet, & decorũ habitũ præ se ferre conetur. Quũ autẽ circa rerũ successus cuiusq; dæmon consistat, & circa fortunas, uelut ad alta & accliuia, dęmones quibusdã actionibus resistãt, sperare semper oportet, dũ bonis quæ deus largitur labores incidunt, fore ut ille pro grauioribus leuiores inducat, & nũc præsentes in melius pmutet. Circa bona uero his cõtraria, fore nimirũ ut omnia semper ipsis adsint cũ bona fortuna. In hac itaq; spe unũquemq; uiuere oportet, ut in omniũ huiusmodi recordatione nihil omittat, sed semper tũ circa lusus, tũ seria studia, & seipsum & alios clarè admoneat. Nunc igitur de studijs quibus deditum esse oportet, & qualis quisq; esse debet, ferè dicta sunt ea quæ diuina sunt. Humana uero nunc nobis dicta non sunt, dicere tamen oportet, cum hominibus enim loquimur, & non cum deis. Sunt autem natura maximè humana, uoluptates & dolores, & cupiditates, ex quibus necesse est omne mortale animal palàm uelut dependere, & maximis studijs appẽsum esse. Oportet itaq; honestiss. uitam laudare, non solum quòd habitu ad nominis claritatem excellit, sed quòd etiam, si quis gustare uelit, & nondum iuuenis est fugitiuus ab ipsa

ipsa fiat, eo antecellit quod omnes quærimus, ut magis gaudeat, et minus doleat per omnem uitam. Quòd uero hoc ita continget, si quis rectè gustet, promptè & uehementer apparebit. Quæ uero sit rectitudo, hoc iam à ratione accipere & considerare oportet. Voluptatem nobis esse uolumus, dolorem neq; eligimus, neq; uolumus. Neutrum aũt siue medium, pro uoluptate quidẽ non uolumus, pro dolore uero permutare uolumus. Dolorem autem minorem cum maiore uoluptate uolumus: Voluptatem uero minorẽ cum maiore dolore non uolumus. Quòd autem utraq; hæc æqualia habere non uolumus, declarare possemus. Hęc uero omnia multitudine, & magnitudine, & uehemẽtia, & æqualitate, & quę omnibus his contraria sunt, ad singulorum uoluntatem & electionẽ, & differunt, & nõ differunt. Quum itaq; hæc ita ex necessitate constituta sint, in qua quidem uita insunt utraq; multa, & magna, & uehementia, ita tamen ut uoluptates excedant, eam uolumus: in qua uero contraria, eam nolumus: & rursus in qua utraq; pauca, & parua, & quieta sunt, ut tamen tristia excedant, eam nolumus: in qua uero contraria, eam uolumus. In qua uero uita hæc æqualis momenti sunt, uelut in superioribus, æqualis momenti uitam statuere oportet. Volumus enim ea quæ excedunt eo quod nobis gratum est: non uolumus quæ aduersis nobis superant. Omnes itaq; uitas nostras in his à natura illigatas esse, & quales natura uolumus, cogitare oportet. Si uero quid præter hæc nos uelle dicimus, propter ignorantiam aliquam, & earum uitarũ quæ sunt imperitiam, ista dicimus. Quæ itaq; & quot sunt uitę, in quibus id quod ex animi sententia contingit, & uoluntarium est: itemq; quod præter animi sententiam contingit, & inuoluntarium est, inspicere ac eligere oportet, & sibijpsi in legem proponere, atq; sic grato simul & iucundo, & optimo ac pulcherrimo delecto, quantum homini datum est beatissimè uiuere. Dicamus itaq; temperatam uitam unam esse, & sapientem unam, & unã fortem, & sanam uitam unam ponamus: & ad has quatuor, contrarias alias quatuor, de sipientem, timidam, intemperantem, & morbosam. Temperatam igitur uitam qui cognoscit, ponet ipsam per omnia mansuetam, & dolores quietos, & uoluptates quietas, molles item cupiditates, & amores non insanos inducentem. Intemperatam uero per omnia acutam, et uehementes dolores, uehementes item uoluptates: concitatas autem & insanas cupiditates ac amores exhibentem: ita tamen ut in temperata uita, uoluptates excedant dolores: in intemperata contrà dolores superent uoluptates, magnitudine & multitudine ac frequentia. Vnde alteram iucundiorem, alteram tristiorem nobis uitã necessariò secundũ naturã fieri contingit: & qui iucundè uiuere uult, ei non amplius natura permittet ut ultrò intemperanter uiuat. Quare iam manifestum est, quòd si id quod nunc dictum est rectum est, quiuis necessariò præter animi sententiam intemperatus est. Aut enim ob imperitiam, aut ob incontinentiam, aut ob ambo hæc, omnis humana turba temperantiæ exors uiuit. Eodem modo de morbosa & sana uita statuendũ est, habere ipsas & uoluptates & dolores. Excedunt tamen uoluptates in sanitate, dolores in morbis. Nobis autem uoluntas eligendi uitas, nõ est ut dolor superet, uerum ubi superatur, eam uitam iucundiorem iudicauimus. Sed & hoc asseremus, quum sapiens uita & fortitudinis uita, pauciora & minora & rariora ambo habeat, quàm desipiens & timiditatis uita, ita ut uoluptatum uehementia utraq; utranq; excedat, illis contrà doloris uehementia ipsas excedentibus, fortis quidem timidam, sapiens autem desipientem uincit, ut uitæ uitis iucundiores sint, sapiens & fortis & temperata & sana iucundior, cũ timida & desipiens & intemperata & morbosa: & in summa, ut ea quæ uirtuti secundũ corpus, aut etiam secundum animam inhæret uita iucundior sit, quàm quæ improbitati inhæret, & alijs item ex superabundanti excedat, pulchritudine nimirum, & rectitudine, & uirtute, & nominis claritate, ut eum qui ipsam habet per omnia & in totum felicius uiuere efficiat, quàm contraria uita. Et præfatio quidem legum hic dicendi finem habeat. Post præfationem porrò necessarium est legem sequi, imò reuera deinceps reipublicæ leges describere. Quemadmodum igitur in textura aliqua, aut etiam alia quacunque plicatura, fieri non potest ut ex ijsdem & tramam quis & stamen efficiat, sed necesse est ut uirtute præstet staminum genus: robustum enim est, & ex tortura firmitatem accepit: Trama uero mollior est, & iusta quadã moderatione prædita. Vnde sanè eos qui magnos principatus in ciuitatibus gesturi sunt, hoc quodã modo dijudicare oportet,

Vitæ honestiæ præstantia

Voluptatis doloris ac ratio

Vitæ genera. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

itemq; eos qui paruos castigatione exanimatos, semper iuxta rationem. Duæ uero sunt reipublicæ species. Altera magistratuũ constitutio in singulis: altera Leges magistratibus attributæ. Cæterum præ omnibus his talia cogitare oportet. Omnem gregẽ pastor et bubulcus et equorũ curator, & alij huiusmodi à se susceptũ, nunquàm aliter curare aggrediuntur, nisi prius purgationem unicuiq; cõuenientem cohabitationi adhibuerint. Delectis itaq; sanis à non sanis, & generosis ab ignobilibus, altera animalia ad alios greges demittent, altera curabunt, ita secum cogitantes, uanum laborem esse & inefficacẽ circa corpora & animas, quas quum natura & praua educatio corruperit, perdit insuper sanorum & integrorum tum morum, tum corporum genus, in quauis pecorum gente, si non iam præsentia expurgarint. At aliorum animalium minor cura nobis incumbit, & quæ exempli gratia solum digna est ut eius mentio fiat: Circa homines autem maximum legislatoris studium requiritur, ut perscrutetur et exponat id quod singulis conuenit, tum quod ad purgationem, tum quod ad reliquas actiones omnes attinet. Proinde quod ad ciuitatis purgationes spectat, hoc modo se habet. Quum multæ sint purgationes, aliæ faciliores sunt, aliæ molestiores: Et si quis Tyrãnus idemq; legislator est, per eas quæ molestæ & optimæ sunt purgare potest. Legislator autem absque tyrannide nouam rempublicam & leges constituens, etiam si per mitissimam purgationẽ purgarit, præclarè secum actum putare debet. Est autem optima purgatio doloris plena, quemadmodum medicamenta quæ huiusmodi sunt, quæ per iudicium cum ultione ad pœnam perducit, mortem aut exilium ultionis finem imponens. Nam qui maximè deliquerunt, & incurabiles sunt, quum maximum sint ciuitatis detrimentum, eos summouere solet. Mitior autem purgatio talis nobis est. Quicunq; ob uictus inopiam ad duces se conferunt, & paratos se ad sequendum indicant, ut ipsi qui non habent, eorũ qui habent bona inuadant, hos ueluti morbo ciuitati inserto, summotionis nomine in gratiosum coloniæ nomẽ commutato, quàm maximè beneuolè relegat. Cuiusigitur legislatori hoc quodammodo ab initio faciendum est. Nobis autem his adhuc absurdiora circa hæc nunc accidunt. Neq; enim coloniam, neq; purgationis electionem aliquã, ad præsens moliri oportet: Sed uelut multa quædam confluant, partim ex fontibus, partim ex torrentibus, in unũ lacum, necesse est animaduersione adhibita obseruare ut quàm purissima sit ea quæ confluit aqua, ita ut partim exhauriamus, partim deriuemus ac auertamus. Labor autem & periculum est in omni ciuili constitutione. Quando quidem uero res nunc sermone, non opere peraguntur, peracta iam sit nobis collectio, & purgatio ipsius ex animi sententia contigerit. Nam malos, qui in nostram ciuitatem uelut rempublicam administraturi conuenire conantur, omni persuasione & multo tempore exploratos, accedere prohibebimus: bonos autem pro uiribus beneuolos & fauentes nobis redditos adducemus. Cæterũ quæ nobis contigit felicitas, ea nos ne lateat, quòd quemadmodum de Heraclidarum colonia diximus, felicitas nobis contigit. Nam in agrorũ diuisione, & nouis tabulis inducendis, grauem & periculosam litem effugit: quum ciuitas ad leges ferendas coacta, ex ueteribus neq; immotum quicquàm sinere posset, neq; rursus aliquo modo mouere posset. Votum autem solum ut ita dicam reliquum est, & uel modica mutatio uerenda est, in multo tempore parum transmutantibus. At mutatio eorum qui semper mouent, eorum est qui ipsi agros abundè possident, & multos ipsis debitores habent, & uolunt tamen aliquo modo ob moderationem cum egentibus communicare, partim remittentes, partim distribuentes, & aliquo modo mediocritati inhærentes, & paupertatem esse putantes, non opes pauciores facere, sed inexplebilẽ cupiditatem augere. Hoc enim maximum principium salutis ciuitatis est, & super hoc uelut fundamento stabili, fieri potest ut quis ædificet, quemcunq; tandem postea ciuilẽ ornatum superextruere uoluerit, tali constitutioni conuenientẽ. Si uero hæc mutatio putida fuerit, nulla postea ciuilis actio expedita ac facilis ciuitati contingere poterit. Hanc nos quidem uelut diximus effugimus, & tamen rectius est dixisse, etiamsi nõ effugimus, quomodo tandem fugam ipsius facere possimus. Dicatur autem nunc hoc sieri per neglectum pecuniarum studium una cum iustitia: alia uero non est neq; ampla, neq; angusta, ex hac machina elabendi uia. Et hoc quidem nunc uelut fulcrum ciuitatis nobis positum sit. Oportet enim opes inter se sine crimine quodammodo comparare, aut

Purgationes duplices

Fulcrum ciuitatis quod sit

aut non prius ulterius ad alias parandas ultrò progredi, si quibus uetera fuerint inter se crimina, & quibus uel parum intelligentiæ adest. Quibus uero ut nunc nobis, deus dedit condere ciuitatem, & nondum adhuc esse inter se inimicitias, ut hi inimicitiæ sibijpsis autores fiant, ob agrorum & habitationum distributionem, non humana imperitia fuerit cum omni malicia coniuncta. Quis igitur fuerit rectæ distributionis modus: Primum quidem eam numeri molem constituere oportet, quãtam esse opus est: Postea uero de ciuium distributione, in quot & quantas partes diuidenda sit, consentiendum est. In has aũt & agri, & habitationes quàm maximè æquales diuidantur. Iusta itaq; multitudo non aliter rectè dici potest, quàm ad agros & uicinarum regionum ciuitates comparatione facta: Et ager quidem tantus sit, ut tot temperatos nutrire possit, nec ampliore opus est. Tot aũt sint, ut uicinos iniuriã inferentes propulsare possint, & uicinis suis quibus iniuria infertur, non omnino desperatũ auxilium ferre. His autem inspectis regionẽ iam & uicinos re ipsa & uerbis definiemus. Nunc uero exempli ac descriptionis gratia ut res perficiatur, ad leges ferendas oratio progrediatur. Quinque millia & quadraginta, conuenientis cuiusdã numeri gratia, sint agricolæ & qui distributionem defendunt. Ager autem & habitationes similiter in easdem partes distribuantur, ut uir & pars distributione conueniant. Et primum quidem duæ partes totius numeri distribuantur. Deinde tres similiter. Solet enim & in quatuor, & in quinq;, & in decem usq; deinceps partes, totius numeri diuisio fieri. Oportet itaq; quemuis legislatorẽ de numero tantũ intelligere, & qui ac qualis numerus omnibus ciuitatibus cõmodissimus sit nõ ignorare. Dicamus itaq; eum commodissimũ esse, qui plurimas deinceps in seipso distributiones habet. Non enim quiuis in quemuis, omnes sectiones habet. At quinq; millium & quadraginta numerus, & ad bellum, & ad pacem, ad omnia commercia, & societates, & tributa, & diuisiones, nõ in plures quàm una minus, sexaginta partes secari potest: cõtinuas autẽ istas ab una usq; ad decẽ. Hæc igitur per ociũ firmiter cõprehendenda sunt, ab his quibus lex ista cõprehendere precipit. Hæc igitur nõ aliter quàm hoc modo se habẽt. Oportet autẽ ipsa ea gratia condẽti ciuitatem dici. Neq; enim siue nouã quis ab initio fecerit, siue ueterẽ corruptã restituerit, de dijs & sacris, & quæ in ciuitate singulis ædificare oportet, & de quibuscunq; dijs aut dæmonibus cognominare, quisquã mente præditus mouere quid tẽtabit, ex his quę ex Delphis, aut Dodona, aut ab Ammone accepta sunt: aut quæ ueteres quidã sermones suaserunt, quomodocunq; tandẽ persuasione facta, aut spectris oblatis, aut inspiratione deorum, in quosdam qui hinc persuasi sacrificia festiuitatibus permixta constituerunt, siue isthic uernacula, siue Tyrrhenica, si ue cypria, siue aliunde undecunq; petita: consecrarunt aũt ex talibus sermonibus & responsa deorum, & statuas, & aras, & templa, & delubra singulis his dedicarunt. Horum omniũ ne minimũ quidẽ legislatori mouendũ est, sed singulis partibus deus, aut dæmõ, aut heros aliquis attribuẽdus est. In agrorũ autẽ distributione, primis & delubra, & omnia quæ cõueniunt assignabit, ut singularũ partiũ cœtus iuxta cõstituta tẽpora congregati, & ad quosuis necessarios usus facilitatẽ sibi præparent, & alter alterũ cũ sacrificijs amicè excipiat, & familiaritatem contrahant, et se mutuò cognoscant, quo maius nullũ ciuitati bonum cõtingere potest, quàm ut ciues inter se noti sint. Vbi enim nõ lux inter ipsos est in ipsorum moribus, sed tenebræ, ibi neq; honorem pro dignitate, neq; magistratus, neq; iustitiam conuenientem, unquàm quis rectè consequi poterit. Oportet itaq; quemuis uirum, si unum ad unum cõferatur, hoc maximè in omnibus ciuitatibus studio habere, ut neq; ipse unquàm cuicũq; impostor esse uideatur, sed semper simplex & uerus: neq; alius qui talis est, ipsum decipiat. Cæterũ qui postea sequitur legũ constitutionis, uelut talorum à sacro, motus quũ sit insolitus, fortassis auditorem primùm in admirationem adducet, attamẽ reputanti & periculũ facienti uidebitur ita secundo loco ciuitas ad id quod optimum est constitui. Fortassis autẽ quispiã ipsam non suscipiet, eo quòd non adiueuerit legislatori Tyrannidem non exercẽti. At rectissimè hoc se habet, ut quis & optimam rempublicam, & secundam, & tertiam recenseat, & ubi hoc fecerit, electionem unicuiq; concedat, ut ad cohabitationem præstantissimam deligat. Iuxta eandem itaq; rationem etiam nos in præsentia faciamus, ut ubi primam uirtute rempublicam, & secundam ac tertiam recẽsuerimus, optionẽ Cliniæ demus, & si quis alius uoluerit

Agrorũ distributionis modus

Cognitio ciuium inter se

Universidad de Deusto
Biblioteca

uoluerit ad talium electionem progredi, ut iuxta suos mores, id quod sibi gratũ est, pa-
Respub. Prima triæ suæ attribuat. Prima itaq; ciuitas & respublica est, & optimæ leges, ubi uetus illud uerbum per omnem ciuitatem quàm maximè locum habet, quo reuera dicitur, quòd amicorum omnia sunt communia. Hoc igitur siue nunc alicubi est, siue aliquando erit, ut communes sint uxores, communes, liberi, cõmunes pecuniæ & opes omnes: & omni studio id quod proprium dicitur, ex omni uita undiq; totum exemptum est: Id uero contrà pro uiribus curatum est, ut etiam ea quę natura propria sunt, quodammodo cõmunia facta sint, ut uidelicet oculi, & aures, & manus, communia uidere, & audire, & facere se putent: & ut eadẽ omnes uno ore laudent & uituperent, de ijsdem gaudentes & dolentes, & his præsertim legibus quantum possunt, quæ unam maximè ciuitatem efficiunt: horum profectò ad uirtutem excellentia, nemo unquàm rectiorem aut meliorẽ terminum statuet, si alium statuet. Talis itaq; ciuitas est, & siue dij, siue deorum filij plures uno in ipsa habitant, sic sanè degẽtes in delicijs uiuũt. Quapropter reipublicæ exemplum non aliundè considerare oportet, sed huic inhærentes talem quantum maxime fieri poterit quærere. Quam uero nunc hic tractauimus proximè ad immortalitatem accesserit. Et altera secundo loco. De Tertia uero postea si deus uoluerit trãligemus. Nũc
Respub. secunda autẽ hanc quámnam, & quomodo talem fieri dicemus? Distribuãt itaq; primum agros & domos, & agriculturam non in communi exerceant. Nam hoc maius esse diximus, quàm præsens seculum & educatio ac institutio fustinere possit. Distribuant igitur tali quodam consilio, ut cui hæc portio sorte obtigerit, communem ipsam uniuersæ ciuitati putet: & quum patria sit regio, colet ipsam maiorem in modum quàm filij matrem, ideò etiam quòd quum domina dea sit, eorum qui mortales sunt facta est. Idem uero etiam de uernaculis dijs simulq; dæmonibus statuendum est. Quo uero hæc in perpetuũ tempus ita durent, insuper hæc animaduertenda sunt. Quot nunc sunt foci numero distributi, tot semper ipsos esse oportere, et neq; plures fieri, neq; unquàm pauciores. Hoc autem per totam ciuitatem hoc modo constanter fieri potest, Cui sors obtigit, unũ solũ semper ex filijs suis hæredem domus suæ relinquat, quem maximè ipse relinquendum cẽsuerit successorem & cultorem deorum, & generis, & ciuitatis, tum uiuentium, tum eorum qui iam eo tempore ad finem peruenerunt. Reliquos autem filios, quibus plures uno nascuntur sic curabunt. Fœminas quidem secundum legem constituendam elocabunt, Masculos autem his ciusbus qui ipsi filios non habent, in filios adoptandos dabunt, atq; hoc maximè quidem ex gratia. Si uero aliquibus gratia defuerit, aut plures successores nascantur singulis, siue fœminæ, siue mares: aut etiam contrà pauciores, si forte sterilitas adsit, de his omnibus magistratus, quem maximum & colendissimũ constituerimus, diligenti habita consideratione quid cum redundantibus, aut his quibus desunt facere oporteat, artem exquirat, ut quàm maximè quinq; millia & quadraginta solum domus semper maneant. Sunt autem artes ad hoc multæ. Nam & generãdi facultas cohiberi potest, in his quibus ea ampla est, & contrà studio ac cura multitudo sobolis prouocari potest: honoribus item & ignominijs, & admonitionibus senum erga iuuenes, per sermones exhortatorios magistratus utentes, id quod dicimus efficere possunt. Quin & tandem si circa quinq; millium & quadraginta domorum adequationem omnino desperatio oboriatur, & excedens ciuium affluxio contingat, ob cohabitanti
Coloniarũ utilitas um inter se beneuolentiam, & in desperatione uersemur, uetus sanè illa ars extat, de qua sæpe diximus, emissio uidelicet coloniarum, ut ea amica ab amicis fiat, quocunq; tandem commodum esse usum fuerit. Si uero rursus etiam uice uersa inciderit unda, quæ diluuium inducit, aut morborum, aut bellorũ pernicies, ut multò pauciores quàm pro constituti numeri ratione ob orbitatem fiant, ultrò quidem in ciues admittere nõ oportet spuria institutione educatos. At necessitatem neq; deus cogere posse dicitur. Proinde nunc habitum sermonem ita nos admonere dicamus & dicere. O optimi omniũ hominum, pulcherrarum & bonarum rerum similitudinem & æqualitatẽ, & quod in his idẽ ac consentiens est, secundum naturam colentes, & iuxta numerum, & pro omnibus uiribus ne remittite: Et sanè etiam nunc numerum de quo diximus in primis per omnẽ uitam conseruate. Deinde opum altitudinem & magnitudinẽ, quam primum moderatã sortiti estis, uendendo & emendo inter uos ne reprobetis. Neq; enim deus qui sortẽ distribuit,

stribuit, neq; legislator uobis auxilium feret. Nunc enim primum ei qui non paret lex præcipit, prædicens ut qui uelit de his sortiatur, aut non sortiatur, perinde ut primũ quidem terra sacra sit omnium deorum. Deinde uelut utriusq; sexus sacerdotes preces facturi sint, in primis ac secundis sacrificijs, & usq; ad tertia, ut qui emit aut uendit, domicilij aut agros, quos sorte oblatos possidet, is ob hæc debitas pœnas perpetiatur. Quin & conscripta in posterum tempus cupressina monumenta in templis reponent, & præterea ut hæc custodiantur, magistratui ei qui acutissimè cernere uidetur committent, quo peruersiones præter hæc subinde contingentes, ipsum ne lateant, sed non parentẽ simul cum lege & iam deo, puniat. Nam quantum bonum sit hoc, quod nunc præcipitur omnibus obedientibus ciuitatibus, si sequentem constitutionem insuperassumpserit, iuxta uetus prouerbium, nemo malus unquàm cognoscet, sed qui peritus est & moderatis moribus præditus. Quæstus enim neq; inest admodum in tali constitutione, & ad ipsam sequitur, neq; oportere, neq; ulli licere, ullum aliquem illiberalem quæstum facere, & in quantum probrosæ appellatæ mechanicarum artium sordes, liberales mores auertunt, neq; omnino cupere ex talibus pecunias colligere. Ad hæc uero omnia insuper lex sequitur, neq; licere ut aurum aut argentum ullum, ullus priuatus possideat: sed numisma quotidiani commercij gratia, quod cum opificibus permutare fere necessarium est, & cum omnibus eiusmodi quorum opera opus habemus, ut mercenarijs & seruis & domesticis mercedem persoluamus, quorum gratia numisma possidendum esse dicimus, quod apud ipsos quidem in precio sit, apud alios autem homines reprobatũ. At uero expeditionum bellicarum gratia, & profectionum ad externos homines, in legationibus, aut alia quadam re ciuitati necessaria, commune sit numisma græcum. Si uero priuato aliquando peregrinãdi necessitas incumbat, numismate & uenia a magistratibus impetratis proficiscatur. Quòd si numisma externum residuum habens domum reuertatur, apud rempublicam hoc ipsum reponat, ita ut uernaculum iuxta rationẽ pro eo recipiat. Quòd si quid priuatim reseruare uideatur, publicum id fiat, & qui conscius est, & non reuelat, execrationi & opprobrio unà cum occultatore obnoxius sit, & insuper mulctę non minori quàm est externum allatum numisma. Porrò si quis uxorem ducit, aut filiam collocat in matrimonium, neq; det, neq; suscipiat ullam omnino dotem. Neq; uero numisma deponat quis apud eum cui non fidit: neq; mutuum det ad usurã, alioqui licebit ut qui mutuum accepit, neq; usuram, neq; summam reddat. Quòd uero hæc sint optima reipublicæ studia, sic sanè quis considerans rectè dijudicarit, si ad principium semper & uoluntatem retulerit. Est itaq; mente prædiri ciuilis uiri uoluntas, uelut nos asserimus, non ea quam plerisq; dixerint, oportere uidelicet bonum legislatorẽ uelle, ut & maxima sit ciuitas cui bene uolens leges condit, & quàm maximè opulenta, & quæ aurum & argentum possideat, & in terra ac mari imperium in plurimos habeat. Apposuerint autem etiam oportere uelle, ut optima sit & felicissima. Horum autẽ alia fieri possunt, alia non possunt. Quæ igitur fieri possunt, ea exornator ille uolet: quæ non possunt, neq; uana uoluntate motus uolet, neq; aggredietur. Equidem felices simulq; bonos fieri ferè necesse est. Hoc igitur uolet. At diuites uehementer & bonos fieri impossibile est, quos sanè plerique diuites uocant. Vocant autem eos qui inter paucos homines possident opes plurimo numismate æstimatas, quas etiam malus quispiam possidere posset. Si uero hoc ita se habet, nunquàm ego ipsis concesserim diuitem reuera felicem esse, qui non etiam bonus sit. Bonum autem esse excellenter, & diuitem esse excellenter, impossibile est. Cur ita, dixerit fortassis aliquis? Quia dicemus, & possessio ex iusto & iniusto, duplo amplior est, ea quæ ex iusto solum obtigit: & impensæ quæ ne
Stumismate quali utendũ que honestè neq; turpiter insumuntur, honestis & his quæ in honesta insumuntur, duplo minores sunt. Nunquàm igitur his qui ex duplo quæstum faciunt, & impensas ex dimidio, ditior fieri potest is qui contraria istis facit. Est autem alter horum bonus, alter non bonus, quum fuerit parcus: Tunc uero aliquando etiam penitus malus est, bonus autem uelut nunc dictum est, nunquàm. Qui enim iustè et iniustè accipit, et neque iustè neq; iniustè insumit, diues est, quum fuerit parcus. Qui uero penitus malus est, quum sit plerunq; prodigus, ualdè pauper est: At qui et in honesta insumit, et à iustis solũ acquirit, neq; diuitijs excellens unquàm facile fieri poterit, neque rursus uehementer pauper.
Dos nulla
Vsura nulla

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare sermo noster uerus est, & rectè asserit, uehementer diuites bonos non esse. Si uero boni non sunt, neque felices sunt. Nobis autem legum propositum huc respexit, ut & felicissimi sint, & maximè inter se amici. Nunquàm autem fuerint ciues amici, ubi & lites multæ, & iniuriæ multæ inter ipsos fuerint, sed ubi minimæ & paucissimæ. Proinde dicimus neque aurum, neque argentum, in ciuitate esse oportere, neque rursus quæstum multum ex sordidis artibus & usuris, neque ex pecoribus turpibus, sed ex his quæ agricultura dat ac profert, & his quæ sectantem quæstum non cogunt negligere ea quorum gratia opes quæruntur. Hæc autem sunt anima & corpus, quæ absq; gymnastica & reliqua eruditione, nunquam alicuius existimationis erunt. Quapropter sanè pecuniarum studium, uelut non semel diximus, ultimo loco habendum est. Quum enim tria sint uniuersa circa quæ quiuis homo studium ponit, postremum ac tertium est studium, quod pecunijs rectè adhibetur: Medium autem corporis: primum animæ. Et sanè si ea quam nunc recensemus respublica, honores hoc ordine locat, rectè legibus firmata est. Si uero aliqua ex constitutis isthic legibus, sanitatem temperantiæ præferre in ciuitate uidebitur, aut diuitias sanitati & temperantiæ, ea non rectè posita est. Huius itaq; rei legislatorem sæpe significationem dare oportet, ac dicere quid uolo: &, si mihi hoc contingat: aut etiam, aberro à scopo. Et sic fortassis ex legum latione & ipse euadet, & alios liberabit: iuxta alium uero modum, neminem unquàm. Qui itaq; sorte adeptus est, dicimus, partem suam in his de quibus diximus possideat. Esset equidem pulchrum, ut unusquisq; etiam alia omnia æqualia haberet, & sic ad coloniam deueniret: quandoquidem uero fieri non potest, sed alius plures, alius pauciores pecunias possidens accedet, oportet & multarum in ciuitate occasionum, & æqualitatis gratia, census inæquales esse, ut & magistratus, & tributa, & distributiones, pro cuiusq; dignitate, non secundum uirtutem solum, & maiorum & suam: neq; secundum corporum robur & pulchritudinem: sed etiam secundũ diuitiarũ & paupertatis usum, & honores & magistratus quàm æqualissimè, inæqualiter quidem, sed iuxta proportionem tamen recipientes, in dissensionem non ueniant. Horum itaq; gratia, quatuor opulentiæ census magnitudines facere oportet, ut primi sint & secũdi, & tertij ac quarti, qui etiam alijs nominibus nominentur, ubi in eodem censu permanserint, & ubi ditissimi ex pauperibus, & ex diuitibus pauperes facti, ad conuenientem unicuiq; censum transierint. Ego uero in his rursus sequentem legis formam constituerem. Oportet enim ut nos asserimus, in ciuitate quæ maximi morbi particeps futura non est, quẽ dissidium aut seditionem rectius dixerimus, neq; grauem in aliquibus ciuibus pauperiem inesse, neq; rursus diuitias ingentes, uelut ambo hæc, ambo illa pariant. Nunc itaq; terminum utriusq; horum legislatorẽ statuere oportet. Sit ergo paupertatis terminus, partis sorte oblatæ census, quem manere oportet, & quem nullus unquàm magistratus ulli imminui patietur, & neq; alius quisquam uirtutis studiosus. At uero qui mensuram horum statuit legislator, duplum huius acquirere permittet, & triplum, & usq; ad quadruplum. Si uero plura his quis habeat, quæ aut reperit, aut alicundè donata accepit, aut lucratus est, aut alia quadam huiusmodi fortuna adeptus, ea quæ supersunt si ciuitati, & dijs ciuitatis præsidibus distribuerit, in bona existimatione & indemnis sit. Si uero quis huic legi non paruerit, eum quidem quicunq; uoluerit deferet, ut ob hoc dimidiam cõsequatur partem. Reus autem alteram itidem tantam partem de sua possessione persoluet, & hæc ex dimidio deorum erit. Porrò tota omnium possessio, absq; eo quod sorte obtigit, in propatulo scripta sit apud custodes magistratus, quibus lex hoc demandarit, quo iudicia quæ ad pecunias pertinent, de omnibus & facilia sint, & uehementer manifesta. At uero quod deinceps sequitur, primum quidem ciuitatem quàm maximè in medio regionis condere oportet, loco delecto qui etiam alia bona ciuitati commoda habet, quę & intelligere, & dicere, nulla difficultas est. Deinde partes duodecim distinguere, & primum Vestæ & Iouis ac Mineruæ templum ponere, idq; arcẽ nominare, & circulum circundare, & ab hoc in duodecim partes, & ipsam ciuitatem, & omnẽ regionem secare. Aequales autem duodecim partes fieri oportet, ita ut bonæ terræ agri, parui sint: deterioris, maiores. Partes autem ad sortem diuidere quadraginta & quinquies mille. Harum uero rursus unamquamq; in duas secare, & duas portiones in unam

Quæstus qui sit honestus

Studium hominum triplex

Cẽsus quatuor

Possessiones omniũ in apto esse

Situs ciuitatis

in unam sortem cõserre, quæ & propinqui, & procul dissiti agri participes sint, ut utraque pars, ea quæ ad ciuitatem est, cum ea quæ ad extrema, una sors sit: & secunda à ciuitate, cum secunda ab extremis: & aliæ omnes eodem modo. Moliri uero & hoc in duabus portionibus oportet, quod modo de uitio & uirtute regionis dicebatur, ut multitudine & paucitate agrorum distributionis, adæquatio illorum fiat. Sed & uiros ipsos in duodecim partes distribuere oportet, reliquis etiam opibus in æquales maximè duodecim partes digestis, descriptione omnium adhibita. Et sanè post hoc duodecim dijs duodecim sortes ponere, & partem sortem obtinentem unicuiq; deo consecrare, & de ipso cognominare, & tribum ipsam appellare. Secare uero rursus eodem modo etiam duodecim ciuitatis partes, uelut etiã in reliqua regione diuisio facta est, & unamquamque in duas habitationes diuidere, alteram prope medium, alteram iuxta extrema: atq; sic quidem habitatio finem habeat. Cæterum hoc nos omni modo cogitare oportet, quòd nunc relata omnia nunquam in eiusmodi tempora incidere possunt, ut ita omnia iuxta rationem eueniant, & uiri sint qui non eiusmodi cohabitationem ægrè ferãt, sed sustineant ut pecunias habeant constitutas & mediocres per omnem uitam, & singuli liberos generent uelut diximus, & auro & alijs careant, quæ legislator ex his quæ nunc dicta sunt imperaturus esse uidetur. Insuperq; regionis & ciuitatis, uelut diximus in medio & extremis habeant habitationes quæ omnia ferè uelut somnia retuli, aut uelut ex cera ciuitatem quandam & ciues formaui. Talia itaq; non male quodam modo habent ita prolata. Oportet tamen apud seipsum rursus repetere ista, Num legislator nobis hoc dicet his uerbis? Neq; me ipsum ô amici oblitum esse putetis eorũ quæ nũc dicta sunt, quòd uera quodam modo recẽsentur. At enim in omnibus quæ fieri debẽt, iustissimum hoc esse arbitror, ut is qui exemplum proponit, ad cuius similitudinem id quod tractat fieri oportet, nihil ex his quæ pulcherrima & uerissima sunt omittat. Qui uero ex his aliquid ut fiat assequi non potest, is hoc ipsum quidem deuitet, & ne faciat: quod uero ex reliquis huic proximum est, & his quæ facere cõuenit maxime cognatum existit, hoc ipsum ut fiat omni studio moliatur, legislatori autem permittat, ut uoluntati suę finem imponat. Quo facto, tunc iam in communi cum illo consideret, & qd ex relatis conferat, & quid legum lationi aduersetur. Nam opus quod ipsum cum seipso consentiat, ubiq; etiam uilissimi operis opisex efficere debet, si alicuius existimationis esse uolet. Nunc itaq; hoc ipsum considerare conandum est, post duodecim partiũ distributionis opinionem, quomodo ea fiat. Manifestum igitur duodecim partes eorũ quæ intra se capiunt, plurimas habere distributiones, & quæ ad hæc consequuntur, & ex his generantur, ad quinq; milia usq; & quadraginta. Vnde tribus, & populos, & uicos, insuperq; bellicos ordines ac ductus, & amplius numismata, & mensuras aridorũ ac liquidorum, & pondera, omnia hæc concinna & inter se consona, legem constituere oportet. Ad hæc uero neq; illa uerenda sunt, ut quis timeat ne rerum uilium curæ opinionẽ incurrat, si imperet ut ex omnibus uasis ac instrumentis, & tota quã possident suppellectile, nihil mẽsuræ exors esse sinatur, & cõmuni ratione cẽseat ad omnia utiles esse numerorũ distributiones & uarietates, quibus & ipsi in seipsis uariãtur, & quas in prolixitatibus & profunditatibus habẽt, & sanè etiã in sonis ac motibus, tum his qui secundũ recta progressionẽ, in motione sursum & deorsum contingente fiunt, tum his qui in motione per circuitũ. Nã ad hæc omnia legislatorẽ respicere oportet, & ciuibus omnibus imperare, ut quantũ fieri potest ab horũ cõstitutione nõ discedãt. Nã & ad rei familiaris dispositionẽ, & ad rempublicã, & ad omnes artes, nulla una puerilis disciplina adeò magnã uim habet, uelut numerorũ studiũ. Quod uero maximũ est, dormitantẽ & natura indocilẽ excitat, & docilẽ ac memorẽ & sagacẽ efficit, ut præter naturã suam in diuina arte incrementũ capiat. Hæc itaq; omnia, si quis alijs legibus ac studijs illiberalitatẽ & pecuniarũ studiũ auferat, ex animis eorũ qui ipsa iustè & cũ utilitate sibi cõparare debẽt, bona & cõueniẽtia ac decora studia fuerint: Sin minus, improbitatẽ omnia audentẽ appellatã, pro sapiẽtia se effecisse nõ animaduertet. Quemadmodum Aegyptios & Phœnices, & multas alias gẽtes effectas esse, nũc uidemus, præ aliorũ studio rum ac possessionum illiberalitate, siue legislator quispiam malus ipsis contigit, qui tales ipsas effecit, siue grauis fortuna allapsa, siue etiam alia quædam huiusmodi natura.

Duodecim partium rerũ ratio

Exemplorum ratio

Illiberalitãs studiorum detrimenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Locorũ uis ad animam facit

Equidem ô Megille & Clinia, neq; hoc nos de locis lateat, esse alios alijs præstãtiores, ad meliores & deteriores homines producendos, quibus non contraria per leges constituenda sunt. Quidam enim ex ipsis propter uentos uarios, & ob æstus, alieni & incommodi sunt. Quidam propter aquas. Quidam propter alimentũ ex terra, quod non solum corporibus meliora & deteriora inserit, sed etiam animis omnia huiusmodi non minus inducere potest. Inter hos omnes rursus maximè præstiterint loci regionis, in quibus diuina quædam inspiratio, & dæmonum sortes fuerint, qui inhabitantes sem per placidi suscipiunt, & uice uersa. Quæ ubi mente præditus Legislator considerauit, quantum fieri potest ut homo talia consideret, ita leges ferre conabitur, id quod etiam tibi ô Clinia faciendum est, ut primum te ad talia conuertas, quandoquidem ciuitatem condere constituisti. CLIN. Omnino pulchrè ô hospes Athenienſis dicis, & mihi ita faciendum est.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum sextum, De legibus.

TRIA sunt genera causarum, quibus diuersa diuersis in locis hominum ingenia fiunt. Quæ quidem tria genera Plato in superioris libri fine breuiter comprehendit. Ego uero operæ precium fore arbitror, hac ipsa materia quasi quodam modo sextum cum quinto ligare. Sit ergo plurimum in loco discriminis ad meliores deteriores q; homines generandos. Causa uero sit uel humana, uel naturalis, uel diuina. Humana quidem, lex, educatio, consuetudo diuersa. Naturalis autem, elementorum, alimentorum q; diuersitas. Diuina uero, ut cœlum quoq; diuinum uocem, siderum, numinum q; potestas. Siquidem Plato indicat quemadmodum aliæ cœli plagæ alijs reguntur stellis, alijsq; dijs, id est superiorib. angelis, sic alias terræ plagas, alijs quoq; dæmonibus, inferioribusq; angelis gubernari. Accedit ad hæc astronomorum sententia, & plagas terræ cœli plagis, & urbes ascendentibus signis accommodans. Mitto in præsentia quantum ingeniorum discrimen asserat familiariũ cuiusq; hominis uarietas dæmonum. Quod autem spirituũ superiorum uires, nostris quomodocũq; id fiat, spiritibus influant, negare non possumus, quando manifeste uidemus corpora nostra corporibus superioribus agitari: assiduéq; ab aere aliter permutari. Quod si spiritus illi in nostros agunt spiritus, agũt insuper & in corpora. Passio uero corporum humanorum, siue à spiritibus illis, siue à corporibus superioribus inferatur, eatenus redundat in animã, quatenus tam cõparato quàm naturali affectu animus sese mergit in corpus. Verum hoc interest, quod corpora illa per corpora nostra mouent animas: spiritus autem tum animas per corpora mouent tum per animas, tum etiam per illum spiritum, quem physici sæpe nodum animæ inuicem corporisq; cognominant. Memento uero uim omnem atq; motum à superioribus in nos descendentem, semper ad bonum suapte natura cõducere: quandoquidẽ & cœlestes influxus, semper ad bonum. Sed neque tu hic uel rigidiorum hominum tristitiam & parsimoniam reijcias in Saturnum: uel temeritatem ferocitatemq; in Martem, uel fraudulentiam malitiãq; in Mercurium, uel lasciuos amores in Venerem. Quid uero, si Saturni grauitas in nobis complexionis naturæ, nutritionisq; & educationis uitio, in simile quiddam grauitati uitium conuertatur: similiter magnanimitas Martia in audaciam magnanimitati quodammodo similem, Mercurialis industria similiter in malitiam, Venerea charitas in libidinem? Nonne sub solis radijs, qui natura sua ad uidendum conferunt & uiuendum quotidie accidit alios uisum, alios uitam amittere: & qui in aere libero salubriter calefaciunt, in concauis urũt? Quemadmodum uero sub beneficio radiorum influxu ob inferiorem naturam resultat alicui malum, non uniuerso: sic sub stellarum uiribus natura bonis, atq; sub numinum muneribus optimis, potest interdum inferioris uel naturæ uel consuetudinis uitio, uitiũ uel corporis uel animi suboriri. Nihil uero uniuerso uitium aut malum: quemadmodũ in concentu secunda uel septima uox, quæ seorsum audita dissonat, interim coniuncta cæteris consonat uniuerso. Solent uero Platonici instmos dæmones malos aliquando nuncupare, quoniam ad infimum generationis & sensibile bonum suo quodam ut aiunt, officio nos alliciant: diuertere autem à summo bono ad minimũ, comparatione summi malum iure cẽsetur. Missum facio in præsenti quod aiunt supremos dæmones ad contemplationis, medios ad actionis, infimos ad concupiscentiæ bonum ducere: quodúe his omnibus & uti possumus, & abuti: & utentibus quidem bona contingunt, abutentibus uero mala. Appellat uero Plato dæmones & deos indigenas patriæ, non quia inde geniti, sed quia ciues inde genitos peculiari quadam cura custodiunt. Dicit præterea beatam ciuitatem à dijs deorumq; filijs coli: intelligens partim quidem cœlestem Hierusalem, ab angelis purisq; animis habitatã: partim quoq; felicem illorũ uitam, quos in Phædone inquit æditissimas terræ partes incolere numinum familiaritate beatos. Descendit post hæc in sexto ad magistratus cõstituendos, scilicet quot esse oporteat, & quo pacto creari, quodúe magistratus cuiusq; sit officium. Inquit autem diligentiam in his creandis tanti esse momenti, ut uel bonarum constitutio legum absq; magistratibus bonis, nõ modo minime profutura sit ciuitati, uerum etiam plurimum nocitura. Oportere uero ait tam eos qui magistratus electuri sunt, quàm qui eligendi, esse ab adolescentia probatissimos maioribus probatissimis genitos, & qui conciuium mores perfectissime calleant. In his notabis miram Platonis prudentiam in ordine magistratuum, eorumq; officio in rebus humanis & sacris, bello & pace, in urbe atque agris. Cognoscesq; & probabis optimatum gubernationẽ, aliquid regij, necnon popularis habentem, & quodammodo inter

Inter unum & populũ mediam constitutam. Animaduertes in ciuilibus muneribus distribuendis seruandam semper æqualitatẽ, non arithmeticam quidem, per quam numero uel etiam mẽsura & pondere paria singulis tribuuntur, quæ sæpe iniustissima est: sed geometricã potius, per quam cõsiderantur merita singulorũ: atq; ea ratione singulis distribuũtur, ut quæ proportio meritorum est ad merita, eadem quoq; munerum sit ad munera: neq; æqualia sint munera muneribus, sed munera meritis. Geminã ergo considerabis æqualitatẽ tum muneris ad munus, tum muneris ipsius ad meritum. Et illam quidem sæpe noxiam, raro utilem, & tunc demum utilem si fiat sorte. Hanc uero quotidie necessariam. In hac utiq; totam consistere iustitiæ rationem. Atq; hanc ipsam in Iouis iudicio esse positam, eiusq; notionẽ hominibus uix paucisq; tribui, sed quantacunq; nobis adsit, per hanc solam cũcta seruari. Nec immerito æqualitatis huius officium supremi iudicis ascribit iudicio. Qui cũ solus secreta omniũ penetret, ideoq; merita perfectè cognoscat, nimirum solus perfectè potest meritis æqualia reddere. Idq; ita facit, in cœlo primũ, deinde in uniuerso, ut hac sola pro cuiusq; naturæ capacitate ubiq; distributione fieri cuncta atq; seruari, & ab antiquis probatum, & in Gorgia fuerit cõprobatũ. Sed inter hæc Plato iterum, qui mos eius est frequentissimus, pueris educandis incumbens, peculiarem ad id procreat magistratũ, eumq; haberi ault omniũ in ciuitate summorum magistratuũ præstãtissimum: existimans absq; colendæ puerilis sementis prouidentia, totã ciuitatis culturã fore uanã. Aduertes hic humanũ ingenium bene quidem cultũ, tandem mansuetissimũ diuinissimũq; euadere: contrà uero, si contrà. Sed cur nam humanũ ingenium ferocius euadere posse dicit quàm ferarum? Quia quod maximam uim habet ad bonum, maximam quoq; habere potest ad malum. Item optimum quando deprauatione sui uertitur in oppositum, fit pessimum. Quod quidem in republica disputat. Præterea ferocitatem in homine depraudato auget machinatio perspicacissimæ mentis ad malum. Adde quod subtilitas spirituum humanorum in ira, conuertitur in furorẽ. Accedit & quarundam dæmonũ irritatio, quod Plato in epistola ad Syracusanos significat, & Homerus ex Aegyptiorũ sententia frequẽter usurpat, Heroas inducens à dijs, id est dæmonibus ad iras & sanguinem animatos. Commendat iterũ numerũ illum quinquies mille & quadraginta, in magistratuũ, domiciliorum, agrorum partitione omnium commoditatem: utpote qui in multas deinceps portiones integras diuidatur. Sanè si uniuersum hunc numerũ in duas diuiseris partes: pars dimidia duo milia continebit, quingentaq; & uiginti. Si uero in tres: pars tertia, mille sexcenta octoginta. Si in quatuor: quarta quælibet, mille ducenta sexaginta. Si in quinq;: quinta quælibet mille continebit atq; octo. Si in sex: sexta omnis octingenta, & quadraginta. Si in septem: septima, septingenta uiginti. Si in octo: octaua, sexcenta triginta. Si in nouem: nona, quingenta atq; sexaginta. Si in decem: decima, quingenta & quatuor. huc usq; partes omnes sunt integræ. Sed si in undecim: undecima quatercentũ quinquaginta & octo, atq; insuper duas undecimas portiunculas. Quod si in duodecim: duodecima, quatercentum atq; uiginti. Hic siste pedem. At quoniã nobis sexaginta cõmemorat, si uniuersum illum numerum in sexaginta partes diuiseris: pars sexagesima octoginta & quatuor cõprehendet: ac si conuersione quadam in partes octoginta quatuorq; secueris, pars quæq; sexaginta tenebit. Videtur autem Plato plurimi facere, quod ille numerus duodecies diuidatur in quatercentum atq; uiginti: quodúe hic rursus duodecies in triginta quinq;. At uero hic duodecies in duo atq; insuper undecim duodecimas unius partes. Atqui & ipse numerus quatercentũ atq; uiginti multiplicatur ex numero uigesies uiginti & uno. Nam uiginti numerus uigesies semelq; replicatus, quatercentũ atq; uiginti multiplicat. Laudat duodenarium numerum: & uniuersum illum, qui duodenario prorsus accommodatur, propterea quod duodecim sint apud eũ mundi sphæræ: & signa duodecim in zodiaco & partes duodecim in elementis. Siquidem quodlibet ex quatuor elementis in tres diuiditur regiones, in summam & infimam, atq; mediam: non solum situ, sed uirtute etiam differentes. Adde elementorum alterum duodenarium. Quo & substantiæ elementorum quatuor & qualitates octo comprehenduntur. Qualitatum uero quatuor quidem masculæ sunt, scilicet calor, frigus, leuitasq; & grauitas. Quoniam primæ duo alterationis principia sunt, sequenter duo principia motionis ad locum. Quatuor uero fœminæ sunt, quæ passionis magis subijciuntur, scilicet humor, siccitas, rarumq; & densum. Hæc uero Aegyptiorum mysterijs contineri, Iamblichus asserit. Accedit quod duodenario mensium numero Sol dominus planetarum & cursum peragit proprium, & uarios producit effectus. Deniq; singulas ault ciuitatis partes deo consecratas existimari, proprie uero dijs duodecim, id est duodecim sphærarum animabus. Item dijs duodecim zodiaci signa regentibus. Rursus duodecim ordinibus dæmonum cœlestia signa sequentium. Quum uero dicit partes urbis duodecim sequi circuitum uniuersi, fortè etiam intelligit totum octauæ sphæræ circuitum triginta & sex milibus annorum perficiendum. Qui sanè numerus tribus annorum milleduodenarijs perfectè completur. Adeo ut in primo mille annorum duodenario intelligas ex antiquorum sententia iuuenilem mundi totius habitum: in secundo uirilem: in tertio uero senilem. Verum de his opportunius in Timæo. Conuenit his, quod in Phædro inquit deorum dæmonumq; exercitum sub duce Ioue in duodecim ordines esse dispositum. Concludit hic ciuitatis partes, partim quidem per duodenarium tribuum templorumq; numerum, partim uero per diuinum cultum bis quolibet duodecim menssiũ solenniter instauratum, sic ad dei munera præparari, ut dijs ipsis quasi insidentibus gubernentur. Bis autem instaurari præcipua ault publica solenniaq;, quo duodenario tribuum, & ciuitatis reliquæ agriq; duodenario satisfiat. Quod autem sacra iubet fieri dijs deorumue filijs, deos quidem intelligi ault sphærarum animas: filios autem, dæmones puriores. Cuncta uero hæc Iouis unius omnium principis gratia iubet fieri. Neq; uero silentio prætereundum est: duodenarios quos pertinentes ad uniuersum commemorauimus, à duodenario cuiusque hominis proprio quasi repræsentari. Qui sanè ex quatuor corporis humoribus, totidem sensus ipsius perturbationibus, ac totidem uirtutibus cõstare uidetur. Post sacra deorum ad nuptiarum sacra descendit. Vbi leges ritusq; nuptiales exhortationem ad matrimonium: officia uiri & uxoris tum inter se, tum erga liberos & generandos & educandos considerabis. Nota bis ante omnia: non decere in ebrietate uel alia mentis perturbatione procreandis liberis operam dare. Atque ob huiusmodi delictum filios quotidie nasci tam animo quàm corpore ægrotantes. Mandabis quoq; memoriæ mysterium

ubi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ubi ait. Principium & numen hominibus insitum, si conuenienti sibi honore à singulis munere ipsius utentibus afficiatur, omnia seruat. Quid ergo principium, quid numen insitum aut insidens? Principium quidem idea est formationis humanæ principium. Numen uero familiaris dæmon, dæmon quoq; generationis princeps sæpe sub nomine Lucinæ significatus. At cur insitū: aut insidens: aut incubans? ut intelligas numen non adesse solum: sed inesse assidue atq; fauere: Præcipue uero fauere, & fauendo seruare, si grate colatur ab his qui munere eius utuntur. Post mutua uiri uxorisq; officia, cõsequenter ad mutua dominorum seruorumq; descendit officia. Post hæc solita quadam arte redit ad mœnia, templa, palatia, quæ ante nuptias tractanda fuisse dicit. Vbi notabis in primis curias iudicum magistratuūq; palatia, idcirco templis proxima collocari, quo humani iudices semper iudicando meminerint se à deo dum iudicant homines, iudicari. meminerint quoq; custodes urbis nisi custodiente deo custodire non posse. Item nihil in ciuitate uel minimum sine certo quodam ordine esse debere. Siquidem quod caret ordine, alia insuper ordinata confundit. Maxime uero ordine & continua cura muliebria indigere. Alioquin si mulierum res negligantur, duplo plus, immo & supra duplum detrimenti prouenit ciuitati, quàm si uirorū neglectæ res fuerint. Inter hæc ubi mundi antiquitas repetitur: quod dicitur ipsum generationis principium nos inextimabili temporis magnitudine præcessisse, intellige si obseruas Moysen, inextimabili dierū horarumq; numero. Conclude librum ea sententia, ut triplicem impetum, scilicet ad cibum, potum, coitum, nequando præcipitemur, triplici cohibeamus freno, timore scilicet atq; lege, ueraq; ratione, præterea moderato honestorum ludorum à pueritia usu. Quo per honesta solatia reuocemur à turpibus, & ad seria paulatim studia prouocemur.

PLATONIS LEGVM, SIVE DE DE LEGVMLATIONE.

DIALOGVS III.

Reipub. species 2

ATQVI post omnia nunc relata, ferè magistratuum in ciuitate constitutiones tibi impendent. CLI. Ita sanè res se habet. ATHEN. Duę hę species circa reipublicæ ornatum existunt. Prima quidem constitutiones magistratuum & eorum qui imperium gerent, quot ipsos esse oportet, & quo modo constitutos. Deinde uero leges sic magistratibus singulis attribuendæ sunt, quas & quot & quales singulis attribuere conueniens fuerit. Verum modica mora interposita, ante ipsorum electionem, dicamus seriem quendam, qui dignus est ut de ipsa dicatur. CLI. Quémnam istum? ATHEN. Hunc. Cuius sanè hoc manifestum est, quòd quum magna res sit legumlatio, si quis in ciuitate bene præparata, magistratus ineptos legibus bene constitutis præficiat, non solum nihil amplius ex bene constitutis quàm ingens risus oborietur, sed etiam detrimenta & damna longè maxima ciuitatibus, ex ipsis euenient. CLI. Quidni? ATHEN. Hoc itaq; cogitabimus tibi ô amice, nunc in tua republica ac ciuitate cõtingere. Vides enim primum eos qui rectè ad magistratuum potestates progressi sunt, magnum & sui, & generis ipsorum, à pueris ad electionem usq; experimentum dare oportuisse, Deinde eos qui electuri sunt, educatos esse in moribus legum probè eruditos, ut & grauiter ferentes, & suscipientes illas, rectè iudicare & secernere possint, pro utrorumq; dignitate. Quapropter qui recens congregati sunt, & mutuam inter se cognitionem non habent, insuperq; ineruditi sunt, quomodo tandem magistratus citra reprehensionem eligere possunt? CLI. Nullo ferè modo. ATHEN. At enim certamen prætextus non admodum admittere aiunt. Et sanè etiam tibi nunc hoc & mihi faciendum est, quandoquidem tu quidem Cretensium genti ciuitatem condere statuisti, decimus ipse ex his quibus ea cura demandata est, uelut nunc dixisti. Ego uero tibi in præsenti nostra consabulatione auxiliaturum me esse promisi. Nequaquàm ergo sermonem sine capite ultrò relinquerim. Talis enim si diuagaretur, omnibus deformis uideretur. CLI. Rectè dixisti ô hospes. ATHEN. Non solum, sed faciam etiam ita pro uiribus. CLI. Maximè ita faciamus, quemadmodum dicimus. ATHE. Fiet si deus uoluerit, & tantum senectutis obtinuerimus. CLI. At uerisimile est deum uelle. ATHE. Verisimile est equidē. Ipsum itaq; sequentes appræhendamus & hoc. CLI. Quod istud? ATHEN. Quòd fortiter & periculose hoc tẽpore ciuitas nobis condetur. CLI. Ad quid & quo maximè respiciēs, hoc nunc dixisti? ATHE. Quod facilè & sine timore imperitis uiris leges ferimus, quo nũc latas leges aliquando suscipiant. Manifestum autem hoc est ô Clinia, cuiuis ferè etiam non admodum sapienti, neminem facilè ab initio ipsas susceptурum esse. Si uero tanto tempore expectaremus, donec pueri gustatis legibus, & in ipsis satis connutriti, ac ipsis

Legum ferendarum tempus

ac ipsis adsueti, unà cum tota ciuitate ad magistratuum electionem adhiberentur, hoc sanè contingente, siquidem modo quodam & arte rectè fieret, multam ego securitatē etiam post illud tunc præsens tempus fore sperauerim, ut ciuitas ita instituta permaneret. CLI. Rationi consentaneum hoc est. ATHE. Videamus itaq; an fortè facultatem aliquam ad hoc commodam exquirere possimus hoc modo. Sic equidem censeo ô Clinia, Gnosios præ alijs Cretensibus insigniter oportere, non solum perunctoriè attingere res regionis, quam nunc extruitis, sed etiam assiduè curam gerere, ut primi magistratus quoad fieri potest, quàm securissimè ac optimè constituantur. Ac alios quidem constituere, leuioris operæ fuerit: Verum legum custodes primum omni studio eligere, nobis maximè necessarium est. CLI. Quam igitur ad hoc facultatem ac rationem ueniemus? ATHEN. Hanc. Censeo ô Cretenses, oportere Gnosios eo quòd inter multas ciuitates primas tenent, in communi cum his qui huc ad cohabitandum se contulerunt, ex seipsis & illis eligere uiros ex toto triginta & septem, nouem quidem & decem ex aduentitijs, reliquos autem ex ipsa Gnoso. Hos Gnosij ciuitati tuæ assignent, & teipsum ut huius coloniæ ciuis sis, & unus ex octodecim, siue ad hoc persuasus, siue moderata ui coactus. CLI. Quid ita non etiam tu ô hospes, & Megillus huius reipublicæ nobiscum participes esse uultis? ATHEN. Magnificè de se sentiunt ô Clinia Athenæ, magnificè item Sparta, & utræq; procul hinc habitant. Tibi uero omnia concinnè se habent, & reliquis inhabitatoribus eodem modo, uelut de te nunc dicimus. Quomodo igitur ex rebus præsentibus moderatissimè fieri possit electio, nunc nobis dictum sit. At progressu temporis & permanente republica, electio ipsorum talis fiat. Omnes participes sint electionis principum, qui equestria aut pedestria arma gestare possunt, & uirium ætatis suæ tempore, bello interfuerunt. Fiat autem electio in templo, quod ciuitas honoratissimum ducit. Vnusquisq; uero nomen patris, & tribus, & populi ex quo est, in tabula scriptum ad aram dei ferat, & suum nomen eodem modo adscribat. Liceat autem unicuiq; pro arbitrio, ut quæcunq; tabula non ex sententia sua sibi scripta uidetur, eam tollat, & in forum non minus quàm per dies triginta ponat. Tabulæ autem in primis usque ad trecentas iudicatæ ostendant principes uniuersæ ciuitati conspicien-das. Ciuitas autem ex his similiter accipiat, quas quisque uoluerit. Ex his uero delectos centum, rursus secundo omnibus ostendant. Tertio autem ex centenis his accipiat quisque quemcunque uoluerit, per eosdem procedens. Triginta uero & septem, quibus plurima suffragia obtigerunt, suo iudicio magistratus declarent. Qui igitur ô Clinia & Megille, omnia hæc nobis in ciuitate constituent, de magistratibus ipsorum prohatione? Nónne intelligimus quòd in ciuitatibus quæ primum ita coniungũtur, quosdam esse necesse est? Qui uero sint ante omnes magistratus constituti, nulli sunt. Oportet tamen esse, eosq; non uiles, sed quàm maximè consummatos? Principium enim dimidium totius operis in prouerbijs dicitur. Et bene incœpisse omnes semper laudant. Mihi uero plus quàm dimidium, hoc esse uidetur, & nemo ipsum si rectè fiat, unquàm satis laudauit. CLI. Rectè dicis. ATHEN. Quum itaq; hoc sciamus, ne prætereamus ipsum silentio, ut nõ nobis ipsis declaremus quo modo continget. Ego sanè nequaquàm habeo quod dicam in præsentia, præter unum quendam, eumq; necessarium ac utilem sermonem. CLI. Quem istum? ATHE. Sentio huic ciuitati quam condere uolumus, uelut patrem & matrem non esse, præter illam ciuitatem quæ ipsam extruit, quum non ignorem multas de extructis sæpe cum his quæ ipsas condiderunt in dissidium uenisse. Quemadmodum ergo puer etiamsi aliquando à parentibus dissensurus est, tamen in præsenti puerítiæ anguſtia & amat parentes, & ab illis amatur, & ad suos semper confugiens, ex illis solis necessarium auxilium reperit: Sic nunc eadem Gnosijs obcuram erga hanc ciuitatem, & huic nouæ ciuitati erga Gnosios contingere sentio. Dico autem uelut modo dicebam: Quod enim rectè dicitur, id bis dici nihil nocet: oportere Gnosios omnium horum in communi curam gerere, ita ut de his qui in coloniam se conferunt, seniores & quantum fieri potest optimos eligant, non pauciores quàm centum uiros: & de ipsis Gnosijs centenos alteros. Hos autem ad nouam ciuitatem profectos, communem curam suscipere oportere censeo, quo & magistratus secundum leges constituantur, & constituti probentur. Quibus ita factis, & cõstitutis,

Magistratus eligẽdi modus

Legum custodes primum eligendi

Gnosiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnosum quidem Gnosios habitare oportere, nouam autem ciuitatem conari ut ipsa seipsam seruet, & felix sit. Qui uero de numero triginta & septem uirorum sunt, & nunc & in omne posterum tempus, ad hæc curanda nobis designentur. Primum quidem legum custodes sint. Deinde etiam tabularum, in quibus unusquisq; opulentiæ suæ magnitudinem magistratibus descripserit. Verumtamen maximis census sit, quatuor minarum: secundus, trium: tertius, duarũ: quartus unius minæ. Si uero quis aliud quid præter descripta possidere comperiatur, totum hoc publicum sit. Ad hoc autem iudicium subeat, si quis id ipsi dictare uoluerit, non honestum neq; illustre, sed turpe, si propter lucrum leges contemnere deprehendatur. Quicunq; igitur uolet, turpis lucri actionem contra ipsum instituat, & illam coram legum custodibus prosequatur. Si uero postulatus damnatus fuerit, cõmunium possessionum particeps ne fiat: & si qua distributio in ciuitate contingat, nulla pars ad ipsum perueniat, præter primam sortem. Scribatur autem damnatus quamdiu uiuit, in loco ubi quiuis legere poterit. Legum autem custos non amplius quàm uiginti annis magistratum gerat, ad quem non infra quinquagesimum annum accedat. Si uero sexagenarius assumpserit, decem tantum annis ipsum gerat, iuxta hanc rationem, ut septuagesimum annum transgressus, non amplius tantum magistratum uelut magistratus gerat. Et de legum quidem custodibus tria hæc præcepta dicta sint. Progressis autem iam longius legibus, quisq; his uiris demãdabit ea quorum supra nunc relata, curam ipsos gerere oportet. Nunc uero deinceps de aliorũ magistratuum electione dicemus. Nam post hæc exercitus duces eligere oportet, & his uelut quosdam ad bellum ministros, magistros equitum, & tribunos, & pedestrium copiarum ordinandarũ gubernatores, quibus maximè hoc ipsum nomen decorũ fuerit, quo plerisq; ipsos ordinũ præfectos nominant. Ex his autem duces exercitus ex ipsa hac ciuitate legum custodes proponant. Eligant autẽ de propositis, omnes qui sua ætate bello interfuerunt, aut etiã subinde sunt. Si uero quispiã ex non propositis, alicui præstantior esse aliquo ex his qui designati sunt uideatur, nominato eo pro quo alterum assumendũ proponit, præstito iureiurando alterũ in illius locũ proponat. Vter autẽ suffragijs prælatus fuerit, eius electio approbetur. Tres autẽ quibus plurima suffragia obtigerint, bel li duces sint, & curatores eorũ quæ in bello decreta sunt, uelut legũ custodes. Ordinum uero præfectos sibijpsis proponãt electi duces duodecim, cuilibet tribui præfectũ. Fiat autẽ & hic uelut circa exercitus duces fiebat, ut alter pro altero proponatur, & tũ in electione per suffragia, tũ in eorundẽ approbatione præfectus ordinũ cõstituatur. Cæterũ exercitũ hunc in præsentia, antea q̃ Prytanes & Senatũ eligãt, Legũ custodes in locũ sanctissimũ ac capacissimũ collectũ collocent, ut seorsum sint milites armati, seorsum equites, & tertiũ deinceps locũ teneãt omnes reliqui qui ad bellũ pertinẽt. Eligant aũt duces exercitus & magistri equitũ, ab omnibus: Ordinũ præfecti, ab his qui scutũ gestant: Tribuni, ab omnibus equitibus. At leuis armaturæ, aut sagittariorũ, aut reliquorũ ad militiã spectantiũ duces, ipsi sibijpsis exercitus duces cõstituant. Restat adhuc nobis magistrorũ equitũ constitutio. Hos igitur proponant, qui etiã exercitus duces proponebant. Electio uero, & alterius pro altero propositio eadẽ fiat, quemadmodũ circa exercitus duces. Eligant ipsos equites, corã spectantibus peditibus. Duo uero quibus plurima suffragia obtigerint, omnium equitum duces sint. Liceat autẽ in ferendis suffragijs bis ambigere. Si uero tertio quis ambigat, decernant hi quibus singulis singulorũ in eligendo suffragiorum mensura dijudicanda attributa est. Senatus porrò sit ex triginta duodenarijs, qui efficient trecentos & sexaginta idoneos ad distributiones. Distributis autem quatuor partibus secundum numerum nonagenarium, ex singulis censibus proferant Senatores nonaginta. Et primum quidem ex maximis censibus necessarios omnes proferant, aut si quis non pareat, mulctetur multa prout uisum fuerit. Postquàm uero prolati fuerint, hi quidem conscripti obsignentur, postera autem die ex secundis censibus eodẽ modo uelut prima proferant: & tertia die ex tertijs censibus proferat quicunq; uelit. Necessitas autem his tribus censibus incumbat. Quartus & minimus liber à multa dimittatur, quicunq; ex ipsis non uoluerit proferre. Quarta die proferant ex quarto & minimo censu omnes. Impunè autem sit, si quis ex quarto ac tertio cẽsu, proferre nolit. Qui uero ex secundo ac primo censu non profert mulctetur, ita ut qui ex secun-

Magistratuum belli electio

Senatus triginta duodenariũ

ex secundo censu est, triplum primæ mulctæ persoluat: qui ex primo, quadruplũ. Quinta die conscripta & obsignata nomina efferant magistratus omnib. ciuibus conspicienda. Ex his autem quiuis uir rursus proferat, aut prima mulcta mulctetur. Cẽtum uerò & octoaginta uiris ex unoquoq; censu delectis, dimidium horum sorte probent, ut sint hi per annum senatores. Et quæ quidẽ sic contingit electio, medium obtinuerit inter rem publicam in qua unus est princeps, & eam in qua populus dominatur. Et in hoc medio semper rempublicã esse oportet. Serui enim & domini nunquam fient amici: neq; uiles & graues, in honoribus æqualibus constituti. Nam inæqualib. æqualia inæqualia fiunt, si non mensuram accipiant. Propter ambo enim hæc, respublicæ seditionibus implentur. Vetus enim sermo est, atq; is uerus, & qui rectè ac conciunè dicitur, quòd Æqualitas amicitiam efficit. Quæ uerò tandem est æqualitas, quę hoc ipsum efficere potest, eo quòd non admodum manifesta est, uehementer nos perturbat. Quum enim duæ sint æqualitates eiusdem nominis, sed re ipsa in multis fere contrariæ: alteram quidem tota ciuitas & quiuis legislator ad honores perducere potest, eam scilicet quæ mensura, & pondere & numero æqualis est, per sortem ad distributiones dirigens ipsam: Verissimam autem & optimam æqualitatem non amplius quiuis facilè uidere potest. Iouis enim est iudicium: & hominibus semper parua quidem suppeditat, quicquid autem suppeditarit ciuitatibus, aut etiam priuatis, id omnia bona efficit. Maiori enim plura, minori pauciora tribuit, moderata utriq; præbens ad ipsorum naturam: & sanè etiam honores maioribus uirtute, semper maiores, eis uero qui contrà uirtute & eruditione prædiți sunt, minores, utrisq; id quod decet, iuxta rationẽ attribuit. Est enim profectò hæc ipsa etiam ciuilis nobis semper iustitia, quam & nunc nos appetere oportet, & ad hanc æqualitatem ô Clinia respicere, & nascentẽ nunc ciuitatem condere: & si quis aliquando etiam aliã condat, ad hanc ipsam respectu habito leges ferre opus est, & non ad paucos tyrannos, aut ad unum, aut etiam aliquam populi potentiam, sed ad hanc semper iustitiam. Hæc autem est de qua nunc dictum est, æqualitas secundum naturam inæqualibus semper data. Necesse tamen est ut etiam his denominatiuis aliquando uniuersa ciuitas utatur, si non uolet aliqua parte seditionum particeps fieri. Nam moderatio & beneuolentia, quum præter rectum iudicium fit, est fragmenrum de perfecto & sincero defractum. Quapropter sortis æqualitate insuper uti necesse est, ob multorum offensas uitandas, ita ut Deum & bonam fortunam etiam tunc in precationibus inuocemus, ut ipsi sortem ad id quo iustissimũ est, dirigant. Sic itaq; necessariò utendum est ambabus æqualitatibus: sed quàm maximè in paucissimis altera illa quæ fortuna opus habet. At que hæc sic ô amici, propter hæc ciuitatem facere necesse est, si seruari uolet. Quandoquidem uero nauis in mari natans, die ac nocte semper custodia opus habet: & ciuitas eodem módo in fluctibus aliarum ciuitatum degens, in omnis generis insidijs habitat, & in periculo uersatur, ne capiatur, oportet sanè per diem in noctem, & ex nocte ad diem, nunquam cessare, ut magistratus magistratibus, custodes custodibus, successores & eos qui ipsis uelut per manus successionem tradunt, cõnectamus. At multitudo nunquam quisquam horum assiduè facere potest. Necesse autem est plerosq; senatores plurimo tempore sinere, ut in priuatis suis negocijs uersentur, & res domesticas bene componant. Proinde duodecimam ipsorum partem in duodecim menses distributã, ut una uni mensi attribuatur, ad custodiam constituemus. Atque hi siue quis aliunde ueniat, si ue ex ipsa ciuitate accedat, promptè ipsum admittant, & siue quis nunciare aliquid uelit, siue percunctari, ex his quæ ciuitatem alijs ciuitatibus respondere conuenit, & ex his quæ pro responsione afferuntur, si ipsa ex alijs quid percunctata sit. Sed & nouationum gratia, quæ omnis generis semper oriri solent, in ciuitate parati ijdem sint, ut maximè quidem non fiant: Si uero fiant, ut celerrimè ciuitas sentiat, & curetur id quod factum est. Quapropter etiam hanc præsidentem ciuitatis partem semper tum in conuentibus dominam esse oportet, tum in dissoluendis his facultatibus, quæ & secundum leges, & derepentè accidunt ciuitati. Hæc igitur omnia duodecima senatus pars gubernet, quæ per undecim anni partes quieuit. In communi uero cum alijs magistratibus, hæc senatus pars has custodias in ciuitate seruare debet. Et res quidem ciuitatis si hoc modo se habeant, moderatè fuerint constitutæ. At reliquæ totius regionis quæ cura, & quis sue-

Aequalitates duæ

Sortis usus ratio

Menses duodecim

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis fuerit ordo? Non'ne quando quidem tota ciuitas, & uniuersa regio in duodecim partes distributa est, uiarum ipsius ciuitatis, & habitationum, & ædificationum: & portuum, & fori & fontium, & sanè etiam locorum sacrorum & templorum, & omnium huiusmodi curatores quosdam designatos esse oportet? CLI. Quidni? ATHEN. Dicamus itaq; templis quidem ædituos & sacerdotes utriusque sexus constitui oportere. Ad uias autem, & ædificiorum structuras, & ornatum huc pertinentem, ut & homines & reliquæ bestiæ nullam iniuriã inferant, & ut tum in ipso ciuitatis ambitu, tum in suburbio, ea quæ ciuitatibus conueniunt, fiant, tres magistratuum species eligere oportet.

Vrbis curatores

Ad hoc quidem quod nunc dictum est, urbis curatores appellatos: ad fori uero gubernationem, Ædiles: ad templa autem, sacerdotes. Et quibus quidem patria sunt sacerdotia siue uiris, siue mulieribus, ea ne moueantur. Si uero aut nulli, aut paucis quibusdam ea sint, uelut uerisimile est contingere his qui primùm ad habitationem se conferunt: quibus constituta non sunt, hi constituant sacerdotes utriusque sexus, ut sint deorum ædituí. Hæc autem omnia partim electione, partim sorte fieri oportet, ut populus, & qui de populo non sunt, amicè inter se conueniant, in unaquaq; regione ac ciuitate, & concordia maximè uigeat. Quæ igitur pertinent ad sacerdotes, Deo committere oportet, ut quod ipsi gratum est, sorte obtineat, ita hac re diuinæ fortunæ permissa. Is uero qui ad sortem semper admittitur, primùm probetur, an integer aut incolumis & ingenuus sit. Deinde ex pura maximè domo, & à cæde purus, & ab omnibus huiusmodi quæ aduersus res diuinas committuntur, & ut ipse & pater ac mater ipsius similiter uixerint. At leges circa res diuinas à Delphis petere oportet, & constitutis ad ipsas interpretibus uti. Sic autem unicuiq; sacerdotium non diutius quàm per annum: nec pauciores quàm sexaginta annos natus sit, qui secundum sacras leges, res diuinas iustè ac purè tractare uolet. Eadem uero etiam de fœminei generis sacerdotibus cõstituta sint.

Interpretes legum diuinarũ

Cæterum interpretes ter quatuor proferant quatuor illæ tribus singulos ex seipsis. Tres autem quibus plurima suffragia contigerint, ubi nouem probarunt, mittunt ipsos in Delphos, ut ex unaquaq; triade unus auferatur. Probatio uero ipsorum, & tempus ætatis sit, uelut sacerdotum. Hi autem sint interpretes per uitam, & in defuncti locum eligant alterum quatuor illæ tribus, undecunq; defecerit. Quæstores porrò sacrarum pecuniarum singulis templis, & locorum sacrorum & ex his fructuum & mercedis locationũ dominos, eligere oportet ex maximis censibus tres, ad maxima templa: duos, ad minora: unum ad concinnissima. Horum autem electio & probatio fiat, quemadmodum exercitus ducum. Et quæ quidem ad templa pertinent, ita fiant. Nihil autem quoad fieri potest incustoditum maneat. Ciuitatis igitur custodiæ hoc modo fiant, ut hanc curam gerant exercitus duces, & ordinum præfecti, & magistri equitum, & tribuni, & pryranes, sed & urbis curatores, & ædiles, quum electi nobis iustè constituti fuerint. Reliqua uero tota regio hoc modo custodiatur. In duodecim nobis æquales quantum fieri potuit partes tota regio diuisa est. Vna itaq; tribus unicuiq; parti per sortem oblata,

Agrorum curatores

per annum exhibeat quinq; uelut agrorum curatores & tribunos. His autem liceat, ut quisque ex quinq; illis, duodecim de tribu sua ex iuuenibus eligat, nõ pauciores quàm uiginti quinque annos natos, & non plures quàm triginta. His per sortem obtingant regionis partes singulæ singulis per mensem, quo totius regionis experimentum & cognitionem omnes capiant. Per duos autem annos & magistratus hic & custodia duret, & custodib. & principibus. Cùm uero primũ partes sortiti fuerint, regionis locos singulis mensibus cum sequentib. deinceps permutãtes, ducant custodiæ principes ad dexteram circumcirca: Ad dextrã autem, fiat ad orientem. Circũuoluto uero anno, secundo iam anno ut plurimi ex custodibus non uno solum anni tempore regionis experimentum capiant, sed ad regionem simul etiam quicquid singulis temporibus in singulis locis contingit discant, hi qui tunc principes sunt, rursus ducant ad sinistram, semper loci cum permutantes, donec secundum annum pertrãsierint. Tertio uero anno alios agrorum curatores & custodiæ principes quinq;, qui duodecim illis præsint, eligant. In hoc autem studio uersentur, ut circa singulos locos talem quandam curam adhibeant. Primùm quo regio aduersus hostes quàm maximè munita sit, fossas & scrobes ubicunque opus fuerit effodient, & de extructionibus quantũ possunt, prohibebunt eos, qui quocunq;

cunque modo regionem & possessiones affligere conantur. Ad hæc autem utentur iumẽtis & seruis, qui sunt in unoquoq; loco, ut per illos faciãt, & illis præsint, delectis his quibus à suis domesticis operibus maximè ocium est. Inuia uero omnia inimicis facere oportet, amicis cõtrà maximè peruia, & hominibus & iumentis & pecoribus. Viarum etiam curam gerant, quo singulæ quàm minimum asperæ sint: aquarum item pluuialium ut regionem non lædant, sed magis ipsi prosint, delabentes ex altis in cauas monties faciant, & squalidissimos locos, aquosos & multa aqua plenos efficiant. Fontanas etiam aquas siue fluuius, siue fons sit, stirpium plantationibus & structuris exornent, & laticibus per cuniculos ac canales deductis, omnia singulis anni temporibus luculenta aquationibus faciant: Et si fortè lucus sacer, aut delubrum in propinquo situm sit, dimissis ad ipsa fluxionibus, deorum templa exornent. Vbiq; uero in eiusmodi locis gymnasia construere iuuenes debent sibijpsis, & senibus senilia lauacra calida exhibere, materia sicca & arida luculenta apposita, ad utilitatem eorum qui ex morbis laborant, & eorum qui agriculturæ laboribus afflicta corpora habent, ut qui si hoc expeditè prę stiterint, multò potiores habendi sint medico non admodum sapiente habitu prædito. Hæc igitur & huiusmodi omnia ad ornatum & utilitatem locorum fieri possunt, cum lusu nequaquam ingrato. At uero serium circa hæc studium hoc sit. Sexaginta singuli suum locum custodiant, non solum hostium gratia, sed etiam eorum qui se amicos esse asserunt. Quod si ex uicinis aut alijs ciuibus alter alterum iniuria affecerit, seruus aut liber, iudicent in paruis quidem causis, si iniuria affectus conqueritur, ipsi quinque principes: in maioribus autem, una cum duodecim, ita ut septem & decem iudicent usque ad minas tres, de quacunq; re alter alterũ accusauerit. Iudicem porrò & principem nullum iudicare & imperare oportet, ut non corrigi se sinat, exceptis his qui tributum imponunt, uelut sunt reges. Et sanè etiam hi agrorum curatores, si quid iniuriæ intulerint his quorum curam gerunt, uelut si iussa inæqualiter imperent, & accipere ac auferre quid ab agricolis non persuasis conentur: & si accipiãt quid ab his qui adulationis gratia largiuntur: aut etiam iudicia iniustè distribuant adulationibus concedentes, obpro bria ferant in tota ciuitate. Reliquarum uero iniuriarum, quacunq; affecerint eos qui in isto loco degunt, ex his quæ ad minam usque se extendunt, inter uicinos ac colonos mulctam ultrò dent. Si uero maiorum iniuriarum aut etiam minorum mulctam dare nolint, confisi in eo quòd singulis mensibus ad alium locum transeunt, se reos euasuros esse: his iudicium in communi dictet is qui iniuria affectus est, & si reum peregerit, dupla mulctam exigat ab eo qui fugit, & ultrò pœnam dare noluit. Victum uero habeant & principes, & agrorum curatores per biennium tali quodam modo. Primùm quidem in singulis locis sint conuiuia, in quibus uictum omnes in communi habeant. Qui uero ab hoc sodalitio recedit, aut quacunq; die aut nocte alibi dormit, non ex principum iussu, aut summa quadam necessitate incumbente, si manifestarint ipsum quinque illi, & scriptum proposuerint in foro, ut qui custodiam deseruerit, obprobrijs expositus sit, uelut qui quantum in se fuit, rempublicã prodiderit, & impetatur plagis à quo uis obuio & uolente ipsum uerberare impunè. Quod si quis ex ipsis principibus tale quid faciat, omnes sexaginta diligenter hoc obseruẽt: qui uero sensit & audiuit, & non accusauerit, ijsdem legibus obnoxius sit, & maiore quàm iuuenes pœna afficiatur, & circa omnes iuuenum magistratus ignominia afficiatur. Horum autem diligentes exploratores sint legum custodes, quo aut omninò non fiant, aut si fiant, pœna iusta plectantur. Equidem quemuis uirum de omnibus hominibus ita statuere conuenit, quòd qui non seruiuit, neque dominus unquam laude dignus fieri poterit: & magis gloriari oportet, si quis bene seruiat, quàm si bene imperet, primùm quidem legibus, quibus qui seruit, dijs seruit. Deinde senioribus, & qui cum dignitate uitam transegerunt. Postea uero unumquemq; ex agrorum curatoribus quotidiano uictu humili & tenui per duos hos annos cõtentum esse oportet. Itaque postquã delecti fuerint, duodecim cum quinque illis congregati consultent uelut famuli, & qui non habituri sint alios seruos

Aquarum cura

Iudices et principes non impunes

Desertoris pœna

Seruire bene gloriosum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac ministros: Neque aliorum agricolarum & uicinorum ministris ad sua priuata ministeria utentur, sed solum ad publica. De cæteris ita statuant, uelut uicturi sint, ita ut sibi ipsis ministrant. Ad hæc uero omnem regionem armati perscrutentur æstate ac hyeme, & custodiæ & locorum omnium semper cognoscendorum gratia. Non enim ullo alio leuius studium esse uidetur, exactè cognoscere omnes suam regionem. Cuius rei gratia, & eam quæ cum canibus fit, & reliquam uenationem, non minus studiosè exercere adolescentes debent, quam reliquam uoluptatem, simul'que utilitatem persequi, quæ ex huiusmodi omnibus oriri solet. Hos ipsos igitur siue quis uestigatores, siue agrorum curatores, siue quocunq; nomine appellare uoluerit, appellet: studium uero ipsum omnes prompte exerceant, qui ciuitatem suam seruare uolent. Deinceps porrò de Ædilium & urbis curatorũ electione dicere consequens est. Sequuntur autem agro rum curatores sexaginta illos, urbis curatores tres, trifariam duodecim ciuitatis partes partiti, ad illorum imitationẽ, & uiarum in urbe curam gerentes, item'que earũ quæ ex regione ad ciuitatem semper tendunt, & extructionũ ut omnes secundum leges fiant. Sed & aquarum quas custodes ad ipsas curatas miserint ac delegarint, quo ad fontes iusto modo & puræ progredientes ciuitatem ornent, simul'que commodent. Oportet itaque & hos potentes esse, & ocium agere, ut publicarum rerum curam gerant. Quapropter quisque ex maximis censibus urbis curatorem proponat quemcunq; uoluerit. De electis autem, & ad sex quibus plurima suffragia contigerunt redactis, sortiantur tres, hi quibus hoc studium incumbit. Approbati uero iuxta latas ipsis leges imperent. Ædiles deinceps post hos ex secundis & primis censibus, quinque eligantur. Fiat autem ipsorum electio quemadmodum urbis curatorum, ut de decem electis, quinque per sortem obtineant, & approbatos ipsos principes pronuncient. Eligat autem quiuis quemlibet. Qui uero noluerit, si delatus fuerit ad magistratus, mulctetur quinquaginta drachmis, ad hoc ut pro malo uiro habeatur. Accedat autem ad concionem & communem conuentum quicunq; uolet. Secundo uero & primo censui decem drachmarum mulcta incumbat, si non in conuentu præsens quis æstimationem faciat. Tertio & quarto censui ea necessitas non immineat, sed impunis dimittatur, nisi magistratus denunciarint omnibus, ut ex necessitate quadam conueniant. Cæterum Ædiles gubernationem circa forum à legibus constitutam custodiant, & templorum ac fontium in foro curam gerant, ut nemo quicquam iniuria afficiat. Si uero quis iniuriam inferat, eum puniant, plagis quidem & uinculis seruum & peregrinum. Si uero indigena quispiam circa talia se indecorè gesserit, in ipsorum potestate situm sit, ut ad centum usque drachmas numismatis dijudicent. Verùm unà cum urbis curatoribus in communi iudicantes, duplam huius mulctam exigant. Eædem uero mulctæ & pœnæ etiam urbis curatoribus in suo magistratu sint, ad minam usque mulctent ipsi, uerum cum ædilibus duplam. Deinceps uero Musices & gymnastices magistratus constituere æquum fuerit, utriusque duplices: alteros disciplinæ ipsius gratia: alteros contentionis. Et disciplina quidem dicere uult lex, exercitiorum & doctrinarum curatores, qui ornatus & institutionis & reliquæ circa hæc diligentiæ curam gerunt, ut & pueri & puellæ, ludum & præceptores commodè adeant. Contentionis autem tum in gymnicis, tum in Musica, eos qui præmia athletis proponunt: & hos rursus duplices, alteros circa Musicam, alteros circa certamen. Certaminis quidem igitur & hominum & equorum, eosdem. Musices autem alios esse decorum fuerit, qui circa monodiam & imitationem, ueluti recitatoribus & citharœdis & tibicinibus & omnibus huiusmodi præmia proponunt: alios qui circa chori cantum. Primum itaq; circa chororum lusum, in quo & pueri, & uiri, & puellæ, in saltationibus & Musica omni ordine contingente uersantur, magistratus eligere opus est. Satis autem est unus ipsis princeps, non pauciores quàm quadraginta annos natus. Sufficit etiam unus ad monodiam, non minor triginta annis, qui ut & introductiones, & discretio de certantibus sit, iusto modo designet. At chororũ principem & ordinatorem tali quodam modo eligere oportet. Qui erga talia studia beniguè affecti sunt, ad cõuentum accedant, aut mulctentur, si non accedant. Huius autem rei iudices sint legum custodes. Reliquis si noluerint, nulla necessitas incumbat. Et pro

Venationis studium

Vrbis curatores

Mina centum drachmarum

positio sanè eorum qui eligunt, ex peritis fiat: & in probatione, una hæc prædicatio aut negatio sit, alteris imperitum, alteris peritum affirmantibus eum qui sortem subire debet. Qui uero unus ex decem electis propositis approbatus, sortem obtinuerit, per annum secundum legem chororum princeps sit. Similiter autem & hoc modo qui ex monodijs & tibiarum cantu ad iudicium sorte deuenit, anno illo princeps sit, ita ut ad iudices deferat iudicium is cui sors obtigit. Postea uero eos qui in certamine tum equorum, tum hominum, præmia proponũt, eligere oportet, ex tertio & secundo censu. Necessitas autem ueniendi ad electionem tribus censibus incumbat. Minimus impunis dimittatur. Sunt autem tres qui sortem subeunt, propositis quidem ex electis uiginti, sortem autem subeuntibus tribus, ex uiginti, quos uidelicet etiam suffragium eorum qui examinant, approbarit. Si uero quis in quacunq; magistratus sorte & iudicio reprobatus fuerit, alij pro ipso similiter eligãtur, & probatio ipsorum eodem modo fiat. Restat nobis princeps circa relata, qui disciplinæ & eruditionis totius curator est, tum fœminarum, tum masculorum. Vnus itaq; sit & qui his imperet secundum leges, annos natus nõ pauciores quàm quinquaginta, ingenuorum liberorum pater, maximè quidem filiorum & filiarum: sin minus, alterorum. Cogitet ergo & qui electus est, & qui eligit, hunc magistratũ ex omnibus qui in ciuitate sunt, longè supremum esse. In omni enim stirpe, si primum germen rectè processit ad naturæ suæ uirtutem, maximam uim habet ad hoc ut finem commodum imponat, atque hoc tum in stirpibus, tum in animalibus mansuetis & feris, & in ipsis etiam hominibus contingit. Hominem sanè animal mansuetum esse dicimus, & profectò si rectam disciplinam & felicem naturam adeptus est, diuinissimum ac mansuetissimum animal euadere solet. Si uero non satis, aut non rectè educatus est, ferissimum omnium fit quæ terra producit. Qua de causa non secundo loco, neque obiter, legislator puerorum educationem fieri sinat, sed primùm eligere inciat eum qui rectè ipsorum curam gerat, ita ut ex ciuibus eum qui ad omnia optimus est, maximè quoad fieri potest, ipsis in præfectum & curatorem constituat. Omnes itaque magistratus, excepto senatu & Prytanibus in Apollinis templum conueniant, & clam legum custodibus suffragia ferant, quisque de eo quem ex his qui circa puerilem institutionem uersati sunt, optimè magistratum gesturum esse existimauerit. Cui uero plurima suffragia obtigerint, is ab alijs magistratibus qui elegerunt, exceptis legum custodibus, approbatus imperet annis quinque. Sexto uero similiter alium ad hunc magistratum eligant. Si porrò quis publicum magistratum gerens è uita decesserit, prius quàm ad finem magistratus peruenit, ut plures quàm triginta dies restent, eodem modo alium in magistratum constituant hi quibus ea cura demandata est. Et si alicuis pupillorum tutor mortuus fuerit, cognati & populares à patre & matre, usque ad patrueles & consobrinos pueros, alium cõstituant intra decem dies, aut mulctetur drachma quisque in diem, donec constituerint tutorem. Omnis equidem ciuitas, non fuerit ciuitas, in qua iudicia non fuerint ritè constituta. Mutus autem iudex, & non plura quàm litigantes aduersarij in percunctationibus loquens, quemadmodum in arbitrijs fieri solet, nunquam suffecerit ad iusti iudicationem. Qua de causa, neque multos bene iudicare facile est, neq; paucos utiles. Manifestum autem fieri ab utrisque oportet id de quo controuersia habetur. Tempus uero simulq; tarditas, & sæpe percunctari, commodum ad hoc est, ut controuersia manifesta fiat. Quapropter primùm ad uicinos accedere oportet eos qui litigant, & ad amicos, & ad eos qui actionum de quibus disceptatio est, maximè conscij sunt. Si uero quis inter hos iustum iudicium non consequatur, ad aliud iudicium abeat. Et si duo iudicia litem dirimere nõ possunt, tertium actioni finem imponat. Quodam itaq; modo & iudiciorum constitutiones, magistratuum sunt electiones. Quemuis enim magistratum etiam aliquorum iudicem esse necesse est. Iudex autem non princeps, & quodam modo princeps & magistratus non adeò uilis fit illa die, qua iudicãs iudicium absoluit. Proinde etiam iudices uelut magistratus ponamus, & quos esse decuerit & quarum rerum iudices, & quot in singulis causis dicamus. Maximè itaq; ratum iudicium habeatur, quod singuli ipsi sibijpsis definierint, in communi quibusdam delectis. Duo uero deinde reliqua sint iudicia, alterum quum priuatus priuatum

Probationis modus opt.

Educationis in omnibus uis

Tutorum constitutio

Iudicum & iudiciorum electio

Universidad de Deusto
Biblioteca

uatum aliquem ob iniurias illatas accusat, & ad iudicium trahit, & rem dijudicari cupit: alterum quando respublicâ ab aliquo ciue iniuria affectam quis putat, & cõmunibus rebus opem ferre conatur. Dicendum ergo est qui & quales iudices esse debeant. Primum itaque iudicium commune sit omnibus priuatis qui tertio litigant, & hoc modo fiat. Omnes magistratus & qui per annum, & qui longiore tempore magistratum gerunt, postquam nouus annus sequenti post solstitiũ æstiuum mense initium capiet, pridie eius diei in unum templum conueniant, & iureiurando coram Deo præstito, uelut primitias de omni magistratu iudicem unum decerpant, qui in unoquoque magistratu optimus esse uisus fuerit, et optimè ac sanctissimè per sequẽtem annum causas ciuibus iudicaturus esse uidebitur. His autem electis, inter electores ipsorũ probatio fiat. Si uero quis reprobatus fuerit, alium pro ipso similiter eligant. Approbati uero iudicium ferant de his qui alia iudicia euitarũt. Sententiã autem manifestã ferant. Horum uero iudiciorum auditores & spectatores esse necesse est, senatores et alios magistratus qui ipsos elegerunt. Reliquorũ autem spectator sit quicũq; uoluerit. Quòd si quis accuset aliquẽ uelut qui ultrò causam iniustè iudicauit, ad legum custodes accedat & accuset. Qui uero eius iudicij damnatus fuerit, damni dimidium damnum perpesso persoluat. Si uero maiori mulcta dignus esse uidebitur, iudices qui causam iudicarunt, insuper ad hoc æstiment, quid ipsum perpeti conueniat, aut reipublicæ & ei qui iniustum iudicium subijt persoluere. Cæterum in publicis criminibus necesse est primùm multitudinem iudicij participem facere. Omnes enim iniuria afficiuntur, quum quis ciuitatem iniuria afficit, & meritò grauiter tulerint qui ad eiusmodi dijudicationes non adhibentur. Quare & principium huius iudicij, & finem, ad populum delatum esse oportet. Examen autem ad tres maximos magistratus, de quibus reus & accusator consentiunt. Si uero de consensione inter se conferre non possunt, Senatus utriusque ipsorum electionem probet ac confirmet. Oportet autem etiam priuatorum iudiciorum omnes quoad fieri potest participes fieri. Cui enim facultas simul iudicandi negatur, is neque ciuitatis omninò participem se esse putat. Quapropter sanè etiam per tribus iudicia fieri necesse est, & per sortem iudices precibus incorruptos cuestigiò iudicare. Tandem uero omnia huiusmodi illud iudicium iudicet, quod pro humanis uiribus incorruptissimè præparatum esse diximus his, quorum lites nec inter uicinos, nec inter tribuum iudicia dirimi potuerunt. Nunc itaque circa iudicia, quæ neque si quis principatus esse affirmet, neque si neget, citra ambiguitatem dixerit, uelut descriptio quædam extrinsecus circunducta, alia quidem retulit, alia reliquit ferè. Nam exacta legum de iudicijs positio, simulq; diuisio, longè rectissimè ad finem legum lationis fieri debet. Huius igitur positio ad finem nos expectat. At aliorum magistratuũ constitutiones ferè plurimam legis lationem acceperunt. Tota uero & exacta tractatio de uno & omnibus quæ ad ciuitatem & omnem ciuilem gubernationem spectãt, manifesta fieri non potest, prius quàm enarratio ab initio & secundas & medias & omnes suas partes complexa, ad finem perueneri. Nunc itaq; in præsentia usq; ad magistratuũ electionem progressa hæc, superioribus iustum finem imposuerit. Verum legum ferendarũ principium nec dilatione, nec cunctatione diutius opus habet. CLI. Cũ omninò ex sententia mea, ô hospes, superiora dixeris, hęc adhuc multò magis q; illa mihi acceptа protulisti, dum de dictis & dicendis principiũ cum fine coniunxisti. ATH. Rectè itaq; sapiens sensũ lusus hucusq; nobis nunc per lusus sit. CLI. Pulchrũ sanè uirorũ studiũ iudicare uideris. ATH. Consentaneũ est. Verum hoc consideremus, an tibi quemadmodũ mihi uideat. CLI. Quod istud, & de quibus rebus? ATH. Nosti quomodo pictorum ars in singulis animalib. pingendis nullum alium finem habere uideꝛ, quàm ut colores inducat & deducat: aut quomodocunq; hoc ipsum pictores appellant: & nunquam ab exornando cesset, donec nullum amplius incrementum superlit, ut pulchriores & lucidiores picturæ fiant. CLI. Ferè intelligo, dum & ipse audio ea quæ dicis: alioqui nequaquam in hac arte uersatus sum. ATHENIEN. Et nihil inde detrimenti accepisti. Vtemur tamen sermone qui de ipsa nobis incidit, hoc modo. Si quis pulcherrimũ animal pingere statuisset, quod in posterum tempus nunquam deterius, sed semper præstantius efficeretur, intelligis ne quòd

Anni noui initium quando fiat

Iudicis iniusti mulcta

quòd quum mortalis sit, si nõ aliquem relinquet successorem, qui corrigat si quid tempora de animali aboleant, & si quid omissum scit præ sua in arte tenuitate, semper amplius illustrando, ut incrementum capiat efficere possit, exiguo quodam tempore ingens labor durabit? CLI. Vera dicis. ATHEN. Quid igitur, nónne talis uidetur tibi etiam legislatoris uoluntas esse? Primum quidem ut describat leges exactè, inquantum hoc satis præstare potest. Deinde progressu temporis dum etiam re ipsa ea quæ uisa sibi ac statuta sunt experitur, Num putas aliquem legislatorem ita desipientẽ esse, ut ignoret necesse esse multa huiusmodi relinqui, successori cuidã corrigẽda, quo nequaquàm deterior, sed melior semper respublica & gubernatio circa conditam à se ciuitatem fiat? CLI. Quidni consentaneum sit omnia hæc quemuis uelle? ATHE. Nónne si quis artem aliquam siue in factis, siue in uerbis sitam nosset, quomodo uidelicet alium siue maiorem, siue minorem docere posset, ut hoc meditaretur, quomodo custodire & corrigere leges oportet, nunquàm dicendo fatigaretur prius quàm ad finem peruenisset? CLI. Quidni? ATHEN. Nónne in præsentia & mihi & uobis hoc faciendum est? CLI. Quid istud dicis? ATHEN. Quandoquidem leges ferre uolumus, & legum custodes nobis relati sunt, Nos autem in uitæ occasu sumus, illi uero ad nos collati, iuuenes sunt: simul quidem nos leges ferre oportet uelut diximus, simul autem conari, ut etiam hos ipsos & legumlatores, & legum custodes, quoad fieri potest faciamus. CLI. Quidni? si modo satis præstare hoc possimus. ATHEN. Attamen conandum & experiendum est. CLI. Nihil prohibet. ATHEN. Dicamus itaque ad ipsos, ô chari legum seruatores, nos in omnibus de quibus leges ferimus multa omnino relinquemus. CLI. Necesse equidem est. ATHEN. Veruntamen ea non parua, & rem omnem pro uiribus, uelut descriptione quadam, exponere non omittemus. Hanc autem expositionem complere uos oportebit. Quo uero respicientes hoc præstabitis, audire conuenit. Megillus equidem & ego & Clinias hæc non parum sæpe inter nos contulimus, & rectè dici consentimus, Vos autem cognitores simulq; discipulos fieri uolumus, ut ad hæc respiciatis, ad quæ & legum custodem, & legum latorem respicere oportere, nos inter nos consensimus. Erat autem consensio una summa comprehensa, quomodo tandem bonus uir fieri posset, qui conuenientem homini uirtutem animi haberet, ex studio aliquo, aut ingenio, aut adeptione, aut cupiditate, aut opinione, aut disciplinis quibusdam illam consequutus, siue mascula sit cohabitantium natura, siue fœminea, aut iuuenum, aut senum, quo ad idem hoc de quo dicimus, omne studium per omnem uitam dirigatur, ita ut nihil aliud ex his quæ impedimento his sunt præferre quis uideatur: & pro ciuitate etiam moriatur, si ipsi deuastatio immineat, ante quàm uelit ipsam seruitutis iugo pressam à deterioribus regi uidere, aut ipsam fuga deserere. Nam omnia huiusmodi sustinenda sunt prius, quàm ut sustineat quis reipublicæ mutationem, quæ deteriores homines facere solet. De his itaque & nos in superioribus consensimus, & nunc uos ad utraque hæc respicientes, leges & laudate, & uituperata. Vituperate quidem eas quæ non possunt hæc: quæ uero possunt, eas amplectemini & benignè suscipite, & in ipsis uiuite. Reliqua uero studia, & ad alia quæ bona appellantur spectantia, ualere iubere oportet. Principium porrò legum post hæc nobis hoc sit, à sacris initium sumens. Equidem numerum repetere primum nos oportet, quinque millium & quadraginta, quot & habuit & habet commodas sectiones, tum ipse totus, tum secundum tribus, quem totius duodecimam partem posuimus, unum & uiginti uigesies rectissimè prouenientem. Habet autem duodecim distributiones totus numerus. Habet item duodecim, numerus secundum tribus. Proinde de unaquaque parte cogitare oportet, esse ipsam sacram, & dei donum, quæ menses & uniuersi circuitum sequitur. Quapropter etiam omnes ciuitates ducit ea pars quæ ipsis à natura insita est, ipsasq; sacras facit. Fortassis autem alij rectius quàm alij diuiserunt, & felius distributionem consecrarunt. Nos autem nunc quinque millium & quadraginta numerum rectissimè nos elegisse asserimus, qui omnes distributiones habet ad duodecim usq;, ab una exorsus, undecima excepta, quæ tamen facilimè curatur. In alteram enim partem sana euadit, duobus focis detractis. Quòd autem hæc reuera ita se habeant, per ocium non adeò prolixa oratione ostendi posset. Præsenti

Bonus uir ut fieri possit

Universidad de Deusto
Biblioteca

itaq; sententiæ ac sermoni nunc fidem habeamus, & hoc modo distribuamus, & unicuiq; parti deum aut deorum filium assignemus, & constitutis aris & his quæ ad has pertinent, sacrificiorum gratia conuentus ad ipsas faciamus bis in mense, ut duodecim quidem tribus distributioni, duodecim uero ipsi ciuitatis diuisioni assignentur. Atque hi conuentus primum quidem deorum & ipsorum cultus gratia fiant. Deinde uero no strae ipsorum familiaritatis ac mutuæ cognitionis causa, & omnis ut ita dixerimus con uersationis gratia. Nam ad nuptiarum societatem ac coniunctionem, hoc sublatū esse oportet ut sit alter alteri ignotus, sed & à quibus uxorem ducit, & cui filiam collocat, quisq; præ omnibus sciat, ut nequaquàm in talibus quoad fieri potest fallatur. Huiusmodi igitur studij gratia etiam lusus & choreas adolescentum & puellarum constitue re oportet, ut & nudi nudas spectent, & spectentur ab illis, cum ratione & ætate quadam suos prætextus habente, usq; ad moderatum singulorum pudorem. Horum autē omnium curatores & gubernatores esse oportet chororum principes, & legumlatores cum legum custodibus, ut ea in quibus nos deficimus ordinent. Necessarium autem est uelut diximus, in talibus quæ parua & multa sunt, legislatorem deficere, quæ ordinanda sunt illis, qui semper quotannis experientiam faciunt, & ex usu discunt: ita ut corrigendo singulis annis quid mutent, donec iustus terminus talium constitutionum ac studiorum adesse uisus fuerit. Tempus autem iustum ac moderatum ad experientiam faciendam, decēnium esse poterit, ad omnia & singula, tum ad sacrificia, tum ad choreas spectantia constitutum. Et hæc ordinatio uiuente quidem legislatore qui eam constituit, in communi cum ipso fiat. Si uero uita defunctus est, ipsi magistratus singuli sui magistratus defectus ad legum custodes referant, ut corrigantur donec singuli ad finem deducti esse uidebuntur, ut rectè exculti sint. Tunc uero de cætero ratæ habeantur, & ipsis iam cum alijs legibus utantur, quas ab initio constituit qui ipsas tulit legislator, & nihil unquàm ultrò in ipsis mutent. Si uero necessitas aliqua incumbere uideatur, omnes magistratus & totus populus in consilium adhibeantur, & omnia deorum oracula petantur, & si consenserint, ita ipsas mutent, aliàs uero nullo unquàm modo, sed unus qui prohibet semper secundum legem uincat. Vndecunque igitur & quando quis uiginti quinq; natus annos qui spectauit & spectatus est ab alijs, sibi placentem, & ad societatem ac liberos generandos conueniētem, comperisse se credit, intra quintum & trigesimum annum uxorem ducat. Quomodo autem id quod decorū & conueniens est quærere oportet, primū audiat. Conuenit enim ut Clinias dixit, præfationem cuiq; congruam legi præmittere. CLI. Optimè meministi ô hospes, & occasionem dicendi arripuisti, quæ mihi admodum congrua esse uidetur. ATHE. Bene dicis. Proinde ô fili dicemus, eum qui ex bonis parentibus ortus est, nuptias apud sapientes prædicatas, persequi oportet, qui sanè admonuerint, ut ne quis pauperum fugiat, ditium uero præcipuè expetat nuptias, sed si reliqua æqualia sint, pauperiorem semper præferat, & cum illo societatem ineat. Nam & ciuitati commodum hoc fuerit, & familijs quæ coniunguntur. Quod enim æquale est & moderatum, infinitis modis ad uirtutem præstat eo quod immoderatum est. Et qui sibi ipsi conscius est, quòd uiolentius & citius quàm oportet ad omnes actiones progreditur, is moderatorum parentum affinitatem expetere debet. Qui uero contrario modo affectus est, ad cōtrarias affinitates se conferat. Et per omnia una sit de nuptijs regula. Quisq; enim ciuitati commodas, nō sibi iucūdissimas nuptias cōtrahere debet. Ex natura aūt quiuis ad id quod sibi simili mū est fertur. Vnde inæqualis & pecunijs ac opibus et morū affectibus tota ciuitas euadit. Ex quibus quæ minimè cōtingere nobis uolumus, ea uel maximè plurimis ciuitati bus contingunt. Hæc itaq; si per rationē lege sanciremus, ut ne diues diuitis filiā matrimonio sibi iūgat, neq; qui multa facere potest alterius huiusmodi: & si celeriores affectibus & tardiores, & tardiores ad celeriores, nuptiarum coniunctionem facere cogeremus, ad hoc quòd ridicula essent, etiam iram multis concitarent. Non enim facile intelligi potest, ciuitatem instar crateris temperatam esse oportere: in qua insaniens uinū infusum feruet, sed ubi ab altero sobrio deo castigatur, pulchra assumpta societate, bonum & moderatum potum efficit. Hoc igitur in liberorum coniunctione fieri, nemo ut ita dicam perspicere potest. Horum itaque gratia necesse est ut lex talia omittat, incinendo

Conuentuū utilitas

Nuptiarum tempus

incinendo tamen persuadere conetur, ut quisque pluris faciat liberorum inter se æqualitatem, quàm nuptiarum æqualitatem pecunijs inexplebilem: & per opprobrium auertat eum qui in nuptijs contrahendis pecunijs inhiat, & non lege scripta cogat. Hæc itaque sint nuptiarum inuitamēta, & sanè etiam ea quæ ante hæc relata sunt, quòd sempiternam naturam uendicare oportet, in eo quòd quis filios filiorum relinquat, & semper deo ministros pro seipso tradat. Hæc igitur omnia, & plura adhuc, de nuptijs quis dicere poterit, quomodo illas contrahere oportet, si rectè præfationem facere uelit. At si quis ultrò non pareat, & seipsum alienum ab hac coniunctione in ciuitate faciat, & quinque ac triginta annos natus nuptiarum exors sit, singulis annis mulctetur: si de maximo censu est, drachmis centum: si de secundo, septuaginta si de tertio, sexaginta: si de quarta, triginta. Hæc autem mulcta sit lunoni sacra. Qui uero non quotannis persoluit, decuplum debeat, & quæstor deæ ab ipso exigat, aut si non exegerit, ipse debeat, & in censuris de hoc rationem reddat. Et pecunijs quidem ita mulctetur, qui uxorem ducere non uult. Honore uero à iunioribus omni priuetur, & nullus ex iuuenibus in ulla re ultrò ipsi pareat. Si uero cædere aliquem aggrediatur, quiuis ei qui iniuria affi citur auxilium ferat, ipsumq; defendat. Qui uero præsens auxilium non tulerit, timidus & malus ciuis à lege pronuncietur. Cæterum de dote dictum quidem etiam prius est, dicatur tamen etiam rursus, æqualia pro æqualibus esse, quòd neque ideo quòd accipiunt aliquid, neque quòd erogant, ob pecuniarum inopiam pauperes senescunt. Necessaria enim bona omnibus sunt, ex his quæ in hac sunt ciuitate. Insolentia uero minor mulieribus, & seruitus humilis ac illiberalis propter pecunias minor maritis accedet. Et qui quidem obedit, honestum quiddam in eo fecerit. Qui uero non obedit, sed aut dat aut accipit quæ precium quinquaginta drachmarum excedunt uestitus gratia, is si ex quarto censu est, mina mulctetur: si ex tertio, sesquimina: si ex secundo, duabus minis: qui uero maximum censum possidet, alteram insuper tantam mulctam reipublicæ debeat. Quod uero datum aut acceptum est, lunoni ac Ioui sacrum sit. Exigant autem horum deorum quæstores, quemadmodum dictum est de his qui uxores non ducunt, quæstores lunonis semper exigere debere, aut de suo mulctam persoluere. Sponsalia porrò rata sint, primum patris, deinde aui. Tertio fratrum ex eodem patre natorum. Si uero nullus horum supersit, à matre postea similiter rata habeantur. Si uero insolita quædam fortuna acciderit, proximi genere unà cum tutoribus rata illa habeant. Quæ uero sacra nuptiarum initia, aut alia quædam sacrificia, circa hæc perficere conuenit, aut futurorum, aut præsentium, aut præteritorum gratia, ab interpretibus percunctari oportet, & quemque putare si illis pareat, omnia sibijpsi moderatè contingere. Cæterum ad conuiuium amicos & amicas non plures quàm quinque utrorunq; uocare oportet, de cognatis autem & necessarijs similiter tot alios utrorunq;. Expensa uero non sit amplior ullius quàm pro opulentia, ut maximi census unam minam insumat: sequentis dimidiam: & sic deinceps prout cuique census decrescit. Et eum quidem qui paret legi, omnes laudent: sed non obtemperantem puniant legum custodes, uelut legum circa sponsales Musas imperitum ac ineruditum. Bibere uero ad ebrietatem, neque alibi decet, prę terquam in festis eius dei qui uinum dedit: neque tutum est: neque sanè oportet eum qui nuptias parat, in quibus & sponsum & sponsam maximè sapientes esse conuenit, ut qui non paruam uitæ mutationem faciunt: & simul ut id quod generatur, ex sapientibus quàm maximè semper generetur. Fermè enim incertum est quæ nox, aut quæ dies, illud ipsum cum deo generabit. Et ad hæc non oportet corporibus ab ebrietate diffusis, liberis procreandis operam dare, sed id quod producitur, bene compactum, & non uagum, & quietum in utero conflari. At qui ex uino ebrius est, & ipse penitus fertur & fert, tum corpore, tum animo, rabie correptus. Ad seminandum igitur deprauatus & inutilis est ebrius. Nam inæqualia suspecta sunt, & consentaneum est ipsum neque mores rectos, neque corpus rectum unquam generare posse. Quapropter per totum quidem annum & omnem uitam, maximè uero per hoc tempus quo quis adhuc generat, uereri oportet, & non facere ultrò ea quæ morbosa sunt, neque ea quæ cum contumelia aut iniuria coniuncta sunt. Nam in animas & corpora eorum qui generantur imprimi ac effor mari necesse est, & peni-

Vxores non ducentium mulcta annua

Dotis modus

Sponsalia rata quæ habenda

Nuptialiū cōuiuiorū sumptus

Ebrietatis in nuptijs fuga

Universidad de Deusto
Biblioteca

penitus deteriora gignere. Præcipuè uero illa die ac nocte à talibus abstinendum est.
Principij facultas Principium enim & deus in hominibus insidens omnia seruat, si conuenientem ipsi ho
norem ab unoquoq; utente ipso adeptus fuerit. Oportet autem eum qui uxorem ducit
putare, alteram ex domibus quæ sorte obuenerunt, esse uelut ad pullos producendos
ac educandos destinatam, ut à patre & matre separatus nuptias illic faciat, & habitet, &
se & liberos alat. Si enim in amicitijs desideriũ affuerit, omnes affectus glutinat ac col-
ligat. Verum exaturata consuetudo, & quæ desiderium per tẽporis intercessionẽ non
habet, efficit ut affectus nimia satietate dilabantur. Quapropter matri & patri & uxoris
cognatis suas habitationes dimittere oportet, & ipsos uelut in coloniã proficisci, & ha-
bitare ut illos uisitent, simulq; ab illis uisitentur, & ut gignant ac educẽt liberos, uitam ue-
lut lãpada alijs ex alijs tradentes, & deos semper secundũ leges colentes. Post hęc uero
cõsiderandum est, quorum bonorũ possessione cõtinuissimã opulentiam quis habeat.
Pieraq; igitur neq; cognoscere, neq; acquirere difficile est. At in seruis difficilia sunt o-
mnia. Causam uero non rectè quodammodo, & aliquo modo rectè de ipsis dicimus.
Nam & contra usum, & rursus secundum usum facimus ea quę de seruis dicunt. MEG.
Quomodo uero hoc dicimus? Non enim intelligimus ô hospes hoc quod nunc dicis.
ATHEN. Et ualdè meritò ô Megille. Fermè enim inter omnes Græcos Lacedęmonio
rum seruitus plurimam ambiguitatem ac contentionem exhibuerit, quũ alijs bene, a-
lijs secus instituta uideatur. Minorem uero contentionem exhibuerit Heracleotarũ ser
uitus, quàm Mariandinorum in seruitutem redactio. Et Thessalorũ rursus seruilis gens
est. Ad quæ & omnia huiusmodi si respeximus nos, quid de seruorũ possessione dicere
oportet? Quod itaq; attigi & præteriui in sermone, & de quo tu me meritò quid tan-
dem dicerem interrogasti, hoc est. Scimus omnes fateri, seruos beneuolentissimos ac
optimos comparandos esse. Multi enim serui iam fratribus ac filijs quibusdam in omni
uirtutis genere præstantiores fuerunt, & dominos ac opes & totas ipsorum domos ser
Serui laudati, & contrà uarunt. Hæc sanè de seruis dici scimus. MEGIL. Quidni? ATHEN. Non'ne etiam con
trà, Nihil sani in animo seruili esse: neque unquam quicquam uirum mente præditum
huic genere credere oportere? Sapientissimus autem ex nostris poetis etiam pronun-
ciauit de Ioue dicens:

Dimidium mentis nanq; aufert Iupiter illis,
Quos hic sorte grauat humili seruire coactos.

Hæc itaque singuli mente uoluentes, partim nihil generi seruorum credunt, sed iuxta
bestiarum naturam stimulis & flagris non ter solum, sed sæpe animos seruorum seruiles
efficiunt: partim rursus his contraria omnia faciunt. CLI. Quidni? His igitur ita dis-
sentientibus ô hospes, quid nos in nostra regione facere oportet, in seruis comparan-
dis simulq; puniendis? ATHEN. Perspicuum est ô Clinia, quòd quandoquidem inso-
Homo grauis possessio lens bestia est homo, etiam ad necessariam distinctionem, ut re ipsa seruus, & liber, &
dominus distinguantur, nequaquam cõmodus esse ac fieri uelle uidetur. Grauis itaq;
est possessio. Sæpe enim re ipsa compertum est circa Messenios frequentes defectio-
nes fieri solitas, & quot mala contingunt circa ciuitates quæ multos unius linguæ ser-
uos possident. De Peridinis insuper à circumcurrendo appellatis, in Italia uaria per fur
tum facta & admissa feruntur. Ad quæ si quis respexerit omnia, meritò dubitarit quid
de omnibus huiusmodi facere oportet. Duæ itaq; solum restant uiæ, ut neq; ex eadem
patria sint, qui facile seruire debent: & ut quoad fieri potest maximè inter se dissenti-
ant. Alere uero ipsos rectè oportet, non solum illorum gratia, sed plus etiam nostri ip-
sorum rationem in hoc ut habeamus. Educatio autem horum est, ut neque contumelia
aliqua seruos afficiamus, & ut minus ipsis si fieri potest, quàm æqualibus iniuriam in-
feramus. Qui enim natura & non ficte iustitiam colit, & reuera iniustitiam odio habet,
in his hominibus cognoscitur, quibus facile est ipsi iniuriam inferre. Qui ergo circa ser
uorum mores & actiones impollutè se gerit, quod ad impietatem & iniustitiam atti-
net, is ad seminandũ uti uirtus producatur præstantissimus fuerit. Idem hoc etiam de
domino & tyrãno rectè dici potest, & de quouis qui potestatẽ & imperiũ, imo exile
Seruorum tractatio dominũ in debiliorem seipso & inferiorẽ gerit. Punire tamen meritò seruos semper de
bemus, & non admonendo efficere, ut uelut liberi molliter se gerant. Cõpellationem uero

uerò seruis omnem, ferè uelut ex imperio fieri oportet, ita ut nusquàm ullo modo cum
seruis colludamus, siue fœminæ sint, siue mares. Nam multi dum admodũ stolidè cum
seruis colludunt, & illis ut subditi sint, & sibijpsis ad imperandum, difficiliorem uitam
efficere solent. CLI. Rectè dicis. ATHEN. Nónne quando quis seruis pro uiribus in-
structus fuerit, satis multis & idoneis ad singula ministeria obeunda, post hoc iam ha-
bitationes sermone describere oportet? CLI. Maximè. ATHEN. Et profectò in no-
ua & nondum antea habitata ciuitate, de uniuersa extructione curandum esse uidetur,
quo modo singula habere se debeant, circa templa & mœnia. Hæc autem ô Clinia ante
nuptias tractanda erant. Nunc uero quandoquidem sermone fiunt, etiam ualdè hoc
modo in præsentia fieri licet: attamen ubi re ipsa hæc fient, ante nuptias si deus uolue-
rit constructis illis, tunc iam reliqua, post omnia hæc absoluemus. Nunc autem solum
uelut typum quendam ipsorum breuibus recensemus. CLI. Maximè. ATHEN. Tem-
pla itaque circum totum forum construere oportet, & ciuitatem totam in circulum ad
altos locos, & munitiones & mundiciæ gratia. Ad ipsa uero templa, domos magistra-
tuum & iudicíorum, in quibus uelut sanctissimis ius & accipient, & dicent, partim
uelut de rebus sanctis, partim uelut eiusmodi deorum sedes, & in his iudicia, in qui-
bus ô Megille ego Spartæ assentior, ut muri in terra iacentes dormire sinantur, & ho-
rum gratia non erigantur. Recte enim poeticum dictum de ipsis celebratur, ænea ac
ferrea potius esse oportere mœnia, quàm terrea. Cæterum quod nos adhæc insuper fa-
cimus, meritò multo risu dignum est: quòd uidelicet quotannis iuuenes in regionem
emittimus, ut & fossas faciant, & per quasdam extructiones hostes prohibeant, uelut
non permissuri ut illi regionis fines inuadant. Murum autem circumducimus, quod pri
mum quidem ad sanitatem ciuitatibus nullo modo conducit. Deinde, mollem quen-
dam habitum in animos inhabitantium inducere consueuit, prouocans ut ad ipsum
confugiant, & hostes non propulsent: & ut neque uigiles quosdam custodes semper
die ac nocte in ciuitate habeant, quo per hoc salutem consequantur, sed cogitent se
muris & portis septos, etiam dormientes reuera salutis artes habituros esse, uelut
nati sint ad hoc ut non laborent, ignorantes autem quietem reuera ex laboribus esse,
ex quiete uero ut arbitror turpi, & labores, & socordia rursus oriri solent. At uero si
muro hominibus opus esset, ædificationes priuatarum habitationum sic ab initio po-
nere ac construere oporteret, ut tota ciuitas unus esset murus, ita ut æqualitate et simi-
litudine omnes domus ad uias probè munitæ essent. Nam et non iniucundum spe-
ctaculum esset, si unius domus figuram ciuitas præ se ferret, et ad custodiæ facilitatem
excellenter salutem suam tutaretur. Horum uero donec fuerint ab initio extructa, in-
habitantes maximè curam gerere conuenit, et Vrbis curatores animaduertere, et ad
hoc cogere, et negligentem mulctare. Iidem etiam puritatis omnium quæ in ciuitatè
sunt curam habeant, ut nullus priuatus quicquam de publico, aut extructionibus, aut
fossis occupet. Quin et aquarum pluuialium commodæ profluxionis hos curam gere-
re oportet, et omnium quæ intra aut extra ciuitatem habitare decuerit. Hæc autem om
nia usu cognita legum custodes postea sanciant, et alia in quibus lex defecerit ob am-
biguitatem. Quando uero et hæc, et extructiones circum forum, et gymnasia, et ad
docendum domicilia, præparata iam expectant discipulos, et eos qui in illis se exerce
ant, et Theatra spectatores: ad ea quæ deinceps post nuptias sequuntur, in legibus fe-
rendis progrediamur. CLI. Maximè. ATHEN. Nuptiæ itaque nobis factæ sint ô Cli-
nia. Post has iam sequitur uictus ratio, non infra annum liberorum procreationem præ
cedens, iuxta quam quo modo et sponsus et sponsa uiuere debeat, in ciuitate multis a-
lijs præstante, cum prædictis quidem cohæret, sed non omnino dictu facile est. Nam
quum non pauca ex superioribus talia sint, hoc adhuc multis illis difficilius est, ut à uul
gi multitudine suscipiatur. Et tamen quod rectum et uerum est ô Clinia, omnino dicen
dum est. CLI. Maximè. ATHEN. Quicunq; ciuitatibus leges ferendas esse censet, quo-
modo in publicis ac communibus actionibus ipsos ciues uiuere oportet, priuatis au-
tem quantum necesse est, neque opus esse putat, sed singulis licere per diem uiuere pro-
ut uelint, et non omnia ex ordine fieri oportere, ita ut legibus de priuatis omissis

Maximi ratio

Extructionũ omnium cura

putet

Universidad de Deusto
Biblioteca

putet iuxta communia & publica per leges ipsos uiuere uelle: is non rectè sentit. Cuius uero gratia hæc dicta sunt? Nimirum huius, quòd asseremus oportere nobis sponsos non aliter, neq; minus in conuiuijs uictum habere, quàm tẽpore eo quod nuptias præcessit. Et hoc sanè mirum uisum fuit, quum primum ab initio in uestris locis fieret, bello quodam uelut uerisimile est, ipsum sanciente, aut alia quadam re eandem uim habente, dum in hominum paucitate, multa rerum angustia tenerentur. Postquam uero gustassent, & conuiuijs uti coacti fuissent, hæc constitutio magnopere ad salutem conferre uisa est. Et eiusmodi sanè quodam modo hoc conuiuiorum cõmunium institutum apud uos constitutum est. CLI. Ita sanè uidetur. ATHE. Quod itaque dixi, mirum hoc uisum fuisse aliquando, & uerendum ne aliquibus præciperetur, nunc non similiter difficile esset, ut quis lege sancitum imperaret. Quod uero deinceps sequitur, quodq; si fieret rectè fieret, & nunc nusquam fit, & ferè efficit ut legislator, id quod ludentes facere solent, ignem cædat, & infinita alia eiusmodi quæ fieri non possunt faciat: id neq; dictu facile est, neq; factu etiamsi quis dixisset. CLI. Quid uero ô hospes dum hoc dicere conaris, ita ualdè cunctari uideris? ATHEN. Audietis sanè, ut ne longior mora circa hoc ipsum frustra trahatur. Quicquid ordinis ac legis particeps in ciuitate fit, omnia bona efficit. Pleraque uero quæ ordine carent, aut male ordinata sunt, ex bene ordinatis alia quædam soluunt. De qua re etiam nunc nobis dicendum est. Vobis equidem ô Clinia & Megille, uirorum conuiuia rectè simulq; ueluti mirificè constituta sunt, ex diuina quadam necessitate. At mulierum conuiuium nequaquam rectè legibus omissum est, & conuiuij ipsarum institutum nondum in lucem productum est. Aliud & aliter hominum genus muliebre est, magis occultum & dolosum ob imbecillitatem, & non rectè omissum est, cedente legislatore, eo quòd ordinem difficulter admitteret. Quia uero hoc omissum est, multa uobis dilabuntur, quæ multò melius se haberent si legibus continerentur, quàm nunc. Non enim dimidium solum est, uelut quis putare possit, quod circa mulieres indecorè negligitur: sed quantò fœminea natura ad uirtutem utrili deterior est, tantò antecellit ut plus quàm duplum sit. Hoc igitur repetere & corrigere, & omnia studia mulieribus & uiris in communi coniungere, ad ciuitatis felicitatem præstabilius est. Nunc autem ad hoc nequaquam feliciter humanum genus perductum est, ut in alijs locis ac ciuitatibus, ubi conuiuia per ciuitatem esse, omnino non receptum est, neque meminisse ipsius uiri prudentis sit. Vnde itaq; quis re ipsa non ridiculè aggredietur, ut cogat mulieres, quo cibos ac potus in propatulo accipere conspiciantur? Profectò non est quod hoc genus molestius tulerit. Quum enim in timore ac tenebris uiuere consuetum sit, si ad lucem uiolenter perducatur, omni conatu renitens, legislatorem longè superabit. Hoc igitur alibi quidem uelut dixi, neque sermonem admiserit qui rectè prolatus sit, citra ingentem uociferationem. Hic autem fortassis sermonis complendi gratia, si ita uidetur ut ne imperfectus de tota republica sermo relinquatur, dicere uolo, bonum & decorum id esse, si etiam uobis simul audire placet: sin minus, omittere uolo. CLI. At ô hospes mirificè nobis & omnino audire placet. ATHEN. Audiamus itaq;. Nihil autem miremini, si uobis rem altius alicundè aggredi uisus fuero. Ocio enim fruimur, & nihil est quod nos urgeat, ut nõ undiq; ea quæ ad leges pertinent consideremus. CLI. Rectè dixisti. ATHEN. Rursus itaq; ad ea quæ primum dicta sunt reuertamur. Equidem hoc cuiuis homini cognoscendum est, quòd hominum ortus aut nullum omnino principium habuit, neque unquam finem habebit, sed & fuit semper, & penitus semper erit: aut immensa quædam temporis longitudo intercessit, ex quo principium incœpit. CLI. Quid tum? ATHEN. Quid igitur, nõne per omnem terram ciuitates extructas & destructas esse putamus: & uaria studia & cum ordine, & sine ordine, circa cibos & potus fuisse: & ciborum uarias penitus cupiditates: & temporum mutationes uarias, in quibus animalia quàm plurimas mutationes subijsse uerisimile est? CLIN. Quidni? ATHEN. Quid igitur credimus ne uites alias quando apparuisse: quum prius non essent. Similiter item oleas, & Cereris ac Proserpinæ dona, & Triptolemum quendam horum ministrum fuisse? Quo uero tempore hæc nondum erãt, num animalia alia alia deuorasse, uelut nunc, nõ putamus? CL. Quidni? ATHEN. At ut homines alios homines sacrificent, apud multos adhuc etiam nunc durare

Ordinis utilitas

Mulierum conuiuia

Mulierum uita in tenebris

rare uidemus: & contrarium de alijs audimus, quando neq; de boue gustare audebamus: & sacrificia deorum non erant ex animalibus, sed molæ, & fructus melle imbuti, & alia huiusmodi pura sacrificia. A carnibus autem abstinebãt, tanquam pium non esset illas edere, neq; deorum aras sanguine polluere. Verum Orphica uita quædam, uelut appellatur, tunc hominibus erat, ut qui inanimatis omnibus uescerentur, ab animatis contrà omnibus abstinerent. CLI. Et narrãtur ea quæ dicis, & uerisimilia sunt ut credantur. ATHEN. Ad quid igitur dixerit quis, omnia hæc nunc à uobis dicta sunt. CLI. Rectè suspicatus es ô hospes. ATHEN. Proinde si potero ô Clinia, quæ deinceps post hæc sequuntur exponere conabor. CLI. Exponas itaq;. ATHEN. Video omnia hominibus ex triplici necessitate ac cupiditate pendere, per quas si rectè ducantur, uirtus: sin contrà male, contrariũ ipsis contingit. Hæ uero sunt cibus & potus statim ad uitam natis, ad quas omne animal à natura insitum amorem habet, & uelut stimulo concitatur, nec audit si quis dicat, aliud quid facere oportere, quàm ut quis uoluptatibus & cupiditatibus circa omnia hæc se expleat, & ab omni dolore se liberet. Tertia uero & maxima necessitas, & acutissimus amor, postremus quidem cõcitatur, sed insania penitus feruentissimos homines efficit, qui est circa generis propagationem petulantia plurima ardens. Hoc itaq; tres morbos à iucundissimo, ad optimum conuertere oportet, & maximis tribus continere conari, timore, & lege, & uera ratione: insuper uero Musis & dijs certaminum præfectis uti, & incrementum ac influxionem extinguere. Liberorum itaq; procreationem post nuptias ponamus: & post procreationem, educationem & eruditionem. Et fortassis ita progrediente oratione, etiam lex nobis unaquæq; ulterius ad conuiuia usq; perficietur: atq; ad huiusmodi societates delati, an etiam mulierũ, aut solum uirorum illas esse oporteat, ex uicina cum ipsis conuersatione, fortassis magis conspiciemus: & quæ ante hæc posita esse debebant, & adhuc nunc lege sancita non sunt, ea constituemus illisq; præponemus: & uelut modo dictum est exactius ipsa conspiciemus, magisq; conuenientes ipsis & decentes leges feremus. CLI. Rectissimè dicis. ATHE. Seruemus itaq; in memoria ea quæ nunc dicta sunt. Fortassis enim aliquãdo ipsis omnibus opus habebimus. CLI. Quæ ista iubes? ATHEN. Quæ tribus nominibus distinximus, cibum enim diximus, & deinde potum, & tertio circa res uenereas consternationem quandam. CLI. Omnino memoria tenebimus quæ nunc iubes ô hospes. ATHEN. Rectè. Veniamus autẽ ad sponsum & sponsam, docturi ipsos ut & quo modo liberos procreare oportet, & minas per leges quasdam intentaturi, si forte non persuadeamus. CLI. Quomodo? ATHEN. Sponsum & sponsam cogitare oportet ut quàm pulcherrimos & optimos quoad fieri potest liberos ciuitati exhibeant. Omnes autem homines qui communem aliquam actionem tractant, quando & sibijpsis & actioni animam aduertunt, omnia pulchra & bona efficiunt: Vbi uero mentem nõ adhibuerint, aut non habuerint, contrà. Proinde etiam sponsus & ad sponsam, & ad liberorum procreationem, animum intentum habeat. Eodem modo etiam sponsa, præcipuè eo tempore quo nondum liberos susceperunt. Hæc autẽ explorent mulieres quas delegerimus plures siue pauciores, quot & quãdo magistratibus usum fuerit illas constituere: quæ ad Lucinæ templum quotidie conueniant ad tertiam usq; dici partẽ. Vbi sanè congregatæ inter se conferant ac denuncient, si qua siue uirum siue mulierem, ex his qui liberos procreare debent, ad alia quædam respicere uidet, quàm ad ea quæ à sacris ac sacrificijs in nuptijs factis constituta sunt. Cæterum procreatio liberorum, & custodia eorum qui liberis procreandis operam dant, ad decem annos duret, & non ampliore tempore, ubi commodus fuerit fœcunditatis prouẽtus. Si uero ad hoc usq; tempus infœcundi quidam fuerint, cum cognatis & mulieribus præfectis in communi consultent, ac separentur ad ea quæ utrisq; commoda sunt. Si uero controuersia aliqua inciderit, de his quæ utrisq; conueniunt ac commoda sunt, decem ex legum custodibus eligant, & quæ hi præceperint ac constituerint, in his acquiescant. Mulieres etiam iuuenũ domos ingrediantur, & partim monẽdo, partim minis, peccata ac imperitiam ipsorum sedent. Si uero hoc non potuerint, ad legum custodes deferant. Hi uero prohibeant. Si uero & illi quodammodo non potuerint, in publico conscripta nomina proponant, & iureiurando affirment se non posse hunc & hunc meliorem facere. Qui uero in tabula publicè

Liberos procreandi studium

Diligẽtiæ uia

Universidad de Deusto
Biblioteca

publicè propositus est, ignominiosus habeatur, si nō uicerit in iudicio eos qui illam ob causam ipsum in tabula publicè proposuerunt: & neque ad nuptias accedat, neque ad puerorum consecrationes. Si uero accesserit, quicunq; uolet plagis ipsum liberè imperat. Eadem etiam de muliere constituta sint. Nam progressionum & honorum mulierium, & accessionum ad nuptias, & puerorum natiuitates, particeps ne sit, si indecorè se gerēs, similiter in acta relata & publicè in tabula perscripta fuerit, & in iudicio non uicerit. Postquam uero liberos secundum leges generarint, si quis cum aliena muliere in talibus consuetudinem habuerit, aut mulier cum uiro, si quidem illi adhuc liberos procreāt, eadem mulcta ipsis irrogetur, quemadmodum de his qui adhuc generant dictum est. Post hæc autem qui castè degunt, ad eiusmodi omnia accepti sint & admittantur: qui uero contrà, contrario modo puniantur, aut potius ignominia afficiantur. Quòd si plures moderatè in talibus se gesserint, omissis de his legibus, in silentio iaceant. Si uero indecorè se gerant, legibus latis hoc modo peragantur secundum latas tunc leges. Vitæ equidem totius principium singulis est primus annus, quem scriptum esse oportet in sacris paternis, uelut puero & puellæ initium uitæ. Inscriptus sit etiam in pariete dealbato, in omni tribuum conuentu, ut secundum annorum numerū, magistratus qui secundum ætatis annos eliguntur, numerentur. In tribu uero hi qui uiuunt propè scribantur, qui uero è uitā decedunt deleantur. Nuptiarum porrò terminus sit, puellæ quidem ab anno decimosexto, ad uigesimum usq; ut longissimè definitus: masculo uero à trigesimo, usq; ad trigesimum quintum. Ad magistratus autem mulieri anni quadraginta, uiro triginta definiti sint. Ad bellum uero uiro anni uiginti, usque ad sexaginta: Mulieri uero, in quemcunque usum ad bellum adhibenda esse uisa fuerit, postquam liberos genuerit, ita ut singulis quod possibile & decorum est imperetur, usque ad annum quinquagesimum.

Adulterij mulcta

Nuptiarū ætas

Belli ætas

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENtini in Dialogum septimum, De legibus.

REGREDITVR Plato in septimo rursus incomparabili diligentia ad prima ætatis teneræ rudimenta, imò uero progreditur. Nunquam enim, ut ita dixerim, ab hoc ipso digreditur, indicans totiū reipublicæ bonum aut malum, in bonis aut malis moribus priuatorū, atq; hos præterea omnes in bona uel mala ætatis primæ educatione consistere. Præcipue uero id efficit in primis statim libris, atq; hoc iterum septimo, utrobiq; pictor diligentissimus. Sed ibi quidem adumbrando: hic uero, ut pictorum more dixerim, colorando. Rursus ibi eiusmodi diligētiam proœmiū legum uult haberi: hic uero figurā iure substantiā legum antecedentē. Leges enim scriptas fore irritas inquit, nisi eiusmodi præcesserit diligentia. Ibi præterea simul & hic post puerilem ad iuuenilem deinceps atq; uirilem progreditur disciplinam. Neq; ab re post nonnullas sacrorum leges in superioribus ad nuptiales euestigio processit leges quasi sacras, ut diuini animalis ortum auspicaretur à sacris. Mox uero post connubia ad formādos pueros se accingit, nec natos tantum, sed & nascentes, imò etiam nascituros, non minus in hac ipse seminis humani cultura, sagax, prouidus & accuratus, quàm in frugum seminibus agricultor. Quorsum uero spectare censes, quod ait in re muliebri multo plus discrimenis esse, quam uirili? Item mulieres abstinere à uino oportere qua nocte generandi sint filij, imò etiam & proximo præcedenti tempore, & toto conceptionis anno ab omnibus animum perturbantibus? Hæc proculdubio cò spectant, ut nihil exactissimæ curæ ad humanam culturam spectātis prætermittatur. Animaduertes autem ex his Platonem existimauisse, non uirū tantum, sed etiam mulierem in filijs generandis uicem agentis causæ obtinere. A quo quamuis quodammodo dissenserit Aristoteles, consenserunt tamen plurimi apud medicos probatissimi. Profecto si suum quisq; opus diligit, propterea q; pater filiū diligit magis quàm diligatur à filio, materq; ardentius quàm pater amat natum, coniectare licet causam esse unā cum uiro huius operis effectricem. Quod quidem hinc etiam cōfirmari potest, quod filij nō minus, ac sæpe etiam magis matribus similes sunt quàm patribus. Similitudo uero tam propria tamq; frequens indicat fœtum substantiam non à patris tantum, sed matris etiam effectione suscipere. Omnis enim causæ conatus fertur ad simile producendum. Denicq; cum speciei eiusdem sit mas & fœmina, uires habent rationis eiusdem. Vtrinq; igitur efficaces ad formam eiusdem rationis, & si non pari, simili saltem ratione perficiendam. Sed hæc ad leges minime pertinent. Tangit insuper quæstionem de atrabile non paruam, cuius uitio infantes formidolosi sunt, difficilesq; & queruli. De hoc ipso humore eiusq; cura, in libro De curanda literatorum valetudine, diximus diligentius. Quantum uero ad præsens pertinet institutum, humorem in pueris melancholicum non ex constitutione propria esse scito, quæ quidem sanguinea est maximeq; aerea: sed ex reliquijs quibusdam materni menstruiq; sanguinis in puero putrefactis, & adustione quadam in atram bilem deinde conuersis. Accedit ad pueriles formidines in causa, rerum nouitas, quæ quidem facit ut & auditæ uoces quasi tonitrus, & uisæ formæ quasi laruæ & fulgura ter-

rā terrent. Ratio interea, quoniam nondum expergefacta, imagines à rebus ipsis nequaquam discernit: animam relinquit imaginationi pro arbitrio concitandam. Ex hac ipsa formidine perpetuo dolent, quæruntur q; infantes. Præsertim cum facillimè & à tractantibus offendantur, & lædantur ab aere, & ab agnitione naturæ plurimū in exordio laborantis agitentur ipsi atq; uexentur. Quamobrem motu quodam fermè perpetuo atq; numeroso in curandis infantibus adolescentibusq; uti iubet. Primo quidem, quia motu geniti seruantur & motu. Secundo quia eiusmodi motione uitæ moderata immoderatæ agitationi tum intrinsecus à natura, tum extrinsecus ab aere factæ resistimus. Tertio quoniam motus calorem excitat naturalem, corpusq; totum æque uiuificat. Quarto nutrimentum concoquit digeritq; per membra. Quinto superuacua excrementa secernit. Sexto obstructa aperit: & adæquat humores. Septimo conducit ad augmentum. Octauo membra apta simul reddit & solida. Non solū uero moderatione quadā æqualitatis, uerumetiā numeri cuiusdam proportione, motū nobis oportet congruere. De musicæ quidem potentia, multa in multis epistolis asseruimus. Nunc uero satis sit intelligere, si per ipsam sæpe in contraria, scilicet tum ad uoluptatem, tum ad dolorem distrahitur animus, nimirum posse ab utroq; ad habitum quendam utriusq; medium sæpe reduci. Ac si à motu corporis in quietem, & uicissim à quiete in motum reuocatur animus atq; prouocatur, certe posse quibusdam musicæ modulis à motu ordinis experte ad ordinatum, atq; hinc ad stabilem habitum quandoq; reduci. Quem quidem habitum & hic & in epistola ad Dionysium secunda inquit & dei proprium esse, & humanæ uitæ intimum. Verum uero uoluptas ac dolor in motione quadam consistant, & quo pacto definiantur, in libro De uoluptate, & in Philebi Commentarijs latius disputamus. Satis in præsentia factum fuerit, si concludamus hunc in modum, Voluptates gustus & tactus in restitutione quadam in habitum corporis naturalem nasci uidentur. Dolores uero contrà, in casu quodam ex habitu naturali. Siue utrunq; euacuatione fiat, siue repletione, siue motu, seu quiete uel alteratione aliqua qualitatum. Præterea uoluptates odoratus, & auditus, & uisus, in reditu quodam ad ordinem sensualem, à quo multis contingentibus quotidie deturbamur. Deinde uoluptas imaginandi in regressione similiter ad ordinem imaginalem, à quo deijcit perturbatio. Ordo uero tam imaginalis quàm sensualis in quodam spirituum temperamento fundatur, cui quoties contemperata similiter admouentur, fit uoluptas in mutua quadam sensus imaginationisq; cum rebus quæ influunt congruitate resultans. Post hæc rationis lætitia in reformatione quadam nascitur: per quam ratio quæ perturbatione corporea facta informis fuerat, uel deformis, formatur pro natura sua, atq; reformatur. Denicq; mentis gaudium reformatione perficitur: per quam intellectuali quodam intuitu reformatur aliquando in ideam, à qua ceciderat ob negociosæ uitæ tumultum. Si inductionem hanc rectè consideraueris uidebis humanam uoluptatem summatim fieri in reditu quodam in habitum naturalem: neq; tam reditus ipsius, quàm habitus gratia fieri & optari. Igitur eiusmodi habitus si fieri possit, perpetuo firmus maxime omnium est optandus. Atcui cogitanti cuilibet occurrere uidetur optabilior oblectatio in motu perpetuo quàm status ille perpetuus? Quoniam fallit nos imaginatio & opinio animæ mobili coniunctæ corpori, perq; coniunctionem eiusmodi uoluptatem mobilem appetentis. Quam merito neglectura sit præ naturalis habitus firmitate, quando posita fuerit supra motū. Si enim reuera gustaremus saporem ipsius habitus naturalis, extra quem in terris positi sumus, sicut motionis ad ipsum uergentis saporem gustamus: proculdubio longo interuallo habitum regressioni præponeremus. Profecto quemadmodum omnes bonorum gradus, meliori modo se habent in ipsa stabili ratione boni, quàm in materia mobili: sic expetendorum omnium rationes in ratione habituq; eiusmodi potius quàm in materia mobili collocātur. Per hæc probatum sit proprium dei diuinorūq; gaudium in statu quodam consistere incomparabiliter motibus cunctis iucundiore. Quem quidem prudentes & ipsi deberent eligere, & cæteris, præsertim iunioribus, adhibere. Præterea cunctis persuadere, uoluptatem quæ sit ex motu, non solam breuem esse ac leuem molestiæq; permixtam, sed etiam in multos & diuturnos ingentesq; dolores continuo prolabi. Distinguit autem numerosum motum per quem inconcinnos motus ætatis teneræ moderamur, in duo genera, in minicam scilicet & gymnasticam. Prima enim spiritum atq; animum, secunda uero humores membraq; componimus. Sub nomine quidem musicæ non modo cantus & sonos, sed poesim etiam & quæ ad figurarum ordinem pertinent, comprehendit. Sub nomine uero gymnasticæ, motus omnes corporis in præludijs ludisq; certaminum atq; prælijs. At choream saltationemq; ex utrisq; quodammodo mixtam intellige. Tum his omnibus quasi præludijs infantes, pueros, adolescentes, tam fœminas pariter quàm mares ad officia & belli & pacis diligenter erudit. eiusmodi uero rudimenta patrias appellat leges, ac reipublicæ uincula. Quibus subductis quasi columnis tecta reipublicæ corruant. Iubet singula in his haud aliter fieri quàm publicis regulis statuantur: iudicans à delictis eiusmodi, delicta omnia tandem in republica prouenire, atq; ex mutabilitate ludorum iocorumq; & ornamentorum, mutationem quoq; legum & reipublicæ proficisci. Notæ bis mutationem præterquam in malis, esse rerum omnium periculosissimam, adeo ut etiam si muteris in melius, saltem ad tempus sis periculū subiturus. Inter hæc sacrificandum in ludis ait dijs & deorum filijs, atq; dæmonibus. Dæmonibus inquam puris, ut deorum filijs nos concilient. Deorum uero filijs ut deos nobis propitios reddant. Dijs deniq;, quo summi Dei muneribus nos reddant paratiores. Sic utiq; prisca consuenit religio, quemadmodum de sphæra in sphæram gradatim corpore pertransitur & usu, sic de propinquis numinibus ad remotiora deinceps suo quodam ordine progredi in omnibus, id præcipue uenerans, quod splendorē summi præcipue refert. Neq; uero ego nunc, uel de ciuili, immo plebea, uel de poetica, immo uero insana superstitione loquor, sed de philosophico diuinorum cultu à priscis sapientibus, prout cognitus uniuersi ordo dictauerat, instituto. Quem solum ubiq; commendat Plato, reliquos duos reuera deridens. Et ubi duos tantum cōmemorat, id est deos deorūq; filios, dæmones & heroes intelligit filios. Vbi uero cōnumerat deos, & deorum filios & dæmones, intelligit deos numina super sphæras. Filios numina in sphæris, dæmones numina infra sphæras. Post hæc ubi legitimorum ludorum disciplinam commendat, ludos inquit studiorum gratia potius, quàm contrà esse constituendos. Addit, res humanas si cōparentur ad diuinas, nullo studio dignas esse: id est, nulla existimatione, nulloq; amore,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec tanquam seria, sed tanquam nugas esse censendas. Sin autem ad naturales, magni faciendas esse consentit. Tum optimum ait homini contigisse, ut ingenium sortitus sit aptum ludis, & deditum: scilicet tum ad laboriosæ uitæ solamen, tum ad disciplinam paulatim per ludos congruos comparandam. Quod uero anima per uarias uiuendi formas circuitu quasi chorea ludens efficiat, id uniuerso optimum esse putant. Rursus uniuersæ quoq; naturæ animæ, uidelicet ut quæcunq; in eius potentia latent, uicissitudine quadam educantur in lucem. At cur nõ dicit cætera quoq; animalia ludos esse deorum? Quoniam nec adeo dijs familiaria sunt, ut cum his illi ludant. Nec comparantur ad deos, utpote quæ seipsa deo non comparant, neq; diuina aliquando metiuntur, unde cogantur de illis sicuti nos mentiri. Et profecto si dei ridere sit, humanum rideat ludum conantem immensa metiri. Considerabis hic Platonis uerba eiusmodi, scilicet: ea quæ ab aurora ad hanc horam non sine quadam deorum inspiratione narrauimus, poesi quodammodo similia mihi uidentur. In his significat omnia eius scripta in ram usq; diem, id est senium, esse quodammodo diuinitus inspirata, atq; poetica figura dispositas, ut sint allegorice plurimum exponenda. Idem quoq; innuit statim post exordium Phædri, ut sciamus, & quæ in adolescentia, & quæ in ultimo cõposuit senio, poesim maxime redolere. Ob id in epistolis ait, mentem suam uel à nullo uel à quam paucissimis, & uix tandem & quadam uaticinij sagacitate posse comprehendi. Præterea contemplare hic quàm diligenter Plato effrenem cohibeat pueritiã, quantũ somnolentiam quidem detestetur, cõmendet uero uigiliam, quam opportune suæ cuiusq; ætatis disponat officia, iubens inter ludendũ primo quidem tradi literas. Deinde musicam. Tertio gymnasticam. Quarto arithmeticam. Quinto geometriam. Sexto astronomiam. In septimo uero loco dialecticam, id est metaphysicã, collocat in fine legum atq; reipublicæ. Quoniam uero dicit deum cum diuina quidem necessitate pugnare nunquã, cum humana uero pugnare: distingue necessitatem alteram quidẽ esse in seipso naturali rerum ordine ita ut est diuinitus instituto, ut res tales sint & tot & tantæ, sic moueantur, hæ præcedant, hæ comitentur, illæ sequantur, aliæ simul sint, aliæ uero seorsum, atq; ut sunt ita quoq; sint iudicandæ. Alteram uero necessitatem in casu quodam ab ordine naturali, ubi uel deforme, uel monstruosum, uel dissidens dissolutumq; uidetur. Cum prima necessitate non pugnat deus. Eius enim præpua uoluntate necessitas eiusmodi constat. Sed nunquid pugnat cum altera? Certe nusquam pugnat deus: quid enim repugnet omnipotenti? Veruntamen ob id quasi pugnare fingitur, quòd hæc à diuina similitudine prolapsa longius in dissimilimam deo cadit deformitatem, quasi iam rebellantem, sed à deo interim quasi repugnante atq; expugnante miris modis in ordinem quandoq; redactam. Animaduerte post hæc non parui momenti dictum. Non est pessimum rerum omnium imperitia. Immo uero pessimum est multarum rerum peritia acquisita male. Ac si præcedentem quoq; sententiam animaduerteris, quæ hominem cognominat & deum & dæmonem atq; heroem, cognosces qua ratione exponi possit Plato, ubi animam inquit humanam in uarias species pertransire: sed hoc in theologia latius. Proinde ubi ad doctrinas mathematicas iuuenes adhortatur, reprehendit Græcos, quod in geometria & astronomia omnes errauerint. In geometria quidem, quod dimensionem quamlibet cum qualibet commensurabilem esse putauerint. Quod quidem non posse fieri primum apud Barbaros est inuentum. In astronomia quoq; quod errare planetas dixerint, cum tamen in diuinis nullus sit error. Item motum uelocissimorum, tardissimum nominauerint, tardissimorũq; uelocissimum. Mentiri uero contra deorum dignitatem per ignorantiam natam ex negligentia, iudicat nõ stultum solummodo, sed prophanum. Sed damnat primum Græcorum errorem contra diuinæ prouidentiæ uoluntatem, dicentium non esse inuestigandum ipsum auctorem mundi deum, mundiq; ipsius originem, nec eorum quæ in mundo sunt causam, quasi inuestigatio hæc nõ pertineat ad pietatem: cum tamen maxime omnium pia sit, utpote præcipue cum diuina uoluntate conueniens, quæ & uniuersum eo disposuit ordine, qui ad inuestigationem eiusmodi semper alliceret. & mentẽ ipsam inuestigationis huius auidissimam procreauit. Platonem uero ipsum existimare uerissimam pietatem præcipue in unius dei cultu sitam esse, probauimus aliàs, et per superiora eius uerba in præsentia confirmamus. Nam & si in plurali numero sæpe ait deos colendos esse, concludit tandem numero singulari, & singulari cultu deum ipsum esse omni beato studio dignum. Præterea in antecedentibus indices creaturus congregauit magistratus omnes in templo & in ipso anni principio. Principium uero ab æstiuo fecit solstitio. Neq; te turbet, quòd in calendis proxime solstitium sequentibus. Id enim certioris apud populum principij gratia dictum puta, uerum autem initium apud eum in ipso proprie solstitio fieri. Quod quidem allegorice sic exponatur, ut quando solis lumen, id est, dei lumen rectius uberiusq; à nobis accipitur, tunc reuera sit principium uiuendi & cogitandi atq; iudicandi, & huius unius gratia cuncti simul in uno templo, id est, una religione colant quicquid colant. Lumen uero solis in libris de Republica inquit unius omnium patris imaginem esse, & quasi simulachrum eius in mundano hoc templo à patre omnium collocatum. Quid plura? Vnum deum in primis adorandum, cuius gratia cætera numina sint colenda, alibi sæpe docet, atq; in epistola ad Dionysium, rursusq; ad Hermiam, & in Parmenide qui totus agit de uno, & in Timæo qui omnia producit ab uno, & in Philebo qui omnia metitur uno, & in Epinomide qui omnia reducit ad unum, manifeste demonstrat.

PLA-

PLATONIS LEGVM, SIVE DE LEGVMLATIONE.

DIALOGVS VII.

GENITIS iam liberis masculis ac fœminis, educationem sanè & erudítionem deinceps dicere rectissimũ fuerit, quam tradi non debere, penitus impossibile est. Dum autem traditur, doctrinæ cuidam & admonitioni potius quàm legibus, similis esse nobis uidetur. Quæ enim priuatim & in domibus multa & parua & non omnibus conspicua fiunt, & ex singulorũ dolore & uoluptate ac cupiditate, præter legũlatoris consilium, facile admittũtur, uarios & inter se non similes ciuium mores efficiũt. Hæc autẽ res ciuitatibus damnosa est. Etenim ob paruitatẽ & frequentiã ipsorum, mulctis imporitis leges condere, indecorũ ac turpe est. Corrũpit autem etiam leges scripto constitutas, hominibus in paruis & frequentibus cõtra leges agere adsuetis. Quare magna quidem difficultas est de ipsis leges ferre, tacere uero impossibile. Quæ uero dico, declarare conabor, uelut indicijs in lucem productis. Nunc enim tenebræ aliquo modo similes uidentur his quæ dicuntur. CLI. Verissima dicis. ATHEN. Non'ne rectam educationem omnino uideri oportere, & corpora & animas quàm pulcherrima efficere, ac optima, rectè quidem dictum est? CLI. Quidni? ATHEN. Corpora uero pulcherrima, ut ego quidem simplicissimè puto, dum teneri adhuc sunt pueri statim quàm rectissima produci oportet. CLIN. Maximè. ATHEN. Quid uero hoc non intelligimus, primum germen cuiusq; animalis longè maximũ & plurimũ produci, adeò ut etiam multi non id fieri contenderint, ut humana longitudo à quinq; annis, in duplum in reliquis uiginti incremẽtum capiat? CLIN. Vera dicis. ATHEN. Num igitur ignoramus, quòd ubi multum incrementum affluxerit, citra multos & moderatos labores, infinita mala in corporibus efficit? CLI. Et ualdè quidem. ATHEN. Non'ne tunc plurimis laboribus opus habent, quum plurimum nutrimentum corporibus accedit. CLI. Quid ita ô hospes, num recens natis & tenerrimis plurimos labores imponemus? ATHEN. Nequaquam, imò etiam prius, his qui intra suas matres aluntur. CLIN. Quomodo dicis ô optime, Num de his qui in utero adhuc gestantur dicis. ATHEN. Etiam. Nihil autem miri est ignorare uos tantillorum gymnasticam & exercitationẽ, quam uolo uobis etiamsi absurda sit declarare. CLI. Maximè. ATHEN. Potest itaq; apud nos hoc magis intelligi, eo quòd isthic quidam maiorem in modũ quàm decet ludos exercent. Alunt enim apud nos non solum pueri, sed etiam seniores quidam, auium pullos ad mutuas inter se pugnas, tales bestias exercentes. Multum autem abest ut labores, quibus illæ se mutuò exercent, moderatos ipsis esse putent, ad quos ipsi adeò illos instigant. Nam supra hos, minores in manus accipiunt, maiores autem intus sub alas, & iter faciunt multa stadia obambulantes, bonæ habitudinis gratia, non suorum corporũ, sed illarum aui um: & per hoc sanè indicant, si quis intelligere potest, quòd omnia corpora quæ à concussionibus & motionibus agitantur citra lassitudinem, inde utilitatem capiunt, omnium eorum quæ aut à seipsis, aut etiam in uehiculis, aut in mari, aut in equis uehuntur, aut etiam ab alijs, quæ quomodocũq; ferũtur, corporibus mouentur. Quapropter quũ ciborum & potuum alimenta superent, sanitatẽ & pulchritudinem & reliquum robur nobis exhibere possunt. His igitur ita se habentibus, quid postea nos facere oportere dixerimus? Vultis'ne ut cũ risu leges ferentes dicamus, oportere prægnantẽ deambulare, & natũ iam infantẽ uelut cereũ formare, quandiu tener est, & ad duos usq; annos fasciis cõstringere? Quin & nutrices mulcta cõstituta cogamus, ut pueros aut ad agros, aut ad templa, aut ad cognatos semper aliquò ferãt, donec iustè stare poterint. Et tunc quoq; uereantur dum adhuc teneri sunt, ne alicubi uiolenter impingãt, & artus luxent, sed adhuc ipsos gestent, donec trienniũ infantes peregerint? Sint autẽ robustę nutrices quoad fieri potest, & non una tantũ. Et si hæc nõ ita fiant, negligẽtibus mulctam imponamus: aut multũ abest ut ita faciamus? Quod eũ modo dictũ est, multũ & largè oboriret. CLI. Quod istud? ATH. Quod risum multũ moueremus, ad hoc q; muliebres & seruí-

Liberorum educatio

Quinq; annis dimidiũ hominis lõgitudinis

Motionis corporũ utilitas

Nutricũ officia

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruiles nutricũ mores obedire noluerint. CLI. At qua gratia diximus hæc dici oportere? ATH. Hac nimirũ. Dominorũ & liberorũ in ciuitatib. mores fortassis ubi hęc audierint, ad rectã cogitationem deueniẽt, ꝙ nisi priuata in ciuitatib. rectè administrentur, frustra quis putarit publica aliquã in serẽdis legibus firmitatẽ habitura esse. Et si quis hæc cogitauerit, ipse legibus nũc relatis uteꝛ, & ex ipsarũ usu & domũ & ciuitatẽ suã gubernans felix erit. CLI. Valdè cõsentanea dixisti. ATH. Proinde à tali legũ latione necesse mus, prius ꝙ etiam studia, quæ ad animos puerorũ admodũ tenerorũ pertinẽt, tradiderimus eo modo quo sermonẽ de corporibus perficere incœpimus. CL. Admodũ rectè. ATH. Accipiamus itaq; hoc uelut elementũ ad ambo & corpus, & animã infantiũ, nutritionẽ uidelicet & motionẽ, quæ per totã noctẽ ac diẽ maximè cõtingit. Est enim utilis omnibus, & nõ minimè tenerrimus: & ut habitẽt si id fieri posset, uelut semper nauigarẽt. Nunc autẽ quũ id fieri nõ possit, quæ proxima huic sunt circa recens natos infantes facere oportet. Huius aũt rei coniecturã etiã ex his facere oportet. Nam & puerorũ nutrices, & quę circa Corybãtes curãdos occupatæ sunt, ab experientia ipsam accepęrũt, & utilẽ esse cognouerũt. Quãdo enim matres sopire uolũt pueros somnũ ægrè admittẽtes, nõ quietẽ ipsis adhibẽt, sed contrariũ motionẽ, in ulnis semper agitãtes: & nõ silentiũ, sed aliquã iucundã cantilenã, & ferè uelut tibiarũ modulationib. somnũ ipsis inducũt: quemadmodũ delipiẽtes Bacchę, hac motionis medela unà cũ chorea & Musa utẽtes. CL. Quæ igiꝛ maximè est nobis ô hospes horũ causa? ATH. Non admodũ difficilis cognitu. CL. Quõ uero? ATH. Timores sunt ambę hę affectiones. Et sunt pauores ob uitiosum quendã animi habitũ. Quũ igiꝛ forinsecus adhibet quis talibus affectiõib. agitationẽ, externus ille motus adhibitus, internũ terribilẽ & furiosum motũ superat. Vbi uero superauit, tranquillitatẽ & quietẽ molesti circa singulorũ corda saltus, in anima effecisse uideꝛ: atq; ita optandũ quiddam efficit, & his quidẽ somnũ inducit, illos autem uigilantes & saltãtes & ad tibiã choreas ducentes, cũ dijs quibus singuli litantes sacra fecerint, à furiosis affectionib. ad sanæ mẽtis habitũ reducit. Et hæc ut breuibus ita dicam, probabilẽ rationẽ habent. CL. Quidni? ATH. Si igiꝛ talem quandã uim hæc habent, cogitare & hoc nobiscũ debemus, ꝙ omnis anima à iuuẽtute in pauoribus uersatur, & magis per timores moueri cõsuescit. Hoc aũt timoris, & nõ fortitudinis exercitationẽ esse quiuis dixerit. CL. Quidni? ATH. Contrariũ uero fortitudinis studiũ statim à teneris, esse dicimus, uincere allabẽtes nobis pauores ac timores. CLI. Rectè. ATH. Vnum itaq; & hoc ad animæ uirtutis partẽ magnopere nobis cõferre dicamus, nimirum in motionibus eorũ qui adhuc penitus pueri sunt exercitationẽ. CLI. Maximè. ATHE. Sed & facilitas animi itemq; morositas, prout utraq; adest, non exigua magnanimitatis & deprauati animi pars est. CLI. Quidni? ATHEN. Quo igitur modo statim recens nato inseri possit utrã uelimus, dicere conabimur, quomodo & quantũ quis horum copiam habere possit. CLI. Quidni? ATHE. Dico itaq; nostram sentẽtiam. Quòd deliciꝫ morosos, & iracundos, & qui ex facili uehemẽter mouentur, iuuenũ mores efficiũt. Harum uero contrariũ, uehemẽs & ferox seruitus humiles, & illiberales, & homines odio habẽtes, atq; ita incõmodos cohabitatores efficit. CL. Quomodo igiꝛ tota ciuitas pueros, qui nondũ uoces intelligũt, neq; reliquam eruditionẽ gustare possunt, educare debeb? ATHE. Hoc modo. Omne animal statim ut natũ est cum clamore sonum edere solet, & uel maximè hominũ genus. Et sanè ad clamorẽ etiam magis ꝙ alia iugi fletu uexatur. CLI. Maximè. ATHE. Non'ne nutrices dum quid cupiat cõsiderant, ex horũ exhibitione cõiectant. Nam quo exhibito tacet, id rectè exhibere se putant: quo uero plorat & clamat, nõ rectè. In pueris itaq; indiciũ eorum quæ amant, aut odio habent, fletus & clamores sunt, nequaquã felicia signa. Est autẽ tempus hoc non minus trium annorum, non exigua uitæ pars ad deterius aut melius degendũ. CLI. Rectè dicis. ATHEN. Qui itaq; morosus est, & nullatenus placidus, non'ne uidetur uobis querulus esse, & lamentatione ut plurimũ magis plenus quàm bono conuenire? CLIN. Mihi sanè uidetur. ATHE. Si quis igitur in trium annorũ pueris omnẽ industriam adhibeat, ut dolore, & metu, & tristitia, quoad fieri posset, minimè puer afficiaꝛ: nõ'ne putamus magis lætum & placidũ efficere illũ pueri quem educat animũ? CLI. Manifestum est ô hospes, & maximè si quis multas ipsi uoluptates præparet. ATHEN. In hoc ego non amplius tibi ô

Motionis utilitatis causa

Deliciæ quid faciant, & contrarium

mirifice Clinia consenserim. Est enim talis educatio, maxima omniũ corruptio. In principio enim educationis semper cõtingit. Videamus autem an quid dicamus. CLI. Dic quid sentias. ATHE. Non de exigua re nunc nobis esse sermonem. Vide autẽ & simul iudica tu nos ô Megille. Mea enim sentẽtia est, rectam uitam neq; uoluptates sequi oportere, neq; rursus omnino fugere dolores, sed ipsum mediũ amplecti, quod sanè modo placidi nomine appellaui: quam affectionem etiam dei, iuxta quoddam uaticinij oraculum, omnes appositè appellamus. Hunc habitum persequi oportere cẽseo, si quis ex nobis diuinus esse uolet, ita ut neq; ipse omnino procliuis sit ad uoluptates, uelut neque extra dolores futurus: neq; alium senem aut iuuenem, masculum aut fœminã, idem hoc facere permittat, & minimè omnium quantum fieri potest recens natum. Firmissimi enim tũc omnes affectus omnibus inseruntur propter morẽ & consuetudinẽ. Ego uero si non ludere uobis uideri possem, dicerẽ etiã uterũ gestãtes præ omnibus mulieribus maximè illo anno obseruari oportere, ut neq; uoluptatibus multis simulq; ignauis utantur, neq; rursus doloribus uexentur: sed ut leuitatẽ & facilitatẽ ac mansuetudinẽ colẽtes eo tẽpore uitã degant. CLI. Nihil opus est ô hospes, ut Megillũ interroges, uter nostrũ rectius dixit. Ego enim ipse tibi cõcedo, meraci doloris & meracæ uoluptatis uitã omnes fugere oportere. Mediã uero quandã semper obtinere. Rectè itaq; dixisti simulq; audiuisti. ATHE. Admodũ rectè ô Clinia. Verũ hoc ad illa nos tres cogitemus. CLI. Quod istud. ATHE. Quòd hæc quæ nũc recẽsemus omnia, sunt quæ à multis leges nõ scriptę uocãtur: & quas patrias leges nominãt, nõ alię sunt ꝙ eiusmodi omnia. Et sanè sermo qui modo nobis effusus est, quòd neq; leges ipsa appellare oportet, neq; silentio præterire, rectè dictus est. Hæc enim totius reipublicæ uincula sunt, & me diũ tenent inter omnes scriptas ac latas leges, & inter eas quæ adhuc ferẽtur, & sunt de niq; uelut patriæ ac priscæ constitutiones: Quæ si rectè cõstitutæ fuerint, & in consuetudinẽ inductæ, tunc scriptas leges firma salute contectas cõtinent: Si uero extra id qd rectũ est erroneo modo processerint, uelut fabrorũ in ædificijs fulcra è medio dilabentia, in idẽ omnia corruere faciũt, & alia ab alijs procumbere, tũ ipsa, tũ ea quæ posterius rectè extructa sunt, priscis illis dilapsis. Quæ dũ nos cogitamus ô Clinia, ciuitatem tibi nouã istã undiquaq; colligare debemus, ut quoad fieri potest, neq; magnũ, neq; parũ quippiã omittamus, ex his quæ leges, aut cõsuetudines, aut studia appellantur. Omnibus enim huiusmodi ciuitas colligatur. At utraq; hæc, si alterũ sine altero sit, durabilia nõ sunt. Quare mirandũ nõ est, si nobis multa quæ parua esse uidẽtur, siue pro lege recepta, siue consuetudine inducta, affluxu suo lõgiores leges faciũt. CLI. At rectè tu dicis, & nos ita cogitabimus. ATHE. Si quis igitur ad triũ annorũ pueri ac puellæ ætatẽ, hæc exactè perficiat, & relatis nõ negligẽter utatur, nõ parũ cõmodi afferẽt his qui recẽs educantur. Et hæc affectibus animi puerorũ, triũ, & quatuor & quinq; & sex annorũ cõuenient. Iã uero deliciarũ pœnas dent, & puniãtur nõ ignominiosè, sed uelut de seruis dicebamus, oportere ipsos castigari, ita ut castigati ad irã nõ concitentur, neq; tamẽ ut nõ castigati molliter se gerere permittãtur: idẽ hoc faciendũ est etiã in liberis. Ludi puerò sunt quidã naturales huic ætati, quos ubi conueniunt ipsi ferè excogitãt. Conuenire aũt ipsos oportet ad templa in uicis, omnes qui iã sunt eius ætatis, à triennio usq; ad sex enniũ, singuli qui colonorũ sunt in idẽ in cõmuni. Nutrices aũt adhuc in ea ętate modestiæ & intẽperantię ipsorũ curã gerant. Ipsarũ uero nutricũ, & totius gregis, unã ex duodecim mulieribus præfectam esse oportet, quæ per annũ singulos greges gubernet, ex supradictis quas legum custodes cõstituerint. Has aũt eligant hæ quę nuptias curãt, ex unaquaq; tribu unã, ætate sibi æquales. Quæ uero præfecta est imperiũ gerat, ut quotidie ad templum accedat, & iniusta facientem seruum & seruam, & peregrinum ac peregrinam, per quosdam ciuitatis ministros semper castiget: ciuem autem cuius castigatio in controuersia est, apud Vrbis curatores in iudicium trahat. De quo uero controuersia non est, eum ciuem etiam ipsa puniat. Post sex annorum ætatem, separetur iam utrorumque genus, & pueri cum pueris, & uirgines similiter inter se conuersationem habeant. Cæterum ad disciplinas tunc utrosque se conuertere oportet, masculos quidem ad doctores equitandi, & arcuum, & iaculorum, & fundæ. Si uero consenserint, etiam puellas, ut discant saltem: maximè uero etiam ad armorum usum. Nam ut nunc

Leges non scriptæ

Sexus separatio

Disciplinæ puerorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

res se habet circa eiusmodi, ferè ab omnibus ignoratur. CLI. Quæ'nam ista? ATHEN. Quòd dextra & sinistra differunt nobis ex natura, ad usus in singulis actionibus, quod ad manus attinet. Nam quod ad pedes pertinet & inferna membra, non uidentur hæc ad labores differre: quod uero ad manus, per ignorantiã nutricum & matrũ, uelut claudi singuli facti sumus. Quũ enim natura utriusq; mẽbri ferè æqualis momẽti sit, nos ipsi per cõsuetudinem diuersa ipsa fecimus, dum non rectè ipsis utimur. In quot enim operi bus non multũ differunt? Vt enim quis lyra in sinistra utatur, & plectro in dextra, nihil íncõmodi est: & quæcũq; eiusmodi sunt. Si uero quis his exemplis utitur, & ad alia non ita uti oportere putat, ferè dementia est. Ostendit hæc Scytharũ consuetudo, qui non in sinistra solũ arcum abducunt, & in dextra sagittam adducunt, sed utrisq; similiter ad am bo utuntur. Multa uero alia huiusmodi exempla & in aurigarum, & in aliorũ operibus sunt, ex quibus discere licet, præter naturam facere eos qui sinistra dextris imbecilliora faciunt. Hæc autẽ uelut diximus in corneis plectris, & in huiusmodi instrumentis non multum differunt: Vbi uero opus est ferramẽtis uti ad bellum, & arcubus, & iaculis, & singulis his, multum differunt: longè uero maximè, ubi armis ad arma uti opus est. Mul tum autem differt qui didicit, ab eo qui nõ didicit: & exercitatus à nõ exercitato. Quẽ admodum enim qui perfectè exercitatus est pancratio, aut cœstu, aut lucta, non à sinistris ad pugnã inualidus est, & claudicat, & attrahitur delinquens, ubi quis ipsum ad al teram partẽ transfert, & laborẽ subire cogit. Idem hoc arbitror & in armis, & in aliis omnibus, rectum spectare oportet, nimirũ ut qui duo habet quibus se defendere, & alios adoriri potest, neutrũ horum ociosum, & à scientia alienum esse sinat, quantũ eius fieri potest. Quòd si quis Geryonis, aut etiã Briarei naturam habeat, centũ manibus cẽtum tela mittere posse oportet. Horum uero omniũ curam utriusq; sexus magistratus gere re debent, fœminæ quidem, quæ ad ludos & educationes obseruandas præfectæ sunt: Viri uero qui ad disciplinas: quo & pedibus & manibus omnes in utroq; sexu integri ac expediti sint, & per cõsuetudinem naturas quoad fieri potest, non lædant. Disciplinis autem duplicibus uti conuenit, circa corpus quidem, gymnastica: ad animum uero exhilarandum, Musica. Gymnastices rursus duæ species sunt, altera saltatio, altera lucta. Saltationis autem altera species Musæ dictionem imitatur, & magnificentiam; simulq; libertatem obseruat: altera bonæ habitudinis, & leuitatis, ac pulchritudinis corporis membrorũ ac partium gratia instituta est, ut congrua flexio & extensio singulis ipsis attribuatur, & concinnus motus ad omnem saltationẽ iustè dispergatur ac sequatur. At uero circa luctam, quæ quidem Antæus aut Cercyon in suis artibus constituerunt, inutilis contentionis gratia: aut quæ Epeus aut Amycus circa cæstuum pugnam, quum ad belli usum utilia non sint, indigna sunt quæ uerbis exornentur. Quæ uero ex recta lucta, à ceruicum & manuum ac laterum motu, cum contentione & cum decora distentione elaborantur, roboris & sanitatis gratia, ea uelut ad omnia utilia, omittenda non sunt, sed & discipulis, & doctoribus præcipiendum, quũ in hac legum parte fuerimus, ut hi quidem omnia talia beneuolè præstent, illi uero grato animo suscipiãt. Neq; uero quę in choris sunt conuenientes imitationes, omittendæ sunt, iuxta hunc quidem locum Curetũ armati ludi: in Lacedæmone uero Castoris & Pollucis. Sed & apud nos Pallas puella & domina, choreæ ludo delectata, uacuis manibus ludere oportere non putauit, sed armatura perfecta exornata sic saltationem peragere. Quæ sanè omnes imitari decorum fuerit & pueros, & puellas, ut deæ donum colant, tum in belli usu, tum festiuitatis gratia. Pueris autem & statim, & quo tempore nõdum ad bellum proficiscuntur, decorum fuerit ut armis semper & equis ornati, ad omnes deos accedant, & pompas ipsis ducant, & celeriores & tardiores, in saltatione & in itinere, ad deos & deorum filios, supplicationes faciant. Sed & certamina & certaminum præludia, si quorum, non aliorum quàm horum gratia exercenda sunt. Hæc enim & in pace & in bello utilia sunt, tum ad rempublicam, tum ad priuatas domos. At alij labores, & ludi & seria circa corpora studia, non liberorum ô Megille & Clinia hominum sunt. Quam igitur gymnasticam in superiori sermone recensere oportere dixi, eam ferè nunc expo sui, & est hæc perfecta. Si uero uos aliquã habetis hac meliorem & quæ magis utilis sit, in commune prolatam dicite. CLI. Non facile est ô hospes his omissis, alia his meliora habere

Dextra & sinistra unde diuersa

Saltatio duplex

Luctæ uariæ

habere, quæ quis de gymnastica, simulq; certamine dicat. ATHEN. Sequũntur deinceps Musarum & Apollinis dona. Nam tunc quidem uelut qui omnia dixissemus, solum de gymnastica dicendum restare putabamus. Nunc autem manifesta siunt, & quæ sint, & quòd prima præ omnibus dicenda sint. Dicamus itaq; ipsa consequenter. CLI. Maximè dicendum est. ATH. Audite itaq; me, qui etiam in superioribus antea audiistis: Attamẽ quod uehemẽter absurdũ & insolitũ est, & dicentem & audientẽ uereri oportet, & sanè etiã nunc. Dicam enim ego sermonẽ quem referre uereri oportebat, tamen cũ fiducia dicere nõ desistam. CLI. Quem'nã hunc sermonẽ dicis ô hospes? ATH. Assero in omnibus ciuitatibus ludorũ genus ab omnibus ignorari, maximam id uim ad ferendas leges habere, ut latæ stabiles sint, aut contrà. Nam si constitutum est hoc ipsum, ut eadem secundum eadem & similiter semper ijdem homines ludant, & ijsdem ludis se oblectent, etiam ea quę seriò legibus lata sunt quieta manere sinit. Si uero eadem ludorum genera mutentur, & mouentur, & alias mutationes semper suscipiant, & iuuenes nunquam eadem sibi grata esse dicant, ut neq; in figuris eorundem corporũ, neq; in aljs instrumentis inter se cõsentient, neq; idem decorum & turpe esse putẽt: sed eum qui nouum quid semper molitur, & aliud à cõsuetis in figuris & coloribus & omnibus huiusmodi affert, præcipuè colant, hac maiorẽ ciuitati cladem non contingere rectissimè dixerimus. Iuuenum enim mores nobis non animaduertentibus transmutantur, & quod priscum est, apud ipsos ignominiosum fit: quod uero nouũ, in honore habeẽ. Hac autem sententia, & hoc proposito, rursus dico omnibus ciuitatib. nullam maiorem calamitatem esse. Audite uero quantũ malum ipsum esse assero. CLI. Num uituperari antiquitatem in ciuitatibus dicis? ATH. Maximè. CLI. Non uiles itaq; nos auditores habebis ad hunc ipsum sermonem, sed quoad fieri potest beneuolentissimos. ATH. Consentaneum est equidem. CLI. Dic solum. ATH. Agite itaq; diligentissimè ipsum audiamus, & inter nos ipsos ita dicamus. Omniũ rerum mutationẽ, præterquã malarum, longè periculosissimã esse cõperiemus, in tẽporibus omnibus, in uentis, in corporũ uictu, in moribus animorũ, & simpliciter non in aljs quidem, in aljs non item, sed in omnibus præterquã uelut modo dixi, in malis. Quare si quis ad corpora respexerit, quomodo dum ad omnes cibos & potus ac labores adsuescũt, & primũ quidem ex ipsis turbã tur, deinde ex his ipsis tẽporis progressu productis carnibus illis cõgruis, uniuerso huic uictui amica & cõsueta ac familiaria euadũt, ad uoluptatẽ & sanitatẽ optimè degũt. Et si quando mutare coacta fuerint quãcunq; probatã uictus rationẽ, tunc ab initio turbata, à morbis uix tandẽ restituunt, ubi rursus consuetudinem ad uictũ istum receperint. Idem itaq; hoc etiã circa hominũ mentes, & animorũ naturas fieri existimare oportet. In quibus enim legibus educati fuerint, & secundũ aliquã diuinam fortunã citra mutationẽ longo ac multo tẽpore degerint, ut neq; meminerint, neq; audierint unquã aliter ęq; nunc habent, ipsas habuisse, ex his sanè tunc cõstitutis aliquid mutare, quæuis anima ueretur ac formidat. Artem itaq; aliquã ex aliqua parte alicũdè excogitare legislatorẽ oportet, quo modo hoc ciuitati contingat. Ego igitur talem artem comperio. Ludos iuuenum dum mutantur uelut antea dicebamus, omnes reuera ludos esse cogitãt, & non maximum ex ipsis studiũ ac detrimentũ contingere. Quare ipsos non auertunt, sed cedentes comitantur, & hoc non considerant: quòd hos pueros qui ita in ludis nouationes inducunt, necesse est alios à prioribus pueris uiros fieri: alios autem factos, aliam uitam quærere: ea uero quęsita, alia studia ac leges cupere: & quòd post hoc maximum de quo nunc dicimus, ciuitatibus malum uenturum sit, nemo ipsorum formidat. Proinde si quidem alia mutentur, minora utiq; mala induxerint, quæ uidelicet in figuris mutationem sustinent. Quę uero circa morũ laudem & uituperationem frequenter transmutantur, ea omniũ maxima arbitror, & plurimũ cauenda. CLI. Quidnis? ATH. Quid igitur superioribus sermonibus credimus, in quibus dicebamus rythmos & totam Musicam esse morum imitationes hominum meliorum ac deteriorum, aut quomodo? CLI. Nequaquam aliter nostra sententia se habuerit. ATHEN. Non'ne omnem artem excogitandam esse dicimus, ut neque pueri nobis alias imitationes attingere cupiant in saltationibus aut melodijs, neque quis ipsis hoc persuadeat, qui uarias uoluptates adducat? CLIN. Rectissimè dicis. ATHEN. Habet'ne igitur quis ex nobis meliorem aliquam

Absurda & insolita uerenda

Ludi firmi leges faciunt

Nouationum mala

Mutationes omnes periculosæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam ad talia artem, quàm Ægyptiorum est? CLI. Quam istam dicis? ATHEN. Vt omnis saltatio, & omnes concentus consecrentur, constitutis primum festiuitatibus, supputatione facta in annum, quas singulis temporibus, & singulis diis ac ipsorum filijs & dæmonibus fieri conuenit. Postea uero cõstituatur, quam cantilenam in singulis deorũ sacrificijs canere oportet, & quibus choreis sacrificiũ quod tunc fit honorare. Et primũ quidem aliquas cõstituere oportet: quæ uero cõstitutæ fuerint, parcis & alijs omnibus diis sacrificio facto, in cõmuni omnes ciues libando consecrare singulas cantilenas singulis diis & alijs. Si uero præter has ipsas, quis alios deorũ hymnos aut choreas adducat, sacerdotes utriusq; sexus unà cum legum custodibus sanctè & secundũ legem cohibeant. Ei uero qui cohibetur, si non ultrò cedat, impietatis crimen per omnẽ uitam quicunq; uoluerit impingat. CLI. Rectè. ATHEN. In hac itaq; sermonis parte nunc nobis constitutis, id quod decet accidat. CLI. De qua re dicis? ATHEN. Quiuis sanè iuuenis, non solum senex, ubi uidit aut audiuit aliquid absurdi, & nequaquam consueti, nunquã ita statim accurrens, id de quo ambigit concesserit: Verum stans uelut in triuio constitutus, & non admodum uiæ gnarus, siue solus, siue cum alijs iter faciat, percunctabitur seipsum & alios de eo de quo ambigit: & non prius progredietur, quàm de itinere certus fuerit, quocunque tandem ferat. Et sanè in præsentia nobis similiter faciendum est. Quum enim absurdus sermo nunc nobis de legibus inciderit, necesse est omni cõsideratione uti, & nõ ita facilè de tantis rebus tam grandes natu uiros pronunciare, ita ut affirmemus euestigio nos habere quod clarè dicere possimus. CLIN. Verissima dicis. ATHEN. Non'ne huic quidem tempus dabimus, affirmabimus autem tunc, quum iustè considerauerimus. Qui uero non frustra sequentẽ præsentium legum ordinem absoluere impediamur, ad finem ipsarum progrediamur. Fortassis enim si deus uoluerit, hæc tota narratio ad finẽ perducta, satis indicabit etiam hoc de quo nunc ambigimus. CLIN. Optimè dicis ô hospes, & faciamus ita ut dixisti. ATHEN. Visum itaq; sit uelut opinio, & decernatur absurdum hoc, cantilenas nobis leges factas esse, & quemadmodum ueteres tunc circa citharã pulsandi ad ipsamq; canendi artem sic ut apparet nomi-
nauerunt, ut fortassis neq; illi omnino ab hac sentẽtia alieni fuerint, sed tamen ut uelut per somnũ, aut etiam reuera uigilans quis de hoc ipso diuinarit. Decretũ autem de ipso hoc sit. Præter publicos & sacros cantus, & omnẽ iuuenũ choream, nemo magis, cũ prę-
ter quancũq; aliam legem, sonos edat, neq; in saltatione motus faciat. Et qui quidẽ hoc fecerit, indẽnis abeat. Qui uero nõ paret, uelut nunc dictũ est, eum legum custodes & utriusq; sexus sacerdotes puniant. Sint autẽ hæc nobis ita sermone sancita. CL. Sint ita. ATHE. Quo uero modo si quis ipsa legibus sanciat, non omnino ridiculus fuerit? Videamus sanè tale quiddã circa ipsa securissimũ, ut uelut effigies quasdã primũ ipsis sermone efformemus. Vnã uero effigiem talem quandã esse dico. Si quis dum sacrificium fit, & sacra secundũ legem cõbusta sunt, priuatim in aliquẽ aris & sacris astans, filius uidelicet aut frater, omnia conuitia euomat, non'ne hinc tristitiam, & malam uictoriæ amissionem, ac diuinationẽ, tum patri, tum alijs cognatis, sua uoce induxisse dicemus? CLI. Quidni? ATHEN. In nostris itaq; locis, & ferè in omnibus ut in summa dicam ciuitatibus hoc fieri solet. Quũ enim magistratus aliquis publicè sacrificat, postea chorus non unus, sed chororũ multitudo uenit, & nõ procul ab aris, sed aliquãdo iuxta ipsas, omnibus cõuitijs sacra perfundũt, & uerbis & rythmis & luctuosissimis harmonijs audiẽtiũ animos exasperãtes: & qui ciuitatẽ quæ sacrificauit ad lachrymas maximè cõcitare potest, is uictoriæ præmia fert. Hanc itaq; legẽ non'ne abrogabimus? Et si fortè opus fuerit ut ciues eiusmodi cõmiserationes audiant, quũ dies quidam nõ puri, sed nefandi fuerint, tunc magis decuerit uenire quosdam choros extrinsecus conductos, uelut qui circa uita defunctos cõducti, carica quadam Musa mortuos deducũt: Tale sanè quiddam etiã circa huiusmodi cantilenas fieri decuerit. Et profectò uestis demissa funebrib. cãtilenis cõuenerit, nõ coronę: & nõ inaurati ornatus, sed totũ cõtrariũ, ut quã breuissimis de ipsis dicã, & hinc discedamus. Hoc uero rursus à nobis ipsis interrogo, an prima hęc effigies una, de cantilenis nobis placeat, & cõstitui debeat? CL. Quę ista? ATH. Vt bonis uerbis utamur, & ut cãtilenæ genus undiquaq; ex gratiosis uerbis cõstẽt. Aut nihil interrogo, sed hoc ita cõstituo? CL. Omino equidẽ cõstituas. Omib. enim suffragijs hęc lex

Saltationũ ac cantilenarum consecratio

Musica non nouanda

Citharæ leges

Cantilenæ & choreæ decretũ

Sacrificiorum Athenis mos

Musicæ leges

lex uincit. ATHEN. Quæ uero post bonorum uerborum usum, secunda Musices lex fuerit? Non'ne ut preces fiant ad deos quibus subindè sacrificamus? CLIN. Quidni? ATHEN. Tertia uero ut arbitror lex erit, ut poetæ uelut qui sciant preces à diis petitiones esse, diligenter animum aduertant, ne fallantur ut malum uelut bonum petant. Ridicula enim ut puto affectio esset, si tales preces fierent. CLI. Quidni? ATHEN. Non'nè nos paulò antea sermone persuasi sumus, neq; argenteas, neque aureas diuitias in ciuitate repositas esse oportere? CLI. Maximè. ATHEN. Cuius igitur tãdem exemplum hunc sermonem relatum esse dicemus? Non'ne huius? Quòd poetarum non totum sufficit genus ad cognoscendum quæ bona sunt, & contra. Si igitur poeta aliquis aut uerbis, aut carmine, in hoc peccauerit, ut preces nõ rectas nobis composuerit, is efficiet ut ciues de maximis rebus contraria precẽtur: quo quidem uelut diximus, non multa maiora peccata cõperiemus. Ponamus itaq; & hanc unam de legibus & formis circa Musam. CLIN. Quam dic nobis clariùs? ATHEN. Vt poeta præter ciuitatis leges & iusta, aut honesta aut bona, nihil aliud faciat: & ut non liceat ipsi ea quæ facta sunt alicui priuato prius ostẽdere, quàm ipsis ad hæc designatis iudicibus ac legum custodibus ostensa fuerint ac placuerint. Fermè autem demonstratum est, quos elegimus legum latores circa Musica, & quem ludi curatorem. Quid igitur constituta sit nobis, uelut sæpe iam interrogo, lex & forma tertia hæc effigies? Aut quomodo uidetur? CLI. Sit constituta. Quidni? ATHEN. Postea uero deorum hymni & laudes, quæ societatem cum precibus habent, rectissimè canentur: & post deos similiter ad dæmones & heroes cum laudibus preces fient, prout hos omnes decent. CLI. Quidni? ATHEN. At post hæc iam, lex absq; inuidia hæc sequitur. Vt ciues qui corporibus, aut animis pulchra & industria facta perpetrarunt, & legibus obedientes fuerunt, ubi iam ad uitæ finẽ deuenerunt, laudibus & encomijs ornẽtur, decorum hoc sit. CLI. Quidni? ATHEN. Viuos tamen ad-
huc laudibus & hymnis honorare, securum non est prius quàm tota uita peracta, quis pulchrum finem imposuerit. Hæc autem omnia nobis communia sint, uiris & mulieribus bonis ac uirtute illustribus. Cæterum cantilenas & saltationes hoc modo constituere oportet. Multa sunt ueterum uetera & pulchra in Musica poemata, & saltationes corporibus similiter cõmodæ: de quibus nulla inuidia est, ut eligat constituta respublica id quod decorum ac congruum est. His addicti approbatores ad faciendam electio
nem, non sint minores quinquaginta annis: qui quod iustum uisum fuerit ex ueteribus poematis approbẽt: quod omnino non idoneũ, penitus reijciant: quod uero mancum, id repetant ac cõcinnent, poeticis ac Musicis uiris adhibitis, quorũ poetica facultate utantur, ita ut uoluptatibus ac cupiditatibus nihil permittãt, præterquam in paucis quibusdam: sed legislatoris uoluntatẽ exponant imprimis, & saltationẽ ac cantilenam & omnẽ choream ex ipsius sententia cõstituant. Omne autẽ confusum circa Musam exercitium, ubi ordinem accepit, etiamsi dulcis Musa non apponatur, longè melius est. Iucunditas autẽ omnibus inest. Nam in qua quis à pueris, ad cõfirmatam & maturam ac prudentem usq; ætatem uixerit, si quidem temperata & ordinata fuerit Musa, eam iucundam putat: & ubi contrariam audit, odio habet & illiberalem ipsam appellat. Educatus autem in communi & dulci, frigidam & iniucundam huic contrariam esse dicit. Quare uelut nunc dictum est, iucunditas aut iniucunditas circa utrasque nullam prærogatiuam habet: Verum altera insigniter meliores, altera deteriores in ipsa educatos semper efficit. CLIN. Rectè dixisti. ATHEN. Adhuc uero & fœminis & maribus decoras cantilenas concedere decuerit forma quadam distinctas. Sed & harmonijs & rythmis adaptare necesse est. Absurdum enim est tota harmonia dissonum esse, aut rythmo inconcinnum, ut quis non idonea his, attribuat singulis horum cantilenis. Necessarium itaq; est etiam horũ figuras legibus sancire. Necesse autem est ambobus quidem ambo coniunctim attribuere, uerum quæ fœminarum sunt, ipsa naturæ utriusq; differentia declarare. Proinde quod magnificũ est, & ad fortitudinẽ tendit, uirile esse dicendum est. Quod uero ad elegantiã & temperantiam magis declinat, uelut fœminei generis id sit, & in lege, & in sermone attribuendũ est. Et cõstitutio quidem hæc sit. Quomodo uero docenda ac tradenda hęc sint, deinceps dicatur, & à quibus, & quãdo singula facienda. Quemadmodũ itaq; nauiũ fabricator, dum nauis fundamenta iacit,

Defunctorum encomia

Poematum approbatores

Cantilenæ quæ uiriles, & quæ mulieres sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

iacit, carinas ipsas, nauium formas delineat: Idem & ego facere mihijpsi uideor, dum uitæ formas distinguere conor secundum animorum mores, reuera ipsorum carinas iacere, & hoc rectè considerare, qua arte, & in quibus moribus uersantes, uitam quàm optimè per huius uitæ cursum trajciamus. Sunt itaque humanæ res magno studio non dignæ. Necessarium tamen est earum studio teneri. Hoc autem non bono successu contingit. Postquam uero huc delati sumus, si per idoneum aliquem modum hoc ipsum facere possimus, fortassis bene nobiscum actum esset. Quid uero tandem dicam, si quis subijceret, fortassis rectè diceret. CLI. Maximè. ATHEN. Assero eius quod studio dignum est, studio teneri oportere, non autem eius quod tale non est. Deum autem esse ex natura omni beato studio dignum: hominem uero uelut antea diximus, ludicrum quoddam dei factum esse: & reuera hoc optimum ipsius esse. Hūc itaq; modum quemuis uirum ac fœminam sequi oportere, & pulcherrimos ludos ludendo, sic uitam transigere, contrà quàm nūc sentiunt. CLI. Quomodo? ATHEN. Nunc equidem studia lu

Belli studium dorum gratia fieri oportere putant. Nam res bellicas studio dignas esse, & pacis gratia illas rectè tractare oportere arbitrantur. At in bello neq; ludus, neq; disciplina memo-

Pacis studium optimum rabilis unquam fuit, neq; est, neq; erit. Hoc itaq; maximè nobis studio dignum esse dicimus, ut quisq; pacis uitam & plurimam & optimam persequatur. Quæ igitur recta ratio sit, ut quis ludendo uitam transigat, & qui ludi habendi sint in sacrificando, & canendo, & saltando, ut quis deos sibi propicios facere possit, & hostes propulsare, & in pugna uincere: quo cātu & qua saltatione quis ambo hæc efficere possit, quod ad formas attinet dictum est, & uelut uiæ sectæ sunt, per quas eundum est. Et poetam rectè hoc dixisse putandum est:

Telemache ipse quidem tecum isthæc mente reuolues,
Suggeret inde alia at dæmon, neq; enim puto natum
Te, aut post eductum, sine mente ac numine diuum.

Idem itaq; & alumnos nostros cogitare oportet, & quę relata sunt sufficienter dicta esse existimare, alia uero & dæmonem & deum ipsis suggesturū esse, de sacrificijs & choreis, quibus & quando in singulis ludendo & deos placando, secundum naturæ modū uitam transigant, ut qui plerunq; ludicra miracula sint, & exigua quædam de ueritate participent. MEG. Humanum genus nobis ô hospes omnino uilipendis. ATHEN. Ne mireris ô Megille, sed ignosce mihi. Nam ad deum intuitus, ex affectu protuli ea quæ nunc dixi. Sit igitur genus nostrum non uile, si tibi ita placet, sed studio aliquo dignū. Deinceps autem ab his relatæ sunt extructiones gymnasiorum, & communium ad docendum domiciliorum trifariam in media ciuitate: extrinsecus autem equorum rursus trifariam circum urbem gymnasia, & loci spacioli artis sagittandi & aliarum iaculationum gratia constructi, & ad iuuenum disciplinam & exercitationem. Si uero tunc non

Disciplinā belli & Musicam omnes discant satis de his dictum est, nūc dictum sit sermone unà cum legibus. In his autem omnibus habitent doctores peregrini mercede conducti, qui accedentes doceant omnes disciplinas ad bellum pertinentes, & ad Musicam: non ita ut quos patres uelint, accedant: quos autem nolint, hi disciplinas omittant, sed quod dicimus hoc est, quiuis uir & puer quoad fieri potest necessariò erudiendus est, ut qui magis ciuitatis sint, quàm eorū qui ipsos genuerunt. Eadem uero etiam de fœminis lex mea constituit omnia quę de uiris, æqualiter uidelicet etiam fœminas exerceri oportere. Et nihil ueritus hunc sermonem profero, & equestrem disciplinam & gymnasticam, non minus mulieribus quàm uiris decoram esse. Ex ueteribus enim narrationibus ad hoc persuasus sum. Et nunc scio innumerabilia mulierum milia circa Pontū esse, quas Sauromatidas uocant, quibus non equorum solum, sed etiam arcuum & aliorum armorum societas æqualis cum uiris demandata, æqualiter exercetur. Ad hæc uero talem quandam rationem ineo. Censeo si hæc ita contingere possunt, stolidissimè omnium nūc in nostris regionibus fieri, quòd non omni robore uno consensu mulieres & uiri eadem studia tractant. Ferè enim tota ciuitas, dimidia pro dupla hoc modo est & fit, ex ijsdem tributis & laboribus: quod sanè admirandum legislatoris peccatum est. CLI. Apparet equidem, sunt tamen multa in his ô hospes nobis relata præter rerumpublicarum consuetudinem. ATHEN. At enim dixi permittendum esse sermoni, ut probè recenseat, quo facto sic tandem id quod uideretur

uideretur eligere oportere. CLI. Admodum concinnè dixisti, effecistiq; ut nunc ipse meipsum castigem, eo quòd hæc dixi. Dic igitur deinde quicquid tibi gratum fuerit. ATHEN. Hoc sanè mihi placet ô Clinia, quod & antea dixi. Nam si hęc nō satis essent operibus declarata, quòd fieri possent, fortassis aliquid contradici posset. Nunc uero aliud quid quærendum est illi qui hāc legem nequaquàm suscipit. At nostra præceptio in his non extinguetur, ut non dicamus fœmineum genus eruditionis & aliorū studiorum societatem, cum uirili genere habere oportere. Etenim sic quodammodo de ipso cogitare oportet. Age si mulieres totius uitæ cum uiris in communi participes nō sunt, Num necesse est aliam quandam ipsis constitutionem fieri? CLI. Necesse est equidem. ATHEN. Quam igitur ex nunc demonstratis pro hac societate ponemus, quam nunc ipsis demandemus? Vtrum uelut Thraces mulieribus utuntur, & multæ aliæ gentes, ut agros colant, & bubulci ac pastores sint, & ministeria non aliter ac serui obeant? Aut quemadmodum nos & omnes circa illum locum? Nunc enim apud nos hoc modo de his res se habet. In unam quandam habitationem comportatas omnes res mulieribus custodiendas tradidimus, & ut radiorum & totius lanificij principatum gerunt comissimus. Aut Laconicum illud ô Megille de his in medium adducemus, ut Virgines quidem gymnasiorum & Musices participes uiuant. Mulieres autem à lanificio quidē ocioseq; sint, uitam tamen in qua se exerceant, & nequaquàm ociosam neq; uilem degāt. In curatione uero & custodia rei familiaris, & liberorum educatione, ad medium quodam deueniant. Rerum autem bellicarū participes non sint, adeò ut neq; si qua necessitas ingruat pro ciuitate & liberis depugnandi, aut sagittandi uelut quædam Amazones, aut alterius iaculationis ex arte sociæ esse possint, aut scuto & hasta accepta, deam imitari strenuè resistendo, uelut quarum patria expugnetur, ut si non maius quiddam, hostibus saltem terrorem incutere possint, si in acie constitutæ conspiciantur. Quòd si hoc modo uitam degerint, neq; Sauromatidas omnino imitari audebunt, sed iuxta mulieres ipsas, mulieres illorum, uiri esse uidebuntur. Ob hæc igitur uestros legislatores q uelit laudet. Meam certè sententiam non aliter proferam. Perfectum enim & non dimidium esse oportet legislatorem, ne dum fœmineum genus in delicijs agere, & inordinati uictus usu consumere permittit, masculini uero perfectè curā gerit, fermè felicis uitæ dimidiū pro duplo ciuitati relinquat. MEG. Quid faciemus ô Clinia, finemus ne hospitem ita Spartam inuadere? CLI. Etiam. Quum enim data sit ipsi dicendi libertas, permittendum est donec leges undiq; iustè recensuerimus. MEG. Rectè dicis. ATHEN. Nónne quæ deinceps sequuntur iam ferè mei officij fuerit ut explicare conerer? CLI. Quidni? ATHE. Quis uitæ modus esse debeat hominibus, quibus necessaria moderatè fuerint comparata: quæ uero ad artes pertinent alijs tradita: agriculturæ autem seruis commendatæ, qui ipsis ut hominibus moderatè uiuentibus, primitias quæ sufficiant ex terrę fructibus rependant: quibus item conuiuia constructa fuerint, seorsum uirorū & propè coniuncta cognatorum & puerorum & puellarum & matrum, quorum cura utriusq; sexus magistratibus sit demandata, ut omnia hæc conuiuia quotidie singulis dissoluant, ubi conuiuiorum conuersationem satis spectauerunt, ita ut postquàm magistratus & alij, deis quibus nox & dies illa consecrata est libauerint, sic domum proficiscantur. His itaq; qui uitam ita instructam habēt, nihil' ne deest necessarij operis & omnino conuenientis, sed pecorum more quisq; ipsorum pingueścēs uiuet? Nequaquàm sanè iustum hoc esse dicimus, neq; honestum, neq; fieri posse ut uiuens aliquis ita eius quod conuenit compos non fiat. Conuenit autem ocioso & ex pigritia uelut cōcocto animali, ut ferè ab alio, ex eorum numero quæ cum fortitudine & laboribus uehementer afflicta sunt, dilanietur. Hæc igitur si exacta diligentia, uelut etiam nunc quæremus, fortassis nunquàm contingerent nobis, donec mulieres, et liberi, & habitationes propriæ, & priuatim omnia huiusmodi singulis nobis cōparata essent. Quæ uero post illa, rursus secunda sunt, de quibus nunc dicimus, si nobis contingerent, admodum mediocriter contingerent. Opus itaq; non minimum, neq; uilissimum his qui ita uiuunt restare dicimus, sed omnium maximum à iusta lege demādatum. Nam quum uita eius qui Pythiam & Olympiam uictoriam appetit, ab omnibus alijs operibus uacationem in totum requirat, uita sanè quæ rectissimè totius corporis ac animæ curam ad uirtutē

Vitæ opulentorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

elegit, duplici & adhuc ampliore occupatione plena est. Nihil enim alieni operis impe-
dimento esse oportet his quæ corpori conueniunt, ut & labores & alimenta ei attri-
Studij uirtutis magnitudo buantur: neq; his quæ animæ conueniunt moribus ac disciplinis. Ei uero qui hoc agit,
omnis nox ac dies non sufficit, ut quod perfectum & satis in ipsis est assequatur. Proin-
de quum hæc ita se habeant, exercitij ordinem omnibus liberis per omne tempus con-
stitutum esse oportet, ab aurora ferè initio sumpto, usque ad alteram semper per-
petuò auroram & solis ortum. Si igitur multa & frequentia & parua referat legislator,
de gubernatione domestica, & tum alijs, tum his quæ circa nocturnas uigilias eos de-
cent, qui omnem ciuitatem perpetuò exactè custodire uolunt, indecorè se gerere uide-
bitur. Nam totam quamcunq; noctem quemcunq; ciuem somno indulgere, & nõ om-
nibus domesticis conspicuum esse, ut semper primus excitetur ac surgat, hoc turpe & il-
Somni ratio liberale omnibus putare oportet, siue legem, siue studium tale appellare conuenit. Et
sanè etiam dominam domus ab ancillis excitari, & nõ ipsam primam alias excitare, tur-
pe dicere oportet apud seruos, & ancillas ac liberos, & si fieri potest, per totam et omnẽ
familiam. Quapropter noctu omnes excitari conuenit, & ciuilium & domesticarum
rerum plerasq; partes obire, magistratus quidem per ciuitatem, dominos autem & do-
minas in proprijs ædibus. Somnus enim multus neq; corporibus, neq; animis nostris,
neq; actionibus circa hæc omnia adhibendis, ex natura competit. Nemo enim dũ dor-
mit ullius precij est, nihilo magis quàm qui non uiuit. Quare quisquis uitæ & sapientiæ
curam gerit, plurimo tempore uigilat, quod ad sanitatem suam commodum est solum
obseruans. Est autem hoc non multum, si rectè in consuetudinẽ assumptum fuerit. Ma-
gistratus porrò in ciuitatibus noctu uigilantes, terrori sunt malis tum hostibus, tum ci-
uibus: in admiratione uero & honore, apud iustos & temperantes: utiles autem sibijp-
sis & toti ciuitati. Nox itaq; si talis quædam peragatur, ad omnia relata, fortitudinem
quandam singulorum in ciuitate animis inducet. Die uero & aurora reuertente, pueri
Pædagogorũ utilitas ad magistros accedant. At sine pastore neq; pecora, neq; aliud quicquam degere de-
bent, neq; pueri absq; pædagogis, neq; serui absq; dominis. Puer autem omnibus be-
stijs magis intractabilis est, Quum enim sapientiæ fontem nondum absolutè compositum habeat, insidiosa & acris ac procacissima bestia est. Quapropter multis uelut fre-
nis quibusdam ipsum uincire oportet, primum quidẽ ubi à nutricibus & matribus dis-
cessit, pædagogis, infantiæ ac pueritiæ gratia. Deinde uero his qui docent quæcunque
Pueri ab omnibus castigandi tandem & disciplinas, ut liberum. Verum ut seruum, quicunq; ex liberis hominibus ca-
stiget, & puerum ipsum, & pædagogum, & præceptorem, si quis horum quid deliqueri-
rit. Si uero quis in illos incidat, & non iustè castiget, primum quidem maximo oppro-
brio obnoxius sit. Deinde Legum custos, qui ad puerorum magistratum electus est, in
hunc animaduertat, qui in illos uelut diximus incidit, & non castigauit, quum castiga-
re deberet, aut castigauit, non tamen pro more. Idem acutè cernat, & præcipuè educa-
tionis puerorum curam gerens, naturas ipsorum dirigat, semper ad bonum secundum
leges ipsos conuertens. Hunc autem quomodo nobis lex ipsa iustè erudiet? Nũc enim
nihil adhuc clarè & satis dixit, sed alia quidem, alia non item. Oportet autem quoad fie-
ri potest nihil relinquere, sed omnem rationem exponere, quo hic & interpres & nu-
critor alijs sit. Quæ igitur ad choream pertinent, de cantilenis & saltatione, formæ quæ
dam relatæ sunt, quæ & eligendæ sunt, & corrigendæ, & consecrandæ. Quæ uero in li-
teris consistunt, absq; metris, quæ & quo modo tractare oporteat alumnos tuos ô op-
time puerorum curator, nõdum diximus, & quidem quum ea quæ ad bellum pertinẽt,
quæ ipsos discere & meditari oportet, sermone traditum habeas: quæ itẽ ad literas pri-
mum, deinde quæ ad lyram, & ad computationes, quibus opus esse diximus: & quæ ad
bellum, et ad familiæ ac ciuitatis gubernationem singulos appræhendere oportet: Et
adhæc ipsa insuper ea quæ utilia sunt ex diuinis, in circuitionibus astrorum et Solis et
Lunæ, quæ circa hæc necessarium est disponere totam ciuitatem. De quibus uero dici-
mus? De dierum ordine ad mensium circuitus, et mensium ad singulos annos: quo tem-
pora, et sacrificia, & festa singula, ea quæ ipsis conueniunt recipiant, & naturali modo
peragantur, & uiuentem ac uigilantem ciuitatem efficiant. & deis quidem honores cõ-
tribuant, homines autem magis sapientes circa hæc ipsa efficiant. Hæc ita tibi omnia ô
amice,

amice, iustè à legislatore distincta sunt. Animum itaq; aduerte his quæ post hæc dicen-
da sunt. De literis equidem diximus, non satis tibi de his traditum esse, hoc primum in
oratione in crimen uertentes, quòd nondum declarauit tibi, an ad exactam ipsarum co-
gnitionem progrediendum sit ei qui mediocris ciuis esse uolet, aut ad eas omnino non
adhibendus sit. Similiter etiã de Lyra. Adhibendũ itaq; esse dicimus ad literas quidem,
puerũ decẽ annorũ, ferè per trienniũ. Vt aũt lyrã cõtingere incipiant, moderatũ tẽpus
habent, postquàm tredecim annos nati sunt, ita ut tresannos in ea perseuerent, & neq;
plures, neq; pauciores: & neq; patri, neque ipsi, siue amore, siue odio circa hæc ducto,
liceat longiorem aut breuiorem in his conuersationem habere præter legem. Qui ue-
ro non paret, pueris attributorum honorum exors sit, de quibus paulò post dicemus.
Quid uero in his temporibus iuuenes discere debeant, & quid docere magistri, hoc ip-
sum primum cognoscendum est. In literis itaq; elaborare oportet, donec quis scribere
ac legere possit: Vt autem uelocitatem aut pulchritudinem in his exprimant, ualere si-
nere in his quibus natura in constitutis annis ad hoc non festinauit. Cæterum ad monu-
menta poetarum à lyra ãliena, in literas relata partim cum metris, partim sine his, quæ
sanè opera secundum prosam orationem solum dictata, rythmo & harmonia priuata,
periculosa nobis scripta sunt, à quibusdam multis illis ciusmodi hominibus relicta,
quid facietis ô optimi omnium legum custodes? aut quid tandem legislator horum usu
imperato rectè constituere possit, etiam ipsum admodum dubitaturum esse arbitror.
CLI. Cur tandem hoc ô hospes, de ipso reuera ambiguus, dicere uideris? ATHEN. Re
ctè sermonem excepisti ô Clinia. Verum apud uos qui mihi in legibus expendendis so
dales estis, necesse est ut & quod facile ac expeditum esse uidetur, & quod contrà, ex-
ponam. CLI. Quid igitur & quale istud nunc de his tibi accidisse dicis? ATHEN. Di-
cam equidem. Aduersus innumerabilia ora sæpe contraria dicere nequaquàm facile
est. CLI. Quid uero paruáne & pauca tibi uidentur ea quæ antea nobis de legibus rela
ta, multis contraria sancita sunt? ATHEN. Et ualdè uerum hoc dicis. Iubes enim me
ut quidem mihi uidetur, eadem odiosa multis uia pergere, quæ fortassis alijs non pau-
cioribus grata est, aut si paucioribus, non tamen deterioribus: cum his iubes me uel
cum periculo confidenter, uia ex præsenti de legibus ferendis disputatione patefacta
progredi, & nihil remittere. CLI. Quidnis? ATHEN. Non itaque remitto & dico sanè
poetas multos adeò nobis esse uersuum hexametrorũ ac trimetrorum, qui partim ad
res serias, partim ad risum progressi sunt. In his innumeri excellentes sanè uiri sæpe di-
cunt iuuenes rectè instituendos educare ac exatiare oportere, ita ut multa audiant, le-
gant ac discant, & totos poetas ediscant. Alij ex omnibus capita delecta, & quasdam
totas dictiones in idem comportatas, ediscendas esse dicunt, & memoriæ mandandas,
si quis nobis bonus & sapiens ex multa peritia & cognitione futurus est. De his itaque
tu nunc me dicendi libertate assumpta pronunciare iubes, quid rectè dicant, & quid se-
cus. CLI. Quidnis? ATHE. Quid igitur tandem de omnibus his in summa dicam, quod
sufficere possit? Arbitror sanè ferè hoc, quod etiam quiuis mihi concesserit. Multa qui-
dem unumquemq; ex his rectè dixisse, multa uero etiam cõtrà. Si uero hoc ita se habet,
multam cognitionem pueris periculum afferre censeo. CLI. Quomodo igitur & quid
præcipies legum custodi? ATHEN. De qua re dicis? CLI. De hac nimirum, ad quod'-
nam exemplum respexerit, ut alia quidem omnes iuuenes discere sinat, alia uero prohi
beat. Dic & ne quid cunctaris. ATHE. O bone Clinia uideor aliquo modo felix esse.
CLI. In qua re? ATHE. Quòd non omnino exemplo destituor. Quum enim respexe-
rim ad sermones, quos ab aurora usq; huc, non sine aliqua deorum inspiratione, ut mi-
hi uidetur, habuimus, uisi sunt mihi omnino ita habiti esse, ut poesi cuidam similes sint.
Et fortassis non admiranda affectio est, me sermonum meorum uelut coaceruatorum
intuitu, ualdè delectari. Inter plurimos enim sermones quos in poematis, aut prosa ora
tione relatos didici & audiui, omnium moderatissimi esse mihi uisi sunt, et maximè ido
nei ut iuuenes ipsos audiant. Proinde non aliud melius exemplum habere me posse pu
to, quod legum custodi ac præceptori proponam, quàm ut admoneãt doctores ut hæc
pueros doceant, & quæ his cognata & similia sunt, & siue poetarũ poemata exponãt,
siue soluta oratione scripta, aut etiam sic nudo modo citra scriptionem prolata, quę his

Literæ quatenus discendæ sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

legibus cognata sunt, nullo modo omittant. Iubeat item legum custos ac præceptor e-
tudiendæ iuuentutis, ut hæc scribantur, & primum quidem cogat ipsos doctores ista
discere & laudare: quibus uero magistris ea non placuerint, eorum operam in institu-
endis pueris non admittat. Quos autem in illis laudandis consentientes habet, his uta-
tur, & iuuenes ipsis docendos ac erudiendos tradat. Et hæc quidem narratio de litera-
toribus & literis, hic & hoc modo finem habeat. CLI. A propositis equidem ô hospes
sermonibus non uidemur mihi euagari, uelut sanè proposuimus. An uero totum rectè
præstemus, aut secus, difficile fortassis est affirmare. ATHEN. Tunc equidem ô Clinia
hoc ipsum clarius euadet, uelut consentaneum est, quum uelut sæpe diximus, ad totius
de legibus tractationis finem peruenerimus. CLI. Rectè. ATHE. Nónne post gramma
Citharistarum doctrina tistam, citharista nobis apponendus est? CLI. Quidni? ATHE. Citharistis tamen puto
nos in superioribus sermonibus id quod conuenit attribuisse, ubi & doctrinæ simulq;
totius eruditionis ipsorum mentionẽ fecimus. CLI. De quibus dicis? ATHE. Diximus
opinor, sexagenarios Dionysij cantores excellenter subtili sensu præditos esse oporte
re, tum circa rythmos tum circa harmoniarum constitutiones, quo concentuum motũ,
& eum qui bene, & eũ qui malè imitatur, quum in affectionibus anima uersatur, simula
chra itẽ & boni & mali animi eligere possit, ut hæc quidẽ reijciat, illa uero in mediũ af-
ferat, laudet ac iuuenũ animis incinat, singulos prouocans ut per imitationes progre-
dientes ad uirtutis adeptionẽ sequantur? CLI. Verissima dicis. ATHE. Quapropter &
citharistam & discipulum ipsius, sonis lyræ chordarum claritatis gratia uti oportet, ita
ut concordes fidibus sonos uocibus attribuant. At uero diuersas uoces & lyræ uarieta-
tem, ut alios concentus fides edant, alios poeta qui melodiam composuit: Et sanè etiã
densitatem raritati, & uelocitatem tarditati, & acumen grauitati, consonum ac dissonũ
exhibere, & rythmorũ eodem modo omnis generis uarietates lyræ sonis adaptare: om
nia huiusmodi offerre non oportet his qui in tribus annis Musicæ utilitatem breui asse
qui uolent. Contraria enim quum se uicissim perturbent, difficulter discuntur. Conue-
nit autem iuuenes maximè dociles esse. Necessaria enim non paruæ, neq; paucæ disci-
plinæ ipsis constitutæ sunt, Ostendet autem ipsas sermonis cum tempore progressus.
Quare hæc quidem hoc modo de Musica nobis iuuentutis erudiendæ præceptor cu-
ret. Quos porrò concentus & quæ uerba chororum magistri docere debent, ea omnia
nobis in superioribus distincta sunt, quæ singula consecrata diximus festis adaptare o-
portere, & fortunatã uoluptatem ciuitatibus tradendo prodesse. CLI. Vera etiã hæc
distinxisti. ATHE. Verissima itaq; etiam hæc assumpta, electus ad Musam magistratus
cum fauente fortuna curet. Nos autem de saltatione, & tota corporis gymnastica, ad
ea quæ antea relata sunt addamus: & quemadmodum id quod de docenda Musica re-
Gymnastices doctrina stabat adiecimus, eodem modo etiam de gymnastica faciamus. Nam & pueros & puel
las saltare & exerceri discere oportet. Nunquid? CLI. Etiam. ATHE. Pueris itaq; salta-
tores, puellis autem saltatrices non inidoneæ fuerint ad exercitationem. CLI. Fiat hęc
ita. ATHEN. Rursus itaq; eum qui plurima negocia habebit uocemus, illum puerorũ
curatorem, qui & ad Musicam, & ad gymnasticam pertinentium curam gerens, non
multum ocij habebit. CLI. Quomodo igitur poterit, quum senex sit, tantarum rerum
curam gerere? ATHE. Facilè ô amice. Lex enim ipsi dedit & dabit, ut ad hanc curam
assumat ex ciuibus tum uiris, tum mulieribus, quoscunq; uoluerit. Cognoscet aũt quos
eligere oportet, & in his delinquere non uolet, cum sapiente uerecundia magistratus
magnitudinem cognoscens, & hoc secum reputans, quòd si bene educati sunt & edu-
Educationis bonum cantur iuuenes, omnia nobis recta nauigatione procedunt: Sin contra, neq; dictu di-
gnum est, neq; nos dicimus quid sequatur, ob nouam ciuitatem, eos qui ominis ac diui
nationis admodum studiosi sunt uerentes. Multa igitur et de his à nobis dicta sunt, quę
ad saltationes & omnem gymnasiorum motionem pertinent. Gymnasia enim facimus
etiam omnia quæ in bello corporibus exercentur, & artis sagittandi, & omnis iacula-
tionis ac impetus, & peltacistes, & totius armorum pugnæ, & eruptionum ordinum
militarium, & totius profectionis exercituum, & castrametationum: & quæ disciplinæ
ad equestrem pertinent. Omnium enim horum doctores communes esse oportet, qui
mercedem à ciuitate accipiant: & horum discipulos pueros & uiros, puellas & mulie-
res

res in ciuitate, qui omnia ista faciant: ut quæ quidem adhuc puellæ sunt, omnẽ in armis
saltationem & pugnam didicerint, mulieres uero eruptiones, & castrorum acies, & ar-
ma sumendi ac deponendi usum attigerint, si non alterius rei gratia, saltem si quando
opus sit, ut passim collectis omnibus uiribus relinquẽda sit ciuitas, & extra militandũ,
Mulierum bel licæ studia eius usus sufficiant qui pueros & reliquã ciuitatẽ custodiant: aut etiã si contrà, uelut nihil nõ ti-
mendũ est, hostes extrinsecus Barbari siue Græci, magna ui ac robore irruant, ut neces-
se sit pro ciuitate depugnare: magna sanè reipublicæ pernicies fuerit, ita turpiter mulie
res educatas esse, ut neq; uelut aues pro filijs aduersus quamcunq; fortissimã bestiã pu-
gnantes, mori & omnia pericula subire sustineant, sed statim ad templa defugiant, om-
nesq; aras & altaria compleant, & eã de hominũ genere opinionẽ inducãt, omniũ ani-
malium timidissimũ id esse. CLI. Per Iouẽ ô hospes, nequaquàm decorũ & sine detrimen
to hoc cõtingeret, in quacũq; ciuitate cõtingeret. ATHE. Nónne feremus legẽ eò usq;
Nõ oportere mulieres negligere res bellicas, sed omnes ciues & uiros & mulieres eius
studij curã suscipere. CLI. Ego sanè concedo. ATHE. De lucta itaq; partim diximus,
Verum quod ego maximum esse censuerim, nondum dictum est, neq; facile dictu est,
nisi quis simul & corpore ostẽdat, & sermone exponat. Hoc igitur tunc iudicabimus,
quũ opus ipsum sermo sequutus, clarũ quiddã tũ de alijs de quibus dixit significabit, tũ
quòd bellicæ pugnæ ex omnibus motibus reuera lõgè maximè cognata est talis lucta:
& quòd hãc illius gratia, & non illã huius gratia discere oportet. CLI. Rectè hoc dicis.
ATHE. Quod itaq; ad facultatẽ circa palęstrã attinet, hucusq; nobis dictũ sit. At reliqui
Motionũ corporis distinctio totius corporis motus, cuius plurimã partẽ si quis saltationẽ quandã appellet, rectè di-
xerit, duas species esse putare oportet: alterã pulchriorũ corporũ, quæ ad grauitatẽ imi
tationẽ facit: alterã turpiorũ, quæ ad leuitatẽ. Et rursus leuitatis duæ, itemq; grauitatis
aliæ duæ species sunt. Motus itaq; grauitatis altera est, dũ in bello & laboribus uiolẽtis,
& corpora pulchra & animus fortis implicantur: altera dũ temperatus animus in pro-
spero rerũ successũ, & cõcinnis uoluptatibus uersatur: quã si quis pacificã dicat, secun-
dũ naturã talẽ saltationẽ appellarit: illã uero bellicã à pacifica aliã, Pyrrhichẽ rectè quis
dixerit: quæ euitationes omniũ plagarũ, & ictuũ, nutando, & cedendo, & exiliẽdo in al
tũ, & deprimendo imitatur: & rursus his contrarias motiones exprimit, quæ ad agendũ
feruntur, & gestus in arcuũ & iaculorũ ictibus, & omniũ plagarũ imitationes exprime-
re conantur. Rectitudo autem in his & recta contentio contingit, quũ bonorũ corpo-
rum ac animorum imitatio fit, secundum corporis membrorum rectitudinem plerũq;
contingens. Et talis quidem imitatio recta est: Quæ uero contraria est, non rectam esse
accipimus. At pacifica saltatio hoc modo rursus in unoquoq; consideranda est, siue re-
ctè, siue secus, secundum honestæ saltationis naturam, arripiens quis ipsam, in choreis
uirorũ legibus deditorũ decorè uersetur. Cæterũ ambiguã saltationẽ à nõ ambigua pri
Saltatio ambigua mũ distinguere oportet. Quæ igitur hæc est, & quomodo utrãq; distinguere oportet?
Quæ quidem Baccharum est, & eorum qui has sequuntur, quos Nymphas, & panas,
& Silenos, & Satyros nominant, & ipsos ut aiunt uinolentos imitantur, & purificatio-
nes ac festa quædam peragunt: hoc totum saltationis genus, neq; ut pacificum, neq; ut
bellicum, neq; quid sibi tandem uelit, decernere facile est: Vt tamen hoc modo distin-
guamus ipsum, uidetur mihi ferè rectissimum esse, ut seorsum à bellico, seorsum à paci-
fico, id ponamus & dicamus, non esse ciuile hoc saltationis genus. Hic autem positum
sinamus, nũc ad bellicum simulq; pacificum, uelut utrunq; citra ambiguitatẽ nostrũ sit,
reuertamur. Proinde nõ bellicosæ Musę genus, quod in saltationibus & deos & deorũ
filios colit, in totũ quidem unum est, in prosperi successus opinione assumptum. Hoc
autem bifariam diuidimus, ut alterum sit eorum qui ex quibusdam laboribus & pericu
lis ad bona euaserunt, quod sanè maiores uoluptates habet: alterum eorum qui in prio
rum bonorum conseruatione & incremento, & mitiores quàm illi uoluptates habent.
In talibus itaq; quiuis homo motionibus corporis concitatur, si maiores uoluptates sue
rint maioribus: si minores, minoribus: & qui temperantior est, & ad uirtutem fortitudi
nis magis exercitatus, minus concitatur: qui uero timidus est, & ad temperantiam inex
ercitatus, maiores & uehementiores motus mutationes exhibet. In summa uero quiuis
siue cantilenis, siue sermonibus sonum edens, corpore non admodum quietus esse po-

test. Quapropter imitatio eorum quæ dicuntur gestibus expressa, omnem saltationis artem produxit. Itaq; alius ex nobis concinnè, alius inconcinnè mouetur in omnibus his. Multa itaq; alia uetera nomina, uelut bene & secundum naturam posita, considera re & laudare oportet. Ex his autem unum etiam hoc circa saltationes eorū qui in prospero rerū successu degunt, & tamen ad uoluptates moderati sunt, admodū rectè ac Musicè nominauit quisquis ille fuit, & secundū rationē impositio omnibus ipsis nomine, Concinnitates appellauit: Et duas sanè saltationum honestarum species constituit, alteramq; bellicam, Pyrrichen: alteram pacificam, concinnitatem: utramq; decenti ac cōgruo nomine uocauit. Hæc igitur legislator formis exponere debet, legum uero eu stos quærere, & inuentis ipsis cum reliqua Musica saltationē coniungere, & in omnia sacrificiorū festa id quod cōmodum est unicuiq; distribuere, atq; sic omnia hæc ordine consecrare, & de cætero neq; saltatione, neq; de cantilena quicquā mouere, ut in ijsdē uoluptatibus eodē modo eadē ciuitas & ijdem ciues quoad fieri potest simíles degentes, bene ac feliciter uiuāt. Quales igitur pulchrorū corporū & generosorum animorū choreas esse oportet, iā absoluimus. Turpiū uero corporū ac cogitationū, & eorū qui se ad risus dicteria cōuertunt, & in dicendo, & in cantilenis, & in saltatione, & in omni um horū imitationibus scurriles motus, necesse est spectare ac cognoscere. Nā ut sine ridiculis seria, & absq; omnibus cōtrarijs cōtraria discātur, fieri nō potest, si quis prudēs euadere debet: ambo uero facere nō potest, si quis uel parū uirtutis particeps esse uolet. At horū ipsorū gratia etiā hæc discere oportet, nimirū ut nūquàm per ignorantiā faciamus aut dicamus quæ ridicula sunt, quū minimè deceat. Seruis aūt & externis mercede cōductis talia imitari demandemus, ut ipsi circa ea nunquàm aliquid serij studij adhibeamus, neq; quisquam ex liberis siue uir siue fœmina, in his discendis deprehendatur. Semper aūt noua quædā circa hæc imitatio uideatur. Quæ igitur circa risum sunt ludicra, quæ comœdiæ nomine ab omnibus appellātur, sic sermone & lege cōstituta sint. At uero si de serijs uelut dicunt Tragœdiarum poetis aliqui ad nos accedāt, & hoc modo interrogēt, ó hospites nū accedemus ad uos in ciuitatē & regionē, aut nō, & poesim afferemus & agemus, aut quomodo uobis uidetur in his faciendū esse? Quid igitur ad hæc diuinis uiris respondemus? Mihi quidem hæc respondenda esse uidentur. O optimi hospites Nos ipsi sumus Tragœdiæ poetæ pro uiribus pulcherrimæ ac optimæ. Omnis igitur respublica nostra pulcherrimæ & optimæ uitæ imitatio est, quā sanè nos reuera uerissimā tragœdiā esse asserimus. Poetæ igitur uos, poetæ etiā nos sumus in eodem poematis genere, æmuli itē & aduersarij in optimo tragœdię actu, quē sola lex uera perficere potest, uelut nos speramus. Nec uero putetis nos ita facilè permissuros esse, ut uos unquàm apud nos scenas in foro cōstituatis, & cōcessuros esse, ut inductis histrionibus qui pulchriore uoce, & maiore quàm nos clamore utuntur, uos ad pueros et mulieres & omnē populū concionemini, & de ijsdem studijs non eadē quæ nos dicatis, sed plerunq; etiā cōtraria plurima. Fermè enim insaniremus penitus, & nos, & tota ciuitas, quæcūq; ea de quibus dicimus uobis permitteret, prius quàm iudicauerint magistratus, an proferenda & idonea quæ in mediū adducantur fecistis, aut secus. Nūc igitur ô pueri molliū Musarum filij, ubi ostēderitis primū magistratibus uestras iuxta nostras cantilenas, si quidē eadē aut etiā meliora uisa fuerint ea quæ à uobis dicūtur, dabimus uobis locū: Sin minus, nunquàm poterimus ô amici. Hæc igitur sint de omni chorea & huiusmodi disciplina legibus cōstituta, seorsum quidē ea quę ad seruos pertinēt, seorsum itē quæ ad dominos, si uobis simul ita uidetur. CLI. Quomodo uero nūc non ita simul uideretur. ATHEN. Tres itaq; adhuc restant liberorū disciplinæ. Cōputationes & quæ ad numeros spectāt, una: Mensuratio longitudinis & latitudinis ac profunditatis, ut secūda: Tertia astrorū circuitus mēsuratio, quomodo inter se progredi solēt. Hæc aūt nō exactè elaborare multos oportet, sed paucos quosdam: quos uero istos, in progressu ad finem dicemus. Ita enim decuerit. Multitudini uero quæ ex his necessaria sunt & rectissimè dicuntur, ea nescire multis turpe est: Verū omnia exacte quærere, ne que facile, neq; omnino possibile est. Quod uero necessarium ex ipsis est, hoc reijci nō potest. Quare qui primum de deo prouerbium fecit, ad hæc respexisse ac dixisse uidet, quòd neq; deus unquàm necessitati repugnare uisus sit: quæ sanè ut ego arbitror, diuinæ ne-

Concinnitatis appellatio

Necessaria ignorare turpe est

næ necessitates sunt. Nam de humanis, ad quas plerique respicientes hoc dicunt, hic omnium sermonum longè stolidissimus est. CLI. Quæ igitur ô hospes non tales disciplinarum necessitates, sed diuinæ sunt? ATHEN. Ego quidem arbitror eas quas qui non fecit, neq; omnino didicit, nunquàm fieri potest hominibus deus, neq; dæmon, neq; heros, qui hominū curā studiosè gerere possit. Multū autē abfuerit ut homo diuinus fiat, qui neq; unū, neq; duo, neq; tria neq; omnino paria & imparia cognoscere potest, neq; numerare omnino nouit, neq; noctem & diem dinumerare potest: lunæ uero, & solis, & aliorum astrorū circuitus imperitus est. Has igitur omnes disciplinas si quis necessarias esse neget, ei qui ferè quamcūq; pulcherrimarum disciplinarum cognoscere uolet, magna est huius sententiæ stultitia. Quæ uero singulæ ex his, & quot, & quando discenda sunt: & quæ cum quadam coniunctim, & quæ seorsum ab alijs discenda sit: & quæ sit tota harum mixtura: hæc sunt quę primum rectè percipere oportet, & deinde ad alia discenda his disciplinis ducibus progredi. Sic enim necessitas ex natura obtinuit, cui nullum deum neque nunc repugnare, neq; unquàm repugnaturum esse dicimus. CLI. Videntur equidem ô hospes ea quæ nūc ita relata sunt, rectè secundū naturā dicta esse. ATHE. Ita quidē hæc se habent ô Clinia, Verū difficile est ipsa hoc modo proposita legibus constituere. Quare alio tempore si ita uidetur, exactius leges feremus. CLI. Vide ris nobis ô hospes, nostram in talibus imperitiam uereri: & profectò rectè uereris. Verum conare ut dicas nihil horum gratia occultans. ATHEN. Vereor quidē & hæc quæ tu nunc dicis, sed magis adhuc uereor eos qui has ipsas disciplinas attigerunt quidem, sed male. Nequaquàm enim graue & uehemens, neq; omnium maximum malā impetitia est, sed multarum rerum peritia & cognitio, cum malo ductu ac tractatione, lōgè maius detrimentum affert. CLI. Vera dicis. ATHE. Ea itaq; singula liberos homines discere oportere dicendum est, quæ etiam multa puerorum turba in Aegypto unà cum literis discit. Primum etenim circa computationes palàm inuentę sunt pueris disciplinę, ut cum lusu & uoluptate discant, malorum nimirum quorundam & coronarum distributiones, quæ pluribus simulq; paucioribus eodem numero cōueniunt: pugilum item & luctatorum sessionis & consortij distributiones, ex parte, & deinceps, & uelut fieri solent. Et sanè etiam ludentes Phialas ex auro & ære & argento, & ex alijs quibusdam huiusmodi miscent: alij uero etiam totas distribuunt, ad lusum uelut dixi adaptantes necessariorum numerorum usum: atq; sic discentibus commodant ad castrorum ordines, & ductus, & expeditiones militares faciēdas, itemq; ad rei familiaris gubernationem: & omnino utiliores & magis uigilantes homines efficiunt. Postea uero quum in dimensionibus, quæ longitudines & latitudines ac profunditates habent, ridicula quædam & turpis ex natura, circa omnia hæc insit ignorantia in omnibus hominibus, ab hac ipsos liberant. CLI. Qualem & quam istam dicis? ATHE. ô chare Clinia, omnino equidem etiam ipse ferò admodum de hac nostra affectione audiui & admiratus sum, & uisa est mihi hæc non humana, sed suilli magis cuiusdam pecoris esse: erubuiq; non solum mea, sed omnium græcorum causa. CLI. Dic de qua re dicas ô hospes. ATHEN. Dicam sanè, imo magis interrogando tibi ostendam, & mihi parum responde. Cognoscis' ne longitudinem? CLI. Quidni? ATHEN. Quid uero latitudinem? CLI. Omnino. ATHEN. Num etiam quòd duo hęc sunt, & tertium profunditas? CLI. Etiam. ATHE. Nunquid fieri posse putas ut quis hæc omnia inter se dimetiatur? CLI. Etiam. ATHE. Longitudinem puto ad longitudinem, & latitudinem ad latitudinem, & profunditatē eodem modo fieri posse ut quis natura metiatur? CLI. Valdè equidem. ATHE. Si uerò sunt quædam, quæ neq; ualdè, neq; leuiter quis metiri potest, sed alia quidem, alia uero non, tu uero putas omnia, quomodo ad hæc te affici arbitraris? CLI. Nimirum malè. ATHE. Quid uero rursus longitudinem & latitudinē ad profunditatem, aut latitudinē & longitudinē inter se? nónne de his ita sentimus omnes græci, fieri posse ut qs ipsa inter se quodāmodo metiat? CLI. Omnino ita. ATHE. Si uero nullo modo id fieri possit, omnes aūt nos græci uelut dixi sentiamus fieri posse, nónne operæ preciū esset omniū causa erubescere, et dicere ad ipsos, ô optimi Gręci hoc unū ex illis est de quib. diximus turpe esse nescire. At scire necessaria, nihil admodū pręclari est. CLI. Quidni? ATHE. Et ad hæc alia sunt his cognata, in quib. rursus multa nobis insunt similia illis peccata.

Multa cognitio detrimento sa

Necessaria quæ ignoremus

Universidad de Deusto
Biblioteca

CLI. Quæ ista? ATHE. Qua natura factum est, ut quis alia inter se metiri queat, alia uero mensuræ exortia sint. Hæc enim considerare & cognoscere necessarium est, aut omnino uilem esse, ita ut pueri inter se semper exercitium proponant, ludo senum talario longè iucundius, & in meditationibus eorum quæ his digna sunt conuersentur ac contendant. CLI. Fortassis. Videntur itaq; ludus talarius, & hæ disciplinæ non adeò multum inter se distare. ATHEN. Hæc itaq; ô Clinia, ego quidem iuuenes discere oportere censeo. Nam neq; nociua sunt, neq; difficilia, Dum autem simul cum lusu discũtur, proderunt & nihil lædent nostram ciuitatem. Si uero quis aliter dicit audiendum est. CLI. Quidni? ATHEN. Atqui si hæc ita se habere uidebuntur, clarum est quòd nos ipsa approbabimus: Si uero non hoc modo se habere uidebuntur, reprobabuntur. CLI. Clarũ sanè. Quidni? Et sanè nunc ô hospes hæ sancitæ sint, uelut quæ necessariæ sint disciplinæ, ut ne inanis sit nobis legum tractatio. ATHEN. Sint sancitę, sed tamen uelut pignora quæ solui possunt ex reliqua republica, si aut nobis aut uobis ipsarum sanctio nullo modo probetur. CLI. Iustam sanctionem dicis. ATHEN. Vide itaq; deinceps an astrorum in iuuenibus disciplina nobis placeat, aut contrà. CLI. Dic solum. ATHEN. Magnum equidem circa hæc miraculum consistit, et nequaquàm tolerandum. CLI. Quod istud? ATHEN. Maximum deum & totum mundum neq; quærere oportere dicimus, neq; causas curiosè inuestigare: Neq; enim hoc pium esse: & tamen si totum huic cõtrarium fiat, rectè fieri uidetur. CLI. Quomodo dicis? ATHE. Præter opinionem est id de quo dicimus studium, & neq; senibus quis putauerit hoc conuenire. Quãdo uero quis honestam, & ueram, & ciuitati utilem, & deo omnino gratam, disciplinam aliquã esse putat, nullo modo fieri potest ut non proferat. CLI. Consentanea dicis. At nunquid de astris huiusmodi quandam disciplinã inueniemus? ATHE. Mentimur nunc ô boni de magnis dijs Sole & Luna, omnes ut in summa dicã græci. CLI. Quod istud mendaciũ dicis? ATHEN. Dicimus ipsos nunquàm eadem uia progredi, & alias quasdã cum his stellas, quas planetas cognominamus. CLI. Per louem ô hospes uerum hoc dicis. Nam in uita mea sæpe etiam ipse uidi Luciferum & Hesperũ, & alias quasdã stellas, nunquã per eundem cursum progressas, sed penitus errantes. Solem uero & Lunam semper hæc facere omnes cognoscimus. ATHE. Hæc itaq; sunt ô Megille & Clinia, quæ nunc de dijs cœlestib. ciues et iuuenes nostros, eò usq; de omnib. his discere oportere cẽseo, ut non maledicta de ipsis proferant, sed semper & sacrificãtes & precantes, ipsos in precationibus collaudẽt. CLI. Hoc quidẽ rectũ est, si modo primũ fieri potest ut quod dicis discamus. Deinde si nõ nũc rectè de ipsis quid dicimus, sed ubi didicimus dicemus, concedo etiã ego eò usq;, & quod eiusmodi est discendũ esse. Hęc igitur uelut ita se habeant, tu quidẽ penitus exponere conare, nos aũt te discendo assequemur. ATHE. At non est facile discere quod dico, neq; rursus omnino difficile, neq; temporis adeò multi. Cuius rei signũ sit, quòd ego neq; nuper, neq; iamdudũ ea audiui, quæ nõ in multo tẽpore uobis declarare possem: atqui si difficilia essent, nunquàm possem ego tam grandis natu uobis in tantũ ætate prouectis declarare. CLI. Vera dicis. At quã tandẽ eã disciplinã dicis, quam admirandam quidem dicis, conueniẽtem autem ut ipsam iuuenes discant, non autem cognoscere eam nos? Conare de ipsa clarissimè exponere. ATHE. Conabor. Non equidem ô optimi recta est hæc sententia, de Luna & Sole & alijs stellis, quòd uidelicet unquàm uagentur & errent: sed in totũ contrà res se habet. Eandem enim uiam unaquæq; ipsarum, & non multas, sed unam semper in circulum pertransit. Videtur autem per multas ferri. Quæ uero ex ipsis uelocissima est, tardissima non rectè rursus putatur: & quæ contrà, contrà. Hæc igitur si à natura ita se habent, nos autem non hoc modo putamus, si quidem de equis in Olympia currentibus, aut de uiris longum cursum peragentibus ita sentiremus, & uelocissimum appellaremus tardissimum: tardissimum autem uelocissimum: & encomijs factis uictũ caneremus uictorẽ: non recta, neq; grata, ut arbitror encomia cursoribus, qui homines sunt adaptauerimus. Nunc autem quum de dijs in ijsdem nos peccemus, nónne putamus id quod tunc ridiculum & non rectum erat, nunc hic & in his fieri non quidẽ ridiculũ, imò neq; deis gratũ, si falsam sententiã contra deos proferamus? CLI. Verissimè, siquidẽ hæc ita se habẽt. ATHE. Nõne siquidẽ hęc ita se habere ostẽderimus, discẽda eò usq; erũt eiusmodi omnia:

Stellarũ uelocitatis ratio

omnia: Si uero ostensa non fuerint, sinenda? Et hæc nobis ita constituta sint. CLI. Maximè. ATHE. Iam itaq; pronunciandum est finem habere legum constitutiones, quod ad disciplinarum institutionem attinet. Porrò de Venatione, & de omnibus quæ eiusmodi sunt, eodem modo censere oportet. Videtur enim id quod legumlatori demandatur, adhuc maius esse, quàm ut latis legibus discedat: & adhuc aliud quid esse ad leges, quod inter admonitiones & leges natura medium obtinet: cuius sanè sæpe nobis mentio incidit, uelut circa admodum infantium puerorum educationem. Non enim ea dici posse asserimus, & ea quæ de his dicuntur, uelut leges cõstitutas esse putare, multa dementia plenum esse. Scriptis itaq; hoc modo legibus & tota republica, non perfecta, neq; præstantis uirtute ciuis laus est, ubi quis ipsum qui optimè legibus inseruiuit, & maximè illis obediens fuit, bonum ciuem esse dicit: sed perfectior laus est hoc modo prolata: Quisquis legumlatoris & laudantis, & uituperantis scriptis obediens, puram uitam transegerit: Hic sermo & ad ciuis laudem rectissimus est, & legumlatorem reuera non solum leges scribere oportet: Verum ad leges, quædam legibus connexa scribere: consummatum uero ciuem nihilo minus hæc confirmare, quàm quæ mulctis à legibus impositis compræhensa sunt. Rem itaq; de qua agimus præsentem, si nunc uelut testem adducemus, magis id quod uolumus declarauerimus. Venatio equidem multiplex res est, nunc ferè uno nomine comprẽhensa. Multa enim aquatilium est, multa uolatilium. Multã uero etiam pedestrium non solum bestiarum, sed etiam hominum uenationem considerare oportet, tum in bello, tum non minus frequentem eam quæ per amicitiam uenatur, & partim laudari, partim uituperari meretur. Furta quoq; & rapinę latronum, & exercituum mutuæ deprædationes, uenationes sunt. Proinde legislator qui de uenatione leges fert, neq; hæc præterire potest, neq; omnibus constitutiones & mulctas imponere, & minaces leges condere. Quid ergo circa huiusmodi faciendum est? Legislator uenationum studia & laudare, & uituperare debet, ad iuuenum labores & studia respectu habito. Iuuenis autem ubi audiuit obedire debet, ut neq; uoluptas, neq; dolor ipsum prohibeat, sed ea quæ cum laude dicta sunt magis colat, & demanda ta perficiat, quàm ea quæ cum minis & mulcta legibus sancita sunt. His itaq; prędictis, deinceps concinna uenationis laus & uituperatio fieri potest, ut eam quæ iuuenum animos meliores efficit, laudet: quæ contrà, uituperet. Dicamus itaq; deinceps cum oratione iuuenes compellantes. Vtinam uos ô amici, neq; cupiditas, neq; amor uenationis marinæ unquàm corripiat, neq; eius quæ per hamum fit, neq; omnino ullius aquatilium animalium, neq; uigilantes, neq; dormientes, ita ut per nassas ociosam uenationem exerceatis: Et utinam rursus prædæ, & latrocinij in homines per mare exercendi nullo desiderio teneamini, unde crudeles & iniqui efficiamini: Vt autem furtum in regione & ciuitate committatis, neq; in extremam uobis mentem ueniat: Atq; utinã uolatilium uenationis blandus amor, non admodum liberalis, nullum iuuenem inuadat. Pedestrium itaq; solum uenatio & præda reliqua est nostris athletis. Ex quarum numero ea quæ dormientium est ex parte, nocturna appellata, ociosorum hominum est, & laude non digna: Neq; laudem meretur ea quæ laborũ remissiones habet, eorumq; est qui retibus & laqueis, & non industrij animi uictoria, ferum illud bestiarum robur edomant. Sola ergo tota & optima reliqua est quadrupedum uenatio, quæ equis & canibus & corporis nostri uiribus peragitur: Omnia enim illa superant curribus & plagis & iaculationibus, sua manu uenantes, qui diuinę uirtutis studio tenentur. De omnibus itaq; his laus & uituperatio hoc modo sermone distincta sint. Lex autem hæc sit. Hos reuera sacros uenatores nemo prohibeat, ubicunq; & quomodo uenari uoluerint. Nocturnum autem uenatorem canibus & retibus confidentem, nemo unquàm usquàm uenari sinat. Aucupem uero in agris quidem & montibus nemo prohibeat: in cultis autem & sacris locis prohibeat ipsum quisquis in eum inciderit. Piscatori uero, exceptis portubus & sacris flumínibus & stagnis ac paludibus, in alijs uenari liceat, solum ut neliquorum spissorum conturbatione inducta utatur. Nunc igitur omnes de puerorum eruditione ac institutione leges finem habere pronunciandum est. CLI. Recte sanè dicis.

Ciuis consummati laus

Venatio multiplex

Lex de uenatoribus

ARGV-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum octauum, De legibus.

QVAE modo de proprio singulariq; uniꝰ Dei cultu ex multis Platonis nostri testimonijs asseruimus, possumus præterea per Phædrum, Gorgiam, Protagoram, Politicum, Critiam, quartum legum absq; controuersia confirmare. In his enim uniuersam deorum, ut ita dixerim, synagogam, unico subdit regi, prout uult singulis imperanti, aliaq; alijs officia iuste dispertienti: & humana per illos ordine dispensanti: non quasi absente hinc illo, sed ut apparet in quarto legum, potius ita uolente. Iubet itaq; Plato primum quidem deum propter se adorari. Sequentes uero qui participes eius dij quoquo modo dicuntur, amari tanquam illi similiores. Honorari etiam ut uicarios, imò & aduocari quasi conciliatores, audiri etiam ut diuinæ mentis interpretes. Exaudiri deniq; ceu maiestatis diuinæ præcones. Iubet & templa condi in urbe: & urbem ipsam quasi ædem sacram in partes distribuit duodecim. Quemadmodum & deus templum sibijpse construxit, mundum duodecim sphærarum choris ornatum: sacerdotibus quoq; munitum, id est spiritibus præditis ratione, deum ubiq; laudantibus. Diuinum uero id templum Plato pro utribus imitans, & multos in suis templis admittit deos, quemadmodum deus ipse multos admittit in suo: & uaria disponit simulacra: sicut & deus stellas locauit in cælo: quasi suorum statuas angelorum. Præterea inter multas multorum aras altare primum cõsecrat primo, quemadmodum stellas inter peculiarem sibi statuam deus elegit solem, ut in Republica Plato inquit. De quo fortè dictum uideri possit: In sole posuit tabernaculum suum. De sacrificijs autem statuisq; diligentius alibi pertractabitur: uerũ ut in præsentia summatim dicam, primum deum utpote materiæ aut similis naturæ nihil habentem, unica uult mente coli. Sequentibus uero numinibus hostias & sacrificia qua ratione lex patria iubet, adhiberi permittit. Hinc theologi gentium in numinum cœlestium igneorumq; sacris, figuras & lumina multaq; ad usum spectantia inferebant. In sacris autem aereorum, musicos quoq; concentus, & odores naporesq; addebant. At in sacrificijs aqueorum atq; terrestrium, ijs insuper quæ ad gustum & soliditatem attinent, utebantur. Quamobrem nemini mirum uideri debet, Platonem philosophum adeo grauem leges suas, omnes quidem, præcipue uero sacras, non nisi consultis oraculis promulgare. Principio uidebatur temporibus indulgendum. Necessarium quidem erat humana diuino quodam consilio & autoritate firmare. Impossibile uero ea tempestate eos homines ita natos & ita educatos, ratione ulla à consuetis alienissima in diuina reuerentia conseruare. Deinde Plato prudentissimus iudicabat, & si possent impuri spiritus homines per oracula fallere, sæpe tamen abstractas ob diuinam reuerentiam à corpore mentes, quasi iam puras à puris subito numinibus corripi: & quemadmodũ ligna quæ casu exiccauit uentus, sæpe mox natura ignis accendit, similiter posse animos ex religioso quodam ritu, quamuis apud sapientes minus probato, perfunctos occultis modis meliori numine corripi: ut qui nescientes quomodo in mentem ipsam seorsum à sensibus ascenderunt, ex alto iam feliciter accendantur. Neq; tam attendendum Plato uult, quo ritu colas diuina, quàm cuius gratia colas. Si enim id summi omnium regis gratia æternorumq; bonorum desiderio feceris, probabile est undecunque & quomodocunq; cœperis, te quandoq; per eiusmodi uenerationem ad summum propius accedentem, uel immenso illius lumine circũfundi, uel exuberãti saltem bonitate seruari. Quapropter eiusmodi Plato fiducia fretus, de sanciendis legibus sacrificijsq; oracula consulit, præcipitq; quotidie aliquem ex magistratibus sacra publice facere: pro salute patriæ primum, deinde pro sua atq; suorum. Et certo quodam ordine post iuuenilis ætatis rudimenta in septimo tradita, mox in octauo ad sacra descendit: utpote qui intelligi uult homines ob idipsum rectè à primis annis institui, ut rite interesse sacris & uelint pariter atq; possint. Si quis autem uel cauillator, uel meticulosius tot dijs dæmonibusq; in ciuitate Platonica interesse formidat: huic pariter adire licet urbem Peripateticam, non dæmonum deorumq; tantum, sed dei etiam uacuam. Sed profecto operæpreciũ est superstitioso supercilio, stomachoq; posito ex omnibus eligere potiora, pietatiq; probare Platonicam, neq; exigere Christianum fuisse illum, quem solum temporis interuallum prohibuit esse Christianum. Prima quidem sacra sunt duodecim, in mensium calendis. Secũda quoq; duodecim, in medijs mensibus. Tertia sunt tercentum & sexaginta quinq;, scilicet quotidiana. Fiunt autem præcipua dijs cœlestibus, terrestribus uero media, scilicet dijs sub luna regentibus. Omnes enim sub cælo terrestres appellat. Inferiora dæmonibus. Infima heroibus. Oportere uero putat sacra his omnibus duodecim distingui generibus. Siquidẽ secundum sphærarum signorumq; duodenarium, etiam in qualibet sphæra dæmones heroesq; duodenario distinguantur. Commemorationẽ uero solennitatum, earumq; distinctionem quo tannis declarari populo iubet mense ultimo: quem more cõmuni accipimus Februarium. Præcipue uero Platonico more mensem ante æstiuum solstitium. Vltimũ mensem merito Plutoni dicat. Est enim Pluto prouidentia proprie & separans animas & iudicans separatas. Inquit autem coniunctionem cum corpore animæ non esse meliorem separatione. Intellige de corpore caduco, & quatenus caducum est: non de cœlesti, uel cælo simili: quali corpori coniungi præstat huic autem quatenus caducum est, non præstat. Ac si operæpreciũ esse dicatur huic quoq; coniungi: non propter hoc ipsum proprie, sed alterius finis gratia id dicendum. De his autem in Theologia diffusius. Sed nunquid dæmonibus etiam impurioribus Platonici litant? Nonnulli his insuper, partim quia naturalibus præsint officijs, partim uero ne inuidia nocent. Plato uero id nequaquam concesserit. Quippe cum purgandæ mentis gratia primiq; dei uenerationẽ duntaxat sacra iubeat facere. Affirmat autem ciuitatẽ legibus consilio diuino utentem fore felicem. Addit ad felicem tum ciuis tum ciuitatis uitam id maxime pertinere, ut nec alijs iniuriam inferat, neq; afficiatur iniuria. Virumq; uero uirtute cõsequi posse. Ac ne ciuitas afficiatur iniurijs, statuit sacrificia, in quibus & diuinum auxilium impetretur, & ludi quidam solennes festiuiq; frequententur, bellicas pugnas quàm maxime imitantes. Quibus exerceri uult ad pugnam tam feminas quàm mares: & in singulis quidem tam sinistram manum quàm dextram: ut & ciuitas ex utroq; sexu æque utili integra sit: &

sit: & quilibet ex utraque manu pariter utili, sit integerrimus. Inter hæc notabis quàm detestetur auaritiam, ob id maxime ciuitati noxiam, quòd proprijs utilibusq; lucris occupatos animos à publicæ salutis cura detorqueat. Notabis itẽ rum quanta cautione musicam, choreas, poesimq; in sacris bellicisq; ludis admittat. Deinde solum illud imperium legitimum esse pariter atque tutum, in quo uolens uolentibus imperat. At quoniam in iuuenilium ludorum cœtibus sæpe amores incidunt, & ij quidem turpissimi, idcirco his diligentissime præcipit occurrendum, quamuis ex parte iam occurrerit, ubi aurum & argentum ciuibus sustulit, & in laboribus assiduis educauit, & oculis iudicum mores ubiq; circumspicientium subiecit assidue omnes, maxime iuuentutem. Quæ quidem tria esse remedia censet aduersus lasciuiæ & petulantiæ morbum admodum salutaria. Occurrit & quarto quodam præsenti remedio: ut uidelicet ab auditoribus legum magistratibus fama quotidie diuulgetur, per quam cuncti communi consensu consuescant existimare, concubitus contrà naturam, non minus turpes esse, nec minori apud deum odio haberi, quàm concubitum inter filios & parentes. Putat uero Plato communis famæ consensum miram ad mores habere potentiam. In his audies feliciter eum uiuere, qui superat uoluptatem: infeliciter qui superatur. Audies & præceptum ad abstinentiam maxime salutare, à Paulo apostolo summopere comprobatum: ut si athletæ corporeæ uictoriæ studio uoluptatibus abstinent, multo magis omnes gratia uictoriæ ad animum pertinentis debeant similiter abstinere. Præterea geminam esse beneuolentiam: alteram quidem morum similitudine: alteram uero ex quodam indigentia procreatam. Et utranq; cum fit uehementior, amorem cognominari. Amorem quoq; quantum ad propositum spectat triplicem. Aut enim pulchritudinem animi aut corporis tantum, aut utriusq; simul amari. In his considera quàm caute in legibus ferendis incedat, ut qui nonnũquam in dialogis honesto formæ corporeæ amatori nonnihil indulserit, hic tamen nihil indulgeat. Nempe corporis solius amorem euidenter exterminat. Vtriusq; uero coniuncti quamuis moderatum, in legibus non audet admittere. Solum deniq; erga animum solum manifestè approbare uidetur. Tum uero homines deprauatæ naturæ sui dominos esse negat: neq; iniuria. Quisquis enim à ratione discedens, rationalem hominis amittit naturam, nimirũ & libertatem quæ rationis munus est, simul amittit: neque tamen amittit culpam, dum quasi delinquit impulsus: quippe cum ipsemet causam necessitati eiusmodi dederit. Homines autem bis contrarios, id est integræ naturæ appellat eos: qui deũ colunt, & inter humana maxime omniũ timent infamiam: nec corporis ullius scilicet, uel sui uel alieni, sed animi morumq; pulchritudinem diligunt. Quod autem in superioribus dixit officium esse Dei, eiusmodi delictis obsistere, si ab eo hæc ordinari possent: sic accipe, ut dei naturarum ordinatoris proprium sit, quæ ab ordine naturæ collapsa sunt, in ordinem restituere. præsertim cum multorum opinio sit animam in eiusmodi scelera non tam sensibus quàm dæmonibus quibusdam instigantibus, uel ab initio corruisse. Vbi uero ait, si ordinari à deo possent, non de diuina potentia, sed humana diffidit: potest quidem deus quantũ in ipso est ordinare, sed non tam facile ordinari homo potest. Posset & deus cogere, si modo uellet necessario trahere, quem uult modo quodam libero ducere. Mox etiam de conuiuijs quæ inter solennia sacra, ludosq; celebrantur, mentionẽ facit. Item ex conuiuijs de uictu legibusq; ad hunc pertinentibus. Opportune uero post educationem animi, legesq; ad hanc attinentes, ad corporis nutrimentum legesq; eiusmodi iam descendit. Tum de agris, terminis, aquis, fructibus, pecoribus atq; pascuis, similibusq; leges tradit. Vbi uero de terminis loquens, præuaricatorem terminorum puniri dicit ab Ioue contribuli atq; hospitali, Iouem unum intellige contribulis pariter & hospitis curatorem. Et quoniam statutos lege terminos præterire, & alienum sibi dominium usurpare, superbiæ proprium est: idcirco dicit Iouem ad hanc iniuriam ulciscendam excitari, atq; insurgere cum prælijs inimicissimis: quasi dicat Deum contra superbos nõ tam ut iudicem, quàm ut hostem ultorem insurgere. Post uero multas constitutiones inquit, ad seniorem philosophum non pertinere, minimas quasq; leges accurate describere: præsertim quæ ad lites rerũq; controuersias pertinent. Sed de rebus quidem externis paucas quasdam communesq; leges adducere, quas in minimas quæq; iuris deriuent interpretes: de moribus autem & animi disciplina ad unguem diligentissime pertractare. Ac dum de uarijs opificibus uerba facit, tria de his præcepta tradit admodum memoranda. Primũ quidem, nullum ciuem, id est publicis aliquando muneribus perfunctum, ullo debere opificio occupari neq; etiam eius seruum. Quippe cum ars reipublicæ gubernandæ longa exercitatione multisq; doctrinis indigens integrum sibi hominem uendicet. Secundum uero neminem artes duas uel studia exercere uel debere uel posse. Tertium deniq; artificem non decere alterius artis opifici præsidere. Vetat prudenter & exportare ciuibus necessaria, & importare superflua, & in primis, cauponari præsertim quæstus gratia. Tum urbis partes uicosq; ac templa & foros duodecim digerit: forisq; tam sobrias quàm diligentes leges imponit.

PLATONIS LEGVM, SIVE DE DE LEGVM LATIONE. DIALOGVS VIII.

HIS porrò cohærent cõstitutiones, & per leges sanctiones festorũ, cũ uaticinationibus ex Delphis, quæ nam sacrificia, & quibus dijs, à ciuitate sacrificante fieri melius & utilius sit: quãdo item & quot numero, fortassis nostrũ fuerit aliqua ex his legib. sancire. CLI. Fortassis numerũ. ATH. Numerũ itaq; primũ dicamus. Sint enim nõ minus q̃ trecenta & sexaginta quinq; sacrificia, quo unus quidã semper principatus sit: ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacrificiorum numerus

siue magistratus alicui deorum aut dæmonum sacrificet, pro ciuitate, & seipsis, & opibus suis. Hæc autem interpretes, & utriusq; sexus sacerdotes, & uates, unà cum legũ custodibus constituant simul congregati, quæ necesse est relinquere legislatorem. Et sanè etiã huius ipsius quod relinquitur, eosdẽ hos cognitores esse oportet. Lex equidẽ dicit duodecim festa duodecim diis esse, ex quib. unaquæq; tribus cognominatur, ita ut singulis his mẽstrua sacra fiant, choriq; ac certamina musica: Gymnica itẽ, prout decorũ est & diis ipsis, & singulis tẽporibus attribui: Muliebria quoq; festa, quę sine uiris, & quæ non peragi cõuenit, distribuãtur. Pręterea uero & terrestrium, & quos cœlestes uocant, & eorum qui hos sequuntur, festa permiscenda non sunt, sed separanda, & Plutonis mensi duodecimo secundum legem attribuenda. Non enim militaribus homini bus reprobandus est hic deus, sed colendus uelut qui hominum generi semper optimus sit. Corporis enim & animæ coniunctio, nulla re potior est dissolutione, uelut ego serio dicens affirmare ausim. Ad hæc uero eos qui ista iustè distinguere uolent, eiusmodi cogitationem habere oportet. Nostram hanc ciuitatem talem esse, qualem non repe

Ciuitatis Platonicæ felicitas

rerit quis aliam ex his quæ nunc sunt, quod ad temporis ocium, & rerum necessariarũ ubertatem attinet. Oportet autem ipsam uelut unum hominem bene uiuere. His autẽ qui feliciter uiuunt primum hoc adesse necesse est, ut neq; ipsi alios iniuria afficiant, ne que ab aliis iniuria afficiantur. Ex his autem alterum quidem, non admodum difficile est: Verum ut quis eam facultatẽ habeat, ut iniuria nõ afficiatur, penitus difficile est, & & non potest quis hoc ipsum aliter perfectè habere, quàm si perfectè bonus fiat. Hoc idem itaq; etiam ciuitati adesse necesse est. Si enim bona est, uita pacifica est: si uero mala fuerit, extrinsecus & intrinsecus bello infestabitur. His autem hoc ferè modo se habentibus, non in bello singulis bellum exercendum est, sed in ipsa pacis uita. Oportet

Belli exercitationes in pace

itaq; ciuitatem mente præditam singulis mensibus militiam exercere non minus uno die, sed pluribus, prout magistratibus uisum fuerit, ita ut & ipsi & mulieres & pueri, nihil hyemes & æstus uereantur, ubi uniuersum populum educere magistratibus uisum fuerit. Tũc uero etiã ex parte ludos quosdam semper cum sacrificijs honestos suborna re oportet, quo pugnæ quædã in festis fiant, quæ bellicas quàm maximè euidenter imitentur. Victoriæ quoq; & rei bene gestæ præmia singulis distribuere oportet, & encomia ac uituperationes facere, prout quisq; se gesserit, & in certaminibus, & in omni ui sus uita prout quisq; optimus esse uidetur, ipsum ornare oportet: & qui contra, uituperare. Poeta uero talium non quiuis sit, sed primum quidẽ qui non pauciores quàm quinquaginta annos natus sit. Et non ex his qui poesim quidem & Musam satis tenẽt, nullum autem honestum et clarum facinus unquàm perpetrarunt: sed ex his qui & ipsi prę stantes sunt, & honores in ciuitate gerunt, & quorum præclara facta celebrantur, talitũ sanè uirorum poemata canantur, etiamsi natura non sint musica. Iudicium autem ipsorum sit & apud erudiendæ iuuentutis præceptorem, & alios legum custodes: qui hunc honorem ipsis deferant, ut solis ipsis in Musis sit libertas: aliis autem nulla licentia contingat, neq; quisquam canere audeat Musam legum custodum iudicio non approbatam, etiamsi Thamyræ & Orphei hymnis iucundior sit. Sed & quæ sacra iudicata sunt, & diis dicata canantur poemata, & quæ bonorum uirorum sunt, & aliquos uituperãt aut laudant, & hoc mediocriter præstare iudicata sunt. Eadem uero & mulieribus & uiris similiter contingere oportere dico, in militia & poematum libertate. Oportet autẽ legislatorem ad seipsum referre ac sibijpsi specimen sermone exhibere. Age quem tandem educo, tota iam ciuitate instructa: Nonne maximorum certaminum athletas, qui bus innumeri sunt aduersarij? Maximè dixerit quis rectè respondens. Quid ergo si pugiles aut pancratiastas educaremus, aut alterius huiusmodi certaminis studiosos, num ad ipsum certamen deueniremus, aduersus neminẽ antea pugna commissa? Aut si pugiles essemus, multis ante certamen diebus pugnare disceremus, & nos exerceremus, omnia illa imitantes, quibus tunc ubi de uictoria depugnandum fuerit usuri simus: & quàm proximè ad similitudinem progressi, pro loris pilas alligaremus, quo & ictus & *Pugnæ exercitat* & ictuum euitationes quoad fieri posset exerceremus? Si uero inopia eorum qui se nobiscum exerceant contingat, num ob stolidorum risus formidinem, non auderemus ad uersus suspensum inanime simulachrum nos exercere? Et si amplius omnibus animatis ac

inanimis destitueremur, num in eorum qui se nobiscũ exerceant penuria, non auderemus ipsi aduersus nos ipsos reuera umbratilem pugnam exercere? Aut quid tandem aliud manibus dimicandi exercitationem esse dixerit? CLI. Ferè ô hospes, nihil aliud quàm hoc ipsum, quod tu nunc protulisti. ATHEN. Quid igitur, num militaris ciuitatis nostrę pars, talibus decertatoribus deterius pręparata, ad maximum certamen subinde progredi audebit, ut pugnet pro uita, & liberis, et pecunijs, & tota ciuitate? Et hæc sanè ueritus ipsorum legislator, ut ne mutua inter ipsos exercitia uideantur quibusdam ridicula, non feret leges ut militent, demandans maximè quidem ut quotidie fiant parua illa sine armis exercitia, & choros ad hæc simulq; omnem gymnasticam excitans: eas uero quæ uelut maiores & rariores exercitationes sunt, non rarius quàm singulis mensibus semel facere imperabit, ita ut certamina inter se faciant per totam regionem, de capiendis locis contendentes, & insidias & omnem artem militarem reuera imitantes, & pugna per pilas, & iaculationibus telorum aliquantulũ periculosorum, quàm proximè ad ueras accedentibus utentes, quo ludus inter ipsos non omninò sine timore peragatur, sed pauores inducat, & aliquo modo tum magnanimum, tum ignauum declaret: & aljis honores, aljis ignominias rectè distribuens, totam ciuitatem per omnem uitam ad uerum certamen utilem præparet: & sanè si etiam aliquis ita moriatur, uelut inuoluntaria cæde perpetrata, sanciat eum qui occidit secundum legem expiatum puras manus habere, existimans hominibus non multis ita mortuis, alios rursus se productum esse non deteriores: & quum timor in omnibus huiusmodi uelut mortuus sit, non repertum se deinceps inter meliores & deteriores discrimen, quod non paulò maius quàm illud ciuitati malum esset. CLI. Consentimus nos ô hospes, hæc legibus sanciri, et totam ciuitatem studio habere oportere. ATHEN. Num igitur causam omnes cognoscimus, cur tandem nunc in ciuitatibus talis chorea & huiusmodi certamen ferè nusquam est, nisi admodum exiguum? Aut propter uulgi & eorum qui leges ipsis ferunt imperitiã, hoc fieri dicemus? CLI. Fortassis. ATHEN. Nequaquam, ô beate Clinia, sed duas horum causas esse dicere oportet, easq; ualdè magnas. CLI. Quas istas? ATHEN. Alteram quidem, quòd præ diuitiarum amore nihil temporis ad alia curanda impendimus, sed in priuatis opibus augendis toti occupati sumus: Ex quibus dependens totus cuiusque ciuis animus, nunquam aliorum curam gerere potest, prętereà quotidiani lucri: & quicquid studij ac industriæ ad hoc cõducit, id quiuis priuatim ut discat & exerceat, promptissimus est, reliqua uero deridet. Hoc equidem unum, & hanc unam causam esse asserendum est, ut neque huic, neque ulli alij honesto studio ciuitas dedita esse uelit, sed propter inexplebilem auri & argenti cupiditatem, quiuis omnem artem & industriam, & honestam, & turpem subire cupiat, si diues inde futurus sit, et omnem actionem tum piam, tum impiam & penitus turpem nulla molestia peragere, si solum facultatem habeat, ut sibijpsi uelut bestiæ, omnigenam edendi ac bibendi, & omnem rei Ue nereæ satietatem suppeditet. CLI. Rectè. ATHEN. Hæc itaq; quam retuli, una sit causa, quæ prohibet ciuitates, ut neque aliud honestum studium, neque ea quæ ad bellum spectant, iustè exerceant: efficit autem ut modesti natura homines, mercatores & nauclerì & omninò ministri fiant: fortes autem facit latrones, & fures, & sacrilegos, & bellicosos, & tyrannos, & quidem quum sint aliquando non degeneres natura, sed tamen infortunati. CLI. Quomodo dicis? ATHEN. Quomodo uero non dixerim ipsos penitus infortunatos, quibus necesse est esuriente semper anima uitam transigere? CLI. Hæc itaq; una est, secundam uero causam quam dicis, ô hospes? ATHEN. Rectè monues. CLI. Hæ itaq; una sit, uelut tu dicis, inexplebilis per uitam cupiditas, quæ singulos occupat, & impedit ut quæ ad bellum spectant, nõ rectè exerceant. Quare iam alteram recense. ATHEN. Num non recensere uideor, sed ob inopiam ipsius moram traherem? CLI. Non sanè, sed uelut odio incitatus uideris nobis illos mores magis quàm conuenit, sermonis digressione castigare. ATHEN. Rectissimè increpatis me, ô hospites, & deinceps uelut par est, audietis. CLI. Dic saltem. ATHEN. Respublicas igitur ego causas esse censeo, de quibus sæpe in superioribus sermonibus dixi, populare dominiũ, & paucorũ principatũ, & tyrãnidem. Nulla enim harum respub. est, sed omnes seditiones rectissimè appellari possunt. Nulla enim uolentibus uolens, sed inuitis uolens semper

Belli ludus uero bello proximus

Causæ duæ neglectionis honestorum studiorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ui quadam dominatur. Vbi uero princeps subditũ timet, neq; bonum, neq; diuitem, ne
que robustũ, neq; fortem, neq; omnino bellicosum unquam fieri permittet. Hæ igitur
sunt omniũ ferè præcipuæ causæ, uerùm ad hæc studia reuera pertinent. At hæc respub.
de qua nunc leges ferẽtes dicimus, ambas istas causas euitauit. Nam & in ocio maximo
degit, & liberi inter se homines sunt, & ex his legibus minimè, ut arbitror, pecuniarum
studiosi euaserint. Quare meritò simulq; iuxta rationem, talis reipub. status solus, ex his
qui nunc sunt, & institutionẽ, & ludum, sermone traditũ & rectè absolutum suscipier.

Gymnica certamina

CLI. Rectè. ATHEN. Non'ne deinceps ab his, omnium tandem gymnicorum certami
num meminisse par est? ut eorum quæ ad bellum pertinentia exercitia habent, studio te
neamur, & ipsis uictoriæ præmia constituamus: quæ uero non, ualere sinamus. Quæ ue
ro sint ea, ab initio recensere & legibus sancire præstat: & primùm quidem quæ ad cur
sum & omninò uelocitatẽ spectant, non'ne cõstituenda sunt? CLI. Constituenda sunt.

Celeritas in bello utilis

ATH. Omnium itaq; maximè ad bellum confert corporis celeritas, altera pedum, altera
manuum: pedum quidem ad fugiendũ & insequendum: sed pugna & conflictus in qui
bus manus conferuntur, uiribus & robore opus habent. CLI. Quidni? ATH. Et tamen
neutra sine armis maximam utilitatem habet. CLI. Quomodo enim haberet? ATH. Pri
mùm itaq; in stadio cursorem præco nobis, uelut nunc in certaminibus uocabit, ille ue
ro armatus ingredietur. Nudo enim certatori præmia non constituemus. Primus itaq; in
stadio cum armis cursurus ingredietur: secundus autem qui in stadio reuertens curret:
Tertius qui equestrẽ cursum perficiet: quartus qui cursum longũ: sed & quintus, quem
dimittemus primum armatũ, in sexaginta stadiorum longitudinem, ad templũ aliquod
Martis. Et rursus grauiorem armigerũ cognominantes, qui planiore uia decertet. Et a
lium sagittariũ totum sagittarium habitum præferentem, qui centum stadia ad Apolli
nis & Dianæ templum, per montes & uarias regiones perficiat. Et constituto certami
ne expectabimus hos donec ueniant, & uictori præmia uictoriæ in singulis dabimus.
CLI. Rectè. ATH. Triplicia itaq; hęc certamina statuamus. Vnum puerorũ, alterum im
berbium, tertium uirorum. Et imberbibus quidem, duas de tribus longitudinis cursus
partes constituemus: pueris autem dimidium harum: sagittariis item & armigeris decer
tantibus. At fœminis, puellis quidem nondũ pubescentibus, nudis stadium & cursum
reuertentem, & equestrem, & longum constituemus, in ipso cursu decertantibus: eis au
tem quæ tredecim annorum sunt, usq; ad nuptiarum coniunctionem, nõ diutius quam
ad uigesimũ annum, neq; breuius quam ad decimum octauum. Sed hæ decenti amictu
indutæ ad horum cursuum certamen deueniant. Et quæ quidem ad cursus tum uirorũ,
tum fœminarum attinent, hæc sunt: quæ uero ad robur, pro lucta quidem & similibus,

Pugna in armis

nunc ea quæ grauia sunt, constituemus, ut eam quæ in in armis fit pugnã, unus aduersus
unum, & duo aduersus duos, & ad decẽ usq; aduersus decem depugnẽt. Quæ uero aut
non admisisse, aut perpetrasse debet, qui uictor futurus est, quemadmodũ nunc in lucta
constituerunt luctæ præfecti, quod sit rectè luctantis opus, & quod non: eodem modo
etiam iam in armorũ pugna consummatos aduocare oportet, et hos simul leges ferre iu
bere, & constituere quid non admisisse, aut fecisse oporteat, eũ qui in his pugnis uictor
iustè declarari uelit: & similiter quæ cõstitutio uictum decernat. Eadem uero etiam de
fœminis lege sanciantur usq; ad nuptiarũ tempus. Cæterum Peltasticam totam Pancra
tij pugnæ opponere oportet, ut in ipsa arcubus, & peltis, & iaculis, & lapidũ tum ex ma
nu, tum ex funda emissionibus decertent: et rursus de his leges constituere, ut qui de his
constituta rectissimè perfecerit, ei & uictoria, & præmia conferantur. At post hæc dein
ceps de equorũ certamine leges ferendæ sunt. Equorum autem neq; multorũ, neq; mul

Equorum certamina

tus nobis usus est, in Creta sanè. Quare etiam studia rariora esse necesse est, tum in his
alendis, tum ad certamen exercendis. Currum quidem neq; omninò quis habet, neque
quisquam memorabile circa huiusmodi res studiũ adhibet. Quare in hoc genere decer
tatores cõstituere patrij moris non est, & si quis constituat, neq; mente præditus esse ui
deretur. At si equis solis præmia constituemus, & pullis qui nondũ dentes eiecerunt, &
medijs inter perfectos, & eos qui dentes nondũ eiecerunt, & ipsis etiã perfectis: secun
dum regionis naturã, equestrẽ disciplinã attribuemus. Sit itaq; horum secundũ ipsorũ
legem certamen & contentio, & tribunis ac magistris equitũ datum sit commune iudi

cium, de omnibus cursibus ipsorũ, & eorum qui cum armis ad certamen deueniunt. Si
uero non armatis, neq; in gymnicis, neq; hic certamina constituemus, rectè leges tule
rimus. Sed Cretensis ex equo sagittarius, & iaculator, inutilis non est. Quare & horũ sit
cõtentio & certamen, lusus gratia. Fœminæ uero ad horũ societatem cogi legib. & con
stitutionibus nõ debent. Si uero ex priorib. disciplinis in consuetudinẽ progressis, natu
ra admittat, & pueri aut uirgines ab hoc studio non abhorreãt, admittere oportet & nõ
uituperare. Certamina itaq;, & gymnastices disciplina, & quę in certaminib. et quæ quo
tidie sub magistris exercemus, penitus iam finem habent. Et sanè etiam de Musica pluri
ma eodẽ modo transacta sunt. Quæ uero ad rhapsodos qui carmina recitant, & eos qui

Certamina chorum in festis

hos sequunt pertinent, & quæ in festis chororũ necessaria fiunt certamina, constitutis
diijs, & his qui cũ diijs sunt, mensib. & diebus & annis, ea tũc adornabunt, siue per trien
nium, siue per quinquenniũ, siue quatenus & quomodo, diijs de ipsorum cõstitutione si
gnificationem dantibus, distributa fuerint: & tunc etiam Musicæ certamina, ut ex parte
decertent, expectare oportet, cõstituta à præmiorum constitutore, & ab erudiendæ iu
uentutis præceptore, & à legum custodib. qui in cõmune de his ipsis cõuenerunt, & de
ipsis leges tulerunt, quando & quæ, & cum quibus certamina in omnib. choris ac cho
reis decertare debeant. Qualia uero singula hæc esse oportet secundũ sermonem, & se
cundum cantilenas, & secundũ harmonias rythmis & saltationib. permixtas, sæpe à pri
mo legislatore dictum est, quem posteriores insequi oportet, & iuxta illa leges conde
re, & certamina prout singulis sacrificijs, in singulis temporibus decorum est, distribue
re, & festa ciuitati celebrãda constituere. Hæc igitur & alia huiusmodi neq; difficilia co
gnitu sunt, quomodo lege cõstituenda sint, neq; si huc aut illuc transponãtur, magnum
ciuitati lucrum aut detrimentũ afferre possunt. Que uero non parum ad rem pertinent,
& difficulter persuaderi possunt, Dei quidẽ maximè opus essent, si fortè fieri posset, ut
ab illo cõstitutiones ipsorum fierent. Nunc autem audaci quodã homine opus habere
uidentur, qui insigni dicendi libertate præditus, dicat ea quæ ciuitati, & ciuibus in animis
corruptis optima esse uidentur, ita ut id quod uniuersæ reipub. decorum ac cõmodum est
constituat, & maximis cupiditatib. contraria proferat, & nullum hominẽ adiutorem ha
beat, sed solus solam rationem sequatur. CLI. Quem nunc istum sermonẽ dicemus ô ho
spes? Non enim intelligimus. ATH. Meritò sanè. At ego conabor uobis adhuc clarius
exponere. Cùm enim ad ludum ratione ueniissem, uidi & iuuenes & puellas inter se hila
riter cõuersari. Venit autem mihi uelut par est, in mentem cogitatio cũ fortitudine con
iuncta, nimirũ quid faciet quis cum eiusmodi ciuitate, in qua iuuenes & puellæ habitio
res sunt, & à laboribus uehementib. ac illiberalibus alieni & ocioſi, qui uel maximè pe
tulantiam extinguunt: sacrificia uero & festa & chori omnib. curæ sunt per uitam? Quo

Ratio cupit fieri lex

itaq; modo tãdem abstinebunt in hac ciuitate à cupiditatib. quæ multos ad extrema de
ducunt, à quibus ratio dum legislator fieri conatur abstinere iubet? Et nihil quidem miri
est, si leges antea latę plerasq; cupiditates superãt. Nam non licere immodicè diteſcere,
non exiguũ ad temperantiam bonũ est: & omnis eruditio ac institutio cõmodas ad ta
lia leges accepit: & ad hæc magistratuũ oculi nõ aliò respicere, sed iuuenes semper ob
seruare coacti: Hæc sanè ad alias quidẽ humanas cupiditates mensurã habent. At amo
res puerorum masculorum ac fœminarũ, ut & mulieres pro uiris se gerant, & uiri mulie
bria patiantur, unde innumera hominib. priuatim, et totis ciuitatib. mala oborta sunt, quo
modo quis satis cauere possit, & quo medicamento ad singula hæc consecto, talis peri
culi fugam cõperiat, penitus facile nõ est ô Clinia. Equidẽ ad alia non pauca illa, & Cre
ta rota, & Lacedæmon, nobis leges à multorũ moribus alienas ferentib. auxiliũ nõ par
tum satis cõspicuè conferunt: Verum de amorib. ipsi enim nouimus, penitus aduersan
tur. Si. n. quis naturã sequens, ferret legem eam quæ ante Laium lata fuit, & dicat rectè
hoc habuisse, ut masculi & iuuenes inter se, quemadmodũ cum fœminis, ueneris cõsue
tudinem non habeãt: & bestiarum naturã testem adduceret, et ostenderet q; in ipsorum
generib. masculus masculũ non attingat, eo q; hoc nõ secũdum naturã sit, probabili for
tassis sermone uteretur, & cũ uestris ciuitatib. nullo modo cõsentiret. Ad hæc uero, quod
per omnia legislatorẽ obseruare oportere dicimus, hoc in his nõ consentit. Quærimus
enim semper, quod ex his quæ sanciunt, ad uirtutẽ cõfert, & quod non. Age itaq; si hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

concedamus honestũ, aut nequaq̃ turpe, ut nunc lege sanciat, quam partem ad uirtutẽ conferet? Num in eius qui ut admitteret, persuasus fuerit, animo fortitudinis affectũ inseret, aut in eius qui persuasit, temperãtiæ speciem? Aut hæc quidem nemo unq̃ credet, sed magis totum huius contrariũ, eius quidem qui uoluptatib. cõcedit, & tolerare non potest, mollicẽ quiuis uituperabit? eius aũt qui ad mulieris imitationẽ progressus est, imaginis similitudinem nõ ne reprehendet? Quis igitur hominũ hoc, cùm tale sit, lege sanciet? Ferè nullus qui uerã legem in mẽte habet. Quõ igitur hoc uerum esse dicimus? Amicitiæ & cupiditatis & eorũ qui dicuntur Amores, naturã aspicere necesse est, si quis rectè cõsiderare uelit. Cùm. n. duo sint ipsa, & ex ambob. tertia alia species, unũ nomen quod ipsa compræhendit, omnem ambiguitatẽ & tenebras inducit. CLI. Quõ? ATHE. Amicum equidẽ uocamus simile simili secundũ uirtutẽ, & æquale æquali. Amicũ item id quod indiget opulento, cùm genere contrariũ sit. Cùm uero utrunq̃ uehemens fuerit, amorẽ cognominamus. CLI. Rectè. ATH. Amicitia itaq̃ quę à contrarijs est, grauis est & aspera, & societatẽ non sæpe in nobis habet: Quæ uero ex simílib. mansueta & socialis est per uitã. At ubi ex his mixta est, primũ quidem nõ facile cognitu est, quid tandem sibi uelit cõtingere qui tertium ex his amorẽ habet. Deinde ab ambobus ad contrarium trahitur, & in ambiguo hæret, altero quidem pulchritudinẽ attingere iubente, altero uero interdicente. Qui. n. corpus & pulchritudinẽ amat, quasi pomorũ fructibus expleri cupiens, sibijpsi illa expetit, nullũ honorem morib. animi eius qui ab ipso amat tribuens. Qui uero obiter corporis cupiditate tenet, uidet autem magis q̃ amat, anima

Amoris species tres esse

animã prout decet apperens, is cõtumeliam arbitrat corporis satietatem: temperãtiam autem & fortitudinẽ, & magnificentiã & prudentiam uenerans, simulq̃ colens, castus semper esse cũ casto amato sibi uolet. At qui ex ambob. mixtus est tertius amor, hic est quem nunc ut tertiũ recensuimus. Cùm autem tot sint amatores, num omnes prohibere oportet, ut lex interdicat ne sint inter nos? Aut palàm est nos eum qui uirtutẽ amat, & iuuenem q̃ optimũ fieri cupit, in ciuitate nostra esse uelle: duos aũt si fieri possit, pro hibituros esse? Aut quõ dicemus, ô chare Megille? MEG. Omninò rectè ô hospes, de his ipsis nunc dixisti. ATH. Videor mihi uelut etiam coniectabã, consensionem tuã ô amice, assecutus esse. Quid uero Lex apud uos de his sentiat, nihil opus est me expendere, sed assensionẽ sermone factam suscipere. Cliniæ uero postea etiã rursus incinendo persuadere conabor. Verum quod mihi à uobis datum est, progrediat, & leges penitus recenseamus. MEG. Rectissimè dicis. ATH. Artem itaq̃ quandã ad hanc legem ferendã in præsentia, partim quidẽ facilem habeo, partim uero penitus quoad fieri potest difficilem. MEG. Quõ dicis? ATH. Nouimus equidẽ etiam nunc plerosq̃ homines, etiamsi

Pulchrorum fuga

iniqui sint, bene & diligenter à pulchrorũ conuersatione prohiberi nõ inuitos, sed quo ad fieri potest, maximè uolentes. MEG. Quando hoc fieri dicis? ATHE. Quando frater aut fratres pulchri alicui fuerint. Et de filio aut filia eadem lex nõ scripta quantũ fieri potest, satis cauet, ut neq̃ manifestè, neq̃ occultè quis cõdormiat, aut alio quodam modo hos cõtingat: Imò neq̃ cupiditas omninò huius consuetudinis plerosq̃ inuadit. MEG. Vera dicis. ATH. Nõne paruum uerbum omnes eiusmodi uoluptates extinguit? MEG. Quod istud? ATH. Quod hæc nequaq̃ pia esse dicit, sed à Deo odio haberi, & turpium omniũ turpissima esse. Causa uero nõ ne hæc est? q̃ nemo aliter hæc dicit, sed statim ut quisq̃ nostrum natus est, audit semper & ubiq̃ eos qui hæc dicunt, & ea quæ tum per risum, tum in omni seria Tragica actione sępe dicunt: quando aut Thyestas, aut Oedipodas quosdã inducunt, aut Macareas quosdã, qui occultè cum sororib. cõcubuerunt, deprehensi uero mortẽ ultrò sibi in sceleris pœnam cõsciuerunt. MEG. Rectissimè dicis

Fama admirande potentie

hoc ipsum, q̃ fama admirandã quandam potentiã adepta est, cùm nemo ullo modo aliter præter legem unq̃ respirare conet. ATH. Nõ ne rectum est hoc quod nũc dictũ est? q̃ uidelicet legislatori cupiditatẽ aliquam, ex his quæ præcipuè homines subigunt, in seruitutẽ redigere uolenti, facile cognitu est quo modo id efficiat? Nam si hanc famam apud seruos & liberos, & pueros ac mulieres, & apud totã adeò ciuitatem eodẽ modo cõsecrauerit: sic sanè id quod firmissimũ est circa hãc legẽ efficiet. MEG. Maximè. Quõ uero ut hoc oẽs dicere uelint, unq̃ efficere poterit? ATH. Rectè subiecisti. Hoc ipsum enim erat quod à me dictũ est, q̃ artem ego ad hanc legẽ ferendam haberẽ, ut homines

secundum naturã coitu utantur ad liberorum procreationẽ, & à masculis abstineant, & nõ ex præmeditato humanum genus occidant, neq̃ in petras & lapides seminent, ubi nunq̃ actis radicib. fœcundũ fiet id quod seritur, ut naturã suam recipiat: ut item abstineant ab aruo muliebri omni, in quo id quod seminatũ est, nasci nõ uolet. Hæc itaq̃ lex si perpetua fiat, & obtineat, et quemadmodũ nunc circa parentũ coitum obtinet, etiam sic circa alios obtineret, innumera bona induceret. Primũ enim secundũ naturã lata est. Deinde ab amoris rabie ac insania, & ab adulterijs omnib. & ab immodicis omnib. potibus ac cibis arcet. Viros item uxorib. familiares & amicos efficit, & multa alia bona cõtingere possunt, si quis huius legis ferendæ potestatẽ habeat. Fortassis aũt si uir uehemens & iuuenis, qui multo semine abunder, astaret & legem ferri audiret, cõuitiaretur nobis, uelut qui stolidas & impossibiles leges feramus, & clamore omnia impleret. Ad quæ sanè etiam ego respexi, & illud dixi, q̃ artem haberẽ, partim quidem omniũ facilimam, partim uero difficillimã, ad hoc ut hæc lex lata firma maneat. Nam q̃ & fieri potest, & quõ, facile intellectu est. Dicimus. n. si hæc lex satis cõsecrata fuerit, fore ut omnium animi domenẽ ac subiugenẽ, et omninò cum timore hoc præstent, ut latis legib. obediãt. At. n. nũc eò res progressa est, ut nunq̃ fieri posse uideat, quemadmodũ etiam de conuiuiorũ studio non credebat fieri posse, ut tota ciuitas per omnẽ uitam in his habendis degere posset. Sed re ipsa compertũ est fieri posse etiã apud uos, et tamen adhuc mulieres in uestris ciuitatib. non uidentur ad hæc ut fiant natura prędítæ esse. Hac itaq̃ ratione ob incredulitatis robur, ambo hæc penitus difficilia esse dixi, ut lege firma maneant. MEG. Rectè equidẽ dicis. ATH. Quod igitur humanas uires nõ excedat, sed fieri possit, uultis' ne ut sermonẽ quendã uerisimilẽ uobis referre coner. CL. Quidni? ATH. Vtrũ igitur à re uenerea facilius abstinuerit, & quod de ipsa cõstitutum est, moderatè facere uoluerit, qui corpore bene & non uulgariter affectus est, aut qui malè? CLI. Multò sanè magis qui nõ uulgariter. ATH. Num igitr de Icco Tarentino audiuimus, q̃ propter Olympicũ & alia certamina, cõtentionem & artem & animi fortitudinẽ cum temperãtia coniunctã adeptus, neq̃ mulierẽ aliquam unq̃ attigit, neq̃ rursus puerũ, per totum exercitationis uigorẽ? Et sanè etiã de Crissone & Astylo & Diopompo, & multis alijs idem fertur: quanq̃ animis multò peius eruditi essent, q̃ mei aut tui, ô Clinia, ciues, corporibus autẽ longè magis ualentes. CLI. Vera hæc dicis, quæ ualdè à ueterib. relata sunt de his athletis, uelut reuera aliquãdo facta sint. ATH. Quid igitr, illi quidẽ, ut lucta & curslib. & eiusmodi certaminib. uictores euaderent, à uenere q̃ res à plerisq̃ felix dici tur, abstinere ausi fuerunt: nostri uero filij longè pulchrioris uictoriæ gratia tolerare nõ poterunt, quam uictoriã pulcherrimã nos mox à pueris ad ipsos dicemus, tum in fabulis, tum in sermonib. & in cãtilenis canemus, & uelut consentaneũ est, ipsos demulcebimus. CLI. Quã istam dicis? ATH. Vt uictoriæ uoluptatũ compotes sint, & feliciter uiuant: si uero uincãtur, totũ contrariũ. Ad hæc uero, adhuc timor quod hæc res nequaq̃ ullo modo pia sit, nõ ne uim habebit ut superent ea q̃ alij superarunt, qui his inferiores essent? CLI. Cõsentaneum est equidẽ. ATH. Quando quidẽ igitur de hac lege hucusq̃ progressi sumus, & ob multorũ malicíam in ambiguitatẽ incidimus, censeo nostram de his ipsis legẽ palàm progredi oportere, & dico nõ conuenire ut ciues nostri uolucrib. et alijs multis bestijs deteriores sint. Harum. n. magni greges usq̃ ad sobolis productionẽ, cœlibes & à nuptijs incorrupti ac casti uiuũt. Vbi uero ad id ætatis deuenerint, mas fœminæ, & fœmina mari cum gratia coniungit, & reliquo tempore sanctè & iustè uiuũt, in primis amicitię cõsensionib. cõstanter perseuerãtes. Oportebat itaq̃ ipsos bestijs meliores esse. Si uero ab alijs Græcis ac Barbaris plurimis corrumpant, dum inordinatã di

Incredulitas legibus obstat

ctam uenerẽ in ipsis uident, & plurimũ posse audiunt: & sic superare ipsam nõ possint, alterã legem ad ipsos excogitare oportet legũ custodes legislatores factos. CL. Quã legem ipsis cõstituere consulis, si hęc quę nũc lata est, apud ipsos irrita fiat? ATH. Nimirũ eam q̃ ab hac deinceps secũda est, ô Clinia. CLI. Quã istam dicis? ATH. Vt uoluptatũ robur maximè inexercitatũ faciant, & infusionẽ ac alimentũ ipsius, per corporis labores aliò cõuertant. Hoc aũt contiget, si impudentia in Veneris usu non affuerit. Nam si rara ipsa ob uerecundiã utentur, debiliorẽ ipsam dominã habebunt ex raro usu. Vt igit latenter horũ aliquid faciant, honestũ apud ipsos constitutũ sit, & consuetudine & lege non scripta receptũ: Vt autem nõ latenter, turpe: sed nõ turpe, si quis omninò nõ faciat.

Venere qui abstinuerint

Venus rara nõ est imperiosa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic hoc turpe & honestū secundo loco nobis in lege positū erit, rectitudinē secundam habens, & eas qui naturas corruptas habent, quos seipsis inferiores appellamus: quod unū genus cùm sit, tria genera cōplectitur: coget ut ne delinquāt. CLI. Quæ ista gene-
Amoris tria genera
ra? ATH. Pium simulq; liberale, ac honestū, & quod non corporū, sed morū animi pulchrorum cupiditate tenetur: & hæc sanè fortassis uelut in fabula nunc dicunt, & optiones sunt, longè tamen optima essent, si quidē in omnibus ciuitatib. fierent. Fortassis aūt si Deus uoluerit, ex duobus alterū in amatorijs obtinebimus, ut aut nemo ullius generosi ac liberi uxorem præterq; suam cōtingere audeat, & nuptijs nō cōsecrata ac spuria semina in pellices nō seminet, neq; infœcūda in masculos semina contra naturā iaciat: aut masculorū amorem omninò tollamus. Si uero quis cum muliere aliqua coeat, siue empta, siue quocūq; alio modo acquisita: exceptis his quæ cum dijs & sacris nuptijs in domū uenerunt: & hæc res nō & uiros & mulieres omnes lateat, eum si ignominiosum & laudum in ciuitate exortem lege cōstituerimus, fortassis rectè legem sancire uidebi-
Amatoria lex
mur, uelut qui reuera sit externus. Hæc itaque lex siue una est, siue duas ipsas appellare cōuenit, de re uenerea & omnibus amatorijs lata sit, in quibus inter nos ob eiusmodi cupiditates cōuersantes, & rectè & nō rectè facimus. MEG. Equidē ô hospes, ego hūc sermonem ualdè admitto. Clinias autem hic dicat quid'nā de his ipsis sentiat. CL. Fiet hoc ô Megille, ubi occasio aliqua incidisse mihi uisa fuerit. Nunc uero hospitem adhuc ulterius in legibus progredi sinamus. MEG. Rectè. ATH. Atqui nunc ita progressi ferè eò deuenimus, ut conuiuia cōstituerimus, quod alibi quidē difficile esse diximus. Verùm in Creta nemo aliter fieri oportere putat. Quo uero modo, nū uelut hic, an uelut in Lacedæmone, aut tertia quædam sit conuiuiorū species, ambabus his melior, hoc neq; inuentu difficile esse mihi uidet, neq; inuentū aliquid magni boni efficere posse. Etenim nunc cōcinnè sunt constructa. Sequitur porrò ad hæc uictus structura, quo modo ipsis contingere possit. Victus itaq; alijs ciuitatibus uarius, & ex multis locis comparari potest, maximè autem ex duplicibus, aliter q; his contingit. Nam & ex terra, & è mari pleriscq; Græcorū comparātur ea quæ ad uictum pertinēt. Sed his solū ex terra. Hoc igitur legislatori facile est. Non enim dimidia solū legum pars suffecerit, sed multò pauciores, & insuper liberos homines magis decentes. A naualibus em̄ & mercatorijs, & his quæ ad caupones, & stabularios, & publicanos & res metallicas, & fœnora, & usuras alias subinde parientes, & innumera huiusmodi alia pertinent, magna ex parte liberatus est, & ualere hæc iussit huius ciuitatis legislator. At agricolis, & pastoribus, & apiū curatoribus, & alijs eiusmodi custodibus, & instrumentorū præfectis leges feret, postquā maximas iam leges de nuptijs, & liberis procreandis ac educādis, & insuper erudiendis, & magistratibus in ciuitate cōstituendis tulit. Nunc itaq; ut ad eos qui uictū parant, & qui circa hunc acquirendū elaborant, se legislator conuertat, necessariū est. Et primæ sanè sint agriculturæ leges. Ac Iouis quidem Terminalis prima hæc lex referatur. Agrorum terminos nemo moueat, neq; familiaris uicini ciuis, neq; finitimi externi, si in extrema regionis parte alicui contiguos agros possideat, arbitratus hoc uerè esse, non mouenda
Terminorū in agris lex
mouere, quod dici solet. Quiuis autem malit saxum aliud maximū mouere aggredi, q̄s terminum aut paruum lapidē, qui amicitiam & inimicitiā terminat, iureiurando à dijs confirmatam: alterius enim Iupiter contribulis testis est, alterius Iupiter hospitalis, qui
Iupiter contribulis, & hospitalis
cum infestissimis bellis excitantur. Et qui quidem legi paret, mala ex ipsa non experietur: Qui uero contempserit, duplicis pœnæ reus fit, unius & primæ ex dijs, secundæ ex lege. Nemo enim agrorū uicinorum terminos moueat: Qui uero mouerit, eum quicunque uolet agricolis indicet. Hi uero ad iudicium ducāt. Si uero quis reus condemnatus fuerit, uelut qui agrum occultè & per uim occupauerit, eum conuictum iudicium puniat, prout uisum fuerit, pati aut rependere oportere. Postea uero dum detrimenta multa & parua à uicinis fiunt, ob frequentiā ingentes inimicitias pariūt, et molestā ac admodum amarā efficiunt uiciniā. Quapropter uicinus penitus cauere debet, ut nihil uicino cōtrariū faciat, & hoc tū in alijs, tū in uniuersa agrorū cultura semper uehemēter uereat. Lædere.n. nihil difficultatis habet, sed cuiusuis hominis est. At utilitatē afferre nequaq; cuiusuis est. Quicūq; uero trāsgressus terminos uicini agros coluerit, damnū quidem rependat, sed ut impudētię simulq; illiberalitatis medelā accipiat, aliud duplū damni ipso

rependat. Horum aūt & omniū eiusmodi cognitores: & iudices ac censores sint agrorum curatores, maiorū quidem uelut in superiorib. dictum est, totus duodecimæ partis ordo: minorum uero, custodiæ horum principes. Et si quis pecora in alieno agro pascat, inspecto damno iudicent & puniant. Et si apum examina alieria quis sibi uendicet, apum uoluptati indulgens, & sic pulsando illas sibi concilians, damnum rependat. Et si quis materiam ex agro igne expurgans, proximi agrum non uitauerit, mulcta pro ut magistratibus uisum fuerit mulctetur. Ita etiam si quis plantans mensuram locorum uicini non reliquerit, quemadmodum à multis legislatoribus satis dictū est, quorū legibus ad has uti oportet, & non expetere ut omnia, quæ & multa & parua & cuiuslibet legislatoris sunt, maior ciuitatis exornator sanciat. Nam & de aquis ueteres & pulchrę leges agricolis constitutæ sunt, indignæ ut sermonibus huc deriuentur. Verum qui uolet in suum locum aquam ducere, is ex communibus locis initium sumens ducat quā uolet, præterquàm per domos, aut templa aut etiā sepulchra, ita ut non lædat, nisi quantum ex aquæ ductu contingit. Si uero aquarum inopia quibusdam locis ex terra insita sit, ut siccitas undas è loue demissas absorbeat & occultet, & quis necessarijs potibus destituatur, is fodiat in suo loco, usq; ad terram figlinam. Si uero in hac profunditate ne quaquàm in aquam incidat, à uicinis aquam petat, quantum necesse est singulis domesticis ad bibendum. Si uero penuria ad certum modum contracta fuerit etiam uicinis, constitutum aquationis modum ab agrorum curatoribus accipiat, & hanc quotidie auferat, & sic aquæ cum uicinis particeps fiat. At si aquæ ex loue pluuiales abundent, & eum qui superiorem locum colit, aut etiam pariete coniuncta domo habitat, aliquis ex infra habitantibus lædat, ut non det effluxionem: Aut contrà superior demissis temerè fluxionibus inferiorem lædat, & de his inter se conuenire non possint, in urbe quidem urbis curatorem, in agro uero agrorum curatorem inducat qui uolet, qui quid utrumq; facere oporteat constituat. Qui uero in constitutione non permanserit, inuidiæ & maligni animi condemnetur, & reus duplex damnum læso rependat, eo quòd magistratib. parere non uoluit. Fructuum porrò autumnaliū talem quandam communionē omnes facere conuenit. Bina nobis beneficij dona, hæc dea largitur: alterum Pandeam Dionysiadem quod recondi non potest: alterum quod ad repositionem producitur secundū naturam. Sit itaq; de fructibus hæc Lex constituta. Quicunq; de rusticis fructibus, uuis aut ficubus gustauerit, prius quàm ueniat uindemiæ tempus, quod cum Arcturo concurrit, siue in suis agris, siue in aliorum, sacras quinquaginta drachmas debeat Dionysio, si ex suis decerpserit: si uero ex uicinorū agris, minam: Si uero ex aliorum, duas minæ partes. Quicunq; uero unā, quæ nunc generosa appellatur, aut generosas ficus cognominatas, colligere uoluerit, si quidem suas aggreditur, quomodò & quando uoluerit decerpat. Si uero ex alijs, non persuaso domino, neq; sequutus legē, quæ tollere uetat, quod quis nō deposuit, illo modo semper mulctetur. Si uero seruus nō ex uolūtate domini, tales agros cōtingat, iuxta acinorū in racemo numerū, & ficuū in arbore fico, æqualibus numero plagis flagelletur. Inquilinus aūt si generosum fructū emit, colligat ubi uoluerit. Si uero peregrinus huc profectus & iter faciens, fructus gustare uoluerit, generosos quidē attingat, si uoluerit cū uno comite, absq; pœna, hospitalia munera suscipiēs. Verū de rusticis appellatis fructibus & alijs huiusmodi, lex prohibeat ut peregrini nobiscū non participēt. Si uero inscius qs liber aut seruus eos attingat, seruus quidē plagis puniatur, liber uero dimittat admonitus ac doctus ut alios fructus attingat, q idonei nō sunt repositionē, ut uuæ passæ & uinū & ficus aridæ ex ipsis fiant. Cæterum de pyris & malis tum alijs, tum punicis & omnibus huiusmodi, ut quis clandestinè accipiat, turpe quidem non sit, Verum deprehensus, si intra triginta annos natus fuerit, uerberetur & depellatur absq; uulneribus: ob huiusmodi uero plagas liber nullam dicam impingat. Peregrino autem liceat ut uelut superiorum fructuum, ita etiam talium participeps fiat. Si uero senior hæc attingat, & isthic edat, ac nihil auferat, quemadmodum peregrinus hoc modo omnium talium particeps fiat: quòd si legi non paruerit, habeat ta lis qui de uirtute non decertauit, si tunc talia de ipso quis ad eius temporis iudices referat. Aqua circa hortos omnium maximè nutrit, sed facile corrumpitur. Nā neq; terram neq; solē neq; uētos, quæ unà cū aquis ea quę ex terra germināt nutriūt, facile est corrū

Damnorum ex uicinis leges

Aquæ ductuū Leges

Fructuū cōmunionis Lex

Fructus generosi

Fructus rustici

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aquarum corruptores

pere uenenis, aut auertendo, aut suffurando. At circa aquæ naturã omnia hæc fieri possunt. Quapropter legis auxilio opus habet. Sit itaq; hæc lex de ipsa. Si quis uolens corruperit aquam alienam, siue fontanam, siue collectam, uenenis aut foueis, aut furto, is cui damnum illatum est deferat ad urbis curatores, & damni æstimationem proponat. Si uero quis fuerit cõuictus, quòd uenenis damnum intulerit, supra mulctã, fontes aut aquæ uas purget, prout legũ interpretes purgationẽ subinde & à singulis fieri oportere exposuerint. At uero in cõuehendis frugibus ac fructib. omnibus, liceat cuiq; ut qd̃

Vecturæ frugũ leges

suum est per omnes locos transportet, ubi aut nullũ alicui damnũ infert, aut triplũ ipse lucrũ facit eius damni quod uicino infert. Horũ uero cognitores sint magistratus, & aliorum omniũ, ubi quis uolens per uim, aut occultè, læserit inuitum aliquem, aut ipsum aut quicquã de his quæ ipsius sunt, per suas possessiones. Omnia itaq; hæc læsus ad magistratus deferat, & puniat, si damnum ad tres usq; minas se extenderit. Si uero maior alicui contra alium actio fit, ad communia ac publica iudicia litem referat, & eum qui iniuriam intulit ulciscatur. Quòd si quis ex magistratibus iniustam sententiam de damno illato pronunciare uideatur, dupli ei qui læsus est persoluendi reus sit ac condemnetur. At de magistratuũ iniustis factis, quicunq; uolet actionem apud publica iudicia instituat. Quum autem innumerabiles hæ sint & paruæ leges, secundum quas, pænas cõstitui oportet, de actionum terminis, & de uocationibus in ius, & his qui in ius uocant, siue ad duos, siue ad quot tandem uocari oportet: & omnia huiusmodi talia sint, ut neq; à legibus præteriri possint, & sene legislatore indigna sint: iuuenes sanè de ipsis leges ferant, imitatione ad superiorum leges iustituta, ut parua ad magna cõferant, & necessarij ipsorum usus experientiam faciant, donec omnia iustè sancita esse uisa fuerint. Tũc uero his iam immobilibus constitutis uitã degant, & his moderatè se habentibns utantur. Quod uero ad opifices attinet, hoc modo leges constituere oportet. Primum qui-

Opificũ leges

dem nullus indigena sit ex his qui in opificum artibus elaborant: imò neq; seruus uiri indigenæ. Artem enim satis magnam, & multa exercitatione multisq; disciplinis indigentem, habet uir ciuilis, qui publicum ciuitatis ornatum cõseruat ac gubernat, ut qui non obiter curari uelit. Duo autẽ studia, aut duas artes exactè tractare, ferè nulla humana natura potest: neq; rursus fieri potest, ut ipse quidem alteram satis exerceat, in altera uero alij eam exercenti præsideat. Hoc igitur in ciuitate primum esse oportet. Nullus faber ferrarius simul etiam faber lignarius sit: neq; rursus qui lignarius faber est, alia magis curet quàm suam artem, hunc prætextum habens, quòd quum multorum ministrorum sibijpsi elaborantium curam gerat, meritò illos magis curet, propterea quòd illinc maior redditus sibi contingat quàm ex sua arte. Quare unusquisq; qui unam artem in ciuitate habet, ex hac simul etiam uictum habeat. Hanc legem urbis curatores ea industria conseruent, ut si indigena ad artem aliquam magis quàm ad uirtutis studium inclinatus sit, ipsum obprobrijs ac ignominijs puniant, donec ipsum ad suum cursum dirigant. Si uero peregrinus aliquis duas artes tractet, uinculis, & mulcta in pecunias, & eiectione è ciuitate punitum cogant, ut unus solum sit, & non multi. At de mercede iporum, & operum abrogatione, & si quis ipsos alius, aut illi alium quempiam iniuria afficiant, usq; ad drachmas quinquaginta urbis curatores dijudicent. Verum ampliorem

Vectigal nullũ

mulctam publica iudicia secundum legem decernant. Vectigal porrò nullum quisquam persoluat, neq; de rebus quæ exportantur, neq; de his quæ importantur. Thus uero, & quæcunque eiusmodi sunt peregrina ad deos pertinentia suffimenta, & purpuram, & tinctos colores, quos regio non producit, aut qui ab aliqua alia arte expetuntur, quæ externis quibusdã inuehẽdis opus habet, nullius gratia necessitatis, neq; quisquam inuehat, neq; rursus ea quæ necessaria sunt in ciuitate ut maneãt, euehat. Horũ autem omnium cognitores & curatores sint reliqui duodecim legum custodes, quinq; senioribus exceptis. Cæterũ quod ad arma attinet, & omnia quæ ad bellũ pertinẽt instru-

Bellicorum instrumentorum Lex

mẽta, si ad hæc paranda, arte aliqua extrinsecus inducẽda opus sit, aut stirpe, aut re aliqua ac materia metallica, aut ad ligãdũ idonea, aut animalib. quibusdã, huiusmodi usus gratia: magistri equitũ & exercitus duces in his autoritatem habeant tum inuehendis, tum educendis, concedente simul ac suscipiente ciuitate. Leges autem de his decentes ac satis iustas Legũ custodes ferent. Cauponariã uero neq; quæstus, neq; ullius alterius rei

rẽi gratia, quisquã in tota regione ac ciuitate nostra exerceat. Alimenti uero & eorum quæ ex regione proueniunt distributio, si prope ad Creticam legem fiat, ritè fieri uidetur. Quum enim duodecim partes ex toto, ex regione fiant, distribuere ac cõsumere similiter omnes oportet. Verũ unaquæq; duodecima pars, uelut tritici & ordei: ad quæ tiam aliæ fruges ac fructus distributi sequant̃, & omnia animalia quæ in singulis uenalia habentur: tripartitò secundũ rationẽ diuidatur, ut una quidẽ pars liberis obueniat, altera ipsorũ seruis, tertia uero opificibus & externis, tum his qui inquilini cohabitant, & necessario alimento opus habent, tum his qui ob usum aliquẽ ciuitatis, aut alicuius priuati subindè aduenient. Hæc itaq; omnium necessariorũ tertia distributa pars sola uenalis sit ex necessitate. Sed de alijs duabus partibus nihil uendere necesse sit. Quomodo igitur hæc rectissimè distribuẽtur? Primũ quidem manifestũ est, quòd partim æqualia, partim inæqualia distribuimus. CLI. Quomodo dicis? ATHEN. Deteriora sanè & meliora singula hæc terrã producere & enutrire necesse est. CLIN. Quidni? ATHEN. Quũ itaq; hæ partes tres sint, nihilo plus habeat ea quæ dominis aut seruis distribuitur, neq; ea quæ externorũ est, sed ipsa distributio omnibus eandem similitudinis æqualitatem attribuat. Vnusquisq; uero ciuis acceptis duabus partibus, dominus sit distributionis seruis & liberis, quantum & qualia distribuere uoluerit. Quod uero ex his supereſt, mẽsuris & numero hoc modo distribuere oportet. Accepto numero omniũ animaliũ, quibus ex terra alimentũ contingere oportet, ita tandẽ distributio fiat. Post hæc aũt habitatiões ipsis dispositas esse oportet. Ordo uero his hic cõuenit. Duodecim uicos esse

Vicorum dispositio

oportet, unũ semper in medio uniuscuiusq; duodecimæ partis. In unoquoq; uero uico extruere templa & forũ deorũ, & qui hos sequunt̃ dæmonũ, siue aliqui indigetes Magnetũ, siue aliorũ ueterum memoria conseruatorũ statuæ sunt, ita ut his tribuamus eos honores, qui olim hominũ fuerũt. Vestæ item & Iouis ac Mineruæ, & aliorũ cuiusque duodecimæ partis principũ templa ubiq; ædificare. Primũ autẽ ædificia sint circa hæc tẽpla, ubi locus altissimus fuerit, excipiẽdis custodib. maximè munita. Reliquã autem uniuersam regionẽ, in tredecim partes diuisis opificibus, cõstruere oportet, & unã quidem partẽ in urbe collocare, diuisa etiã hac rursus in duodecim totius ciuitatis partes, itèq; his qui extra & circũcirca distributi sunt. In singulis autem uicis cõmoda agricolis

Opificum distributio

opificũ genera cohabitẽt. Horũ autem omniũ curatores sint principes ex his qui agros curãt, quot & quibus quisq; locus opus habet, & ubi habitãtes minimè molesti & utilissimi agricolis sint. Eorũ uero qui in urbe habitant eodem modo cura habeatur ab urbis curatorũ magistratu. At ædilibus singula circa forũ curæ esse debent. Cura uero ipsorũ post templorũ uisitationem, est rerũ in foro, ut ne quis iniuriam faciat in his quæ ad hominum usum pertinent. Deinde ut temperantiæ & petulantiæ inspectores sint, & castigent eum qui castigatione opus habet. Ex uenalibus autem primum considerent quæ circa externos constituta sunt ut ipsis uẽdantur, an singula secundum legem fiant. Lex autem sit, ut procuratores siue externi siue serui sint ad hoc delignati, prima mensis die eorum quæ uendi debent duodecimã partem, & primũ tritici proponant. Externi uero in omnem mensem emant frumentum, & quæ eius generis sunt, in primo foro exposita. Duodecima uero mensis die, liquidorum ab alijs uẽditio, ab alijs emptio fiat, quæ ad totum mensem sufficiat. At tertia, & uigesima die, animalium uenditio fiat, quæ singulis uendenda sunt, aut emenda ab his qui opus habent: Vasorum item ac instrumentorum & rerum, quas agricolæ quidem uendunt, uelut sunt pelles, & omne uestium genus, & texturæ, & plicata, aut coacta ac constricta, & quædam alia huiusmodi: exterui uero emere, & ab alijs sibi comparare necesse habent. In cauponis autem horũ quicquam, aut triticum, aut ordeum in polentam comminutum, aut etiam aliud omne alimentum, ipsis & ipsorum seruis, neq; quis uẽdat, neq; quisquam à tali quicquam emat: Verum in externorũ foro externus uendat opificibus & ipsorũ seruis, uini & frumenti uenditionẽ permutans, quod sanè cauponariam plerique appellant: Frusta item animalium cõcisorum disponãt ac uendant coci externis & opificibus, & ipsorũ seruis. Omnem porrò materiam ad comburendũ idoneam externus ubi uolet aceruatim à procuratoribus in illis locis coemat, & ipse rursus externis quantũ, & quando uoluerit uendat. Ex alijs autem rebus omnibus utensilibus ac instrumẽtis, quibus singulis opus est,

Cauponaria prohibita

Vendítionis alimentorum lex

uendant

Universidad de Deusto
Biblioteca

uendant ad publicum forum deportata, in singulis locis, in quibus legum custodes & ædiles unà cum urbis curatoribus conuenientes sedes elegerũt, & terminos constituerunt rerum uenalium, ut in his permutentur numismata rebus, & res numismatis, & nõ remittat alter alteri permutationem. Qui uero uelut fidem habens remiserit: is siue acceperit, siue non, boni consulat, quũ non sit amplius ullum de huiusmodi contractibus iudicium. Quod uero emptum aut uenditum est, quantò id amplius fuerit & maioris precij, quàm secundum legem, quæ cõstituit quanta accessione & decessione neutra horũ facere oportet, hoc ipsum tunc apud legũ custodes perscribatur, & contrariũ deleatur. Eadem uero etiam de inquilinis fiant, in rerum ac bonorum ipsorum perscriptione ac annotatione. Liceat autem cuiq; uolenti ad cohabitationem certis cõditionibus uenire, utpote quæ sit habitatio externorũ, si quis cohabitare uelit ac possit, & artẽ habeat, ita ut cohabitet nõ pluribus q̃ uiginti annis, à qua die perscriptionẽ fecerit, & neq; minimum pro cohabitatione preciũ persoluat, præterquam temperantiam, neq; aliud tributum emptionis alicuius aut uenditionis gratia. Quũ autem finitũ fuerit tempus, rebus ac bonis suis acceptis abeat. Si uero in his annis contigerit ipsi, ut in aliqua existimatione sit, q̃ memorabile aliquod cõmodum ciuitati exhibere possit, & Senatũ ac concionem persuadere se posse confidat, ut aut dilatio aliqua emigrationis ipsi contingat, aut etiam mansio per omnem uitam, accedat & persuadeat reipublicæ, & quæ persuaserit rata ipsi habeantur. At liberis inquilinorum si opifices sunt, & quindecim annos nati, cohabitationis tempus initium sumat post quintum & decimum annũ, & postea maneat per uiginti annos, si cui hoc ita placuerit. Si uero manere uoluerit, maneat postquam eodem modo persuasit. Qui uero discedit, abeat deletis perscriptiõibus, quæ ab ipso prius fuerunt apud magistratus perscriptæ.

Contractus: permutationis præsentis

Inquilinorum conditio

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum nonum, De legibus.

NONVS dialogus post communem morum disciplinam & legum multarum traditionem aggreditur iam iudicia. Et ualde quidem opportune. Nam & qui moribus eruditi legibusq; instructi sunt, iudicare iam possunt: & qui eruditioni instructioniq; præcedenti non paruerunt, tam sunt iudicandi. Prudenter omnino noster hic animorum medicus seruare hactenus salutaribus studuit monitis integram animi sanitatem: iam uero perditam cunctis machinis reparare molitur. Verum quæ charitas Platonica est, misericors, dolens, compulsus ad secandũ quasi trahitur & urendum: & id quidem tam benigna cautione, ut grauiter ægrotantes uerbis blandissimis consoletur: contendatq; uerbis quasi magicis carminibus sanos efficere antequam medicam adhibeat manum: quã etiam deinde sic admouet, ut languens & uix persentiat, & plus admodum spei concipiat quàm doloris, & ex dolore non perniciem reportet, sed salutem. Insignis clementia uir neminem absq; consolatione punit: neminem punitum perdit: omnes pro uiribus seruat: & quos nece punit: profitetur à morbis animi liberare: ac minimo mortis malo, interim ingenti & in dies crescenti obsistere animi malo. Præstare uero asserit hinc abire, quàm in morbo uel animi uel corporis incurabili uiuere. Atqui neq; hac uita priuat, nisi quẽ cognouerit insanabilem: neq; supplicium ullum à lege, quæ bona est, illatum tendere uult ad malum. Quinimmo pœnam ipsam multis de causis esse bonam: tum quia iusta est, iniustitia uero bona: tum quia uel præsens purgat, uel futurum præpedit malum: tum quia in puniendo uno, interim exemplo prodest & multis, ciuitatemq; purgat malis. Et ut summatim dicam, iustitiam uibiq; mirum in modum cum clementia miscet, neq; rigiditate torquet durius, neq; mollitia quicquam relinquit inultum. Quemadmodum uero in superioribus prius diuina præcipit officia quàm humana: sic in præsentia prius in sacrilegis quàm in cætera delicta prudenter animaduertit. Ac dum quàm graue sit læsæ maiestatis diuinæ crimen ostendit, affante deo significat nihil tale hominibus quondam quandiu diuina quædam in eis gratia uiguit, fuisse aliquando perpetratum: Sed postquam præter alia delicta gratia illa est amissa, homines iam quasi alienos à deo in deum ipsum peccare per sacrilegia incepisse, ut sacrilegium ipsum non modo peccatum sit, sed etiam pœna peccati: pœna inquam non purgans aliquem, sed interimens. Non enim lege, sed transgressione legis pœna talis infertur. Quod autem dicit, priscos legumlatores fuisse dei filios, legesq; heroibus, qui etiam ex dijs erant geniti, tradidisse: exponendum est per ea quæ in Critia & Politico & sæpe alibi pertractantur, deorum filios hic intelligi deos sub Luna alios alijs terræ plagis gubernandis accommodatos. Quos possumus more etiam Platonico angelos nominare. Per quos sub Mercurij nomine in Protagora leges genus hominum accepisse docet. Per quos in Critia quoq; dicit homines primos ex terra natos accepisse iura: homines q; illos hic nominat heroes ex dijs ortos, id est, deorum opera ex terra progenitos. Sed leges illas, inquit in Critia, non scriptas ad aures, sed inspiratione quadam à mentibus diuinis in mentes humanas fuisse transfusas: hominesq; sub illis quandiu paruerunt, uixisse beatos. Addit ob huiusmodi legum transgressionem homines diuinam gratiam amisisse

sisse qua quidẽ amissa felicitatẽ quoq; amiserint: & infelices in sacrilegia iam proruperint: & per sacrilegia pessimi tandem infelicissimiq; euaserint, in his & terrestris illius paradisi, & eiectionis ex eo mysterium licet agnoscere. Considera uero ubi perquirit sacrilegij causas, tres assignari causas grauiũ delictorum. Primã quidem cõmunem hominũ fragilitatem cõsuetudine cõfirmatam. Secundum uero dæmonicam persuasionẽ siue suggestionẽ. Tertiam denique culpam pernicio sam ex antiquis inexpurgatisq; peccatis iustam, ad grauissima scelera stimulantẽ. Quæ quidem originali culpæ, de qua multi multa theologi disputant, uidetur esse simillima. Quamobrẽ ubi Plato diuinus sacrilegũ alloquens inquit: Non humanum ad sacrilegium te impulit malum, neq; diuinum: intellige humanũ malum, humanam fragilitatem ad inferiora procliuem: Diuinum uero malum, diabolicam, ut inquiũt, fraudem. Negat uero duo hæc nõ quia non sint in causa sacrilegij, sed quia nõ sola sunt causæ. Accedit enim his tertia propriaq; sacrilegij causa, quam subiungit dicens: Sed stimulus quidam exitialis à priscis inexpiatisq; peccatis ingenitus. Per quẽ uidelicet animus non humanus amplius, sed ferinus, nimirum sacrilegio peccat in deum, nullam ulterius dei rationẽ habens, quando rationem humanam iam amisit diuinæ rationis imaginem. Mox uero primæ ad sacrilegiũ instigationi Plato quasi nascenti morbo tribus occurrit remedijs: quemadmodum morbus hic tribus ex causis oritur. Primo quidem, ut immanis impetus comprimatur ad sacras mittit expiationes, quas Christianorũ more pœnitentiæ, cõfessionis, eleemosynæ, ieunij nomine possumus nuncupare. Deinde ut diabolicis resistat insidijs, ad orationes supplicationesq; mittit, per quas à superis liberatoribusq; spiritib. contrà inferos præsidiũ impetretur. Postremo quo imbecillitatem humanam continere possit, mandat ut malorum hominum familiaritatem deuitans, bonorũ asciscat consuetudinem. Proinde, quoniam post deum more Pythagorico coli patriam tusserat, ne rito post sacrilegia quæ in personas aut res deo cõsecratas perpetrantur, pergit ad puniendа scelera & delicta, quæ proprie contra patriam cõmittuntur, quæ nõ solum sacrilegijs proxima iudicat, sed annumerat, plectitq; similiter. Hæc uero tria esse iudicat. Peccare enim in patriam, hostemq; patriæ habendum esse, & qui posthabitis legibus principatum ad humanam uoluntatem libidinemq; reducit, & qui cum possit, periclitanti patriæ non succurrit: & qui uel auaritia uel alia de causa pro filio euadit patriæ proditor. Inter hæc officium legiferi repetit. Id autem esse uult, ut nõ tanquam dominus seruis, sed tanquã pater filijs conscribat leges: non minus persuadens quam minitans, nec minus docens quàm imperans, nec minus alliciens quàm perterrens: ut legislatoris opus non tam mandatorũ præscriptio sit, quàm disciplina morum: finis enim eius est, quacunq; id ratione fiat, ciues bonos beatosq; efficere: punire uero malos, necessitas est in eo potius, quàm uoluntas. Et quia solæ inter humanas Platonicæ leges hæc omnia cõplectuntur, humanarum omnium perfectissimæ sunt: ac penè inter diuinas potius, quàm humanas annumerandæ. Neq; ab re primũ disputationis huius exordiũ à deo factum est: deinde additum à Platone uideri sibi hæc omnia diuinitus inspirata. Demum ex hac ipsa disputatione ad beatũ summi Iouis templũ, id est, cœlum recto tramite peruenitur. At quoniam nõ solum in sacrilegijs parricidijsq;, uerũ etiam in cæteris sceleribus pro alijs culparũ gradibus, alij quoq; pœnarum gradus, & à legumlatore describendi, & à iudice sunt censendi, cõmodissimam ad gradus eiusmodi discernendos distinctionem adducit in medium. Habitus quidem omnis aut uirtutis est, aut uitij. Si uirtutis, omnino uoluntarius est: quoniã consilio libero & expedita electione & proprijs animi actionibus est acquisitus. Sin uero uitij habitus est, inuoluntarius omnino censetur. Quia ita morbus est animi, sicut humorum intemperantia morbus est corporis. Nemo uero morbum dixerit uoluntarium: quãuis nonnulla quæ præter opinionẽ inferunt morbũ, possit quodammodo uoluntaria dicere. Præterea eiusmodi habitus ex impedito consilio, distractaq; electione, & passionibus potius quàm actionibus inolescit. Ex his conficitur Platonicum illud sæpissime decantatũ, Vitiorum habitus inuoluntarios esse, neminemq; fieri sponte malum: quemadmodũ & nemo fit sponte ægrotus & deformis & inops. Post hanc habituũ distinctionem sequitur distinctio actionum. Quæ quidem aut ad uirtutis, aut ad uitij habitum gignendum proprie uergunt. Si ad uirtutis, ita uoluntariæ sunt, ut dictus est habitus uoluntarius. Sin uero ad uitij habitum gignendum proprie uergunt. Si ad uirtutis, ita uoluntariæ sunt, ut dictus est habitus uoluntarius. Sin uero ad uitij, partim quidem uoluntariæ dicuntur, propterea quod & animo quodammodo consentiente fiunt, & poterãt non fieri antequam fierent: partim uero inuoluntariæ, tum quia ad detrimentum, deformitatem, morbũ clam deducunt, hæc autem uellet nemo: tum quia ex quadam finis exitusq; ignoratione cõsurgunt. Quatenus uerò per ignorantiã fiunt, eatenus præter ipsam rationis uoluntatẽ fieri iudicantur. Distingue rursus hoc pacto, Actiones humanæ quantum ad legum iudiciorũq; materiam attinet, in quinq; capita rediguntur. Aut enim ex affectibus concupiscentiæ pullulant, aut ex impetu irascibilis naturæ prorumpunt: uel simplici quadam ueniunt ignorantia, per quam quis res ipsas ignorat, quam uis se ignorare non nesciat: uel ignorantia duplici fiunt, per quam quis & res ipsas nescit, & ignorantiam suam simul ignorat, uidelicet scire se putans uel tandem ex rationali quadam opinione proueniunt: opinione inquam de iustis atque iniustis rationi legibusq; credendi. Post distinctionem eiusmodi distinguit & iudicij regulas, per quas aliter animaduertatur in eos qui cõcupiscentia, aliter in eos, qui ira peccant: atq; in his discernatur, utrum consulto, an inconsulto delinquerint. Præterea utrũ ui palamq; an potius clam atq; fraude. Deinde nunquid per ignorantiam sit erratum, siue per simplicem siue per duplicem ignorantiã. Vbi uero de homicidiorũ iudicijs agens priscum adducit mysterium de interfectis interfectores ulciscentibus: attende ex Platonis sententia, perturbationes ad sensibilia pertinentes posse in anima seiuncta ab hoc corpore remanere. Siquidem ex eiusdem sententia remanet & prima quædam sentiendi natura substantialis origo sensuum reliquorum per quam anima & in hoc corpore in hæc instrumenta aures explicat sentiendi, & discedens ab hoc eas quodammodo replicat in seipsam, siue, ut magis Platonice loquar, exercet in aereo corpore. Quo inuoluta & hoc ingreditur & ex hoc egreditur. De his Platonici ita distinguunt, ut anima in corpore hoc crassiore ad breue habitet: in aereo uero multa per secula: in cœlesti per omnia. Quorsum hæc? Ne mireris purturbationes in defunctis animæ superesse si harum rerum sensus memoriaq; supersunt. Probabile uero esse putabant antiqui theologi animas hominum repente interfectorum, utpote inexpiatas, perturbationibus agitari: quin & hostes exagitare, id uidelicet non humanas tantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantum indignatione efficiente, sed diuina etiam nemesi ac dæmone prouidente. Superesse uero ex antiquorum opinione in anima sensum perturbationēq; ultricem, eamq; aereo uti corpore Platonicus noster Maro testis occurrit. Quid enim sibi uult: Et nunc magna mei sub terras ibit imago? Platonice admodū imaginem rationalis animæ nominat primam ipsam sentiendi naturam. Sed cur magnam? Quia & fons est sensuum reliquorum communisq; sensus, & magno post hoc corpus utitur corpore, scilicet aereo: quod quidem & huic insinuatum quodammodo fit angustum: hoc exutum, explicatur in amplum, elementi id aerei exigēte natura: Præterea: Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas, inter imagines distinguit & umbram, & imaginem quidem animæ esse uult sensum in aereo corpore. Ipsum uero corpus aereū, esse animæ umbram. Sed terrestre corpus cæcum nominat carcerem. Quod autem in iudicijs de homicidio, præsertim de parricidio dicit, de regressione animæ humanæ in corpora rursus humana, in quibus sæpe det pœnas, pares omnino culpis in superiori uita conceptis, uetus magorum Ægyptiorumq; sacerdotum sententia est. Nullum enim conuenientius humanorum delictorum esse purgatoriū iudicabant, quàm in corporibus humanis eadem animas quandoq; pati quæ fecerint. Quā quidem ratione Plotinus Ægyptius in libris de prouidentia utitur ad soluenda dubia aduersus prouidentiam instituta, quotidie insurgētia. Inquit enim, quæ à diuina prouidentia in præsenti uita non rependuntur, in alteram & quidem humana pari prorsus ratione rependi. Repēdi insuper in brutis: in quibus sæpe anima quondam hominis, fiat anima bruti. Sed in ultima hac sententia solus extitisse uidetur. Cæteris enim Platonicis displicet, animā hominis propriam, aliquando fieri bruti propriam. Consentiunt tamen uicißim in homines alios transmigrare, quod quidem etsi Plato non habet certum, habet tamen ualde probabile. Quod uero migret in bestias, sæpe quidem recensет, sed dedita opera adeo præter solitam grauitatem ridicule narrat, ut plane demonstret negandam quidem esse rem ipsam, allegoriam uero quærendam, scilicet ut transire in brutum duobus modis accipias. Primo quidem in affectum, imaginationem, habitumq; bruto conuenientem. Deinde in habitationem consuetudinēq; inter feras ad tempus supplicij gratia, consuetudinem quandam affectionemq; brutam, esse pœnam duntaxat antiqui putant: regressum uero in hominem, ubi paria & similia subeantur, non solum supplicium esse, sed purgatorium. Post hæc in mentionē de legis necessitate incidens opportune, asserit necessariam humano generi esse legem. Nam absq; legibus nihilo ab atrocissimis feris discrepaturum. Huiusq; causam afferens, nullius hominis ingenium ita natura institutū inquit, ut omnia quæ ad publicum bonum necessario cognoscenda sunt, cognoscat sufficienter: ac si fortè nouit, ut optimum id quod nouit agere, possit semper & uelit. Quod si diuina quadam gratia mens quædam inter homines surgeret, quæ publicum omnino bonum cognosceret, ad idq; generose ac semper intenderet, nullis uel huic uel patriæ suæ eo tempore legibus opus fore. Mentem nanq; uerā ac liberam omni lege præstantiorem esse, atq; ipso iure cunctis dominaturam. At quoniam id nullius ingenio est tributum, cōcludit necessario sub legibus esse uiuendum. Ait quoq; studiū quidem proprij boni ciuitatem penitus dißipare: studium uero publici boni connectere. Item pestem in ea ciuitate dominari perniciosam, ubi iudicium à magistratibus, uel mutuum agitur, uel clamosum. Atq; ubi familiarem dæmonem inquit multis sæpe malis obsistere, si dæmonis horres nomen uel concedente Platone angelum nominato. Ac memento nostrū dæmonem geniumq;, non solum ut quidam putant, nostrum intellectū esse, sed numen. Præcipit mox seniores paterna reuerentia adeo coli, ut etiam ab his uerberatus succensere non debeas: sed patienter ferre. Sed natales quos hic commemorat deos, non ascendentia signa, signorumq; dominos planetas astronomico more debemus accipere: sed ideam generis humani principium, dæmonemq; nostræ uitæ custodem. Denicq; monet timendam esse superorum indignationem, & inferorum punitionem. Monet mortem non esse supplicium ultimum, sed ultra hanc esse supplicia inferorum, eaq; uerißime omnino narrari.

PLATONIS LEGVM, SIVE DE
DE LEGVMLATIONE.
DIALOGVS IX.

Iudiciorum leges

PORRO iudicia post hæc ad superiores omnes actiones, secundum naturalem legum dispositionem sequi debent. De quibus igitur iudicia fieri oportet, aliqua quidē dicta sunt, quæ ad agriculturā, & ea quę deinde sequuntur pertinent: Maxima uero neq; adhuc dicta sunt, neque iuxta singula quæ relata sunt, quod supplicium, & quos tandem iudices, ipsa consequi oporteat dictum est. Itaque post illa, deinceps dicenda sunt. CLIN. Rectè. ATHEN. Turpe equidem aliquo modo est etiam leges de omnibus his ferre, de quibus nunc hoc facere uolumus, in huiusmodi ciuitate, quam & bene habitandam, & ad uirtutis studium omnem rectitudinem assequuturam esse dicimus. In tali enim ciuitate, tum si quis etiam puret aliquem nasci posse, qui maximæ amaliorum improbitatis particeps sit, ut legum sanctione præoccupare oporteat ac minari, si quis talis fiat: tum si quis ad hęc auertenda, & si fiant punienda, leges ferat uelut tales futuri sint, sicut dixi, turpe aliquo modo est. Quandoquidem uero non ut ueteres legislatores, qui quum ipsi ex dijs nati essent, deorum filijs, & alijs ex his genitis he-

Legū latio turpis præclaræ ciuitati

roibus

roibus, uelut nunc fertur, leges ferebant: sed homines hominum generi leges ferimus: æquum sanè est timere, ne quis nobis nascatur ciuis, uelut in cornu proiectus, qui adeò durus natura fiat, ut uelut illa in cornu proiecta semina igne non molliuntur, ita hic legibus quātumuis robustis emolliri non possit. Quapropter nulla iucunditate primam legem de sacrilegis tulerim, si quis sacrilegium committere audeat: & ciuem rectè educatum, neq; uelim, neq; admodum timuerim, ne aliquando ex hoc morbo ægrotet. At horum serui, & externi, & externorum serui, multa huiusmodi aggredientur, quorum gratia maximè, & simul uniuersam humanæ naturæ debilitatem uerítus, legem de sacrilegis referam, & de alijs omnibus huiusmodi, quæ aut difficulter, aut nullatenus curari possunt. Verùm præfationes omnibus modis his, uelut in superioribus consensimus, quàm breuissimè præmittemus. Hæc itaque & disserendo & admonendo dixerit quis ad eum, quem mala cupiditas & in die inuitat, et nocte excitat, & ut aliquid de sacris de prædetur ducit. Non humanum ô admirāde, neque diuinum malum te concitat, quod nunc ad sacrilegium te impellit: sed asilus quidam est, qui ex ueteribus & non expiatis flagitijs, hominibus innascitur, & sceleстus circunfertur, quem omnibus uiribus cauere oportet. Quæ uero cautio sit, disce. Quum eiusmodi quoddam propositum tibi allabitur, abi ad expiationes, abi ad deorum qui mala auertunt templa supplex, abi ad bonorum uirorum consuetudines, & partim audi, partim ipse dicere conare, honesta & iusta à quouis uiro colenda esse. At malorum consuetudines ita fugias, ut nunquam retrò te conuertas. Et si quidem hæc tibi facienti morbus cessat, bene habet: sin minus, mortem pulchriorem arbitratus, è uita decede. Has præfationes postquam cecinerimus his qui omnia ista impia & ciues corrumpentia facta animo uersant, ei qui paruerit, legem tacitè prætermittere oportet: qui uero non paruerit, ei post præfationem magna subla ta uoce canemus. Quicunq; in sacrilegio deprehensus fuerit, si quidem seruus aut externus fuerit, clade in facie & manibus inscripta, & flagellatus, tot plagis quot iudices decreuerint, extra regionis terminos nudus eiciatur. Fortassis enim hac pœna data, ad modestiam redactus, melior euadet. Nulla enim pœna quæ lege irrogatur, in damnum alicuius irrogatur, sed ex duobus alterū ferè efficit. Aut enim meliorem, aut minus improbum reddit eum qui pœnam dedit. At si ciuis tale quid in deos committere compertus fuerit, aut parentibus, aut ciuitati, magnam aliquam & nefandam iniuriam intulisse, de eo uelut incurabili iam iudex statuat, hoc secum reputans qualem institutionem ac educationem ex puero adeptus, à maximis malis non abstinuit. Huic itaq; pœna sit mors minimum malorum. Alijs autem proderit exemplo, dum inglorius fit, & ultra regionis terminos extinctus. Liberis uero & generi, si patrios mores fugerint, gloria sit & oratione honorifica prædicentur, uelut qui bene & fortiter ad bonum ex malo confugerint. Nullius autem talium pecunias publicas fieri decorum fuerit ciuitati, in qua eadem & æquales semper sortes permanere oportet. Mulctæ porrò persolutionem si quis ob iniusta facta, pecunijs mulctandus uideatur, ita fiant, ut si aliquid ultra sortem comparatum sit, eò usque mulcletur, & non ulterius. Huius autem rei certam rationem ex præscriptionibus legum custodes colligant, & quod res est, semper iudicibus significent, ut nemo unquam ob pecuniarum inopiam sorte priuetur. Quòd si quis ampliore mulcta dignus esse uideatur, si non aliqui amici pro ipso spondere uoluerint, & persoluta mulcta ipsum liberare, uinculis diuturnis ac manifestis, & illusionibus qui busdam castigetur: nullus autem omninò unquam ob ullum peccatum impunis dimittatur, neque in exilium extorris mittatur: sed aut mortem, aut uincula, aut plagas ferat, aut informi quodam habitu sedeat, aut stet, aut consistat in templis ad ultimos regionis fines aut pecuniarum quemadmodum antea persolutiones fieri oportere diximus, mulcta irrogetur. Iudices autem sint in capitali crimine legum custodes, & iudicium eorum magistratuum qui de superiore anno optimi fuerint ad hoc delecti. Horum autem inductiones, & uocationes in ius, & quæcunq; eiusmodi sunt, & ut fieri oportet, eorum iuniorib⁹ legislatoribus curæ sint. Verum nostri officij est, ut de suffragijs ferendis legem feramus. Sit itaq; manifestum suffragium, quod per calculos fertur. Sed ante hoc, aduersus faciem & accusatoris, & rei, iudices deinceps quàm proximè pro senij dignitate sedeant. Omnes autem ciues quibus ocium est, eiusmodi iudicia studiosè audiant:

Pœnarum utilitas

Peccatum nullum impunitū sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

& primam quidem orationem habeat actor, secundam uero in iudicium postulatus. Post has autem orationes, senior incipiat dijudicare, ac percunctando examinare, ad iustam eorum quæ dicta sunt, cõsiderationem progressus. Post Seniorem uero deinceps omnes recensere oportet quicquid ab utroq; aduersario dictum, aut non dictum, quis aliquo modo desiderat. Qui uero nihil desiderat, alij examinationem deferat. Ex his autem quæ dicta sunt, præcipua quæque literis obsignata, omnium iudicium sigillis impressis, ponantur in sedem: Et postridie rursus in idem congressi, similiter examinent, & iudicium persequantur, & rursus sigillis his quæ dicta sunt, impressis, ea deponant: & postquã ter hoc fecerint, & cõiecturas ac testes quantum satis est adhibuerint, quisquè suffragium sacrum ferat, & ante sedem promittat, se pro uiribus iusta & uera iudicaturum esse. Atq; sic huiusmodi iudicio finis imponatur. At uero post ea quæ in deos committuntur, sequuntur ea quæ in perniciem ciuitatis fiunt. Quicunque ad magistratum euehit hominem, & leges quidem ad seruitutem redigit, sodalitatibus autem & factionibus ciuitatem subijcit, & totum hoc uiolentior facit, & seditione excitata contra leges agit, hunc uniuersæ ciuitati hostilissimũ omnium statuere oportet. Qui uero cum talibus nihi societatis habet, sed maximos magistratus in ciuitate gerit, siue lateant hæc ipsum, siue non lateant, sed præ timiditate pro patria sua ultionem non intentat, talem secundum pessimum ciuem ducere oportet. Quiuis aũt uir, cuius uel exigua utilitas est, magistratibus indicet, & in iudiciũ trahat eum, qui patriæ insidias struit, & uiolentam si mulcq; iniquam reipublicæ mutationem molitur. Iudices autem his sint ijdem qui sacrilegis, & omne iudiciũ eodem modo ipsit uelut illis peragatur. Suffragia uero quæ multitudine uincunt, ad mortem condemnent. In summa uero, patris obprobria & pœnæ nullum ex filijs sequantur, præterquã si alicui pater & auus & proauus, capitis condemnati fuerint. Hos autem cum suis opibus, sorte tamen penitus excepta, ciuitas in ipsorum ueterem patriam ac ciuitatem releget. Quibus autem ciuibus filij fuerint plures uno, non pauciores quàm decem annos nati, ex his decem sortiantur, quos pater aut auus paternus, aut maternus proposuerit. Eorum uero qui sortiuntur nomina ad Delphos mittantur. Quem autem ex ipsis Deus responso designarit, is meliore fortuna hæres constituatur in domum eam quam illi reliquerunt. CLI. Rectè. ATHE. Communis adhuc tertia lex sit de iudicibus, & iudiciorũ modo, aduersus eum quem quis proditionis accusatũ ad iudicium pertrahit: & similiter de mansione filiorum, itemq; exitu à patria una lex sit tribus, proditori & sacrilego, et ei qui ciuitatis leges per uim subuertit. At furi siue magnum siue paruũ quid quis furetur, una lex posita sit, et una omnibus pœna. Quod enim furto ablatũ est, duplum rependere oportet, si quis furti condemnatus fuerit, & suffecerint ipsi reliquæ opes supra sortem, ad persoluendũ. Sin minus, in uincula conijci debet, donec persoluerit, aut ei persuaserit qui ipsum cõdemnauit. Si uero quis furti publici condemnatus fuerit, persuasa ciuitate, aut furti duplo repenso, è uinculis liberetur. CLI. Quomodo dicimus, ô hospes, nihil differre, siue magnum quid quis furetur, siue paruum, & ex sacris aut templis, & quæcunq; aliæ sunt furtorũ species penitus dissimiles, quæ quum uariæ sint, sequi ipsas legislatorem oportet, & non simili pœna ipsas punire. ATH. Rectissimè ô Clinia, me uelut impetu raptũ retraxisti, ac excitasti, & ad cogitationẽ reuersum etiam de alio quodam cõmonefecisti, nimirum quę ad legum lationem pertinent, nullo modo unquam esse rectè elaborata, ut uelut nunc incidit, dicamus. CLI. Quomodo uero rursus hoc dicimus? ATH. Nõ malè assimilauimus, quando omnes quibus nũc leges conduntur, seruis qui curãtur, à seruis assimilauimus. Nam hoc sanè probè nosti, quòd si quis medicus Empiricus, qui citra rationem exercet medicinam, depræhenderit medicũ liberum, & propemodum philosophũ, cum libero ægroto colloquentem, ita ut utatur sermonibus quibus morbum ab initio attingit, & de uniuersa corporũ natura disserit, mox & ualde riserit, & non alia uerba protulerit, quàm ea quæ circa huiusmodi rem pleriq; qui medici appellantur, in promptu esse solent. Dixerit enim, ô stolide, non mederis ægroto, sed ipsum ferè erudis, uelut qui ut medicus fiat, non ut sanus fiat, opus habeat. CLI. Nõ ne qui talia dicit, rectè dicit? ATH. Fortasis si hoc insuper secũ cogitat, ꝙ quicunq; de legibus ita rem persequitur, uelut nos nũc facimus, is erudit ciues, & non leges condit. Nõ ne & hoc ritè dicere uidetur? CLI. Fortassis,

Hostes reipub. qui sint

Filij patris obprobria ne ferant.

ATHEN. Feliciter autem nunc nobis cũ agitur. CLI. Quid ita? ATH. Quòd nulla nobis necessitas incumbit ad leges ferendas, sed sponte in cõsideratione de omni republica uersamur, & quod optimum & maximè necessarium est, quo modo fieri possit cognoscere conamur. Et sanè nunc licet nobis id quod optimũ est, si ita uolumus considerare: aut si uolumus, id quod maximè necessariũ est de legibus. Eligamus igitur utrum uidetur. CLI. Ridiculam ô hospes, electionem proponimus: & palam addictis legislatoribus similes sumus, ut ex necessitate quadã magna iam leges feramus, uelut cras non amplius hoc liceat. At nobis ut cum Dei fauore dicamus, licet quemadmodũ his qui lapides colligunt, aut etiam aliam quandam constructionẽ moliuntur, fusim comportare ea ex quibus cõmoda ad futuram constructionem eligamus, & hoc sanè cum magno ocio facere. Ponamus igitur nos nunc esse, non eos qui ex necessitate ædificant, sed qui per ocium adhuc alia quidem apponũt, alia uero componunt. Quare rectè habet ut dicamus de legibus, aliquas iam poni, alias uelut apponi. ATH. Sic itaq; ô Clinia, magis secundum naturã fiet nobis legum tractatio. Videamus igitur per deos hoc de legislatoribus. CLI. Quod istud? ATH. Scripta equidem & sermones in scriptis, & aliorũ multorum in ciuitatibus scripti sunt, & legislatoris quoq; scripta ac sermones. CLI. Quid ni? ATH. Vtrum igitur aliorũ quidem scriptis & poetarũ, & qui sine metris, & qui cum metris, cõsilium de uiuendi ratione suum, in sui memoriam conscriptũ composuerunt, animum aduertemus: legislatorum autem scriptis non aduertemus: aut his omnium maximè? CLI. Maximè. ATH. At non oportet solũ ex scribentibus legislatorem, de honestis & bonis & iustis consulere, ut doceat & quę sunt, & quomodo peragenda his qui felices esse uolunt? CLI. Et quomodo non? ATH. At turpe magis est Homero & Tyrtæo & alijs poetis, si de uita & studijs scribendo malè censuerũt: Minus autem turpe Lycurgo, & Soloni, & quicunq; legislatores scripta ediderunt? Aut rectitudo est, ut omnium in ciuitatibus scriptorũ, ea quæ de legibus scripta sunt, longè pulcherrimè ac optimè expressa uideantur: aliorũ uero scripta illis consentanea sint, aut si ab ipsis dissentiant, sint ridicula? Sic itaq; de legibus cogitemus, num ipsas ciuitatib. uelut sub patris & matris persona scribi oporteat, ut amantiũ et mente præditorum scripta esse uideantur: Aut sub tyranni & domini persona, qui postquã ipsas constituit, & minatus est, & in parietibus perscripsit, discedit? Consideremus igitur & nos nunc, utrum hoc modo de legib. sentientes dicere conemur. Siue igitur possumus, siue non, promptitudinem saltem exhibeamus, & hac uia progrediamur, atq; etiam si aliquid perpeti oporteat, feramus. Bonum autem fuerit, & si Deus uoluerit, hac uia cõtinget. CLI. Rectè dixisti, faciamus uelut dicis. ATHEN. Considerandum ergo est primùm diligenter uelut aggressi sumus, et de sacrilegis, & de omni furto, omnibusq; iniurijs: & non molestè ferendum, si interim dum leges ferimus, alias constituimus, de alijs uero adhuc consideramus. Legislatores enim sumus, & nõdum sumus, fortassis autem fiemus. Si itaq; uidetur ut de quibus dixi, consideremus ita uelut dixi, consideremus. CLI. Maximè. ATHEN. Proinde de honestis & iustis uniuersis hoc cõsiderare conemur, quatenus nos, qui si nihil aliud, plurimis saltem præstare cupere fatemur, & nunc consentimus, & inter nos ipsos dissentimus: et quatenus rursus plerique ipsi inter seipsos. CLIN. Quas uero dissensiones nostras dicis? ATHEN. Ego tibi exponere conabor. De iustitia omninò, & de iustis hominibus, & rebus, & actionibus, omnes quodammodo consentimus, omnia hæc esse honesta & pulchra. Quare si quis affirmet iustos homines, etiamsi corporibus turpes sint, secundum ipsum tamen iustissimũ habitum, penitus pulchros esse: nemo ferè qui ita dicit, inconsinnè dicere uidetur. Nõne rectè? CLI. Fortassis. ATHEN. Videamus itaq;. Nam si omnia sunt honesta, quæ ex iustitia dependent, omnia etiam quæ patimur, ferè actionibus æqualia sunt. CLI, Quid ita? ATHEN. Actio quidem quæ iusta fuerit, ferè quantũ cum iustitia coniuncta est, intantum etiam honesti particeps est. CLI. Quid tum? ATHEN. Non ne etiam quod patimur, si quantum cum iustitia coniunctum est, in tantum honestum esse confiteamur, non dissonus fuerit sermo? CLI. Vera dicis. ATHEN. Si uero iustum quidem, sed turpe esse confiteamur, id quod patimur, & iustum & honestũ inter se dissentient, cùm iusta turpissima esse dicta sint. CLI. Quõ hoc dixisti? ATH. Nihil intellectu difficile est. Quæ em̃ paulò ante à nobis latæ sunt leges, penitus contraria his quæ

Legislatoris scripta quæ lia

Actionũ ad ea quæ patimur collatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunc dicimus, præcipere uidentur. CLI. Quæ istæ? ATH. Sacrilegũ, & bene positarum legum hostem, iustè mori sanciebamus: & cùm eiusmodi leges multas ferre uellemus, continebamus nos ubi uidissemus, ea quæ sic patimur & multitudine, & magnitudine infinita esse, & omnium iustissima, & omnium turpissima: Non'ne sic nobis & iusta & honesta, modò uelut eadem omnia, modò uelut maximè contraria uidebuntur? CLI. Ita uidetur. ATH. Plerisq; itaq; sic honesta & iusta circa talia, inconcinnè dispersa appellantur. CLI. Apparet equidem ô hospes. ATH. Nostram itaq; ô Clinia, sententiam rursus uideamus, quomodo circa hæc ipsa consentiat. CLIN. De qua consensione dicis? ATH. In superioribus expresè me dixisse arbitror. CLI. Quomodo? ATH. Si uero non prius, at nunc me dicere putate. CLI. Quid istud? ATH. Quòd mali omnes ad omnia inuiti mali sunt: quod si ita est, etiam sequentem sermonem ad illum sequi necesse est. CL. Quem istũ dicis? ATH. Quòd iniustus quidem malus est, malus autem inuitus talis est. Voluntariũ autem inuitè unquam fieri, nullam rationem habet. Inuitus igitur iniustè facere qui iniusta facit illi uidetur, qui iniustitiam inuoluntariã esse censet. Et sanè etiam nunc mihi confitendũ est. Assentior enim omnes inuitos iniusta facere. Quòd si etiam quis contentionis aut ambitionis studio, inuitos quidem iniustos esse dicat, multos tamen uolentes iniusta facere, mea sanè sententia illa, & non hæc est. Quo igitur modo ego cum meis sermonib. consentiam, si me ô Clinia & Megille, interrogetis hoc modo: Si hæc ita se habent, ô hospes, quid nobis consulis de legibus Magnetum ciuitati ferendis, num ut leges feramus, aut nõ? Quidni dicam. Distingues igitur ipsis inuoluntarias & uoluntarias iniurias: & uoluntariorũ quidem peccatorum & iniuriarũ, maiores pœnas sanciemus, inuoluntariorũ uero minores, aut omniũ æquales, uelut penitus nõ sint iniuriæ uoluntatiæ? CLI. Rectè equidem dicis, ô hospes. Et quid cum his q̃ nunc dicta sunt, faciemus? ATHE. Rectè interrogasti. Primùm itaq; ipsis ad hoc utemur. CLI. Ad quod istud? ATH. In memoriam reuocemus uelut nũc anteà dicebamus, q̃ circa iusta, magna quædam nostra esset turbatio ac dissensio. Hoc autem assumpto, rursus interrogemus nos ipsos. Num cùm de his ambiguitatem neq; inuenerimus, neque distinxerimus, in quo tãdem hæ inter se differũt, quæ in omnibus ciuitatib. ab omnibus legislatoribus qui unquam fuerũt, uelut duæ sint iniuriarũ species, altera uoluntaria, altera inuoluntaria, hoc modo etiam legibus sanciunt: sermo nunc à nobis habitus, uelut à deo dictus, ubi tantũ saltem dixit, discederet: & cùm nullam rationem dederit q̃ rectè dixit quo modo legem ferret? Non est ita decorũ, sed necesse est quodãmodo has, q̃ & duæ sint, & reliquam ipsarũ differentiam, ante legislationem declarare, quo cùm utriq; quis pœnam imponit, quiuis ea quæ dicũtur, assequatur, & quod decenter & contrà sancitũ est, aliquo modo iudicare possit. CLI. Rectè dicere nobis uideris, ô hospes. Ex duob. enim alterum nos facere necesse est, aut non dicere, omnes iniurias inuolũtarias esse: aut hoc rectè dictum esse, primùm explicare ac declarare. ATH. Ex his itaq; duobus, alterũ quidem intolerabile penitus mihi est, ut quis non dicat, qui ueritatem ita se habere putat. Neq; enim iustum, neq; pium hoc esset. Quo uero modo duæ sint, si non inuoluntario & uoluntario inter se, sed alio quodam differũt, quomodocunq; declarare conabimur. CLI. Omninò ita ô hospes, neq; enim aliter fieri potest ut nos hoc intelligamus. ATH. Ita fiet. Age itaq;, Damna quidẽ ut apparet, multa inter ciues in societatib. ac conuentionibus fiunt, & uoluntariũ ac inuoluntariũ in ipsis multũ est. CLI. Quidni? ATH. Ne itaq; quis qui omnia damna iniurias esse censet, ita putet etiã hac ratione iniusta in ipsis duplicia fieri, altera uoluntaria, altera inuoluntaria. Damna enim inuolũtaria omnium, neq; numeris, neq; magnitudinib. pauciora sunt uoluntarijs. Considerate uero an quid, aut omninò nihil dicam in his q̃ dicere uolo. Non enim dico ego, ô Clinia & Megille, si aliquem quis lædit uolens, sed inuitus, iniuria afficere quidem, inuitũ tamen. Et hac quidem ratione legem feram, uelut hæc inuolũtaria sit iniuria sanciens, imò neq; omninò iniuriam censebo eiusmodi damnũ, neq; si maius, neq; si minus aliquod fiat. Sæpe uerò utilitate non rectè contingente, utilitatis autorẽ iniuriã inferre dicemus, si sanè mea sententia uincat. Fermè enim ô amici, neque si quis alicui quid dat, neq; si contrà aufert, iustum simpliciter sic, aut iniustũ hoc dicere oportet: Verũ an affectu & modo iusto quis utens, alicui utilitatẽ afferat, & damnum inferat, hoc legislatori considerandũ est, & ad

Malos inuitos esse malos

Vtilitatem sæpe esse iniuriã

duo hæc respiciendũ, ad iniuriam, & damnum: & quod quidem damni illatum est, legibus quoad fieri potest, sanum faciendũ est, ita ut quod perit, seruetur: & quod cecidit ab aliquo, rursus erigatur: et quod occisum aut uulneratũ est, partim sanetur, partim redemptionis precio dato placetur: & semper conandũ est, ut & facientes, & patientes singula damna, ex dispensione ad amicitiã per leges deueniant. CLI. Rectè sanè hæc. ATH. Iniusta itaq; damna, et lucra, si quis aliquẽ iniuria afficiens, faciat ut ea illi lucro sit, quæcunq; ex his sanari possunt, uelut morbi animi sint, sananda sunt. Verum curationis iustitiæ modum, huc inclinare asserendũ est. CLI. Quo? ATH. Vt quisquis magnã aut paruam iniuriam intulit, eum lex doceat, & omninò cogat, ut rursus talem aut nunquã uolens facere audeat, aut insigniter multò minus, ad hoc ut damnũ rependat. Hæc autẽ siue factis, aut uerbis, aut cum uoluptatibus, aut doloribus, aut honoribus, aut ignominijs & pecuniarum mulctis, aut etiam muneribus, aut omninò quocunq; modo fecerit quis, ut odio habeat iniustitiam, ament autem, aut non odio habeant iusti naturam: hoc ipsum sanè optimarum legum opus est. Quos uero in his ita se habere legislator perceperit, ut curari non possint, his pœnam & legem quandam constituet, & omnibus huiusmodi decernet, melius ipsis esse ut non amplius uiuant. Nam etiam alijs duplex inde utilitas emerget, si è uita summoueant: quum & exemplo prosint alijs ut ne sint iniusti, & ciuitas malis uiris purgetur. Atq; sic quidẽ in talibus necesse est ut legislator peccata morte plectat, aliàs uerò nullo modo. CLI. Videnẽ hæc à te etiam ualdè moderatè dici. Libenter aũt adhuc clarius audierimus ea quæ dicta sunt, nimirũ quæ sit iniuriæ & damni differentia, & quomodo uoluntariũ & inuoluntariũ in his uariet. ATHE. Conandum itaque ut & faciam, & dicam ut iubetis. Manifestum equidem est uos de anima hoc dicere, & audire uicissim, quò una sit in ipsa naturæ siue affectio siue pars, ipse ad iram impetus, qui ut res litigiosa & ægrè expugnabilis à natura insitus, per uim rationis exortem multa euertit. CLI. Quidni? ATHEN. Sed & uoluptatem non idem cum iræ impetu appellamus, sed ex cõtrario illi robore ipsam dominari dicimus, & persuasione cum uiolenta fraude coniuncta efficere quicquid uoluerit. CLI. Et ualdè. ATHEN. Si uero tertiam peccatorum causam quis ignorantiam esse dicat, non mentietur. Si tamen ipsam in duas partes distinguat, legislator melior erit, ita ut simplicem ipsius partem leuium peccatorum causam censeat: Duplicem autem, quum quis indoctus est, ut non solum ignorantia detineatur, sed etiam sapientiæ opinione, uelut qui penitus sciat ea quæ prorsus ignorat. Quòd si robur & potentia adest, magnorum & inconcinnorum peccatorum huiusmodi causas censebit: si uero debilitas, puerorum & seniorum peccata inde fieri iudicabit, quæ quidem peccata ducet, & uelut peccantibus leges constituet, mitissimas tamen omnium, & cum plurima uenia coniunctas. CLI. Consentanea dicis. ATHEN. Proinde omnes ferè dicimus, uoluptate quidem & iræ impetu alium superiorem, alium inferiorem esse: & habet seres hoc modo. CLI. Omninò ita. ATHE. Quòd uerò ignorantia alius superior sit, alius inferior, nunquam audiuimus. CLI. Verissimè. ATHEN. Omnia uero hæc ad suam uoluntatem impellere dicimus, ut quisque sæpe simul ad contraria pertrahatur. CLI Sæpissimè equidem. ATHEN. Nunc itaque tibi & iustum & iniustum, quod quidem ego dico, clarè explicauerim, nulla uarietate utens. Iræ enim & timoris, et uoluptatis ac doloris, & inuidiæ ac cupiditatis in anima tyrannidem, siue quid noceat, siue non, omninò iniustitiam appello: Verum optimi opinionem, quatenus hoc ciuitates aut priuati aliqui fore putauerint, si hęc superans in anima quemuis uirum gubernarit, etiamsi quid fallitur, iustum quidem esse quicquid per hanc peractum est, dico: & quicquid tali principatui paret, amabile esse, & ad omnem uitam humanam optimum: putari tamẽ à multis, inuoluntariam iniustitiam esse, talem offensam ac errorem. Nobis autem nunc non de nominibus instituta est contentiosa disputatio. Sed quia peccatorũ tres species declaratæ sunt, eas primùm adhuc amplius in memoriam reuocemus. Doloris igitur, quem iram & timorem cognominamus, una nobis species est. CLI. Maximè. ATHEN. Voluptatis autem & cupiditatũ, altera: Spei uero & opinionis de eo quod optimũ est, ueræ appetentia, tertia: Hac autem tertia rursus bipertitò diuisa, quinq; species peccatorũ fiunt, uelut nunc dicimus, quibus leges in

Damni & iniuriarum leges

Iniustitiæ curatio

Tres causæ peccatorum

Quinq; species peccatorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter se diuersæ quinq; speciebus, in duobus generibus constituendæ sunt. CLI. Quibus istis? ATHEN. Alterũ est quod semper per uiolentas & apertas actiones peragitur: al-
Duo genera peccatorum terum quod cum tenebris & fraude latenter fit. Aliquando uero etiam per ambo hæc peragitur, cui sanè etiam asperrimæ leges cõstituentur, si debitam sortem consequetur. CLI. Par est equidem. ATH. Eamus itaq; post hæc illuc unde huc digressi sumus, ut legum lationem absoluamus. Erant autem nobis latæ, ut arbitror, de his qui deos deprædantur, & de proditoribus, insuperq; de his qui leges corrumpunt, ad præsentem reipublicæ statum euertendũ. Ex his itaq; fortassis cõmiserit aliquid qui insanit, aut morbis, aut senio ingenti detinetur, aut in puerili ætate constitutus est, ut nihil à talibus differat. Proinde si quid horum electis subinde iudicibus manifestũ fiat, deferente eo qui perpetrauit, aut eo qui de actore inquisitionẽ facit, eiq; iudiciũ intentat, & is qui ita affectus est, contra leges deliquisse iudicetur, damnũ quodcunq; intulit, omninò simplex rependat: à reliquis autem criminibus liber dimittatur: nisi aliqua cæde commissa, non puras à cæde manus habeat. Quod si ita est, in aliam regionem ac locũ digressus, annum illic peregrinus habitet. Si uero ante definitũ tempus redierit, aut etiam omnem suam regionem contigerit, publicis uinculis à legum custodibus illigatus per duos annos, sic tandem è uinculis liberetur. Quapropter uelut incœpimus, de singulis cædis speciebus le-
Cædis species uariæ ges condere conemur: & primum de uiolentis & inuoluntarijs dicamus. Si quis in pugna & certaminibus publicis inuitus siue statim, siue etiam posterioribus temporibus, ex plagis occiderit aliquem amicum: aut etiam similiter in bello, aut exercitatione ad bellum, dum magistratus exercitia instituunt, aut nudis corporibus, aut cum aliquibus armis, ad militarium actionum imitationem purè tractanda: is secundum legem ex Del-
Medico nullius mors imputanda phis de his allatam purus sit. Quiuis autem medicus, si is qui ab ipso curatur, moritur in uito ipso, purus sit secundum legem. Si uero quis sua manu inuitus alium occiderit, siue suo corpore nudo, siue instrumento, aut telo, aut potus, aut cibi exhibitione, aut ignis aut frigoris admotione, aut spiritus interceptione, ipse suo ipsius corpore, aut per alia corpora, penitus sit uelut sua manu perpetrasset: pœnas autẽ tales det. Siquidẽ seruum occiderit, quem suũ esse putauit, eius qui occisus est dominũ indemnem faciat, aut pœnam precij eius qui occisus est, duplam sustineat. Precij uero æstimationem iudices faciant. Purgationibus autem utatur maioribus & pluribus, quàm qui in certaminibus cædem perpetrarunt. Harum autem interpretes firmi sint, quos deus elegerit, & responso dato designarit. Si uero suum seruũ occiderit, purgatus secundũ legem, à cæde libereſ. At si quis liberum inuitus occiderit, purgationibus ijsdem lustretur, quibus qui seruum occidit: Verũ ueterem quandam narrationẽ ne contemnat. Fertur autem uiolenter occisum eum qui in libero statu uixit, irasci interfectori, & ut qui recẽs occisus sit, & timore simulq; pauore ob uiolentam necem ipse repletus, dum interfectorẽ suum consueto more uiuere ac cõuersari uidet, ipsum perterrefacere, & cùm ipse turbatus sit, omnibus uiribus necis suæ autorẽ turbare, nec ipsum solũ, sed etiam omnes ipsius actiones, memoria ipsi ad hoc auxiliũ ferente. Quapropter oportet cædis autorem per totum anni tempus interfecto decedere, & omnes familiares totius patriæ locos relinquere. Si uero externus fuerit qui occisus est, etiã ab externi regione per idem tẽpus prohibeaſ. Et huic sanè legi si quis ultrò paruerit, is qui occiso genere proximus est horũ omniũ inspector, ueniã illi præbeat, & pace cũ ipso inita, penitus moderatè se gerat. Si uero quis nõ paruerit, & primũ quidem dum impurus est, ad templa ingredi & sacrificare ausus fuerit, insuperq; tempus prædictũ in exilio peregrinus implere noluerit, is qui genere occiso proximus est, cædis illum reum peragat. Omnes autem pœnæ duplices sint condemnato. Si uero proximus genere illũ cædis ac neglecti supplicij non accusauerit, ob scelestis fœditatem ad ipsum delatam, eo qui occisus est, afflictionem ac supplicium auertente: quicunq; uolet, ipsum accuset, & quinq; annis à patria sua abesse secundum legem cogat. Si uero externus inuitus occiderit, externũ in ciuitate degentem, accuset quicunq; uelit ijsdem legibus. Si uero inquilinus est, per annum exulet. Si uero penitus externus fuerit, supra purgationem, siue externũ, siue inquilinũ, siue ciuem occiderit, per omnem uitam à regione prohibeaſ, in qua harum legum autoritas uim habet. Quòd si præter le-

ges reuertatur, legum custodes ipsum morte plectant, & si opes aliquas habuerit, eas proximo genere interfecto tradãt. Si uero inuitus redeat, siquidem per mare pulsus ad regionem excidat, tentorio posito in mari pedes tingens, nauigandi opportunitatem obseruet. Si uero per terrã ab aliquibus ui adductus fuerit, qui primus occurrerit in ciuitate magistratus, ipsum solutum in exilium illæsum emittat. Porrò si quis liberum sua quidem manu occiderit, sed ex iræ impetu res fuerit peracta, bifariam primum hoc distinguere oportet. Nam & ex ira cædes peragitur, ab his qui derepentè & nulla occidendi præmeditatione, plagis aut huiusmodi aliquo occiderint aliquem impetu con- *Cædes ex iræ impetu duplex*
festim oboriente, & pœnitentia statim factum ipsum sequitur. Ira item peragunt, qui uerbis antea lacessiti, aut etiam contumeliosis factis, ultionem persequentes postea aliquem occiderint, uolentes sanè ipsum occidere, & nulla sequitur ad factũ ipsum pœnitentia. Duæ itaque cædes ut apparet ponendæ sunt, & ferè ambæ ex ira factæ, inter uoluntariam & inuoluntariam iustissime medium locum obtinentes, imò utraque imago est: & qui quidem iram seruat & non confestim derepentè, sed ex insidijs posteriore tempore se ulciscitur, uoluntario homicidæ similis est: Qui uero iram non recondit, sed statim euestigio absque præmeditatione, illa utitur, similis est inuoluntario. Est autem neque hic penitus inuoluntarius, sed inuoluntarij imago. Quapropter difficile est decernere cædes ex ira perpetratas, utrum uoluntarias ipsas, an aliquas uelut inuoluntarias legibus sancire oportet. Optimum tamen ac uerissimum est, ambas imagines censere, & ipsas seorsum insidijs, & præmeditationis negligentia distinguere. Et qui ex insidijs & ira cædem perpetrauerunt, his pœnas grauiores: qui uero ex præmeditationis negligentia & derepentè, his mitiores sancire. Quod enim maiori malo simile est, maiore supplicio: quod minori, minore puniendum est. Itaque & nostris legibus ita faciendum est. CLIN. Omnino ita. ATHEN. Rursus itaque rem repetentes dicimus. Si quis sua manu occiderit liberum, res autem absque præmeditatione *Cædes ex ira absq; præmeditatione*
ex ira quadam peracta fuerit, reliqua quidem patiatur, quemadmodum pati conuenit eum qui absque ira cædem perpetrauit: sed duobus annis necessariò exulet, ut iram suam castiget. Qui uero ex ira quidem cum insidijs autem occidit, reliqua quidem uelut prior patiatur, sed tribus annis exulet, uelut alter duobus, ut ob iræ magnitudinem diutiore tempore puniatur. In summa porrò de his hoc modo res se habet. Difficile quidem est exactè leges ferre. Aliquando enim ex his duabus cædibus, ea quæ lege grauior sancita est, leuior est: & quæ leuior, grauior: & circa cædem alius ferocius, alius mitius rem perpetrauit: plerunque tamen uelut nunc dictum est ista contingunt. Horum igitur omnium Legislatores oportet esse cognitores. Postquam uero tempus reditus ab exilio utrique aduenerit, mittere oportet iudices ipsorum duodecim ad regionis fines, qui ubi exulum in hoc tempore actiones adhuc clarius cognouerunt, etiam de pudore & susceptione ipsorum iudices fiant. Illi uero his quæ à talibus magistratibus decreta & bene præmeditatis rationibus iudicata sunt acquiescant. Vter autem ipsorum reuersus, ira uictus idem hoc perpetrauerit, in exilium actus non amplius reuertatur. Reuersus autẽ, eadem patiatur quæ externus si reuersus fuerit. Cæterum qui seruum sum occidit, purgetur. Si uero alienum ex ira occiderit, duplum damnum domino ipsius rependat. Quicunque uero ex omnibus homicidis legi non paruerit, sed dum impurus est, & forum, & gymnasia, & templa polluerit, quicunque uolet & eum qui bonorum ac cognatorum interfecti tutelam gerit, & occisorem ad iudicium pertrahat, & duplum pecuniarum ac aliarum rerum ab ipsis exigat, & persoluere cogat. Et hoc quod persoluerunt ipse sibijpsi secundum legem seruet. At si quis seruus dominum suum ex ira occiderit, cognati eius qui occisus est faciant cum occisore quicquid uoluerint, saltem ut unum esse non sinant, & puri sint. Si uero alius quidam seruus liberum ex ira occiderit, domini tradant seruum cognatis & consanguineis interfecti. Hi uero ex necessitate perimant cædis autorem, sed quo modo ipsis hoc facere uisum fuerit. Quod autem contingit quidem, sed raro, si ex ira pater aut mater, filium aut filiam plagis aut alio quodam uiolento modo occiderit: purgationibus quidem ijsdem quibus alij purgetur, & tribus annis exulet. Postquam uero occisores reuersi sunt, *Cædes ex ira cum insidijs* *Parentes occisores liberorũ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uxor à uiro, & maxitus ab uxore discedat, & nunquam ad gignendos liberos conueniant, neque in eadem domo habitent unquam cum his quorum filium aut fratrem sustulerunt, neque sacris communicent. Et qui in his impius est & non paret, à quocunque uolente impietatis reus accusetur. Si uero uxorem uir, aut uxor suum uirum ex ira occiderit, idem hoc similiter faciat, & ijsdem purgationibus purgetur, & tribus annis in exilio degat. Reuersus autem qui hoc perpetrauit, cum liberis suis sacris ne communicet, neque unquam eadem mensa utatur. Quòd si non paret aut pater, aut filius, impietatis iudicium ipsi dictet quicunque uolet. At si frater fratrem aut sororem: aut soror fratrem aut sororem ex ira occiderit, purgationes & exilia eodem modo, uelut de parentibus & filijs dictum est, etiam his fieri oportere dicatur, ut quos fratribus & sororibus & parentibus ac filijs priuauerunt, cum his nunquam in eadem domo habitent, neque sacris communicent. Si uero quis non pareat, impietatis hac parte lege reus rectè cum iudicio peragetur. Si uero quis adeò impotens iræ aduersus parentes fiat, ut per iræ insaniam parentem occidere audeat, si quidem occisus antea quàm moreretur, autorem cædis ultrò liberum dimiserit, quemadmodum hi qui non uoluntariam cædem perpetrarunt purgatus, & alijs quæ illi facere solent peractis, purus sit. Si uero non dimiserit, multis legibus obnoxius sit qui hoc facinus perpetrauit. Nam & ultimi supplicij pœnæ reus erit, & impietatis similiterq; sacrilegij, ut qui genitorem animam spoliauit. Quare si fieri posset, ut idem sæpe moreretur, etiam eum qui patris aut matris cædem ex ira perpetrauit, iustissimũ esset multis mortis generibus perire. Nam cui soli etiamsi à parentibus occidendus sit, nulla lex permittit ut mortem depellat, & patrem aut matrem, qui ipsius naturam in lucem produxerunt, occidat: sed sancit ut omnia sustineat & patiatur, prius quàm eiusmodi quid faciat: & quomodo conueniens esset, ut hic aliter pœnam ex lege consequeretur? Ei itaque qui patrem aut matrem ex ira occidit, pœna statuta sit Mors. At si frater fratrem occiderit in seditionibus pugna oborta, aut tali quodam modo, ut ipsum priorem manus inferentem uelut hostem occiderit uim à se depellendo, purus sit. Et si ciuis ciuem eodem modo: aut externus externum, & ciuis externum, aut externus ciuem, dum se defendit occiderit, eodem modo purus sit. Et si seruus seruum similiter. Si uero seruus liberum à se depellens occiderit, ijsdem legibus obnoxius sit, quibus ille qui patrem occidit. Quod uero de cædis remissione diximus de patre, idem hoc de omni talium remissiõe dictum sit, si quicunque cuicũq; cædem ultrò remiserit, uelut inuoluntaria cæde perpetrata, purgationes fiant cædis autori, & ex lege unum annum exulet. Et quæ quidem uiolentæ & inuoluntariæ & ex ira fiunt cædes, moderatè ita relatæ sint. Quæ uero uoluntariæ sunt, & per omnem iniustitiam fiunt, de his & insidijs, quæ ex uoluptatum & cupiditatum ac inuidiæ tyrannide committuntur, deinceps nobis dicendum est. CLIN. Rectè dicis. ATHEN. Rursus itaque primum de talibus pro uiribus dicamus quot nam sint. Maximum itaque est cupiditas dominans animæ à desiderijs efferatæ. Hæc autem maximè hic est, ubi plurima & uehementissima est plerisque apperentia pecunias inexplebiles ac infinitas acquirendi, talis sanè uis quæ immensam parit auiditatem, tum propter naturam, tum ob malam imperitiã. Imperitiæ uero causa est fama, qua & à Græcis & à Barbaris diuitiæ malè laudantur. Primum enim locum inter bona ipsis deferunt, quum tertium obtineant, atque sic & seipsos, & successores lædunt. Nam si uerum dicere de diuitijs uolumus, in omnibus ciuitatibus pulcherrimæ ac optimæ omnium sunt, corporis sanè gratia, & corpus animæ gratia. Quũ igitur bona sint, quorum gratia diuitiæ sunt, tertio post animæ & corporis uirtutem loco habendæ sunt. Hic igitur sermo uelut doctor nos erudit, diuitias quærendas non esse ab eo qui felix esse uolet, sed quærendas illas esse iustè & temperatè. Et sic cædes non fient in ciuitatibus, quæ ut cædibus expientur opus habent. Nunc uero uelut ab initio diximus, unum quidem hoc est & maximum, quod uoluntariæ cædis maxima crimina efficit. Secundum uero ambitiosi animi habitus est, qui graues inuidias cohabitantes parit maximè quidem ei qui inuidiam habet: deinde uero optimis in ciuitate. Tertio loco sunt miseri & iniusti timores, qui multas cædes operantur, quum ab aliquibus peraguntur aut peracta

Vxoris aut mariti cædes

Parricidium

Cædes uoluntariæ

Ambitio

Timores

cta sunt, in quibus neminem sibi conscium esse aut fuisse uolunt. Horum igitur iudices morte tollunt, quum alio nullo modo possint. De his itaque omnibus hæ præfationes relatæ sint, & ad has narratio illa cui multi huiusmodi rerum studiosi, dum ipsam in sacris mysterijs referri audiunt, ualdè fidem habent: Nimirum talium apud inferos pœnam exerceri: & redeuntibus rursus huc necesse esse, ut pœnas secundum naturam dent eius qui occisus est, & prout quisque fecit, tali sorte ab alio tunc uitam finiat. Proinde qui credit & omnino timet ex ipsa præfatione talem pœnam, ei nihil opus est legem recitare. At ei qui non credit, hæc lex scripta referatur. Quicunque ex prouidentia & iniustè quemcunque ex tribu & ciuitate sua, manu sua occiderit, primum quidem legitimis arceatur, ut neque templa, neque forum, neq; portus, neque ullum alium publicum conuentum polluat, siue quis interdicat, siue non, ei qui hoc perpetrauit. Lex enim pro tota ciuitate semper interdicere uidetur ac uidebitur. Qui uero reum nõ peragit, quum id facere debeat, aut non indicat ut prohibeatur, quum sit intra consobrinos, ex uiris & fœminis interfecto cognatus, primum quidem sceleris fœditatem, & deorum iram in seipsum suscipiat, uelut legis imprecatio sententiam dictat. Deinde reus peragatur à quocunque qui occisi cædem ulcisci uolet. Qui uero ulcisci uult, is postquam lauacra ob hæc tutelæ gratia instituta, & alia quæ deus circa hæc legitima tradiderit, omnia perfecerit, & prædictionem denunciarit, eat & cogat cædis autorem, ut pœnam secundum legem det. Quòd autem hæc fieri oporteat per preces quasdam, & sacrificia dijs quibusdam facta, quibus talia curæ sunt, ut cædes in ciuitatibus non fiant, facile est pronunciare legislatori. Qui uero sint dij, & quis sit modus eiusmodi iudicia inducendi, ut rectissimè ex dei sententia fiat, legum custodes cum interpretibus & uatibus ac deo sanciant, & hæc iudicia inducant. Iudices autem ipsorum ijdem sint, quos ex autoritate etiam eos qui templa deprædantur dijudicare dictum est. Qui uero condemnatus est, morte puniatur, & in occisi regione non sepeliatur, propter impudentiam allatam ad exercendam impietatem. Qui uero fuga euitauit, & iudicium subire noluit, perpetuò exul sit. Si uero quis ex his occisi regionem ingressus fuerit, qui primus ex mortui cognatis, aut etiam ciuibus, in ipsum inciderit, eum impunè occidat, aut ligatum magistratibus iudicia peragentibus occidendum tradat. Hic autem qui iudicium intentat, simul etiam fideiussores accipiat ab eo cui iudicium dictat. Ille uero exhibeat fideiussores fide dignos tres, quos iudicum hac parte magistratus iudicauerit exhibendos esse, ut fide iubeant quo ille se ad iudicium sistat. Si uero aut non uelit, aut non possit fideiussores exhibere, magistratus acceptũ ac ligatum custodiat, & ad pœnam dandam exhibeat. Si uero quis non sua manu occiderit, sed consilium ad alium occidendum dederit, & consilijs ac insidijs cædis autor, & anima à cæde non purus: in ciuitate habitauerit, iudicia etiam huic eodem modo dictentur, exceptis fideiussoribus. Condemnato uero propria sepultura concedatur. Reliqua circa ipsum similiter ut cum priore fiant. Eadem autem hæc & externis ad externos, & ciuibus ac externis uicissim, & seruis ad seruos contingant, tum quod ad cædem manu perpetratam, tum quod ad ex insidijs illatam attinet, excepta fideiussione. Hanc autem uelut dictum est præstent qui sua manu cædem perpetrauerunt. Qui uero cædem denunciant, simul etiam fideiussores expetat. Si uero seruus liberum uolens siue sua manu, siue ex insidijs ac consilijs occiderit, & condemnatus fuerit, publicus ciuitatis lictor ad monumentum occisi perductum, aut eò unde tumulum uidere potest, tot plagis flagellatum, quod iusserit ille qui rerum peregit, si ita flagellatus adhuc uixerit, occidat. Si uero quis seruum occiderit qui nihil iniusti fecit, sed ob timorem ne turpia & mala ipsius facta indicet, aut alterius cuiusdam eiusmodi gratia, quemadmodum is qui ciuem occidit pœnas dedit, eodem modo etiam ipse ob talem seruum occisum pœnas det. At si contingant cædes, ob quas & leges ferre graue & nullo modo gratum est, & ut non feramus, fieri non potest, uelut sunt cognatorum uel manu: uel ex insidijs cædes, uoluntariæ & penitus iniustæ, quæ plerunque in male gubernatis & educatis ciuitatibus perpetrantur: possunt tamen etiam fieri in regione, de qua nunquam quis hoc expectarit: referre quidem oportet paulò superius relatam narrationem, si quis forte nos audiens, propter talia magis ultrò à sceleratissimis cædibus abstinere possit. Fabula equidem

Lauacra ante cædis accusationes

Cædes ex consilio

Serui homicidæ pœna

siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue narratio, aut quomodocunque quis appellare uolet, à priscis sacerdotibus clarè relata est: quòd Iustitia cognatorum sanguinis inspectrix ac ultrix, lege nunc relata utitur, & constituit ei qui tale quid perpetrauit, ut necessariò eadem patiatur quæ perpetrauit: ut si quis patrem occidit, ipse hoc à filijs per uim in quibusdam temporibus patiatur: & si matrem, ut & ipse fœmineæ naturæ particeps fiat, & posterioribus temporibus à filijs uita priuetur. Communi enim sanguine polluto, non esse aliam purgationem, neque quod pollutum est eluí posse, prius quàm cædem cæde, similem simili, anima quæ perpetrauit persoluerit, & uniuersæ cognationis iram pacatam sedauerit. Hæc itaque ex dijs timere oportet, & supplicia eiusmodi cauere. Si uero aliquos adeò misera calamitas apprehenderit, ut patris, aut matris, aut fratrum, aut liberorum animam, ex proposito uoluntario corpore priuare audeant, Lex à mortali legislatore lata, hoc modo de talibus legem sancit, ut prædictiones quidem fiant, quo à legitimis arceatur, & fideiussiones eædem sint, quemadmodum in superioribus dictum est. Si uero quis condemnatus fuerit cædis in horum aliquem perpetratæ, iudicium ministri & magistratus occisum in constitutum triuium extra ciuitatem nudum eijciant. Magistratus autem omnes pro tota ciuitate, quisque lapidem ferens, in caput mortui mittant, & uniuersam ciuitatem expient. Postea uero ad terminos regionis deportatum, insepultum lege proijciant. Qui porrò coniunctissimum & charissimum dictum occiderit, eum quid pati conuenit? Eum dico qui seipsum occiderit, fatalis sortis parte per uim seipsum priuans: quum neque ciuitas pœnam iniunxerit, neque tristi & ineuitabili fortuna allapsa coactus, neque ad ignominiam aliquam desperatam & uita indignam delatus, sed ex ignauia & parum uirili timiditate, iniustam pœnam sibi intulerit. Huic itaque quæ quidem reliqua legitima fieri oportet circa expiationes & sepulturas, deus nouit: proximos tamen genere horum interpretes requirere, simulq; leges de his perscrutari oportet, & prout illi præceperint facere. Sepulchra uero ita consumptis sint seorsum, ut nemo cum ipsis consepeliatur. Deinde in duodecim partium terminis, incultis illis & nomine carentibus sepeliantur inglorij, ut neque columnis impositis, neque nominibus inscriptis sepulchra indicentur. At si iumentum aut aliud animal aliquem occiderit, exceptis his quæ in certamine publico locata decertant, cognati occiso cędis reum illud peragant, Iudicent autem agrorum curatores, quibus & quot illis cognatus demandarit. Illud autem condemnatum extra regionis fines occisum eijciant. Si uero inanime quiddam hominem uita priuauerit, excepto fulmine, aut si quod eiusmodi telum à deo demissum fuerit, ita ut ex alijs quid, aut ipsum illapsum, aut quopiam ad id offendente, aliquem occiderit, propinquus genere occiso uicinum proximum iudicem constituat, & pro seipso ac tota cognatione expiationem faciat. Illud autem condemnatum, uelut de animalium genere dictum est, extra terminos eijciant. Si uero occisus quis compertus fuerit, & cędis autor ignotus sit, & non negligenter inquirentibus comperiri non poterit, prædictiones quidem cædem fiant, quemadmodum alijs. Denuncietur autem ei qui cædem perpetrauit, & qui sententiam tulit præconio pronunciet in foro, ut qui hunc & hunc occidit, & cædis condemnatus est, templa non ingrediatur, neq; totam occisi regionem. Nam si comparuerit & cognitus fuerit, moriendum ipsi esse, & eijciendum ipsum insepultum extra occisi regionem. Hæc itaque una sit Lex præcipua de cæde lata. Atque hæc quidem de talibus hucusque ita se habeant. Quo uero quis occiso, & quibus de causis, rectè purus fuerit, hæ sint. Furem noctu in ædes ingressum si quis deprehensum occiderit, purus sit. Et si prædonem propulsans occiderit, purus sit. Et si quis liberam mulierem, aut puerum ad uenerem cogat, impunè occidatur, & ab eo cui uim intulit, & à patre, aut fratribus, aut filijs. Si maritus uxorem uim passam offenderit, occiso uiolatore, purus lege sit. Et si quis patri cædem minimè impiam facienti auxilium ferens aliquem occiderit, aut matri, aut liberis, aut fratribus, aut liberorum coniugi, penitus purus sit? Quæ itaque ad uentis animæ educationem ac institutionem attinent, quæ si consequatur ipsi uita expetenda sit, aut contrarium, si non consequatur: & de cædibus uiolentis, quas pœnas fieri oportet, legibus sancitum sit. Quæ uero ad corporum educationem ac institutionem pertinent, dicta sunt. Deinceps uero ab his sequuntur uiolentæ actiones quæ

Suispsorum occisores

Cædes ex iumentis

Cædes licitæ

quæ & præter uoluntatem & uoluntariò fiunt: hæ itaque pro uiribus distinguendæ sunt, quæ & quot sint, & quas pœnas adipiscentes, singulæ id quod idoneum est habeant. De his ergo post illa ut apparet rectè leges ferentur. Vulnera equidem, & ex uulneribus mutilationes, secundo post cædes loco, etiam utilissimus legislator locauerit. Proinde uulnera uelut cædes distinctæ sunt, distinguantur, alia non uoluntaria, alia ex ira, alia ex timore, alia ex proposito uoluntaria fiunt. De omnibus itaq; huiusmodi hoc sanè prædicendum est. Necessarium equidem est hominibus leges condi, & secundum leges uiuere, aut nihil penitus à ferocissimis bestijs differre. Causa uero horum hæc est. Quòd nullius hominis natura sufficit ad cognoscendum ea quæ conducunt hominib. ad uitam degendam: & ut cognito etiam optimo, semper possit ac uelit id facere. Primum enim difficile cognitu est, quòd ciuili & ueræ arti non quod priuatum, sed quod publicum est, necessariò curandum est. Publicum enim colligat, priuatum dissipat ciuitates: & quòd tum publico, tum priuato, ambobus magis conducit, si quod publicũ est bene disponatur, quàm quod priuatum. Deinde etiamsi quis iustam cognitionem in arte assequatur, quòd hæc à natura ita se habeant, tamen si pro suo arbitrio & propria potentia ciuitatem gubernarit, nunquàm in hac sententia perseuerare ac uitam transigere poterit, ut quod publicum est uelut ducem in ciuitate alat, priuatum uero uelut publici comitem: sed ad auariciam & propriã utilitatem mortalis natura ipsum semper impellet, quæ absq; ratione dolorem fugit, & persequitur uoluptatem, & ambo hæc ei quod iustius & melius est præponet, & tenebris sibijpsi inductis, omnibus malis tandem & seipsam & totam ciuitatem implebit. Nam si quis hominum ex natura diuinam sortem adeptus, hæc assequi posset, legibus quæ ipsi imperarent nihil opus haberet. Nam neq; lex, neq; ulla constitutio, scientia præstantior est: neq; fas est mentem ullius subijci, aut seruam esse, sed omnibus dominari, si uera & reuera libera ex natura fuerit. At nunc nequaquàm usquàm hęc est, nisi exigua quadam sui parte. Quapropter secundum eligendum Lex & ordo, quæ sanè id quod plerunque fit cernunt ac uident: uniuersa uero uidere non possunt. Hæc itaque horum gratia dicta sunt. Nos nunc constituemus quid pati aut persoluere oportet eum qui alium uulnerauerit, aut læsit. Promptum itaque cuiuis est, ut de quouis rectè subijciat, quid dicis de eo qui uulnerauit, quid, aut quem, aut quomodo, aut utrum id fecit? Infinita enim singula hęc sunt, & plurimum inter se differunt. Vt igitur hæc iudicijs permittantur iudicanda, aut omnia, aut nihil ex ipsis, fieri non potest. Vnum equidem de omnibus iudicandum permittere necesse est, nimirum utrum factum, aut non factum sit unumquodq; horum. At rursus nihil permittere de eo quomodo mulctandus sit, & quid pati oporteat eum qui in horum aliquo iniuriam intulit, sed ipsum de omnibus & paruis & magnis legem ferre, ferè impossibile est. CLI. Qui igitur post hunc sermo sequitur? ATHEN. Hic scilicet. Quòd aliqua quidem permittenda sunt iudicijs, aliqua uero non permittenda sed ab ipso sancienda. CLI. Quæ itaque sancienda sunt, & quæ iudicijs attribuenda ut iudicentur? ATHEN. Hæc sanè ut post illa dicamus iustissimum fuerit. Grauis equidem afflictio tunc uniuersæ ciuitati oboriri solet, quum iudicia praua & muta, quæ sententias suas occultant, clandestinè iudicia faciunt: & hac adhuc grauior est, ubi neque tacent, sed tumultu uelut Theatra plena sunt, & clamore laudant ac uituperant utrunque rhetorem, & ex parte iudicant. Talibus igitur iudicijs leges ferre si quis à necessitate cogatur, infortunatum quidem est, tamen ex necessitate coactus, de exiguis quibusdam permittet ipsis ut mulctas imponant. Plurima uero ipse sanciet expresse, si sanè in eiusmodi republica unquàm leges feret. In qua uero ciuitate iudicia pro uiribus fuerint rectè constituta, & iudices futuri bene educati, & omni diligentia probati, hic rectè & bene habet, ut multa talibus iudicibus iudicanda permittantur, de his qui condemnati sunt, ut patiantur quid aut persoluant. Nobis itaq; in præsentia nemo succensebit, si ipsis de plurimis & maximis leges nõ feremus, quæ etiã uilius instituti iudices uidere possint, & singulis peccatis prout facta sunt dignã pœnã attribuere. Quandoquidẽ uero eos quibus nos leges ferimus nõ incõcinnos taliũ iudices fore putamus, permittẽda sanè sunt ipsis plurima. Verumtamen quod sæpe diximus & fecimus in superiorũ legumlatione, nimirũ ꝙ descriptione & formis pœnarũ relatis, dedimus iudicibus exempla, ut nunc ꝙ iudiciũ excedant,

Vulnerum distinctio

Publicum priuato præferendum

Iudicia permissa quæ sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

excedant, id & tunc rectissimum esse uidebatur, & nunc quoq; idem hoc faciendum
Vulnerũ leges est, ut ita iam ad leges reuertamur. Lex itaq; actionis de uulnere, hoc modo nobis sanciatur. Si quis ex proposito occidendi aliquem amicum, exceptis his quæ lex permittit, uulnerauerit quidem illum, occidere uero non poterit, is qui ita proposuit & uulnerauit, misericordia indignus est, neque aliter ipsum uereri oportet, quàm ut ueluti qui occidit, pœnã cædis dare cogatur. Fortuna tamen ipsius non penitus mala colenda est, & dæmon qui ipsum & uulneratum miseratus, ipsis auersor fuit, huic quidem ut non immedicabile uulnus fieret, illi uero ut non execrandam fortunam & calamitatem incurreret. Huic itaq; dæmoni gratiã referre, & nõ aduersari oportet, & mortem quidem ab eo qui uulnerauit auferre, relegationem uero in uicinam ciuitatem fieri, ita ut omni possessione sua per uitam fruatur, damnum tamen quod uulnerato intulit, læso rependat, cuius æstimatio à iudicio fiat quod causam iudicat. Iudicent autem hi qui de cæde iudicium tulissent, si ex unlneris plaga sauciatus mortuus esset. At si parentes filius, aut dominum seruus, similiter ex proposito uulnerauerit, mors pœna statuta sit. Et si fra-
Vulnus ex fratre ter fratrem aut sororem, aut soror fratrem aut sororem uulnerauerit, & uulneris ex proposito condemnatus fuerit, mors pœna statuta sit. Vxor autem si maritum suum, ex insidijs occidendi proposito uulnerauerit, aut maritus uxorem suam, perpetuò exulet. Opes autem ipsorum, siquidem filij aut filiæ ipsis adhuc pueri fuerint, tutores curent, & liberorum orborum curam gerant: si uero uiri, non necesse sit exulem à liberis nutriri, sed permittendum est ut ipsi opes possideant. Si uero quis liberis carens in eiusmodi calamitates inciderit, cognati exulantis ex utraque parte, & mariti, & uxoris, usque ad consobrinorum filios conueniant, & unà cum legum custodibus & sacerdotibus inito consilio, hæredem in domum hanc, quæ in ciuitate quinquies millesima & quadragesima est, constituant, tali modo ac ratione utentes. Nullam domum ex quadraginta & quinquies mille, esse eius qui in ipsa habitat, neq; totius generis, sic uelut ciuitatis & publica, & priuata est. Oportere itaq; ciuitatem suas domos, quoad fieri potest & sanctissimas, & fortunatissimas habere. Quũ igitur aliqua domus simul & infortunio, & impietate polluta fuerit, ut qui ipsam possedit filios nõ relinquat, sed cœlebs, aut etiam uxore ducta, sine liberis moriatur, cædis uoluntariæ condẽnatus, aut alterius cuiusdam delicti in deos aut ciues, cui mors in lege pœna expresse posita fuerit: aut quum etiam aliquis uir liberis carens perpetuò exulauerit, hanc domum primum purgari ac expiari, lege constitutum sit. Deinde cõueniant uelut modò diximus, cognati cum legum custodibus, ut considerent quod genus in ciuitate prestantissimũ sit ad uirtutem, & simul fortunatum, in quo filij plures nati fuerint, unde unum patri eius qui mortuus est, & superioribus eius generis filium, uelut ex illis adoptent, & famæ gratia de se cognominent, & genitorem sibijpsis, & familiæ conseruatorem, & sancti ac sacrorum curatorem, meliore fortuna quàm patrem, fieri precati, ita ipsum hæredem secundum legem constituant. Eum uero qui deliquit, sine nomine, & sine liberis, & sortis exortem iacere sinant, ubi ipsum eiusmodi calamitates comprehenderint. Non est autem in omnibus rebus ut apparet, terminus termino ammixtus, sed quibus est cõfinium, hoc in medio terminorum utrunq; prius attingens, amborum medium fit. Et sanè etiam inter uoluntaria & inuoluntaria, id quod ex ira fit, tale esse diximus. Vulneris igitur ex ira insti
Vulnera ex ira cti si quis condemnatus fuerit, primum quidem duplum damni persoluat, si uulnus curabile euaserit. Incurabilium uero quadruplum persoluat. Si uero curabile quidem fuerit, sed magnam quandam ac probrosam turpitudinem uulnerato attulerit, item quadruplum persoluat. At si quis uulnerato aliquo non solum læserit sauciatum, sed etiam ciuitatis potentiam imminuerit, ut aduersus hostes imbecillior sit: hic cum alijs multis, etiam ciuitati damnum rependat. Nam ad suam militiam, etiam pro illo qui non potest militet, & pro illo in militari acie collocetur: aut si hæc non facit, à quocunque uolente desertoris actione secundum legem accusetur. Damni uero æstimationem, siue duplam, siue triplam, siue etiam quadruplam, iudices condemnantes faciant. Si uero germanus frater fratrem germanum eodem modo uulnerarit, parentes & cognati & uxoris & mariti parte, usque ad consobrinorũ filios, tam fœminæ quàm uiri cõueniant, & iudicatũ parentibus secũdum naturam puniendũ tradant. Si uero cõtrouersia fiat

fiat de animaduersionis modo, cognatorum mariti sententia rata habeatur. Si uero ipsi hoc præstare non potuerint, legum custodibus hoc tandem permittant. Filijs autem ad parentes talium uulnerum iudices sint, qui sexagesimũ ætatis annum excesserunt, quibusq; filij non adoptiui, sed ueri fuerint. Si uero quis condemnatus fuerit, in ipsum animaduertant, siue talem mori oportet, siue aliud quoddam maius supplicium pati, aut etiã nõ multò minus: & ex cognatis ipsius autoris nemo iudicet, etiamsi in ea ætate constitutus sit, quam lex definiuit. Quòd si seruus liberum ex ira uulnerarit, is cuius seruus est tradat ipsum uulnerato, ut cũ ipso quicquid uelit faciat. Si uero nõ tradiderit, ipse damnum sarciat. Si uero ex composito, serui & uulnerati fraude factum hoc esse causetur, item intendat, & si iudicio non uicerit, triplex damnum rependat: si uero reum peregerit, plagij criminis reus teneatur qui fraudem cum seruo struxit. Qui porrò inuitus aliũ uulnerauerit, damnum simplex rependat. Nullus enim legislator fortunæ imperare potest. Iudices autem sint, qui filijs ad parentes dicti sunt, & damni æstimationem faciant. Violentæ equidem omnes relatæ sunt affectiones. Violentum est etiam omne uerberationis genus. Sic igitur de talibus quiuis uir & puer & fœmina semper sentire debet, *Fortunæ nemo imperare potest*
Seniorem non paulò præferendum esse iuniori, inter deos & homines, qui seruari ac feliciter uiuere uolunt. Verbera igitur seniori infligi à iuniore uidere, turpe est, & à dijs odio habetur. Decet autem iuuenem à sene uerberatum patienter iram ferre, & honorem hunc sibi in senectutem ducere. Sic igitur lege sanciatur. Quiuis seniorem seipso reuereatur & factis, & uerbis. Eum uero qui uiginti annorum ætate præcedit, siue uirũ, siue fœminam, uelut patrem aut matrem uereatur: & ab omni ætate quæ ipsum gignere & parere potuit semper abstineat, in deorum natalicíorum gratiam. Similiter aũt & *Seniorum reuerentia*
ab externo abstineat, siue dudum cohabitet, siue recẽs aduenerit: & neq; ipse lacessens, neq; uim propulsans, omnino audeat talem plagis impetere. Si uero externum proteruum & temerarium uerberantem se, puniri oportere putauerit, susceptum illum ad uerbis curatorum magistratum perducat, à uerberibus autẽ abstineat, quo minus aliquando indigenam percutere audeat. Vrbis autem curatores ex assumpto inquirant, & externum deum reuerẽtes, si iniustè uisus fuerit externus indigenam uerberasse, quot uerbera intulit, tot ipsi uicissim per flagellum incutiant, & peregrinam istam temeritatem sedent. Si uero non iniustè fecerit, minæ & opprobria ei qui perduxit intententur, & ambo dimittantur. Aequalis si æqualem, & liberis carentem ætate præminentem uerberet, & senex senem, & iuuenis iuuenem, propulsent uim secundum naturam absq; telo nudis manibus. Qui uero quadragesimum annum egressus cum aliquo depugnare audet, siue ipse lacessens, siue uim propulsans, is si agrestis & illiberalis dicatur item q; seruilis, & probrosum iudicium consequatur, quod decens est habebit. Et si quidem talibus monitis obsequatur, obediens habeatur: Si uero non paret, & neq; præfationem curat, talem legem prompte suscipiet. Si quis seniorem se uiginti aut pluribus annis uerberauerit, primum quidẽ qui accesserit, si non æqualis, neq; iunior depugnantibus fuerit, prohibeat, aut improbus secundum legem sit. Si uero in uerberati ætate fuerit, aut adhuc iunior, auxilium ipsi ferat uelut fratri, aut patri, aut adhuc superiori. Et præterea uerberum dica ipsi impingatur, qui seniorem uelut dictum est uerberare ausus fuerit, & condemnatus non infra annum in uinculis detineatur. Si uero iudices longiore tempore condemnauerint, ratum habeatur adiudicatum ipsi tẽpus. At si externus aut inquilinus aliquis uerberauerit seniorem se uiginti annis, de eorum qui accesserint auxilio, eadem lex eandem uim habeat. Qui uero tali actione conuictus fuerit, si quidem externus non inquilinus sit, duobus annis in uinculis pœnas det. Si uero inquilinus fuerit, & legibus non paruerit, tribus annis uinctus detineatur, si non iudicium longiore tempore detinendum censuerit. Mulctetur autem & qui cuicunq; horum affuerit, & non secundum legem auxilium tulerit, si ex maximo censu est, mina: si ex secũdo, quinquaginta drachmis: si ex tertio, triginta, si ex quarto, uiginti. Iudices autem talibus sint exercitus duces, & ordinum præfecti, & tribuni, ac equitum magistri. Leges porrò ue- *Legum ferendarum causa duplex*
lut apparet, partim bonorum hominum gratia feruntur, ut discant quo modo inter se conuersantes amicè habitẽt: partim eorum qui disciplinam auersantur, cruda quadam natura præditi, & non mollescentes, ut ne ad omnem maliciam progrediantur. Hi ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

monum quos deinceps habebimus autores sunt, quibus legislator necessariò leges cõ
dit, ut qui ipsarum nullum unquam usum expetat, Quisquis igitur patrem aut matrem,
aut horum progenitores contingere ausus fuerit, ut uerberando illis uim inferat, neque
supernorum deorum iram ueritus, neq; supplicia quæ narrantur fieri sub terra, sed ue-
lut qui sciat ea quæ nullo modo nouit, uetera, & quæ ab omnibus dicuntur contemnit,
& præter leges delinquit, huic ultima quadam auersione opus est. Mors equidem non
est ultimum, sed quæ de inferis narrantur ab illis afflictiones, magis adhuc his inter ulti
ma habentur. Et tamen quum ueriſſima dicant, in talibus animis auertendis nihil effi-
ciunt: alioqui enim nunquam matres uerberarent, & alios genitores plagis impij impe
tere auderent. Horum itaq; pœnas hic dum uiuũt, nihilo his quæ apud inferos sunt in-
feriores esse oportet, quoad eius fieri potest. Proinde hoc de quo dicimus ita sancitum
sit. Quicunq; patrem aut matrem, aut horum patres aut matres uerberare ausus fuerit,
non insania correptus, primum quidem qui inciderit, uelut in superioribus auxilium se
rat: & si inquilinus aut externus est qui opem fert, in primam sedem in certaminibus uo
cetur: si uero opẽ non tulerit, perpetuò à regione exulet. Qui uero inquilinus non est,
& auxilium tulerit, laudem ferat: si uero non tulerit, uituperationem. Si uero seruus au-
xilium tulerit, liber fiat: si non tulerit, plagas centenas flagello accipiat, si in foro res fa-
cta fuerit, ab ædilibus: si uero extra forum in urbe, ex urbis curatoribus qui adest ipsum
puniat: si uero in agris alicubi regionis, ex agrorum curatoribus principes. At si indige
na fuerit qui accesserit, siue puer, siue uir, siue mulier, quiuis auxiliũ ferat impium illum
cognominans. Qui uero non auxiliatur, louis congeneris & paterni execrationi obno
xius sit. Si uero quis ob parentum uerberationem cõdemnatus fuerit, primum quidem
perpetuò exulet ex urbe in aliam regionẽ, & ab omnibus templis arceatur. Si uero pro-
hiberi se non sinit, agrorum curatores plagis ipsum puniant, & omnino prout uolue-
rint. Reuersus autem, morte puniatur. Quicunq; uero liber cum tali cibum capiet, aut
bibet, aut eiusmodi quandam aliam societatem habuerit, aut etiam solum in ipsum inci
dens ultrò attigerit, is neq; in templum ullum ueniat, neq; in forum, neq; omnino in ci-
uitatem, prius quàm purgatus fuerit, ita ut cũ scelerata fortuna cõmunicationem se ha-
buisse putet. Si uero legi nõ parens, templa & ciuitatem præter leges polluerit, quicũq
ex magistratibus perceperit, & tali iudicium non dictarit, maximarum in hoc ipso cul-
parum reus sit. Quòd si seruus uerberauerit liberum, siue externũ, siue ciuem, auxilium
quisquis interuenerit ferat, aut iuxta constitutam pœnam, relatam mulctam persoluat.
Qui uero interuenerint unà cum uerberato colligatũ illum iniuria affecto tradant: qui
acceptum uinculis ligatum, & flagellis quot uoluerit plagis cæsum, nulla domini offen
sione, tradat illi secundum legem habendum. Lex autem hæc sit. Quisquis seruus libe-
rum uerberauerit, magistratibus non iubentibus, dominus ipsius à uerberato ligatum
acceptum ipsum non soluat, prius quàm seruus uerberato persuaserit, se iam dignũ esse
qui solutus uiuat. Eędem uero etiam de his omnibus leges sint mulieribus inter se, &
tam mulieribus ad uiros, quàm uiris ad mulieres.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTI-
ni in Dialogum decimum, De legibus.

EXORDIVM decimi epilogum supplet noni, admonens tractanda esse iudicia de ui in rem ip-
sam illata, post iudicia de ui in personam in nono disposita. Quoniam uero nulla uis durior & into-
lerabilior est, quàm quæ contemptu quodam infertur: nimirum contumelias & iniurias uel in perso
nam, uel in rem ex contemptu proprie natas in propria capita seligendas esse decernit: & has qui-
dem sub quinq; capitulis. Aut enim in sacra publica, aut priuata sacra, aut contra parentum reueren
tiam: uel contra præstantiam magistratus, uel cõtra ciuilem gentilemq; alicuius ciuis dignitatẽ com
mittuntur. Hæc ergo exactiſsime iudicãda cæteris tam auctoribus legum quàm magistratibus iudicibusq; committit. Dis-
tinguit post hæc à cæteris ea quæ in deorũ contemptum fiunt, quasi omniũ ultra quàm dici possit grauissima: in quibus
decimi huius omnis uersatur intentio. Sed primo quidem quod inter sit sacrilegium inter atq; impietatem, innuit. Sacrile
gium sanè rapinam nominat, siue res, seu persona consecrata superis rapiatur. Atq; id quidem uelut species quædam sub
ipso impietatis genere continetur. Nam ultra sacrilegium sub impietate comprehenduntur, & cætera multa in deorum
contemptum siue cogitata siue dicta seu facta, & commissa pariter & permissa atq; etiam prætermissa. Ac ne quid nos lateat

lateat, ad impietatem etiam pertinet familiaritas & cõmunio omnis seu in cibis seu uerbis cũ ijs inita, qui ob nefaria sce-
lera arcentur à sacris, qui & contaminati cæteros quoq; uel ipsa propinquitate contaminant. Quæ quidem de re in calce
noni ita pertractat, ut uaticinari uisus sit execrationes quotidie factas à nostris prophanos à communione ecclesiæ pro-
pellentibus. Proinde medicus noster animos impietatis morbo languẽtes diligentiſsime purgaturus, in primis causas hu-
ius morbi perquirit. Ac dum inquirit, Euangelicam tradit sententiam. Quicunq; enim inquit, de deo crediderit secundum
leges, religiosius erit, neq; prophanam quicquam uel aget aliquando, uel loquetur. Quàm rectè à fide hic dedit exordiũ?
& à fide legibus adhibenda? Sed ne turbet quæso deorum numerus, quem non turbat numerus angelorũ. Nihil enim plus
apud Platonem tot possint dij, quàm apud nos tot angeli, totq; beati. Cæterũ quidnam leges scilicet sacræ, & omniũ anti
quiſsimæ de dijs, id est de deo angelisq; deo seruientibus aiunt? Profectò tria. Primũ quidem, hos deos esse. Secundũ, omni
bus prouidere. Tertium, iuste pro meritis merita supplicia q; rependere. In ipsa huius sententiæ fide obseruantiaq; pietas
tota cõsistit. Quis igitur impius? Qui uidelicet uel negabit eiusmodi deos esse, uel & si sunt, prouidere: uel & si prouidẽt,
iuste rependere: id autem est putare superos iudicum humanorũ more solis muneribus uel ab iniusto collatis facile posse
placari. Plato igitur tres impij morbi causas expulsurus probabit esse deos, & qui in mundo sint sphærarum mundi re-
ctores, & qui super mundũ dei summi contemplatores. Probabit deos omnibus uel minimis prouidere. Probabit cõstan
ti iustitiæ rectæ bilancem librari; non extrinseca munera manuum, sed intima animorum merita pensitare. Deniq; hac do-
ctrina ueluti quodã legis exordio ab omni diuinorum cõtemptu dehortabitur omnes, & cohortabitur ad pietatem. Præ-
terea legum minis flagellisq; perterrebit impios, atq; torquebit. Principio deos esse duobus cõmunibus indicat argumen
tis. Primum quidem ab uniuerso rerum genere, secundum uero à specie humana deducitur. Primum igitur est eiusmodi.
Compertum habemus ordinem ubiq; à ratione procedere, & ordinem quidem nusquam & nunquam interruptum à ra
tione potenti: ordinem quoq; commodiſsimum ab optima ratione. Cum igitur uniuersi tum dispositio, tum progressio or
dinatiſsima sit, ac semper & ubiq; talis, neq; id quidem absq; mirifica quadam commoditate, necesse est mundum ab opti
ma potentiſsimaq; ratione disponi, atq; moueri. Et cum unum sit uniuersum, unũ uero ex diuersis nõ fiat nisi ab uno, con
sequens est unam esse summã eiusmodi rationem. Esse præterea rationes plures diuinas sub summa ratione diuina, quem-
admodum in uno mundano opere rationabiliter ordinato, multi sunt globi inter se specie & uirtute distincti: atq; omnes
rationabiliter ordinati: adeo ut mundi quodãmodo multi in ampliſsima uideantur mundi unius circumferentia contine-
ri. Itaq; similiter multi mundorum quasi angustiorum rectores deinceps dispositi, sub uno ampliſsimi mundi rectore com
prehenduntur. Qui sanè cum nõ solum ordinator sit: sed ipse, ut ita dixerim, immẽsus ordo: multo magis ordinatore gau
det quàm ordinato. Quocirca si multis in uniuerso ordinatis proculdubio delectatur, multis quoq; oblectatur ordinato-
ribus. Quippe cũ ampliſsimi regis excellentiſsima in hoc amplitudo consistat, ut nõ angustos tantum seruos, sed amplos
quoq; & multos habeat infra se reges. Secundum uero ad idem argumentum à specie humana deductũ, est eiusmodi. Na
turalis speciei cuiusq; instinctus inanis esse non potest. Naturale quoq; speciei animalium perfectiſsimæ iudicium omni-
no falsum esse non debet. Cum uero humana species animalium perfectiſsima in omnibus ubiq; semper naturali instinctu
immutabiliq; iudicio ad religionẽ feratur, necesse est esse superos qui religione colantur, superesse quoq; corporibus a-
nimas, quod quidem religionis est potiſsimum fundamentũ. Attende Platonis dictum, rationes de diuinis, & si interdum
non nimis argutas, esse tamen ueras. Item occasiones duas ad impietatem. Intemperantiam scilicet corporearum uolupta
tum cõcupiscentiam: rursusq; ignorantiam ex absurdis poetarũ physicorumq; quorundam opinionibus ortam. Poetas in
tribus circa deos errasse. Primo quod ex cõfusione quam chaos nominant, erupisse deos cecinerint. Secũdo quod alios ex
alijs absq; recta ratione, & quasi per humanum cõcubitum progenitos asseruerint. Tertio quod omnes hominum per-
turbationes, errata, flagitia in deos nefaria impietate trãstulerint. Physicos quoq; illos in religione peccasse, qui uel cum
Democrito casu quodam temerario potius quàm ratione diuina componi somniãt uniuersum, mirabili ratione digestũ:
uel cum Anaxagora & Archelao cœlestia nihil habere in se diuinius opinantur quàm elementa. Præterea formas eorum
quæ gignũtur, manifeste ad finem ubiq; directas, aiunt ex elementali potius impetu prouenire, quã ab arte mentis ad cer
tum finem singula dirigẽtis. Quoniã uero in his confutandis, atq; insuper in cõfirmandis quæ & modo probauimus, &
deinceps ex mente Platonis in hoc cõpendio afferemus: in theologiæ nostræ libris fuimus longiores, ideirco in præsentia
breuiter percurremus. Cõsidera quanta sit Platonis nostri religio, & quàm exploratum habeat deum esse, qui cõtra ne-
gantes deũ disputans, uix ab ira cõtinere se potest: uir alioquin supra modũ omniũ & in uita & disputatione mitiſsimus.
In his certe admonet, nõ esse eos qui deũ negauerint, tolerãdos. Nota Platonẽ probare illos, qui in ortu & occasu solis ac
lunæ adorant nõ solem proprie atq; lunam, sed diuinã potius beneficentiã: cui quotidie gratias pro tanto luminũ dono iu
bet agi. Iudicat illũ inter homines esse quasi mõstrum, qui contra tum naturalem instinctũ, tum educationẽ, tum commu-
nem cõsuetudinem superos esse negat. Mox uero admonet iuuenes, quod, si fortè absurdæ quædam ex audi u cõtra deum
opiniones inuaserint, ut quandiu iuuenes sunt, iudicio de rebus diuinis abstineant, senioribus credant & legibus, donec
ætas, experientia, ratio doceat. Affert præterea in mediũ opiniones quorundam qui sapientes habiti sunt: per quas homi-
nes facile ad impietatẽ iniustitiamq; declinant. Opiniones inquam asserentes quatuor elementorũ naturas fortuito quo-
dam motu inutem cõfluentes cũcta coaceruasse. Præterea religionẽ iustitiamq; nulla ueritate, sed hominum opinione cõ
stare. Quamobrẽ concludit, hæc tanquã & priuatim & publice omniũ perniciosiſsima esse rationibus cõsutanda: neque
cogendos homines ad legum obedientiã & obseruationẽ minis duntaxat atq; tormentis: sed persuasionibus insuper atq;
rationibus. Alioqui hominẽ rationale animal, ideoq; liberũ, nisi rationis uinculo comprehenderis, neq; debere aliter, nec
posse ligari. Excitandã igitur legibus rationẽ: cuius tanta uis est ad inueniendũ deum: ut post rationalem inuestigationem
certior sit rationẽ in natura esse quàm in seipsa, & tanto certior, quãto naturales effectus ordinatiores cõspicit q̃ huma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos. Vnde etiam tanto perfectiorem esse in natura artẽ quàm in homine animaduertit. Hinc rursus animaduertit artem operibus naturalibus præsidentem, cum perfectior sit humana: & humana non solum sit, sed etiam uitæ sit atq; intelligentiæ particeps: nimirum uiuam & intelligentem esse: imò uero uitam & intellectum: adde & uoluntatem. Cum enim singula manifeste ad proprios dirigat fines, certum est præuidisse finem atq; uoluisse, immo uero præuidere semper & uelle: quemadmodũ ordo in singulis semper cõseruatur integer: uel ubi interrũpi uidetur, citius quàm dici possit, instauratur. Hanc uero esse diuinam prouidentiã, minime dubitamus. Prouidentiã inquam neq; minima negligentem: nõ enim hæc minus sunt ordinata quàm maxima: neq; in maximis laborantẽ. Nõ enim ordinationi resistunt ordinatori quàm proxima: quæ eodem nutu uoluntatis assidue ordinantur, quo & fiunt, & procul ab omni præuaricatione seruantur. Hinc illud. In alijs habitat: & humilia respicit in cœlo & in terra: sicut & cœlũ ipsum dum suum in se absq; labore peragit cursum, interim absq; negligentia terram uberrimo radiorũ suorum munere circũfundit. Inter hæc uero quod ait legem & artem natura uel non minus quàm natura cõstare: quia proles sint mentis: intellige nõ minus uetus quàm naturæ formas existere: gigniq; ab intellectu diuino tanquã patre, & à mẽte humana uelut matre. Et aduerte solitam Platonis nostri pietatem inuocantis deum ad cõfirmandos deos. Deum inquam unum: ut doceat deos omnes referendos ad unum. Dicit autem se dei summi auxilio fretum tutissime de diuinis disputaturum. Principio quidem eos physicos improbat, qui summa rerũ principia corporea posuerunt, ex quibus deinde uita intelligẽtiaq; procederent: cũ dicere potius debuissent, corporea à uita intellectuali pendere. Id autẽ ita esse, profitetur noua nõ dico sententia, sed ratione se probaturum. Sententia enim eiusmodi priscorũ est ante Platonem theologorũ: Argumentatio uero qualis hic fiet à motu, Platonis est propria. Distinguit autem ipsum motionũ genus in species decem: scilicet in Circuitum, Localem transitum, Condensationem, Refactionem, Augmentum, Decrementum, Generationem, Corruptionem, Mutationem. siue alterationem in alio ab alio factam, & mutationem ex se, tum in se, tum in alio factam. Admiratur motum orbicularem, siquidem in eo stat centrum indiuisibile, mouentur reliqua. Item in sphæra longe profunda qnamplurimi circuli designantur, alij deinceps alijs ampliores. Atq; id quod mirum est, eodem momento angustissimus circulus & amplissimus circuitum peragunt: adeo ut & huius tarditas in continuo corpore, & illius uelocitas sit pariter admiranda. Medij uero & ad dimensionẽ & ad motum secundum certas proportiones medio quoq; modo se habent Multa de his in expositionibus theologiæ tractauimus. Dicit autem & de illo: quod mutat locum, mutare centrum, id est centrũ loci, ad quod corporis mobilis circũferentia comparatur: nonnũquam uero præter id quòd centrũ mutat, seruare etiam quodãmodo idem centrum: quando scilicet non fixum, sed translatum loco per æqualem quandam circũferentiam circumagitur. Præterea ubi de generatione loquitur, ait, principiũ, id est naturã motricem atq; seminariã: quando alteratione proficit, per tres procedere gradus, id est in longum, latum atq; profundum: item attingere usq; ad quantitatẽ, & qualitatem, formamq; substantialem per effectus suos sensibus manifestã: rursus peruenire ad esse formale & uitale atq; sensuale. Putat autẽ in his motibus molem quidem corpoream moueri, sed non mouere: formas uero corporeas & mouere moles & moueri ab anima: Animamq; mouere quidem duo hæc: sed ipsam nõ alio, immo ex seipsa moueri: sed ita mouere, ut unà cum rebus mutatis ipse interim suo quodã pacto mutetur. Præstantiores ergo animabus diuinas angelicasq; mentes existimat, quæ inferiora moueant, ipsæ interim minime permutatæ. Eminentius deniq; ipsum bonũ mentibus esse iudicat: omnes enim boni gratia appetunt ueritatem. In his tangit multa ad naturã per se mobilem pertinentia, tanquam ad propriũ motionis generationisq; principium. In quo motio quædã formalis & generatio spiritalis suapte naturæ uiget, motionum generationumq; exemplar. Confirmat sua per omnia quæ mouentur ab alio, esse naturam mobilem ex seipsa, uidelicet ne procedatur in infinitũ. Imò uero ut quemadmodũ ultra illa quæ per aliud lucent aut calent, peruenitur ad aliquid per se lucidum, per se calidũ: sic præter res ab alio mobiles ad rem per se mobilem ueniatur. Quippe si nunc quiescãt omnia, & paulo post aliquod præ cæteris moueri debeat, quidnam primo mouebitur? Non quidem diuina substantia prorsus immobilis, Neq; etiam corporea ulla quæ motum ab alio mutuantur. Solum ergo quod ex se mobile est, primo mouebitur, exercensq; suum in seipso motũ, traducet in alia. Id enim ita præstat corporibus ut moueãtur, sicut immobile rerum principiũ rebus præstat ut moueant. Animam uero esse naturam per se mobilem, patet tum intrinsecus, quando suapte natura libere ratiocinando discurrit atq; consultat: tum extrinsecus, quandiu sua præsentia præstat corpori ut per se quodãmodo moueatur. Sed de ijs omnibus, & præterea quod super animas sphærarum rectrices oporteat esse angelos atq; deum in theologia abunde tractamus. Vbi uero Plato animam appellat motionem generationemq;, intellige per modum causæ, id est proprium motionis generationisq; principium. Et ubi à seipso moueri, esse animæ rationẽ. Nota ibidem dici etiam rationem animæ esse quod posit mouere seipsam, ne actum motionis intelligas esse animã, sed potentiam, non accidentalem inquam. Nam & substantiam ibidem uocat animam. Sic ergo definies: Anima est substantia propriã habens potentiam, qua & mouetur ex se, & cætera mouet. Quemadmodum uero res ex se mobilis rem ab alia mobilem antecedit: sic animã dico rationalem antecedere putat totam machinam corporalem, cum nullum corpus ualeat ex seipso moueri. Antecedere Platonici aiunt, & dignitate simul & tempore. Siquis uero Platonẽ à Christianis minus dissentire uelit, exponat animam nostrã uel momento quodam temporis, uel saltem dignitate creatoris; intentione præcedere. Ex eo autem quod animæ substantia prior est substantia corporis, affectus quoq;, ea motus, & dotes familiares animæ, cõcludit passionibus corporis esse priores. Vbi rumerat animæ proprium, memento quæ actionem significant, esse animæ nostræ superioribusq; cõmunia. Quæ uero passionem, propria nostræ, uel cum dæmonibus infimis tantum communia. Naturalem tamen motum qui in corpore passio est, esse in anima actionem. Et quod in corpore est longitudo, latitudo, profunditas, qualitas, motus, id esse in anima acumen, iudicium, memoriam, habitum & affectum. Cætera eiusmodi habes in theologia distinctius. Dicit & animam etiam esse malorũ causam, scilicet per accidens, & quia anima nostra liberum habet arbitrium. Caue ubi dicit mundum gubernari ab anima

anima scilicet sua, quod addit geminam esse animam, unam quidem beneficam, alteram uero contrariam, ne substantiam accipias geminam. Sed potentiam. Siquidem in anima mundi atq; cœlesti, potentia est: altera quidem motrix corporum, intellectualis altera. Intellectualis certe benefica est, ordine cuncta disponens: motrix uero eatenus benefica, id est ordinatrix, quatenus subest alteri. Cui quidem nisi subesset, quanto efficacior est ad motum, tanto magis carens arte præcipitaret uniuersum atq; confunderet. Animam uero cœlestem habere mentem, probat ex ordine quem in omni motu generationeq; semper obseruat. Profecto amentes uidemus quatenus à mente alieni sunt, eatenus ab ordine alienos. Ordinem in præsentia dicimus mutuam inter se rerum actionumq; connexionem cõgrua successione dispositam, & ad finem certum propria quadam ratione directam, atq; in cunctis quoad fieri potest, simile, æquale idemq; seruantem. Eiusmodi ordinem ab his duntaxat qui mentis cõpotes sunt, seruari uidemus, atq; in ipsa uniuersi progressione prorsus impleri. Impleri inquam tam cõmodissime quàm pulcherrime. Ex quibus apparet ab anima quæ mentem habeat & artificiosissimam & optimam gubernari. Neq; ab re circuitum dixit proprium esse mentis. In circuitu enim indiuisibile centrum manet, dum circumferentia redit in idem, & in figura motuq; seruatur æqualitas. In mente similiter, simplex fixumq; ad ipsum uerum directus manet intuitus, dum causæ in effectus per media explicantur, uicissimq; effectus similiter replicantur in causas. Reditq; interim animaduerso mentis in seipsam considerandam, & simili, æquali, eadem, intelligendo, ualendo, agendo, intentione, regula, progressione procedit. Postquã uero & cœlestes sphæras animabus, & animas mentibus optimis præditas esse probauit, significauitq; & uniuersum animam unam, & multas sphæras multis agi, iã distinguit paucis modis tribus quibus animæ cœlestibus cõiungantur: dicens animã uel ita globo inesse sicut anima nostra corpori, ut inde animal unum efficiatur: uel sic adesse ut nõ uiuificet quidem globum, sed moneat tantũ atq; regat, siue mirabili quadam solum mouendi potentia, siue quodã insuper medio. Et si ex tribus propositis nullum præ cæteris manifeste hic eligat, Platonici tamẽ omnes primum absq; controuersia eligunt, idemq; omnino sensisse Aristotelem Theophrastũq; existimant. Putant enim Platonem idem probabilius habuisse. Nam argumentatio ipsa per quam hic cœlum efficit animatum, animam ipsam innuit unà cum moto cœlo moueri. Quod nisi ex ea & globo unum fieret animal, certe non mobilis motor esset, sed motor immobilis. Idem cõfirmat in Phædro. Item & in Timæo dicens, cum uellet mundi architectus, mundum intellectuale animal facere: neq; posset intellectus absq; medio adesse corpori: coniunxisse intellectum quidem animæ, animam uero corpori, atq; adeo ut in medio infuderit mundo, & inde per cuncta diffuderit. Cæterum cur nam Plato hic cœlestes tantũ deos manifeste cõfirmat? Quoniam superiorum cõtemplatio est à legum materia admodũ aliena, & per cœlestes deos qui mouentur, & proprijs mancipantur officijs, satis admonet superiorem esse quærendũ, qui & immotus ipse moueat omnes, & cõmunis dux, propria singulis assignet officia. Quid plura? Manifeste super cœlestes animas diuinam esse mentẽ mentesq; angelicas demonstrauit, ubi ait, cœlestem animam, utpote quæ ex se non habeat, si intellectum semper diuinum accipiat recte cuncta perducere, prout apud deos recta feliciaq; habentur: alioquin penitus aberrare. Ideo Plato ubi ab anima procedit ad mentẽ, quasi qui ab oculo ad superius ascendat lumen, ueretur admodum ne caligare cogatur. Postquam uero deos esse monstrauit, prouidere demonstrat, à singulari quadam sententia sic exordiens: Natura quædam diuinitati cognata, homines nõ omnino à specie humana degenerantes ducit ad affirmandum esse deum, quamuis interdũ de prouidentia dei apparẽs prosperitas improborũ, quæ falsa prosperitas est, quæ & statuto tempore dabit pœnas, dubitare nos cogat. Profecto deus in intelligendo facit, consequenter quod facit intelligit, ac si totum facit, intelligit quoq; totum. Si cognoscit totum, cognoscit & partes ex quibus totũ necessario constat: si partes, ergo particulas ex quibus necessario partes. Potest ergo & scit uniuersum regere, qui potest & scit prouidere. Vult quoq; utiliter gubernare totum opus suũ. Gubernari uero bene nõ gubernatis partibus, nunquam potest. Ita neq; medicus, neq; architectus opus totum absq; partibus ad id necessario cõducentibus, optime curat. Nõ negligit deus minima gubernare, qui facere minima non neglexit. Neq; difficilis est gubernatio deo: cui eũ procreatio facilis. Neq; mollitie ad curandum tardior est, qui omnium est fortissimus, qui accuratius cuncta gubernat, quàm uel ars uel natura quæ ab arte naturaue fiunt. Nam quanto magis à deo dependent opera dei, quàm artis uel naturæ opera ab arte siue natura, tanto deus operibus suis prouidet diligentius: per cuius prouidentiam cætera quoq; id habent, ut similiter suis quæq; prouideant. Quoniã uero ars quo perfectior est, eo facilius paret simul expedit atq; magna, in deo autem ars est immensa, nimirũ minima simul et maxima summa facilitate gubernat. In quibus utiq; dispensandis, non totum gratia partium, sed partes totius gratia disponit, bonumq; cuiusq; proprium refert ad uniuersi bonum. Inter omnia uero sub luna maximam habet circa humanam speciem diligentiam, tum quia perfectissima est: tum quia ipsa colit deum: quasi ipsa singulariter excolatur à deo. In his notabis, à deo summo per singulas rerum species diuinos distributos esse rectores, uel minimarum actionum passionũq; curatores. Qui sicut per potentiam eius possunt, ita per prouidentiam ipsius uel minimorum procuratricem, minima quæq; procurant. Notabis in sideribus esse sensus, & ut Plotinus Hermiasq; disputant, usum proprie atq; auditum, sed in alio quodam genere longeq; præstantiore quàm sensus animalium terrenorum. Notabis & animam humanam semper corpori esse coniunctam, assidue quidem æthereo corpori, per successionem uero tum terreno, tum aereo corpori: item motũ animæ, quia primus est atq; ex se, ideoq; liber, posse in formas uarias deriuari: usq; adeo ut anima alias in habitum inferiorem homine, alias in superiorem homine conuertatur: & illo quidem quasi quadam grauitate ad loca inferiora descendere: hoc autem ceu leuitate sublimia petere. Ex quo apparet conceptos ex proprijs motibus habitus cum diuinæ uoluntatis lege concurrere. Sicut enim lex illa dicit, at, bonis quidem animis cœlestia, malis uero terrestria conuenire: sic omnino nullo extrinsecus impellente, & quasi naturali quodam instinctu, & bonorum habitus sponte superiora petunt, malorum uero ad inferiora labuntur. Hic profecto si longius commentari liceret, exponerem illud obscurissime dictũ, ubi inducit aliquem transmutare conantem ignem in aquam animatam, quasi difficillima molientem. Nam cum & aqua igni contraria sit, & ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma creari non posit ex igni: nimirum impossibilia tentat, qui ignem in aquam animatam transmutare molitur. Neq; mi-
nus obscure dictum est, quod de resolutione & diuisione dialectica est exponendum. Nempe si quis diuidendo procedat
per tres gradus, scilicet à genere quodam generalissimo ad species subalternas, ab eisq; ad specialissimas, deniq; species fa-
cile diuidit: similiter qui per eosdem gradus resoluit, à specie specialissima ad subalternũ genus, & inde ad generalissimũ,
facile quoq; resoluit. At uero qui per singula numero infinita peruagari uoluerit, irritum opus aggredietur. Sed de his
in commentarijs in Philebum. Inter hæc notabis Platonis uerba Danidis prophetæ oraculo quàm simillima: neq; ascensu
in cœlum, neq; descensu in infernum diuinum posse iudicium euitari. Post hæc ostendit deum à prauis nõ posse muneri-
bus iniuste placari. Vbi considerabis deum diligentiorẽ esse humani generis curatorem, quàm pastores ouium, guberna-
tores nauium, duces exercitus, agrorum rustici, equorum aurigæ, medici ægrotantium. Præterea omnia sub cœlo plena
malorum, perpetuũq; circa animas bellum. In quo uitia deorsum trahunt: dij uero dæmonesq; sursum. Cõsiderabis uirtu-
esse in deo uirtutes, imò uitas: quarũ scintillis quibusdã in anima inde succẽsis anima ad sublimia eleuatur. Post uero procœ-
mia seueriori censura animaduertit in impios, neq; solũ nefarias actiones, sed impudentiam quoq; uerborũ, immo & co-
gitationes ipsas cõtra diuinã dignitatem diligenter explorat: ac tres species impietatis in superioribus positas, in sex de-
ducit: uidelicet in duo quamlibet partiendo. Tres enim illæ in opinione contra deũ falsa cõsistunt. Potest autem unà cum
falsa opinione iniquitas quoq; morum cõcurrere: potest & tolerabilior æquitas. Cognosces hic & pœnas maleficorũ, hæ-
reticorum, superstitiosorum, aliorũ præterea qui Pseudoprophetæ cognominantur. Rursus quantum plebeam damnet su-
perstitionem. Damnauit & suprà poeticam, à qua plebea etiam confirmatur. Vbiq; uero Plato tam poeticam quàm ple-
beam superstitionem improbat, & ante omnia humana officia, pietatem philosophicam ueneratur.

PLATONIS LEGVM, SIVE DE LEGVMLATIONE, DIALOGVS X.

POST uerba de omnibus uiolentis una quędam talis lex feratur. Aliena nemo auferat, neq; uastet, neq; ulla uicinorũ re utatur, si nõ cum uenia possessoris id sibi liceat. Nam ex hoc omnia dependent, & relata mala fuerunt, sunt, & erunt. Præ reliquis tamen maxima, iuuenũ lasciuiæ & contumeliæ: & in maximas res, quum in sacra fiunt, & rursus in excellenter magnas, quum in publica, & sancta, aut ex parte tribubus & alijs quibusdã eiusmodi societatibus cõmunia. Secũdum autem locũ habent, quæ in sacra priuata & sepulchra cõmittuntur. Tertiũ quum quis citra antea relata, parentibus iniuriam intulerit. Quartũ uero iniuriarũ genus est, quũ quis cõtemptis magistratibus res illorũ aufert, aut uastat, aut utit illis, citra ipsorũ uoluntatẽ. Quintum ciuile fuerit, dum singuli ciues quod ad ciuilẽ statũ attinet, afficiũtur iniuria, & hoc publicam actionem postulat. His itaq; singulis in cõmuni lex danda est. De sacrilegio equidẽ in summa dictũ est, quid fieri oporteat, si uiolenta & clandestinè fiat. Verũ quę pati oportet eũ qui uerbis aut factis deos cõtumelia afficit, præfatione proposita nũc dicendum est. Sit autẽ præfatio hæc. Qui deos esse putat secundũ leges, neq; factũ impiũ unquam ultrò perpetrat, neq; sermonẽ iniquũ profert: Sed qui hæc facit, uno quodam ex tribus his affectu laborat, & aut quod modo dicebam, esse deos nõ putat: aut secundo si sunt, humanas res curare non credit: aut tertio sacrificijs placari posse, & precibus conciliari opinatur. CLI. Quid igitur faciemus aut dicemus ad ipsos? ATHEN. Audiamus primum ô bone, ea quæ ex nostri contemptu illudentes nobis illos dicere uaticinor. CLI. Quæ istæ? ATHEN. Hęc fortassis cauillantes dixerint. O hospites Athenienses & Lacedæmonie & Gnosie, uera dicitis. Nã ex nobis alij penitus deos esse non putant: alij curã nostri nõ gerere illos: alij precibus cõciliari, quales uos dicitis. Proinde cupimus quẽ admodũ uos de legib. cẽsuistis, ut prius q̃ nobis graues minas intẽtetis, conemini persuadere & docere nos q̃ dij sunt, iusta argumẽta producẽtes: & q̃ meliores sunt, quàm ut præter iustũ à donis aliquibus demulli peruertãtur. Nũc enim dũ hæc & alia huiusmodi audimus, quę optimorũ poetarũ et rhetorũ & uatũ & sacerdotũ et innumerabilium aliorũ esse dicunt, plericq; nõ ad hoc cõuertimur ut iniusta nõ faciamus, sed postquã fecimus, mederi conamur. Itaq; à legislatoribus, qui nõ feroces, sed mãsuetos se esse assentiri, expetimus ut primũ persuasione erga nos utantur, de eo quòd dij sunt, & ut si non multo meliora quàm alij, saltem nõ deteriora ad ueritatem afferant: & fortassis contineat ut uobis fidem habeamus. Quare si moderatum est quod dicimus, conemini dicere quod

Iniuriarum ordo

Tres de dijs opiniones

quod expetimus. CLI. Nonne facile esse uidetur ô hospes, ut uerè dicamus, quòd dij sunt. ATHEN. Quomodo? CLI. Primum quidem terra & Sol, & astra uniuersa, & tempora adeò pulchrè exornata, annisq; ac mensibus distincta: & quòd tum Græci, tum Barbari omnes, deos esse putant. ATHEN. Timeo ô beate improbos. Non enim unquàm dixerim quòd uerear ne aliquo modo uos contemnant. Vos enim corruptionis ipsorum causam ignoratis, sed ob incontinentiam solum uoluptatum & cupiditatũ animas ipsorum ad impiam uitam concitari putatis. CLI. Quæ uero insuper ad has ô hospes causa fuerit? ATHE. Ferè ea extra quam uos omnino uiuentes, nõ nouistis, sed uos latet. CLI. Quam istam nunc dicis? ATHE. Imperitia quædam admodum grauis, quæ tamẽ maxima sapientia esse uidetur. CLI. Quomodo dicis? ATHE. Sunt apud nos sermones quidã in literas relati, qui apud uos ob reipublicæ præstantiã nõ sunt, uelut ego intelligo, atq; hi partim metris, partim sine metris scripti, de dijs narrant qui quidẽ uetustissimi sunt, quòd facta sit prima cœli natura, itemq; aliorum: non procul aũt ab initio progressi, deorum generationem exponunt, & quomodo inter se consuetudinem habuerint: quæ sanè an apud audientes, ad aliud quid rectè aut secus se habeant, non facile reprehendere est, quum prisca hæc sint: ad parentum certè cultum & honorem, neq; ut utilia, neq; uelut rectè dicta sint, ego unquàm laudauerim. Prisca igitur dimittantur ac ualeant, & quomodo dijs gratum est dicantur. Iuniorum uero apud nos, & sapientũ dicta, quatenus malorum causa sunt, accusentur. Hoc igitur talium sermones efficiũt. Quum enim ego & tu argumenta producimus, quòd dij sunt, hæc eadem proponentes Solem & lunam & astra & terram, quòd dij & diuina sint hæc: tunc illi qui à sapientibus istis persuasi sunt terram & lapides hæc ipsa esse dicunt, & nihil humanarum rerũ curare posse, sed speciose hæc quodammodo uerbis obducta esse, ut uerisimilia uideantur. CLI. Grauem sanè sermonem dixisses ô hospes, si unus solum esset: Nunc uero quũ multi omnino sint, adhuc grauius fuerit. ATHE. Quid igitur dicemus? quid facere nos conuenit? Vtrum uelut aliquis accusasset nos inter impios homines, ob legũlationem in iudicium pertractos, & dicentes grauia nos perpetrasse, quòd de dijs uelut qui sint, leges tulimus, defensionem nostri parabimus: aut his ualere iussis, rursus ad leges nos conuertemus, ne etiam præfatio nobis longior legibus fiat? Non enim breuis sermo ita extentus fieri possit, si his qui impij esse cupiunt, partim moderatè sermonibus demonstrauerimus ea de quibus dicere oportere dicebam, partim perturbatos ad timorem cõuerterimus, & sic iam post hæc, ea quę decent legibus sanciuerimus. CLI. At sæpe quidem ô hospes, ut in breui tempore, idem hoc diximus, non oportere in præsentia breuitatem longitudini præferre. Nemo enim nos urgens, ut dici solet, persequitur. Ridiculũ enim & uitiosum est, breuiora præ optimis eligere uideri. Non parũ uero refert, sermones nostros ueri similitudinẽ quandam quodammodo habere, quòd & dij sunt, & boni, iustitiã insigniter præ hominibus colentes. Hæc enim ferè pro omnibus legibus pulcherrima & optima præfatio fuerit. Nihil igit ægrè ferẽtes, neq; festinantes, quamcunq; tandẽ facultatẽ ad tales sermones persuadẽdos habemus, de ea nihil deponẽtes, pro uiribus rem iustè exequamur. ATHE. Precibus me exhortari sermo tuus mihi uidetur, adeò alacriter cõtendis, ut non ulterius cunctari liceat quo minus dicam. Age itaq; quomodo quis nõ ex iræ impetu dixerit de dijs quòd sint? Necesse enim est grauiter ferre & odio habere illos, qui horũ sermonũ autores nobis fuerũt & sunt, nũc sanè fidẽ nõ habẽtes narrationibus, quas à teneris puerisdũ adhuc lacte alerentur, ex nutricibus ac matribus audiuerũt, dũ uelut incãtationes & cũ lusu & seriò ab illis referrẽtur: ita ut etiã cum sacrificijs in precationibus illas audirẽt, & uisiones ad illas sequẽtes uiderẽt, quas pueri iucundissimè peragi & uident & audiũt, dũ ijdẽ parentes summo studio pro seipsis & illis sacrificarẽt, & ipsos deus uelut qui maximè sint precibus ac supplicationibus alloquerẽtur: & tũ oriẽte Sole & Luna, tũ ad occasus ijsdẽ uergentibus, prouolutiones simulq; adorationes & audirent & uiderẽt, Græcorũ & Barbarorũ omniũ, & in uarijs calamitatibus, & in prospero rerum successu constitutorum, qui non uelut non sint, sed uelut qui maximè sint, dijs hoc tribuerunt, & nullã penitus suspicionẽ de se præbuerũt, quòd dij nõ sint. Quicũq; igitur omnibus his contemptis, ex nulla iusta ratione, uelut affirmarint q uel parũ mente prædíti sunt, nũc cogũt nos hæc quæ dicimus, perferre, hos

Deorũ generatio

Deos esse, assertio

Universidad de Deusto
Biblioteca

do quis mansuetis uerbis admonere possit, simulq; docere de dijs primum quòd sint? Audendum tamen est. Non enim simul insanire oportet, illos quidem præ uoluptatis ingluuie, nos autem præ iracundia, qua aduersus tales concitamur. Progrediatur itaq; eiusmodi quædam prædictio, remoto omni animi impetu, his qui ita mente corrupti sunt: & dicamus mansuetè extincta ira, uelut ad unum ex talibus uerba facientes. ô fili iuuenis es. Temporis autem progressu faciet ut multa ex his quæ nunc sentis transmutes, & contraria approbes. Expecta igitur ut tunc de rebus maximis iudex fias. Maxima autem res est quã tu nunc nullã putas, ut quis de dijs rectè sentiens, bene aut secus uiuat. Primum uero de hac re, si unum quiddam magnum tibi indicauero, mendax nun quàm uideri potero, tale nimirum istud. Non tu solus, neq; amici tui primi, et primũ hãc opinionẽ de dijs habetis, sed semper plures aut pauciores sunt, qui hunc morbũ habẽt. Quod itaq; plerisq; ipsorũ accidit tibi narrabo. Nempè neminẽ unquàm qui hanc opinionẽ à iuuentute habuerunt de dijs, quòd nõ sint, in hac sententia ad senectutem usq; perseuerasse. Duas tamẽ affectiones circa deos mansisse, nõ quidẽ multis, mansisse tamen quibusdã, deos uidelicet esse quidẽ, sed nihil humanarũ rerũ curare: & post hãc, q̃ curãt quidẽ, sed sacrificijs & precibus facile placari possunt. Proinde donec clara quoad fieri potest, tibi de ipsis sententia fiat, si me audis, expectabis, cõsiderando an ita, aut aliter res se habet, & percunctando tũ ex alijs, tũ maximè ex legũlatore. At in hoc sanè tẽpore, ne audeas aliquid impij circa deos admittere. Conandũ est enim ei qui nũc tibi leges tulit, ut etiã in posterũ de his ipsis doceat, quomodo se habent. CLI. Pulcherrimè ô hospes nunc nobis hucusq; dictũ est. ATHE. Omnino equidẽ ô Megille & Clinia, non animaduertimus tamen nos in admirandũ sermonẽ illapsos esse. CLI. Quẽ istũ dicis? ATHE. Eum qui à multis omniũ sermonũ sapientissimus esse putatur. CLI. Dic ad huc clarius. ATHE. Dicunt equidem aliqui, quòd omnes res ita sunt, ut uel fiat, uel fient, partim natura, partim arte, partim per fortunam. CLI. Nónne rectè? ATHE. Consentaneum est quum sapientes uiri sint, rectè ipsos dicere. Sequentes itaq; ipsos consideremus quid tandem illinc sibi uelint. CLI Omnino. ATHEN. Videtur dicunt, maximas quidem & pulcherrimas res efficere natura, & fortuna: Minores uero ars: quæ sanè magnorũ ac primorũ operũ productionem à natura accipit, & formatac fabricat omnia minora, quæ artificialia omnes appellamus. CLI. Quõ dicis? ATHEN. Hoc modo clarius dicã. Ignem & aquã & terrã & aerẽ, natura omnia & fortuna esse dicunt, & nullum ex his arte. Et post hæc rursus corpora & terræ, & solis, & lunæ, & astrorum, per hæc quæ penitus inanima sunt facta esse, ita ut fortuna facultatis singulorum singula ferantur, & ubi coincidunt, familiariter quodãmodo congruãt, calida frigidis, aut sicca ad humida, & mollia ad dura: & omnia quæ contrariorum temperie secundũ fortunam ex necessitate permixta sunt, hoc modo & secundum eadem ita produxisse cœlum totum, & omnia quæ in cœlo sunt, & rursus animalia ac plantas uniuersas, omnibus temporibus ex his factis, non per mentẽ, dicũt, neq; per aliquẽ deũ, neq; per artẽ, sed uelut dicimus natura & fortuna. Artẽ uero postea ex his posteriorẽ ortã, mortalẽ ipsam ex mortalibus, posteriora quædã produxisse, disciplinas quasdã ueritatis nõ admodum particípes, sed simulachra quædã sibijpsis cognata, qualia pictura producit, & Musica, & quæ his cooperatrices sunt artes. Quòd si etiam sunt quæ aliquid insigne producunt, eas ex illis artibus esse, quæ facultatẽ suam cũ natura cõmunem habẽt, uelut est Medicina, & Agricultura, & gymnastica. Et sanè etiã ciuilẽ artem parua quadã parte cum natura communionem habere dicunt, magna uero cum arte. Sic uero etiam omnem legislationem, non cum natura, sed cum arte communionem habere, & ipsius sanctiones non ueras esse. CLI. Quomodo dicis? ATHE. Deos ô beate primum hi esse dicunt arte, non natura, sed quibusdam legibus: & hos alios alijs, prout singuli inter se in legibus ferendis cõsenserunt. Et sanè etiam pulchra, alia natura esse, alia lege. Iusta uero neq; esse omnino natura, sed homines inter se contendẽtes, & semper eadẽ transmutantes degere: & quũ transmutauerint, ea tunc singula rata esse ac fieri arte & legibus, sed non aliqua natura. Hęc sunt ô amici omnia uirorum sapiẽtum, & uulgariũ scriptorũ & poetarũ, apud iuuenes asserentiũ iustissimũ esse quicquid quis per uim uincit? Vnde impietates iuuenum hominũ animos subeunt, uelut non sint dij, quales lex cogi

Pietas cum ęlate uenit

Tribus modis omnia fieri

Iustissimum est uincere per uim

tare oportere iubet: & hinc seditionibus obortis trahentium ad rectam secundum naturam uitam, quæ reuera est ut quis superior alijs uiuat, & non secundũ legẽ alijs seruiat. CLI. Qualem ô hospes recensuisti sermonem, & quantã iuuenũ hominũ cladem, & publicè ciuitatibus & priuatis ædibus. ATHE. Vera equidẽ dicis ô Clinia, Quid igitur putas facere oportere legislatorem, quum hæc dudum ita constructa sint? Num ut stãs in ciuitate solum minetur omnibus hominibus, si non deos esse asserent, & tales ipsos opinione sua censuerint, quales lex dicit: Et de honestis, & iustis, & maximis omnibus eadem ratio: Quæ uero ad uirtutem & uitium pertinent, quòd hæc ita facere oportet, ea sententia qua legislator scripsit exposuit: Qui uero non exhibuerint se legibus obedientes, eos partim mori oportere, partim plagis et uinculis, partim ignominijs, partim paupertate & exilio puniri: persuasionem uero nullam adducat, ut simul dum leges cõdit, homines sermonibus compellet, & pro uiribus mansuefaciat? CLI. Nequaquàm ô hospes, sed siquidem uel exigua quædam est de his persuasio, nequaquàm delassari oportet legislatorem, qui uel in parua existimatione est, sed omni quod dicitur, uoce omissa, ueteri legi, oratione opitulari, quod dij sunt, & quæ tu nunc recensuisti. Quin & ipsi legi & arti auxiliari, quòd sint natura, aut non minus quàm natura, siquidem mentis soboles sunt, iuxta rectam rationem, quam & tu mihi dicere uideris, & ego tibi nũc credo. ATHE. Quid uero ô promptissime Clinia, nónne difficile est uerbis assequi ea quæ in multitudine dicuntur, & longitudinem immensam habent. CLI. Quid uero ô hospes, de ebrietate quidẽ & Musica ita longum sermonem nostrum expectare potuimus: de dijs autem & eiusmodi non expectabimus? Quinetiã legumlationi quæ cum sapientia coniuncta est, magnum auxilium ferent, eo quòd legum præcepta in literas relata, uelut in omne tempus indicium de se datura, penitus quiescẽt. Quare neq; si gratia auditu sunt ab initio, uerendum est, quum etiam tardo ad discendum, sæpius repetẽti cognitu facilia fiant: neq; si longa & tamen utilia sunt, ideo ipsorum ratio habẽda nõ est: Imò neq; piũ esse mihi uidetur, ut his sermonibus non quiuis uir pro uiribus opem ferat. MEG. Optimè dicere uidet Clinias ô hospes. ATHE. Et ualdè sanè ô Megille, & faciendũ est uelut dicit. Etenim si non inter omnes ut ita dicam homines, tales sermones dispersi essent, nihil opus esset auxiliantibus sermonibus quòd dij sunt. Nunc uero necesse est. Quum igitur maximæ leges à malis hominibus corrumpantur, quem magis auxilium ferre conuenit quàm legislatorem? CLI. Non alium. ATHE. At dic mihi rursus Clinia & tu, Nam & te sermonum socium esse oporter. Videtur equidem is qui hæc dicit, ignem & aquam & terram & aerem, prima omnium esse putare, & hæc ipsa naturã nominare. Animã uero ex his posterius. Imò non uidetur, sed reuera hæc nobis sermone significat. CLI. Maximè. ATHE. Nunquid per louẽ uelut fontẽ stolidæ opinionis inuenimus illorũ hominũ qui unquàm quęstiones de natura attigerũt? Considera torũ sermonẽ expẽdens. Nõ enim parum refert, si impios sermones attigisse uideantur, et alijs illorũ autores esse, quũ neq; bene sed peruersè sermonibus utãtur. Mihi itaq; hæc ita se habere uidentur. CLI. Bene dicis, sed quomodo exponere conare. ATHE. In soliti ergo sermones nobis attingendi sunt. CLI. Nõ cunctandũ est ô hospes. Intelligo enim te putare extra legũ ferendarũ institutũ progressurũ esse, si eiusmodi sermones attingamus. Si uero nullo modo aliter fieri potest, ut cum dijs qui nunc secundũ legẽ dicuntur cõsentiamus, quod rectè se habent, q̃ hoc, dicendũ ô admirãde etiã hoc modo. ATHE. Dicã itaq; iã ferè nõ cõsuetum sermonẽ quendã istũ. Quæ prima ortus & interitus omniũ causa est, eã nõ primã, sed posterius factã esse pnunciauerũt sermones, q̃ imperiorũ animã effecerũt. Quæ uero posterior est, eã priorẽ. Vnde à uera deorũ essentia aberrarũt. CLI. Nondũ intelligo. ATHE Animã ô amice omnes fere ignorasse uidentẽ, tũ qualis sit, tũ quã uim habeat, & tã de alijs, q̃ de ortu, ipsius quòd in primis ante omnia corpora originẽ habuit, & præ omnibus immutandorũ & trãsformandorum corporũ plenũ imperiũ obtinet. Si uero hæc ita se habẽt, nónne necessariò ea quę animæ cognata sunt prius facta fuerunt, quàm ea quæ ad corpus pertinent, quum ipsa corpore antiquior sit? CLI. Necesse est. ATHEN. Opinio itaq; & cura et intelligentia & ars et lex, priora sunt duris & mollibus, & grauibus & leuibus. Et sanè etiam magna & prima opera & actiones, artis & inter prima sunt. Naturæ uero opera, & ipsa natura, quam

Ars & lex mẽtis soboles

Animæ imperium in corpus

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō rectè ita nominãt, posteriora & artis ac intelligẽtiæ imperio subdita. CLI. Quomodo? ATHE. Nō rectè dicere uolunt naturã, originẽ eã quæ circa prima cõsistit. Corpora aũt, prima ponũt. Si uero anima primũ uidebitur, nõ ignis, neq; aer, sed anima in primis producta, ferè rectissimè dicetur ipsa præcipuè esse. Nã ex natura hæc ita se habẽt, si quis animã ostẽderit corpore antiquiorẽ esse, aliter uero nequaq;. CLI. Verissima dicis. ATHE. Nónne deinceps ad hoc ipsum pergemus? CLI. Quidni? ATHE. Fraudulentũ itaq; penitus sermonẽ obseruemus, ne fortè nos senes, iuuenilis ille seducat, & elapsus nobis, ridiculos nos faciat, & uideamur dum maiora aggredimur, etiã parua nõ assequi. Cõsiderate igitur, an quemadmodũ si nos, qui tres sumus, fluuiũ cõcitato impetu fluentẽ transire oporteret, & ego qui inter uos minimus natu sum, & multos fluuios expertus, dicerẽ oportere mè primũ per meipsum experiri, uobis in tuto relictis, & cõsiderare an etiã uobis senibus peruius sit, aut quomodo se habeat: & si quidẽ peruius uisus esset, uocare tunc uos, & simul per experientiam traducere: Si uero imperuius esset, uobis in me periculũ factũ esse, moderatè dicere uiderer: Et sanè etiã nũc futurus sermo uehementior est, & fortassis ferè imperuius, quod ad uestras uires attinet. Ne itaq; tenebras uobis offundat, & uertiginẽ inducat, dũ perperã agitur, & quæstiones mouet, ad quas nõ estis adsueti respondere: & deinde pudendũ ac indecorũ habitũ in uobis effici at: uidetur mihi oportere me etiã nũc sic facere, & primũ meipsum, uobis in tuto audientibus, interrogare, & postea rursus me respõdere, & uniuersum sermonẽ ita ꝓsequi, donec de anima absolutus fuerit, & animã corpore priorẽ esse ostẽderit. CLI. Optimè uideris nobis ô hospes dixisse, & facito ut dicis. ATHE. Age itaq; si unquàm nobis deus inuocandus est, nũc hoc ita fiat, & ad demonstrandũ ꝙ sunt dij, omni studio inuocent. Nos aũt uelut securo firmamẽto innitentes ad presentẽ sermonẽ progrediamur, & mihi dum de his redarguor, interrogationibus huiusmodi securissimè respondere uideor.

Moueri alia, & alia stare

Deinde uero ubi quis dixerit ô hospes, num stant omnia, & nihil mouetur: aut in totũ contrà: aut alia ex ipsis mouentur, alia manent? Alia mouentur dicã, alia manẽt. Nũ in loco aliquo stant quæ stant, & mouentur quæ mouentur? Quidni? Et alia quidem in una sede hoc faciunt, alia uero in pluribus? Si ea dicis quæ eorum quæ in medio stant uim accipiunt, dicemus in una moueri. Quemadmodum eorum quæ stare dicuntur, in circulum uertitur circumuolutio? Etiam. Intelligimus autem, quòd in hac circumuolutione, maximum & minimum circulum simul circumducens talis motus, ad proportionem seipsum distribuit & paruis & maioribus, ut & paucior sit, & copiosior secundum rationem. Quapropter omnium admirabilium fons obortus est, ut dum magnis & paruis circulis, & tarditatibus ac uelocitatibus manifestis procedit, impossibilem affectionem fieri quis putet. Verissima dicis. Quæ uero in multis mouentur ea mihi dicere uideris, quæ latione mouentur transeuntia semper in aliũ locum, & nunc quidem unius alicuius centri basim obtinent, nunc uero plura, eo quòd circumuoluũtur. Dum autem subinde singulis occurrunt, à stantibus quidem finduntur, cum his uero quæ inter se ex contrario occurrunt, & in unum feruntur, medium inter talia obtinentia, coagmentantur. Dico equidẽ hæc ita se habere uelut tu dicis. Sed & quæ coagmentantur, augescũt: quæ uero dirimũtur, tunc minuuntur, quũ habitus singulorũ constitutus permanet. Si uero non manet, propter ambo pereunt. Fit itaq; omnium origo, quãdo contigerit aliqua affectio, nimirũ quũ principiũ accepto incremẽto, ad secundã translitionẽ uenerit, & ab hac ad proximã, & ad tres usq; progressa, sentientibus sensum exhibuerit. Dũ igit̃ sic trãsmutatur & trãsmouetur, fit quidlibet quod fit. Est aũt reuera res quæ est, quũ manet: Si uero in aliũ habitũ trãsit, penitus corrumpitur. Nónne motus omnes diximus, ut in speciebus cũ numero cõprehendi possint, duobus sanè ô amici exceptis. CLI. Quibus istis? ATHE. Illis ferè ô bone, quorum gratia tota nobis in præsentia cõsideratio instituta est. CLI. Dic clarius. ATHEN. Nónne animæ gratia instituta est. CLI. Maximè. ATHEN. Sit itaq; alter quidem motus, qui alia mouere potest, seipsum autem mouere non potest, semper unus quispiam: alter uero, qui & seipsum semper, & alia mouere potest, & in coagmentationibus ac dissolutionibus, & incremẽtis ac ipsorũ cõtrario, & in generationibus ac corruptionibus, aliús quidam unus ex omnib. motibus. CLI. Sit ita. ATHEN. Nónne eum qui semper aliud mouet, & ab alio trãsmutatur, ponemus nonũ:

Originis omnium ratio

eum uero qui & seipsum & alia mouet, & omnibus operibus, & omnibus affectionibus cõgruus est, & reuera omnium rerum mutatio & motus appellatur, decimum ferè dicemus? CLI. Maximè. ATHE. Quem itaq; potissimũ ex decẽ motibus præferemus, ut qui rectissimè omniũ robustissimus sit, & insigniter efficax? CLI. Multis modis necesse est dicere, eũ præstare qui seipsum mouere potest. Reliquos aũt omnes posteriores. ATHE. Bene dicis. Nũ igitur ex his quæ nunc nõ recte dicta sunt, unũ atq; alterum transponendũ est? CLI. Quę ista dicis? ATHE. Quod de decimo dictũ est, ferè nõ rectè dictũ est. CLI. Quomodo. ATHE. Et origine et robore primus est secũdũ rationẽ. Qui uero postea huic cohæret secũdus, modo absurdè nonus dictus est. CLI. Quomodo dicis? ATHE. Hoc modo. Quũ aliud aliud mutat, & hoc aliud semper aliud, nũ ex talibus unquàm erit quid quod primũ mutat? Et quomodo quũ ab alio moueat̃, hoc unquàm erit primum ex his quæ alterant? Impossibile enim est. At quũ id quod ipsum seipsum mouet, aliud mutauerit, & hoc aliud aliud, & sic sexcenta supra mille fuerint quæ mota sunt, Nũ principiũ quoddã uniuersi ipsorũ motus aliud erit, quàm mutatio eius motus qui ipse seipsum mouit? CLI. Optimè dixisti, & cõcedenda sunt hæc. ATHEN. Adhuc itaq; etiã hoc dicamus, & rursus ipsi nobis ipsis respõdeamus. Si starẽt quodãmodo omnia simul quæ sunt, quemadmodũ pleriq; taliũ dicere audẽt, quémnã in ipsis primũ motũ ex relatis fieri necesse esset? CLI. Eũ qui seipsum mouet. Ab alio enim nunquã antea mutabitur, quũ nulla sit ante ipsum mutatio. ATHE. Principiũ ergo mutuũ omniũ, & primũ in his quæ stant fieri, & in his quæ mouentur esse, necessariò dicemus eũ qui seipsum mouet, & antiquissimã ac potissimã omniũ mutationẽ. Eũ uero qui mutatur ab alio, & alia mouet, secundũ. CLI. Verissima dicis. ATHE. Quando itaq; sermone huc delati sumus, hoc respõdeamus. CLI. Quod istud? ATHE. Si hũc motũ fieri uideamus in terreo, aut aquatico, aut igneo, separato aut etiã mixto, quã tandẽ in tali affectionẽ esse dicemus? CLI. Nũ interrogas me, an uiuere ipsum dicemus, quum ipsum seipsum mouet? ATHEN. Etiã. CLI. Viuere. Quidni? ATHEN. Quid uero quũ animã in quibusdã uidemus, num aliud, quàm eadem hac uiuere confitendum est? CLI. Non aliud. ATHEN. Age itaq; per Iouem, Num uelis circa unamquamq; rẽ tria considerare? CLI. Quomodo dicis? ATHEN. Vnum essentiam, alterum essentiæ finitionẽ. Tertiũ nomẽ. Quin & interrogationes circa omne qd̃ est duas esse? CLI. Quomodo duas? ATHE. Vt modo quis nostrũ ipsum nomen proferat, & finitionẽ expetat, modo finitionẽ ipsam proferat, & nomen interroget. Num uero rursus tale quid nunc dicere uolumus? CLI. Quale istud? ATHE. Est sanè diuisio bipertita tum in alijs, tum in numero hoc. Et numeri quidem nomen est par: finitio uero, numerus qui in duas æquales partes diuidi tur. CLI. Etiam. ATHEN. Tale est quod dico. Num ídem utroq; modo appellamus, siue definitione interrogati nomen, siue de nomine finitionem respondemus, parẽ nomine, & finitione qui bipertitò diuiditur, numerum eundem appellantes? CLI. Maximè. ATHE. Cui itaq; nomẽ est anima, quæ est eius finitio? Habemúsne aliam prẽter eã quę modò dicta est, motũ qui ipse seipsum mouere potest? CLI. Seipsum mouere, dicis finitionẽ habere eandem essentiã, quam etiam nomen, quod sanè omnes animã appellamus? ATHE. Dico sanè. Si uero hoc ita se habet, Num adhuc desideramus aliquid, uelut nõ satis ostensum sit, idem esse animã, & primã originẽ & motũ eorũ quæ sunt, fuerũt, & erunt, & omniũ rursus his contrariorũ? quando quidẽ & mutationis & uniuersi motus omnibus causa esse apparuit? CLI. Non. Sed iustissimè ostensum est, animã antiquissimã & principiũ motus esse. ATHE. Nónne motus qui per aliud in alio fit, & qui ipsum in seipso nunquàm quicquã moueri facit, secundus est, & tot numerorũ, quot ipsum quis multiplicẽ numerare uoluerit, ut qui reuera corporis inanimati mutatio sit? CLI. Rectè. ATHE. Rectè ergo & propriè ueriissimeq; ac perfectissimè diximus, animã priorẽ corpore factã esse, Corpus autẽ secundo & posterius anima, cui ut dominãti secũdũ naturã subditũ est. CLI. Verissimè sanè. ATHE. Memínimus in superioribus nos cõsensisse, quòd si anima antiquior corpore esse uideretur, etiã ea quæ animæ sunt, his quæ ad corpus ꝓtinẽt, antiquiora forẽt. CLI. Maximè. ATHE. Mores itaq; & affectus & uoluntates & ratiocinationes & opiniones ueræ, & curæ & memoriæ, prius facta fuerũt q̃ lõgitudo et latitudo et ꝓfunditas et robur corporũ, si qdẽ et anima prior corpore

Motus ex toto decem esse

Tria in omnib. considerari

Duæ de omnibus quæstiones

Animæ definitio

Universidad de Deusto
Biblioteca

CLI. Necesse est. ATHE. Nónne deinceps cõfiteri necesse est, & bonorũ ac pulchrorum causam esse animam, malorum item ac turpium, & iustorum ac iniustorum & omnium contrariorum, si quidem omnium ipsam causam esse asseremus? CLI. Quidni? *Animam esse omnium causam* ATHEN. Animam itaq; gubernantem, & in omnibus quæ undiq; mouentur habitantem, num etiam cœlum gubernare, asserere necesse est? CLI. Quidni? ATHE. Vnã aut plures? MEG. Plures ego pro uobis respondebo. ATHE. Non equidẽ pauciores quàm duas asseramus, beneficam, & eam quæ contraria efficere potest. CLI. Valdè rectè dixisti. ATHE. Sit ita, Anima itaq; omnia quæ in cœlo & terra ac mari sunt suis motibus ducit, quorum nomina sunt, uelle, considerare, consultare, rectè opinari itemq; falsò, ita ut gaudeat & tristetur, & confidat ac timeat, & odio habeat & amet, & omnibus his cognatis aut primarijs motibus utatur, qui rursus secũdarios corporum motus suscipientes, ducunt omnia ad incrementum & imminutionem, & dissolutionem ac coagmentationem, & ad hæc sequentes caliditates, frigiditates, grauitates, leuitates, durum & molle, album & nigrum, austerum & dulce & amarum. Quibus omnibus si anima quę dea est utitur, ut mentẽ & intelligentiam deam semper assumat, recta & felicia omnia efficit. Si uero cum dementia & insipientia se coniungit, omnia his contraria facit. Ponimus hæc ita se habere, aut adhuc ambigimus an aliter quodãmodo se habeant? CLI. Nequaquàm. ATHE. Vtrum igitur animæ genus, quod sapiens & uirtute plenum est, cœli & terræ totius circuitus dominium obtinere dicimus: aut quod neutrum habet? Vultis igitur ut ad hæc sic respondeamus? CLI. Quomodo? ATHEN. Si quidem ô admirande, dicamus, uniuersa cœli uia & motus, & omnium quæ in ipso sunt, mentis ac intelligentię motui ac circumuolutioni similem naturam habet, & cognato modo procedit, malam. CLI. Et hæc rectè. ATHE. Quam igitur mentis motus naturam habet, hæc iã difficilis ô amici quæstio est, ut qui respondet prudenter dicat. Quapropter iustum est etiam me nunc responsionem uobiscum assumere. CLI. Bene dicis. ATHE. Ne itaq; uelut è contrario in Solem intuentes, & noctẽ in meridie inducentes, responsionem demus, quasi unquàm mentem mortalibus oculis uisuri & iustè cogniturí: sed ad eius de quo quæstio est imaginem respicientes, securius uidebimus. CLI. Quomodo dicis? ATHEN. Cui ex decem illis motibus similis est mens, eum pro imagine accipiamus, & eo in memoriam reuocato, ego uobiscum in communi respõsionem dabo. CLI. Optimè dicis. ATHEN. Proinde eò usq; adhuc ea quæ tunc dicta sunt in memoriam reuocemus, quòd omnia partim moueri, partim manere censuimus. CLI. Etiam. ATHEN. Ea uero quæ mouentur, partim in uno loco moueri, partim in pluribus ferri. CLI. Est ita. ATHE. Hunc itaq; motum qui in uno semper fertur, circa medium quodam moueri necesse est, ad imitationem circulorum torno circumscriptorum: & esse ipsum mentis circuitui penitus, quoad fieri potest, maximè cognatum ac similem. CLI. Quomodo dicis? ATHEN. Si secundum eadem, & eodem modo, & in eodem, & circa eadem, & ad eadem, & una ratione, & uno ordine, ambo moueri dicemus, & mentem, & eum qui uno fertur motum, ad similitudinem motuum globi torno fabrefacti, nunquàm mali opifices uideri poterimus imaginum sermone pulchrarum? CLI. Rectissimè dicis. ATHEN. Nónne rursus qui nunquàm eodem modo, neq; secundum eadem, neq; in eodem, neq; circa eadem, neq; ad eadem fertur motus, neq; modo, neq; ordine, neque aliqua ratione, is omni dementiæ cognatus fuerit? CLI. Verissimè fuerit. ATHEN. Nunc itaq; difficultas nulla est ut apertè dicamus: quandoquidem anima est quæ omnia circumducit, necessarium sanè est dicere cœli circumuolutionem circumducere aut optimam, aut contrariam animam, ita ut eius curã gerat ipsum q; gubernet. CLI. At ex his quæ nunc dicta sunt ô hospes, neq; pium est aliter dicere, quam animam omni uirtute præditam, unam aut plures, illud circumducere. ATHEN. Optimè ô Clinia sermones accepisti, hoc uero adhuc insuper accipe. CLI. Quod istud? ATHEN. Solem & lunam & reliqua astra, si anima omnia circũducit, nónne & unumquodq; CLI. Quidni? ATHEN. De uno itaq; sermones faciemus, qui ad omnia astra congruere uidebuntur. CLI. De quo? ATHE. Solis corpus quidem, quiuis homo uidet, animã uero nemo:

nemo: neq; enim alterius ullius corporis animalis, neq; uiuentis, neq; morientis. Quare magna nobis spes est, cũ totũ hoc genus nullo corporis sensu percipi queat, intelligentia compræhendi posse. Sola itaq; mente & cogitatione, hoc de ipso accipiamus. CLI. Quod istud? ATH. Si solem ducit anima, unũ de tribus ipsam facere dicentes, fere nõ aberrabimus. CLI. De quibus? ATH. Quòd aut intus in hoc apparente rotundo corpore ineſt, & ipsum undiquaq; transuehit, quemadmodũ nos nostra anima undiq; circũfert: Aut alicundè extrinsecus corpus ipsa adepta, ignis, aut aeris alicuius, uelut aliquorum sentẽtia est, corpore corpus per uim impellit: Aut tertio ipsa quæ corpore nuda est, sed alias quasdam uires supra modum admirãdas habet, ipsum ducit. CLI. Etiam. ATH. Et necesse quidem hoc est, unum quoddam ex his animam facere, & omnia perducere, sed melius hanc ipsius Solis animam. Siue autem in curribus habens Solem, omnibus nobis lumẽ producit, siue extrinsecus, siue quatenus, siue quomodocũq; Deum ipsam putare quiuis homo debet. Aut quomodo? CLI. Etiam, si quis nõ ad extremã dementiam deuenit. ATHEN. De omnibus itaq; astris et Luna, & annis ac mensibus & temporibus omnibus, quem alium sermonem proferemus, quàm hunc ipsum, quòd postquam anima, aut animæ omniũ horum causæ apparuerunt, & omni uirtute præstantes, deas ipsas esse asseremus, siue in corporibus insunt, & ut quæ animalia sint, totum cœlum gubernant, siue quatenus, siue quomodocunq;. Deinde quisquis hæc confitet, animum inducere potest, non omnia diis plena esse. CLI. Nemõ ita demens est, ô hospes. ATHEN. Ei itaq; qui in superiore tempore deos esse negauit, nũc terminis, ô Megille & Clinia præscriptis, hinc discedamus. CLI. Quibus istis? ATHEN. Vt aut doceat nos, quòd non rectè dicimus, dum primam omnium originem animam ponimus, & alia quæ ad hæc sequuntur dicimus: Aut si non melius nobis dicere potest, nobis credat, & uiuat ut deos in posteram uitam esse putet. Videamus igitur an satis sam, aut ita ut aliquid desit, declaramus his qui deos esse non putant, quòd dij sunt. CLI. Minimè omnium, ô hospes, quicquã deest. ATHEN. Ad hos itaq; nobis tam sermonis finis sit. Eum uero qui deos esse putat, sed non curare ipsos res humanas, sic placabimus, ô optime, dicemus, quòd quidem deos esse putas, fortassis te cognatio quædam diuina adducit, ut id quod naturæ tibi coniunctum est, & colas, & esse putes. Verum malorum & iustorum hominum priuatim & publicè fortunæ, reuera non felices, sed opiniones quæ ualdè, non tamen concinnè felices prædicantur, deducunt te ad impietatẽ, dum & in Mulis, & omnis generis orationibus, non rectè celebrantur: aut fortassis etiam dum impios homines adsinem peruenisse uides, ut senes filios filiorum in maximis honoribus reliquerint, ob omnia hæc nunc turbaris: aut quum audieris, aut etiam ipse uideris multa impia & horrenda facinora, quorum autores ob hæc ipsa, ex paruis ad tyrannides & res maximas deuenerunt, propter omnia huiusmodi declaras te non quidem deos te uelut talium autores accusare uelle, ob illam cum ipsis cognationem, sed ab absurda quadam temeritate ductus, quum diis succensere non possis, ad hanc nunc affectionem deueniſti, ut ipsos quidem esse putes, sed humanas res contemnere ac negligere. Quo igitur præsens sententia, nõ ad maiorem impietatis affectionem tibi deueniat, sed si aliquo modo ipsam tibi inhærentem uerbis eximere possimus, conabimur sequentem sermonem cum præmisso illo coniunctum, quem ad eum qui ex toto deos esse non putat habuimus, nũc in medium producere. Vos uero ô Clinia & Megille, pro iuuene uelut in superiorib. respondentes excipite. Si uero difficile quiddam inter dicẽdum inciderit, ego uos uelut antea susceptos per fluuium traducam. CLI. Rectè dicis, & tu hæc ita facito, & nos pro uiribus quæ iubes, faciemus. ATHEN. At nulla fortassis difficultas fuerit huic ostendere, quòd Dei non minus curam gerunt paruorum, quàm magnitudine præstantiũ. Audiebam enim & aderam, cùm modò diceretur, quòd omni uirtute præstarent, & omnium curam, ut quæ ipsis maximè propria sit, haberent. CLI. Et ego ualdè audiebam. ATH. Quod itaq; deinceps sequitur, in communi expendamus, quamnam uirtutem ipsorum dicentes, bonos & præstantes ipsos esse confitemur. Age temperantem esse & mente præditũ, uirtutis esse dicimus, contraria uero uitij? CLI. Dicimus. ATH. Quid uero uirtutis quidem esse fortitudinẽ, uitij uero timiditatem? CLI. Maximè. ATHEN. Et ex his alia turpia, alia honesta dicemus? CLI. Necesse est. ATH. Et ex his quidem quæ uitiosa sunt, com-

Animam omnẽ nullo sensu percipi

Deos humanas res curare

Deorum uirtutes quæ sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt, competere nobis: deis autem neq; magnum, neq; paruum ex talibus adesse dice-
mus? CLI. Et hæc ita quiuis confitebitur. ATH. Quid uero negligentiã & ocium & se-
gnitiem & delicias, in animę uirtute ponemus, aut quomodo dicis? CLI. Et quomodo?
ATH. At in contrario? CLI. Etiam. ATH. Contraria ergo his in contrario? CLI. In con-
trario. ATH. Nõne igitur qui talis est, in delicijs uiuent, negligens; ac segnis, & quem
Ignaui fucis similes poeta fucis ignauis maximè similem esse dixit, ab omnibus habebitur? CLIN. Rectissi
mè dixit ille. ATH. Non ne deum eos mores habere dicendum non est, quos ipse odio
habet? & ei qui tale quid dicere tentat, permittendum hoc non est. CLIN. Non equi-
dem. Quomodo enim? ATH. Cui itaq; aliquid facere, & alicuius præcipuè curam gere
re conuenit, ut his in hoc genere magna quidem curet, parua uero negligat: si talem ser
monem collaudemus, quomodo non penitus aberrauerimus? Consideremus autem
hoc modo. Nonne qui hoc facit siue Deus, siue homo, secundũ duas species hoc facit?
CLIN. Quas istas? ATHEN. Aut quia nihil referre ad totum putat, si parua negligun-
tur: aut si referre putat, præ segnicie & delicijs negligit: Aut alio quodam modo sit ne-
Negligentiæ causa duplex gligentia? Non enim tunc negligentia erit, quum fieri non potest ut quis omnium aut
paruorum, aut magnorum curam gerat, ideo; que ob impotentiam, siue Deus, siue uilis
quispiam homo deficiat, & curam gerere nõ possit. CLI. Quomodo enim esset? ATH.
Nunc itaq; duo illi tribus nobis respondeant, qui ambo quidem deos esse confitentur,
sed alter placabiles, alter paruorum negligentes. Primùm quidẽ ambo dicitis deos co-
gnoscere, & uidere, ac audire omnia, & fieri non posse ut ipsos quid lateat, ex his quorũ
sensus & scientiæ sunt. Hæc ne ita se habere dicitis, aut quomodo? CLI. Ita. ATH. Quid
uero posse omnia, quorum & mortalibus & immortalibus facultas est? CLI. Quomo-
do enim non cõcedent etiam hæc ita se habere? ATHEN. Sed & præstãtes ac optimos
ipsos esse, nos quinq; confessi sumus. CLI. Valdè equidẽ. ATH. Non ne igitur fieri non
potest, ut ipsos ex segnicie & delicijs quodcunq; facere confiteamur, cùm tales sint qua
les confessi sumus. Timiditatis enim proles in nobis est ocium, ocij uero & deliciarum
proles est segnicies. CLI. Verissima dicis. ATHE. Ex ocio itaq; & segnicie, nullus deus
negligens est. Non enim est in ipso timiditas. CLI. Rectissimè dicis. ATH. Non ne reli-
quum est, si quidem parua et pauca circa uniuersum negligunt, aut cognoscentes quòd
omninò nihil talium curare oportet, hoc faciunt: aut quid reliquũ est quàm cognoscere
contrarium? CLI. Nihil. ATH. Vtrum igitur ô optime, dicere te censebimus, quòd igno
rant, & cùm curare oporteat, ob ignorantiã negligũt: aut quòd sciunt quid facere opor
teat, quemadmodũ uilissimi homines, gnari alia meliora esse, quàm ea quæ faciunt, ob
quasdam superiores ipsis uoluptates aut dolores non faciunt? CLI. Quomodo hoc fie-
ri posset? ATH. Nõne humanæ res animatæ naturæ participes sunt, simulq; omniũ ani
Homo animalium religiosiss. malium religiosissimũ est homo? CLI. Videtur sanè. ATH. Deorum uero possessiones
esse dicimus omnia mortalia animalia, quorũ sanè etiam totum cœlum. CLI. Quidni?
ATH. Iam itaq; parua aut magna hæc dijs esse dicat. Neutro enim modo cõuenies fue
rit, ut nos possessiones suas negligant, cùm & diligentissimi & optimi sint. Considere-
mus itaq; adhuc hoc ad illa. CLI. Quod istud? ATH. De sensu & uiribus. Non ne contra
rio inter se modo à natura se habent, quod ad facilitatem ac difficultatem attinet? Diffi
cilius enim est uidere & audire parua, quàm magna: Ferre uero & tenere & curare par
ua & pauca, cuiuis facilius est quàm ipsorum contraria. CLI. Et ualdè quidem. ATHE.
Si Medicus totum quid sibi commissum curare uelit & possit, & magnas quidem par-
tes curet, paruas autem negligat, ei ne unquam totum bene se habebit? CLIN. Nequa-
quam. ATHEN. Imò neq; gubernatoribus, neq; imperatoribus, neq; œconomis, neque
ciuilibus uiris, neq; ulli alij eiusmodi, multa aut magna unquam bene se habebunt: absq;
que paucis & paruis. Neq; enim magnos lapides absq; paruis bene construi asserunt la
pidum structores. CLI. Quomodo enim fieri posset? ATHEN. Ne itaq; deum mortali-
bus opificibus uiliorem unquam censeamus. Hi enim pertinentia ad se opera, tantò e-
xactiora & perfectiora una arte parua & magna efficiunt, quantò præstantiores exi-
stunt. Deus autem qui & sapientissimus est, & curare uult, ac potest, magna quidem cu
rabit, paruorum uero quorum cura facilior est, nullam curam geret, uelut ociosus aut ti
midus, qui ob labores piger sit. CLI. Nequaquam talem de dijs opinionem ô hospes,
admitta-

admittamus. Nam neque piam, neque ullo modo ueram cogitationem haberemus.
ATHEN. Videmur mihi nũc maximè moderatè dissentire aduersus eum qui deos ne-
gligentiæ incusat. CLI. Etiam. ATHEN. Quòd uerbis coegimus, ipsum confiteri, ut id
neget. CLI. Rectè. ATHEN. Incantationibus tamen insuper opus habere mihi uide-
tur, per quasdam narrationes. CLI. Quas istas ô bone? ATHEN. Persuadeamus ado-
lescenti, quòd ei qui uniuersi curam gerit, omnia ad salutem & uirtutem totius constru-
cta sunt, quorum etiam unaquæque pars pro uiribus quod ad se attinet, patitur, & facit.
His autem singulis constituti sunt principes ad minimum semper affectionis & actio-
nis finem ad extremam usq; diuisionem assignati. Quarum una etiam tua, ô miser, pars
est, quæ ad uniuersum semper tendit ac respicit, etiamsi omninò parua sit. Te uero circa
hoc ipsum latet, quòd omnis ortus illius gratia fit, quo essentia uitæ uniuersi felix sit,
non tui gratia facta, sed tu illius gratia. Quiuis enim medicus, & quiuis artificiosus opi-
fex, totius quidem gratia omnia operatur, ad id quod in cõmuni optimum est tendens,
partem tamen gratia totius, non totum partis gratia efficit. Tu uero indignaris, ignorãs
quomodo id quod circa te optimum est, & uniuerso & tibi contingit iuxta communis
ortus facultatem. Quando quidẽ uero anima semper corpori modò huic, modò illi im-
posita, uarijs mutationibus transmutatur, aut propter seipsam, aut propter aliam ani-
Animæ transitus ad uaria corpora mam, nullum aliud opus translatori uelut talis ludenti restat, quàm ut mores meliores
redditos transponat in meliorem locum, deteriores in deteriorem, prout singulos de-
cet, ut conuenientem sortem accipiant. CLI. Quomodo dicis? ATHEN. Eo modo di-
cere mihi uideor, quo cura omnium, facilitatis rationem dijs habeat. Si enim ad totum
semper respiciens, fingit quis omnia trãsformans, uelut ex igne aquam frigidam, & aut
simul multa ex uno, aut ex multis unũ, primæ aut secundæ aut etiam tertia origine parti
cipantia, infinita multitudine fuerint in hoc qui subinde transponitur ornatu. Nunc au
tem admiranda est facilitas ei qui uniuersi curam gerit. CLIN. Quomodo rursus dicis?
ATHEN. Hoc modo. Postquam rex noster omnes actiones nostras animatas esse per-
spexit, & multam in ipsis esse uirtutem, multum item uitij: interitus autem expers esse,
sed non æternum cum anima corpus, uelut qui secundum legem sunt Dei: Ortus enim
animalium nunquam fieret, si alterum horum periret: & bonam semper ex natura ani-
mæ partem, quantum cogitatione assequimur, prodesse, malam contrà nocere: Hæc o-
mnia conspicatus, cogitauit ubi unaquæq; pars sita, uincentem uirtutem, & superatum
uitium, in uniuerso maximè & facilimè & optimè exhiberet. Ad omne itaq; hoc subor-
nauit, ut quale quid semper fieret, talem sedem, & tales tandem locos occupare, & habi
tare oporteret. Causas autem producendi qualecunq; tandem, nostris singulorum uo-
luntatibus permisit. Quomodo enim quis cupit, & quali anima præditus est, hoc ferè
modo habitat, & talis plerunque quiuis nostrum fit. CLI. Consentaneum equidem est.
ATHEN. Transmutantur itaq; omnia quæ anima participant, in seipsis habentia muta
tionis causam. Videntur autem mutari iuxta fati ordinem ac legem. Et quæ quidem ani
Animarum status qualis sit mæ minus prauos mores habent, minus mutantur, & circa regionis planiciem uagan-
tur: quæ uero plures prauos mores habent, & iniustiores sunt, delapsæ in profundum,
& infernos appellatos locos, qui orci & similibus nominibus nuncupantur, ualdè expa
uescunt, & somnijs uexãtur, tum uiuentes, tum à corporibus solutæ. At uero anima ma-
iore uitio aut uirtute prædita, quum transmutatur propter suam uoluntatem & conuer
sationem uehementiorem, ubi quidem uirtuti diuinæ ammixta, excellenter talis fuerit,
fertur ac transmutat locum totum sanctum, transportata in alium quendam meliorem
locum: ubi uero contrà, ad contraria uitam suam transfert. Hoc equidem iudicium est
deorum, qui Olympum incolunt, ô puer et adolescens, qui à dijs negligi te putas, ut qui
deteriores sunt, ad deteriores animas, qui meliores ad meliores abeant, tum in uita, tum
in omni morte: patianturq; ac faciant, quæ similes similibus facere conuenit. Huius iu-
Dei iudicium inuitabile dicij neque tu unquam, neque alius exors erit, & dijs superior esse optabit, quum hi qui
hoc constituerũt, omnib. iudicijs prętulerint, & id reuereri omninò opus sit. Nunquam
enim ab ipso negligeris, non si ita paruus sis, ut terræ profunditatem subire possis: ne-
que si ita altus fias, ut in cœlum euoles: sed debitam his pœnam dabis, siue hic manens,
siue ad orcum profectus, siue etiam ad sanctiorem adhuc his locum delatus: Eadem ue

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro ratio tibi etiam de illis fuerit, quos tu ex paruis magnos factos cõspicatus, postquam impia facinora, aut tale quid perpetrassent, ex miseris felices factos esse putasti. Deinde in ipsorum actionibus, uelut in speculis uidisse te putasti negligentiam omnium deorum, quum ignorares ipsorum perfectionem, quatenus tandem uniuerso conducit. Cognoscere uero ipsam, ô fortissime omnium, quomodo non opus habere uideris, quàm qui non nouit, neq; formam uitæ uidebit unquam, neq; rationem de uita cõiectare poterit, tum ad felicitatem, tum ad infelicem fortunam. Hæc siquidem tibi persuadet Clinias hic, & uniuersus noster hic Senatus, quòd de dijs ignores quid dicas, bonam Deus ipse tibi opem fert. Si uero adhuc ratio aliqua tibi deest, dicẽtes nos ad tertium audias, si utcunq; mente prædítus es. Nam quòd Dei sunt, & hominum curam gerunt, ego sanè non omninò malè à nobis demonstratum esse dixerim: Quòd autem placari possunt dij ab iniustis munera accipientes, neque alicui concedendum est, & omni modo quoad fieri potest, redarguendum. CLI. Optimè dixisti, faciamusq; ut dicis. ATHEN. Age itaque per ipsos deos, quo'nam modo à nobis placari poterint, si tamen poterint: & qui aut quales sunt: principes equidem esse necesse est, qui uniuersum cœlum gubernaturi sunt perfectè. CLI. Sic sanè. ATHEN. At quibus'nam principibus similes sunt, aut qui principes his, ut maioribus minores comparare possimus. Num aurigæ quidam tales sunt decertantium bigarum, aut nauium gubernatores? Fortassis autem & exercitus ducibus quibusdam similes fuerint: possunt etiam medicis similes esse, qui morborum bellum à corporibus arcent: Aut agricolis qui circa stirpium ortum, consueta tempora difficilia expectant ob metum: aut etiam gregum pastoribus. Quandoquidem enim inter nos consensimus, cœlum multis bonis plenum esse, item'que contrarijs, sed pluribus non bonis: pugna sanè immortalis ea est, & admiranda custodia opus habet. Auxiliarij uero nobis sunt dei & dæmones. Nos autem deorum & dæmonum possessio sumus. Corrumpit autem nos iniustitia & intemperantia cum insipientia: seruat autem iustitia & temperantia cum sapientia, quæ in animatis deorum potentijs habitant. Exiguum uero quiddam de talibus etiam hic in nobis habitare, quis clarè cognoscere poterit. Animæ itaq; quædam in terra habitãtes, & iniustam sortem adeptæ, nimirum bestiales, ad custodum animas, canum scilicet aut pastorum, aut ad summorum etiam dominorum animas procidentes, sermonum blãdicijs & gratis quibusdam incantationibus persuadent, uelut malorum sententiæ asserunt, licere sibi ut inter homines omnia superiora habeant, & nihil inde mali patiant. Dicimus autem esse hoc quod nunc nominauimus, peccatum, omnia superiora habendi cupiditatem, in carneis quidem corporibus id quod uocat morbus: in anni uero temporibus & annis, pestem: in ciuitatibus autem & rebus publicis, rursus transformato hoc uerbo, iniustitiam. CLI. Omninò ita. ATHEN. Hunc itaq; sermonem necesse est dicere, eum qui dicit quòd dei iniustis hominibus & iniuriam facientibus ignoscunt, si quis de iniustis rapinis ipsis aliquid tribuat: nimirum esse hoc quemadmodũ si canibus lupi parum quid de rapinis tributis, & muneribus persuasis, ut alijs bigis uictoriam prodant? CLI. Horrendam imaginem dixeris, si hunc sermonem proferas. ATHEN. Imò neq; exercitus ducibus, neq; medicis, neque agricolis, neq; pastoribus, neque canibus quibusdam à lupis delinitis. CLI. Bona uerba quæso. Quomodo enim posset? ATHE. Non'ne uero omnium custodum maximi, & circa res maximas, sunt omnes dei? CLI. Maximè. ATHEN. Eos itaq; qui optimas res custodiunt, & ipsi custodiendi uirtute excellunt, canibus & mediocrib. hominibus deteriores esse dicemus, qui iustitiam nunquam prodiderint, muneribus ab iniustis uiris datis impie corrupti? CLI. Nequaq̃: Neq; tolerandus est sermo, & qui in hac opinione hæret, omnium impiorum in omni impietate, iustissimè pessimus & ab omni pietate alienissimus iudicari debet. ATH. Tria itaq; illa proposita, q; & Dei sunt, & humanas res curant, & præter iustum omninò implacabiles sunt, satis & iustè demõstrata esse dicemus? CLI. Quidnì? & nos his sermonibus suffragatores sumus. ATHEN. Et sanè uehementius quodãmodo dictum est, ob contentionis malorum hominũ studium. Hac autem de causa, ô chare Clinia, contentiosius egimus, ne fortè disputando superiores se esse mali putent, ac sibi licere ut quę uolunt, faciant, quæ sanè & quot & qualia de dijs sentiunt, Ob hæc itaq; alacritas uehementior in dicendo nobis fuit. Si uero uel parũ quid operæ precij fecimus, ad persuadendũ uiros istos, ut seipsos odio habeant, & contrarios mores amplectantur, rectè nobis præfatio legum de impietate relata fuerit. CL. At ita spes est: sin minus, hoc sanè orationis genus, nullã culpam legislatori affricabit. ATHEN. Proinde post præfationem, sermo uelut legum interpres rectè nobis habebitur, qui omnibus impijs denunciet, ut à moribus suis ad pios se conuertant. Eis autem qui non obediunt, hæc lex de impietate posita sit. Si quis uerbis aut factis impius fuerit, is qui adest, deos defendat, & ad magistratus referat. Qui uero primi ex magistratibus audiuerint, ad iudicium ad hæc iudicanda designatum perducant secundum leges. Si uero magistratus qui audiuit, hæc non facit, ipse impietatis reus sit, si quis legum iuriam ulcisci uolet. Quod si quis condemnatus fuerit, iudicium in unoquoq; singulas impietates singulis supplicijs puniat. Vinculis igitur omnes coerceantur. Cum autem sint carceres in ciuitate tres, unus plurimis communis circa forum, ut illic multorũ corpora seruentur, ne aufugiant: Alter circa collegium eorum qui nocte conueniunt, qui castigationis nomine appellatur: Tertius circa mediã regionem, ubi desertus & quàm maximè agrestis est locus, supplicij cognomine infamatus: Sunt autem & impij tribus de causis, quas etiam recẽsuimus, duo uero ex unaquaq; huiusmodi causa fiant, sex fient eorum qui circa diuina peccant genera, quæ & distinctione digna sunt, & non æquali, neque simili pœna opus habent. Nam qui deos esse omninò non putant, is iustus affectus ex natura accedere potest, ut & malos odio habeant, & eo quòd iniustitiam grauiter ferunt, neque tales actiones facere admittant, & iniustos homines fugiant, & iustos ament. Quibus uero ad eam opinionem, quòd dijs omnia deserta sunt, uoluptatum & dolorum incontinentiæ accesserint, & memoria excellens, & in disciplinis acumen affuerit: quòd quidem deos esse non putant, ambobus una communis est affectio, sed aliorum hominum detrimento, hęc plura, illa pauciora mala perpetrabit. Alteri enim ex his dicendi de dijs libertate pleni fuerint, & circa sacrificia ac iusiurandum, & ut qui alios deridet, fortassis etiam alios tales efficient, si non puniantur. Alteri uero in eadem opinione sunt uelut illi, sed fortunati appellantur, & dolo ac insidijs pleni, ex quibus etiam multi uates fiunt, & qui circa omne prestigiarum genus uersantur. Fiunt autem ex ipsis aliquando etiam tyranni, & concionatores & exercituum duces, & qui priuatis sacrorum mysterijs, & eorum qui Sophistæ appellantur, artibus, insidias struunt. Horum itaque multæ species erunt, sed duæ legum latione dignæ, quarum ea quæ derisoria est, non una, neque gemina morte digna peccat: altera uero admonitione simulq; uinculis opus habet. Eodem uerò modo & deos negligentes esse putare, alia duo genera parit: & placabiles putare, alia duo. Quum autem hæc ita distincta sint, eos quidem qui præ dementia, absq; praua ira & affectione tales facti sunt, ludex in castigationis carcerem ex lege sancita mittat, ut in eo maneant, non infra quinque annos. In hoc autem tempore, nemo alius ex ciuibus cum ipsis conuersetur, præterquã nocturni collegij sodales, admonitionis gratia, & ob animæ salutem colloquentes. Postquam uero uinculorum tempus exactum fuerit, si quis ad modestiam deuenisse uideatur, cum modestis habitet: Sin minus, & rursus talis criminis reus condemnetur, morte plectatur. Quicunq; uero efferati facti fuerint, ita ut ad hoc quòd deos esse non putant, aut negligentes, aut placabiles esse, etiam homines contemnant, & multorum uiuentium animas deliniant: mortuos autem consolari se asserant, & polliceantur se sacrificijs & precationibus & incantationum præstigijs deos demulcere, & hoc modo priuatos, & totas domos, & ciuitates pecuniarum gratia ab execratione eximere aggrediantur: horum sanè quicunque condemnatus fuerit, eum iudicium secundum legem puniat, ut in mediterraneo carcere uinciatur, & nemo ipsum ex liberis hominibus unquam accedat, sed constitutum à legum custodibus alimentum de seruis accipiat, qui etiam mortuum extra fines insepultum eijciant. Si uero liber aliquis ipsum sepelierit, à quouis uolente impietatis accusetur.

Dij quales sint principes

Impiorum animarum sententia

Deorum status summa

Impietatis genera sex

Defunctis uenian promutentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

fetur. Quod si filios reliquerit reipublicę idoneos, hi qui pupillorum curam gerunt, etiam horum uelut pupillorum curam gerant, nō minus quàm aliorū: ab ea die, qua pater ipsorum condemnatus fuerit. Cæterum communem de omnibus his legem latam esse oportet, quæ efficiat ut multi ex ipsis & factis, & uerbis minus in deos delinquāt, & ut minus demētes fiant, eo quòd nō licet ipsis præter legem deos circūferre. Sit enim hæc lex simpliciter omnibus lata. Nemo templa in priuatis ædibus habeat. Vbi uero alicui sacrificare placuerit, ad publica sacrificaturus accedat, & utriusq; sexus sacerdotibus uictimas in manus tradat, qui purè harum rerum curam gerunt. Preces autem simul fundat & ipse, & quicunq; cum ipso precari uolet. Hæc autem ea de causa ita fiant: Templa & deos ponere non est facile, sed magnæ cuiusdam intelligentiæ hoc rectè facere.

Templorū multitudinis causa

Mos autem est præcipuè mulieribus omnibus, & debilibus penitus, & periclitantibus, & egentibus, quacunq; tandem re quis indiget: & contrà in prospero aliquo rerū successu, dijs consecrare id quod semper adest, & uictimas uouere, & statuas polliceri dijs & dæmonibus & deorum filijs, tum ubi spectra uigilantibus apparēt propter timores, tum in somnijs: & eodem modo ubi multas uisiones in memoriam reuocant: & sin gulis ipsis medelas adhibere, & altaribus ac tēplis, per omnes domos & omnes uicos positis, tum puros locos, tum prout quisq; incidit replere. Quorum omniū gratia secundū nunc relatam legem facere oportet, & ad hæc propter impios, ut ne & hæc clandestinè facientes, templaq; ac altaria in priuatis ædibus ponentes, & clàm deos propicios facere putantes, & sacrificijs ac precationibus iniustitiam in immensum augentes, & sibij psis, & his qui hæc ipsis permittūt, deorum indignationem inducāt, etiamsi hi ipsis sint meliores: atq; ita tota ciuitas meritò quodammodo impiorū criminis particeps fiat. Legislatori equidem deus non indignabitur. Sit enim hæc lex posita, ut nemo deorū templa in priuatis ædibus habeat. Si uero quis compertus fuerit alia sacra habere & celebrare præter publica, si quidem nihil iniusti ex magnis illis ac impijs facinoribus perpetrauit, siue uir, siue fœmina, illa habuerit: qui hoc cōperit ad legū custodes referat. Hi uero priuata, ad publica templa deferri præcipiant, & non parētes usq; quo detulerint mulcent. Si uero quis non puerile, sed uirile impium delictum admisisse compertus fuerit, siue in priuatis, siue in publicis templis, quibuscunq; deis sacra fecerit: uelut qui quum non purus sit sacrificet, morte plectatur. An uero puerile delictum sit, aut secus, legum custodes dijudicent, atq; ita ad iudicium pertractis impietatis dicam impingant.

Puritas in sacrificijs

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum undecimum, De legibus.

PLATO noster quemadmodum & philosophorū omnium sapientissimus, & eloquentissimus oratorum, ita iurisconsultorum omnium prudentissimus, ne in contractibus cogeretur, ut solent cæteri, ustum legum interpretationumq;, & id quidem frustra, opus conficere, merito antequam descenderet ad contractus, forensiaq; commercia, studuit disciplinis, legibus, iudicijs, & religione ciues bonos efficere, sperans iustos homines, uel absq; legibus sponte fidem & ueritatem in omni commercio præstitu ros. Et profectò admodum opportune post leges de iudicijs pertinentibus ad personas, leges iudicio rum ad res spectantium adduxit in medium, quibus tam aduenæ quàm ciues discant iuste deponere, seruare deposita atq; pacta: aliena non mouere, sua cuiq; reddere: uti liberis, & libertis, & seruis: uendere, emere, reddere, ducere, militare, tue ri pupillos, testari testamēta seruare, hæreditates administrare, nuptias conciliare, diuortiū facere, familiam gubernare: præcæteris uero parētes religiose uereri, nihil adulterare, ueneficia odisse, iram infantiamq; ultare: iurgia, cōtumelias, de tractiones fugere, restituere damna, ueritatē in testimonijs iuramentisq; seruare: atq; hæc fermè est undecimi huius libri materia. Post hæc autem, ut solemus, obscuriora quædam arbitramur breuiter exponenda. Principio deam ueneris gemi nam esse scito, indicatricem scilicet atq; seruatricem. Et illam quidem esse lucem sub nomine Lunæ: hanc uero sub Dianæ nomine fidem: & quicquid casu quodam alienum in itinere repertū est, deo esse dicandum, ut agnoscat fortunam prospe ram esse ad dei prouidentiam referendam. Contemplare Platonicam bonitatem, uidelicet uetantem in emendo atq; uēdendo, non sollū rem adulterare, mentiri, peierare: sed iurare etiam, imò uero & rem uenalē laudare, & in eadem die preciū permutare. Vbi illud edisce: Nemo dijs inuocatis mendaciū dicat, aut decipiat, aut adulterare uerbo uel re quicquam audeat, nisi deo uelit odio esse: cui quidē primū odio est, qui falso iurans deos paruipēdit: deinde qui corā maioribus se mentitur. Et uide iterum atq; iterum quàm libera & integra Plato optet ingenia ciuiū, à quibus omnem cauponandi licentiam procul expellit. Addit quoq; tum opulentiā, tum egestatem esse morbū ingeniorum. Inde enim inflatiores, hinc debiliores abiectioresq; homines fieri. Vbi uero ait Palladem, Vulcanumq; & Martem artibus præsidere, ex multis Platonis mysteriis alibi atq; alibi traditis colligetur Ioui summo mundi architecto trinitatem quandam numinum, quam opificium Platonice nominamus, semper adstare. In qua quidē trinitate prima sit Pallas: secundus autem Vulcanus: Mars uero tertius. Sed quemadmodum trinitas tota ad Iouem ipsum, à quo est, refertur: ita fermè Vulcanus & Mars referūtur ad Palladem. Mitto nūc quòd in Marte potentiam, in Pallade sapientiam, in Vulcano igneū spiritum somniasse uidetur. Tria certe ad ipsum Iouis arcem qua uniuersum perficit, requiruntur. Primum quidem ratio ipsa per quam singula sit facturus. Secundum efficax eorum quæ ratione conceperat, expeditio. Tertium eorum quæ in effectum expedienda sunt salus atq; defensio: Ideam primi Palladem, secundi Vulcanum, tertij Martem nominat. Et quia utrunq;, scilicet tam conseruatio siue defensio, quàm expeditio uel expressio rerum, indiget ratione atq; sapiētia: ideo Pallas & Vulcano præest & Marti, & quicquid uel à Vulcano fabricatur, uel à Marte postquam fabricatum est defenditur, & in suā formā seruatur, Pallade duce peragitur. Horum uero trium in arte diuina regnantium, tria quoq; in naturā uidemus uestigia: per Palladem quidem ordinem quo singula disponuntur, per Vulcanum uero efficacem progressum & promptum quasi partum ad quæ omnia properant, per Martem deniq; munitissimam structuram à generantibus adhibitam gentis, & uaria propugnacula naturam propriam à contrarijs defendentia. Tria similiter in arte humana quidem omni, maxime uero ciuili esse debent: ut singula & sapienter prius quàm fiant excogitentur: & mature strenueq; expediantur: & ea forma qua excogitata exprōptaq; sunt, seruentur atq; fortiter defendantur. Et ut cognoscamus artem humanā in his omnibus absoluendis non minus quàm naturam ab ipso deo ideisq; pendere, inquit tres illos deos humanis artibus præsidere. At ne solas à dijs artes habuisse putemus, addit deos uitæ datores reuereri maxime omniū oportere, adeo ut uel eorum nomina nō sint uel impudenter uel temere proferenda, sed omnia uel minima ad eos pertimentia, pure, reuerēter, castèq; tractanda. Quibus præceptis nihil potest sanctius excogitari, si modo non deos sed deum nominasset. Sed ecce unam Iouis summi substantiam introduxit, neq; multiplicauit substantias, dum multiplicaret ideas: quidnam ultra in eo desideramus? Quinetiam ubi deos nominat, non aliter sentit quàm qui dixit, Millies mille ministrabant ei. Neq; uero silentio prætereundū est, quod ait animam à deo uitam accipere, intelligendū esse uitam mediā inter illam quæ in æternitate manet, qualis est angelica tota simul, atq; illam quæ quodam tempore clauditur. Mediam inquam, ex æternitate temporeq; compositam: in qua cœli instar substantia quidem semper manet, actio uero & affectio fluit semper. Ideoq; in libro superiore animam dixit & esse simul & fieri, essēq; imperdibilem: non tamen æternam, qua lege sunt dij, id est non omnino manentem. Dixit autem deos, id est angelos manere: non ex se quidem, sed lege diuina, eos per se mobiles æterne sistente. Ait corpus quoq; imperdibile esse, corpus certe cœleste. Fortè uero & elementale, quatenus & elementorum moles, & materia prima non disperduntur: ex quibus in Politico inquit corpus idem quandoq; diuinitus recreari. Notabis ubi de testamētis loquitur, & personam & rem cuiuslibet ciuis, nō sui ipsius esse, sed patriæ. Item ubi de orphanorum cura tractatur, animas defunctorum res nostras sentire atq; curare, sentire inquam per corpus cœleste atq; aereum: & curare præ alijs alia, ad quæ uel natura uel habitu, uel diuina prouidentia magis afficiuntur. Præsertim animas quæ cū mediam tenuerint uitam, mediam quoq; obtinent regionem. Mediam dico tum situ, tum qualitate. Situ quidem inter cœlum & terram, qualitate uero inter beatitudinem summam extremamq; miseriam. Meminisse nanq; oportet in libro superiore fuisse dictum: quemadmodum certæ quædam naturæ congrua loca & conuenientes naturas asciscunt, sic animas cum factæ ex se tales fuerint aut tales, consequenter pro similitudinis ipsius natura ad gradus sedesq; & similes & similium transmigrare: ut cœlestes quidem factæ cœlestia, terrenæ uero terrena, aereæ autem aerea petant. Profectò cum alia nonnulla circa animas Plato affirmare non audeat, hucusq; tamen, & hic & in libro de scientia euidentissime asserit, atq; alibi sæpe significat. Vnde & ait cauendum esse pupillos lædere, ne parentū anima nobis iure succenseant. Idemq; in nono, dum ageret de homicidijs, inquit, animas scilicet interfectoribus indignari. Huic illud simile, Marianorū animæ Syllam sollicitabant, hinc & tragœdiæ furentem Orestem agunt. Animaduertes post hæc ubi de parentum cultu tractatur, honorandas quidem sacratas deorum statuas, non propter se, sed quia deos nobis significant, sed magis honorandos esse parentes, quasi animata deorum simulacra. Addit imprecationes parentum in filios exaudiri à deo, neq; quicquam accidere filijs pestilentius. Audies post multa iterum, quod est ualde Platonicum. Pœnis maligni uexantur, non quia fecerunt (nam quod factum est, infectum esse non potest) sed nequid tale posthac fiat: & ut iniustitiam odio tam qui punientur, quàm qui puniri intelligunt, persequantur, aut saltem minus in simili uitio delinquatur. Præterea iudicem legumlatoris interpretem esse, iustitiæq; ministrum. Punit deinde susurrones detractoresq;, & qui in ira obiurgāt atq; conuitiantur, & qui grauiores personæ mordacibus iocis offendunt, & qui inter iocandum acrius irascuntur. Audies maxime timendam esse diuinam uindictam, si quis in testimonijs iuramentisq; mentitur. Audies deniq; in testimonio atque iureiurando, ueritatem ipsam per Themidem Iouemq; & Apollinem esse firmandam. Per Themidem quidem significatur ius fasq; & ciuile & sacrum: & apud homines & apud deum, ut intelligat quisquis iurando testificandoq; mentitur, cōtra ius fasq; humanum, diuinum, contra homines, contra deum grauiter se peccare. Per Iouem uero, qui nutu omnia concutit, cognoscat: si peccauerit, diuinæ potentiæ ultionem se nequaquam euitaturum. Per Phœbum autem, ne confidat delicta sua, præsentia uel præterita, eum latere posse, qui futura omnia uaticinio præsagit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONIS LEGVM, SIVE
DE LEGVMLATIONE,
DIALOGVS XI.

Commerciorum leges

POST hæc porrò sequũtur mutua inter nos cõmercia, quæ cõuenientem sibi ordinẽ deposcunt. Simplex aũt hoc est, ut neq; quis res meas quoad fieri potest attingat, neq; uel minimũ ex meis moueat, si nõ id cũ mea uenia fecerit: atq; eodẽ modo circa res alienas ego me geram, quandiu sana mente præditus fuero. Thesaurũ itaq; de talibus primũ dico, quẽ quis sibijpsi & suis reposuit, ut nõ sit meorum parentũ, neq; ut inueniã à dijs precabor, neq; inuentum mouebo, neq; cũ his qui diuini appellantur rem communicabo, qui quomodocũq; mihi cõsulunt ut depositum tollam. Nunquam enim eo sublato, tanta ex opum possessione utilitas mihi accedet, quãta ad uirtutẽ animi moles, & ad iustitiam incrementũ accedet, si non tollam, & pro uili possessione meliorem in meliori parte acquiram, ut qui iustitiæ possessionẽ in anima, diuitiarum in re familiari possessione præferã. Quod enim de multis bene dicitur, nõ mouere oportere non mouẽda, etiam de hoc uelut uno ex illis dici potest. Sed & narratiõibus quæ de his ferunt credere oportet. Quòd ad liberorũ successionem talia nõ sunt commoda. Quicũq; uero liberos non curat, & legislatore neglecto, ea quæ neq; ipse deposuit, neq; alius patrum pater, nõ cum uenia eius qui deposuit sustulerit, & optimã ac simplicissimam legem, & nõ ignobilis uiri, qui dixit, Quæ non deposuisti, ne tollas: admonitionem corruperit: eum qui hos duos legislatores contempsit, & non exiguum quiddam quod ipse non deposuit sustulit, sed ingẽtem quendam thesaurum, quid quidem à dijs pati oportet, deus nouit: qui uero primus conspexit denunciet, si quidem in urbe hoc contigerit, urbis curatoribus: si uero in reliqua regione, agrorum curatoribus & horum principibus. Re uero iam manifesta, ciuitas ad Delphos mittat. Quicquid autem deus & de pecunijs, & de eo qui ipsas amouit respõderit, hoc ciuitas oraculis dei obsequens faciat. Et si quidẽ liber fuerit qui indicauit, in uirtutis opinionẽ ueniat: & contrà uitij, si gnarus nõ denunciauerit. Si uero seruus fuerit qui significauit, liber à ciuitate rectè fiet,

Relictorũ lex

ita ut domino precijũ ipsius persoluat: Si uero nõ iudicauerit, morte plectatur. Ad hanc uero legem, deinceps circa parua & magna istam sequi par est. Si quis de rebus suis aliquid ultrò, aut inuitus alicubi reliquerit, qui accesserit iacere sinat, putãs talia custodire uiarum deam Hecaten, à lege ipsi consecrata. Si uero quis legi huic nõ parẽs sublatum ad domũ deportauerit, si quidem parui precij res sit, & is seruus fuerit, à quocunq; accedente triginta annos nato, multis plagis flagelletur. Si uero liber, ad hoc q; illiberales & legũ præuaricator habendus est, decuplũ precij rei motæ repẽdat ei qui illã reliquit. At

Sua apud aliũ reperiens

si quis magnum aut paruũ quid de rebus suis aliquem habere accusat, & ille habere quidem se confitetur, sed non illius: si quidem perscripta fuerit ea res apud magistratus secundum legem, hic habentem ad magistratũ uocet, ille uero se sistat. Re autem patefacta, utrius in literis perscripta apparuerit, is illam habens abeat. Si uero alicuius alterius non præsentis fuerit, uter ex illis non exhibuerit fideiussorẽ fide dignum, quòd traditurus sit illi absenti, ab eo auferatur pro æstimatione eius quod illi ablatũ est. Si uero res de qua ambigitur apud magistratus perscripta nõ fuerit deponatur usq; ad iudicium apud tres magistratus antiquissimos. Quòd si animal fuerit id quod depositũ est, is qui iudicio uictus fuerit, alimẽtum eius magistratibus persoluat. Iudicium autem intra triduum faciant magistratus. Seruum suum qui uolet ducat si sapiẽs fuerit, ut utatur eo prout uoluerit ad ea quæ sancta sunt. Ducat etiam pro cognato aliquo aut amico eum qui aufugit, ut ipsum seruet. Si uero quis uendicet in libertatẽ, aliquem qui ut seruus ducitur, is quidẽ qui ducit, dimittat ipsum: qui uero aufert, fideiussores fidedignos tres exhibeat, & hoc modo auferat, aliàs autẽ non. Si uero præter hæc auferat, uiolẽtiæ illatæ reus sit, & cõdemnatus duplũ damni ei à quo abstulit rependat. Ducat autẽ & libertum, si quis aut omnino nõ, aut non iustè coluerit eos qui libertate donauerunt. Cultus autẽ hic est, ut libertate donatus ter in mẽse ueniat ad domũ eius qui ipsum manumisit, & pro-

Libertorum conditio

& promittat se facturũ quod iustum est, & quod præstare possit: & ut de nuptijs faciat quicquid simul usum fuerit ei qui ipsius dominus fuit: & ut nõ liceat ei magis ditescere eo qui manumisit, sed quòd plus habuerit domini sit: & ut non pluribus quàm uiginti annis manumissus in ciuitate maneat, sed uelut etiã alij externi, acceptis opibus suis omnibus abeat, si nõ magistratibus & ei qui ipsum manumisit persuaserit. Si uerò liberti aut etiã alterius externi opes magnitudine tertiũ censum excesserint, trigesimo die ab eo quo hoc deprehẽsum fuerit, acceptis quæ sua sunt abeat, & nulla huic amplius manẽdi facultas à magistratibus cõcedatur. Quòd si quis his non parens ad iudiciũ pertractus condemnatus fuerit, morte plectatur, & bona ipsius publica fiant. Iudicia uero horum inter tribuum iudices fiant, si nõ prius inter uicinos aut electos iudices, inter se reconciliati fuerint. Si quis animal aut quãcunq; aliam rem, uelut suam attigerit, is qui habet reducat ad uenditorem, aut donatorem fide dignum & iustum, aut ad eum qui alio quodã modo firmiter tradidit, si quidẽ ciuis est aut inquilinus in ciuitate, ad dies triginta: si uero ab externo traditum accepit, ad menses quinq;, quorũ medius sit ille mensis, in quo Sol æstiuus ad hyberna se cõuertit. Quę per aliquã emptionem aut uenditionem alter cum altero permutat, ita permutet ut & tradat in loco singulis constituto in foro, & statim precijũ accipiat, & nusquã alibi, neq; emptionem, neq; uenditionem ullius rei, ad dilationem faciat. Si uero aliter aut in alijs locis, quamcũq; rem pro quacunq; alter cum altero permutauerit, ita ut fidem habeat ei cum quo permutat, hæc faciat, uelut nulla sit secundũ legem actio, de his quæ non secundũ nunc dictum modũ uendita sunt, neq; de collationibus collectis, si quis amicus apud amicos corrogare uelit. Si uero dissensio aliqua de collatione oriatur, ita agant uelut nullæ iudiciariæ actiones ullo modo de his futuræ sint. Qui re aliqua uendita precium acceperit non infra quinquaginta drachmas, is in ciuitate ad decem dies necessario expectet: Qui uero emit, domũ ubi diuertit ille sciat, atq; hoc propter querelas quę circa talia fieri solent, & propter restitutionẽ secundũ leges. Restitutio uero secundũ leges hoc modo fiat, aut nõ fiat. Si qs seruũ uendiderit laborantẽ tabe, aut calculo, aut urinæ stillicidio, aut morbo quẽ sacrũ appellant, aut etiã alio quodã multis ignoto, lõgo, & ægre curabili, corporis aut mẽtis morbo: si quidẽ medico aut gymnastæ uendiderit, his restitutionem cõsequi nõ detur: neq; si quis ueritate prædicta alicui uẽdiderit. Si uero artifex quispiã talium quid inscio alicui uendiderit, qui emit intra semestre tẽpus reducat ac restituat, excepto sacro morbo, cuius intra annũ restitutionẽ facere liceat. Iudiciũ uero peragat inter medicos quosdam, quos in cõmuni propositos delegerint. Qui uero cõdemnatus fuerit, duplũ precij eius quo uendidit persoluat. Si uero inscius inscio uendiderit, restitutio quidẽ fiat, uelut etiã de superioribus dictũ est, itemq; dijudicatio, uerum cõdemnatus simplex precium repẽdat. Quòd si homicidã quis uẽdiderit scienti sciens, nõ contingat in tali uẽditione restitutio. Si uero inscio uẽdiderit, restitutio tũc fiat, quũ emptor percipiet. Sit autẽ iudicium corã quinq; legũ custodibus siue iuniorib. Et si ille nouisse cognitus fuerit, tum ædes emptoris purget, iuxta legũ interpretũ legem, tum precij triplũ emptori reddat. Qui nummisma pro numismate permutat, aut etiã animal quodcũq;, aut nõ animal, quicquid id est nõ adulteratũ det & suscipiat legẽ sequens. Verũ quemadmodũ de alijs legibus, ita etiã de tota hac malicia præfationẽ adhibeamus. Adulterationẽ itaq; & mendaciũ & deceptionẽ ita accipere oportet, uelut unũ quoddã hoc genus sit, de quo multi sententiã ferre cõsueuerũt, male in hoc sentiẽtes, uelut si subinde ex occasione hoc fiat, sæpe rectè se habeat. Sed occasionẽ, & ubi, & quãdo, nõ ordinãtes & indistinctum sinentes in hac dictione, multũ damni & fibi, & alijs inferũt. Legislatori uero nõ licet hoc ita indistinctũ relinquere, sed semper ampliorib. aut paucioribus distinctionibus declarare oportet. Et sanè etiã nũc distinguatur. Neq; mendaciũ, neq; deceptionẽ, neq; adulteratũ genus, quisquã neq; uerbis neq; factis admittat ac perpetret ut deos inuocet, si nõ dijs inuisissimus fieri uolet. Hic aũt est qui falsum iusiurandũ iurans deos nihil curat. Deinde qui corã præstãtioribus se mẽtitur. Præstantiores autẽ sunt meliores deterioribus, & senes ut in summa dicam iuuenibus. Quare etiã parentes præstantiores sunt filijs, & uiri mulieribus ac pueris, & principes subditis, quos omnes reuereri oportet, & maximè in ciuilibus magistratibus. Vnde igitur præsens sermo digressus est, Quiuis qui eorum

Collationum corrogatarum nulla actio

Adulteratio, fraus, mendacium, eadem

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ ad forũ ueniunt aliquid adulterat, is mentiẽ & decipit, & deos inuocans peierat in ædilium legibus ac munimentis, neq; homines reuerens, neq; deos colens. Equidẽ pulchrum penitus studium est deorum nomina non polluere, leuiter de ipsis sentiẽdo, uelut plerũq; subinde plericq; nostrum de deorũ puritate & castitate sentiunt. Si uero quis non paruerit, hæc lex ei posita sit. Qui uendit in foro quodcũq; tandem, nunquam duo precia eorũ quæ uendit dicat: sed simplici prolato, si non hoc tulerit, rectè rursus quod suum est auferet, & hac die neq; maioris, neq; minoris æstimabit. Laus autem & iusurandum ab omni quod uẽditur absit. Si uero quis his nõ paret, quisquis ex ciuibus non pauciores q̃ triginta annos natus interuenerit, iurantẽ castigãs impunè uerberet. Si uero neglexerit & nõ paruerit, legũ proditionis reus sit & uitupereť. Qui uero adulterata uendit, & præsentibus legibus obedire nõ potest, qui accesserit & cognoscẽtibus, & redarguere poterit, coram magistratibus redarguat, & seruus quidẽ ac inquilinus id quod adulteratũ comperit auferat: Ciuis autẽ non redarguens, uelut deos eo priuãs, malus dicatur: si uero redarguerit, deis forũ tenentibus dedicet. Ille uero tale quid uendere cõpertus, ad hoc quod adulterato priuatus est, quãto precio æstimauerit hoc quod uenũ proposuit, pro singulis drachmis, singulis plagis cædatur à prẽcone denunciante in foro, qua de causa uerberari debet. Cæterũ adulterationes & maleficia uendentiũ, & Ædiles & legũ custodes singulatim ex peritis harum rerũ cognoscant, & quę facere uendentẽ oportet, & nõ facere perscribãt, & ante ædilis sedẽ in columna ponãt, ut sint leges quæ fori usum manifestè iudicẽt. At uero de urbis curatoribus in superioribus satis dictũ est. Si uero quid deesse uideať, inito cũ legũ custodibus cõsilio, & perscripto eo quod deesse uidetur, ita & primas & secũdas latas ab ipsorum magistratu leges, ante urbis curatorũ sedem siue domũ in colũna ponant. Post adulterata porrò statim sequũtur cauponãdi studia. De uniuersa uero cauponaria ubi primũ consiliũ & rationẽ dederimus, postea de ipsa legẽ feremus. Cauponaria equidem per omnẽ ciuitatem instituta est, nõ detrimenti gratia quod ad naturã attinet, sed in totũ contrà. Quomodo enim nõ benefactor quiuis sit, qui opes quarũcunq; rerũ immodicas & inęquales, æquales & moderatas efficit? Hoc & numismatis uim nobis efficere asserendũ est, & mercatorẽ ad hoc locatũ esse dicere oportet, & mercenarius, & stabularius, & alia partim honestiora, partim turpiora habita, omnia sanè hoc possunt, ut omnibus necessitatibus auxilium suppeditẽt, & opibus æqualitatẽ. Cur itaq; nõ honesta, neq; decora esse uideať, & quid sit quod ei calũniam struit uideamus, quo si non totã, saltem partes lege persanemus. CLI. Res hæc ut apparet non uilis est, neq; parua uirtute opus habet. ATHEN. Quomodo dicis ô chare Clinia? Exiguũ hominũ genus & natura paucum, & summa educatione educatũ, ubi ad egestatẽ & cupiditates aliquarũ rerum deuenerit, continere se circa id quod moderatũ est potest, & quum multas accipere pecunias licuerit, modestè se gerit, & quod cũ moderato cõiunctum est, prius elegit q̃ quod multum est. At hominũ multitudo totũ contrariũ his habet, & ubi eget, immodicè eget, & quũ lucrari moderata possit, inexplebili lucrandi cupiditate tenetur. Quapropter omnia quę circa cauponariam, & mercaturã, & diuersoria publica uersanť genera, & calũniæ expositæ sunt, & turpib. opprobriis obnoxia. Nam si quis, quod absit & nunquã fiet, cogeret (ridiculũ quidem dictu est, attamẽ dicetur) diuersoriũ habere, aut cauponari, ad rẽpus alicui quod uiros optimos, aut huiusmodi quid facere: aut etiã fœminas ex quadam fatali necessitate ad talem modũ se conferre, cognosceremus sanè q̃ amica & amplectenda sint hæc singula, & si iuxta incorruptã rationem fierent, matris & nutricis modo colerentur eiusmodi omnia. Nunc autem quum quis cauponandi gratia, in desertos locos & à uijs quoquo uersus longè remotos, habitationes construxit, & in rerũ angustia constitutos hospitio benignè excepit, & aut à sęuis tempestatibus uiolenter actis tranquillam quietem, aut in æstibus refrigeriũ exhibuit, deinde nõ uelut qui amicos susceperisset, hospitalia munera ad susceptionẽ sequẽtia exhibet, sed uelut inimicos & captiuos detẽtos, ubi se maximis & iniustis & impuris redẽptionis precijs redemerũt dimittit. Hęc & huiusmodi in omnibus talibus admittunť peccata, quæ rectè calũnias pariũt his quæ ad inopiæ auxiliũ præparata sunt. Horũ igit medicamẽtũ legislator semper resecare debet. Rectũ equidem est illud olim dictum, quòd aduersus duo eaq; contraria pugnare difficile est, quemad-

Pori leges

Adulterata uendentes

Cauponariæ artis ratio

quemadmodum in alijs multis morbis, & sanè etiam nunc in his, & circa hæc aduersus duo pugna est, paupertatem & diuitias, quorum hæ animam hominũ delicijs corrumpunt, illa doloribus eandem ad impudentiam conuertit. Quod igitur huius morbi auxilium reperietur in mente prædita ciuitate? Primum ut quoad fieri potest quàm minimo cauponum genere utatur. Deinde ut his hominib. cauponariam demander, ex quorum corruptione non magna pernicies ciuitati oboriri potest. Tertio ipsis qui hæc studia tractant excogitanda ars est, quo ipsorum mores non facile impudentia, & illiberali animo participent. Post ea uero quæ nunc relata sunt, de his talis lex bona fortuna à nobis cõstituatur. Magnetum, quos deus erigens rursus constituit, nullus ex his qui agricolæ, & de quinq; milibus ac quadraginta domibus sunt, neque uolens neq; inuitus caupo fiat, neq; mercator, neq; ullum ministerium priuatis sibi non æqualibus exhibeat, præterquam patri & matri, & horum sursum uersus generibus, & omnibus seipso senioribus, qui liberè liberi sunt. Qui uero liberi sint, & qui illiberales, exactè quidem legibus sancire non est facile. Iudicetur tamen ab his qui prędia rerum optimè gestarum acceperunt, prout illi aut odio habent, aut amplectuntur. Qui uero cauponariæ illiberalis arte quadã particeps fuerit, ei quicũq; uolet generis turpitudinis iudicium dictet, apud eos qui uirtute primi iudicati sunt. Si uero studio indigno paternã suam domum fœdaisse usus fuerit, per annum in uinculis ligatus à tali abstineat. Et si rursus id fecerit, per annos duos. Et quoties deprehensus fuerit, duplo semper ad priora tempore in uinculis detineatur. Altera uero lex sit, inquilinum aut externum esse oportere, qui cauponariam exercere uolet. Tertia, ut quàm optimus, aut quàm minimè malus, talis nobis sit in ciuitate cohabitator. Legum autem custodes hoc cogitare debent, se custodes esse non solum illorum quos custodire facile est, ne iniqui & mali fiant, qui & bene nati & bene educati sunt, sed etiam eorum qui tales non sunt, & studijs dediti sunt, quæ uehementer ad hoc impellunt ut mali fiant: & hi sanè etiam magis custodiendi sunt. Quum autem cauponaria multiplex sit, & multa eiusmodi studia habeat, quæcunq; sanè de ipsis recepta fuerint, uelut ex multa necessitate in ciuitate esse oportere putata, de his eo modo legum custodes cum singulorum studiorum peritis conuenire oportet, quemadmodum antea de adulteratis constituimus, quum ambo hæc studia admodum sint cognata: Vbi uero conuenerint considerare & lucrum & impensam, ut quod lucrum cauponi mediocre sit cognoscãt, & tum quæstum, tum sumptum perscriptum proponant: & hæc partim ædiles, partim urbis curatores, partim agrorũ curatores custodiant: atq; sic ferè cauponaria singulis profuerit, & minimè læserit eos qui ipsa in ciuitate utuntur.

Cauponariæ leges

Quæcunque quis pactus non fecerit prout assensus est, exceptis his quæ leges, aut decreta prohibent, aut si quis ab iniusta necessitate coactus promisit, & si quis ab inexpectata fortuna inuitus prohibitus fuerit: in alijs non seruati pacti iudicia tribuũ fiant, si inter arbitros aut uicinos antea reconciliari non poterint. Vulcano & Mineruæ sacrum est opificum genus, qui uitam nobis artibus instruunt. Marti uero & Palladi, qui opificum opera alijs artibus tutelaribus seruant. Iusto autem & hoc genus his deis sacrum est. Hi itaque omnes regionem & populum curantes uitam degunt, partim principes certaminum militarium, partim instrumentorum & operum pro mercede effectores, quibus sanè circa talia mentiri decorum non est, sed dij ipsorum progenitores uerendi sunt. Si uero aliquis opifex opus ad tempus cõdictum, propter maliciam non absoluerit, deum uictus datorem nihil ueritus, sed uelut familiarem sibi ignoscere putans, deum autem esse neque mente considerans, is primum quidem deo pœnas dabit. Deinde sequens ipsi lex lata sit. Precium eorum operum persoluat, in quibus absoluendis ei cui operam suam locauit mẽtitus est, & rursus ab initio in condicto tempore gratis efficiat. Sed & id quod lex uendenti quæcunque tandem consuluit, ut ne pluris æstimet, sed quàm simplicissimè precium dignũ petat, idem demandat etiam ei qui opus suũ uenum proponit. Nouit enim opifex operis sui precium. Proinde in liberis ciuitatibus non debet opifex dolos rudibus struere conari, per artẽ manifestam & rem naturã non mendacem. Iudicium autem dictet iniuria affectus ei qui iniuriam fecit. Si uero quis qui opifici aliquid faciendum locauit, mercedem nõ persoluerit rectè, secundum legitimè factam conuentionem, sed louem ciuitatis seruatorẽ, & Mineruam, reipubli-

Pactorum lex

Opificum leges, & precia

cæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

cæ ambos participes, contumelia afficiens, & breue lucrum amplectens, magnas societates soluerit, Lex ciuitatis cum dijs coniunctioni auxilia ferat. Qui enim pro accepto opere mercedem non persoluerit tempore constituto, ab eo duplum exigatur. Si uero annus præterierit, etiamsi aliæ pecuniæ quas quis mutuo dedit, usuram nō pariant, hic tamen singulis mēsibus ad drachmam insuper obolum, id est sextam drachmæ partem deponat. Hæc autem in tribuum iudicijs iudicētur. Quandoquidem uero omnino opificum mentionem fecimus, iustū est etiam dicere obiter de his qui in bello opifices sunt salutis, de imperatoribus uidelicet & qui militaribus artibus præstant, quum & hi uelut illi, alij quidam opifices sint. Si quis igitur & ex his publicum opus susceptum, siue uolens, siue ex mādato rectè perfecerit, honores qui militarium uirorum merces sunt, lex meritò ipsi tribuet, & ipsum laudare nūquam cessabit. Si uero perpetrato opere aliquo militari ex præclaris illis, non retribuerit, meritò incusabit. De his igitur lex hæc cum laude mixta à nobis feratur, quæ non coget, sed ciuium multitudini consilium dabit, ut bonos & præstantes uiros honorēt secundo loco, qui uniuersæ ciuitatis seruatores sunt, siue uirilibus siue militarib. machinis ac artibus. Nam primis maximus honor tribuatur, his qui bonorum legislatorū scripta præcipuè honorarē potuerunt. Maxima itaq; cōmercia quæ homines inter se tractant, exceptis pupillis & eorum curatoribus, ferè iam nobis constituta sunt. De his igitur post nunc relata necessarium quodammodo est cōstituere. Horum autem omnium principia sunt, tum eorum qui mori uolunt, testamentum condendi cupiditates: tum eorum qui penitus nullum testamentum faciunt fortunæ. Necessarium autem dixi ô Clinia, respectu habito ad horum difficultatem ac grauitatem. Neque enim fieri potest ut hæc relinquamus, & de ipsis nihil constituamus. Singuli enim multa & inter se diuersa, & legibus, & uiuentium moribus, & suis ipsorum maioribus contraria statuerent, priusquam testamentum condere uellent, si quis potestatem dabit ita simpliciter ratum esse testamentū, quodcunq; quis disponat quomodocunq; affectus ad uitæ finem. Stolidi enim & tracto quodam modo animo prædíti sumus plerique, quum iam morituros nos esse putamus. CLIN. Quomodo hoc dicis ô hospes? ATHE. Morosa res est ô Clinia, homo iam moriturus, & plena sermone legislatoribus admodum horrendo ac molesto. CL. Quomodo? ATHEN. Quū omnium dominus esse quærat, cum iam loqui solet. CLIN. Quæ'nam ista? ATHEN. Horrenda res est ô dij inquit, si mea mihi nullo modo licebit dare, & non dare, cuicūq; uolo, & alij plura, alij pauciora, ex his qui se apud me male aut bene manifestè gesserūt, partim in morbis, partim in senectute, & uarijs alijs fortunis explorati. CLIN. Non'ne ô hospes rectè dicere tibi uidentur. ATHEN. Molles mihi uidentur ô Clinia, uereres legislatores fuisse, & exiguum quiddam humanarum rerum respicientes ac considerantes leges tulisse. CLIN. Quomodo dicis? ATHEN. Hunc sermonem ô bone uerentes, legem hanc tulerunt. Licere cuiq; suas res testamēto legare simpliciter quomodocūq; quis omnino uoluerit. Ego uero & tu, his qui in ciuitate tua morituri sunt, concinnius respondebimus. CLI. Quomodo? ATHEN. O amici dicemus & reuera diarij, difficile est uobis cognoscere uestras opes, & insuper uos ipsos, quemadmodum Pythiæ scriptum monet. Ego igitur qui legislator sum, neq; uos uestri arbitrij, neque opes has, uestras esse censeo, sed uniuersi generis uestri & superioris, & in posterum futuri: & adhuc magis ciuitatis esse, & totū genus, & opes: atq; his ita se habentibus, si quis uos in mortis aut senectute fluctuātes, blanditijs adortus, suaserit uobis ut præter eius quod optimum est rationem testamentū condatis, ego mea sponte non permittam: sed quod toti ciuitati ac generi optimum est, ad id respiciens legem feram, ut quod uniuscuiusque est iustè minoris faciam. Vos itaq; placidi ac beneuoli nobis pergite eò quo nūc secundum naturam humanam abitis. Nobis autem de alijs rebus uestris cura erit, ut qui quo ad fieri potest æqualiter omnium curam gerimus. Hæ igitur consolationes sint & præfationes, & uiuentium & morientium ô Clinia. Lex autem hæc sit. Quicunq; testamentum fecerit, in quo bona sua legat, si quidem liberorum pater est, primum ex filijs quēcunq; uoluerit hæredē scribat. Quem uero ex alijs filijs alij adoptandū dederit, itidem cōscribat. Si uero supersit ipsi aliquis ex filijs non ad aliquam sortem adoptatus, quem secundū legem in coloniam emittēdum esse sperat, huic ex alijs opib. liceat dare patri, quæcunq;

Militiæ opifices

Morituri iam animi fracti sūt

Testamentorum leges

quæcunq; uoluerit, paterna sorte excepta, & omni instrumento ad sortem pertinente. Et si plures fuerint, ex parte distribuat pater quomodo uoluerit ea quæ supersunt ultra sortem. Cuicunq; uero de filijs domus fuerit, ei de opibus non tribuat, & similiter filiæ cui desponsus uelut maritus futurus fuerit, non tribuat: cui uero non fuerit quis desponsus, ei tribuat. Si uero alicui filio, aut etiam filiæ fors obuenerit intra regionem uernacula, post factum testamentū, hæredi eius qui testamentū condidit, relinquatur. At si masculos non reliquerit, sed fœminas qui testamentū condit, maritum cuiuscunq; filiæ uoluerit, sibi filium relinquat hæredem conscriptum. Quòd si filius alicui moriatur, puer adhuc, prius quàm in uirum euasit, siue naturalis sit, siue adoptatus, etiam de tali fortuna scribat qui testamentum condit, quem eius loco meliore fortuna succedere uelit. Si quis omninò sine liberis testamentū condat, decimam partem ultra sortem acquisitam eximat, & cuicunq; uoluerit doner. Reliqua uero omnia adoptato tradat, & sine reprehensione placidum ipsum filium cum lege faciat. Cuius porrò liberi tutoribus opus habuerint, si quidem is condito testamento moritur, & scriptos liberorū tutores quos & quot uoluerit, uolentes & consentientes constituerit, secūdum hanc præscriptionem tutorum electio rata habeatur. Si uero aut non condito penitus testamento mortuus fuerit, aut tutorum electionem non absoluerit, proximi genere à patre & matre tutores rati sint, duo à patre, duo à matre, unus autem ex mortui amicis. Hos autem cōstituant legum custodes pupillo qui opus habet: & uniuersæ pupillorū tutelæ quindecim legum custodes ex omnibus natu maximi semper pro senij dignitate curam gerant, & seipsos distribuāt, ut in annum tres, & alio anno alij tres illis præsint, donec quinq; circuitus impleti fuerint: & hoc nunquam quoad fieri potest deficiat. Qui uero omninò non facto testamento mortuus fuerit, et filios tutela egentes reliquerit, eorum egestas earumdem harum legum particeps fiat. Si uero filias reliquerit quis inexpectata fortuna usus, uenīam ferenti legem dabit, si de tribus ad ipsum pertinentibus, ad duo tātum respiciens, filiam ipsius in matrimoniū locabit, & ad generis propinquitatē, & ad sortis conseruationem. Tertium aūt quod pater considerare potuisset, ut ex omnib. ciuibus, habitus & mores intuitus, idoneum sibi filium, filiæ uero sponsum elegisset, hoc sanè relinquet, eo q; hæc consideratio ex his sit quæ fieri non possunt. Quod itaq; fieri potest, lex de talib. hæc lata sit. Si quis non condito testamento filias reliquerit, de mortui frater ex eodem patre, aut qui sine sorte est ex eadem matre, habeat filiam & sortem defuncti. Si uero frater non extiterit, sed fratris filius, eodem modo, si in ætate inter se idonea fuerint. Si uero nullus horum, sed sororis filius extiterit, eodem modo. Quartus autem patris frater. Quintus huius filius. Sextus sororis patris filius. Eodem uero modo semper genus procedat iuxta propinquitatē, si quis filias reliquerit, per fratres & nepotes ex fratrib: ac sororibus procedens, primū quidem masculos, deinde uero fœminas in uno genere. Cæterum temporis nuptiarū aptitudinem & contrà, iudex consideret ac iudicet, ita ut masculos quidē nudos, fœminas autem usq; ad umbilicū denudatas inspiciat. Quòd si cognatorum penuria fuerit, usq; ad fratrem patris & eius filios, & usq; ad aui fratrem & filios eius, ex alijs ciuibus quemcunq; puella cum tutoribus, uolens uolentē elegerit, defuncti hæres & filiæ sponsus fiat. Sed & multa multorū, & talium amplior penuria aliquando in ciuitate fieri potest. Si igitur aliqua nō reperiat aliquem inter eos qui in ipsa sunt, & uideat quendam in coloniam missum, quem patris bonorū hæredem facere cupiat, si quidem cognatus fuerit, iuxta legis constitutionē ad hæreditatis sortem ueniat. Si uerò extra generis cognationē eorum qui in ciuitate sunt, potestatē habeat iuxta tutorum & filiæ eius qui mortuus est electionem, ut ipsam uxorem ducat, & domum reuersus, sortem eius qui intestatus obijt, accipiat. At si quis penitus sine liberis, masculis ac fœminis, intestatus moritur, reliqua quidem de hoc secundū superiorem legem se habeant: uerùm fœminæ & mares uelut contubernales ex genere subinde eant in desertam domum, quorū sors propriè fiat: prima quidem soror, secunda uero fratris filia. Tertia sororis filia. Quarta patris soror. Quinta patris fratris filia. Sexta patris sororis filia. Hę uero cū illis cohabitent iuxta fas & propinquitatē, uelut antea sanciuimus. Ne itaq; lateat nos talium legum grauitas, q; molestè aliquando imperant ei qui mortuo propinquus est genere, ut cognatā uxorem ducat, & non uidentē considerare innumera quæ

Filiā collocanti tria considerāda

Intestatus sine liberis moriēs

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter homines talibus præceptis impedimento sunt, ut quis persuaderi non possit, sed plericp quiduis potius perpeti uelint, cùm corporũ morbi & mutilationes, aut etiã animi, in aliquibus fuerint, cp nuptias imperatas contrahere. Horum itacp fortassis nihil curare quibusdã uidetur legislator, et sanè non rectè uidet. Proinde tam pro legislatore, q pro eo cui leges feruntur, uelut cõmunis præfatio hæc dicta sit. Veniam equidem legislatori dare debent hi quibus leges ferũtur, eo p dum rerum publicarũ curam gerit, nunquam simul & priuatas unicuicp contingentes calamitates tractare potest. Venia item rursus danda est his quibus leges feruntur, quòd legislatoris præcepta quæ ignarus statuit, aliquando meritò perficere non possunt. CLI. Quid igitur ô hospes facere quis de bet, ut in talibus se concinnissimè gerat? ATHE. Arbitros ô Clinia, talibus legibus, & his quibus leges feruntur, eligere necesse est. CLI. Quomodo dicis? ATH. Aliquando ex opulento patre natus nepos, patrui filiam ducere ultrò non uolet, molliter se gerens, & maioribus nuptijs mentem intendens: Aliquando uero etiam legislatore calamitatem maximam iubente, cogi poterit ut legi non pareat, insana connubia contrahere illo cogente, aut horrendas alias corporum aut animorum calamitates, cum quibus ut quis uiuat, uita expetenda non est. De his itacp hęc lex nobis feratur. Si qui ergo de legibus positis de testamentis, & de quibuscunc alijs, & sanè etiam de nuptijs conquerantur, prosectò si præsens esset, & uiueret ipse legislator, nunquam ita facere cogeret, neque nubere, necp uxores ducere, eos qui nunc utracp facere coguntur: Et sit aliquis ex cognatis aut tutoribus, qui asserat ac dicat legislatorẽ arbitros & patres quindecim ex legum custodibus reliquisse pupillis utriusque sexus: ad hos defugiant, & ab his dijudicentur, quí de huiusmodi aliqua re ambigunt, & horum decreta rata habeant. Si uero cui maiorum inferri uideatur à legũ custodibus, is ad selectorũ iudiciũ iudicũ ipsos perducat, & de controuersia iudicium ferat. Victo autem uituperiũ & obprobrium à legislatore sanciatur, quæ pœna multò grauior est apud eum qui mente præditus est, quàm ulla pecuniaria mulcta. Nunc itacp pupillis pueris uelut secundus quidam ortus continget. Post primum equidem ortum, lingulis educationes ac institutiones relatæ sunt. Post secundum uero ex patrum ablatione inductum, cogitare oportet quomodo orbitatis fortuna his qui orbi facti sunt, calamitatem minimè miserabilem inducat. Primùm itaque lege costituere nos ipsis dicimus legum custodes, pro genitoribus patres non deteriores. Et sanè etiam singulis annis, uelut suorum diligentem curam habere præcipimus, & tum his ipsis, tum tutoribus ipsorum, de educatione pupillorum hanc præfationem præmittimus. Oportunè equidem superiores sermones habuisse uidemur, nimirum quòd defunctorum animæ uim quãdam habent post mortem, qua humanarum rerum curam gerunt. Hæc autem ueris quidem, sed admodum prolixis sermonibus continentur: & credere oportet etiam aliorum de his, sententijs adeò multis & ualdè uetustis: credere item legislatoribus hæc ita se habere, si non penitus insipiẽtes uideantur. Si uero hæc secundum naturam hoc modo se habent, primũ quidem supernos deos uereantur, qui pupillorum orbitatis sensu tanguntur. Deinde defunctorum animas, quarũ natura est, ut sobolis suæ præcipuè curam habeant, & his qui illam colunt, beneuoli sint, & qui ignominia afficiũt, infensi. Insuper atuem & animas uiuentium quidem, sed in sectute & maximis honoribus constitutorum, ubi ciuitas bonis legibus utens, feliciter degit. Hos dum filij filiorum amore complectũtur, cum uoluptate uiuunt. Et hi ea quæ hac parte geruntur, & acutè audiunt, & acutè cernunt, & his qui circa hæc iustè uersantur, beneuoli sunt, & maximè ipsis indignantur, qui pupillos & parentibus orbos iniuria afficiunt, depositum maximum ac sanctissimum esse arbitrantes. His itaque omnibus & tutor & magistratus mentem, si uel exiguum quid eius habet, adhibere debet, & conniti circa pupillorum educationem ac institutionem, ut omnibus uiribus ipsos beneficio afficiat, uelut qui in seipsum & suos beneficiũ conferat. Qui itaque ab hac legi præmissa narratione persuasus fuerit, et nihil iniuriæ pupillo intulerit, is non cognoscet legislatoris circa talia iram. Qui uero non paruerit, & aliquem patre at matre orbum iniuria affecerit, duplum omne damnum rependat, quod persoluendum ipsi fuisset, si in aliquem utrocp parente florentem improbè se gessisset. Quod ad reliquas porrò leges, & tutoribus circa pupillos, et magistratibus circa curam tutorum ferendas attinet, suos educant,

Priuata à legibus negligi

Arbitri legum mitigandarum

Defunctos humana curare

educant, & suarum rerum curam gerunt. Insuperc leges de his ipsis moderatè distinctas haberent: cum ratione quadam fieri posset, ut tutorias quasdam leges, uelut peculiariter longè diuersas poneremus, & propríjs studijs pupillorum uitam, ab eorum uita qui pupilli non sunt, distingueremus. Nunc uero in talibus quidem omnibus, orbitas apud nos non multam diuersitatem habet ab ea tractatione qua patres utuntur: sed honoribus & ignominijs & curæ diligentia nequaquam adæquari solet. Quapropter circa hoc ipsum lex studium adhibuit, ut ad leges de pupillis latas & inuitaret & minaretur: Et sanè tales quædam minæ ualdè fuerint oportunæ. Quicunc puellæ aut masculi tutor est, & quicunc ex legum custodibus tutoris custos constitutus est, non minus quàm suos liberos diligat eum qui in pupillari fortuna constitutus est, neque deterius quàm suas, eius quem educat res curet, imò melius quàm suas, quod ad animi promptitudinem attinet. Vnam autem hanc de pupillis legem quiuis tutor habeat, & secũdum ipsam tutorem agat. Si uero aliter quis in his præter hanc legem se gesserit, magistratus quidem tutorem mulctet, Tutor autem magistratum ad selectorum iudicium pertrahat, à quo prout uisum fuerit, dupla mulcta puniatur. Quòd si tutor negligens aut malignus esse uideatur cognatis, aut etiam alij cuidam ciui, ad idem iudicium pertrahatur, & cõdemnatus mulctam quadruplam persoluat, cuius dimidium pupilli sit, dimidium eius qui iudicio uicit. Postquam uero ad pubertatẽ pupillus deuenerit, si malè tutelam sui gestam esse putauerit, ad quintum usque ab exacta tutela annum, liceat ei iudicium dictare malè administratæ tutelæ. Si uero quis tutor condemnatus fuerit, à iudicio æstimatio fiat, quid pati aut persoluere ipsum oportet. Si uero quis ex magistratibus pergligentiam pupillo damnum intulisse uideatur, iudicium æstimet quid pupillo ipsum rependere oportet: si uero per iniustitiam, supra mulctam, à magistratu legum custodum remoueatur, & respublica alium legum custodem pro ipso, regioni & ciuitati constituat. Oriuntur dissensiones & patrum aduersus filios, & filiorum aduersus patres, maiores quàm decet. In his & patres putabũt legislatorem sancire oportere, ut liceat ipsis, si uelint, filium per præconem coram omnibus abdicare, ut secundum legem filius amplius non sit: & filij rursus ut ipsis liceat accusare patres delirij, si præ morbis aut senectute turpiter affecti sint. Hæc autem reuera in pessimorũ hominum moribus fieri solent. Nam ubi ex dimidio mali sunt, uelut si pater malus non est, sed filius: aut contrà: ibi non fiunt calamitates tantæ inimicitiæ soboles. Proinde in alia quidẽ repub. abdicatus filius, non necessariò ciuitate priuabitur: sed ex hac in qua hæ leges erunt, necessarium est excedere eum qui patrem non habet, in aliam regionem. Nam ad quadraginta & quinquies mille domos nulla accedere potest. Quapropter oportet iure abdicandum, non ab uno patre, sed ab uniuerso genere abdicari. De talib. aũt huiusmodi quandam legem facere oportet. Quemcunc animi impetus nequaquam fortunatus concitauerit, siue meritò, siue secus, ut quem genuit ac educauit, eum à cognatione sua remouere cupiat, non ita uili modò liceat ipsi, neque statim hoc facere: uerùm primùm cognatos suos cõuocet, usque ad nepotes ex fratre & sorore, & similiter filij cognatos ex matre. Inter hos autem accuset illum, & dignum esse doceat, qui ab omnibus è genere abdicetur. Det autem & filio æqualem dicendi potestatem, ut se asserat indignum esse qui tale quid patiatur. Et si quidem persuaserit illis pater, & consentientes habuerit ex omnibus cognatis plures quàm dimidiã ipsorum partem, siue mulieres, siue uiri fuerint perfectæ ætatis, excepto patre & matre & ipso reo: hoc quidem modo & secundũ hæc liceat patri filium abdicare, & nullo alio modo. Quòd si quis ciuium abdicatum in filium adoptare uolet, nulla lex hoc prohibeat. Iuuenum enim mores multas in uita mutationes subinde facere solent. Si uero abdicatum decem annorum nemo cupiuerit in filium adoptare, curatores eorum qui supra iustum modum geniti sunt, & in coloniam mittuntur, etiam horum curam gerant, quo eiusdem colonię concinnè participes fiant. At uero si quem morbus aliquis, aut senectus, aut etiam morum acerbitas, aut omnia hæc simul, insigniter præ alijs dementem faciant, & res ea lateat alios præterquam eos qui simul uitam degunt: Is autem uelut rerum suarũ dominus rem familiarem perdat, filius autem ambigat & cunctetur aduersus patrem dementiæ actionem instituere, lex ipsi posita sit, primũ quidem ut seniores legum custodes accedat, & patris calamitatem exponat.

Pupilli tutori pro filijs habendi

Iuuenum mores mutabiles

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patris dementiæ accusatio

exponat. Illi uero re iustè considerata, consulant an iudicium dictare oporteat, aut non. Si uero consuluerint, exhibeantur accusatori testes & causæ defensores. Ille uero condemnatus, reliquo tempore nullam potestatem habeat uel minimum quiddam suarum rerum gubernandi, sed uelut filius & puer per reliquam uitam habitet. Porrò si maritus & uxor nullo modo consentiãt ob morum infelicem acerbitatem, decem ex legum custodibus uiros medios talium semper curam gerere oportet, decem item fœminas conubijs destinatas. Et si quidem illos reconciliare possunt, rata ipsorum sententia habeatur. Si uero animi ipsorum maiore modo æstuarint, quærant pro uiribus utrique quibus cohabitent. Consentaneũ autem est tales non mansuetis moribus temperatos esse. Conandum itaque est ut profundiores & quietiores affectus ac mitiores mores ipsis in contubernium adaptentur. Et qui quidem ex ipsis, liberis carent, aut pauciores habent, etiam liberorum gratia cum alijs cohabitent. Quibus uero satis liberorum est, & inter se dissentiunt, consenescendi & mutuæ curationis gratia, & diuortium, & cum alijs consuetudinem faciant. Quòd si uxor moriatur, relictis liberis, fœminis ac masculis, ex consilio sit, non ex necessitate lex, quæ sancit ut uir liberos educet, & non ipsis nouercam inducat. Si uero liberos non habet, ut necessariò aliam ducat, donec quot sufficiũt, liberos generauerit & domui & ciuitati. At si maritus mortuus fuerit, liberis quot sufficiunt relictis, mater liberorum uidua manens, ipsos educet. Si uerò iunior quàm conuenit, esse uideatur, ad hoc ut sana sine uiro uiuere possit, cognati inito consilio cum fœminis connubiorum curam gerentibus, quod ipsis & illis uidetur, de talibus statuant. Si uero liberis careant, etiam liberorum gratia nubant. Iustus autem & qui sufficit, liberorum modus sit secundum legem, masculus & fœmina. Quum in confesso est, id quod genitum est, esse prolem eorũ qui eam sibi uendicant, sed iudicio opus est, quem ea seruæ domino id quod natum est detur. Si uero libera aliqua cum seruo coierit, serui dominus etiam nati dominus sit. At si quis ex serua sua, aut aliqua ex seruo suo sobolem susceperit, & manifestum hoc fuerit, eam quidem quæ ex hera nata est, una cum patre in aliam regionem ablegent legum custodes: quæ uero ex domino, una cum matre in aliam regionem ablegent legum custodes: quæ uero ex domino, unà cum matre.

Liberorũ modus, mas & fœmina

Parentes negligere nec; Deus, nec; homo mente preditus, ulli unquam consuleret. Ita uero sentire oportet, quòd talis præfatio de dijs facta, ad parentum honores & ignominias rectè composita est. Leges de dijs antiquæ apud omnes bifariã positæ sunt. Alios enim deos clarè uidentes colimus: aliorũ uero imagines & statuas collocamus, easq; etiamsi inanimatæ sint, animatos illos deos esse putamus, & ipsos nobis illas colentibus, ob id multam benecuolentiã & gratiam habere arbitramur. Cui igitur pater aut mater, aut horum patres aut matres, in domo positi sunt thesauri ætate confecti, is non cogitet si statuam ipsorum talem, domesticum opus in domo habeat, maiorem eam unquam uim habituram esse, si sanè secundum rectum modum colat ipsos is qui habet.

CLI. Quam uero rectitudinem esse dicis? ATHEN. Ego dicam. Etenim digna auditu sunt talia, ô amici. CLI. Dic solùm. ATHEN. Oedipus contemptus à liberis suis, imprecatus est ipsis ea quę exaudita & perfecta esse à dijs, omnes celebrant. Amyntorem quoque Phœnici filio suo iratum imprecatum esse ferunt, & Thesea Hippolyto, & innumeros alios alijs. Ex quibus cognitũ est deos exaudire parentes aduersus filios. Pernicioſus enim est pater filijs iustissimè, uelut nullus alius alijs. Ne itaq; putet quis, dum parentes à liberis contemnuntur, deum illorum preces secundum naturam exaudire: dum uero coluntur, & inde uehementer gaudent, & propterea precibus assiduis bona liberis, à dijs petunt, tales preces non ex æquo hos exaudire, & nobis ea tribuere. Nam si hoc facerent, nunquam iusti bonorum distributores essent, quod sanè dijs minimè decorum esse dicimus. CLI. Maximè. ATHEN. Proinde cogitemus id quod paulò ante diximus, nullum nos precioſius apud deos simulachrũ habere posse, quàm patris & auæ ætate confectorum, & similiter matrum eandem uim habentium, quos ubi quis honoribus colit, Deus lætatur, alioquí enim ipsos non exaudiret. Admirandum itaq; nobis est progenitorum simulachrum, insigniter præ his inanimata sunt. Quæ enim animata sunt, dum à nobis coluntur, subinde pro nobis precantur: & contrà, dum contemnuntur: Inanimata uero neutrum horum faciunt. Quare si quis patre & auo & omnibus hu-

Parentum contemptorum ultio

Parentum cultorum præmia

iusmodi rectè utitur, ad deos propitios sibi faciẽdos, simulachra omnium potissima habet. CLI. Optimè dixisti. ATHEN. Quiuis itaq; mente præditus timet, & colit parentum preces, ut qui sciat in multis & sæpe ipsas impletas esse. Quum igitur hæc ita à natura constituta sint, bonis quidem ingens lucrum sunt progenitores senes, usque ad extremum uitæ uiuentes: & si iuuenes decesserint, ualdè deliderantur: Malis autem ualdè horrendi sunt. Quiuis itaq; omnibus honoribus in legibus expressis suos parentes colat, à nunc habitis sermonibus persuasus. Si uero quis hui usmodi præfationes surdis auribus præterfluere sinit, lex hæc de istis rectè posita fuerit. Si quis in hac ciuitate parentes negligentius habuerit quàm decet, & non filijs, & omnibus ipsorum filijs, & sibijpsi prætulerit, ut omnia ipsis permittat, & uolũtates ipsorum expleat, is quidem qui ita habetur, siue ipse, siue misso aliquo, referat ad tres ex legum custodibus seniores, & ad tres ex fœminis ad nuptias curandas designatis. Hi uero huius rei curam suscipiant, & iniusta facientes puniant, si quidem iuuenes adhuc sunt, plagis & uinculis, ad trigesimũ usque annum, si uiri fuerint. Mulieres autẽ ad quadragesimum usque annum ijsdem pœnis puniant. Si uero hos annos excesserint, & ab eadem circa parentes negligentia non desiterint, sed ipsos malè tractauerint, ad iudicium pertrahãt ipsos, in quo singuli ciues ex omnibus seniores considerent. Si uero quis condemnatus fuerit, æstimationem faciat iudicium, quid persoluere aut pati ipsum oporteat, ita ut nihil prætermittat, quod pati aut persoluere homo potest. At si quis qui malè tractatur, referre non potest, quicunq; ex liberis hominibus audierit, ad magistratus referat, aut improbus habeatur, & à quocunq; uolente damni dati reus peragatur. Si uero seruus significauerit, liber sit. Et si qui dem eorum qui malè tractant, aut tractantur, seruus fuerit, à magistratu liber dimittatur. Si uero alterius cuiusdam ciuis, respublica pro ipso precium domino persoluat. Magistratibus autem curæ sit, ne quis talem iniuria afficiat, iudicij facti gratia ipsum ulciscens. De medicamentis quibus alius alium lædere potest, lethalibus quidem sanctum est, uerum de alijs læsionibus, siue quis potibus, aut etiam cibis, aut ungentis, uolens ex proposito lædit, horum nihil adhuc constitutũ est. Duplicia equidem in humano genere sunt ueneficia, de quibus traditur, id quod nunc expresè diximus, quod corpore corpora secundum naturam deprauat: alterum uero quod præstigijs quibusdam, & incantationibus, & deligationibus persuadet, alijs quidem qui ipsi lædere audent, quòd hoc possit: alijs autem quòd præ omnibus læduntur ab his qui præstigias exercere possunt. Hæc igitur, & omnia circa hæc, nec; facile cognosci possunt, quomodo tandem à natura se habeant, neque si quis cognoscat, alijs persuadere procliue est. At amis hominum qui inter se circa talia præstringuntur, non est operæ precium persuadere conari, si quando uiderint cerea simulachra efformata, siue præ foribus, siue in triuijs, siue aliqui in parentum suorum monumentis, ut omnia huiusmodi contemnant, quum nullam claram de ipsis sententiam teneant: sed lege de ueneficijs bifariam distincta, utro modo quis ueneficia exercere conatur, primum quidem rogabimus & admonebimus & cosulemus, talia facere non oportere, nec; uulgus hominum perterrefacere, ac uelut pueros exagitare, neque rursus legislatorem & iudicem cogere, ut talibus hominum pauoribus medeat. Nam qui ueneficia exercere conatur, quid facit, ignorat, tum circa corpora, si non medicæ artis peritus fuerit: tum circa præstigias, si non uates aut prodigiorum interpres fuerit. Deinde hæc lex de ueneficijs sanciatur. Quicunque ueneficijs utitur ad detrimentum alicuius non lethale, neque ipsius, nec; hominum illius, sed pecorum aut examinum, siue lethale, siue aliud detrimentum: si quidem medicus fuerit, & ueneficij cõdemnatus, morte plectatur: Si uero idiota est, quid ipsum pati aut persoluere oporter, iudicium de ipso æstimationem faciat. At si deligationibus, aut illecebris, aut quibusdam incantationibus, aut eiusmodi quorumcunq; ueneficiorum usu, ad lædendum paratus esse uideatur: si quidem uates est, aut prodigiorum interpres, occidatur: si uero absque diuinationis peritia quis ueneficij condemnatus fuerit, idem etiam circa hunc fiat. Nam & de hoc iudicium æstimationem faciat, quid ipsum pati aut persoluere oportere uideatur. Quodcunq; quis alteri damnũ intulerit, clàm aut uolenter, si maius id fuerit, maiorem læso restitutionem faciat: si minus, minorem: per omnia uero tantam, quantum semper fuerit damnũ, donec hoc exæquatum fuerit. Quisque ue-

Parentum cultus neglecti lex

Cereorũ simulachrorũ præstigiæ

Damni dati restitutio

Universidad de Deusto
Biblioteca

que uero mulctam ad singula maleficia castigationis gratia sequentem, insuper persoluat, qui quidem per imprudentiam malè fecit, aliena persuasione, propter iuuentutem aut tale quid usus, leuiorem: qui uero ob propriam dementiam, aut ob uoluptatum aut dolorum intemperantiam, in timoribus aut cupiditatibus, aut ex inuidia aut ægrè sanabili iræ impetu, grauiorem: non q̃ ob male factum pœnas det: quod enim factũ est, infectum fieri nunquã potest: sed ut in posterum tempus, aut omninò in iustitiã odio habeat & ipse, & qui ipsum iudicari uiderunt: aut multas huiusmodi calamitatis partes leuiores reddat. Quorum sanè omniũ gratia etiam leges ad oñia talia respicere oportet, & instar sagittarij non mali coniectare, & pœnæ singulorũ magnitudinẽ, & ut ea omni nò prout dignum est, irrogetur. Idem autem opus etiam ludicis esse debet, ut legislatori inseruiat, cùm lex ipsi cõmittit ut æstimationem faciat, quid pati aut persoluere oportet eum de quo iudicium habetur, nimirum ut uelut pictor sequens picturæ exemplar, opera proposita exprimat: Id quod etiam nunc nobis ô Megille & Clinia, faciendum est, & de omnibus tum clandestinis, tum uiolentis maleficijs dicendum, quales singulis mulctas irrogare oportet, quantum nobis permiserint Dei & deorum filij, ut de his leges sanciamus. Si quis insanus fuerit, palàm in ciuitate ne conspiciat, sed singulorum cognati ipsos insanos in ædibus custodiant, quocunq; possunt modo, aut mulctã persoluant, qui maximi sunt census cẽtum drachmas, siue seruum, siue liberũ neglexerint: qui secũdi census, quatuor de quinq; minæ partibus: qui tertij, tres: qui quarti, duas. Multis equidem modis plericq; insaniunt, hi quidem de quibus modò diximus, præ morbis. Sunt autẽ qui ob iræ et naturã, & educationem prauam, qui sanè parua inimicitia obortã, cum magna uociferatione conuicia inter se faciunt, quod minimè fieri decet in ciuitate legibus bene instituta. Vna itaq; lex hæc de maledictis ad omnes pertineat. Nemo cuiquam maledicat. Qui uero cum alio uerbis disceptat, discat & doceat eum cum quo disceptat, & præsentes, & à maledictis penitus abstineat. Nam ex mutuis imprecationibus, dum per turpes appellationes alter in alterũ muliebres uoces iactat, primũ ex uerbis leui admodum re, odia & inimicitiæ reuera grauissimæ oriuntur. Dum enim is qui dicit, iræ ingratæ rei gratificatur, ubi ipsam malis edulijs impleuit, quantum aliquando ab eruditione mansuefactus est, tantùm rursus animo efferatur, & morosam uitam degit, amarulentã iræ impetus gratiam accipiens. Deinde omnes frequẽter quodãmodo in talibus excessum facere solent, ut ridiculũ quiddam de aduersario dicãt, ad quod qui adsuescit, nunquã non à probis moribus, aut in totum aberrat, aut multas magnanimitatis partes perdit. Quapropter in templo penitus nemo unquam tale quicquã proferat, neq; in quibusdã publicis sacrificijs, neq; in certaminibus, neq; in foro, neq; in iudicio, neq; in ullo publico conuentu. Puniat autem magistratus horum quemlibet liberè, aut nunquam de præmijs rei bene gestæ contendat, uelut qui leges non curat, neq; facit ea quæ imperata sunt à legislatore. Si uero quis in alijs locis, aut ipse cõuiciari exorsus, aut alium retalians, à talibus uerbis nõ abstineat, quicũq; senior accesserit, lege prohibeat, & plagis corrigat eos qui ex ira alijs mala imprecant: alioqui cõstitutæ mulctæ reus sit. Ita uero nunc sentimus, quòd qui conuitijs cum alio agit, absq; hoc quod ridicula dicere quærat, uti illis non potest, Et hoc reprehendimus, quando cum ira fit. Quid uero comœdorum promptitudinẽ ad ridicula in homines dicenda num admittimus, si absq; ira impetu, talia dicteria in ciues iaciant? aut distinguemus bifariã, ut ludant, & non ludãt? Et ludẽti quidem alicui liceat de aliquo ridicula dicere absq; ira: cõposito uero ad hoc & cum ira, uelut diximus, nulli liceat. Hoc igit nullo modo differendũ est, sed cui liceat, aut secus, hoc sanciemus. Poetæ itaq; comico, aut alicuius iamborũ aut Musarum melodiæ, non liceat neq; uerbis, neq; imagine, neq; ex ira, neq; sine ira, ullo modo ullũ ciuem sugillare. Si uero quis no paruerit, præmiorũ certaminum præfecti omninò ex regione expellant eadem die: aut minis tribus mulctentur consecrandis Deo, cuius fuerit certamen. Quibus autem antea dictum est licere, ut alter in alterum in poemate dicteria iaciat, his absq; ira cum lusu hoc liceat: seriò uero & ex iræ concitatione non liceat. Huius autem rei cognitio totius iuuenũ eruditionis curatori demandata sit. Et quod quidem poema hic approbauerit, hoc in mediũ proferre autori liceat: quod uero reprobauerit, neq; ipse ulli ostendat, neq; alium seruũ aut liberum unq; de eo edoceat: aut improbus & legibus

Pœnarum cause duæ

Maledicta prohibita

Dicteriorũ ridiculorum lex

Poetarum dicacitas prohibita

& legibus non obsequẽs habeatur. | Miserabilis porrò nõ est qui esurit, aut tale quid patitur, sed qui temperans est, aut uirtutẽ aliquam, aut eius partem habet, si insuper calamitate aliqua premitur. Quapropter mirum sanè fuerit, si quis qui talis est penitus neglectus fuerit, ut ad paupertatem extremam deueniat, siue seruus siue liber sit, in republica & ciuitate moderatè saltem instituta. Quare de istis talem quandam legem ferre, securum fuerit legislatori. Nullus mendicus nobis in ciuitate sit. Si uero hoc aliquis facere tentauerit, ut precibus inefficacibus uictum quærat, ex foro quidem ædiles ipsum depellant: ex ciuitate uero, curatorum urbis magistratus: ex reliqua uero regione, agrorum curatores, extra fines expellãt, quo regio ab huiusmodi animali penitus pura fiat.

Miserabilis qui uere sit

At uero si seruus aut serua læserit rem alienam quamcunq; illam, ut non simul causa fuerit ipse qui damnum pertulit, sed ex imperitia, aut alio quodam immoderato usu, eius qui damnum intulit dominus, aut damnum plenè repẽdat, aut ipsum qui damnum intulit illi tradat. Si uero dominus cõmuni serui & damnum passi arte factum esse causetur, ut seruum ille à se auferat, maleficij fraudulenti actionem intentet ei qui damnum passum esse se asserit: & si conuicerit, duplex precium serui ferat, prout æstimationem fecerit iudicium: si uero uictus fuerit, & damnum rependat, & seruum tradat. Quin & si iumentum, aut equus, aut canis, aut aliud quoddam pecus, rem aliquam uicinorum læserit, eodem modo damnum rependat. Si quis uolens testimonium ferre nolit, is qui eo opus habet, ipsum accersat. Ille uero uocatus ad iudicium appareat, & si quidem noluerit & uoluerit testimoniũ ferre, ferat. Si uero nescire se dixerit, tres deos Iouem & Apollinem & Themidem iuret, reuera se nescire, & sic de iudicio discedat. Qui uero ad testimonium dandum uocatus non comparuerit, reus sit damni secũdum legem ei qui ipsum uocauit. Si uero quis iudicem aliquem excitet testem, is dato testimonio, de hac causa sententiam nõ ferat. Mulieri liberæ quadragesimum ætatis annum transgressæ & testimonium ferre, & patrocinari liceat, itemq; litem intendere, si uirum non habuerit. Viuente uero merito testimonium dare solum liceat. Seruæ uero & seruo & puero, in cædis crimine solum testimonium dare & patrocinari liceat, si fidefussorem fide dignum constituerint, se usque ad iudicatam causam permansuros esse, si falsa testimonia tulisse accusentur. Vterque uero aduersarius & totum testimonium, & partem falsi accuset, si aliquem falsum testimonium dedisse asserat, prius quàm causa fuerit dijudicata. Accusationes autem ab ambobus obsignatas custodiant magistratus, & in falsorum testimoniorum cognitionem exhibeant. Quòd si quis falsum testimonium bis dedisse compertus fuerit, eum nulla lex amplius testimonium dare cogat. Si uero ter, non amplius huic testimonium dare liceat. Si uero testimonium dare ausus fuerit, qui ter deprehensus est, quicunque uolet ipsum ad magistratum deferat, magistratus autem iudicio tradat, & si condemnatus fuerit, morte plectatur. Quotcunq; sint quorum testimonia condemnata fuerint, uelut qui falsæ causæ testimonium præbuisse uisi sint, & uictoriam conciliasse ei qui iudicio uicit, si in talibus testimonijs maior quàm dimidia testium pars condemnata fuerit, iudicium quod secundum hæc testimonia peractum est, irritum habeatur. Sit autem controuersia & disceptatio, an secundum hæc, aut secus, iudicium peractum sit. Vter uero iudicatus fuerit, hoc modo superioris litis finis sit. Quum autem multa bona in hominum uita sint, plurimis ipsorum uelut pestes quædam innascuntur, quæ inquinant & sordida illa faciunt. Et sanè iudicium inter homines quomodo non sit bonum, quod omnia humana mãsuefacit? Quum autem bonum hoc sit, quomodo nõ etiam patrocinari & in iudicio defendere bonum fuerit? Hæc igitur quæ talia sunt, calumnia quædam uiciat, quæ pulchrum artis nomen præficit, & primum quidem artem quandam iudiciorũ esse dicit. Esse uero ipsam, quæ causas agẽdo, & alij patrocinando, uincere potest, siue iusta siue secus, circa quamlibet causam peracta fuerint. Remunerationem autem ipsius artis, & sermonẽ ex arte esse, si quis uilissim pecunias largiatur. Hanc igitur in nostra ciuitate, siue ars, siue artis exors experientia quædã ac exercitatio est, maximè quidem esse nõ oportet, rogante uero legislatore parere, & nõ contraria iustitiæ dicere, sed ad aliam regionem discedere. Et si quidem eius artis studiosi paruerint, ita silentium sit: sin secus, hæc legis uox audiatur. Si quis uideatur conari, ut eorum quæ iusta sunt uim, in iudicium animis ad contraria

Dij testimoniorum præsides

Iudicorum utilitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

uertat,& ut præter occasionem litiget,aut etiam talibus qui lites intentant patrocinetur:quicunq; uolet,temere litigantium, aut peruersi patrocinij actionem,contra ipsum instituat. Iudicetur autem in electorum iudicio. Si uero condemnatus fuerit, iudicij æstimationem faciat,an ob pecuniarum studium, hoc facere uideatur: aut ob contentionis amorem.Et si quidem cõtentionis studio hoc facit, condemnet ipsum iudicium quanto tempore ipsum nulli iudicium dictare,neq; patrocinari ulli conueniat. Si uero ex pecuniarum amore,externus quidem ex regione discedat,& nunquam rursus redeat, aut morte plectatur:Ciuis autem ob pecuniæ studium, quod omni modo apud ipsum colitur, occidatur. Quòd si quis etiam contentionis studio bis hoc fecisse iudicatus fuerit,occidatur.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI in Dialogum duodecimum,De legibus.

PLATO diuinus in omnibus legum dialogis,diuini operis similitudine, ideoq; numero duodenario delectatus,nimirum duodecimum dialogum ita communem legum arcam esse uoluit, quemadmodum duodecimus mundi circulus commune stellarum est firmamentum.Et quemadmodum siquis circulum duodecimum penetrauerit,perfectionẽ felicitatemq; animæ statim inueniet, immo etiam consequetur:sic Plato ultra librum duodecimum progressurus,non tam leges quàm beatam animæ perfectionem legibus acquisitam in Epinomide demonstrabit.In superioribus quidem libris leges partim ad officia publica,partim ad priuata negocia pertinẽt,partim ad urbana,partim ad externa,siue in pace,siue in bello.In duodecimo uero,omnes quodammodo congregantur ad omnia pertinentes,non leges inquam singulæ,sed nonnullæ ex quolibet genere singularum. Additur legibus id quod maximum est,ratio uidelicet & conseruatrix legũ & emendatrix. Additur magistratibus id quoq; quod maximum:ratio uidelicet repetundarum referendarumq; rationũ,non alter publicis magistratuum officijs præposita,quàm priuatis actionibus animorum,conscientiæ ipsius examen.Hoc utiq; examine tum priuato omnis animorum salus,tum publico ciuitatis salus uniuersa consistit. Atq; id est compendiarium duodecimi argumentum.At quoniam mox in principio,& in sequentibus,& sæpe in antecedentibus deorum cõmemorat filios,atq; tum deos alios aliorum,tum homines deorum filios nuncupat,meminisse oportet duobus modis apud Platonem deos deorum filios esse,duobus quoq; modis homines filios esse deorum.Primo quidem, ut Timæus docet, omnes sphærarum mundi rectores,siue ipsi sphærarum animi,siue dæmones citra sphæras,siue intellectus angelici ultra sphæras,filij sunt omnipotentis Dei,tanquam uoluntate ipsius benefica procreati.Deinde in quolibet horum trium genere, inferiores superiorum filij ideo nũcupantur,quia à superioribus continue radios formasq;,suscipientes, quodammodo inde formantur,& illis quasi patribus obsequundare uidentur.Homines similiter geniti dicũtur à superis,uel quoniã ab initio rerũ è terræ uisceribus superorũ fomento in lucem editi fuerint: uel quoniã nonnulli quotidie superorũ inspiratione uehementer afflati,mox ex humana solitaq; affectione,in diuinum quendam uitæ statum quasi renati diuinitus transferuntur. Quo quidem in gradu & pios philosophos,& philosophicos principes sæpenumero collocat.Quod autem statim in principio libri Iouem Mercuriũq; legatis nuncijsq; præponit,intelligendum est primo quidem, & per Iouem, deum architectum mundi,& per Mercurium,omnem numerum angelorum: deinde per Iouem rursus planetam secundum imperatorum legumq; significatorem,per Mercurium uero planetam alium interpretationis expeditionisq; omnis significatorem.Significatores dico planetas.Quoniam ut testatur Timæus, & Plotinus disputat, planetæ cœlestiaq; omnia significant utcunq; possunt & nunciant:quæ uel superi iamiam facturi sint,uel nos interdum quidem facturi, sæpe uero passuri.Detestatur mox poetas,qui scelera hominum transferentes in superos,& contra diuinitatem impie deliquerunt,& malo superorum exemplo hominibus grauiter nocuerunt.Præterea furta,cæteraq; facinora ex intentione peccantis & habitu uel sanabili uel insanabili,magis quàm ab affectu putat esse censenda. Præcipit inter militiæ leges, quod & in omni uita omnium optimum arbitratur:ut nemo cognoscat quid sit sibi tantum uiuere, uel seorsum ab alijs quicquam agere,sed ad prudentis superioris;q; nutum,& ad cõmunem usum singuli singulas dirigant actiones.Docet iu dices ne uel sponte uel etiam coacti præter ius sententiam ferant.Iudiciũ enim ipsum ex antiquorum sententia, præcipue Orphei & Hesiodi,esse uirginem quandam pudicam.Pudori autem atq; iudicio in primis odio esse mendacium. Deum uero iudicij præsidem,diuinam esse existimant prouidentiam,humanis iudicibus uenerandam.Post hæc ubi damnat eos qui turpiter arma proiecerunt,& illos insuper belli duces qui eos sub signis suis iterũ militaturos recipiunt:denariũ minarum numerum hic à nobis translatum,leges alicubi millenariũ.Paulo post reipub.nodum esse asserit repetundarum iudicium rationum,ut nullus in repub.iudex sit absq; iudice,Alioquin per solutam iudicandi licentiam,primo quidem iniustitiam perituram,deinde ciuitatem amissa iustitia uelut anima morituram. Templum uero Solis atq; Apollinis intelligit ædem nõ solum planetæ animæq;,solari,sed multo magis summi boni luci,cuius imago sol est, dedicatam. Audies ex absentia religionis in iudicijs peccata committi.Sed impiorum omnium peßimos esse,qui precibus hostijsq; ita deum placaturos se confidunt, ut ob hanc confidentiam impune sibi liceat grandem pecuniam extorquere. Tradit cautißimas post hæc leges de peregrinis excipiendis,peregrinationeq; ciuium, ne uel mores ciuium alienæ & inconsiderata consuetudine confundantur,uel alienorum peritia reipub.desit.Notabis hic paucis quoq; nonnullis diuinam quandam uim inesse

esse,per quam discernant captus ingeniorum. Quod quidem ostendit diuinitatem quandam non solum à nobis acquiri, sed ut ita loquar, innasci.Præcipit non esse paruifaciendum, utrum probus an improbus uidearis. Sed existimationem quoque uirtutis quærendam esse,& ipsa duntaxat uirtute quærendam.Commemorat diuinos nonnunquam uiros uel in ipsa plebe & in ciuitatibus male gubernatis existere.Post hæc de actione causarum,accusatione,defensione,appellatione, fideiussione,proscriptione,cæterisq; huiusmodi tractat multa.Miscet & his sua quadam opportunitate quæ donaria uel simulacra dicanda numinibus, quæ quidem symbolica Pythagoreo ritu traditio est. Terram inquit & Vestam deorum omnium habitationem sacram existere.Quod Vestam adiunxit,significauit sub Terræ huius nomine altius intelligi debere,& terram hanc elementalem, & terram lunarem, & terram postremo stelliferam. Item tres terrarum animas,tresq; angelos.Memento uero apud antiquos quicquid in uniuerso est efficax ad formandum atque mouendum,metaphoricè ignem dici.Item quicquid usquam facillime est formabile,dici aerem.Quod autem purgatorium, aquam:quod solidum uel stabile & consistens, terram cognominari. Talis quidem natura ob qualitatem uel densam uel consistentem, & hic & in luna & in firmamento terra à Platonicis nuncupatur. Cui ergo mirum sit terram deorum omnium habitationem sacram existere:si tribus terrarum trium terminis comprehenditur uniuersum? Cumq; sacratam ab initio dijs esse dixerit:uetat iterum consecrari,admonens,ne confidas deo quicquam quod non prius ipsius dei fit,offerre te posse.Ex auro quoq; uel argento statuas fieri uetat,ne confidamus magno horum precio nos grandia scelera purgaturos.Ex ebore rursus prohibet,cum ab anima scilicet sensuali fuerit desiutũ, ne absque sensu id est uigilantia & animaduersione operemur in sacris.Aes etiam & ferrum respuit,culpans uidelicet bellica instrumenta. Animo enim intra se & alijs dißidente, frustra sacrificia operamur.Recipit deniq; lignum atque lapidem,ex quibus deorum simulacra fiant.In lapide quidem commendans habilitatem mentis in sacris:in ligno uero ignis escam,id est flagrantiam animi, qui in diuinis facile accendatur.Iubet ex uno siue lapide siue ligno imagines integras fabricari,simplicitatem in primis integritatemq; commendans.Neque uero silentio prætermittendum est, legatos in superioribus ad quatuor oracula missos fuisse,ut cognoscemus deum omnium auctorem,omnibus æque mundi partibus prouidere:quæ per quatuor quasi angulos designantur,orientis,occidentis,septentrionis,meridiciq; nomine:& quocunq; ritu colatur deus,modo puramente gratiaq; sui colatur,acceptum quodammodo esse deo.Sed de his alibi diligẽtius.Inter hæc uetat illos qui patriæ aliquat in re ministrant,accipere munera. Agit & de tributis. Ait nihil melius à quoquam disci posse,quàm id quo ipse fiat melior.Ait legem esse rem mirandã atq; diuinam,nomenq; ab ipsa mente apud Græcos habere:à mente inquã tum diuina, uelut Patre:tum humana,uelut matre. Legem uero sequi uel iudicium. Quæ quidem duo humanorum bonorum maxima sint. Sed hic redit in mentem,quod in fine undecimi,bona inquit nostra plerunque à quibusdam suis calamitatibus inquinari.Et legis quidem calamitatem alibi esse inquit magistratus ipsius improbitatem. Calamitatem uero iudicij iudicialisq; disceptationis ibi appellauit peritiam quandam causidicam,quæ nulla iuris habita ratione,sed auaritiæ ambitionisq; studio omnem absq; delectu causam accipit defendendam.Quam ueluti reipublicæ pestem præ cæteris detestatur.Post hæc ubi funeribus imponit leges, hominem ipsum præcipue uult substantiam ipsam animæ rationalis habere:corpus autem homiais huius simulachrum,& ut alibi nominat,umbram.Quidnam homo in nobis sit, quid animal, ex Timæo,& Alcibiade,& Plotino cognoscitur:quod quidem in Theologia latius disputamus.Vbi concludit hominem quidem esse animæ rationalis substantiam,ultra rationem,habentem quoq; sensum quendam intimum, impatibilem, & communem. Animal uero compositum quiddam ex figurato corpore, atque ex quodam uitæ uestigio impresso ab anima. In quo quidem uestigio impressus quoq; sit sensus,secundus à sensu primo, iam per instrumẽta uaria distributus atq; patibilis.Id quidem nonnullis quoq; apostoli Pauli dictis maxime consonare uidetur. Quando animam inquit ad alios deos abire,rationem suorum operum redditurum, alios deos nominat, mentes angelicas extra corpora, qui alij dicuntur dij ultra sphærarum animas.Animæ siquidem nostræ bis,coniunctæ corporibus, nimirum sub animarum superiorum regno ponuntur,separatæ uero ad separatorum iudicium transferuntur.Hactenus quidem leges condidit:sed frustra constitui leges ait, nisi de legum salute stabilitateq; cogitetur. Ergo ad harum stabilitatem cœtum quendam magistratuum mirabilem excogitabit.Sed ante cœtus eiusmodi creationem,de ui fatorum nonnihil attingit, utpote qui intelligat ad operis tanti salutem humanam hominum prudentiam non sufficere, si uis fatalis penitus aduersetur. In his profecto uidetur probare eos qui in ædificandis urbibus, condendis legibus, creandis magistratibus, imò & plantandis hominibus aduersam nimis siderum dispositionem diligenter euitant.De fato quidem alibi multa, quibus & hic consentanea hæc quàm opportune tam breuiter adducuntur. Fatum est immobilis quædam in anima mundi rerum mobilium dispositio.Fati uero instrumentum est natura cœlestis. Sed materia in quam agit per instrumentum,est moles elementorum.Tria uero nomina,Lachesim,Clotho,Atropon:tum quantum ad instrumentũ,tum quantum ad materiam pertinet, accipit. Nam Lachesim nominare possumus firmamentum:in cuius stellis uires sortesq; inferiorum omnium continentur. Clotho uero planetarum cœtum in euoluendis rerum sortibus firmamento subministrantem. Atropon denique Saturnum præcipue,stabilitate sua euolutas in effectum sortes ineuitabiliter confirmantem. In materia quoque fati ideo tres parcas connumeramus,quoniam uis fatalis per instrumentum cœleste elementis infusa, agit in materiam & formam atque compositum. Item in essentiam & uirtutem & actionem. Item in principium medium;q; & finem. Quoniam uero non solum agit in corpora,uerumetiam eatenus in animos,quatenus afficiuntur corporibus, uel utuntur: idcirco Plato hic ait, Parcas tum corporum tum animorum legumq; prosperitatem posse seruare. Et quoniam mens natura sua utpote mentis diuinæ prouidentia quandoque freta, uel fatum superat,uel fato feliciter utitur: sibiunxit ad ipsam uitæ tam publicæ quàm priuatæ salutem, coniungendum esse cum mente sensum, adeo ut sensus menti pareat & ministret. Similemq; huic copulæ quæ ex mente & usu auditúq; componitur,procreat cœtum quendam magistratuum in repub.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtabilitati legum proſpicientem,qui finem ipſum primo proſpiciat reipub. deinde quæ uiæ potiſſimum perducant ad fi-
nem: ſtudeatq; omnino,ut ſingula in ciuitate ſiue priuatim ſiue publice fiant, una quadam ratione conducant ad unum:
cunctaq; quidem ad uirtutem dirigens, uirtutes uero cæteras ad prudentiam:hanc deniq; ad ſapientiam,quam ſub nomine
mentis ſignificat.Cuius quidem ratione una uirtutes omnes comprobandæ cenſentur,quatenus uidelicet conducunt ad ſa-
pientiam.quam etiam ea ratione probat,quòd unus diuini boni ſit particeps.Aſſerit exquiſitiſſimam rerum conſidera-
tionem eſſe,quæ non ſolum multa,quatenus multa ſunt conſpicit,ſed etiam quæ ſit in cunctis natura una communis. Item
à quo uno principio hanc habuerint.Rurſus ad quem finem unum per hanc conducere poſſint.Abſq; eiuſmodi contem-
platione,neminem poſſe uitam perfecte uel priuatam,uel publicam gubernare.Cum uero hæc ſpeculatio ad philoſophã,
præſertim diuinum pertineat,non iniuria inter cæs in cœtu illo electiſſimo congregatos,ad diuinos philoſophos rerum
ſummam iudicat referendam.Diuinos inquam rerum diuinarum inſpectores atq; cultores.Itaq; eos qui ad diuina uel in-
ſpicienda ſunt hebetes,uel colenda ſunt pigri,uel docenda inepti:ab ampliſſimis reipub.muneribus procul arcet. Mox ue
ro probat ad firmam ſummæ diuinitatis fidem duo eſſe potiſſimum neceſſaria.Primum,ut ſciamus genus ipſum rationali
um animorum diuinum eſſe,corporibuſq; antiquius,quo moueantur ſphæræ:& intra ſphæras omnia generentur. Secun
dum,ut cogitemus genus mentium ſcilicet angelicarum,animorum genere eſſe præſtantius.Et animas ob ipſam mẽtis par
ticipationem ſphæras ordinate mouere.Siquis enim duo hæc nouerit,facile cognoſcet,ſicut mẽs animæ forma ordoq; eſt,
ita diuinum bonum eſſe tum mentis,tum animæ uitam atq; lumen.Hæc uero tria, ſcilicet diuinum bonum mentemq;, &
animam,Plato proculdubio pene in omnibus eius ſcriptis aut demonſtrat aut innuit omnium eſſe principia.Quod quidẽ
in epiſtola ad Dionyſium obſcurioribus uerbis inuoluit. Animam uero noſtram corpore antiquiorem eſſe, ſi non placet
tempore antiquiorem dicere,dic ſaltem dignitate præſtantiorem:atq; ex eo priorem,quòd à principio corporibus ſupe-
riori habet originem:ideoq; motum in anima ex ſe locauit:in corpore uero ab anima.Et quia creſcit in corpore mutabi-
litas,ait à mutabili animæ,corpus non actione tantum,ſed etiam ſubſtantia mutabili dependere.Reprehendit & Anaxa-
goram,quòd cum inter mentem & corpora non poſuerit animam,compulſus fuerit naturales effectus non ab intelligen-
tia per animam,ut pars eſt,diſponi:ſed elementali potius natura contingere.Aſſerit uero hic, quemadmodum in Timæo
atq; Phædone,omnia ſiue per mentes angelicas,ſiue per animas, ſiue per corpora fieri dicatur, præcipue uoluntate diui-
na boni gratia fieri.

PLATONIS LEGVM, SIVE DE LEGVMLATIONE, DIALOGVS XII.

Legatio falſo obita

SI quis uelut legatus aut præco apud aliquam ciuitatem, mentiendo contra ciuitatem,falſam legationem obierit:aut dum mittitur,non ue ras legationes ob quas mittitur denunciat:aut rurſus ab hoſtibus, aut etiam amicis,legatus aut præco rediens,non rectè ab illis legationem renunciaſſe compertus fuerit: contra hos actiones inſtituantur, uelut qui in Mercurij & Iouis legationibus & mandatis impiè ſe geſſerunt. Apud iudices autem æſtimatio fiat,quid pati aut perſoluere damnatum oporteat. Furtum equidem pecuniarum illiberale eſt,rapina uero impudens. Iouis autem filius nullus neq; dolis,neq; ui delectatus,alterutrum horum ſtudio habuit. Nemo igitur à poetis,aut alijs quibuſdam erroneis fabulatoribus,circa talia decipiatur ac perſuadeatur,ut dum furatur aut uim infert, nihil turpe ſe facere putet, ſed ea quæ ipſi dij faciunt. Neq; enim uerum,neq; ueriſimile eſt,ſed quiſquis tale quid iniquè facit,neq; deus, neq; deorum filius eſt.Hæc uero legislatori magis cognoſcere cõuenit, quàm omnibus poetis. Qui igitur noſtro ſermoni fidem habet,felix eſt,& in omne tempus felix erit.Qui uero fidem non habet,cum tali quadam lege deinceps pugnet.Si quis publicum quid furetur, id aut paruum,eadem pœna opus eſt.Qui enim paruum quid furatur,eadem quidẽ cupiditate,ſed minore facultate furatur.Et qui maius quid mouet quod non depoſuit, in totum iniuſtè facit.Lex igitur neutrum altero minus,iuxta furtiexilitatem,puniendum cenſet,ſed iuxta hoc quòd alter fortaſſis adhuc ſanari poteſt, alter non poteſt. Proinde ſi quis peregrinum aut ſeruum furti publici in iudicio cõuicerit,ei uelut ſanabili, prout conſentaneum eſt,quid pati aut quam multam perſoluere oportet,iudicio decernatur. Ciuem autem & qui educatus eſt,uelut educandum inſtituimus,ſi patriam deprædans aut uiolans deprehendatur,ſiue in ipſo furto,ſiue ſecus,ferè uelut incurabilem, iudiciũ morte plectat. Expeditionum & apparatus militaris gratia, & multæ deliberationes,& multæ leges meritò fiunt.Maximum uero hoc eſt, ut ne que mas, neque fœmina ulla, ſine principe qui imperet,ſit: neque ullius anima adſueſcat, neque ſeriò, neque per luſum,ut quis ipſe à ſeipſo quid ſingulatim faciat,ſed tum in omni bello,tum in

Militares leges

pace,ſemper ad principem reſpiciat,& ipſum ſequẽs uiuat,ut etiam in minimis ab illo gubernetur:nimirũ ut & ſtet quum ille iubet,& progrediatur:& ſe exerceat,& lauet,& cibum capiat,& noctu ad cuſtodias & præcepta ſurgat, & in ipſis periculis neque alium perſequatur,neq; alij cædat,abſq; principum ſignificatione.Et in ſumma ut neq; cognoſcat,neq; omnino ſciat,quomodo animum ſuum adſuefaciat,ut ſeorſum ab alijs quid faciat, ſed ut gregatim ſemper & ſimul cõmunis uita quàm maximè ab omnibus degatur.Nam eo neque eſt, neq; unquam erit præſtabilius,aut melius,aut artificioſius quicquam,ad ſalutem & uictoriam in bello cõſequendam.Hoc etiam in pace ſtatim à pueris meditandum eſt, ut & alijs imperemus, & alijs ſubditi ſimus. Rebellio uero ex omni omnium hominum uita eximenda eſt,& ex beſtijs quę ſub hominibus ſunt.Et ſanè etiam omnes choreæ ita ducendæ ſunt,ut ad res rectè in bello gerẽdas reſpiciant,& eorundem gratia omnis promptitudo ac facilitas paranda eſt:tolerantię item ciborum ac potuum & frigorum,& his contrariorum,& duri cubilis: & quod maximum eſt, capitis & pedum facultas corrumpenda non eſt alienorum uelaminum integumentis,ita ut propriorum pileorum & calceamentorum ortum & naturam amittamus. Hæ enim extremæ corporis partes ſunt,quæ ſi conſeruentur,maximã uniuerſo corpori uim exhibent,& contrà,contrariam:& altera quidem ſeruiliſſima pars uniuerſo corpori eſt,altera uero principaliſſima,quæ omnes principales ipſius ſenſus ex natura habet. Et hanc quidem uitæ militaris laudẽ iuuenis audire ſe oportere putet,leges autem has. Qui delectus eſt,aut in parte aliqua conſtitutus,militet. Si uero quis ex malicia quadam deſiciat,belli ducibus non dimittentibus ipſum,deſertæ militiæ actione accuſetur apud militares magiſtratus,quum ab expeditione redierint. Iudicent autem eos qui militarunt ſingulos,ſeorſum & armatos,& equites,& reliqua in hoſtili regione ſingula eodẽ modo.Et perducantur armati quidem ad armatos,equites autem ad equites,& alij eodem modo ad ſuos contubernales.Si uero quis cõdemnatus fuerit,ei nũquam ad certamen rei fortiter gerendæ accedere licet,neq; alium deſertæ militiæ accuſare,neq; actionẽ de his aduerſus aliquẽ inſtituere.Ad hæc uero inſuper iudicium æſtimationẽ faciat, quid ipſum pati aut perſoluere oportet. Deinceps autem poſtquã militiæ deſertæ actiones dijudicata fuerint,principes rurſus ſingulorum horum cœtum colligant,& de uictoriæ præmijs iudicetur quicunq; uoluerit inter ipſorum ordines,ut de ſuperioribus bellis nihil afferat,neq; argumenta,neq; teſtantium ſermonum confirmationes adducat,ſed de ipſa tunc facta ab ipſis expeditione.Sit autem uictorię præmium ſingulis corona ex oleæ fronde.Hanc autem in militarium deorum templis,quibuſcũq; quis uoluerit, cum inſcriptione dedicet,in rei fortiter geſtæ teſtimonium per omnem uitam.Ita & qui ſecunda & tertia præmia tulerunt.Si uero quis militauerit quidem, ſed principibus non abducentibus,ante tempus domum uenerit,deſerti ordinis actio aduerſus ipſum inſtituatur, apud eoſdem apud quos deſertæ militiæ actio inſtituta fuit, & condemnato cædem pœnæ conſtituantur quæ prius conſtitutæ ſunt.Oportet itaq; in omni iudicio ferendo quemuis uirum uereri,ut non falſam pœnam inducat, neq; uolens neq; inuitus quoad fieri poteſt.Virgo enim pudoris iudicium & dicitur,& reuera dictum eſt. Meridacium autẽ pudori & iudicio ex natura odioſum eſt.Proinde tum in alijs uereri oportet,ne in iudiciũ delinquamus, tum præcipuè in armorũ in bello abiectione, ne quis à neceſſarijs abiectionibus aberrans,ipſas uelut turpes, probroſas ducat, & indigno indignas pœnas irroget.Neutrum equidem horum diſtinguere facile eſt,& tamen legem conari oportet,ut quodammodo particulatim diſtinguat.Fabula itaq; ad hoc utentes ſimul ita dicamus.Si Patroclus abſq; armis in tentorium deportatus adhuc ſpiraſſet,ue lut ſanè innumeris contigit:prius uero illa Pelidæ arma,quæ poeta à dijs Thetidi in dotem in nuptijs data eſſe dicit, Hector habuiſſet: licuiſſet ſanè improbis eius temporis Menœtij filio armorum obiectionem exprobrare.Sunt autem & qui de rupibus præcipitati arma perdiderunt,& qui in mari & tempeſtatibus,multa aquarum inundatione derepẽtè ipſos corripiente: & innumera huiuſmodi poſſet quis in ſolatium afferre, ut malum calũniæ expoſitũ exornaret. Diſtinguere itaq; pro uiribus oportet maius & grauiſſimũ malum à cõtrario.Ferè igiſ inter opprobria diſtinctionẽ quandã habet horũ nominũ illatio. Scuti enim proiector nõ quiuis meritò nominari poteſt,ſed armorũ amiſſor

Principis obſeruatio

Rebellio damnata

Deſertæ militiæ actio

Armorũ abiectionis diſtinctio

Universidad de Deusto
Biblioteca

amissor. Non enim similiter proiectores haberi possunt, & cui arma ablata sunt, post illas uiolentias, & qui ultrò dimisit, sed tota res per omnia diuersa est. Sic igitur lege sanciatur. Si quis deprehensus ab hostibus, & armis indutus, se non cõuerterit, & repugnauerit, sed ultrò dimiserit illa, aut proiecerit, turpem uitã cum uelocitate magis arripiens, quàm pulchram & felicem mortem cum fortitudine: huius quidem armorum abiectionis actio sit aduersus eos qui proiecerunt, superius autem relatæ, consideratione iudex negligat. Timidum enim & ignauũ semper punire oportet, quo melior fiat, non infortunatum. Nullus enim hinc profectus emergit. Quæ igitur cõmoda fuerit pœna ei, qui huiusmodi armorum ad defensionem paratorũ uim in contrarium proiecit? Non enim possibile est homini, ut ipsum in contrariũ permuret, uelut Deum aliquando fecisse dicunt, & Cœnea Thessalũ ex muliere in uirilẽ naturã mutasse. Esset enim uiro scuti proiectori uel maximè omniũ decora, contraria illi generis permutatio, ut pœna huic irrogaretur, quæ ipsum ex uiro in fœminã transmutaret. Nunc autem quod proximũ est, ut tæ cupiditatis gratia, quo per reliquã uitam non periclitetur, sed lõgissimo tempore uiuat, ignauus & obprobrijs expositus, hoc modo de his lex sanciat. Quicunq; uir condemnatus fuerit, uelut qui militaria arma turpiter abiecit, eo neq; aliquis exercitus imperator, neq; alius unq; belli princeps, uelut uiro militari utatur, neq; in ullum aliquem ordinem constituat: sin minus, rationum exigendarũ iudex mulctet ipsum, si quidem maximi census fuerit is qui ignauũ in ordinem constituit, mille drachmis: si uero secundi, quinq; minis: si tertij, tribus minis: si quarti, una mina. Qui uero condemnatus est armorum abiectionis, supra hoc q; iuxta naturã suam à uirilib. periculis liber dimittitur, insuper mercedem persoluat, mille quidem drachmas, si maximi census fuerit: quinq; uero minas, secundi: tres, tertij: minam unam, quarti: eodem modo uelut superiores. At uero de reposcendis magistratus gesti rationib. quæ oratio satis decora à nobis haberi poterit, cùm fiant magistratus, alij quidem secundũ sortis fortunã in annũ, alij uero in plures annos, & ex prælatis ac delectis? Talibus itaq; quis rector ac corrector suffecerit? Si enim quis ex ipsis aliquid obliqui dixerit, aut fecerit, tum pr̃e magistratus onere, tum ex uirium suarũ ad magistratus dignitatẽ defectu inclinatus: nullo quidẽ modo facile est inuenire magistratũ, eis qui magistratus gesserunt uirtute superiorẽ, attamen conandũ est ut diuinos quosdã rectores ac correctores cõperiamus. Sic igitur res se habet. Mul-

Solutionis rerum occasiões

tæ soluendæ reipub. occasiones sunt, quemadmodum nauis aut animalis cuiusdam, hæ quas funiculos, & cinctus, et neruos, & lora, multis nominibus appellamus, cùm sit una natura multis locis transmissa ac constricta. Vna uero hæc nõ minima occasio est, ut & seruetur, & dissoluta pereat respub. Si enim hi qui magistratus regunt ac corrigunt, meliores illis fuerint, & hoc cum iudicio irreprehenso, de quo nemo queri possit, tota ciuitas & uniuersa regio sic floret, & felix est. Si uero aliter gesti magistratus ratio reposcit, tunc soluto iudicio quod omnia ciuilia negocia in unum constringit, hoc modo omnis magistratus diuellitur, & alius ab alio separat, & non amplius in idem conueniunt, sed ex una ciuitate multas faciunt, & seditionibus replent, & breui pereunt. Quapropter

Rectores et rationum exactores

oportet rectores & rationum exactores in omni uirtute admirandos esse. Próinde tali quodam modo ad ipsos constituendos utamur. Singulis annis post solis conuersiones ex æstate ad hyemem, conuenire oportet totam ciuitatem, in publicum Solis & Apollinis templum, ut quisque Deo tres uiros designet, prout quenq; penitus optimum putat, seipso excepto, non pauciores quàm quinquaginta annos natum. Ex electis autem quos plurimi protulerint, dimidia pars deligatur, si pares fuerint: si uero impares, unus detrahatur, cui paucissima suffragia obtigerint: relinquatur autem dimidia pars, multitudine suffragiorum secreta. Si uero aliquibus paria suffragia contigerint, & dimidium numerum excesserint, quod excedit, detrahatur secreta iuuentute. Alij deinde rursus secreti auferantur, donec tres impares remanserint. Si uero omnibus aut duobus paria suffragia contingant, fato ac bonæ fortunæ re permissa, sorte distinguant uictorem, & secundum ac tertium, eosq; oleæ fronde coronent, & rei optimè gestæ præmio omnibus dato pronunciẽt, & per præconem edicant; Quòd Magnetum ex Deo rursus salutem adepta ciuitas, designatos suos Solí uiros optimos tres, primitias secundum ueterem legem, Apollini & Soli communes consecrat, quandiu iudicium sequuntur. Hi uero primo anno

mo anno duodecim rectores & rationum exactores designent, donec quisq; quintum & septuagesimum annum attigerit. De cætero uero tres semper accedãt singulis annis. Hi omnes magistratus in duodecim partes diuisos, omni exploratione utentes exquirant. Habitent autem quandiu rationem exigunt, in Apollinis & Solis templo, in quo electi fuerunt. Et postquam partim quisq; priuatim, partim etiam in communi inter se, iudicium de his qui magistratus gesserunt, peregerunt, ciuitati denuncient, literis in foro propositis de unoquoq; magistratu, quid pati aut persoluere oportet, secundum exactorum rationum sententiam. Quicunq; uero magistratus se iustè iudicatum esse negauerit, ad electos iudices perducat exactores: & si quidem absolutus fuerit, ipsos exacto res accuset, si uoluerit: si uero damnatus fuerit, & antea ab exactoribus ad mortẽ condemnatus fuit, uelut necesse est, simpliciter moriatur. Ex alijs autem mulctis, quas duplas persoluere poterit, duplas persoluat. At uero de horum ipsorum magistratu & honoribus operæ precium est audire qui nam erunt, & quo modo. Viuentibus igitur his, qui ab uniuersa ciuitate rei optimè gestæ præmijs digni iudicati sunt, primi consessus in omnibus publicis conuentibus dentur. Deinde si quando ad communia Græcorum sacrificia & spectacula, & alia communia sacra, aliqui mitti debent, ex his singulorũ spectaculorum principes mittãtur. Et hi soli lauri corona in ciuitate ornati sint: Et omnes quidem sint sacerdotes Apollinis & Solis, Summus autem pontifex unus per annum, qui primus iudicatus est ex his qui illo anno sacerdotes fuerũt, & huius nomen perseri-

Annorum numerus iuxta pontifices

batur per annum, quo mensura numeri temporis sit, donec ciuitas habitatur. Vita uero defunctis propositiones & elationes & loculi ab alijs ciuibus diuersi sint, & totum quidem uestitum album habeant, sed absq; luctu & lamentationibus fiant. Chorus autem adsit puellarum quindecim, & alter masculorum totidem, qui utriq; stent circum feretrum, & hymnum factum in laudem sacerdotum ex parte uicissim canant, beatum per cantilenam prædicantes per totum diem. Manè uero ad sepulchrum ferant ipsum feretrum centum ex gymnasijs iuuenes, quos cognati defuncti ad hoc delegerint. Primi uero præeant iuuenes, singuli militari habitu induti, equites quidem cum equis, armati uero cum armis, & alij eodem modo. Pueri uero circum feretrum priores patrium cãtum concinnant, & puellæ posterius sequentes, & mulieres quæ non amplius liberos pariunt. Postea sacerdotes utriusq; sexus, etiamsi ab alijs sepulturis prohibeãtur, uelut puram hanc sepulturam sequantur, si etiam Pythiæ oraculum ita & hoc modo consenserit. Sepulchrum autem ipsis sit, elaboratus fornix oblongus ex lapidibus præstantibus, & quoad fieri potest nõ senescentibus, qui habet loculos inter se uicissim compositos. Hic beato illo posito, & aggere obruto, arborum nemus circumcirca plantabunt, una solum parte excepta, quo plures loculi addi possint, qui in omne tempus non deficientem his qui conduntur, terræ cumulum habeant. Singulis autem annis certamen Musices, & gymnicum, & equestre ipsis constituent. Tales itaq; sunt honores eorum qui inculpatè rationem à magistratibus exegerunt. Si uero quis ex ipsis in eo quòd electus est confisus, humanam naturam declarauerit, ut malus fiat post electionem, lex præcipiat, ut quicũq; uelit, ipsum accuset. Actio autem in iudicio fiat tali quodam modo. Primum quidem legum custodes adsint in hoc iudicio. Deinde ex his ipsis exactorib. qui

Rationum exactores accusati

adhuc uiui supersunt, & ad hos electorum iudicium. Qui uero accusat eum quem accusat, hac actione impetat. Indignũ esse hunc & hunc, tum rei optimè gestæ præmijs, tum magistratu. Et si quidem reus damnatus fuerit, priuetur magistratu, & sepultura, & alijs attributis ipsi honoribus. Si uero accusator quintam suffragiorum partem non habuerit, persoluat qui maximi census est, minas duodecim: qui secundi, octo: qui tertij, sex: qui quarti, duas. Porrò Rhadamanthus circa causas iudicãdas admiratione dignus est, eo quòd eius æui homines manifestè deos esse putare conspexit, meritò sanè, quum eo tempore mult ex dijs geniti essent, quorum unus & ipse erat, uelut fama refert. Videtur itaq; in ea sententia fuisse, nulli homini iudicia cõmittere oportere, sed dijs. Vnde simplicia & uelocia iudicia ab ipso peragebantur. Proposito enim in singulis controuersijs iureiurando his qui litigabãt, breui & securè ipsos dimittebat. Nunc autem quum pars hominum omninò deos esse non putet: alij uero ipsos curam nostri non gerere sentiãt: Plurimorum autem & pessimorũ opinio sit, quòd dum exigua sacrificia, & multos cultus illis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus illis exhibent, simul etiam multas pecunias auferunt, & magnis pœnis seipsos exoluunt: non amplius nostri temporis hominibus conuenerit illa Rhadamãthi in iudicijs ars. Transmutatis igitur inter homines opinionibus de dijs, etiam leges transmutare oportet. Nam in causarum actionibus, oportet leges quæ cum intelligentia feruntur, admere iusiurandum ab utrisq; aduersarijs, & eum qui alicui iudiciũ dictat, actionem scribere, iusiurandum autem non iurare: & eum qui postulatus est, eodem modo negationem libello conscriptam magistratibus tradere, citra iusiurandum. Horrendum enim est quum multa iudicia in ciuitate fiant, id probè nosse, parũ abesse ut non dimidia ipsorum pars peierarit, dum in cõmunibus conuiuijs inter se facile conuersantur, itemq; in

Iusiurandum quibus deferendum

alijs congressibus, & priuatis singulorum conuentibus. Lex itaq; cõstituta sit, ut iudex quidem qui iudicaturus est iuret, & is qui magistratus publicos constituit, per iusiurandum, aut per calculorum lationem, ut a sacris eos ferat, hoc semper facere debet. Sed & chororum ac totius Musicæ iudex, & gymnicorum ac equestrium certaminum præfecti & præmiorum distributores, & omnium eorum quæ lucrum non ferunt, iuxta hominum opinionem, ei qui peierat. Quæ uero neganti & abiuranti magnum lucrum manifestè afferre uidentur, in his per causarum actiones, absq; iureiurando omnes litigantes iudicentur. Et in summa præsides iudiciorum in agendis causis non permittant, neque

Causarũ actionis modus

ut quis cum iureiurando dicat, persuadendi gratia, neq; ut seipsum & genus suum detestetur, neq; ut supplicationibus indecoris, & cõmiserationibus muliebribus utatur: sed ut in eo quod iustum est, docendo & discendo, cum commoda dictione semper perseueret. Sin minus, tanquam qui extra propositũ dicat, magistratus semper rursus ad sermonem de re proposita reducant. At externo ad externũ ueluti nunc liceat, ut si uelint, alter ab altero iusiurandum suscipiat, & det firmiter. Non enim consenescent, neq; nidificant in ciuitate, ut timendum non sit, ne alios dominos regionis exhibeant suos alumnos. Eodem modo & in causis agendis iudicium omnibus inter se sit, in quibus liber aliquis ciuitati non paret, quæ neq; plagis, neq; uinculis, neq; morte digna sunt. De accessionibus porrò ad choreas, aut pomparum deductionibus, aut alijs quibusdam eiusmodi celebritatibus, aut rerum sacrarũ administrationibus circa sacrificia pacifica, uel tributorum militarium gratia: in omnibus huiusmodi medicus sit prima pœnæ necessitas. Non obedientibus autẽ pignoris exhibitio his quibus ciuitas simulq; lex exactionem demandarit. Eorum uero qui pignorum exhibitionibus non parent, pignora uendere liceat, ut numisma ciuitatis fiat. Si uero pœna ampliore opus habeant, magistratus singuli nõ parentibus debitas pœnas irrogent, & ipsos ad iudiciũ perducant, donec id quod imperatum est, faciant. At uero ciuitati quæ neq; quæstum facit, præterquã ex agricultura, neq; mercaturam exercet, ita ut extra regionem proficiscatur, & externos aliunde excipiat: necesse est consilium datum esse, quid facere debet. De his igitur legislatorem consilium dare oportet, primùm quoad fieri potest persuadendo. Soleat ciui

Cõmercia cum externis ciuitatibus

tatum in commercijs permixtio, uarios mores ciuitatibus ammiscere, dum externi externis uicissim nouationes inducunt, quæ res ciuitatibus per rectas leges bene institutis maximum detrimentum affert. In plurimis autem ciuitatibus, utpote nequaquã bonis legibus utentibus, nihil refert, misceanẽ nec ne, & an suscipiant ipsi externos, aut ipsi alijs ciuitatibus petulanter se ingerant, si quis ad externos quocunq; & quandocunque proficisci, siue senior, siue iuuenis, cupiat. Rursus autem neq; alios suscipere, neq; ipsos aliò proficisci, omninò quidem fieri non potest, insuper autem agreste & crudele alijs hominibus uidebitur, qui & grauibus appellationibus ipsos impetent, & hospitum expulsores uocabunt, & moribus contumacibus ac morosis præditos, uelut sanè consentaneum est. Oportet autem nunquã uilipendere, an boni esse, aut secus alijs uideamur. Non enim quantum à natura uirtutis plerique aberrant, tantum etiam prauí & improbi à iudicio de alijs aberrant: sed diuinum quiddam, & solers sagacitas etiam malis adest. Quare multi etiam ex ualdè malis, & sermonibus & opinionibus, meliores & deteriores homines probè distinguunt. Próinde præclara ad multas ciuitates exhortatio est, ut multis rebus præferant bonam existimationem. Nam rectissimum & maximum est, ut is qui uerè bonus est, sic celebrem uitam uenetur: aliter autem nequaquã, si quis perfectus uir esse uolet. Et sanè etiam ciuitati, quæ in Creta conditur, decorum fuerit, ut opinionem

nionem uirtutis pulcherrimam ac optimam apud alios homines sibi comparet. Maxima uero spes est ipsam ex consentaneis, siquidem secundum rationem fiant, paulò post uisuram esse Solem & reliquos deos, in ciuitatibus & regionibus quæ bonis legibus utuntur. Hoc igitur modo leges condere oportet de peregrinatione ad alias regiones & locos, & de externorũ susceptione. Primum quidem iuniori infra quadraginta annos, non liceat ullo modo peregrinari. Insuper etiam priuatim nulli, publicè uero liceat præ-

Peregrinationis leges

conibus aut legatis, aut etiam quibusdam speculatoribus. Cæterũ profectiones ad bellum & militiam, non inter ciuiles peregrinationes referendæ sunt. Sed ad Pythiũ Apollinem, & ad Iouem in Olympiam & Nemeam & Isthmum mittendi sunt, qui sacrificiorum & certaminum his deis institutorum participes fiant. Mittendi autem sunt quãtum fieri potest plurimi, & præstantissimi ac optimi, qui efficient ut in sacris & pacificis conuersationibus ciuitas clara uideatur, & consimilem militiæ existimationem suis comparabunt: Reuersi uero domum docebunt iuuenes, aliorũ de republica leges suis esse posteriores. Spectatores autem alios tales quosdam emittere oportet, quos legum custodes dimittãt: Si qui ex ciuibus cupiuerint aliorum hominũ negocia per amplius quoddam ocium spectare, nulla lex hos prohibeat. Nam quæ imperita est ciuitas, & cũ malis

Speculatores morum aliorũ

ac bonis conuersationẽ non habuit, nunq; satis mansueta & perfecta esse potest: neque rursus leges conseruate, si absq; intelligentia, mores solum ad illas accommoder. Sunt enim inter multos semper aliqui diuini homines non multi, sed quorum cõsuetudo magni facienda est, & qui nihil magis in ciuitatibus bonis legibus institutis, quàm in alijs nascuntur. Horum uestigia per mare & terras semper sequi debet, qui in bene institutis ciuitatibus habitat, & inde profectus est, ut quærat qui incorruptus sit, & reuersus partim confirmet leges quæ rectè suis sancitæ sunt, partim corrigat, si quid omissum est. Nam sine hac speculatione ac inquisitione, nunquam perfecta manet ciuitas, neq; si malè ipsam considerabunt. CLIN. Quomodo igitur ambo fieri poterint? ATHEN. Hoc modo. Primũ quidem talis speculator plures quàm quinquaginta annos natus sit. Deinde ex claris tum aliàs, tum in re militari natus sit, si legum custodũ exemplum in alias ciuitates transferre debet. At sexaginta annos egressus, non amplius speculatum exeat. Postquam autem de decem annis quot uoluerit, speculatus fuerit, domum reuersus, in cõuentum accedat eorum qui leges expendunt. Hic autem sit ex iuuenibus & senibus permixtus, qui quotidie necessariò conueniant, à matutino tempore usq; ad Solis exortum. Primùm quidem sacerdotes qui rei optimè gestæ præmia acceperunt. Deinde legum custodes decem, qui semper primas tenent. Et insuper totius disciplinæ curator recens, & qui ab hoc magistratu discesserunt. Quisque uero horum non solus, sed cum iuuenem eat, à triginta usque ad quadraginta annos, ita ut placentem sibi assumat. Horum couersatio & sermones semper de legibus sint, tum propriæ ciuitatis, tum si alibi quid audiant de talibus diuersum: Et sanè etiam de disciplinis, quæ ad hanc cõsiderationem conferre uidentur, & quæ efficiunt ut ei qui ipsas didicit, legum tractationes euidentiores fiant: ei uero qui illas non didicit, obscuriores & minus claræ uideantur. Quas autem ex his seniores approbauerint, eas iuniores omni studio discãt. Quòd si quis ex adductis indignus esse uidebitur, totus conuentus succenseat ei qui ipsum adduxit. Qui uero ex his iuuenibus approbantur, eos reliqua ciuitas obseruet, & ad ipsos respiciat: Si uero multis è uulgo euaserint deteriores, magis ipsos quàm alios ignominia afficiat. Ad hunc itaq; conuentum, is qui speculatum aliorum hominum leges abfuit, reuersus statim accedat: & si quos sententiam aliquam de legum latione, aut disciplina, aut educatione habere comperit, denarret: Imò si etiam ipse aliqua meditatus fuerit, uniuersæ congregationi communicet. Et si neq; deterior, neque melior redijsse uisus fuerit, uehementis saltem promptitudinis ergò laudetur. Si uero multò melior, multò magis & uiuus laudetur, & uita functum honoribus conuenientibus, omnis congregatio prosequatur. At si corruptus redijsse uisus fuerit, cum nemine neq; iuuene, neq; seniore conuersetur, ut sapientẽ se esse simulet. Et siquidem magistratibus paruerit, priuatus uiuat: sin minus, moriatur: itemq; si in iudicio condemnatus fuerit, ut qui circa disciplinam et leges, non pertinente ad se cura se implicet. Si uero dignum qui ad iudicium pertrahatur, nullus magistratus adducat, obprobrium magistratibus reseruetur ad præmiorum

Peregrinantis examinatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

rei optimè gestæ iudicium. Qui igitur peregrè è ciuitate proficiscitur, sic & talis proficiscatur: Qui uero aliunde accedit, eum post hunc benignè excipere oportet. Quatuor autem sunt externorum genera, de quibus aliquid dicendum est. Primum itaq; semper & penitus æstiuum, plerunq; per æstatem apud alios degens, uelut uolucrũ genus, magna ex parte & ipsum per mare uelut uolans, lucri gratia mercaturam exercens, relato anni tempore deuolat ad alias ciuitates. Hoc foro & portubus, & publicis ædibus, extra ciuitatem ad ipsam urbem excipere oportet, ita ut constituti ad hoc magistratus obseruent, ne quis talium hospitũ noui aliquid moliatur: & iudicia ipsis rectè distribuant, & in necessarijs quidem, sed rarissimè ipsorum consuetudine utantur. Secundus autem externis reuerà oculis spectator est, & Musarum spectacula auribus excipit. Cuiuis itaque tali diuersoria iuxta templa esse oportet, hospitijs commodis ad excipiendos homines constructis. Et talium curam sacerdotes & ædituos suscipere ac habere oportet, quo moderato tempore permaneant, uisisq; ac auditis his quorum gratia uenerũt, sine suo & aliorum detrimento discedant. Iudices autem ipsorum sint sacerdotes, si quis aliquem ex ipsis iniuria afficiat, aut horum aliquis alium quẽdam, in his quorum mulcta intra quinquaginta drachmas continetur. Si uero maior fuerit controuersia, apud ædiles iudicium talibus esse oportet. Tertium uero externum publicè excipere conuenit, qui ob publicum quoddam negocium ex alia regione aduenit, & à solis exercitus ducibus, & magistris equitum, & tribunis militum excipiendus est: & talium cura soli illi cum Prytanibus suscipienda est, ad quem ipsorum aliquis ad hospitium diuertit. Quartus autem aliquando quis uenire poterit, sed rarò. Si igitur aliquando quis uenerit nostris spectatoribus similis ex alia regione, primum quidem non sit infra quinquaginta annos natus. Deinde si quid pulchri uidere cupit, ex his quæ in alijs ciuitatibus pulchritudine excellunt: aut etiam alteri ciuitati specimen sui edere: quiuis talis immissus ad diuitum & sapientũ fores accedat, uelut qui alter talis sit. Quare ad eius qui uniuersæ disciplinæ curam gerit, domum accedat, confidens iustè se hospitem esse in eiusmodi hospitio, quod domus est alicuius ob uirtutem uictoriam consecuti. Postquam autem quorundam ex his consuetudine usus est, ut quædam docuerit: quædam didicerit, discedat amicus ab amicis, muneribus & honoribus decentibus honoratus. His itaque ergibus omnes externos & externas ex alia regione excipere oportet, & nostros emitte re, in Iouis hospitalis honorem: & non cibis ac sacrificijs hospites fugare, quemadmodum nunc Nili alumni faciunt: neque agrestibus edictis exteros repellere. Fideiussionem quam quis præbet, expresè præbeat, uniuersam rem cum cautione promittẽs, & coram testibus non minus tribus, si intra mille drachmas res æstimetur: si uero ultra mille, non paucioribus quàm quinque. Fideiussor etiam sit, qui quodcunq; uendit pro alio, qui non iure uendit, aut etiam nequaquam fide dignus est. Reus autem sit etiam qui alterius nomine uendit, quemadmodum uenditor. At uero si quis apud quemcunque deprehendere quid uelit, nudus aut tunicula tectus, discinctus, iureiurãdo per legitimos deos præstito, quòd se inuenturum esse sperat, ita inquisitionem faciat. Ille uero domum exhibeat, ut & obsignata & non signata perscrutetur. Si uero quis perscrutari uolenti, id facere non permiserit, is qui prohibetur æstimatione rei quam quærit, facta illum accuset. Si uero condemnatus ille fuerit, duplum rei æstimatæ rependat. Si uero dominus domus peregrè profectus fuerit, quæ quidem obsignata non sunt, ab inhabitantibus ad perscrutandum exhibeantur: Obsignata uero itidem ipse obsignet, & quemcunq; uoluerit custodem ad quinque dies constituat. Si uero ampliore tempore abfuerit dominus, assumptis urbis curatoribus, ita inquirat, & soluat etiam obsignata, sed rursus cum domesticis & urbis curatoribus obsignet. In rebus de quibus ambigitur, terminus temporis præscriptus sit, ad quem si quis rem possederit, non amplius liceat litem intendere. De ædibus quidem & agris hoc modo cõtrouersia non est: sed de alijs rebus si aliquã quis possederit, & in urbe ac foro & templis, illa uti uideatur, & nemo illam inuadat, sed quærere quis per hoc tempus dicat. Ille uero nõ occultet, sed manifestè utatur: si ita quis quamcunq; rem per annum possederit, alter autem in quærendo perstiterit: talem rem nulli liceat præterito anno inuadere. Si uero non in urbe, neq; in foro utatur, sed in agris manifestè, & in quinq; annis nemo illam offendat, quinquenio exacto

Externorũ genera quatuor

Fideiussionum leges

nio exacto non liceat de cætero cuiquam ipsam inuadere. At si in domo & urbe quis illa utatur, triennium præfinitũ sit. Si uero in agris in occulto illam possideat, decem anni præscripti sint. Si uero in alia regione quocunq; tempore prius rem quàm suam esse putat, inuenerit, nullum eius occupãdæ tempus præfinitum sit. Si quis aliquem ad iudicium accedere per uim prohibuerit, siue ipsum, siue testes, si quidem seruum, siue suum, siue alterius, imperfectum & irritum sit iudicium: si uero liberum, & imperfectum sit iudicium, & per annum in uincula conijciatur, & reus plagij sit, quicunq; ipsum accusare uoluerit. At si quis aduersarium in gymnico, aut musico, aut aliquo alio certamine futurum, per uim prohibuerit ut ne accedat, is qui uult accedere, ad certaminum ac munerum præsides referat. Illi uero decertare uolentem, liberum ad certamen dimittãt. Si uero hoc efficere non potuerint, siquidem is qui decertare prohibuit, uicerit, uictoriæ præmia prohibito dent, & uictorem in quibuscunq; uoluerit templis scribant. Ei uero qui prohibuit, non liceat ullam statuam, aut inscriptionem huius certaminis unquam ponere. Siue autem in certamine uictus fuerit, siue uicerit, damni dati reus sit. Si quis furtũ quodcunq; sciens susceperit, in eodem crimine hæreat, quo ille qui furatus est. At profugi susceptio morte plectatur. Eundem amicum & inimicum ciuitati quiuis censeat. Si uero quis priuatim cum aliquibus pacem facit. aut bellum suscipit, absq; reipublicæ consensu, morte etiam hic plectatur. Si uero pars aliqua ciuitatis pacem fecerit, aut bellum aduersus aliquos susceperit, autores huius rei exercituum duces ad iudicium pertrahant, & condemnatus morte plectatur. Qui patriæ in aliqua re inseruiunt, absque donis inseruire eos conuenit. Nullus autẽ sit prætextus, neq; laudetur hic sermo: Quòd ob bona suscipere dona oportet, nõ autem ob mala. Nam ut quis cognoscat, & ubi cognouit, toleret, facile non est: Vt autem audiat, & obediat legi, non ob dona inseruiendum esse, securissimũ est. Qui uero non paret, simpliciter moriatur iudicio condemnatus. De pecuniarum in rempub. collatione, opus est multis de causis ut quisque opes suas æstimet, & ut tribules annuum fructum literis præscriptũ ad agrorum curatores deferant, quo ubi duæ sunt tributorũ collationes, respublica consultet utra singulis annis utatur, si uti uoluerit, siue totius census parte, siue reditu semper in annum proueniente, absq; his quæ ad conuiuia conferuntur. Deorũ porrò donaria ac statuas moderato modo mediocris uir ponere ac donare debet. Terra equidem et Vesta, ac focus domus aut habitationis, templa omnibus omniũ deorum sunt. Nemo igitur altero modo templa dijs consecret. Aurum uero & argentũ in alijs ciuitatibus, & priuatim, & in templis, inuidiosa possessio est. Elephas autem ubi corpus anima reliquit, nõ facile donarium est. Ferrum uero & æs, bellorũ instrumenta sunt. De ligno itaq; unico ac integro, & lapide similiter, quodcunq; donariũ quis uoluerit, ad publica templa dedicet. De textura uero non plus quàm menstruũ unius mulieris opus. Colores autem albi, tum alibi, tum in textura, dijs decori sunt. Tincturæ uero non adhibeãtur, quàm ad belli ornamenta. Diuinissima autẽ dona sunt uolucres & picturæ, quas in una die unus pictor absoluerit. Et reliqua donaria sint ad talium imitationem. Quandoquidẽ uero partes uniuersæ ciuitatis distinctæ sunt, quot & quas fieri oportet, & leges de commercijs quoad fieri potuit, maximis omnibus relatæ sunt, de cætero iudicia fieri opus fuerit. Iudiciorum primum est, in quo sunt iudices electi, quos & reus & actor in cõmuni elegerint, arbitrorũ magis quàm iudicum nomen decorũ habentes. Secundi uero iudices sunt, uicini & tribules, secundũ duodecimam partem diuisi. Inter quos si non in primis iudicati fuerint, maiori mulcta litigaturi progrediantur. Reus autem si secundo uictus fuerit, quintam partem æstimationis actæ litis persoluat. Si uero quis de iudicibus conqueratur, & tertiò litigare uoluerit, causam ad iudices selectos deferat. Et si rursus uictus fuerit, sesquiplum æstimatæ litis persoluat. Si uero actor in primis uictus nõ quieuerit, sed ad secundos iudices processerit, si quidem uicerit, quintam partem accipiat: uictus autem eandem partem persoluat. At si ad tertium iudiciũ peruenerint, superiorib. iudicijs reprobatis, reus quidem uictus, uelut dictum est, sesquiplum: actor autem dimidium persoluat. Electiones porrò iudiciorum, & perfectiones, & ministeriorũ singulis magistratibus constitutiones, & tempora in quibus singula fieri oportet: & de calculorum lationibus, & dilationibus, & omnia quæ circa iudicia fieri necesse est, & priorum ac posteriorum

Prohibitio iudiciorum

Malefactorum susceptores

Tributorum collationes

Iudiciorum formæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

actiones causarum, & respõsionum & condescensuũ necessitates, & omnia quæ his cognata sunt, diximus quidem etiam prius, sed pulchrum est quod rectum est etiam bis ac ter. Omnes igitur paruas & inuentu faciles leges, quas uetus legislator reliquit, iuuenẽ legislatorem explere oportet. Et priuata quidem iudicia si hoc modo fiant, mensuram suam habuerint: Publica uero & communia, & quorum usu magistratus singula ad se pertinentia gubernare oportet, sunt in multis ciuitatibus non indecora, neque pauca, à bonis uiris sancita: Vnde ea quæ decent rempublicam nunc nascentem, legum custodes componere debent collecta, ac correcta & experientia examinata, donec singula iusto modo posita esse uisa fuerint. Tunc autem fine imposito, & sic obsignatis, ut immota permaneant, per omnem uitam utantur. Quæ uero ad silentium iudicum, & laudes & contrarium pertinent, & quæ à multis, in alijs ciuitatibus, iustis & bonis & honestis euariãt, partim dicta sunt, partim adhuc ad finem dicentur. Ad quæ omnia iudex æquus futurus, in iudicio respicere debet, & scripta de ipsis adeptus discere. Omnium enim scriptorum præstãtissima sunt ea, quæ de legibus composita sunt ad hoc, ut is qui discit, melior fiat, si sanè rectè posita fuerint: alioquí frustrà diuina & admiranda lex menti ac intelligẽtiæ cognatum nomen haberet, ut νόμος uelut νοῦς appelletur. Et sanè etiam aliorum sermonũ qui & in poematis in aliquorum laudem aut uituperiũ dicuntur, & in soluta oratione siue scripti, siue in alijs omnib. quotidianis cõuersationib. per contentionẽ in ambiguitatẽ ueniunt, et aliquando etiam per concessiones admodũ uanas: horum omnium euidens examen sunt legislatoris scripta, quæ bonus iudex uelut aliorum sermonũ auxiliaria medicamenta in seipso habere debet, & his seipsum ac ciuitatem dirigere, ita ut bonis permansiones & incrementa eorum quæ iusta sunt, præparet: malis autem ex imperitia & intemperãtia & timiditate, & in summa ex omni iniustitia quoad fieri potest mutationẽ, quibus sanè curabiles sunt malæ opiniones: quib. uero reuera inuolutæ ac peruersæ, mortẽ ita affectis animis medelã irroget, id quod meritò sæpe dicitur. Tales enim iudices & iudicũ duces in omni ciuitate laude digni sunt.

Legum scripta præstantissima

Postquã uero annua iudicia dijudicata finem habuerint, leges ipsorũ has esse oportet. Primũ quidem magistratus qui iudex est, condemnati opes omnes uictori tradat, exceptis his quorũ necessaria est possessio, idq; statim post suffragiorũ lationẽ per præconẽ audientib. iudicibus. Postquã uero iudicialib. mensibus proximus accesserit mensis, si quis nõ submouerit uolens uictorẽ uolẽtem, magistratus qui iudex fuit, uincẽtis partes sequens, opes cõdemnati illi tradat. Si uero nõ fuerit unde solutio fiat, sed deficiat non minus q̃ drachma, non liceat huic ut ulli alij iudiciũ dicter, prius q̃ omne debitũ uictori persoluerit. Alijs aũt actiones aduersus hunc ratæ sint. Quòd si quis cõdemnatus, magistratui qui iudiciũ tulit, derogauerit, hi quib. ille iniustè derogauit, ad legum custodũ iudicium ipsum pertrahãt, & qui huius criminis cõdemnatus fuerit, uelut qui totã ciuitatem & leges corrumpit, morte plectatur. Próinde uiro qui post hoc natus est, & educatus, quicq; etiam ipse liberos genuit ac educauit, & cõmercia moderatè exercuit, & pœnas dedit, si quẽ iniuria affecit, itemq; ab alio exactas accepit, & cum legib. in sorte sua consenuit, finis secundũ naturam cõtingere poterit. At uero circa uita defunctos, siue masculus siue fœmina fuerit, quæ quidem erga deos legitima sunt, & tum inferos, tum terrenos perfici cõuenit, secundũ interpretũ responsa rata habeanť. Sepulchra uero sint in locis nulla parte cultis, & neq; magnũ, neq; paruũ aliquod monumentũ in cultis locis habeať. Qui uero loci ad hoc ipsum solũ naturam habẽt, ut defunctorũ corpora maximè citra molestiã uiuentiũ suscipiãt & occultent, eos explere cõuenit. Quos uero locos terra, quæ hominibus alimenti mater est, ex natura fertiles esse uult, his neq; uiuẽs, neq; mortuus quispiã aliquem ex nobis uiuentib. priuare debet. Agger aũt nõ effodiať altior aggestus, q̃ ut sit quinq; uirorũ opus, quod in quinq; diebus perficitur. Lapideæ uero columnæ imponanť, non maiores q̃ ut mortui encomia uitæ suscipiant, quæ quatuor heroicis uersibus sint compræhensa. Propositiones autem non longiori tempore intus fiant, quàm ut mortuus & reuera mortuus declaretur. Fuerit autem ferè moderata, uelut res humanæ se habent, tertia die ad monumentum elatio. Credere porrò legislatori oportet tum alia, tum si animam à corpore in totum diuersam esse dicit, & quod unumquenque nostrum in ipsa uita exhibet, hoc nihil aliud esse quàm animam: Corpus autem

Iudiciorum leges

Derogantes iudicibus

pus autem uelut spectrum singulos nos sequi, & nobis defunctis corpora mortuorum rectè dici simulachra esse. Eum uero qui quisq; noſtrum est, reuera immortalemesse, & animam cognominari, & ad alios deos abire, daturum rationem uelut lex patria docet, quod bonus quidem ualdè confidenter faciet, malus autem ualdè abhorrebit. Et ipsi uita defuncto non magnum quoddam auxilium cõtingere. Viuenti enim omnes cognatos opitulari oportuisset, ut quàm iustissimus & sanctissimus uixisset, & mortuus post hanc uitam pœnas peccatorũ effugisset. Quũ autẽ hæc ita se habeãt, nunquã rem familiarẽ perdere oportet, ita ut quis hũc cuius carnea moles sepelitur, præcipuũ suum esse putet, sed illum filium aut fratrem, aut quẽ maximè quis desiderans sepelire se putat: discessisse sorte sua perfecta ac impleta: in præsens autem bene facere oportere, ut moderatos sumptus faciat, uelut ad terrestrium aram à qua anima abest. Modum autem Legislator non indecenter coniectare poterit. Sit itaq; hæc lex. Si ab eo qui maximi sensus est, in omnem sepulturam non amplius quàm quinq; minæ insumãtur: ab eo qui secundi census est, tres minæ: qui secũdi, duæ: qui quarti, una: hæc iusta sumptuum mensura, fuerit. At uero legum custodes tum multa alia facere, & multorum curam suscipere necesse est, tum uero horum uel maximè, quo & puerorũ & uirorum & omnis ætatis curam gerant: & sanè etiam ad finem omnibus unus quidam legum custos præest, quẽ cognati eius qui defunctus est ad hanc curam delegerint: cui honestum sit, si quæ circa defunctum fieri debent, rectè & moderatè gerũtur: si non rectè, turpe. Propositio uero & reliqua secundum legem de his latam fiant. Talia autẽ ciuili legi ista sancienti concedere oportet. Lachrymas profundere ob mortuũ, aut secus, præcipere indecorum est. Lamentari & extra domum uociferari, interdicẽdum est. Et mortuũ in propatulum ad uias producere, prohibendum est, itemq; in progressu per uias ciulare, & ante diem extra ciuitatẽ esse. Hæc itaq; de his ita legitimè sancita habeanť, & qui his paret, extra pœnam sit: qui uero non paret uni legũ custodi, ab omnibus puniatur mulcta prout in communi omnibus usum fuerit. Reliquæ uero mortuorum sepulturæ, aut etiam sepulturæ exortes actiones, de parricidis & sacrilegis & omnibus huiusmodi, in superioribus per leges relatæ habentur. Quare legum latio ferè nobis finem habet. Omnium uero finis ferè non est facere aliquid, neq; acquirere, neq; constituere, sed ubi quis ei quod factum est conseruationẽ semper perfectè excogitauit, tunc iam putare quicquid factum esse oportuit, peractum esse: prius autem totum imperfectum esse. CLI. Rectè dicis ô hospes, Verum ad quid hoc quod nunc relatũ est dictum sit, adhuc clarius explica. ATHE. Multa in superioribus rectè dicta sunt ô Clinia, non minime uero parcarum nomina. CLI. Quæ ista? ATH. Quòd Lachesis quidem prima est, Clotho uero secunda, & Atropos tertia, cõseruatrix prædictorũ. Sunt enim assimilata hæc nomina ad naturam eorum quæ torquendo inuoluta sunt, & uim immutabilem èfficiunt. Quæ sane etiam ciuitati & reipublicæ, non solum sanitatem & salutem corporibus præparare oportet, sed etiam in animis legum bonitatẽ, imò potius legũ salutem. Mihi uero adhuc hoc legibus nostris deficere uidetur, quomodo immutabilem uim ipsis secundũ naturam accedere oportet. CLI. Non exiguum quid dicis, si quidem etiam fieri potest, ut inueniamus quomodo hoc cuiuis rei contingere possit. ATHE. Imò fieri potest, uelut nũc mihi penitus uidetur. CLI. Ne itaq; ullo modo desistamus, prius quàm hoc ipsum relatis legibus acquiramus. Ridiculũ enim est, frustrà in quãcunq; rem laborem impẽdisse, & nihil firmi cõstituisse. MEG. Rectè admones, & me talem reperies. CL. Probè loqueris. Quæ igitur salus cõtingere poterit, & quo modo, tum reipublicę, tum legibus nostris? ATH. Non'ne diximus cõuentum talẽ quendam in ciuitate fieri oportere? ex decẽ qui dem legum custodibus senioribus semper, omnes autem qui rei bene gestæ præmia acceperunt in eundem conuenire oportere, insuperq; eos qui ad inquisitionem peregrinati sunt, ut quid ad conseruandas leges cõmodum cognoscerent, ubi ad domum salui reuersi, ab his ipsis examinati digni uisi fuerint, ut in eius conuentus societatem admittantur. Ad hos uero unumquenq; oportere assumere iuuenem nõ infra triginta annos natum, primũ à seipso iudicatum dignũ esse, & natura & educatione, atq; ita ipsum ad alios adducere, & si quidẽ etiam alijs dignus usus fuerit, ita assumere: sin minus, irritum esse iudiciũ quod factũ est, tum alijs, tum maximè ei qui reprobatus est. Oportere autẽ

Animã rationẽ datũ esse

Sepulturarum sumptus

Finis uerus qui sit

Conuentus expẽdentũ leges

Universidad de Deusto
Biblioteca

hunc conuentū mane fieri, quando ab alijs actionibus & priuatis, & publicis, uel maxi mè cuiuis ocium fuerit. Huiusmodi sanè quiddam nobis in superioribus sermonibus dictum est. CLI. Est equidem. ATH. De hoc itaq; conuentu rursus repetitione facta tale quid dixerim. Sic enim sentio, si quis hunc uelut totius ciuitatis anchoram omnia commoda in se habentem iaciat, seruare omnia quę uolumus. CLI. Quomodo istud? ATH. Hoc deinceps exponere tempestiuum fuerit, ut nihil promptitudinis omittamus. CLI. Admodum bene dixisti, & fac ueluti meditaris. ATHE. Oportet itaq; ô Clinia de omni re cogitare, seruatorem cōuenientem in singulis operibus esse, uelut in animali anima & caput maximè sunt. CLI. Quomodo rursus dicis? ATH. Horū duorum uirtus omni animali salutem exhibet. CL. Quomodo? ATHE. Si in anima quidem ad reliqua mens insit, in capite uero ad reliqua uisus & auditus. In summa uero si mens cū pulcherrimis sensibus permixta sit, & unum fiat, singulorum salus iustissimè appellari potest. CLI. Ita apparet. ATH. Apparet equidem. Verum circa quid mens cum sensibus coniuncta, nauium & in tempestate, & in serenitate, salus fieri potest? Non'ne in naue gubernator simulq; nautæ, sensibus cū gubernatoria mēte cōiunctis, & seipsos & quæ in nauí sunt seruant? CLI. Quidni? ATHE. Nihil itaq; opus est multis circa talia exemplis, sed uelut de exercitu & medicina cogitemus, quo scopo proposito & exercitus duces, & uniuersum medicum ministeriū salutem coniectant. CL. Rectè. ATH. Non'ne illi quidem ad uictoriam respiciunt, & ut hostibus superiores euadant: Medicorū autem & ministrorum turba, ut corporibus sanitatē inducat? CL. Quidni? ATHE. Medicus itaq; qui hoc quod nunc sanitatē appellauimus ignorat, aut exercitus dux qui uictoriā, aut alius quis ea quæ recensuimus, potest'ne uideri mentē & intelligentiā circa aliquid ex his habere? CLI. Et quomodo? ATH. Quid uero in ciuitate, si quis scopū ad quem ciuilis uir respicere debet, ignorare uideatur, Num princeps primum meritò appellari poterit: Deinde seruare' ne hoc poterit, cuius scopum penitus ignorat? CLI. Et quomodo? ATH. Oportet itaq; etiam nūc ut apparet, si constructio regionis sinē habere debet, esse quid quod cognoscit in ipsa, primū quidem hoc quod scopū dicimus, quis tandē sit nobis ciuilis scopus. Deinde quo modo ipsum assequi oportet. Et quæ ex ipsis primū legibus, deinde hominibus, ipsi rectè, aut secus cōsulit. Si uero ciuitas aliqua tali uacua erit, nihil miri fuerit, si quū mentis & sensuum exors sit, faciet in singulis actionibus quicquid subinde se fortuitò obtulerit. CLI. Vera dicis. ATH. Nunc igitur possumus'ne dicere in qua tandem ciuitatis parte, aut quo studio, quodcunq; tale præsidium iustum sit constitutum? CLI. Non equidem clarè ô hospes, si uero coniectare oportet, uidetur mihi hic sermo tendere ad cōuentum illum, quē noctu conuenire oportere modo dicebas. ATH. Optimè coniectasti ô Clinia, & oportet sanè hunc, uelut præsens sermo indicat, omni uirtute præditum esse, in qua hoc primū sit, ut non ad multa cōiectans aberret, sed semper ad unū respiciens, ad hoc semper omnia spicula emittat. CLI. Ita maximè. ATHE. Nunc itaq; cognoscemus nihil miri esse leges ciuitatum aberrare, eo quòd in unaquaq; ciuitate, alia legislatio ad aliud respicit. Et plerunq; nihil miri est, alijs quidem scopum esse ut iustis imperēt in ciuitate quidam, siue ipsi superiores, alijs siue inferiores sint: alijs ut ditescant, siue serui aliquorū sint, siue non: aliorum conatus ad uitæ libertatē tendit: alij etiam duo simul in legibus ferendis respiciūt, ut & ipsi liberi sint, & alijs ciuitatibus dominentur: Qui uero sapiētissimi sunt uelut putant, ad hæc & huiusmodi uniuersa respiciūt, unū autem præcipuū nullū dicere possunt, ad quod reliqua ipsis respicere oportet. CL. Non'ne nostrū illud ô hospes iamdudū rectè positum est? Ad unū enim diximus oportere semper omnes leges respicere: Hoc autē uirtutem admodum rectè dixi concedebamus. ATH. Etiam. CLI. Virtutem uero quatuor quædam ponebamus. ATHE. Maximè. CLI. Mentē uero omniū horum ducem, ad quā & alia omnia, & tria ex his respicere oportet. ATH. Optimè assequeris ô Clinia, sed & reliqua itidē assequere. Mentē equidē gubernatoris, & medici, & exercitus ducis, ad unū illud ad quod oportet respicere diximus: nunc autē in ciuili exquirēda sumus, & uelut hominē interrogantes dicemus, Tu uero ô admirāde quomodo consideras? quid tandē illud unū est, quod medici mēs clarè dicere potest, Tu uero omnib. prudētibus præstātior, uelut dixeris, dicere nō potes? Aut uos ô Megille & Clinia exponere mihi articulatim, p ipso potestis, quid

Seruator singulorum operum

Scopi in singulis rebus

Legislatorum scopi uarij

quid tandem hoc esse censeatis, quemadmodum ego uobis pro alijs abūdè explicaui? CLI. Nequaquam ô hospes. ATHE. Quid uero quòd conari oportet, ut intelligamus quid sit ipsum, & in quibus? CLI. In quibus istis dicis? ATH. Nimirū quòd quatuor uirtutis species esse diximus, manifestū est necesse esse ut dicamus unā quanq; unā esse, quū sint quatuor. CLI. Quidni? ATH. Et sanè unā omnes has appellamus. Fortitudinē em uirtutē esse dicimus, & prudentiā uirtutē, & reliquas duas species, uelut reuera sint non multæ, sed una hæc sola uirtus. CLI. Maximè. ATH. Quatenus itaq; inter se differunt hę duæ species, & duo nomina acceperūt, itemq; aliæ duæ, difficile dictu nō est: quatenus autem unum nomen de ambabus diximus uirtutem, itēq; de alijs duabus, non amplius facile est. CLI. Quomodo dicis? ATH. Nulla difficultas est declarare id quod dico. Diuidamus enim inter nos inrerrogandi ac respondendi uices. CLI. Quomodo rursus dicis? ATH. Interroga me quid'nam unam appellantes uirtutem, ambas ipsas rursus duas appellauimus, alteram fortitudinem, alterā prudentiam: Dicam enim tibi causam, eo q altera uersat circa timorē, unde etiam bestiæ fortitudinis participes sunt, & mores puerorum admodū tenerorum. Nam sine ratiōe, ex natura fortis fit anima. Sine ratione uero anima prudens & mente prædita, neq; unquam fuit, neq; est, neq; unquā erit, ut quę penitus alia ab illa sit. CLI. Vera dicis. ATHE. Quatenus itaq; diuersæ ac duæ sunt, tu à me sermone explicatū accepisti, nimirum ratione. Quatenus uero una & eadem, tu rursus mihi dicito. Cogita uero te dicturū esse, quomodo quatuor quum sint, una sunt: Et ubi unam esse ostendisti, postulaturum te rursus ex me quomodo quatuor sint. Et sanè deinceps consideremus, an is qui de quibuscunq; rebus, quibus & nomen est, & rursus etiam definitio, satis cognouit, ut nomen solum sciat opus habeat: definitionem autem ignoret, aut turpe sit si omnia huiusmodi ignoret, is qui de magnitudine & pulchritudine differentibus aliquid cognouit. CLI. Apparet equidem. ATH. Est'ne igitur maius quiddam legislatori, & legum custodi, & ei qui uirtute omnibus præstare se putat, & uictoriæ præmia horum ipsorū nomine accepit, quàm hæc ipsa de quibus nunc dicimus, Fortitudo, Temperantia, Prudentia, Iustitia? CLI. Et quomodo? ATH. De his itaq; an non oportet interpretes, doctores, legislatores, aliorum custodes, docere eum qui cognitione & scientia opus habet, aut qui castigari debet, & peccantem increpare, quam uim habet uitiū & uirtus, & omnino declarare se alijs præstare: sed aut poetam aliquem ad ciuitatem delatum, aut asserentem se esse erudiendæ iuuentutis magistrū, præstantiorem uideri eo qui in omni uirtute uicit? Deinde in tali ciuitate, ubi non uerbis & factis præstantes custodes sunt, qui iustam uirtutis cognitionem teneant, mirandum'ne est eam ciuitatem, quum sine custode sit, perpeti ea quæ multæ iam ciuitates perpetiuntur? CLI. Nihil miri est, uelut consentaneum est. ATH. Quid igitur in hoc de quo dicimus nobis faciendū est, quàm quomodo custodes & sermone & opere de uirtute efficiamus uulgo acutiores? aut quo modo ciuitas nostra prudentū capiti & sensibus assimilabitur, uelut quæ talem quādam custodiam in se habet? CL. Quo igitur & quali modo ô hospes, ipsam tali cuidam assimilamus? ATHE. Manifestum est quum ipsa ciuitas uelut corpus sit, ex custodibus eos qui iuuenes sunt, uelut in summo uertice cōprehensos, maximè industrios, & totius animæ acumine præditos, totā ciuitatē circūcirca intueri, & dū custodias agūt quicquid sensibus percipiūt memoriæ cōmendare, & omnia quæ in ciuitate gerūtur ad seniores referre: Seniores autē menti similes, eò q multa & memorabili prudētia excellūt, consultare, & cū consideratione iuuenibus ministris uti: atq; sic ambos in cōmuni reuera totā ciuitatem seruare. Num sic, aut alio quodā modo præparari ipsos oportere dicemus? aut num similes omnes habēdos, & nō aliquos exactè & educatione, & eruditiōe absolutos? CL. At ô admirāde fieri hoc nō potest. ATH. Ad exactiorē ergo quandā eruditionē, superiorib. progrediendū est. CL. Fortassis. ATHE. Num ea q̄ iam ferè attigimus, est hæc qua opus habemus? CL. Omino ita. ATH. Nō'ne dicebamus eximiū in singulis opificē & custodē, nō solū ad multa respicere posse oportere, sed etiā ad unū tendere, ipsumq; cognoscere, & eo cognito, ad illud intueri & omnia componere? CLI. Rectè. ATHE. Nunquid exactior consideratio alia, circa quācunq; rem fiat, censenda est, q̄ ea qua quis ex multis & dissimilibus ad unam ideam respicere potest? CL. Fortassis. ATHE. Non fortassis, sed reuera ô beate non est clarior ulli

Fortitudo ex natura fit

Prudentia ex ratione est

Nomen, & definitio in rebus

Ciuitas similis capiti et sensib.

Methodus qua fit clarissima

Universidad de Deusto
Biblioteca

ulli homini Methodus,quàm hæc est. CLI. Tibi credens ô hospes concedo, & hac dicendo progrediamur. ATH. Cogendi ergo sunt ut apparet,etiam diuinæ reipublicæ custodes,ut exactè inspiciant,primum quid tandem per omnes quatuor idem sit, quod sanè & in fortitudine,& temperantia,& iustitia,& in prudentia unum esse dicimus, & uno nomine uirtutem meritò appellari. Hoc itaq; ô amici si quidem uolumus, nunc uehementer uelut urgeamus,& ne dimittamus prius quàm satis dixerimus, quid'nam sit ad quod respiciendum est,siue ut unũ,siue ut totũ,siue ut ambo,siue quomodocunq; se habet. Aut si hoc nos effugerit,putamus nos unquã iustè habituros esse ea quæ ad uirtutem pertinent,de qua neq; an multa,neq; an quatuor,neq; ut unum sit,dicere possumus? Non'ne igitur si nobis cõsultoribus credemus:quoquo modo conabimur ut hoc nobis in ciuitate sit:si uero omnino uidebitur dimittemus. CLI. Nequaquam per hospitalem ô hospes deum hoc dimittendum est,quandoquidem rectissimè dicere nobis uideris. Sed quomodo quis hoc conari possit? ATH. Nondum quomodo hoc conari possimus dicamus:Sed an oporteat,aut secus,inter nos ipsos consentiamus. CLI. Atqui oportet,si modo fieri potest. ATH. Quid uero de pulchro & bono idem hoc cẽsebimus, quòd unumquodq; horum multa sint,custodibus nostris cognoscendum esse solummodo,aut etiam quomodo & quatenus unum? CLI. Ferè necessarium esse uidetur, ut etiam quomodo unum sint cognoscant. ATH. Quid uero ut intelligant quidẽ,sermone uero explicare non possint? CLI. Et quomodo istud? Mancipij enim habitum quendam dicis. ATH. Quid uero de omnibus præstantibus rebus,non'ne eadem nobis ratio est,oportere eos qui reuera legũ custodes futuri sunt,reuera scire ea quę ad ueritatẽ ipsa rum pertinent,& sermone explicare posse,& operibus assequi ac exprimere,ita ut iudicare possint & quæ rectè,& quæ secus fiunt secundum naturam? CLI. Quid ni? ATH. Non'ne de rebus præstantissimis una est ea quæ ad deos pertinet,quam diligenter tractauimus,quòd & sunt,& quãtas uires habeant, cognoscendum esse, quantũ fieri potest ut hæc homo cognoscat:& plerisq; in ciuitate ignoscendũ esse,si sententiam solum legũ assequãtur,uerũ his qui custodiæ participes sunt,neq; cõmittendã eam esse,si quis non elaborauerit ut ei potestas credita sit,uelut deos esse sentienti. Compromissum autem fiat,ut nunquã in legum custodem eligant,neq; inter uirtute præstãtes admittant, aliquẽ qui non diuinus sit,& in diuinis rebus elaborauit. CLI. Iustum equidẽ est uelut dicis,ut qui circa hæc hebes aut impotens est,à rebus pulchris procul remoueat. ATH. Non'ne scimus duo esse quæ de dijs fidem faciũt,in his quæ superius recẽsuimus? CLI. Quæ ista? ATH. Vnũ quod de anima dicebamus,ꝙ antiquissima & diuinissima est omnium,quorũ motus ortum adeptus perpetuam essentiam produxit: Alterum quod de motu,quem ordinẽ habent astra & quæcũq; alia,quorũ dominium mens obtinet,quæ totum gubernat ac construxit. Qui enim hæc nõ leuiter neq; uulgariter inspexit,nemo unquam hominũ adeò impius fuit, qui nõ cõtrà affectus esset, quàm à multis uulgo putatur. Plerisq; enim censent eos qui talia tractauerũt,ex Astronomia & alijs cũ hac coniunctis necessarijs artibus impios effici, ut qui quantum fieri potest, res ex necessitatibus fieri inspexerint,& non ex diuinæ uoluntatis sententia,bona perfici ac gubernari. CLI. Hoc uero quomodo se habet? ATH. Totum enim uelut dixi cõtrà nunc se habet, quam tunc quando inanimata ipsa esse illi censebant. Miracula equidẽ etiam tunc circa ipsa occurrebant,& id quod nunc reuera decretum est, existimabatur ab his qui exactam de ipsis rationem attingebant,quòd scilicet si inanimata essent, nunquã ita exactè admirandis ratiocinationibus uterentur mentem non adepta. Et quidam ausi sunt hoc ipsum suo periculo affirmare,etiam tunc asserentes,mẽtem esse quæ omnia in cœlo construxisset ac gubernaret. At ijdem rursus ab animæ natura aberrãtes,ꝙ antiquior corporibus esset,& iuniorem esse censentes,omnia ut ita dicã rursus euerterunt,& multò magis seipsos. Nam omnia quæ præ oculis obuersantur, uidebãtur ipsis esse ea quæ per cœlum feruntur,plena lapidibus & terra,& multis alijs inanimatis corporibus, quibus causas uniuersi mundi attribuebant. Hæc erant quæ tunc multas impietates efficerent,& difficultates talia attingendi inducerent:& sanè etiam poetæ philosophos perstringebant,canibus uanis latratibus utentibus ipsos comparantes. Sed hæc stolida dicta sunt. Nunc autem uelut dictum est,in totum contrà res se habet. CLI. Quomodo? ATH.

Scire,docere, & facere,coniuncta sint

Mens cœlestiũ gubernatrix

ATH. Fieri non potest ut ullus aliquis mortalium hominum cõstanter pius euadat,qui non hæc duo quæ modo dicebamus susceperit,& quòd Anima antiquissima est omnium quæ ortu participant, & immortalis, & omnibus corporibus dominatur: & quod nunc sæpe dictum est,quod mẽs eorũ quæ sunt,in astris est: Et insuper necessarias ante hæc disciplinas acceperit,& coniuncta his Musæ studia contemplatus,ipsis ad morum ac legum studia concinnè usus fuerit,& eorum quæ rationẽ habent, & quæ non, rationem reddere poterit. Qui uero hæc ad publicas uirtutes sibi comparare nõ potest, ferè nunquam præstans totius ciuitatis princeps fieri poterit,sed aliorum principum minister. Proinde nũc iam ô Clinia & Megille opus est uidere,ad relatas omnes quas recensuimus leges,an etiam hunc admittemus,uelut custodiam secundum legem salutis gratia futurum,nocturnum dico principũ conuentum,disciplinæ eius quam recensuimus participem,aut quomodo faciemus? CLI. At ô optime quomodo non admittemus, si uel paululum possimus? ATH. Equidem ad hoc omnes contendamus. Nam & ego uobis promptè adiutor adero,& fortassis etiam alios comperiam, propter experientiã & considerationem circa talia admodum frequentem à me factam. CLI. At ô hospes præ omnibus hac uia progrediendum est, qua etiam deus ferè nos ducit. Quo uero modo hoc rectè à nobis fieri possit,id nunc dicamus & perscrutemur. ATH. Nondum adhuc ô Megille & Clinia de talibus leges sanciri possunt prius quàm cõstituti fuerint. Tunc uero quorum dominos ipsos esse oportet sanciendũ est. Iam autem talia moliri,doctrinam cum multa conuersatione requisierit, si rectè fieri debeat. CLI. Quomodo rursus hoc dictum esse censebimus? ATH. Primum equidem deligendus fuerit cœtus eorum qui ad custodiæ naturam idonei fuerint,& ætate,& disciplinarum facultatibus, & morum affectibus,& usu. Deinde quæ discere oportet,neq; inuenire facile est, neq; alterius qui inuenit discipulũ fieri. Ad hæc tempora in quibus singula suscipere oportet,literis tradere uanum est. Neq; enim ipsis discentibus manifestum fieri poterit quid oportunè discatur,prius quàm unicuiq; in anima fuerit disciplinæ scientia. Sic itaque omnia hæc si quidem tradi non posse dicantur,non rectè dicãtur,sed rectè indigna quæ dicantur,dici possunt,eo quòd etiamsi prius dicantur, nihil eorum quæ dicuntur declarant. CLI. Quid igitur faciendum est his ita se habentibus ô hospes. ATHE. Id quod prouerbio dicitur ô amici,in cõmuni ac medio nobis positum esse uidetur, & si quidem de uniuersa republica periculum subire uolumus,aut ter sex ut aiunt,aut tres cubos iacentibus nobis omnia facienda sunt. Ego uero unà uobiscum periclitabor,in recensendo ac exponendo ea quæ mihi approbata sunt,de erudítione ac educatione ea quæ nunc sermone commota est. Periculum uero paruum non est,neq; alijs quibusdam simile. Tibi itaq; hoc ô Clinia curæ esse iubeo. Tu enim in Magnetũ ciuitate, aut cuius cognomen deus ipsi imponet,gloriam maximam feres,si ipsam rectè construxeris: aut certè nunquam effugies,ut non fortissimus omnium posteriorum esse uidearis. Si itaque diuinus hic conuentus nobis contigerit,ô amici & chari sodales,huic ciuitas tradenda est. Et de hoc nulla est cõtrouersia apud ullum aliquem huius temporis,qui ab his dissentiret legislatorem. Reuera autem erit ferè res uera absoluta,quam paulò ante uelut somnium fermone attigimus,dum capitis & mentis societatis imaginem quandam quodammodo ammiscuimus:si modò nobis & uiri exactè coniuncti fuerint, & conuenienter eruditi,& postquam eruditi sunt,in arce regionis habitatione constituta custodes effecti fuerint,quales nos in superiore uita ad salutis uirtutem nullos fuisse uidimus. MEG. Ex omnibus nunc nobis relatis ô chare Clinia,aut ciuitatis constructio omittenda est, aut hic hospes non dimittendus,sed precibus ac artibus omnibus socius faciendus ad constituendam ciuitatem. CLIN. Verissima dicis ô Megille, & ego hæc ita faciam,& tu quoq; opem feras.
MEG. Feram utique.

Principis studia quæ sint

Studiorũ difficultas unde sit

Conuentus approbatio

ARGV

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN EPINOMIDEM
id est legum appendicem, uel philosophum.

THESAVRVM diuini Platonis, magnanime Laurenti, latere in hoc Epinomide qui philosophus rursus inscribitur: Platonicorum ambigit nullus, Sed ad hunc in lucem penitus expromendum, multis opus est machinis, Marsilio uero tuo argumenta promittenti, non licet prolixiora præstare. Præsertim cum & scriptorum expressorumq; tabellarij opus assidue urgeant, & argumenta procacius è manibus extorquentes, uix permittant in singulis uoluminibus summa sequi fastigia rerum. Præcedentium legum consilium est, animos ciuium pro uiribus ita componere, ut expeditam adepti tranquillitatem, diuinorum operum rationes & causas perscrutentur, & in his quasi speculis auctorum deum speculentur, & colãt. In speculatione quidem sapientia, in cultu uero religio, in ambobus tota consistit humana felicitas finisq; legum. Eiusmodi finem superiores quidem promittunt leges: Epinomis uero præstat donante deo. Itaque perfectum hunc mentis habitũ in exordio uaticinatus deinceps supplici quadam oratione petit à deo. Felicitatem alij in hac uita haberi posse iudicauerunt: alij in altera, alij uero nusquam. Profecto quicunq; in hac uita humanis eam uiribus acquiri putant, totius uitæ testimonio reclamante manifeste falluntur. At uero qui nusquam, ij tanquam uani, uanum quoq; esse uolunt naturæ totius instinctum. Sapienter admodum Plato noster felicitatem in altera uita sperat, tum præsentis uitæ uirtutibus, tum dei munere comparandam. Non diffidit tamen pauciſſimos quosdam in hac quoq; uita felicitatem degustare posse. Quos in Phædro, in Phædone, in Republica tales esse uult, ut extra corpus uiuant potius quàm in corpore, deoq; ipsi potius quàm sibi uiuant: quo efficiatur, ut aspirante deo uel inter ipsos fluminis Lethei fluctus, libare nonnihil ætherei nectaris uideantur. Neq; ab re hunc Epinomidem præterea inscripsit Philosophum. Siquidem ut in Reipublicæ sexto & septimo, & in præsenti libro patet, philosophi officium est rerum omnium rationes inuestigare, ut diuinam ipsam qua factæ sunt, inueniat rationem, inuentam colat, culta fruatur. In hoc autem libro dum ad felicitatem, quam in sapientia religiosa procul dubio collocat, perducere nos contendit, proprium legitime philosophantis depingit ingenium, & conuenientibus disciplinarũ gradibus erudit & format. At ubiq; non minus, imò multo plus uirtutis & pietatis, quàm scientiæ à philosopho uidetur exigere: & quicquid scientiæ ab hoc exigit, idcirco requirit, ut deum ipsum uerum tam scientiæ magistrum quàm auctorem rerum quæ sciuntur, præ cæteris uenceretur. Primo uero uim nobis ad diuinam felicitatem naturaliter insitam ex eo probat, quòd omnes in omnibus actionibus ipsam & uaticinamur & quærimus, et alijs omnino nullis implemur. Deinde singulas ordine facultates enumerans, ostendit hanc neq; naturalibus, neq; necessarijs, neque ludicris & iocosis, neque auxiliatricibus facultatibus comparari. Tertio demonstrat uirtutibus tum moralibus, tum speculatiuis acquiri sapientiam & pietatem beatitudinis fundamenta. Vbi uero speculatrices doctrinas enumerat, primo quidem arithmeticam non laudat solum, uerum etiam admiratur, quam in libris superioribus maxime omnium inquit ingenium acuere, memoriam cõfirmare, animum ad omnem speculationem actionemq; aptissimum promptissimũq; efficere. Atq; hic addit numerũ ab ipso deo hominibus traditum uelut rationis discursionisq; necessarium instrumentũ. Quo sublato, & animus amens appareat, & scientiæ artesq; penitus euanescant. Laudat præterea geometriam mensuras spectantem, & stereometriam librantem pondera, & astronomiam cœlestia obseruantem, & musicam concentum cœlestium imitantem. Commendat quoq; physicam, ubi de corporum generibus, compositionibus, animalium motionis & generationis principio tractat: sed ita, ut minutissimaquæq; naturalium relinquat mediciis, tanquam ab eo qui ad diuina se confert, minimum aliena. Dialecticam deniq;, id est metaphysicam, & apicem huius theologiam uelut reginam omnibus anteponit: uidelicet singulis ceu gradibus utentem ad inueniendum deum atq; adorandum. Tria uero reginæ huius circa cæteras facultates munera esse probat. Primum, ut multitudinem harum omnium circũspiciat. Secundum, quæ nam una in cunctis communio connexioq; sit conspiciat. Tertium, qua ratione ad unum ipsum diuinumq; bonum, & multitudo hæc, & huius unio conferat manifeste suspiciat. Addit autem, nisi eiusmodi unio doctrinarum ad diuinum unum conducẽs, comprehendatur, cunctas omnino inanes euadere: neq; quid in eis unum sit percipi posse, nisi comparentur ad unum, à quo & ipsam accipiũt unionem. Mentem uero hæc omnia consequutam, atque ita unitam sibi rursusq; per se unitam deo: & hic ait pro utribus beatam esse, & in altera fore uita omnino beatam. Id autem libri totius est argumentum. Paulo post exordia, ubi traduxi mus hæc uerba, scilicet, Breue autem tempus, quod deinde sequitur, alibi legitur. Ad rationis discursum idoneum, & quidem non solum in depravatis, sed & moderatis hominibus relinqui uidetur. Vbi uero cœlum laudat tanquam & prudentiæ et bonorũ omnium causam, eiusmodi laudes à cœlo corporeo ad incorporeum cœlum, id est ideam cœli uult trãsferri. Quam ibidem adorari iubet per cœlum uisibile quasi per simulacrum significatam. Tu uero hic attende, homines in genere terrestrium dæmonũ iudicari, ubi inquit, dæmones alij simul omnes, & quæ sequũtur. Post hæc ait, si quis quod diuinum est generatione cognouerit, uerũ numerum, pietatẽq; cognituriũ. Diuina in generatione duo significat: tum spiritalem quandam motionẽ quæ in anima est, siue uim motricem corporeæ motionis, generationisq; originem: tum speciem naturalem, quæ in perpetua generationis successione seruatur. In motu quidem animæ uerus est numerus musica, ut Timæus ait, proportione cõcentuq; consonans. In specie quoq; mens numerus. Rerũ nanq; species certo quodam numero & ordine disponuntur. Per hæc utiq; religio confirmatur. Nam ex libero animæ motu diuinam substantiam per se existentem uaticinamur: & ex perpetua in speciebus perseuerantia ideariũ auguramur æternitatem. Audies sententiã Mosaico mysterio similem. Ait enim, si quid mali ab aeris qualitate & plantis & animalibus nobis infertur, non diuinam naturam culpandam esse, sed humanam, quæ iniuste uitam suam distribuit. In sequentibus, legum finem manifeste cognoscens his uerbis. Finis hic legũ tibi propositus est, ut dei cultu & uitæ puritate optimum atq; pulcherrimum exitum consequa
ris. Mox repetit tria pietatis capita. Primũ, ut deum esse credas. Secundum, ut maximorum simul & minimorum curam

habere confitearis. Tertium, ut nullis precibus aut donis inique flecti eum existimes. Confirmat & iterum diuinitatis fidem ex ipsius animæ excellenti quadam diuinitate. Putat autem quicquid ita corpore melius est, ut sit & diuinius, id est diuinis similius quàm corporeis, idem corporibus cunctis antiquius esse, propterea quòd in quolibet rerum genere siue ordine, quod perfectius est, esse quoque magis possidet: ideoq; causam imperfectioribus exhibet existendi. Quod uero alteri esse præbet, nimirum est & antiquius. Addit, quando ex congressu animæ cum corpore, cõficitur animal, unã quandam ibi formam in corpore resultare, id est uitam corpoream in subiecto ex accessu uitæ incorporeæ procedentem. Ponit & duo rerum genera. Alterum quidem corporeum, incorporeum uero alterum. Et huic quidem actionem, illi uero attribuit passionem. Huius item unam esse dicit formam, ob id potissimum, quòd & simplex, & in ipsa semper forma substantiæ permanet. Sed quod legitur, Non enim est aliud, & quæ sequuntur: alibi ita legitur, Nam quod in alia transmutatur, non est incorporeum, & omnino coloris expers præter diuinissimum reuera animæ genus. In genere uero corporum quinq; collocat corpora. Quæ ideo uocat solida, quia & in profundum adacta discernuntur à planis, & in omni corpore uel liquidissimo est aliquid solidi, tum per ipsam naturæ propriæ consistentiam, tum Platonicè per quandam terrenæ naturæ similitudinem ad cœlum usq; diffusam. Cœlum quidem ex eo ignem nominat, quod propriam habet lucem, quæ præcipua ignis est qualitas. Habet & perennem motum, qualem uidemus in igne: & instar ignis non patitur mixtionem, & quia nondum naturali depellitur loco, ideo non cogitur ascensu redire, sed reuoluitur. Et actu quidem lucet, uirtute uero calet. omnino uero diuersissimi generis est à nostro. Post cœlestem ignem, alteram collocat ignis speciem, calentem iam magis quàm lucentem sub luna ætheris nomine nuncupatam. Cuius quidem uestigium quoddam est noster ignis, iam non solum calens, sed adurens inquam ob nimiam asperitatis terrenæ permixtionem. Qui uero in tenui uiget materia lucet purius, caletq; suauius: præsertim ubi à nullo coarctatus spatiatur in amplum. Huic subdit aerem, aquamq; & terram. Putat autem quamlibet mundi sphæram ex his quinq; componi, ut perfectissima inter omnes sit, tam in substantia connexio quàm in uirtute & actione communio. Verum in qualibet sphæra unum esse præcipuum, ac pro natura sua reliqua insuper contineri. Sic & æther in terra terrenus est: & terra in æthere euadit ætherea, similiter & in cœlo. Sed de his nõnihil in Theologia, nonnihil in Timæi commentarijs diligentius. Proinde animalia in cœlo, æthere, aere, aqua, terra rationalia collocat. Quæ dicit ab anima fieri: ab anima inquam triplici. Vult enim ultra unam mundi totius animam, duodecim esse sphærarum duodecim animas: deinde in qualibet sphæra duodecim esse ordines animarum. Hi ordines in cœlo sidera sunt & stellæ, in terra homines: in æthere, aere, aqua, scilicet sublimiori, sunt dæmones. In his singulis animatis animã rationalem corpori suo coniunctam animal procreare, id est compositum quiddam ex proprio corpore, uitaq; corpori prorsus infusa. Quæ quidem uita iam facta corporea à triplici dependet anima. Nam & à propria, & ab anima sphæræ, & à mundi totius anima. Quod autem cœlestia animas habeant argumento sunt apud Platonem diuinitas substantiæ cœlestis, quantitatis amplitudo, qualitatis uirtus uiuifica omnium, motionis uelocitas atq; efficacia. Quod insuper animæ cœlestes mentem habeant, ex ordine tenorisq; eiusdem perseuerantia conijcit. Subdit necessitatem animæ mentem habentis esse quàm maximam, duobus id modis intelligens. Primo quidem, quia naturalis necessitas, puta in hac uel illa ignis parte ad comburendum & ascendendum, agit aliunde ducta. Animæ uero intellectualis natura, quatenus participat intellectũ, eatenus suæ actionis est domina. Deinde quia motus animæ cum sit natura liber, præuaricari facile potest, uicissimq; peruagari nisi mente uelut auriga regatur: mente inquam perfecta, & optimum actionis finem, & electissimam uiam ab initio prouidente. Quæ quidem cum optima optimæ adest animæ, qualis est in stellis, necessario præscriptum opus assequitur. Nam & optimæ animæ, id est potentissimæ non reluctantur corpora, & mens optima consilium non permutat. Hinc ergo ait tres Parcas conseruare perfectum quicquid certo consilio cœlestes dij deliberarunt. Tres ait parcas, fatum unum Describit quoq; naturam dæmonum prudentia, sensu, memoria, motu potentem: inter deos hominesq; mediam: intercessionis, interpretationisq; gratia bonorandam, cogitationes nostras cognoscentem, ex nostris uidelicet figuris & motibus & affectibus, diligentem bonos, malis infensam. Omnes hic dæmones uidetur bonos existimare, quos uidelicet docet coli. Alibi uero nonnullos significat esse malos. Et æthereos quidem aereosq; inuisibiles: Aqueos uero, quos nominat semideos, uideri ait nonnũquam & uix, uisu scilicet intimo potius quàm externo. Addit admoneri animos à dæmonibus per somnia, uoces, uaticinia, ostenta: maxime uero quo tempore animus migrat è corpore. Multa his admonentibus religioni addita esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

dita esse inquit. Ait præterea non licere quæ in religione legibus firmata sum, mortali naturæ mutare. Mortali, inquit, diuinæ enim licet. Edisce diuinum dictum. Ratio omnium diuinissima uisibilem constituit mundum, quem uir felix admirãs charitate accenditur diuinitatis inueniendæ, unde felix & hic & in altera uita euadit, sitq; per sapientiam uere unam ue re unus: ad congrua uirtuti loca translatus reliquum etiam omne tempus diuina cõtemplaturus. Mox ubi traductum est, Res enim diuinas, & quæ sequuntur, alibi legitur: Non enim prudentis est diuinorum alia quidem honorare, alia uero ne gligere. Narrat inter hæc astronomica quædam notissima. Laudat ad ingenij uirtutẽ temperatã aeris qualitatem. Deinde ubi ait motionem, ad bonum tendentem à bona anima proficisci, desinentem uero in malum, contrario se modo habere: ne cogites alteram quidem mundi animam bonam esse, alteram uero malam: sed ab ipsa mundi anima proficisci bona, qua tenus mentis est particeps. Alioquin prouentura inde mala, id est ordine numerorum omnino carentia. Mala enim in supe rioribus nominauit, quæ concordi numero & pulchritudine carent. Bona uero quæ consentientibus numeris coaptantur. Subdit mala, id est priuationem ordinis, uicta fuisse à bonis, id est ab initio rerum ab ipsis diuinæ mentis ideis. Item uinci oportere, scilicet mũdo perseuerante. Hæc uero fuisse dicta secundũ iudiciũ impios puniens: quia uidelicet diuinũ iudiciũ malos puniẽs, iniustitiæ malũ uincit iustitiæ bono. Notabis uirtutẽ maximã esse religionẽ, negligentiãq; religionis causam infelicis ignorantiæ hominibus extitisse. Item optimũ ingenium esse quod ex temperantia & fortitudine mixtum sit, do cile, memor, ad diuina propensum. Cumq; eiusmodi ingenia recte educata sunt, religionis cultum ab ijs in alios uerissimũ proficisci, ciuitatiq; omnium utilissimum. Et sapientiam nisi adiuuante deo disci non posse: ab eo autem qui modum in do cendo non seruat, satius fore non discere. Item deorum plena esse omnia: adeo ut superi neq; obliuiscantur nostrarum re rum, neq; nos deserant. Quæ uero de numeris attingit raptim, ubi opportunius fuerit, latius explicabimus. Nunc ita per stringe. Numeri in se quidem incorporei sunt, quando nihil aliud sunt quàm repetita unitas. hæc autem indiuidua est. At cum primum situm sortiri putantur, fingi possunt in puncta conuerti. Item ex tractu quodam à puncto in punctum nasci lineam, ex cuius ductu superficiem, ex cuius descensu profundum. Numeri lineares quidam sunt, superficiales alij, alij uero cubi, atq; solidi. Primi sicut binarius unitati quam proximus, Secundi sicut quaternarius, per binarium ab unitate proce dens, Tertij, ut octonarius ex binario in se reuerso profectus. Perfecta item proportio dupla putatur. Primo quidem, quia prima est, inter unum scilicet atq; duo progenita. Secundo, quia dum uidetur discessisse ab uno, geminando restituit unũ. Tertio, quoniam omnes proportiones intra se continet. Nam & sesquialtera & sesquitertia similesq; uelut partes sunt in fra duplam. Hanc natura obseruat in cœlo: seruat & huius gratia sesquialteram etiam sesquitertiam: ex quibus dupla com ponitur. Pythagorici enim, ubi sphærarum interualla dimetiuntur, terram ad firmamentum comparant: item ad Lunam et Solem, Solem quoq; ad firmamentum. In quibus sanè comparationibus interuallum à terra ad Solem, comparatũ ad in teruallum ab eodem ad firmamentum, efficit quidem inter terram ac solem sesquialteram: inter hunc uero et firmamen tum sesquitertiam. & in illa quidem proportione diapente consonantia nascitur: ex hac autem diatessaron. Ex quibus cer te ambabus conficitur proportio dupla consonantiaq; diapason. Volunt & à terra lunam fieri diatessaron, sicut ad solem sit diapente, & à sole ad firmamentum iterum diatessaron. Quemadmodum uero natura proportiones eiusmodi obser uat in sphæris: ita in actionibus passionibusq; elementorum. ut enim actio perfecta proueniat, oportet agens duplo poten tius esse subiecto. Sed quæret Quia cum intendat in agendo geminare seipsum, nimirum proportione indiget geminante. Alioquin si minore spatio superarit, reluctans subiectum perfectam impediet actionem. Sicut uero dupla conducit ad sub stantialem speciem generandam, ita sesquialtera ad familiarem speciei effectionem atq; figuram: & sesquitertia ad accio dentia quædam communiora. Præterea proportionis eiusdem modus in nostris seruatur humoribus. Duplum enim esse uolunt sanguinem ad pituitam, duplam & hanc, ad bilem: hanc similiter ad atram bilem. Quod si duplas habent, conse quẽter sesquialteras & sesquitertias, quæ in dupla sunt, cõtinent. Similes quoq; in auditu consistũt. In quo quatuor aeris in sunt gradus: Tres ignis: Duo aquæ: Terræ unus. Scis autem inter quatuor atq; tres proportionem fieri sesquitertiam. Con tinet enim quaternarius ternarium, ac insuper unitatem partem ternarij tertiam. Scis quoq; ternarium inter atq; binaria um sesquialteram collocari, quando ternarius binarium continet, insuperq; unitatem alteram id est dimidiam binarij por tionem. Quamobrem in ipsa auditus affectione proportiones omnes manifestius quàm aliys insunt. Itaq; & consonantiæ. Diapason quidem, id est octauæ uocis, in dupla. Diapente uero, id est quintæ, in sesquialtera. Diatessarõ autem id est quar tæ uocis, in sesquitertia. Mitto quod in quatuor elementis proportiones possint similes cogitari. Sed de his aliis. Consen tiũt his & medici in ijs quæ ad tactum & quodammodo ad gustum pertinent, gradus quatuor numerantes. Primum qui dem qui uix sensu percipiatur. Secundum uero qui manifeste percipiatur, sed non offendat. Tertium iam offendentem & deinde lædentem. Quartum breui interimentem. In his quidem gradibus, dupla & sesquialtera & sesquitertia reperitur, sed hæc medici uiderint. Adducit hic Plato unum, duo, quatuor, sex, octo, duodecim. A quatuor ad duo, dupla est, ab octo ad quatuor quoq; dupla. hi quidem excessus duo, proportione sunt pares. uterq; enim fit per duplam. non tamen pares numero: octonarius enim quatuor superat quaternarium: hic uero binario excedit binarium. Compara rursus senarium, hinc quidem ad quaternarium: inde uero ad octonarium. Hinc certe fit sesquialtera: inde uero fit sesquitertia. Hi ergo ex cessus proportione sunt impares numero uero pares. Vtrobiq; enim per binariũ fit excessus. Rursus compara sex ad duo decim proportione dupla. & inter hæc ad utrunq; conferas octonarium. Certe à duodenario ad hunc sesquialtera nasci tur. Ab hoc ad sex, oritur sesquitertia: ex quibus dupla inter sex duodecimq; componitur. in qua duo illi excessus tam proportione quàm numero impares euidenter apparent. Hæc omnia in commentarijs Tunæi commodius pertractantur.

Proportio humorum nostri corporis

ARGV-

PLATONIS ATHENIENSIS EPINOMIS, HOC EST, LEGVM APPENDIX, AVT PHILOSOPHVS, *Ciuilis.*

Iano Cornario interprete,

DIALOGI PERSONAE.

CLINIAS. ATHENIENSIS HOSPES. MEGILLVS.

AD id de quo inter nos consensimus, deuenimus omnes rectè ô hospes, qui tres sumus, ego & tu & hic Megillus, de sapiẽtia consi derationem facturi, quo nam sermone explicare oportet id, quod ubi intellectum fuerit, humanum habitum diximus efficere, ut o ptimè se habeat ad sapientiã, quantum eius homo cõplecti potest. Relíqua enim uelut diximus omnia recẽsuimus, quæ ad legũ latio nem pertinebãt: quod uero & inuentu & dictu maximũ est, ex cu ius cognitione mortalis homo sapiens fiat, hoc neq; diximus, neq; inuenimus: & nũc conemur ut hoc nõ relinquamus. Ferè enim imperfectũ sineremus, id cuius gratia omnes huc progressi sumus, ut ab initio ad finem usq; manifestũ facere mus. ATHE. Rectè quidem dicis chare Clinia, absurdũ tamen sermonẽ te auditurũ esse arbitror, & aliquo modo rursus nõ absurdũ. Multi enim qui in uita uersati sunt, eũdem sermonẽ proferũt, humanũ genus neq; beatũ, neq; felix esse. Attẽde itaq; & cõsidera an & ego tibi uidear cũ ipsis rectè de hoc dicere. Censeo fieri non posse, ut homines beati & felices fiãt, paucis admodum exceptis, atq; hoc quãdiu uiuimus decerno. Bona uero spes est, ut uita defunctus assequaẽ omnia, quorũ gratia quis & dũ uiuit ẽq; optimè pro uiribus uiuere, & mortuus talẽ finẽ assequi expetit. Nihil autẽ cũ sapientia cõiunctum dico, sed quod omẽs & Greci & Barbari aliquo modo cognoscimus, ꝙ ab initio quod uis animal cũ difficultate nascitur, & primũ quidẽ in utero gestatur, deinde in lucẽ pro dit, & postea educatur ac erudit. Et hæc omnia per innumeros labores fieri omnes cõ fitemur. Et breue quoddã tempus est ad cõputationem, nõ sanè malorũ, sed quod qui uis mediocre deprehẽdit. Hoc autẽ ferè respirationẽ quandã facere uideẽ iuxta mediã uitam humanã: Verũ breui corripiens quẽcunq; senectus, facit ut nunquã rursus reui uiscere uelit, postquã transactã sibi uitã supputauit, nisi planè pueríli opinione plenus fuerit. Horũ uero cognomentũ mihi est, ꝙ hoc modo se habeãt, ea quæ nũc nobis in ser mone proposita est quæstio. Quærimus autẽ quo modo sapiẽtes fiamus, uelut sit quæ dam hæc singulis facultas. Hæc autẽ fuga, tũc elabitur, quũ quis ad aliquã prudentiam accesserit, ex his quæ artes, aut sapiẽtiæ, aut aliæ quædam huiusmodi ut puto sciẽtiæ ap pellanẽ, uelut nulla harũ digna sit, ut sapientia circa humana hæc cognominetur. Ani ma uero rursus ualdè confidit ac uaticinatur, uelut sit hæc in ipsa secundũ aliquam natu ram, quæ uero est, & quando, & quomodo, non admodũ inuenire potest. Non'ne huic ualdè similis est nostra de sapientia ambiguitas, & quæstio quæ amplior spe efficitur in singulis qui inter nos prudenter & consonè & seipsos, & alios, per omnes sermones & quæ ubiq; habentur disputationes, examinare possunt? Hæc non ita, aut hoc modo se habere consentiemus? CLI. Consentiemus ô hospes, in spe quæ fortassis nobis unà te cum progressu temporis accedet, ut de ipsis rursus quod ueríssimum est sentiamus. A THE. Reliquas itaq; quæ scientiæ quidẽ dicuntur, sapientẽ autem non efficiunt cũ qui ipsas accipit & habet, primũ recenſebimus, quo his remotis conemur illas quibus opus habemus apponere, & appositas discere. Primum itaq; eas quibus primum opus habet mortalium genus uideamus, quàm sunt ferè maximè necessariæ, & uerè primæ. Qui ue ro ipsas nouit, etiamsi ab initio sapiens esse uisus fuit, nequaquã tamen nũc sapiens esse putatur, & opprobria magis ab huiusmodi scientia habet. Dicamus itaq; & quæ sint, & quod ipsas quiuis uir, cui certamen propositũ est, ut optimus uir esse uideatur, fugit, & prudentiæ & instituti sui assequẽdi gratia. Et prima quidem sit quæ nos à mutuo in-

Sapiens unde homo fiat

Artes necessariæ, & primæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

stat ferorũ animalium esu, partim ut fertur penitus abduxit, partim ad legitimũ cibum adduxit. Beneuoli uero nobis priores & fuerunt, & sunt, & primi equidẽ ualearit. Nam polentæ & farinæ confectio simulq; alimentũ, pulchrum quidem & bonũ est, sapiẽtem autem uirum nunquã perfectè efficere potest: Nam hoc ipsum quod confectio cognominatur, molestiam his qui faciunt affert: Fermè autem necp uniuersæ regionis agricultura. Non enim arte, sed natura secundum deum omnes terram coluisse uidemur. Sed necp domorum constructio, & uniuersa ędificatio, & omnium uasorum effectrix ars, & ferraria, & fabrilis lignaria, & fingendi ac texendi, & insuper omnium instrumẽtorum effectrix. Populo enim commodant, sed non ob uirtutem fiunt. Quin & uniuersa ars uenatoria, etiamsi magna, & artificiosa sit, magnificentiam cum sapientia non contribuit: necp uero ars, diuinandi, neque omnino interpretandi. Quod enim dicitur, id solum nouit, an autem uerum sit, non didicit. Quando uero uidemus rerum necessariarum præparationem, per artem quidem operari, nullam autem harũ ullum sapientem facere, restat deinceps disciplina quędam, imitatrix quidem maxima ex parte, sed nequaquã honesta: Nam & multis instrumentis imitantur, & multis ipsorũ corporũ non penitus decoris imitationibus: itemq; ea quæ secundũ sermonem & omnẽ Musam fiũt, & ea quorum pictura mater est, dum multę & omnis generis uarietates in multis humidis ac siccis generibus efficiuntur, in quibus ars imitatoria nullum etiam maxime studio operãtem, ulla parte sapientem efficit. Omnibus autem excultis, reliquũ est auxilium innumerabilibus infinitum, maximum quidem & ad plurima bellicum appellatum, ars ipsa ducẽdi exercitus, quæ in maximo precio est, & ad usum plurima bona fortuna opus habet: magis autem fortitudo secundum naturam, quàm sapientia est. Quã uero Medicinam uocãt, & ipsa ferè auxiliũ affert his, quæ tẽpora frigore & æstu importuno & alijs huiusmodi, de animaliũ natura deprædantur, sed nihil horum ad ueriſſimã sapientiam cõmodum est. Immodicis enim opinionibus & coniecturis ferũtur. Auxiliarios etiam gubernatores & nautas dicemus. Et ex his omnibus nullum sapientẽ uirum quispiam nos consolans denunciet. Necp enim aliquis ipsorum, uentorum iram aut amicitiã nouit, quod tamen uniuersæ gubernatoriæ maximè cõmodum est. Sed necp aliquẽ ex his qui dicẽdi facultate in iudicijs auxiliarios se esse asserũt, memoria & exercitatione opinionis affectibus animũ aduertentes, sed à ueritate eorum quæ reuera iusta sunt procul aberrantes. Restat adhuc ad sapiẽtiæ opinionẽ admiranda quædã facultas, quã naturã potius quàm sapientiã plerique nominauerint, tunc quũ quis aliquẽ facile quæcunq; discere intelligit, & multa ualdè ac firmiter memoria cõplecti: & quum quis id quod unicuiq; cõmodum est recordatur prout fieri decet, & hoc cito facit. Hęc enim omnia alij naturã, alij sapientiam, alij naturæ sagacitatẽ appellabunt, sapientẽ autẽ reuera nemi nem ex his, ullus unquã sanæ mẽtis appellare uolet. Atqui apparere & ostendere opor tet scientiã aliquam, quã si quis habeat, sapiens fiat, ut reuera sapiens sit, & nõ solum putetur. Videamus itaq;. Difficilem equidem omnino rem aggredimur, qui aliam præter relatas inuenire conamur, quæ sapiẽtia quidẽ reuera & meritò dicatur: qui uero ipsam assequutus est, neq; mechanicus: neq; stolidus erit, sed sapiens & bonus propter ipsam ciuis, & princeps & subditus simul erit ciuitatis iustus ac concinnus. Videamus itaque hanc primam, quæ nam ex humana natura scientia una sit, quæ si perruperit, & non accesserit, etiamsi nunc relatæ præsentes fuerint, humanum animal stolidissimum & desipientissimum efficiet. Et sanè non admodũ difficile est hoc contueri. Si enim una ad unam ut ita dicam comparetur, ea quæ numerũ dedit omni mortalium generi, hoc efficiet. Deum autem magis quàm aliquam fortunam arbitror illam nobis dedisse, & nos seruare. Quem uero deum arbitrer, exponere oportet, etiamsi absurdus sit, & rursus aliquo modo nõ absurdus. Quomodo enim bonorum uniuersorum autorem, non etiam rei longè maximæ, ipsius sapientiæ autorem fuisse putandum sit. Quem uero tandem deum ô Megille & Clinia iacto ac dico? Fermè cœlum, quod etiam colere, ipsiq; insigniter supplicare iustissimum est, uelut etiam alij omnes dei simulq; dæmones faciunt. Quòd uero etiam aliorum omnium bonorum nobis illud causa fuerit, omnes confitemur. Dedisse uero ipsum simul etiam numerum nos reuera asserimus, insuperq; etiam daturum esse, si quis assequi uoluerit. Nam si quis ad rectam eius cõsiderationem progredia-

Artes imitatrices

Scientia quæ sola sapientia

grediatur, siue Mundum, siue Olympum, siue cœlum alicui appellare libuerit, appellet quidem, sed assequatur quomodo uarians seipsum, & astra quæ in ipso sunt uertens, omnes decursus, & tempora, & alimentum omnibus exhibet, reliquam item sapientiam cum numero omni uelut dixerimus, & alia bona: sed hoc maximũ, si quis numerorum ipsius munere accepto, omnẽ circuitum recenseat ac percurrat. Adhuc uero paululum sermonibus ad superiora reuersi, in memoriam reuocemus ualdè rectè nos censuisse, quòd si numerum ex humana natura eximeremus, nunquam sapientes euaderemus. Non enim unquam anima eius animalis omnem uirtutem accipere poterit, à quo ratio abfuerit. Animal autem quod non cognoscit duo & tria, neque impar & par, & numerum omnino ignorat, nunquam rationem dare poterit de his quæ sensibus & memoria solum complectitur. Reliquam uero uirtutem, fortitudinem & temperantiam habere nihil prohibet. Qui uero ueræ rationis exors est, nunquam sapiens fieri poterit. Cui uero sapientia non affuerit, uniuersæ uirtutis maxima pars, is dum non amplius perfectè bonus fit, felix nunquam esse potest. Sic numerum quidem cõstituere omnino necesse est. Quare uero hoc necesse sit, copiosior adhuc omnibus relatis ratio reddi possset, sed & ea quæ nunc præsens est rectè referetur: quòd & ea quæ aliarũ artium esse dicuntur, quæ nunc recensuimus, omnes artes esse sinentes, non durabunt, neque ulla aliqua ex ipsis manebunt, sed omnia in totam peribunt, quum quis Arithmeticam sustulerit. Fortassis autem quibusdam ad artes respicientibus, paucorũ gratia humanum genus numero opus habere uidebitur, etiamsi magnum etiam hoc sit. Verum si quis diuinam & mortalem originem inspexerit, in qua etiam pietas erga deos & reuera numerus cognoscetur, nõ amplius quiuis cognoscere poterit omnem numerum, quantæ potentiæ nobis autor sit, si in nostro usu uersetur. Nam & tota Musica numeris opus habet, in motu uidelicet & sonis: & quod maximum est, Numeri omnium bonorum causa sunt, mali uero nullius: ex quo hoc probè cognoscendum est, quod etiam breui fieri posset, quod omnis motus rationis exors, & indecorus, & sine rythmo ac inconcinnus, & omnia quæ cum malo aliquo communionem habent, omni numero destituta sunt. Et oportet hoc ita statuere eum qui tãdem felix futurus est. Et qui iustum & bonum & pulchrum & omnia huiusmodi ignorat, nemo unquam uera opinione apprehensa, ad seipsum & alium persuadendum, omnino numeris utetur. Progrediamur itaque, & ad hoc ipsum consideremus, quomodo numerare didicimus. Age unum & duo unde nobis contigerunt, habentibus naturam hanc ut intelligamus ex patre, ad hoc quòd intelligere possumus: Multis autem alijs animalibus, neq; ad hoc ipsum natura accessit, ut à patre numerare discere possint. Apud nos autem hoc ipsum primum deus indidit, ut quod ostenditur intelligere possimus. Deinde ostendit, & hoc etiam nunc facit, ex quibus quid pulchrius quis spectare possit, si unum ad unum conferatur, quàm dici genus? Postea si ad noctis partem deuenerit oculis præditus, totum aliud ipsi uidebitur, si sanè hæc quæ eadem sunt, per multas noctes, & multos dies circũuoluere non desinet, quibus cœlum nunquam cessat docere homines unum & duo, priusquam etiam tardissimus ad discendum satis numerare didicerit. Vt enim etiam tria & quatuor & multa, quisq; nostrum qui hæc uidet intelligere posset, etiam ex his unũ fecit lunam deus qui ipsam fecit, quæ modo maior apparens, modo minor, progreditur alium semper ostendens diem, usque ad quindecim dies ac noctes. Hic autem est circuitus, si quis uult circulum unum totum in unum ponere: ut etiam tardissimum ad discendum animal discere possit, ex his quibus deus naturam tradidit, ut discere possint. Et usque ad hæc, & in his, omnino animal ea facultate præditum, ualdè numerandi peritum factum est, quod singulatim ipsum per seipsum cõsiderat. At uero omnem numerũ inter se semper computare, maioris ut arbitror gratia fecit, ut hac de causa Lunã ubi uelut diximus augescẽtem & decrescentem induxisset, menses ad annum constituit, & omnem numerum ad numerum felici fortuna contueri incœpit. Per hæc uero nobis fructus contingunt, & terra fœcunda fit, ut omnibus animalibus alimẽtum sit, dum uenti & pluuiæ fiunt, non immanes neq; immodici, sed si quid præter hæc fit ad malum declinans, non diuinam, sed humanam naturam accusare oportet, quæ eandem uitam non iustè distribuit. Nobis igitur de legibus quærentibus ferè uisa sunt reliqua quidem quæ hominibus opti-

Numerare quo modo didicimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma sunt, facilia cognitu esse, & quemuis tum intelligere, tum facere posse ea quæ dicuntur, si cognouerit quid'nam sit quod conferre cõsentaneum est, & quid quod non conducit. Visum est itaq; & adhuc nunc uidetur, reliqua quidem studia omnia non admodum difficilia esse: Quo uero modo bonos homines fieri oportet, omnino difficilimũ. *Bonum fieri, difficilimum* Et rursus reliqua omnia comparare bona, & dicitur, & fieri potest, & difficile non est: & opes quantis opus est, & non opus: & corpus quale oportet, & non oportet: & animam quod quidem bonam comparare oportet, quiuis cuiuis concedit: quo uero modo bonam, iustam rursus & temperantem & fortem, & ad hæc sapiẽtem comparare oportere quiuis dicit: Quam uero sapientiam uelut modo recensuimus, nemo ex uulgo cum ullo aliquo penitus amplius consentit. Nunc igitur præter omnes superiores sapientias: non uilem quandam ad hoc ipsum inuenimus, ut sapiens esse uideatur, qui ea quæ recensuimus didicit. An uero sit sapiens & bonus qui hæc nouit, de hoc sanè rationem inquirere oportet. CLIN. Merito ô hospes dixisti, quod de magnis magna dicere aggredereris. ATHE. Non equidem parua sunt ô Clinia, quod uero grauius est, omnino etiam uera. CLI. Valdè sanè ô hospes: tu tamen ne delasseris recensere id quod dicis. ATHE. Etiam. Neq; uos delassemini audire. CLI. Ita fiet. Et pro ambobus ego tibi respõdeo. ATH. Rectè. Ab initio itaq; dicere necesse est, primum quidem maximè ut apparet, si uno nomine comprehendere possimus, quæ est quam sapientiam esse putamus. Hoc autem si facere nequeamus, secundum saltem, quę nam sunt artes, & quot illæ, quibus acceptis sapiens quis fuerit, secundum nostram narrationem. CLIN. Dicas itaq;. ATHE. Proinde post hoc ab omni inuidia alienum erit, si legislator melius quid his quæ prius dicta sunt de dijs, assimilet & dicat, ita ut honesto ludo utatur, & deos hymnis colat, & beatos illos prædicando honoret, & sic uitã suam transigat. CLI. Profectò rectè dicis ô hospes, si quidẽ hic finis legum est, ut quis cum dijs colludat, & pu- *Collusiones cum dijs* riorem uitam degat, & simul optimum ac pulcherrimũ finem assequatur. ATH. Quomodo igitur ô Clinia dicimus? Num uidetur ut deos hymnis ualdè colamus, precantes nobis in mentem uenire, ut pulcherrima & optima de ipsis dicamus? Ita'ne, aut quomodo dicis? CLI. Mirum in modum ita. Quare consisus dijs ô beate precare, & sermonem qui tibi in mentẽ uenerit recẽse, de bonis quę circa deos & deas sunt. ATH. Ita fiet, si ipse deus nobis dux fuerit. Tu solum unà nobiscum precare. CL. Dicas itaq; posthac. ATHE. Deorum equidem & animalium procreationem necesse est ut apparet, quum priores ipsam male expresserint, primum mihi melius exprimere, iuxta superiorem sermonem, repetita ea quam aduersus impios institui disputatione, ita ut referam quòd sunt dei, qui parua rum & magnarum rerum curam gerunt, & ferè implacabiles sunt in his quæ præter iustum gerũtur, si modò meministis ô Clinia. Accepistis enim etiã monẽta. Nam quæ tunc dicta sunt, etiã ualdè uera erãt. Maximũ uero ex ipsis erat, omnem animã omni corpore antiquiorẽ esse. Num meministis? aut hoc sanè penitus? Nã quod melius & antiquius & diuinius est, id probabile est, deteriore & iuniore & ignobiliore prius & clarius esse, & quod omnino princeps est subdito, & quod dux est eo quod ducitur. Accipiamus itaq; hoc, Animam corpore antiquiorẽ esse. Si uero hoc ita se habet, id sanè quod primũ est, nobis originis primi initium dedisse, probabilius ferè fuerit. Et ponamus ita principium principij decentius se habere, & nos à maximorum sapientia, de deorum origine rectissimè aggressionem facere. CLIN. Sint hæc pro uiri- *Animal quod dicatur* bus dicta. ATH. Age itaq;, Animal'ne uerissimè dici secundum naturã hoc asseremus, quum una animæ & corporis constitutio, suo congressu unam formam produxerit? CLIN. Rectè. ATHEN. Animal itaque id quod tale est iustissimè appellatur. CLIN. Etiam. ATHEN. Solida uero corpora dici oportet iuxta cõsentaneam rationem quinque, ex quibus pulcherrima & optima formare quis potest. Alterum uero genus totum unam formam habet. Non enim aliud quid unquam incorporeũ fieri potest, & ut nullum colorẽ ullo modo unquã habeat, excepto reuera diuinissimo animæ genere. Hoc autem ferè est cui soli cõuenit ut formet & creet: corpori uero quod diximus, ut formetur & fiat & uideatur: Illi uero rursus dicimus (non enim semel dicendum est) ut uid eri nequeat, & cognoscat, & intelligat, & memoriæ ac ratiocinatiõis tũ in imparibus, tum in paribus mutatiõib. particeps sit. Quũ igitur quinq; sint corpora, ignẽ & aquã ea esse dicere

dicere oportet, & tertium aerem, quartum uero terram, quintum æthera: In horum autem singulorum principatibus animalia multa & uaria effici. Verũ singulatim hoc modo dicere oportet. Ponamus terreum primum nobis unum, omnes homines, & omnia quæ multos pedes habent, & quæ pedibus carent, & quæ progrediuntur, & quæ stabilia sunt, ac radicibus diuisa. Vnum autem in ipso hoc putare oportet, q̃ omnia quidem hæc ex omnibus generib. sunt, multa uero huius pars, terræ & solidæ naturæ est. Aliud uero animalis genus ponere oportet secundum, quod & nascitur & uideri potest. Plurimum enim ignis habet, habet tamen etiã terræ & aeris, habet item aliorũ omnium exiguas partes. Quapropter sanè animalia ex ipsis uaria & quæ uidentur nasci dicendum est, uerum putare oportet omnia quæ in cœlo sunt, hæc esse animaliũ genera, quod totum diuinum astrorum genus factum esse asserere conuenit, corpus quidem pulcherrimum adeptum, animam autem felicissimã & optimam. Ex duabus autem sortibus alteram ipsis ex opinione ferè attribuere oportet. Aut.n. interitus exors & immortale unũquodq; ipsorũ esse, & penitus diuinum necesse est: aut longæuã quandam uitam habere, quæ unicuiq; sufficit, ut nulla ampliore uita unq̃ opus habeat. Consideremus igitur primùm id quod dicimus, duo talia animalia esse. Rursus enim dicimus, ambo quidẽ uideri posse, alterũ ex igne totum, uelut uideri possit, alterũ ex terra: & terreum quidẽ in confusione, igneum uero omni ordinis ratione moueri. Quod igitur cõfusè mouetur, desipiens putandũ est, quod plerunq; animalia apud nos faciunt. Quod uero in ordine & cœlo progressionẽ habet, magnum sapientiæ suæ indiciũ exhibet. Dum enim secundum eadem & eodem modo semper progreditur, & facit ac patitur, satis magnum indicium sapiẽtis uitæ præbet. Animæ uero mente præditæ necessitas omniũ necessitatum longè maxima est. Imperans enim & nõ subdita leges condit. Cùm aũt anima id quod optimum est, secundũ optimam mentem consultauerit, impermutabile perfectè reuera secundũ mentem euenit, & neq; Adamas præstantius ac firmius quid ipso unq̃ fuerit: sed reuera tres Parcæ continent ac cõseruant ut perfectũ sit id quod optimo cõsilio singuli dei statuerunt. Oportebat igitur hominib. indiciũ esse, astra ut uniuersam hanc progressionem mentem habere, ex eo q̃ eadem semper faciunt, propterea q̃ dudum admirando quodam antea tempore cõstituta faciunt, & non ea quæ sursum ac deorsum agitatis consilijs transmutanẽ, ut modò alia, aliàs rursus alia faciant, uagenturq; & transuoluantur. At pleriq; nostrum hoc ipsum contrariũ uisum est, eo q̃ eadem & eodem modo faciunt, ideo animam non habere. Atq; ita desipientes istos secutũ est uulgus, ut humanum quidẽ genus sapere & uiuere, uelut quod moueretur, putauerit: diuinũ autem desipiens esse, uelut quod in ijsdem motib. permaneat. Poterat ausem homo hæc ita accipere, ut pulchrius & melius & ea quæ grata essent, de ipsis sentiret, q̃ uidelicet hoc ipsum sapiens putare oporteat, quod secundũ eadem, & eodem modo, & eadẽ semper facit. Hoc autem esse Astrorũ naturam, aspectu pulcherrimã, & quæ progressionem ac choream omniũ chorearũ pulcherrimã ac magnificentissimã ducit, ut omnibus animalibus id quod opus est perficiat. Et q̃ meritò quidem animata ipsa dicimus, primũ magnitudinem ipsorũ consideremus. Non eĩ uelut parua conspiciunt, tanta reuera sunt, sed unumquodq; ipsorũ ingenti mole præditũ est, quod tamẽ creditu dignũ est. Iustis.n. demõstrationibus deprehendit. Nam Solem totũ terra tota maiorẽ esse rectè intelligi potest: & omnia sanè q̃ feruntur astra, admirandã quandam magnitudinẽ habent. Accipiamus itaq; quis modus sit, ut tantã molem aliqua natura eodẽ semper tẽpore circũferat, quãto etiã nũc circũfertur. Deum equidẽ causam esse assero, & nunq̃ aliter fieri posse. Animatum enim nunquã aliter fieri potest, q̃ per Deum, uelut nos oltẽdimus. Quãdo uero hoc Deus potest, magna ipsi facultas fuit, ut primùm omne corpus & omnis moles animal fieret. Deinde ut qua optimè constituisset, hac duceret. Nunc itaq; de omnibus his unum sermonem uerum proferre possumus. Non possent terra & cœlum & omnes stellæ ac moles ex his omnes, si non anima singulis adesset, aut etiam in singulis esset, ita exacte secundũ annum progressionem facere, per menses item ac dies: & omnia quæ fiunt omnibus nobis bona fieri. Oportet aũt quantò uilius quiddã est homo, tantò minus nugari, sed clarè ipsum dicere aliquid uideri. Próinde si quis impetus aut naturas corporũ, aut tale quiddam, causas quasdam esse dicit, nihil clari dicit. Quod

Astrorum corpora qualia sint

Ordo sapientiæ indicium

Universidad de Deusto
Biblioteca

uero à nobis dictum est, ualdè repetere oportet, an sermo ille ratione habeat, aut peni-
Animæ & corporis summa tus ipsa careat: Primùm quidem res esse duas, alteram animã, alteram corpus, & utriusque multas: omnes autem inter se diuersas, & utrasque ab utrisq; & tertiam aliam nullam ulli communem. Differre uero animam à corpore ponemus, quòd hoc sit demens, illa uero sapiens: hoc subditũ, illa princeps: hoc nullam ullius affectionis causam præbeat, illa omnium causa sit. Quare ea quæ in cœlo sunt, ab alio quopiam facta esse: & non animæ ac corporis reuera sobolẽ esse, magna stultitia & temeritas est. Si igitur sermones de omnibus huiusmodi uincere debent, & omnia huiusmodi firmiter diuina facta esse uideri, ex duobus sanè alterum de ipsis censendum est. Aut enim deos ipsos esse hæc rectissimè celebrabimus: aut deorum imagines uelut statuas factas esse putabimus, ut ipsi dij ipsas fecerint. Non enim dementium, neque uilium sunt opificum. Quare uelut diximus, ex his alterum statuamus, & quod statuerimus, excellenter præ omnibus statuis ueneremur. Nunquam enim apparebunt pulchriores & magis in communi expositæ omnium hominum statuæ, neq; in præstantioribus locis locatæ, & puritate & dignitate & uniuersa uita præstantiores quàm hæ, uelut ubique hoc modo factæ sunt. Nunc igitur de dijs tantùm aggrediamur, ut quum duo animalia quæ à nobis uideri possunt, conspexerimus, quorum alterũ immortale, alterum terreum totum mortale factum esse diximus, tria de quinq; inter duo hæc media, secundum æquam opinionem clarissima facta, recensere conemur. Ac Æthera quidem post ignem ponamus, Animam uero ex ipso formare censeamus animalia, quæ uim habent uelut in alijs generibus magna quidem parte ex ipsius natura, minores autem partes ex alijs generibus coniunctionis gratia. Post æthera uero ponamus animam aliud animalium genus formare ex aere, & tertium ex aqua: Postquam uero anima hæc omnia creauit, uerisimile est totum cœlum animalibus repleuisse, omnibus generibus pro uiribus usam, ut omnia uita participarint: Secunda uero & tertia & quarta ac quinta à deorum manifestorum origine initio sumpto, ad nos homines desinere. Circa deos equidem, & lo
Deorum ordo uem & lunonem & reliquos omnes quomodocunq; quis uult, secundum eandem legem ponat, & firmam hãc rationem teneat. Deos enim qui uideri possunt, maximos & honoratissimos & acutissimè uidentes, ubiq; primos censere oportet, ipsam astrorũ naturam, & quæ cum his facta esse sentimus. Post hos autem & sub his deinceps dæmonas, genus aereum, quod tertiam ac mediam sedem obtinet, & interpretationis causa est, precationibus ualdè colere oportet, commodę progressionis gratia. Horum autem duorum animalium alterum ex æthere, alterũ ex aere, utrunque non totum uideri posse dicimus, & quum prope adsit, manifestum nobis non fieri: sed sapientia admiranda participare, ut quæ generis docilis ac memoris sint, & cognoscere quidem ipsa omnem nostram cogitationem, & honestos ac bonos ex nobis mirificè amplecti, & uehementer malos odio habere, ut quæ iam dolore participẽt. Deum enim qui diuinæ sortis summum obtinet, ab his dolore uidelicet ac uoluptate alienum esse, sapientia uero ac cognitione per omnia participare. Sed & postquam cœlum animalibus refertum fuit, interpretatione inter se uti, & summos deos omnes, & omnia animalia dicimus, eo quòd media animalia & ad terram, & ad totum cœlum feruntur leui motus impetu acta. At uero quintum ex aqua genus rectè quis semideum appellarit, ex ipso factum esse conijectans, & hoc esse quod modò uidetur, modò occultatum obscurum euadet, admirationem sui per obscurum aspectum inducens. Quum itaque quinque hæc sint reuera animalia, quomodocunque aliquis ex nobis in ipsa incidunt, aut per somnum in somnijs occurrentes: aut per oracula & uaticinationes, dum ad aures sanorum aut ægrotorum nominantur: aut si etiam in fine uitæ constituti & priuatim, & publicè in opiniones de ipsis inciderint, unde multa multorum templa extructa sunt, & adhuc extruentur: horum nullum unquam legislator, qui uel parum mente præditus est, nouare audebit ad Dei cultum, qui non manifestum quid habet ad ciuitatem suam euertendam. Sed & ex his nihil omninò impediet, quæ patria lex de sacrificijs tradidit, & po
Sacra non nouanda steris mandauit, gnarus mortalem naturam nihil de talibus cognoscere posse. Non'ne uero eadem ratio docet, pessimos eos esse, qui reuera manifestos nobis deos, dicere & manifestos nobis facere nõ audent, item'que alios deos qui sine sacris sunt, & debitos ipsis

tos ipsis honores non suscipiunt? Nunc uero eiusmodi est quod contingit, uelut si quis *Sacra non tamenda*
nostrum olim Solem ac Lunam, & fieri, & omnes nos intueri uidisset, & non dixisset, fortassis eo quòd dicere non posset: & simul honoris exortes uidisset, & non conatus esset, quantum in se esset, ut in locum honoratum conspicuos ipsos duceret, & festa ac sacrificia ipsis fieri curaret, & accepto tempore singulis & maiorum & minorum annorum tempora distribueret. Non'ne si malus & sibijpsi & alteri, à cognoscẽte dicatur, merito dici uidebitur. CLI. Quomodo enim non ô hospes? Imò pessimus. ATHE. Hoc itaque ô chare Clinia, nunc circa me manifestè fieri scias. CLI. Quomodo dicis? ATHEN. *Octo cœlestes facultates*
Sciatis octo facultates per totum cœlum esse inter se cognatas, quas ego conspexi, & nihil magni peregi: facile enim hoc etiam alteri est. Harum autem tres hæ sunt, Solis una, Lunæ una, una omnium astrorum, quorum paulò antè mentionem fecimus. Quinque uero aliæ. Has itaq; omnes, & eos qui in his sunt, siue ipsi procedunt, siue in uehiculis feruntur, atque ita progrediuntur, hoc modo & nõ aliter unquam ullus ex omnibus nobis putet, nimirum quòd alij quidem ipsorum Dei sint, alij non: neque quòd alij genuini sint, alij tales, quales nulli nostrum dicere fas est: sed omnes dicamus, & omnes ilos asseramus fratres esse, & in sortibus fraternis, & honores attribuamus, & non alij annum, alij mensem, alij neq; aliquam partem constituamus, neq; aliquod tempus, in quo circuitum suum pertransit, & cursum perficit, simul perficiens mundum, quem ratio omnium diuinissima uisui expositum constituit. Hunc sanè felix uir primùm admiratur. *Felix uir qui reuera sit*
Deinde amore corripitur discendi quæcunq; mortalis natura assequi potest, hoc modo se optimè ac felicissimè uitam trãsacturum esse existimans, & uita defunctum deuenturum esse ad locos uirtuti conuenientes: & uerè initiatus, & unus unam sapientiam reuera adeptus, per reliquum tempus pulcherrimarum rerum uisui expositarum spectator degit. Nunc uero deinceps restat nobis ut quot & qui sint, dicamus. Hoc enim constanter affirmo, nunquam fore ut mendaces uideamur. Octo enim esse rursus dico. Ex illis autem octonis tres relatas esse, quinque uero adhuc restare. Quartus itaque motus ac decursus, simul'que quintus, uelocitate Soli ferè æqualis est, & neque tardior, neque uelocior. Verùm quum hi in totum semper tres sint, eum qui mentem præstantem habet, ducem his esse dicimus, & hos esse Solis & Luciferi, & tertij qui nominari non potest, eo quòd cognitus non est. Huius autem causa est is qui primus hæc conspexit, & Barbarus fuit. Antiquus enim locus eos aluit, qui primi hæc intellexerunt, & propter æstiui temporis pulchritudinem ac serenitatem, quam Ægyptus & Syria abundè habet, conspicuas, ut ita dicam, stellas semper omnes conspexerunt, nimirum nubibus & aquis de mundo semper remotis. Vnde ista quoquo uersus & huc peruenerunt, immenso ac infinito tempore explorata. Quapropter cõfidenter hæc in leges referenda sunt. Nam diuina non honoranda esse, aut hæc non diuina putare, eorum est qui palàm desipiunt. Quòd uero nomina non habent, hanc causam dicere oportet. At enim etiam nomina ab aliquibus acceperunt. Lucifernm enim eundemq; Hesperum esse, rationem sanè habet. Qui uero æqualiter cum Sole simul'que cum hoc currit, Stilbon à splendore appellatur. Tres porrò adhuc motus dicimus eorum qui cum Sole & Luna ad dextram progrediuntur. Vnum uero octauum dicere oportet, quem maximè quis supernum mundum appellarit, uelut uideri possit hominibus pauca de his intelligẽtibus. Verùm quæ satis nouimus, ea dicere necesse est, & dicimus. Quæ enim reuera sapientia est, hoc ferè modo apparet ei qui uel parum rectæ ac diuinæ intelligentiæ particeps est. Restãt itaq; tres stellæ, quarũ una tarditate cæteras antecellit, Phænontem autem aliqui ipsam nominant. Proximã uero post hanc tarditate Phaetontẽ. Pyrois autem post hãc appellatur, quæ præ omnib. rubẽtissimo colore prædita est. Nihil aũt ex his intellectu difficile est, si quis exponat. Quare ubi quis didicit, ita existimare debet, uelut diximus. Hoc uero cuiuis uiro Græco animaduertendum est: Nos regionem habere ad uirtutem ferè omnium præstantissimã. Laus autem ipsius in eo consistit, q̃ media est inter hyemes & æstiuam naturam. Sed natura qua nos ad æstiuam partem superamur ab illo Barbaro- *Græciæ situs optimus*
rum loco, de quo diximus, posterius nobis tradidit horum mundi deorum cognitionẽ. Ita uero sentiamus, q̃ quicquid Græci à Barbaris acceperimus, hoc præstabilius tãdem Græci efficiẽt: Et sanè etiam circa hæc de quib. nunc dicimus, idem hoc cogitandũ est,

difficile

Universidad de Deusto
Biblioteca

difficile esse omnia huiusmodi citra omnem ambiguitatem comperire: Magna tamen simulq; bona spes est. Græcos melius & reuera iustius omnium horum deorum curam susceпturos esse, præ illa fama ac cura, quæ ex Barbaris allata est: & ad hoc disciplinis

Diuina mortalibus inquirenda

& oraculis ex Delphis petitis usuros esse, & omni legum medela. Cæterum nemo Græcorum unquam uereatur, uelut non oporteat mortales homines circa diuina solicitos esse, sed totum huic contrarium putet, neq; desipientem esse Deum, neq; humanam naturam ignorare. Nouit enim q; se docente, assequetur & discet ea quæ docentur. Quòd autem ipse nos docet, nos autem discimus & numerũ, & numerare, hoc sanè nouit. Desipientissimus enim omniũ esset, si hoc ignoraret. Nam quod dicitur, reuera ipse seipsum ignoraret, si ei qui discere potest, succenseret, & nõ ei qui per Deum bonus euadit, absque inuidia congauderet. Magnam equidem & bonam rationem habet, tunc cùm primæ essent hominibus de dijs cogitationes, quomodo facti essent, & quales essent, & quas actiones tractarent, non ex sapientũ sententia, & prout ipsis gratum est, prolatas illas esse, neq; uelut secundi censuerunt, à quibus antiquissima dicebant ignea & aquea & reliqua corpora: posterior autem admiranda anima: & præstãtior ac honoratior motus corpus obtinebat, ut ipsum seipsum caliditate ac frigiditate & omnibus huiusmodi ferret, & non anima & seipsam, & corpus. Nunc uero cùm dicimus animam, siquidem in corpore sit, nihil miri esse, si & hoc, & seipsam circũfert, neq; nobis fidem anima dergat iuxta ullam rationem, uelut nihil graue circumferre possit. Quapropter etiam nũc quum ut nos censemus, anima totius causa sit, & omnia bona talia sint, & rursus mala alia eiusmodi, omnes quidem lationis & motus animam causam esse, nihil miri est, uerùm lationem & motum ad bonum, optimæ animæ esse, ad cõtrarium uero, contrariæ. bona uero uicisse & uincere oportet, & quæ talia non sunt. Hæc dicta sunt à nobis omnia secundum iudiciũ ad impios ulciscendos. At uero circa hoc quod nũc decernimus, fieri non potest ut nobis fides derogetur, quòd non oporteat nos bonũ, sapientem esse putare. Sapientiam porrò hanc quam dudum quærimus, uideamus an fortassis aut iuxta disciplinam, aut iuxta artem aliquam animaduertamus. Quandiu enim à cognitione illius alieni fuerimus, tandiu eorum quæ iusta sunt, ignari erimus. Ita sanè mihi uidetur, & dicendum est. Cùm enim sursum ac deorsum ipsam quæsiuerim, quatenus mihi conspicua facta est, manifestã uobis ipsam efficere conabor. Maxima equidem uirtus dum non rectè peragitur, ignorãtiæ nobis causa fuit, uelut ex nuper relatis, admodum significari mihi uidetur. Maiorem enim uirtutem pietate esse mortalium generi, nemo nobis persuadeat. Quòd autem hæc propter maximam imperitiam, in optimis naturis nõ fuerit, dicendum est. Optimæ uero sunt quæ difficilimè quidem, sed cum maxima utilitate fiunt. Anima enim quæ & tardam & contrariam naturam moderatè & mãsuetè suscipit, facilis est, & fortitudinem admiratur, & ad temperantiam obsequens est, & quod maximum est, in his naturis ad discendum idonea est, & memoria prædita, & ualdè his ipsis gaudere possit, quòd discendi cupida est. Hæc enim neq; facilè proueniũt, & si prouenerint, educationem ac eruditionem conuenientem adepta fuerint, plurimos ipsorum ac deteriores rectissimè continere possunt, ut sentiant & faciant & dicant de dijs singula, prout & quando oportet: circa sacrificia item & expiationes circa deos & homines, non habitu & gestibus simulent, sed reuera uirtutem colant, quod sanè omnium maximum est omni ciuitati. Hanc igitur partem natura præstantissimam esse, & quoad fieri potest, maximè ac optimè discere posse dicimus, si quis doceat. Sed neque docere quis poterit, si non Deus duxerit. Si igitur quis docuerit, & non iusto modo hoc fecerit, melius est ut quis non discat: Attamen ex his quæ nunc dicuntur, necesse est hæc discere, & me talem ac optimam naturam dicere. Conemur itaq; oratione exponere quæ & qualia sunt, & quomodo discere oportet, pro uiribus tum meis qui dico, tum eorum qui exaudire possunt, quo modo quis aliqua de cultu Dei discat. Fermè igitur absurdũ auditu est nomen ipsius, ut nos dicimus, quod quis ob rei imperitiam nunquam putauerit. Astronomiam ignoratis rem sapientissimam esse? Necesse est uerè Astronomum esse, non qui secundum Hesiodum & omnes huiusmodi, Astronomus est, ut occasus et ortus consideret, sed ut de octo circuitibus septem circuitus cognoscat, cùm unusquisque circulum suum ita pertranseat, ut non facilè quæuis natura unquam satis speculari possit, quæ

Pietas uirtus maxima

Docendi modus iustus

possit, quæ non admirandæ naturæ particeps sit, uelut nunc diximus ac dicimus, dum quatenus & quomodo discere oportet, tractamus. Primùm itaq; hoc nobis dicatur, Luna quidem circuitum suum celerrimè pertrãsit, ducens mensem & pleniluniũ primùm. Secundò uero Solem considerare oportet, qui conuersiones & solstitia per totum circuitum suum ducit, & eos qui cum ipso cursum faciunt. Quo uero non sæpe eadem de ijsdem dicamus, reliquæ horum uiæ non facile intelligi possunt. Sed ad hęc naturas præparare oportet, ita ut pueros & adolescentes doceamus, & asuefaciamus, ac exerceamus, per quos fieri possit ut hæc assequamur. Quapropter disciplinis opus fuerit, & maximè ac primum numeris ipsis, non qui corpus habent, sed qui totam imparis ac paris originem & facultatem, quantam ad rerum naturam exhibent. Postquam autem quis hæc didicit, deinceps sequitur ea quam quidem ridiculo admodũ nomine Geometriã uocant, sed eorum numerorũ qui inter se natura similes non sunt, ad planorum partem manifesta assimilatio est, quod sanè miraculum non humanũ, sed diuinum factum, intelligere potenti manifestum fiet. Post hanc uero numeros considerare oportet, qui ter adaucti, & solidæ naturæ similes sunt: & rursus eos qui dissimiles facti sunt, altera arte huic simili, quam Geometriam uocauerunt hi qui in ipsa uersati sunt. Quod uero diuinum & admirandum tum inspicientibus, cum considerantibus est, quum circa duplum semper facultas, & quæ ei contraria est, uersetur, hoc modo secundũ unamquamq; proportionem, speciemq; & genus, uniuersa natura efformatur. Prima itaq; facultas dupli est, quæ secundũ numerum unum ad duo iuxta rationem fertur. Duplum aũt ipsa secundum potentiã est. Alia uero ad solidũ & tactui expositũ rursus duplum ab uno ad octo transit. Alia uero in mediũ quidem dupli, sed fortassis plus minoris, & minus maioris, ut alterum eadem parte ipsarum extremitatũ excedat & excedaꝰ. In medio autem sunt sex ad duodecim, & efficitur tunc sesquialtera & sesquitertia proportio. Dum igitur in medio horum ipsorum uersatur ad ambo, consonum & congruum hominibus usum distribuit, lusus & rythmi ac harmoniæ gratia felici Musarum choreæ data. Hæc itaq; omnia hoc modo fiant, ac se habeant. Deinceps porrò ad finem progrediendũ est, ad diuinam nimirum originem, simulq; eorum quæ ad uisum exposita sunt, pulcherrimam & diuinissimam naturam, quantam Deus hominibus conspiciendam dedit: quam nunquã facile quis se assecuturũ esse sperabit, qui nõ relatas artes cognouit. Ad hæc uero id quod singulare est, ad hoc quod species habet, adhibendum est in singulis conuersationibus, interrogando & redarguendo ea quæ non rectè dicta sunt. Hæc enim optima & prima omnium exploratio rectè ab hominibus fit. Quæ uero se tales esse simulans, quum non sint, in his omnium uanissimus labor est. Præterea uero temporis exacta ratio nobis animaduertenda est, quàm exactè efficit omnia quæ in cœlo fiunt, ut qui sermonem illum uerũ esse credidit, quòd antiquior simulq; diuinior est anima quàm corpus, putet etiam pulchrè penitus ac iustè dictum esse, deorum omnia plena esse, & nunquam neq; oblitione, neq; negligentia, nos præ potioribus paruipendi. Cogitandũ etiam circa omnia huiusmodi hoc est, quòd si quis singula hæc rectè acceperit, magnã utilitatem afferunt ei qui ipsa recto modo assumit: Sin minus, deũ semper inuocare melius est. Modus autem hic est: Necesse est enim & hunc exponere: Omnem descriptam formam, & numeri collectionem, & omnem harmoniæ constitutionem, & astrorum circumuolutionis consensionem, unam omnium esse, apparere oportet ei qui recto modo discit. Apparebit aũt si id quod dicimus, rectè quis ad unum respiciẽs discat. Vinculũ enim horum omnium à natura unum esse animaduertentibus apparebit. Si uero alio quodam modo quis hæc tractabit, fortunam, uelut diximus, inuocare oportet. Non enim absq; his unquam felix aliqua natura in ciuitatibus euadere poterit: Sed hic est modus, hæc educatio, hæ disciplinæ, siue difficiles siue faciles, hoc modo progrediendũ est. Negligere uero deos fas nõ est, cùm felix de omnibus ipsis secundũ rectum modum relata doctrina manifesta facta sit. Qui uero omnia hæc sic acceperit, eum ego ueriſſimè sapientissimũ esse dico. Quin & ioco simulq; seriò affirmo, quando quis ex talib. fatum suum expleuerit, & mortuus fuerit, tunc neq; amplius uelut nunc multorũ sensuum participem fore ipsum, & unam solũ sortem adeptũ, & ex multis unum effectũ, & felicem fore & sapientissimum simulq; beatum: & siue quis in cõtinenti, siue in insulis, ita beatus uiuat, etiam ipsum

Dupli facultates

Disciplinas discendi modus unus

Sapientißimus qui sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum semper talis fortunæ participem fore: & siue publicè quis hæc studia tractauerit, siue priuatim uitam transegerit, eadem ipsum eadem à diis adepturum esse. Quod uero ab initio dicebamus, etiam nunc idem sermo reuera uerus adest, fieri non posse ut homines perfectè beati ac felices fiant, paucis admodum exceptis. Et rectè hoc à nobis dictum est. Quicunq; enim diuini & temperati sunt, & reliquæ uirtutis natura participes: & ad hæc, omnia quæ ex beato studio dependent cõsequuti sunt: quæ uero ea sint diximus: his solis uniuersa quæ ad felicitatẽ pertinent iusto modo se habent. Qui igitur in his ita elaborarũt, his & priuatim dicimus, & publicè per leges sancimus, ut ubi ad senectutem deuenerint, maximè magistratus tradantur, & ut alij hos sequentes, omnes deos ac deas collaudent, & nocturnũ conuentum, ubi nos omnes probè cognouerint, & rectissimè examinauerint, ad hanc sapientiam adhortentur.

Humanum genus infelix

ARGVMENTA MARSILII FICINI
IN EPISTOLAS DVODECIM PLATONIS.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM PRIMAM.

DIO SYRACVSANVS uir profecto magnus, Platonis non auditor solum, sed etiam imitator, à tyranno expulsus, & magno animo pecuniam quam miserat tyrannus, statim remittit: & utpote Platonicus, pro summa iniuria, summo quodam Dionysium afficit beneficio, tribus scilicet præceptis salutaribus admonens. Primum est, principes non pecuniarum, sed amicorum defectu perire. Secundum, nullam potentiam maiorem esse bonorum prudentiumq; consensu. Tertium oportere errata præterita recognoscere, & quanto nobis detrimento sint augurari, quo à futuris delictis absterreamur.

PLATONIS ATHENIENSIS
EPISTOLAE XIII, *Morales.*

Iano Cornario interprete.

DION DIONYSIO FELICEM SVCCESSVM.
EPISTOLA I.

VVM ego tanto tẽpore apud uos uersatus sim, & uestrum principatum mihi cõmissum gubernauerim, & uos omnium maximè utilitatẽ perciperetis, calumnias admodũ graues ipse sustinui. Scio enim uobis uideri, nihil crudelius perpetratum esse, me cõsentiente. Omnes enim qui unà uobiscum conuersati sunt, testes mihi existunt, quorũ ego multis auxiliũ tuli, ipsosq; non à paruo detrimento liberaui. Quum autem in pleno imperio cõstitutus, sæpe ciuitatem uestram conseruauerim, maiore cũ ignominia ablegatus sum, quàm mendicũ uos dimittere decebat, ut qui enauigare iuberetis eum, qui tantum tempus apud uos contriuisset. Ego igitur de cætero crudelius de meipso statuam. Tu uero qui talis es Tyrannus, solus habitabis. At aureolos illos splendidos, quos in uiaticũ dedisti, Bacchius qui tibi epistolam de me reddit, affert. Nam neq; ad uiaticũ illi sufficiebant, neq; ad reliquam uitam conducebant. Ignominiã uero plurimam tibi qui dedisti afferunt, & nõ multò minorẽ mihi afferrent si acciperem. Quapropter nõ accipio. Tua uero nihil refert, siue des tantillos, siue accipias. Quare his acceptis alium quẽdam amicũ honores, quemadmodum me. Nam & ego satis à te honoratus sum. Et mihi illud Euripidis tempestiuè dicere licet:

Tyrãnus solus habitãs i pœnã

Rebus tibi quandoq; aliter cadentibus,
Optabis esse tunc tibi talem uirum.

De hoc autem admonendum te duxi, eo q; etiam alij plurimi Tragici poetæ, quum Tyrannum ab aliquo pereuntem inducunt, exclamantem faciunt,

Desertus ipse amicis intereo miser.

At ex auri inopia pereuntem aliquem, nullus ipsorum ullo poemate dixit. Sed & illud poema mente præditis non malè se habere uidetur.

Non auri ita uis rarissimi mortalibus
Vita in misera hac, non sic Adamas, argenteæ aut
Mensæ approbatæ sic oculis se obijciunt,
Terræ nec amplæ sic agri ulli fertiles,
Velut bonorum mens uirorum consona.

Vale, & adeò in nos deliquisse te cognosce, quo erga alios melius te exhibeas.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI AD EPISTOLAM secundam: quæ est Platonis ad Dionysium Siciliæ tyrannum.

IN HAC epistola quam Plato scribit ad Dionysium iuniorem post primum ab eo discessum, & expulso Dione, quatuor sunt præ cæteris obseruanda. Primum quidem, quòd ait magnam potentiam naturali quodam instinctu, atq; sapientiam sese inuicem petere, quo in unum congrediantur. Id quidem in diuinitate, in natura, in arte compertum habemus. Principio penes deum infinitam dei potẽtiam immensa sapientia comitatur. Quod hic sub Iouis & Prometbei nomine indicat: Iouem quidem potentiam, Prometheum uero prouidentiam esse indicans. Nempe diuinæ intelligentiæ fontem atq; speculũ eiusdem potentiam esse putat. Siquidem & quia potest intelligere, idcirco intelligit, & potentiam eandem contemplatur intelligendo. Apparent & horum uestigia in natura. In his enim quæ naturaliter composita sunt, siue lapides & metalla, siue plantæ & animalia, immo & in primis in ipso cœlo, ita natura comparatum est, ut ex intima naturæ potentia naturaliq; uigore procedat ordo quidam tum in ipsis horum formis, tum in actionibus atq; effectibus. Ordo uero eiusmodi extrinsecus cuidens, interioremq; uigorem potentiæ comitans, sapientiam quandam præ se ferre uidetur. Non enim aliter in progressibus ordinatis natura procedit, aliter sapientia: sed similis omnino est utriusq; progressio. In arte quoq; humana siue priuata, siue publica, similis quidam uidetur potentiæ sapientiæq; congressus. Naturalis quidẽ ingenij, memoriæ uoluntatis uirtus ad potentiam pertinet. Ex hac uero acquisita oritur sapientia, et in actionibus ipse ad sapientiam pertinẽs ordo seruatur. Huius autem mysterij diuinitate, natura, arte constantis, in consuetudine eleganti habemus exempla, quæ hic Plato recensẽt, in mutua uidelicet potentum sapientumq; familiaritate, & quasi naturali quadam necessitudine. Quæ de re nos admonet cælum, in quo planetæ significatores principum his proximi sunt, qui significant sapientes. Nam et Iupiter Saturno est situ proximus, & Sol fermè à Mercurio non discedit. Morale igitur apud Platonem præceptiũ est: Principes sapientes honorent: sapientes libenter principibus consulant. Nam & sapientia absq; potentia prodest paucis, et potentia remota sapientia obest multis. Potentia quidem expers sapientiæ quo maior est, eo perniciosior. Sapiẽtia uero procul à potentia manca uidetur. Docent hoc magnæ planetarum coniunctiones. Iupiter quidem dominus est: Saturnus uero philosophus. hi profecto nisi coniungantur, nihil uel magnum uel stabile moliuntur. Felicem quidem familiaritatem Plato uult esse ex potente sapientẽq; conflatam. Felicissimam uero copulam, ubi utraq; in eodem animo coniunguntur. In quo & ipsum Palladis sedet numen, potentiam unà cum sapientia copulans. Pallas enim sola & artes callet simul et uibrat hastam. Hactenus de primo epistolæ huius mysterio dictum sit. Ad secundum iam pergamus. Animi bonitate excellentis, est gaudere bono, maxime uero diuino, hoc est amplissimo. Tale uero est quod & quàm plurimis & quàm diutissime prodesse. eiusmodi est uera uirtutis gloria ad doctrinam & mores tam posteris quàm præsentibus conferens. Hac ergo uiri optimo ingenio præditi, duabus de causis maxime omnium delectantur: tum quia sicut intimam uirtutis lucem amant, sic exteriorem quoq; diligunt uirtutis splendorem: tum quia splendore hoc optant semper prodesse quamplurimis, & hoc certe perpetuo in genus humanum beneficio gaudent. Gaudẽt inquam, quatenus sentiunt. Quum uero sempiterna gloria studeant posteritati prodesse, sperantes uidelicet, sicut nunc, ita & tunc splendore hoc & beneficio se gauisuros: profecto id se post hanc uitam persensuros uaticinantur. Naturæ siquidem diuinioris instinctu ad tantum beneficium instigantur, nõ tam quia hoc ipso gaudent, quàm ut gaudeant. Ac si multæ animalium species in ipsa nidorum escarumq; opera instigante natura non frustra futuro usui consulunt: multo minus diuinos animos sperantes se sempiterno quodam officio gauisuros, frustratur euentus. Eiusmodi uero uirtutis splendorem, & beneficium tam in doctrina quàm in moribus his uerbis propheta Daniel comprehendit. Fulgebunt docti tanquam splendor firmamenti, & qui multos eruditi ad iustitiam, sicut stellæ in perpetuas æternitates. In quibusdam uero animis à sua diuinitate degenerantibus, beneficum uero gloriæ studium uel extinguitur, uel in uanam gloriam permutatur. Tertium epistolæ huius mysterium surgit altius. Sed quoniam in theologia, & libro de Amore latius exposuimus, satis fuerit in præsentia leuiter delibasse. Quando diligenter formas ab artifice factas consideramus, paulatim qua ratione factæ fuerint, animaduertimus: & quando rationes per quas efficit formas apprehendimus, facile per eas ad ipsas ideas artificiosæ mentis accedimus ad quarum exemplar rationes suas ad formas direxerit efficiendas. Quemadmodum uero in artificijs à formis ad rationes, ab his ad ideas, id est exemplaria proficiscimur: sic in ipso rerum ordine contemplando, pulcherrimas rerum formas cognoscimus artificiosissimis rationibus esse compositas: ac si rationibus, ergo ideis, id est exemplaribus, ad quorum similitudinem ipsa ratio formas producit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordinem. Tres ergo in uniuerso sunt ordines, formarum scilicet & rationum, & idearum. Ordo quidem formarum quò patèt sensibus, ad animam ipsam mundi reducitur: quæ utiq; uelut principium motus formas in materia generat. generat autem alias aliis rationibus atque seminibus. Hunc uero ordinem in anima rationum ad mentem rediginus anima altiorem, à cuius ideis anima gubernandarum rerum suscipit rationes. Ordo deniq; idearũ in mentem ab immenso & simplici diuini boni splendore descendit. Siquidem una hominum idea bonorum, id est ipse deus, alias aliorum bonorum menti angelicæ ideas infundit. Quamobrem tres rerum ordines ad tres principes fontesq; reducuntur. Ordo quidem formarum ad mundi animam, ordo uero rationum ad mentem angelicam, ordo denique idearum ad ipsum bonum. Et quia per ideas cuncta referuntur ad bonum, ideo Plato inquit: Circa omnium regem cuncta sunt, id est circa ipsum bonum sunt ideæ, perq; ideas omnia. Circa secundum, id est, mentem sunt secunda, id est rationes quæ sequũtur ideas. Circa tertium uero tertia, id est circa animam mundi formæ. Significauit autem deum esse rerum causam exemplarem, ubi dixit circa. Item simlem ubi ait: Eius gratia. Rursus efficientem, quando subiunxit: Ipse causa est pulchrorum omnium. quòd enim nonnulla sint deformia non ob id habent quòd ab ipso sunt, sed quatenus ab eo degenerant. Neque mirum Platonici uideri uolunt, quod Plato quodlibet illorum trium principium nominauerit. Nominasse enim similiter, sed non æque. Deum quidem per se unum bonumq; existere. Cum uero unitas bonitasq; amplissima sint, sequitur ut deus per se sit omnino. Mentem uero summam Deo proximam per Deum esse, quatenus unum quiddam est & bonum: præterea & per se, quatenus mens est & ordo naturæ secundæ. Mundi denique animam productam quidem & ipsam à primo deo, quà unum atque bonum. Productam quoque ab ipsa mente, quà mens. Sed quà per se mobile est, à seipsa productam. Hucusque ait Plato procedere diuinorum origines, rerumq; principia. Præterea animum nostrum esse diuinum quando addidit affectare diuina: uerum non comprehendere quandiu aspicit in ea quæ sibi cognita sunt, id est, uel sensus & sensibilia, uel formas horum obiectu conceptas ab anima. Hæc enim omnia à diuinis longe diuersa sunt. unde animus in hæc aspiciens cogitur de diuinis aliter sentire, & pronunciare quàm sint. Sequitur quartum mysterium de diuinorum perceptione. Primo quidem ait inuestigationem diuinorum non rectè factam, id est non debitis, tum purificationis, tum disciplinarum gradibus instructam, malorum esse omnium causam. Quia uidelicet qui sic inuestigant deum, tandem eò perueniunt, ut uel negent deum esse, uel de deo affirment quæ non sunt dei. Hinc uera perit religio, extincta religione mala omnia consuunt. Deinde ait stimulum inuestigandorum diuinorum esse malorum causam, id est si hoc abutamur, & omnino quomodocunque utamur, non permittit præsentibus oblectamentis frui, & hàc in uita quiescere, altioribus anhelantes. Verum quid sibi uult, ubi ait: Nisi quis hunc ex animo stimulum eruat, ueritatem nunquam assequetur? Profectò negat ueritatem rerum à deo dependentium haberi posse, nisi ipsa de deo ueritas habeatur. Præter ea per illa quæ mox subiungit, scito Platonem ipsum assidue in diuinorum inuestigatione uersari consueuisse, & qui Platonem primo audiebant diuina contemplantem, solitos sub nimio diuinorum splendore protinus caligare, diuq; uexari, donec uidelicet mẽtem denique, tum ab affectibus sensuum, tum à phantasiæ imaginibus segregarent. quo quidem facto diuina quadam sorte, id est luce ueritatem non prius inuentam reperiebant. Propterea Pythagoras quem Plato noster in omnibus ueneratur, sacra doctrinarum mysteria ab exactissima expiatione mentis exordiebatur: præcipiebatq;, & Plato similiter præcipit, ne efferantur in uulgum, ne uulgus accepta peruerse uel contemnat uel incidat in errores. Si enim in uulgum ædideris, deum nihil ex ijs quæ sentiantur in se habere, uel te ridebunt, uel deum esse negabunt. Hinc illud Lysidis Pythagorei ad Hipparchum. Haud pium est, mysteria philosophiæ cum his communia facere, qui ne somniare quidem purificationem animi potuerunt. Sunt præterea nonnulla mysteria theologorum circa deum, quæ non uulgum modo, uerumetiam elegantes plerosque fatigent. E quibus id unum est, nihil ex his quæ intelliguntur, absolute de deo affirmari debere. Quicquid enim intelligentia definitũ est, infra infinitum deum extare compellitur. Ad hæc itaque secretiora mysteria ita plerique docti adhuc sunt inepti, sicut & uulgus ad leuiora, usque adeo ut etiam nonnulli quamuis acumine, memoria, iudicio ualeant, diuq; hæc audierint, nondum tamen perfectè comprehendant: quia uidelicet & si ad alia quædam, tamen ad theologica nati non sunt, uel si nati, nõ tamẽ congrue ad hæc eruditi: atq; educati uel si educati & eruditi, nondũ tamen ætatis maturioris beneficio à perturbationibus segregati. Perturbatio uero, quia & mouet, & per diuersa distrahit, & ad materiã trahit, idcirco alienã reddit mentem à deo, quo nihil à motu, à diuersitate, à materia potest remotius cogitari. Nõ ergo iniuria Lysis Hipparchum sic admonuit. Operæprecium est recensere quantum temporis in abstergendis maculis, quæ nostris inusta pectoribus erant consumpserimus, antequam præcepta Pythagoræ percipere digne possemus. Accedit ad hæc, quòd si quis etiam transquillo & erudito ad deum intellectu se conferat, ita fermè ab ipsa intelligentia circa deum decipitur, quemadmodum & uulgus sensu immaginationeq; fallitur, & pleriq; docti perturbationibus repelluntur. Intelligentia enim pro natura sua iudicans, compellit nos deum ipsum, uel intellectum quendam, uel intelligibile quiddam asseuerare: Immensum uero bonum, neq; intellectus est, qui uelut egenus ad intelligibile se uertit, tanquam bonum quo illustrante proficiat: neque intelligibile est dicendum, quod quidem communem quandam cum intellectu naturam habet, per quam etiam proportionem habet cum intelligentia congruam. At nulla est immenso bono ad finita bona naturæ communio, nulla proportio. Hinc in Parmenide probat nos neque nomen, neque definitionem, neque scientiam habere de deo, utpote qui sit super intelligentiæ limites. Idem ante ipsum Mercurius asserit, Idem post ipsum Dionysius Areopagita, probans deum non esse dicendum ens atque intelligibile, sed super utrunque. Quamobrem cum deus intellectum atque intelligibile infinito superet interuallo, nemo ulla intelligentiæ actione diuinam substantiam potest consequi, potest tamen quandoque assequi passione. Passione inquam benigna, per ipsam beneficam infiniti boni actionem nobis illatam. Illatam inquam in unitatem ipsam nostræ mentis caput, quando uidelicet mens in unitatem suam, quæ expressa est diuinæ simplicitatis imago, totam undiq; se collegerit. Verum quod menti unitatem hanc indutæ sub diuino Sole subrutilat, tunc fermè abit, cum unitatem exutæ rursus induit multitudinem. Ex his utique patet ex Platonis nostri sententia, diuina à nobis non inueniri, sed potius desiper

per reuelari, neq; mente comprehendi posse substantiam proprietatemq; diuinorum, nedum uerbis & literis explicari. Ideoq; de his ea mente differendum describendumq;, ut per uerba & literas exhortari & præparare animos ad diuina speremus, potius quàm demonstrare. Sic & Plato de substantiæ proprietatisq; diuinæ definitione scribit nihil. Scribit tamen multa quæ uel per negationes, uel per relationes, uel exhortando, uel instruendo ad eum mentis statum quandoq; perducant, cui tandem ex alto panditur domus omnipotentis Olympi. Vbi postquam se & ab inferioribus receperit ad seipsam, & à seipsa ad superiora conuerterit, statim uno quodam statu simplici ipsam unitatem, stabilitatem, simplicitatẽ ut ita loquar, attingit. Sed quæ attigerit, non licet apud Paulum homini loqui, & apud Platonem multo minus licet scribere, ne detur sanctum canibus. Cum uero neq; uerbis neq; literis in diuinorum explicatione confidat, tutius tamen committenda uerbis censet quàm literis. literæ nanq; cuiuis communia faciunt. Atqui & quàm electissimis dicenda permittit. Omnino uero iudicat diuinorum dignitatem exigere, ut ex mente in mentem uerbis potius quàm scribendo in exteriores materias traducamur. Hac ratione Iudei aiunt mysticum suæ legis sensum ab ipso deo per Moysen non tam literis traditum, quàm animis commendatum. Sed hoc illi uiderint, Pythagorici certe id obseruabant, & Plato seruauit. Nam & hic pollicetur nonnulla per Archedemum potius quàm per literas se missurum. Asserit autem quæ ab ipso scribuntur, esse Socratis, cuius proprium in purificando erat officium. Sed cur additum est Socratem etiam & in iuuentute fuisse pulchrũ, id est diuinitus illustratum? Vt intelligamus Socratem tam educationis primæ perfectione quàm naturæ felicitate à deo per familiarem demonem mox accepisse quæ cæteri uix tãdem multis laboribus assequuntur. Rursus mysteria eadem per diuinam reuelationem accepta in Platonem transfusa fuisse, & per Platonis exhortationes in homines similiter affectos posse transfundi. At ne quis in hac expositione existimet me somniare, audiendus est Proculus hæc ita confirmans. His qui ad summum bonum peruenire cupiunt non scientia & exercitatione ingenij opus est, sed firmitate, quiete, tranquillitate. Quæ quidem diuina fides est, quæ nos ad summum bonum diuinaq; omnia ineffabili ratione trahit atq; coniungit. Profecto non per scientiam, aut actionem ullam ingenij exquirere summum bonum, aut ad ipsum aspirare debemus sed offerre commendareq; nos diuinæ luci, & præclusis sensibus in illa incognita & occulta entium unitate quiescere. Hoc enim fidei genus omni doctrina antiquius est: Hæc Proculum à Plotino accepisse constat. Si quis autem hæc diligenter considerauerit nõ exigat à Platone in dialogis suis consuetum illum apud humanos disputatores ordinem doctrinalem, sed eo duntaxat stylo contentus erit, qui rectiori tramite perducat ad deum. Eiusmodi uero stylus siue ordo in purgando & conuertendo consistit. Oportet enim mentis oculum & purgare à caliginosis materiæ sordibus, & purgatum in ipsam diuini Solis lucem rite dirigere. Vlterius uero perquirere, aut contendere non oportet. Immẽsa enim lux ubiq; præsens sua prorsus natura, creato ad ipsam mentis oculo, cum primum in eam purus rite respexerit, se infundit. Ac si ad suscipiendum deum intellectus assidue actione utatur propria, quæ & accidens quiddam est & multiplex, & modo quodam suo mobilis, profecto per ipsam à dei substantia simplicissima, & ab omni motionis imagine remotissima, quodam modo disiungetur. Sat ergo fuerit post conuenientem inquisitionem purificasse mentem, atq; direxisse. Reliquum Mercurius sacro mentis silentio tribuit. Deum enim à mente suo quodam silentio potius quam sermone suo censet pronunciari. Omnes itaq; Platonis dialogi in hoc ipso uersantur, & alij quidem in purgando solum, alij uero solum in conuertendo, alij in utroque consistunt. Mysteria uero hæc in epistola ad Syracusanos iterum confirmantur. Atq; hæc confirmata mirum in modum præcepta euangelica comprobant.

PLATO DIONYSIO

EPISTOLA II.

AVDIVI ex Archedemo putare te, non solum me quietem agere opor- *Archedemus*
tere, sed etiã familiares meos, ut de tenihil mali dicamus aut faciamus. Dionem uero solum te excipere. Hic autẽ sermo significat Dionẽ exceptum esse, eo quòd ego in familiares meos imperium non habeã. Si enim ego ita imperium haberem & in alios, & in te ac Dionem, plura sanè & omnibus uobis, & reliquis Græcis bona contingerent, ut ego quidem sentio. Nunc autem magnus ego in eo sum, quòd me ipsum exhibeo ratioui meæ obsequentem. Et hęc ideò dico, quòd nihil sani Cratistolus & Polyxenus ad *Cratistolus Polyxenus*
te retulerunt: quorum alterum dicere aiũt, se audiuisse in Olympijs multos ex meis, qui te accusarent. Fortassis enim acutius ille audit, quàm ego. Ego enim non audiui. De cætero itaq; sic faciendum esse mihi uidetur, ubi quis tale quippiam de aliquo nostrum dixerit, ut uidelicet literis ad me datis, id ex me percunctetur. Ego enim uera dicere neq; cunctabor, neq; uerebor. At uero res nostræ inter me & te ita se habent, Neque ipsi ulli Græcorũ ut ita ignoti sumus: neq; consuetudo nostra siletur, & ne clam te sit, quòd neque in posterum silebitur. Tales sunt qui ipsam acceperunt, utpote non paruam, neque obscuram. Quid igitur mihi uelim nunc referam altius initio sumpto. A natura in idem congredi solent Sapientia & potentia magna: & hæc semper mutuò se persequuntur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quærunt, & conueniunt. Deinde etiam homines admodum delectantur, dum & ipsi de his loquuntur, & dum alios audiunt, tum in priuatis conuersationibus, tum in poematis: Velut etiam quum de Hierone homines loquuntur, & de Pausania Lacedæmonio, Simonidis cum ipsis consuetudinem, & quæ ad ipsos dixit & fecit, cum uoluptate afferunt: Et Periandrum Corinthium, & Thalem Milesium, simul laudare solent: Et Periclem ac Anaxagoram: & Crœsum rursus ac Solonem, ut sapientes, & Cyrum ut potentem. Et hæc sanè imitantes poetæ Creontem & Tiresiam coniungunt: & Polyidum ac Minoem: & Agamemnonem ac Nestorem: & Vlissem ac Palamedem. Et ut mihi uidetur primi homines hoc modo etiam Promethea Ioui adiunxerunt. Horũ aũt aliquos inter se dissensisse, aliquos amicos fuisse tradũt: & alios modo amicos fuisse, modo dissensisse: & in alijs consensisse, in alijs dissensisse. Hæc uero omnia dico, ut ostendã postquàm nos mortui fuerimus, non etiam sermones de nobis conquiescent. Quare ipsorũ nobis cura habenda est. Necesse est enim ut apparet, ut nos etiam futuri temporis curã geramus. Nam sunt quidã ex natura quadã maximè seruiles homines, nihil de futuro solliciti. Verum moderatissimi quique omnia faciunt, ut apud posteros bene audiant, ex quo ego coniecturam accipio, esse mortuis aliquem sensum eorum quæ hic geruntur.

Mortuis sensus præsentiũ hic

Optimæ enim animæ diuinant hæc ita se habere. Pessimæ uero hoc negant. Præstantiores autem sunt uirorum diuinorum diuinationes, quàm eorum qui tales non sunt. Arbitror autem ego si superioribus, de quibus dico, liceret suas consuetudines corrigere, ualdè magnum studium adhibituros esse, ut meliora quàm nunc de ipsis dicantur. Nobis igitur adhuc hoc, ut deo fauente dicã licet, ut si quid non rectè à nobis in superiori consuetudine peractum est, & factis & dictis corrigamus. Nam circa philosophiam uerã, si nos moderati fuerimus, opinionẽ de nobis meliorẽ fore censeo: sin mali, contrà. Et qui dẽ si nos de hoc curã geramus, nihil magis piũ facere possumus, neq; magis impiũ, si negligamus. Quomodo uero hoc fieri oportet, & quatenus iustum est, ego exponã. Veni in Siciliam famam afferens, multũ me alijs in philosophia præstare. Et ad Syracusas delatus testem te assumere uolui, quo mihi etiam apud multitudinem philosophia in honore esset. Verum res mihi non prosperè successit. Causam uero non dico, quam sanè pleriq; producẽt, sed quòd uidereris mihi tu nõ admodũ fidẽ habere, sed me quodammodo dimittere uelle, alios aũt accersere, & de rebus meis quæ illæ essent interrogare, fidẽ non habẽs uelut mihi uidetur. Et multi erãt qui ob hęc uociferarẽtur ac dicerẽt, quòd tu me quidẽ cõtemneres, alijs aũt deditus esse. Atq; hęc sanè diuulgata fuerũt. Quod uero post hęc facere iustũ est audi, quo etiã tibi respondeã id quod tu interrogas, quomodo ego & tu, alter ad alterũ habere se debeat. Si quidẽ philosophiã omnino cõtemnis, ualere ipsam sinas. Si uero ab alio audiuisti, aut ipse meliora reperisti his quæ apud me sunt, illa in honore habeas. Si uero nostra tibi placẽt, honorandus & ego tibi sum maximè. Nunc igitur uelut ab initio præito tu, sequar ego. Si enim à te colar, colã te: si nõ colar, quiescã. Præterea si tu me coles, & in hoc præiueris, philosophiã colere uideberis, et hoc ipsum, quod spectasti etiã aliàs, apud uulgus existimationẽ tibi pariet, uelut q philosophus sis. Ego uero si te colã nõ colentẽ me, diuitias admirari ac persequi uidebor. Hoc aũt nomen parũ honestũ apud omnes habere nouimus. Vt uero in summa dicã, si tu me colueris, ambobus ornamentũ erit: Si ego te, ambobus opprobriũ. De his igitur sufficiũt hæc. At uero Sphærion non rectè se habet. Declarabit aũt tibi Archedemus, postquàm ad te redierit. Et sanè etiã de eo quod præstantius & diuinius hoc est, ualdè admodum ipsi declarandum est, cuius gratia tu ambiguus illum misisti. Dicis enim uelut ille ait, nõ satis tibi demonstratũ esse de primi natura. Dicendũ itaq; tibi est per ænigmata, quo si quid epistolæ per ponti aut terræ fortunas accidat, q legerit nõ intelligat. Sic uero res se habet. Circa omniũ regẽ omnia sunt, & illius gratia omnia, & illa causa omniũ bonorum est: secunda uero, circa secunda: & tertia, circa tertia. Humana igitur anima circa ipsa appetit cognoscere qualia ea sint, respiciens ad ea quæ sibi cognata sunt, quorum nihil satis iustè se habet. At in rege & his de quibus dixi, nihil tale est, postea ipsa anima dicit. Sed qualis est hæc ô fili Dionysij & Doridis quæstio, Quæ omnium malorum causa est? Imò potius de hoc partus in anima conceptus, qui si non alicui eruetur, ueritatem reuera nunquàm assequetur. Tu uero hoc in horto sub lauris ad me

Plato in Sicilia

Honos alit artes

me dixisti teipsum excogitasse, & tuum inuentum esse. Et ego dixi, si hoc ita se habere tibi uideretur, à multis disputationibus me liberasses: non tamen in alium unquàm inciderо fortassis ex aliquo audiuisti, fortassis autẽ diuina sorte ad hoc progressus es. Deinde ipsius demonstrationes, uelut qui ipsas constanter haberes, non adiunxisti: sed modo sic, modo aliter, prout imaginaris prosilis. Tale uero nihil est. Et hoc non tibi soli contigit, uerum probè id scias, neminem unquàm ubi primum me audiuit, aliter quàm hoc modo ab initio se habuisse: & dum alius pluribus, alius paucioribus molestijs uexatur, exiguis autem ferè nullus, uix tandem liberati discedunt. Quum itaq; hæc ita fiant, & se habeant, ferè secũdum meam opinionem inuenimus id de quo tu scripsisti, quomodo ego & tu alter ad alterum habere se debeat. Postquàm enim examinaueris ipsa, & cum alijs conuersatus fueris, & aliorũ opiniones cũ istis, & ipsa per seipsa consideraueris, tũc tibi & hæc accedent, si uerum examẽ fuerit, & his & nobis addictus eris. Quomodo igitur non & hæc & omnia quæ diximus contingẽt? Quòd Archedemum misisti, & nũc rectè fecisti, & quum deinceps redierit ad te, & mea tibi denunciauerit, postea fortassis in alijs ambiguus hærebis, rectè igitur feceris, si rursus Archedemum ad me miseris. Ille uero negociatione peracta rursus redibit. Et si hoc bis aut ter feceris, & ea quæ à me missa sunt satis iustè examinaueris, mirum mihi fuerit si non ea de quibus prius ambigebas, multò melius se habebunt quàm nunc. Proinde confidenter ita facito. Nunquàm enim præstantiorem & magis piam mercaturam hac ipsa, neq; tu, neq; Archidamus exercere poterit. Illud tamen cauebis, ne unquàm hæc ad homines ineruditos dilabãtur. Nam ut mihi uidetur, non sunt ferè aliæ magis ridiculæ apud uulgus narrationes quàm istæ, sicut rursus apud præstantes naturas, non aliæ magis in admiratione sunt & diuinitus afflant. Si uero sæpe dicuntur, & semper ac per multos annos audiuntur, uix tãdem uelut aurum cum multo labore expurgantur. Quod uero in hac re admiratione dignũ contigit, audi. Sunt enim homines qui hæc audiuerunt, & quidem plures qui & intelligere, & memoria retinere possunt, & undiq; examinata penitus iudicare, senes iam illi, & qui non infra triginta annos audiuerunt. Hi nunc ea quæ tunc ipsis maximè incredibilia esse uisa fuerunt, & maximè credibilia, & euidentissima uideri dicũt: quæ uero tũc maximè incredibilia, nunc omnino contrà. Ad hæc igitur respice, & caue ne aliquando pœnitentia ducaris, ob ea quæ nunc tibi indignè exciderunt. Maxima uero cautio est, ut non scribas, sed edisças. Fieri enim non potest, ut scripta non excidant. Quapropter ego nunquàm de his quicquàm scripsi: neq; est ullum Platonis scriptum, neq; erit. Quæ uero nunc dicuntur, Socratis sunt qui etiam iuuenis præstans fuit. Vale, & obsequere, & nunc hanc epistolam ubi sæpe legeris, exuras. Atq; hæc quidem hoc modo se habeant. Cæterum de Polyxeno admiratus es, quod ipsum ad te non miserim. Ego uero & de Lycophrone, & de alijs qui apud te sunt, & dudum & nunc eũdem sermonem dico: Te in differendo & natura, & dicendi methodo longè ipsis præstare: & nullus ex ipsis in disputando ultrò à te conuincitur, uelut quidam putant, sed inuiti omnes. Et uideris tamen admodum moderatè ipsos tractasse, & ipsis per munera, gratificatus esse. Et hæc quidem de his, uelut de huiusmodi, multa. At Philistione si quidem ipse uteris, uehementer utere. Si uero fieri potest Speusippo utere, & remitte. Habet autem & te opus Speusippus. Promisit autem mihi Philistion, si tu dimiseris ipsum, promptè se Athenas uenturum esse, & bene fecisti, quòd ipsum è Latomijs liberum dimisisti. Leuis autem precatio est, & pro familiaribus ipsius, & pro Hegesippo Aristonis filio. Scripsisti enim mihi si quis aut hunc, aut illos iniuria afficiat, & tu id percipias, te permissurum non esse. Et de Lysiclide operæprecium est ueritatem dicere. Solus enim ex his qui è Sicilia Athenas reuersi sunt, nihil de tua & mea consuetudine immutauit: sed si quid boni est, id perficit, & ea quæ facta sunt, in meliorem partem interpretatur.

Mercatura quæ præstantissima.

Platonis scriptum nullum

Plato

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM IN TERTIAM EPISTOLAM.

HAEC Platonis epistola scribitur ad Dionysium iuniorem post secundum Platonis ab eo discessum. Et primo quidem ad Dionysii quæsita respondet: deinde calumniam in se à Dionysio conflatam dissoluit. In responsione igitur ad quæstionem docet non esse in Deo uoluptatem. Illam scilicet quæ dolorem habet oppositum, & in motu quodam, uel indigentiæ expletione uersatur. Esse autem in Deo totum id bonum cuius causa bona uidetur uoluptas, non negat. Addit uoluptatem, scilicet mobilem, esse causam detrimenti, scilicet in pecunijs & honore. Item doloris in corpore. Rursus auferre acumen memoriam, iudicium, grauitatem. Post hæc contra Dionysii insimulationem probat se iustissimis de causis in Siciliam profectū, de restituendis urbibus olim dirutis, ac de æqua gubernandi forma consilium manifeste dedisse.

PLATO DIONYSIO.

EPISTOLA III.

Gaudij salutatio inepta

SVAERIS an si gaudium in epistolis adscribas, optimam salutandi formam rectè usurpes: aut potius si pro mea consuetudine, felicem successum scribas, quemadmodum in epistolis amicos salutare consueui: Tu enim etiam deum, uelut nunciauerunt illi qui tum præsentes spectauerunt, in Delphis hoc ipso uerbo blanditus compellasti, & ut aiunt scripsisti: Gaude, et iucundam uitam seruato Tyranni. Ego uero neq; homini, nedum deo, hoc faciendum esse cēsuerim, & quis ita salutet: deo qui dem, eo quòd præter naturam facere iuberem: Procul enim à uoluptate & dolore deus consistit: Homini uero, eo quòd plerumq; detrimentū & dolorem generat uoluptas, ut quæ ad discendum tarditatem, & obliuionem, & desipientiam, & contumeliam in anima parit. Atq; hæc quidem ita à me dicta sint de salutatione, Tu uero postquàm ea legeris, prout uolueris accipe. Ferunt non pauci dicere te ad quosdam qui primas apud te obtinent, quòd aliquando dicentem te audiuerim ego, quòd uelles ciuitates græcas in Sicilia condere, & Syracusijs principatum alleuare, regno pro Tyrannide constituto. Atq; hæc quidem tunc ego te ne faceres prohibui, uelut tu dicis, quum tu uehementer ea expeteres: Nunc uero Dionem doceam, ut eadem hæc faciat: & sic consilijs tuis, imperio tuo te exuamus. Tu uero an aliquā ex his sermonibus utilitatem capias, ipse nosti: me uero nulla iniuria afficis, dum contraria his quæ facta sunt dicis. Abundè enim à Philistide & multis alijs, apud stipendiarios milites & Siracusium uulgus, calumniam sustinui, eo quòd in arce habitarem, & qui extra essent, si quod peccatum fieret, totum id in me conuerterent, asserentes te mihi in omnibus obedire. Tu uero ipse clarissimè nosti, paucas admodum ciuiles res me tecum in communi tractasse, ab initio quando aliquid amplius me facere posse putabam, & alia quædam exigua, & circa legum præfationes moderatè studium adhibuisse, exceptis his quæ tu adscripsisti, aut fortassis alius quispiam. Audio enim quosdam post nos illas retractasse, utraq; tamē clara erūt his qui meos mores iudicare possunt. Quare uelut modo dixi, nō ampliore calumnia opus habeo apud Siracusanos, & si quos alios ad credendum sermonibus tuis induxisti: sed

Calumniæ in Platonem duæ

multò magis defensione, tum aduersus priorem calumniam, tū aduersus eam quæ nūc post illam longè maior ac uehementior oborta est. Aduersus duas itaq; calumnias, necesse est mihi duas parare defensiones. Primum quòd meritò fugerim tuam circa ciuitatis negocia societatem. Deinde quòd non meum hoc consilium protulisti, neq; me uolenti tibi condere græcas ciuitates, impedimento fuisse. De prioribus itaq; prius audi. Veni Syracusas quū à te & Dione uocarer, & ille quidem cognitus mihi erat, & dudū hospes fuerat, in ætate uero erat media ac firma: quibus omnino opus est his qui tantis rebus, quantæ tunc tuæ essent, consulere deberent, uelut etiam uel parum mente prædi ti iudicare possunt. Tu uero admodum iuuenis eras, & magna erat circa te imperitia earum rerum, quarum te peritum esse oportebat, & mihi amplius eras uehementer ignotus. Postea uero siue homo, siue deus, siue fortuna quædam tecum, Dionem eiecit, & re

Dion eiectus

lictus es solus. Num igitur tunc ciuilium rerum societatem mihi tecum fuisse putas, qui sapientē socium amisissem, insipientem autem cum prauis & uulgo hominibus relictū uiderē, qui principē se putaret, quū nō esset, sed eiusmodi hominib. subditus esset? Inter quos

quos quid facere debebā? Nonne id quod faciebā ex reliquis necessariū erat? ut res qui dē ciuiles ualere sinerem, ueritus calūnias ex inuidia conflatas: & conarer ut uos, quam uis penitus seiunctos & dissentientes, quàm maximè possem amicos facerem. Horum sanè etiam tu mihi testis es, quòd hoc ipsum sedulò molitus nihil unquàm remisi, et uix quidem, sed tamen inter nos ambo consensimus, ut ego quidem domum nauigarem, quando quidē uos bello occupati essetis, ubi uero pax reddita esset, ut ego & Dion in Siracusas rediremus, & tu nos uocares. Et hæc quidē ita facta sunt in prima mea ad Siracusas profectione, & salua rursus ad domū reuersione. Secūdo uero pace iam reddita uocabas me, nō prout consenseramus, sed solum me uenire debere scribebas, Dionem uero postea te accersere uelle dicebas. Quare nō ueni, sed etiā cū Dione in dissensionē ueni. Putabat enim melius esse ut ego uenirē, & tibi obedirē. Postea uero anno elapso uenit triremis, & epistolæ à te. Epistolarū aūt summa erat, quòd si uenirē fore ut omnes res Dionis mihi ex sentētia mea succederēt: sin minus, cōtrà. Erubesco dicere quot uenerint tūc epistolæ à te, & ab alijs tuo nomine, tū ex Italia, tū è Sicilia: quot itē ad meos familiares & amicos, quæ omnes hortabantur ut proficiscerer, & rogabāt ut omnino tibi parerem. Visum est itaq; omnibus initio à Dione sumpto, ut nauigarē & nō molliter me gererē: etiamsi ego ætatē ipsis prętenderē, & de te affirmarē, quòd sufficere nō posses aduersus calumniatores nostros, & qui inimicitias mecū susceperat essent. Videbam enim & tunc, & nunc uideo, magnas & immodicas opes tū priuatorū, tū ferè principū, quantò maiores fuerint, tantò plures & maiores calumniatores, & qui ad uoluptatem cum turpi detrimento cōuersantur, nutrire: quo nullum maius malum diuitiæ generāt, & reliquæ potentiæ facultas. Attamen omnibus his ualere iussis uenī, hac mecū ratiocinatione inita, neminem ex amicis meis mihi imputare debere, quòd ob socordiāmeā, uestræ res omnes quū saluæ esse potuissent, perijssent. Postq; aūt uenissem, nosti sanè tu ea quæ de hinc facta sunt omnia. Censebam equidem iuxta epistolarum promissionē, ut Dionem ab exilio reuocatum in familiaritatē reciperes, referebamq; necessitudinē, de qua si tuc mihi fidē habuisses, fortassis melius res se habuissent, quàm nūc habēt & tibi, & Syracusis & reliqs Grecis, uelut mea fert opinio. Deinde bona Dionis cognatos ipsius habere debere censebā, & nō ab illis distribui quos tu nosti. Ad hęc uero cēsebā summā illā, quæ quotānis mitti ad ipsum solita esset, etiā magis adhuc, & nō minus, me pręsente mittendā esse. Quū uero nihil horū impetrarē, abire constituebā. Verū postea

Dion in Corintho

persuadebas tu mihi ut annū manerē, quū pmitteres te omnia Dionis bona uenditurū esse, & dimidiū ipsorum in Corinthū missurū esse, reliquū uero filio ipsius relicturum. Multa recensere possem à te promissa, quorū nihil prestitisti, sed ob multitudinē ipsorū breuior sum. Quum enim omnia bona uenditurus esses, affirmabas non persuaso Dione, te illa non uenditurum esse, absq; illius assensu, & sic omnibus promissis tuis ô admirande fortissimum colophonem imposuisti. Artem enim neq; honestam, neq; elegantem, neq; iustam, neq; conducētem excogitasti, quo me perterrefaceres uelut ignorantem ea quæ tunc fierent, ut neq; ego de mittendis pecunijs cogitarem. Quando enim Heraclidem expelleres, quod neq; Syracusijs, neq; mihi iustè facere uidebaris, eo quòd cum Theodote & Eurybio deprecarer, ut hæc non faceres: hoc occasione uelut iusta arrepta, dixisti iamdudum tibi satis cognitum esse, quòd ego te nihil curarem, sed Dionē & Dionis amicos ac cognatos: & quandoquidem nūc Theodotes & Heraclides Dionis amici in crimine hærerent, omnia molirer ut hi pœnam non darent. Atq; hęc quidē hoc modo se habent de mea & tua in rebus ciuilibus societate, & si quam aliam à te alienationem in me suspectā habes, meritò putes hoc modo omnia hæc facta esse, & ne admireris. Malus enim homo, uiro mente prædito ritè uideri possem, si à principatus tui magnitudine persuasus, ueterē quidem amicum & hospitem infelici rerū successu uteretem, atq; hoc propter te, quū nulla parte deterior te utr sit, ut ita dicā, destituerē, te uero iniuria illū afficientē præferrē, & omnia prout imperares facerē, pecuniarum uidelicet gratia. Neq; enim aliā meæ mutationis causam qs dicere posset, si mutaret. Quare quū hęc hoc modo fierēt, meā & tuā lupinā amicitiā, & à societate alienitatē, propter te esse cerunt. Ferè autem ex sermone hoc ad illum iam deuenio qui huic cohæret, & de quo secūdo mihi & respondendū esse dixi. Considera itaq; & attēde diligēter, an tibi mētiri

Lupina amicitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

& non uera dicere uidear. Affero itaq; te, præsente Archedemo & Aristocrito in horto, uiginti ferè diebus ante meā ex Siracusis in patriam abitionem, ob ea quæ nūc dicis mihi succensuisse, quòd & Heraclidæ & aliorum omnium maior mihi cura esset, quàm tui. Et me tūc coram his interrogasti, an meminissem quando ab initio uenissem, iussisse te ut ciuitates græcas conderes. Ego uero meminisse me concedebam, & nūc adhuc mihi uideri optima hæc esse. Verum dicendum est & id ô Dionysi, quod post hoc tunc dictum est. Interrogabam enim te, an hoc ipsum solum tibi consuluissem, aut etiam aliud quid ad hoc. Tu uero iracundè & contumelioſe uelut putabas, mihi respondebas. Quapropter id quod tunc tibi contumelia erat, nunc res uera pro somnio facta est. Dicebas autem & quidem cum aperto admodum risu si memini, uelut eruditū iussisti me hæc omnia facere, aut non facere? Et ego dixi te optimè meminisse. Num eruditum dixisti in Geometria, aut quomodo? Et ego postea id quod mihi in mentem ueniebat ut dicerem, non dicebam, ueritus ne exigui uerbi gratia, enauigatio quam expectabā pro ampla mihi angusta redderetur. Proinde quorum gratia omnia relata sunt, hæc sunt. Ne mihi hoc crimen impingas, uelut ego sim qui non permiserim tibi, ut græcas ciuitates à Barbaris dirutas cōderes, & Siracusanis principatum alleuares, regno pro Tyrannide constituto. Nunquam enim potes minus his me decentia contra me mentiri. Ad hæc uero adhuc clariora his in medium ad te confutandum afferrem, si iustum aliquod iudicium cōstitutum esset, nimirum me quidem iussisse, te uero hæc ipsa facere noluisse. Et sanè non admodum difficile dictu est, hæc optima fuisse si facta fuissent, & tibi & Siracusanis & Siculis omnibus. Quare ô bone si quidem dixisse te negas, quum tamen dixeris, habeo contra te actionem: Si uero fateris, iam Stesichorum sapientem esse putes, & ipsius palinodiam ac recantationem imitatus, falsum sermonē in uerū cōmutes.

Dionysij cōtumeliæ & irrisiones in Platonem

Stesichori Palinodia

ARGVMENTVM IN QVARTAM EPISTOLAM.

POST Dionysium expulsum tyrannide, scribit ad Dionem in patriam iam reuersum, admonēs eum atq; etiam Heraclidem & Theodotum cæterosq; amicos, penes quos rerum potestas erat, ut procul à tyrannide uiueret, formamq; gubernādi teneret ex optimatum gubernatione plurimum atq; ex popularī quodammodo temperatam. Sunt hic præcepta quædam memoriæ commēdanda. Primum quidem ad principes proprie pertinere, cunctis excellere ueritate, iustitia, magnificentia, temperantia. Omnino autem prudentia tantum cæteros superare, quantum uiri pueros prudentia superant. Secundū uero, oportere tales præstare seipsos, quales uideri uolunt. Tertium, circūspicere oculos omnium in se esse conuersos, ut meminerint, neq; uitia sua latere posse, neq; mediocri duntaxat uirtute se expectationi maximæ satisfacturos. Quartū, probatissimos imitari legumlatores, & discordiam inter collegas quasi pestem uitare. Quintum, meminisse communem beneuolentiam esse ad res agendas summopere necessariam. Hanc uero sola humanitate comparari posse atq; seruari.

PLATO DIONI SYRACVSANO FELICEM SVCCESSVM. EPISTOLA IIII.

ARBITROR equidem manifestam esse meam per omne tempus promptitudinem, circa actiones quæ contigerunt, & quod multum studij circa ipsas adhibui, ut conficerentur, non alterius cuiusdam rei magis causa, quam ob gloriam rerum honestarum. Iustum enim esse puto, ut qui reuera æqui uiri sunt, & talia faciunt, debitam gloriam consequantur. Præsentia igitur ut cum dei fauore dicamus, recte se habent. De futuris autem maximum instat certamen. Fortitudine enim & uelocitate ac robore præstare, etiam aliorum quorundam esse uideri possit: sed ueritate & iustitia & magnificentia & circa hæc omnia decoro habitu, meritò alijs præstare quis dixerit eos, qui talia sitbi uendicant. Nunc igitur manifestū est quod dico. Admonere tamen nos ipsos oportet, quòd conuenit plus alijs hominibus, quam pueris uiros, præstare eos quos sanè nosti. Manifestū igitur de nobis esse oportet, quòd tales sumus quales nos esse iactamus, tum aliàs, tum quoniam ut deo fauente dicamus, facile futurum est. Nam alijs quidem necesse est, ut per multos locos diuagentur, si cognosci debeant: Sed præsens rerū tuarum status eiusmodi est, ut homines ex uniuerso orbe terratum, etiamsi hoc aliquantò confidentiu

confidentius dicam, in unum locum respiciant, & in hoc ipso maximè ad te. Tanquàm igitur ab omnibus conspiciaris te præpara, ut & Lycurgum illum antiquum referas, & Cyrum, & si quis alius unquàm & morum grauitate, & reipublicæ disciplina præstare uisus est: atq; hoc tum aliàs, tum quia plerique & ferè omnes qui hic sunt dicunt, magnū timorem esse, Dionysio sublato res isthic interituras esse, propter tuam & Heraclidæ & Theodotæ & aliorum familiarium ambitionem. Maximè igitur nemo talis sit, si uero etiam quis talis fiat, tu appareas qui medearis, ut ad id quod optimum est deueniatis. Cæterum ridiculum fortassis tibi uidebitur, me esse qui hæc dico, eo quòd neq; ipse ignores. Ego uero uideo etiam in Theatris decertantes à pueris extimulari, non solum ab amicis, quos putare quis possit ferò & cum beneuolentia exhortari. Nunc igitur & ipsi decertatis, & nobis si qua re opus est scribite. Hic uero res similiter se habent, uelut etiam quum præsentes essetis. Scribite uero etiam quid à uobis factum sit, aut quid faciatis. Nam nos etiamsi multa audiamus, nihil scimus. Et nunc epistolæ à Theodote & Heraclide in Lacædemonem & Aeginam ueniunt: Nos autem uelut dixi, etiamsi multa audiamus de his quæ isthic aguntur, nihil tamen scimus. Cogita uero uideri te etiam quibusdam, minus quàm conuenit familiarem esse. Ne igitur lateat te, ex beneuolentia hominum contingere ad res agendas successum. Contumacia uero cum solitudine cohabitat. Bona fortuna utere.

Beneuolentiæ homini utilitas

ARGVMENTVM IN QVINTAM EPISTOLAM

ETSI quintam hanc consuetudo quædam Platoni inscribit epistolam, uidetur tamen potius esse Dionis, Platonem in seipso totum pro uiribus effingentis. Instruit autem Perdiccam principem constitutum in monarchia, ut memineri se iuuenem esse, ideoq; consilio ac ministerio seniorum indigere, nō quidem omnium, sed probatissimorum, non quauis in re, sed gubernandi forma, qui intelligant, quid potissimum gubernationis cuiusq; sit proprium, siue gubernet unus, siue pauci, siue multi. Vocem uero gubernationis esse uult spiritum uitamq; eius, id est legem, quæ officia & erga deum & erga homines congruā instituere debet & exequi. Alioqui salua esse non possit. At quoniam significat se & Euphreum disciplina Platonis imbutos, tenere quæ ad ciuilem pertinent disciplinam, idcirco ne Perdiccas hac re differet: propterea quòd Plato ipse nunquam populo suo in ciuili disciplina profuerit, subiungit Platonem cognouisse populum suum morbo insanabili laborare, ideoq; medicorum prudentum more noluisse, & frustra, & cum sui discrimine bestiam insanabilem curandam suscipere.

PLATO PERDICCAE, FELICEM SVCCESSVM. EPISTOLA V.

EVPHRAEO cōsului quemadmodum scripsisti, ut tuarum rerum curā gerat, & circa ipsas uersetur. Iustum est autem ut etiam hospitale & sacrū ut dicitur, consilium dem, tum de alijs de quibus deliberas, tū quomodo nūc Euphræo uti debeas. Ad multa enim hic uir utilis est, maximè uero ad hoc quo tu nūc opus habes, & ob ætatē, & quòd nō multi sint qui de hoc ipso iuuenibus consiliū dare possint. Est em̄ unicuiusq; reipublicæ speciei uox quædam, uelut animaliū quorundā. Alia enim est popularis dominij, alij paucorū principatus, alia rursus unius imperātis. Has multi omnino nosse se iactāt, sed longè absunt ut ipsas intelligāt, paucis admodū quibusdā exceptis. Quęcūq; igitur respublica suā uocē edit, & ad deos, & ad homines: & actiones ad uocē sequētes addit, ea semper floret & cōseruatur. Vbi uero aliā imitatur, corrumpit. Ad hæc igitur Euphræus tibi uel maximè utilis esse poterit, etiamsi ad alia quoq; uir fortis sit. Nā principatus unius rationes ipsum inuenturum esse spero, uel maximè ex his qui tecum familiariter conuersantur. Si igitur ad hæc ipso uteris, & ipse utilitatem percipies, & illi plurimum profueris. Si uero quis his auditis dicat, Plato ut apparet sumit sibi cognitionē eorum quæ populari dominio conferunt: sed quū licuerit ei corā populo dicere, & optima ipsi cōsulere, nunquàm surrexit ad dicendū, ad hæc respondere possum. Plato serò in patria natus est, & populū offendit iā seniorē, & à prioribus adsuefactū, ut multa & illius consilio dissimilia faceret. Nam iucundissimè omnium uelut patri cōsuluisset ipsi, si non frustrà periculo se expositurum esse putasset, & nihil amplius effecturum.

Consilium sacrum est

Rerumpublicā rum uoces

Idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plato populo cur non consuluit

Idem itaq; arbitror etiam circa consilium meũ fecisset. Si enim incurabiliter affectus essem uisus fuissem, multũ nobis ualere iussis, ab omni circa me & mea cõsilio abstinuisset:

ARGVMENTVM IN SEXTAM EPISTOLAM

PLATO diuinus, Hermiam, Erastum, Coriscum, finitimos inter se principes, ad uerissimam concordiam cohortatur, hac sola saluos fore uaticinans, perq; hanc aspirante deo, qui unione gaudet, bona omnia consequuturos, præterea eò deniq; peruenturos, ut rebus rite compositis diuinam sapientiam propensiori studio quàm humanam, ut par est, prosequi ualeant. Concordiam uerò stabilem firmari inter illos posse tradit pacto dũtaxat atq; lege: pacto inquam legitimo sacris rite peractis inuicem stabilito, ac iureiurando interposito, deum ipsum testando atq; obsecrando tanquam unionis autorem atq; conseruatorem. Testando inquam, & obsecrando sub impari, quo deus gaudere dicitur, numero. Tria enim summa rerum principia, quæ in prima quoq; epistola attigit, huc adducat. Vbi enim ait, omnium ducem præsentium atq; futurorũ, mundi animam uult intelligi, quæ utpote principium motus, ex omnes à futuro in præsens, à præsenti in præteritum tempora ratione perducit. Vbi uero patrem dicit & dominum, summum deum ipsumq; bonum significat. Sed mediam inter duo hæc mentem quandam diuinam uidetur inferere, quando dum repetit ducis, subiungit & causæ. Nam apud Platonem præpe rex significat ipsum bonũ, causa uero mentẽ, dux deniq; animã. Et quoniam causam refert ad mentem, ideo in Timæo Platonici disputant, Intellectum ipsius boni filium, mundi architectum proximum extitisse. De quo in Epinomide scribitur: Ratio diuinissima, siue diuinissimum uerbum, mundum uisibilem exornauit. Appellat autem hic ipsum bonum, tum patrem, tum dominum: ut per primum quidem designaret mentis patrem, per secundum uero animæ dominum. Ita forsitan Platonicus numerus exponet. Ita quoq; Platonicus Christianus, sed Arianus. Poterit & quispiam per ducem, sanctum spiritum intelligere, per mentem uerò filium. Nam ubi Plato patrem dicit, filium pariter subintelligit. Ac si quis unã trũponat essentiam, Platonicis quidem multis uidebitur aduersari, Platoni tamen manifeste non repugnabit. Exhortatur aũt ad grauiora simul studia doctrinarum, atq; ad iucundiores quasdam disciplinas his cognatas, scilicet eloquentiæ, poesisq; & musicæ. Quibus omnibus eo consilio iubet incumbere, ut per hæc quasi uestigia ordinem diuinum inuestigates, ipsum solum ament, & amando saporem insuper consequantur. Inquit ergo, si uere uel si ita deum philosophemur, id est uel amando inuestigemus, uel inuestigando amemus, ipsum deniq; omnes proculdubio cognoscemus. Profecto philosophiæ nomen, & si indagationem quandam præ se ferre uidetur, amorem tamen fert propriè amatoriamq; indaginem. Cognouit ergo Pythagoras, cognouit & Plato aliter nos habere ad finita bona, aliter ad infinitum bonum: & finita quidem bona cognosci à nobis priusquam amentur, & ut cognoscantur amanda: infinitum uero amari antequam cognoscatur, neq; tantum ut cognoscatur quantum ut ametur, inuestigandum. At cur amandum prius quàm intelligatur? Quia uidelicet amor amantem transferens in amatum, quod proportioni deerat, transformare supplet affectu. Nonne deus in sacris, ignis sæpe cognominatur? Eadem ergo metaphorica uenia, angelus quidem corpus diaphanum, anima uero opacum corpus cognominetur, quandiu uidelicet cæco hoc carcere clauditur. Itaq; quemadmodum sub igne corpus diaphanum, id est perspicuum, uelut aer, & aqua subito lumen & extra & intus admittit: terrena uero corpora uehementer calefactẽda sunt prius, & calore in diaphani similitudinem prius extenuanda quàm igneam suscipiant lucem: sic spiritus à corpore segregati, diuinum lumen subito capiunt: spiritus uero terrenis coniuncti corporibus transformantis amoris incendio indigent: quo quidem purgati, & in diuinam translati similitudinem, diuinitus tandem splendore scientiæ collustrentur. Hinc Porphyrius ait: Inquisitio quidem diuinorum purificat animum, amor uero deificat. Proprio enim rem sic exprimit uerbo, neq; id quidem iniuria. nam & nulla materia ex eo fit ignis quod lumen, sed ex eo quod calorem suscipiat igneum. Platonica ergo sententia est, inuestiganda esse diuina, scilicet illa esse, & qualia quoq; sint communi quadam perceptione: sed interim non communi, sed singulari incõparabiliq; charitate amanda: sic enim duntaxat ea nos alicubi aperte quid sint, intellige re posse atq; fore beatos. Quantum uero hæc sacris consonent literis, nemo nisi prophanus ignorat.

PLATO HERMEAE, ET ERASTO, ET CORISCO, FELICEM SVCCESSVM. EPISTOLA VI.

MIHI uidetur Deus aliquis uobis bonam fortunam, si rectè susciperis, benignè ac abundè præparare. Habitatis enim inter uos uicini, & usu uobis uenit ut in maximis rebus alter alteri prodesse possit. Hermeq; enim neq; si equorum multitudo, neq; si aliud bellicum auxilium, neq; si aurum accederet, maior ad omnia potẽtia contingere posset, quàm dum amici constantes & sanis moribus prædíti contingunt. Erasto uero & Coriſco ad specierũ sapientiã pulchrã illã, ego quanquàm senex sim, assero opus esse sapientia improbos & iniustos cauendi, & potẽtia quadã ulciscẽdi. Imperiti. n. taliũ sunt, eo quòd cũ nobis qui moderati sumus, & nõ mali, multũ uitæ tẽpus contriuerunt.

Quapropter

Quapropter sanè his opus esse dixi, ut ne ueram sapientiam negligere cogantur, humanæ autem & necessariæ maiorem quàm conuenit curam suscipere. Hanc autem rursus potentiam mihi uidetur Hermeas & natura (quantum nondum cum aliquo conuersatus sum) & arte per experientiam accepisse. Quid igitur est quod dico? Tibi quidẽ Hermeæ, ego qui Erasti & Corisci maiorem experientiam habeo quàm tu, dico & significo ac testor, non facile inuenturum te esse mores magis fide dignos, quàm sunt horum tuorum uicinorum. Itaq; ut omni iusto modo ex his uiris dependeas, & non obiter hoc à te faciendum putes, tibi consulo. Coriſco uero & Erasto rursus consultor sum ut Hermeam amplectantur, & conentur ut mutuis complexibus in unum amicitiæ nodũ constringantur. Si uero quis uestrã hanc amicitiã soluere uideatur. Nã res humanæ nõ omnino cõstantes sunt: huc ad me & meos epistolã mittite querelas cũ accusatione afferẽtem. Arbitror enim sermones hinc à nobis profectos, iustitia & reuerentia amictos: si non magna quædam dissolutio facta fuerit: magis quàm qualemcunq; incantationem conglutinare, & in pristinam amicitiam & societatem colligare posse: quam ubi quidẽ exercebimus nos & uos omnes, quantum poterimus, & unicuiq; datum fuerit, rata nobis erunt ea quæ nunc uelut ex oraculo edita sunt: quod uero continget, si non fecerimus, non dicam. Oraculum enim bonum uaticinor, & dico sanè hæc nos omnia bona facturos esse, si deus uoluerit. Hanc epistolam omnes uos qui tres estis legere oportet, maximè quidem simul coniunctos: sin minus, duos in communi pro uiribus quoad fieri potest sæpe: & uti pacto & lege firma ac rata, id quod iustum est, ira ut adiuretis simul & studio à Musis non alieno, & eruditione studij sorore, & adiuretis deum omniũ ducem, tum eorum quę sunt, tum eorum quæ futura sunt, & ducis ac causæ patrem dominum, quem si reuera philosophamur, cognoscemus omnes manifestè, quantum hominum felicium uires possunt.

Humanæ res inconstantes

Platonis sermonum autoritas

Deus pater & filius

ARGVMENTVM IN SEPTIMAM EPISTOLAM

SEPTIMA epistola Platonis est ad propinquos amicosq; Dionis scripta, iam liberata per Dionem patria, & inique occiso Dione. Verum ut multa ad historiam pertinentia, tum in hac epistola, tum in aliis planè intelligantur, paulo altius repetendum. Plato ter Syracusas profectus est. Semel quidẽ superioris Dionysii tempore, quadraginta ætatis annos natus. Bis uero postea iuniore Dionysio tyrannidẽ obtinente. Quid autem in singulis profectionibus egerit, aut qua de causa profectus sit, partim in ipsa eius uita à nobis scripta, partim in his apparet epistolis. Dio uero ex eadem familia qua & Dionysius fuisse uidetur, affinitate insuper cum illo uariè implicatus. Quoniam Dionis sororem Aristomachen superior in matrimonio Dionysius habebat. At ipse Dionysii filiam nomine Aretam habebat uxorem. Dionysius autem iunior nõ ex sorore Dionis, sed ex alia uxore natus erat nomine Dorade. Prima profectione Dio auditor Platonis effectus, uitam ad uirtutem traduxit, & concupiscere cœpit publicum patriæ bonum. Itaq; defuncto Dionysio seniore, cum iunior Dionysius in tyrannidem succesisset, ac puer adhuc ferè Dionis consilio gubernaretur, optans Dio ipsum in philosophicæ uitæ cupiditatem traducere, Platonem multis precibus Syracusas uocauit, ac Dionysium ut accerseret, induxit. Paruit ergo Plato, hac in primis spe ductus, se suis consilijs effecturum: ut illic ex tyrannide respu. fieret aut regnum. Sed quarto ferè post Platonis accessum mense Dionysius falsis adductus calumnijs, Dionem quasi tyrannidi insidiantem expulit, Platonẽ tamẽ libenter amplectebatur. At Plato indignatus re infecta in patriã redijt. Tertio accesit, Dionẽ Dionysio recõciliaturus, & ab utroq; iterũ atq; iterũ obsecratus, rogatus etiã ab Archita & Archedemo Pythagoricis nobilibusq; permultis. Tũc & Dionis reuocationẽ pollicitus est Dionysius, & optimã insuper gubernandi formã se seruaturũ. Sed nihil eorũ quæ polliceitus fuerat præstitit. Cũ uero Plato palàm Dionysiũ redargueret, quòd fefellisset fidẽ, tũ sibi de reuocãdo Dione, tũ Theodoti suo de Heraclide seruãdo, insensum deinde habuit Dionysiũ. Itaq; in summo uiuebat discrimine, ne à militibus interficeretur. Sed Architas Tarẽtinus Salmiscũ oratorẽ misit ad Dionysiũ una cũ naui, rogans ut Platonẽ dimitteret. Ille eũ dimisit, ac præbuit commeatũ. Plato in patriã rediit sospes. Dionysiũ paulo post Dio clàm collectis copijs, Syracusasq; profectus expulit. Syracusanis reddita libertate. Ipse uero paulo post dolo suorũ inuidiaq; interficitur. Post hæc Hipparinus Dionis filius, & Hipparinus Dionysii frater, Dionis ex sorore nepos, Syracusas tenẽtes cõsilio nobiliũ freti de honestiori gubernãdi forma deliberabãt. Interea Dionysius hostib. cõunctis redire in principatũ conabatur. Plato igitur ad hos scribit, cohortãs eos & instruẽs ad optimã speciẽ gubernandi, id est regnũ parens legibus, & optimatũ autoritate suffultum. Sparsim uero præcepta eiusmodi ex hac epistola colliguntur. Non est alienũ à bono ingenio optare gubernacula reipub. præsertim quando necessitas postulat: à bono ciue alienum est optare hæc cum omni licentia obtinere. Non est prudentis temere publicis se negocijs implicare, præsertim ubi absq; salutis publicæ spe periculum subeatur. Sola philosophia in re tam publica quàm priuata quid bonum iustumq; sit, quid non sit eiusmodi, potest discernere. Humanum genus non prius desinet in malis uersari, quàm aut philosophi dominentur, aut qui dominantur, deo illustrante philosophentur. Delicata luxuriosaq; educatio ingenia uel diuina depranat. Nullus intemperans potest esse prudens. Ciuitas in qua ciues inconuinentes sunt, nulla legum potentia contineri potest, quin frequentes mutationes, ac semper in deterius patiatur.

Violenti s

Universidad de Deusto
Biblioteca

Violentia neq; patriæ, neq; parentibus inferenda, sed utrisq; procul à uiolentia consulendum. Authoritas antiquorum sacrorumq; sermonum cæteris opinionibus anteponenda est. Bono uiro nihil mali potest contingere. Anima ab hoc corpore seiuncta sub diuini iudicis sententia scelerum luit pœnas. Præstat grauissimas iniurias pati quàm inferre. Auari atq; intemperati ad res diuinas cæci surdiq; sunt, adeò ut nec ipsi uideant, neq; ab alijs audire sustineant, uel auditas percipiant. Impietas omnibus peccatis mixta est, atq; uicissim. Impietas ipsa mixta peccatis, stimulus est quo præcipue peccatores tũ in hac uita sollicitantur, tũ in altera cruciãtur. Post hæc ubi de consuetudine sua cum Dionysio, ac de philosophiæ studio scribit, probat neminem in philosophia aliquid profecturum, nisi amore sapientiæ accensus, omnes eius gratia & labores sustineat, & oblectamenta contemnat. Tum uerò quoniam sapientis est contemplari diuina, opportunè ostendit diuina, neq; literis unquam uulgo, neq; uerbis exprimi posse, immo etiam nõ debere. Non posse quidem, quia quod maius est, neq; etiam mente omnino comprehenduntur. Non debere etiam, quia & qui in plebe infimi sunt, tanquam monstrosa uiderent: & qui paulo in plebe superiores, his auditis uel in hæresim falsam inciderent, uel ob leuem quandam altiorum rerum opinionem uani supra modum contentiosiq; euaderent. Non inquit Plato usquam nihil ueri certiq; de diuinis intelligi posse: sed neq; posse exprimi, quod de his intelligitur: neq; propriam horum ueritatem intelligi eadem ratione qua cætera. Formæ quidem aliæ omnino sunt coniunctæ corporibus, aliæ penitus segregatæ. Illæ naturales, hæ diuinæ uocantur. Sunt & aliæ coniunctæ quidem quodammodo, & quodammodo separabiles, id est rationales animæ, inter diuina & naturalia mediæ. Quæ quatenus corporibus coniunctæ sunt, eatenus à diuinis necessario disiunguntur. Coniungi enim formis à materia separatis, nisi separatione non possunt. Separantur autem in materia duobus præcipue modis, tum moralipurgatione, tum resolutione contemplatiua. Philosophiæ studium utrumq; facit: & quemadmodum qui humidum lignũ exiccat, prius sole, deinde admouet igni, occasionem quidem ligno præbet ut accendatur, neq; tamen ipse, sed ignis accendit lignum: ita studium philosophicum & per moralem disciplinam, & purificando præparat animam ad diuina & per contemplatiuam resoluendo admouet mentem diuinis atq; coniungit: neq; tamen ipsum diuina ueritate formatmentem, sed deus ipse ignis instar mentem quasi materiam philosophiæ beneficio paratam, & propinquantem ueritatis suæ luce perlustrat. Plato igitur cum dixisset diuina neq; literis, neq; uerbis exprimi posse, significauit præterea neq; posse doceri uel inueniri eadem ratione qua cætera. In alijs enim percipiendis inquisitio nostra intellectũ & parat & formatcum tamen in diuinis percipiendis inquisitio uel purgatissima atq; eminentissima paret quidem, sed non formet. Idcirco inquit opus esse diuturna cum diuinis consuetudine, significans speculationis assiduitatem: item uitæ coniunctione siue communione, significans purificationem morali disciplina perfectam. Addit in mentem deniq; sic affectam non paulatim quidã humano quodam amore, sed subito lumen ueritatis accendi. Sed undenam ab igne, id est à deo, prosiliente siue scintillante. Per scintillas designat ideas exempla rerum in mente diuina. Designat & formulas idearum nobis ingenitas. Quæ per desidiam olim consopitæ, excitantur uentilante doctrina, atq; uelut oculorũ radij emicantes, ideis uelut stellarum radijs collustrantur. Subdit eiusmodi lumen non accendi solum, sed fieri in anima, ut ostendat tum formulas esse innatas animæ, tum splendorem huiusmodi familiarem euadere. Ac ne putes in eo statu mentem ambiguam sollicitamq; esse, addidit: Sed ipsum iam alit, id est lumen hoc primum diuinitus in mente accensum, deinceps sua uirtute diuinorum haurit copiam rationum, atq; almo mentem gaudio complet. Hic animus seipsum nutrit, id est nihil quærens extrinsecus uiuit seipso contentus, & quàm beate intus afficiatur, & si uelit, nequit tamen, & nescit exprimere. Plato quinq; in hac contemplatione meditatur gradus, quos in theologia legito diligentius à nobis expositos. Iubet enim cupidum ueritatis tum per auditum ab ipso rei nomine, tum per uisum aliosq; sensus à rei ipsius accidẽtibus ad ipsam rei definitionem procedere, per hanc ad formulam rei innatam menti, per formulam deniq; ad ideam tam formularum quàm rerum procreatricem. Docetq; interea ideam à reliquis longe differre, quatuor præcipue modis. Quia scilicet idea substantia est, simplex, immobilis, contrario non permixta. Reliqua uero quatuor, id est nomen & accidentale simulachrum & definitio & formulæ notio à substantia, simplicitate, stabilitate, puritate ideæ degenerans. Idcirco haud sufficienter ideam nobis imprimunt, sed ad diuinã impressionem nos utcunq; possunt accommodant. Deniq; mens impressa diuinitus, si quando studeat idearum characteres uerbis literisq; exprimere, pulcherrimarum rerum deformes reddet imagines. Verum si crediderit Pythagoricis, non tam contendet ut depingat ideas, quàm ut audientium animos excolat, ac uelut tabellas expoliat, quibus tandem diuinæ formæ diuino digito depingantur. Ipsa sane cœlestes suspiciens radios, non conabitur apud cæcos radiorum formas frustra describere, immo si insanabiles sint, dimittet: si sanabiles, duntaxat purgare aciem aggredietur, surſumq; erigere, utpote quæ intelligat alio se pacto frustra purgaturam.

PLATO DIONIS COGNATIS ET AMICIS, FELICEM SVCCESSVM. EPISTOLA VII.

SCRIPSISTIS mihi uos putare, in eadẽ sententia uos esse oportere, in qua fuit & Dion: sed & ad societatẽ me inuitatis, ut quantũ possum & faciẽdo, & dicẽdo me uobis coniungã. Ego uero si quidẽ opinionẽ & uolũtatẽ eandẽ cũ illo habetis, assentior uobis, & societatẽ uobiscũ ineo: Sin minus, sæpe deliberabo. Quæ uero erat illius sententia & uolũtas, ferè nõ cõiectãtis modo, sed ut q clarè sciã dicere possũ. Quãdo. n. primum

primum Syracusas ego uenirem ferè quadraginta annos natus, Dion eam ætatẽ habebat, qua nunc est Hippiarius: & quam tunc habebat opinionem, in ea semper perseuerauit, nimirum quòd putaret Syracusanos liberos esse oportere, & optimis legibus gubernari. Quare nihil miri esset, si quis Deus etiam hunc in eadem de republica opinione consonum cum illo fecisset. Quis uero fuerit modus quo ad ipsam deuenit, non indignum auditu est & iuueni, & non iuueni. Conabor autem ab initio ipsam uobis recensere. Occasio enim nunc se ita offert. Quum adolescens essem idem mihi quod multis accidit, & statuebam si citius meipsius dominus fierem, statim ad rempublicam me conferrem. Et mihi fortunæ quædam eiusmodi circa ciuitatis res accidebant. Quum enim respublica à multis uituperaretur, mutatio fit, & in mutatione uiri quinquaginta unus præfecti sunt, undecim in urbe, decem in Piræo, qui utriq; in foro & in urbibus gubernationem obtinebant. Verum triginta erant constituti principes summa potestate præditi. Et exhis quidam cognati ac familiares mihi erãt. Et sanè inuitabant me etiã statim uelut ad negotia ad me pertinentia. Et mihi nihil miri accidebat præ iuuentute. Putabam enim ipsos ex iniusta quadam uita, ad iustum modum deducturos esse ac gubernaturos ciuitatem. Quare ipsis uehementer animum aduertebam quid facerent. Et quum sanè uiderem uiros illos in breui tempore ostendisse, priorem illam rempublicã auream fuisse, inter alia etiam amicum mihi uirum seniorem Socratem, quem ego eius temporis iustissimum fuisse dicere non uerear, ad ciuem quendam cum alijs mittebãt, ut ipsum ui adduceret morte condemnandum: quo sanè rerum unà cum ipsis particeps fieret siue uellet, siue non. Socrates autem non obsequebatur, sed omnibus periculis se exponebat, prius quàm in impijs factis societatem cum ipsis iniret. Quæ omnia quum uiderem, & si qua alia eiusmodi non parua, ægrè admodum tuli, & à malis tunc meipsum subduxi. At non multo post tempore status triginta uirorum & tota tunc respublica mutata est. Rursus autem tardius quidem, sed tamen trahebat me cupiditas ad rempublicam capessendam. Multa igitur fiebãt etiam inter illos utpote turbatos, quæ quis ægrè ferre posset. Et nihil miri erat in huiusmodi mutationibus, ultiones inimicorum quorundam à quibusdam fieri grauiores: etiamsi magna moderatione uterentur hi qui tũc successissent. Rursus autem iuxta fortunam quandã amicũ nostrum Socratem potentes quidam in iudicium perducunt, maximè impiam & Socrati minime omnium conuenientem obijcientes causam. Nam ut impium alij adducebant, alij condemnauerunt & occiderunt eum qui tunc impiæ pertractationis particeps fieri noluit, circa unũ tunc amicum exulem, quando ipsi exulantes infeliciter degebant. Consideranti itaq; mihi & hæc, & homines qui rempublicam gererent, & leges, & mores, quantò magis considerabam, & ætate progrediebar, tantò difficilius esse mihi uidebatur rempublicã rectè administrare. Neq; enim absq; amicis uiris & fidis sodalib. administratio fieri potest, quos neq; præsentes reperire facile erat: Non enim adhuc in patrũ moribus ac studijs ciuitas nostra gubernabatur: & nouos alios cum facilitate quadã acquirere, impossibile erat: & legũ scripta ac consuetudines corrumpebantur, & mirum in modũ hæc res incrementum capiebãt, ita ut ego qui primum magno animi impetu ad rempublicam ferebar, dum ad hæc respicerem, & ubiq; penitus ferri uiderem, tandem uertigine afficerer, & à considerando quidem non desisterem, an forte melius quid fieret circa hæc ipsa, & circa uniuersam rempublicam, capessendæ uero reipublicæ semper occasiones expectarem, tandem autem de omnibus tunc rebusp̃licis cogitarem, quòd omnes male gubernarentur. Nam leges in ipsis ferè incurabili modo affectæ sunt, absq; admiranda quadam constructione, unà cum fortuna. Et dicere coactus sum dum laudarem rectam philosophiam, quòd ex hac & publica & priuata omnis iustitia consideranda esset. Humanum igitur genus à malis liberum nõ fore prius, quàm aut eorum qui rectè & uerè philosophantur genus ad ciuiles magistratus perueniat, aut potentium in ciuitatibus genus ex diuina quadam sorte reuera philosophetur. Hac itaq; mente in Italiã ac Siciliam ueni, quũ primum accederem. Post quàm autem uenissem, uita quę illic felix dicitur, Italicis & Syracusanis mensis referta, nullo modo mihi placuit, ut uidelicet uir in die quis exaturatus uiuat, & nunquàm noctu solus dormiat, & quæ studia ad has uitas sequuntur. Ex his enim consuetudinibus, nullus unquàm ex his qui sub cœlo sunt

Plato quadrãgenarius in Syracusis

Athenien. rei pub mutatio

Triginta Athenien. principes

Socrates impietatis damnatus

Respub. omnes malæ

Philosophi regnent

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominibus, si ex iuuentute illis deditus sit, sapiens fieri poterit: Neq; enim adeò admiranda natura constitutus quis fuerit: Temperatus autem ut fiat nunquàm curabit: & sanè etiam de reliqua uirtute eadem sit ratio. Et nulla ciuitas secundum quascũq; leges quietè degere potest, ubi ciues omnia se consumere oportere in excessus putant, & rursus se ad omnia quietos fieri oportere existimant, præterquàm ad conuiuia & potationes, & rei uenereæ studia exercenda. Necesse uero est has ciuitates in Tyrannides, & paucorum principatus, & populare dominium mutari nunquàm cessare: & eos qui in ipsis potentes sunt, iustæ & æquabilis reipublicæ ne nomen quidem audire sustinere. Hæc itaq; quum ad superiora mecum cogitarem, Syracusas profectus sum, fortasse qui dem secundum fortunam, uideor tamen tunc præstantius quid molitus, initium dedisse his quę nunc facta sunt circa Dionem & Syracusas, & timendum est ne pluribus ad-

Plato apud Dionem

huc, si non uos nunc mihi parueritis secundo iam cõsulenti. Quomodo igitur dico omnium quæ tunc facta sunt, initium fuisse meam in Siciliam profectionem? Ego quum conuersarer cum Dione tũc iuuene, dum quæ mihi uiderentur optima hominibus esse uerbis indicarem, & ipsa facere consulerem, uideor non animaduertisse quòd futurum tyrannidis dissolutionem aliquo modo molirer. Dion enim ad discendum admodum promptus, tum alia, tum meos quos tũc habebam sermones, ita acutè ac auidè arripuit, uelut nullus unq; ex his iuuenibus quos ego cõueni: Sed & reliquã uitã excellẽter præ omnibus Italis ac Siculis uiuere constituit, uirtutem magis quàm uoluptatem & reliquas delicias amplexus. Vnde sanè infensior erat his qui Tyrannico modo uiuebant

Dionysij senioris mors

usq; ad Dionysij mortem. Postea uero cogitauit, non solũ in seipso hanc sentẽtiam esse, quam ipse ex rectis sermonibus habebat, sed etiã alijs quibusdam insitã esse, ex quorũ numero etiã Dionysium unũ fore putauit, dijs fortassis auxiliantibus. Quod si ita cõtingeret, & suam & aliorũ Syracusanorum uitam, immensam felicitatem adepturã esse. Ad hæc uero iudicauit me omni modo quàm celerrimè Syracusas uenire oportere, ut in his me sociũ ipsi adiungerẽ, memor suæ & meæ cõsuetudinis, quòd facile ea effecisset, ut ad pulcherrimæ ac optimæ uitæ cupiditatẽ deueniſſet. Id quod si etiam nunc in Dionysio perfecisset, uelut aggressus esset, magnã spem habebat, se absq; cædibus & pernicie & his malis quæ nunc perpetrata sunt, felicem & ueram uitam in uniuersa regione constituturũ esse. Hęc Diõ rectè meditatus persuasit Dionysio ut me accerseret, & ipse misso nuncio rogabat ut omni modo quàm celerrimè uenirem, prius quàm alij quidã Dionysium conuenirẽt, ipsumq; ad aliã ab optima uita auerterent. Quũ aũt hæc diceret, longiores preces quàm hic referri possunt addebat. Quas enim maiores inquit, occasiones expectabimus, his quæ nunc diuina quadã fortuna cõtigerunt? Recẽsebat item Italiæ & Siciliæ principatũ, & Dionysij in ipso potentiam, & iuuentutẽ ac cupiditatẽ eiusdẽ, & quòd philosophię ac eruditioni uehementer deditus esset, & quòd ex sororibus nepotes & cognati ipsius facile admoneri se paterentur, ut & sermones quos subinde dicerem, & uitam meam sequerentur, & simul Dionysium facilimè adhortari possent. Quare si unquàm, etiam nunc magnam spem esse, ut ijdem philosophi & magnarũ ciuitatũ principes euaderent. Imitationes itaq; hæ & huiusmodi aliæ multæ erãt.

Iuueniles cupiditates

Ego uero formidabam quo tandem ille iuuenum animus euasurus esset. Talium enim cupiditates ueloces sunt, & sibijpsis contrariæ feruntur. Dionis autem mores sciebam quod ad animam attinet natura graues esse, & ætate iam moderatè se habere. Vnde cõsideranti mihi & ambigenti utrum proficiscendum esset & parendum, aut quomodo faciendum, subijt animum id facere oportere, & si quis unquàm ea quæ de legibus & republica constituisset perficere aggressus esset, etiam nunc conandum id esse. Si enim uni solum persuasissem, omnia bona satis effecissem. Hac itaq; sententia & fiducia domo abiui, non qua quidam putabãt, sed reueritus maximè meipsum, ne uiderer mihijpsi si sermone solum aliquis esse, sed rem nullam unquàm ultrò attingere: & primũ quidẽ uiderer Dionis hospitalitatẽ & amicitiã prodere, qui reuera in periculis nõ paruis uersaretur. Siue igitur quid ipsi accideret, siue à Dionysio & alijs inimicis expulsus, ad nos exul ueniret & diceret. Venio ad te ô Plato profugus, non armatis militibus neq; equitibus opus habens, ut inimicos ulciscar, sed doctrinæ & persuasionis indigus, qua scio te maximè potentem esse, & iuuenes ad bona iusta exhortari posse, ut inter se amicitiã & so-

& societatẽ semper cõseruent: quarũ rerũ inopia quantũ in te fuit, nũc ego relictis Syracusis hic adsum. Et quod quidem mihi accidit minus opprobrij tibi affert. At philosophia quam semper laudas, et quã à reliquis hominibus ignominiosè tractari dicis, quomodo non prodita est nunc unà mecum, quantum in te fuit. Et si quidem Megaris habitassem, uenisses utiq; mihi adiutor, in his ad quæ te inuitabã, aut uilissimũ omniũ teipsum putasses. Nunc uero itineris longitudinẽ, & nauigationis ac laboris magnitudinẽ causatus, improbitatis opinionẽ unquàm te euitaturũ esse putas? Multum certè aberit. His aũt ab illo dictis, quæ mihi fuerit ad hæc satis decora respõsio? Profectò nulla. Quare ueni iuxta rationẽ & meritò, quantũ ab homine maximè ob talia fieri potest, relictis meis cõuersationibus non indecoris illis, sub tyrannidem quæ neq; me, neq; sermones meos decere uideretur. Et postquàm ueni meipsum liberaui, & à Iouis hospitalis & philosophica sorte inculpatũ me exhibui, quæ sanè ignominiã incurrisset, si emollitus & timore deterritus, uerecundiæ malæ particeps fuissem. Postquàm uero ueni, ut ne lõgior sim, omnia circa Dionysium seditione plena reperi & calumnijs aduersus Tyrannidem quã Dion affectaret. Auxiliũ igitur ferebã in quantũ poterã. Poterã aũt parum. Quarto autẽ ferè postea mense, Dionysius Dionẽ tyrannidi insidias struere causatus, paruo nauigio impositũ ignominiosè expulit. Itaq; post hoc omnes qui Dionis amici essemus, in timore uersabamur, ne quẽ accusans supplicio afficeret, uelut Dionis insidiarũ conscių. De me uero etiam rumor increbuit Syracusis, quòd interfectus essem à Dionysio, uelut omniũ eorũ quæ tũc facta essent autor. Ille uero quum sentiret omnes nos ita affectos, ueritus ne maius quid ex timoribus oboriretur, benignè omnes suscepit, & sanè etiam me cõsolabatur & cõfidere iubebat, & ut omnino manerẽ rogabat. Nã ex fuga mea ab ipso nihil boni expectandũ ipsi erat, sed ex permansione. Quapropter etiã ualdè simulabat se rogare: Verũ tyrannorũ preces necessitatibus mixtas esse scimus: Quũ itaq; hoc moliretur, prohibuit ne enauigarẽ, & in arcẽ me perduxit ac collocauit. Vnde nullus nauclerus nõ solũ prohibente Dionysio me educere potuisset, sed etiã aliàs, nisi ipse iubentẽ educere misisset: neq; ullus mercator, neq; in regionis exitibus ullus princeps me solũ exeuntẽ neglexisset, qui nõ compræhensum statim rursus ad Dionysiũ reduxisset, tũ aliàs, tũ quòd iam contrarius superiori rumor increbuerat, Dionysiũ nimirũ Platonem mirificè complecti. Res autẽ hoc modo se habebat. Veritatẽ enim dicere oportet. Cõplectebatur me semper amplius tẽporis progressu, pro morum et affectuum consuetudine, & ut ego ipsum magis quàm Dionem laudarem expetebat, & ut ipsum magis insignẽ amicũ putarẽ quàm illũ, & mirificè ad hoc contendebat: Quo uero modo hoc optimè factũ fuisset, si factũ fuisset, eũ negligebat, ut uidelicet discẽdo & audiendo sermones de philosophia, se mihi adiunxisset & mecũ conuersatus esset, ueritus calumniatorũ uoces, ne fortè impediretur, & Dion omnia perficeret. Ego uero omnia sustinebã, in prima sententia perseuerans qua accesserã, si fortè ad philosophicæ uitę cupiditatẽ peruenisset. Verũ ille reluctãdo uicit. Et primũ sanè tempus mei in Siciliã aduentus & cõuersationis, per omnia hęc trãsactũ est. Post hoc uero & discessi, & rursus redij Dionysio omni studio me accersente. Quorum uero gratia, & quæ effeci, uelut par & iustum est, ubi primũ consilium dedero quæ facere oportet ex his quæ nũc facta sunt, deinceps uobis exponam, propter eos qui interrogãt quid mihi uoluerim quòd secundo in Siciliã uenerim, ut ne quæ obiter affero iusti operis locũ me referẽte occupẽt. Dico aũt hæc ego. Consulentẽ uiro ægroto & praua uictus ratione utẽti, ad sanitatẽ recuperandã, aliud' ne quid facere oportet, quàm ut primũ uictũ ipsius mutet, & obedire uolentem de reliquis iã admoneat: à non uolente uero si fugiat, & à cõsulendo desistat, uirũ ipsum & medicum putabo: si uero sustineat, cõtrà euiratum & artis imperitum. Eodem modo etiam ciuitati, siue unus siue plures ipsius domini sint, si ritè recta uia procedente republica, cõmodum consiliũ inierit, mẽte præditi uiri esse cẽseo talibus consiliũ dare. His autem qui omnino extra rectam rempublicam incedũt, & nusquam uestigia eius ingredi uolunt, insuperq; consiliũ danti denunciant, ut rempublicã sinat, & nõ moueat, uelut morituro si moueat: & amplius iubent ut uoluntatibus & cupiditatibus ipsorum inseruiat, & consulat quo modo & facilimè & celerrimè in omne tẽpus fiant: si quis consultor esse sustineat, & huiusmodi cõsilia admittit, eum ego euiratũ putabo: qui

Dion Tyranni dem affectans eijcitur

Tyrannorum preces necessitatibus mixtæ

Dionysius solationẽ complexus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō sustinet, uirū. In hac ego sententia constitutus, ubi quis mecum de re aliqua maxima xima circa uitam suam commentatur, uelut de pecunijs acquirēdis, aut de corporis aut de animæ cura, si quidem quotidianam uitam cum modo quodam degere mihi uideatur, aut cōsulenti obedire uelle in his de quibus mecū commentatur, promptus sum ad dandum consilium & non solum re leuiter attacta desisto. Si uero omnino non mecū commentetur & consilium ineat, aut cōsulenti nullo modo obtemperaturus uideatur, ultrò quidem ad talem consilium daturus nō accedo, coacturus autē neq; si filius meus esset: seruo uero cōsuluerim, & non uolentem coegerim: patrem uero aut matrem cogere nō piū esse arbitror, nisi demētiæ morbo captos. Si uero cōstituta quadā uita sibi ipsis placēte uiuāt, quæ mihi displiceat, neq; frustra monēdo odiū incurrere uelim, neq; adulando ipsis inseruire, ut cupiditatū expletionem suppeditē, quas si ipse amplecterer uiuere nolim. Idē uero etiā de ciuitate sua sentētia sapiēs uir uiuere debet, ut dicat quidē si nō rectè rempublicā gerere sibi uideaē, si neq; frustra dicturus sit, neq; ob id quod dicit periturus. Vim uero patriæ in reipublicæ mutatione nō afferet, ubi absq; exilijs et cædibus uirorū optima fieri nō potest: sed quietē aget, & sibi ac ciuitati bona precabitur, luxta hūc itaq; modū etiā ego uobis cōsuluerim. Cōsulebā aūt & Dionysio unà cū Dione ut primū rectè quotidianā uitā degeret, an forte ipse suijpstus potēs q̄ maximè fieri posset, & fidos amicos ac socios acquirere, ut ne ipsi eadē quæ patri acciderēt: qui assumptis multis ac magnis Siciliæ ciuitatibus à Barbaris deuastatis, non poterat ipsas cōdere ut respublicas in singulis fidas cōstitueret, neq; ex socijs, neq; ex alijs externis, neq; ex fratribus, quos ipse iuniores educauerat, & ex priuatis principes, & ex pauperibus insigniter opulentos effecerat. Ex omnibus his nullum poterat, neq; suadēdo, neq; docendo, neq; largiendo, neq; in cognationē assumēdo, principatus sociū efficere: Sed Dario septies deterior erat. Qui quū neq; fratribus, neq; ab ipso educatis fidē haberet, sed socijs solū captiuitatis Medi & Eunuchi, partes distribuit septē singulas maiores tota Sicilia, & fidis socijs usus est, & qui nō insidias struerēt, neq; ipsi, neq; inter se alteri: & exemplum proposuit, qualem esse oportet legislatorem ac regem bonum. Legibus enim cōstitutis, Persarū regnū etiā in hūc diem cōseruauit. Quin & Atheniēses nō ipsi multas græcas ciuitates à Barbaris dirutas condiderunt, sed habitatas acceperunt, & tamen per septuaginta annos imperiū obtinuerunt, amicos uiros in singulis ciuitatibus adepti. At Dionysius congregata in unam ciuitatem tota Sicilia, dum prę sapientia nulli confidit, uix seruatus est. Carebat enim amicis ac fidis uiris, quo nullum maius uirtutis aut uitij signum est, si quis talibus uiris destitutus, aut cōtrà sit. Quare etiā Dionysio ego & Dion consulebamus, ut quando quidē patris res ita ipsi contigissent, ut ab eruditione alienus fuerit, & conuersationes conuenientes non habuerit, primum huc incumberet, quo & alios sibijpsi ex cognatis ac coætaneis amicos & ad uirtutem concordes pararet, & maximè ipsum sibijpsi: Hoc enim ipsum mirum in modum opus habere dicebamus, nō ita manifestè: nō enim satis tutū erat: sed per insinuationē, & sermonibus cōtendentes, quòd sic quidē quiuis uir & seipsum, & illos quorum dux esset seruaret: Si uero non hac uia pergeret, cōtraria omnia efficeret. At si ipse uelut dicebamus progressus esset, & seipsum sapientem & temperātem effecisset, & deinde deuastatas Siciliæ ciuitates conderet, legibusq; ac rebuspublicis colligaret, ut & sibijpsi, & inter se aduersus Barbarorum impetus coniunctæ essent, fore ut non solum paternum principatum duplo, sed reuera multipliciter ampliorem redderet. Promptum enim esse, postquàm hæc facta fuerint, ut Chartaginenses multò grauiore seruitute premat, quàm fuit ea quam sub Gelone pertulerunt: & non uelut nunc contrà pater ipsius tributum constituit, quod Barbaris pendatur. Hæc erant quæ dicebantur & præcipiebantur à nobis qui Dionysio insidias struebamus, uleut hinc inde sermones diuulgebāt. Qui etiā apud Dionysium præualentes Dionem eiecerunt, & nos in timorem coniecerunt. Quo uero non paucas res breui absoluamus, reuersus ex Peloponeso & Athenis Dion, re ipsa Dionysium admonuit. Postquàm igitur liberasset & restituisset ipsis Dion ciuitatem, idem accidit Syracusanis aduersus Dionem, quod etiam Dionysio, quando ipsum ille conabatur erudire & educare regem imperio dignum, atq; sic ipsi per omnem uitam socius esse: Dionysius enim fidem habebat calumniatoribus, qui Dionem tyrannidi insidias

Sapiens in mala repub. ut se gerere debet

Darius regnū diuisit

Consiliū à Platone Dionysio datum

Dion reuersus liberat Syracusanos

dias struere dicebant, & omnia quæ faceret eo tempore ideo facere, quo ipse per erudi tionem mente delinitus principatum negligeret, ac illi permitteret. Ille uero sibi uendi caret, & Dionysium per dolum è principatu expelleret. Hæc tunc etiam uicerunt quū secundo dicerentur inter Syracusanos, & ualdè absurda ac turpi uictoria his qui essent uictoriæ autores. Quod enim factum est, audire oportet uos qui me ad præsentem rerū statum inuitastis. Veni ego uir Atheniēsis amicus Dionis, auxiliarius ipsi aduersus Tyrannum, quo pro bello amicitiam facerem. Verum contendens aduersus calumniatores superatus sum. Quum uero persuaderet mihi Dionysius honoribus & pecunijs, ut cū ipso testis & amicus essem, quo decora fieret ipsi Dionis expulsio, nihil horū in totū assequutus est. Postea uero reuertens domū Dion fratres duos ex Athenis assumit, qui nō ex philosophia amici ipsi facti essent, sed ex diuagāte ista sodalitate plurimorū amicorū, quam ex hospitalitate & sacrorū initijs & spectaculis sibi procurare solēt: Et sanè etiā hi duo qui ipsum deduxerāt amici, tum ex his, tum ex obsequijs in reditu præstitis amici facti erant. In Siciliam uero delati postquàm percipiebant Dionem apud Sicilienses ab ipso liberatos in criminibus hærere, & insidias struxisse Tyrannidi, non solum amicum & hospitem prodiderūt, sed uelut cædis suis manibus perpetratores facti sunt, arma ipsi in manibus tenentes, & ipsi occisoribus adstantes adiutores. Et turpitudinē quidē ac impietatē neq; prætermitto, neq; dico. Multis enim etiā alijs hæc celebrare studiū est, & in posterū tempus studio erit: Quod uero ad Athenienses attinet, quòd hi turpitudinē ciuitati affricuerūt, ab hac ipsa turpitudine illos exemptos libero. Asserō eñ etiam illum Athenien sem esse, qui eundem hunc non prodidit, quum licuisset ipsi pecunias & multos honores ex hoc consequi. Non enim per illiberalē amicitiā mihi amicus erat, sed per liberalis eruditionis communionem, cui soli magis credere mente prædītus debet, quàm animorum ac corporum cognationi. Quare non eius existimationis fuerunt illi duo qui Dionem occiderunt, ut ciuitati opprobrium affricare possent, uelut qui unquàm præstantes uiri fuissent. Hæc aūt omnia dicta sunt consiliū gratia, dādi Dionis amicis ac cognatis. Cōsulo aūt ad hęc, idē cōsiliū & eandē orationē iā tertiā tertijs uobis referēs. Est aūt mea oratio, ut neq; Sicilia, neq; alia ciuitas in seruitute sit, sub hominibus dominantibus, sed sub legibus. Neq; enim his qui in seruitutē redigūt, neq; in seruitutem redactis melius est, & ipsis & filijs, & filiorū filijs, sed pernicioſa penitus est experientia. Angusti uero & illiberales animi talia lucra rapere solent, qui nihil bonorum ac iustorum tum diuinorum, tum humanorum, neq; in futurum, neq; in præsens tempus cognouerunt. Hæc ego primum Dioni persuadere conatus sum. Deinde Dionysio. Tertijs nunc uobis, & parete mihi Iouis tertij Seruatoris gratia. Deinde ad Dionysium & Dionа respicientes, quorum ille mihi non obtemperans etiam nunc inhonestè uiuit. Hic autem dum paruit, honestè mortuus est. Quicquid enim patitur is qui & sibijpsi & patriæ optima cupit, omne id rectum & honestum est. Nemo enim nostrum immortalis est, neq; si hoc alicui cōtingeret, felix fieret, uelut uulgus putat. Rebus eñ inanimis nullū malū aut bonū memorabile est, sed unicuiq; animæ quæ aut cum corpore est, aut ab ipso separata, hoc cōtinget. Credere aūt hoc semper debemus priscis ac sacris sermonibus, qui animā immortalē esse nobis significāt, & iudices habere, & maximas pœnas pēdere, ubi à corpore fuerit liberata. Quapropter etiā minus malū censendū est, pati magna delicta & iniurias, quàm facere. At lucri studiosus, & anima pauper uir, hæc neq; audit, & si audierit, deridens uelut putat, omnia undiq; impudēter rapit, quæcunq; putat uelut bestia sibi edenda aut bibenda esse, aut circa seruilē & ingratā uenereā nō rectè dictā uoluptatē sibi exquirenda, ut qui eo quòd nō exfatiatur cæcus est, & nō uidet quas res cōsecletur, & quantū malū semper sit impia actio cū unaquaq; iniuria coniuncta: quā necesse est eū qui iniusta fecit, et dū in terra uersatur secū trahere, et dū sub terra iter turpe & miserū penitus undiq; facit. Dioni itaq; ego hæc & alia huiusmodi dixi ac persuasi. Et his qui illū occiderūt iustissimè irasci possim simili quodā modo atq; Dionysio. Ambo enim & me & alios ut ira dicā omnes homines grauissimè læserūt, illi quidē quòd uolentē iustitia uti perdiderūt, hic aūt quòd nulla parte iustitia uti uoluit per omnē principatū, quū maximā potentiā haberet: in quo si philosophia et potētia reuera in eodē cōuenissent, per omnes homines tū græcos, tū barbaros, insigniter

Sub legibus nō sub regib. uiuendum

Anima immortalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

illustrem opinionem omnibus ueram exhibuisset, nũquam fore felicem neq; ciuitatẽ, neq; ullũ aliquẽ uirũ, qui nõ cum sapientia sub iustitia uitam degit, siue in seipso has habeat, siue in uirorũ piorũ principũ moribus educatus & iustè eruditus fuerit. Et per hęc quidem Dionysius nocuit: Reliqua uero detrimenta parua sunt si ad hæc comparẽtur. Qui uero Dionem occidit, idem quod Dionysius fecisse se non nouit. De Dione uero hoc clarè noui, quantum fieri potest ut homo de hominibus affirmet, quòd si principatum obtinuisset, nunquàm in aliam formam mutasset, quàm quòd Syracusas primũ patriam suam, postquàm seruitutem ipsius sustulisset, eamq; illustrasset, in libera forma cõstituisset. Deinde omni industria conuenientibus ac optimis legibus ciues ornasset. Et postea conatus fuisset efficere, ut omnem Siciliam conderet, & à Barbaris liberam redderet, & alios quidem expelleret, alios uero subiugaret facilius quàm Hiero fecit. Hæc autem si ita facta fuissent per uirum iustum & fortem & temperatum & philosophum, eandem plerisq; de uirtute opinionẽ habuissent, quæ si Dionysius nobis paruisset, apud omnes ut ita dicã homines salua fuisset. Nunc aũt siue dæmon aliquis, siue quis calumniator per iniquitatẽ & impietatẽ illapsus, & quod maximũ est per temeritates imperitiæ, ex qua omnia mala omnibus radices agunt & pullulant, & postea fructũ his qui produxerunt amarissimũ efficiunt: Hæc sanè secundo omnia & euertit, & perdidit. Nunc itaq; tertio boni augurij & ominis gratia bonis uerbis utamur. Attamẽ uobis amicis cõsulo ut Dionẽ imitemini, ipsiusq; erga patriã beneuolentia, & temperatũ animẽti uictũ ad meliorem partẽ: & ut illius uelut auiũ uoluntates perficere conemini. Quæ uero hæ fuerint, clarè ex me audiuistis. Si uero quis è uobis doricè secundum patrios ritus uiuere nequit, sed Dionis occisorum & Siculam uitam persequitur, eum ne admittatis, neq; fidum ac sanum quid unquàm facturum esse putetis. Alios autem adhortemini ad totã Siciliam condendam, & ad legum æquabilitatem, ex ipsa Sicilia & ex uniuersa Peloponeso accitos. Sed neq; Athenas auersemini. Sunt enim & illic qui omnibus hominibus uirtute præstant, & qui uirorum hospitum cæde se polluentium audacias odio habẽt. At certè hæc posterius fiant. Vrgent enim iam uos seditionum multa & uaria dissidia quotidie exorientia. Hoc equidem cuiuis uiro cognoscendum est, cui uel parum quid rectæ opinionis diuina fortuna contribuit, non esse requiem malorum his qui seditione agitantur, prius quàm hi qui superiores euaserunt pugnis & expulsionibus ac cædibus hominum, iniuriarum reminisci, & ad inimicos ulciscendos progredi desinant: & suijpsorum potentes fiant, & leges communes ferant, non magis ad uoluptatem suam, quàm eorum qui succubuerunt spectantes, & ipsos legibus uti cogant, & hoc duplici necessitate, pudoris & timoris. Timoris quidẽ, ut eo quòd superiores ipsis sunt, uim suã ostendant: Pudoris autem, eo quòd uoluptatibus superiores apparent, & qui uelint ac possint magis legibus seruire: Aliter autem fieri non potest, ut unquàm ciuitas quæ in seipsa seditionibus agitatur à malis liberetur: sed seditiones, inimicitiæ, odia & infidelitates, in ita affectis ciuitatibus, ipsis aduersus seipsas semper oboriri solent. Proinde hi qui superiores euaserunt, si salutem expetunt, semper inter seipsos eligere & alijs præferre debent uiros quos optimos esse audierint, primum quidem senes, qui liberos & uxores domi habent, et maiores quàm maximè multos & bonos & claros ac celebres, & qui omnes possessionem satis iustam obtinent. Vt autem sint in ciuitate quæ decem milia uirorum continet, tales numero quinquaginta satis est. Hi uero precibus & honoribus quàm maximis è domo accersendi sunt, & uocati ubi iusiurandum præstiterunt rogandi & iubendi ut leges ferant, & neq; uictoribus neq; uictis plus tribuant, sed æquale & commune ius uniuersæ ciuitati assignent. Latis uero iam legibus, in hoc omnia sita sunt. Si enim uictores inferiores seipsos legibus, magis quàm uicti exhibuerint, omnia salute & felicitate plena erunt, & omnium malorũ effugium: Sin minus, neque me neq; alium socium inuitate ad eum qui nunc scriptis non obedit. Hæc enim cognata sunt his quæ ego & Dion Syracusijs bene uolentes communiter cum ipsis facere aggressi sumus, posteriora tamen: Prima enim illa erant, quę primum aggressi sumus cum ipso Dionysio perficere communia omnibus bona: Sed fortuna quædam hominibus potentior illa dissipauit. Verum nunc uos conemini ipsa felicius bono fato & diuina quadam fortuna perficere. Consilium itaque, & epistola, & prior mea ad Dionysium profectio

Felicitas ex sapientia & iustitia

Dionis propositum

Imperitia malorum radix

Seditiones ut sedentur

Pudoris & timoris necessitas

profectio dicta sint. Posterior autem profectio & nauigatio, quòd meritò simulq; connexa facta sit, deinceps audire licet, si quis id expetat. Primum equidem tempus meæ in Sicilia conuersationis ita uelut dixi transactum est, prius quàm Dionis cognatis & amicis consilium darem. Postea uero quantum potui Dionysio persuasi, ut me dimitteret. Consensimus autem ambo, ut ubi pax reddita esset: erat enim tunc bellum in Sicilia: Dionysius Dionem & me rursus accerseret, constituto iam in securiore statu sibijp si principatu. Dionem uero ita sentire uolebat, non exilium, sed discessum & aliò translationem sibi contigisse. Ego uero ad hos sermones uenturum me esse promisi. Reddita itaq; pace, accersebat me: Dionem uero rogabat ut adhuc annum se contineret: Me uero omni modo uenire uolebat. Dion igitur & iubebat & rogabat me ut nauigarem. Rumor enim magnus ex Sicilia ferebatur, Dionysium mirificè nunc philosophię amore teneri. Quare Dion impense rogabat ut uocationem non contemnerem. Ego uero noueram quidem iuuenibus multa huiusmodi circa philosophiam contingere solere: & tamen tutius mihi uisum fuit tunc, ut & Dionem & Dionysium multum ualere sinerem, & auersabar ambos respondens me senem esse, & iuxta consensiones nihil fieri eorum quę nunc gererentur. Videtur itaq; post hoc Archytas Tarentinus ad Dionysium accessisse. Ego enim prius quàm abirem, hospitalitatem & amicitiam Archytæ & Tarentinis cum Dionysio feci, atq; sic abnauigaui. Erãt & alij quidã Syracusijs qui ex Dione quædam audiuerant, & alij quidam qui ex his, ita ut disputationum quarundam in philosophia pleni essent, qui uidentur mihi conati esse de talibus cum Dionysio disputare, uelut Dionysius omnia audiuisset quæ ego sentirem. Ille uero neq; aliàs ad discendum ineptus est, & mirificè ambitiosus. Placuerunt igitur fortassis ipsi ea quæ dicebantur, erubuitq; dum cognosceretur nihil audiuisse tunc quum ego adessem. Proinde & clarius audiendi cupiditas ipsum inuaserat, & ambitio ipsum simul urgebat. Quam uero ob causam me non audiuerit in superiore accessione, in superioribus recensuimus. Postquàm igitur domum saluus peruenissem, & uocante illo secũdo uelut dixi negassem: nunc sanè mihi uidetur Dionysius huc omni studio incumbere, ut ne quibusdam uidear ipsum cõtemnere, ut qui naturã eius & habitũ & uictũ experiẽtia cognouissem, & ista ægrè ferrẽ, ut nõ amplius ad ipsum accedere uellẽ. Iustũ itaq; est me ueritatẽ dicere, & sustinere si quis auditis his quæ facta sunt, philosophiã meã cõtemnet, & Tyrannum mentẽ habere putabit. Misit equidẽ Dionysius tertio ad me triremẽ, facilis uidelicet nauigationis gratia: Misit autem Archedemum, unũ ex familiaribus Archytæ, quẽ ex Siculis plurimi me facere putabat. Misit & alios celebres ex his qui in Sicilia essent. Hi uero omnes mihi eundem rumorem denunciabant, Dionysium mirum in modum philosophiæ deditum esse. Misit autem epistolam ualdè longam, quum nosset quomodo erga Dionẽ affectus essem, & rursus Dionis uoluntatẽ, ut ego Syracusas proficiscerer. Ad omnia enim hæc instructa erat epistola tale exordiũ habens. Dionysius Platoni. Et ubi ad hæc ea quæ consueto more addi solent adiecisset, nihil prius deinde dixit, quàm si à nobis persuasus in Siciliam ueneris nunc, primum quidẽ ea quæ ad Dionem pertinent, eo modo tibi contingent quo sanè ipse uolueris. Voles autem satis scio moderata, & ego concedam: sin minus, nihil ex rebus Dionis, neq; quod ad alia, neq; quod ad ipsum attinet, ex sententia tibi succedet. Hæc ita dicebat. Reliqua uero recensere longum esset, & absq; occasione dicebantur. Venerunt autem etiam aliæ epistolæ, & ab Archyta, & à Tarentinis, quæ & Dionysij philosophiam laudabãt, & hoc addebãt: Si nunc non uenirem, amicitiam ipsis per me cum Dionysio factam, non paruã illã ad reipublicæ negotia, penitus calumnijs exponerem. Quũ itaq; eo tempore hoc modo accerserer, amicis quidem ex Sicilia & Italia trahentibus, Athenienſibus aũt palàm cũ precibus me uelut expellentibus, & rursus eadẽ ratio mihi in mentẽ ueniret, nõ oportere me Dionẽ prodere, neq; Tarentinos hospites & amicos, & mihijpsi etiã hoc succurreret, nihil miri esse iuuenẽ hominẽ qui res memorabiles neglexisset, nũc discẽdi studio ad optimę uitę amorẽ deuenire: rẽ ipsam clarè me deprehẽdere oportere duxi utro modo se haberet, & nequaq; negligendã esse, neq; me autorẽ tanti reuera opportuni fieri, sicdẽ uerè hęc dicta essent. Proficiscor itaq; hac ratiocinatione uelatus, multa timẽs, & nõ admodũ rectè uaticinãs, uelut apparet. Postq; igitur ueni, tertiũ seruatori reuera hoc pegi

Plato secundò in Siciliam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nã ut olim feliciter seruatus sum, & huius rei post deum Dionysio gratiam habeo; qui multos qui me perdere uoluerunt prohibuit, & partem aliquam reuerentię rerũ mearũ tribuit. Postquàm uero uenissem, huius rei primũ mihi iudiciũ sumendũ esse duxi, an re uera Dionysius esset à philosophia uelit igne accensus: aut frustrà multus ille rumor Athenas afferretur. Est itaq; modus quidã de talib. experientiã sumẽdi, nõ ingenerosus, sed reuera Tyrannis conueniens, tum aliàs, tum disputationum plenis, quod egoſtatim ubi uenissem etiam Dionysio ualdè accidisse percipiebam. Talibus itaq; ostendere oportet, omnẽ rem fieri posse, & per quanta negocia, & quantũ laborẽ requirat. Qui enĩ audiuit, si uerè philosophus fuerit, cognatusq; ac re dignus, uelut qui diuinus sit admirandã uiã se audiuisse putat, & contendendũ sibi esse nunc, & nõ uiuendũ, si aliter faciat. Post hoc itaq; & seipsum, & huius uiæ ducem exstimulare non remittit, prius quàm finem omnibus imposuerit, aut facultatem adeptus fuerit, ut ipse seipsum absq; mõstratore deducere possit. Hoc modo & hæc meditatus talis uiuit, ut obeat quidem actiones in quibus uersatur, sed per omnia semper philosophiæ inhæreat, & ei uictui quotidiano, qui ipsum maximè docilem, & memorem, & ad ratiocinandum præstantem, & in seipso modestum ac sobrium efficiat: contrarium uero huic odio habet. Qui uero reuera quidem philosophi non sunt, sed opinionibus colorati, quemadmodũ qui corpora à sole inusta habent, ubi cognouerint quot disciplinę cognoscendæ sunt, & quantus sit labor, & quòd uictus moderatus quotidianus ad rẽ ipsam requiratur, difficilẽ & sibi ipsis impossibilẽ rẽ arbitrati, ad ipsam nullo modo adduci possunt. Quidã uero ex ipsis sibijpsis persuadẽt, uelut qui satis de tota audiuerint, neq; aliquibus negocijs amplius opus habeãt. Hæc equidẽ experientia & clara & securissima est ad delicatos, & qui laborẽ tolerare nequeunt, ut nunquàm culpã in monstratorẽ reijciant, sed quisq; in seipsum, ut qui omnia quæ ad rem commoda sunt studio habere nequeat. Sic itaq; etiã Dionysio tunc dicta sunt ea quę dicta sunt. Ac omnia quidem neque ego recensebam, neque Dionysius opus habebat. Multa enim & maxima ipse scire ac satis tenere se simulabat ex his quę ex alijs audiuisset. Audio autem ipsum etiam postea scripsisse de his quę tunc audiuit, & composuisse uelut suã artẽ, & nihil eorũ quos audiuit. Verũ nihil horũ noui. Alios tamen quosdam de ijsdem his scripsisse scio, quicunq; uero illi sint, neq; ipsi seipsos cognouerunt. Tantum uero de omnibus qui scripserunt & scripturi sunt dicere possum. Quicunq; scire se dicunt ea quorum studio ego teneor, siue ex me audiuerunt, siue ex alijs, siue uelut qui ipsi inuentores sint, hi iuxta meam sententiam de re nihil scire possunt. Non enim extat meum de ipsis scriptum, neq; unquàm extabit. Nullo enim modo dici potest, uelut aliæ disciplinæ, sed ex multa circa ipsam rem consuetudine, & ex conuictu, derepentè uelut ab igne scintillante accensum lumen, animæ accedens, ipsa seipsam iam nutrit. Quanquàm hoc sanè sciam, quòd scripta aut dicta à me, optima dici possint, & sanè si male scripta essent, non minimam mihi molestiã afferrent. Si uero mihi uiderentur talia esse, quæ iustè ad multos scribi ac dici possent, quid hoc pulchrius in uita à nobis fieri posset, quàm ad magnam hominum utilitatem scribere, & naturã omnibus in lucem producere? Sed neq; aggressionem & conatum de ipsis, bonum esse hominibus arbitror, nisi paucis quibusdam, qui per exiguam indicationem ipsi inuenire possunt. Alios autem partim contemptu nequaquàm concinno non rectè implebunt, partim elata & uana spe, uelut qui præclara quædam didicerunt. Adhuc porrò longiora de ipsis dicere cogito. Fortassis enim ubi hęc ipsa relata fuerint, aliquid ex his de quibus dico clarius euadet. Est enim sermo quidam uerus, contrarius ei qui quodcunq; tandem talium scribere ausus est, sæpe quidem à me etiam antea relatus, uidetur tamen etiam nunc recensendus esse. Vnicuiq; rei tria adsunt, per quæ scientiam accede re necesse est: quartum uero hæc ipsa scientia est: quintum autem ponere oportet id quod cognosci potest & uerum est. Horum primum est nomen, secundum finitio, tertium simulachrum, quartum scientia. De uno igitur accipe, si cognoscere uoles id de quo nũc dicimus, & de omnibus ita intellige. Circulus est quid de quo dicitur, cui hoc ipsum est nomen, quod modo protulimus. Finitio uero ipsius secundũ, ex nominib. & uerbis cõposita. Quod.n. ab extremis ad mediũ equaliter undiq; distat, finitio illius est, cui rotundũ & globosum & circulus nomen est: Tertium est quod pingitur & deletur, & tor-

Tyrannos in philosophia examinandi mos

Scribi ac dici non posse Platonica

Platonicæ philosophiæ summa

& tornatur & perditur, quorum nihil patitur ipse circulus, circa quem omnia hæc sunt, uelut qui aliud quid est: quartum uero scientia & intelligentia ueraq; opinio circa hæc est. Verum uelut unum rursus hoc totum ponendum est, quod non in uocibus, neq; in corporum figuris, sed in animis ineſt. Ex quo manifestum fit, aliud esse ab ipsius circuli natura, & à tribus antea relatis. Ex his autem intelligentia cognatione & similitudine ad quintũ proximè accedit. Reliqua uero amplius absunt. Idẽ uero & de recta simulq; de rotunda figura dici debet, & de colore, & de bono, honesto, & iusto: & de omni corpore tum cõstructo, tum naturali, & de igne & aqua & omnibus huiusmodi: & de omni animante, & de animi moribus ac affectibus, & de omnibus opificijs & affectionib. Si enim quis in his, quatuor illa non acceperit, nunquàm ullo alio modo scientiæ quinti perfectè particeps erit. Nam ad hæc, non minus circa unumquodq; quale quid sit declarare hæc conantur, quàm quid est, ob rationis debilitatem. Quapropter nemo mente prædítus unquàm audebit in ipsam ponere ea quæ ab ipso intellecta sunt, & hæc in immutabilem modum, qui non accidit his quę typis expressa sunt. Hoc aũt quod nunc dicimus rursus considerare oportet. Vnusquisq; circulus ex his qui in actionibus pinguntur, aut etiam tornantur, plenus cõtrarij quinto est. Rectum enim penitus attingit. Ipsum autem circulum neq; minus, neq; maius quiddam contrarię naturæ in seipso habere dicimus, & nulli horum ullum nomen firmũ esse. Nihil enim prohibet ea quæ nũc rotunda uocantur, recta uocari, & rursus recta appellari rotunda, & nihilo minus firmiter se habere apud eos qui transponunt, & contrario modo uocant. Sed & definitione eadem ratio est, siquidẽ ex nominibus et uerbis composita est, ut nihil satis firmiter firmum sit. Innumeris autẽ rursus modis de unoquoq; ex illis quatuor dici potest, obscura & incerta ipsa esse. Maximum uero est quod paulò antea diximus, quòd quũ duo sint, & quod est, & qualitas, dum non quale quid, sed quid sit, anima cognoscere cupit, si nõ unumquodq; ex illis quatuor ab anima prius quæratur, rationeq; ac opere ipso sensib. deprehendatur, ita ut quod & dicitur, & ostenditur, semper unumquodq; se exhibeat, ambiguitate & omni obscuritate omnem ut ita dicã utrum implet. In quibus igitur nõ adsueri sumus uerum quærere, præ mala educatione, sed sufficit propositũ simulachrũ: in his non sumus inter nos ridiculi, qui interrogamur interrogantibus, qui quatuor illa discutere & redarguere possunt. In quib, uero quintũ respõdere & declarare cogimus, in his qui uult ex his qui subuertere possunt superat, & facit ut is qui exponit in sermonibus, aut scriptis, aut responsionibus, apud plerosq; audientiũ nihil eorũ quæ scribere aut dicere conatur cognoscere uideatur, qui auditores aliquando ignorãt, quòd nõ anima eius qui scripsit, aut dixit redarguitur, sed quatuor illorum natura, quæ in unoquoq; ipsorũ male se habet. At per omnia ipsa conuersatio, quæ sursum & deorsum ad unumquodq; trãsit, uix tandẽ scientiã eius quod bene à natura se habet, parit in eo qui bona natura præditus est. Si uero quis mala natura præditus fuerit, uelut est in plerisq; animi habitus, tum ad discendum, tum ad mores, qui etiam corrupti sunt, talem neq; Lynceus efficere possit ut uideat. In summa uero, eum qui cum re cognationem non habet, neq; ad discendũ promptitudo, neq; memoria, unquàm ut ipsam uideat efficere potest. Prorsus enim in alienis habitibus neq; inseritur, neq; ,puenit. Quare qui cũ iustis & alijs pulchris uaturæ coniunctionem ac cognationẽ nõ habẽt, etiamsi alia facilè discãt, simulq; memoria teneant: qui itẽ cognationẽ habẽt, sed difficulter discũt, & memoria nõ præstant: neutri horũ unquàm utrutis aut utrij ueritatẽ ad summũ didicerint. Simul enim ipsa discere necesse est, & falsum simulq; uerum totius essentiæ, cũ omni exercitatione & multo tempore, uelut ab initio dixi: Vix enim dum singula ipsorum inter se teruntur nomina, & finitiones, & aspectus, et sensus, benignis confutationibus redarguuntur, et absq; inuidia per interrogationum ac responsionum usum, tandem sapientia & intelligentia circa unumquodq; refulget, contendens quàm maximè pro humanarum uirium modo. Quapropter quiuis uir præstans, qui unquàm de rebus grauibus inter homines scripsit, multum abest ab eo, ut non inuidiæ ambiguitatiq; ac angustiæ se exponat. Ex his itaq; in summa cognoscere oportet: Quando quis uiderit alicuius scripta, siue in legibus legislatoris, siue in alijs quibusdam quæcunq; tandem, quòd non fuerint huic hæc maximè seria, si quidem ipse uir præstans est, sed iacent alicubi inter sua in pulcherrimo

Quinq;, et eadem unum, in omnibus

Quid sit, & quale sit, quæstiones

Quatuor incerta

Cognationem ad studia requiri

Scriptorum mala

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulcherrimo loco. Si uero reuera ipsi hæc serio studio in literas relata sunt,

Non equidem huic diui, ast homines mentem eripuerunt.

Qui itaq; hanc narrationẽ & digressionem sequitur, is probè cognoscet, siue Dionysius aliquid scripsit de naturæ summis ac primis, siue minor siue maior quispiã, quòd nihil sani neq; audiuerit, neq; didicerit de his de quibus scripsit, iuxta meã sanè rationem. Alioquí enim similiter ut ego ipsa coluisset, & non incõcinnè ac indecorè edere ausus fuisset. Neq; enim uelut cõmentarios memoriæ gratia illa scripsit. Nihil enim uerendũ est ne quis ipsa obliuiscatur, si semel animo cõpræhendat: præ omnibus enim breuissimis cõpræhensa sunt. At si turpis ambitionis gratia, siue ut sua proposuit, siue uelut qui eruditionis particeps sit, qua dignus non est, ut qui amplectatur gloriã ex participatio ne oborientem: si quidem ex uno congressu Dionysio hoc contigit, fortassis ita fuerit. Quomodo uero contigit, nouerit Iupiter, inquit Thebanus. Percurri equidem uelut dixi etiã ego semel tantũ, postea uero nunquàm amplius. Cogitare uero deinceps debet, si cui id curæ est: ut inueniat quomodo factũ sit id, quod nobis circa illa cõtigit, qua de causa secundo & tertio & sæpius illa nõ perlegerimus: Vtrũ Dionysius semel tantũ illis auditis, sic se cognouisse putauerit, & quidẽ iustè cognouisse, siue ipse inuenit, siue antea ab alijs didicit: aut uilia esse ea quę dicta sunt duxerit: aut tertiũ nõ pro suo captu, sed maiora & reuera nõ pro suo modo esse cẽsuerit, ut sapientiæ & uirtutis studiosus uitã degeret. Si enim uilia duxit, cõtra multos testes ipsi depugnandũ erit, qui contraria dicunt, & taliũ lõgè præstãtiores Dionysio iudices haberi debẽt. Si uero inuenisse, aut didicisse se dixit, & propterea digna esse in quib. liberi hominis animus erudiatur, quomodo si non admirandus homo esset, ducem & dominum horum ita facilè cõtempsisset. Quomodo uero contempserit, ego exponam. Equidẽ nõ multò post hoc tẽpore interposito, quũ antea Dioni permisisset ut suas res possideret, & usumfructũ ipsarũ perciperet, tũc nõ amplius permisit procuratoribus ipsius ut mitterẽt in Peloponesum, uelut epistolæ suæ penitus oblitus. Esse enim ipsas nõ Dionis, sed filij ipsius, qui esset quidẽ sibi ex sorore nepos, secundũ leges autẽ esset ipse illius procurator. Et hæc quidem hucusq; sunt ea quæ tunc in eo tempore facta sunt. Quum uero hęc ita fierent, exactè iã Dionysij ad philosophiam cupiditatem uidebam, & siue uellem, siue nollem, succense re cogebar. Erat enim æstas iam tunc, & naues enauigabant. Videbatur itaq; non opor tere me magis succensere Dionysio, quàm mihijpsi, & his qui coegissent me, ut tertio in angustum Scyllæ fretum deuenissem, & esset

Cõmentariorũ usus

Pernicioſa iterum mihi dehinc repetenda Charybdis:

Dicendum tamẽ Dionysio esse, fieri non posse ut ego manerẽ, Dione ita ignominiose tractato. Ille uero me cõsolabatur, & ut manerẽ rogabat, inhonestũ sibi ducens, meipsum adeò cito talium nuncium abire. Quum autẽ nõ persuaderet, ipse mihi paraturum se promisit quo cõmodè abirẽ. Ego enim traiectorias naues ingressus, ex indignatione nauigare cogitabã, & si prohiberer, quiduis perpeti oportere censebã, quandoquidem clarũ esset, me illũ nulla iniuria affecisse, sed ab ipso affectũ esse. At ille quũ me nullã ad manendũ persuasionẽ admittere uideret, artẽ quandã ut eo saltẽ enauigationis tẽpore manerẽ excogitauit huiusmodi. Postera itaq; post hæc die uenit ad me & probabilẽ sermonẽ habuit. Mihi & tibi inquit, Dion & res Dionis submoueantur, ne de ipsis sæpe dissentiamus. Faciã eñ Dioni propter te hæc. Decerno ut ille acceptis his quę sua sunt, habitet in Peloponeso, nõ ut exul, sed ut cui etiã huc ꝓficisci liceat, quãdo & illi & mihi & uobis amicis simul ita uisum fuerit, sic tamẽ ut nõ mihi insidias struat. Horũ aũt fideiussores esse uolo te, & familiares tuos & Dionis qui hic sunt. Vobis aũt ille fidẽ cõstantiæ suæ faciat. Opes aũt quascũq; ille acceperit, in Peloponeso & Athenis reponantur, penes quos uobis uisum fuerit. Vsumfructũ aũt percipiat Diõ, sed in arbitrio ipsius positum nõ sit, ut sine uobis illas tollat. Ego enim non admodum illi fidẽ habeo, ut si opibus his utatur, iustũ se erga me exhibeat: Non enim mõdicæ erunt: Tibi uero & tuis maiorem fidem habeo. Vide itaq; an hæc tibi placeãt, & in his cõditionibus annũ hũc maneas, quo trãsacto acceptis his opib. abito. Et satis scio fore ut Dion magnã tibi gratiã habeat, ꝙ hęc ꝓ illo trãsegeris. Hoc aũt sermone audito, ego omnino qdẽ ęgrè ferebã, dixi tñ habita deliberatione postridie me ipsi respõsurũ esse quæ de his mihi uiderent,

Dioni propoſitæ conditiones

Et de

Et de hoc tũc cõsensimus. Deliberabã itaq; tũc post hæc apud meipsum solus admodũ perturbatus. Primus autẽ uelit cõsultationis dux, hæc mihi ratio fuit. Age etiamsi nihil horũ facere se uelle cogitat Dionysius, quæ nũc promittit, tamẽ postquam abiero scribet Dioni probabiliter tũ ipse, tũ alij de suis multi ex ipsius iussu, ea quæ nũc ad me dicit, quòd ipse quidẽ uoluerit, ego uero noluerim ea ad quæ inuitarit me facere, sed res illius penitus neglexerim. Ad hæc uero adhuc, neq; uolet me emittere ipse, neq; ulli nauclero hoc demãdabit, sed omnibus facile indicabit, quòd me enauigare nolit, quis ergo uolet me ducere nauta ex Dionysij domo progredientẽ? Nã ad reliqua mala habitabã in horto circa domũ, unde neq; ianitor me dimittere uoluisset, si nõ mandatũ à Dionysio accepisset. Si uero per annũ mansero, habebo quæ Dioni de his scribã, & in quibus conditionibus hæreo, & quæ ago. Et si quidẽ Dionysius aliquid fecerit ex his quæ promittit, nõ omnino ridiculo modo hæc à me peracta erunt. Si enim quis rectè æstimet, Dionis opes sunt nõ pauciorum quàm centũ talentorũ. At si fiant ea quæ nunc elucẽt, qualia fieri posse uerisimile est, incertus sum quid agã. Attamẽ fortassis necesse est adhuc annum tolerare, & Dionysij artes re ipsa deprehendere conari. Hęc ubi ita mihi uisa essent, postridie ad Dionysiũ dixi, uisum est mihi ut maneã: Volo tamẽ inquã, ut ne putes me Dionis dominũ esse, sed ut tu unà mecũ literas ad ipsum mittas, in quibus ipsi nũc à nobis decreta significentur, & interrogetur an hæc ipsi sufficiãt, aut nõ, sed etiam alia quædã uelit ac expetat: Cupio etiã ut hæc quàm citissimè scribantur, & ut tu nihil interim in rebus illius noues. Hæc dicta sunt, & in his ferè uelut nũc dictũ est consensimus. Enauigauerãt iam post hoc naues, & nõ amplius fieri poterat ut nauigarẽ, quãdo sanè Dionysius huius rei meminit ac dixit, quòd dimidiũ opũ Dionis esse oporteret, dimidiũ filij eius. Proinde se illas uenditurum esse, & ex diuenditis dimidium mihi abducendum daturum esse, dimidium uero filio ipsius relicturum. Iustissimè enim ita rem se habere. Ego uero dictis perculsus admodum ridiculum esse putabam amplius quid dicere, attamẽ dicebam oportere nos Dionis epistolam expectare, & rursus hæc ipsa ad illum scribere. Ille uero deinde ualdè temerè opes ipsius omnes uendebat, quatenus & quomodo & quibuscũq; uellet: ad me uero nihil omnino de ipsis referebat. Et sanè eodem modo etiã ego rursus ad illum de Dionis rebus nihil dicebã. Nihil enim amplius efficere me posse putabã. Atq; hactenus quidẽ hoc modo philosophiæ & amicis auxilium tuli. Post hæc aũt uiuebamus ego & Dionysius ut ego quidẽ foras prospicerẽ, uelut auis quæ alicundè euolare cupit: ille uero machinaretur quo modo me repelleret, et nihil de opibus Dionis traderet. Et tamẽ apud omnẽ Siciliam confessi sumus nos inter nos amicos esse. Eodẽ equidẽ tẽpore ueteranis militibus mercenarijs Dionysius mercedẽ minuere tẽtauit, preter patris consuetudinẽ. Iracũdia uero perciti milites cõgregati sunt, & hoc se nõ admissuros esse dixerũt. At ille cogere illos aggrediebatur claustris arcis portis. Ipsi uero statim ad muros ascendebãt, Pæonẽ quendã barbatũ ac bellicum uociferantes. Ex quo trepidus ac perturbatus Dionysius omnia concessit, & adhucplura cetratis tũc collectis. Rumor itaq; quidã statim diuulgatus est, Heraclidẽ omniũ horũ autorẽ esse: quẽ ubi Heraclides percepisset, statim se subduxit. Dionysius aũt ipsum ut caperet quærebat, & quũ nõ reperiretur, Theodoten ad se in hortũ accersiuit: Tunc aũt etiã ego in horto deambulabã. Reliqua equidẽ neq; noui, neq; colloquẽtes audiui. Quæ uero corã me Theodotes ad Dionysiũ dixit, & noui, & memini. Ego inquit ô Plato, Dionysio huic suadeo, ut si ego Heraclidẽ huc adducere potero, quo de criminibus de ipso nunc obortis se nobis purget, si sanè non uisum fuerit ipsum in Sicilia habitare oportere, cupio ut accepto filio & uxore in Peloponesum nauiget, illicq; habitet, ac in nulla re Dionysium lædat, sed usum fructum suarum rerum capiat. Accersiui equidem etiam prius ipsum, accersam etiam nunc: Siue igitur à priore uocatione, siue à presenti, paruerit ille mihi, à Dionysio cupio & peto, ut si quis in Heracliden inciderit, siue in agro, siue hic, ne quid aliud mali ipsi cõtingat, sed è regione discedat, donec aliud quid Dionysio uisum fuerit. Hæc inquit concedis, ad Dionysium se conuertens? Concedo respondit. Neque si ad domum tuam compareat, aliquid mali passurum esse, præter ea quæ nunc dicta sunt? Postera die mane sub crepusculum Eurybius & Theodotes serio ad me uenerunt ambo mirificè perturbati, & Theodotes Plato inquit, affuisti

Platonis deliberationes

Ditionis opes ex dimidio filij

Militũ seditio cũ Dionysio

heri

Universidad de Deusto
Biblioteca

heri his in quibus de Heraclide Dionysius mecũ ac tecum consensit? Quidni affuissem inquam? Nunc itaq; inquit ille, circũcurrunt milites cetrati, quęrẽtes ut ipsum capiant. Ille uero alicubi hic propè esse uidetur. Quare nos inquit, omni studio sequere ad Dionysium. Iuimus igitur, & ad ipsum ingressi sumus. Et illi quidẽ duo stabant silentes ac lachrymantes, ego uero dicebam, Timent isti, ne tu quid præter hesternas cõsensiones nouí circa Heraclidẽ moliaris. Videtur enim mihi alicubi hic diuertisse, & cõspicuus factus esse. Quod ille audito exarsit in iram, & uarios colores habuit, quales in ira percitis apparent. Prolapsus autem ad pedes ipsius Theodotes, apprehensa manu eius lachrymabatur & supplicabat ut ne tale quid faceret. Ego uero excepto ipsius sermone consolans ipsum, confide inquam Theodota. Nõ enim audebit Dionysius, ut unquam alia faciat, præter ea quæ heri nobis promisit. Et ille intuitus me admodum Tyrannicè, tibi inquit, ego neq; paruum, neq; magnũ quid promisi. Per deos inquam ego, tu sanè ea promisisti, quæ nunc hic rogat te ut ne facias: & hæc loquutus, auertens me ab ipso foras exibam. Postea uero ille quidem Heraclidẽ uenabatur, Theodotes autẽ missis ad Heraclidẽ nuncijs ut fugeret hortabatur. Ille uero emisso Tisia cum militibus cetratis persequi iubebat. Et Heraclides præuenerat ut dicebatur, in Chartaginẽsium dominium, parua quadam diei parte elapsus. Iam itaq; post hoc ueteres Dionysii insidię, ut ne Dionis opes traderet, probabilem aduersus me inimicitiæ rationem habere uisæ sunt. Et primum quidem me ex arce emittit adeptus occasionem, quòd in horto in quo ego habitabam, sacrificium quoddam decem dierum à mulieribus faciendum esset. Per hoc itaq; tempus extra arcem apud Archidemum manere me iussit. Quum uero illic essem, Theodotes accersiuit me, & multa de his quæ tunc facta essent conquerebatur, & Dionysio succẽsebat. Ille uero ubi audiuisset me ad Theodoten ingressum esse, hanc rursus occasionem aliam superiori cognatam dissidij aduersus me facit, & misso quodam interrogat ex me: an reuera uocatus à Theodote cum ipso congressus sim. Et ego omnino dixi. Iubet itaq; inquit is qui missus erat, ut tibi dicam te nequaquam rectè facere, qui Dionẽ & Dionis amicos semper pluris facis quàm ipsum. Hæc ita dicta sunt, & non amplius me ad domum suam accersiuit, uelut iam apertè essem ego Theodotæ Heraclidæ amicus, ipsius autem inimicus: & non amplius beneuolum me sibi esse putabat, quòd Dionis res omnino perijssent. Habitabam itaque post hoc extra arcem inter milites mercenarios. Quum autẽ ueniissent ad me tum alij, tum ex ministris quidam Athenienses ciues mei, nunciauerunt mihi, calumnias quasdam aduersus me inter cetratos milites obortas esse, & quosdam mihi minatos esse necem, si cubi me comprehẽderent. Proinde talem quandam salutis uiam excogito. Mitto ad Archytam & alios amicos in Tarentũm, & in quibus periculis uersor expono. Illi uero occasione quadam legationis à ciuitate excogitata, mittũt nauem triginta remorum, & Lamiscum de suis unum. Qui ubi uenisset, Dionysium rogauit meo nomine, & me omnino abire uelle dixit, & nullo modo aliter facere. Ille uero assensus est, & uiatico dato me dimisit. De Dionis autem opibus neq; ego quid petebã, neq; quispiam tradidit. Quum autem uenissem in Peloponesum ad Olympiam, & Dionẽ deprehendissem isthic spectantem, nunciabam ipsi ea quę facta essent. Ipse uero louem testatus, statim mihi & cognatis ac amicis meis promittebat, se instructurũ esse ut Dionysium ulciscereturtum quòd nos hospites fefellisset: sic enim & dicebat, & cogitabat: tum quòd ipsum iniustè in exilium eiecisset. Quo audito ego quidẽ ut amicos ad hoc inuitaret, si ita uideret, iubebam. Quia uero me Tu, dicebam, cum alijs quodam modo per uim in Dionysii societatem induxisti, ut mensæ & foci & sacrorum cõmunicatione illi addictus sim, qui fortassis ex multorum calumnijs putabat me unà tecũ & sibijpsi & tyrannidi insidias struere, & tamen non occidit, sed me reuersus est: idcirco quum neq; ætatem habeam ut ulli alicui ferè amplius in bello auxilium feram, communis uobis sum, si quãdo mutuæ inter uos amicitiæ indigi, boni quicquam facere uoluerítis. Quandiu uero malorum cupiditate tenemini, alios inuitate. Hęc ego Siculum errorem & infortunium exosus dicebam. Quum uero illi non parerent, & meis admonitionibus fidem non haberent, omnium nunc factorum malorum ipsi sibijpsis causam præbuerunt, & autores fuerũt: Quorum sanè nihil unquam factum fuisset, quantũ ad homines attinet, si Dionysius Dioni res suas tradidisset

Tratorum colores uarij

Plato arce expulsus

Dionis res pessundatæ

Plato cũ uiatico dimittitur

didisset, aut etiam omnino illi reconciliatus fuisset. Dionem enim ego & uoluntate & potestate mea facilè continuissem. Nunc uero altero aduersus alterum concitato, malis omnia impleuerunt. Quanquàm sanè eandem Dion habebat uoluntatem, quam ego me, & quemuis alium habere oportere censeo ut qui de sua & amicorum potentia cogitaret, itemq; de ciuitate sua, ut inter beneficijs affectos in potentia, & maximis honoribus esset. Neq; uero quisquam seipsum & amicos & ciuitatem opulentos faciet, ex infidijs structis & coniuratis collectis, si pauper sit, & suijpsius non potens, & ab ignauia ad uoluptates superatus: & deinde opulẽtis occisis inimicos hos uocet, & ipsorũ opes diripiet, & socios ac amicos admoneat, ut nemo ipsi obijciat & pauperẽ ipsum esse dicat. Eodem modo etiam si quis ciuitatem sic beneficijs afficiens, ab ipsa honoratur, dũ multis ea quæ paucorum sunt ex decreto distribuit: aut si magnæ ciuitatis, quæ in multas minores dominium habet præfectus, opes minorum suæ ciuitati iniustè distribuat. Sic enim neq; Dion, neq; alius quispiam unquàm sua sponte ad potentiã peruenieret, exitiosam & sibi & generi suo in perpetuum futurã: sed ad rempublicam & legum iustissimarum ac optimarum constitutionem, quæ neq; paucissimis cædibus & exilijs cõstet. Quæ sanè dum nunc Dion faceret, & impia pati quàm facere mallet, ut tamẽ ne patere tur caueret, cecidit tamẽ quũ iã ad summum peruenisset, ut hostibus superior euaderet, nihil miri perpessus. Pius enim homo temperatusq; ac sapiens, in totũ quidẽ nunquàm de huiusmodi impijs falli poterit. Boni uero gubernatoris affectio si fortassis ipsi accidat, nihil miri fuerit: quẽ futura tempestas non admodum latere potest, sed immensa & inexpectata tempestatum magnitudo latere potest, & non animaduersa per uim submergere ualet. Eadem itaq; affectio etiam Dionẽ per paucissimos fefellit. Quod enim mali essent qui ipsum fefellerunt, hoc eum non admodum latebat: quantam uero impe ritiæ & reliquæ improbitatis ac ingluuiei profunditatem haberent, hoc ipsum latebat, quo sanè deceptus occubuit, & Siciliam in immensum luctum coniecit. Quę itaq; post nunc relata cõsulo, ferè à me dicta sunt, & dicta sint. Quorũ uero gratia secundam in Siciliam profectionem assumpserim, necessarium esse ut recenserem mihi uisum est, propter eorũ quæ facta sunt temeritatem & absurditatem. Si uero ea quæ nunc relata sunt, rationi magis consentanea alicui apparuerunt, & occasiones ut ita fierẽt iustas habuisse cuipiam uisa sunt, moderatè utiq; & iusto modo se habebunt ea quæ nunc à nobis dicta sunt.

Dion contra Dionysiũ profectus

Dionis cædes

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM OCTAVAM

IN superiori epistola principes Syracusanos instituens, latius in connubijs, præceptis, & in rebus à se Dioneq; gestis uersatus est: in hac uero propria iam instituta breuioribus comprehendit, medium sem per inter unius ac populi gubernationem obtinens, maximè uero omnium studens, ut concilientur ciues potius quàm expellantur, & quantum fieri potest sine aliena iniuria reipub. status rite stabiliatur. Mox in principio asserit homines impio scelere pollutos insanabiles esse, neq; his ullum consilium profuturum. Item omnibus in rebus & dicendis & cogitandis à deo principium faciendum. In tota uero epistola obseruabis quàm cautus simul & clemens gubernator sit Plato, quamue diligens animorum conciliator. Comprobat, ut sui moris est, gubernationem Lacedæmoniæ similem. In qua plurimum sit optimatum, sit quoq; regia quædam forma, sit & populare nonnihil. Damnat extremam seruitutem, per quam omnia libidini humanæ subduntur. Improbat & extremam libertatem siue licentiam, in qua quilibet fermè absq; delectu sortitur reipub. gubernacula. Medium uero probat. Nota aureum dictum. Moderata seruitus est qua seruitur deo, immoderata qua hominibus. Temperatis quidem hominibus lex deus est, intemperatis uero libido.

PLATO DIONIS COGNATIS ET AMICIS, FELICEM SVCCESSVM. EPISTOLA VIII.

QVIBVS consilijs usi maximè felicẽ rerũ successum habere possitis, ea reuera conabor uobis pro uiribus exponere. Spero autẽ me non solũ uobis ea quæ conferunt consulturum esse, maximè tamen uobis, & secundis omnibus qui sunt in Syracusis: Tertijs uero etiam inimicis ac hostibus uestris, præterquàm si quis ipsorum impijs factis se polluit. Hęc enim sanari non possunt, & nunquàm quis ipsa eluere potest. Cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

siderate uero quæ nunc dico. Omnis uestra nunc per Siciliam contentio, soluta tyranni de, in his ipsis uersatur: quòd alij rursus principatum suscipere uolunt, alij uero Tyrannidis solutioni finem imponere cogitant. Consilium autem de talibus rectum semper uulgo esse uidetur, ut ea consulantur, unde hostes plurimis afficiantur malis, amici uero plurima bona percipiant. Hoc autem nequaquàm facile est, ut quis multa mala alijs inferat, & ipse non multa alia perpetiatur. Non autem opus est procul aliquo proficisci, & talia euidenter uidere, sed satis est ea quę nunc isthic in Sicilia facta sunt intueri, dum alij mala inferre, alij inferentes propulsare conarentur, quę si etiam alijs exponeretis, iusti semper doctores haberi possitis. Et de his quidem nulla ferè ambiguitas est. At uero quę omnibus inimicis pariter ac amicis conferunt, aut quàm minimum mali ambobus afferunt, ea neq; facilè uideri possunt, neq; consperta perfici. Sed eiusmodi consilium, & talis sententiæ conatus, uoto similis est. Sit itaq; omnino uotum quoddam: A dijs enim initio sumpto, quisq; semper & dicere & cogitare debet: perfectum autem fuerit talem quandam rationem nobis significans. Nunc uobis & hostibus ferè à quo tempore bellum fuit, una familia perpetuò dominatur, quàm constituerunt aliquando patres uestri, ubi ad summam deuenissent rerum desperationem, tunc quando periculum extremum esset Siciliæ Græcorum, ne à Chartaginensibus tota deuastaretur & Barbara fieret. Tunc enim elegerunt Dionysium, uelut iuuenem & rei militaris peritum, ad actiones militares ipsum decentes. Consiliarium autem & seniorem Hipparinum, ad Siciliæ salutem: & ipsos plenæ potestatis ut aiunt Tyrannos appellauerunt. Et siue quis diuinã fortunam & deum, siue principum uirtutem, siue simul utrunq;, cum ciuibus qui tunc fuerunt, salutis causam fuisse putare uult, fit id eo modo quo quis opinatur. Salus equidem ita his qui tunc essent contigit. Quum igitur tales ipsi fuerint, iustum est ut seruatoribus omnes gratiam habeant. Si uero postero tempore Tyrannis ciuitatis dono non rectè usa est, horum partim pœnas dedit, partim pendat. Quæ igitur pœnæ necessariò rectæ fuerint ipsis ex rebus præsentibus? Si quidem uos facilè ipsos effugere possetis, & absq; magnis periculis & laboribus: aut illi facilè rursus principatũ arripere possent: neq; fieri posset ut consuleremus ea quæ dicturi sumus. Nunc autem ambos uos considerare oportet, & in memoriam reuocare, quoties utriq; in spe cõstituti fueritis, ut nũc putaretis ferè semper paruum quid deesse uobis, ut non omnia ex animi sententia succederent: & sanè etiam quòd paruum hoc, magnorum & infinitorum malorũ subinde causa fit, & nullum unquam finem sortitur, sed qui uereris mali putatur finis, semper ad nouum suboriens principiũ coniungitur: & quòd ab hoc circulo periculũ imminet, ne & tyrannicum totum & populare genus pereat: ueniet autem, si quidem uerisimilium & abominandorum quid fiat, ferè in græcæ linguæ solitudinẽ uniuersa Sicilia, ad Phœnicum aut Opicorum potestatem & imperium redacta, His itaq; omnes græcos omni promptitudine medicamentum resecare oportet. Si igitur quis, rectius & melius habet eo quod à me referetur, is illo in medium adducto, rectissimè Græciæ amans dici poterit. Quod uero mihi uidetur, ego nunc omni dicendi libertate & communi quodam iusto sermone utens declarare conabor. Dico equidem arbitri cuiusdam more differens, ad duos & eum qui Tyrannum agit, & eum qui tyrannidem perfert, uelut ad unum, ad utrunq; uetus meum consilium. Et nunc sanè sermo meus cõsilium cuiuis tyranno dat, ut & nomen & rem hanc fugiat, & si fieri potest in regnum permittet. Fieri autem potest, uelut re ipsa sapiens & bonus uir Lycurgus ostendit: qui quum uidisset cognatorũ suorum genus in Argo & Messena, ex regibus ad Tyrannorum potestatem peruenisse, & utroscp tum seipsos, tum utranq; ciuitatem perdere, timuit & ciuitati suæ simulq; generi, & medicamentum attulit Senum magistratum, & Ephororum distributionem, in regij principatus salutem, ut per tot sæcula iam cũ gloria seruetur, postquàm lex domina facta est rex hominum, & non homines tyranni legum, id quod etiam nũc sermo meus ut faciant omnes hortatur, ut scilicet qui tyrannidem affectant, auersentur ipsam, & fuga inexplebili fugiant hominum esurientium & stolidorum felicitatis prędicationem: in regni uero speciem mutare conentur, & legibus regijs seruiant, maximos honores à uolentibus & hominibus & legibus adepturi. His uero qui liberos mores prosequuntur, & seruile iugum uelut quod malum sit fugiunt, ut caueant consuluerim, ne

Consiliũ uulgi

Consilium utile omnibus

Consiliũ Plat. commune omnibus

Tyrannis in regnum permutanda

Leges sint reges

quando

quando ob intempestiuæ cuiusdam libertatis inexplebilem cupiditatem, in progenitorum morbum incidant: id quod ob imperij contemptum illis tunc accidit, immodico libertatis amore utentibus. Nam Siculi qui ante Dionysium & Hipparinum imperiũ obtinuerunt, tunc feliciter uiuere se putabant, quum in delicijs degerent, & simul principibus imperarent: qui etiam decem exercitus duces, ante Dionysium lapidibus obruerunt, neminem secundum legem iudicantes, quo uidelicet nemini seruirent, neq; cũ iustitia, neque lege domina, sed liberi undique penitus essent. Vnde tyrannides ipsis oriebantur, Seruitus enim & libertas, utraq; modum excedens penitus mala est: moderata uero penitus bona est. Moderata uero seruitus est quæ deo, immoderata quæ hominibus exhibetur. Deus autem hominibus sapientibus lex est, insipientibus autem uolupras. Hæc itaq; quum hoc modo ex natura se habeant, quæ consulo Dionis amicis, ea hortor ut omnibus Syracusanis exponant, iuxta illius & meum commune consilium. Ego uero interpretabor quæ ille si spiraret & loqui posset, nunc ad uos dixisset. Quam igitur, dixerit quis, sententiam de nunc præsentibus Dionis consilium nobis pronunciat? hanc scilicet. Suscipite ô Syracusani omnium primum leges, quæ uideãtur uobis non ad quæstum & diuitias, neque ad cupiditates, conuertere mentes uestras. Verum quum tria sint, anima & corpus, insuperq; pecuniæ, primam animæ curã habere oportet: secundam uero corporis sub animæ cura positam: Tertiam & ultimam pecuniarũ existimationem habere decet, corpori & animæ inseruientem. Et quæ quidem constitutio hæc efficit, lex uobis rectè, posita sit, quæ utẽtes reuera felices facit. At sermo qui diuites felices nominat, & ipse miser, & mulierum ac puerorum demens sermo est, & credentes tales efficit. Quòd autem uera hæc ego moneo, si gustaueritis ea quæ nunc de legibus dicebam, re ipsa cognoscetis, quod sanè experimentum uerissimum de omnibus fieri uidetur. Postquàm uero eiusmodi leges susceperitis, quãdoquidem in discrimine Sicilia posita est, & neque multum superatis, neque rursus insigniter superamini, iustum fortassis & utile uobis omnibus fuerit medium secare, tum uobis qui principatus asperitatem fugitis, tum uobis qui rursus principatum assequi cupitis, quorum progenitores tunc quod maximum est, græcos à Barbaris seruarunt, ut nunc de republica sermones habere liceat. Quòd si tunc perijssent, neque nunc dicendi locus, neque omnino spes ulla reliqua esset. Nunc igitur his quidem libertas contingat cum regio principatu: Illis autem principatus regio subditus, ita ut leges dominẽtur tum alijs ciuibus, tum ipsis regibus, si quid iniqui fecerint. Ad hæc autem omnia, mente sana & à dolo aliena cum dijs reges constituite. Primum quidem meum filium, duplicis gratiæ causa, tum eius quam mihi, tum eius quam patri meo debetis. Hic enim à Barbaris illo tunc tempore ciuitatem liberauit, Ego uero à Tyrannis nunc bis: quorum testes uos ipsi mihi fuistis. Secundum autem regem facite, eum qui idem nomen cum patre meo habet, filium Dionysij, tum præsentis auxilij, tum sanctorum morum gratia, qui quum natus sit patre tyrãno, ultrò ciuitatem liberat, honorem & sibijpsi, & generi perpetuum, prodiaria et iniusta tyrannide pariens. Tertiũ uero inuitare oportet, ut rex Syracusis fiat uolens uolente ciuitate, qui nunc exercitus hostium princeps est, Dionysium filium Dionysij, si ultrò ad regiam formam transire uoluerit, fortunas quidem ueritus, patriam uero & sacra ac sepulchra neglecta miseratus, ne ob cõtentionis studium omnia penitus perdat, ut de infelicitate ipsius Barbari lætitiam concipiant. Hos autem tres reges, siue Laconica potestate ipsis data, siue detracta, communi consensu constituite tali quodã modo, qui & prius uobis dictus est, & tamen adhuc etiam nunc audite. Si Dionysij & Hipparini genus ob Siciliæ salutem, à præsentibus malis desistere uoluerit, honoribus & sibi & generi assumptis, tum in posterum, tum in præsens tempus, hac de causa uocate, uelut etiam prius dictum est, legatos quos illi uoluerint, quorum autoritate reconciliatio fiat, siue aliquos illinc, siue de externis, siue de utrisq;, quot sanè illi concesserint. Hi uero ubi uenerint, primum leges ferant, & eiusmodi rempublicam constituant, in qua reges cõuenit esse dominos sacrorum, & aliarũ rerum quarũ dominium decet eos qui unquàm de patria bene meriti sunt. At uero belli et pacis principes facite legum custodes numero triginta & quinque, cum populo & senatu. Iudicia uero alia aliorũ sint, mortis autem & exilij quinque illi & triginta. Ad hos etiam electi iudices constituan-

Libertatis & seruitutis ratio

Dionis consilium ad Syracusanos

Tria sunt totã

Medium secare

Regni Syracusani constitutionis modus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,ex superioris anni semper pro tempore magistratibus,unus ex unoquoq; magistratu,qui optimus & iustissimus esse uisus fuerit.Hi per sequẽtem annum de morte & uinculis & exilio ciuium iudicent.Regi uero talium iudiciorum iudicem esse non liceat, ut uelut sacerdos à cæde & uinculis & exilio purus sit.Hæc ut uobis contingerẽt ego etiam dum uiuerem cogitaui,& nunc sanè ita sentio.Et si tunc uobiscũ inimicis superior euasissem,quòd contigisset si non externæ Erinnyes impediuissent,constituissem sanè quomodo cogitauerã,& postea reliquam Siciliam si res in animo successissent condidissem,Barbaris quidem ex ea parte quam nunc tenent expulsis,qui non pro cõmuni libertate aduersus tyrannidem depugnarunt,prioribus autem habitatoribus græcorum locorum in pristinas & patrias sedes restitutis.Eadem itaq; hæc etiam nunc omnibus uobis ut in commune cogitetis consulo,& ut faciatis,& ad has actiones omnes in uitetis,& eum qui non uelit,in communi hostem iudicetis. Non autem hæc talia sunt ut fieri non possint.Quæ enim in duorum animis posita sunt, & reputantibus in promptu exposita sunt ut inueniantur, ea quæ fieri non posse iudicat, ferè non rectè sapit. Duos autem dico,Hipparini uidelicet filij Dionysij,& mei filij.Si enim hi duo consentirent,arbitror etiam alios Syracusanos,& omnes qui reipublicæ curam gerunt cõsensuros esse.Quare dijs omnibus honores cum precibus exhibete, itemq; alijs quos ista cum dijs decent,& amicos ac dissentientes leniter & omnino inuitare & adhortari ne desistite,prius quàm ea quæ nunc è nobis dicta sunt,uelut somnia diuina uigilantibus oblata,euidentia & felicia effecta perfeceritis.

Dionis propositum

ARGVMENTVM IN NONAM EPISTOLAM.

IN epistola ad Architam philosophum publicis rebus occupatissimum,consilium dat contemplanti,ne honestam simul & necessariam deserat actionem. Prodesse enim hominibus & publice & priuatim, actionem honestam uocat & necessariam.Honestam quidem,quia quemadmodum quodlibet corporis membrum non suijpsius tantum est,sed aliorum etiam,maxime uero totius, ita homines alij aliorũ sunt,ac potissimum speciei.Necessariam uero,quia, & nisi alijs uixeris, non potes tibi uiuere,& nisi domesticis patriæq; succurreris,res profecto familiaris & publica uel destituta gubernatore nutabit, uel à deterioribus gubernata periclitabitur,ac denique faciet naufragium.

PLATO ARCHYTAE TARENTINO, FELICEM SVCCESSVM.

EPISTOLA VIIII.

VENERVNT ad nos Archippus & Philonides, & epistolam quam tu ipsis dedisti attulerunt,& reliqua de te nunciauerunt.Quę igitur ad ciuitatem pertinent,non difficulter transegerunt.Neq; enim omnino erant laboriosa.Quæ uero ad te attinent exposuerunt nobis, & dixerunt te aliquantò ægrius ferre,quòd à reipublicę negotijs te exoluere nequeas.Quod igitur iucundissimum sit in uita, ut quis sua agat, tum alias,tum si quis talia agenda susceperit,qualia tu, omnibus ferè manifestum esse arbitror: Verum illud etiam te cogitare oportet,Vnumquemq; nostrum non sibi solum natum esse,sed ortus nostri partem patriam sibi uendicare,partem parentes, partem reliquos amicos.Multa uero etiam temporum occasionibus dantur, quæ uitam nostram occupant.Quum autem patria ipsa ad rempublicam uocat, absurdum fortassis sit non obedire.Simul enim contingit ut uilibus hominibus locus relinquatur, qui non ex optimi ratione ad rempublicam accedunt.Et de his quidem satis.Echecratis autem etiam nunc curam habemus, & in posterum tempus habebimus, tum propter te, tum propter patrem ipsius Phrynionem,adde etiam propter ipsum adolescentem.

Suã agere iucundissimum

Non nobis solũ nati sumus

ARGV-

ARGVMENTVM IN DECIMAM EPISTOLAM.

ARistodemum Dionis familiarem elegantia morum in primis philosophantem, in sua opinione & uita confirmat,asserens substantiam quidem philosophiæ moralem uirtutem esse, quod & nomen ipsum declarat,amore quodam cultuq; definitum.Speculationes uero humanas esse uel ornamẽta quædam philosophiæ extrinseca,uel uias ad ipsam mentis firmam puritatem quæ ad mores pertinent, cõparandam. Quæ comparata diuina potius quàm humanæ & infusa desuper potius quàm acquisita sequitur contemplatio:ad quam speculatio illa prior si conferatur,ludus quidam à Platone cognominatur.Id autem Pythagoræ Socratisq; maximum est præceptum.Vbi uero ornamenta traducimus, Græcum uocabulum ornamentum significat argutæ cuidam uanitati & superbiæ mixtum.Quasi dicat:Scientia inflat, charitas ædificat.Item: In maleuolam animam sapientia non intrabit.Synceritatem quidem siue sanitatem ponit in animo simplici & tranquillo: fidem uero in uerbis:firmitatem denique in gestibus atq; actionibus.

PLATO ARISTODORO FELICEM SVCCESSVM.

EPISTOLA X.

AVDIO te inter præcipuos Dionis amicos & nunc esse, & semper fuisse,ita ut sapientissimos semper ad philosophiam mores exhibueris.Constantiam enim & fidelitatem ac sinceritatem hanc,ego ueram philosophiam esse censeo.Reliquas uero & ad alia tendentes sapientias & præstantias,si uersutias appellẽ,rectè nominare me puto.Quare uale,& in quibus perseueras moribus perseuera.

Philosophia uera quæ sit

ARGVMENTVM IN VNDECIMAM EPISTOLAM

PRINCIPI Laodamanti de gubernatione optima consultanti consuetum illud suum dat consilium, leges quidem omnes fore uanas,nisi præterea probatissimi uiri per quos uiuunt leges, ingentem in republica habuerint potestatem,ac nisi constitutus sit magistratus quidam in ciuitate,& is quidem maxima cum autoritate,qui morum censor per exploratores singulorum actiones diligenter obseruet,ad id semper intentus,ut quotidiana ciuiũ uita animos ad fortitudinẽ temperantiamq; perducat.

PLATO LAODAMANTI FELICEM SVCCESSVM.

EPISTOLA XI.

SCRIPSI quidem ad te etiam antea,multum referre ad omnia quæ dicis,ut ipse Athenas uenias: Quandoquidem uero hoc fieri posse negas,secundum post hoc erat,si fieri posset,me aut Socratem quemadmodum scripsisti,ad te uenire.Nunc autem Socrates ex urinæ stillicidio laborat.Mihi uero turpe esset si eò uenirem,& ea ad quę tu me uocas non transigerem.Ego autem ut ista fiant, non multã spem habeo. Quare uero hoc,longa alia epistola opus sit, quæ omnia recenseat,& simul neq; corpore satis ualeo, ad diuagandum & pericula subeunda, qualia & per terram & per mare occurrunt:& nunc omnia in itineribus plena periculis sunt. Consulere tamen possum & tibi,& coloniam deducentibus, quod referente quidem me dicit Hesiodus, uile uideri possit, difficile tamen intellectu est.Si enim ex legum quarumcunque tandem latione,rempublicam bene constitui posse putant, absque eo ut sit aliquis dominus, qui quotidiani in ciuitate uictus curam gerat, ut sit is temperatus & uirilis, tam seruorum quàm liberorum, non rectè sentiunt.Hoc autem fieri poterit,si quidem iam sunt uobis uiri hoc magistratu digni. Si uero ad erudiendum aliquo opus est, neque qui erudiet, neq; qui erudientur,ut ego puto uobis sunt.Quare reliquum est ut deos precemini.Nã & priores ciuitates ferè sic constitutæ sunt, & postea bene habitatæ,ex magnis rebus,

Socrates ex stillicidio urinæ laboraus

Ciuitatum constituto

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum in bello tum in alijs actionibus feliciter gestis, quum in eiusmodi temporum occasionibus fuerit in ipsis uir honestus & bonus, magna potestate præditus. Antea uero hæc ipsa constituere oportet, & necesse est, ita tamen de ipsis statuere uelut ego dico, & non temerario ac stolido modo se gerere, ut putet quis prompte quid transigere oportere. Sis felix.

ARGVMENTVM IN DVODECIMAM EPISTOLAM

EPISTOLA *duodecima nobis argumento est, quàm liberalis & simplex Plato fuerit: utpote qui secretiora quædam commentaria sua nondum absoluta Architæ crediderit. Argumentum quoq; id est, Architam non minus moribus quàm uerbis philosophantem, dignum fuisse cui charissima quæq; cõmodo traderentur. Fortè uero commentaria hæc ad explendum Critiam non absolutum, & ad conscribendum Hermocratem nondum compositum pertinebant. Epistolam uero ad Dionysium quæ ab ignorantibus his adiungitur ideo non traduximus, quia & ipsa epistolæ uerba, & docti omnes negant esse Platonis. Est autem operæprecium in his epistolis animaduertere, quàm magno & constanti animo Plato noster, præsertim in amicorum rebus fuerit, & quàm grauia sæpe discrimina pro amici salute subierit. Præterea quàm libere atque benignè tyrannum sæpius corripuerit, ab adulatione quidem maxime omnium alienus, charitate uero atq; officio nemini cedens, ut non minus uita & moribus quàm disputationibus conducere nobis possit ad bene beateq; uiuendum.*

PLATO ARCHYTAE TARENTINO, FELICEM SVCCESSVM.

EPISTOLA XII.

COMMENTARIOS mihi de te allatos mirum in modum libenter accepimus, & eum qui illos scripsit quàm maximè admirati sumus: & uisus est nobis uir ille dignus esse illis olim progenitoribus suis. Dicuntur enim uiri hi fuisse decies mille. Fuerũt aũtem hi ex his Troianis qui Laomedontis tempore emigrauerunt, uiri præstantes, uelut tradita de ipsis narratio declarat. Cæterum commentarij apud me de quibus scripsisti, nondum quidem satis expoliti sunt, Vtcunq; tamen se habent, misi ipsos tibi. At uero de custodia ambo consentimus. Quare adhortationibus nihil opus est.

PLATO DIONYSIO TYRANNO SYRACVSANO, FELICEM SVCCESSVM.

EPISTOLA XIII.

PRINCIPIVM epistolæ tibi sit, simulq; signũ quòd de me uenit, hoc. Quum aliquando Locros adolescentes conuiuio excepisses, & procul à me discumberes, surrexisti ad me, & ubi benignè me excepisses, dixisti uerbũ quoddã cõmodè se habens, uelut mihi uidebatur, itemq; illi qui iuxta me sedebat. Erat aũt hic ex claris quidã, qui tunc dicebat, profectò magnam ô Dionysi utilitatem ad philosophiam à Platone accepisti. Tu uero respõdebas, etiam ad alia multa. Nam & ex ipsa uocatione, eo quòd ipsum accersiui, ex hoc ipso statim utilitatem percepi. Hoc igitur conseruandum est, quo semper nobis mutua beneuolẽtia, et ex ea utilitas augeatur. Et ego ut nũc in eo elaborarem, Pythagoricum quendam ad te mitto & diuisionum peritum, & uirum uelut nobis uidebatur tunc, quo tu & Archytas, si quidem uenerit ad te Archytas, uti poteris. Est autem nomine Helicon, genere ex Cyzico, discipulus Eudoxi, & qui in omnibus illius admodum gratiose se gerit. Quin & cum aliquo Isocratis discipulo conuersatus est, & cum Polyxeno quodam ex Brysonis familiaribus. Quod uero rarum in his est, neque difficulter exhibet se si quis ipsum conuenire uelit, neque maligno similis est, sed leuis potius & simplex uideri potest. Dico autem hæc cum timore, eo quòd id quod uisum est de homine pronuncio, non uili animali, sed facilè mutabili, paucis admodum gra-

gratisue quibusdã exceptis & in paucis reb. Nã & de hoc timens ac diffidẽs, ipse ex cõgressu periculum feci, & ex ciuibus ipsius percunctatus sum, & nemo quicquam mali de uiro dixit. Considerato autem etiam ipse, & uerere, maximè tamen omnium, & quo modocunq; tibi ocium fuerit ab ipso discе, & in alijs philosophare: Sin minus, ut aliquẽ edoceat facito, quo per ocium discens melior euadas, & bonam existimationem consequaris, ut non remittat hoc, ut tu ex me utilitatem capias. Et hæc quidem hoc modo se habent. Cæterum quæ scripsisti ad me ut tibi mitterem, Apollinem quidẽ emi, & affert ipsum ad te Leptines noui & boni opificis opus, cui nomen Leochares. Erat autem apud ipsum etiam aliud opus admodum elegans ut uidebatur. Emi igitur ipsum, uolens hoc essẽ donum uxori tuæ, quod & in sanitate & in debilitate mei curã habuit, pro mea & tua dignitate. Dato igitur hoc ipsi, si non aliud quid tibi usum fuerit. Mitto etiam uini dulcis duodecim urnas filijs tuis, & duas mellis. Sed post caricarum repositionẽ serius uenimus. Myrti uero baccæ repositæ computruerunt. Verum rursus rem melius curabimus. At de stirpibus dicet tibi Leptines. Argentum autem ad hæc, tum horum gratia, tum tributorum quorundam ad ciuitatem, accepi à Leptine, dicens ipsi quæ mihi uidebantur decentissima nobis esse, & quæ uera me dicere putabam, quòd nostrũ fuisset, quod in nauem Leucadiam insumpsissemus, minæ ferè sedecim. Hoc igitur accepi, & partim ipse usus sum, partim uobis hæc misi. Deinceps porrò de pecunijs audi, quomodo tibi res se habet, tũ circa tuas res quæ Athenis sunt, tum circa meas. Ego tuis pecunijs quemadmodum tunc tibi dixi, utar uelut aliorum familiarium pecunijs. Vtor autem quantum possum paucissimis, quot necessarijs, aut iustæ, aut decoræ esse uidentur & mihi, & ei à quo accipio. Mihi itaq; nunc eiusmodi quid contigit. Sunt mihi neptium mortuarum tunc, quando ego non coronabar, tu uero iubebas, quatuor filiæ, prima nubilis, secunda octo annorum, tertia paululum tres annos egressa, quarta nondum unius anni. Hæ in matrimonium collocandæ sunt, à me & meis necessarijs, quibus sanè ego ex illis superfuero: quibus autem non, illæ ualeant. Sed & quarum patres ditiores me sunt, illæ à me collocandæ non sunt. Nunc autem ego ipsis opulentior sum. Sed & matres ipsarum ego collocaui, tum cum alijs, tum cum Dione. Quæ igitur Speusippo nubit, sororis ipsius filia est. Huic itaq; opus est non plus quàm triginta minis. Modera enim sunt hæ nobis dotes. Insuper autem ubi mater mea mortua fuerit, non amplius opus fuerit quàm decem minis ad sepulchri extructionem. Et circa hæc mea, nunc ferè necessaria hæc sunt. Si uero alius quidam priuatus aut publicus sumptus contigerit, propter meam ad te profectionem, quemadmodum tũc dicebam ita facere oportet, ut ego quidem contendam quo quàm paucissima fiat impensa. Si uero non possim, ut tuus sit sumptus. Deinceps autem de tuarum pecuniarum quæ Athenis sunt expensa dicã. Primum equidem si quid oportuerit me insumere in contributionem & suppeditationẽ, aut eiusmodi quiddam, non est tibi hospes ullus qui quicquam uelut putamus dabit. Nam & multum tua refert, ut quod expensum est iam prosit, non expensum autem sed dilatum, donec aliquis à te ueniat, obsit: ad hoc quòd graue hoc est, tibi etiam turpe est. Ego enim hæc inuestigaui apud Andromeden, misso ad ipsum Aegineta Erasto, à quo uelut uestro hospite iubebas me accipere, si qua re opus esset, uolens & alia maiora de quibus scribebas mittere. At ille uerisimilia & humana respondebat, quòd etiam antea pro patre tuo impensas fecisset, & uix cum difficultate recepisset: & nunc parua quidẽ dare posset, plura uero minime. Sic itaq; à Leptine accepi. Et hoc sanè nomine dignus laude est Leptines, non quòd dedit, sed quòd prompte, & alia circa te & dixit, & fecit, unde qualis tibi amicus esset, manifestum faciebat. Oportet enim etiam talia, & his cõtraria, me tibi denunciare, qualis quisq; circa te esse mihi uidetur. Quod igitur ad pecunias attinet, ego cum dicendi libertate tibi exponam. Iustũ enim est, & simul ut qui experientiam habeo eorum qui apud te sunt, dicam. Qui denũciant tibi subinde, quocũq; sumptu te offendi putant, eum denunciare non uolũt, uelut qui inde odium incurrunt. Proinde ipsos adsuefacias, & dicere cogas, tum hæc, tum alia. Te enim omnia cognoscere oportet, quoad fieri potest, & iudicem esse, & cognitionem non fugere. Optimum enim tibi hoc erit omnium ad principatum. Si enim sumptus rectè expendantur, & recte redduntur, hoc etiam tu commodum esse dicis, & dicis, cùm ad alia, tum ad ipsam

Laudare alium periculo sum

Speusippi cum Platone affinitas

Dos. 30. minæ Sepulchrũ 10 minarum

Sumptuũ ratio nes princeps teneat

Universidad de Deusto
Biblioteca

pecuniarum acquisitionem. Ne igitur criminentur te apud homines, hi qui magnam tui curam gerere se asserũt. Hoc enim neq; bonum neq; pulchrum signum ad existimationem parandam esse uidetur. Post hæc autem de Dione dicam. De alijs itaq; nondũ habeo quod dicam, prius quàm literæ à te uenerint, uelut dixisti: De illis autem quorũ mentionem apud ipsum fieri prohibuisti, neq; mentionem feci, neq; cũ ipso colloquutus sum: Periculum tamen feci an grauiter aut facilè laturus esset, si ea fierent, & mihi uidebatur non leniter indignaturus esse si fierent. In reliquis autem quæ ad te attinent, & uerbis & factis moderatus esse Dion mihi uidetur. Cratino Timothæi fratri, socio & amico meo, thoracem militarem pedestrem ualdè pulchrum donabimus: Et Cebetis filiabus tunicas tres septem ulnarum, non ex pretiosis illis Amorginis, sed ex Siculis lineis. Probè uero cognoscis Cebetis nomen. Est enim scriptus in Socraticis sermonibus, unà cum Symmia disputans aduersus Socratem, in dialogo de anima, uir omnib. nobis familiaris & beneuolus. Cæterum de signo circa epistolas quas seriò scribo, & quas secus, arbitror te meminisse, & tamen considera & ualdè animum aduerte. Multi enim sunt qui scribere iubent, quos non facilè est apertè repellere. In seria equidem epistola Deus initium dat, in minus seria Dei. Legati etiam rogabant ut tibi scriberem, & par est. Admodũ enim promptè ubiq; me & te laudibus uehũt, & non minimè Philagrus, qui tunc ex manu debilis erat: & Philedes, qui de Rege magno uenerat, de te dicebat, & si non longitudinem epistolæ ueritus fuissem, ea quæ dicebat scripsissem: Nunc autem ex Leptine percunctare. Si thoracem aut aliud quid ex his de quibus scribo mittere uolueris, cui ipse uoles dato: sin minus, Terillo cõmittito. Est autem ex his qui semper nauigant amicus noster, & tum in alijs, tum in philosophia præstans, Tisonis autẽ socer, qui tunc quando nos abnauigaremus, ciuitatem gubernabat. Vale, & Philosophare, & alios iuniores allice, & pilæ collusores ex me saluta. Et tum alijs, tum Aristocrito demanda, ut si qua oratio aut epistola de me ad te ueniat, curam gerant quo tu illam quàm citissimè accipias, & te commonefaciant ut ea de quibus scriptum est cures. Et nunc ne obliuiscaris ut Leptinę argentum reddatur, sed quàm citissimè reddas, quo etiam alij ad hunc respicientes, promptius nobis inseruiant. Iatrocles qui tunc cum Myronide liber à me dimissus est, nunc cum his qui à me mittuntur nauigat. Mercenarium itaq; ipsum alicubi constitue, uelut qui erga te sit bene affectus, & si quid uoles ipso utere. Et an epistola ipsa, aut monumentum ipsius seruatur, etiam ipse nosti.

Dionis erga Dionysium affectio

IANI

IANI CORNARII, IN NONVM ET VLTIMVM PLATONIS DIALOGORVM QVATERNIONEM.

ECLOGA NONA.

IN nono & ultimo Platonis dialogorum quaternione, primus dialogus est Minos, siue de lege inscriptus. Et est ciuilis, tractans de lege quid sit, & quot sint ipsius species, & uelut præparans ad sequentem librorum siue dialogorum de legibus tractationem, quemadmodum Clitophon ad decem de repub. dialogos. Est autem etiam ipse uelut Clitophon imperfectus, etiamsi uideri possit ei nihil deesse. Secundum locum uelut unus liber obtinent duodecim de legibus dialogi. Et sunt ciuiles, legum ferendarum rationem amplissima disputatione explicantes.

Tertio loco est Epinomis, hoc est legum appendix. Est enim uelut decimus tertius quidam, ad duodecim de legibus dialogos adiectus. Idem etiam philosophus inscribitur, & in ipso philosophi studium ac officium declaratur, & sapientia consideratur, ubi & reuera sit, & in quibus consistat. Quartum locum habent Epistolæ tredecim, etiamsi decima tertia & ultima, pro spuria habeatur: sicut etiam ab aliquibus duodecima. Sunt autem morales, & multa habent tum lectu iucundissima, tum cognitu utilissima, qualia sanè sunt etiam aliàs Platonis omnia. At uero loci ex hoc nono quaternione selecti: in hac nona Ecloga comprehensi, iam hinc sequuntur. In Minoe mox à principio. Quandoquidem uisu asseritis uideri ea quæ uidentur, quid est uisus quo illa uidentur: responderemus sanè ipsi sensum esse hunc qui per oculos, colores indicat. Et si rursus interrogaret, quid est auditus, quo audiuntur ea quæ audiuntur: respõderemus esse sensum qui per aures, uoces declarat. In Græcis lectio manca est, duobus uersibus describentis culpa transmissis, *ἀλθήσα* uocis repetita lectione deceptus, ut à priore ad posteriorem transilierit. Sic ergo restituatur. *ἀπαλὴ ὄψει φατὶ τὰ ὁρώμενα ὁρᾶσθαι, τίνι ὄντι τῇ ὄψει ὁρᾶται, ἀκοπεινάμεθ' αὖ καὶ ᾧ, ὅτι ἀλθήσα ταύτῃ, τῇ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν διιούσῃ ἡμῖν τὰ χρώματα, εἰ δ' αὖθις αὐήσετε, τίνι ὄντι τῇ ἀκοῇ τὰ ἀκουόμενα ἀκούεται, ἀκοπεινάμεθ' αὖ ὅτι ἀλθήσει τῇ διὰ τῶν ὤτων διιούσῃ ἡμῖν τὰς φωνάς.* Locus mancus

Et mox. Quæ uero deorum mens sit, per uaticinationem, uelut uates dicunt in Græcis legendum. *ἃ δ' οἱ θεοὶ διανοοῦνται, ὡς φασὶν οἱ μάντεις, μαντικῇ.* In uulgatis deest uox *μαντικῇ*, præterita eo quòd rursus sequitur. *μαντικὴ γὰρ &c.* Et infrà. Num etiam in Persis? Etiam in Persis: Græcè legendum. *οὐκοῦν καὶ οὐ πέρσαις; καὶ οὐ πέρσαις.* Vulgo responsio *καὶ οὐ πέρσαις* deficit. Et infrà. Et ostendunt eos qui in deorum chorea sunt: in Græcis legendum. *καὶ ἐμφαίνει τοὺς τὴν θεῶν οὐ χορείαν ὄντας.* Vulgo habetur falsò *οὐ χρείαν* pro *οὐ χορείαν*. Quum enim dixerit cantilenas diuinissimas esse, & solas concitare: subdit ipsas etiam ostendere eos qui in deorum chorea sunt, hoc est qui ad choreas diis ducendas prosiliunt, utpote diuinis illis tibiarum cantilenis concitati. *χρείαν* pro *χορείαν*

Et paulò post. Est autem ipsi similis uir bonus: Græcè legendum. *ἆρ' οὐχὶ ὅμοιος ὁ ἀγαθός.* Vulgo *οὔτως* pro *ὅμοιος* habetur. Et paulò post. Partim ut demonstraret quæ superiore nouennio à Ioue didicisset: in Græcis legendum. *τὰ δὲ ἀκολουθοῦμεν, ἃ τῇ προτέρᾳ συνετυγχάνει παρὰ τοῦ διὸς ἐμαθεν.* In uulgatis uerbum *ἐμαθεν* deficit. *οὕτως* pro *ὅμοιος* *ἐμαθεν* deficit

Et ad finem. Nónne si ego uera dico, uidentur tibi Cretenses Minois & Rhadamanthi ciues, antiquissimis legibus uti? Græcè legendum est. *οὐκοῦν εἰ ἐγὼ ἀληθῆ λέγω, δοκοῦσί σοι παλαιοτάτοις νόμοις χρῆσθαι οἱ μίνω καὶ ῥαδαμάνθυος πολῖται νῦν μὲν χρῶνται.* Vulgata lectio habet falsò *πρότερον ὁ μίνως τοῦ ῥαδαμάνθυος.* In libri de legibus dialogo primo. Nunquam rectè ciuilis uir fuerit: Græcè legendum. *οὔτ' ἄρ' ποτε πολιτικὸς γένοιτο ὀρθῶς.* Vulgo *πολεμικὸς* legitur pro *πολιτικός*. *πολεμικὸς* pro *πολιτικός*

Et infrà. Non autem omnino de uini potatione dico: Græcè legendũ. *λέγω δ' οὐκ οἶνου πᾶσι πάσιως τὸ παράπαν.* Vulgo *ὁ πείνου* habetur. Et paulò post. Velut si quis laudante alio caseos, uelut bonum edulium, ipse illos uituperet statim: Græcè legendum *πυρούς*, id est caseos, sed in uulgatis codicibus habetur *πυρὸς*, id est triticum. Non autem de tritico, sed de caseo Platonẽ loqui, ex Hippocrate colligitur, qui in libro de ueteri medicina idem de caseo tradit, unde etiam Platonẽ transcripsisse uerisimile est. Verba eius hæc sunt. *τὸ μὲν ἁπλῶς οὕτω λεγόμενον, ὅτι πονηρὸν βρῶμα τυρός, πόνον γὰρ φέρει ὧδ' πληρωθέντι αὐτός. ἀλλὰ τίνα τὸν πόνον, καὶ διὰ τί, καὶ τίνι τῶν ἀνθρώπων ἐνιόντων αὐτεπιτήδειον.* Hoc est. Et non simpliciter sic existimare: q̃ malum edulium est caseus. Dolorem enim affert repleto ex ipso. Sed quẽ dolorẽ, & propter quid, & cui parti intra hominem existenti incõmodum existit. Quod autem omnia tum bona, tum mala, ad aliquid dicũtur & sunt talia, in multis locis Galenus dicit. Et lib. 6. ca. 3. *τῶν κατὰ τόπους*, Omnia enim inquit, respectu ad aliquid tum emolumẽtum, tum detrimentum in se habent, quod ipsum etiam Hippocrates dixit primus omnium posteriorum, quod equidem sciam. Et infrà. Nunc enim exprobrantes & laudantes singulorũ educationes, alium eruditũ esse dicimus, alium ineruditum, aliquãdo etiã in arte cauponandi, & nautica, & alijs huiusmodi ualdè eruditum hominem. Nõ enim hæc putamus esse eruditionem, ut apparet, sed eam quæ cupiditatem & amorem inducit, ut quis

πυρούς pro *τυρεύς*

Caseus an bonus Hippocr. locus

Ad aliquid tum bona, tum mala dici

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuis perfectus fiat, & imperare & subditus esse cum iustitia sciat: in Græcis lectio corrupta emendatur in hunc modum. νυῦ γὰρ ὀνειδίζοντες, ἐπαινοῦντες δ' ἑπόμενοι τοῖς προφᾶσι, λέγομεν ὡς τὸν μὲν πεπαιδευμένον ἡμῶν ὄντα τινα, τὸν δὲ ἀπαίδευτον, συνιστῶμεν ἐς τε πανήγυρεις καὶ ναυκληρίας, καὶ ἄλλων πιστεύσομεν μᾶλλον πεπαιδευμένον ἄνδρωπον σφόδρα οὐ γὰρ ταῦτα ἡγούμεθ' ὡς ἔοικεν εἶναι παιδείαν, ἀλλὰ τὴν ποιοῦσαν ἐπιθυμητήν τι καὶ ὁραστὸν τοῦ καλῶς γενέσθαι πόλεως, ἄρχειν τε καὶ ἀρχεσθαι ἐπιστάμενον μετὰ δίκης.

In secundo de legibus dialogo. Quandoquidem enim leuitas nostra nos nunc destituit: Græcè legendum est. ἐπειδὴ τὸ παρ' ἡμῖν ἐλαφρὸν ἡμᾶς ἐκλέλοιπε νυῦ. Et infrà. Dicitur enim optimum esse sanum esse, secundum pulchritudo, tertium robur, quartum diuitiæ: in Græcis legendum est. λέγεται γὰρ ὡς ἄριστον μὲν ὑγιαίνειν. δεύτερον δὲ, κάλλος. τέταρτον δὲ, ἰσχύς. τέταρτον δὲ, πλοῦτος. In uulgatis desunt uerba: ἰσχύς. τέταρτον δὲ. Hæc autem quatuor bona etiam suprà dialogo primo de legibus exposita sunt. Et infrà. Reuera enim optimæ cantilenæ operam non dedistis: Græcè legendum. ὄντως γὰρ οὐκ ἐπιβᾶσαι χορδῆς τῆς καλλίστης ᾠδῆς, id est, reuera non compotes facti estis. Vulgo falsò legitur ἐπίβουσαι. Et mox. Non animum huc aduertens ô bone hoc facio, siquidem facio: Græcè legendum. οὐκ ὦ' γαθε προσέχων τοῦτο τὸν νοῦν, ᾠδὴν ᾄδω, ἔπερ ᾄδω. In uulgatis deficit ᾄδω repetitum. Et paulò post. Non enim si cui uidetur, aut si quis aliqua re gaudet: in Græcis legendum. οὐ γὰρ ἔστιν ἡδονή, ἥ τις χαίρει τινί. Et infrà. Quantum uelocitatis & tarditatis: Græcè legendum. ὁπόσον τοχους τε καὶ οὐσίας. Vulgo ἀπλωσίας habetur pro οὐσίας.

Et infrà. Apollinem autem & Musas & Bacchum horum autores fuisse: Græcè legendum. ἀπόλλωνα δὴ καὶ μούσας καὶ διόνυσον, τούτων αἰτίους γεγονέναι. Vulgati codices θεῶν uocem pro τούτων habent. Et paulò post. Ebrietatis itaque usui primum Colophonem imponamus: Græcè legendum. ἐπὶ τοίνυν τῇ τῆς μέθης χρείᾳ, τὸν κολοφῶνα πρῶτον ἐπιθῶμεν. In uulgatis χορείᾳ, legitur pro χρείᾳ, contrà quàm suprà in Minoem χρεία pro χορεία suppositum fuit. In tertio de legibus. uel à quocunq; tandem. Quod enim innumera milia annorum illos qui tunc fuerunt latuere, manifestum est: in Græcis legendum. ὃ γὰρ οὐ φανερόν. ὅτι μυρίαι γὰρ μυριάδες μύριαι ἔτη διελανθάνουν ἀφανῆ τότε διόντα. Et infrà ad finem ferè. Nullum penitus honorem ac magistratum excellentem contribuitis: Græcè legendum. διαφέροντα οὐδ' ὁτιοῦν τιμὴν καὶ ἀρχὴν νέμετε. In uulgatis προφὴν habetur pro ἀρχήν. Et paulò post. Appositio itaque non sermone, sed absurdo quodam silentio potius digna fuerit. C L I. Temperantiam mihi dicere uideris: Græcè legitur. τὸ μὲν δὴ πρόθυμα, τιμαίτη καὶ ἀτιμίαι, οὐ λόγου, ἀλλά τινος μᾶλλον ἀλόγου σιγῆς ἄξιον αὖ ἂν. K A. σωφροσύνην μοι φαίνη λέγειν. Verbo itaque τιμαίτη καὶ ἀτιμίαι, id est honores & ignominiæ, palàm redundant, & ex margine in contextum irrepserunt. Adscripsit autem illa quidam uocis πρόθυμα exponendæ gratia, uelut per πρόθυμα significentur τιμαίτη καὶ ἀτιμίαι. Sed & hoc falsum est, Non enim hæ πρόθυμα dicuntur, sed ipsa temperantia est πρόθυμα reliquarum uirtutum, ad quas ipsam apponi & accedere oportet, sicut in præcedentibus dixit. Et propterea subdit Clinias, Temperantiam mihi dicere uideris. Et deinde Athenienſis hospes dicit. Quòd uero ex alijs plurimum nobis prodest cum appositione, id est cum temperantia. Et paulò post. Si quid uel paulò plus rebelles ipsis ciuitates, rebelles item socias gentes, subinde fore putauerint: Græcè legendum est. αὖτη καὶ σμικρὸν πλέον ἐπάγοτ' ἡγοῦνται ἐσιδεῖν σφίσιν αὐθαδόντους μὲν πόλεις, αὐθάδατα δὲ ἔθνη. In uulgatis ἠπῖῶνται falsò habetur pro ἡγῶνται. In quarto dialogo de legibus. Verum conspirare, & uelut equorum iugum, singulos in idem quod dici solet coefflare, longi temporis est. Quod dixi, in idem quod dici solet coefflare, Græcè legitur. εἰς ταυτὸν τὸ λεγόμενον ξυμφῦσαι, sed falsò. Est enim legendum ξυμφυσῆσαι, quod significat coefflare, uelut iugum uel par equorum coniugatum coefflare solet. Et hoc prouerbialiter usurpari, indicat id quod dicit, τὸ λεγόμενον. Nostri zusamme blasen dicunt, & in unum cornu flare. Et paulò post. Hoc etiam nunc in anima tyranni insit: Græcè legendum. καὶ νυῦ τῇ τὸ τυραύνου ψυχῇ τοῦτ' ξυνεπέδω. Vulgo habetur τυραννικῇ pro τὸ τυραύνου. Loquitur autem de temperantia, quam suprà ad finem tertij dialogi πρόθυμα dixit, non sermone, sed absurdo quodam silentio dignum. Et infrà. Aut quemadmodum medicus quispiam, alius hoc modo, alius illo, nos subinde curare solet, ita etiam ipse faciet: Græcè legendum. ἢ παθάπερ ἰατρός τις, ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ ἑτέρως ἡμᾶς ἄνωθεν ἐπάγοτ' θεραπεύειν, καὶ αὐτὸς οὕτω ποιήσει. Vulgata lectio manca est. Et paulò post. Nuptias autem cõtrahere quis debet, postquã annos triginta natus fuerit, usq; ad annos quinq; & triginta, ita ut secum hoc cogitet: Græcè legendum. γαμεῖν δὲ ἐπαυλιὰν ἐτῶν ἥκοντα τριάκοντα, μέχρις ἐτῶν πεντε καὶ τριάκοντα, διανοούμενον &c. In uulgatis desunt uerba, μέχρις ἐτῶν πεντε καὶ διακόσια. In quinto de legibus non longè à principio. Penitus itaque lædit: in Græcis legendum. παύτως μὲν οὖν λυπεῖ. Vulgo habetur. παντὸς μὲν οὖν λείπει. Et infrà. Dolorem autem minorem cum maiore uoluptate uolumus: uoluptatem uero minorem cum maiore dolore non uolumus: In Græcis locus mancus est, & totus uersus excidit. Sic enim legitur. λύπαιν δὲ ἐλάττω, μετὰ μείζονος λύπης οὐ βουλόμεθα. Restituenda uero est lectio in integrum hoc modo, λύπαιν δὲ ἐλάττω, μετὰ μείζονος ἡδονῆς βουλόμεθα: ἡδονὴν δὲ ἐλάττω, μετὰ μείζονος λύπης οὐ βουλόμεθα. Et mox. Et sibijpsi in legem proponere: Græcè legendum. εἰς νόμον ἑαυτῷ παρα-

Bona IIII.

ἐπίβουσι

ἐπίβωσι

οὐσίας

ἀπλωσίας

χορείας pro χρείας

προθὺ pro ἀρχὴν

Locus redũdãs

πρόθυμα

ἠπῖῶνται pro ἡγῶνται

ξυμφῦσαι

ξυμφυσῆσαι

Coefflare

Locus mancus

Locus mancus

λείπει pro λυπεῖ

Locus mancus

βεβήκοσιν &c. Vulgo μόνον pro νόμον habetur. Et paulò post. Sed & hoc asseremus, quum sapiens uita & fortitudinis uita, pauciora & minora & rariora ambo habeat, quàm desipiens & timiditatis uita: Græcè legendum. καὶ ὁ φρόνιμος τὸ ἄφρονος φαῖμεν ἂν, καὶ ὁ τῆς ἀνδρείας τὸ τῆς δειλίας, ἐλάττονα καὶ σμικρότερα καὶ μανώτερα ἔχων ἀμφότερα. In uulgatis redundant uerba quæ præcedunt, ὁ δὲ σώφρων τὸ ἀνολέθρου. Nam de temperata & intemperata uita antea egit. Et infrà. At quinque milium & quadraginta numerus, & ad bellum, & ad pacem, & ad omnia commercia, & societates, & tributa, & diuisiones, non in plures quàm una minus, sexaginta partes secari potest, continuas autem istas ab una usque ad decem. In Græcis recta lectio est quam expressimus, nisi quòd μιᾶς δεούσῶν falsò habetur, pro μιᾶς δεούσης. Sunt autem partes quinquaginta nouem, in quas diuidi potest hic numerus, hæ quas subiecimus.

Locus redũdãs

Quinq; milliũ et quadragintæ numeri diuisio

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 18. 20. 21. 24. 30. 35. 40. 42. 45. 48. 55. 56. 60. 70. 80. 90. 104. 105. 106. 112. 113. 120. 123. 126. 140. 144. 168. 180. 210. 240. 252. 280. 315. 336. 360. 420. 504. 560. 630. 720. 840. 1008. 1260. 1680. 2520.

Porrò quòd in sexaginta una minus partes secari posse dicit, & continuas istas ab una usque ad decem, rectè dictum est, & supputanti clarum euadit. Infrà tamen in sexto dialogo, eundem quinque milium & quadraginta numerum, omnes distributiones habere dicit ad duodecim usque, ab una exorsum. Sed & hoc rectè dictum est. Nam undecimam mox excipit, quæ non omnino respondet, sed duobus focis redundat, ut ita continuitas usque ad duodecim dissoluatur, quæ tamen duobus focis detractis redintegratur. Et infrà. Et admonitionibus senum erga iuuenes, per sermones exhortatorios magistratus utentes, id quod dicimus efficere possunt: Græcè legendum. καὶ νουθετήσεσι πρεσβυτῶν πρὸς νέους διὰ λόγων νουθετητικῶν ἀπαντῶσαι, διώκοντα ποιεῖν ὃ λέγομεν. Vulgo πρὸς λόγους legitur, pro πρὸς νέους. Et in fine. Neque hoc nos de locis latent, esse alios alijs præstantiores: Græcè legendum. μὴ δὲ τοῦθ' ἡμᾶς λανθανέτω πόλει τόπον, ὡς εἰσὶν ἄλλοι τινὲς διαφέροντες ἄλλων &c. Vulgo ὡς οὐκ εἰσὶν falsò habetur. Citatur hic locus à Galeno in libro, Quòd animi mores ad corporis temperamenta sequuntur. Sed & isthic in uulgatis codicibus corruptus, in nostra editione in integrum restitutus est. In sexto dialogo. At enim certamen prætextus non admodum admittere aiunt: in Græcis legendum. ἀλλὰ γὰρ ἀγῶνα προφάσεως οὐ πάνυ λέγεσθαι φασί. In uulgatis deest uerbum φασί. Et infrà. Huius igitur positio ad finem nos expectat: Græcè legendum est. ταύτης μὲν οὖν ἡ θέσις πρὸς τῷ τέλει πέρι μέσης ἡμᾶς. Vulgo habetur. ταύτης μὲν οὖν εἰρῶσθαι &c. Et infrà. Leges & laudate & uituperate. Vituperate quidem eas quæ non possunt hæc: quæ uero possunt, eas amplectimini & benignè suscipite, & in ipsis uiuite: Græcè legendum. ἐπαινεῖτε καὶ ψέγετε οἷς νόμοις. ψέγετε μὲν, ὅσοι μὴ ταῦτα δύνανται. οἷς δὲ δύνανται ἀσπάζεσθέ τε καὶ φιλοφρόνως ἀγόμενοι ζῆτε οἷς αὐτοῖς. In uulgatis desunt uerba, ψέγετε μὲν: & ἐντεῦθεν pro ζῆτε. Et paulò post. Nos autem nunc quinque milium & quadraginta numerum rectissime nos elegisse asserimus, qui omnes distributiones habet ad duodecim usque ab una exorsus, undecima excepta, quæ tamen facilime curatur. In alteram enim partem sana euadit. duobus focis detractis. Ita habet Græca lectio uelut conuerti, & rectè, quemadmodum etiam suprà in quintum dialogum dixi. Dum enim in undecim partes distribuitur numerus. 5040. remanent superfluæ partes duæ, siue foci, siue agri duo, siue quicquid tandem eius numeri distribui tur. His itaque detractis, etiam in undecim partes distributio sana & integra euadit. Et infrà. Aequalia pro æqualibus esse, quòd neque ideo quòd accipiunt aliquid, neque quod erogant, ob pecuniarum inopiam pauperes senescunt: Græcè legendum. ὡς ἴσα αὐτὰ ἴσων ἐστί, τὸ μήτε τῷ λαμβάνειν τι, μήτ' ἐκδιδόναι τι, διὰ χρημάτων ἀπορίαν γηράσκειν τοὺς πένητας. Vulgata lectio nullam commodam sententiam exhibet, quæ sic habet. ὡς ἴσα αὐτὰ ἴσων ἐστί, τῷ μήτε λαμβάνοντι, μήτ' ἐκδιδόντι, διὰ χρημάτων ἀπορίαν διαδόσεων τοὺς πένητας. Et paulò post. Et ad hæc non oportet corporibus ab ebrietate diffusis, liberis procreandis operam dare, sed id quod producitur, bene compactum, & non uagum, & quietum in utero conflari: Græcè legendum. καὶ πρὸς τούτοις δεῖ μὴ τὴν σωμάτων διακεχυμένων ὑπὸ μέθης, γίγνεσθαι τῷ παιδουργίαν, ἀλλ' σύστασίν τε ἀπλανῆ καὶ ἡσυχαίαν τινὰ καὶ μήτρᾳ ξωίσασθαι τὸ φυόμενον. Vulgati codices μὲν pro μὴ: & μέθυσ pro μέθης: & οὐ μείρᾳ pro οὐ μήτρᾳ habent. Et paulò post. Quapropter matri & patri & uxoris cognatis, suas habitationes dimittere oportet: Græcè legendum. ὧν δὴ χάριν μητρὶ καὶ πατρὶ καὶ τοῖς τῆς γυναικὸς οἰκείοις &c. In uulgatis desunt uerba. καὶ πατρὶ καὶ τοῖς. Et paulò inferius. De peridinis insuper à circumcurrendo appellatis, in Italia uaria per furtum facta & admissa feruntur: in Græcis sic habetur. καὶ ἔτι τὴν λεγομένων περιδινῶν τὴν πρὸς τῶν ἰταλίαν γεγενημένων παντοδαπὰ κακῶν ὄργιά τε καὶ παθήματα. Arbitror itaque περιδινεῖσθαι appellari seruos ad cursum destinatos, hoc est cursores, sed ut uerum fatear, non habeo autorem. Et paulò post. Tunc iam reliqua, post omnia hæc absoluemus: Græcè legendum. ἤδη τότ' ἐπὶ πᾶσι τοῖσδε τὰ λοιπὰ ἀποτινύμεθα. In uulgatis desunt uoces τ' ἄλλα.

Galeni Græci editio per Cornarium

ζῆτε pro ζῆτε

Et paulò inferius. Quicunque ciuitatibus leges ferendas esse censet, quomodo in publicis ac communibus actionibus ipsos ciues uiuere oportet: in Græcis legendum. ὃς τις διανοεῖται πόλει μιᾷ ἀποφαίνεσθαι νόμους περὶ τὰ δημόσια καὶ κοινὰ αὐτοὺς χρὴ βίῳ πράττοντας. Vulgo ζητεῖν pro βίῳ hebetur.

ἀποτινύμεθα pro ἀποφαίνεσθαι

Locus mancus

In septi

Universidad de Deusto
Biblioteca

In septimo de legibus dialogo ubi conuerti. CLI. Quidnis? ATH. Si igitur talem quandam uim hæc habẽt: In Græcis locus mancus est, & deficit totus uersus, & adscribẽda sunt hæc uerba. Locus mancus κλ. τί μήν; Αθ. εἰ γὰρ τοιαύτην ἴσχυν δυνάμιν ἔχει: ut iam hinc sequat ταῦτα, σύνοιδεν χρὴ &c. Error admissus est ex eo quòd scriptor à uerbis λόγον ἔχει, in præcedentis uersus fine, trãsiliuit ad uocẽ ταῦτα, omisso uersu qui in uerba δύναμιν ἔχει finit. Et mox. Et magis per timores moueri consuescit: Græcè legendum. μᾶλλον αὖ διὰ φόβων ἐθίζεσθαι κινεῖσθαι. Vulgo γίγνεσθαι falsò habetur pro κινεῖσθαι. γίγνεσθαι pro κινεῖσθαι

Et infrà. Quòd dextera & sinistra differunt nobis ad usus ex natura, in singulis actionibus, quod ad manus attinet: Græcè legendum est. ὡς ἅρα τὰ δεξιὰ νῷν τὰ ἀριστερὰ διαφέροντα ἐδ' ἡμῖν φύσει πρὸς τὰς χρείας, εἰς ἑκάστων τῶν πράξεων τὰ πρῶτ' ἂν τὰ πρῶτ' τοὺς χεῖρας. In uulgatis τὰ πρῶτ' τοὺς χεῖρας habetur. Et mox αὖσις pro ἀγνοίᾳ. Et infrà. Nónne hunc tristitiam, & malam uictoriæ amissionem ac diuinationem, tum patri, tum alijs cognatis &c. Græcis legendum. ἀρ' οὐκ αὖ φαῖμεν ἀθυμίαν καὶ πανικὸν ὕπαιαν καὶ μαντείαν πατρί τι καὶ τοῖς ἄλλοις αὖ ξυνοῦσι &c. In uulgatis desunt uoces πατρί τι. Et infrà. CLI. Apparet equidem. Sunt tamen multa in his ô hospes nobis relata præter rerum publicarum consuetudinem. ATHEN. At enim dixi, permittendum esse sermoni ut probe recenseat. In Græcis personæ non sunt rectè distinctæ. Sic ergo legendum est. ΚΛ. ἴσως γε, ἔφη μέντοι πάμπολλα ἡμῖν ὡ ξένε παρὰ τὰς εἰωθυίας τῶν νυῦ λεγομένων. Α Θ. ἀλλὰ γὰρ εἶπον, τὸν μὲν λόγον ἐᾶσαι διεξελθεῖν δεῖ.

Et paulò inferius. Ita ut postquam magistratus & alij, deis quibus nox & dies illa consecrata est libauerint: in Græcis legendum. μετὰ δὲ ταῦτα σπείσαντες τόντε οἶνον καὶ δὸν ἄλλους οἷς αὖ τυγχάνῃ θεοῖς ἢ τότε νοῦ τι καὶ ἡμέρᾳ παθεῖν ὠφελῶν. Et mox, τετρυχωμένων legendum, non τετρυφωμένων. τετρυχωμένων τετρυφωμένων καταρτίζω

Et mox, ὑπὸ δικαίου νόμου legendum, non μόνου. Et paulò post. μήπω καταρτισθέντων legendum, à uerbo καταρτίζω, non καταρτύω. Et paulò post. Et neque patri, neq; siue amore, siue odio circa hæc ducto, &c. Græcè legendum. καὶ μήτε πατρὶ μήτ' ἀῶν &c. Vulgo καὶ μήτε uoces deficiunt.

Et mox. Cæterum ad monumenta poetarum à lyra aliena, in literas relata partim cum metris, partim sine his: Græcè legendum. πρὸς δὲ δὴ μαθήματα ἄλυρα ποιητῶν πέμπων οὐ γράμμασι, τοῖς μὲν μετὰ μέτρων, τοῖς δ' ἄνευ τούτων. Vulgati codices habent. τοῖς δ' αὖσυ ξυθμῶν τμημάτων &c. Et mox, ἀπορήσαν legendum pro πορήσαν: & λέγων legendum pro λέγας. Et ad finem ferè. Multa dementia plenum esse: Græcè legendum. πολλῆς αὐοίας γέμειν. Vulgo γιμὶν habetur. Et mox γιμὶν pro γέμειν

Et legum latorem reuera uon solum leges scribere oportet: Græcè legendum. τόντι νομοθέτην ὄντως δεῖ μὴ μόνον γράφειν τοὺς νόμους. In uulgatis δὴ legitur, pro δεῖ μὴ. Et mox, πόρι ελιμμένον legẽdum, non πόρι λειμμένον. In octauo de legibus. Hoc idem itaq; etiam ciuitati adesse necesse est: Græcè legendum. ταυτὸν δὴ τοῦτό ἐστιν αὐάγκη καὶ πόλει ὑπάρχειν. In uulgatis deest uox αὐάγκη. Et infrà. Quæ uero aut non admisisse, aut perpetrasse debet, qui uictor futurus est: Græcè legendum. ἃ δὲ τὸν μὴ παθόντα, ἢ ποιήσαντα δεῖ νικᾶν. In uulgatis μὴ ποιήσαντα habetur, quod falsò legi declarant uerba mox sequentia, ὅτι μὴ παθὼν ἢ δράσας, Et aliquantò infrà. Verum de amoribus, ipsi enim nouimus, penitus aduersantur: Græcè legitur. πόθι δ' ἡμῖν ἐρώτων, αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, σύνεσμεν τὰ παντάπασι. Ego itaq; non ἐσμὲν legendum puto: neq; enim commodam sententiam exhibet: sed ἴσμεν, id est scimus uel nouimus. ἐσμὲν pro ἴσμεν

Et infrà. Si uero aquarum inopia quibusdam locis ex terra insita sit: Græcè legendum: αὐυδρία δ' ἔντοι τόποις ξύμφυτ' ἐκγόνη. Vulgo αὐδία habetur pro αὐυδρία Et paulò post. Bina nobis beneficij dona hæc dea largitur: alterũ Pandeam Dionysiadem, quod recondi non potest: alterum quod ad repositionem producitur secundum naturam: Græcè legendum. Ἀπόλλων ἡμῖν δωρεὰς ἡ θεὸς ἔχει χαρίζεται αὖτη. τὴν μὲν παυδήλειαν διονυσιάδα ἀθησαύριστον, &c. Vulgo pro παυδήλειαν habetur παιδήλειον. Vocare autem uidetur παυδήλειαν διονυσιάδα, fructus qui non recondebantur, sed in usum ac esum ueniebant, maximè in festis Dionysiacis & Pandeis, quæ post Dionysiaca peragebantur. Ita enim Suidas tradit παύδημα ἑορτήτης ἀθλήσει μετὰ τὰ διονύσια ἀγομένη. Pollux παύδημα uocat festa Iouis, sicut διονύσια Bacchi. Et ad finem ferè. In quibus legum custodes & ædiles unà cum urbis curatoribus, conuenientes sedes elegerunt, & terminos constituerunt rerum uenalium: postrema uerba in Græcis legenda. ὅρους ἔθεντο τὸν ὠνίων. In uulgatis habetur, ὄρους θεῶν. In nono de legibus mox in principio. De quibus igitur iudicia fieri oportet, aliqua quidem dicta sunt, &c. In Græcis totus hic locus usque ad Clíniæ responsum, sic legendus est. ὧν τινων οὖν δεῖ πρῶτ' γίγνεσθαι λόγους, τὰ μὲν εἴρηται τὰ κατὰ γνώμας τε καὶ ὅσα τοιοῦτοι ὄντες, τὰ δὲ μέγιστα, οὔτε εἴρηται πω, οὔτε παθ' ἱρ ἑκατέρ τι λεγόμενον μηδὲν, ἢν δεῖ λαμβάνειν αὐτὸ τιμωμένων τίνων κατὰ δικαιῶν τυγχάνειν, μετ' ἐκεῖν' οὗ ἕξης ταῦτα ῥητέον. Et paulò post. Et si quidem hæc tibi facienti moribus cessat, bene habet: sin minus, mortem pulchriorem arbitratus è uita decede. In Græcis est αὐανταπόδοτον, de quo etiam alio loco dixi. Sic enim legitur. καὶ ἐὰν μὲν σοὶ φθόνῳ τινὶ ταῦτα λωφᾷ τι τὸ νόσημα, εἰ δὲ μὴ, παλλίω βαίνειν σπεύδοντα ἀπαλλάττον τὸ βίου. ἀνάντα πόδοτον

Et infrà. Aut rectitudo est, ut omnium in ciuitatibus scriptorum, ea quæ de legibus scripta sunt longè pulcherrimè ac optimè expressa uideantur: Græcè legendum, ἢ τό γε ὀρθὸν, ταῦτ' ἂν τῶν δὴ γραμμάτων ἡμῖν οὐ ταῖς πόλεσι, τὰ πόθι τῶν νόμους γεγραμμένα φαίνεσθαι διατυπώμενα μακρῷ παλλίστα τε καὶ ἄριστα. In uulgatis pro διατυπώμενα, falsò habetur διαπυλέμενα. Et mox. Sic itaque de legibus cogitemus, num ipsas ciuitatibus uelut sub patris &c. in Græcis legendum. διατυπώμενα διαπυλέμενα

οὕτω διακινουμένας πόθι νόμων μᾶλλον χαρᾶς γίγνεσθαι ταῖς πόλεσιν οὐ πατρός &c. In uulgatis uox μᾶλλον deficit, relicta quòd eadem syllaba in dictione νόμων præcesserit.

Et infrà. Quo igitur modo ego cum meis sermonibus consentiam, si me ô Clinia & Megille interrogetis: Græcè legendum. τίνα οὖν αὖ τρόπον ἐγωγε ξυμφωνίαν αὖ τοῖς ἐμαυτοῦ λόγοις εἰ με ὦ πλειστάκις καὶ μάγιστα ἐρωτᾶτε. In uulgatis habetur εἶμαι pro εἰ μι. Et mox personæ male distinctæ sunt in Græcis. Et rursus mox, βουπορήσαντες falsò habetur pro βουρήσαντες. Et paulò post. Ex his itaq; duobus, alterum quidem intolerabile penitus mihi est: Græcè legendum. τοῦτοιν τοῖνυν τοῖν δυοῖν, τὸ μὲν οἷνε αὐκατὸν ἐμοὶ παντάπασι πως γίγνεται. Vulgo habetur, παύτως πως γίγνεσθαι. Et infrà. Iustum quidem esse quicquid per hanc peractum est, dico: & quicquid tali principatui paret, amabile esse: in Græcis omnibus legitur. δίκαιον μὲν παῦ εἶναι φατέον τὸ ταύτη πραχθὸν, καὶ τὸ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς γε νόμιμον ὑπήκοον ἐπαίνων. Sed ego uocem ἐπαίνων corruptam esse arbitror. Neque enim uideo, quam sententiam commodam exhibeat: pro ea uero legendum esse ὅρατὸν, id est amabile, ut sit sententia quam ego expressi. Et infrà. Lex enim pro tota ciuitate semper interdicere uidetur ac uidebitur: Græcè legendum. νὴ γὰρ ὁ νόμος ἀπαγορεύων ὑπὲρ πάσης τῆς πόλεως ἀεὶ φαίνεταί τι νῷ φανεῖται. In uulgatis desunt noces γὰρ ὁ νόμος. Et paulò post, τόντων legendum est pro τῶν τόν. Et infrà. Et neq; ipse lacessens, neq; uim propulsans, omnino audeat talem plagis impetere: Græcè legitur. μήτε γὰρ ὑπαρχων μή τε ἀμυνόμενον τοιαύτα παρέπαν τολμάτω πληγαῖς τὸν τοιοῦτον νομοθετεῖν. Sed pro νομοθετεῖν, haud dubiè legendum est δίετεῖν. In decimo de legum latione dialogo mox ab initio. Præfatione proposita nunc dicendũ est: Græci codices uulgati habent. τὸ παραμύθιον ὑποθεμένοις ῥητέον, &c. Sed manuscriptus περοίμιον habet, pro παραμύθιον. Et sane etiam in sequentibus περοίμιον uocem usurpat, & in undecimo dialogo ambo, & περοίμιον, & παραμύθιον coniungit. Significat autem παραμύθιον sermonem qui iustæ tractationi præmittitur & assuitur. Et mox. Nam ex nobis alij penitus deos esse non putant: alij curam nostri non gerere illos: alij precibus conciliari, quales uos dicitis: Græcè legendũ. ἡμῶν γὰρ οἱ μὲν, τὸ παράπαν θεοὺς ὅλως νομίζουσιν, οἱ δὲ, μελεῖν ἡμῶν φροντίζειν, οἱ δὲ, σύχαῖς παράγεσθαι, οἷους ὑμεῖς λέγετε. In uulgatis excidit totus uersus, & non habentur hæc uerba. μελεῖν ἡμῶν φροντίζειν, οἱ δὲ, σύχαῖς παράγεσθαι. Et tamen etiã his uerbis omissis sententia plena est, ut in uerbis, οἱ μὲν, εἶσι ὑμεῖς λέγετε, ille quæ manuscriptus codex habet adintelligant. Et paulò post. διαφθορᾶς legendum est pro διαφορᾶς. Et paulò inferius. νυῦ ὦ οὐ πεισθόμενοι τοῖς μύθοις legendum est. In uulgatis deest particula οὐ. Et paulò post. Non enim simul insanire oportet, illos quidem præ uoluptatis ingluuie, nos autem præ iracundia, qua aduersus tales cõcitamur: Græcè legendũ. οὐ γὰρ ἅμα γε δεῖ μαυλύεσι, τοὺς μὲν, ὑπὸ λαμπρυγίας ἡδονῆς, τοὺς δ' ὑπὸ τοῦ θυμοῦσθαι τοῖς τοιούτοις. In uulgatis redundat uerbum ἡμῶν post uocem ἡδονῆς. Et infrà. Non rectè dicere uolunt naturam, originem eam quæ circa prima consistit. Corpora autem, prima ponunt: Græcè legendum. ὃν ὀρθῶς φύσιν ὀνομάζονται λέγειν γενέσιμον τὴν περὶ τὰ πρῶτα. τὰ δὲ σώματα τιθέασι τὰ πρῶτα. In uulgatis deficiunt uerba. τὰ δὲ σώματα τὰ τιθέασι τὰ πρῶτα. Et infrà. Proinde eo usq; adhuc ea quæ tunc dicta sunt in memoriam reuocemus, quod omnia partim moueri, partim manere censuimus: Græcè legendum. μιμνήμεθα τοίνυν τούτου τοσούτων ἡμῖν τότε ἔτι, ὅτι ἡμῖν ἀπαύτων τὰ μὲν κινεῖσθαι, τὰ δὲ μένειν ἐθεμεν. In uulgatis redundant uerba. τούτων δὴ τῶν κινήσεων. Et mox. Hunc itaq; motũ qui in uno semper fertur, circa medium quoddam moueri necesse est, &c. Græcè legendum. ταύτην δὴ τὴν κίνησιν τὴν οὖν οἶν φερομένην ἀεὶ, πορί γέ τι μέσον αὐάγκη κινεῖσθαι &c. Vulgati codices habent. τούτων δὴ τῶν κινήσεων τῶν οὖν οἶν φερομένων ἀεὶ &c. possit tamen etiam sic legi, τούτων δὴ τῶν κινήσεων, τὴν οὖν οἶν φερομένην ἀεὶ &c. Et infrà. Velut ex igne aquam frigidam, & aut simul multa ex uno, aut ex multis unum: Græcè legendum. οἷον ἐκ πυρὸς ὕδωρ ἐμψύχον, καὶ ἢ ξύμπολλα δ' οὐσ, ἢ ἐκ πολλῶν οὖ. Vulgata lectio est. οἷον ἐκ πυρὸς ὕδωρ ἔμψυχον, καὶ μὴ ξύμπολλα δ' οὐσ &c. Est autem ἐμψύχον participium neutrum ab ἐμψύχω, frigefacio: & non ἔμψυχον nomen animati significatione. Et paulò post. Quomodo enim quis cupit, & quali animo præditus est, hoc ferè modo habitat: Græcè legendum. ὅπη γὰρ αὖ ἐπιθυμῇ, καὶ ὁποῖος τις ὢν τὴν ψυχὴν, τοῦτο κατὰ τρόπον οἰκήσεται. Vulgo ἐκάστοτε habetur pro οἰκήσεται. Et paulò mox. διαφθείρεται legendum est pro διαφθείρονται. Et mox. Vt qui deteriores sunt, ad deteriores animas, qui meliores ad meliores abeant, tum in uita, tum in omni morte: patianturq; ac faciant, quæ similes similibus facere conuenit. Huius iudicij neq; tu unquam, neq; alius exors erit, & dij superior esse optabit. Græca lectio transposita est & redundans ac corrupta. Sic autẽ legendũ est. πανίου ἡ γιγνόμενον πρὸς τοὺς πανίους ψυχὰς, ἀμείνωσι πρὸς τὰς ἀμείνους πορσόμβιον οὔ τι ζωῇ νῷ οὐ πάσι θανάτοις. πάσχειν τε καὶ ποιεῖν ἃ προσῆκον ἄρᾶν ἐφ' οἷς πρόσφορᾶς. τοῦτος δ' ἄπλους οὔτε δὴ ὡς οὔτε μή ποτε, οὔτε ἄλλος ἀτυχὴς γενόμενος, ἐπαύξησ' ἀφοργονέσθαι ἐθέλων. Et mox γνόμων legendũ est pro γνώμων. In undecimo de legib. mox à principio. Et si quidem liber fuerit qui iudicauit, in uirtutis opinionem ueniat: & contrà uitij, si gnarus non denũciauerit. Si uero seruus fuerit qui significauit, liber à ciuitate rectè fiet, &c. In Græcis uulgatis totus uersus deficit, à scriptore transmissus. Sic autem legendum est. καὶ ἐαὐ μὲν ἐλεύθερος ἢ, πίστεων κρεττὶς πιστήσῃ: μὴ μηνύσας δ', πανίαν. πᾶλλ' ἂν ἐαὐ ἢ, μηνύσας μὲν, ἐλεύθερος ὑπὸ τῆ πόλεως ἀρθῶς γίγνοιτ' ἂν. Et infrà. Qui uniuersæ ciuitatis seruatores sunt, siue uiribus siue militaribus machinis ac artibus: In Græcis legendum. ὅσοι σωτῆρες τῆς πόλεώς εἰσι ξυμπάσης, ἔστι αὖ φοίνιξ

Universidad de Deusto
Biblioteca

δρείας ἔτι πολεμικῆς μηχανῆς. In uulgatis πολιτικῆς legitur pro πολεμικῆς. Et infrà. Cuicũq; uero de filijs domus fuerit,ei de opibus nõ tribuat,& similiter filiæ cui despõsus uelut maritus futurus fuerit,non tribuat:cui uero non fuerit quis desponsus,ei tribuat. Græcè legendum. ὅτῳ δ' αὖ τῶν ὑέων ὑπαρχῃ οἶκος ἢ μὴ νέμειν πάντῃ τῶν χρημάτων, θυγατρί τε ὡσαύτως ᾗ μὲν ἢ ἐγγυᾶσθαι ὡς αὐτῷ ἐσόμενον ἢ μὴ νέμειν. ἢ δ' αὖ μὴ νέμειν. In uulgatis post ἐσόμενον ἢ, ante uerbũ νέμειν, deficit particula μή.

Et infrà. Quod si cognatorũ penuria fuerit, usq; ad fratrem patris & eius filios,& usq; ad aui fratrem & filios eius:Græca lectio non est integra.Habet enim hoc modo, ἐὰν δὲ τοῖς εἰνέοισι ἀνεψιὰς ἐγγυᾶν ἢ, μέχρι μὲν ἀδελφοῦ υἱέων μέχρι δὲ πάππου τῷ παίδων ὡσαύτως. Videtur autem legendum esse iuxta præcedentium rationem. μέχρι μὲν ἀδελφῶν παῖδας καὶ υἱῶν, μέχρι δὲ πάππου ἀδελφῶν τῷ παίδων ὡσαύτως. Iudicium sit penes doctiores. Et infrà. At si deligationibus, aut illecebris, aut quibusdam incantationibus, aut eiusmodi quorũcunq; ueneficiorum usu, ad lædendum paratus esse uideatur: Græcè legendũ. ἐὰν δ' ἢ πατρολῴσιον, ἢ ἐπαγωγαῖς, ἢ τισιν ἐπῳδαῖς, ἢ τῶν τοιούτων φαρμακειῶν ὑπτιοωτῆρ χρείας, λόξη ὄμεσ& εἶναι ἐλαττῆτι. In uulgatis deficit uox χρείας. Et ad finẽ ferè. Hæc igitur quæ talia sunt, calumnia quædam uitiat, quæ pulchrũ artis nomen præficit,& primum quidem artem quandam iudiciorum esse dicit. Esse uero ipsam, quæ causas agendo,& alij patrocinando uincere potest: Græcè legendum. ταῦτα δὴ τοιαῦτα ὄντα λοιδορίᾳ τις κακοῖ μᾶλλον ὄνομα προσηγορίαν τίχοιεν, τὸ μὲν πρῶτον μὲν μὴ φησὶν εἶναί τινα λιπῶν μηχανὴν, εἶναι δ' αὐτὴν, ὥστε τι δικάσασθαι καὶ συμβάντων ἄλλῳ τινὶ περὶ ἀλλοδίου.

Locus ambiguus

In duodecimo de legib. Deinceps autẽ postquã militiæ desertæ actiones dijudicatæ fuerint: Græcè legendũ. μετὰ δὲ ταῦτα ἐκδικασθείσῶν τῶν τῆς ἀφορτείας δικῶν. Vulgo ἐφορτείας habetur pro ἀφορτείας. Et mox ἐδόκει legendũ pro ἔδοξε. Et paulò post. Si Patroclus absq; armis in tentoriũ deportatus adhuc spirasset,uelut sanè innumeris contigit:prius uero illa Pelidæ arma, quæ poeta à dijs Thetidi in dotem in nuptijs data esse dicit, Hector habuisset: Græcè legendum. εἰ πομιδεὺς ἐκεῖ σκηνῶν αὖτου ὅπλων πάτροκλ', ἐμπνεοῦς ἐγεγεῖθ' οἷον δὴ μνήσειτ σωίπισε, τὰ δὲ πρότερα ἐκεῖνα ὅπλα πηλέδου, ἃ φησιν ὁ ποιητὴς παρὰ θεῶν πρῶτα σὺν τοῖς γάμοις ἐπιδοθῆναι θέτιδι, ταῦτα δ' ἕκτωρ ἔσχον. In uulgatis uox ἀσπιλέα habetur corrupta,pro πηλείδου α. Locus est apud Homerum Iliad. π. Et paulò inferius. Si enim quis ex ipsis aliquid obliqui dixerit,aut fecerit,tum præ magistratus onere,tum ex utrium suarum ad magistratus dignitatem defectu inclinatus: Græcè legendum. αὖ γὰρ τίς τι εἴπῃ σκολιὸν αὐτῶν ἢ πράξῃ, ἀμφοῖν ὑπὸ βάρους μὲν τῆς ἀρχῆς, τῶν δ' αὖτῷ ἀσκῶν οὐδέως πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς, ἀξίαν. Vulgata lectio monstrosè confusa est & transposita,ut conferenti patebit. Et mox. Multæ soluendæ reipublicæ occasiones sunt, quemadmodum nauis aut animalis cuiusdam, hæ quas funiculos,& cinctus,& neruos,& lora,multis nominibus appellamus,quum sit una natura multis locis transmissa ac constricta:Græcè legendum. πολλοὶ καιροὶ πολιτικὰς λύσεώς εἰσι, καθάπερ νεὼς ἢ ζῴου τινὸς οὗς τόνους τε καὶ ὑποζώσματα καὶ σῦρα καὶ ἐντόνους, μίαν οὖσαν φύσιν διεσταμένους πολλαχοῦ κοσμεῖς ὀνόμασι προσαγορεύομεν. Et mox, ἅμα οὖσαν legendum pro νέα οὖσαν. Et infrà. Secundus autem externus reuera oculis spectator est, & Musarum spectacula auribus excipit: Græcè legendum. ὁ δὲ δεύτερος θεατὴς ἔντοσθεν θεωρὸς, ὅσα τε μουσῶν ὠσὶ λήγεται θεωρήματα. Vulgo habetur ὠσὶν ἔχεται.

Parcarum nomina, unde imposita

Et infrà. Sunt enim assimilata hæc nomina ad naturam eorum quæ torquendo inuoluta sunt,& uim immutabilem efficiunt:Græcè legitur in omnibus codicibus. ἀνεπαισθήτῳ τῇ τῶν πλωθόντων ὡς ἀνεῖ, τιλὶ ἀμετάτροφον ἀπεργαζομένων δυνάμιν. falsò autem legi uoces ὡς ἀνεῖ, mihi nõ dubium est. Sed quæ uox ipsarum loco substituenda sit,incertum est. Talis certè requiritur ad quã τῇ articulus referatur. Atq; ego quidem φύσει uocem, donec rectior occurrerit, apprehẽdi. Commodam enim sententiam ea exhibet,si legatur. ἀνεπαισθήτῳ τῇ τῶν πλωθόντων φύσει, &c. loquitur autem de parcarum nominibus,quæ sunt, Lachesis, Clotho, Atropos. Et mox in Græcis πᾶς χρή, legendum est pro παῦ χρή. Et paulò inferius. Sed uelut de exercitu & medicina cogitemus: Græcè legendum. ἀλλ' οἷον περὶ στρατοπέδων καὶ ἰατρικῆς νοήσωμεν. In uulgatis desunt uoces καὶ ἰατρικῆς. Et infrà. Aut turpe sit si omnia huiusmodi ignoret,is qui de magnitudine & pulchritudine differentibus aliquid cognouit:Græcè legendum. ἢ τὸν γνόντα τι καὶ περὶ τῶν διαφερόντων μεγέθει τε καὶ κάλλει, ταῦτα τε τοιαῦτα ἀγνοεῖν αἰσχρόν. Vulgo τὸν γε ὄντα habetur, pro τὸν γνόντα. Et paulò inferius. Nunquid exactior consideratio, circa quãcunq; rem fiat, censenda est: Græcè legendum est. ἆρ' εὖ ἀκριβεστέραν σκέψιν θετέον, περὶ ὁτουδὴν γίγνοιτο. Vulgo habetur θειτέαν falsò pro θετέον.

In Epinomide ubi conuerti. Populo enim commodant,sed non ob uirtutem fiunt:Græcè legendum. λήμων τὸ πρόσφορον ἔχουσα, ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἀρετῇ γιγνομένη. Vulgati codices λεγο μένη, pro γιγνομένη habent. Et infrà. Fortasis autem quibusdam ad artes respicientibus &c. Græcè legendum, δόξειε δ' ἂν ἴσως τισι. Vulgo inanẽs habetur pro ἴσως. Et mox. Age unum & duo unde nobis contigerunt, habentibus naturam hanc ut intelligamus ex patre: Quod dixi ex patre, in Græcis uulgatis legitur, ἐκ τοῦ ἑνὸς, id est ex uniuerso. Sed ἐκ τοῦ πατρὸς legendum esse, comprobat quòd mox rursus sequitur, παρὰ τοῦ πατρὸς ἀριθμεῖν: Nisi utroque loco ἑνὸς uox legenda est.

Et infrà. Quod uidelicet hoc ipsum sapiens putare oporteat,quod secundum eadem, & eodem modo, & eadem semper facit: Græcè legendum. ὡς δὴ τοῦτο αὐτὸ ἑμφρονα δεῖ νομίζειν, τὸ κατὰ ταὐτὸ, καὶ ὡσαύτως καὶ τὰ αὐτὰ πράττειν ἀεί. Et infrà. Quum itaque quinque hæc sint reuera

reuera animalia &c. In Græcis legendũ est. πάντων δὴ τῶν ποσῶν &c. & deinceps, ἢ κατὰ φήμας τε καὶ μαντείας λεχθεῖσιν, οὐ δικαίᾳ ὑγιαίνουσιν ἢ καὶ παμπνησιν, ἢ καὶ πιστυθῆβιν προσυχέσι γονομένοις, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ δώμασι παραγγελομένοις. Et mox. Gnarus mortalem naturam nihil de talibus cognoscere posse: in Græcis legendum, εἰδὼς ὡς ἀνθ' ἑαυτοῦ ἐλαχίστου τῇ θνητῇ φύσει τῶν τοιούτων κόρει. Et in fine. Omnes deos ac deas collaudẽt: Græcè legendũ σύφημεῖν πάντας θεὸς ἅμα καὶ πάσας θεάς. In uulgatis deest uox θεάς. Multa quoq; alia sunt in Epinomide, sed exilia tamẽ, quæ reliquimus ex ipsa translatione cognoscẽda. In Epistola prima, falsa est in uulgatis codicibus inscriptio, πλάτων Διονυσίῳ, Nõ enim Plato scribit hãc epistolam Dionysio, sed Dion. Quare legendũ est, Δίωνι Διονυσίῳ. Quod porrò conuerti. Rebus tibi quãdoq; aliter cadentibus: Græcè legendum. ὅτι σοι πραγμάτων ἄλλως ποτὲ ξυμπιπόντων. Vulgo ἄλλων habetur pro ἄλλως. Et mox. Non auri ita uis tarissimi mortalib. Vita in misera hac: Græcè legendũ. ἀ χρυσὸς ἀγλαὸς ἀσανιώτατος οὐ θνατῶν Διονυσιηΐῳ βίῳ. Vulgo habeẽ οὐθὲ τῶν falsò pro οὐ θνατῶν. In secũda epistola. At uero Sphærion non rectè se habet, Græcè legit. τὸ δὲ σφαιρίον οὐκ ὀρθῶς ἔχει. Sed quid sit σφαιρίον, & an hęc uox rectè hoc loco legat, apud me ambiguũ est. Si enim pilam siue pilulam significat, ut pilæ ludũ non rectè à Dionysio exerceri accipiamus, satis leuiter attigit rem, quæ in multo usu apud ipsum erat, ut etiã in epistola xiij. ὃν συσφαιρᾶς, i d est pilę collusores salutare iubeat Dionysius. Si uero σφαιρίον significat lignũ teres, qualia de Theatris in populũ spargebant inscripta rebus, quas qui illa excepisset, à distributoribus petebat ac ferebat: etiã sic obscurã & ab Archedemo declarãdam rem reliquit. Et sanè nõ multũ refert ignorari rem, quã etiam ipse Plato occultã esse nobis uoluit, sicut etiam eam quam deinceps per ænigmata proponit. Et mox. Dicendũ itaq; tibi est per ænigmata. Quo si quid epistolæ per ponti aut terrę fortunas accidat, qui legerit nõ intelligat: Græcè legendũ. φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν, ἵν' αὖ τι ἡ πλάτῳ ἢ πόντου ἢ γῆς εὖ τύχαις πάθῃ, ὁ ἀναγνὼς μὴ γνῶ. Vulgo οὐ πλυχαῖς habetur pro εὖ τύχαις. In tertia epistola initiũ in Græcis sic legi debet. χαίρειν ἐπαισίλας ἐκ ὀρθῶς αὖ τυγχανοις τῆ βιλτίγης περσρήσεως: &c. Et infrà. Ad hæc uero censebam, summã illam, quæ quotãnis mitti ad ipsum solita esset: Græcè legendũ. πρὸς δὲ τούτοις ὥμιλλ ἀεὶν ἢ πατ' ἐνιαυτὸν ὄρανον εἰωθότα αὖ ὧδ νομίζεσθ &c. In uulgatis ἴναεγον habetur pro ὄρανον. Est autẽ ὄραν& pecuniæ summa, & collatio ex bonis alicuius collecta. In quinta epistola. Ad hæc respõdere possum. Plato serò in patria natus est: Græcè legendũ est. πρὸς ταῦτ' ἐπεῖν ἐγὼν, ὅτι πλάτων &c. In uulgatis deficit uox ἐγὼν. In septima epistola. Syracusas profectus sum, forrasis quidẽ secundũ fortunã, uideor tamẽ tũc præstãtius quid molitus, initiũ dedisse his quæ nũc facta sunt circa Dionem & Syracusas: Græcè legendũ ἐς συρακόσας μετεπορεύθην, ἴσως μὲ κατὰ τύχην, ἔσικα μέν τότε μηχανορθῶ τι τῶν πρεπόντων, ἀρχὴν βασιλέᾳ τῶν υἱῶ γιγνομένων πραγμάτων πόλει δίωνα καὶ τῶν πόλει συρακόσαις. Vulgo habetur, ἔοικε μὲν τότε μηχανεμένῳ τινὶ τῶν πρεπόντων &c. Et infrà. Postquã igitur liberasset & restituisset ipsis Dion ciuitatẽ &c. Græca hoc loco sic legenda sunt. ἐπειδὴ δ' ἦλθεν ὁ δίων εἰς τὰ ἀπέλωνε αὐτοῖς δίωνα πλὴν πόλιν, ταύτην πρὸς δίωνα συρακοσίοις τότε ἐπαθεν, ὅπερ ἐν διονύσιος ὅτι αὐτὸν ἐπεχείρει ποιεῖν ἔσεσθαι καὶ βρέφει βασιλέα τῆ ἀρχῆς ἄξιον, ὅτω ποιοῦνται αὐτῷ τὸ βίᾳ παντὸς, ὁ χαῖ ἐπίσευε τῇ διαλέγεσθαι. Et infrà. Et interrogetur an hæc ipsi sufficiant, aut nõ, sed etiã alia quædam uelit ac expetat: Græcè legendũ. ἢ ὄρωτᾶν ἔσγι αὐτὸν τοῦτο αὐτῷ, ἢ ἢ μὴ, βέλτιστα ἢ ἄλλ' ἔστι ἢ μὴ ἄξιοι. Vulgati codices ἢ ἐμὴ habent, pro ἢ ἢ μή. Sed & antè hunc locũ aliquantò superius μὴ pro μὴ habeẽ: & πρότερον, pro πρότερον: & quædã alia non adeò magni momẽti, quæ ex translatione cognoscẽda reliqui. In octaua epistola ad finẽ. Ne desistit, prius q̃s ea quæ nunc à nobis dicta sunt, uelut somnia diuina uigilantibus oblata, euidentia & felicia effecta perfeceritis: Græcè legendũ. μὴ ἀποσῆτε πρὶν αὐ τὰ νυῦ ὑφ' ἡμῶν λεχθέντα, οἷον ὀνείρατα θεῖα ἐπιφανῆτα ἐγρηγορόσιν, ὀνάρ γῆτε ἔβεβαιωσάτε ἐνεργῆτε. In epistola duodecima. Dicunt enim uiri hi fuisse decies mille: Græcè legendum est. λίγουσῃ γὰῤ δὴ οἱ ἀνδρες οὗτοι μύριοι εἶναι. Vulgo μοῖραι pro μύριοι habetur. In epistola decimatertia. Pythagoricũ quendã ad te mitto, & diuisionũ peritum, & uirum uelut nobis uidebatur tunc, &c. In Græcis legit. τῶν τι συνθεωρείων πέμπω σοι τὸν τῶν διαιρέσεων, τὸν ἀνδρα ὃν σὺ ἐδόκεις ἡμῖν τότε. Deficit itaq; uox ἐμπειρον, post διαιρέσεων uocẽ locanda: aut certè hæc uel similis alia adintelligenda ultrò relicta est. Et paulò post. Apollinem quidẽ emi: Græcè legendũ. τὸν μὲν ἀπόλλω ἐπριάμην, Vulgo habeẽ falsò ἐποιησάμην. Nam & mox rursus sequitur. ἐπριάμην δ' αὐτὸ &c. id est emi igitur ipsum. Et infrà. Quæ igitur Speusippo nubit, sororis ipsius filia est: Græcè legitur. ἣ μὲν οὖν ἀνεψιὰ τῷ γαμεῖται, ἀδελφῆς οὖσα αὐτῷ θυγάτηρ. Si igitur hæc lectio recta est, Speusippus uxorem duxit sororis suæ filiam. Et sic fuit Platoni nepos ex sorore Potone, ut Laertius tradit, & affinis eidem in. 4. gradu, ut qui ipse illius nepos, neptis illius filiam in uxorem habuit. Quæ tum cognatio, tum affinitas in hac familia admodũ arcta fuit. Et ad finem. Tisonis autem socer, qui tunc quãdo nos abnauigaremus, ciuitatem gubernabat: Græcè legendum. τίσων& δ' ἐγὼ πυθόμενος, ὃς τότε οἷ ἡμεῖς πλοιπλέομεν, ἐπολιόνομεν. Vulgo habetur ἀπολιανόμεν falso, pro ἐπολιόνομεν, à uerbo πολιονομεῖν.

ἄλλων pro ἄλλως

σφαιρίον

συσφαιρᾶς Sphæria rebus inscripta

ἴναεγον pro ὄρανον ὄραν&

ἔοικε pro ἔοικα

ἐμπειρ& uox deficit

Speusippi cum Platone & cognatio. & affinitas

πλοιπλέομεν

PLATONIS ATHENIENSIS PHILOSOPHI SVMMI SCRIptorum genuinorum omnium, à Iano Cornario Medico Physico Latinâ lingua conscriptorum, Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONI ADSCRIPTI DIALOGI AC SPVRII,

QVOS ET DIOGENES LAERTIVS RECITAT, ET ALDVS MANVTIVS GRAECAE EDITIONI ADIECIT.

Iano Cornario Medico Physico interprete.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIALOGI NOTHI, PLATONI ADSCRIPTI. VII.

Axiochus, siue de morte.	*fol.* 1015
De Iusto.	1018
De utrtute, an doceri possit.	1020
Demodocus, siue de consilio dando.	1022
Sisyphus, siue de consultando.	1025
Eryxias aut Erasistratus, siue de diuitijs	1028
Definitiones	1035

HIS ACCESSIT.

Timæi Locri de Anima mundi & natura, Liber Doricè scriptus.	1038

PLATONI ADSCRIPTVS DIALOGVS SPVRIVS, AXIOCHVS, SIVE DE MORTE,

Iano Cornario inter rete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. CLINIAS. AXIOCHVS.

VVM ad Cynosarges exirem, & iam ad Ilissum essem, peruenit ad me uox cuiusdam clamantis, Socrates, Socrates. Vt autem conuersus circumspicerem unde ueniret, Cliniam uideo Axiochi filium currentem ad Callirrhoen cum Damone Musico, & Charmide Glauconis filio. Erat autem alter Musicarum præceptionum doctor, alter ex societatis consuetudine & amabat, & amabatur. Mihi itaq; uisum est ut dimissa recta uia illis occurrerē, quo facilimè cōueniremus. Et Clinias obortis lachrymis ô Socrates inquit, nūc tempus est ut prædicatam illam à te sapientiam ostendas. Pater enim derepentè debilis factus est, & ad uitæ finem deuenit, mortemq; molestè fert, etiamsi superiori tempore eos qui mortem horrendam facerent contempserit, & suauiter irriserit. Venias ergo & ipsum ut soles cōsoleris, ut fati necessitatem sine gemitu sequatur, et ut mihi etiam hoc cum reliquis piè peragatur. SOC. At non negabo tibi ô Clinia quicquam mediocre, & hoc quum ad piam rem me uoces. Festinemus igitur. Si enim ita re se habet, celeritate opus est. CLI. Conspecto te solum melius habebit ô Socrates. Sæpe enim iam ipsi contigit ut ex hac morbi accessione conualuerit. SOC. Quo uero citius peruenīremus, uia ad murum ibamus, in Itonijs Dianæ festis. Habitabat enim prope portam ad columnā Amazoniam. Inuenimus itaq; ipsum collectis iam sensibus, & corpore ualentem, sed animo debilem, & consolatione admodum indigentem, ut qui sæpe se attolleret, & suspiria cum lachrymis, & manuum complosionibus emitteret. Intuitus itaq; ipsum, quid hæc sibi uolunt ô Axioche inquam? Vbi sunt priores illæ iactationes, & assiduæ uirtutum prædicationes, & illa in te nullis uerbis exprimenda confidentia? Nam sicut pugil ignauus in exercitijs generosum te exhibuisti, & in iusto certamine deficis. Non circumspectè naturam consideras, quum uir sis tātum ætate progressus, & qui disputationes audiueris, & si nihil aliud Atheniensis, quòd iuxta commune hoc, & apud omnes uulgatum, peregrinatio quædam est uita hæc, & quòd moderatè transacta uita, æquo animo tantum non pæana canentes fati necessitatem sequi oportet. At ita molliter se gerere, ut instar infantis ægrè auelli possis, non est ætatis illa considerantis. AXI. Vera sunt hæc ô Socrates, & rectè mihi dicere uideris, sed nescio quo modo dum propè iam malum instat, fortes & eximij illi sermones latenter elabuntur & reprobantur: Resistit autem formido quędam mentem uariè lancinans, quòd hac luce & his bonis priuabor & neq; uidebo, neq; audiam, ubi tandem putrescens iacebo, dum in puluerem & uermes mutor. SOC. Connectis equidem ô Axioche ex insciti a inconsideratè sensum cū sensuum orbitate, & contraria tibijpsi facis & dicis, nec cōsideras te simul dolere quòd sensibus carebis, simulq; ob id quòd putrescēs, & sensu uoluptatis priuaberis, uelut in aliam uitam per mortem migraturus sis, & non penitus omnes sensus amissurus, uelut etiam nullos antea quàm nascereris habuisti. Quemadmodū enim Dracone aut Clisthene uiuente, nihil erat circa te mali, nōdum enim eras tu, circa quem id esse potuisset: Sic neq; post obitum quid erit. Tu enim non eris, circa quē esse possit. Proinde omnes has ineptias remoue, et hoc cogita, ꝙ hac corporis miscella semel dissoluta, & anima in suā sedē recepta, relictum corpus quod terreum & rationis exors est, non est homo. Nos enim sumus anima, animal immortale in mortali conclusum custodia. Corpus autem ad perniciem natura nobis adoptauit, cuius uoluptates occultę & uolucres, & plurimis doloribus permixtæ sunt: dolores autem meraci sunt & diuturni, & uoluptatum exortes: morbi item & instrumentorum sensuum inflammationes, insuperq; internæ affectiones illi adsunt, quibus dum necessariò, ut quæ meatibus inspersa sit, anima condo

Peregrinatio est uita hæc

Vita post hac nulla

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mors quid sit

let, cœlestem & cognatum ætherem desiderat & sitit, uictũ & choreã eã quæ illic est ap petens. Quare de uita discessus, mali cuiusdam in bonum permutatio est. AXI. Quum igitur ô Socrates uitam inter mala reputes, quomodo in ipsa manes, præsertim quum meditationib. deditus sis, & nos de uulgo homines intelligentia superes. SOC. Tu quidem ô Axioche non uerum mihi testimonium præbes, sed uelut Athenienſiũ uulgus putas, quando quidẽ rerũ indagator sum, alicuius scientia me prædítum esse. Ego uero optarim me cõmunia hæc nosse, tantum abest ut eximia illa teneam. Et hæc quæ nunc Prodici sapiẽtis pronunciata sunt, partim bessе siue duabus tertijs assis partibus, partim duabus drachmis, partim quatuor empta. Gratis enim hic uir neminem docet, sed semper Epicharmi illud in ore habere solet.

Manus manum lauat, dato & rursus cape quid.

Et nuper sanè quũ apud Calliã Hipponici filiũ specimen exhiberet, tã multa cõtra uitã disseruit, ut ego illã ferè aboleuissem, & ex illo tempore anima mea ad mortẽ propẽsa est. AXI. Quæ uero erãt ea quæ ab illo dicta sunt? SOC. Dicam ego ubi ea quæ in men tem uenient. Quæ enim ętatis pars inquit, calamitatibus plena non est? Nónne circa primum ortum infans plorat, & à dolore uitam auspicatur? Itaq; nullus dolor ab ipso abest, sed aut ob famem, aut frigus, aut calorẽ, aut plagã dolet, quũ nondũ ea dicere pos

Vitæ miseria

sit quæ patitur, sed eiuletur, & hanc unã habet uocẽ, qua afflictionẽ declarat. Quũ uero multis exhaustis laboribus ad septenniũ deuenerit, pædagogi & exercitiorum magi stri & pædotribæ tyrannidẽ in ipsum exercẽt: & ubi iam augescit grammatistæ, critici, geometræ, rei militaris doctores, ingẽs dominorũ multitudo. Postq; uero ad Ephebos adscriptus est, maiorĩ metus incumbit, Lyceũ & Academia, & gymnasij principatus & uirgæ, & innumera mala: & omne adolescentis tẽpus sub moderatoribus est, & sub electis illis ex Areopagi senatu, ad adolescẽtes castigandos. Vbi uero ab his liberatus est, statim succedunt curæ & cogitationes, quam uitæ uiam ingredi oporteat, præq; futuris in posterum difficultatibus, prima illa puerilia & uerè infantium terricula uidenť. Nam & militares expeditiones, & uulnera, & assidua certamina obuersantur. Deinde latenter subrepit senectus, in quam quicquid natura fragile ac ægrè curabile habet, totũ confluit. Et si quis nõ citius uelut debitũ uitam reddiderit, natura uelut fœnerator in stans, ab alio uisum, ab alio auditũ, sæpe etiã utrũq;, usuræ loco exigit: & si quis diutius cunctetur, eũ membrorũ resolutione infestat, mutilat & luxat. Alij ad multã senectam perueniũt, & bis pueri senes fiunt. Quapropter etiã dij humanarũ rerũ gnari, eos quos plurimi faciũt, citius è uita summouent. Agamedes itaq; & Trophonius, qui Delphis dei tẽplũ extruxerũt, precati ut quod optimũ est ipsis cõtingeret, quũ obdormiuissent nõ amplius surrexerunt. Et Argiuæ sacerdotis filij, matre simili precatione usa, ut ipsis contingeret aliquod pietatis ergò à Iunone munus, quando quidẽ morã trahẽte iugo, ipsi id subeuntes ipsam ad templum perduxissent, post precationem noctu è uita subla ti sunt. Longum esset recensere ea quæ Poetæ dicunt, qui diuinioribus poematis de uitæ conditione uaticinantur, eamq; lugent ac deplorant. Vnius solum qui memoria dignissimus est mentionem faciam, is ita dicit.

Sic statuere dei miseris mortalibus æuum,
Vt tristem ducant uitam. Et rursus,
E cunctis homínum longè est sors pessima uitæ,
Per terram quæcunq; repunt, atq; aera ducunt.

De Amphiarao uero quid idem poeta dicit?

Dilexit multum nam Iupiter illum & Apollo,
Nec siuere tamen sic lumen adire senectæ. Quid uero dicit,
Natum malis tantis queat non flere quis.

Quid tibi uidet? Sed desino ne & alios cõmemorando lõgior sim q̃ proposui. Quod uero quis studiũ, aut quã artẽ quis sibi unq̃ delegit, ut non de his querelas mouisset, & præsentibus offensus esset? Recenseamus mechanicos opifices, & eos qui manib. uictũ quærũt, & de nocte in noctẽ laborant, & uix ad uitã necessaria acquirũt, interim ipsi la mẽtantes, et omnes uigilias luctu ac lachrymis implentes. Nũ uero nautã producemus per tot pericula penetrantẽ, & ut Bias dixit, neq; inter mortuos, neq; inter uiuos uersan

tem?

tẽ? Terrã enim incolẽs homo, uelut gemini tũ in terra, tũ in aqua uirtus sit, seipsum in pe lagus abiecit, & ob fortunam quiduis efficitur. Sed agricultura res iucunda est, fateor. Nonne uero tota ut aiũt ulcus, semper doloris occasionẽ inuenit, modo deplorãs sicci tatẽ, modo pluuias, modo uredinem, modo rubiginẽ, nunc æstum, nunc frigus intẽpe stiuũ? At magnæ illa existimationis respublica: multa enim prætereo: quãtis molestijs agitatur? quæ gaudiũ quidẽ exhibet, quod inflammationis instar palpitat & pulsum e dit: Repulsam uero doloris plenã, ut sexcẽties mori præstet. Quis enim felix esse possit ad populi arbitriũ uiuens, dũ uelut res ludicra populo obiecta, sibilis & plausu excipiť, exsibilatur, mulctať, moritur, miserabilis habeť? Nã ô ciuilis uir Axioche, ubi mortuus est Miltiades? ubi Themistocles? ubi Ephialtes? ubi reges & exercituũ duces qui nup fuerũt? Quando ego quidẽ mente nõ frangebar: neq; enim honestũ mihi uidebať unã cũ insaniente populo dominari: Verũ Theramenes & Callixenus postridie præsidibus fraudulẽtis submissis, indicta causa, suffragijs manuũ eleuatione collectis, uiros ad mor tẽ cõdemnauerũt, etiamsi tu solus cũ Eryptolemo ipsis opẽ ferres, quũ triginta milia in cõcione essent. AXI. Est ita ô Socrates, & ex illo tẽpore tribunalis satietas me cæpit, & nihil molestius republica mihi uisum est. Et hoc satis cognitũ est his qui in re ipsa uersa ti sunt. Tu eñ ita de hac loqueris, uelut qui ex alta specula inspexeris. Nos aũt exactius nouimus, qui experientiã fecimus. Nã populus ô chare Socrates ingratus est, leuiter ali cuius rei satur & mutabilis, crudelis, inuidus, ineruditus, utpote ex plebis colluuie, & uiolentis nugatoribus collectus. Qui uero in huius societatẽ se adiungit, multô miseri or est. SOC. Quando igitur ô Axioche, libero homine dignissimã scientiã præ reliquis reprobandã ducis, quid reliqua studia nónne fugiẽda cẽlebimus? Audiui aũt aliquãdo etiã Prodicum quum diceret, mortẽ neq; ad uiuẽtes, neq; ad uita defunctos pertincre. AXI. Quomodo dicis ô Socrates? SOC. Quoniã circa uiuos nõ est, mortui uero nulli sunt. Quare neq; circa te nũc est: nõ enim mortuus es: neq; si quid acciderit, circa te erit: Tu enim nõ eris. Vanus igitur dolor est, Axiochũ lamentari de eo quod neq; est, neq; erit circa Axiochũ. Et simile ac si quis de Scylla aut cẽtauro lamẽtetur, quę neq; nũc cir ca te sunt, neq; post mortẽ erunt. Quod enim horrendũ est, in his quæ sunt est. In his au tẽ quæ nõ sunt, quomodo esse possit? AXI. Tu quidẽ ex futili hoc dicẽdi genere quod nũc uiget, hæc sapiẽter dicta protulisti. Hinc enim sunt hæ uerborũ nugæ ad adolescẽ tulos adornatę: Me uero bonorũ uitæ priuatio dolore afficit, etiamsi probabiliore ora tione q̃ superior fuit mihi applaudas ô Socrates. Mẽs. n. uagabunda uerborũ eloquen tiã nõ admittit: neq; uero hæc eundẽ colorẽ præferunt, sed ad ostentationẽ & uerborũ splendorẽ faciũt, à ueritate aũt absunt. At animi affectiones, cõmenta & captiones has sophisticas nõ admittũt, sed solis his quæ ad animũ pertingere possunt contentæ sunt. SOC. Connectis incõsideratè ô Axioche, pro bonorũ priuatione, malorũ sensum indu cens, te mortuũ esse oblitus. Quod enim bonis priuatur, id malorũ pro illis successio af fligit. Qui uero nõ est, neq; priuationem percipit. Quomodo igitur ob id quod doloris cognitionem non exhibebit, dolor oriri poterit? Si enim ab initio ô Axioche, nõ unũ aliquẽ sensum frustrà quodammodo incõsideratè posuisses, nunquàm sanè mortẽ for midasses. Nũc aũt teipsum euertis, dũ ne anima prius times, priuationi uero animam circũponis: & times quidẽ quòd nõ sensurus sis, nullũ aũt futurũ sensum, sensu te perce pturũ esse putas: ad hoc quòd multę & præclaræ extãt rationes de animæ immortalita te. Nõ enim mortalis natura ad tantã rerũ gerendarũ magnitudinẽ se extulisset, ut im maniũ ferarũ uim contempsisset, maria trãliuisset, urbes extruxisset, respublicas consti tuisset, ad cœlũ suspexisset, & astrorũ circũuolutiones uidisset, Solisq; ac lunę cursus, or tus, occasus, defectus & celeres restitutiones, æquinoctia ac solstitia gemina, & Pleia dũ reuersiones hyeme & æstate: uentos itẽ & imbriũ delapsus, & ingẽtes turbinum tra ctus: & mundi affectiones in perpetuũ affixisset: si non diuinus quidã reuera spiritus in anima inesset, per quẽ tantarũ rerũ intelligentiã ac cognitionẽ habuisset. Quare nõ ad mortẽ, sed ad immortalitatẽ transis ô Axioche, neq; bonorũ detractationẽ sustinebis, sed sinceriorẽ fruitionẽ cõsequeris: neq; ammixtus mortali corpori uoluptates, sed ab omnibus dolorib. puras habebis. Illuc. n. deuenies ex hoc carcere exolutus, ubi nullus labor est, nullæ afflictiones, nulli gemitus, nulla senectus: sed tranquilla quædã & malo

Triginta milia in concione

Populi descriptio

Sensus à morte nullus

Animæ immortalitatis rationes

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum exors uita, quæ inconcussa quiete peragitur, & naturam contemplatur, & philosophatur non ad turbam & Theatrum, sed ad florentem undique ueritatem. AXI. Ad contrariam sententiam me oratione tua traduxisti. Nō enim amplius mortis metus in me est, sed iam etiam desiderium, ut & ego ad rhetorum imitationē, eximiū quiddā dicam, & dudum in sublimibus uersor, & perpetuum ac diuinum cursum perago, et ex infirmitate meipsum collegi, & nouus planè effectus sum. SOC. Si uero uis, etiam aliam narrationem tibi exponam, quā ad me retulit Gobryas uir Magus. Dixit enim in Xerxis transitu, auum suum qui eiusdem nominis fuisset, missum in Delum, quo insulam in qua duo dei geniti sunt, seruaret, ibi ex æneis quibusdam tabulis, quas ex Hyperboreis Opis & Hecaergus attulissent, didicisse dum corpus soluitur, animam in obscurum secedere locum, per subterraneum recessum, in quo regia Plutonis sit, non minor aula Iouis: utpote quum terra medium mundi locum obtineat, polus autem pilæ formam habeat, & ipsius alteram dimidiam partem Dei cœlestes sorte acceperint, alteram inferi, partim fratres, partim fratrum filij: Vestibula uero aditus ad regiā Plutonis claustris ac clauibus munita sunt. Et eum qui hæc aperuit, fluuius Acheron excipit, & post hunc
Veritatis campus Cocytus, quibus traiectis ad Minoem & Rhadamanthum perduci oportet, in locum qui uocatur campus Veritatis. Hic sedent Iudices ex singulis accedentibus perquirentes, quam quisque uitam uixit, & quibus studijs deditus corpus inhabitauit. Fieri igitur non potest ut quis mentiatur. Quibus itaq; in uita bonus aspirauit dæmon, hi ad piorū
Piorum sedes sedes incolendas transferuntur, ubi uberrima tempora omnis generis fructuum fertilitate turgent, fontes aquis puris manant, prata uarijs floribus uernant. Hic sunt philosophorum contubernia, poetarum theatra, chori circulares, musicæ cantilenæ, conuiuia probè instructa, dapes ipso loco suppeditante, iucunditas incorrupta, & suauissima uita. Neq; enim frigus uehemens, neq; æstus accedit, sed aer temperatus teneris solis radijs illustratus funditur. Hic his qui imitati sunt prima sedes datur, & sancta sacrificia etiam illic faciunt. Quomodo igitur non primus tu honorem consequeris, qui mystes es deorum? Herculem etiam & Dionysium prius quàm ad inferos descenderent, hic initiatos esse ferunt, & fiduciam suscipiendæ profectionis illius, ab Eleusinia accensam esse. At quibus uita per maleficia transacta est, hi a furijs ad Erebum & Chaos per Tartarum abducuntur. Vbi impiorum sedes est, & Danaidum urnæ inexplebiles, & Tan-
Impiorū sedes tali sitis, & Tityi uiscera, & Sisyphi saxum, quod ille inefficaci labore uoluit, ut cuius extrema nouum rursus laborem ingerant. Hic dum à feris circumlambuntur, et facibus assiduè uruntur, & omnibus tormentis torquentur, perpetuis supplicijs affliguntur. Et hæc quidem ego è Gobrya audiui. Tu uero Axioche de his uideris. Ego enim ratione adductus hoc solum firmiter noui, omnem animam esse immortalem, eam uero quę ex hoc loco discessit, etiam doloris exortem esse. Quare aut supernè, aut infernè, beatū te esse oportet Axioche, qui piè uitam trāsegisti. AXI. Puder me tibi quid dicere ô Socrates. Tantum enim abest ut mortem timeam, ut iam etiam ipsius amore tenear, ita mihi & hic sermo, uelut & cœlestis ille persuasit: et iam uitam contemno, uelut ad melius domicilium transiturus. Nūc autem quietè apud meipsum ea quæ dicta sunt enumerabo. Tu uero à meridie mihi adsis ô Socrates. SOC. Faciam ut dicis. Et ego ad Cynosarges, unde huc uocatus sum, ad deambulationem reuertar.

PLATONI ADSCRIPTVS DIALOGVS SPVRIVS, DE IVSTO.

Iano Cornario interprete.

POTES'NE nobis dicere quid sit iustū: aut indignū esse tibi uidetur, ut de eo uerba facias? Mihi sanè etiā ualdè. Quid igitur est? Quid enim aliud, quàm ea quæ iusta putantur? Ne mihi ita respondeas, sed uelut si tu me interrogares, quid est oculus, responderem tibi, quo uidemus: Si uero etiam ostendere me iuberes, ostenderem tibi. Et si ex me interroges, cui rei nomen est Anima, respondeam tibi, qua cognoscimus. Si uero rursus interroges, quid est Vox, respondebo tibi, qua loquimur. Sic

Sic etiam tu dicito, quòd iustum est quo ad aliquā rē utimur, uelut de quibus nunc ego dicebam. Nō admodū possum tibi ita respondere. At quandoquidē non ita respōdere potes, fortassis hoc modo facilius ipsum inuenerimus. Age maiora & minora qua re spectātes dinoscimus? nónne mēsura? Etiā. Cū mensura uero qua arte? nónne arte mensurandi? Etiā. Quid uero leuia & grauia, nónne ponderes? Etiā. Cū ponderare uero qua arte? nónne arte pōderandi? Maximè. Quid itaq; iusta & iniusta, quo instrumēto spectantes cognoscimus? & cū instrumēto qua antea arte? Nū ne sic quidē tibi manifestū est? Non. At rursus hoc modo. Quum de maioribus & minoribus disceptamus, qui sunt qui litem inter nos dirimunt? nónne mensuratores? Etiam. Quū aūt de multis & paucis ambigimus, qui iudiciū ferūt? nónne numeratores. Etiā. Quum uero de iustis & iniustis inter nos disceptamus, ad quos abimus? & qui sunt qui nos subinde dijudicant? dicito. Num Iudices dicis ô Socrates? Rectè inueniſti. Age itaq; etiā hoc dicere conare. Quid faciētes mēsuratores de magnis & paruis iudiciū ferunt, Nónne mēsurantes? Etiā. Quid uero de grauibus & leuibus iudicātes, nónne ponderantes? ponderantes sanè. Quid uero de multis & paucis, nónne numerantes? Etiam. Quid uero de iustis & iniustis? respōde. Non possum. Respōde dicētes.

Etiā. Dicētes ergo nos dijudicant, quū de iustis & iniustis Iudices iudiciū ferunt?

Etiā. Mensurantes aūt de paruis & magnis mensuratores: Mensura enim erat qua hæc iudicabantur. Ita. Ponderantes aūt de grauibus & leuibus iudicāt ponderatores: Pondus enim erat quo hæc iudicabātur. Erat equidē. Numerantes aūt de multis & paucis iudicant numeratores: Numerus enim erat quo hæc iudicabantur. Ita sanè. Dicentes aūt, uelut modo cōfessi sumus, de iustis & iniustis iudicant nos iudices: Sermo enim erat quo hæc iudicabantur. Benè dicis ô Socrates. Vera equidē, & sermo est ut apparet, quo iusta & iniusta iudicantur. Apparet profecto. Quid igitur tandē sunt iusta & iniusta? Quemadmodū si quis è nobis percunctaretur, quando-quidē mensura & ars mēsurandi & mēsurator maius & minus dijudicat, quid est maius & minus, diceremus ipsi maius esse quod excedit, minus quod exceditur: quandoquidem uero graue & leue, pondus & ars ponderādi & ponderator dijudicat, quid est graue & leue, diceremus ipsi id quod deorsum rēpit in libra, graue esse, quod sursum, leue: Sic sanè si quis percunctetur, quandoquidē iustū & iniustū sermo, & ars iudicādi, & iudex dijudicat, quid tandē est iustū & iniustū? quid habebimus quod ipsi respōdeamus? aut nondum dicere possumus? Non possumus. Vtrum uero uoluntarios hoc iniustum homines habere putas, aut inuitos? Sic autem dico, uolentes putas iniusta facere, & iniustos esse, aut nolentes? Volentes ô Socrates, Sunt enim praui. Volentes ergo tu prauos & iniustos esse homines putas? Ego sanè, tu uero non? Non si poetę credere oportet. Quali poetæ? Qui dicit,

Similium usus

Iustū sermone iudicatur

Malus nemo uolens est

Nemo uolens prauus, beatus non uolens.

Atqui ô Socrates, benè habet uetus prouerbiū, quòd multa mētiuntur poetæ. Mirū fuerit mihi si hoc mētitus est hic poeta. Quare si ociū tibi est, cōsideremus ipsum an uera, aut falsa dicit. At est mihi ociū. Age itaq;, utrū iustū esse putas, mētiri aut uera dicere? Vera dicere ego puto. Mētiri ergo iniustū est. Etiā. Vtrū uero decipere iustū esse putas, aut non decipere? Profectò non decipere? Decipere ergo iniustū est. Etiā. Quid uero nocere iustū est, aut prodesse? Prodesse. Nocere ergo iniustū est. Etiā. Est ergo uera dicere, & nō decipere, & prodesse, iustū. Mētiri uero, decipere, & nocere, iniustū. Etiā per louē ualdè. Nū etiā hostes? Nequaquàm. At nocere hostibus iustū est, prodesse uero iniustū? Etiā. Nónne etiā decipiēdo nocere hostibus iustū est? Quidni? Quid uero mētiri, ut decipiamus & ipsis noceamus, nō iustū est? Etiā. Quid uero amicis ꝓdesse, iustū esse dicis? Ego sanè dico. Vtrū nō decipiēdo, aut decipiēdo, ob ipsorū utilitatē? Etiā decipiēdo per louem. At decipiendo quidem iustum est prodesse, non tamen mentiendo: aut etiam mentiendo? Etiam mentiendo iustum est. Est ergo ut apparet & mentiri, & uera dicere iustum & iniustum. Etiam Et decipere & non decipere, iustum ac iniustum. Apparet. Et nocere, & prodesse, iustum ac iniustum. Etiam. Hæc igitur omnia quæ eiusmodi sunt, ut apparet, & iusta & iniusta sunt. Mihi sanè uidetur. Audi itaque, Oculum ego

Iustū est pro desse, & non decipere

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeo dextrũ & siniſtrũ,uelut etiã alij homines. Etiã. Et narẽ dextrã ac siniſtram.
Maximè. Et manũ dextrã & siniſtrã. Etiam. Nónne quandoquidem eadẽ nominans, alteras ex meis partibus dextras esse dicis, alteras siniſtras, ſi ege te interrogarem utras, haberésne quod diceres, quæ ab hac parte ſunt, dextras esse, quę ab illa, siniſtras? Etiã. Age itaq; etiã hic, quando quidẽ eadẽ nominãs, ea partim iuſta esse dicis, partim iniuſta, potésne dicere utra iuſta ſint, & utra iniuſta. Mihi equidẽ uideꝛ ſi ſingula hęc, ꝓ ut oportet, & oportunè fiãt, iuſta esse: ſin minus, iniuſta. Rectè tu opinaris. Qui igitur prout oportet, ſingula hęc facit, iuſta facit: qui ſecus, iniuſta. Etiã. Nónne qui iuſta facit, iuſtus eſt: qui iniuſta, iniuſtus? Eſt ita. Quis igitur prout cõuenit oportunè ſecare, & urere, & attenuare poteſt? Medicus. Quia nouit, aut ob aliud quid? Quia nouit. Quis uero prout conuenit oportunè fodere, & arare, & plantare poteſt? Agricola. Quia nouit, aut ſecus? Quia nouit. Nónne etiã alia ſic? Qui nouit, quæ fieri debent facere poteſt, & prout cõuenit, & oportunè: Qui non nouit, nõ itẽ. Ita eſt. Ergo & qui mentiri nouit, & decipere, & prodeſſe, ſingula hæc prout cõuenit & oportunè facere poteſt: Qui uero non nouit, nõ itẽ. Vera dicis. Qui uero hęc prout cõuenit facit, iuſtus eſt. Etiã, Per ſcientiã uero hæc facit. Quidni? Per ſcientiã ergo iuſtus eſt iuſtus. Etiã. Nónne iniuſtus per contrariũ iuſto iniuſtus eſt? Apparet. Iuſtus aũt per ſapientiã iuſtus eſt? Etiã. Per imperitiã ergo iniuſtus eſt. Apparet. Sequitur ergo quod maiores nobis reliquerũt ſapientiã, id iuſtitiã eſſe: quod uero imperitiã, hoc iniuſtitia. Apparet. Volẽtes aũt imperiti ſunt homines, aut nolentes?

Nolentes imperiti ſunt homines

Nolentes. Nolentes ergo etiam iniuſti ſunt. Apparet. Iniuſti uero praui ſunt. Etiam. Nolentes ergo praui & iniuſti ſunt. Maximè. Per iniuſtũ aũt iniuſta faciunt. Etiam. Per inuoluntariũ ergo. Maximè. Non equidẽ per inuoluntariũ fit uoluntariũ. Nõ ſanè. Per iniuſtũ uero fit iniuſtitia. Etiã. Iniuſtũ aũt inuoluntariũ eſt. Inuoluntarium. Nolentes ergo iniuſta faciunt, & iniuſti ſunt, & praui. Nolentes certè, ut apparet. Non ergo mentitus eſt poeta. Non uidetur.

PLATONI ADSCRIPTVS DIALOGVS SPVRIVS, DE VIRTVTE, AN DOCERI POSSIT.

Iano Cornario interprete.

NVM doceri poteſt uirtus, aut doceri nequit, ſed natura boni fiunt uiri, aut alio quodã modo? Non poſſum dicere in præſentia ó Socrates. At ſic hoc ipſum cõſideremus. Age ſi quis hac uirtute præſtans fieri uelit, qua prę ſtantes ſunt ſapiẽtes coci, unde ipſi hoc cõtingere poſſet? Nimirũ ſi à præſtantibus cocis diſceret. Quid uero ſi præſtãs medicus fieri uellet, ad quẽ profectus præſtans Medicus fieri poſſet? Nimirũ ad præſtantẽ aliquẽ Medicũ. Si uero in ea uirtute præſtãs fieri uelit, qua ſapientes ſunt fabri lignarij? Ad fabrũ lignariũ. Si uero hac uirtute præſtãs fieri uelit, qua uiri boni & ſapiẽtes, quo profectũ diſcere oporteꝛ? Arbitror equidẽ & hanc, ſiquidẽ diſci poteſt, à bonis uiris diſcere oportere: Vnde eñ aliunde? Age itaq; qui nobis uiri boni & prę ſtãtes fuerunt? ut cõſideremus an hi ſint qui bonos faciũt, Thucydides, Themiſtocles, Ariſtides, & Pericles. Horũ igit uniuſcuiuſq; doctorẽ dicere poſſumus? Nõ poſſumus: neq; enim dicit. Quid uero diſcipulũ? aut aliquẽ externũ, aut ciuẽ, aut aliũ liberũ, aut ſeruum, quicunq; celebris eſt, ut per horũ conſuetudinẽ ſapiẽs & bonus eua ſerit? Neq; hoc dicitur. At num inuidebant alijs hominibus uirtutem impertiri? Fortaſſis. Num ut ne æmuli ipſis fierent, quemadmodum coci & Medici & fabri lignarij ſentiunt? Non enim conducit ipſis multos artis æmulos fieri, neq; inter multos ipſis ſimiles habitare. Num etiam ſic uiris bonis non conducit inter ſimiles ipſis habitare? Fortaſſis. Nónne ijdem boni ſunt & iuſti? Etiam. Eſt igitur quis cui conducit, non inter bonos uiros habitare, ſed inter malos? Non poſſum dicere. Num igitur neq; hoc dicere potes, utrũ bonorum quidem opus eſt lædere, malorũ uero prodeſſe, aut cõtrà? Contrà. Boni ergo proſunt, mali lædunt. Etiam. Eſt igitur qui malit lædi

Diſce ſed à doctis

Æmulatio inter artifices

lædi, quàm utilitatẽ capere? Non admodum. Nemo ergo uult inter malos potius habitare, q̃ inter bonos. Ita eſt. Nullus ergo bonus uir inuidet alteri, ut bonũ & ſimilẽ ſibijpſi faciat. Non ſanè apparet ex ſermone. Audiuiſti igitur Themiſtocli fuiſſe filium Cleophantum? Audiui. Nónne neq; filio inuidiſſet Themiſtocles ut optimus factus eſſet, qui ſanè nulli alij inuidebat, ſiquidem bonus erat. Erat aũt ut diximus? Etiam. Noſti igitur quòd Themiſtocles filiũ ſuũ docuit equitẽ ſapientẽ ac bonũ eſſe: Conſcenſo itaq; equo erectus in eo ſtabat, & ab equis erectus iaculabatur, & alia multa ac admiranda perpetrabat: ſed & in alijs multis ipſum edocuit, ac ſapientem fecit, in quibus præſtantibus magiſtris inhærebat: aut hæc ex ſenioribus non audiuiſti? Audiui. Non ergo naturam filij ipſius accuſare quis poterit malam fuiſſe. Non equidem iuſtè, ex his quæ tu dicis. Quòd uero Cleophantus Themiſtoclis filius, uir bonus & ſapiens fuerit, in his in quibus pater ipſius ſapiens erat, hoc ne iam à iuniore aut ſeniore aliquo audiuiſti? Non audiui. Num igitur hæc quidem putamus ipſum uoluiſſe filium ſuum docere, in qua uero ſapientia ipſe ſapiens erat, nihilo meliorẽ ipſum ullo uicino facere, ſi quidem doceri uirtus poſſet? Nequaquàm ueriſimile eſt. Hic itaq; talis tibi uirtutis doctor eſt, de quo dixiſti: Alium uero conſideremus Ariſtiden, qui educauit quidem Lyſimachum, & erudiuit optimè omnium Athenienſium, in his quibus magiſtris adhærebat: ſed uirum nullo meliorem fecit. Hunc enim & tu, et ego uidimus, & cum ipſo conuerſati ſumus. Etiam. Noſti igitur quòd Pericles rurſus educauit Paralum & Xanthippum, quorum alterum tu etiam amaſſe mihi uideris. Hos tamen uelut etiam tu noſti, docuit quidem ut equites eſſent nullo Athenienſium deteriores, In Muſica quoq; ac reliqua palæſtra, alijſq; ſtudijs, quæ arte docentur erudiuit, ut nullo deteriores eſſent: Bonos autem uiros facere non uolebat? At fortaſſis facti eſſent ô Socrates, ſi non iuuenes mortui eſſent. Tu quidem meritò opitularis amato tibi. Pericles autem illos, ſi uirtus doceri poſſet, et bonos ipſos facere potuiſſet, multò prius in ſua uirtute ſapientes feciſſet, quàm in Muſica & Palæſtra, ſed doceri non poterat. Nam Thucydides quoq; rurſus duos filios educauit, Meleſiam & Stephanum, de quibus tu dicere non potes ea quæ de Periclis filijs dixiſti. Horum enim alterum etiam tu noſti ad ſenectam uſque uixiſſe, alterum admodum diu. Sed & hos pater in alijs probè erudiuit, & optimi omnium Athenienſium luctatores fuerunt: alterum enim Xanthię tradidit, alterum Eudoro: Hi uero tunc omnium optimè luctari putabantur. Etiam. Nónne hic nũquam feciſſet ut hæc quidem filios ſuos docuiſſet, in quæ ſumptum ad docẽdum facere oportebat: in quod uero nihil ſumptuum facere oportebat, ut bonos, præclaros & eximiæ prudentiæ homines & uiros faceret, hoc non docuiſſet, ſi doceri potuiſſet? Veriſimile eſt. At fortaſſis Thucydides uilis erat? At nónne habebat amicos plurimos Athenienſes & de auxiliarijs? & erat ex magna familia, & magnæ potentiæ tum in ciuitate, tum inter alios græcos? Quare ſi hoc doceri potuiſſet, reperiſſet aliquem qui ipſi filios bonos effeciſſet, aut ex indigenis, aut de externis, ſi ipſe ociũ non habebat ob reipublicæ curam. At enim ô amice, uirtus doceri non poterat. Nõ fortaſſis. At uero ſi doceri non poteſt, num natura proueniunt boni? & iſtud hoc modo conſiderantes fortaſſis reperiemus. Age enim. Sunt nobis naturæ equorum bonorũ? Sunt. Nónne ſunt homines quidam qui artem tenent, qua bonorum equorum naturas cognoſcunt, & ſecundum corpus ad curſum, & ſecundum animam, tũ qui animi cõcitati, tum qui delecti ſunt animi? Etiam. Quæ igitur hæc ars eſt? habẽtne nomen aliquod? Equeſtris. Nónne etiam circa canes eodem modo quædam ars eſt, qua bonas & malas canum naturas diſcernunt? Eſt. Quæ hæc? Venatoria. Atqui & circa aurum & argentum ſunt nobis examinatores, qui ex aſpectu iudicant, & quod melius eſt, & quod deterius? Sunt. Quomodo igitur hos uocas? Argentarios. Sed & pædotribæ ſpectando cognoſcunt corporum humanorum naturas, quæ cõmodæ, & quę ſecus ad ſingulos labores: & quę tum ſeniorum, tum iuniorũ corpora, ad exiſtimationẽ aliquã deuẽtura ſunt, & in quibus magna ſpes eſt, fore ut probè perficiãt opera, quæ ad corpus ſpectãt. Eſt ita. Vtrũ igitur magis expetendi ſunt ciuitatibus equi & canes boni, & alia huiuſmodi, aut uiri boni? Viri boni. Quid igitur putas, ſi hominũ naturæ ad uirtutem bonæ eſſent, non omnia homines molitos fuiſſe, ut ipſas cognoſcerent?

Inuidia nõ eſt inter bonos

Virtus doceri non poteſt

Boni an ex natura ſint

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognoscerent? Verisimile est. Potésne igitur aliquam artem dicere, quæ sit in bono rum uirorum naturis illustris demonstrata, ut ipsas iudicare possit? Non possum. Et tamen plurimi æstimanda esset ipsa, & qui ipsam haberent. Hi enim ostenderent nobis iuuenes qui boni futuri essent, dum adhuc pueri essent, quos assumptos nos custodiremus in arce publicè uelut argentum, & magis etiam aliquantò, ut ne quid mali ipsis accideret, neq; in pugna, neq; in alio ullo periculo, sed repositi essent ciuitati seruatores & benefactores, postquàm ad ętatem peruenissent. Quare sequitur neq; natura, neq; disciplina, uirtutem hominibus contingere. Quomodo igitur tibi ô Socrates fieri uidentur, si neq; natura, neq; disciplina fiunt? quonam alio modo boni fieri poterint? Arbitror equidem non facilè hoc ipsum declarari posse. Coniecto sanè diuinā quandā maximè rem esse, & fieri bonos quemadmodum diuini uates, siūt & qui oracula edūt. Hi enim neq; natura tales fiunt, neq; arte, sed ex deorum inspiratione siūt, & tales sunt. Sic uero etiam boni uiri ciuitatibus subinde euentura & quæ futura sunt dicunt, ex dei inspiratione multò magis & euidentius quàm ulli fatidici uates. Nam & mulieres dicere solent, diuinus uir hic est: & Lacedæmonij quum aliquem magnificè laudant, diuinū uirum esse dicunt. Multis uero locis etiam Homerus eodem hoc utitur, itemq; alij Poetæ. Et quum Deus beneficio afficere uult ciuitatem, bonos uiros in ipsam inducit. Quum uero afflictio aliqua imminet ciuitati, deus bonos uiros ex hac ciuitate eximit. Sic neque doceri posse uidetur uirtus, neque natura contingere, sed ex diuina sorte acquirentibus accedit.

Virtus neque natura, neque disciplina contingit

PLATONI ADSCRIPTVS DIALOGVS SPVRIVS, DEMODOCVS, SIVE DE CONSILIO DANDO.

Iano Cornario interprete.



V quidem iubes me ô Demodoce, ut consilium uobis dem in his rebus, de quibus consultaturi conuenistis. Mihi uero in mentem uenit ut considerem, quid'nam conuentus uester, & eorum qui consiliū uobis dare se putāt promptitudo, & quod quisq; uestrū ferre cogitat suffragiū possit. Equidē si nō est rectè & peritè consiliū dare in his rebus, de quibus consultaturi conuenistis, quomodo non ridiculum est consultaturos conuenire, de quibus rectè consilium dare non est? At uero si quidem est rectè & peritè de talibus consilium dare, Scientia uero à qua est rectè cōsulere, de his nulla est, quomodo non absurdum est? Si uero est aliqua scientia, à qua contingit de talib. rectè consilium dare, nónne necesse est etiam scientes aliquos esse, ut rectè de talibus consiliū dent? Quū aūt sint aliqui qui sciunt consiliū dare in his rebus, de quibus cōsultaturi cōueniſtis, nónne necesse est etiā uos aut scire de his cōsiliū dare, aut nō scire? aut aliquos ē uobis scire, aliquos nō scire? Si igitur omnes scitis, quid amplius uos cōsultaturos conuenire opus est? Quisq; enim uestrū consiliū dare potest. Si uero rursus omnes nō scitis, quomodo cōsultare poteritis? aut quod uobis huius conuentus operæpretium fuerit, quum consultare non possitis? Si uero aliqui sciūt, aliqui uestrum nō sciūt, hi uero consilio opus habent, si sanè possibile est consiliū dare prudentē uirū imperitis, satis certè est etiam unus ad consilium dandum non scientibus uobis: Aut non eadem omnes scientes consulunt? Quare conueniebat ut uos audito hoc discederetis: Nunc autem hoc non facitis, sed multos consilia dantes audire uultis. Non enim putatis scire eos qui uobis consiliū dare conātur, de his rebus de quibus cōsulunt. Si enim scire putaretis eos qui uobis consiliū dāt, unus solus auditus sufficeret uobis. Cōuenire igit uos, audituros eos qui nō sciūt, uelut qui aliquid operæ precij faciatis, quomodo nō absurdū est? Et de cōuentu quidē uestro hoc modo ambigo. Verū de prōptitudine eorū qui consiliū uobis dare se putāt, illud ambiguū est. Si enim nō eadē consulūt qui de ijsdem cōsilia dāt, quomodo omnes rectè cōsuluerint, nō cōsulētes ea quæ rectè cōsulēs cōsulit? Aut quomodo nō absurda fuerit promptitudo eorū qui ad consulendū prōpti sunt, de

Consulentium multitudo damnata

Consulentium promptitudo damnata

de his quorum imperiti sunt. Si enim periti sunt, non cupient cōsilium dare non rectè. Si uero rursus eadē consulunt, quid opus est ipsos omnes consiliū dare? Vnus enim ex ipsis eadem consulens satis erit. Talia igitur expetere, quæ nullum operæ precium afferunt, quomodo nō ridiculū est? Neq; igitur imperitorū prōptitudo nō absurda esse poterit, quū talis sit: neq; prudētes talia expetiuerint, ut qui sciāt unū aliquē ex ipsis idem facere posse, si ut cōuenit cōsulit. Quare inuenire nō possum, quomodo nō ridicula sit promptitudo eorū qui consiliū uobis dare se putāt. At uero de suffragio quod ferre cogitatis, quid possit maximè ambigo. Vtrū enim eos qui cōsilium dare sciunt iudicatis? At nō plures uno consilium dabūt, neq; aliter atq; aliter de eodem. Quare de his suffragiū uos ferre nō erit opus. At imperitos & eos qui non ut oportet consiliū dant iudicatis? aut talibus uelut insanis, permittere ut consiliū dent nō conuenit? Si uero neq; peritos, neq; imperitos iudicabitis, quos omnino iudicatis? Quid uero omnino aliosuobis consiliū dare opus est, si quidē talia satis iudicare potestis? Si uero nō satis iudicare potestis, quid possunt uobis suffragiari? Aut quomodo non ridiculum est, conuenire quidē uos consilium daturos, uelut qui consilio opus habeatis, quū etiam ipsi ad hoc præstandum non sufficiatis: Vbi uero congregati estis, putare uos suffragia ferre ac decernere oportere, uelut qui satis iudicare possitis? Neq; enim dum singuli seorsum estis, non scitis: congregati uero prudentes euaditis: Neq; rursus priuatim quidem ambigitis, cōgregati uero in idem, non amplius ambigitis, sed satis cōtueri potestis quæ uobis facienda sunt, & hoc à nemine docti, neq; ipsi inuentores, quod omnium præstantissimum est. Non enim quum non contueri possitis ea quæ facienda sunt, ad iudicandum idonei eritis eum qui de his uobis rectè consulit: Neq; rursus hoc dicet is qui unus est & uobis cōsilium dat, ita se docturum esse uos quę uobis facienda sunt, & iudicaturum eos qui male aut secus uobis consulunt, in breui adeò tempore, & quidem quum tot sitis. Hoc aūt non minus illo mirum uideri debet. Si uero neq; conuentus, neq; is qui uobis consulit, idoneos uos ad iudicandum facit, quis usus est uobis suffragiorum? Aut quomodo nō aduersatur conuentus uester suffragijs, & suffragia cōsulentium uobis promptitudini? Conuentus enim uester est, uelut eorum qui idonei non sunt, sed consiliarijs indigent. Suffragia uero feruntur, uelut non consiliarijs indigeatis, sed & iudicare & consilium dare possitis. Et promptitudo quidem eorum qui uobis consulunt, est uelut eorum qui sciant: Suffragia uero à uobis feruntur, uelut hi qui consulunt non sciāt. Et si quis uos q suffragia tulistis, & eū qui uobis cōsuluit, interroget de his, de quibus suffragia tulistis: Num nouistis quòd hoc ita fiet, cuius gratia facere cogitatis ea quæ suffragijs decreuistis? non arbitror uos affirmaturos esse: Quid uero si fieret hoc, cuius gratia facere cogitatis, nouistis quòd hoc uobis conducet? Neq; hoc affirmaturos uos esse puto, neq; eū qui uobis consilium dedit. Si uero quis insuper interroget, Num aliquem hominem horum quid nosse putatis? neq; hoc concessuros uos esse puto. Quum igitur ea de quibus consilium datis eiusmodi sint, ut uobis ipsis clara non sint: & qui decernunt, & qui consulūt, imperiti sint, meritò etiam uobis accidere dicetis, ut & sæpe ipsis diffidatis, & pœnitentia ducamini, tum ob ea de quibus consilium dederint, tum ob ea de quibus suffragia tulerint. At bonis talia accidere minimè conuenit. Sciūt enim & qualia sunt de quibus consulunt, & quòd neq; ipsi, neq; ab ipsis persuasi unquàm pœnitētia ducētur. De talibus itaq; ego mente præditos consilia dare cupere putabam, & non de his de quibus me consilium dare iubes. Ab illorum enim consilijs tandē contingit felicitas: ab horum uero nugis infortunium est. Porrò adfui aliquando uiro cuidam admonenti amicū suū, eo quòd accusanti fidem habuisset, non audito eo qui se defendere debebat, sed solum accusatore. Dicebat igitur indignam rē ipsum facere, quòd hominē condemnaret, quū neq; ipse adfuisset, neq; amicos qui adfuissent audiuisset, quibus dicentibus ipsum credere par erat: neq; rursus ambobus auditis, ita temerè accusatori fidē habuisset: Iustū aūt esse ut etiā defendentē se audiat, uelut accusantē, antea q̄ laudaret, aut reprehēderet. Quomodo.n. quis aut causam rectè iudicare, aut homines ritè, pbare poterit, nō auditis ambob. aduersarijs? Sermones.n. ex cōparatione inter se, uelut purpurā et aurū, melius discerni. Aut qua de causa, uel ambobus aduersarijs tēpus differt, uel iudicib. iusiurandum offertur, ut similiter ambos audiant, si non legislator putauit ita iustius & melius

Conuentus, cōsilia, suffragia inter se contraria

Suffragiorum decreta damnata

Aduersarij ambo audiendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

melius causas à iudicibus iudicari. Tu uero uideris mihi neq; hoc quod à multis uulgo fertur audiuisse. Quod istud inquit ille?

Nec Iudex causæ sis, non si audiueris ambos.

& quidem non ita circumferretur hoc, si non rectè diceretur, & uelut cõuenit. Proinde cõsulo tibi inquit, ut de cætero non ita temere homines neq; repræhẽdas, neq; laudes. At alter ille absurdum sibi uideri inquit, si unum quidẽ dicentẽ cognoscere nõ posset, duos aũt dicentes cognoscere posset: & ab eo quidem qui uera diceret, cognoscere nõ posset, ab hoc ipso uero & alio mẽtiente doceri posset: & si unus quidẽ rectè & uera dicens, ea quæ dicit declarare nõ possit, duo uero quorũ alter mẽtietur, & nõ rectè dicet, declarare possint hoc quod rectè dicẽs declarare nõ poterat. Ambigo uero inquit, etiã quomodo tandẽ illud mõstrabunt, utrũ tacentes, aut dicẽtes: Si enim tacẽtes declarabunt, neutro opus fuerit, nedũ ambobus, ut ipsos audiamus: Si uero dicentes ambo declarabunt, ambo uero secundũ nullũ modũ dicunt: Ex parte enim utrũq; dicere uolũt: quomodo fieri potest ut ambo simul declarẽt? Si eñ simul ambo declarãt, & tũc simul dicũt, hoc nõ permittũt. Quare de cætero, siquidẽ dicẽtes declarãt, uterq; dicẽdo declarabit, & quando dicet uterq;, tunc etiã uterq; declarabit. Itaq; dicet alter prior, alter posterior: & declarabit alter prior, alter posterior. Quanquàm si idẽ ex parte utriq; declarabunt, quid opus est audire posteriorẽ? Ex eo enim qui prius dixit, iã manifestũ erit. Illud uero inquit, si ambo declarabunt, quomodo nõ etiã alter ipsorũ declarabit? Quod enim alter non declarabit, hoc ambo quomodo declarare poterint? Si uero uterq; declarabit, manifestũ est quòd qui prior dicet, etiam prior declarabit. Quare ut qui illũ solum audiuit, nõ quodammodo cognoscat, fieri nõ potest. Ego itaq; quũ ipsos audirem, ambigebã, & iudicare nõ poterã. Alij enim prẽsentes dicebãt primũ uera dicere. Tu igitur si quid habes, me in his adiuues, utrum uno dicente cognosci potest quid dicat, aut cõtradicente opus est, si quis cognoscere debet an rectè dicat: aut ambos audire necessariũ nõ est: aut quomodo cẽses? Nuper accusabat quis hominẽ quendã, quòd ei pecuniã mutuò dare nõ uoluisset, neq; credere: & ille quẽ accusabat, se defendebat. Verum alius quidã ex præsentibus interrogabat accusatorẽ, utrũ is quidẽ qui ipsi nõ credidisset, neq; pecuniã mutuò dedisset, peccasset, Tu uero inquit, qui nõ persuasisti ipsi ut tibi mutuo daret non peccasti? hic uero quid peccaui dixit? Vter uero inquit ille, peccare tibi uidetur, qui nõ assequitur ea quæ uoluit, aut qui assequitur? Qui non assequitur dixit. Nónne tu quidẽ inquit, nõ assequutus es, quũ mutuo accipere uelles: ille uero quũ nõ amittere uellet, assequutus est? Etiam dixit, at ego quid peccaui, si ille mihi non dedit? Si quidẽ petebas ab ipso inquit, ea quibus nõ opus erat, quomodo te non peccasse putas? ille uero qui nõ amisit, rectè fecit: Si uero ea quibus opus erat ab ipso petebas, hæc non assequutus yuomodo nõ necessariò peccasti? Fortassis dixit, at ille quomodo nõ peccauit, qui mihi nõ credidit? Nunquid inquit, si cum ipso colloquutus esses uelut conuenit, nihil omnino peccasses? Non equidẽ. Nunc aũt nõ uelut cõuenit cũ ipso colloquutus es. Ita uideor dixit. Si igitur te nõ cũ ipso prout cõuenit agente, non persuasus est, quomodo iustè ipsum accusare poteris? Nõ possum dicere. Neq; dicere potes q; male utẽtibus attendendũ non est? Imò ualdè dixit hoc possum. At nónne hi inquit, qui nõ prout cõuenit colloquũtur, male uti tibi uidentẽ? Mihi sanè dixit.

Accusatio eius qui mutuò non dedit pecuniã

Quid igitur peccauit, si tibi male utẽti nõ attẽdit? Nihil ut apparet dixit. Quid igitur tandẽ inquit, homines ob talia alter alterũ accusant? & his quidẽ qui ab ipsis persuasi nõ sunt, eo quòd persuasi non sunt, succensent: sibiipsis aũt eo quòd non persuaserũt nihil omnino imputãt? Et alius quidam qui adesset, quum quis inquit, aliquo bene usus fuerit, & opem eius senserit, deinde similiter ipso uti cupiẽs, hoc nõ assequutus fuerit, quomodo non meritò talis succẽsuerit? Nónne inquit, is quem similiter ipso uti cupit, aut bene ipso uti potest, aut nõ potest? Et si quidẽ nõ potest, quomodo rectè cupiuerit, dum cupit ab ipso id quod non potest? Si uero potest, quomodo tali homini non persuasit? aut quomodo talia dicẽtes rectè dicũt? At per Iouẽ ob hoc accusare oportet inquit, quo & hic de cætero melius ipso utatur, & alij amici, postquàm accusantem ipsum audiuerunt. Melius usuros esse inquit putas aliquos, dũ audiunt recténe dicentẽ et cupientẽ, aut peccantẽ? Rectè dicentẽ inquit. At ille nõ rectè cupere tibiuidebat?

Etiam

Etiam inquit. Quomodo igitur ob talia accusantem audientes, melius ipso utentur? Nullo modo inquit. Qua igitur de causa quis ob talia accusat? Inuenire se nõ posse dixit. Quidam accusabat hominis stoliditatem, quòd citò & quibusuis hominibus qui aliquid dicerent, crederet. Ciuibus enim & familiaribus ubi aliquid dicunt, credere par est: Talibus autem hominibus, quos neq; uidit, neq; audiuit prius, credere, & hoc non ignorantem, plurimos homines esse temerarios & improbos, stoliditatis signum nõ paruum esse. Et ex præsentibus quidam dixit, Ego uero putabam te etiam eum qui citò quemuis perciperet, multò pluris faciendum putare, magis quàm eum qui tardè. Equidem puto dixit ille. Quid igitur accusas inquit, si citò etiam quibusuis uera dicentibus credit? At non ob hoc accuso inquit, sed quòd citò falsa dicentibus credit. Si uero in longiore tempore, & non quibusuis crederet, & conquereretur, non'ne magis ipsum accusares? Ego sanè dixit. Num eo quòd tardè, & nõ quibusuis credit? Per Iouem nõ ideo dixit. Non.n. arbitror inquit, te rem dignã esse putare, ut ob eam hominẽ accuses, sed eo quòd non credenda dicentibus credit. Est ita dixit. Vtrum igitur inquit, eo quòd tardè & non quibusuis credit, non dignam rem esse putas ipsum accusare: Verùm eo quòd citò & quibusuis credit, ideò dignam? Non sanè ego dixit. Quid igitur inquit, accusas ipsum? Eo quòd peccat qui antea quàm cõsideret, citò quibusuis credit. At si tardè credidisset, antea quàm cõsiderasset, non peccasset? Non per Iouem dixit, sed etiam sic non minus peccasset: Verùm non quibusuis credere oportere arbitror. Si uero non quibusuis credere oportere putas inquit, at ignoris quomodo citò credere conuenit? sed putas prius oportere considerare, an uera dicant. Ego sanè dixit. Nam si familiares inquit, & cognati sunt, non oportet considerare an uera dicant. Ego quidem assentior, inquit. Fortassis autem & horum aliqui inquit, non credenda dicunt. Et ualdè dixit. Quid igitur magis inquit, cognatis & familiaribus credere par est, quàm quibusuis? Non possum dicere inquit. Quid uero si nõ magis familiaribus credere oportet, quàm quibusuis, non'ne infidos ipsos magis putare oportet, quàm quibusuis? Quomodo enim non inquit? Si igitur his quidem familiares fuerint, illis autem ignoti, quomodo non oportebit eosdem magis fidos putare? Non enim similiter fidos ipsos putare oportet, familiares & ignotos uelut dicis. Non placet mihi dixit. Similiter autem inquit, & quæ ab ipsis dicuntur, alij quidem credunt, alij uero non credenda ducunt, & neutri ipsorum peccabunt. Absurdum & hoc est, dixit. Deinde si eadem dicunt, inquit, familiares & quiuis, quomodo non similiter ea quæ dicuntur, firma fuerint, aut nõ credenda? Necesse est dixit. Non'ne etiam dicentibus ipsa, similiter credendum est dicentibus ipsa? Probabile est dixit. Eadem igitur dicentibus ipsis, ambigebam quibus'nam credere oporteret, & quibus non: & utrum fidis & scientibus ea quæ dicunt, aut cognatis & familiaribus. De his igitur quomodo tu censes?

Credentium citò quibusuis accusatio

Credendũ quibus magis sit

PLATONI ADSCRIPTVS DIALOGVS SPVRIVS, SISYPHVS, SIVE DE CONSVLTANDO.

Iano Cornario interprete.

DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. SISYPHVS.

NOS uero etiã heri te multo tempore expectauimus, ô Sisyphe, dum Stratonicus specimen sui edere uellet, quo unà nobiscũ sapientem uirum audires, qui & multas & præclaras res, tum sermone, tum re ipsa ostendebat: & quia te nõ amplius affuturũ esse putabamus, ipsi iam uirum audiuimus. SISY. Etiam per Iouem. Negociũ enim quoddã mihi erat magis necessariũ, ut id negligendũ mihi non esset. Magistratus enim nostri cõsultabant heri. Itaq; consiliũ dare me ipsis cogebant. Nobis autem Pharsalijs etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

salijs etiam lex est, ut magistratibus pareamus, si quem è nobis consiliũ ipsis dare iusserint. SOC. At præclarũ est & legi parere, & in ea apud ciues existimatione esse, uelut qui bonum consiliũ dare possit: uelut & tu in existimatione es, q consilio præstas unus ex Pharsalijs. At ego, ô Sisyphe, non de bene consultando sermones ad te habere possum, ut qui & multi ocij, & longi temporis rem esse putem: sed de ipso consultando quid sit, disputare tecum audeam. Num igitur potes mihi dicere, ipsum cõsultare quid'nam sit, non bene aut malè aut rectè quodãmodo, sed ipsum solum cõsultare quale quid sit? aut etiam admodum facile potes, ut qui adeò consilio præstes? At nunquid curiositas quædam mea hæc est, q de hoc te interrogo? SIS. Num uero tibi ignotũ est, quid sit consultare? SOC. Mihi certè ô Sisyphe, si sanè aliud quid est, q̃ ut quis qui nõ nouit de his quę facere oportet, diuinet & excogitet, & secundũ eadem coniectet, & quicquid assequutus fuerit, dicat: Quemadmodũ etiam homines qui par impar ludunt, cùm nihil de paribus & imparibus sciant, quæ ipsi in manibus habent, assequuntur tamen, & de ipsis uera dicunt. Sæpe igitur tale quid etiam consultare est, ut quis de his de quibus consultat, nihil sciat, sed fortuitò sententia prolata, uera assequatur. Si quidem igitur tale est, intelligo sanè quale quid sit consultare: Si uero tale non est, nondũ ipsum noui. SIS. Non ita que tale est, quale est nihil omninò scire: sed quale est, partim iam aliquid de re scire, partim nondum nosse. SOC. Num tale quid per Iouem consultare dicis? Nam ipse uelut diuinare mihi uideor sententiã tuam de bene consultando, nimirum quærere aliquem, ut quæ optima factu sunt, sibijpsi inueniat, nondum uero clare sciat, sed uelut in intelligentia quadam hoc sit. Non'ne sic quodammodo dicis? SIS. Ego sanè. SOC. Vtrum uero quærunt homines eas res quas sciunt: aut etiam eas quas nesciũt? SIS. Ambas. SOCR. Non'ne & quodãmodo dicis, quòd ambo quærũt homines, & ea quæ sciunt, & ea quæ nesciunt, ut sit simile, uelut si quis Callistratũ quidem nosset, quis esset Callistratus, non tamen nosset comperire ubi esset, nõ quis esset Callistratus. Non'ne sic quodammodo dicis esse, ambo quærere? SIS. Ego sanè. SOC. Non'ne illud quidem nõ quæsiuerit, Callistratum nosse, qui nouit? SIS. Nõ equidem. SOC. Vbi uero sit, ipsum quæret. SIS. Mihi ita uidetur. SOC. Nõ'ne q̃ hoc quæreret, ubi ipsum inuenire posset, si nosset, sed statim comperiret? SIS. Etiam. SOC. Nõ ergo hæc quærunt homines quæ sciunt, sed quæ non sciunt, uelut apparet. Si uero hic sermo contentiosus esse tibi uidetur ô Sisyphe, & non rei gratia, sed disputandi solum causa proferri, considera etiam sic, an ita se habere uideatur, quemadmodũ nunc dicitur. Nũquid enim in Geometria hoc fieri nosti, ignorari à Geometris diametrum, num an diameter sit, aut nõ: Neq enim quæritur hoc ab ipsis ut inueniat: sed quantus sit mensura ad latera locorum quæ secat. Non'ne hoc est quod de ipso quæritur? SIS. Mihi ita uidetur. SOC. Quod etiam ignorat? Nunquid? SI. Maximè. SOC. Quid uero non nosti q à Geometris quærit, quanta sit cubi duplicatio, ut ratione inueniat: ipse uero cubus non quæritur ab ipsis, an cubus sit, aut non, sed hoc sciunt. Nunquid? SIS. Etiam. SOC. Non'ne etiam de aere Anaxagorã & Empedoclem & alios omnes de sublimibus rebus curiosos, quærere nosti, an infinitus sit, aut finem habeat? SIS. Etiam. SOC. Sed non illud an aer sit. Nunquid? SIS. Non equidẽ. SOC. Concesseris igitur mihi etiam in alijs omnibus ita se habere, q nemo de ulla re quærat an sit, quam nouit, sed magis de ea quã non nouit? SIS. Ego sanè. SOC. Non'ne etiam consultare hoc nobis esse uidebat, nimirũ quærere aliquẽ, & quæ optima factu sunt inueniat, in his ipsis quibus opus habet? SIS. Etiam. SOC. Quærere aũt erat consultare de rebus, Nunquid? SIS. Maximè. SOC. Non'ne iam nobis considerandũ est, quid quærentibus obstet, quo minus inueniant ea de quibus inquisitionem faciunt? SIS. Mihi ita uidetur. SOC. Nunquid aliud quid dixerimus ipsis obstare, quam ignorantiam? Consideremus itaq diligenter, omnem quod dicit rudentem mouentes, & omnẽ uocem emittentes. Vide uero unà mecũ hoc. Num fieri posse putas, ut homo de Musica consulret, qui non scit de Musica, neq quõ cithara pulsanda sit, neq quomodo aliud quid ex his quæ ad Musicam pertinent, faciendũ? SIS. Nõ ego. Quid uero de imperio militari, aut arte gubernatoria, putas'ne eum qui neutrã harum artium nouit, cõsultare quid posse, de alterutra ex his, quid ipsi faciendũ sit, an militandum aut gubernandũ ipsi ignoranti quid sit, tum exercitũ ducere, tum gubernare. SIS. Nõ. SOC. Num etiam de alijs omnib. rem ita

Consultare quid sit

Ludere par, impar

Inuentionis obstaculum ignorantia

se habere

Spurij

se habere censes, ut de quibus quis non scit, de ipsis nec scire, neque consultare possit qui non scit. SIS. Ego certè. SOC. Sed quærere de his quæ quis non scit potest. Nunquid? SIS. Maximè. SOC. Quærere ergo non idem amplius fuerit quod cõsultare. SIS. Quomodo istud? SOC. Quoniã quærere quidem in his est quæ quis non scit: Consultare uero fieri non posse uidetur ab homine circa ea quæ quis non sciat. Aut non ita dictũ est? SIS. Maximè. SOC. Non'ne uos heri quærebatis, ut optima ciuitati inueniretis, non autem nouistis ipsa? Si enim nouissetis, nõ amplius sanè ipsa quæsiuissetis: quemadmodum neq aliud quicq̃ ex his quæ scimus, quærimus. Nunquid? SIS. Non equidẽ. SOC. Num igitur tibi uidetur, ô Sisyphe, quærere aut discere oportere, si quis non sciat? SIS. Discere sanè per Iouem. SOC. Rectè tibi uidetur. At num ob hoc tibi uidetur discere potius oportere quàm quærere, q citius & facilius inuenerit quis, si à scientibus discat, q̃ si ipse non sciens quærat, aut ob aliud quid? SIS. Non, sed ob hoc ipsum. SOC. Quid igitur uos heri non neglecta consultatione, de his quæ nõ nouistis, & neglecta inquisitione quæ optima essent ciuitati transigendi, ab aliquo sciente discebatis, quomodo quæ optima essent, ciuitati transigere possetis? Sed uidemini mihi totam hesternam diem, & principes ciuitatis, & tu cum ipsis, per uos ipsos excogitantes & diuinantes de his quæ non nouistis, consedisse, neglecto eo ut disceretis. Fortassis autem dixeris hæc à me per ludum disputationis solum gratia ad te dici, & nõ seriò tibi demonstrata esse, uerùm tu nunc, ô Sisyphe, hoc per Iouem seriò considera: Si daretur consultare aliquid esse, & nõ quemadmodũ nunc nihil aliud reperitur, quàm scientia & cõiectura & excogitatio, ita ut nomine solum hoc præclariore utatur, & nulla alia re, num putas ipso alios ab alijs quid differre, ad hoc ut rectè cõsulrent, & bono consilio præstent: quemadmodũ etiam in alijs omnibus scientijs, alij ab alijs differunt, fabri à fabris, medici à medicis, tibicines à tibicinibus, & alij omnes opifices ipsi à seipsis differunt, uelut etiam hi in his artibus, num sic etiam in cõsultando, alios ab alijs differre putas? SIS. Ego certè puto. SOC. Dic itaq̃ mihi, non'ne omnes & qui bene consultant, & qui malè, de quibusdam quæ futura sunt, consultant? SIS. Maximè. SOC. Aliud igitur quid, q̃ quæ futura sunt, nondum sunt? SIS. Non equidẽ. SOC. Si enim essent, nõ adhuc futura essent, sed iam essent. Nunquid? SIS. Etiã. SOC. Non'ne si nõ quodãmodo sunt, sic neq facta sunt ea quę nõ sunt? SIS. Non sanè. SOC. Nõ'ne si nondum facta sunt, nondum naturam ullam habent? SI. Non equidẽ. SOC. Aliud igitur quid q̃ & qui bene consultant, & qui malè, omnes de rebus consultant, quæ neq sunt, neq facta sunt, neq naturã ullam habent, cùm de futuris consultent? SIS. Videntur sanè. SOC. Videtur igitur tibi fieri posse, ut quis id quod non est, bene aut malè assequatur? SIS. Quomodo hoc dicis? SOC. Ego tibi exponam id quod dicere uolo. Considera enim. Quomodo inter multos sagittarios, quis ex ipsis bonus aut malus sit, cognoscere posses? Aut hoc quidem difficile cognitu nõ est? Fortassis enim iusseris ipsos ad scopum aliquẽ sagittas emittere. Nunquid? SIS. Maximè. SOC. Non'ne etiam ei qui sæpe scopum recta ferit, uictoriã decernas? SIS. Ego certè. SOC. Si uero nullus scopus ipsis propositus esset sagittas emittendi, sed quisq̃ emitteret quomodo uellet, quomodo bene aut malè sagittas emittentẽ ex ipsis dinoscere posses? SIS. Nullo modo. SOC. Nõ'ne etiam ambigeres in bene aut malè consultantium dinotione, si nõ sciant de qua re consultent? SIS. Ego profectò. SOC. Nõ'ne si de futuris rebus consultant hi qui consultant, de his quæ non sunt, cõsultant? SIS. Maximè. SOC. Non'ne id quod non est, ut quis assequatur, fieri non potest? Quomodo enim tibi uidetur quis assequi posse id quod no est? SIS. Nequaq̃. SOC. Non'ne quando quidem fieri non potest, ut quis id quod non est assequatur, nemo etiam qui de his quæ non sunt, cõsultat, assequi poterit? Futura enim ex his sunt, quæ non sunt. Nunquid? SIS. Mihi sanè uidetur. SOC. Non'ne qui futura non assequitur, nemo hominum neq consilio præstans, neq consilio malus, amplius esse poterit? SIS. Non apparet. SOC. Neque etiam consilio præstantior, neq consilio deterior alter altero fuerit, si etiam nõ magis aut minus assequi id quod non est poterit. SIS. Non profectò. SOC. Ad quam igitur tandem rem respiciunt homines, qui quosdã consilio præstantes, quosdam consilio malos appellant? Non'ne res digna est, de qua etiam rursus aliquando ô Sisyphe, cogitemus?

Consultatio damnata

Consultatio est de futuris

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLATONI ADSCRIPTVS DIALOGVS SPVRIVS, ERYXIAS, SIVE DE DIVITIIS: AVT VT ALII HABENT, ERASISTRATVS.

Iano Cornario interprete.

Porticus Iouis liberatoris

DEAMBVLABAMVS in porticu Iouis liberatoris ego & Eryxias Stirienſis. Deinde acceſſerunt ad nos Critias, & Eraſiſtratus Phæacus Eraſiſtrati ex fratre nepos. Redierat autem recens tunc à Sicilia & iſtis locis Eraſiſtratus. Cùm autem acceſſiſſet, ſalue inquit, ô Socrates, et tu, in quam ego, quid enim præclari habes, quod nobis de Sicilia referas? Et ualdè inquit, uerum uultis primùm cõſideamus, feſſus enim ſum ex itinere heri à Megaris. Admodum ſi ita uidetur. Quid igitur uultis, inquit, primũ audire ex his quæ illic geruntur? Num de illis ipſis quid agant: aut quomodo erga ciuitatem noſtram affecti ſunt? Nam illi ita mihi erga nos affecti eſſe uidentur uelut ueſpę. Et enim ſi quis has paulatim irritãdo exacerbauerit, inexpugnabiles euadunt, donec quis ipſas ex inſidijs funditus deleat: Ita etiam Syracuſani, ſi quis non operæprecũ duxerit, ut cum magna claſſe illuc ueniat, non ſperandũ eſt illam ciuitatem unquam nobis ſubditam fore: à paruis autẽ his magis exacerbãtur, ita ut quàm maximè malignisſimi euadant. Miſerũt autẽ etiam nunc ad nos legatos, ut mihi quidem uidetur, quo aliqua fraude ciuitatem circũueniant. Dum uero ita nos colloqueremur, aderant iam Syracuſani legati. Dixit igitur Eraſiſtratus, oſtẽſo uno ex legatis, Hic equidem inquit, ô Socrates, ditiſſimus eſt omnium Siculorũ & Italorum. Quomodo uero non eſſet, inquit, cui ager tam multus eſt, ut facultatẽ habeat, ſi uelit, admodũ multam eius partem colendi: & hic quidem ager talis eſt, qualis nõ eſt alius inter Græcos. Inſuper uero etiam alia habet ad diuitias pertinentia omnia, ſeruos, equos, aurum & argentũ. Cùm autem ego uiderem ipſum altius prouehi, uelut qui per longum de hominis opulentia nugaturus eſſet, percunctabar, quid uero ô Eraſiſtrate, qualis uir eſſe uidetur in Sicilia? Hic inquit, omnium Siculorũ ac Italorũ & uidetur, & eſt, plus peſſimus q̃ ditiſſimus, adeò ut ſi aliquẽ Siculũ interrogare uelis, quem'nã peſſimum & ditiſſimũ eſſe putet, nemo alium dixerit q̃ hunc. Cùm autẽm putarem ipſum nõ de paruis uerba facturũ eſſe, ſed de his quæ maxima eſſe uidentur, tum de uirtute, tum de diuitijs, interrogabã, utrum opulẽtiorem hominem eſſe cenſeret, cui duo ſunt argenti talenta, aut cui ager precij duorum talentorum. Arbitror ego inquit, cum cui eſt ager. Non'ne inquã, iuxta eandem rationem etiam, ſi alicui ſunt ueſtes, pallia, aut ſtragula, aut etiã alia adhuc maioris precij, q̃ quanti ſunt, huic hoſpiti, hic fuerit opulentior? Aſſenſus eſt & hæc. Si uero quis daret tibi horum duorum electionẽ, utrum malles? Ego inquit, mallem id quod plurimi precij eſt. Vtro uero modo putares te ditiorẽ eſſe? Hoc. Nunc ergo apparet hic nobis ditiſſimus eſſe, qui res plurimi precij poſſidet. Etiam inquit. Non'ne inquã, ſanis ægrotis ditiores fuerint, ſiquidẽ ſanitas res eſt maioris precij, quàm ægroti opes? Nemo enim eſt qui non præferat ſanitatem, cum modici argenti poſſeſſione, Magni regis opibus cum ægritudine: nimirum maioris precij rem eſſe putans ſanitatem. Nunquam enim præferret, ſi non potiorem opibus eſſe duceret. Non profectò. Nõ'ne etiam ſi quid aliud uideretur maioris precij quàm ſanitas, qui hoc poſſidet hic opulẽtiſſimus fuerit? Etiã. Si uero quis nunc ad nos accederet, & interrogaret, ô Socrates & Eryxia & Eraſiſtrate, poteſtis'ne mihi dicere, quæ plurimi precij homini res ſit? Nõ'ne hæc quã adeptus homo, optimè de hac ſtatuat, quomodo ualdè optimè & ipſe ſuas, & amicorum res agat? Quamnã hanc eſſe diceremus? Mihi quidem uidetur, ô Socrates, felicitas plurimi precij res homini eſſe. Et nõ malè inquam ego, num uero hos homines felicisſimos eſſe putabimus, qui maximè felici ſucceſſu degunt. Mihi quidem uidẽtur. Non'ne hi optimo ſucceſſu degunt, qui minimum delinquũt, tum circa ſeipſos, tum circa alios homines, plurimum uero rectè agunt? Maximè. Non'ne qui mala & bona ſciunt, & quæ facienda, & non facienda, hi rectiſſimo ſucceſſu degunt, et minimũ delinquunt?

Res pecunijs prælatæ

Felicitas res pretioſiſſima

Aſſentiebatur & hæc. Nunc ergo apparent nobis ijdem uiri & ſapientiſſimi, & optimo ſucceſſu degentes, et felicisſimi & ditiſſimi, ſiquidẽ ſapientia plurimi precij res apparet. Etiã, At inquit excepto ſermone Eraſiſtratus, ô Socrates, quæ utilitas fuerit homini, ſi etiam Neſtore eſſet ſapientior, neceſſaria uero ad uictum non haberet, cibos & potus & ueſtes, & ſi quid aliud eiuſmodi eſt? quid enim prodeſſet ſapientia? aut quomodo hic ditiſſimus fuerit, quem nihil prohibet mendicum eſſe, cùm nihil rerum ad uictum neceſſariarũ habeat? Vehementer igitur & hic aliquid dicere uidebatur. Vtrum uero inquã ego, ſapientiam quidem habenti hoc accidere poterit, ſi indigus his fuerit: ſi uero quis Pulytionis domũ poſſideret, & plena eſſet domus auro & argento, non ulla re indigeret? At inquit, hunc qidem nihil prohibet ſtatim nunc poſſeſſiones ſuas diſponere, & pro his ipſis habere ea quibus ad uictum indiget, aut etiam numiſma, quo hæc comparare poterit, & omnibus ſtatim abundare. Si modo contigerint ei inquã ego, homines qui tali domo magis opus habeant, quàm illius ſapientia. Nam ſi tales fuerint, qui hominis ſapientiã & quæ ab hac proueniunt, pluris æſtimẽnt, multò plus negocij hic in diſponendo habebit, ſi qua re indiguerit, & uoluerit tum ipſam, tum opera in ipſa ad uſum diſponere. Aut domus quidem uſus multus & neceſſarius eſt, & multum refert ad hominis uitam, ut in tali domo potius habitet, quàm in paruo & uili domicilio: Sapientiæ uero uſus exigui precij eſt, et parum refert ut quis de maximis rebus, aut ſapiens aut imperitus ſit? Aut hanc quidem contemnunt homines, & ipſam non emunt, cupreſſo uero quæ eſt in domo, & Pentelicis lapidibus multi indigent, & emere uolunt? Non'ne ſiue ſapiens quis fuerit gubernator, ſiue Medicus in arte doctus, aut aliam quandã eiuſmodi artem bene et rectè tractare poterit, nullo nõ prę ſtantior fuerit, ex his qui maximas opũ poſſeſſiones habent? Qui uero bene conſultare poteſt, & ipſe ſibijpſi, & alij, quomodo optimo ſucceſſu degat, non'ne etiam diſponere poterit, ſi hoc facere uoluerit? At Eryxias excepto ſermone, & ſublatis oculis uelut iniuria affectus eſſet, Tu enim inquit, ô Socrates, ſi te uera dicere oporteret, diceres te Callia Hipponici filio ditiorem eſſe, & quidem nõ imperitiorẽ te eſſe in ullis maximis rebus confitereris, ſed ſapientiorẽ: & tamen nihilo magis propter hoc ditior es. Fortaſſis inquã ego, tu putas ô Eryxia, hos ſermones quos nunc habemus eſſe ludum, & alioqui non uerè ita ſe habere, ſed eſſe uelut in talorum ludo talos, quos ſi quis ducat effice re poſſit ut colludentes ſuperentur, adeò ut non habeant quos contrà ducant. Fortaſſis igitur etiam de diuitib. putas nihilo magis ita rem ſe habere, ſed ſermones eſſe quoſdam eiuſmodi qui nihilo magis ueri ſint quàm falſi: quibus prolatis homo cõtradicentib. ſuperior euadat, quòd ſapientiſſimi ſini nobis etiam ditiſſimi, & q̃ qui talia falſa dicit, dicat ea quæ ſunt uera. Et nihil fortaſſis miri ſit, ſimiliter uelut ſi duo homines de literis diſcerent, & alter aſſereret in nomine Socratis σ principatũ obtinere, alter α, hic ſermo ſuperior euaderet, eius qui α aſſereret, & non eius qui σ principatũ habere diceret. At Eryxias ad præſentes reſpiciens, ſimulq̃ ridens ac erubeſcẽs, uelut à ſuperius dictis uulneratus: Ego inquit, ô Socrates, non tales putabam eſſe oportere ſermones, quibus neque aliqui ex præſentibus perſuadere quis poſſit, neq̃ ullam ex ipſis utilitatem capere quis poſſit. Quis enim mente præditus unquam crediderit, ſapientiſſimos nobis eſſe etiam ditiſſimos? Verùm potius de diteſcendo diſputare oportere, unde honeſtũ eſt diteſcere, & unde turpe: & hoc ipſum, diuitem eſſe hominem quid eſt? utrum bonum aut malum. Sit ita inquã ego, próinde de cętero hoc obſeruabimus. Rectè uerò etiam tu facis q̃ admones. Sed cur nõ ipſe, quandoquidẽ ſermonem induxiſti, dicere aggreſſus es? utrum bonum aut malũ tibi eſſe uidetur diuitẽ eſſe, quãdoquidẽ ſanè ſuperiores ſermones non de hoc dicti eſſe tibi uidentur. Mihi itaq̃ uidetur inquit, bonum eſſe diuitem eſſe. Et cũ ipſe adhuc quid dicere uellet, obſtitit Critias, & tu uero dic mihi inquit, ô Eryxia, bonum eſſe puras diuitem eſſe? Ego profectò per Iouem, alioqui enim inſanirem: & neminẽ eſſe puto qui non hoc cõfiteatur. Atqui inquit alter, & ego neminem eſſe arbitror, quem nõ efficiam ut mecum cõſentiat, aliquibus hominib. malum eſſe diteſcere. Si n. bonum eſſet, nõ utiq̃ malum quibuſdã noſtrum uideret. Dicebam igitur ad ipſos, Equidẽ ſi de hoc contenderetis, uter ueſtrũ ueriora dicat, de equitatione, quõ quis optimè equitare poſſit, ſiquidẽ ipſe eques eſſem, ipſe contentionem inter uos diri-

Cupreſſus in ædificijs

Talorum ludi ſimilitudo

Sapientes non eſſe etiam diuites

Diuitem eſſe, bonum eſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

mere conarer. Erubescerem enim si non quantum possem præsens dissensionẽ impedirem: Aut si de alia quacunq; re cõtenderetis, & de ea non consentiretis, nihilo magis inimici pro amicis discessuri essetis: Nunc aũt cùm de eiusmodi re contendatis, qua per totam uitam uti necesse est, & multũ referat, utrũ eius cura habenda sit, uelut rei utilis, aut secus, & hoc cùm non uilia hæc, sed maxima Græcis esse uideantur. Equidem patres de hoc primũ filios suos admonent, ut ubi ad ætatẽ peruenerint, ut iam sapere se putent, ci tissimè cõsiderent unde diuites fiant. Nam si quid habes, in aliqua existimatione es: sin minus, in nulla. Si igitur ita uehementer expetiẽ, uos aũt in alijs cõsentientes, de hac magna adeò re dissentitis: Insuper aũt ad hæc de diteſcendo cõtenditis, non utrũ nigra res sit, aut alba, neq; utrũ leuis, aut grauis, sed utrũ bona aut mala, ut uel maximè ad inimicitiam deueniatis, si de malis & bonis cõtendatis, & hoc cùm maximè amici ac cognati sitis. Ego igitur quantũ in me esset, non negligerem uos inter uos ipsos cõtendentes, sed si quidem possem, exposita uobis re quomodo se habet, litem inter uos dirimerẽ: Nunc autem quandoquidẽ ego non possum, uos autem utriq; putatis uos posse efficere, ut alter ipsi consentiat, paratus sum ut quantũ possum opem feram, quo à uobis declaretur quõ hæc res se habet. Tu igitur inquã ô Critia, conare efficere ut nos tibi uelut ostendisti, consentiamus. At ego inquit, uelut incepi, Eryxiã hunc libenter interrogarẽ, an uideantur ipsi esse homines iusti & iniusti. Per Iouem inquit ille, & ualdè quidẽ. Quid uero iniusta facere, num malũ esse tibi uideẽ, aut bonũ? Malum esse mihi uideẽ. Vide tur aũt tibi homo, si cum uicinorũ uxoribus adulteriũ ob argentum cõmittat, iniusta facere, aut nõ? & hoc cũ & ciuitas & leges prohibeãt? Iniusta facere mihi uideẽ. Non ne inquit, siquidẽ diues est, & argentũ expendere potest homo iniustus, & qui uult, pecauerit? Si uero diues non est, nec unde sumptũ faciat habet, neq; perficere ea quæ uult, poterit. Quare neq; peccabit. Quapropter etiam cõducit homini magis ut diues nõ sit, siquidẽ minus ea quæ uult, perficiet: Vult aũt mala. Et rursus ægrotare, bonum ne aut malũ esse dixeris? Malũ sanè ego. Quid uero uidenẽ tibi homines aliqui intemperantes esse? Mihi certè. Non ne si melius esset ad sanitatẽ huic homini, ut à cibis & potibus & alijs quæ iucunda esse uidenẽ, abstineret, ipse uero nõ posset ob intemperãtiam: melius esset ut ipsi non essent ea unde hæc sibi compararet, q̃ ut multa sit ipsi rei familiaris copia? Sic enim nõ esset ipsi peccandi facultas, neq; si ualde uellet. Videbaẽ igitur bene et rectè dissertuisse Critias, adeò ut si nõ præsentes ueritus fuisset Eryxias, nihil ipsum prohibuisset, quo minus surrexisset, & Critiam uerberasset, ita magna quadam re priuatum se esse putabat, ubi clarũ ipsi factum esset, q̃ non rectè prius de diteſcendo sensisset. Ego uero ubi Eryxiã ita affectũ esse intellexissem, & uererer ne ulterius cõuicia & contrarietates oborirenẽ, hunc inquã sermonẽ nuper in Lyceo uir sapiens Prodicus Ceus producẽs, præsentibus adeò nugari uidebatur, ut nemini existis persuadere posset, q̃ ue ra diceret. Et sanè etiam adolescentulus quidã admodum iuuenis ipsum adortus, cum multa facundia assidebat, & deridebat, ac sugillabat & cõmouebat ipsum, & rationem accipere uolebat de his quę ille dicebat: et sanè etiã in multò maiore existimatione erat apud audientes, q̃ Prodicus. Nũquid potes nobis inquit Erasistratus, sermonẽ istum recensere? Maximè, si modò in memoriã reuocauero. Sic.n. quodãmodo, ut ego arbitror, se habebat. Interrogabat.n. ipsum adolescentulus, quõ putaret malum esse diuitem esse, & quõ bonum: Et ille excepto sermone, uelut etiam tu nunc, dixit præstãtibus qui dem & bonis hominibus bonũ esse, & his qui nossent ubi opibus uti oportet: bonũ esse: malis autem & id ignorantibus malum. Habent autem inquit etiam aliæ res omnes se hoc modo. Quales enim fuerint qui ipsis utuntur, tales etiam res ipsis esse necesse est. Rectè enim uidetur mihi inquit, illud Archilochi dictum esse. Ita sentiunt, habent uelut munimina. Nunc ergo inquit adolescentulus, si quis me sapientẽ faceret in ea sapientia, qua boni uiri sapiẽtes sunt, simul necesse est ipsum etiã alias res bonas mihi facere, ut ad illas ipsas quidẽ nihil ipsi negocij fuerit, sed q̃ me pro imperito sapientem fecit: quemadmodũ si quis me nunc grammaticum fecisset, necesse est ipsum etiã alias res grãmaticas mihi fecisse: & si Musicũ, musicas: uelut cùm bonũ me fecerit, simul bonas etiam res mihi fecisse necesse est. In his autẽ Prodicus assensus nõ est, sed illa quidem confitebatur. Vtrum uero tibi uideẽ inquit, uelut domũ facere, hominis opus esse, sic etiã res bonas facere? aut necesse est quales ab initio fuerint, siue bonæ, siue malæ, tales ipsas permanere? Suspicatus autẽ ut mihi uidetur Prodicus, quo sermo ipsi admodũ uersuteè processurus esset, ut ne corã omnibus præsentibus ab adolescentulo redargui uideretur: Si enim soli ipsi hoc accidisset, nihil referre putasset: dixit hominis opus esse.

Diuitẽ esse, alij quibus malum esse

Prodici Cei de diteſcendo sermo

Res bonas facere, hominis opus esse

Vtrũ uero inquit, uidetur tibi uirtus doceri posse, aut à natura insita esse? Doceri posse inquit, mihi uidetur. Nõ ne uidetur tibi inquit stolidus esse, si quis precibus ad deos effusis, grammaticum aut Musicum se fore putet, aut aliam quandã scientiam adepturum, si necesse est aut ab alio discendo acquirere, aut ut quis ipse inueniat? Assensus est & hæc. Non ne inquit adolescentulus, Tu ô Prodice quum deos precaris felicem successum, & ut bona tibi contingant, tunc nihil aliud precaris, quàm ut præstans & bonus fias? si quidẽ præstantibus & bonis hominibus etiam res bonæ sunt: Malis autem malæ. Si quidem igitur uirtus doceri potest, nihil aliud precari uideris, quàm ut docearis ea quæ non scis. Ego igitur ad Prodicum dicebam, quòd mihi uideretur nõ uilis res ipsi accidisse, si in hac peccasset, & si nobis ea quæ à dijs precamur, simul etiam contingere putaret. Nam etiamsi subinde seriò ad ciuitatem uadis, & adorando à dijs petis ut dent tibi bona, nosti tamen illos non posse hæc tibi dare, quę tu petis. Quemadmodum si ad grammatistę fores accederes, & peteres ut daret tibi grammaticam scientiam, qui nihil aliud eius gratia tractasses, sed qua accepta statim etiam grammatistæ opera faceres. Hæc me dicente, Prodicus in adolescentulum inuehebatur, uelut ulturus & demõstraturus hæc quæ tu nũc, molestè ferens si uideretur frustrà deos precari. Deinde progressus Gymnasiarchus, ipsum è gymnasio discedere iubebat, uelut qui non idonea iuuenibus dissereret: Si uero non idonea, nimirum mala. Hæc uero huius gratia tibi recensui, ut uideas quomodo homines affecti sunt erga philosophiam. Prodicus enim nuper quum hæc diceret, insanire præsentibus uidebatur, adeò ut etiam è gymnasio eijceretur: Tu uero nunc ita uehementer bene disseruisse uideris, ut non solum præsentibus persuaseris, sed ut etiam aduersarius tibi assentiatur, effeceris. Quemadmodũ igitur in iudicijs, si duo homines idem testimoniũ perhibent, alter qui præstans & bonus esse uidetur, alter malus, propter mali testimoniũ nihilò magis iudices persuadentur, sed fortassis etiam contraria faciunt: Si uero præstans & bonus ille, hæc dixerit, etiam uehementer uera esse uidebuntur. Fortassis igitur etiam præsentibus tale quid accidit erga te & Prodicum, & illum quidem Sophistam & arrogantẽ esse putant, Te uero uirum ciuilem & magnę existimationis. Deinde opinantur oportere non eundẽ sermonem spectare, sed quales sint hi qui dicũt. At uero inquit Erasistratus ô Socrates, etiamsi cauillando dicis, tamen aliquid dicere Critias mihi uidetur. At nullo modo per Iouem inquam ego: Sed cur, quandoquidẽ hæc bene & rectè dixerunt, non etiam quæ restant de hoc sermone isti duo perfecerũt. Videtur autẽ mihi restare quid uobis considerandum. Postquam enim in hoc consenserunt, aliquibus bonum esse, aliquibus malum, reliquũ est cõsiderare, quid sit ipsum diteſcere. Si enim nõ hoc primũ cognoueritis, neq; utrũ malum aut bonũ sit consentire potestis. Paratus autẽ & ego sum, ut quantum possum unà uobiscũ considerem. Dicat igitur nobis is qui diuitem esse, bonũ esse asserit, quomodo de hoc res se habet. At ego inquit ô Socrates, nihil præstantius q̃ alij homines diuitem esse dico esse. Nam multas opes possidere, diuitem esse ego esse censeo. Arbitror autem & Critiam hunc, diuitem esse non aliud esse putare. Adhuc ergo etiam sic inquam ego, reliquũ fuerit considerare quales sint opes, ut ne paulò posterius de hoc rursus contendere uideamini. Nam uerbi gratia, Carthaginenses hi numismate utuntur eiusmodi. In corij frusto paruo deligata est magnitudo maximè quanta est stateris, quid uero sit id quod illigatũ est, nemo nouit, nisi hi qui faciunt. Deinde signato hoc, pro numismate utuntur. Et qui plurima eiusmodi possidet, hic plurimas opes possidere uidetur, & ditissimus esse. Si uero quis apud nos plurima talia possideret, nihilò magis diues esset, quàm si multos calculos montanos haberet. In Lacedæmone uero ferreo pondere, pro numismate utuntur, & quidem inutilis ferri, & qui multum eiusmodi ferri pondus possidet, diues esse putatur, quum alibi nullius precij possessio hæc sit. In Æthiopia uero lapidibus insculptis utuntur, quibus Lacedæmonius uir ad nullam rem uti posset. In Scythis autẽ Nomadibus si quis Pulytionis domum

Perſonæ dicentis reſpectus

Diuitem esse quid sit

Numismata uaria

Precationes quales fiant

Universidad de Deusto
Biblioteca

posſideret, nihilò ditior eſſe uideretur, quàm ſi apud nos Lycabettum. Proinde manifeſtum eſt nõ ſingula hæc opes eſſe, ſiquidẽ aliqui poſſeſſores nihilò ditiores inde uidentur: ſed ſunt inquã, ſingula hæc alijs quidem opes, & diuites ſunt qui hæc poſſidẽt: alijs autem neq; opes ſunt, neq; inde ditiores ſunt: uelut neq; pulchra & turpia omnib. talia ſunt, ſed alijs alia. Si uero cõſiderare uelimus, cur tandem Scythis quidem domus, non ſunt opes, nobis aũt ſunt: aut Carthaginenſib. coria, nobis aũt non: aut Lacedæmonijs ferrum opes, nobis aũt non: non ne ſic maximè inuenerimus? uelut uerbi cauſa. Si quis Athenis lapidum horum qui in foro ſunt, & quibus ad nihil utimur, poſſideret ponderemille talenta, num ditior ob id eſſe putaretur? Non mihi uidetur. At ſi Lychnitæ lapidis poſſideret mille talenta, etiam ualdè diuitem eſſe diceremus? Maximè. Num inquam ob id, quòd hic quidem utilis, illi uero inutiles nobis ſunt? Etiam. Nam & in Scythis ea de cauſa domus ipſis opes nõ ſunt, quòd nulla ipſis domus utilitas eſt, neque maluerit uir Scytha pulcherrimam ſibi domum eſſe, quàm pelliceum indumentũ: eo quòd hoc utile ſit, illa uero inutilis ipſi. Rurſus Carthaginenſe numiſma nobis non putamus opes eſſe. Non enim comparare ipſo poſſumus ea quibus indigemus, uelut argento. Quare inutile nobis eſt. Veriſimile eſt. Quæ ergo utilia nobis ſunt, ea opes ſunt: quæ inutilia, non opes. Quomodo igitur ô Socrates, inquit, excepto ſermone Eryxias, quia utimur inter nos ſermone, & ſcriptione, & multis alijs, num nobis fuerint hæc opes? & ſanè utilia hæc eſſe uidentur. At rurſus neq; ſic apparebat nobis, quid'nã eſſent opes. Nam quòd neceſſe eſt utiles eſſe, ſiquidem opes eſſe debent, in hoc ferè ex omnibus conſentiebamus, ſed quales opes, quando quidẽ non omnes, age ſanè, ſi rurſus hoc modo cõſideremus, num magis inueniri poterit id quod quærimus, quid tandẽ eſt quod opibus utimur, & ad quid opum poſſeſſio inuenta eſt: quemadmodũ medicamenta ad amouendos morbos. Fortaſſis enim ſic magis nobis manifeſtũ fiet. Quandoquidem neceſſarium apparet, ut quæ opes ſunt, hæ etiam utiles ſint: utilium autẽ genus quoddã eſt quod uocamus opes: reliquũ fuerit cõſiderare, q̃ ad quam utilitatẽ utilia ad utendũ, opes ſunt. Omnia. n. fortaſſis utilia ſunt, quibus ad operandũ utimur, quemadmodum omnia quæ animã habẽt, animalia. Animaliũ uero genus quoddã uocamus hominem. Si itaq; quis nos interrogaret, qua re ſublata, nihil opus haberemus medicina, neq; eius inſtrumentis, poſſemus dicere, ſi morbi ſummoti eſſent ex corporib. & omninò nõ fierent, aut oborti ſtatim ſummouerentur. Eſt ergo, ut apparet, Medicina ſcientia, quæ ad hoc utilis eſt, ut morbos ſummoueat. Si uero quis nos rurſus interroget, qua re à nobis ſublata, nihil opus haberemus opib. poſſemus' ne dicere? Sin minus, rurſus hoc modo cõſideremus. Age, ſi uiuere poſſet homo abſq; cibis & potib. & non eſuriat, neq; ſitiat, num his ipſis opus habuerit, aut argento, aut alia quadã re, ut hæc cõparet? Nõ ſanè mihi uidet. Non ne & de reliquis eodem modo? Si nõ opus haberemus ad corporis curam his quib. nunc indigemus, & calore, & frigore, aliquando etiã alijs, quibus corpus indigũ factum opus habet, inutiles eſſent nobis hę quę appellantur opes, ſi nemo omninò ullis ex his opus haberet, quorũ gratia nunc opes nobis eſſe uolumus, quo cupiditatibus & egeſtatib. corporis ſuccurramus, ſuppeditãdo ea quibus ſubinde opus habemus. Si ergo ad hoc utilis eſt opum poſſeſſio, ad egeſtates nimirũ corporis curãdas, ſi ſanè hoc nobis è medio ſublatũ eſſet, nihil opus haberemus opibus. Fortaſſis aũt neq; eſſent omninò opes. Apparet. Apparet ergo nobis res ad hãc curam utiles eſſe ipſas opes. At uero turbabat ipſum ualdè hic ſermo. Quid uero talia? Num dixerimus fieri poſſe, ut eadẽ res ad idẽ opus, modo utilis ſit, modo inutilis? Nõ ego ſanè dixerim, ſed ſi hac ad idem opus indigemus, etiã utilis mihi eſſe uidet: ſin minus, nõ. Nõ ne ſi abſq; igne poſſemus ſtatuã æneã facere, nihil opus haberemus igne, ad huius ſanè ſtructurã? Si uero nõ opus haberemus, neq; utilis eſſet. Eadẽ ratio etiã de alijs eſt. Apparet. Nõ ne ſine quib. aliquid fieri poteſt, ex his etiã nihil nobis utile apparet, ad hoc ſanè? Nõ equidẽ. Nõ ne ſi poſſe uideremur abſq; argẽto & auro, & alijs huiuſmodi, quib. nõ ipſis ad corpus utimur: uelut cibis & potib. & ueſtibus et ſtragulis & domib. ſedare corporis egeſtates, ut nõ amplius opus haberemus, ad hoc ſanè neq; opes uiderentur aurum & argentum & alia huiuſmodi, ſi quãdo etiã abſq; his id fieri poteſt? Non profectò. Non ergo hæc opes nobis uideri poterint, ſi nihil utilia ſunt, ſed hæc fuerint, quibus utilia comparare

Opes alijs, alias eſſe

Opes ad quam utilitatẽ utiles

Opes utiles ad corporis curã

cõparare poſſumus. Nunquã poterit ô Socrates hoc mihi perſuaderi, aurũ & argentũ & alia huiuſmodi, nõ opes nobis eſſe. Illud equidẽ uehemẽter credo, q̃ ea quę nobis inutilia ſunt, neq; opes ſunt: & q̃ ex utiliſſimis ad hoc utiles ſunt opes: non tamen hoc, quòd hæc nõ ſunt nobis utilia ad uitã, ſi quidẽ his neceſſaria cõparamus. Age itaque quomodo talia dixerimus? Num ſunt homines quidã qui Muſicam docent, aut literas. aut aliã quandã ſcientiã, qui pro his ſibijpſis neceſſaria acquirũt, mercedem pro his exigentes? Sunt equidem, Non ne hi homines hac ſcientia comparare poterint neceſſaria, pro hac permutantes, quemadmodũ nos pro auro & argento? Fateor. Non ne ſi hac cõparant ea quibus ad uitam utuntur, etiam ipſa utilis fuerit ad uitam? Etenim argentum huius gratia utile eſſe diximus, quòd poſſemus ipſo ea quæ neceſſaria ſunt ad uitam comparare. Ita inquit. Non ne ſi hæ ſcientiæ utiles ſunt, ad hoc apparẽt nobis ſcientiæ opes eſſe, ob eandẽ cauſam ob quã aurũ & argentũ. Manifeſtũ uero eſt etiã eos qui has habẽt ditiores eſſe. At paulò ſuperius ita moleſtè admittebamus ſermonẽ, ſi hi ditiſſimi eſſent. Neceſſariũ autem eſt etiã ex eo quod nunc cõfeſſi ſumus, hoc effici, doctiores aliquãdo eſſe ditiores. Si enim quisnos interrogaret, num cuiuis homini utilem eſſe equũ putaremus, fatereris' ne? aut ſcientibus quidem quomodo equo uti oportet, utilis fuerit, ignorãtibus non item? Hoc faterer. Non ne inquã, iuxta eandẽ rationẽ neq; medicamentũ cuiuis homini utile eſſe, ſed ei qui nouit quomodo ipſo utendum ſit? Ita ſentio. Non ne etiã alia omnia ſimiliter? Apparet. Aurum ergo & argentum & alia quæ opes eſſe uidentur, huic ſoli utilia fuerint, qui quomodo ipſis utendum eſt nouit. Ita eſt. Non ne ſuperius uidebatur præſtantis & boni eſſe, noſſe ubi & quomodo ſingulis his utẽdum eſt? Fateor. Præſtantibus ergo & bonis homini bus ſolis utiles fuerint opes, ſi his cũ ſcientia utendũ eſt. Si uero his ſolis utiles ſunt, his ſolis etiam opes eſſe uidentur. At ut apparet etiam ignorantẽ artis æquitandi, poſſidentem equos qui ipſi inutiles ſunt, ſi quis equitem faciat, num ſimul etiam ditiorem fecerit, ſiquidem ipſi utilia fecit ea quæ antea inutilia erant? Quum enim ſcientiã quandam homini tradiderit, ſimul etiam diuitẽ ipſum fecit. Apparet ſanè. Attamen uideor mihi etiam iureiurando aſſeuerare poſſe de Critia, ipſum à nullo horum ſermonũ perſuaſum eſſe. Per Iouem inquit, Inſanirem enim ſi hæc crederem. At cur nõ illum ſermonem abſoluiſti, q̃ ea quæ uidentur opes, non ſunt, aurum & argentum & alia huiuſmodi? Nam ego uehementer admodũ hos ſermones, quos tu nunc recenſuiſti, dum audio admiror. Dicebam igitur, Tu mihi uideris ô Critia ſic delectari dũ me audis, quem admodum quum recitatores audis, qui Homeri uerſus canunt. Nam nullus horum ſermonum uerus eſſe tibi uidetur. Attamẽ age quomodo hæc dixerimus? Num ædificatoribus hominibus dixeris opes ipſas utiles eſſe ad domus extructionẽ? Mihi ſanè uidetur. Num igitur has dixerimus utiles eſſe, quibus utuntur ad ædificationem, lapides, & lateres, & ligna, & ſi quid aliud huiuſmodi eſt? aut inſtrumenta quibus ipſi domum extruũt, & quibus hæc cõparant, ligna & lapides, & rurſus horum inſtrumenta?

Scientiæ pro opibus

Opes bonis ſolis utiles

Mihi inquit, uidentur omnia hęc utilia eſſe ad illa. Non ne inquã ego, etiam in alijs operis, nõ ſolum ea quibus ad ſingula opera utimur, ſed etiã quibus hæc cõparamus, & ſine quibus fieri nõ poſſunt? Admodum ita. Non ne rurſus etiam quibus hæc, & ſi quid his ſuperius, & quibus rurſus illa, & adhuc ualdè ſuperiora, ut etiam ad infinitam quandã multitudinẽ deuenientia, neceſſe ſit hæc omnia ad ipſorũ ſtructuram utilia uideri? Et nihil inquit, prohibet hæc ita ſe habere. Quid uero ſi eſſent homini cibi, & potus, & ueſtes, & alia quibus ipſe ad corpus uti debet, num opus haberet inſuper auro, aut argẽto, aut alia quadã re, ex his quib. hæc cõparantur quæ iam habet? Non ſanè mihi uidet. Non ne uideri poteſt nobis aliquãdo homo, nullo ex his ad corporis neceſſitatẽ indigere? Non equidẽ. Non ne ſi hæc inutilia uidentur ad hoc opus, nunquã rurſus utilia uideri oportet? Suppoſitũ enim eſt fieri nõ poſſe, ut ad idem opus modo utilia, modo inutilia ſint. At ſic inquit, idem tuus & meus ſermo fuerit. Si enim unquam hæc utilia ad hoc fuerint, nunquam contingere poterit, ut rurſus inutilia ſint.

Nunc uero dixeris aliquas operas eſſe rerũ malarum, aliquas autẽ bonarum? Ego ſanè dixerim. Nunquid fieri poteſt ut mala aliqua res ad bonæ alicuius ſtructuram utilis ſit? Non ſanè mihi uidetur. Bonas autem res num eas dixerimus quas per

uirtu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uirtutem homo facit? Ita sentio. Nunquid fieri potest ut discat homo aliquid eorũ quæ per sermonem discuntur, si penitus priuatus fuerit auditu, aut alio quodam? Nõ certè per Iouem mihi uidetur. Nónne ex rebus utilibus ad uirtutem esse nobis uidetur auditus, si quidem doceri potest uirtus per auditum, & ipso utimur ad disciplinas? Apparet. Nónne si quidem Medicina potest morbos sedare, uideri poterit nobis ali quando etiam Medicina esse ex utilibus ad uirtutem, si quidem per medicinam auditus suppeditatur? Nihil equidem prohibet. Nunquid etiam rursus si medicinã pro opibus comparauerimus, apparuerint nobis etiam opes utiles ad uirtutem? Ita sanè est inquit. Nónne rursus similiter etiam id per quod opes acquirimus? Omnino equidem omnia. Nunquid uidetur tibi homo ex malis & turpibus rebus argentum sibi acquirere posse, pro quo medicam scientiam comparauerit, qua audire poterit quũ antea non posset, ipso uero auditu uti ad uirtutem, aut alia quædam huiusmodi? Maximè mihi ita uidetur. Nónne malum non fuerit utile ad uirtutem? Non equidẽ. Non ergo necessarium est ea per quæ acquirimus quæ ad singula utilia sunt, etiam ipsa ad eadem utilia esse: alioqui enim uiderentur aliquando malæ res adbonum quiddam utiles esse. Adhuc uero magis etiam in hoc, ista manifesta fieri possunt. Si enim hæc ad singula sunt utilia, sine quibus fieri non possunt, si non hæc prius extent, Age quomodo talia dixeris? Num fieri potest ut imperitia ad scientiam utilis sit, aut morbus ad sanitatem, aut uitium ad uirtutem? Non ego hoc dixerim. Sed & hoc confitemur fieri non posse, ut scientia contingat alicui, cui non prius fuerit imperitia: & sanitas cui non morbus: & uirtus cui non uitium? Ita mihi uidetur inquit. Non ergo uiderur necessarium esse, ut sine de quibus fieri non potest ut fiant, hæc etiã utilia ad ista sint: alioqui enim uideretur nobis imperitia utilis esse ad scientiam, & morbus ad sanitatem, & uitium ad uirtutem. Vehementer ægrè fidem habebat etiam his sermonibus, quòd non omnia hæc utilia essent. Quum autem cõsiderassem ego, persuadere ipsi simile esse, uelut quod dicitur lapidem coquere: at hos sermones inquam, ualere sinemus, quandoquidem consentire non possumus, utrum eadem utilia sunt, & opes, aut non, de illo uero quomodo dixerimus? Vtrum feliciorem & meliorem putauerimus esse hominẽ, si quàm plurimis necessarijs opus habuerit ad corpus & ad uictum: aut si quàm paucissimis & utilissimis? Fortassis autem & hoc maximè sic considerari poterit, si quis ipsum ad seipsum conferens hominem, consideret uter habitus melior sit, num quando ægrotat, aut quando sanus est. At hoc inquit, non multa consideratione indiget. Fortassis enim inquam ego, cuiuis homini facile cognitu est, sani hominis habitum meliorẽ esse quàm ægroti. Quid uero, num pluribus & magis uarijs opus habemus, quum ægrotamus, aut quum sani sumus? Quum ægrotamus. Quũ ergo pessimè affecti sumus, tunc uehemẽter & plurima ad corporis uoluptates spectantia cupimus ac expetimus.

Opes utiles ad uirtutem

Ita est. Nónne secundum eandem rationem, quemadmodum quis tũc optimè habere uidetur, quum paucissimis eiusmodi indiguerit, Sic rursus etiam quum duo sunt, si alter uehemẽter & plurima cupit ac expetit, alter pauca & quietè, qualia sunt huiusmodi: quòd aliqui homines cubis ludere expetunt, alij uinosi, alij gulosi sunt. Omnia enim hæc nihil aliud sunt quam cupditates. Admodum ita. Cupiditates autem omnes nihil aliud sunt, quàm aliquarum rerum indigentiæ. Nihil. Qui igitur plurimis his affecti sunt homines, in peiore habitu sunt, quàm qui nullis, aut quàm paucissimis eiusmodi. Maximè, & ego sanè etiam uehementer malos tales esse puto, & quantò magis tales sunt, tantò etiam deteriores. Nónne uidetur nobis, fieri non posse ut hæc utilia sint ad hoc, si non etiam his indigemus ad hoc? Ita censeo. Necessarium igitur est, si hæc nobis utilia esse debent ad corporis indigentias curandas, simul etiam indigere nos his ad hoc. Mihi quidem uidetur. Nónne cui sunt plurima utilia ad hoc, hic etiã plurimis ad hoc indigere uidetur, siquidem necesse est ut omnibus utilibus insuper opus habeat? Mihi ita apparere uidetur. Necessarium igitur apparet iuxta hanc rationem, ut quibus multæ opes sunt, hi etiam multis indigeant ad corporis curam necessarijs. Quæ enim ad hoc utilia sunt, opes esse uidebantur. Quare necessariò nobis uidentur ditissimi pessimè affecti esse, siquidem etiam plurimis talibus indigent.

Male res non utiles sunt ad bonas

Sine quibus non, non sunt utilia

Cupidorum habitus malus

Opes multæ, indigẽtiæ multæ

Ditissimi sunt indigentissimi

PLATONICIS SCRIPTIS QVAE ADIECTAE REPERIVNTVR, DEFINITIONES.

Iano Cornario interprete,

SEMPITERNVM est quod per omne tempus & prius existẽs, etiam nũc non corruptũ est. Deus est animal immortale, seipso cõtentum ad felicitatẽ: essentia sempiterna, naturæ boni causa. Generatio est motus ad essentiã: assumptio essentiæ: progressio ad hoc ut sit. Sol est ignis cœlestis, qui solus ab aurora ad uesperam usq; ab ijsdem uideri potest: animal sempiternũ, animatum astrum, per diem cõspicuum, maximum. Tempus est motus Solis: mensura motus. Dies est iter Solis ab ortibus ad occasus. Lux est quod est contrarium nocti. Aurora est diei principium: prima Lux à Sole. Meridies est tempus in quo corporũ umbræ minimæ longitudinis participes sunt. Vespera est diei finis. Nox, tenebræ, quod est contrarium diei: priuatio Solis. Fortuna est motus ex obscuro ad obscurum, & ex eo quod sua sponte fit: causa felicis successus. Senectus est imminutio animati, à tẽpore contingens. Ventus est motus aeris circum terram. Aer est elementum cuius omnes secundum locum motus, secundum naturam sunt. Cœlum est corpus complectens omnia quæ sensibus exposita sunt, præter ipsum supremum aerem. Anima est quod ipsum seipsum mouet: causa motus uitalis animalium. Facultas est id quod per seipsum efficiendi uim habet. Visus est habitus discernendi corpora uim habens. Os est medulla à calore compacta. Elementum est quod componit & dissoluit composita. Virtus est affectio, aut habitus optimus mortalis animalis, per seipsum laudatus: habitus secundum quem id quod habet, bonum dicitur. Communio legum est iusta affectio, secundum quam id quod habet perfectè affectum, honestum dicitur: aut habitus qui æquitatis & cõcordiæ faciẽdę uim habet. Prudentia est facultas quę per seipsam humanæ felicitatis efficiendæ uim habet scientia bonorũ & malorum: scientia effectrix felicitatis: affectio secundũ quam iudicamus quid faciendũ sit, & quid non faciendum.

Iustitia est consensio animæ ad seipsam, & partiũ animæ inter se bona cõpositio: habitus qui cuiq; pro dignitate distribuit: habitus secundũ quem is qui habet amplectit & eligit ea quæ sibi iusta uidentur: habitus in uita legi obediens: socialis æqualitas: habitus inseruiens rectis legibus. Temperantia est moderatio animę circa cupiditates & uoluptates, quæ in ipsa secũdum naturam fiunt: concinnitas & bona animæ cõpositio, ad naturales uoluptates ac dolores: consensio animæ ad hoc ut imperet, & subdita sit: spontanea secundum naturam actio: bona animæ compositio: conuersatio animæ quę de honestis & turpibus rationem init: habitus secundũ quem is qui habet eligit & uetur ea quæ oportet. Fortitudo est habitus animæ, qui à timore non commouetur: confidentia militaris: scientia rerum militarium: continentia animæ aduersus horrenda & formidanda: audacia inseruiens prudentiæ: fiducia in mortis expectatione: habitus conseruans rectas ratiocinatiões in periculis: robur ad periculum æquatum: robur constans ad uirtutem: quies animæ circa ea quæ horrenda & audenda secundum rectam rationem uidentur: salus sententiarum obscurarum circa horrenda: experientia belli: habitus perseuerans in lege. Continentia est facultas quæ suffert dolorem: sequela rectæ ratiocinationis: facultas non excedens id quod recta ratiocinatione deprehensum est. Contentum esse est perfectio adeptionis bonorum: habitus secundũ quem hi qui habent ipsi sibijpsis imperant. Æquitas est iustorum & utilium imminutio: moderatio in cõmercijs, bona cõpositio animæ rationalis ad honesta & turpia. Tolerantia est patientia doloris, honesti gratia, patientia laborum honestatis causa est. Confidentia est expectationis mali remotio, perturbationis ob mali præsentiã remotio. Indolentia est habitus secundũ quem sine dolore sumus, & in dolores nõ incidimus. Industria est habitus qui perficit id quod quis proposuit, tolerantia uoluntaria,

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitus inculpatus ad laborem. Pudor est audaciæ secessio uoluntaria iustè,& ad id quod optimum uisum est:deprehensio optimi uoluntaria:euitatio rectæ reprehensionis. Libertas est principatus uitæ:plena in omnibus potestas:licentia faciendi quod quis per se uelit in uita:in usu & possessione rerum sublata parsimonia. Liberalitas est habitus ad lucrandū uelut oportet:additio siue adeptio rerū prout conuenit. Lenitas est sedatio motus ab ira concitati:temperamentū animæ congruum. Modestia cessio uoluntaria ad id quod optimū uisum est:bona cōpositio circa corporis motum.

Felicitas est bonum ex omnibus bonis cōpositum:facultas per se sufficiens ad bene uiuendū:perfectio secundū uirtutem:utilitas uitæ per se sufficiens. Magnificētia est dignitas secundū ratiocinationē rectam augustissimam. Sagacitas est generositas animæ,secundū quam is qui habet,coniectandi eius quod quēq; decet ui prędituſ est:acumen intelligentiæ. Probitas est morū sinceritas cum benedicēdo:morum integritas. Dexteritas est habitus qui optima eligit & amplectitur. Magnanimitas est usus prudens eorū quæ contingunt:magnificentia animæ cum ratione. Humanitas est habitus morū blandus & ductu facilis ad hominis amicitiā: habitus benefaciēs hominibus. Pietas est iustitia circa deos:facultas cultrix deorum:uolūtaria de deorum cultu existimatio:recta cultus deorum scientia. Bonum est quod suijpsius gratia est.

Intrepidum esse est habitus secundū quem in timores non incidimus. Affectionū exortem esse est habitus secundū quem in affectiones non incidimus. Pax est quies ad inimicitias hostiles bellicas. Secordia est requies animæ:affectionis concitati animi exortem esse. Callidítas affectio est,secundū quam is qui habet,coniectandi proprium finem uim habet. Amicitia est concordia de honestis & iustis:propositum eiusdem uitæ:consensio de proposito & actione:consensio circa uitæ societatē cum beneuolentia:societas beneficiorum mutuorum. Nobilitas est uirtus generosorū morum:facilis animi ductus ad sermones & actiones. Electio est probatio recta. Beneuolētia est electio hominis:hominis amplexus,& salutatio. Familiaritas eiusdem generis societas est. Concordia societas & cōmunio rerum omnium: consensio sententiarum & opinionum. Dilectio est demonstratio perfecta. Ars ciuilis est scientia honestorū & utilium:scientia effectrix iustitiæ in ciuitate. Sodalitas est amicitia per consuetudinem inter coætaneos contracta. Consilij præstantia est uirtus rationi insita. Fides est recta opinio & persuasio quòd res ita se habet,uelut ipsi uidetur,firmitas morum. Veritas est habitus in affirmatione & negatione:scientia rerum uerarum. Voluntas est desiderium cum recta ratione:appetentia rationi consentanea:appetentia cum ratione secundum naturam. Consilium est admonitio alterius ante actionem,quo modo agere oportet. Oportunitas est tēporis propositio,in quo quid pati aut facere oportet. Cautio est custodia mali:cura custodiæ. Ordo est officij ac actionis similitudo omnium eorum qui inter se conferuntur:proportio societatis:causa omnium eorum quæ inter se conferuntur:symmetria & congruentia ad discendum.

Attentio est cōtentio & conatus animæ ad cognoscendū. Ingenium est uelocitas discēdi:natiuitas naturæ bona:uirtus in natura. Docilitas est generositas animæ ad uelociter discendū. Iudicium est sententia rata de re in disceptatione ambigua. Lex est controuersia de iniustè factis,aut secus. Bonitas legū est obedientia legum rectarum. Lætitia est gaudiū ex moderati uiri operibus. Honor est exhibitio bonorū quæ in actionibus per uirtutē dantur:dignitas ex uirtute:habitus autoritatis: obseruatio dignitatum. Alacritas est declaratio uoluntatis ad agendū. Gratia est beneficentia uoluntaria:retributio boni ob ministeriū in tēpore oportuno. Concordia est sententia principū & subditorū,quomodo imperare & subditos esse oportet. Respublica est cōmunio multitudinis hominū,per se sufficiens ad felicitatē: cōmunio multitudinis legitima. Prouidentia est præparatio ad futura quædam. Consultatio est cōsideratio de futuris prout cōducit. Victoria est facultas superandi in certamine.

Facilitas est distinguēdi promptitudo,quæ superat ac obtinet id quod cōducit: tēpus quod bonū aliquod cooperatur. Memoria est affectio animę:quę cōseruat eam quę in ipsa est ueritatē. Notio est cogitationis cōtentio. Intelligentia est principiū scientiæ

tiæ. Sanctimonia est euitatio peccatorū aduersus deos:honoris Dei secundū naturam cultus. Diuinatio est scientia quæ prius indicat rem,absq; demonstratione. Ars diuinandi est scientia quæ speculatur id quod est,& quod futurū est mortali animali. Sapientia est scientia nullius certi argumēti:scientia eorum quæ semper sunt:scientia quæ rerum causas speculat. Philosophia est scientiæ eorū quæ semper sunt appetētia,quæ considerat uerum,quō uerum sit:cura animæ cū recta ratione. Scientia est apprehensio animæ immutabilis à ratione: facultas existimandi de quodam aut quibusdā,immutabilis à ratione:ratio uera in mente immutabilis. Opinio est existimatio cum persuasione à ratione:impetus ratiocinandi: sententiæ incidens in falsum & uerum à ratione. Sensus est impetus animæ:mentis motus:animæ per corpus renunciatio ad opportunitates hominū:à quo fit animæ facultas rationis exors,quæ cognoscit per corpus. Habitus est affectio animæ, secundū quam quales quidam dicimur. Vox est fluxus per os, de mente & cogitatione. Sermo, est uox quæ literis scribi potest, & singula quæ sunt,exponit:forma loquendi cōposita ex nominib.& uerbis,absq; cōcentu. Nomen est forma loquendi incōposita,quæ interpretat tum id quod de essentia prædicat, tum quiduis quod nō per seipsum dicit. Loquendi forma est uox hominis,quæ literis scribi potest,& signū quoddam cōmune interpretandi,absq; cōcentu. Syllaba est humanæ uocis articulus,qui scribi potest. Definitio est sermo ex genere & differentia compositus. Cōiectura est demonstratio rei non cōspicuæ. Demonstratio est sermo ex ratiocinatione uerus: sermo qui declarat per ea quæ prius cognita sunt. Elementum uocis est uox incōposita,quæ causa est aliis uocib.ut uoces sint. Vtile est causa ut commodo afficiamur:causa boni. Cōducibile est quod ducit ad bonū. Honestū & pulchrum est bonū. Bonum est causa salutis his quæ sunt: causa cuiusuis quod ad ipsum refert:à quo contingit electio eorū quæ conueniunt. Modestum est animæ uenustas. Iustum est legis ordo,qui efficit iustitiā. Voluntariū idem est quod blandū & illectās: quod per seipsum eligitur, & secundū mentem perficit. Liberū est quod sibijpsi imperat. Moderatū est medium inter excessum & defectū,& quod secundū artem sufficit. Modus est mediū excessus & defectus. Præmiū certaminis est uirtutis munus, quod suijpsius causa eligit. Immortalitas est essentia animata, & mansio sempiterna. Sanctū est cultus Dei,placēs Deo. Festū est tempus sacrum secundū leges. Homo est animal sine pēnis,bipes, latos ungues habens,quod solū ex his quæ sunt, scientiam per sermones suscipere potest. Sacrificiū est donum uictimæ Deo. Precatio est petitio bonorū, aut quæ bona uident hominib. à dijs. Rex est princeps secundū leges, quē nemo accusare potest:ciuilis cōstitutionis princeps. Principatus est cura totius. Potestas est tutela legis. Legislator est cōditor legum,secundū quas in repub.uiuere oportet. Lex est decretū multitudinis ciuile, non ad aliquod destinatū tempus. Argumentum est principiū citra demonstrationē:summa sermonis. Suffragiorū sententia est decretū ciuile ad definitū quoddam tempus. Ciuilis uir est qui gnarus est ciuilis cōstitutionis, & reipub. constituendæ. Ciuitas est habitatio multitudinis hominū cōmunibus decretis utentium:multitudo hominū qui sub eadem lege sunt. Ciuitatis uirtus est cōstitutio rectæ reipub. Ars militaris est peritia belli. Auxilium militare est societas belli. Salus est adeptio sine læsione. Tyrannus est princeps ciuitatis secundum suam ipsius sententiā. Sophista est iuuenū diuitum illustriū mercenarius uenator. Diuitiæ sunt possessio congrua ad felicitatē:copia opum ad felicitatē tendentium. Depositū est donum cum fide. Purgatio est secretio deteriorū à melioribus. Vincere est in contentione superiorē euadere. Bonus homo,est talis qui homini bona perficere potest. Modestus est qui moderatas cupiditates habet. Continens est qui reluctātes rationi rectæ partes animæ superat. Integer est qui perfectè bonus est: qui suam uirtutē habet. Meditatio est cogitatio cum dolore,absq; ratione. Discendi difficultas,est ad discendū tarditas. Dominiū est principatus iustus,quem nemo accusare potest. Alienatio à philosophia est habitus, quem qui habet eruditionis & doctrinæ osor est. Timor est cōseruatio animæ ob mali expectationē. Animi concitatio est impetus uiolentus animæ irrationalis,absq; ratione,& ordine mentis. Consternatio est timor ob mali expectationē. Adulatio est cōuersatio ad uoluptatē,absq; eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod optimũ est:habitus conuersandi ad uoluptatem,modum excedens. Ira est prouocatio iracundiæ animæ partis ad uindictam. Contumelia est iniuria ad ignominiã tendens. Incontinentia est habitus cogens præter rectam rationem, ad ea quæ iucunda esse uidentur. Pigritia est fuga laborum. Principiũ est prima causa ut aliquid sit. Timiditæs est affectio quæ percipit impetum. Calumnia est dissidium amicorum per sermonem. Occasio est in qua quiduis idoneum est ut patiatur,aut faciat. Iniustitia est habitus cõtemnens leges. Indigentia est imminutio bonorum. Verecundia est timor ob ignominię expectationem. Arrogantia est habitus qui uendicat & ostentat bonum,aut bona quæ non adsunt. Peccatum est actio præter rectam rationem. Inuidia est dolor ob bona amicorum,quæ aut sunt,aut aliquando contigerunt. Impudentia est habitus animæ qui suffert ignominiã lucri causa. Temeritas est audaciæ excessus ad timores ubi nõ est opus. Ambitio est habitus animæ qui profundit omnem sumptum absq; ratione. Malignitas est malitia in natura:peccatum ab eo quod est secundum naturam:morbus eius quod est secundũ naturam. Spes est expectatio boni. Insania est habitus qui corrumpit ueram opinionem. Loquacitas est incontinentia sermonis,exors rationis. Contrarietas est eorum quæ sub idem genus secundum differentiam aliquam cadũt plurimum dissidium. Inuoluntariũ est quod præter sententiam perficitur. Eruditio est facultas curatrix animæ. Institutio est eruditionis traditio. Ars legislatoria est scientia firma,quæ facit ciuitatẽ. Admonitio est sermo cum repræhensione ex consilio proficiscens:sermo peccati auertendi gratia. Auxilium est prohibitio mali quod est,aut fit. Castigatio est curatio animæ,quæ fit ob peccatum.

Potentia est excellentia in actione, aut sermone:habitus secundũ quem id quod habet potens est:robur secũdum naturã, seruandi aut defendendi aliqua ut illæsa maneãt.

TIMAEI LOCRI DE ANIMA MVNDI, ET NATVRA, LIBER DORICE SCRIPTVS.

Iano Cornario interprete.

Duæ uniuersorum causæ

TIMAEVS Locrus hęc dixit. Duas esse uniuersorum causas,Mentem quidem eorum quæ secundum rationem fiunt,Necessitatem uero eorum quæ per uim secũdum corporũ facultates: & ex his illam quidem de boni natura esse,Deumq; nominari,& principiũ optimorum: quæ uero sequuntur,& simul causæ sunt, ad necessitatem reduci. Vniuersa uero ideam,materiam,& quod sensui expositũ est, uelut ex his natum.

Idea & materiæ ratio

Et illam quidem esse ingenitã,& immobilem,& manentem,& de eiusdem natura,& intelligentiæ subiectam, & exemplum eorum quæ generantur, quæcunq; in mutatione sunt. Tale enim quiddam ideam & dici,& intelligi. Materiam aũt effigiem, & matrem, & nutricem,& genitricem esse tertiæ essentiæ. Vbi enim simulachra in se susceperit,& ut impressit,perficere omnia opificia. Hanc autem materiam sempiternam quidem dixit,non tamen immobilẽ: formæ uero & figuræ exortem pel seipsam,sed quæ omnem formam suscipiat. Hanc autem circa corpora diuidi posse, & de alterius natura esse. Appellat autem materiã,locum & regionem. Duo igitur hæc principia sunt,ex quibus species quidem rationem habet maris & patris: Materia uero fœminæ & matris: Tertia uero esse ea quæ ex his nata sunt. Cùm autem tria sint tribus cognosci,ideam quidem siue speciem,mente per scientiam: Materiam autem ratione spuria,eo q; nondum secũdum rectitudinem intelligitur,sed secundũ proportionem: ex his uero creata, sensu & opinione. Prius q; igitur cœlum factum esset, ratione erãt Idea & Materia, & Deus opifex eius quod melius est. Quandoquidẽ uero antiquius melius est recẽtiore, & ordinatum inordinato, Deus qui bonus est,cùm uideret materiã susceperе ideam, & alterari omnibus quidem modis,sed sine ordine,opus habebat ut ipsam ad ordinem adduceret,& ex indefinitis

Deus opifex melioris

indefinitis mutationibus in definitas constitueret, quo consentientes discretiones corporum fierent,& non spontaneas mutationes susciperent. Fecit igitur hunc mundũ ex uniuersa materia,terminum ipsum constituens naturæ eius quod est,eo quòd omnia in seipso complecteretur,unum,unicè factum, perfectũ,animatum & ratione præditum: meliora enim hæc sunt quàm inanimatũ & rationis exors: & corpus pilæ figura rotundum:hæc enim aliis figuris perfectior erat. Cùm igitur uellet optimum opus facere,hũc Deum fecit,creatum, nunquam ab alia causa corrumpendũ,præterquam eo qui ipsum construxit Deo,si quando ipsum dissoluere uelit. At nõ est boni ad pulcherrimi operis destructionẽ progredi. Permanet ergo talis, incorruptus, & interitus exors, & beatus. Optimus autem est ex his quæ facta sunt, quoniã ab optima causa factus est,respiciente nõ ad manufacta exempla, sed ad ideam,& ad intelligentiæ subiectam essentiam, ad quam id quod fit exactè expressum,pulcherrimũ fit, & quod nemo aggredi possit. Per fectus autem semper iuxta sensui exposita est, eo quòd etiã exemplar illud ipsius,quod omnia intelligentiæ subiecta animalia in seipso complectitur,nihil aliud extra reliquit, estq; eorum quæ intelligentiæ subiectą sunt terminus perfectus, uelut hic mundus eorum quæ sensui exposita sunt. Cùm autem solidus sit,tangiq; ac uideri possit,terram sortitus est & ignem, & media inter hæc, aerem & aquam. Ex perfectis autem constitutus est corporib. quæ tota in ipso sunt,ut nulla pars extra ipsum relicta sit,quo maximè duraret uniuersi corpus ab externis corruptionibus integrum. Non enim erant absq; his, aliæ etiam internæ. Quæ enim secundum optimam proportionem composita sunt in æquali potestate,ea neq; superant,neq; superantur inter se ex parte, ut alia incrementũ, alia imminutionem accipiant:sed manent in coaptatione indissolubili, iuxta optimam rationem. Cùm enim tres sunt quicũq; tandem termini,quorum etiam interualla secundum eandem rationem inter se consistunt, tunc sanè medium instar figuræ uidemus ad primum, uelut tertium ad ipsum,& rursus etiam uicissim,iuxta adaptationem locorum & ordinis. Vt autem quis hæc numeret non cum æquali potestate,fieri non potest.

Mũdus qualis factus

Trium terminorum figura

Bene porrò se habet etiam secundum figuram, & secundum motum, ut quum pila sit,similis ipse sibiipsi per omnia sit, & omnes alias eiusdem generis figuras capere possit: secundum circularem uero mutationem perpetuò duret. Sola uero pila poterat & quiescens, & dum moueretur, in eodem loco congruere, ut nunquam relinqueret, neque acciperet alium locum, eo quòd ex medio æqualia sint omnia. Quum autem leuissimus sit exactè secundum externam superficiem, non insuper opus habet mortalibus instrumentis, quæ ob promptitudinem aliis animalibus appensa sunt et transacta. At uero anima mundi è medio suspensa, ipsum totum circumuolutum ipsi extrinsecus induxit, ubi ipsam temperamento ex forma quæ diuidi non potest, & exessentia quæ diuidi potest, temperasset, & unum temperamentum ex his duobus esset, cui ammiscuit duas facultates,principia motuum,& eiusdem, & alterius, quæ etiam quum ægrè ammisceri posset, non facile commiscebatur. Rationes autem hæ omnes sunt secundum numeros harmonicos contemperatæ, quas rationes secundum decentem sortem diuisit ad scientiam,ut non ignoraretur ex quibus,& per quæ anima cõstituta est,quam non posteriorem corporea essentia Deus construxit,quemadmodũ nos dicimus: Prius enim est id quod præstantius est, & potestate & tempore: sed antiquiorem fecit,unam auferens primam,quæ est quatuor unitatum,ad octo denarios,& tres centenarios. Huius autem duplum & triplum facile est computare, consistente primo. Oportet autem esse omnes cum supplementis & sesquioctauis, terminos sex & triginta. Vniuersum uero numerum fieri oportet,centena & quatuordecim milia, sexcenta,nonaginta quinq;. Diuisiones autem hæ sunt.

Anima Mundi

Anima prior corpore

Centena quatuordecim milia,sexcenta,nonaginta quinq;.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TABVLA TIMAEI.

	1	2	3	4	5	6	7
	384	432	486	512	576	648	729
	8	9	10	11			
1 Duplum	768	864	972	1024			
	12	13	14				
2 Triplum	1152	1296	1458				
	Diesis, apotome.						
				2187			
	15	16	17	18	19	20	21
3 Quadruplum	1536	1728	1944	248	2304	2592	2916
	22						
4 Octuplum	3072						
	23	24	25	26	27	28	29
5 Nouies	3456	3888	4374	4608	5184	5832	6561
	30	31	32		33		
6 Decies sexies	6144	6912	7776		9216		
	Diesis, apotome.						
				8556			
	34						
7 Vigesies septies	10368						

Vniuersi igitur animam sic quodāmodo diuisit. Deum uero, ęternum quidem, mens sola uidet, uniuersorū ducem, & ipsorum productorem: factum autem usu uidemus, mundum hunc, & partes ipsius quæ cœlestes sunt: quæ sanè cùm ætheriæ sint, bifariam diuidi possunt, ut aliæ quidem de eiusdem natura sint, alia uero de alterius. Harum aliæ quidē extrinsecus ducunt omnes in ipsis internas, ab oriente ad occidentē, per omnem motum: aliæ eas quæ de alterius natura sunt intus ab occidente ad aurorā, ita ut reuertantur, & per seipsas moueātur. Circūuoluuntur autem per accidens unà cum eiusdem latione, quæ robur præstantius in mundo habet. At alterius latio secundū harmonicas rationes diuisa in septem circulos digeritur. Luna igitur quæ proxima terræ est, menstruum circuitū absoluit. Sol uero post hanc annuo tempore circulum suum perficit. Duo uero ęqualem cum Sole cursum peragunt, Mercurij & Iunonis, quem Veneris et Luciferi plerique uocant. Distributionis enim & eorum quæ ad sacram Astronomiā pertinent, omnis turba ignara est, neq; occidentaliū & orientaliū ortum nouit. Idem enim aliquando hesperus & occidentalis fit, sequens solem intantū ut à splendore ipsius nō obscuretur: aliquando orientalis, ubi Solem præcedit, & ad auroram prius oritur. Lucifer igitur sæpe quidem fit Veneris stella, eo q̄ simul cum Sole currit: nō autem semper, sed multæ sunt quæ non uagant, multæ quæ uagantur. Omnis autem stella magna, quę super horizōtem, quem cœli finem uisus noster sibi circūscribit, ante Solem procedit, diem nunciat. Cæterum reliquæ tres, Martis, Iouis & Saturni habent proprias uelocitates, & annos inæquales. Perficiunt autem cursum circumpræhensiones facientes, & apparitiones & occultationes & defectiones, generantq; certos ortus & occasus, & insuper apparitiones manifestas matutinas aut uespertinas faciunt ad Solē: qui per diem absoluit suum ab oriente ad occidentē cursum: noctu uero ab occidente ad orientē motum, per aliam partem facit, dum ab eiusdem latione ducitur: per annum uero secūdum suum per

Eiusdem & alterius ratio

Septem circuli planetarum

Horizon quid sit

Solis cursus

suum per seipsum motū. Ex his autem duobus motibus circūuolutionem euoluit, dum secundum unam partem in diurno tempore proserpit, secundū unumquenq; uero circuitum, die ac nocte, à non uagantium sphæra circumuoluitur. Temporis autem partes hos circuitus dicunt, quos unà cum mundo Deus cōstruxit. Non enim erant ante mundum astra: quare neq; annus, neq; temporū circuitus, quibus factus hic mundus mensuratur. Imago uero non facti temporis est id quod æuum appellamus. Sicut enim ad sempiternum exemplar, mundum in specie extantem, cœlum hoc factum est: ita ad exemplar ipsius æui, hoc tempus cum mundo creatum est. Terra porrò in medio firmata, sedes deorum, terminus & dux noctis est, occasusq; ac orientes generat, secundum desectiones finium cœli, prout uisu & terræ desectione circumscribuntur. Antiquissima autem est omnium quæ intra cœlum sunt corporum. Neq; enim aqua facta est absq; terra, neque aer absque humido, & ignis humore & materia destitutus, ex qua dependet, nō permanere potest. Quare radix & fundamentū omnium terra firmata est in eodem momento. Principia igitur eorum quæ generantur, sunt uelut subiectum, Materia: uelut ratio formæ, species siue idea. Opificia uero eorum sunt corpora, terra, aqua, aer & ignis. Quorum ortus huiusmodi est. Omne corpus ex planis est, hoc autem ex triangulis, quorum alter quidem est ex rectis angulis, æqualium laterū, semiquadrangulus: alter autem inæqualium laterum, qui habet maiorem angulum potētia triplum minoris: minimus autem in ipso angulus, tertia recti pars est: huius autem duplum, medius est: Hic enim duarum tertiarū partium est: maximus autem rectus ad medium sesquialteram proportionem habet, triplus autem est ad minimū. Hic igitur triangulus semitrianGulus est, eius trianguli qui æqualium laterum est, bifariam secti ad perpendiculū à summo uertice ad imum, in æquales partes. Duo igitur recti anguli sunt utriq;, sed in altero quidem duo latera, quæ circa rectum angulum sunt, sola æqualia sunt: in altero uero omnia tria inæqualia. Appelletur autem hic quidem obliquus, ille uero semiquadrangulus, principiū constitutionis terræ. Nam quadrangulus ex his, ex quatuor semiquadrangulis compositus est: ex quadrāgulo uero generatur cubus, firmissimū & undiq; stans corpus, quòd latera quidem sex, angulos aūt octo habet. Secundū hoc autem terra, grauissimum: & ægrè mobile, & in alia immutabile est corpus, eo q̄ minimè cōmunionem habet cum alio triāguli genere. Sola enim terra sempiternū elementum habet semiquadrangulum. Hic autem elementū est aliorum corporū, ignis, aeris, aquæ. Sexies enim composito semiquadrangulo, triangulus ex ipso fit æqualiū laterum: ex quo pyramis, quę quatuor bases & æquales angulos habet, cōponitur, species ignis maximè mobilis & tenuissimarū partium. Post hoc aūt id quod octo sedes habet, octo quidē bases, sex autem angulos, aeris elementū est. Tertium aūt quod uiginti sedes habet, bases quidē uiginti, angulos autem duodecim, aquæ elementum est plurimarū partium & grauissimum. Hæc igitur ab eodem elemento composita, inter se transmutant. At quod duodecim sedes habet, imaginē uniuersi statuit, ut quod propemodū pila sit. Ignis igitur ob partium tenuitatē per omnia penetrat. Aer item per alia, præter ignē. Aqua aūt per terram. Omnia igitur plena sunt, nihil uacui relinquentia. Simul aūt ducuntur cum uniuersi circūuolutione, & firmata teruntur quidem uicissim, indefinentē uero alterationem ad ortus & interitus perficiunt. His porrò utens Deus hunc mundum construxit. Qui tangi quidem potest, propter terram: Videri autem, propter ignem, quæ duo extrema sunt: per aerem uero et aquā colligauit uinculi robustissimi proportione, qua & ipsum, & quæ per ipsum compræhenduntur, contineri potest. Siquidē igitur planum fuerit id quod colligatur, unū mediū sufficit: Si uero solidū, duobus indiget. Duobus igitur mediis duo extrema adaptauit: quo esset uelut ignis ad aerem, aer ad aquam, aqua ad terram: & secundū permutationem, uelut ignis ad aquam, aer ad terram: & uicissim, uelut terra ad aquam, aqua ad aerem, & aer ad ignem: & secundū permutationem, uelut terra ad aerem, aqua ad ignem. Et quoniā potentia æqualia sunt omnia, rationes ipsorum in æqualitate sunt. Vnus igitur hic Mundus felicis uinculi secundum proportionem est. Vnumquodq; uero horum quatuor corporū multas species habet: Ignis quidem flammam, & lumen, & splendorem, propter triangulorū in unoquoq; ipsorum inæqualitatem. Similiter autem & aer, partim quidem purus est & siccus, partim humidus & nebu

Temporis partes

Terræ consideratio

Principia rerū duo

Elementorum quatuor species multæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

losus. Aqua etiam alia fluida est, alia congelata, uelut nix, & pruina, & grando, & glacies. Et humor alius fluidus est, ut mel, oleum: alius compactus, ut pix, cera. Compacti uero species, alia fusilis, ut aurum, argentum, æs, stannum, plumbum, stiria: alia fragilis, ut sulphur, bitumen, nitrum, sal, alumen, lapides eiusdem generis. At uero post Mundi constitutionem, animaliũ mortalium ortum molitus est, quo perfectus esset ad imaginem penitus effectus. Humanam igitur animam ex eiusdem rationibus & potentijs contemperatam & diuisam, distribuebat naturæ alteratrici traditam, quæ ipsi succederet in mortalibus & diarijs animalibus efficiendis, quorum animas per influẽtem modum instillabat, alias à Luna, alias à Sole, alias ab alijs uagantibus in alterius parte, præter unam quæ de eiusdem potentia est, quam in rationali parte ammiscuit, imaginem sapientiæ, his qui bono fato utuntur. Nam humanæ animæ altera pars rationalis & intelligẽs est: altera rationis exors & insipiens. Rationalis uero id quod melius est, de eiusdem natura est: quod deterius, de alterius: Vtrunq; uero circa caput firmam sedem habet, ut reliquæ tum animæ, tum corporis partes huic inseruiant, quemadmodum sub ipsius tabernaculo uniuerso. At partis rationis exortis ea pars quæ ad iram cõcitat, circa cor: quæ concupiscit, circa hepar sedem habet. Cæterum in corpore principiũ & radix medullæ est cerebrũ, in quo animæ principatus. Ab hoc autem diffusio quædam fluit per dorsi uerticula deinceps, ex quibus in semen & genituram diuiditur. Ossa uero medullarum munimenta sunt. Horum autem tegmen & cooperimentum caro est. Articulos autem neruis connexuit per ligamenta ad motum. Ex internis autem quædam alimenti gratia, quędam salutis fecit. Ex motibus uero qui ab externis proficiscuntur, hi qui ad sapientiæ locum referuntur, sensui expositi sunt: qui uero sub perceptionem non cadunt, sensus effugiunt: aut quòd corpora quæ afficiuntur, magis terrea sunt: aut quòd motus debiliores fiunt. Quicunque igitur motus naturam excedunt, dolorem pariunt. Quicunq; uero ad ipsam restituuntur, uoluptates nominantur. At uero ex sensibus ui sum quidem Deus nobis accendit ad cœlestium speculationem, & scientiæ assumptionem. Auditum autem ad sermones & concentus percipiendos produxit: quo si homo ex natiuitate priuatur, neq; sermonem amplius emittere poterit. Quapropter etiam maximè cognatum sermoni hunc sensum esse dicunt. Quæcunq; uero affectiones corporum nominantur, ad tactum uocantur, secundum inclinationem autem, ad locum. Tactus enim uitales facultates iudicat, caliditatem, frigiditatem, siccitatem, humiditatem læuitatem, asperitatem, cedentia, renitentia, mollia, dura: Graue autem & leue tactus: quidem præiudicat, ratio uero decernit, per mutationem ad medium, & à medio. Deorsum autem & medium idem dicunt. Nam centrũ sphæræ, siue pilæ, hoc est quod deorsum dicunt: quod uero supra hoc est usque ad circumferentiam, sursum uocant. Calidum igitur tenuium partium est, & corpora disparare uidetur. Frigidum uero crassiorum partium est, & meatus constringit. At Gustus similis est tactui. Coagmentatione enim & discretione: insuperq; ad meatus pergressione, & figuris, aut acerba sunt, aut lęuia, ea quæ ad gustum pertinent. Eliquantia enim & extergentia linguam, acerba apparent: Moderata uero extersione prædita, salsa: Incedentia uero & diffundentia carnem, acria. At contraria læuiaq; & dulcia, in succum eliquescunt. Odoris porrò species distinctæ non sunt. Per angustos enim meatus percolantur, qui solidiores sunt, quàm ut contrahantur & disparentur putrefactionibus & cõcoctionibus terræ, & rerum terrearum. Suntq; iucundi, aut ingrati odoris. Vox autem est ictus in aere, per aures ad animam perueniens, quarum meatus pertinent ad hepar usque procedentes. In his est spiritus, cuius motus est auditus. Vox itaque (qui & auditus) alia quidem uelox, acuta est: & alia quidem multa & diffusa, magna est, alia modica & contracta, parua: alia uero ad rationes Musicas ordinata, concinna est: alia confusa & à ratione aliena, inconcinna & dissona est. Quartum autem genus eorum quæ sensui exposita sunt, plurimarum specierum & maximè uarium est. Sunt autem ea quæ uideri possunt. In quo sunt & colores omnis generis, & infinita quæ colorata sunt. Primi autem colores quatuor sunt, albus, niger, splendidus, puniceus. Reliqui enim ex his permixtis generantur. Albus igitur color uisum disparat, Niger coagmentat: Quemadmodum

Animæ humanæ partes

Corporis humani constructio

Sensuum ratio

admodum calidum diffundit tactum: frigidum uero contrahere potest: & acerbum quidem, gustum contrahere: acre uero deducere ex natura solet. Porrò nutritur corpus animalium quæ aerem inspirant, & conseruatur, dum alimentum per uenas in totam molem distribuitur, & secundum influxionem, uelut per canales ducitur, & à spiritu irrigatur, qui ipsum ad extrema ducens diffundit. Respiratio uero fit, quum nihil uacui in natura sit, dum influit & attrahitur aer, pro eo qui per oscula uisui non patentia diffluit, per quæ etiam mador ac sudor apparet. Sed & aliquid de ipso à naturali calore consumitur. Necesse est igitur uicissim introduci, æqualem modum eius qui consumptus est: Sin minus, uacuum esse, quod nullo modo fieri potest. Neque enim amplius fuerit in una confluxione, & unum animal, si corpus à uacuo diuidatur. Similis autem instrumentorũ constructionis ratio est etiam in inanimatis, secundum respirationis proportionem. Cucurbitula enim & succinum imagines respirationis sunt. Nam fluunt per corpus foras spiritus, uicissim autem introducuntur per respirationem & ore, & naribus. Deinde rursus uelut Eurípus, uicissim feruntur in corpus, quod secundum influxiones distẽditur. At cucurbitula consumpto aere ab igne, attrahit humorem. Succinum uero excreto spiritu, suscipit simile corpus. Alimentum uero omne à radice quidem cordis, à fonte uero uentriculi inducitur corpori, quod etiam si plus irrigatur quàm defluit, incrementum dicitur: si uero minus, imminutio: uigor autem in horum confinio consistit, & in defluxionis ac influxionis æqualitate intelligitur. Quum autem constitutionis compages dissoluuntur, si non amplius transitus est spiritui, aut alimentum distribuitur, animal moritur. Multæ uero sunt sortes quæ uitæ & mortis causæ sunt. Vnum autem genus nominatur morbus. Morbi uero principia sunt primarum facultatum intemperantiæ, si redundarint aut defecerint simplices facultates, caliditas, frigiditas, humiditas, aut siccitas. Post has autem sunt sanguinis mutationes & alterationes ex corruptione, & ex causa carnis liquescentis uitiationes, si secundum mutationes, ad acidum, aut salsum, aut acre, sanguinis alterationes, aut carnis corruptiones fiant. Hinc enim sunt bilis & pituitæ origines, humores morbosi, & humorum putrefactiones, leues quidẽ, quæ non in profundo sunt: graues autem, quarum principia ex ossibus oriuntur: molestæ uero, quæ ex medulla accenduntur. Postremi uero morbi sunt, spiritus, bilis, pituita, augescentia, & in alienos locos fluentia, aut ad partes principales. Tunc enim meliorem locum occupant, & depulsis cognatis sedes figunt, & afflictis corporibus, in hæc ipsa dissoluuntur. Et corporis quidem hæ sunt affectiones, & ex his animæ morbi multi sunt, sed alij aliarum sunt facultatum, sentiendi quidem, sensus obtusus: memorandi uero, obliuio: appetendi, tum sublata, tum immodica appetentia: patiendi, feræ affectiones, & œstro percitæ rabies: rationalis, indocilitas & imperitia ac insipientia. Principia uero uitij sunt, uoluptates & dolores, cupiditates & timores, ex corpore quidem accensæ, sed animę ammixtæ, & quæ uarijs nominibus proferuntur. Nam & amores & iucunditates & desideria exoluta, & iræ concitatæ, & indignationes graues, & cupiditates uariæ, & uoluptates immoderatæ sunt. In summa uero, absurdè se habere ad affectiones, & sub harum dominio esse, uirtutis ac uitij finis est. Nam in his multum esse, aut ipsis superiorem esse, bene aut malè nos afficit. At uero ad hos impetus multum auxilij afferunt corporum temperamenta, quæ acida aut calida, aut alias alia fiunt, & ad biles atras, & frequentissimas libidines nos ducunt. Fluxionibus etiam infestatæ partes morsus acres inducunt, & formas inflammatorum magis quàm sanorum corporum, per quas tristitiæ, & obliuiones, & desipientiæ & pauores efficiuntur. Multum etiam possunt consuetudines, in quibus per ciuitatem aut domum educantur: & quotidianus uictus animã frangens, aut ad fortitudinem corroborans. Nam & sub dio uersari, & simplicia alimẽta, & gymnasia, & mores eorũ cum quibus cõuersamur, maximam ad uirtutẽ & uitium uim habent. Et hæ quidẽ causæ ex parentib. & elementis magis inducunt, q̃ ex nobis, nisi segnicies est, discedentib. nobis à cõuenientib. operib. Cæterũ ad hoc ut bene se habeat animal, oportet corpus habere uirtutes quæ sub ipso sunt, sanitatẽ, & sensuũ subtilitatẽ, & robur ac pulchritudinẽ. Principia uero pulchritudinis sunt, symmetria ac cõgruentia et ad ipsas partes, et ad animã.

Nutritionis ratio

Respiratio etiã in inanimatis

Morborum causæ

Morbi animi ex corpore

Virtutis uim habentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virtutum animæ & corporis collatio

Natura enim uelut instrumentū composuit corpus, ut & obediens sit, et concinnum, ad uitæ scopos & occasiones. Oportet autem etiam animā ad similes uirtutes concinnam facere: ad temperātiam quidem, uelut ad sanitatē corpus: ad prudentiam uero, uelut ad sensuum subtilitatem: ad fortitudinē autem, uelut ad robur & uigorem: ad iustitiam uero, uelut corpus ad pulchritudinē. Harum autem principia quidem, ex natura sunt: media uero & fines, ex cura: corporis quidem, per gymnasticā & Medicinam: animæ uero per eruditionem & philosophiā. Hæ enim facultates sunt, quæ nutriunt & roborant, & corpora & animas, per labores, & exercitia, & uictus puritatem, partim medicamentis, partim animorū eruditione, per castigationes & obiurgationes. Corroborāt enim per cohortationes impetum excitantes, & quæ ad opera cōmoda sunt iubentes. Vnctoria igitur ars, & quæ huic cognatissima est Medicina, ad corpora curāda cōstituta est, quæ ad optimam harmoniam facultates ducit, & sanguinem purum, & spiritum unà fluentem efficit: quo etiamsi morbosum quid suboriatur, ualentes sanguinis & spiritus facultates ipsum superare possint. At uero Musica & huius dux philosophia, ob animæ correctionem constitutæ à dijs & legibus, assuefaciunt & suadent, & partim etiam cogunt rationis exortem partem rationi prædictæ obedire: rationis autem extorti partis eam partem quæ ad iram concitatur, mansuetam esse: cupiditatem uero quiescere, ut non absque ratione moueantur, neque tamen conquiescant mente ipsas prouocante, aut ad opera, aut ad fructum uoluptatis. Hic enim est temperantiæ terminus, obedientiaque & tolerantia. Sed & intelligentia & antiquissima philosophia, expurgatis mendacijs indiderunt scientiam, reuocatam ex magna ignorantia mentem, ad diuinarū rerum conspectum submittentes. In quibus si quis cōuersatus est, ita ut humanis rebus & ipsarum operatione simul contentus ad moderatum uitæ tempus fuerit, is felix est, cui quidem dæmon has sortes contribuit, & ob uerissimam opinionem, ad felicissimam uitam ducitur. Si uero quis durus & inobediens est, eum sequatur pœna tum ex legibus, tum ex sermonū narrationibus, quæ assiduos pauores & cœlestes, & in orco inducit, nimirum supplicia ineuitabilia infelicibus inferis imminere: & alia quæ Ionicus poeta dudū de nuptijs scripsit, ob quæ & ego ipsum laudo. Quemadmodum enim corpora aliquando morbosis rebus sanamus, si nō cedant saluberrimis: Sic animas falsis sermonib. coercemus, si non ducantur ueris. Referuntur autem necessariò etiam supplicia noua, quòd transeunt animę timidorum, in corpora muliebria, ut ad contumeliam exposita sint: cæde contaminatorū, in bestiarum corpora, ad supplicium: libidinosorū, in suum aut aprorum formas: leuium & animo inflatorum, in uolatilium per aerem uersantium species: segnium & ociosorum imperitorūq; ac stolidorum, in aquatilium speciem. Omnia autem hæc in secundo circuitu Nemesis dijudicauit, unà cum dæmonibus fraudulentis & terrenis, qui rerum mortalium inspectores sunt. Quibus dux omnium Deus gubernationem mundi, ex dijs & hominibus, & alijs animalibus, quæ ad optimam speciei ingenitæ & æternę imaginem, creata sunt, completi, commendatam curandam tradidit.

Musicæ & philosophiæ opera

Malorum in uita futura pœnæ

Animarū in alia corpora transitiones

IANI

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI, IN NOTHOS PLATONI *adscriptos dialogos* VII. *numero, & in Timæi Locri de anima mundi, & natura.*

ECLOGA DECIMA.

OVM hi septem dialogi, reliquis genuinis Platonis dialogis adiecti reperiantur, nolui etiam ego ipsos reijcere, sed post genuinos subiecì, tum quòd ad Platonis imitationē scripti sunt, tum quòd à Platone tractata, etiam ipsi tractant, & quodammodo clarius exponēda sibi sumunt. Est autem primus Axiochus, siue de morte inscriptus, & mortem non formidādam esse docet, tum alijs argumentis productis, tum quòd neq; ad uiuos, neq; ad mortuos pertineat. At hæc omnia longè illustrius nostris hominibus M. Cicero tradidit. Quidā Xenocratem huius dialogi autorem faciunt. Secundus de iusto est, nec aliam alicuius personæ inscriptionem habet. Quanquam ex progressu pateat, Socratis esse cum alio quodam disputationem, tum hanc, tum sequentis dialogi de uirtute, an doceri illapossit. Continetur autem in Clitophonte, & in libris de republica, ut sit inde quasi summa quædam extracta. Modus autem dialogi ad Minois exemplum efformatus est. Tertius de uirtute inscriptus est, an doceri possit illa. Quæ res in multis locis, præcipuè tamen in Menone tractatur, ut sit hic dialogus uelut Menon decurtatus. Tractauit idem argumentum etiam Plutarchus.

Xenocratis Axiochus

Quartus Demodocus inscriptus, siue de cōsilio dādo, tractat quomodo cōsilia dari oporteat ab his qui de re aliqua cōsulturi cōueniunt. Proponunt & uaria argumēta, quæ in utrāq; partē tractant. Quintus Sisyphus siue de cōsultando inscriptus, uicina Demodoco tractat, quū inter cōsultandū omnino cōsilia dare oporteat, aliàs frustrà ulla cōsultatio instituat. Sextus Eryxias inscribit, uel ut alij habent Erasistratus, siue de diuitijs. Et docet quæ sint ueræ opes, & q̄ in multa opulentia sit multa indigentia, ut sequat ditissimos indigentissimos esse. Septimus nō est dialogus, sed collectio quędā definitionū, earū rerum quę à Platone & alijs philosophis tractant, iuxta Platonis aut illorū sententiā. Quidā hanc ad Speusippū referunt, qui Platonis ex sorore neptē habuit in uxorem. His accessit octauus, neq; hic dialogus, sed iustus liber Timæi Locri, de anima mūdi & natura tractās, & Dorica lingua ab autore scriptus, quē Plato sequutus Timæū suum scripsit, & proinde Timæū à persona ipsius inducta appellauit. Porrò sicut in nouē Platonis dialogorū quaterniones, totidē Eclogas conscripsi, in quibus selectos locos annotaui: Ita decimā Eclogā, in nothos & genuinis adiectos dialogos istos cōfeci, in quā selectos locos digessi, eodē modo annotatos, sicut in superioribus Eclogis. In Axiocho itaq; mox ab initio, in Græcis redūdat particula μοι, post uocē γγνωσθέω. Et mox, σπαφεὶς legendū est pro πεπεισμένος. Et mox legendū est, ἥγλιν δι αὐτὸ, in duali numero, non αὐτῶν. Et paulò post. Quo uero citius perueniremus, uia ad murū ibamus, in Ionijs Dianæ festis: in Græcis habet. οὐ γὰρ ἦν ἔστιν ὁδὸν πᾶσι τὸ τεῖχος ἐπιβῆναι, τοῖς Ἰωνικοῖς, τοῖς Ἰωνίοις ita q̄ accipio festa Dianæ, id est ἑορτὰς τῆς Ἰωνίας. Vocat enim Diana Ἰωνίην, & Ἰωνίαν. Hæc ita q̄ Dianæ festa fuisse in causa arbitror, ut uia ad murū fuerint, multitudine celebrantiū Dianæ festa impediti, ne recta per ciuitatē uia illum adirēt, manuscriptū exemplar habet τοῖς σιτωνικοῖς. Nec satis scio an huius uocis recta sit lectio, ut σιτωνικοῖς accipiamus ἡμέραις, eos uidelicet dies, quibus σιτῶναι, id est frumentatores, siue præfecti frumēti publici, id coemebāt & reponi curabāt. Et sic sanè τοῖς σιτωνικοῖς rectius legendū esse uidetur. Iudiciū sit apud doctos. Et infrà. Cuius uoluptates occultæ & uolucres: In Græcis uulgatis habet. ᾧ τὰ μὲν ἥδονται μυχεύειν τῇ πλευρᾷ: sed manuscriptū exemplar μυχιάς habet. Et paulò post. Quū uero multis exhaustis laboribus ad septenariū deuenerit, pædagogi & exercitiorū magistri & pædotribæ tyrannidē in ipsum exercēt: & ubi nō augescit, grāmatistæ, critici, geometræ, rei militaris doctores, ingens dominorū multitudo: Græcè sic legendū est. ὅταν δὲ εἰς τὸν ἐπαίτιον ἀφίνται, πολλοὺς πόνους διανιπάσαν, παιδαγωγοὶ καὶ γυμναστὰ καὶ παιδοτρίβαι τυραννοῦντες, καὶ ξυθμοὶ δὲ καὶ γραμματικοὶ, πεττικοὶ, γεωμέτραι, τοπικοὶ, καὶ πᾶσα δυσπότης. In uulgatis deficiunt παιδαγωγοὶ, & γραμματικοὶ. Et infrà. Quando ego quidē mente non frangebar: Græcè legendū. ὅτ' ἐγὼ μὴ ἐν ἐπιφρόμῳ τὸν γνόμον. Vulgo habet ἐπιφρόμῳ. Et infrà. Nunc autē teipsum euertis, dum ne anima prioris times. Priuatiōi uero animā circūponis: & times quidē q̄ nō sensurus sis, nullū autē futurū sensum, sensu te percepturū esse putas: in Græcis ita legendū est. νυνὶ δὲ πίπτεις σεαυτὸν ἀμαθυνθῆναι φοβούμενος τὸ μὴ αἰσθήσεσθαι, μᾶλλον δὲ οἷα τὸν ἐπιφρόμῳ ἀλλὰ τοῦ αἰσθήσει. In uulgatis codicibus locus mancus est. Et mox. Nō enim mortalis natura ad tantā rerum gerendarū magnitudinē se extulisset: in Græcis uulgatis legitur. ἡ γὰρ ἀνθρωπίνη φύσις τόσον ἐπῆρτο μεγαυργίας. Sed manuscriptū pro τόσον, habet τόσον ποιοῦσι falsò ut puto, pro ποιοῦσι τοῖς: Aut ποιοῦσι ἦρτο &c. Et paulò post. Sed trāquilla quædā & malorū exors uita: In Græcis uulgatis legitur. γαλωνὸς δὲ τις ἡ, καπνὸν ἄγων βίον. Sed manuscriptū habet ἄκονος pro ἄγονος, sentētia eadē manente.

Ionicæ, festa Ἰωνίαι, ἑορτὰς Ἰωνίην, Ἰωνίας σιτωνικαῖς σιτῶναι σιτωνικοῖς

μυχιάς

ἐπιφρόμῳ ἐπιφρόμῳ

Locus mancus

ἄκονος pro ἄγονος

Et infrà. Quomodo igitur nō primus tu honorē cōsequeris, qui mystes es deorum? Græcè legendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

gendū. πῶς ὖν ὁ σοὶ πρότερ μέτεστι τ πιθς ὑπὶ γε μόνη τῶν θιῶν. Vulgati codices habẽt ὑπὶ γε μόνη τῶν θιῶν.

In secundo dialogo notho, de iusto. Quid uero de grauibus & leuibus iudicãtes, nónne ponderãtes? Põderantes sanè. Quid uero de multis & paucis, nónne numerãtes? Etiam: Græcè legẽdum. τι ἦ πόλλ' ἢ βαρέων τὰ κάφω τ ὀχ ἱσαύτις; ἱσαύτις μέντοι. τι ἦ πόλλ' ἢ πολλῶν τὰ ὀλίγων, ἦ ὃν ἀριθμῶντις; ναί.

Locus mancus Et hic locus in uulgatis codicib. mancus est. Et infrà. Et decipere, & nõ decipere, iustũ ac iniustum? Apparet. Et nocere, & prodesse, iustũ ac iniustũ? Etiam: In Græcis uulgatis hæc defectuosa

Locus mancus legunt. Recta lectio sic habet. τὰ ὠφέλιμα τὰ μὴ ὠφέλιμα, λέγομεν τὰ ἀδύνατα ἐστι. τὰ βλάπτειν τὰ ὠφελεῖν, λέγομεν τὰ ἀδύνατα. In quarto dialogo Demodoco. Si sanè possibile est cõsiliũ dare, prudentẽ uirũ imperitis, satis certè est etiã unus ad cõsilium dandũ non scientibus uobis Græcè legendum est. εἰ σφᾶς ἅπαξ ἱκανόν ἐστι ξυμβουλεύειν ἑκάστοτε σύμφορα αὐτοῖς τοῖς ἀπαίροις. ἱκανὸς μήπου ἐστὶ τὰ ξυμβουλεύσαι τοῖς ὑπ ἐπιστήμης ἰδίοις ὑμῖν. In uulgatis codicibus deficit particula ὑπ. Et paulò ante ἡμῖν & ἡμῶν falsò habet, pro ὑμῖν & ὑμῶν. Et mox etiã ἡμᾶς pro ὑμᾶς. Et infrà. Ita se doctum esse uos quæ uobis facienda sunt, & iudicaturũ eos &c. In Græcis legendũ. ὅτως ὑμᾶς διαλέξειν, ἃ πρακτέον ὑμῖν ἐστι, τὰ πεμνεῖν αὖτ &c.

Et paulò post. Quid uero si fieret hoc cuius gratia facere cogitatis: Græcè legendum. τι δ' εἰ γενοιτο ἃ σύμπας πράττειν αὖ διανοεῖσθε. Et infrà. Quod enim alter non declarabit, hoc ambo quomodo declarare poterint? Si uero uterque declarabit, manifestum est quod qui prior dicet, etiam prior declarabit. Quare ut qui illum solum audiuit, non quodammodo cognoscat, fieri non potest: Græca hoc loco sic legenda sunt. ὁ γὰρ ἕτερος οὐκ ἐμφανεῖ, πῶς ἀμφότεροι πῶς αὖ ἐμφανίσει διώκαντο: εἰ δ' ἑκάτερος ἐμφανεῖ, πλέον ὃς ἂν ὀρθῶ πρότερος, καὶ ἐμφανεῖ πρότερος. οὗ ἐπεύνομόνου ἀκήκοεν τὰ μὴ γνῶναι πῶς, ἔφη οὐκ οἷόν τε. Et infrà. Melius usuros esse inquit putas aliquos dum audiunt, rectè ne dicentem & cupientem, aut peccantem? Rectè dicentem inquit. At ille non rectè cu-

Locus mancus pere tibi uidebatur? Etiam inquit: In Græcis uulgatis lectio manca, ita restituatur. βέλτιον δὲ χρῆσθαι ἔφη οἷς τινὲς ἀκήκοντες ὀρθῶς λέγοντος καὶ ἀξίωντος, ἢ ἁμαρτάνοντος ὀρθῶς λέγοντος ἔφη. ὁ δὲ γε οὐκ ὀρθῶς ἀξίῳ ἐλέσθαι σοι; ναί ἔφη. Et ad finem. Quid uero si nõ magis familiaribus credere oportet, q̃ quibusuis &c. Græcè legendum. τι δὲ οὐ μᾶλλον τοῖς οἰκείοις πιστεύειν δεῖ, ἢ τοῖς τυχοῦσιν &c. In uulgatis deest particula μὴ. Habent etiam uulgati codices εἰπὲν aliquoties pro εἶπον. In sexto dialogo. Insuper uero etiam alia habet ad diuitias pertinentia omnia, seruos, equos &c. Græcè legendũ. ἔτι δὲ τἄλλα τὰ εἰς πλοῦτον ἥκοντα ἅπαντα, οἰκέτας καὶ ἵππους &c. Vulgo ἁπλᾶ τὰ habetur, pro ἅπαντα.

Et infrà. Nónne siue sapiens quis fuerit gubernator, siue Medicus in arte doctus: Græcè legendum. ὀνῆσ αὖ ἔστι σοφὸς ἂν κυβερνήτης, ἔστι ἰατρὸς σοφὸς πλὴν τέχνην. Vulgo ἄνηι & ἀσὶ falsò habetur pro ἄτι.

Et paulò post. Velut à superius dictis uulneratus: Græci codices uulgati habent. ὥσπερ οὐ πρὸς τοῖς ἐμπροσθεν λελεγμένοις. Sed ego οὐ παρὼν falsò legi suspicor: Nullam enim sententiam cõmodam

οὐ παρὼν pro οὐτάμενος exhibent hæc uerba: Et libet mihi credere, uocem οὐτάμενος legendum esse, quæ facile in οὐ παρὼν corrumpi potuit. Et mox in Græcis uulgatis totus uersus deficit, ubi cõuerti. Verũ potius de

Locus mancus diteſcẽdo disputare oportere, unde honestum est ditescere, & unde turpe: & hoc ipsum, diuitem esse hominem quid est, utrum bonum aut malum: Sic enim legendum est. ἀλλὰ μᾶλλον πρὸ πόθεν τὸ πλουτεῖν διαλέγεσθαι χρὴ, πρόσθεν καλὸν ἔστι πλουτεῖν, καὶ ὁπόθεν αἰσχρόν. καὶ αὐτὸ τὸ πλέσιον εἶναι ἀνθρώπων τί ἐστι, πότερον ἀγαθὸν ἢ κακόν.

παρλιῦ pro περάλιν Et infrà. Prodicus enim nuper quum hæc diceret: Græcè legendum. ἐμοὶ γε πρόδικος περάλιν λέγων ταῦτα. Vulgo παρλιῦ falsò habetur, pro περάλιν. Et infrà. Quomodo igitur ὁ Socrates, inquit excepto sermone Eryxius, quia utimur inter nos sermone, & scriptione. & multis alijs, num multis fuerint hæc opes? & sanè utilia hæc esse uidentur: Græca hoc loco sic habẽt.

βλάπτειν pro χράφειν suppositum πῶς οὖν ἔφη ὁ Ἐρυξίας ὑπολαβὼν τὸ σύγγραττε, ἢ ἐγὼ ὅτι χρώμεθα πρὸς ἀλλήλους ὧν διαλέγεσθαι καὶ ὧν βλάπτειν καὶ ἑτέροις πολλοῖς, ἆρα ἡμῖν ταῦτ' αὖ ἐστι τὰ χρήματα; καὶ μὴν χρήσιμά γε φαίνεται ὄντα. At ego uocem βλάπτειν corruptam legi censeo, & pro ipsa legendum esse χράφειν, ut sit sententia quam ego reddidi. Nam φ damno utimur, & φ damnũ utile sit, haud scio an rectè dicatur, quum soli ei qui damnũ infert, utile id esse possit, & aliquando eidem etiam obesse. Et infrà. Nunc uero dixeris aliquas operas esse rerum malarum, aliquas autem bonarum? Græcè legendum. νυῦ δὲ φαίης ἂν τινὰς ἐργασίας πραγμάτων μοχθηρῶν, τὰς δὲ χρηστῶν. Vulgo habetur πρὸς, pro φαίης ἄν. Et ad finem. Quid uero, num pluribus & magis uarijs opus habemus, quum ægrotamus, aut quũ sani sumus? Quum ægrotamus: In Græcis uulgatis deficit responsio ὅταν πάμνωμεν. Et mox. Cupiditates autem omnes nihil aliud sunt, quàm aliquarum rerum indigentiæ? Nihil: In uulgatis deficit responsio, οὐδέν, id est nihil. In definitionibus. Iustitia est consensio animæ ad seipsam, & partium animæ inter se bona compositio: Græcè legendum. δικαιοσύνη, ὁμόνοια τῆς ψυχῆς πρὸς αὑτὴν, καὶ σύντεξια τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν πρὸς ἄλληλα. In uulgatis redundant uoces, τι καὶ πόθεν ἄλληλα. Et infrà. Animi concitatio est impetus uiolentus animæ irrationalis, absque ratione, & ordine mentis: In Græcis confusa est lectio uerbis transpositis, & uelut in duas definitiones distributis. Sic autem le-

θυμὸς quid sit gendum est. θυμὸς, ὁρμὴ βίαιος ψυχῆς ἀλογίστου, κίνησιν λογισμοῦ καὶ τάξεως νοῦ. Et paulò post. Pigritia est fuga laborum. Principium est prima causa ut aliquid fit. Timiditas est affectio quæ percipit impetum. Hæ tres definitiones in Græcis uulgatis inter se confusæ sunt, ut nulla integra habeatur. Est autem recta lectio hæc. ὄκνος, φυγὴ πόνων. Ἀρχὴ, πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία. Δειλία, διάθεσις

διάθεσις αὐτολυπητικὴ ὁρμῆς. In Timæi libro pauca quædam sunt, non rectè ad Doricæ linguæ idioma expressa, quæ facile dijudicabunt hi qui eius idiomatis peritiam habent, uelut est hoc: ὃν δ' ἔχει καὶ πρατὸ χῆμα, καὶ κατ' αὐ νίνησιν. Legendum enim est κατ' ὀ χῆμα, pro κατὰ τὸ χῆμα, sicut κατ' ταὐ, pro κατὰ τὼ. Et mox. κατ' αὐ δ' ἐγνίνλιον μεταβολαὺ &c. legendum κατ' αὖ δ' &c. Cæterum quod ad figuram attinet, quam διάγραμμα uocant, relinquo peritis Musicis Geometrisq; ac Arithmeticis, ut expẽdant quomodo numeros harmonicos in ipsa figura numerent, quo centena quatuordecim milia, sexcenta, nonaginta quinq; assequantur ac colligant. Deinde quomodo eandem figuram accommodent ad Platonis uerba, ubi in Timæo ait. Incepit autẽ diuidere hoc modo. Vnam detrahebat primũ de toto partem. Post hanc auferebat duplum huius. Tertiam uero sesquialteram secundæ, triplam primæ. Quartam duplam secundæ. Quintam triplam tertiæ. Sextam primæ octuplam. Septimam uigesies septies primam continentem. Postea quomodo per dieses & apotomas expleuerit deus dupla ac tripla interualla, partibus ampliꝰ illinc desectis, ut limmata relinquerentur residua. Mihi certi numeri quidã non rectè expressi uidentur, & nec limmata iusto loco adscripta: sicut neq; dieses & apotomæ. Sed & termini iusstum ordinẽ non obtinent, ut dupla & tripla & reliqua, pro sua duplicitate, singulis suis simplicibus respondeant. Oportet autẽ esse terminos sex & triginta, ut Timæus ait. Sed in figura habentur saltem triginta quatuor, uelut hi sufficiant etiam absq; apotomis. Quin & decies sexies duplicatum terminũ trigesimum cõperies, si ad primũ referatur: & trigesimũ primum, si ad secũdum: & trigesimũ secundũ, si ad tertium: & trigesimũ tertium, si ad quintum. Nos qui neque expositiones scribere instituimus, neq; commentaria adornauimus, de his omnibus admonere saltem breuissimis uoluimus. Et hæc pro Eclogarũ institutarũ ratione sufficere duximus, ne hæc figura siue tabula intacta nobis præteriretur. Proinde totam tabulam sic habere debere puto. Et hanc etiam Latinè hoc modo reddidi.

Termini 34. pro 36.

TABVLA TIMAEI.

	α	β	γ	δ	ε	ς	ζ
	τπδ	υλβ	νπς	φιβ	φος	χμη	ψκθ
	η	θ	ι	ια			
α διπλάσιον	ψξμ	ωξδ	ϡοβ	ακδ			
	ιβ	ιγ	ιδ				
β τριπλάσιον	ᾱρνβ	ᾱσιϛ	ᾱυνη				

Διέσις, ἀκρομή. (βρπζ)

	ια	ιε	ιζ	ιη	ιθ	κ	κα
γ τετραπλάσιον	ᾱφλε	ᾱψκη	ᾱϡμδ	βμη	βτδ	βφιβ	βϡιε
	κβ						
δ ὀκτωπλάσιον	γοβ						
	κγ	κδ	κε	κε	κζ	κη	κθ
ε ἐννιάκις	γυνε	γωπη	δτοδ	δχη	ερπδ	ϡωλβ	ᾱφξά
	λ	λα	λβ		λγ		
ς ἑξάκις καὶ δεκάκις	ερμδ	ϡϑιβ	ζψοε		ϑσιε		

Διέσις, ἀκρομή. κφνε

	λδ
ζ ἑπτάκις ⟨ε⟩ ἑνδσάκις	ιτξμ

Post

Universidad de Deusto
Biblioteca

Post tabulam præscriptam, mox legendum est. τὴν μὲν οὖν τοῦ ὅλου ψυχήν. Et paulò post legendum. ὁσ ἀναβραχὺ ἀποδιδῶσι, id est qui per diem absoluit. Vulgo ἀμέτραν falsò habetur. Et infrà ubi conuerti. Duobus igitur medijs duo extrema adaptauit: quo esset uelut ignis ad aerem, aer ad aquam, aqua ad terram: Græcè legēdum est. δυοῖν οὖν μέσοιν δύο ἄκρα προσαρμόξατο, ὅπως ἓν ὡς τοῦ πυρὸς πρὸς ἀέρα πρὸς ὕδωρ ὕδατος πρὸς γῆν. Vulgo deficit ὕδατος uox, post ὕδωρ ante uoces πρὸς γῆν repetita. Et paulò post. Humanam igitur animam ex eiusdem rationibus & potentijs contemperatam: Græcè legendum. τὴν μὲν οὖν ἀνθρωπίνην ψυχὴν ἐκ τῶν τοῦ αὐτοῦ λόγων καὶ δυνάμεων &c. Et mox. Quorum animas per influentem modum instillabat: Græcè legendum. ὧν τὰς ψυχὰς ἐπιῤῥύτως οἷα γάγοι. Et paulò post. Ab hoc autem diffusio quædam fluit per dorsi uerticula deinceps, ex quibus in semen & genituram diuiditur: Græcè legendum. ἀπὸ δὴ τούτου ἀπόχυσιν ῥεῖ διὰ τῶν νοτίων σπονδύλων τοιοῦτον, ᾧ ὧν εἰς σπέρμα καὶ γόνον μερίζεσθαι. Vulgo λόγον falsò pro γόνον habetur. Et mox. Ex moλόγ⊙ pro γόνο⊙ suppositus tibus uero qui ab externis proficiscuntur, hi qui ad sapientiæ locum referuntur, sensui expositi sunt: Græcè legendum. πινάκιον δὲ τῶν ἀπὸ τῶν ἐντὸς, τὰς μὴ αὐκαλήσεις εἰς τὸν φρονίμου τόπον, ἀδάκτους ὄψει. In uulgatis falsò ἀδήκτους habetur pro ἀδάκτους, quod pro ἀδήκτου Doricè dictū est. Et paulò inferius. Frigidum uero crassiorum partium est, & meatus constringit: Græcè legendum. τὸ δὲ ψυχρὸν παχυμερέστερον καὶ πόρων συμπιλωτικὸν ἕξιν. Et mox. Incendētia uero & diffundentia carnem, acria: Græcè legendum. ἀκαυστικὰ δὲ καὶ διαχέοντα τὰν σάρκα, δριμέα. Vulgo διαφέροντα falsò habetur pro διαχέοντα. Et paulò post. Vox itaq; (qui & auditus) alia quidem uelox, acuta est: alia uero tarda, grauis: Græcè legendum: φωνὰς δὴ καὶ ἀκοὰς, ἃ μὲν τάχεα, ὀξέα: ἃ δὲ βραδέα, βαρέα. In uulgatis deest uox βαρέα. Et mox. Alia confusa & à ratione aliena: Græcè legendum. ἃ δὲ ἀπλατῆ τὰ καὶ ἄλογ⊙. Vulgo ἄῤῥυθ⊙ pro ἄλογ⊙ habetur. Et paulò inferius. Deinde rursus uelut Euripus, uicissim feruntur in corpus, quod secundum influxiones distenditur: Græcè legendum. ἔστα πάλιν εἶσιν ἄνωθεν καὶ κατωτέρω εἰς τὸ σῶμα. τὸ δὲ αὐξανόμενον πλῆθος αἰσθάνεται. Et mox. Quum autem constitutionis compages dissoluuntur, si non amplius transitus est spiritui, aut alimētum distribuitur, animal moritur: Græcè legendum. λυομένων δὲ τῶν ἁρμῶν τᾶς συγκάσεω⊙, ἅπαξ μηκέτι λίσσ⊙ ἢ πνεύματι, ἢ τροφὰ διαλείπηται, θνάσκει τὸ ζῶον. Et infrà. Oportet autem etiam animam ad similes uirtutes concinnam facere: Græcè legendum. δεῖ δὲ καὶ ταὺ ψυχὰν ῥυθμιζέσθαι ποτὶ τὰς αὐλόω⊙ ἀρετάς. Atq; hæc ex nothis, ad Platonis genuina, adiectis, selecta in decimam hanc Eclogam referenda duximus.

SPVRIORVM PLATONI ADSCRIPTORVM, AVT adiectorum, ex Iani Cornarij interpretatione, Finis.

ELENCHVS IN OMNIA PLATONIS SCRIPTA GENVINA ET SPVRIA, VERE PHILOSOPHICA, SVMmatim rerum memorabilium capita, seu apices perstringens, ordine alphabetico notisq; Arithmeticis paginarum numerum, deinde literis earum interualla significantibus, sine labore & primo intuitu singula lectorum oculis lucidissime proponens: ubi p. principium, m. medium paginæ, & f. finem eius declarat.

A

Baris Hyperboreus eius q; incantationes. pag. 378.p
absolutus hic etiam illic purus est 617.m
absurda consequentia 484.p
absurda de uoluptate 236.m
absurda & insolita uerenda 873.p
absurda multa congesta 382.p
ob Absurdorum fugam securissima responsio 54.f
ἄβυθ⊙ 332.p
academia 400.p
accusantis falso pœna, mille drachmæ 20.p
accusatio eius, qui mutuo non dedit pecuniam 1024.f
accusatio Socratis prior & uetus. 11.m
accusatores Socratis 14.m
acerba quæ sint 750.m
acheron in quem fluuiū exoneret 60.m
acherusia palus 60.m
achilles animo effœminato 586.p
achilles in Beatorum insulas translatus. 284.f
achilles mendax 533.p
achilles optimus 530.p
achilles quæ intemperanter gesit. 587.f
achillis affectionum Homericarum consideratio 587.f
achillis amor erga Patroclum 284.m
achillis amor in Patroclum quantus fuerit 298.m
ἀχθηδὼν unde 87.m
acida quæ sint 750.f
ἄκνοια pro ὁμόνοια 81.p
ἀκνοπαθία unde 96.p
ἀκόλουθ⊙ pro ὁμοπλάνη⊙ 81.p
acquirendi species duæ 138.f
acria quæ sint 750.m
actio alienior à ueritate quàm oratio. pagina 627.m
actio omnis per se neq; turpis est, neq; honesta 285.p
actiones iuxta suam naturā peragi 72.f
actionum ad ea quæ patimur collatio. pagina 903.f
acumenus 308.p
acumenus & Eryximachus medici. pagina 326.p
ad aliquid bona & mala dici 792.p
adamas circa aurum 186.m
adamantis ortus 747.m
ἄδηλος unde dictus 481.m
ἀιδὴς quasi ἀνειδὴς, obscurus, tenebrosus 79.f
ἀίδηλος quasi omnia sciens 80.m
ἀιδηλία unde 84.f
ἄδικ⊙ 513.m
adiutores & auxiliarij principum pagina 599.p
admetus 298.m
admirari affectio philosophica est pagina 109.m
admonitio quid sit 1038.m
adonidis horti 330.p
adonidis horti qui sint. 335.m
adolescentium cura Reipub. primum suscipienda 2.p
adolescentum mores 555.m
adolescentium studia 369.m
adoptionis modus 912.m
adrastea Nemesis 617.m
adrastiæ Lex 317.m
adrastus 326.f
artium inuentio per amorem 293.p
atlantidis insulæ regio qualis 770.p
aduersarij ambo audiendi 1023.f
aduersarij non ambo audiendi 1024.p
adulatio quid sit 1037.f
adulatio est cura uoluptatis 485.p
adulationis studij pars est rhetorica pagina 467.f
adulatoriæ species 4. 468.p
adulterata uendentes 394.p
adulteratio, fraus, mendaciū, eadem pagina 933.f
adulterij mulcta 866.p
adulteriorum causæ 290.p
ædiles 854.p
ædiles, eorumq; munera 856.m
ædilium cura 897.m
in Æginā noctu seroiter facere periculosum 94.p
æginæ filius 496.f
ægrotare non uacat opificibus 595.p
ægrotus Medici amicus 407.p
ægisthi imperium 369.f
ægrotantium & intemperantium comparatio 605.p
ægroto & impotenti corpore hominis, decertare conantis aduersus alia corpora, cum homine insolente, atq; suis impote comparatio 678.m
ægyptij corpora conditura asseruant pagina 44.f
ægypti & Syriæ serenitas 669.f
ægyptij unde inhospitales 952.m
ægyptiorum ars 874.p
ægyptiorū in gestibus ac concētibus gratuitas 801.p
ægyptiorum puerorum disciplinæ. pagina 883.m
æmulatio & inuidia, in felices 548.p
æmulatio in amore unde nascatur 301.p
æmulatio inter artifices 1020.f
æmulatione indigna 470.p
æneæ fuga magister ob declinandi hostē peritiam dictus 393.f
ænigma de Eunucho 630.m
ænigma de Eunucho & Vespertiliōe pagina 774.m
ænigmata, eorumq; usus in arcanis, amicis familiaribus reuelandis 976.f
æquales dictiones 287.m
æquales res, & ipsum æquale differunt pag. 41.f
æquale tempus inæqualibus additum, minore quàm prius parte distare ea facit 210.m
æqualia dicere docent periti 287.p
æqualia inæqualibus addita, æquali uelut prius ea distari faciunt 210.p
æqualis consecratio 41.m
æquales & fratres Athenienses 546.f
æqualitas omnium ad bestias usq; pagina 670.m
æqualitatis quæ sit ratio 208.p
æqualitates duæ 852.m
æquitatis definitio 1035.f
aer quid sit 1055.p
æris & æruginis origo 747.m
aeris species 747.p
æschyli dictum de uiro bono 573.p
æschyli sententia improbata 582.p
æschyli uersus 664.m

Universidad de Deusto
Biblioteca

In omnia Platonis opera.

æschyli Telephus 58.p
æschylus explicatus in dicto suo de uiro bono & iusto 573.m
æschylus redarguitur de Achille iniuste ga Patro lum amore 284.f
æsculapius 693.p
æsculapius artem medicam qua ratione constituerit 287.f
æsculapius cur fulmine ictus 596.p
æsculapij medicina 595.f
æsculapio gallus cur oblatus 66.f
æsculapio gallus offerri solitus 63.p
æs, in etatib. & rebus publicis apud poetas quid denotet 662.f
æsopi fabulæ carmine à Socrate reddita 35.p
æsopus fabulator 24.m
æternitatem quæ assequantur & perseverant 698.m
æther 749.p
ætheris appellatio 58.m
æ. & æ. usus 91.p
æxonenses maledici 396.f.410.f
affectio turbationis nostræ naturæ pagina 694.f
affectio uatum qualis sit 13.m
affectiones animæ quatuor 645.p
affectiones corporis & animæ 748.m
affectiones corporis, & animæ, & utriusq; simul 226.f
affectiones ex mundi in contrarium reuolutione 170.m
affectiones nos latentes 231.p
affectionum rerum causæ 748.m
affectionem exortem esse quid sit pagina 1036.p
ad Affectus concitandos quid requiratur 589.p
affectus mouet poesis 696.m
affectus qui sit morti propinquis pagina 559.p
affectus superare sapientiam 452.p
affinitas inter genere propinquos. pagina 937.f
afflictiones ex diluuio sequentes 812.p
agamedes & Trophonius 1016.f
agamemnon 976.p
agamemnon ab Homero quomodo laudetur 281.f
agamemnon in Aquilam 702.m
agamemnon numerare non nouit 651.f
ἀγαμέμνων uale perseuerans ad miraculum usq; 76.p
agatho 435.f
agatho post prima tragœdia partam uictoriam, quibus oblectationibus indulserit 281.p
agathocles 436.m
ἀγαθὸν ex ἀγαστὸν & βοὴ cõstat. 88.f
ἀγαθὸν, quasi ἀγαστὸν 84.p
ἄγαμαι φέρεται 334.f
agentis & patientis ratio 110.p.122.p
agentia ad patientia collata 5.f
agere, & facere, diuersa esse 380.p
agere & facere idem 419.f
ἀγεσθῆναι ὑφὰ φέρεσθαι 334.f
ἀγνοια 65.p
agræa templum 309.p
agricolæ cum repub. quomodo comparentur 2.p
agriculturæ opus, alimentum 423.p
agrorum curatores 854.f
agrorum distributionis modus. pagina 843.p
agrorum diuisionis modus 846.f
aiax in Leonem 702.m
aiax quomodo honoratus ob fortitudinem 625.m
ἄδης unde sit dictus 83.p
ἀδηφάγον, quasi ἀσαρχέρφονα, & quid significet 86.p
ἀδηφάγον suppositum pro ἀδαήμονι. pagina 65.p
ἀδόξαστα 409.f
ἀδιαπτώτως τίκτειν 513.f
ἀδύτα, uenti 83.p
ἄδωνις quasi ἀεὶ δωνεῖσθαι 83.p
ἀδωνεῖσθαι 410.f
alacritas quid sit 1036.f
alarum amissionis causa 316.f
alarum animæ productionis modus. pagina 315.f
albi Deorum filij habentur 628.m
albi puri consideratio 235.m
alceste filia Peliæ 284.m
alcestidis amor erga uirum 284.p
alcestis pro Admeto mori optauit & uoluit 298.m
alcibiades Cliniæ 476.p
alcibiadæ duo 415.f
alcibiades ebrius cum clamore in ædes agathonis irrumpens ad conuiuium accedit 300.f
alcibiadæ æmulatio circa Socratis amorem 301.p
alcibiadæ præstantia 336.p
alcibiadis cum Socrate conuersatio. pagina 303.
alcibiadis opes 345.m
alcibiadis Sileni 302.p
inter Alcibiadem & Socratem de amando Agathone contentio 305.f
in Alcibiade primo quid Plato pertractet 366.p
in Alcibiade secundo quid materiæ tractet Plato 366.p
alcmæon 354.m
ἀλλοδαπὸν peregrina uox 87.m
alia quæ sunt, aliam etiam uim habent 110.f
alia si non unum, neque plura sunt, nihil sunt 211.f
aliena respicere 397.f
alienatio à philosophia quid sit 1037.f
alienis abstinendum 918.m
alimenta piscorum 578.p
alimentorum species 179.p
aliud à pulchro, est non pulchrum. pagina 156.f
aliud & alterum, de eodem dici 214.f
aliud, & idem, quam habeant rationem. pag. 427.m
aliud, & idem, quæ genera sint 155.p
aliud faciunt, aliud uolunt homines pagina 469.m
aliud non est contrarium 156.f
aliquid qui dicit unum quiddam dicit pagina 147.m
aliquid quo sit referendum 147.p
aliud, quintam rerum speciem esse pagina 155.m
aliud unum, & multa 156.m
aliud, unum simile facit, idem dissimile alijs 207.m
ἀλλὰ δὴ 63.f
ἄλλων pro ἄλλως 1011.p
ἀλλὰ falsò pro ἔχρα 411.m
alimenti in animalibus ratio 65.m
ἀλληθεῖαι quasi ἔλαι θεῖαι 88.m
amamus pulchra & bona ut nobis obtingant 296.f
amans amati amicus, non contra pagina 404.f
amans, amens 314.m
amans quid, totum id amat 628.p
amantis affectiones 313.p
amantes esse memores 628.p
amantes si non utilem amorem intelligãt ut inde absistant mouentur. sic & poetas à poesi quamuis inuitos discedere conducit 697.p
amantium cognitor Socrates 400.m
amantium felicitas 326.p
amara quæ sint 750.m
amare illos qui dimidiam sui partẽ quærunt fabulosum esse 297.m
amasis rex 371.m
amastris uxor xerxis 345.m
ἀμαθίαι pro μανίαι suppositæ 515.f
ἀμαθίαι unde 96.p
amati affectiones 314.p
amati quomodo sint acquirendi pagina 401.m
amator amato cur diuinior 284.f
amator improbus qui sit, quiq; probus pag. 286.m
amatoris ineptiæ 401.p

amatoris

Index alphabeticus.

amatoris inepti & uenatoris prædam fere captam repellentis et captu difficiliorem efficientis simile 401.p
amatores, aut de Philosophia inscriptus dialogus quid tractet, cuinæ subiecto à Platõe sit accõmodatus. 366.p
amatoria lex 894.p
amatoria lex, quid decernat & permittat 593.f
amatoribus gratificari quomodo tuperi, quomodoq; decorum 285.m
de Amatoribus Athenis lex 186.f
amazones, earumq; in armis peritia, et exercitatio 877.p
amazonia columna 1015.p
ambigentis & oscitãtis affectiones quo modo similes uideantur 383.p
ambiguos facit homines Socrates. pagina 106.p
ambiguis quatenus sit assentiendum. pagina 61.p
ambitio 908.f
ambitio hominum amore magni nominis 298.m
ambitio principatus perniciosa pagina 652.f
ambitio quid sit 1038.p
ambitione granatæ reipublicæ descriptio 663.m
ambitiosa secunda Respub. media inter optimatum, & paucorum imperiũ pag. 663.p
ambitiosæ reipub. & uiri, & aliarum similiter consideratio 662.p
ambitiosus qua occasione fiat 664.p
ambitiosus uir qualis 663.f
ambitiosorum natura 628.m
ambo, duo, uterq;, ut distinguantur. pagina 527.p
ἀμαρτίαι unde 96.p
ambobus accidere, quod utrisq;, & uicissim 526.m
ambas pati non posse, quod neutra patitur 526.m
ambrosia & Nectar 317.m
ameles fluuius 703.p
ἀμηχάνως deficit 772.m
amicus quantum sit bonum 403.f
amicus quisque sibi ipsi natura 840.m
amicus ridiculus graui præstat. pagina 322.f
amici non amici 989.p
amici primarij inquisitio. 407.m
amicum, & esse, & uideri bonum. pagina 551.p
amicum incertum relinquitur. pagina 409.p
amicum reuera, nullius gratia amicum. pag. 407.f
amicum uere, inimici gratia amicũ. pagina 408.p
amicis deberi bona 559.f
amicitia, consensio & scientia est. pagina 555.p
amicitia, cupiditas, Amor, distincta. pagina 892.p
amicitia cum utilibus 403.m
amicitia ex iuste factis 347.m
amicitia quid sit 1036.m
amicitiæ duraturæ signa 310.f
amicitiæ præses quis deus 339.m
amicitiam esse cognati 408.m
amicitiam esse mutui amoris 404.p
amicitiam puerorum & bestiarum nõ esse 555.p
amicitiæ desiderio glutinantur. pagina 862.p
ammon deus 329.m
ammon deus Cyrenensium 164.p
amor alicuius est amor 294.m
amor ambiguus est 324.p
amor à nemine quamobrem laudatus. pag. 283.m
amor antiquissimus Deorum 283.f
amor appetit id, quod nõ habet, illudq; necessario 294.m
amor cœlestis in masculos 285.p
amor communis omnibus 297.p
amor dæmon est 295.f
amor deus, & Veneris filius 315.p
amor deorum recentissimus 291.f
amor duplex est in corporum natura. pag. 287.m
amor est immortalitatis 298.p
amor ex duobus unum fieri cupit. pagina 290.m
amor felices facit 291.p
amor in medio sapientiæ & ruditatis. pag. 296.m
amor inter flores, quale dictum. pagina 292.m
amor medius inter mortale & immortale 295.f
amor medium quid inter pulchrum & turpe 295.m
amor non est amatus sed amator. 296.f
amor non est pulchri sed partus in pulchro 297.f
amor philosophus est 296.m
amor poeta est, & poetas facit 292.f
amor pulchritudinis non turpitudinis est 293.p
amor quid sit 312.f
amor quos ætatis annos assequatur. pagina 285.p
amor specie liquidus 292.m
amor temperans est 292.m
amor teneliuse esse unde cognoscatur. pagina 292.p
amor totus de specie quadam dicitur. pag 297.p
amor tyrannus est 675.m
amor uim nec infert, nec patitur. pagina 292.m
amor unde sit ἔρως dictus 313.p
amor uulgaris etiã in mulieres 285.p
amoris antiquitas 290.p
amoris dona 293.p
amoris encomium & laus per Phædrũ pag. 284.p
amoris encomium per Eryximachum. pag. 287.m
amoris fortitudo 292.m
amoris fortuna 296.p
amoris in utroq; sexu uis 762.m
amoris iusti & naturalis lex 892.f
amoris laus per Agathonem 291.f
amoris laus per Aristophanem 288.f
amoris laus per Pausaniam 284.f
amoris laus per Socratem 294.p
amoris parentes Census & paupertas. pag. 296.p
amoris perfecti ratio & progressus. pagina 299.m
amoris species tres esse 892.p
amoris tria genera 894.p
amoris uirtus à Dijs honoratur. 284.f
amori quomodo omnia in rerum natura acquiescant & indulgeãt. 293.p
amorem bonum non esse 295.p
amõrem deum non esse 295.f
amorem omnibus rebus inesse 287.m
amorem perducere ad uitæ æternitatẽ. pag. 300.m
amorem pulchrum non esse conuincit Socrates 294.f
ab Amore artes quænam gubernentur. pag. 287.f
amores absurdi 991.m
amores duo, & quibus auis & parentibus nati sint 285.p
ampheres 768.m
amphion 812.p
amycus 872.f
ἀμύθητον 332.p
ἄμυθον 332.p
amynander 731.p
amyntor 940.f
anacharsis 693.f
anacreon 311.f
anacreon Teius, eiusq; Athenas aduentus 360.p
anacreontis carmen 370.f
ἀναγκαῖον unde 88.p
ἀνακαθαρσὶς 513.m
anantapodoton quid significet 512.f
anaxagoras 327.p

Universidad de Deusto
Biblioteca

In omnia Platonis opera.

anaxagoras naturalis philosophiæ cultor 343.m
anaxagoras doctor Socratis 53.p
anaxagoras opes suas perdidit 518.m
anaxagoræ libri 15.f
anaxagoræ mixtura omnium. 468.m
anaxagoræ placitum 40.m
anaxagoræ sententia. 78.m.84.m
de Anaxagora contentiones 362.f
anax idem quod Hector significat. pagina 75.p
ἀνδρεῖαι 513.m
ἀνδρίαι dicta quasi ἄνδρίαι 84.f
andron 478.f
anecrozyni qui, eorumq; quæ species & appellatio fuerit 289.p
ἄνιν redundans 194.p
anhelitus, necessitas, et officia utilitasq;. pag. 756.f
ἀνία unde 87.m
anima an post mortem superstit 43.p
anima antiquior corpore 966.m
anima bona corpus afficit, non contra. pag. 593.f
anima cœli 736.p
anima corpore quodam prædita. pagina 151.m
anima cui rei nomen est 1018.f
anima cum corpore, & uicißim excrecenda 761.p
anima cupit 230.p
anima diuino similis 44.m
anima est principium motus 316.m
anima & sapientia in medulla. 754.m
anima sit ames 740.p
anima hominis immortalis 502.f
anima hominis immortalis. 697.m
anima ignorat inuita 141.p
anima immortalis 316.p.989.m
anima immortalis, & ante nos nata. pagina 40.f
anima indissolubilis 44.m
anima imperat, harmonia paret. pagina 51.m
anima mortalis secundum Cebetem. pagina 52.p
anima mutilata quæ sit 657.f
anima nostra ex diuina initium accipit. pag. 966.f
anima omnis ultro mala, melior est. pag. 535.p
anima optima omnia circumducit. pagina 924.f
anima prior corpore 921.f
anima pura ad diuinum abit 45.p
anima qualis reuera sit 698.m
anima qualis sit harmonia 50.m
anima quædam per se, quædam per corporis facultates considerat 124.p
anima quid sit 1035.p
anima quomodo, & quibus rerum portionibus sit composita 736.m
anima sciipsam intueri debet 350.p
anima semper similiter se habet 44.m
anima similis iugo alato, & aurigæ. pagina 316.f
anima similis libro 229.p
anima sola intelligẽtiam habet. 741.m
anima uaticinatrix 314.f
anima uelut spiritus, aut fumus è corpore egreditur 39.p
anima uniuersi 225.p
animæ absq; corporibus, & sapientes. pag. 42.m
animæ ad corpus clausi affectionum. pagina 46.p
animæ affectiones quot sint & earum usus, & officia 645.p
animæ affectus priores corporeis. pagina 923.f
animæ alas producere incipientis affectionum comparatio, cum puerulis dentire incipientibus 318.f
animæ circumactio 651.p
animæ cœli uita perpetua 736.f
animæ cõmoda nobis ignota 783.p
animæ comparatio cum marino Glauco 698.f
animæ cultus 838.p
animæ cura primum habenda. 377.p
animæ definitio 923.f
animæ dominium, & cõstitutio. 736.p
animæ essentia 316.m
animæ & corporis summa 968.p
animæ & corporis curas quomodo cõparans cum imperatore & subdulo conferat 554.m
animæ ignominiæ 838.p
animæ immortalitatis rationes. 1017.f
animæ immortalitatis mira inductio. pag. 56.f
animæ imperium 44.m
animæ imperium in corpus 921.f
animæ mala omnũ maxima. 474.p
animæ maximum malum falsum iudicium 46.p
animæ mortalis affectiones 752.p
animæ natura essentia quomodo considerandæ sit 327.f
animæ opera 569.m
animæ pars mortalis. 750.p.748.m
animæ partes an tres sint 609.p
animæ quatuor affectionum distinctio. pag. 657.p
animæ quæ migrationes & in alias formas mutationes sint 702.m
animæ quæ sit cura habenda 57.f
animæ ratiocinatio per seipsam 37.p
animæ species tres 761.f
animæ squalorẽ & turbiditatem exuentis cum Minerua Diomedi de oculis caliginẽ abstergẽte cõparatio. 358.p
animæ studia 699.p
animæ trãsitus ad uaria corpa. 927.m
animæ tres species, & tres uoluptates. pag. 678.f
animæ turbatio duplex 649.f
animæ uirtus 569.m
animæ uoluptas 226.p
animam cognoscere 152.p
animam cum corpore mori 48.f
animam cum intelligentia coniunctam, optimam esse 924.m
animam esse harmoniam 47.f
animam esse omnium causam 924.p
animam explorantia tria 478.m
animam ex corpore affici 761.p
animam nihil perdit 698.p
animã oẽm nullo sensu percipi. 924.f
animam non esse harmoniam 51.f
animã nõ esse simulẽ harmoniæ. 50.m
animam primam mori 47.f
anim. quæ disciplina sursũ ducat. 654.f
animã quæ faciant prauam 697.f
animi rationalẽ esse dæmonẽ 761.f
animam rationẽ daturã esse 955.p
animam unam multa corpora detinere 48.m
de Anima alterũ duorum necessariorum esse 48.m
anima neglecta corpus curantes quæ sit militudine exprimat 554.m
de Anima opinionum summa 50.p
de Anima quæ optnio & optanda et tenenda 703.m
de Anima sermonem obscurum explicat cõparatio tranare uolentium fluuium turbulentum, ubi minimus natu, isq; robustissimus, natationis se periculum facit, alijs in tuto relictis, quo cõmodius sequantur postea pag. 922.p
in Anima, ut in ciuitate tria 612.p
animæ an apud inferos 39.m
animæ ad parcas singulas quõ ducãtur, et ab ipsis quid consequatur. 703.p
animæ bonæ melius habent malæ contra 40.m
animæ neq; plures, neq; pauciores fiũt. pag. 698.m
animæ quo abducuntur 58.p
animæ singulæ singulis syderibus signata 739.p
animarum in uaria corpora transitio. pag. 45.m
animarum iudicium 60.f
animarũ leges fatales 739.p
animarum

Index alphabeticus.

animarum status qualis sit 927.f
animarum transitiones ad diuersa corpora 317.f
animas duas esse 924.p
animas impuras circa sepulchra uersari ac uideri 45.p
animas omnes bonas esse 51.p
animal mortale, & immortale 316.f
animal quod dicatur 966.f
animalia aerea 768.m
animalia ætherea 768.m
animalia aquea 768.m
animalia cum clamore nasci 870.f
animalia pulchra conspicientis sed quietem agentia, & spectandi cupiditate ducti, quomodo ipsa mouerentur et aliquas ad corpus pertinentes actiones decertando perficerent, comparatio ad eum qui ardeat audire historiam urbis antiquæ & præcellentis rerum gestarum 730.p
animalia quæ sint 427.f
animalia terrea 967.f
animalium diuisio 167.f
animalium diuisio explicata perfectam partitionem in grues & aliud, quod brutum, sit 167.p
animalia ex terra edita 170.m
animalium ideæ quatuor 738.m
animalium iusta diuisio 168.m
animantium amor ob immortalitatem. pag 298.p
animantium amoris affectio 298.p
animantibus quædam à natura, quædã studio contingere 124.m
animatum necessario moueri 152.m
animi concitatio quid sit 1037.f
animi præstantia 579.m
animosi laus 840.p
anni maiores & minores 969.p
anni noui initium quando fiat 858.p
annorum numerus iuxta pontifices. pagina 949.p
anniuersarius mortuorum cultus. pagina 551.m
annus alarum animæ. 10000. annorũ. pag. 317.f
annus perfectus qui sit 738.p
anni & horarum ratio 738.p
anni fertilitatis quæ causa 288.m
antæus 872.f
antæus & parœmia ab eo deducta. pagina 116.p
anthemion 506.f
anthiochis tribus 18.m
antiphon 545.m
antiqui ac recentis ratio 269.p
antiquorum ueneratio 149.f
anytus 511.m
apaturia festa 731.p
apemantus 529.f
apollodorus insanus appellatus. 281.m
apollo patrius 427.f
apologia Socratis cur à Platone scripta, quæq; eius sit summa 64.p
appetimus præsentia, ut in futurum ad sint 294.f
apum curatoris & medici comparatio ad legislatorem, fucorum ad seditiosos, & turbatores 671.p
apum regis præstantia 185.p
apti philosophiam deserunt, inepti decorant 637.f
aqua utilissima & optima 428.m
aquæ ductus in corpore 756.p
aquæductuum cura in urbe cui demandanda & quæ diligentia in ea sit adhibenda 855.p
aquæ ductuum leges 895.p
aquæ ex pleno calice in uacuum effluentis per canalem comparatio cum sapientia transfluа 282.m
aquæ fons sapientiæ 239.m
aquæ genera 747.p
ad Aquam dicentes 117.f.131.m
in Aqua scribere 330.p.335.m
aquarum corruptores 896.p
aquarum cura 855.p
aquatilia ex hominibus 762.p
aræ descriptio 769.f
arbitri legum mitigandarum 938.m
arbitrij quæ uis sit in uitæ electione. pagina 702.p
arbitros quos uocemus 953.f
arbores & plantas esse animalia. 755.f
arbores nihil docere, sed homines in urbe 309.f
arcades à Lacedemonijs dissecti. 290.f
arcana non prodenda 551.f
archedemus 975.f
archinus 544.f
archelaus Macedonum tyrannus tyrannidem quomodo inuaserit & quo interitu uitam clauserit 353.f
archelaus Perdiccæ 370.p
archelai regis iniustitia 471.m
archedemus 979.f
archidemus à Platone periculo exemptus 996.m
archilochi uulpecula quid denotet. pagina 575.m
architecturæ certitudo 237.p
archytas Tarentinus 991.p
ardiæus Tyrannus, eius item apud inferos tortura, & supplicium 700.f
argentũ in reipublicis & ætatibus quid Poetis significarit 662.f
argiui iusiurandum 49.p
argiuæ sacerdotis filij 1016.f
argumenti eiusdem res à multis quomodo dicatur 291.m
argumentum quid sit 1037.m
artifices singuli sui operis optimi sint. pag 622.m
aristides 1020.f
aristides aliquandiu sub Socratis cura. pag 107.p
aristides iustus 496.m
aristides Lysimachi 372.f
aristides uirtutis suæ doctor esse non potuit 508.m
aristogitonis & Harmodij amicitia. pagina 285.f
aristippus Larissæus 498.p
aristippus non affuit Socrati morienti.
aristocritus 979.f (34.p
aristodemi narratio de congressu Agathonis, Socratis & Alcibiadæ. pagina 281.m
ariston 977.f
aristogiton 367.m
aristophanis comœdia Nubes 12.p
aristophanis Musa gelopœa 288.f
aristocratis statua 471.f
aristophon pictor 461.p
aristonymus 555.m
aristotelis cum Socrate disputatio. pagina 201.p
aristoteles unus de triginta uiris. pagina 197.p
arithmetica quæ, & circa quid sit. pagina 462.m
arithmetica sublata, omnium artium opera tolli 965.m
arithmetices ars 129.f.
arithmetices et cõputatoriæ necessitas. pag. 653.p
arithmetices excellentia & difficultas pag 653.f
arithmeticæ species 184.p
arithmeticus quomodo sciat & nesciat numeros 130.p
artus quatuor 740.
armorum abiectionis distinctio. pagina 947.f
armorum studium timidis utile. pagina 390.f
arrogantia quid sit 1038.p
ars acquirendi & ars faciendi 138.f
ars alia tui, alia tuarum rerum curam gerit 348.p
ars an arte opus habeat 564.m
ars architecti 165.m
ars ciuilis 797.f
ars ciuilis quid sit 1036.m
ars coniectandi 256.f
ars cum ratione coniuncta 468.p

Universidad de Deusto
Biblioteca

ars decipiendi 160.p
ars diuinandi quid sit 1037.p
ars effectrix 138.m
ars & lex mentis soboles 921.p
ars faciendi quid sit 160.p
ars humanarum rerum 49.m
ars legislatoria quid sit 1038.m
ars militaris quid sit 1037.m
ars nominandi 92.p
ars numerandi duplex 237.p
ars quæ & facit, & facto uti nouit. pagina 422.p
ars sermonum 49.m
ars Socratis quid sit 136.p
ars supputandi 165.m
ars uersandi in republica 437.p
ars ut differat ab experientia. pagina 485.p
ars ut ne iniusta facias 489.m
ars ut ne iniusta patiaris 489.p
artaxerxem oppugnare cogitat Alcibiades 345.m
artis dicendi à ciuili separatio. pagina 186.f
artis fingendi & texendi utilitas. pagina 812.m
artis differendi præstantia 237.f
artis opera 920.f
artes auxiliatrices 964.p
artes diuersæ ob uim diuersam. pagina 566.p
artes dominantur subiectis suis. pagina 564.m
artes duas una natura non fert. pagina 896.m
artem esse priorem natura 922.p
artes & principatus omnes inferioris commodum spectare 566.m
artes & scientias non esse sapientias. pagina 963.m
artes formulæ dialectices 656.f
artes Hippiæ uariæ 532.p
artes imitatrices 964.p
artes inuitos docentes 437.p
artes multas seruare posse 490.p
artes necessariæ, & primæ 963.f
artes omnes circa metiendum uersari. pag. 177.p
artes omnes circa sermones uersari. pagina 461.f
artes omnes esse persuasionis opifices. pag. 463.f
artes primæ & exactißimæ 237.p
artes principales alijs coniunctæ. pagina 236.f
artes tres circa unam quanq; rem. pagina 694.m
artes quæ discantur à non futuris opificibus 434.p
artes quas autor gubernet 287.f
artes textoriæ propè cooperantes. pagina 175.p
artibus instituti ad philosophiam properantes, & captiui ad asylum confugientes quomodo comparentur. pag. 637.f
artibus multis unum non sufficere. pagina 579.p
artibus singulis suæ sunt cognitiones. pag. 541.p
articuli, articulorumq; munera et usus. pag. 754.m
artifices boni ac mali sunt 92.p
artifex nominum rectus est 92.m
artifex nullus errat 563.f
artifices qui sint in ciuitatem recipiendi 592.m
artificum differentiæ 1027.m
artium considerationis modus idem est pag. 539.p
artium discrimina 656.f
artium diuersitas 541.m
artium diuisio 462.p
artium interitus 184.p
artium inuentio 219.p
artium omnium diuisionis summa. pagina 139.m
artium omnium species duæ 138.m
artium scripta esse leges 780.f
artium tractatio uniuersa quâ uim haberet, & quem usum præsect. 656.m
artemis, unde sit Diana dictam 81.p
arx Atheniensium 767.m
asclepiadæ medici eorúq; famæ & nominis celebritas 594.f
asclepiea festa, in Epidauro 537.f
asiæ imperium filij regis persarum natu maximi 402.f
asinus & Rex, in ludo pilæ 104.f
asini laus 322.f
asopus 766.f
aspalathi spinæ 700.f
aspasia Milesia 551.f
aspasia rhetorices magistra 545.p
aspasiæ Milesiæ oratio funebris 54.m
aspera quæ sint 749.m
assentiendum quomodo sit 97.f
assimilandi ars 146.p
assianax rex urbis 75.p
astra animalia mente prædita 967.f
astra aut dij, aut deorum statuæ. pagina 968.p
ἄστρα quasi ἀστραπή 82.f
astrorum corpora qualia sint 967.f
astrorum disciplinæ consideratio. pagina 884.m
astrorum cursus cognitio 882.f
ἀστραπή quasi ἀναστροπή 82.f
ἀστρατεία 1010.m
astrolabiorum usus 738.m
astronomia animam sursum ducit. pagina 654.f
astronomia quæ, & circa quid sit. pagina 462.m
astronomia quid sit 288.m
astronomia uera quæ 655.p
astronomiæ Laus 970.f
astronomiæ præstantia & utilitas. pagina 654.p
astronomos impios putari 958.m
astyllus 893.m
ate qualis dea, eiusq; apud Homerũ descriptio adducta 292.p
athenæ prytaneum sapientiæ 445.m
athenæ sub uulcano & Minerua. pagina 766.m
athenarum antiquitas 732.p
athenarum situs opt. 732.m
athenis fere semper uixit Socrates. pagina 28.f
atheniensis, & Atticus 787.p
atheniensium reip. mutatio 985.p
athenienses boni insigniter tales. pagina 794.m
athenienses ebrij in curribus 791.f
athenienses indigenæ sunt 546.p
atheniensespuri Græci 549.f
atheniẽses sua dissensione uicti 548.f
atheniensium asylus Socrates. 17.f
atheniensium cædes in Sicilia 372.f
atheniensium ciuium libertas 27.f
atheniensium expeditioni ad Potidæam eiusq; exitui inter fuerunt etiam Alcibiades & Socrates 304.m
atheniensium & dormitantium comparatio 17.f
atheniensium exilitas 344.m
atheniensium fuga 12.f
atheniẽsium fugæ 389.m
atheniensium fuga à Delio 304.f
atheniensium imperium 988.m
atheniensium inuidia 2.m
atheniẽsium Laus 990.m
atheniensium leges 27.m
atheniensium leges antiquæ 732.m
atheniensium mulierum officia. 877.p
atheniensium munitiones 863.m
atheniensium nobilium studia. pagina 337.f
Atheniensium Reipub. mutatio. 18.m
atheniensium urbis præstantia 17.m
athletarum habitus 594.p
atlantis insula 732.f
Atlantis insula cui pareat 772.p
atlantis insula Neptuni sors 768.p
atlantidis insulæ fertilitas 769.p
atlantidis insulæ munitio 769.p
atlantidis

atlantidis insulæ regio qualis 770.m
atlas 768.m
atlantis explosio 53.f
atlanticum pelagus nauigabile 732.f
in Atlantico quid à Platone tractetur. pag. 772.p
ἀτρανὲς est noxius 76.m
atrei & Thyestæ fabula 169.m
attactus ratio quæ sit 207.m
attentio quid sit 1036.f
atticæ regionis laus 546.p
atticæ placentæ 594.m
atticæ reipub forma 821.m
ἄττοπος 775.p
audaces ex timidioribus quomodo euadant 451.p
audaciæ potio unum est 797.p
audenda quæ sunt 397.p
auditores communes sint duobus dispar tantibus, non æquales 445.p
auditus quid sit 779.m
auditus affectiones 751.p
auditus obiectum num uox sit 382.f
aues ad pugnam ali 869.f
auium cantus ex gaudio, non ex dolore pag. 47.p
augescamus cur 52.m
auorum nomina in nepotibus. pagina 409.f
aurora quid sit 1035.p
aureum hominum genus 77.m
aurigandi ars apud Homerum. pagina 541.p
aurum & argentum in principum animis 600.p
aurum in ætate & Republica ut est apud Hesiodũ quid symbolice significet 662.f
auri cupidine filium prostituentis, cum animam negligente & turpi uita cõspurcante dissimilitudo comparata. pag. 683.m
auri & argenti copia in Lacedæmone quanta fuerit 345.p
auri & argenti pretium 361.m & pag. 367.f
auri & iuuenum comparatio 598.m
auri & purpuræ probationum similitudines cum collatione sermonum. pag. 1023.f
auri inuentio & inquisitio iustitiæ indagationi oppositæ quid declaret. pag. 562.p
auri ortus 787.m
auri purgatorum studium 186.m
auro & argento interdictum 845.m
austera quæ sint 750.m
autochthon 768.m
autolycus maternus Vlyssis auus. pagina 560.m
auxilium militare quid sit 1037.m 1038.m & quomodo pulchrũ sit, siue dicatur ibid.
axiochi filius Clinias 404.p
ἄξεστος 410.m
αὖ suppositum pro αὖ 191.p
αὖτις pro αὖτὸς suppositum 192.f
αὐτοῦ suppositum pro παρὰ 332.m
αὐτοῦσι suppositum pro αὖθις 65.p
azaes 768.m

B

Bacchæ 539.f
bacchus mente spoliatus. 808.m
bacchi chorus decorus 805.m
bacis, Sibylla, Amphilytus, Vates. pagina 370.p
balbutientis pro ætate infantis & lacentis, rursum item recte & præter ætatem uerba proferentis comparatio ad philosophum ætate iam senem, attamen inconuenientia senio uerba effutientem 477.f
barathrum 59.f
barathri, tormentorumq; infernorum descriptio 700.m
barba authoramentum quantum sit. pagina 115.f
barbara nomina quomodo sint in Græcam linguam translata 768.p
barbari & Græci hostium diuisio. pagina 166.m
barbari Græcis antiquiores 90.m
barbarica nomina à Græcis usurpata. pag. 82.f
barbari omnes præter Græcos 646.f
barbarici prætextus inuentum 88.f
barbari primi Astronomi 969.f
barbari quæ studia improbent, & non curent 285.f
barbaros solos in seruitutẽ redigendos & mancipandos 625.f
batica eadẽ urbs quæ & Myrina. 74.f
batica quid à Myrine differat ibid.
beatitudinis finis qui sit 803.p
beatorum felicitates adit Socrates 61.f
beatorum insulæ 650.m
beatorum uiridaria & insulæ 660.p
βέβηλος unde 96.p
bellariæ priscæ ætatis hominũ quæ fuerint 578.m
belli à seditone differentia 626.m
bellica opera esse artificiosa 579.p
belli ætas 866.m
belli exercitationes in pace 888.m
belligerandi ars Reip. artis pars. 438.f
belli ludus uero bello proximus 889.p
belli magistratuum electio 852.m
belli respectus in legibus 827.f
belli scopus in legib. Cretensium. 786.f
belli species duæ 788.m
belli studium 876.p
belli suscipiendi ratio 339.p
bellum pacis gratia suscipiendũ 788.f
bellum quatenus persequendũ 548.m
bello mori pulchrum 544.f
bellorum causa 37.m
bellorum origo 579.p
belua multorum capitum 682.m
belua multorum es capitum 636.f
beluæ & uulgi comparatio 636.f
bellicorum instrumentorum lex. 896.f
bendidia festa 570.p
bene agere cupiunt omnes 417.m
bene & male nomina poni 94.p
bene pauca agere, quam multa male satius est 125.p
beneficium profundere quibus conueniat, ostenditur dissimili uelocitatis & tarditatis ad iniustitiã siue ingratitudinem 493.f
bene sibi conscij in morte spes quæ sit. pag. 559.p
bene uiuant, & male uiuãt qui 451.m
beneuolentia quid sit 1036.m
beneuolentiæ hominum utilitas 981.p
beneuolus & docilis auditor 833.f
bestiarum castitas 893.f
bestiarum libertas 670.f
bestiarũ omnium intractabiliß. 878.m
bestiarum uoluptatibus credentium & augurũ ex auib. earũq; uolatu, garritu q; uaticinantiũ cõparatio. 242.p
bestiæ quibus imitandæ uideantur. ibid.
bestiæ ex hominib. quadrupedes, itemq; reptiles 762.m
bestijs etiam inesse affectiones 612.m
bestius apud inferos animas quoq; mutare 703.p
bias à ciuilibus actionibus cur abstinuerit 560.m
bias & Pittacus sapientes 561.f
biantis dictum de nautis, eorumq; periculis 1016.f
bibendi mos ex phiala magna ex ordine discumbentibus consuetis pergendo continuo ad dextram 306.p
bibendi ratio quæ fuerit priscis hominibus 578.m
bibendo quam strenuus Socrates fuerit pag. 301.m
ad Bibendũ coactus Socrates omnes hi bẽdo facile superare poterat. 304.m
bibẽs quomodo seipsum decipiat 785.f
bibere ad uoluptatem pro uoluntate. pag. 283.p
bilis species et qualitates uariæ. 758.m
bini melius consulunt 450.m

Universidad de Deusto
Biblioteca

βὶς Ἀθηνᾶ 773.m
bis eadem dicere, aut recensere ridiculū est 417.f
βλαισόν quasi βλαξόν 86.f
blanditiæ animantium 628.p
blando sermone abducti comparatio cum pecore famelico frōde oleæ aut fructu aliquo obtento, pertracto. pagina 309.f
bœoti 791.p
βολὴ referentia 88.p
bonitas legum quid sit 1036.f
bonus aut malus consultator, nullus est. pag. 1027.f
bonus bona fecit 734.f
bonus bono soli amicus est 405.m
bonus & præstās futurus à natura producatur oportet 635.p
bonus & iustus non uideri sed esse talis uult 573.m
bonus homo quid sit 1037.f
bonus non est mundus 734.m
bonus uir sponte iniusta facit 535.f
bonus uir ut malus fiat 449.p
bonus uir ut fieri possit 859.m
boni ac mali ratio 697.m
boni consideratio 761.m
boni considerationi quis ætatis annus compar & idoneus 660.p
boni cum pulchro cognatio 240.f
boni domicilium occupatum ibid.m
boni & non boni consideratio cum detestatione & approbatione alicuius edulij collata 792.m
boni filius Sol 642.f
boni idea est maxima disciplina. pagina 642.p
boni idea qualis sit 649.m
boni inquisitio cōtrouersiæ summa. pagina 216.f
boni inueniendi per domus quæsiti hominis comparationem explicata ratio 239.p
boni opus 643.m
boni speciem referentia 643.m
boni uiri qualis sit oratio 486.p
bono amicum est id quod neq; bonum, neq; malum est 406.m
bono nulli gratias patria rependit. pagina 684.p
bono quid maxime contrarium sit. pagina 636.p
bono uiro nihil mali accidit neq; uiuenti, neq; mortuo 23.p
bonum esse bonorum causam 581.f
bonum esse sapientiam 970.m
bonum esse sapientem boni 642.p
bonum esse finem omnium actionum. pag. 484.m
bonum esse mali medicamentum. pagina 408.p
bonum esse uoluptatem 642.b
bonum est mixtio pulchri, moderati, ac ueritatis 240.f
bonum est perfectum sufficiēs, expetendum 221.p
bonum & honestum num idem 342.p
bonum & iucundum idem esse 482.p
bonum fieri difficillimum 966.p
bonum intelligi 643.p
bonum ipsum amare homines, ut ipsis adsit semper 297.m
bonum lucidissimum ex his quæ sunt. pag. 650.p
bonum maxime omnium sufficiens esse pag. 241.f
bonum omnes persequi 642.m
bonum opinione nemo expetit ibid.
bonum quid sit 1036.p. 1037.m
bonum supra essentiam esse 643.f
bonum uarium est 444.p
bonum utrum non lædi posse à deteriore 17.f
boni an ex natura sint 1621.m
boni bonorum præsentia boni 483.m
boni bonos cur non efficiant 439.f
boni bonos facere non possunt 473.f
boni dicunt res ut se habent 420.p
boni & diuites simul num sint 845.f
boni & mali quibus uoluptatibus gaudeant 229.f
boni & mali similiter gaudent 483.m
boni ex bonis 545.f
boni mirabiliter fiunt 440.p
boni natura non sunt 506.m
boni non sunt inter se amici 405.m
boni sibijpsis sufficiunt 505.m
boni sunt sapientes, praui desipientes. pag. 72.p
boni uiri sapientia quanti pendenda. pagina 642.p
bonorum communis possessio quomodo esse debeat 623.m
bonorum diuisio tripertita 896.p
bonorum genera 417.m
bonorum patrum filij cur mali fiunt. pagina 440.m
bonorum possessio felices facit 297.p
bonorum quotuplicitas 908.f
bonis uita defunctis bene esse 36.p
bonos eodē modo omnes esse. 499.m
bonos esse utiles 364.f
bonos uiros iniustos esse 425.p
bona amant & uenerantur homines omnes 359.f
bona diuina. 4. 789.m
bona duplicia 789.p
bona esse etiam quæ sunt honoribus inutilia 443.f
bona & iucunda diuersa esse 483.p
bona humana. 4. 789.m
bona iuuentutis 105.p
bona & mala cognoscere eiusdem est. pag. 538.f
bona & pulchra cur amemus 296.f
bona non esse bona per se, absq; sapientia 418.m
bona non esse solum. 4. 803.p
bona nos uelle, non media, neque mala. pag. 469.f
bona pro prauis à quibus circa omnia inducantur 115.p
bona triplicia 233.f
bona uerba precationis 357.p
bona uideri 643.p
boreæ Orithyam rapuit 309.p
brasidas Athenæus cum Achille comparatus 305.p
breuiora præ optimis eligere ridiculū. pag. 919.f
breuitatis et prolixitatis sermonis iudicium 177.f
briareus 872.m
bruta quæ sint appellanda 167.p
brutis & homine exceptis num quid sit quod animal dici aut uocari possit 755.f
brutorum animantium curatoris qui mansuetiora accepta, ferociora reddit, comparatio ad Reipublicæ administratorem, qui ciues ex pacatis truces & immodestos reddit. pagina 491.f
bryareus 426.m & centimanus à poetis cur cōfictus sit, et num ex Gigantum genere ibid.

C

Κὰδμος nomen barbaricum 85.f
καινία quasi τῶν καινῶν loq. 85.m
κάνη 553.p
κακόνοια pro ἔλαττα 777.p
cadauera quomodo curanda 955.m
cadmea disciplina nulla 793.f
cadmea eruditio ibid.
cadmea uictoriæ ibid.
cadmi fabula 773.m
cæci exhortatio 135.f
cæci præceptū modus loquendi Socratius ibid.
cædes ex ira absq; præmeditatione. pagina 907.m
cædes ex consilio 909.m
cædes ex ira cum insidijs 907.f
cædes ex iræ impetu duplex 907.p
cædes ex inanimis 910.m
cædes ignota 910.f
cædes ex iumentis ibid.m

cædes proprium in corpus, siue suijpsius quomodo punienda 910.m
cædis pater à filio accusatur 2.f
cædis species uariæ 906.p
cædes inuoluntariæ 906.m
cædes licitæ 910.f
cædes uoluntariæ 908.m
καινὸν 512.p
καὶ redundans 66.p
calamitas bonos facit malos 448.f
calculorum suffragia improbata. pagina 96.m
calculis tribus deficientibus damnatus Socrates 20.p
calices pro puteis 66.p 334.p
calidius & frigidius, neq; finem, neque quantitatem habent 222.m
calliditas foras natura tendit 756.f
calidum & frigidum aliud, quam ignis & nix 55.f
callias Hipponici filius orator et Socratis inimicus 114.p
callias Hipponici 1029.m
callias liberalis in sophistas 12.m eorumq; consuetudine num doctus euaserit ibid.
callias liberalis in sophistas 74.m & ob quam causam.
callicles Acharnensis uoluptatem, bonumq; idem esse dicebat: item scientiam & fortitudinem, tum inter se, tum à bono differre 482.m
callicrete 370.f
calliditas quid sit 1036.m
callirhoe 1015.p
κάλλιστον pro κάκιστον 774.f
callixenus 1017.p
calor ueneno eicutæ obstat 36.p
καλὸν quasi κακίστου & cum quo nomine cognationem quandam habere uideatur 86.p
calumnia ubiq; est 640.p
calumniæ in Platonem duæ 978.m
calumniæ iusiurandum 117.f 12.p
calumniæ iusiurandum 14.m & quapropter iurari consueuerit ibid.
calumnia quid sit 1038.p
calumniatores apud diuites 979.p
cambysæ interitus 820.p
καμψφδούντα suppositum pro καθούντα. pag. 66.p
cancer sophista 425.m
caniculæ Laconicæ 197.m
κανηφορίαι 367.p
κανηφόρῳ ibid.
canis affectio philosophica 580.p
canis deus Aegyptiorum 476.m
canis & custodis similitudo 579.m
canem esse Ctesippi patrem 426.p
canem iurare 13.m
canum fœminarum similitudo. pagina 617.m
canum generosorum mores 580.p
canum qualis uindicta 626.p
cantilenæ & choreæ decretum. pagina 874.f
cantilenæ quæ utiles, et quæ muliebres sint 875.f
cantilenarum & ægrorum cibationū comparatio 802.m
cantilenarum species quinque. pagina 822.p
cantilenas esse incantationes 802.m
cantus animi ex gaudio non ex dolore. pag. 47.p
canum utilitas 168.p
capillorum ortus 755.m
caput quale sanum ac longæuum pagina 754.f
capitis cutis & sub ea uius, siue craneī futuræ 755.p
in Caput tibi, imprecatio 419.m
capitis & pedum integumenta. pagina 947.p
capitis ratio 740.f
capite maiorem alterum altero cognoscere 52.f
capræ an sint bonæ 792.f
caprifici locus, eiusq; commoditatum descriptio, cuius memoria apud scriptores utriusq; linguæ celebris est. pag. 103.m
carcer, pecunia, exilium, pœnæ leuiores 21.p
carcere clam Socrates liberandus. pagina 24.f
carcere elabi, iniustum esse 27.p
carceres tres 929.p
carnis utilitas 754.m
carnes ex sanguine 758.p
caseus an bonus 792.p
casei noxa 594.f
castigatio quid sit 1038.m
castigationis puerorum modus. pagina 871.f
castigationes legislatoris 846.m
castor & pollux 872.f
κατάγνισις 64.m
κατάλυσιν 514.m
κατάλειψιν 514.p
κατὰ κατηγορίαν ibid.
κατὰ συντομίαν ibid.
κατὰ τὸν τοῦ λύκου ibid.
κατὰ χροιὰν 64.m
catena aurea Homeri 108.m
catenæ Musarum series 540.f
κάτοπτρον unde 85.p
catulis similes dialectici iuuenes. pagina 659.m
cauere sibi à populo 513.m
caullum quod in oēs sufficit qui in philosophia uersantur 118.m
cauponaria cur uituperata 934.f
cauponaria prohibita 897.p
cauponaria quid sit 897.f
cauponariæ artis ratio 934.m
cauponæ prohibitæ 897.f
cauponariæ leges 935.p
cauponum usus 578.p
causa & cōcausa circa omnia quæ fiūt. pag. 175.m
causa genus quartum 223.f
causa omnium admirabilium 170.p
causa omnium rerum quæ sit 53.p
causa omnium qualis sit 54.m
causa sine qua uera causa esse non potest 53.f
causa sublata 408.m
causa suprema 755.f
sine Causa nihil fieri 734.p
causæ accessoriæ & adiuuantes. pagina 755.f
causæ adiuuātes, quibus utitur summus ille omnium architectus, ad optimi ideam quantū fieri potest absoluendam 741.m
causæ duæ neglectionis honestorum studiorum 889.m
causæ rerum cognitio quomodo disquirenda sit 52.m
causæ rerum duæ 751.f
causæ tres peccatorum 905.f
causarum actionis modus ibid.m
causarum ratio 53.m
causidicorum ac Rhetorum ars. pagina 131.m
causidicorum affectatio 367.p
causidicorum ars prohibita 944.p
causidicorum in ucrbis affectata elegātia 359.p
cautio quid sit 1036.f
cautiones circa dialecticam tradendam pag. 659.f
κάχρῃ apud Homerum 128.p
cebes 26.f
κεκλημένῳ 512.f
κεκλημένῳ 512.f
celeritas in bello utilis 890.p
celeritas in quibus sit 394.p
celeritas quid sit ibid.
κενὸς 512.p
census maximus & deinceps 852.p
census prouidentiæ filius 296.p
census quatuor 846.m
centaurus 1017.m
centaurus 179.f & truculentia corumq; ferocitas 180.p

Universidad de Deusto
Biblioteca

πάρεμπτ 776.p
πάρεμπτ& ibid.
πάρεμπτις γῆ ibid.
ceramicum locus Athenis 197.p
cerberus 682.m
cercyon 872.f
πίσσα& unde. 86.p
cerea ciuitas & ciues cerei 847.m
cerea in nobis effigies 126.f
cerebrum cur ἐγκέφαλος 754.p
cererum simulachrorum præstigiæ. pag. 941.m
certamina chororum in festis 891.p
certaminum modus 464.f
certaminum prohibitio 953.p
chæredemus 425.m
chærephon 12.f
χαῖρε 380.f
chalcedonius 326.p
chalcis, quæ cymindis 74.f
χαλκεῖον 773.f
chalastræum nitrum 607.p
χανόντε& 193.m
χαρὰ unde 87.m
charmantides 558.p
charmides 1006.p
charmides Glauconis 376.p
charmidæ genus 377.f
in Charmide quid Plato pertractet. pagina 409.m
charondas 693.m
chartagimensiũ lex de uini usu 809.m
chartagimenſium leges 780.p
chartagimensium seruitus sub Gelone. pag. 988.f
charybdis 994.f
χαυόντε& 193.m
chimæra 682.m
chiron præceptor Achillis 533.f
χρεῶδες 776.f
χολῶδες 777.p
chorea 804.f
choreæ partes. 2. 808.m
chorus à chara appellatus 799.f
chori deorum. 3. 805.p
chori. 3. ciuitatis 804.m
choreis non ijsdem omnes gaudere. pagina 800.m
χρῶμα & σῶμα, pro corpore 515.p
χρῶμα suppositum pro χρῶμα 192.p
χρέον falso pro λόγον 335.p
cibus bonus & malus 360.f
cibi ad corporis, corporisq; ad animã depravationis uicem perficientis cõparatio 698.m
ciconiæ amor 351.m
cicadarum in homines beneficium. pagina 322.m
cicadæ ex hominibus ibid.
ciceronis locus 775.p
cini 776.p
cicuta uenenum 36.p
cicutæ aduersantur uini heminæ tres. pag 407.m
cicutæ ueneni operationis modus. 62.f
cieν uox peregrina 90.p
cimon 486.p
cimon exultat 492.p
cirneus lusus 191.p
κατάβυσον suppositum pro γυνόβυσον. pag. 195.p
κίσσιος, quasi hedus 90.f
cinædorum uita 482.p
cinesias poeta dithyrambicus 485.m
cinyræ opes 802.f
circuli cœli duo 736.m
circuli exemplum 992.f
circuitio rerum inter se omnium. 40.p
circuitiones Socratis 6.m
circus equestris 770.p
circũuerti res uidentur his, qui ipsi uertigine afficiuntur 83.m
citharon 766.f
cithara absq; cantilena rustica 807.m
cithara eadem quæ Lyra 880.p
citharæ leges 874.m
citharistarum doctrina 880.p
ciuilis uir quid sit 1037.m
ciuilis uir scientia præditus 164.m
ciuilium uirorum cum sophistis multitudo 493.p
ciuis boni opus 492.p
ciuis consummati laus 885.m
ciuitas absoluta & felix 660.m
ciuitas ampliata 578.m
ciuitas ex quinq; ciuibus 577.p
ciuitas multis ciuibus opus habet. pagina 577.m
ciuitas optima ex Tyramide 830.p
ciuitas qualis esse debeat 819.p
ciuitas quæ sit bene constructa 284.p
ciuitas quid sit 1037.m
ciuitas sana & inflammata 578.m
ciuitas similis capiti & sensibus. pagina 957.f
ciuitas Tyrannica miserrima, regia felicissima 677.p
ciuitas unde sit uirtuosa 609.m
ciuitas ut expurganda 672.m
ciuitas ut unus homo se habens, optima est 621.m
ciuitatis ad ciuitatem, uiri ad uirũ collatio 677.p
ciuitatis bonæ exemplum 627.m
ciuitatis constitutæ & imaginis pictæ collatio 602.m
ciuitatis est ciuium curam habere. pagina 622.f
ciuitatis oratione constructio 576.f
ciuitatis Platonicæ felicitas 888.p
ciuitatis situs quis opportunus censeatur 846.f
ciuitatis uirtus quid sit 1037.m
ciuitatis status philosophi natura indigni 638.m
ciuitati non necessaria quæ sint & tamen commode sine ea non gubernari possit 578.f
ciuitatem instar crateris temperari debere, in quo insaniẽs uinum infusum feruet, & quàm luculenta similitudine id ostendatur 860.f
ciuitatem quid inter alia perturbet. pagina 627.m
ciuitates ex legibus placent 28.f
ciuitatum incrementa à tempore. pagina 811.m
ciuitatum interitus causa 185.p
ciuitatum magnitudo tempore Platonis 603.m
ciuitatum uincula & ornamenta quæ sint 438.f.
ciuium appellatio 622.f
ciuium & ciuitatis diuisio 847.p
ciuium quis numerus in Republica accommodatissimus sit 843.m
codrus pro liberorũ regno cur se mori exposuerit 298.f
cœlum deus beatus 736.p
cœlum deus summus 964.f
cœlum esse unum 737.f
cœlum factum esse 734.p
cœlum quid sit 1035.p
cœli, astrorumq; cũ tabula picta lineamentisq; in hac ductis comparatio. pag. 655.p
cœlestes facultates octo 969.p
cœneus in uirum 948.p
cœna sine præfecto famulis permissa. pag. 282.m
cœnæ interesse quomodo Socrates solitus sit 282.m
ad Cœnam non uocatum ire 281.m
cogitatio medium inter opinionem & intelligentiam 644.f
cogitatio quatenus sit sermo 150.m
cogitatio quid sit 126.p
cognata ad cognata ferri 757.m
cognatio & in nominibus & in factis. pag 623.p
cognationis modi 408.f
cognationem ad studia requiri 993.m
cognatum aliud esse à simili 408.f
cognationum in fœminis ordo 937.f
cognationum in maribus ordo 937.p
cognitio aliud quam opinio 629.p
cognitio causæ rerum 52.m

cognitio ciuium inter se 843.
cognitio est eius quod est 629.p
cognitio multa, bonum non facit 819.f. & 883.p
cognitio naturæ splendida reseſt 52.m
cognitio pura post mortem 37.f
cognitio quomodo firmiter subsistat. pagina 97.m
cognitio quorum sit 630.f
cognitionis rerum quæ sit ratio 97.m
coitus quæ debeat esse frequentia & mater quos approbandus 621.m
claudius in tolerantia laboris 657.f
claudi & spurij obseruandi 657.f
claui affectionum animæ ad corpus. pagina 46.p
cleophantus 508.m.1021.p
κλίνειν pro κόπτειν 776.f
cliſthenes 1015.f
clitophon 558.p
clito 768.m
clitomachus 372.m
clitophontis argumentũ & scopus à Platone ſtatutus 772.p
clitophontis locus iustus ibid.
clothus officium & quænam cantillet in fatalibus necessitatibus 701.m
cocytus 60.m
collationum corrugataram nulla actio. pag. 933.m
colloquia eruditorum & politicorũ hominum qualia fieri sint & esse debeãt. pag. 280.f
in Collum cædere, plaga ignominiosa. pagina 514.f
colluſiones cum dijs 966.m
coloniæ deducendæ ratio quæ sit 828.f
coloniarum utilitas 844.f
colorum multorum exemplum similitudinem ostendens rerum uariarum in eandem ideam recidentium 500.p
color est defluxio figurarum 515.p
color quid sit 500.f
coloris inducti exemplum 406.m
colorum ratio 180.f.751.p
colorum uoluptates 235.p
colores contrarij ijdem genere 217.m
columbarium animæ 129.f.192.f
columbas habere ibid.
comicus nũ idem sit qui & Tragicus poeta 306.m
comicorum poetarum dicacitas 39.m
commercia cum externis ciuitatibus. pagina 950.f
commerciorum leges 932.p
commentariorum usus 994.p
κόμμι 776.p
commiſceri quædam, quædam non. pagina 154.p
commiseration em excitant poetæ. pagina 696.m
commiseration em noluit mouere Socrates 19.m
commixtionis rerũ scientias esse 154.m
commixtionem nullam esse 154.p
communio quid sit 1035.m
cõmunionis omnia participia esse. 154.p
communionis respublica an fieri possit. pag. 626.f
communionis uxorum & liberorũ quæ ratio 616.f
communionem optimum esse in ciuitate. pag. 622.m
communione quæ inter amicos teneantur 844.p
communis utilitas in ciuitate procuranda 650.m
comus musicus 545.p
comœdiæ ludicra 882.m
componendi & diuidendi methodus. pagina 325.m
compoſita diſpergũtur ac diſſoluuntur. pag. 43.m
compoſita & incõpoſita quæ sint 43.f
compotandi leges 808.p
compotatio in progreſſa turbulenta. pagina 807.f
compotationes ueterum quibus ceremonijs transigi solitæ 301.p
compotationum quæ sit utilitas 793.m
compotatorum princeps qualis 793.p
in Compotationibus qualium poculorum usus apud priscos fuerit 301.m
compotatorum sodalitas praua 792.f
comptoria secunda adulationis ſpecies. pag. 468.m
computandi artis utilitas 653.p
compotatio iuste pacta 682.p
computationis disciplina 882.f
cõputatores ad omnes disciplinas aptiores 653.m
computatoria quæ, & circa quid sit. pagina 462.m
connus 424.f
connus citharista 414.f
conatus laus 329.p
concauſæ 175.m
conceptio & generatio immortalis est. pag. 297.f
concordia ciuium 346.f
concordia quid sit 1036.m
concinnè quẽ ſe habere fateamur 628.m
cancipiunt homines & animo & corpore 297.m
concinnitatum appellatio 882.p
concubitus inter quos sit utiliſsimus. pagina 621.m
concubitus quis & inter quos sit illicitus 622.p
concupiſcens ſpecies plurima in anima. pag. 612.f
condemnati capitis pœnam mitiorem petebant 20.m
conducibile quid sit 1037.m
confidentia pudori contraria 795.p
confidentiæ definitio 1035.f
congreſſus Agathonis, Socratis & Alcibiadæ. 280.f
coniectura quid sit 1037.m
naviæ 773.f
coniugij & concubitus limites & metæ 593.f
cõiunctiones & oppoſitiones ſtellarum. pag. 738.m
conſecrationes puerorum 866.p
conſenſionem esse ſapientiam 817.f
conſeſſus ſophiſtarum 436.m
conſideratio ſenſuũ per corpus fit. 44.p
conſiliarij uniuſcuiuſq; duo 795.p
conſilium à Platone Dionyſio datum. pagina 988.m
conſiliũ Plat commune omnibus. 998.m
conſilium quid sit 1036.m
conſilium ſacrum est 981.f
conſilium res ſacra est 368.f
conſilium utile omnibus 988.p
conſilium uulgi ibid.
conſilij præſtantia quæ sit 1036.m
conſilia inepta exploſa & extruſa. pagina 437.m
conſiliorum dandorum ratio 987.f
conſiliorũ habendorum modus 464.p
conſternatio quid sit 1037.f
conſtitutiones quædã difficillimæ 891.p
conſuetudo & cõſenſio, idem sunt 94.f
conſuetudines pro legibus 813.f
conſulentiũ multitudo dãnata 1022.m
conſulentiũ prõptitudo damnata. 1022.f
conſultare est quærere 1026.m
conſultare non est quærere 1027.p
conſultatio damnata 1027.m
conſultatio est de rebus nullis 1027.f
cõſultantis de rẽ nõ deliberata ante, et ſagittarij fortuitò tela ſeu ſagitas emittentis, non habita ſcopi ratione comparatio 1027.f
cõſultatio de medicis ac gubernatoribus tollendis 183.m
conſultatio est de futuris 1027.m
conſultare quid sit 1020.p
conſultatio quid sit 1036.f
conceptus ex conſiliorũ diſſentione. 26.f
contentio ineruditorum est. 49.f
contentionis diuiſio 141.m
contentioſi omnia miſcent 55.p
continens quid sit 1037.f
continentiæ definitio 1035.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

contractus permutationis præsentis. pagina 898.p
contradicendi ars quid sit 145.p
contradicendi facultas generosa. 618.m
contradicentes superãtis dicendo & obid in pretio habiti cum talorum lusore collati comparatio 1029.m
contradictio quando fiat 420.f
contra eos qui corpus solum esse asserũt. pag. 151.m
contrarietas quid sit. 1038.p
contrarium non fieri sibiipsi contrariũ. pag. 55.f
contrarium & aliud differre 156.m
contrario modo fit aliquid à contrario. pag. 443.p
contrario unum solum contrarium est. pag. 443.m
contraria duo una res non habet 252.f
contraria circa id quod non est contingentia. 147.f
contraria cõtrariorum remedia. 227.m
contraria fieri ex contrarijs 39.f
contraria in contrarijs exerceri. 797.m
contraria non suscipiunt numeri nõ contrarij 56.p
contraria simul discenda 993.f
contraria simul disci, non fieri possunt. pag. 882.m
contrariorum doctrina difficilis. 880.m
contrariorum inter se appetentia. 495.f
contrariorum inter se modus 55.m
contrariorum inter se ratio 482.m
contentum quid sit 1035.f
controuersiæ summa est boni inquisitio. pag. 216.f
controuersiæ summa repetita 220.m
contumelia quid sit 1038.p
conuentus approbatio 959.f
conuentus, consilia, suffragia inter se contraria. 1023.m
conuentuum utilitas 860.p
conuentus expendentium leges 951.m
conuentus expendentium mos 955.f
conuersationis affectiones 15.p
cõuersationes philosphorum quales. pagina 450.p
conuiuia communia commoda 864.p
conuiuia constituta 894.m
conuiuia priscorum 578.m
conuiuiorum & exercitiorum leges. pagina 789.f
conuiuiorum & exercitiorum consideratio 791.p
cordis situs 752.m
coribubiæ puellæ 594.m
coriscus 982.f
cornarij libellus de conuiuijs Germanorum 334.p
cornarium quid impulerit ad hanc recentem Platonis translationem suscipiendam 63.m
corona ex oleæ fronde 947.m
corona ex hedera & uiolis 300.f
coronati fascijs uictores, 300.f
corpus affligitur 130.m
κορυφαῖος 191.m
corpus ex anima affici, et uicissim. 760.f
corpus & essentia idem esse 151.p
corpus ex elemẽtis compositum 225.p
corpus exors interitus 927.m
corpus impedimento est, ad sapientiæ adeptionem 36.f
corpus neutrũ, uoluptatis ac doloris expers 231.p
corpus non perdit animam 698.m
corpus sapere nos non sinit 37.m
corpus solum asserẽtes redarguti. 151.m
corpus ut cognoscamus ægrum ne an sanum existat ad animã relatum cũ sua partium omnium denudatione, atque inspectione 451.f
corporis cõmissio facta alicui, quo illud aut bonum aut malum fiat, multa ut consideratione eget, an animæ consulendum sit cõparatione dissimili quo modo explicet. 434.m
corporis cura quomodo et quatenus probetur 595.m
corporis honor 839.p
corporis morbosi cum ciuitate sibi dissentiente comparatio 667.m
corporis præstantia in quibus sita sit. pagina 683.f
corporis partium ratio 740.m
corporis uoluptas 226.p
corpori commoda nobis nota esse. 782.f
corpora conditura asseruant Aegyptij. pag. 44.f
corpora. V. 967.p
corporibus primis alia genera inserta. pag. 746.m
correctio quid sit 440.m
corruptiß. tempora Platonica 636.m
corybantes 539.f
corybantes, corumq; mores 308.m
corybantum curatio 870.p
corybantum initiationes 417.p
corybantum uociferantiones 302.m
crateres pro puteis 66.p
cratistolus 975.f
credendum quibus magis sit 1026.m
credentium cito quibusuis accusatio. pagina 1029.p
creon 976.p
creon, eiusq; gratulatio 358.p
creon Thessalus 446.p
creophilus 693.f
creta equos & currus non curat. 890.f
creta figlina 776.p
creta figlina continens aquam 767.m
creta qualis naturæ regio 786.m
creta unde nascatur 748.p
cretæ urbes nonaginta 781.f
cretensium colonia 823.p
cretensiũ sagittarij et iaculatores. 831.p
cretenses sobrij 782.m
crisson 893.m
crison cursor 444.f
critias callæsthici 375.f
critias qualis fuerit 730.f
critobulus Critonis 414.p
critonis summa, eiusq; loci restituti. pagina 64.m
κρόνος 512.p
κρόνια 195.f
κρόνος puritatem significat. 76.f
crœso datum oraculum 672.p
crœsus 975.b
ctesippus pæanensis 415.p
cubica figura 746.m
cuborum casus comparatio ad dolorum tolerantiam 695.m
cuborum & corporum dimensionum disciplina nondum inuenta 654.m
cubilia priscorum 578.m
culturam cuiusq; rei unam esse 762.p
culter sutorius semirotundus 366.f
cunctatio nulla lõga est mortis causa. pagina 26.f
cupiditas 227.p
cupiditas & habẽdi sceleratus amor quãta impedimẽta pariat rebus honestis incumbendis 889.f
cupiditas habendi ex natura 572.m
cupiditas maius uinculum quam necessitas 80.p
cupiditas maxima ut ex alio melior fias. ibidem
cupiditas non est corporis 227.m
cupiditas omnis molesta est 482.f
cupiditas triplex. 865.p. et quomodo coerceantur ibid.
cupiditatẽ esse causam amictiæ. 408.m
cupiditates in anima 610.m
cupiditates iuueniles 986.m
cupiditates necessariæ, & non necessariæ 668.m
cupiditates sumptuosæ et lucrosæ. 668.f
cupiditates uariæ 403.f
cupiditatum ac uoluptatum amplior distinctio 671.m
cupiditatum sedes quod uiscus, aut quæ pars corporis sit 752.f
cupiditates cohibet tria 865.m
cupressina monumenta 845.p
cupressus in ædificijs 1029.m

cura deorum ministratoria est 7.m
cura omnis sit ad utilitatẽ eius quod curatur 7.m
cura regia est ars principatus in omnes pag. 173.p
cura sui, & suarum rerum diuersa. pagina 348.p
curam suiipsius habere quid sit ibid.
curandi uerbum 172.f
curationis, correctionis que comparationes diuersæ, per uaria exempla utpote gubernatorum, imperatorũ, œconomorum, ciuilium uirorum, in multis & magnis cum paucis et paruis 926.f
curetes 872.f
curia petita post philosophiam 544.f
curriculum contectum 415.p
currus quid sit 134.m
cursor malus uolens, melior est. 534.m
cursoris boni & mali cum iusto & iniusto comparatio 699.m
cursores in studio armati 890.m
cursu uicti tamen strenue currẽtis comparatio ad eum qui respondere commode sciat 106.p
custos ciuitatis & uir, & fœmina esse potest 619.f
custos ciuitatis qualis esse debet. pagina 580.p
custos peritus boni sit 642.m
custodum ciuitatis opus 579.m
custodũ ciuitatis quis status esse debeat. pag. 729.m
custodum mores contrarij 579.f
custodum opes & habitationes. 600.p
custodum probatio 598.m
custodum scientiam esse sapientiam. pagina 606.p
de Custodibus oraculum 599.m
custodibus quæ sint imitanda 589.f
in Custodia esse homines, ex qua non sit fugiendum 35.m
cutis capitis 755.p
cutis digitorum ibid.f
cyani color 60.m
cyceon Homericus 540.f
cyceon potio 594.f eiusq; quæ compositio sit. ibid.
cyceon potus 773.p
cydiæ poetæ dictum 376.f
cydias poeta 409.f
cygnea cantilena 46.f
cygni Apollini sacri 47.p
cygnorum diuinatio 46.f
cynocephalus, aut sus cur nõ rerũ mensura 112.m
cynosarges 1015.p
nubes pro uoce 192.m
cypselidæ 311.f
cyri filiorum educatio pessima 819.f
cyri imperium 547.p
cyrus 980.f
cyrus Persarum magnus rex 337.p
cyrus qualis rex fuerit 819.f
cyri regnum & gubernandi idem consuetudo 976.p

D

Δ & τ literæ usus in fixis 91.p
dædalus 812.p
dædalus statuarius 517.f
dædali opera uolatilia 6.m
dædali statuæ fugitiuæ 510.p
dædali tabulæ 655.p
dæmon cuiq; attributus 58.p
δαίμων quasi δαήμων sapiens 77.m
dæmon Socratem à Republica prohibuit 18.p
dæmon uitæ nostræ custos unicuiq; quo modo tribuatur 703.p
dæmonium Socrati defendenti se nõ adfuit 22.p
dæmonium Socratis uocis modo 18.p
dæmonium Socratis 2.p 107.p & 336.p
dæmonij Socratis ratio & modus. pagina 372.p
dæmonij Socratis natura & quòd nulli contigerit 638.p
dæmonum appellatio 77.m
dæmones, dij, Heroes quomodo & in quo pretio habendi 588.p
dæmonia putans deos putat 16.p
dæmoniorum & amoris opera 295.f
damnati restitutio 941.f
damni & iniuriarum leges 905.p
damno contrarium lucrum 359.m
damna ex iumentis 943.p
damna ex seruis illata 943.p
damna iniurias putari 904.f
damnorum ex uicinis leges 895.p
damon 343.m 389.m 396.f
damon Musicus 1015.p. 592.p
darius qualis princeps fuerit 820.p
darius regnum diuisit 988.m
darij imperium 547.p
data rectè auferri non debent 220.m
datis Darij præfectus 547.p
datis Eretrienses sagena concluſit. pagina 821.m
deambulationis sophistarum modus. pagina 435.m
debitum esse iustum 560.p
decennes ad literas adhibendi 879.p
deceptio contingit in parum differentibus 323.f
deceptio mutua 360.f
decipiendi ars ex qua affectione oriatur 160.f
decipiendi incommoda, apum exemplo pulcherrime exprimuntur 50.p
decorum aliud quam pulchrum 523.f
decorum est quod pulchrum facit. pagina 523.p
decorum & esse, & uideri pulchra facit 523.m
decorum fraus est circa pulchrum. pagina 523.m
decorum ipsum est pulchrum ibid.
decorum pulchra uideri facit 523.f
decorum singulis attribuendũ 602.m
decori ratio in scribendo 329.p
decupla pœna & præmium 702.p
definitio quid sit 1037.p
defluxiones & meatus rerum 500.f
defunctorum Eucomia 587.m
defunctis ueniam promittentes 929.f
defunctis uita bonis, bene esse 36.p
defunctos humana curare 938.f
δεκάδες quasi δεομένοις λόγου 85.m
δεκάς 513.m. 514.p
delectans an sit pulchrum 525.p
delectantes nos, esse sapientissimos. pagina 801.m
delectationes quæ sint pulchræ. pagina 525.f
deliberantis & de aliqua re consultantis affectiones 391.p
delictæ Italicæ & Syracusanæ 985.f
deliciæ quid faciant & contrarium. pagina 870.f
delinquens turpiter se dat 114.p
delphica scripta 360.p
delicatum oraculum quanti fiat. 345.f
delphicum oraculum 309.p
delphici oraculi autoritas 854.m
delphica oracula, unde dari solita. pagina 233.m
delphica oracula 389.f
delphica scripta 365.m
delta in Aegypto 731.m
in Delum quotannis nauis missa. pagina 33.m
dementantes potiones 634.m
dementiæ genera duo 761.p
democrates Aexonensis 400.f
demonstratio quid sit 1037.m
demonstrationem in philosopho requiri 123.p
demonstrationum quæ sit ratio 50.m
δέον posterioribus decorum significat. pag. 86.f
δέον pro δίκαιον 64.p
δέον quasi δεομένῳ 87.p
δέον ueteribus δεῖν fuit 87.m
deorsum & sursum rectène dicatur. pagina 749.p

Universidad de Deusto
Biblioteca

depositum quid sit 1037.f
depositū quomodo reddendum et quomodo non 559.f
deposita ab alijs, alteri non tollere licet 932.m (472.m
deridere dicta redarguendi species est.
derogantes iudicibus 954.f
desertor in prælio quis dicatur & ad quid utilis sit 625.p
deserta actio 11.f
desertæ militiæ actio 947.m
desertoris actio 912.f
desertoris pœna 652.q
desertorem pœna quæ maneat 855.f
desiderium 320.f
desiderium omnium unum 816.m
desipientiæ nomina gratiosa 353.m
desipientißimus quis habeatur 970.p
deteriorem bono uno nocere non posse pag. 17.f
deucalion 731.m
deus astrorum motus causa 976.f
deus causa bonorum 381.f
deus & uitæ species est immortalis. pagina 57.m
deus hospitalis Iupiter 137.p
deus iustißimus 119.f
deus nisi custodierit ciuitatem 831.f
deus non est causa malorum 582.p
deus non male uult hominibus 107.m
deus nuna mali author 581.f
deus opifex mediocris 1038.f
deus opifex rerum 160.m
deus pater & filius 983.p
deus perfectißimum deum generauit. pag. 751.f
deus per poetas nos alloquitur. pagina 540.p
deus quale sit animal nemo nouit. pagina 316.f
deus quid sit 1035.p
deus reuera bonus 581.m
deus simplex & immutabilis 582.m
deus siue dæmon nomina imposuit. pagina 96.f
deus studio dignus 876.p
deus summus à uoluptate & dolore alienus 768.f
si Deus uoluerit in faciēdis præfandum pag. 351.p
dei Græcorum primorum 77.p
dei in omni cuiuscunq; actionis primordio quomodo mentio facienda. pag. 742.m
dei inuocatio 830.f
dei iudicium ineuitabile 927.f
dei natura qualis sit 583.m
dei opificis oratio ad deos à se creatos. pag. 738.f
dei potentia 751.m
deo attribuit sua Socrates 220.f
deo magis quam hominibus parendum pag. 17.p
deo quæ sit grata actio 832.f
deo quid sit impoßibile 582.f
deo similes quomodo fiamus 119.m
deum esse placidum 871.p
deum habere scientiam sincerißimam. pag. 220.m
deum se esse optare 370.f
in Deo propitiando quæ mentis puritas requiratur 390.m
dij an præstigijs utantur 583.p
dij duplices 940.f
dij ex cura & cultu hominum non fiūt meliores 7.m
dij flexibiles 574.m
dij iuuenes mortalia corpora fingunt. pag. 739.m
dij nec gaudent nec dolent 226.m
dij nullis custodibus similes 928.f
dij opificum 935.f
dij quales sint principes 928.p
dij terram inter se diuiserunt 766.p
dij testimoniorum præsides 943.m
deorum auxilia quomodo accersenda. pag. 733.f
deorum cultus gratia, conuentus bini in mense 860.p
deorum cur amor antiquißimus 283.f
deorum dona hominibus collata. pagina 172.p
deorum generatio 919.p
deorum generis fabricatio 738.m
deorum genesis & genealogia 738.f
deorum immortalium oculus quam lucidus, manus quam longa sit. 575.m
deorum nomina quomodo considerāda 78.f
deorum nomina reuerenda 217.p
deorum ordo 768.m
deorum plena omnia 971.f
deorum status summa 928.f
deorum uirtutes quæ sint 925.f
dijs falso attributa 582.p
deos curare parua ut magna 925.f
deos duos inter se contrarios non esse. pag. 170.p
deos esse 919.p num uerum esse credendum sit ibid.
deos esse assertio 919.f
deos esse concluditur 929.m
deos esse terram & lapides 919.m
deos ex legum arte esse 929.f
deos humanas res curare 25.m & pag. 925.m
deos in prætextum ignorantiæ produci 90.m
deos non cognoscere humana 200.f
deos non placant. munera iniustorum. pag. 928.p
deos ut putant, ita uiuunt homines. pagina 918.f
de dijs tres opiniones 918.f
dexteritas, eiusq; definitio 1036.p
dextra & sinistra unde diuersa 871.f
ad Dextram sermo habetur 283.m
Δίαξ, cur etiam Ζεὺς appellemus. pagina 76.m
Διαγράμματα 1046.m
Διαγράμματα 552.m
dialectica corona disciplinarum. pagina 657.m
dialectica corrupta 658.f
dialectica progressio 656.p
dialectica qualis sit scientia 154.m
dialecticæ canones & cautiones quomodo adhiberi debeant 659.f
dialecticæ facultatis ratio & methodus pag. 656.f
dialecticæ naturæ experimentum. pagina 658.f
dialecticæ studio quæ ætas idonea. pagina 659.m
dialecticorum appellatio 325.f
dialecticus de nominum impositione iudicare nouit 74.p
dialecticus est purus philosophus. pagina 154.f
dialecticus qui sit 657.p
dialogorum commoditas 193.m
dialogorum Platonis inscriptionū seu titulorum ratio 63.f
dialogorum sermonis modus alius à cōcionando 444.f
diameter bipes est potentia 168.p
diametri potestas 504.f
dīna partus curat 106.p
Διανοεῖν 335.p
Διανοούμενα 332.p
Διανύειν 65.p
Διανύειν 335.p
Διανύμασι προπόδων 195.f
Διανύουσα 332.p
Διαπυρώσεις 1009.p
Διαφθοραὶ pro Διαφοραὶ 193.m
diaprepes 768.f
diarij homines 936.f
Διατίθεμαι 193.m
Διατυπώσεις 1008.f
dicacitas poetarum comicorum 39.m
dicacitas quatenus coercenda 942.f
duo per omnem uitam proponēda. pagina 284.p
dicere secundum rei naturam oportet, non secundum uoluntatem 72.f
dicendi artem esse negantes 323.p

dicendū quid sit per ænigmata 1011.m
dicentem tacere 426.f
dicentes prius posterioribus multa præcipiunt in eodem argumēto. 291.m
dicta à Protagora defendenda 455.m
dicteria in poetas & philosophos uicissim 697.p
dicteriorum ridiculorum lex 942.f
dictio qualis recipienda sit 589.p
dictionis scribentium ratio 588.m
dictiones æquales 287.m
dicturo quæ sint considerranda 617.p
Διδάσκειν pro γυμνάζειν suppositum. pag. 1007.m
dies certa Socratis morti destinata. pagina 24.p
dies quid sit 1035.p
dies transigendi mos ueteribus consuetus 306.m
Διεζόδευμαι 334.f
differētia inter masculum & fœminam ubi sit 619.p
difficili pro malo 447.m
diffinitio per elementa 134.m
digitorum cutis quanta subtilitas sit sensu; acumen 755.m
digitorum exemplum 652.m
dignitates imperandi septem 817.f
dignitates imperandi 832.p
δὴ falso pro μὴ 515.f
δὴ pro μὴ suppositum 774.p
Δίκαιον quasi Διάδικον 48.m
Δίκαιον idem esse quod ἄδικον 84.m
Δικαιοσύλλυτον unde 84.p
Δίκην ἀμύνεσθαι 777.f
dilectio quid sit 1036.m
diligentiæ uis 865.m
diluuium magnum 733.p
diluuia & incendia per circuitus fieri. pag. 731.f
diluuia multa 767.p
diluuia multa fuisse 732.p
diluuiorum interitus ratio 811.f
dimensionum ignorantia 883.f
dimicatio & agilitas manuum quomodo comparanda 889.p
dimidium toto plus 624.m
dimidij nunc sunt homines qui olim toti 290.f
Διμοιρακτικὴ qualis sit 667.f
Διμοιρότης quasi δοιῶν τὸ ἰσον 87.m
Διμήτωρ quasi Διὸς καὶ μήτηρ 80.m
Διμιουργικὸν suppositum pro Διμιουργοῦν 64.p
Διμιουργῶν pro Διμιουργοῦσιν 772.f
dinomache mater Alcibiadis 337.p
Διωκτικὴ 334.p
diomedi caliginē de oculis absterſit Minerua, & cur id factum fuerit. 358.p
diomedi iusta ab Homero tributa oratio 587.p
Διονύσια 1008.f
dionysia festa 628.f
dionysius desapientia iudex & qui sit. pag. 282.f
dionysius & Hipparinus tyranni. pagina 998.m
dionysius & Vulcanus dij sunt mixtionis 239.m
dionysius grammaticus 362.m
dionysius mendax 978.p
dionysius Platonem complexus 987.m
dionysius tertius 999.f
dionysij ad Plat. epistola 991.f
dionysij audacia, & initiatio, ab Eleusinia accensa per fiduciam perfectionis 1018.m
dionysij cantores sexagenarij 880.p
dionysij cōtumeliæ & irrisiones in Platonem 980.p
dionysij et Architæ cōsuetudo. 1002.m
dionysius sublatus 980.f
dioni propositæ conditiones 994.f
dionysij scriptū in philosophia. 992.m
dionysij senioris mors 986.m
dionysio patri fidus nemo 988.p
Διόνυσος uelut Διὸς οἶνος 81.m
dion 544.f
dion cōtra Dionysiū profectus. 997.p
dionis cum dionysio affinitas 994.m
dion electus 979.p
dion in Corintho ibid.m
dion reuersus liberat Syracusanos. pagina 988.f
dion Tyrannidem affectans eijcitur. pagina 987.p
dionis cædes 989.p 997.p
dionis cōsilium ad Syracusanos. 999.p
dionis ergà Dionysium affectio. 1003.f
dionis opes & dimidio filij 995.m
dionis propositum 990.p 1000.p
dionis res pessum datæ 996.m
diphilus unde sit 78.p
diopompus 893.m
dioscuri in marinis tempestatibus inuocantur 423.m
diotima uaticinandi perita 295.p
diotimæ cum Socrate dissertatio & colloquium 295.p
dictum puerorum 220.m
discalceati compotabant ueteres symposiſtæ 301.p
discalceati ueteres 308.f
discendi cupidi natura 635.p
discendi difficultas 1037.f
discendi facilitas 633.m
discendum non seruiliter 658.m
discentes ea quæ sciant 416.f
discentes discunt ea quæ non sciunt. pagina 416.f
disce prius quàm doceas 308.p & id unde profectum sit 490.f
discere est recordari 40.f
discere est recordatio 503.p
discere quid sit. 42.p. & quænam discantur 104.m 417.p
disce sed à doctis 1020.m
discentes serius 398.m
discernendi ars 142.p
disciplina cuiusmodi cognitionis sit. pagina 653.f
disciplinæ et exercitationes, quibus pueri ab ætatis primordio sint instituendi 625.p
disciplina trahens ab eo quod fit, ad id quod est 651.m
disciplinæ et eruditiōis curator. 857.p
disciplinæ mutatio in meliorem 115.p
disciplinam belli & Musicam omnes discant 676.f
disciplinam esse recordationem 40.f
disciplinæ ad Astronomiam necessariæ pag. 976.f
disciplinæ omnibus discēdæ quæ. 876.f
disciplinæ puerorum 871.f
disciplinæ quæ sint summæ & maximæ pag. 641.f
disciplinarū & cibi et potus emptionis elegans dißimilitudo 435.p
disciplinarum & studiorum omnigenorum uerus scopus 655.m
disciplinarum uenditio 146.f
disciplinarum uoluptates 235.p
disciplinis omnibus quid hominem coaptet 652.m
disciplinis tractandis quis ordo seruandus 656.p
disciplinas discendi modus unus 971.f
ad Disciplinas & artes ingenuas perdiscendas homo quibus moribus comparatus esse debeat 991.p
disciplinas profitentium & merces uehentium, qui earum qualitates ignorant, comparatio 434.f
discipulus præceptori quid conferre debeat 562.m
discipuli quæ æquitas et obseruātia esse oporteat ergà præceptorem 991.f
discurrendi cum puero post partum celebritas 112.p
discursus ueri & metaphysici 656.p
dispositio quid 311.
dispergūtur & dissoluuntur composita 43.m
disputandi conditiones 610.p
disputandi modus ac fructus 115.m
disputātis de themate aliquo malè, cum medico

Universidad de Deusto
Biblioteca

medico ridiculo morbũ curãdo ægritudinem augente cõparatio. 446.f
disputantis & alicui subuenientis cum Homerica inuocatione comparatio pag. 446.f
disputatio cõtentiosa, & dialectica. pagina 500.m
disputationis optimus modus 567.p
disputationis cum Callicle summa. pagina 487.m
disputationis rectæ ratio 465.p
disputatione succumbentis, & nauseantis à maris falebra, item uadũ quodã adhuc tenentis, & renitentis cõparatio 126.m
disputationum quæ sit ratio 381.f
disserendi artem quid perficiat. 656.m
disserendi facultatis leges 656.m
differentium & in palestra contendentiũ siue pugnantiũ comparatio. 121.f
dissẽsio consiliorũ contẽptũ parit 26.f
dissensio inimicos facit 4.p
dissensionis causæ, iustũ, bonũ, &c. 4.m
dissentire à sapientibus, imperitiæ signum 533.f
dissidij autores plectendi 626.f
dithyrambicorũ poetarũ furor 313.p
ditis regni descriptio 700.p
ditissimus idem & pessimus 1028.m
ditissimi sunt indigentissimi 10305.p
diuersa esse quo, & per quod uidemus. pag. 123.f
diuina faciendi ars duplex 160.f
diuina in hominb. similitudo. 640.m
diuina mortalibus inquirenda 970.p
diuina tractans diuinus sit 640.p
diuinatio quid sit 1037.p
diuini appellatio quorum sit 511.m
diuini uiri appellatio 1022.p
diuini os esse uiros ciuiles 511.p
male Diuidentis & inutilis eoci comparatio 325.m
diuisio in proximum numerum. 178.m
diuisio rerum 174.m
diuisio secundum species potissima. pagina 178.p
diuisio uitiosa 166.m
diuisionis laterũ corporis comparatio, cum mentis emotæ distributione. pagina 325.m
diuisionis negligentes ueteres fuere. pagina 161.m
diuisionis ratio 166.f
diuisionis series & ordo 177.p
diuitem esse, bonum esse 1029.f
diuitem esse quid sit 1031.f
diuites & boni simul non sunt 845.f
diuites priuati tyrannis similes 677.f
diuitiæ bene partæ 506.f
diuitiæ bonum maximum 463.p
diuitiæ cum temperantia non coniunguntur 666.f
diuitiæ perdunt opifices 602.f
diuitiæ quid sit 1037.m
diuitiarum amor 889.m
diuitiarum cupiditas 908.f
diuortium inter infœcundos 865.f
diuortij modus 940.p
docendi ars duplex 143.m
docendi modus iustus 970.f
docendi modus quis optimus sit 95.m
docendi modus uitiosus 149.f
docentes persuadent 463.m
doceri nos ab ineunte ætate 440.p
doceri de uirtute expetens peritum ipsius professorem cõsulere debere ostenditur, similitudine sutorum, medicorum & omnium aliorum opificum ad eos, qui in harũ aliqua cudere insignes cogitant 507.p
docilem & mansuetũ & uirilem simul esse 104.p
dociles & memores qui sint 128.m
docilitas quid 1036.f
doctor ineptus 53.m
doctorem uerum quæ efficiant 958.m
doctores aliarum artium cum uirtutis doctoribus comparatio 441.p
doctores uirtutis omnes sumus ibid.
doctiores esse quãdoq; ditiores 1033.p
dodonæi iouis uaticinia e quercu 329.f
dogmata multitudinis 636.f
dolere nos simulq; gaudere 228.p
doloris causæ 750.p
doloris & uoluptatis mixtura 33.f
doloris & uoluptatis nexus 34.m
doloris in uiro moderato ratio. 695.m
doloris & uoluptatis in propinquo sunt 230.m
dolores non omnino fugiendi 870.f
dolores plures uoluptatibus in mixtione 232.f
dolores ueri ac falsi 228.f
dolorum ac uoluptatum in anima mixtio 233.p
de Dolorum ac uoluptatum mixtione summa 234.m
dolorum & uoluptatum, cum magnitudinũ intuitu, qui fit cominus & eminus, comparatio 230.m
dolorum communio 623.p
dolorum generatio 225.f
dolia ab Homero conficta quid exprimant & significent, & Ioui à latere cur ab eo fingantur 581.f
doliorũ uarijs liquoribus impletorum cõparatio ad uitæ rationes 481.m
dominium quid sit 1037.f
dominij & seruitutis, essentiæ & ipsius simulachrorum comparatio. 200.p
dominij popularis perturbatores. pagina 671.m
domesticum bellum Athenienſiũ. 548.f
domus regiæ descriptio od omnia anni tempora accommodatæ 770.p
domorum emptio & uenditio prohibita 845.p
donum quid sit 1056.f
donariorum uis præstans in mouendis affectibus 587.f
donariorum dijs modus 953.f
dorienses unde appellati sint 814.p
dormiamus an uigilemus 110.f
dormiens nullius precij 878.p
dorsales uenæ quot 755.m
dorsis honoratus Aiax 625.m
dos matrimonialis. 30. minæ 1003.p
dos nulla 845.m
dotis modus 861.p
drachmalis doctrina 71.p
draco 1015.f
draconis dentibus seminatis, homines prognatos esse 804.m
dropidas Solonis proauus 730.m
dropides 377.f
ducentia ad intelligentiam 652.p
dulcia quæ sint 750.f
duæ res duæ artes 468.p
duo cuiusq; consiliarij 795.p
duo de dijs fidem faciunt 958.m
duo esse, generationẽ, et essentiã. 236.p
duo esse in natura 235.f
duo omnia esse ponentes 149.f
duo omnium rerum fontes 791.m
duo præclara in uita 220.m
duo solũ præeũt in reb. humanis 510.f
duo uno plura esse per similitudinẽ accommodata cognationi iusti & iniusti quid sibi uelint 340.f
duo ut fiant, causa est participatio dualitatis 54.f
duorum necessarium alterum de anima esse 48.m
duorum necessarium alterum de morte esse 22.m
duorum oppugnator unus qui esse possit 603.p
duorum ut fiant causam, Socrates ignorat 52.f
duodecim dij 316.f
duodecim deorum. 12. festa 887.f
duodecim partium rerũ ratio 847.m
duplicia quæ intelliguntur 644.p
duplicia quæ uidentur ibid.
duplex ignorantia 905.f
duplex cura & corporis, & animæ. pagina 492.m

duplices & multiplices uiri ciuitate eiecti 591.p
duplices uiri 666.m
duplum dimidij duplum est 410.p
dupli facultates 971.m
dura unde sit 748.f
durum & molle. sensu idem est 652.f
duri naturæ consideratio 231.f

E

Ἕτερον pro ὀυκ ἑτερον suppositum. pag. 514.m
ebrietatis cum Musica & omni eruditione coniunctio 794.p
ebrietatis & uini effectus 795.m
ebrietatis fuga 593.f
ebrietatis malum 283.p
ebrietatis in nuptijs fuga 861.f
ebrietatis usus ratio 809.p
ebrietatis utilitas 808.p
ebrietate quomodo utendum sit. 792.p
ebrius homo tyrannus est 675.m
ebrius Socrates nunquam uisus. pagina 304.m
ebriorum aduentus quam pariat turbã in symposijs 306.p
ἔναγον pro ὄρκον 1011.m
ἐνάγειν falso pro ἐρίζειν 366.m
echecrates 1001.p
echo resonans 648.m
eclogarum appellationis ratio 63.m
eclogas quare scripserit Lanus Cornarius & quo consilio 64.m
ἐνάσιμον quasi ἄκορ τῷ λοιπῷ 88.p
ἐδεῖ deficit 314.f
ediscendi studium 879.m
educatio liberorum difficilis 368.f
educatio prolis regiæ 344.f
educationis bonum 880.f
educationis doctrina est, non lex. pagina 869.p
educationis in omnibus uis 857.m
educationis malæ pernicies 520.m
educationis uis 636.p
edulium an bonum sit caseus 1005.m
efficiens, & causa idem 223.f
ἐγγυνησάμενον suppositum pro ἐγγυνησάμενον 192.p
eiusdem est bona & mala cognoscere. pag. 538.f
eiusdem & alterius ratio 1041.p
εἶναι suppositum pro ἐφ' 192.m
εἶναι suppositum non recte pro ἐφ'. pagina 191.f
εἴρεσι 193.f
ἐίρειν, loqui 82.p
εἰρέμεν, ἐρέμεν 190.f
elasippus 768.m
electio quid sit 1036.m
electrum 757.p
elementum quid sit 1035.p
elementum uocis quid sit 1037.m
elementa æquè ut syllabas cognosci & oratione proferri posse 133.m
elementa ante uniuersum qualia. pagina 744.m
elementa apud nos exigua 224.f
elementa esse corpora 744.m
elementa esse naturam 921.m
elementa in uniuersi constitutione. pagina 735.p
elementa magisquam syllabas cognosci posse 134.p
elementa non esse partes syllabæ 133.p
elementa non proferri, sed nomina literarum 75.m
elementa prima orationem non habent sed solum nomen 131.f
elementa quatuor 224.m
ad Elementa usq; progrediendum in etymis perquirendis 88.f
elementa sine oratione esse, & cognosci non posse 132.p
elementorum elementa 1041.m
elemẽtorum inter se cõmutatio. 742.f
elementorum inter se commutatio repetita 745.p
elementorum inter se uires 746.p
elementorum literarum distinctio. 89.f
elementorũ literarum similitudines ad res 94.m
elementorum separationem, rerum cri bratarũ secretio pulchre ob oculos proponens 744.m
de Elementis quomodo dicendum. pagina 742.f
elephantes 768.f
empedocles 500.f
ἐμπεις & uox deficit 1011.f
emptio & uenditio domorum & agrorum prohibita 845.p
emptio præsenti precio 933.p
ἐμψυχον 1009.f
ἐμψύχου 1009.f
encomium sophistarum per Socratem. pag. 428.p
encomiorum ratio 291.f. 293.f
endymionis somnus 40.f
ἐν εἶ diuisum suppositum pro εἶναι. pag. 192.m
ἐνιαυτὸς cur sit dictus ἔτος 83.p
ἐνὶ λόγῳ 65.m iidem 773.f
ἐνὶ λίγῳ 65.m
ἐοικασι 193.f
ens, id quod est 190.p
ἐόντος 777.p
ἐοντι pro ἐοντα 1011.f
ἐπαίσιμον 512.m item 552.m
epæus 539.p 872.f
epeus in mulierem 702.m
ephesij origine Athenienses sunt 543.p
ephesus subdita Atheniensibus 543.p
ephialtes 107.p
epicharmus de unius sufficientia quid pronunciarit 487.p
epicrates 308.p
epilogus dictorum, de hominum habitatione 661.m
epimenides 794.m 812.p
epimethei negligentia 438.m
ἐπιπλαδὸν 773.p
ἐπιπλαδὸν ibid.
ἐπιπλόδιστος 514.f
ἐπιστονεῖν 511.f
ἐπιστέμεν cur dicta 83.f
ἐπιστέμεν unde 96.p
ἐπιστήμην, πιστέμεν 190.f
ἐπιστήμης etymon repetitum 191.m
ἐπιστημίας unde 87.f
ἐπιστάσεως 366.f
ἔπω 332.p
equitandi ars 389.f
equitare discant pueri 625.p
equitum de equitatione cõtendentium utrum ueriora dicat et arbitro equite opus habent cum comparatio ad eos, qui dissentiunt in arte aliqua eodem artifice indigentes 1030.p
equus Troianus ligneus 123.m
equi ac asini grauiter ualde & libere progredi consuescunt 670.f
equorum animæ descriptio 319.f
equorum certamina 890.f
equorum corrumpẽdi ratio quomodo hominum uitiandi formam præscribat 15.p
ὄρκων & 1011.m
erastus 982.f
ad Erastũ Andromedes missus. 1003.m
ἔρεσθαι pro αἰρεῖσθαι 775.p
ἐρέσθαι suppositum pro ἐργάζεσθαι 334.p
eriphyles factum 683.m
eriphyles monile 683.m
eris narratio de uita futura 699.f
ἐρμᾶς quasi εἰρέμας 82.p
ἑρπόμενον & 515.m
ἑρπύματα omnia 190.m
ἕρπυς à dijs appellatur οὐ ἕρπυς 319.m
ἕρπυστῶν & 515.m
ἕρπυς quasi ἑρπὸν & 87.f
ἐρρωτωμεθα falso pro αἰρούμεθα. 333.m
errandi facilis occasio 192.p
error ex similitudine ridiculus fit. 93.f
error non circa ignota contingit. pagina 342.f
eruditio prima puerorũ uirtus. 799.p
eruditio quæ propriæ sit 794.f
eruditio quid sit 799.m

Universidad de Deusto
Biblioteca

educatio quæ habenda sit 802.m
eruditio quid dicatur 1038.m
eruditiõis caput recta educatio. 794.f
eruditionis præstantia 314.m
eruditionis studium à pueris 794.f
eruditionis utilitas 793.m
eruditus canere, & saltare nouit 799.f
eruditi & meruditi, inepti principes. pag. 650.m
eruditorum sympoſia 450.p
ἐρᾶσθαι pro φιλεῖσθαι per methatesim 63.f
ἔρωδιος 409.f
ἐρωδιὸς pro ἐρωδιὰς 1008.m
esse, à rebus undequaq; eximendum est. pag. 110.p
esse, aut non esse circa omnia contingunt 125.p
esse bonum non uideri oportet 496.f
esse cuius negatur quo referendum sit. pag. 147.p
esse & essentiam habere, quæ negentur pag. 117.m
esse, & uideri, quam habeant rationem pag. 560.f
esse quæ dicantur 89.m
esse quid sit, item erat, & erit 209.p
esse, quod non est 148.m
essentia incorporea, intelligentiæ subiecta 151.p
essentia nulla in nobis 200.p
essentia puraquæ magis participent. pagina 681.p
essentiæ contentio 151.p
essentiæ distributio 295.p
essentiam anima per se ipsam appetit. pag. 124.p
essentiam cognosci 152.p
essentiam ferri, Heracliti opinio. 121.p
essentiam iusti, boni, pulchri, & similiũ ratione cognosci 37.p
essentiam omnium rerum firmam esse. pag. 72.m
essentiam quæ habeant 109.m
essentia decedere, est petere 210.f
essentia participare est fieri ibid.
ἕξις quasi ὄντως, rerum essentia 83.p
ἑορτὴ quid sit 84.p
ἐτέρως pro ἑτέρᾳ 195.p
ἑτέρως pro τέρας 65.f
ἑτέρῳ falso pro ἑτέρᾳ 193.p
ἑτέρῳ suppositum pro σωτῆρι 333.m
etymologia 190.p
etymon Hermogenis 71.m
in Etymis perquirendis quousque progrediendum sit 88.f
euathlus 372.m
euclides Megarensis, Socratis ætate fama celebris fuit 103.p
eudæmon 768.m
eudicus 519.f
eudorus 1021.m
eudoxus 1002.m
euenor 768.p
euenus 34.f
euenus parius 325.f
euenus Parius quoq; minus docuit. 12.m
εὐήθειον 195.f
eumolpus 546.f
eunuchi regum Persarum 344.m
euphræus 981.f
eurymedontei prælium nauale. 548.p
euripides 326.f
euripidæ uersus 477.m
euripidis dictum 370.m 481.p
euripidis dictum de menti non consona lingua 169.p
euripidis excellentia, & ipsius uersus. pag. 672.f
euripidis Melanippe 283.p
euripidis uersus 972.f
eurybius 979.f 995.f
euthydemus 558.p
euthydemi sententia 72.m
in Euthydemo quid Plato pertractet. pag. 511.f
eutyphronis equi 82.p
eutyphronis inspiratio 91.f
eutyphronis sapientia 76.f
in Eutyphone cuius materiæ tractatio Platoni fuerit proposita 63.f
excellens est in docendo qui uera dicit. pag. 11.p
exercitatio in minoribus 177.m
exercitationis præceptorũ ratio 181.f
exercitationis studium est multus labor pag. 363.m
exercitij ambidextri comparatio, ad gemmam nostri corporis expeditionẽ in armis, ad hostem utiliter feriendum 872.m
exercitij in armis ratio & commoditas 389.f
exercitij in armis utilitas 390.p
exercitij philosophici modus 201.m
exercitia communiáne esse debeant omni sexui, omniq; ætati 617.f
exercitiorũ omniũ generis cuiusq; certaminũ comparata similitudo ad eos qui uerum belli studiũ, & quamuis quoq; rem seriã aggressuri sunt, ad huiusmodi usus accommodatissime proponẽs documẽta omnia 888.f
exercitiorum uictoriæ gratia abstinentes uenere, cum ipsos gratia uincẽdi id non facientib. comparati. 893.f
exercitus qui sit præstans 284.m
excessus & defectus in dicendo insticiẽdi 976.p
exemplum doctrinæ puerilis 879.f
exemplum geometricum 505.m
exemplum mixtionis 239.m
exempli origo 174.p
exempla esse sermonis uelut obsides pagina 132.p
exempla pœnarum alijs dantes 496.p
exemplorum cum puerorum rudimentis comparatio 173.f
exemplorum ratio 847.m
exemplorum usus 173.m
ἐξοδικὰ 777.p
ἐξοδικοὺς ibid.
exhortatio ad iustitiam 572.f
exhortatio ad maiorum imitationem. pag. 550.p
exhortationis ad philosophiam amplitudo 421.f
exhortationis ad philosophiam exemplum 419.p
exhortatorius ad uirtutẽ sermo. 419.p
existentia certo 97.m
existimatio amplior est laude 445.m
existimatio bona nõ negligenda. 950.f
experientiæ iudicium apud philosophũ cum sapientia ratione 679.f
experientiæ pericula in qualinam re fãcere oporteat 138.p
experientiæ uis 461.p
expiatio per sacerdotes & sophistas. pag. 77.p (190.p
expositio pro recta lectione irrepsit.
exprobatio fugæ 29.p
externorum genera quatuor 952.p
extructionum omnium cura 863.f
ἐυφροσύνη quasi ἐυφροσύνιον 87.f

F

Fabrilis artis effectus duæ 554.f
fabula de Martis & Veneris concubitu quid ostendat 292.m
fabula de terra in cœlo sita 59.p
fabula fratrum cruẽta & ferox 169.m
fabula promethei & epimethei. 438.p
fabula Socratis 34.m
fabulam omnem mouere, instar adagij dicitur 293.f
fabulæ infantibus et pusionibus à nutricibus & matrib. quales narrari debeant 580.f
fabulæ partes tres 64.m
fabulæ poetarum 580.f
fabularum infelix curiositas 309.p
fabularum omnium causa 169.f
fabularum ratio habenda 580.p
fabulis pueros delectari 169.m
factes, eiusq; cõpositionis ratio. 740.f
facies Socratis qualis 103.f
faciei ad responsionis scientiam comparatio 112.f

faciendi artis pars diuina 160.m
faciendi artis pars humana 160.f
in faciendis præfandum, si Deus uoluerit 358.p
faciens pauca minus miser est. pagina 418.m
facientis & patientis ratio 473.f
facilitas curæ dei 927.m
facilitas quid sit 1036.f
facultas quid sit 1035.p
facultas terminus est eorum quæ sunt. pag. 152.p
facultates cœlestes octo 969.p
facultates quæ sint 629.m
falli à seipso grauissimum est 91.f
falli gratificantem quando honestum. pag. 287.p
falsum quibus animæ partibus ineße soleat 159.f
falsi dogmatis conuicli doctores latent, cõtrà quàm opifices qui uix aliquot menses clam esse possunt de imperitia reprehensi 507.m
falsa dicere, non dari 92.m
falsa nec dicere, nec opinari quis potest pag. 420.f
falsa opinio quæ sit 148.m
falsa pro ueris asserentis comparatio propositæ per eum qui literarum dignitatem in uoce Socratis male et audacter asserit attamen obtinet. pagina 1029.f
falsæ quid faciat opinari 230.m
fama admirandæ potentiæ 892.f
fama & nominis clari appetentia quo homines facile impellat 562.m
familiaris res iusto uiro cur perdatur potius quam iniusto 565.p
familiaritas quid sit 1036.m
famuli ostiarij munus 282.p
fas non est purum à nõ puro contingi. pag. 37.f
fas non esse sibijpsi uim inferre 35.p
fatum 320.m
fati uis prouerbialis 490.p
fato à Dijs mundi reuolutio permissa. pag. 171.m
febris quibus morbis commodet. pagina 759.p
felicitas in iustitiæ & temperantiæ possessione 488.p
felicitas in iustitia & uirtute sita. pagina 678.m
felicitas in quibus sita sit 471.p
felicitas in sapientia & iustitia. 990.p
felicitas in usu bonorum cõsistit. 418.p
felicitas res preciosissima 1028.f
felicitas uera unde contingat 771.f
felicitatis definitio 1036.p
felix nulli seruit 480.f
felix qui sit, & contra 471.f
felix sit non princeps, sed tota ciuitas. pag. 602.p
felix uita custodum 624.m
felix uir qui reuera sit 969.m
felices facit amor 291.p
felices non sunt, quibus nihil opus est. pag. 481.p
feræ captæ ex præcepto regibus oblatæ pag. 194.p
ferocitas unde oriatur & quid conferat homini 597.p
in Ferociam potentum contra minores scitè dictum 376.f
ferrum, eiusq; symbolica explicatio apud Hesiodum 662.f
ferri ad ignis & senij ad uini facultates comparatas similitudo mutua. pagina 805.f
ferri consideratio in laminarum examine, collata cum opinionum imitatione 161.m
fertilitas anni ex tẽporũ amore. 288.p
feruoris & gelu tolerantia admirabilis fuit Socrates 304.m
festum nouũ Bendidiorum 557.f
festum quid sit 1037.m
festorum institutio 799.m
fibrarum utilitas 759.p
fides aliud quàm scientia 463.f
fidus in seditione 788.m
fiducia sui 3.p
fideiußionum leges 952.m
fidelitas est iustitia perfecta & absoluta pag. 788.f
fides quomodo adhibenda 97.f
fides quid sit 1036.m
fidei ad ueritatem & contra affectiones 734.m
fieri, & esse, differre 446.m
fieri omnia, & non esse 108.p
fieri omnia tribus modis 920.m
fieri quæ dicuntur duplicia sunt. pagina 166.p
figura est finis solidi 500.f
figura est solidi finis 515.p
figura est superficies & finis corporis. pag. 515.p
figura sequitur corpus 515.p
figura mundi ratio 735.m
figuram rotunditatem respondentis exemplum ad ineptum respondentem relatum 499.f
figuram sequi corpus 500.p
figuræ contrariæ eadem genere. 217.m
figurarum uoluptates 234.f
figuras in aliqua molli materia imprimentes materiam primam quomodo referant 743.m
filij abdicandi Lex 939.m
filij ciuilium uirorum, coriariorum liberis persimiles iuxta Socratis sententiam 371.p
filij gubernationis domus exemplum. pag. 391.p
filij patris obprobria ne ferant. 902.m
filios et parentes occisorum in bello, curari apud Athenienses 551.m
filium collocãti tria cõsiderãda. 937.m
filiorum cura 371.f
filiorum cura quæ habenda 429.f
filiorum cura præ cæteris rebus quanta habenda sit 388.p
filiorum & parentum notæ 622.p
filijs quæ permittant parentes 402.f
filijs Socrates quid præcetur 23.p
filios externos facere 29.p
filios nasci, precari 354.p
finis legum, cultus deorum 966.m
finis uerus qui sit 955.m
finiti generis quæ sint 223.p
florens amor, & defloresçens, & inter flores cur dictus 292.m
floridis & odoratis cur amor gaudeat pag. 292.m
in Fluctuatione esse quid sit 358.p
fluere omnia, nihil consistere 121.m
flumina terræ maxima quatuor. 60.m
fluuij Siciliæ lutosi 59.f
fluuiorum deriuationes quomodo cum emolumento fiant 855.p
fluxum & lationem, in rebus non esse. pag. 97.m
focorum numerus semper idem. pagina 844.m
fœminam à uiro differre 618.m
fœminæ æquè ut uiri principes. pagina 660.p
fœminarum eadem quæ uirorum educatio 617.f
fœminarum morositas, superbia & curiositas quid liberis & proli commodet 664.p
fœminarum opulentarum operæ ad lanam 402.m
fœminas cum fœmellis canibus collatas quomodo laboris socias cum uiris esse debere Socrates probet. pagina 617.m
fœtus educandi quomodo sint. pagina 621.f
forma & effigies in nobis quomodo quasi cerea sit 126.f
forma familiaris exculta, amico apud alios quid pariat suspicionis. 104.p
formarum iudex, & spectator quis sit habendus 104.m

Universidad de Deusto
Biblioteca

formarum transmutatio apud inferos. pag. 702.m
fontium rum aquarum quis usus. pagina 855.p
fontes rerum omnium duo 791.m
fontes sapientiæ & uoluptatis 239.m
fontium & aquæductuum structura. pagina 769.f
forum illustres uiros facit 477.f
fori leges 934.p
fori usus & constitutio 577.f
de Formis seu tribus rerum speciebus summaria explicatio 744.m
fortis appellatio unde sit 613.p
fortes ad quæ sint impetuosi 455.m
fortes, audaces & impetuosi sunt. pagina 450.f
fortes & timidi eadem aggrediuntur. pag. 455.m
fortes sunt scientes 451.p
fortia quæ sint 396.m
fortibus quæ non legenda & audienda. pag. 585.m
fortitudo ab alijs uirtutibus differt. pagina 450.f
fortitudo aduersus uoluptates 790.m
fortitudo an sit tolerantia 394.m
fortitudo est sapientia horrendorũ. pagina 455.f
fortitudo est scientia bonorum & malorum 397.f
fortitudo est scientia horrendorum & audendorum 395.m
fortitudo & temperantia contraria. pagina 187.m
fortitudo ex natura est 957.p
fortitudo in ciuitate 906.m
fortitudo in multis rebus 393.f
fortitudo num iuuetur ferocitate. pagina 597.m
fortitudo quæ uerè sit 607.p
fortitudo quid sit 393.m
& 790.p.1035.f
fortitudo sapientia est 395.m
fortitudo uniuersa uirtus est. pagi pag. 397.f
fortitudinis mala 188.m
fortitudinis summa repetita quid sit. pagina 396.f
fortitudinis studia 789.f
fortitudinis tertia pars 397.m
fortitudinem comparata celeritas actionum partium corporis ad uaria instrumenta ob oculos ponit pagina 394.p
fortitudinem non esse in bestiis. pagina 396.m
fortium appellatio 187.f
fortuna & conditio, tum etiam habitus amoris 296.p
fortuna quid sit 1035.p
fortunæ nemo imperare potest. pagina 913.p
Fortunæ opera 920.m
fortunas esse res humanas 829.p
fratrum & sororum cohabitatio. pagina 622.p
fraus quanti fiat in emptione & uenditione 933.f
frigus causa concussionis rigoris & tremoris 748.f
frigoris patientissimus fuit Socrates. pagina 304.m
fructus escarij 1008.m
fructus generosi 895.m
fructus rustici 895.f
fructuum communionis Lex. pagina 895.m
frugalitas uitæ & uictus 624.m
fruges primæ ex Attica 546.p
fuci in populari dominio 671.m
fucorum herba sunt diuites 671.m
fucorum in apum examine cum prodigo in familia uel ciuitate comparatio 665.f
fucorum mellis & popularis dominij principatus comparatio 668.f
fucorum mellis gustus 668.f
fucorum simile repetitum 671.p
fucorum simile applicatum 666.m
fucis igniaui similes sunt 926.p
fuga laudata 393.f
fuga mortis in bello facilis 21.f
fugatur qui fugit 305.p
fuga Socratis etiam secura fuit. 305.p
fugæ exprobatio 29.p
fugæ ratio quæ tuta & minus periculo obnoxia sit 305.p
fugam Socrati persuadentia 24.f
fulcrum ciuitatis quod sit 842.f
fullonia ars 175.f
funebris orationis exemplum famosum & celeberrimum 545.f
furiosus homo tyrannus est 675.m
fur quomodo iustus sit 560.m
furtorum æqualitas 946.f
furtorum dispar æqualitas quid sit. pagina 902.f
furtorum lex 902.f
fusci nigriq; coloris & doloris, uoluptatis & albedinis comparatio. pagina 681.p
fusilia in quibus terræ meatibus nascantur seu gignantur 748.m
futuere mares & pathicas esse fœmellas, & parere 618.p
futuri fiducia & spes 638.m
futuri temporis usus 120.m
futurorum in homine iudicium. 120.f

G

GAdirus idem qui Eumelius. pagina 768.m
γ literæ uis 91.p
γαῖα cur dicatur terra 83.p
galenus græcus à Cornario emendatus. pag. 333.m
galeni græci editio per Cornarium. pagina 1007.m
galeritas puerorum persequentium cõparatio, ad eos qui quãq; scientiam persequuntur, atq; eius principia apprehendere nequeant 422.f
gallus æsculapio offerre solitus. pagina 63.p
galli degeneris, cũcertãte ante uictoriã, triumphum canente comparatio. pagina 113.f
ganymedes 320.f
ganymedis fabula 791.m
γαῦ saltò pro διὰ 193.p
garrulitas molesta 128.f
gaudere de non comprehensis tempore 230.p
gaudium quando sit malum 453.p
gaudij salutatio inepta 978.p
genealogia deorum 738.f
generatim bona quatuor esse 1005.f
generatio cur hominibus indicta & & quamobrẽ ea per concubitus cõmixtionem fiat 290.p
generatio liberorum, scriptorum & legum 299.m
generatio quid sit 1035.p
generatio uirtutum potior est liberorũ generatione 299.p
generatio & conceptio immortalis est. pag. 297.f
generationis explicatio per nauium fabricationis comparationem facta. pag. 236.p
genita omnia esse ex fluxu et motu quorum philosophorum sit sententia. pag. 108.p
genius tertium quod sit, & quid ex eo efficiatur 223.f
generis claritas unde oriatur 558.f
genera hominũ in ciuitate tria. 609.p
genera rerum omnium tria 469.m
genera rerum quot sint 343.p
genera tria maxima 155.p
generum inter se permixtio 157.m
generum quatuor uniuersorum summa 223.f
generum quinq; summa 155.f
geometria ad essentiam ducit 653.f
geometria duplex 257.m
geometria non in agendo, sed speculando 653.f
geometria planum tractat. 654.m
geometria quid sit 971.p
geometriæ & Astronomiæ tractatio uera 655.m
geometriæ præstantia & utilitas. pagina 653.f
geometrica æqualitas 488.p
geometrica similia 1026.m
geryones 426.m
geryones prædo 872.m
gigantes à toue fulmine icti cur sint. pagina 289.m
gigantum fabula 699.m
γ. literæ facultas 91.p
glauco 538.p
glaucus marinus 698.f
glacies quid sit 747.m
gnarus rerum ipsis nomina imposuit. pag. 96.m
gnarus rerum nomina ipsis imposuit, ex nominibus res non docentur. pagina 96.m
γνῶμη unde 83.f
gnosia respub. 831.p
γνωτὸν suppositum pro ἄγνωστον pagina 193.p
gnosus 786.p
gobryæ magi narratio 1018.p
gorgiæ professio 498.p
gorgiam sibijpsi contradicere. pagina 466.m
in Gorgia quæ materiæ tractandæ Platoni scopus fuerit 511.f
gorgias. 517.f. & quantus persuadendi artifex 325.f
gorgias ad omnia respondere paratus. pag. 460.f
gorgias Leontinus 371.f
gorgias Leontinus sophista 12.p
gorgias pro Gorgone suppositus. pagina 334.m
gorgias rhetor 237.f
gorgias rhetor bonus esse gloriatur. pagina 461.f
gorgus capite producto in aspectũ, homines & quasiuis res in petras & statuas uerti 293.m
gorgonis fabula 334.m
gorgonis horrida facies 293.m
gradus cognationis interdicti ad coitũ. pag. 622.p
græci à Barbaris inuenta meliora fecerunt 969.f
græci & Barbari, hominum diuisio. pagina 166.m
græci non mancipandi 625.f
græci semper pueri 731.m
græcorum in Athenien. ingratitudo. pagina 549.p
Græcæ sapientes septem Lacedæmoniorum imitatores 447.f
græciæ situs optimus 969.f
γραμματα 552.m
grammaticæ constitutio 220.p
grammatici constitutio 219.m
grammatistarum pueris lineas præscribentium per calamos ductas, cum legibus ciuitatem recte gubernantibus comparatio 440.m
grando quid sit 247.m
grassationes in hostes & hostilia quomodo adornandæ sint, & approbandæ 626.p
gratia quibus reddenda 562.m
gratia quid sit 1036.f
gratia laudis 562.f
gratificantem decipi quando inhonestum & turpe 286.f
gratificari amatoribus honestum esse quomodo sit intelligendum 285.f
gratiosus quis sit 628.p
grauis uocis significatio ambigua pag. 447.p
Grauia unde sint 749.p
grex animalium quomodo exactè diuidatur, in particulares greges 168.m
gregũ pastori, & bubulco collatus Reipublicæ institutor, qui ciuitatem lustrat, & expurgat 842.p
grues num sapiens animal 167.p
gruum in Thessalia pastiones 167.m
gygæ anulus 572.m
gygæ annuliuis 699.p
gyges pastor 572.m
gymnasia bellica 880.f
gymnasia primum ridicula 617.f
gymnasiorũ locus, & oportunitas quæ esse debeat 770.p
gymnastica & Medicina circa corpus. pag. 554.m
gymnastica optima, soror Musicæ simplicis. 594.m
gymnastica quid conferat homini. pagina 597.m
gymnastica simplex 597.p
gymnasticæ ambigit ad medicum & pædotribam 25.f
gymnasticæ principium 809.p
gymnasticæ uis & cur à Deo ipsa sit data 597.m
gymnastices doctrina 880.f
gymnastices opus 651.m
gymnica certamina 890.p
gymnopædiæ festum. 790.p
gubernare nauem scientis ad Rempublicam administrantem comparatio pag. 665.p
gubernatoria nauium ars 489.f
gubernatoris boni, quem futura tempestas non admodum latere potest, ait immensa & inexpectata tempestatũ magnitudo potest, comparatio ad Dionem per insidias à proditoribus cœlum 997.p
gubernatoris reipublicæ & Naucleri nauis proportiones comparatæ ad subditos & nautas 182.f
gubernatorum & medicorum similitudo 183.p
gulosi & amethodi imò properantis et oscitabundi similitudo 570.p

H

HAbere & posidere quomodo differant 129.f
habitus bonus est animæ & corporis 467.f
habitus medius inter uoluptatem dolorem 226.m
habitus quid sit 1037.p
per Hamum piscandi ars, est qua tota piscatoria scientia gubernatur et administratur qua item pisciculi salaces irretiuntur 139.m
harmodius & Aristogiton. 360.m
harmodij sororis à canistro deæ deferẽdo in Panathenaicis per Hipparchũ prohibitæ, ignominia 360.m
harmonia 804.f
harmonia magis, & minus recipit, anima non 51.p
harmonia quibus constet 655.f
harmoniam discrepare, dicere, absurditas ingens est 287.f
harmõiæ duæ in ciuitate finẽdæ. 591.m
hamoniæ ac lyræ similitudo, ad animã ac corpus 47.m
harmoniarum appellatio 219.f
harmoniarum species 392.m
harmoniarum ueterum ratio 591.m
hasta falcata 390.m
hecaergus 1018.p
hecate dea uiarum 932.m
hegesippus 977.f
helenes simulachrum 681.m
hepatis natura 753.p
hepatis spices reprobati 753.m
heraclidarum colonia 842.m
heraclides eiusq; factum 995.f
heracliteus Sol 774.m
heracliteorũ proũctus spõtaneus. 121.m
heracliti dictum 521.p
heracliti dictum aliud 521.p.521.p
heracliti obscurum dictum 287.f
heracliti opinio 79.p
heracliti opinio deprobata 97.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

hercules & Dionysius ad infros. pagina 1018.m
hercules, symbolum 116.p
herculis columnæ ubi sint 732.f
herculis columnæ 58.m
hermeas 982.f
hermocrates 730.f
hermogenis etymon 71.p
hermogenis etymon unde traductum pag. 92.m
herodicus 308.p
herodicus medicus Gorgiæ frater. pagina 461.p.773.m
herodicus Selybrianus 436.m
herodici duo 773.p
herodici Medicina 594.f
heros ab ἔρως 77.f
heroum filij noxæ 440.f
heroibus deum robur inspirare. pagina 284.p
ἥρως quasi ἀνήρ 80.m
ἡρῶσσα ἀπὸ τοῦ ἔρως 77.f
hesiodus 824.p
hesiodi currus descriptio 134.m
hesiodi dictum 818.p
hesiodi genealogia 76.f
hesiodi locus de ætatibus explicatus. pagina 662.f
hiero 990.m
hieron 975.f
hilaritas amplior est uoluptate. pagina 445.m
hipparchus Pisistrati filius quæ perpetrarit & qualia 360.p
hipparchi cædis causa 360.f
hipparchi cædis author 367.m
in Hipparcho Dialogo de lucri studio & quæstui subiectis quomodo scribat Plato 366.p
hipparinus 985.p
hipparinus dionis pater 999.f
hipparinus Dionysij filius 999.f
hippias 326.p
hippias confutatur, eiusq; ignorātia detegitur 552.p
hippias Eleus 435.p.12.f
hippias in Olympijs 529.f
hippias in throno 435.f
hippias minor quid tractet 552.p
hippias Pisistrati 370.p
hippia oratio de pulchris studijs. pagina 519.f
hippiæ ornatus 522.p
hippiæ quæstus 518.p
hippiæ tyrannis 360.m
in Hippia maiore quid tractetur, explicatio 552.p
hipppocrat. Apollodori Phasonis frater 433.p
hippocrat. Cous Medicus 433.f
hippocrates methodi doctor. 327.m
hippocrates methodi ueræ doctor. pagina 335.p
hippoc locus 193.f. item alius. pagina 1005.m
hippocratis sententia à Platone usurpata 367.f
hippolytus 940.f
historia Laconibus grata 519.m
homeridæ 538.p
homerus cæcus & cur oculis orbatus sit 315.p
homerus dux Tragicorum 691.m
homerus & Hesiodus eadem tradunt. pag. 538.m
homerus improbatur 582.p
homerus in examine 693.m
homerus in omnibus sapiens poeta. pagina 128.m
homerus quæ tractet 538.m
homerus qualis sit poeta 813.m
homeri doctrina de nominibus. pagina 74.f
homeri laudatores 696.m
homeri locus ex lib. Iliad. nono explicatus 91.f
homeri poemata de quibus agunt. pagina 340.p
homeri scripta quis primò Athenas intulerit 360.p
homeri uersus quomodo à Platone citentur 552.f
homicida mortuus in uinculis 5.p
homicidæ an puniendi 4.f
homicidium si seruus committat qua pœna puniendus sit 909.f
homo animalium religiosiss. 926.f
homo est corpus & anima 44.p
homo grauis possessio 862.m
homo ludicrum 876.p
homo ludicrum dei 876.p
homo ludicrum quomodo deorum dicatur 795.p
homo omnium rerum mensura 107.f
homo omnium rerum mensura cur dictus 72.p
homo quæ in se habeat 795.p
homo quid sit 1037.m
homo quid, eiusque definitio 348.f
homo unde sit uirtuosus 609.m
hominis animæ, siue humanæ partes. pagina 1042.p
hominis eruditi, item ineruditi, item qualis sit exactum examen, & quomodo hoc instituatur 992.p
hominis impotentia 751.f
hominis instauratio instar corrugationis facta, cũ crumena contracta undiquaq; & à rugis leuigata compacta 289.f
hominis integri segmentum est uniusquisq; nostrum 290.p
hominis primæui descriptio 289.p
hominis sua agentis & alienorum non curiosi cum eo comparatio, qui tempestatem & turbinem declinat post murum secedens 638.m
hominis, siue humani corporis constitutio 1042.m
hominem non esse mensuram rerum omnium 117.p
in Homine eadẽ quæ in ciuitate. 609.f
in Homine & in ciuitate quõ duo sint quæ affectiones ipsis inducãt. 607.m
hominum eadem quæ animalium communio 624.m
hominum ad mala inclinatio 524.m
hominum alia & noua descriptio ad imaginem eorũ qui in columnis sculpti sunt 290.f
hominum formatio quo pacto ex metallorum commixtione constet. pagina 599.m
hominum genera quot sint 289.p
hominum habitationis imago. 648.p
hominum in antro habitationis prioris repetitio 649.p
hominum insolentia quid effecerit, quò item summum louem impulerit. pagina 289.m
hominum in specu imaginis habitationis adaptatio 649.m
hominum nouæ fracturæ calamitosæ miseriæ 289.f
hominũ opiniones ad qd utiles. 452.m
hominum ortus principium nullum. pagina 864.f
hominum pariendi cum cicadarum pariendi in terram ratione comparata 290.p
hominum primeuorum interitus unde sit 289.m
hominum prima genera tria 679.p
hominum sectio à Ioue ad ouorum integrorum sectionem comparata. pagina 289.f
hominum utilitas 876.m
homines esse in custodia, ex qua non sit fugiendum 35.m
homines partim potentes, partim impotentes 233.f
homines secti in duas partes 289.m
honestum & bonum idem 342.p
honestum quid sit 1037.m
honestorum studiorũ neglectionis cauſæ duæ 889.m
honor cognatorum & amicorũ. 839.p
honor hospitum 834.m

honor omnia studia sequitur. pagina 679.f
honor patriæ 839.m
honor quid sit 1036.f
honorum & ignominiarum distributio 821.p
honos alit artes 976.m
honos alit artes & studia 664.f
horizon quid sit 1041.f
horrenda quæ sint 395.p
in Hortos Adonidis æstate fero semina iacentis, item cõmodè idem suo tempore facientis, comparatio ad eum qui iustorum, pulchrorum, bonorum scientias habet, ijsq; recte utitur 330.p
hospitij necessitudo 794.p
hospitum expulsores 950.f
hostis num sit corpus hostis mortui. pagina 625.f
hostes omnes omnibus 787.p
hostes reipub qui sint 902.p
humana debilitas non facile credit. pagina 57.m
humana difficilius quàm diuina tractari 765.f
humana faciendi ars duplex 160.f
humana huius temporis fractura quomodo ab Apolline concinnata. pagina 289.f
humana studia 840.f
humanæ res inconstantes 983.p
humanæ totius uitæ summa 795.m
humanitas quid sit 1036.p
humanum genus infelix 963.m
humanum genus infortunatũ 972.p
humores plantarum quomodo percolentur per terram 747.f
hydra sophistria 425.p
hyperbaton in Simonide 448.m
hyperborei 1018.p

I

Literæ usus in omnibus tenuibus. pag. 91.p
iacens an deijci possit 448.f
iactura minus grauis & detrimentosa est: si in exiguis, paruiq; pretij rebus experientiæ ambiguæ alea incidat. pag. 138.p
iatrocles 1004.p
ibycus 314.f
iccus tarentinus 436.p
iccus tarẽtinus qua in re præstiterit. pagina 893.m
ἴδιος suppositum pro ἰδιώτης 512.p
ideæ ad uelum explicatum & diem lucentem comparatio 199.p
ideæ an sint, aut res sensibus subiectæ. pag. 743.m
ideæ duæ unumquenq; ducentes 312.f
ideæ & materiæ ratio 1038.f
ideæ non fiunt ab opificibus 691.f
idearum rerum inquisitio 219.p
ideas & species esse nobis ignotas. pagina 200.m
ἰδιώτερος & ἰδιώτερον 194.f
idem de ijsdem contraria non simul opinatur 694.f
idem ad idem opus non modo utile, modo inutile esse 1032.f
idem esse simile 609.m
idem est sciens, & non sciens 423.f
idem & aliud quam rationem habeant pag. 206.m
idem, & id quod est, non est unũ. 155.m
idem quomodo se habeat 610.p
ἴδιον quasi ἴσον 87.m
ignaui fucis similes 926.p
ignis apud nos exiguus 224.f
ignis cur sit calidus 748.f
ignis genera tria 747.p.776.p
ignis, id est caloris naturalis opera. pagina 756.f
ignis in uniuerso mirandus 224.f
in Igne hæc tria quõ sint, flamma, splendor, pruna 776.p
ignorans peccare dicitur 350.m
ignorantis pœna est, ut discat 562.m
ignorantem scire se putare 143.m
ignorantia circa tria 233.f
ignorantia duplex cur esse dicatur. pagina 905.f.143.m
ignorantia malorum causa 354.m
ignorantia malorum causa 343.p
ignorantia maxima & extrema. 817.m
ignorantia mortis formidinem parit. pagina 17.p
ignorantia quando bona 355.p
ignorantia quid sit 143.p
ignorãtiæ rerum necessariarum turpisma 882.f
ignorantia nomina 233.m
in Ignorantiæ prætextum produci à nõ nullis Deos 90.m
ignorantiæ rerum humanarum pernicies 817.p
ignorantiam & inter scientiam mediũ quódnam sit 629.m
ignorantiam excusat obsoleta antiquitas 90.f
ignorantiam quo uelamine tegamus. pagina 88.m
ignorantiæ etiam sunt in animæ columbario 130.f
ignota solum quæri 1026.m
ijdem esse dicuntur, qui semper mutantur corpore, anima, scientijs. pagina 298.m
ἰκανὸς pro ἴσως 1011.p
ἕκαστος κάλλη 553.p
ἕκαστος κάλλη 553.p
ilias præstantior odyssea 529.f
iliados aliquot locorum consideratio. pag. 552.p
ilij extructio 814.p
ἵλεως & ἥλιος unde sit dictus. pagina 82.m
ilissus 1015.p
ilissus fluuius 308.f
illiberalium à philosopho aliena. pagina 633.p
illiberalium studiorum detrimenta. pagina 847.f
imaginatio & sensus idem sunt. pagina 107.f
imaginatio quid sit 159.f
imaginationis species tres circa maius & minus 109.m
imago cum suâ re, quã exprimit, quantum & quatenus consentire debeat. pag. 93.f
imaginis cognitio in tribus sita 807.f
imaginationis habitationis hominum permutatio 648.m
imaginis ratio 744.p
imaginum in nobis pictor 229.m
imaginum uarietas cur requirantur pigmenta 90.m
ἰμάσθαι cur dicta ueteribus 87.p
ἱμάσθαι quasi faciens ἱμασθαι pagina 87.p
ἵμας & unde 87.f
imitamenta quæ & quot sint. pagina 93.p
imitatio ad oculos, & ad aures. pagina 695.p
imitatio hostium praua quæ sit. pagina 827.f
imitatio in paucis rectè contingit. pagina 589.m
imitatio tertium à ueritate quid sit. pag 694.f
imitationis ars omnia facere potest. pagina 145.m
imitationis ratio 806.m
imitationis species duæ 146.p
imitationis uis 589.f
imitator qui sit 692.m
imitatoris utilitas 694.m
imitatores ignari, & scientes. pagina 161.p
imitatoria duplex 161.p
imitatrices Reipub. 186.p
imitatrices reipub. rectam sequentes. pag. 184.f
ἀμίτυμος 366.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

immortale quid esse possit 698.m
immortalis quæ sit ratio 57.p
immortalitas animæ malis lucro esset. pag. 57.f
immortalitas quid sit 1037.m
immortalitas quomodo contingat mortalibus 298.m
impar is ratio 56.p
imperare sibi quid sit 480.f
imperatoria ars uenatoria est. pagina 421.m
imperator non etiam rhapsodus est. pagina 542.f.
ab Imperfecto non describitur modus pag. 641.m
imperitia est à uoluptate superari. pagina 454.m
imperitia est animæ morbus 534.p
imperitia est falsam habere opinionem pag. 454.f
imperitia malorum radix 990.m
imperitia quid sit 420.f
imperitiam omnem inuitam esse. pagina 143.m
imperitissimi non sunt fortissimi. pagina 456.p
imperiti comparatio cum eo qui nescius gubernationis nauem subuerit, & cum ante, qui deiciatur. pagina 448.m
imperiti inepti 395.m
imperium animæ 44.m
imperium sit ut aliquid fiat 165.f
impiarum animarum sententia. pagina 928.m
impietatis genera sex 929.m
impietatis occasio ex amore non honesto 288.f
impietatis stolidæ pœna 929.f
impiorum sedes 1018.f
improbitas duplex 142.f
improbitas fuga difficilis 21.f
impudentia quid sit 1038.p
impuras animas circa sepulchra uersari ac uideri 45.p
incantatio ad medicamentum. pagina 376.f
incantationis uires 574.m
incendia bellica qua ratione contemperanda 626.m
incomposita quæ sint 43.f
inconstantissimæ uitæ descriptio. pagina 669.f
incontinentia quid sit 1038.p
incredulitas legibus obstat 893.p
indago rei quomodo exprimatur imaginibus factis picturæ & pictorum. pag. 634.m
index lapis 478.m
indigentia quid sit 1038.p
indoctos discere 416.m
indolentiæ definitio 1035.f
inductio mira animæ immortalitatis. pag. 56.f
inductio Socratica 294.f
industriæ definitio 1035.f
mediæ tolerans Socrates 304.m
ineptæ responsiones 105.m
ineruditos contentiosos esse 49.f
inferi Socrati ignoti 17.p
inferorum fabulæ 559.p.585.m
inferorum iudices. 495.p (22.f
inferorum iudices tres esse, quinq; ij sint. 838.m
inferorum mala ambigua 909.p
inferorum quædam narratio 58.p
inferorum uita qualis 454.f
inferiorem seipso esse, imperitia est. pagina 700.p
inferni descriptio 219.f
infinitas incerta 222.m
infinitum esse multa 222.f
infiniti generis quæ sint 1036.f
infirmi & ægroti pluris opus habemus pag. 1034.f
ingenium quid sit 1036.f
ingenij magni, & stirpis excellentis, siue catuli generosi similitudo. pagina 636.p
inimicis deberi mala 560.p
iniquitatem dici libertatem 675.m
iniuria filia insolentiæ 818.p
iniuria quomodo duplex 904.m
iniuriarum in rem ordo 918.m
iniusta facere cui conducat 682.m
iniusta facere & peius, & turpius est, quàm pati 472.f
iniusta facere, maximum malorum. pagina 470.p
iniusta facere non esse turpius quàm pati 476.m
iniusta facere, peius est quàm pati. pagina 473.m
iniusta quæ sint 905.m
iniuste nullo modo ultro esse faciendum 26.f
iniuste homines, non leges iudicant. pagina 29.m
iniustissimi sunt felicissimi. 565.p
iniustitia extrema quæ sit 573.p
iniustitia in ciuitate 609.p
iniustitia lethalis animæ 698.m
iniustitia quid sit 1038.p.613.f
iniustitiæ curatio 905.p
iniustitiæ pœna uera quæ sit 119.f
iniustitiæ præstantia 575.m
iniustitiæ utilitas 572.f
iniustitiam esse bonum consilium. pagina 567.m
iniustitiam esse maximum malum. pagina 475.p
iniustitiam non esse utiliorem quàm iniustitiam 565.f
iniustus deis inimicus 569.p
iniustus felix est, si pœnas dat 472.p
iniustus nemo ultro est 840.m
iniustus plus omnibus nult 567.f
iniustus sapiens & bonus est 567.f
iniustus sapienti & bono similis est. pagina 567.f
iniustus seipsum & suos accusabit. pagina 475.m
iniustum esse carcere elabi 27.p
iniustum est commodum suijpsius. pagina 565.m
iniusti uita melior quàm iusti 567.p
iniusti inuoluntarij tales sunt. pagina 554.p
iniusti uiuaces ac uigiles 698.m
iniustorum mala 574.p
iniustorum supplicia 699.f
iniustos esse felices 471.p
iniustos esse temperantes 443.f
iniustos uolentes tales esse 553.f
inopes omnes maleficos esse 665.f
inopia amoris contubernalis 296.m
inquilinorum conditio 898.p
insania quid sit 1038.p
insaniæ bona 315.f
insaniæ species 325.p
insaniæ tres species esse 316.p
insaniæ quarta species 318.p
insanorum custodia 342.m
insanos gaudere uideri, non gaudere. pag. 228.m
insciuia qua ratione tegi soleat, & uelari 88.m
insciorum cum pueris collatio per corporis & leguminum culturam facta pag. 554.m
insipientes morte gaudere 35.f
insipientia sapientiæ contraria. pagina 443.p
insipientiæ contraria sapientia, & temperantia 443.f
insomnium Socratis quid illi portenderit posterò die 24.m
insomnia Socratis 34.f
insomniorum & morborum ratio. pagina 110.f
instabilium nulla certitudo 238.m
institorum usus 578.p
institutio & exhortatio quomodo exprimantur comparatione. pagina 555.m
institutio quid sit 1038.m
instrumentorum aptorum cognitio, an in opifice ipsorũ, aut ipsis utẽte. 74.p

instrumentorum artes in ciuitate, concausæ sunt 178.m
instrumentorum parandorum ratio. pagina 73.m
insulæ beatorum à quibus inhabitentur 659.p
insulæ beatorum ubi esse putentur & in qua plaga 495.p
intemperantia temperantes sunt omnes pag. 38.m
integer quid sit 1037.f
intelligentia est genitrix causæ. pagina 225.m
intelligentia, & uera opinio, duo genere, sint, an unum 743.m
intelligentia & scientia animæ sunt. pagina 736.f
intelligentia fieri omnia fateri postea uero elementis id tribuere absurdum simile esset 53.m
intelligentia in paucis hominibus. pagina 743.f
intelligentia pulchritudini cognatior quàm uoluptates 241.m
intelligentia quid sit 1036.f
intelligentia quomodo quantitates cõprehendat & consideret 652.f
intelligentia rex cœli ac terræ 224.m
intelligentia untuersi imperat semper. pag. 225.m
intelligẽtia ueritati cognatior quàm uoluptas 241.p
intelligentiæ progressiones 656.p
intelligentiæ subiecta & intelligi quæ possunt quotuplicia sint 644.p
intelligentiam gubernare uniuersa. pagina 224.m
intelligentiã quantitates quomodo prouocent 652.f
de Intelligentia et uoluptate summa. pagina 225.m & 226.p
intelligere, & uidere, ut differant. pagina 654.f
interpretationis difficultas & quantæ solertiæ & dexteritatis sit, omnibus satisfacere, quàm item tædiosum cui uis sui facti rationem reddere. pagina 63.m
interpretes legum diuinarum. 854.m
interrogare, & communicare. pagina 450.f
interrogare facilius quàm respondere. pag. 561.f
intestatus sine liberis moriens 937.f
intestinorum inuolucra 753.f
intrepidum esse quid sit 1036.p
intrepidum, & forte, non idem esse. pagina 396.m
inuentio 311.f
inuentio optimi 53.p
inuentionis obstaculum ignorantia. pagina 1026.f
inuidia circa artes 440.m
inuidia circa iusticiam docendam nulla pag. 440.f
inuidia dolor est & uoluptas 233.m
inuidia & calumnia bonos uiros perdit 16.m
inuidia inter deos non est 317.p
inuidia non est inter bonos 1021.p
inuidia quid sit 1038.p
inuidia quomodo describatur. 234.p
inuidia uerenda est 436.p
inuidiæ fuga 52.p
inuite admissa priuatam monitionem requirunt 15.m
inuiti ad locos prohibitos delati. pagina 906.f
inuocatio dei 742.m
inuocatio alia deorum siue diuorum. pag. 753.f
inuoluntarium quid sit 1038.p
inycini 518.m
iolaus cum Hercule 49.p
iolaus Herculis ex Iphicle fratre nepos pag. 425.m
ion Apollinis 427.f
ion de Rhapsodis & Iliade pertractat. pag. 552.p
ion Ephesius Rhapsodorũ primus quæ præmia tulerit 552.p
iouiales animæ 319.m
iouis anima ac intelligentia regia. pagina 225.p
iouis antrum 786.m
iouis & minois congressus in antro. pag. 782.p
iouis regnum 171.p
à Ioue participium 998.p
ἰῶκαι & unde 81.f
ἰπνοπαλέω 191.m
ἰπνοπήγνυμι 194.m
ira contra cupiditatem 611.f
ira dolor est, & uoluptas 233.p
ira in pueris, prius quàm ratio. 612.m
ἴρκα quasi ἔρκτρά 80.m
ira quid sit 1037.f
ira rationi obedit 612.p
iræ impetus 905.m
iræ sedes ubi statuatur 752.m
irascentes ridiculi 942.m
iratorum colores uarij 996.p
iris filia thaumantis 109.m
iris unde sit appellata 82.p
isidis poemata 801.p
ismenias thebanus 506.f
isocratis discipulus 1002.m
isocratis laus 331.m
ἰστία unde 96.p
italicæ & Syracusanæ mensæ 985.f
iter conficientium & deliberantium de re aliqua comparatio 620.f
itoniæ, festa 1045.m
ἰτέω 64.m.f
ἰτέω ξύν 64.f
ἕτερον falsò ἕτερον 332.m
iucundissima uita eadem quæ optima. pag. 804.m
iucundum à iusto, & bonum ab honesto, non separandum 804.p
iucundum aliud esse quàm bonum. pagina 483.p
iucundum per uisum, & auditum, pulchrum 527.f
iucundum per uisum, & auditum, non est pulchrum 528.p
iucunda & tristia quæ sint 451.m
iucunda quæ mala 452.m
iucundorũ & tristium quæ sit differentia 453.m
iudex bonus senex esse debet 596.m
iudex legum sententiam & uoluntatem sequens proponitur pictoris exemplo, qui manum suam dirigit ad simulachri pingendi exemplar. pagina 942.m
iudex partes controuersiæ audit ambas 1024.p
iudex seu arbiter quis putandus. pagina 104.m
iudicis est inseruire legislatori. pagina 942.m
iudicis iniusti mulcta 858.p
iudicis officium 20.p
iudicis ueri uirtutes 802.p
iudicis uirtus est iusta cognoscere. pagina 11.m
iudices electi Arbitri 953.f
iudices & principes non impunes. pagina 855.m
iudices inferorum 22.f
iudices qui laudati 454.m
iudices selecti, quando decernãt de causis 953.f
iudices selecti, quibus cõtrouersijs præsint 938.m
iudices triplices 787.m
iudicum cura quæ sit potissima. pagina 608.f
iudicum & iudiciorum electio. 857.f
iudicum potentiæ à ciuili separatio. pagina 187.p
iudicium de doloribus ac uoluptatibus. pagina 230.m
iudicium ex scientia, non multitudine. pag 390.f
iudicium falsum maximum animæ malum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum 46.p
iudicium optimi poetæ corrumpunt. pag. 696.m
iudicium quid sit 1036.f
iudicium rerum rectum 366.p
iudicium uirgo pudoris 947.f
iudicij apud inferos modus 495.f
iudicij capitalis modus 902.p
iudicij cuius principiũ ad populum deferendum 858.p
iudicij incrementa per ætatem augeri. pag. 304.p
iudicij recti utilitas 384.p
iudicio unius docti standum, non multorum 25.f
iudicio iniusto condemnati 22.f
iudicia de uarijs uaria 801.m
iudicia differre ab arbitrijs 857.f
iudicia iudicata rata esse 27.m
iudicia peruersa quæ sint 911.f
iudiciorum formæ 953.f
iudiciorum leges & 900.f 954.m
iudiciorum probibitio 353.p
iudiciorum utilitas 943.f
iuniores debere senes corrigere. pagina 466.f
Iuno mendicans 773.p
iunonia animæ 319.m
Iupiter congener paternus. pagina 914.p
Iupiter contribulis, & hospitalis. pagina 894.f
Iupiter Herceus, & phratrius. pagina 427.f
Iupiter Saturnum patrem ligauit. pagina 3.m
Iupiter seruator ciuitatis 935.f
Iupiter sophista 781.f
Iupiter terminalis 894.f
iuramenti ratio & modus 308.m
iusiurandum calumniæ 12.p
iusiurandum quibus deferendum. pagina 950.p
iusiurandum uenereum non ualere. pagina 286.p
iurisiurandi apud reges utilitas. pagina 818.f
iusta alia quàm utilia 340.f
iusta esse etiam honesta 341.f
iusta esse pulchra 473.m
iustitia est sua agere 608.m
iusta & iniusta eadem 1019.f
iusta facere an conducat 614.m
iusta facere ut conducat 682.f
iusta omnia esse honesta, & pulchra. pagina 903.f
iusta quæ sint 905.f
iusta ubique esse iusta, & uicissim. pagina 780.m
iustissimam uitam, esse felicissimam. pagina 803.f
iustissimum est uincere per uim. pagina 920.f
iustissima eadem & turpissima. pagina 904.p
iustitia conseruandis rebus utilis. pagina 560.m
iustitia, & iustum esse eadem sunt. pagina 443.m
iustitia, & sanctitas eadem aut quàm simillima 442.f
iustitia fortior est quàm iniustitia. pagina 568.m
iustitia furandi ars 560.f
iustitia in bello utilis 560.p
iustitia in ciuitate 608.p
iustitia in pace utilis 560.m
iustitia in quo genere bonorum 571.m
iustitia in rerum commercijs sita 578.p
iustitia inuenta 613.f
iustitia quid sit 559.m
iustitia ubi tãdem sit in ciuitate 605.m
iustitiæ effectus 11. 554.f
iustitiæ & iniustitiæ effectus 568.f
iustitiæ & uirtutis merces 699.p
iustitiæ officium 365.p
iustitiæ opus esse amicitiam 555.p
iustitiæ ratio in bello 339.p
ad iustitiam commonitio & parænesis. pag. 572.f
iustitiam esse generosam simplicitatem. pag. 567.m
iustitiam uituperare num impiũ sit. pagina 576.m
iustus ad iustitiam quomodo se habeat. pag. 627.p
iustus dijs charus, & contrà 229.f
iustus & iniustus deos non latent. pagina 699.p
iustus felix, iniustus miser est 569.f
iustus iniusto præstantior est, etiam uoluptate 680.p
iustus iniusto ubiq; minus habet. pagina 565.p
iustus lædit neminem 555.m. 561.m.
iustus non uult plus iusto 567.m
iustus per scientiam iustus est 1019.f
iustus qualiter se habeat 613.p
iustus sapienti & bono similis est. pagina 568.p
iusti definitio reprobata 561.f
iusti laus ubique & semper uera. pagina 683.p
iusti melius uiuunt, & felicìores sunt. pagina 569.p
iusti secundum legem ratio quid sit. pagina 479.m
iusti secundum naturam ratio 479.p
iustum esse commodum potentioris. pag. 562.f
iustum esse furem 560.m
iustum esse ignem 83.f
iustum esse impium, ex concessis colligit pag. 442.m
iustum esse Solem 84.m
iustum est commodum potentioris. pagina 563.m
iustum est commodum potentioris. pagina 832.p
iustum est facere incommoda potentioribus 563.m
iustum est obedire principatibus. pagina 563.p
iustum est prodesse, & non decipere. pagina 1019.f
iustum est uera dicere 1019.f
iustum & iniustum quæ maneant post mortem 692.f
iustum non est potentioris commodum. pag. 567.p
iustum & bonum ambigua sunt. pagina 324.p
iustum quid sit 1018.f & 1037.m
iustum, eiusq; definitio 561.p
iustum quomodo aliqui definiant. pagina 559.m
iustum sermone iudicatur 1019.m
iustorum bona 574.p
iustorum præmia 699.f
iustos esse mansuetos 491.f
iustos inuitos tales esse 572.p
iuuenes terroribus & uoluptatibus obiecti probantur, ut aurum per ignẽ. pag. 598.m
iuuenum mores mutabiles 939.f
iuueniles cupiditates 986.f
iuuentæ & auri similitudo quid sit. pagina 598.m
iuuentus inquieta 799.f
iuuentus quietis impatiens 804.f
iuuentutis bona 105.p

L

Labyrinthus 422.f
in Labyrinthum illapsi comparati ad eos qui quæstionum in uolucris impliciti se extricare nequeunt 422.f
labores moderati salubres 363.m
laborum & studiorum uehementia in certaminibus ad assequendam in pythijs & olympijs victoriã, comparata ad industriam & gnauam diligentiam uirtuti locandam 877.f
Lacedæmon sophistarum doctrinam nõ admittit. 518.f

Lacedæmonij cretensium discipuli. pagina 782.m
Lacedæmonij & cretenses adolescentes non emittunt 447.m
Lacedæmonis constructio 814.f
Lacedæmonis partes corruptæ. 815.m
Lacedæmonis seruatores tres 818.m
Lacedæmonem ignorantia perijsse. pagina 817.p
Lacedæmoniorum & cretensium leges bonæ 28.f
Lacedæmoniorum in Platæis pugna. pagina 393.f
Lacedæmoniorum nobilitas 344.m
Lacedæmoniorum opes 344.m
Lacedæmoniorum respub. qualis. pagina 831.p
Lacænarum officia 877.p
Lachesis quæ canat & uaticinetur. pagina 701.m
in Lachete qua de re Plato considerationem constituat 409.m
Lachryma 758.f
Lachrymæ quorum sint 586.p
Lachrymæ unde nascantur, & quæ causa earum profluxus sit 751.m
Lacones breuitatis studiosi quare sint. pag. 835.m
Lacones iniqui 519.p
Laconissare quid sit 447.f
Leuia quæ sint 749.m
Lamachus 396.m
Lamiscus 996.f
Lampido Leotychydæ filia, Archidami uxor, mater Agidis 345.f
Lanificij partes & artes duæ 175.f
Laomedon 1002.p
Lapides colligentium, & fusim comportantium ad ædium, uel similium construction em comparatio, ad eos qui per otium & aliud agentes statuta moliuntur 905.p
Lapides fusiles 748.m
Lapis heraclius 757.p
Lapides nigri unde tincturam habeant. pag 748.p
Lamprus Musicus 545.m
Lassitudo damnosa 658.m
Latio & fluxus num unum sit 97.m
Lætitia quid 1036.f
Latronis uitam uiuere 488.p
Lauacra ante cædis accusationes. pagina 909.p
Lauandi mortuos mos 61.m
Lacedæmoniorum palæstræ 112.f
Laudanda & uituperanda quæ. pagina 86.p
Laudare aliquem periculosum. pagina 1002.m
Laudandi & uituperandi modus. pagina 576.p
Laudari artes posse ab ignorantibus ipsas 555.m
Laudatores iustitiæ & iniustitiæ quales. pag. 575.f
Laudis, laudationisq; ratio 291.f
Lauri corona exactorum rationum. pagina 949.p
Laus immortalibus debita 578.m
Lectio manca 512.m
Lectio ualdè corrupta 412.p
Lectio uerborum transposita 512.m
Lectis ijsdem cœnatum & dormitum. pagina 303.m
Legatio falsò obita 946.m
Leges antiquissimæ cretensium. pagina 782.
Leges commendant ciuitates 28.f
Leges cur ferantur 787.f
Leges ex arte, non ueræ 920.f
Leges Lacedæmoniorum & cretensium bonæ 28.f
Leges non scriptæ 871.m
Leges optimæ, factu difficiles, non tamen impossibiles 640.f
Leges patriæ 871.m
Leges paruæ cur relictæ 896.p
Leges permittunt contrarium persuadere aut quod iubent facere 28.p
Legum principium à numeris 859.f
Leges regis animis commodæ sunt. pagina 781.p
Leges regum Atlanticorum 771.m
Leges sagittarij ad scopum collimationem imitari opus esse 942.p
Leges sint reges 998.f
Legum ad uirtutem perfectio 828.f
Legum condendarum ratio 519.p
Legum constituendarum ratio per comparationem fulcrorum in ædificijs fabrorum, ostensa 871.f
Legum custodes primum eligendi 851.p
Legum diuinarum interpretes 854.m
Legum emendationis tempus 860.m
Legum & iustitiæ origo 572.p
Legum & parentum similitudo. 27.m
Legum ferendarum causa duplex. 913.f
Legum ferendarum ratio 181.f
Legum ferendarũ ordo & ratio. 789.m
Legum ferendarum tempus 850.f
Legum imperitus præfectus 184.p
Legum latio turpis præclaræ ciuitati. pag. 900.f
Legum latorum & tinctorum lanæ & militum concinna comparatio. pagina 606.f
Legum magistratibus attributarum cũ trama, & magistratuum constitutio nis in singulis cum stamine, atq; tãdem Reip. cum textura comparatio elegans 841.f
Legum meliorum lationis ratio 182.m
Legum necessitas 911.p
Legum rigor 181.m
Legum scriptæ præstantissima 954.p
Legum species tot, quot rerum publicarum 831.f
Legum uiolatarum pœna 183.p
Legibus constitui quædam non posse. pagina 885.p
Legibus nihil sapientius esse oportere. pag. 184.p
Legibus quæ sint sancienda 604.f
sub legibus non sub regibus uiuendum. pag. 989.p
Legislator nomẽ natura unicuiq; rei aptum in uoces ac syllabas refert. 73.f
Legislator nomina imponit 96.m
Legislator nominum bonus, & malus. pag. 93.m
Legislator quæ iudicijs præmittet. 911.m
Legislator quid sit 1037.m
Legislatoribus quæ sint relinquenda. pagina 605.m
Legislatoris correctiones siue castigationes 846.m
Legislatoris & medici comparatio, ad rempub. & ægrotum 182.m
Legislatoris scripta qualia 903.m
Legislatoris uoluntas 845.f
Legislatorum appellatio 813.f
Legislatorum scopi uarij 956.f
Legitima omnibus eadem 780.m
λεγομένων pro γενομένων 1011.p
Leontij factum ac dictum 611.f
Leo Salaminus 18.f
Leochares statuarius 1002.f
Lentitudo & uelocitas quomodo temperantia 378.m
Lepidior responsio loco securissimæ. pagina 56.f
Leptines 1002.f
Lesbij barbari 447.m
Lethes campus 703.p
Leucippe 768.m
Leuia unde sint 749.p
Lex amatoria 593.f
Lex Athenis de Amatoribus 286.f
Lex Cretica & Spartana de poetis. pagina 802.f
Lex de dolore ferendo 695.m
Lex de natatoribus 885.f
Lex domina sit principum 832.m
Lex duplex 835.p
Lex est decretum ciuitatis 779.m
Lex est inuentio eius quod est 779.f
Lex est opinio bona 779.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

lex & ars mentis sobolos 921.p
lex & regio 791.f
lex Iouis 438.f
lex ipsa differendi facultatis 666.m
lex italica as Sicula corrupta 802.p
lex nomen ordinis animæ 486.f
lex omnibus æqualiter auxiliatur. pagina 683.m
lex optima quæ sit 790.m
lex quid sit 1036.f & 779.p.1037.m
lex simplex 835.p
lex tyrannus est 445.m
libationes ac cantus à cœnis 282.f
Liberalitas amicorum Socratis. 562.m
liberalitas quid sit, eiusq; delineatio. pagina 1036.p
liberi puberes in bello 624.f
liberorum communio à Platone quomodo statuatur. 616.f
liberorum educatio 869.p
liberorum generatio ob immortalitatis amorem 298.f
liberorum modus, mas & fœmina. pagina 940.m
liberorum procreationi quatenus indulgendum 621.f
liberis bella spectandi securitas præparanda 624.f
liberos procreandi studium 865.m
liberos suos quomodo prisca gens procrearit 578.m
libertas ciuium Atheniensium. pagina 27.f
libertas mutat populare dominium. pagina 670.p
libertas quid sit 1036.p
libertatis & seruitutis ratio 999.p
libertatis nimiæ mala 822.f
libertorum conditio 933.p
liberum quid sit 1037.m
libri muti 441.f
licentia mater impudentiæ 821.f
ligea cantilena 334.f
lintea Siculæ nomen Cebetis referētes. pag. 1003.f
lingua mentem subsequi non præcurrere debet 109.p
linguæ natiuæ & priscæ obseruantes qui potissimum sint 86.f
lispæ 334.p
liquores 747.f
lispæ qualia animalcula 290.f
lispi 334.p
litteræ absq; metris 878.f
literæ quatenus discendæ sint. pagina 879.p
literarum studij similitudo 593.p
literarum ac syllabarum consideratio. pag. 132.p
literarum cum rebus aptitudines. pagina 94.m
literarum discrimina 89.f
literarum inuentionis ratio 220.p
literarum nomina, non elementa ipsa proferri 75.m
literarum simile, ad rerum commixtionem mutuam 154.m
literarum transpositio, additio, detractio 75.f
literarum typis uarijs expressarum, & ciuitatis, tum uiri ciuilis similitudo. pag. 576.m
literas adijci & adimi nominibus. pagina 78.p
literas discendi ratio 174.p
literas discentis, & cuius chordæ sonus sit discernentis comparatio. pagina 133.f
literas officere memoriæ 329.f
literas prodesse memoriæ 329.m
litigandi sapientia 414.f
λιτὸν à mansuetudine dicta 81.p
lixiuium 773.f
λ. literæ usus in labantibus 91.p
locus ambiguus 1010.p
locus insignis restitutus 515.m
locorum mancorum numerus 513.p 1009.f. 1009.m 367.p 774.p 1046.p 514.p 778.p 1007.f 1010.p
locus mancus restitutus 192.f
locus penitus corruptus, restitutus. pagina 334.f
locus Platonis omnium corruptissim. pag. 514.m
locus qui in aliquibus codicibus deest. pag 191.m
loci redundantes 514.p & 776.p 775.m 194.f 195.p 1006.m 1009.f
locus uariè uitiatus 1009.f
loci aliquot manci 332.f
loci manci restituti duo. 192.p. item 332.f
locorum uis ad mores facit 722.f
locorum uis ad animam facit 847.f
locrensium opt. leges 792.p
λόγ& est differentiæ interpretatio. pagina 135.m
λόγ& pro explicatione per elementa. pag. 134.f
λόγ& pro oratione 134.p
λόγ& pro signi prolatione 135.p
λόγ& τὸ πᾶν significat 82.p
λόγ& tria habet significata. pagina 134.p
longeuitas ueterum, & uita sana. pagina 587.m
longa oratio molesta 444.p
longitudo hominis quibus annis media sit & euaserit 869.m
loquacitas quid sit 1038.p
loquendi forma quid sit 1037.p
λ pro ρ insertum 94.f
liberis procreandis qui accommodatiores sint 621.p
lucifer idem qui Hesperus. 969.f
lucrum bonum & malum 360.f
lucrum damno contrarium 359.m
lucrum iuxta æstimatiõem rerum. pagina 361.f
lucri omnes studiosi 361.p
lucri studiosi impudentes 358.f
luctæ uariæ 872.f
luctæ usus 881.p
luctator malus uolens, melior est. pagina 534.f
lucymnion 326.p
ludere par, impar & multis rebus typice quomodo ad liberi possit 1026.p
ludicrorum species 178.f
ludus studij quies est 225.m
ludi firmi leges firmant 873.p
lustrationes 574.f
lusus puerorum qualis esse debeat. pagina 604.m
è Ludo digressorum studia 440.m
lumen cœli uinculum ut triremium succingula 701.p
lumen medium inter uisum & colorem pag. 643.p
lumen solis accensum 738.p
luminis quæ causa 643.p
lunæ usus ad numeros 965.f
lunam detrahentes theßalicæ fœminæ. pag. 490.m
lupina amicitia 979.f
lupum ex homine fieri quando. pagina 671.f
luporum canibus aliquid de rapinis tribuentium ut tutò in greges & armenta grassari possint comparatio ad Deos iniustis & impijs parcentes 928.f
lupi abstinent Cretenses in quo unum est 782.m
lutum quid sit 305.m
luti in quæstionem uocati comparatio ad Scientiam penitus distinguēdam. pag. 105.m
luxus latius 891.f
lux quid sit 1035.p
luxui deditorum hominum qualis uita, & quæ eius sit descriptio 675.f
lycabetus mons 767.m

lyceum 400.p
lycæum locus Athenis celebris 301.m
lycæus Iupiter 671.f
lycophron 977.f
lycurgus 693.m. & in condendis legibus quantum præstiterit 980.f
lycurgi factum 998.f
lyra eadem quæ cithara. 74.p. 199.m. 337.f. 359.m
lyra & cithara dinersa instrumenta. pagina 591.f
lyræ studium 879.p
lyræ usus cum anima collatus quid sibi uelit 554.m
lysanias 559.p
lysias 558.p. eiusq; in dicendo excellentia 553.m
lysiæ orationis examinatio 323.f
lysiæ orationis uitia 324.m
lysiæ scriptum 308.p
lysiclides 977.f
in Lysidis Dialogi pertractatione quid Plato disputet 409.f
lysimachus 1021.p.508.m
λυσιτελῶν quasi λύων τὰ τέλη. pagina 86.m

M

Macareus 892.m
μάχανα machinatoris ars 490.p
magia apud Persas quid sit 344.f
magica ars 175.p
magister senum 414.f
magistratus eligendi modus 851.p
magistratus num utriq; sexui communis sit 621.f
magistratum gerere quid sit 346.m
magistratus quot numero esse debeant. pag 851.p
magistratus temperantes quales. pagina 189.f
magistratuum belli electio 852.m
magistratuum ætas 866.m
magistris nullis usi periti 391.p
magnanimitas quid sit 1036.p
magna omnia periculosa 638.m
magnarum naturarum magna scelera. pag. 636.p
magnetis uis 539.m
magnetum ciuitas 959.m 904.p. 935.p. 948.f
magnetum statuæ 897.m
magni, reges persarum appellantur. pagina 820.m
magnificentia quid sit, eiusq; definitio. pag. 1036.p
magnitudinis ac paruitatis inter seratio 55.m
magnitudinis diuisio 199.p
magnitudinis & paruitatis relatio. pagina 208.m
magnitudinum ratio 105.m
maius & minoris & moderati respectu dici 176.m
maiorem alterum altero esse 52.f
maiorem alterum magnitudine esse. pagina 54.m
maioris & minoris ratio iuxta magnitudinem ac paruitatem, non aliud quid 55.p
malæ res non utiles sunt ad bonas. pagina 1034.m
mala committit nemo data opera. pagina 449.m (439.m
mala ex natura, aut casu, nõ probrosa. mala ex negligentia nostra. probrosa. pag. 439.m
mala in præsens, bona in futurum. pagina 796.p
mala maxima putari quæ non sunt. pagina 46.p
mala omnia ultronea meliora pagina 535.p
mala perire non posse 119.m
tum Mala, tum bona ad aliquid dici. pagina 1005.m
mala uelle neminem 501.m
maledicta prohibita 942.m
male factorum circumstantiæ 942.p
malefactorum susceptores 953.m
maleficij pœna quæ maxima 838.f
male scribere, turpe 322.p
malignitas quid sit 1038.p
malum simulatione uestitum comparatum crinibus nigris tinctis colore albo 406.m
malus nemo uolens est 761.p
malo sublato, quid esset 48.p
mali falsis uoluptatibus, boni contra ueris gaudent 229.f
mali non sunt felices 846.p
mali non sunt similes 405.m
mali quò se gerant in magistratu. 119.f
mali ultro meliores inutis 535.m
malorum & pyrorum leges 895.f
malorum in anima genera duo 143.p
malorũ omnium quæ sit causa. 977.p
malorum successus 925.f
malorũ scriptorũ quæ sit utilitas. 324.f
malos inultos esse malos 904.p
malis lucro esset aniæ imortalitas. 57.f
mandragoras 634.m
manuum dimicatio 889.p
manuũ lotio ante accubitum 282.p
manibus et mortuis imperare quam miserum sit 585.m
marathonia pugna 821.f
marathonium prælium. 547.m
mare nil memorabile producere. 59.p
mare uicinum ciuitati noxium 827.p
margites Homeri qua scientia excellat. pag 356.m
marsyas 781.m. 817.p
marsyas Satyrus quõ in Socrate laudando ab Alcibiade adducatur. 302.m
marsyæ excoriatio 420.m
Masculi amoris non est uenerea consuetudo 290.m
masculorum amor non est impudens. pag. 290.p
materia informis 743.m
materia utilis 897.f
materia potentia 743.p
matriam dicunt Cretenses patriam. pagina 676.m
maximæ disciplinæ quæ sint 641.f
maza unde fiat. 578.m
mechanicarum artium sordes 545.p
μὲ pro μὴ falsò 772.f
medea Colchica 420.m
medendi modus duplex 834.f
medias coturnicum altor 344.p
medica nomina diuersa 76.p
medicæ artis munus 560.p
medicamenti bibendi modus 426.p
medicina amorem & concordiam coporibus inducit 287.f
medicina conjecturalis 964.m
medicina cur sit ars 484.f
medicina cur sit iuuenta 564.m
medicina est scientia tuendæ sanitatis. pag. 381.m
medicina & gymnastica reginæ aliarũ circa corpus artium 492.m
medicina quid sit 287.m
medicina sani & morbosi scientia. pagina 363.f
medicinæ effectus duo. 554.m
medicinæ & gymnasticæ usus 143.p
medicinæ exemplum 406.m
medicinæ opus sanitas 423.p
medicinam deridet Aristophanes. 288.f
medici quid sit 86.p
medici tolerantia 394.f
medico nullius mors imputanda. pagina 906.m
medicum ægros, non pecunias curare. pag. 564.p
medici & iudices ciuitatis quales. pagina 596.f
medici qui præstantissimi 773.m
medici sciunt horrenda 395.m
medici sine temperantia & sanitate pagina 377.m
medicorum curandi ratio 377.p
medicorum genera duo. 834.m
medicorum & gubernatorum similitu

Universidad de Deusto
Biblioteca

do 183.p
medicorum imitatores non medici, poetæ sunt 693.p
medicorum mos 182.p
medicorum scopus 956.p
medicorum scripta etiam leges sunt. pagina 781.f
medicorum sententia 193.f
medicorum usus 578.m
de Medicis & gubernatoribus submouendis deliberatio 183.m
medicus accusatus à coco, iudicibus pueris 499.m
medicus animæ 434.f
medicus auarus non medicus. 564.m
medicus bonus, ut malus fiat 448.f
medicus ex libro 326.m
medicus non errat, nec artifex alius unusquisq; 563.f
medicus quomodo sit considerandus. pag. 383.f.491.p
medicus ubi potens sit 560.p
medici ægrotum non curantis sed instituentis comparatio ad legislatorem non leges sanciente sed populum docentem 903.p
medici consulentis uiro ægroto & prauæ uictus ratione utēti ad sanitatem comparandam comparatio nullata suis circumstantijs, ad eum qui amico consilia suppeditat in re aliqua conficienda 987.f
medici cura 926.f
medici duplices 621.m
medici & iudices multi, in mala republica 594.f
medici & pastoris dissimile 565.
medici imperium quale, eiusq; laus. pagina 301.m
medici qui ritè censeantur 181.p
medici sapientia & præstantia. pagina 480.p
medici iudices 933.m
medici empirici & rationales. 902.f
medici, non adulatoris loco, reipub. inseruiendum 494.p
meditatio quid sit 1037.f
medium inter gaudium, & dolorē quid sit 680.p
medium quod sit 205.f
medium secare 999.f
media esse plurima 49.m
medij, summi, ac infimi ratio 680.m
media inter dolorem & uoluptatem affectio 227.f
mediorum inter duo, quæ sit ratio. pagina 429.m
medulla uitæ uincula habet 754.p
μεῖρ, mensis ab imminutione 82.f
μέλαν substantiuum 335.m
meles citharœdus molestus 485.m
molestias 508.f.1021.m
meliores esse sapientiores 480.p
meliores homines faciunt omnes, Socrates solus corrumpit 14.f
meliores quotidie protagoras facit. pagina 436.f
melissi opinio de uniuersi motu. 123.p
melita uicus Athenis 197.p
melitus Socratis infestissimus hostis & accusator 1.f
melitus contraria sibijpsi dicit. 15.f
melius quod est 338.p
μελλοντα suppositum pro μεταβάλλοντα 195.p
mellis fons uoluptatis 239.m
melos ex tribus constare 591.m
mel quid 747.f
memores ac dociles qui sint 128.m
memoria 227.p
memoria & sensus scribæ sunt. 229.m
memoria Hippiæ 519.m
memoria quid sit 1036.f
mendacium quibus conueniat 586.f
mendacium quando non odio dignum. pag 583.m
mendacium quod sit 128.p
mendacium simile medicamēto. 621.m
mendacium reuera quod sit 583.p
mendacium utile quandoq; 804.m
mendacij odium 583.p
mendacij origo 148.f
mendacis mendacijq; explicatio. 552.p
mendici prohibiti 943.p
mendax circa numerum 531.m
mendax circa tabulas geometricas, & uerax idem est 531.f
mendax & uerax idem est in omnibus. pag. 532.m
mendax & uerax idem in Astronomia pag. 532.p
menelaus á Pandaro saucius quomodo curatus sit & à quo, & quid in ea curatione obseruandum 595.f
menelaus quomodo celebratus ab Homero 281.f
in Menone quàm sisè & plenariè docet Plato de uirtute eiusq; partibus. pag. 511.f
menexeni summaria explicatio. 552.m
mens cœlestium gubernatrix 958.f
mens cum sensibus saluat omnia. pagina 956.p
mens ut comparetur 637.p
mensis & anni ratio 738.p
menses duodecim 853.f
mensurandi ars duplex 176.m
mensurandi ars circa omnia uersatur. pag. 177.p
mensurandi artis partes duæ. pagina 177.p
mensurationis disciplina 882.f
mentem ac intelligentiam omnia gubernare, ut causam 53.p
mentiendi & pingendi ars affinitas. pag. 581.p
mentiendi ratio 419.f
mentiri bene 581.p
mentiri quid sit & quis idem concinnè possit 93.p
mentis & nauis gubernatio peritis cōmittenda 554.m
mentis & rationis soboles 921.p
mentis frœnum quæ excutiant, & labefactent animum 637.p
mentis motus natura quæ sit. pagina 924.m
mentis motus qualis sit 924.f
mentis oculum tum in uigore esse, cum corporis contabescunt 304.p
mercatorum necessitas 577.f
mercatura duplex 140.m
mercatura quæ sit præstantissima. pagina 977.m
mercedis exigendæ mos protagoræ. pagina 441.m
mercede docere quibus turpe sit. pagina 493.f
mercenaria ars reliquis artibus communis 566.m
mercenariorum usus 578.p
mercium externarum lex 896.f
mercuriales statuæ 360.p
mercurialia sacra 421.m
meridies quid sit 1035.p
metalla, ut Aurum & argentum nō esse opes 1033.f
metallorum in hominibus formandis ammixtio 599.m
μετα γιγνώσκειν & pro μετανοεῖν 775.f
metempsychosis apud inferos quæ & qualis sit. 702.m
metempsychoses, animarumq; in alia corpora transitiones 1044.f
metiendi ars uija certior est 454.p
methodus disciplinarum recta 656.p
methodus ex speciei positione 691.f
methodus omnia assequendi 146.p
methodus quæ sit clarissima. pagina 957.f
methodus recta de bonis & malis. pagina 792.m
methodi quæ sit ratio. 142.p & 168.m
methodi uerè duæ species oratori considerandæ, cōpositio, diuisio. 525.m

methodorum faciendarum ratio. pagina 644.m
metrodorus 538.m
metus & timor an differant 455.p
metu fortes homines sunt 38.m
meum & non meum 622.m 774.p
meum idem esse omniū debere 623.m
μή redundans 1008.m
miccus sophista 400.p
μιγνύω unde dicta sit 85.m
midas dives 802.f
midas phryx 774.f
midas phryx eiusq; improbatum imperium 657.m
midæ epitaphium ineptum 324.f
medicinæ & artis dicendi similitudo. pag. 327.m
miles ex quo opifice potissimum fieri possit 579.p
milesij 791.p
militares leges 946.f
militi quid præbeat artis reiue bellicæ peritiam 579.p
militem fieri sine arte, talorum lusoris oppositione quomodo dissimili probetur 579.m
militiæ defertæ actio 947.m
militiæ opifices 936.p
militum seditio cum Dionysio 995.f
militum uiginti milia Athenis perpetuò 767.f
mille annorum iter 700.p
miltiades 486.p.1017.p
miltiades ad Marathrum condemnatus. pag. 492.p
mina argenti opes Socratis 21.p
mina centum drachmarum & 856.m 947.m
minerua phratria 427.f
Mineruæ modus quidā cātilenæ 86.f
minos 781.m.966.p
minos, eiusq; cum patre Ioue contubernium 786.p
minos in Athenienses 828.p
de Minois regis excellentia, Hesiodi testimonium 782.m
miraculum esse hominem 795.p
miracula edentes 648.p
mira uidentur aliqua ex ignorantia. pagina 180.p
miserabilis quis uerè sit 943.p
misericordia Atheniensium 549.m
miserum esse qui felix putatur 803.p
miserum est alienæ incumbere famæ. pagina 550.p
mithœcus scripsit de obsonijs 492.f
μίξεις pro λόξεις 778.p
mixta forma narrationis 590.f
mixtio dolorum ac uoluptatum in anima 233.p
mixti generis constitutio 223.p
mixtio perfectiß. utriusq; partium, sapientiæ & uoluptatis 239.m
mixtionis exemplum 239.f
mixtionis gratiæ causa, est modus. pagina 240.f
mixtiones uoluptatum in morbis. pagina 232.m
mnemosyne dea 766.p
mnemosyne mater Musarum 126.f
mneseus 768.m
μνήμη unde 96.p
mobilia difficulter 749.f
mobilia facilè quæ habenda 749.f
moderatum artes omnes seruat 176.f
moderati putantur stolidi 596.m
moderata omnia prosunt 363.f
modus docendi res per nomina, est optimus 95.m
modus est medium excessus & defectus. pag. 1037.m
modus rerum certus à legislatore præscribendus est 834.m
modum non præscribit id quod imperfectum est 641.m
modestiæ definitio 1036.p
modestum quid sit 1037.m
modestus quis sit & quis uerè dicatur. pag. ibid f
mœnium ratio 863.m
mœror malum 453.p
mœror quando bonus sit 443.p
μοῖραι pro μόῖραι 1007.f
molestia & delectatio coniuncta. pagina 482.f
molestias bonas & malas esse 484.m
mollia 748.f
moneta argentea uncialis 367.f
moneta aurea drachmalis 367.f
monitionem priuatam requirūt inuitè admissā 15.m
monitus deorum modi qui sint 19.p
μονοτροφίαι 194.f
monstrosi partus 75.m
morbus et turpitudo in anima quid sint pag. 142.f
morbus quale peccatum 182.m
morbus qui sit grauissimus 759.p
morbus sacer 759.p
morbum alere quæ malam inducat. pagina 595.m
morbi animæ 761.p
morbi animæ qui sint 145.m
morbi animi ex corpore 1043.m
morbi ex bile 759.m
morbi ex elementis 760.p
morbi ex pituita 759.p
morbi ex spiritu unde nascantur ibid.
morborum causæ 757.f 1043.m
morborum quæ ratio sit in naturæ rebus 110.f
morborum turpiū uoluptates 232.m
mores grauant omnes ætates 558.f
mores orationis mensuram esse. pagina 592.m
mori quibusdā quàm uiuere melius est pag. 395.f
morientium affectus 559.p
morituri iam, animi fracti sunt. 936.m
mors est corpus & animæ dissolutio. pag. 493.m
mors est discessus animæ à corpore. pagina 36.m
mors est solutio ac separatio animæ à corpore 38.p
mors & obitus inlustrorum 559.p
mors minimum malorum 901.m
mors naturalis quæ sit 757.f
mors non est ultimum 914.p
mors quid sit 1015.f
mors somnus est ab q; somnio 22.m
mortalia corpora à quib. dijs ficta sint. pag. 739.m
mortis causa, nulla cunctatio longa est. pag. 20.f
mortis formido, ac deprecatio uiro turpis 19.f
mortis formido ex ignorantia 17.p
mortis fuga in bello facilis 21.f
morti uicini usticinantur 22.p
mortem non esse malam 22.m
mortem non grauem esse 586.p
mortem sibi non inferre simplex sermo est 35.p
mortem timens non est philosophus. pagina 38.m
in Mortua cadauera seuientium & canis lapides in se iactos mordicus cōprehendentis comparatio 626.p
mortui partim combusti partim sepulti pag. 61.f
mortui quomodo olim Athenis curati. pag. 780.p
mortui tertia die elati 954.f
mortuorum in bello cultus 625.f
mortuorum de uiuis sensus ambiguus. pag. 551.p
mortuorum spolia & exuuiæ quomodo decentes sit 625.f
mortuis sensus præsentium hic 976.m
mortuos lauandi mos 61.m 66.f
morychus 308.p
motionis corporum utilitas 869.f
motionis utilitatis causa 879.f
motionis utilitatis causa 870.m
motionum corporis distinctio 881.m
motus ac quietis ratio 746.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

motus duo præcipui 922.f
motus effectus 108.f
motus & status contrariæ sunt 153.p
motus & status non participant essentia 153.f
motus ex toto decem esse 923.p
motus locales septem 738.m 735.f
motus locales sex 739.f
motus optimus qui sit, itemq; qui pessimus 761.p
motus primus qui seipsum mouet. pagina 923.p
motus secundus qui sit 923.p
motus species 214.p
motus species duæ 122.p 109.f. & 202.m
motum esse hoc uniuersum 109.f
mouens seipsum uiuit 923.p
moueri alia, & alia stare 922.m
moueri quid sit 122.p
maldicarum ratio 901.m
mulieris & uiri eadem studia, sed mulier est debilior 619.m
mulieres priscam linguam seruare 86.f
mulieres seorsum à uiris cœnant 283.p
mulierum bellica studia cuius usus. pagina 881.p
mulierum conuiuia 864.m
mulierum et uirorum studia eadem. pagina 876.f
mulierum dicteriũ in stolidos aut minus dextros 344.p
mulierum opera uirilia 620.p
mulierum uita in tenebris 864.f
mulorum similitudine quàm typice exprimatur deorum natura 16.p
multa cognitio detrimentosa 883.m
multa paruæ scit Socrates 423
multa unum esse 218.p
multitudo ab arte aliena 184.m
multitudo inepta ad audiendum philosophum 200.f
multitudinis imperium damnatum. pagina 182.f
multitudinis iudiciũ corruptum 465.f
multorum odium perimit Socratẽ. pagina 16.m
mundus animal 752.p
mundus animal animatũ compos mentis 734.f
mundus animal sapiens est 169.f
mundus cœlum 734.f
mundus æternus ex opifice, non ex materia 735.m
mundus est corpus 225.p
mundus immortalis 171.f
mundus pulcher 734.p
mundus unus an quinq; 745.m
mundi anima & singularis rei uita
turæ, num quid corpore prior sit. pag. 1002.m
mundi appellatio 488.p
mundi constitutionis & fabricationis impulsio unde 742.p
mundi fabricationis ratio 735.m
mundi opifex bonus 734.p
mundi partium in dæmones diuisio. pagina 170.f
mundi reuolutio à diis fato permissa. pag. 171.m
mundi reuolutionis quæ sit ratio. 169.f
mundum esse dei imaginem 763.p
mundum esse deum 765.p
munera quid ualeant exequi 587.f
musa ciuitatis domina 639.m
musa cuiq; sua iucunda est 863.f
musa uelut Magnes 539.f
musa uera quæ sit 663.m
musæ Aristophanicæ proprium. 288.f
musæ canoræ, Ligeæ. 312.m
musæ Ionicæ & Siculæ 149.m
musæ & musica ab inquirendo 81.p
musæ quarum artium deæ sint 338.m
museus 574.f
musarum & Apollinis dona 873.p
musarum horti 539.f
musarum inuocatio 416.p
musarum narratio 662.m
musica à poetis confusa 822.m
musica ars sub cuius tutela sit 338.f
musica Athenienf. prisca qualis 822.p
musica circa Rythmum & harmoniã. pág. 800.p
musica de uoce 89.m
musica & gymnastica cur à deo datæ sint 597.f
musica & gymnastica choreæ partes. pag. 808.f
musica et gymnastica institutio. 580.m
musica, & gymnastica pueri instituebantur 27.m
musica non est in uoluptate sita. pagina 800.m
musica non nouanda 874.m
musica quænam instrumenta in ciuitate toleranda 591.f
musica quid sit 288.p
musica soror Astronomiæ 655.m
musica tota est imitatio 873.f
musica uera quæ 655.f
musica uoluptate optimorum iudicanda 802.p
musicæ alimentum 593.p
musicæ constitutio 223.m
musicæ et philosophiæ opera. 1044.m
musicæ finis est amor pulchri 593.f
musicæ imaginis ratio 807.p
musicæ leges 874.f
musicæ nouæ cupiditas 801.m
musicæ obscuritas & instabilitas. pagina 237.p
musices & gymnastices magistratus. pag. 856.f
musices mutatione leges mutari. pagina 604.m
musices opus 611.m
musices recta utilitas 742.p
musices uis 597.m
musicam esse imitatricem 806.p
musicam & gymnasticam animæ gratia esse constitutam 597.p
musicam facere 34.f
musicam uoluptate nõ iudicari. 806.p
musici constitutio 219.f
musici inepti 655.f
musicè quid dici 443.m
mutationis ratio 213.f
mutationes omnes periculosæ 873.m
mutorum indicationis ratio 89.p
myronides 1004.p
myson Chenensis 447.f
mysorum præda in prouerbio. 514.m
mystarum sacrorum dictum 30.p

N

Narratio alia boni, alia mali. pagina 590.m
narratio ex mala imitatione. pag. ibid.
narratio per imitationem 589.p
narratio simplex 588.f
narrationis geminæ exempla ibid.
narrationis species duæ ibid.
naso adũco, regius cur dicatur 628.m
natandi scientia 489.f
natatilia uolucria 138.f
nati non nobis soli sumus 1001.p
nationum & populorum quæ & quales amicitia debeat esse 626.m
natum cuius sit 940.m
natura cognomen habens, eius quod est pag. 50.f
in Natura duo esse 135.f
natura & exercitatio quanti momenti & ponderis sint, in rebus agendis. pag. 668.p
natura etiamsi bona quam multis modis facile corrumpatur 637.m
natura & lex contraria 476.f
natura & lex non sunt contraria. pagina 479.m
natura tota cognata est 503.p
natura parua nihil magni designat. pagina 637.m
naturæ erroribus, & monstrosis notis insignes obseruandos esse 658.f
naturæ & fortunæ opera 920.m
naturæ historia 52.m
naturæ

naturæ humanæ prauitas 911.m
naturæ lex 477.p
naturæ nostræ perturbationis affectio. pag. 694.f
naturæ optimæ quæ sint 970.m
naturæ quæ eædem & quæ diuersæ. pagina 718.f
naturæ rerum fabricatio concinnè cum pictura comparata 765.f
naturæ sequitur semina quisque suæ. pagina 603.f
naturæ specierum cognitio 231.f
naturam omnibus nominum rectitudinem præbere 71.p
naualis expeditio reprobata 828.f
naualium usus & constructio 767.m
nauigia nondum 768.m
nauis gubernatorum et regiminis cum urbis curatorib. eorumq; magistratu comparatio 853.f
nauis quotannis in Delum missa 33.m
naues ad fugam turpes 828.p
nauium fabricatoris, dum nauis fundamenta iacit, carinas ipsas, nauium formæ delineantis comparatio, ad eum qui uitæ formas distinguere conatur, animorum mores earum bases constituens 875.f
nausicydes 478.m
naxus 2.f
necessaria ignorare turpe est 882.f
necessaria quæ ignoremus 884.p
necessariæ uoluptates quæ reuera sint. pag. 679.m
necessitas amatoria 620.
necessitas & intelligentia mundum constituerant 742.p
necessitas geometrica 620.f
necessitas grauis 313.f
necessitas quæ maxima sit 967.m
necessitatis coli, fusi, hami, uerticuli, omniumq; huc spectantium machinamentorum descriptio, etiusq; allegoria 701.p
necessitatis colus 701.p
necessitatis thronum quomodo animæ transeant 703.p
necessitati neq; deum repugnare. pagina 883.p
negligentiæ causa duplex 925.m
neith Aegyptijs Minerua 721.m
nemesis quare colatur & quomodo puniat 617.m
nemo mala ultro facit 449.m
nemo nouit omnia 145.p
nemo uolens iniusta facit 489.p
neptuni statua 769.f
nereides centum ibid.
nerui ex fibris 758.p
neruorum usus 754.m
num Nesciat quis id quod nouit. pagina 114.p
nescientes discunt 416.f
nescire utile esse 356.p
nestor 976.p
nestor sapientissimus 530.p
nestoris præstantia 830.m
niceratus 557.f
niceratus Niciæ 398.p
nicias 372.m 557.f
niciæ & fratrum eius tripodes. pagina 471.f
negationis usus, & significatio 156.m
nigros aspectu uiriles dicimus 628.m
nihil dicere quis dicatur 147.m
nihil philosopho negligendum. pagina 198.f
nihil sine causa 734.p
nihil unũ ipsum per seipsum esse. 122.m. item 108.p
nil nouisse scientia siue ars Socratis. pagina 136.p
nimii, mutationem in contrarium inducunt 670.f
nini Assyrij potentia 815.f
niobe 731.m
nitrum chalastræum 607.p
nitram quomodo fiat 748.p
nix quid sit 747.f
nobilitas Persarum regum 344.m
nobilitas quid sit. 1036.m
nobilitas unde nascatur 558.f
nocere & prodesse iustum ac iniustum pag. 1019.f
noctu iter facere ubi periculosum. pagina 94.p
nodos unde 83.f
nolentes imperiti sunt homines. pagina 1020.p
nolentes praui & iniusti sunt ibid.
nomen absque ratione haud concedere oportet 138.p
nomenclaturæ & nomina rebus à quibus imponantur 96.m
nomenclaturæ titulíq; insignes ad commouendos affectus quantũ ualeant. pag. 589.p
nomen est declaratio rei 94.p
nomen est instrumentum doctrinæ & ad discriminandam essentiam. 73.p
nomen est opus legislatoris 73.m
nomen est pars minima orationis. pagina 72.p
nomen est rei imitamentum 92.f
nomen, & definitio in rebus 957.m
nomen & pictura sunt imitamenta. pagina 92.f
nomen natura aptum legislator in uocis
nomina quis rebus imposuerit & aptarit 96.f
nomina recta ex literis conuenientibus rebus 94.p
nomina recta rebus similia, & ipsarum imagines 97.p
nomina rerum perpetuarum, naturaliumq; serio imponenda 77.p
nomina res permanentes, non progredientes unt 96.m
per Nomina res quæri & inueniri pagina 95.m
nomina semper recte exprimi 92.f
nomina singula de aliquo dici 207.p
nomina ut eadem paululum euariantia 75.f
nomina uitiorum, uirtutum nominibus similia 96.m
nomina

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomina unde recte imposita iudicari queant 91.m
nominibus adijci, & adimi literas. pagina 78.p
in Nominibus & picturis omnia sunt exprimenda 93.m
nominibus non cõuenientia induci permittendum est 93.f
in Nominibus quid requiratur 95.m
nominibus res docere modus est optimus ibid.
nominum dißidium delationis ac stationis significatione 96.f
nominum elemẽta rebus similia ẽße oportet 94.m
nominum & uerborum cura exquisita 123.m
nominum impositio ex rerum natura. pag 74.p
nominum impositio per pictoris industriam, colorumq; inductionẽ egregie expressa 90.p
de Nominum impositione dialecticus iudicare uenit 74.p
nominum impositionẽ per omnia consonare 95.f
nominum impositionis quæ sit ratio. pagina 90.p
nominum neglectio 139.p 140.p & quid incommodi pariat 166.p
nominum omnium quot sint rectitudines 89.p
nominum positor maior homine 96.f
nominum primi impositores qui fuerint 79.p
nominum primorum legislatores primi 96.m
nominum consonantia non probat rectitudinem 95.f
nominum iudicandorũ difficultas. 97.f
nominum rectitudo à natura omnibus ineſt 71.p
nominum rectitudo primum discenda. pag. 417.p
νόμος dicitur uelut νέος 954.p
νομοθετεῖν pro ἀθετεῖν 1009.p
non est, essentiæ absentiã significat. pagina 214.m
non leges sed homines iniustè iudicant. pag. 29.m
noscendi & quærendi ratio 502.m
νοσήματα τὰ pro ἀνθρακιὰ 777.p
nosse seipsum quantæ artis sit 348.p
nosce teipsum, idem est quod, sis temperans 380.f
nota, & ignota quæri 1026.m
notio quid sit 1036.f
nouæ tabulæ execrabiles 815.p
nouatio circa musicam et gymnasticam uitanda 604.m
nouatio in Musica prohibita 801.p
nouationum mala 873.f
nouisse mala & bona eiusdem est. 538.f
nouisse omnia quis possit 145.p
nouitatis facilis memoria 729.m
nox est perpetua una dormienda 22.f
nox quid sit 1035.p
nugator qui uocetur 141.f
numerare non sciunt Lacones 519.m
numerare quid sit 150.p
numerare quomodo didicimus. 965.m
numerus par quis sit 7.p
numeri bifariam diuisio 105.f
numeri diuisio 166.f 167.f
numeri geometrici Platonis obscurissimi 662.f
numeri geometrici obscurissimi. pagina 775.p
numeri inuentor quis fuerit 651.f
numeri non contrarij contraria non suscipiunt 56.p
numeri quidnam sit exors 147.m
numeri qui prius fiant 209.f
numeri uarij 971.m
de Numero duodenario quærenti responsionẽ, quomodo conferatur iustitiæ naturam inquirens 562.m
numerum cõtemplationis dignitates et utilitates 652.p
numerorum inter se collatio 109.p
numerorum ratio 205.p
numerorum rationis utilitas 843.p
numerorum scientia est sapientia. pagina 964.f
numerorum scientia omnibus alijs communis 651.f
numerorum utilitas 847.f
numeri ablatis sapientia ablata est. pagina 965.p
numeros additione & detractione corrumpi, nomina non item 93.m
numina placantia 373.p
numisma Carthaginensium 1031.f
numisma eiuiq; usus 577.f
numismate quali utendum 845.m
numismata uaria 1031.f
nuptiæ quomodo sint adornandæ & celebrandæ 621.m
nuptiæ utilißimæ faciendæ ibid.
nuptiales leges primæ 835.p
nuptialium conuiuiorum sumptus. pagina 861.f
nuptiarum ætas 866.m
nuptiarum multitudinis ratio. pagina 621.m
nuptiarum tempus 860.m
nuptiarum tempus, uiro anni triginta, fœminæ uiginti 621.f
nuptiarum uincula non recta 189.m
nuptijs qui aptiores sint 621.p
nutricum officia 869.f
nutritionis ratio 1043.p

O

O Literæ usus 91.p
ὁ suppositum pro ὅ 66.f
ὀκρυόεις 782.p
ὄκρυοι 782.p
obliuio in philosopho damnata. pagina 633.m
obliuio quid sit 226.f 42.p
obliuionis aquam bibere animas quare fiat 703.p
obliuiosi qui sint 128.m
obsonia priscæ gentis 578.m
obsoniorum structrix, ars non est, sed una species adulationis 468.p
obstetricatio Socratis 106.f
obstetrices quales 106.p
occasio quid sit 1038.p 1036.f
occisorum terriculamenta 906.m
oceanus 60.m
oculus quid sit 1018.f
oculus Solis speciem maxime refert. pagina 643.m
oculi, eorumq; constructionis ratio. pagina 740.f
oculorum cõtemplationis dignitates et utilitates 652.p
oculorum turbatio duplex 649.f
oculorum utilitas 741.m
ὀδμῶν quasi λύσσης ἐνδυσις 87.m
odium sermonum pessimum 49.p
odij hominum origo ibid.
odorum affectio 750.p.f
odorum species duæ 751.p
odorum uoluptates 235.p
œdipus 940.f 892.m
œdipi precatio 352.m
de Oenopide contentiones 362.f
officium uniuscuiusque quod sit. pagina 618.p
ὄφ unde sit 88.m
οἰκεῖα 409.f
οἶκος, quasi οἴσις 88.p
οἶνος quasi οἰόνους 81.m
οἶον 513.m 514.p
οἰονιστικὴ dicta οἰωνιστικὴ 315.f
oleum leuamen dolorum 546.m
oleum unde sit & quid 747.f
olei fluxus quietus 191.m
olei natura 444.p
ollæ sex congiorum pulchræ ut sint. pagina 520.f
olympionicarum uita beata 624.p
olympius 308.p
olympius tibicẽ, eiusq; astuta consuetudo 302.m
olympus 539.m 812.p 781.m
omne & omnia idem esse 133.p

omne & totum nihil differre 133.p
omne, & totum, diuersa esse 132.f
omne quod est unum esse 197.m
omne unum esse 149.m
omnia aut eadem, aut alia, aut pars, aut totum 206.p
omnia communionem inter se habere. pag. 154.p
omnia esse, aut iucunda, aut recta, aut utilia 806.p
omnia & esse & non esse 156.p
omnia in rerum essentia & supra essentiam annumerata quot sint 829.m
omnia omnibus similiter simul & semper esse 72.m
omnia plura sunt quam unum 150.m
omnia quæ dicantur 145.m
omnia quodammodo inter se similia esse 442.f
omnia scientes 424.p
omnia scire bonum esse 390.p
omnia semper scire persuadetur Socrates 425.p
omnia semper sursum ac deorsum fluere 231.p
omnia unum & multa esse participatione 189.p
omnis uita spe plena 229.m
ὁμοῖα falso pro ὅμοια 332.m
ὄνομα unde 88.p
ὄντα suppositum pro ὀντα 64.m
ὄντων pro ὅτων suppositum 193.f
ὃ suppositum pro ἃ 191.p
opera quæ dicantur 380.p
operationis modus ueneni cicutæ. 62.f
opes ad quam utilitatem utiles 1032.p
opes ædificatorum 1033.m
opes alijs, alias esse 1032.p
opes bonis solis utiles 1033.p
opes debent esse utiles 1032.p
opes multæ, indigentiæ multæ 1034.f
opes non esse aurum & argentum. pagina 1032.f
opes quomodo sint ad uirtutem utiles. pag. 1034.p
opes utiles ad corporis curam. 1032.m
opici 998.p
ὀφιλὰ 64.p
ὀφέλαμον uox est peregrina 86.m
ὠφίλαμον 191.p
ὤφλε 74.p
opifex ne instrumentorum an ipsis ũtens usum dignoscere possit 74.p
opifex non quod est facit 692.p
opifex uniuersorum 691.f
opifices quomodo fiant, sint & maneãt præstantes 603.p
opificum distributio 897.m
opificum leges 896.m
opificum leges, & precia 935.f
opificum omniũ apparatus ad suas cuiusque artes comparatio ad concinnitatem ordinis & ornatus tum animæ tum hinc proficiscentiũ actionum 486.m
opificibus quæ conueniant 427.m
opinabile quid sit 630.p
opinandi ratio 116.m
opinantes falsa qui sint 128.m
opinari de non comprehensis tempore pag. 229.f
opinari est dicere ipsius animæ. pagina 126.p
opinari falsa, est opinari aliena. pagina 125.f
opinari falsa in quibus contingat. pagina 127.f
opinari falsa qualis affectio sit 125.p
opinio absque scientia, turpis est. pagina 642.m
opinio erronea est, & falsa 228.p
opinio ex memoria & sensu 229.p
opinio falsa aut nõ est, aut quæ quis nouit, ea nescit 129.p
opinio falsa in sensus ad cogitationem coniunctione 128.f
opinio falsa malum maximum. pagina 465.p
opinio falsa, non est aliena opinari. pagina 126.m
opinio media inter cognitionem & ignorantiam 630.p
opinio non est alicuius errore 629.f
opinio non est de eo quod non est. pagina 125.m
opinio quæ falsa sit 148.m
opinio quid sit 159.m 1037.p
opinio quieta & memoria facit scientiam 52.m
opinio quorum sit 630.f
opinio recta medium inter sapientiam & ruditatem 295.m
opinio recta regit ciuitates 511.p
opinio recta ut differat à scientia. pagina 510.m
opinio uera est sapientiæ uicaria. pagina 510.p
opinio unde nascatur quomodoq; duplex sit 598.m
opinio utraq; in quibus contingit. pagina 128.p
opinio uulgi an sit curanda 24.m
opinio uulgi num contẽnenda sit. 26.p
opinionis alimentum 317.m
opinionis & hominis de re procul usa secum disputantis comparatio. pagina 229.p
opinionis impossibilium modi decẽ & quatuor 127.p
opinionis simplicis impossibilis modi quatuor 125.p
opinionis species duæ 124.f
opinionis utriusq; constitutio 130.f
opinionis utriusq; quæ sit ratio. 598.m
opiniones ueræ ac falsæ 228.p
opinionum consideratio 25.m
opinionum de anima summa 50.p
opis 1018.p
opisthotoni 759.p
opportunitas quid sit 1036.f
opus cuiusq; quod sit 569.m
opum bonor 839.p
optimatum imperiũ an sit & quæ nam Respublica 614.m
optimus ut fias cupiditas 303.f
optimi ac pessimi eadem scientia. pagina 53.p
optimi gratia leges ferri 787.f
optimi ignorantia 354.f
optimi in unaquaq; re inuentio 53.p
optimi scientia 366.p
optimi scientia & cognitio 355.m
optimi sunt quos dei amant 449.p
optimi ut sunt homines curandum. pagina 828.f
optimum esse cuique etiam proprium. pag. 681.m
optimum & uiuere, & mori oportere 496.f
optimum, rerum omnium causam esse. pag. 53.p
oraculum de custodibus 599.m
ὄφεις quasi ὄφεις & ὀφίσσειν 83.p
ὄφεις sunt ὄφεις 190.f
ὄφις falso pro ὄφια 409.m
orãdi deos ratio pro re aliqua impetrãdi explicata ridicule per eũ qui Grãmatistæ fores accedit Grammaticæ scientiam ab eo exoraturus sine labore consequendam 1031.m
orationis & picturæ egregia & illustris comparatio 90.m
oratio funebris Aspasiæ 545.f
orationes facere, & habere, eiusdem esse 422.m
oratio Lysiæ 309.f
oratio mores sequitur 592.p
oratio non à personæ respectu, iudicanda 379.m
oratio opificis ad deos à se factos: pagina 738.f
oratio quæ bona sit, & quæ secus. pagina 322.f
oratio Socratis, amoris uituperati, palinodia 316.m
oratio Socratis Lysiæ orationi obiecta. pag. 312.m

Universidad de Deusto
Biblioteca

oratio uelut corpus animalis compositā 324.f
oratio unde laudem reperiat 111.m
orationum ars, incantationū artis pars pag. 422.m
orationis Rhetoricæ partes 325.f
orationum scriptor, conuitium 321.m
orationum Socratis examinatio 325.p
orationum studium in Socrate 312.p
oratoris scopus gratia deorum 329.p
oratoris uirtus est uera dicere 11.m
oratori ueráne an ucrisimilia sint persequenda 322.f
oratores à scriptoribus diuersi 429.p
oratorum forensium dicendi mos. pagina 441.f
orcus malorum omnium extremum. pagina 494.f
orci galea 699 p
ordo & ornatus in omnibus requiritur 486.m
ordo quid sit 1036.f
ordo sapientiæ indicium 967.p
ordo tractandorum 572.p
ordinis rationem habendam esse. pagina 654.m
ordinis utilitas 86.3.p
ordinem rebus confusis induxit Deus. pag. 752.p
ordiri & aggredi omnia oportet à numine diuino 998.p
orestes 354.m
ὀρέσιος, ferus 76.p
orichalcum 768.f
originis omnium ratio 922.f
originem ex contrarijs fieri 39.f
oris natura eiusq; constructio 755.p
ὀρώντος, ὁρῶντι &, ὁρωτῶντ &, confusa 773.f
oropia 766.f
orpheus 539.m 474.f 812 p
orpheus, eiusq; hymnorū iucunditas & excellentia 888.f
orpheus in Cygnum 702.m
orphei amor erga uxorem 184.m
orphica uita 856.
orthagoras Tibicen 437.p
ortus corporum ex triangulis. 1041.p
ὃς falso pro ὅς 193.p
ὡς οἰόμενος, falso pro ὡς οἰόμενοι 334.m
ὡς pro ὅσε 193.p
os quid sit 1035.p
ossium constitutio 754.p
ὄστεον 191.a
ostrinus color 90.p 191.p
oti & Ephialti historia 289.m
otij soboles ignauia est 926.f
ὄυσιον falso pro ὀυ ὄσε 554.f
ὀ deficiens 772.f
ὀὐ, οὐ suppositum pro ὀὐδεὶς 193.p
ὀ falso pro νὰ 333.m
ὀ παῖς pro ὁ παῖδα & 1046.f
ὀ γαῖ, suppositum pro ὁ οὐρανὸς 191.f
ὀγκωδὲς, cœlum unde dictum 76.f
ὀ redundans 411.m
ὀς & 366.f
ὀοίως etiam ὁμοίως 79.p
ὅτω pro ὅτου 777.p

P

PActorum lex 935.f
pædagogica medicina 594.f
pædagogorum importunitas. pagina 409.p
pædagorum utilitas 878.m
palamedes 976.p 812.p
palamedes numeri inuentor 651.f
palamedis ars in dicendo 323.m
πάλαι pro ἄλλο 192.f
palladis dona 872.f
pallas armata 766.m
pallas cur dicta 81.m
pallium uarium floribus uariegatum, cum ciuitate omnibus moribus uariata pulcherrima comparatum. pagina 667.f
pallorem quomodo amantes laudent. pag. 628.m
panathenæa 107.p 537.f
panathenæis peplum in arcem defertur 3.f
pancratiastarum exercitia ante certamē. pag. 888.f
pancratiastæ duo fratres Acarnani. pagina 414.p
pandea dionysias 895.m
πανδεία 1008.f
πανδεὲς διονυσιακὸς 1008.m
πάνδικε ibid.f
panis pinsendi apud ueteres ratio. pagina 578.m
panopus fons 400.p
panos natura & appellatio 82.m
par quis numerus sit 7.p
paralus 1021.p 508.m
παραμύθιον 1009.p
parcæ filiæ necessitatis 701.m
parcarum nomina 955.m
parcarum nomina unde imposita. pagina 1010.f
parentes occisores liberorum 907.f
parentes uerberati 914.p
parentū ob filios bello consumptos consolatio 550.m
parentum contemptorum ultio. pagina 940.f
parentum cultus 507.p
parentum cultus neglecti lex 941.p
parentum cultorum præmia 940.f
pares cum paribus facile cōgregantur. pag. 772.f
πάρλῳ pro πρώλῳ 1047.p
parmenidæ disputandi modus 137.m
parmenidæ præstantia 123.p
parmenidæ sententia de ijs quæ nō sunt esse 157.p
parmenidæ sententia de rerum constantia 146.f
parmenidæ sententiæ examinatio. pagina 149.p
parmenidæ uersus 194.p
parmenides ab alijs philosophis dissensit 108.p
parmenides de toto 150.p
in Parmenide inscripto Dialogo quid tractet Plato 332.p
parnes mons 766.f
parricidium 908.p
parricidij uoluntarij pœna 910.m
pars minima orationis est nomen. 72.p
partes esse totius gratia 927.p
partus in pulchro quid sit 297.m
post Partum mos quis fuerit cum puero discurrendi 112.p
paruitas ipsa sola parua est 208.m
pascendi artes multæ 168.f
pastio duplex 166.p
pastionis diuisio 167.m
pastionis pedestris diuisio 167.f
de Pastione cum uiro ciuili qui sint, qui contendant 169.p
pastor diuinus maior rege 172.f
pastoris & principis similitudo. 566.p
pastores non ouium, sed dominorum cō modum spectare 565.p
pastorum differentia 169 p
pastorum officium totum 169.p
pater à filio cædis accusatur 2.f
pater Euthydemi omnium animalium pater 426.p
patris dementiæ accusatio 940.p
patrem non habere Socratem 425.f
patrum & filiorum notæ 622.p
patrum in bello periclitātium ad filios oratio 550.p
patrum negligentia 429.f
patria etiam improba laudanda. pagina 449.m
patria nulli bono grata 684.p
patria quibus Matria dicatur 676.f
patriæ gratis inseruiendum 955.m
patriæ præstantia 27.f
patrocles Socratis frater 425.m
patroclus 298.m
patroclus amator fuit Achillis 284.m
patroclus sine armis. 1010.m 947.f
πατρὸς pro πάντως, aut sicc uersa. pagina 1011.p

pauca

pauca faciens minus miser est 418.m
paupertas perdit opifices 603.p
paupertas quid sit 842.f
pausanias 435.f 976.p
pax quid sit 1036.m
pacis nomen solum esse 786.f
pacis studium optimum 876.p
peccantes ultrò meliores esse imuitè peccantibus 534.m
peccare posse neminem 421.p
peccatum nullum impunitum sit 191.m
peccatum præter artem ciuilem est iniustitia 182.m
peccatum præter artem medicā est morbus 182.m
peccatum quid sit 1038.p
peccata in paucorum principatum. pagina 669.p
peccata quæ sint grauissima 781.f
peccatorum duo genera 906.p
peccatorum quinq; species 905.f
peccatorum tres esse causas 905.f
pecora & bruta in hominum moribus pag. 683.m
pecorum & reliquorū animalium productio 1042.p
pecuniæ ex uirtute, & nō contra. 17.m
pecuniæ possessioq; earum quibus utiles 559.m
pecuniarum partarum amor 559.p
pecuniarum utilitas 559.m
pecunias non per se multi fieri 407.f
pedagogorum erga commissos discipulos cura 286.m
pediculos perdendi ars 142.m
in Pelagi medio fundo habitantium exemplo, nos in cauitatibus terræ habitare explicatur 58.m
πέλεκ & 332.m
peleus Aeaci 370.p
peltastica 890.f
pelops propinqua uidens 76.m
pentelici lapides 1029.m
peparethij 342.m
πέπυγε pro πέφυκε 775.p
perdiccas 981.f
peregrinantis examinatio 951.f
peregrinatio est uita hæc 1015.m
peregrinatio priuato quomodo suscipienda 845.m
peregrinationis leges 951.p
perfectus qui sit 799.m
περὶ pro παρὰ 64.p
periander 976.p
periander Cypseli 370.p
pericles. 370.f. 464.m. 976.p. 545.p & 486.p 1020.f 326.f
pericles Alcibiadæ tutor 336.m
pericles corrupit Athenienses 491.m
pericles, cum Nestore et Antenore comparatus 305.p
pericles furti condemnatus 491.m
pericles orator perfectissimus 327.p
pericles uirtutis suæ doctor esse non potuit 508.m
peridini serui in Italia 862.f
περίκλησις 513.p
perit qui ex malo bonus fit 420.p
periurium imputatū dijs, falsum. 583.f
persarum imperium 547.p
persarum opes 345.m
persarum regio qualis sit 820.f
persarum regis educatio 344.f
persarum regum nobilitas 344.m
persarū rcipub. interitus causa 821.m
persarum rex magnus 22.f
persarum sub Cyro status 819.m
personæ dicentis respectus 1031.m
persuasio Rhetoric. summa est. 463.p
persuasionis species duæ 464.p
persuasoria ars duplex 140.p
pessima putari optima 354.f
petaristæ quales et qui dicti sint homines, eorumq; in gyrum uolutatio. pag. 289.p
petræ unde duritiem cōtrahant. 748.p
φ & ϕ, & σ, & ʃ, usus in statuosis 91.p
in Phædone restituti loci 64.f
phædrus primus ac simillimus 283.m
in Phædro quid pertractet Plato. 332.p
phænareta obstetrix mater Socratis. pagina 106.p
phænices 998.p
phænon quis planetarū dicatur. 969.f
phaeton quis Planetarum ibid.
phaetontis fabula 731.f
φαίνεται ὁ λέγομεν, id est φαντασία. pagina 194.f
pharmacorum componendorum ratione, nominum impositio optime patet 75.f
pharsalij 1025.f
phellij campi 767.p
phemius 539.m
pherecratis poetæ fabula Lenæus. pagina 441.p
φορμοφάγηται quasi φορτηγάγωσι 80.m
phidias 507.m
phidiæ Minerua 52.p
phidostrati ludus 519.f
philebi Dialogi materia & subiectū à Platone pertractatū quod sit 332.p
philædes 1004.p
philagrus 1004.p
philemon 372.m
φίλιος Iupiter 366.m
philistides 978.m
philistion 977.f
φίλος uox redundans 411.m
philodoxi 632.m
philolaus 35.p
philonides & Aristippus familiares. pagina 1000.f
philosophandum quatenus 478.p
philosophari honestum 363.p
philosophari quid sit 365.f
philosophentur qui 406.f
philosophētur qui pro dignitate 638.p
philosophia est meditatio mortis. 36.m
philosophia in Creta & Lacedæmone. pag. 447.m
philosophia illusa 668.
philosophia multarum rerum scientia. pag. 363.p
philosophia neglecta, & eius neglectæ causa 281.p
philosophia quib. tractanda sit. 657.m
philosophia quid circa animans faciat. pag. 45.f
philosophia quid sit 1037.p 421.f
philosophia quomodo tractanda in ciuitate 638.f
philosophia uera quæ sit 1001.m
philosophiæ bonum summum 741.m
philosophiæ desertores qui sint, item qui ipsam dedecorent 637.f
philosophiæ dignitas 637.f
philosophicæ naturæ chorus 635.m
philosophiæ principium admirari cur sit statutum 109.m
philosophiæ sermones quales 476.p
philosophiæ sermones utiles, nec etiam minus delectantes 281.m
philosophiæ studium quale sit 633.f
philosophiam ambientis, & homuncionis uilis & filiæ domini sui nuptias captantis similitudo 638.p
philosophiam infamantes 639.f
philosophiam qui infament 635.m
à Philosophia alienus 741.f
philosophici sermonis institutio cum uipereæ morsu comparata 303.m
philosophus contemnit magistratus. pagina 651.p
philosophus diuina ad humana transfert 640.p
philosophus idem qui discendi studiosus 580.p
philosophus inutilis 364.f
philosophus non est qui mortem timet. pag. 38.m
philosophus quatenus artiū singulorū peritus esse debeat 264.p
philosophus quinquercio 365.f
philosophus similis optimo gubernatori 634.f (628.m
philosophus totius sapientiæ cupidus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

philosophus uoluptatum corporis contemptor 36.m
philosophi à morte quò deueniãt. 61.p
philosophi absurdi 628.m
philosophi ad rempub. inutiles 634.p
philosophi aliorum num recte curam suscipiant 650.f
philosophi appellatio cui competat. pagina 331.m
philosophi canes latrantes 958.f
philosophi cur inutiles putẽtur. 635.p
philosophi diuini 137.p
philosophi & non philosophi comparatio 992.p
philosophi & sophistæ cognitio difficilis 154.f
philosophi fortes & temperantes sunt. pag. 38.m
philosophi in beatorum insulis uiuũt. pag. 650.m
philosophi in cõmuni uita inepti. 118.f
philosophi in deorum genus abeunt pagina 45.m
philosophi in foro ridiculi 117.m
philosophi in uaria existimatione sunt. pag. 137.p
philosophi mortem meditantur 38.p
philosophi naturã corrumpẽtia 635.f
philosophi natura ut corrumpatur. pagina 637.p
philosophi naturã raro coalescere. pagina 641.p
philosophi perfecti natura rara. 635.f
philosophi perfectio 318.p
philosophi peruersi 634.p
philosophi quales regnare debeant. pagina 632.f
philosophi regnent 985.f
philosophi regnent, aut reges philosophentur 627.f
philosophi soli præstantes 730.m
philosophi ueri qui 628.f (p
philosophi uita potior principatu. 651
philosophi ueri uita 63.m
philosophorum criminationes communes 14.p 64.p
philosophorum fortitudo, hominũ alacriter defunctorum morte præstantior redditur 38.m
philosophorum in dicendo libertas, & uitæ totius ratio 118.p
philosophorum inutilitas 478.p
philosophorum natura quæ sit 633.p
philosophorum necessitas 639.m
philosophorum peruersitatis necessitas 635.p
philosophos facile mori uelle 35.m
philosophos mori se, ut dignos cupere. pag. 36.m
philosophos non honorari, nihil miri esse 634.f
φλεγματώδη 773.p
phlias 33.p
phœnicicum mendaciũ. 773.m. 599.p
phœnix 940.f
phocylidæ dictum 595.m
φορὰ suppositum pro φθορὰ 190.f
phoroneus 731.m
φρενῆρ falso pro φορεῖν 334.f
φρόνησις unde dicta sit 83.f
phrynion 1001.p
phrynondas et Eurybatus mali. 441.p
φύσεων pro θέσεων suppositũ 773.f
picturæ de colore 89.m
pictor imaginum in nobis 229.m
picturis & Rempublicam instituentis comparatio 627.m
picturis exemplar & bonæ ciuitatis in comparationẽ ad singula constituenda quomodo adducatur 632.f
picturum & fictorum ratio in symmetrijs exprimendis 146.m
picturis opificium 692.p
pictura ut exprimere res debeat 93.m
pictura imitationis ratio 592.f
pietas cum ætate uenit 920.p
pietas quid sit 1036.p
pietas uirtus maxima 970.m
pietatem simulantes 970.f
piè uixisse & sanctè quid conferat seni 599.p
piorum sedes 1018.m
piorũ utrorum mentiũ custodes. 669.p
pignorum exhibitio 950.f
pigritia quid sit 1038.p
pilæ ex duodecim coriis consutæ. 59.p
in Pilæ ludo Asinus & Rex quid sit. pagina 104.f
pileos faciendi ars 174.f
pindarus 832.p
pindarus eiusq; eximius locus 575.p
pindarus improbatur 582.p
pindarus Thebanus 817.f
pindarus de mente eiusq; motu 118.p
pindari dictum 478.p. 502.f. 559.p
piscatoria duplex 139.p
piscator hamularius exemplum Sophistæ 138.p
pisces mansuefieri 167.m
pistilli obuolutio 135.f
pithoclides 343.m
pithoclides ceus 436.m
πίθ& unde dicatur 481.m
pittaci dictum 448.f
pittaci dictum à Simonide repræhensum 512.p
pituitæ species 758.f
pix unde sit 747.f
plagas terrarum habitãtes formicis & ranis circa paludes, & cœnosa manentibus, concinnè collati 58.m
plagij crimen 915.p
planetæ animalia 737.f
planetarum orbes 736.m
planetarum septem circuli 1041.p
planetarum usus & cursus 737.m
planetas non uagari 884.f
platæense bellum 547.f
platani descriptio 309.m
plato apud Dionem 986.p
plato arce expulsus 996.m
plato contemptus à Dionysio 994.m
plato cum uiatico dimittitur 996.f
plato De seipso 19.p 21.m 34.p pag. 989.p
plato in Sicilia 976.m
plato iterum in Sicilia 979.m
plato populo cur non consuluit. 982.p
plato quadragenarius in Syracusis. pagina 985.p
platonis scriptum nullum 977.f
plato secundo in Siciliam 991.p
plato secũdo Syracusas uocatus. 979.p
plato Syracusas uocatus 978.f
platonis deliberationes 995.p
in Platonis hac translatione quibus & quot exemplarib. usus sit interpres. pag. 64.f
platonis eloquentia animas detineri. pagina 80.p
ad Platonis normam Argumenta in utranq; partem tractata 1045.p
platonis sermonum autoritas 983.p
platonicæ philosophiæ summa 992.f
platonici scribi ac dici nõ posse, eorũq; præstantia 992.f
πλεῖ& 332.m
plumbi piscatorij usus 540.f
pluto ex diuitijs dictus 79.f
plutonis mensis 888.p
plutonis regia 1018.p
pocula magna in symposijs 301.m
polyxenus & Bryson philosophi. pagina 1002.m
pœna dei comes 832.f
pœna falso accusantis, mille drachmæ. pag. 20.p
pœna quid in irrogatos posit, & puniti quid inde consequantur 617.m
pœna quomodo correctio dicatur. pagina 440.m
pœnæ inter bona præstantia 474.f
pœnæ et præmij retributio 700.p
pœnam mitiorem petebant capitis condemnati 20.m
pœnæ leniores, carcer, pecunia, exilium. pag. 21.p

pœnarum

pœnarum causæ duæ 942.p
pœnarum post cuiusque obitum modus & ratio 559.p
pœnarum utilitas 495.f 901.p
pœnas dantes felices esse 474.f
pœnas det iniustus 683.m
pœnas non dare maximũ malũ. 475.p
poemata non musica quorum laudentur 888.m
poemata Socratis 34.f
poematum approbatores 875.f
poesis imitatoria ciuitate exclusa. pagina 691.m
poesis tota de una quadam specie dicitur 297.p
poeta res leuis est, & uolatilis 539.f
poeta Ionicus 1044.m
poetæ Archilochi uersus 1030.f
poetæ imitatores 730.p
poetæ imitatores quærulæ affectionis. pag. 695.f
poetæ in subornandis uerbis cum pictore in cõtexendis emblematibus comparatio 694.m
poetæ mentis non compotes 834.p
poetæ non sunt irritandi 782.f
poetæ omnes imitatores simulachrorũ utriutis 694.p
poetæ patres & duces sapientiæ. 404.f
poeta sua poemata quomodo pangant. pag. 552.m
poetarum à Musis dissimilitudo. 807.p
poetarum ars nulla est 539.f
poetarum conuersatio circa Venerem & Bacchum 283.f
poetarum dicacitas prohibita 942.f
poetarum & scriptorũ appellatio. pagina 331.m
poetarum fabulæ in ciuitatem non recipiendæ 581.m
poetarum furor 316.p
poetarum licentia coercenda 880.f
poetarum loci aliquot hinc inde citatorum expensi & confutati 582.p
poetarum natura & furor 13.m
poetis modus præscriptus 802.m
porticæ disputationes plebeis sympotijs similes 449.f
poetica est concio 485.m
poetica reprobata 697.p
poetices ac philosophiæ dissensio. pagi pag. 698.f
poetices mala 695.p
poeticum genus diuinum 814.p
polemarchus 321.m
polentæ no cumenta 594.f
πολυπλάγκτου, multa sciẽs Neptunus. 79.f
polus Agrigentinus 371.f
polus alter Gorgias 461.p
polus rhetor, non disputator 471.m
poli Musica 326.p
poli scriptum de Rhetorica 467.p
πολιτογομεῖν 1011.f
πολιτικὴ falso pro πλουτικὴ 195.m
polycletus 441.m
polycletus & phidias statuarij 433.f
polycrates 506.f
polydamas pancratiastes 562.f
polygnototus 539.p
polyidus 976.p
polymniæ Musæ amor qualis 288.p
polyxenus 975.f
πόνον pro χρόνον 777.f
populare Græciæ bellum 548.p
populare graue ex insperato belli. pagina 548.m
popularis ciuitatis genera hominũ tria pag. 671.p
popularis dominij respublica qualis sit pag. 667.f
popularis uiri in Tyrannum mutatio. pag. 675.m
popularis uiri repetitio ibid.p
populationis & incendiorum in bello ratio 626.p
populosa Atlantis 770.f
populus exutus spectandus 349.m
populus non est philosophus 637.p
populus pater est tyranni 673.p
populi descriptio 1017.m
porticus Iouis 368.f
porticus Iouis liberatoris 1028.p
porticus regia 375.f 409.f
ποσαδῶν ὀείων 190.f
ποσαδῶν, ποσίδεσμ& uinculum pedum 79.f
possessio prima est, natura sempiterna. pag. 241.m
possessio secunda, pulchrum & perfectum ibid.
possessio tertia, sapientia ibid.f
possessio quarta, scientiæ et artes ibid.f
possessio quinta, uoluptates pure ibid.
possessiones omnium in aperto esse. pagina 846.f
possessionum ciuilium species septem. pag. 178.m
possessionum primigenia species. pagina 179.p
possessionum septem iustus ordo ibid.
posteriora nomina ex primis cognosci pag. 90.f
posteriora priora facta esse 621.f
potatio ex phiala magna ex ordine ad dextram 306.p
potens qui sit 531.p
potentes & in magna libertate constitutos non peccare arduum quid est. pagina 496.p
potentatus ubi fuerint 813.p
potentia & robur diuersa 451.m
potentia est pulchrum 524.m
potentia quid sit 1038.m
potestas & uoluntas in agendis 488.f
potestas quid sit 1037.m
potestas utilis & bona sit 470.f
πόθ& unde 87.f
potus humidum corporis alimentum. pag. 361.p
potus in pulmonem an deriuetur. pagina 752.m
potus transitus 762.p 777.m
præcastigatio sermonis impudentioris. pag. 303.m
præceptoris opera ubi necessaria. pagina 654.m
præcunt in humanis rebus saltem duo. pag. 510.f
præfatio legis de sacrilegis 901.p
præfationes legum 835.f
præfationum ratio 835.f
præfectus sermonis reprobatur. pagina 445.m
præmium certaminis quid sit 1037.m
præparationes duæ ad corporis & animæ curam 490.f
præstantes in omni studio pauci. 429.f
præstantior seipso quis dicatur. pagina 607.m
πρέγμασι falso pro πράγμασι 333.p
prauæ ac bonæ, dici falsa ac uera. pagina 230.p
prauos multos esse 72.m
precatio communis pro omnibus. pagina 354.p
precatio Lacedæmoniorum 356.f
precatio nuptialis 622.p
precatio quid sit 1037.m
precatio Socratis 311.f
precationis periculum 356.f
precationes, earumq; ratio 353.m
precationes quales fiant 1031.p
preces inter disputandum 223.p
preces poeticæ periculosæ 875.p
pretia nautica 489.f
prima nomina multa 89.m
primas tenentem cæteræ scientiæ nõ læ dunt 239.f
primogenia possessionũ species 179.p
primi primorum nominum legislatores 96.m
primus homo ex Attica 546.p
princeps ad discendum qualis esse debeat 657.m
princeps ciuitatis amans 641.p
princeps & custos qui constituendus. pag. 598.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

princeps legum exemplar sit 830.m
princeps nemo nolens est 566.p
princeps uerus non suum, sed subditi cõmodum spectat 666.p
principis obseruatio 947.p
principis significatio duplex, larga, & exacta 564.d
principis studia 641.m
principis studia quæ sint 959.p
principi mercedem constitui debere. pagina 566.m
principem non errare 564.p
principes non admodum felices. 602.p
principes omnes subditis commoda tra clare 564.f
principes sapientes non peccant 182.f
principes suum commodum spectare. pag. 565.p
principum filij opifices fiant, & uicissim 599.m
principatus duo duplices, tertius simplex 180.m
principatus neq; magni, neq; immixti constituendi 819.p
principatus quibus committendus. pagina 820.m
principatus quibus deferendi 832.m
principatus quibus est committendus. pag. 817.m
principatus quid sit 1037.m
principatus recusati qui sit maxima pœna 566.f
principatus reipub. tres 180.p
principatus unius optimus et pessimus. pag. 185.f
principatuum militarium tempus. pagina 660.p
principium maximum cuiusuis operis. pag. 580.p
principium philosophiæ 109.m
principium quid sit 1038.p
principium rectum statuere operosum est 96.p
principij facultas 862.p
principij ratio 316.m
principia rerum duo 104.p
principiorum & suppositorum exemplorum distinctio 644.f
priuata à legibus negligi 938.p
priuationi animam circumponens timet quidem quod non sensurus sit. pagina 1017.f
priuatus eadem habet quæ ciuitas. pagina 612.f
probationis modus optimus 857.p
probitas eiusq; definitio 1036.p
preces non intelligentium periculosæ. pag. 816.f
prodicus 325.f 1016.p 518.p
& 693.f
prodicus Ceus 371.f 435.p 12.f
prodicus de laudibus Herculis 283.p
prodicus doctor Socratis 509.f
prodicus, eiusq; professio 107.f
prodicus gymnasio electus 1031.m
prodicus in lecto 345.f
prodicus pro Herodico suppositus. pagina 773.p
prodicus sophista 396.f 417.p
prodici Cei de ditescẽdo sermo. 1030.f
prodici dictum 429.p
prodici dictum de mortis possessione. pag. 1017.m
prodici doctrina drachmarũ quinquaginta 71.p
prodici uaria nominũ distinctio. 454.f
prodigium ciues sint 665.m
produtorum lex 902.m
proœmia legis 656.p
professio uirtutis Persarum regno potior 415.m
profugos suspectos apud oẽs esse 28.f
prohibitio certaminum 953.p
prohibitio iudiciorum ibid.
prometheus sapientior Epimetheo. pagina 456.m
promethei ignis 219.p
promethei furti pœna 438.m
promissa iusta facienda esse 27.p
pronubarum Lenocinium 1016.f
προοίμιον 1009.p
prophetæ alij sunt quàm uates 753.m
proportio maxima est corporis & animæ 761.f
proportionis uis 635.p
propositio dicendorum in Timæo. pagina 733.m
propugnaculorum species 178.f
prosopopœa legum 27.g
protagoras 518.p 693.f 326.p
protagoras primus exegit mercedem. pag. 450.f
protagoras pro seipso dicens 112.f
protagoras sophistam se esse confitetur 436.m
protagoras suæ ætatis sapientissimus. pag. 443.p
protagoras uelut Orpheus 435.m
protagoræ defensio pro seipso 114.m
protagoræ de se fiducia 450.f
protagoræ doctrina 74.m
protagoræ opinio de mẽsura sui rei probata 112.m
protagoræ quæstus 507.m
protagoræ scripta 145.p
protagoræ sententiæ 73.p 107.m
protagoræ sententia quatenus ualida sit. pag. 117.p
protagoræ sermo 420.f
protagoræ sermo unde conuincatur. pag. 121.p
protagoræ tutores sermonum ac rei ũ. pag. 114.p
in Protagora quid Plato doceat & ex professo agat 511.f
πρωτέινον pro πρότερον 1011.f
proteus sophista Aegyptius 421.f
προβυμᾶσθαι & προμυθεῖσθαι inter se cõfundi 411.p
prouerbij allusio, omnem lapidem mouere 293.f

PROVERBIA.

Accissare 483.p
adamante præstantius & firmius. pagina 967.m
adamantinus homo 572.f
æqualitas amicitiam efficit 855.p
alcinoi apologus 699.f
aleam subire 455.p
amicorum bona communia 616.f
amicorum communia omnia 844.p.
& 604.p 401.f
amussis alba 376.p
anicularum sunt deliramenta 119.f
ex Animi sententia 823.m
animum despondere 149.p
ad Ansas eosdem deducere 312.p
ab Asino decidere 822.f
aurea pro æreis permutatis recipere cogitas 304.p
Beata uita, uiuere beatiorem uitam. pagina 624.p
in Beatam auferre 522.f
bellum denuntiauit 823.m
bene iacentem ne moueas 218.f
bis ac ter, quod pulchrũ est repetere sermone 238.f
bis & ter dicere quæ pulchra sunt. pagina 483.f
bis pueri senes 1016.m
bis pueri senes, & ebrij 795.f
bona amicorum communia 331.f
bonorum ad conuiuia boni ultro accedunt 281.f
bonus cum Atheniẽsis est, insigniter talis est 794.m
boni consulere id quod præsens est. pagina 484.m
Cadmia opimio 52.p
cæco etiam conspicua 149.p
cæco manifestum 624.p
caniculæ ibi etiam dominæ sunt 670.f
capillum seriulem adhuc in anima præ imperitia habet & nondum reiecit. pag. 344.p
in Care periculum fieri 420.m
carica Musa mortuos deducere. 874.f
carum utilitas 392.p
certamen prætextus non admodum admittit 850.m
charadrij uitam uiuere 481.f
ciuitatum ludus 603.m
colophonem adhuc insuper addam. pagina 108.m 809.p 979.m
colophonem imponere 427.m
cor habere quale putatur 636.m
in Cornu uelut proiectus 901.p
Dædalo artificiosior 8.m
deorsum & sursum se transmutare. pagina 149.p
deus apparens ex machinamento tragico 555.m
deus oraculo laudauit 520.m
deo æqualis 672.f
dicit obuelatus 312.m
dictu nihil facilius 150.f
difficilia quæ pulchra 71.p 609.f.
& 528.f
diomedea necessitas 636.f
dies per somnium 407.p
diuinum sermonem excipere 636.f
diuites per somnium 135.p
in Dolio figulina 392.p
in Dolio figulinam discere aggredi. pagina 491.p
domi hostem & aduersarium habet. pagina 154.p
dulce permixtum amaro 232.f
dulcis cubitus 321.f
dicere secundum uiam 609.p
duobus simul considerantibus, ferè inueniemus 353.p
duobus simul euntibus 450.m
Eminus uisa & adumbrata dicere. pagina 652.p
encomium ante triumphum 113.f
ab Epulo abesse 312.m
equus Ibycus 201.p
equites in planiciem prouocas 123.p
euripus homo 49.m
euripi more 1043.m
Fabula ciuilis 496.f
fabulas fas non est in medio relinquere. pag. 487.p
fatum nullus effugere potest 490.p
ut Fictilia fluere 97.f
filum filo connectere 425.f
fluctus trium undarum 627.p
in Flumine præire 131.m
frater uiro adsit 572.f
fumum seruitutis fugere 673.m
in Furto deprehendere 13.m
ad Gigantes terra editos 152.p
gigantum pugna 151.p
glauci ars 58.p
gratia uestiri 149.p
gratum tibi quod est, neq; mihi molestum erit 112.f
heracliteus Sol 639.d
ne Hercules quidem aduersus duos. pagina 49.p
hercule inferiorem esse 425.p
hoc age & ipse cum filijs exerce. pagina 429.f
hydram secare 605.m
in Idem coefflare 828.m
ignem ad ignem deriuare 805.m
ignem cædit, ut ludentes facere solent. pag. 864.p
imitari sacris 501.f
insanus esse tibi uidear 149.p
per Insomnium in somno 215.p
iouis fit Corinthus 423.p
iouis tertij seruatoris gratia 989.p
ioui seruatori & Olympio tertium. pagina 680.p
itinere cæci assimile 327.f
Lampada alij tradere 862.m
Lampada cursu tradentes 558.p
lapidem coquere 1034.f
laqueos omnes non facile est effugere. pag. 144.m
à Lare ordiri 2.p
laruis homines perterruit 472.m
leonem radere tentat 564.p
leoninam induere 83.m
lingua promisit, mens minime 294.p
neq; Literas neq; natare nouit 817.f
ad Lotophagos proficisci 664.p
uelut Ludentes loqui solent 675.f
ludens dicit 369.p
ut Lupus agnum, ita amat puerum uesanus amator 314.m
lupi dogma referre 328.m
lupi Mœrim uidere priores 562.p
lynceus est et lynce perspicacior 993.m
Magnum unum obseruare 604.p
manus manum lauat, dato & rursus cape quid 1016.p
manu non altera tantum sed ambabus apprehendere 141.f
maris arenæ numerus 118.p
mentiuntur multa Poetæ 1019.f
metum sine metu metuere 293.m
mida opulentior 596.p
ne Momus quidem reprehẽderit. 633.f
mouere non mouenda 894.f
mouere nõ mouenda cauendum. 932.p
multa ex uno facere 501.p
multi qui ferulas gestãt, pauci uerò Bacchi 39.p
mysorum postremus 135.m
mysorum præda 494.p 514.m
ante Mysteria abire 501.f
Nauigatio secunda 238.m 220.m
& 184.m
nauigationem secundam instituere. pagina 54.p
naribus muco grauatum emungere. pagina 564.f
inter Nautas educatus 315.p
nebulones sunt utilissimi & inania onera terræ 119.f
necessitatem neq; deus cogere potest. pagina 844.f
nemo malus cognoscet, sed qui peritus est, & moderatis moribus præditus. pag. 845.p
nestore sapientior 1029.p
nihil nimis 550.m
noctem in meridie inducentes, uelut è contrario solem intuiti 924.m
ad Obicem impingere 665.f
œstro percitus fertur 121.p
olympico more 680.p
Palumbes pro columba 130.f
pares cum paribus 558.m
cum Paribus facile congregantur pares 313.f
paruum paruo addere 91.m
penelopes tela 46.m
poeta pictori similis 695.p
porcum mactare 581.p
portas magnas auribus obdere 303.f
posterioribus melioribus uelut ludentes dicunt 836.p
principiũ totius operis dimidium 851.f
propè iaculari 76.m
prorsum simulq; retrorsum respicere. pag. 92.p
protei more 8.m
puerilia, uulgariaq; ac leuia relinquenda 218.m
pueri quæ discunt admirandum quoddam monumentum habent 733.p
puero etiam manifestum est 296.m
pueris etiam oculorum caliginem inducit quod eminus conspicitur. 804.p
pro Puerorum optione 152.f
pugnare aduersus duo, eaq; contraria difficile est. 939.p
pulchra omnia dicere 423.f
pulchra reuera difficilia 628.m
pulchrum esse amicum 406.p
pulchrum est quod rectum est bis ac ter pag. 954.p
in Puteo detineri 114.p
putris ubi quis sit inuenire 2.p
non Quæ quis uult, sed quæ quis potest pag. 526.f
quicquid manibus comprehendere possunt 151.f
Rana Gyrina 112.m
res ipsa ostendet 520.m

Universidad de Deusto
Biblioteca

rectè quod dicitur, bis dici nihil nocet. pag. 851.f
rudentem mouentes omnem & omnẽ uocem emittentes 1026.f
ā Sacris ferre 950.p
Tani nemo quicquam facit 638.p
sardonius risus 562.p
scytalæ obuolutio 135.m
seipsum ignorare 970.p
seruatori tertium 235.f 381.f
simile semper ad simile accedit 292.p
sirenas præternauigare 322.m
neq; per Somnum neq; reuera 228.m
pro Somno res uera 979.f
stellæ quot sint, & arenæ numerum nouit 424.p
stultus accepto malo sapit 305.f
sua agere, & seipsum cognoscere. pagina 753.m
sursum, deorsum omnia 108.m
Tali sacri motus 843.f
tantali diuitiæ 6.m
tardius perficit, non qui placide satis distribuit 167.m
temperatos etiam sermo cohibet. pagina 232.m
tempestate iactati uidentur 224.m
ter sex, aut tres cubos iacere 959.m
ex Terra ipsa nati 151.f
tertium seruatori, caput et summam dictis addere 241.f
tertium seruatori peregi 992.p
testa transmutata mutatus fuga dilabitur 314.p
testæ circumuolutio 651.p
tota, ulcus 1016.f
trophæum nunquam statuerũt abiecti animi 765.f
in Tuam gratiam 149.p
uenire post festum 460.f
ueni post festũ ualde gratiosum. 460.f
ad Versum respondere nihil 424.m
ne Vicini quidem percipiũt, ubi nos nascimur 344.f
uicinia salsuginosa & amara 827.m
ante Victoriam encomium canit ridiculus Hippothales 401.p
unum & cum pueris & sine pueris uerum est 303.m
pro uiribus 823.m 353.m
pro Viribus 90.m
ultra fossam transilire 84.m
umbram suam metuere 54.f
de Vmbra asini 322.f
uoce omni emissa 921.p
urbem retrorsum depulsus nunquã coeperit 158.m
urgens nemo nos persequitur 919.f
uulgo à multis fertur 1024.p
prudentia ex ratione est 957.m
prudentia prima & dux uirtutum. pagina 816.f
prudentia quid sit 1035.m
prouidentia 224.m
prouidentia quid sit 1036.f
pruina quid & unde nascatur 747.f
prytanæi alimẽto Socrates se dignatur pag. 20.f
prytanes 852.m
ψύχη quasi ἀναψύχουσα refrigerans. pag. 78.m
ψυχὴ quasi φυσίχυ ibid.
ψυχὴ ab σὺν ἔχω 88.m
ψυχὴ pro ψυχὴ suppositum. pagina 191.m
pubertas barbescens gratissima 432.f
publicum priuato præferendum. pagina 911.p
ubi pudor, ibi timor 6.f
pudefacere non oportet homines. pagina 403.p
pudor decorus 378.p
pudor egestate oppressis inutilis. pagina 398.m
pudenda in anteriore parte cur hominibus sint 290.p
pudor & iustitia ornamenta ac uincula ciuitatum 438.f
pudor, non aurum, filijs relinquendus. pag. 839.p
pudor quid sit, eiusq; descriptiones. pagina 1036.p
pudoris & timoris necessitas 990.f
pudoris ratio 796.p
puer omnibus bestijs magis intractabilis 878.m
pueri cur sub imperio sunt 683.m
pueri ab omnibus castigandi 878.f
pueri in quibus sint studijs exercendi. pag. 878.f
pueri musica & gymnastica instruebãtur 27.m
puerorũ finis incertus, & amor in pueros cur abiectus 285.p
puerorum in ludo studia 440.m
puerorum in theatris decertantes extimulantium comparatio, ad eos qui familiares suos de rebus uel uita sua admonent industriè 981.p
puerorum opinio 43.m
pueros fabulis delectari 169.m
pueros quo lusu exerceri oporteat. pagina 604.m
puerilis doctrinæ exemplum 879.f
pueriles sermones uilandos esse 116.p
pugilis in exercitijs se generosũ præbẽtis, in iusto uerò certamine deficientis cõparatio, ad eum qui aliàs mortem contemnit in ipso termino eandem tamen exhorrescit 1015.p
pugilum exercitationes ante ineundũ certamen 888.f
pugna in armis 890.f
pugna in potidæa 375.f
pugnæ exercitia 888.f
pugnandi in armis studium 888.m
pugnare fortius animalia præsente sobole 624.f
pulcherrimum est potentẽ esse. 524.m
pulchritudo animæ, corporeæ præstat. pag. 299.m
pulchritudo familiaris amici quid suspitionis pariat 103.f
pulchritudo in pulchris corporibus eadem est 299.m
pulchritudo perfecta admirãda. 299.f
pulchritudo scientiarum ibid.
pulchritudo usui exposita 318.m
pulchritudinis bonum 462.f
pulchritudinis fluxio progressu regreditur unde prodijt, uelut resonãs echus uox in fragosis audita conualli bus 320.f
pulchritudinis impetus 376.f
pulchritudinis splendor 318.m
ad Pulchritudinem perfectam amoris gradus 300.p
pulchri & turpis definitio 473.p
pulchri oculi, qui utiles sunt ad uidendum 424.p
pulchrũ alia accessione sua pulchra facit 522.m
pulchrum alia pulchra facit 520.m
pulchrũ aliud quàm res pulchræ. 628.f
pulchrum esse quid per seipsum 54.p
pulchrum est causa boni 524.f
pulchrum est id quod utile est 524.p
pulchrum est equa pulchra 520.m
pulchrum est pater boni 524.f
pulchrum est uirgo pulchra 502.m
pulchrũ & res pulchra diuersa 427.p
pulchrum fit ex decoro 521.m
pulchrum ipsum esse negans 630.m
pulchum ipsum est aurum 521.m
pulchrum multa complectens 522.p
pulchrum non est bonum, & uicissim. pag. 525.p
pulchrum non idem quod bonum. pagina 472.f
pulchrum quatenus explicetur. 552.p
pulchrum quid sit 520.p
pulchro, omnia pulchra, fieri pulchra, aliaq; eodem modo 54.m
pulchra aut utilitatem, aut uoluptatem exhibent 472.f
pulchra esse bona 474.p
pulchra etiam turpia esse 630.m

pulchra media sunt, inter id quod est, et id quod non est 630.f
pulchra res aliud est, quam ipsum pulchrum 43.f
pulchrorum fuga 892.m
pulmonis forma & usus 752.m
pulytionis domus 1029.p
polyxenis 977.f
puniendi iniustos causa 439.m
pupæ & imagunculæ in templis suspensæ 309.m
pupilli tutori pro filijs habendi. 939.p
pupillorum cura 938.f
purgantium medicamentorum usus. pagina 761.p
purgatio ciuitatis 672.m
purgatio medica exhibita corpori non ægro, cum ciuitati pacem agenti bellum suadente comparata 787.f
purgatio medici 672.m
purgatio quid sit 1037.f
purgationes & motus species tres. pagina 761.p
purgationis species duæ 142.m
purgationes ciuitatis 842.m
purgationes duplices 842.p
purgationes uariæ 142.p
purgationum, & instaurationum corporis cum animæ comparatio. pagina 143.f
purgatorij locus 60.f
pura anima ad diuinam abit 45.p
puritas in sacrificijs 930.m
purum contingi à non puro fas non est. pag. 37.f
pypax Hercules 428.p
πῦρ phrygum uox est 83.p
pyramis elementum ignis 746.p
pyrilampes 196.f.377.f
pyrilampis filius 476.p 490.m
pyriphlegeton 60.m
pyrois quis planetarum dicatur. pagina 969.f
pyrrha 731.m
pyrriche eiusq; eximia præstantia inter exercitationes 881.m
pythagoras 693.f
pythagoreorum sententia 655.f
pythiæ scriptum, cognosce teipsum. pagina 936.f

Quadrangularis est bonus. pagina 446.p
quadrãguli spatij ratio. 503.m
quæ fiunt duplicia sunt 166.p
quæ non deposuisti, ne tollas 932.m
quæ non sunt unum sunt 206.f
quærenda esse ea quæ quis non nouit. pag 505.p
quærendi commode ratio 502.m
quærendum quomodo sit de re. pagina 124.m
quærens sua in alia domo 952.f
quærenti quid res respondentis uarias res esse, comparatio per apum examen numerum infinitum proponẽs cum de natura apis interrogaretur. pag. 498.f
quærentes id quod habent 608.p
quæ uere sint 42.f
quæri, & inueniri quæq; res, per nomina 95.m
quæsiti hominis domo reperta, quantum compendij habeat, ad hominem inueniendum qui quærit, tantum ubi bonum inueniatur, si uitam mixtam norit 239.p
quæstio de re si fiat quomodo ambigua uideatur ostenditur eleganti comparatione, medicamenti ad oculum, freni ad equum 391.p
quæstio grauissima 114.p
quæstionis duplicis exemplum de discẽte an scilicet discat ea quæ nesciat, an ea quæ nouerit 416.f
quæstionis qualitas quomodo proponatur comparatione pictoris animalium 463.m
quæstiones de omnibus duæ 923.f
quæstionum genera quatuor 327.f
quæstionum ordo 129.m & 498.m. 570.p
quæstionum proponendarum ratio. pagina 177.m
quæstores 854.f
quæstus qui sit honestus 846.p
quæ sunt, non esse multa 197.m
quæ sunt, quot & qualia sint 149.m
quæ uerè existunt 42.p
quæ uerè sint 97.m
qualitas nomen peregrinum 122.p
qualitatum, tum saporum tũ odorũ uarietates 749.f
quando unum est multa, & uicissim. pagina 218.m
quaterniones, dialogorũ Platonis quis primo excogitarit & in illum ordinem redegerit 63.m
quaternionis Dialogorum Platonis primi summaria quæ sit tractatio, materia, & propositum 63.f
quatuor animæ affectiones 644.f
quatuor flumina terræ maxima. pagina 60.m
quatuor hæc, deus, fortuna, occasio, ars, omnia 829.p
quatuor incerta 993.m
quatuor præuæ reipub. & animæ species 616.mf
quatuor præuæ reipub. formæ. pagina 661.f
quatuor uirtutes principes 605.
qui cum uiro ciuili de passione contendant 169.p
quidem particulæ uis 448.p
quid non sit, non sed quid sit quærendũ. pag. 124.m
quid sit, & quale sit, quæstiones. 993.p
quid sit, primò quærendum 369.p
quid sit res, prima quæstio est 391.p
quid sit res primum, proponendum. pagina 312.f
quies medium inter gaudium & dolorem est 680.p
quietis effectus 108.m
qui inuenit aliquid, amittit de ipso ambiguitatem 227.p
qui nomina nouit, etiam res nouit. pagina 95.m
qui non aliquid dicit nihil dicit. 147.m
quinquagesimus annus ad bonum confidrandum idoneus 659.f
quinquatria in cuius honorem uenerari consueta 537.f
quinq; annis dimidium hominis longitudinis 869.m
quinquercio, eiusq; artes 365.f
quinq;, & eadem unum, in omnibus. pagina 993.p
quinq; & septem per se considerata. pag. 129.p
quinq; generum summa 155.f
quinq; millia & quadraginta numerus pag 843.p
quinq; millia & quadraginta numerus ciuicus 859.f
quinq; rerumpub. & animæ modi. pagina 614.m
quinti & ueri difficultas 993.m
quis dixerit, nihil referre 379.m
quisq; seipsum maximè reuereri debet. pag. 525.m
quod est, æquè ignotum ac id quod non est 149.f
quod est, & quod non est, ex æquo ambigua 153.p
quod est, & unum, an idem sint. 150.p
quod est, fit id quod non est. 150.m
quod est, mobilia & immobilia sunt. pag. 152.f
quod est, neque stat, neq; mouetur. pagina 153.p
quod est, quid significet 150.p
quod est, ut non sit: quod non est, ut sit participat 213.f
quod factum est, semper totum factum est. 150.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod non deposuisti,ne tollas 895.f
quod non est,esse 156.f
quod non est,neq; dici, neq; cogitari potest 147.f
Quod non est,nemo dicit 420.m
quod non est numeri exors est. pagina 147.m
quod non est, opinioni & sermoni misceri 157.f
quod non est,quo referendum sit.pagina 147.p
quod non est,quorum particeps sit.pagina 213.p
quod non est,una rerũ species est.157.p
quod medicorum est 86.p
quod sit, aliud est quàm quid sit. pagina 520.m
quo uidemus, & per quod diuersa sunt pag 123.m

R

Ramenta & præsegmina sermonum 528.m
rarum carum 428.m
ratiocinatio animæ per seipsam 37.p
ratio cupit fieri lex 891.m
ratio demonstrationum 50.m
ratio & ira quo modo sibi mutuo obnitantur,& iuuent 612.m
rationalis animæ pars & irrationalis. pag. 611.m
rationi optimæ in uita innitendum. pagina 47.p
rationi parendum 25.m
ratione essentiam iusti boni,pulchri, et similium cognosci. 37.p
rationum exactores accusari 949.f
rationũmne an operum considerationes potiones 54.p
rationum temerariarum opera. pagina 669.p
rebellio damnata 947.p
rebus in omnibus tria considerari. pagina 923.f
receptaculum esse uelut nutricem. pagina 742.f
receptaculum,mater, species informis. pag. 743.m
recordari quid sit 504.f
recordatio 227.p
recordatio alterius rei, ex alterius conspectu 41.p
recordatio à similibus, ac dissimilibus. pag. 41.p
recordatio quid sit 840.f
recordatio quomodo fiat 41.p
recordationis in nobis declaratio. pagina 503.p
rectitudo nominum omnium una est. pag 89.p
rectores & rationum exactores. pagina 948.f
rectum esse legem regiam 781.p
rectum esse legitimum 781.p
rectum quid sit 202.p
redarguendi modi quot esse possint. pagina 471.f
redarguendi modus 157.m
& ut culpa uacet 156.p
redarguere & redargui quantum bonum 465.p
redarguere quando difficile sit ac pulchrum 157.m
refrigerio opus esse à potu pridiano.pagina 282.f
regem fingentis cum aurum expurgante comparatio 186.m
regem uerum quid faciat 180.f
reges Aegypti, sacerdotes sunt. pagina 179.f
reges philosophos esse oportere. pagina 627.f
regius uir est qui regiam scientiam habet 180.f
regia ciuitas felicissima 677.p
regia & arx præclarè fabrefacta. pagina 769.f
regia & ciuilis ars eadem 422.f
regia scientia 165.p
regia scientia qualis sit textoria. pagina 187.p
regia artis opera 423.p
regiæ scientiæ officium 187.p
regiæ texturæ finis 190.p
regiæ texturæ modus 188.f
regiæ texturæ opus 189.f
de Regia arte dictorum summa 168.f
regis Magni in Græcis timor 815.f
regis mania quæ & qualia esse debeant per statuarij imagines siue statuas non sua iusta proportione factas explicata 173.m
regis persarum natalem diem tota Asia colit 344.m
regis porticus 1.f.136.p
regi studijs qui sint coniuncti. 179.m
regnum à seipso destrui 814.f
regnum num reipublicæ species sit & quæ 614.m
regium principatum scientiam esse. pagina 180.m
regni Syracusani constitutionis modus. pag. 999.f
regum euersio unde contingat. 818.p
regum filios nasci philosophos 640.f
reipub. affectio mala, qua curá gaudeat 605.p
reipub.cum ægro, & nauigatione comparatio 356.p
reipublicæ cum uiris collatæ 661.m
reipub. cura bonos ciues facere. pagina 491.p
reipub.& uiri, paucorum principatus similitudo 666.p
reipub.formæ septem 185.m
reipub.mutatio unde cõtingat. 662.m
reipub.pericula 18.p
reipub. prima cura circa adolescentes. pag. 2.p
reipublicæ negotia temere inuadentis, & in feras beluas illapsi comparatio 638.m
reipublicæ pranæ quatuor esse species. pag. 661.f
reipub.rationem habens in ciuitate. pagina 638.m
reipublicæ uirtutis omnes participes. pag. 439.p
reipub.species II. 842.p.850.m
reipub.status III. 562.f
relationis usus 619.f
relationis ratio in omnibus est 111.f
relationum ratio 381.m
relictorum lex 932.m
rempublic.curantes sua negligunt. pagina 388.f
rempublicam excolendam esse assiduè per cõparationem ex pictura assumptam in efformãdo animali pulchrè demonstratur 858.f
rempublicam qui maximè capessant.pagina 290.m
repentini significatio 211.p
reprehensionis utilitas 144.p
de Republica Platonis dialogi quid tractent.& cuius materiæ consideratio in illis sit 772.p
rerum diuisio 174.m
rerum essentiæ firmitas 72.m
rerum facilitas,& difficultas 177.m
rerum formæ,seu species 742.m
rerum mensura quid sit habendum.pagina 122.f
rerumpublicarum matres II. 819.m
rerumpublicarum uoces 981.f
rerum quot species sint 733.f
rerum species tres 744.p
rerum tria genera 406.p
res absq; nominibus cognosci 96.f
res aut uideri possunt,aut non possunt. pag. 44.p
res & imago nõ penitus eadem esse debent 93.f
res spectãda,nõ eius professores.429.f
respectus quæ ratio sit 802.f
res pecunijs præ latæ 1028.m
respiratio & expiratio 756.m
respiratio etiã manimatis 1043.m
respi-

respirationis actiones & uires pulchrè similitudinibus cucurbitularũ, item earũ quæ circa potum,tum quæ circa uocum intensiones cõtingunt, depinguntur 757.p
respirantium effiguratione lacuum infernorum uertigines perpetuo fieri demonstrantur 60.p
respondere imperitos cum talorum lusione,& exclusione collatos exprimit Plato 634.p
respondere non tam facile quam interrogare 561.f
responsio lepidior loco securissimæ. pagina 56.f
responsio securissima, ob absurdorum fugam 54.f
responsionis promptæ utilitas. pagina 124.f
responsionem omnem rectam esse. pagina 122.m
responsiones ineptæ 105.m
res pretiosissimæ opulentiss faciunt. pagina 1028.f
respublica apud Iouem 438.m
respub. Athenienß.ex optimatibus.pagina 546.m
respublica castrensis & pullorum grex gregatim pascens collati,iuuenũ institutionem quomodo ostendant.pagina 805.f
respub.omnes malæ 985.f
respub.optima quæ sit 830.f
respub.prima 844.p
respub.prima regnum, aut optimatum imperium 614.m
respublicæ quæ non sint 832.m
respublicæ quæ non sint,sed seditiones. pag. 889.f
respub.quæ sit optima 729.p
respub.quæ sit turbata 355.f
respub. qua scientia egeat ad quietam, & cõmodam uitam 356.p
respub.quarta populare dominiũ quomodo fit 666.f
respub.quinta tyrannis quõ fit. 670.p
respub.recta quæ sit 181.p
respub.secunda 844.m
respub. tertia paucorum principatus. pag. 664.m
respub.turbulenta,quam typicè exprimatur gubernatione nauis,in qua depinguntur suis coloribus nautæ.pagina 634.m
respub.tales, quales sunt homines. 661.f
res quæuis p rationes cõcedenda.138.p
restituto emptorum 933.m
res uicissim inter se cognoscuntur,iteq; per se 96.f
reticuli ad aquationẽ cõtextus. 756.m
reuerentia est domina 821.m
rex à præcone quõ differat 165.f
rex est in arte p seipsam imperãte.165.f
rex & ciuilis uir qui reuera sit 173.m
rex magnus persarum 22.f
rex quid sit 1037.m
rex supra leges 181.m
rhadamanthus 781.f
rhadamanthi iudicia 949.f
rhapsodi diuini,nõ artificiosi sunt. pagina 543.m
rhapsodi qui sint 537.f
rhapsodus etiam imperator est. 542.f
rhapsodorum manus 540.m
rhapsodorum quæ sint propria 542.p
rhapsodos in Panathenæis quis coegerit primo Homeri scripta recitare. pag. 360.p
rhetorica ars nulla est 467.p
rhetorica bonum maximum. 463.p
rhetorica ciuilis partis simulachrum. pag. 467.f
rhetorica duplex 485.f
Rhetorica est adulatio 485.f
rhetorica est concio 485.f
rhetorica non habet aliud opus quàm sermones 462.p
rhetorica obsoniorum structuræ comparata 467.p
rhetorica persuasio in cœtibus, de iustis & iniustis 463.f
rhetorica quarta adulationis species. pag. 468.m
rhetorica quid sit 323.p
rhetorices facultates omnes 464.m
rhetorices mutilitas 475.m
rhetorices usus quis iustus sit. 465.p
rhetorices usus absurdus 475.f
rhetoricam esse impostoram 465.f
rhetoricã uersaricircea sermones. 461.f
rhetorici sermones de rebus optimis, & maximis 462.f
rhetorum Athenienſium præstantia.pagina 545.p
rhetorum & tyrannorum impotentia. pag. 469.p
rhetorum factum absurdum. 493.m
rhetorum forensium, & philosophorũ diuersitas 117.f
rhetorem iusta scire oportet 466.p
rhetorum officium 355.p
rhetorum mos in causis agendis, & de rebus exiguis tractãdi ratio. 441.f
rhetorum utilitas 468.f
rhetoris artis summa repetita. 465.m
rhetores boni nulli 486.p
rhetores mali multi 492.p
rhetoris boni officium 486.f
rhetores & tyranni mente non prædicti 469.p
rhetores forẽses in quib. ridiculi 119.p
rhombi ex uno duo facti 290.p
ricininum oleum 747.f
ridet & ridetur philosophus 119.f
ridicula quæ sint ducenda 618.p
ridicula uulgi dicta ostendũtur. 455.m
ridiculi natura 233.m
ridiculi qui sint. 234.p
risus & lachrymarum modus. 840.f
risus Sardonius 562.p
risus studium reprobatum 586.m
risum mouenti poetæ 696.m
ritus quidam non scripti 604.m
robur est sapientia 451.m
ρ & σ.eidem rei similes 94.f
ρ. litera motus organum. 90.f
ς literæ usus in significãt.b.lationẽ.91.p
rotundum quid sit 202.p
ruditatis uitium 296.m
rythmus 804.f
rythmus & Harmonia 799.f
rythmorum ratio 592.p
rythmorum tractandorum ratio. 89.f
rythmos & harmonias uulgus ignorat pag. 807.m

S

Sacerdotes 854.p
sacerdotum artis origo 296.p
sacerdotum scientia 179.f
sacerdotum sepultura 949.m
sacramenti obstrictio 771.p
sacra non nouanda 968.f
sacra non tacenda 969.p
sacra uetera nõ mutanda 843.m
sacrificium Deo acceptum anima sancta & iusta 357.m.1037.m
sacrificiorum Athenis mos 874.f
sacrificiorum circuitus 58.p
sacrificiorum numerus 887.f
sacrilegorum lex 901.p
sagacitas qd sit,eiusq; definitio.1036.p
sagittariorum simile 1027.f
saitica regio 731.m
salaminia pugna 547.f
salaminia pugna naualis 828.m
sal quomodo fiat & ubi nascatur, quid item sit 748.p
salis laus admirandam illius uirtutem complectens 283.m
salis præstantia 776.m
saltatio ambigua 881.m
saltatio duplex 872.m
saltationis honestæ spẽs duæ 882.p
saltatio pacifica 881.f
saltationum ac cantilenarum consecratio 874.p
salubritas nomẽ ordinis corpis. 486.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſalus quid ſit 1037.m
ſana & morboſa, in corpore & anima pag. 614.p
ſanabilia, & contra 841.f
ſanctimonia quid ſit 1036.f
ſanctitas eſt ars mercatoria 8.p
ſanctitas eſt ſcientia ſacrificandi ac precandi 7.f
ſanctum amatur quia ſanctum eſt. 6.p
ſanctum eſt pars iuſti erga deos 7.p
ſanctum eſt quod dijs amicum eſt. pagina 8.m
ſanctum eſt quod dijs gratum 4.p
ſanctum eſt quod omnes dij amant. pagina 5.m
ſanctum eſt ſontes accuſare 3.m
ſanctum & dijs gratum diuerſa. pagina 6.p
ſanctum omne iuſtum eſſe, & non uiciſſim 6.f
ſanctum quia amatur ideo ſanctum eſt pag. 6.p
ſanctum quid ſit 1037.m
ſanctum relinquitur incertum. pagina 8.f
ſanguis in bello à liberis deguſtandus. pag. 658.m
ſanguinis color unde ſit 757.m
ſanitas bonum maximum 462.f
ſanitas eadem in omnibus 499.p
ſanitas priſcorum & unde diuturna illis 578.m
ſanitas ut maneat 758.m
ſanitatis conſtitutio 223.p
ſanitate nihil iucundius 680.p
ſannio 372.f
ſapere nos non ſinit corpus 37.m
ſapiens diues eſt 331.f
ſapiens fieri cupidus 868.f
ſapiens in mala repub. ut ſe gerere debet 988.p
ſapiens nec gaudet, nec dolet 226.m
ſapiens omnium rerum menſura eſt, nõ quiuis homo 122.f
ſapiens ſolus, iniuriоſus 433.m
ſapiens unde homo fiat 963.p
ſapientis appellatio Socrati unde. pagina 13.f
ſapientis appellatio ſoli deo conuenit. pag 331.p
ſapientis appellatio unde ſit. 613.p
ſapientis uita diuinißima 226.m
ſapienti non eſt ſilendum 21.p
ſapientem ſibijpſi ſapientem eſſe oportet 518.m
ſapientem ſibijpſi uideri 13.p
ſapientes ac præſtantes uarij 480.p
ſapientes aut boni imperant 546.f
ſapientes circa omnia, bona pro prauis inducunt 115.p
ſapientes diſcere 416.p
ſapientes & malos non amplius philoſophari 406.f
ſapientes ſælices diuites ijdem 1029.p
ſapientes improbi 650.p
ſapientes mortem ægrè ferre 35.f
ſapientes non accedere ad diuitum fores 634.f
ſapientes non eſſe etiam diuites. pagina 1029.f
ſapientes pauci magis quam totũ theatrum uerendi 291.m
ſapientes poſteriorum ſæculorum pagina 219.m
ſapientes præſtantes 395.m
ſapientes priſci 219.p
ſapientes qui dicantur 369.p
ſapientes ridiculi 649.f
ſapientes ueteres ciuiles actiones neglexerunt 517.m
ſapientia ciuitatis gubernandæ 369.f
ſapientia cuius generis ſit 224.p
ſapientia eſt affectio animæ 44.p
ſapientia eſt fortitudo 451.m
ſapientia eſt robur 451.m
ſapientia & imperitia inter homines eſt 116.m
ſapientia & ſcientia an idem ſunt. pagina 104.f
ſapientia & uoluptas non ſint bona, ſed tertium quiddam 220.f
ſapientia in ciuitate 605.p
ſapientia moderationi cognatior quàm uoluptas 241.p
ſapientia præſente non opus eſt felicitate 418.p
ſapientia quarumnám rerum ſit. pagina 296.m
ſapientia quarum uoluptatum mixtionem expetat 240.m
ſapientia quid ſit 1037.p
ſapientia reipub. adminiſtrandæ plus habere debet 480.m
ſapientia tranſluaoptanda, ita ut ex uno in alterum immigret 282.m
ſapientia uilis inſtar ſomni eſt. pagina 282.m
ſapientiæ ab alijs uirtutibus diuerſitas. pag 650.p
ſapientiæ amores quanti futuri, ſi uideri poſſet 318.f
ſapientia cum potentia coniunctio. pagina 975.f
ſapientiæ & uoluptatis mixtio. pagina 238.f
ſapientiæ & uoluptatis uita, neutra bona 221.f
ſapientiæ numiſma 38.f
ſapientiæ prærogatiua 403.p
ſapientiæ ſtudium præſtantiſſimum. pagina 418.f
ſapientiæ uariæ 369.f
ſapientiam eſſe ipſam felicitatem. pagina 417.f
ſapientior & imperitior alter altero. pag. 117.p
ſapientior homo rerum menſura eſt. pagina 120.f
ſapientiß. qui ſit 971.f
ſaporum affectio 750.p
ſappho 311.f
ſaturnus cœlum patrem caſtrauit. 3.f
ſaturni regnum 170.f
ſaturni ſæculum 831.m
ſatyri 186.p
ſatyrorum ſalacitas 180.p
ſauromatides bellatrices 876.f
ſcamandrius, qui Aſtyanax 74.f
ſceptra Iouis quid ſint 782.m
σκιὰν pro ἰγιείᾳ ſuppoſitum. pagina 333.m
ſciendi perſuaſio 840.m
ſciens de his quæ ſcit, rationem reddere poteſt 42.m
ſcientes nos naſci, & manere, aut poſtea oblitos recordari 42.m
ſcientia alia purior alia, itemq; clarior. pag. 237.m
ſcientia alios bonos faciendi 423.p
ſcientia boni & mali 385.p
ſcientia cognitionis imperatoria, & iudicatoria eſt 165.m
ſcientia docens quæ ſcientiæ ſint diſcendæ 186.m
ſcientia eſt opinio recta cum ſcientia diuerſitatis 135.f
ſcientia eſt opinio uera 124.m
ſcientia eſt opinio uera cum oratione. pag. 131.f
ſcientia eſt oratio cum uera opinione. pag. 134.p
ſcientia eſt ſenſus 112.p
ſcientia & opinio recta, non ſunt natura 510.f
ſcientia & ueritas boni ſpeciem referit pag. 643.f
ſcientia ex opinione quieta naſcitur. pagina 52.m
ſcientia facultas robuſtiſſima eſt. 629.m
ſcientia in nobis, antea quam nati ſumus 42.p
ſcientia manet indiſcuſſa 136.p
ſcientia medicamentum perfectiſſimũ. pag. 765.p
ſcientia non eſt dux in ciuili actione. pag. 511.f
ſcientia non eſt recta opinio cũ oratione. 134.f
ſcientia non uariat ſecundum tempora. pag. 397.p
ſcientia optimi at peßimi 53.p
ſciens princeps eſt 452.p
ſcientia quæ ſola ſapientia 964.m
ſcientia qualis pleriſq; eſſe putetur. pagina 451.f
ſcientia quid ſit 1037.p
ſcientia Regem facit 180.f
ſcientia regia 165.p
ſcientia Socratis quæ ſit 112.p
ſcientia uelut mancipium eſt. pagina 452.p
ſcientia, ueritatis ſcientia eſt 200.m
ſcientia una, & multæ 156.m
ſcientia uſum rectum præbet 418.m
ſcientia ut non fiat 656.f
ſcientiæ appellatio 657.p
ſcientiæ diſſimiles, & contrariæ. 218.p
ſcientiæ examinatio 236.m
ſcientiæ inopia homines peccant. pagina 454.m
ſcientiæ militaris à ciuili ſe paratio. pagina 186.f
ſcientiæ omnes mala abijciunt, bona aſſumunt 188.m
ſcientiæ partim in actione, partim in cognitione uerſantur 164.f
ſcientiæ proprium 629.m
ſcientiæ quæ ſint 105.p
ſcientiæ quæ non faciunt ſapientem. pagina 963.f
ſcientiæ quæſtio prior, quàm falſæ opinionis 131.p
ſcientiæ regiæ ad textoriam applicatio pag. 188.f
ſcientiæ ſine iudicio 355.p
ſcientiam animæ non habenti ipſam mẽdi, fálſum eſſe 649.f
ſcientiam & ſenſum diuerſa eſſe. pagina 113.m
ſcientiam facere ut quis ignoret. pagina 130.f
ſcientiam inuenire ſummum quid eſt. pag. 106.f
ſcientiam nihil ex ſupradictis eſſe. pagina 135.f
ſcientiam querentis, cum eo qui in flumine ſtat & manet comparatio. pagina 131.m
ſcientiam ſcientiæ eſſe 383.m
ſcientiarum differentia 237.f
ſcientiarum diuiſio 236.f
ſcientiarum & operum ipſarum diſſimilitudo 381.m
ſcientiarum omnium mixtio. pagina 259.f
ſcientiarũ permixtio per unitorem à

populo protruſum et conculcatum, expaßis iam foribus irruente explicata 239.f
ſcientiarum ratio 611.p
ſcientis, & cuiuslibet artificis cum rudi, & iuſti cum iniuſto collatio. pagina 568.p
ſcire, aut neſcire, circa omnia contingit pag. 125.m
ſcire, docere, & facere, coniuncta ſint. pag. 958.p
ſcientiæ uniuerſæ, ſpecies duæ. pagina 164.f
ſcire eſt habitus ſcientiæ 129.m
ſcire eſt poſſeßio ſcientiæ 129.f
ſcire eſt ſcientiam animæ columbario incluſum poſſidere 129.f
ſcire quid ſit 42.p
ſcire ſe putant nonnulli 340.f
ſcirrhon, & ſymbolum de eo tractum. pag. 116.p
ſcopas Creontis filius 446.p
ſcopi in ſingulis rebus 956.m
ſcribendi artificioſè ratio 328.p
ſcribendi ſtudium contemptum. pagina 321.f
ſcribendi ſtudium laudatum 321.f
ſcribi ac dici non poſſe platonica. pagina 992.f
ſcripta quædam periculoſa 364.f
ſcriptor perfectus qui ſit 331.p
ſcriptores inſani 994.p
ſcriptores medij inter philoſophos & ciuiles 429.p
ſcriptores qui damnati 992.f
ſcriptorum mala 993.f
ſcriptura hortis Adonidis ſimilis. pagina 335.m
ſcriptura ſimilis picturæ 329.f
ſcuti proiector 948.p
ſcylla 1017.m
ſcyllæ 682.m
ſcyllæ fretum 994.m
ſcythæ ambidextri 872.p
ſcythæ ex caluarijs ſuis bibunt. pagina 426.f
ſcythæ fugiendo pugnant 393.f
ſecordia quid ſit 1036.m
ſeculi futuri ſpes 36.p
ſecundarum nuptiarum leges. pagina 940.p
ſeditio bellum eſt inteſtinum. pagina 787.f
ſeditio morbus ciuitatis max. 846.f
ſeditiones ut ſedentur 990.f
ſeditionis origo 663.p
ſeditionum calamitates, & exitus. pagina 626.m
σελανὸς, luna cur ſit dicta 82.m
ſemidei 968.f
ſeminis in ſibi aptam terram iaciendi cognitio, ad pronubæ ſcientiã cum arte obſtetricia comparata 106.f
ſempiternum quid ſit 1035.p
ſenatus triginta duodenariorum. pag. 852.p
ſenectus quid ſit 1035.p
ſenectutis cauſa 757.m
ſenectus limen 558.m
in Senectutis limine 558.m
ſenectutis obliuio 330.m
ſenes canere erubeſcunt 805.m
ſeneſcentes an plurima diſcamus. pagina 658.m
ſenes minus diſcere, quàm currere poſſe 658.p
ſenes obliuioſi 395.p
ſeniores principes, iuniores ſubditi ſint pag. 598.p
ſeniorum conſilia 435.p
ſeniorum cuſtodes, timor & pudor. pagina 623.f
ſeniorum reuerentia 913.p
ſeniorum quæ debeat eſſe reuerentia apud iuniores 623.f
ſenum cantilena, qualis ſit 805.f
ſenum honores 938.f
ſenum Muſa qualis eſſe debeat. pagina 807.m
ſenum uoluptas in ſermonibus. pagina 558.p
ſenſus 226.f
ſenſus à morte nullus 1017.f
ſenſus communis, quo per alios ſenſus ſentimus 123.f
ſenſus impediunt rationem. 36.f
ſenſus interceptio 220.f
ſenſus iudicium uerum eſſe 111.f
ſenſus neq; eſſentiam, neq; ueritatem, neque ſcientiam aſſequutur 124.m
ſenſus nihil ſani facit 652.p
ſenſus non eſt ſcientia 110.f
ſenſus quando intelligentiam prouocat pag. 652.p
ſenſus quatenus ſit ſcientia 113.p
ſenſus quid ſit 1037.p
neq; Senſum, neq; ſcientiam eſſe. 122.m
ſenſuum ac ſenſilium ratio 109.f
ſenſuum appellatio 740.p
ſenſum conſideratio p corpus fit. 44.p
ſenſuum impedimenta in cogitando. pagina 37.m
ſenſuum ratio. 652.m & 1042.f
ſenſuum torturæ, proportiones, diſſenſiones, fracturæ, atque cohærentiæ, ſupinus homo firmato ad terram à pite cum ijs comparatus quam eleganter exprimat 740.p

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sententia allegorica quomodo intelligenda 125.p
Sententia de conceßione rei & nominis pag 138.p
Sententia de experientia 138.p
Sententia de iudicij incremento per ætatem 304.p
Sententia de magna potentia eaq; modesta 496.m
Sententia de rerum mutua sympathia. pag. 320.m
Sententia in contrarium corrupta. pagina 410.m
Sententia de uita intellectuali 226.m
Septimeſtres & decimeſtres partus legitimi 622.p
Sepulchrorum locus 954.f
Sepultura extra regionem 909.p
Sepultura neglecta 61.m
Sepulturarum ſumptus 955.p
Sermo animæ inſcriptus, potens eſt. pagina 330.p
Sermo dextrorſum cur habeatur. pagina 283.m
Sermo eſt ex generibus eorum quæ ſunt pag. 157.f
Sermo ex nomine & uerbo conſtat. pagina 158.f
Sermo in eodem manens 421.m
Sermo quis pedeſtris dicatur 146.f
Sermo quid ſit 1037.p
Sermo uerus, & falſus eſt 159.p
Sermonis eſſentia eſt nominum complicatio 132.p
Sermonis latex pulcherrimus 755.p
Sermonem, alicuius ſermonem eſſe. pagina 159.p
Sermones cognati rebus ſuis 734.p
Sermones duo diſcordes 44.m
Sermones non culpandi, ſed nos ipſi. pagina 49.f
Sermones qui & quales uitandi 116.p
Sermones ſunt nominũ et uerborũ compoſitiones 93.p
Sermonum affectio immortalis. pagina 218.f
Sermonum extirpatio. eſt rerum inter ſe diſſolutio 157.m
Sermonum odium peßimum 49.p
Sero diſcentes 398.m
Seroſi humores 758.m
Seruator ſingulorum operum. pagina 956.p
Serui commodi qui ſint 862.f
Seruiens non eſt felix 402.p
Serui filijs feliciores 402.m
Serui homicidæ pœna 909.m
Serui laudati & contrà 862.m
Seruilia nomina 141.f
Seruire bene, glorioſum 855.f
Seruis nomina tranſmutari ſolitum. pagina 71.m
Seruorum conditionis lex 932.f
Seruorum genera uaria 862.m
Seruorum genus 179.p
Seruorum tractatio 862.f
Seſquialtera & ſeſquitertia proportio. pag. 971.f
Sexus ſeparatio 871.f
Sex quot modis dicantur 192.f
Sicilia græca 998.m
Siciliæ fluuij lutoſi 59.f
Siculorum libertas mala 999.p
Sidonij fabula 894.m
Silentium pro aſſenſu 95.p
Simile ad canes 626.p
Simile ad cicadas 290.p
Simile ad crumenas 289.f
Simile ad ouа ſecta 289.f
Simile ad ſutorum poliendi calceos inſtrumenta 289.f
Simile ægrotantium 605.p
Simile á uiperæ morſu 303.f
Simile collationis ſermonum. pagina 1023.f
Simile de magis, in minus uacuum. pagina 282.m
Simile Echus 320.f
Simile eſt quod idem patitur. 203.p
Simile eſt num idem patiatur 207.p
Simile ferri 161.m
Simile ſucorum 665.f
Simile geometricum & arithmeticum. pag. 644.p
Simile imaginem pingentis 627.p
Simile medici 164.f
Simile medicum 987.m
Simile oſcitationis 383.p
Simile paſtorium 42.p
Simile pictorium 858.f
Simile picturæ 765.f
Simile ſculptoris & pictoris 602.m
Simile rerum Socratis ad fabulam. pagina 25.p
Similes deo nos uirtute fieri 699.p
Simile ſimili amicum eſſe 404.p
Simile textorium 841.f
Similia 441.p
Similia duo 743.m
Similia ferè omnia eſſe 442.f
Similia fieri, eadem fieri eſt 111.p
Similia inimica, dißimilia amica. pagina 405.f
Similia inter ſe natura cognata eſſe. pagina 445.m
Similia longæ ac breuis rationis. pagina 445.m (406.p
neq; Similia, neq; contraria amica. pag.
Similis amicus ſimili eſt 489.p
Similis ſimili non eſt amicus 405.m
Similitudo errorẽ ridiculum parit. 93.f
Similitudo & conſenſio in nominibus requiruntur 95.p
Similitudinis & diſſimilitudinis ſpecies pag. 197.f
Similitudine non participare alias alijs ſpeciebus 200.p
Similitudines decipiunt 323.f
Similitudines diligẽter obſeruandæ. pagina 144.p
Similium uſus 1019.p
Similium una & eadem ars 95.m
Simmias Thebanus 314.f
Simonides cur Pittaci dictum reprehendit 448.p
Simonides prodici conciuis 446.m
Simonides ſibijpſi contraria dicit. pagina 446.p
Simonidis definitio iuſti 559.f
Simonidis dictorum defenſio 446.m
Simplex ſermo eſt, non inferre ſibi mortem 35.p
Simplices homines à diluuijs 812.f
Simplicitatis utilitas 594.m
Simulachrum quid ſit 148.p
Simulachra uerè uoluptatis 681.m
Simulachrorum cereorum præſtigiæ. pag. 941.m
Singularia à multiplicibus diſtinguenda 971.f
Singultus medelæ, & unde, ipſe oriatur, eiq; qui potißimum obnoxij ſunt. pagina 287.m
Sirenes 322.m
Sirenas fugere auribus obturatis. 302.m
Sirenes octo 701.p
Siſyphus 496.p
Sitire non eſt corporis 227.f
Sitis eſt cupiditas boni potus 610.f
Sitis eſt cupiditas boni potus. pagina 610.f
Sitis eſt cupiditas potus 610.f
Sitis eſt potionis, non qualis, ſed ſimpliciter 611.m
Situs ciuitatis 846.f
Sobrius ebriorum princeps 793.p
Societate omnia contineri 483.p
Socrates ad bibendum coactus omnes uicit, nec unquam ebrius uſus eſt. pagina 304.m
Socrates adit beatorum felicitates. pagina 61.f
Socrates ad mediam demum adeſt cœnam 282.m
Socrates alius quidam 105.m
Socrates amator pulchrorum 302.f
Socrates aſylus Athenienſium 17.f

Socrates Athenis ferè ſemper uixit pag. 28.m
Socrates bibendo potens 301.m
Socrates cauſam duorum ut fiant ignorat 52.f
Socrates clam carcere liberandus 24.f
Socrates cogitabundus in eodem loco perſtitit perdius & pernox 304.f
Socrates cogitabundus in uia 282.p
Socrates corrumpit homines, alij meliores faciunt 14.f
Socrates dæmonio à Repub. prohibitus pag. 18.p
Socrates damnatus tribus calculis deficientibus. 20.p
Socrates quàm diu in carcere fuerit pag. 33.m
Socrates è colloquio diſceſſurus eſt pag. 444.f
Socrates & protag. uterq; contraria ſibijpſi aſſeruit 456.p
Socrates è tribu Alopecenſium 481.m
Socrates ex ſtillicidio urinæ laborans pag. 1001
Socrates fabulas Aeſopi carmine reddidit 35.p
Socrates filijs quid precetur 23.p
Socrates fugiens qualis 305.p
Socrates incomparabilis 305.p
Socrates impietatis damnatus 985.m
Socrates inductionibus libenter utitur in demonſtrationibus probandis pag. 294.f
Socrates ineptus & indocilis 424.f
Socrates in expeditione militari 16.f
Socrates inopia audaciæ, ac impudẽtiæ condemnatus eſt 21.f
Socrates iunior 138.p.164.p
Socrates iuſtiſ. 985.4
Socrates nihil affirmat 488.f
Socrates nihil nouit, omnia ignorat pag. 302.f
Socrates non eſt ciuilis 472.m
Socrates non uult commiſerationẽ mouere 19.m
Socrates nullius doctor fuit 18.f
Socrates oraculo Apollinis ſapientiſſimus 12.f
Socrates quàm ſtrenuè potare potuerit & quantus potor fuerit 282.f
Socrates quibus utilis & quibus obſit pag. 555.f
Socrates ſanus alius ab ægrotãte 111.m
Socrates ſapiens, quod ſcire ſe non putat 13.m
Socrates ſe alimento prytanei dignatur pag. 20.f
Socrates ſeptuagenarius 11.p
Socrates Silenis ſimillimus 302.p
Socrates ſolus magiſtratui aduerſatur pag. 18.m
Socrates Sophroniſci & Phœnaretes filius 349.m
Socrates triginta minis ſeipſum cõdemnat 21.m
Socratis accuſatio poſterior 14.m
Socratis accuſatio prior & uetus 11.m
Socratis accuſatores tres 14.m
Socratis admonitio 17.p
Socratis æmulatio in Alcibiade amando 301.f
Socratis comœdia, cuius πρότασις eſt ipſius ingreſſus ad iudicium: cauſæ uerò actio ἐπίτασις: & poſtremũ quòd non ſeruatus ipſe ſit καταστροφή, & qua ratione ſic à Platone dicatur 64.m
Socratis cõſtantia ueneni ſumẽdi 62.m
Socratis cum magno, et generoſo æquo æquiparatio 17.f
Socratis cum protagora congreſſus pagina 436.p
Socratis dæmonium 2.p
Socratis de morte ſua uaticinium pag. 494.p
Socratis dictum 371.p
Socratis eloquentia 301.p
Socratis fabula 44.m
Socratis facies qualis 103.f
Socratis fraudes in diſputando 476.f
Socratis filij tres 19.f
Socratis laus 456.m
Socratis inſomnia 34.f
Socratis inſomniũ de fati ſui exitu 24.m
Socratis in repub. actiones 494.m
Socratis morti certa dies cõſtituta 24.p
Socratis opes mina argenti 21.m
Socratis poemata 34.f
Socratis ſcientia 17.p.372.p
Socratis ſermones etiam Satyris & Silenis apertis ſimiles 305.m
Socratis ſodalis 19.p
Socratis ſtudiorum mira fortuna 528.f
Socratis temperantia 304.p
Socratis uilitas defenſa 488.m
Socratis uxores & filij 62.p
Socratis uxor Xanthippe 34.m
Socrati appellatio ſapientis unde 13.f
Socrati deos ſuos uendere licere 428.p
Socrati fugam perſuadentia 24.f
Socrati inferi ignoti 17.p
Socrati morienti Ariſtippus non affuit pag. 34.p
Socrati morienti qui affuerint 33.f
Socrati mos aliquando fuit, immotus ut in eodem loco perdius et pernox ſtaret 282.m
Socrati ſe defendenti dæmonium nõ affuit 22.p
Socratem docentibus uehementer mori gerum fuiſſe 91.f
Socratem perimit multorũ odiũ 17.m
à Socrate ſeruatus in prælio Alcibiades pag. 304.f
Socraticæ accuſationis pars 636.p
Socraticæ circuitiones 6.m. 220.p
Socraticæ doctrinæ ſumma 553.m
Sodalitas quid ſit 1036.m
Sol cauſa luminis 643.p
Sol & luna magni dij 884.m
Sol filius boni 643.m
Solis anima qualis ſit 925.p
Solis animam deum eſſe 925.p
Solis deſcriptio per ſignum 135.p
Sol maior tota terra 967.f
Solis opus 643.m
Sol quid ſit 1035.p
Solis uis 648.f
Solem aſpicientium & nimium curioſorum æqualis proportio 54.p
Solem deum eſſe 814.m
Solon 693.m 976.p 376.m
Solon Critiæ amicus 730.f
Solonis dicti ampliatio 392.f
Solonis dictum reprobatum 658.p
Solonis leges 392.m 410.m
Solonis poemata 731.p
Solonis uerſus 410.f
Solutionis rerum occaſiones 948.m
Somniare quid ſit 629.p
Somnus & laſſitudo damnantur 658.m
Somnus & uigilias contraria ſunt 40.p
Somnus quis ſit à larga compotatione pag. 306.p
Somni & ſomniorum ratio 741.p
Somnij miſſio ad Agamemnonem à Ioue, ab Homero ficta improbatur p. pag. 583.m
Somni modus optimus 673.f
Somni ratio 879.p
Somni uoluptates 671.f
Somnum potiones conciliantes 634.m
Somniorum portæ duæ 384.f
Sonorum uoluptates 235.p
Sontes accuſare ſanctum eſt 3.m
Sophiſmatum patres 638.p
Sophiſta dictus protagoras 434.p
Sophiſta doctor eſt contradictionis pagina. 144.f
Sophiſta duplex 161.m
Sophiſta eſt caupo mercium quibus anima alitur 434.m
Sophiſta eſt lucro deditus decertator pag. 141.f
Sophiſta, & rhetor, idem eſt 493.m
Sophiſta impoſtor eſt, et imitator 145.f
Sophiſta maximus præſtigiator 180.p

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſophiſta miracula edit 146.p
ſophiſta multorum capitum eſt 148.m
ſophiſta præceptor dicendi 434.m
ſophiſta quid ſit 1037.m.434.p
ſophiſta quid ſit in ſumma 161.f
ſophiſta quod nõ eſt, eſſe negat. 156.p
ſophiſta uenator eſt 139.f
ſophiſta uirtutem profitetur mercede pag. 140.m
ſophiſtæ ciuitatibus expellendi 507.f
ſophiſtæ deliri, & nullius precij 428.f
ſophiſtæ formæ ſex. 144.m
ſophiſtæ formatores animorũ 391.m
ſophiſtæ gens heroica 77.f
ſophiſtæ in omnibus ſapientes uidentur 145.p
ſophiſtæ nomen probroſum 434.p
ſophiſtæ non ſunt uirtutis doctores pagina 509.p
ſophiſtæ peſtes ſunt 507.m
ſophiſtæ uerſuta occultatio pagina. 146.m 148.p
ſophiſtam comprehendere difficile eſſe 158.p
ſophiſtam comprehendere impoſsibile eſſe 148.f
ſophiſtarum aliquot præclarorum, earumq; habitationũ graphica deſcriptio 345.f
ſophiſtarum ars 74.m
ſophiſtarum artes 29.m
ſophiſtarũ cæcitas et ignorantia 636.f
ſophiſtarum & poetarum ob diſciplinæ utriuſque rationem, comparata diſſimilitudo quid ſibi uelit 693.f
ſophiſtarum euagationes 445.p
ſophiſtarum factum abſurdum 493.m
ſophiſtarum ludi 417.p
ſophiſtarum ſapientia qualis ſit quam concinna beluæ cicuratione exprimatur 636.f
ſophiſtarum ſophiſtæ 186.p
ſophiſtica aucta 517.f
ſophiſtica eſt confutatio per reprehenſionem 144.p
ſophiſtica eſt diſciplinarum cauponaria, tum ſuarũ, tum alienarum 141.p
ſophiſtica eſt uirtutis diſciplinarum mercatura 141.p
ſophiſtica priſcis prætexta 436.p
ſophiſtica qualis ſit uenatio 140.m
ſophiſtica ridicula & ſtolida 426.f
ſophiſtica tertia adulationis ſpecies pagina 468.m
ſophiſtis modum docẽdi præſcribit Socrates 417.m
ſophocles 326.f
ſophoclis dictum 558.f
ſophroniſcus 425.m
ſophroniſcus pater Socratis 389.p
ſortes de uxoribus 621.m
ſortis uſus ratio 653.f
ſpartæ leges damnatæ 677.m
ſpartiatæ ſobrij 791.m
ſpecies abſurdæ 198.f
ſpecies ambiguæ 198.f
ſpecies eorum quæ uideri, & intelligi poſſunt duas eſſe 644.p
contra ſpecies eſſe conſtituentes 152.p
ſpecies eſſe notiones 199.m
ſpecies & pars quomodo differant pag. 166.f
ſpecies neq; cognoſci, neq; ut cognoſcantur, conuenire 200.p
ſpei præſtantia 559.p
ſpecies rerum duæ 733.f
ſpecies rerum produci à deo 692.m
ſpecies rerum tres 742.m
ſpecies ſeorſum per ſeipſas 198.m
ſpecies ſingulæ infinitæ 199.m
ſpecierũ opinio Socrati unde ſit 199.m
de ſpeciebus ſententia Socratis 199.f
ſpeciebus quæ participant, inde nomẽ habent 198.f
ſpeculum quod ſit pulcherrimum pagina 593.m
ſpectatorum affectiones 540.m
ſpectra efficiendi ars 146.m
ſpectra faciendi ars duplex 161.p
ſpectra quæ ſint 146.m
ſpectrorum productio 160.f
ſpeculi opificium 692.p
ſpeculatores morum aliorum 951.p
ſpeculorum & ſimilium rerum ratio pag. 741.p
ſpeculorum & uiſus affectiones 127.f
ſpeuſippus 977.f
ſpeuſippus Platonis 648.p
ſpeuſippi cum Platone & cognatio, et affinitas 1003.p.1011.f
ſphes æui pars 449.p
ſphes futuri ſeculi 36.p
ſphes quid ſit 1038.p
ſphes uitæ futuræ 638.m
ſphæria reb. inſcripta 1011.p
ſphærion 976.m
ſplendores, & pelluciditates rerum unde cauſentur 751.m
ſplenis ſedes 753.m
ſpoliandi mortuos in bello ratio 625.f
ſponſalia rata quæ habenda 861.m
ſponſi & ſponſæ uictus per annum pag. 863.f
ſponte peccantes meliores ſunt, nõ ſpõte peccantibus 533.f
ſtare quædam, quædam moueri 922.m
ſtater aureus 426.f
ſtatuæ aureæ in Delphis 311.f
ſtellarum in ſemet mutuò affectionẽs pag. 738.m
ſtellarum trium tres effectiones 692.p
ſtellarum uelocitatis ratio 884.f
ſtephanus 508.f. 1021.m
ſternutatio unde excitetur & quid ſit pag. 288.f
ſteſichorus, eiuſq; fabuloſa narratio de pugna in urbe Troia de Helenes ſimulachro 681.m
ſteſichori palinodia 960.m
ſteſichori recantatio, cæcitatem ipſi ſoluit 315.p
ſteſilæus pugnator in armis 390.m
ſteſimbrotus 538.p
ſtilbon quis planetarum uocetur 969.f
ſtirpium præparationis, plantationis culturæ comparatio ad hominis educationem & inſtitutionem 368.f
ſtratonicus 1025.f
ſtudia à barbaris improbata 285.f
ſtudia malè locantium cum chordas in plectro tendentibus comparatio pagina 655.f
ſtudia uoluptatis 485.p
ſtudij, honeſtatisq; neglectionis duæ cauſæ 889.m
ſtudij mali auſpicati in Agathone Socratis amaſio correctio quomodo facta 281.p
ſtudij uirtutis magnitudo 578.p
ſtudioſos omnes eſſe ſua laude dignos pag. 429.f
ſtatuæ magnæ in Delphis 426.m
ſtatus. 3. Athenis, ſapiẽtes, reipub. præfecti, & opifices 119.f
ſtudiorum cuiuſq; ratio pulcherrima pag. 479.p
ſtudiorum difficultas unde ſit 959.m
ſtudium hominum triplex 846.p
ſtudi orũ neglectorũ cauſæ duæ 54. m
ſtudium ſingulorum unum 729.m
ſtudijs contrarijs impliciti quid gratũ ſit 635.p
ſtultorum genera infinita 449.m
ſtygius 60.m
ſtyx palus ibid.
ſua agere, & ſua poſsidere, iuſtitia eſt pag. 608.f
ſua agere iucundiſsimum 1000.f
ſua agere quid ſit 579.f
ſua apud alium reperiens 932.m
ſua conſumentes ut nulla ciuitatis pars ſint 665.m
ſuadela dea 894.m.327.f
ſua quemq; facere, eſt ſimulachrum iuſtitiæ 613.m
ſuas res agentes philoſophi 406.f
ſubſtantiui uerbi in rebus fuga 114.f

ſudor unde fiat 758.f
ſuffragia quænã ſint improbata 96.m
ſuffragij comprobatio 616.m
ſuffragiorum decreta damnata 1023.p
ſuffragiorum ferendorum lex 901.f
ſuffragiorum ſententia quid ſit 1037.m
ſuijpſorum occiſores 910.m
ſunium 24.p
ſumma de dolore & uoluptate 226.p
ſumma de mixtione dolorum ac uoluptatum 234.m
ſumma de ſancto & non ſancto 7.f
ſumma de tribus rerũ ſpeciebus 744.m
ſumma de uoluptate repetita, itemq; de ſapientia 238.f
ſumma dictorum de regia arte 168.m
ſumptuum rationes princeps teneat pag. 1003.f
ſuperari eſt maiora mala pro paucioribus bonis accipere 453.m
ſupernè, & infernè, de quibus dicantur 749.p
ſupplicum honor 559.m
ſuppliciorum duplex utilitas 905.m
ſuppoſititij affectiones 659.p
ſuppoſititiorum imaginis adaptatio pag. 659.p
ſus Crommyonia 396.p
ſurſum & deorſum non rectè dici pagina 749.p
ſutoris inſtrumenta 348.m
ſuturæ capitis 755.p
ſydera ſunt temporis inſtrumenta pagina 739.m
ſyllaba non eſt ipſa elementa 132.m
ſyllaba quid ſit 132.f
ſyllaba quid ſit 133.m.1037.p
ſyllabas cognoſci ac oratione proferri poſſe 132.p
ſympoſium dialogus Platonis de quo ſubiecto agat 532.p
ſympoſia eruditorum 449.f
ſyneſij iudicium & teſtimonium de oratione Aſpaſiæ 552.m
ſyracuſana menſa 594.m
ſyracuſis tyrannis ſoluta 998.p

T

Tabulæ nouæ quorum ſint tacens confitetur 842.f
tacentem dicere 16.p
talarius ludus 426.f
talenta centum, Dionis opes 884.p
talus æneus 995.p
talorum ludi et artium ingenuarum eadem natura 784.p
talorum ludi ſimile 634.p
talorum ludi ſimilitudo 1029.m
talorum ludus 339.m
talorum ludus in ſacris 401.m
talis ludens quomodo præfiguret Legislatori tranſponendos in meliorẽ locum mores meliores redditos: in deteriorem deteriores 917.m
talorum luſor 560.m
talorum luſoris & militis diſsimile. pagina 579.p
tanagræum bellum 548.p
tantalus 435.f
tantalus miſer & infelix eſt 76.m
tarentum colonia Lacedæmoniorum pag. 791.f
tartarus 60.p.495.p
tartarus, & qui in ipſum præcipitentur 700.f
taureæ palæſtra 375.f
tegmina & integumenta corporis partium 947.p
temerariæ preces 353.f
temeritas quid ſit 1038.p
temperans perfectè bonus uir eſt. pagina 487.f
temperantis appellatio unde ſit 613.p
temperantis ſcientia maxima 381.f
temperantis intemperantia 38.m
temperantia an ſit actio bonorum. pagina 380.m
temperantia an ſit cognoſcere ſeipſum pag. 380.f
temperantia an ſit lentitudo 378.m
temperantia an ſit pudor 379.p
temperantia an ſit ſua ipſius agere pag. 379.m
temperantia et iuſtitia uerè animæ uræ ſunt 493.p
temperantia in ciuitate 607.m
temperantia inutilis 384.f
temperantia in principibus & ſubditis eſt 607.f
temperantia laudata poetis 587.m
temperantia magnum quoddam bonũ pag. 385.f
temperantia neglecta poetis 587.p
temperantia non memorabilis 829.f
temperantia per ſe ambigit in laude. pagina 820.f
temperantia qualis ſit ſcientia 381.f
temperantiæ definitio 1035.m
temperantiæ mala 188.p
temperantiæ nomen cuius rei ſit, ignotum eſſe 385.f
temperantiæ quæ ſit utilitas 587.p
temperantiæ utilitas 384.m
temperata uita, & contrà. 841.m
temperati fortibus adiungendi 189.m
temperatorum appellatio 187.f
templum mire & portentoſæ amplitudinis 769.f
templi incomparabilis ornatus 765.f
templa & ædificia ſine auro & argento 767.m
templa priuata prohibita 930.p
templorum extructiones 863.p
templorum multitudo 968.f
templorum multitudinis cauſa 930.p
tempus imago mundi eſt 737.p
tempus pleraq; quo pacto rectè examinet 286.m
tempus quid ſit 1035.p
tempus ſignificantia uerba 204.p
tempus ſimul cum cœlo factum 737.m
temporis futuri uſus 120.m
temporis præſcriptio in rei poſſeſſione 952.f
temporis ſpecierum ratio 737.m
temporalia Platonis qualia fuerint. pagina 630.m
Ex tempore dicere 691.p
temporum anni conſtitutio 223.m
tenacium & cupidorum habitus malus 1034.f
tenebras oculis obducere 185.f
tenebris eductorum ad uidendum progreſſio 648.m
terillus 1004.p
terminalis Iupiter 894.f
termini ad terminum ratio 912.f
termini. 34. pro 35. 1046.f
terminorum in agris lex 894.f
terra Cubica 745.f
terra figlina aquam continens 891.p
terra uera in æthere ſita 58.f
terræ conſideratio 1041.p
terræ magnitudo 58.m
terram non eſſe tantam quanta putatur 58.p
terram quid contineat 53.f
terram quid ſuſtineat 58.m
tertium ſeruatori, prouerbium 333.m
teſtamentorum leges 936.f
teſtimonijs præſunt immortales dij. pagina 943.m
teſtimoniorum leges 943.m
textoris & uectis ad animam & corpus collatio 48.p
teſtium duorum diuerſæ indolis & cõditionis teſtimonia dicentium comparatio ad eos qui inter ſe diſputãt ſine arbitris 1031.m
teſtium utilitas 471.m
tetani 755.p
tetralogiæ 63.m
textoria quid ſit 176.p
textoriæ artis exemplum 174.m
textoriæ cognatæ artes 174.f
theſpis 782.f
thales 976.p
thales in puteum prolapſus 118.m

Universidad de Deusto
Biblioteca

thamus rex Aegypti 329.m
thamyras 539.m.888.f
thamyras in luscinam 702.m
theagis frenum 638.p
in theage quid Plato pertractet 409.m
thearion pistor 492.f
theatrum qualium hominum sit uerendum 291.m
thebanus loquendi mos 994.p
themistocles 370.f.464.m.486.p 1017.p.1020.f
themistocles exulat 492.p
themistocles uirtutis doctor esse nō potuit 508.p
themistoclis dictum 558.f
theodorus 539.m. 323.p
theodorus Byzantius 325.f
theodorus Geometra Cyrenensis pagina 103.f
theodotes 979.f.980.f.995.f
theognis megaren. 788.m
theognidis uersus contrarij sophistarū pollicitationibus 509.m
theramenes 1017.p
therpsion megarensis Socrati coætaneus 103.p
thersites 496.p
thersites in Simiam 702.m
thesaurus ut habendus sit 932.p
theseus 940.f
theseus & Hippolytus 816.m
theseus & Pirithous 587.p
theseus in Cretam 33.p
theseus, symbolum 116.p
thessali equites 498.p.518.f
Thessalorum petulantia 29 p
theuth Aegyptius 319.f
theuth deus Aegypti 329.p
tholus locus Athenis 18.f
thracum mulierum officia 877 p
thrasylus 322.f
thrasyli Platonis dialogorū distinctionem quare sequi proposuerit inter pres 63.f
thrasymachus 323.p 325.f 555.m 558.p
thrasymachus erubescens 568.m
thucydides 1020.f
thucydides Melesiæ 372.f
thucydides uirtutis suæ doctor esse nō potuit 508.f
thurij 414.p.791.p
thyestes 892.m
tibicina electa 283.p
timæus locrensis 730.m
timæus siue de natura inscriptus dialogus, naturæ opera tractat, & circa mundi fabricam & eius partes & affectiones uersatur 772.p
in timæo dicendorum quæ sit summa pag. 733.m
timarchus 372.m
timor quid sit 1037.f.397.p
ubi timor, ibi pudor 6.f
timoris potio nulla est 796.f
timoris species duæ 796.p
timoris species pudor est 821.f
timores 908.f
timiditas est imperitia horrendorum pag. 455.f
timiditas malorum extremum 341.f
timiditas ocium, ocium segniciem parit 926.m
timiditas quid sit 1038.p
timidi ex imperitia bellum fugiunt pagina 455.m
timothei frater cratinus Platoni familiaris 1003.f
tinctoria similitudo 606.m
tinctura quomodo fiat in pannis & lanis colore imbuendis 606.f
tiresias 511.m.976.p
tiresiæ coronati, auguriumq; auspicati historia 358.p
tisander 478.m
tisias 815.f.996.p
tisiæ ars dicendi 328.f
tison 1004.p
tityus 496.p
tolerantia apud Lacedæmonios pagina 790.p
tolerantia definitio 1035.f
tori & strata primæ ætatis hominum exemplace & myrto 578.m
torpedinis uis 504.m
torpedini simulis Socrates 502.m
toryna 552.m
toryna quale cochlearis genus sit 521.f
totum an sit unum 150.p
totas res considerandas esse 526.f
totum, & omne idemne sit an diuersa pag. 132.f
totum quæ tria constituant 95.m
totius cognitio prior quàm partium pag. 502.p
totius & partium ratio quæ sit pagina 211.m
traditio uetus 219.p
tragelaphi 634.m
tragicus poeta imitator est, tertius à uerite 602.f
tragici à repub, exclusi 673.p
tragici poetæ quō probandi 882.m
tragici poetæ Athenis grati 390.m
tragicorum poetarum mos 90.m
tragicorum quis princeps habeatur pag. 691.m
tragœdia quid sit 326.f
tragœdiæ antiquitas Athenis 872.f
tragœdia expensa 893.p
translationis ratio reddenda 63.p
tremor ac rigor ex frigore 748.f
tria bonorum genera 571.m
tria coniungenda, natura, ars, exercitatio 327.p
tria explorantia animam 479.m
tria in omnibus considerari 923.f
tria legislatori respicienda 823.p 819.m
tria nunquam fieri posse paria 56.m
tria omnium rerum genera 469.m
tria optima esse 462.f
tria sunt totum 999.p
triangulorum ratio 744.f
triangulorum species 745.p
ex triangulis corporum ortus 1041
tribades unde ortæ, & quæ ita appellatæ 290.p
tributorum collationes 953.m
trigesimus annus dialecticæ idoneus pag. 659.m
triginta Athen. principes 985.p
triginta milia in concione 1017.p
triginta septem magistratus 851.p
trinitatis diuinæ per Platonem elegas præfiguratio 983.p
triplex cupiditas 805.p
triplicia bona 233.f.908.f.474.p
triplicia mala 474.p
triptolemus, & cuius inuenti cultor fuerit 864.f
triremium ad pugnas nauales commoditas 343.m
tristia quæ bona 452.f
in trinio stantis & ambigētis quo pergere oporteat comparatio ad eum qui absurdum quid audit nec mox tamen acquiescit 874.m
trochos stare simulq; moueri 610.m
troiæ captiuitas secunda 715.f
tria quæ putare debeas 427.f
turbationis naturæ nostræ affectio pag. 694.f
turpe necessario num sit, quod pulchrum non est 205.m
turpia aliàs, amatori honesto honesta sunt 286.p
turpia aut obscœna absq; ueniæ præfatione non effutienda 305.m
turpitudo animæ quæ sit 143.p
tutelæ malæ gestæ actio 530.p
tutor socratis Deus 345.f
tutorum constitutio 857.m
tutorum improbitas 104.p
tutorum leges 516.f
tynnichi pæon 540.p
typhon gigas centum capitum 309.m
tyrannis à priuato & idiota apud insc 10

ros electa 702.m
tyrannis in regnum permutanda. pagina 998.f
tyrannis quid sit 470.p
tyrannidis descriptio 565.m
tyrannidis precatio 353.f
tyrannus ex radice præfecti 671.f
tyrannus patricida 673.m
tyrannus qualis primum sit, & deinde pag. 672.p
tyrannus quantum absit à uera uoluptate 682.p
tyrannis quid sit 1037.m
tyrannus sacrilegus 673.p
tyrannus solus habitans in pœnam pagina 972.f
tyranni appellatio 870.p
tyranni captiuitas 678.p
tyranni descriptio 678.m
tyranni generatio 676.m
tyranni nulli amici 676.f
tyranni rapinæ, & furta in parentes pag. 675.f
tyranno uir alius adhuc miserior. pagina 678.p
tyranni omnia audentes 676.p
tyranni petunt corporis custodes à populo 672.p
tyranni quando sapiant 672.f
tyrannorum preces necessitatibus mixtæ 987.p
tyrannos esse infelices 474.f
tyrannos in philosophia examinandi mos 992.p
tyrannica ciuitas miserrima 677.m
tyrannica ciuitas serua est 677.m
tyrannicæ ciuitatis ad uirum collatio pag. 677.m
tyrtæus Athenien. ciuis Lacedæmonius 788.p

V

Vacuum nihil esse 756.f
Vacuum nusquam 1043.p
uasorum species 178.f
uates deorum interpretes 179.f
uates insipientes 753.p
uaticinandi ars quid sit 288.f
uaticinantur qui morti uicini sunt. pagina 22.p
uaticina socratis 103.p
uaticinatio apud Homerum 541.f
uaticinatio quid sit 779.m
uaticinij potentia clari 370.p
uaticinij sedes 753.p
uatis scientia 395.f
uatum affectio qualis sit 13.m
uatum locus in militia 397.m
uectigal nullum 896.f
uecturæ frugum leges 895.p
uehiculorum species 178.f
uelle, & cupere diuersa esse 446.m
uelle quorum sit 421.m
uenæ capitis 756.p
uenæ duæ dorsales 755.f
uenatio 790.p
uenatio hominum duplex 140.p
uenatio multiplex 885.m
uenatio pedestris duplex 139.f
uenatio una optima 885.f
uenationis studium 885.p.856.p
uenationes reprobatæ 885.f
uenatoria duplex 138.f
uenatoriæ artes multæ sunt 422.f
uenatoris prædam, id est, feram insequentis comparatio, ad eum qui de aliqua re meditatur ut assequatur pag. 395.p
uenatorum exercitationum persimiliū leges 885.f
uenditionis alimentorum lex 897.f
ueneficia duplicia 941.m
ueneficorum lex 941.f
ueneni sub noctem sumptio 62.p
ueneni sumendi in Socrate constantia pag. 62.m
ueneno cicutæ calor obstat 36.p
uenereum iusiurandum 241.p
uenereum iusiurandum quanti pendendum 286.p
uenter infernus 753.f
uentus idem alij frigidus, alij non. pagina 107.f
uentus quid sit 1035.p
uenus naturalis & contrà 791.m
uenus rara non est imperiosa 893.f
ueneris appetentia inuoluntaria pagina 761.p
ueneris intemperantis ardor hominē quo adigat & compellat 689.f
ueneris militia cui ætati idonea, & itē inepta 558.f
uenerem appellari uoluptatem pagina 217.p
uenere qui abstinuerint 893.m
ueneres duæ quæ sint & qua utraque progenie & parentibus orta sit pagina 284.f
uerax ostenditur, quis sit 552.p
uerba sunt rerum imitamenta 765.m
uerberum leges 912.p
uerecundia quid sit 1038.p
uerisimilia oratori persequenda pagina 328.m
uerisimilium utilitas 747.m
ueritas ad fidem ut se habeat 734.m
ueritas boni speciem ut referat 643.f
ueritas dux deorum & hominum pagina 839.f
ueritas in contentionibus uincat. pagina 218.p
ueritas non prodenda 697.p
ueritas, non utilitas respicienda 238.p
ueritas oratori cognoscenda 323.f
ueritas quid sit 1036.m
ueritas quo animæ instrumento uideatur 654.p
ueritas sapientiæ familiaris 633.p
ueritatis amans facultas 238.p
ueritatis campus 317.m.1018.p
ueritatis comites 635.m
ueritatis lumen 635.p
ueritatis mixtio ad omnia est necessaria 240.m
ueritatis prærogatiua 50.p
ueritatis studium 317.p
ueritati inhærendum 26.p
ueritati non est succensendum 630.f
ueritati non potest contradici 295.p
ueritati quātus honos habēdus & quid tribuendum 691.m
ueritate quæ iudicentur 806.p
uersuum esse mendacem 530.f
uersutos esse potentes, decceptores, sapientes, scientes, prudentes 531.p
uersuum poetarum iudicium habere pag. 446.p
uertigine affectis omnia circumuerti uidentur 83.m
uerum dicere, & mentiri quis potest pag. 93.p
uerum est quod reuera est 148.m
uerum & falsum in cogitatione, opinione, & imaginatione esse 159.f
uerum redargui non potest 472.p
ueri ignorantia probrosa scriptori pagina 331.p
uera dicere, in dicendo excellens est pagina 11.p
uera & falsa dicere 71.f
uerane an uerisimilia oratori persequenda sint 322.f
uesparum exacerbatarum nec se uindicare desistentium comparatio quā funditus deleantur, ad eos qui ad internetionem usq; gliscentia odia fouēt 1028.p
uesparum similitudo 1028.p
uespera quid sit 1035.p
uestes Amorginæ 1003.f
uetera nomina tantum seruata 766.m
uia ad inferos qualis 58.p
uicinia amara 895.p
uicorum dispositio 897.m
uictoriaoptima uincere seipsum 787.p
uictoria quid sit 1036.f
uictoriam duo pariunt 795.m
uictori in bello quæ præstanda 625.p

Universidad de Deusto
Biblioteca

uictus comparatio 894.m
uictus frugalis, uictus porcorũ 578.m
uictus ratione corrigendi morbi pagina 761.m
uictus ratio neglecta 595.f
uidere idem quod scire 113.m
uideri quæ possunt, & aspectui subiecta duplicia esse 644.p
uideri quam esse præstabilius 573.m
uideri uelle non est uirtutis 119.f
uigilare & dolere graue est 23.f
uim sibipsi inferre non fas esse 35.p
uincere per uim iustissimum est 920.f
uincere quid sit 1037.f
uinum prannium cuius qualitatis sit pag. 594.f
uinum quid sit, eiusq; discrimen et productio 747.f
uinũ sanis dulce, ægrotis amarũ 111.m
uini usus lex 805.m
uino ingenia probari 797.f
uinositas pars eruditionis 791.f
uiperæ morsus affectio qualis 303.m
uir bonus deo similis est 781.f
uir bonus iustum respicit, mortem contemnit 18.m
supra uires quid præstare promittentis, & cum uiro celeri cursu contendere uolentis tamen ægri comparatio 444.f
uir paucorum principatus quomodo fit ex ambitioso 605.f
uir popularis dominij qualis sit 669.m
uir popularis dominij quomodo fit pagina 668.m
uiri ciuilis munia cum Medici nominibus collata 164.f
uiri in mulieres 762.p
uiri mulieribus sapientiores 75.p
uirtus diuina sorte accedit 511.m
uirtus doceri non potest 509.f 1021.p
uirtus eadem omnium 499.m
uirtus est bonum 505.f
uirtus est comparare bona, cum iustitia 502.p
uirtus est cupido, & adeptio pulchri pag. 501.p
uirtus est posse hominibus imperare pag. 499.f
uirtus est sapientia 506.m
uirtus an scientia sit 505.f
uirtus est scientia, ergo doceri potest pag. 456.p
uirtus ex sorte diuina cõtingit 1022.p
uirtus iudicis est æqua cognoscere 11.m
uirtus liberos decet 351.p
uirtus neq; natura, neq; disciplina contingit 1022.p
uirtus non est scientia 506.f
uirtus quid sit 1035.p
uirtus sanitas animæ est 614.p
uirtus scopus sit legislatori 956.f
uirtus si est scientia, doceri potest pagina 505.m
uirtus tota scopus fuit in legibus ferendis 786.f
uirtus uiri quid sit 498.f
uirtus una, & quatuor 957.p
uirtus unum est, quo omnes participare debent 439.f
uirtutis acquisitio 350.f
uirtutis ad aurum comparatio 838.m
uirtutis doctores 415.p
uirtutis doctores non esse 506.f
uirtutis exercendæ tempus quodnam præscribatur 595.m
uirtutis maxima pars sapientia 442.p
uirtutis partes inter se amicæ 187.m
uirtutis partes inter se dissentiũt 188.m
uirtutis respectus in legibus 827.f
uirtutis species una, utiq; infinitæ pagina 614.m
uirtutis studij magnitudo 878.p
uirtutis studium rarum esse 833.f
uirtutis unius rei, partes multæ sunt pagina 442.p
uirtutem in unaquaq; re esse 569.m
uirtutem disci posse 415.f
uirtutem doceri posse 437.f 439.p 1031.p.419.p
uirtutem doceri non posse 437.m
uirtutes esse purificationes 38.f
uirtutes & ipsæ, & uires ipsarum diuersæ 442.m
uirtutes, & similes naturæ ante nos, ergo & animæ 42.f
uirtutes & uitia multa 498.f
uirtutes non omnes coniunctas haberi pag. 442.m
uirtutes principes quatuor 605.f
uirtutum animæ & corporis collatio pag. 1044.p
uirtutum comparandarum difficultates quantæ sit 574.m
uirtutum cum uoluptate nulla societas pag. 593.m
uirtutum generatio ob immortalitatis amorem 298.f
uirtutum gradus 840.p
uirtutum nominum certitudo 83.m
uirtutum quatuor quæ sit potissima pag. 608.f
uirtutũ 5. consideratio repetitur 450.f
uir ueritati nõ præferendus est 691.m
uis rerum an ad seipsas sit 382.f
uisus affectiones 750.p
uisus comparandi ratio oculos instaurantis accessione sui, quomodo ostẽdat deliberantem & consultantem peritiorẽ fieri posse accessione eius, de quo consultatur 393.p
uisus & intelligentiæ progressiones pagina 656.p
uisus & oculi exemplum 349.m
uisus quid sit 1035.p 779.m
uisus ratio ad magnitudines 453.f
uita ab electione & proæresi quomodo pendeat 702.p
uita bona, & mala quæ sit 702.p
uita cum bonorum pronunciatione finienda 62.f
uita & mors sunt contraria 40.p
uita futura 639.p
uita humana uersa 476.p
uita in igne & spiritu 755.f
uita in qua re consistat 755.f
uita iniusti qualis sit 574.p
uita iucunda ex influxu 481.f
uita iusti qualis sit 573.p
uita laudata 638.m
uita longa negligenda 489.f
uita media neutra est 231.m
uita mixta uictrix, est tertij generis pagina 224.p
uita negligenda 490.p
uita opulentorum 877.m
uita post hanc nulla 1015.m
uita priuata ab Vlisse apud inferos electa 702.f
uita recta in quo sita sit 494.m
uita sua cuiq; iucundissima 679.m
uita tertia mixta expetenda 221.m
uita tota concinnitate opus habet pagina 440.m
uitæ æternæ fructus 300.p
uitæ ambiguæ & summæ inconstantiæ delineatio 669.f
uitæ beatæ adeptio 217.p
uitæ degẽdæ quæ proposita esse debeãt pag. 284.p
uitæ futuræ & æternæ imaginatio pagina 300.p
uitæ futuræ status uarij & quàm diuersi sint 700.p
uitæ genera 8. 841.m
uitæ honestæ præstantia 841.p
uitæ iniustæ laudes 572.p
uitæ intellectualis et sapientis præstantia 226.m
uitæ modus optimus 497.p
uitæ optimæ finis qui sit 762.p
uitæ miseria 1016.m
uitæ modus omnibus fatalis 761.m
uitæ rectæ institutio 683.f
uitæ temperatæ & petulantis simile pag. 481.m (221.f
uitæ tertiæ mixtæ sapiẽtia propior est uitæ

uitæ Tragœdia ac comœdia dolores uoluptatibus miscet 234.m
uitæ tres 231.f.221.p
uitæ triplicis cum auro, argento et horum tertio neutro cõparatio 231.m
uitæ uincula in corpore quæ pars habeat 754.p
uitarum electio proposita 701.p
uitarum perscrutator Socrates 592.p
uitia uirtutũ nominibus amicta 669.m
uitiorum acquirendorum quanta facilitas 574.m
uitiorum species 614.m
uitri genera 748.m
uituperãtib. alia, quid faciẽdũ sit 178.p
uituperationis ratio 576.p
uiuens est anima 923.m
uiuentes ex mortuis fieri 39.m (40.p
uiuentes ex mortuis fiunt, & uicißim
uiuere quomodo conueniat 484.m
non uiuere, sed bene uiuere amplectendum 26.p
uiui non sunt laudandi 875.m
ulciscendum non esse 26.f
ulysses 976.p
ulysses in priuatum 702.f
ulysses uersutiß. 530.p
umbilicus quale in homine uestigiũ & cuius rei 289.f
umbilici in infantibus sectio 106.p
umbratilis pugna 11.f
uncia drachmarum 8. 367.f
unctio ad cursum 104.p
unguenti comparatio, eius quod recepturũ est odores ad materiam primam 743.m
unum constituit numerum 205.p
unum est exors partium 150.m
unum est infinita multitudo 204.f
unum & alia, sunt omnia 208.m 212.m
unũ, & idẽ, diuersæ naturæ sunt 203.p
unũ, & multa, & totũ, & partes esse, & finitum ac infinitum 205.f
unum immobile esse, & inquietũ 202.f
unum magnum educatio 604.p
unum multa esse 218.p
unum multa, & multis nominibus dici pag 153.m
unum omne ponentes 150.p
unum penius non esse 204.m
unũ postremum factum esse 209.f
unum primum factum esse 209.f
unum quæ non sunt 206.f
unum quiddam dicit, qui aliquid dicit pag. 147.p
unum quiddam uidere 125.m
unum sciens omnia scit 423.f
unum si est, alia quid amplius patiantur 212.m
unum si est, alia quid patiantur 211.p
unum si est quid patiatur, tertio repetitum 210.f
unum si est, quid sequatur, repetitum pag. 204.m
unũ si nõ est, alia quid patiantur 214.f
unum si non est, alia quid sint 215.m
unum si non est, quid contingat 212.f
unum si non est, nihil est 215.f
unum si non est repetitum 214.m
unius & multorum cognitio 958.p
uni in summa quæ accidant 210.f
unius ad multa non idoneus 577.m
unus ciuitatis conuentus scopus 956.m
unus contra duos ut esse possit 603.p
uniuersi principatus diuisio 494.f
uniuersum immobile, Melisso & Parmenidæ 121.f
uniuersi tractatio repetita 742.m
uniuersorum diuisio in 4. genera 222.p
uolucres ex hominibus 762.m
uoluntarium quid sit 1037.m
uoluntaria & inuoluntaria iniuria pagina 904.m
uoluntas ad cuiusq; sapientiã sequitur pag. 816.f
uoluntas legislatoris 845.f
uoluntas quid sit 1036.m
uoluntatis & facultatis ratio 501.m
uoluptas alterius gratia generatur pagina 256.p
uoluptas an non bonum sit 451.f
uoluptas bonum 453.p
uoluptas cum potentia coniuncta est felicitas 451.p
uoluptas & dolor generis mixti 225.f
uoluptas, & opinio, prauæ, rectæ, & contra 228.f
uoluptas ex contrarijs 217.m
uoluptas inescatio malorum 725.m
uoluptas infinita 224.f
uoluptas in præsens iucũda, postea mala 452.m
uoluptas malis ammixta 313.f
uoluptas neq; prima, neq; secunda possessio 241.m
uoluptas non est bonum 236.m
uoluptas non est falsa 228.f
uoluptas parua & modica, uerior. pagina 335.m
uoluptates ex disciplinis paucorum. pagina 255.m
uoluptas primas fert apud boues 242.p
uoluptas uaria 127.p
uoluptas uisus & auditus innoxia & optima 518.p
uoluptas uisus & auditus pulchra est pag. 525.f
uoluptas utilis, pulchrum est 528.p
uoluptatis ac doloris ratio 841.p
uoluptatis & doloris causa 750.p
uoluptatis & doloris mixtura 33.f
uoluptatis, & doloris nexus 34.m
uoluptatis fraus 905.f
uoluptatis finis tristitia 452.m
uoluptatis generatio 225.f
uoluptatis spectra 680.m
uoluptatis siue ueneris leges 223.m
uoluptatis ueræ simulachrum 681.m
uoluptatẽ eligens, corruptionẽ & generationem eligit 236.m
de uoluptate absurda 236.m
de uoluptate & Intelligentia Epilogus pag. 241.f
uoluptate quæ iudicentur 806.p
uoluptates animæ corporeas præcedunt 229.m
uoluptates cõiunctis cupiditatib. 232.p
uoluptates corporis seruiles 322.p
uoluptates dissimiles, et cõtrariæ 217.f
uoluptates esse bonas & malas 484.m
uoluptates & dolores cõmunes 623.p
uoluptates in morbis maximæ 232.m
uoluptates intemperantium maximæ pag. 232.m
uoluptates neq; sequendæ, neq; fugiendi omnino dolores 870.f
uoluptates non mixtæ 234.f
uoluptates odorum 680.m
uoluptates plures doloribus in mixtione 232.f
uoluptates prauæ propter prauitatem pag. 230.p
uoluptates promptæ & maximæ circa corpus 232.p
uoluptates, quæ reuera sint necessariæ pag. 679.m
uoluptates ueræ 234.f
uoluptates ueræ ut cõtingant 681.f
uoluptates ueræ ac falsæ 228.p
uoluptatũ cũ sapiẽtia mixtio 240.p
uoluptatum diiunctio 526.p
uoluptatũ et luius fuga præcepta 790.f
uoluptatum in anima mixtio cũ corporis doloribus 233.p
uoluptatũ in morbis mixtiones 232.f
uoluptatum omnium mixtio 240.p
uoluptates esse dolorum fugas 231.m
uoluptates esse negantes 231.m
uoluptates esse præstigias 231.m
uoluptatibus inferiorem esse quid sit pag. 452.m
uoluptatibus ueris, aut falsis gaudentes 681.m
uoluptuariæ & sapientiæ uita permixtæ 321.m
uoluptuaria uita sola per se pagina 221.p

Universidad de Deusto
Biblioteca

In omnia Platonis opera Index Alphabet.

uox quid sit 1028.f.1037
uox una & infinita 219.m
uocis & auditus utilitas 741.f
uocis species 751.p.item 104.f
uocum concinnitatis ratio 757.p
uocales Græcis septem 132.p
uota suprema morituris non defraudanda aut negligenda uel neganda pag. 66.f
urania 76.f
urania Musa,eiusq; qualis amor 288.p
urbis custodes 856.p
urbis curatores 854.p
urbium & ciuitatum condendarum ratio,& constitutio 1001.f
usum rei nescientes,re ipsa priuandus pagina 554.m
usura nulla 845.m
usura sextæ partis 936.p
usus rerum rectus non semper felix pag. 816.p
uter alterius amicus fiat 404.p
utile esse nescire 356.p
utile est honestum, damnosum, turpe pag. 620.p
utile est pulchrum 524.p
utile quid sit 1037.m
utilia & iusta esse non diuersa 803.m
utilia ex recto usu utilia sunt 506.p
utilium alia ratio quàm iustorũ 120.p 117.p
utilitas communis in ciuitate & republica procuranda 650.f
utilitas futuri temporis 120.m
utilitatis publicæ studium 598.p
utilitatem sæpe esse iniuriam 904.f
utriculus sermonum Socrates 112.p
uulgus corrumpere adolescẽtes 636.m
uulgus inter se dissidens 340.m
uulgus quæ doceat 339.f
uulgus uile 339.m
uulgi institutoris & beluæ cicuratoris similitudo 636.f
uulgi opinio an sit curanda 24.m
uulgi opinio nihili facienda 26.p
uulgi potestas 24.m
uulgo in summa de philosophis responsum 640.m
uulnera ex ira 912.f
uulneratis uinum quomodo cõferat et rursum obsit 544.f
uulnerum distinctio 911.p
uulnerum leges 912.p
uulnus ex fratre 912.p
uxoris adulteræ scelus 572.m
uxoris aut mariti cædes 908.p
uxoris communio quæ à Platone statuatur 616.f
uxoris & filij Socratis 62.p
uxores & liberi communes 620.m
uxores non ducentium ignominia pagina 861.p
uxores non ducentium multa annua pag. 861.p
uxorum et liberorum cõmunionis utilitas 620.m
uxorum num sit sortilegium 621.f

X

Xanthias 1021.m
Xanthippe Socratis 34.m
xanthippus pater Periclis 336.m
xanthippus 1021.m.508.m
xanthippus et paralus quales artifices pag. 441.m
xanthus qui scamander 74.f
xenocrates Platonis primus inter præcipites disaipulos Axiochi author si ue de Morte dialogi esse perhibetur, & quod in eo tractet, num Platone dignum sit 1045.p
xenophanes Eleates 149.m
xerxes darij 820.p
Xerxes in Græcos 477.p
xerxes persarum magnus rex 327.p
xerxis apparatus in Athen. 821.f
xerxis pater in Scythas 477.p
xerxis uxor in corporis ornatu quantas opes insumat 345.m

Y

Υλοφ & νόωφ barbaræ uoces 83.p
ὑακινθο falso pro ἰανθίσμαρ 411.p

Z

Zamolxis medicus,Rex & Deus pagina 377.p
zeno centum minis docuit 343.m
zenonis scripta 197.p
zeno parmenidæ amatus 197.p
zethus & Amphion 478.p
zeuxis animalium insignis pictor pagina 463.m
zoroaster Oromazæ filius Persis leges tulit 344.f
zoroastræ magia 344.f
zopyrus Thrax pædagogus Alcibiadæ 344.f

IN OMNIA OPERA PLATONIS ALPHABETICI INDICIS FINIS.

Præmonitio in Marsilij procœmium.

Ne quid eorum, quæ eximius philosophus Marsilius Ficinus in Platonis opera solerti industria meditatus est, & multa cõmentatione exarauit, lector beneuolus desideret, requirãtue: ipsius hicin calce operis subiecimus præfationem, Platoni eam pro Colophone addentes, usui futuram cuilibet scriptis & lucubrationibus Platonis addicto, ad hoc, quò accessum habeat ad sacra penetralia, & arcana Philosophiæ mysteria, adyta prophanis inaccessa, ad quæ illotis pedibus ingredi, & Musarum sacris non initiatum, grande nefas est & crudeli morte piandum.

MARSILII FICINI FLORENTINI
IN LIBROS PLATONIS, AD LAVRENTIVM
Medicem uirum magnanimum procœmium.



DIVINA prouidentia, fortiter attingens omnia, suauiterq; disponens magnanime Laurenti, statuit, religionem sanctam non solum prophetis & Sibyllis, sacrisq; armare doctoribus, uerum etiam uia quadam, elegantiq; philosophia singulariter exornare: ut ipsa pietas omnium origo bonorum, tam secura tandem inter omnes sapientiæ & eloquentiæ professores incederet, quam tuta penes domesticos conquiescit. Oportebat enim religionem (quæ una est ad felicitatẽ uia) non rudioribus tantum hominibus, uerumetiam peritioribus cõmunem fore. Quæ quidem duce omnes ad beatitudinem, cuius gratia nati sumus, & ad quam consequendam communi studio laboramus, facilius tutiusq; peruenire possimus. Itaq; deus omnipotens, statutis temporibus diuinũ Platonis animũ ab alto demisit, uita, ingenio, eloquioq; mirabili, religionem sacram apud omnes gentes illustraturũ. Cũ uero ad hæc usq; sæcula sol Platonicus nondum palam latinis gentibus oriretur, Cosmus Italiæ decus, & insignis pictatis uir, Platonicam lucem, religioni admodum salutarem, à Græcis ad Latinos propagare contendens, me potissimũ intra suos lares plurimũ educatũ, tanto operi destinauit. Ego autem & si à tenera ætate nominis Platonici cultor, rem tamen adeo grauem, non meis quidem, sed aui tui Cosmi prosperis auspicijs sum aggressus, sperãs diuinã opẽ tã necessario, tamq; pio officio nõ defuturã. Hac ergo in primis spe ductus Academiã sum ingressus, decemq; ex ea Platonis nostri dialogos, Cosmo prius quam natura concederet, latinos feci. Post eius obitum patri tuo Petro præstantissimo uiro, dialogos nouem legendos dedi. Postquam uero Petrus è uita decessit, fortuna præclaris sæpe operibus inuida, inuitum me à traductionis officio distrahebat. Verũ tu & religionis cultor, & philosophiæ patronus, me ad inceptum omni fauore & auxilio reuocasti. Quamobrẽ ad institutũ munus felicibus iterũ auspicijs sum regressus, neq; traduxi tantũ, uerumetiam partim argumentis mentem perstrinxi Platonicã, partim quoad potui breuibus commentarijs explicaui. Opus itaq; totum diuino auxilio tam absolutũ tibi libentissime dedico. Ad quẽ illa etiam quæ maioribus tuis inscripta sunt, iure hæreditario pertinent, uirum profecto auitæ paternæq; in patria colendæ uirtutis hæredem. Leges autem inter dialogos funebrem Platonis orationem pio fratri tuo Iuliano dicatam. Præterea ubi ad librum de Regno peruenieris, uidebis Fredericum Vrbinatem ducem eo die à me honoratum, quo ipse tuas ædes honorifice salutauit. Non solum uero septem atq; triginta libri, qui solo tuo insigniti sunt titulo, sed cuncti deniq; tui sunt, quandoquidem omnes tui gratia sunt absoluti, atq; ego sum tuus. Neq; uero me Platonicũ in hĩs libris stylũ omnino expressisse profiteor, neque rursus ab ullo, quamuis admodum doctiore unquam exprimi posse confido. Stylum inquam non tam humano eloquio, quàm diuino oraculo similem sæpe quidem tonantem altius, sæpe uero nectarea suauitate manantem, semper autem arcana cœlestia complectentem. Profecto quemadmodum mundus tribus præcipue dotibus est munitus, utilitate, ordine, ornamento: atq; ex his diuinum nobis testatur artificem: ita Platonicus stylus continens uniuersum, tribus potissimum abundat muneribus, philosophica sententiarum utilitate, oratorio dispositionis elocutionisq; ordine, florum ornamento poeticorũ, ex ubique tũ diuinis utitur testibus, tum etiam certissimum de architecto mundi deo perhibet testimonium. Valeant igitur magnanime Laurenti, ualeant procul omnes, qui minutissimas erudiendæ pueritiæ à Platone rationes efflagitant. Erudiant alij rudiores, & eruditi denique fores Platonicas adeant, inde non tam puerilia rudimenta, quàm diuina mysteria tandem reportaturi. Dixi modo Laurenti tandem. Nam Plato noster antequam diuina fundat oracula, ne sacra prophanis communia fiant, audientium animos triplici paulatim ad summum calle perducit, purgatione, resolutione, conuersione. Quamobrẽ multa leguntur apud Platonem ad purgandos perturbationibus animos pertinentia. Plura rursum ad soluendas mentes à sensib. Plurima etiam ad conuertendas, tũ in seipsas, tum in deũ omnium autorem, in quẽ ueluti solẽ rite conuersæ, optatis inde ueritatis radijs feliciter illustrentur. Interea Plato noster, dum occultis sæpe modis humano generi necessariũ tractat officiũ, interdũ iocari uidetur et ludere. Verũ Platonici ludi atq; ioci multo grauiores sunt quàm seria Stoicorũ. Neq; enim per humiliora quædam dedignatur alicubi peruagari, modo sensim auditores captans humiliores facilius ad excelsa perducat. Miscet frequenter grauissimo quodam consilio utilia dulcibus, quo modestis sermonis blandi leporibus, animos natura proniores ad uoluptatẽ, per ipsam uoluptatis escam ad cibum alliciat salutarẽ. Fingit & sæpe fabulas more poetico: quippe quũ ipse Platonis stylus, non tam philosophicus, quam reuera poeticus uideatur. Furit enim interdum atque uagatur, ut uates, & ordinem interea non humanum seruat, sed fatidicum & diuinum: neque tã docentis personam agit, quàm sacerdotis cuiusdam atq; uatis: partim quidem furentis, partim uero cæteros expiantis, et in diuinum furorem similiter rapientis. Fabulis uero inter hæc ob id potissimũ uti uidetur: ut inter uarios Academiæ flores oblectẽtur quidem omnes, sed expiati duntaxat poma decerpãt, uescantur suauius, facilius concoquant, perfectius nutriantur. Agit aũt dialogis omnia: ut sermo uiuens, personas loquentes ante oculos ponat, persuadeat efficacius, & moueat uehementius. Accedit ad hæc quod amicos (ut par est) opportune dialogis suis honestat, facilius multos posteritati commendans. Præterea opiniones eadem de re diuersæ commodius dialogo

recensentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marsilij proœmium.

recensentur. Mitto quòd dialogus mira quadam uarietate delectat, & attentione audientes detinet & legentes. Verum quidnam longius per minutiora quædam & humiliora digredimur? Sophia magnanime Laurenti, quæ solo Iouis capite nata, ab initio cum eo erat cuncta componens: patrem imitans, ipsa quoq; filiam solo capite peperit, Philosophiam nomine, cuius delitiæ forent, esse cum filijs hominum. Hanc igitur in terra quondam per uarias gentes peregrinantem excellētiora passim admirabantur ingenia. Quorum in numero Plato noster non solum admiratus est illam: sed & primus & solus ad summū excoluit. Huic enim ille primus tanquā sacræ sacerdotia cinxit tempora mitra: præterea peplum induit, quod Augustam filiam Mineruæ decet: caput etiam manusq; & pedes suauiter redolentibus illiniuit ungentis. Deniq; solum ipsum quacunq; philosophicum numen incederet, uarijs asperfit floribus, et ornauit. Talis erat, atq; etiam est huius diuæ intra limites Academiæ deambulantis habitus, talis ornatus. Quoties uero extra hortos Academicos peruagatur, non solum unguenta semper amittit & flores, sed etiam proh nefas, sæpe incidit in latrones, atq; amissis sacerdotij & grauitatis insignibus nuda, passim, & quasi prophana pererrat, adeoq; deformis apparet, ut neq; Phœbo ulterius Mercurioq; suis familiaribus placeat: neq; insuper uel auo Ioui, uel Mineruæ matri probetur. Cæterum statim materno consilio intra parietes & hortos Academiæ sese recipiens, antiquum resumit decus: & ibi uelut in patria libentissime requiescit. Quamobrem iuuat una tecum Platonice Laurenti omnes, tum discendi, tum bene uiuendi cupidos, ad Academiam Platonicam cohortari. Hic enim iuuenes uel inter iocandum præcepta morum, uel inter ludendum industriam disserendi iucunde admodum & facile consequentur. Hic uiri etiam rei tū familiaris, tum publicæ disciplinam abunde perdiscent. Hic senes pro mortali uita, uitam sperabunt æternā. In Academiæ hortis poetæ sub lauris canentem Apollinem audient. In uestibulo Academiæ oratores spectabunt Mercurium declamantem: In porticu uero, & aula iurisconsulti ciuitatumq; gubernatores, Iouem ipsum auscultabunt, sancientem leges, iura dictantem, imperia gubernantem. In ipsis deniq; penetralibus, philosophi Saturnum suum agnoscent, cœlestium arcanorum contemplatorem. Vbiq; uero sacerdotes rerumq; sacrarum antistites arma reperient, quibus pietatē aduersus impios strenue protegāt. Huc igitur, huc precor, omnes accedite, qui liberales colitis disciplinas, hic eas, & libertatem uitæ pariter adepturi: huc denique cuncti concurrite, quos assequendæ ueritatis, & consequēdæ beatitudinis perpetuus ardor inflammat: hic aspirante deo, ueritatem ad uotum, & felicitatem consecuturi. Verum iterum admonendi estis, ne temerè de rebus Platonicis, imò uero diuinis, feratis sententiam, sed longo & æquo examine iudicetis, neq; liuidam in eos censuram exerceatis, qui procul ab omni liuore uobis uigilant & laborant. Imò uero fauete libenter autori pio, fauete etiam traductori, non solum translatione uerborum, sed explicatione sententiarum communi omnium utilitati pro uiribus consulenti. Nolite precor antiquam salutarcmq; doctrinam, heu iamdiu nimis oppressam, nuper autem in lucem diuina prouidentia prodeuntem, insequi crudeliter et opprimere, ne fortè quam deus omnipotens uult ubique uiuam, mortalis homo frustra perditam uelit. Dextera enim domini fecit uirtutem, dextera domini iam exultauit eam, non morietur, sed uiuet, & narrabit opera domini.

SED quonam optime Laurenti nos ingens in Platonem ac nesciens tenere modum, raptauit amor? Num in Platonis causa declamauimus, oratoriæ facundiæ principis? Satis enim superq; ipse pro causa declamauerit, apud eos præsertim qui perturbationibus uacui, æquos se præstiterint auditores. Te uero in præsentia minime adhortabor, mirum in modum ad hæc omnia uoluntate propensum, ingenio promptum, studio eruditum. Sed optabo duntaxat, ut & legas feliciter, & felicissime uiuas, Marsilij tui memor. Dum uero Marsilium Ficinum nomino, Philippum quoq; Valorem Academicum nostrum intellige pariter nominatū. Nam si Valor atq; Marsilius in Platone defendendo, & in te amando idē sunt, proculdubio inter se quoq; sunt idē. Valorē tibi Laurenti singularis sua uirtus probat, Platonicus honor laudat, incredibilis in te amor ualde cōmendat.

CENSVRAE TESTIMONIVM.

Ne fortè putes amice lector tantum opus æditum temerè, scito cū iam composuissem, antequam ederem, me censores huic operi plures adhibuisse: Demetrium Atheniensem non minus philosophia & eloquio quàm genere Atticum, Georgium Antonium Vespucium, Ioannem Baptistam Bonunsegnium, Florentinos, uiros latinæ linguæ Græcæq; peritissimos. Vsum præterea acerrimo Angeli Politiani doctissimi uiri iudicio: usum quoq; consilio Christophori Landini, & Bartholomæi Scalæ, uirorum clarissimorum.

PLATONIS ATHENIENSIS PHILOSOPHI SVMMI, SCRIPTOrum tum Genuinorum tum Spuriorum omnium, à Iano Cornario Medico Physico Latina lingua conscriptorum. FINIS.

SERIES CHARTARVM

æ. ß. a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz. AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ. Omnes terniones, præter PP, qui quaternio est.

BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA, PER HIER. FROBENIVM ET NIC. EPISCOPIVM, MENSE AVGVSTO, ANNO DOMINI M. D. LXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca